

Moller

JOHANNIS MOLLERI
FLENSBURGENSIS
CIMBRIA LITERATA.
TOMUS PRIMUS.
SCRIPTORES universos INDIGENAS, hisqve immistos complures, qvorum Patria explorari necdum potuit, comprehendens.

R


Joannes Mollerus
Flensburgensis
Natus d. 27. Febr. 1661.
Obiit d. 20. Oct. 1725.

JOHANNIS MOLLERI
FLENSBURGENSIS
CIMBRIA LITERATA,

SIVE

SCRIPTORUM DUCATUS UTRIUSQVE SLESVICENSIS ET HOLSATICI,

QVIBUS ET ALII VICINI QVIDAM ACCENSENTUR,

HISTORIA LITERARIA TRIPARTITA.

CUJUS

TOM. I. comprehendit SCRIPTORES universos INDIGENAS, hisqve immistos complures, qvorum Patria explorari necdum potuit.

TOM. II. ADOPTIVOS sive EXTEROS complectitur, in eisdem Ducatibus Urbibusqve vel officiis functos publicis, vel diutius commoratos.

TOM. III. exhibet qvadraginta sex insignium SCRIPTORUM, partim INDIGENARUM, partim ADOPTIVORUM, Historias multo longiores: qvæ, ob ingentem de iis dicendorum copiam, Tomis præcedentibus, (in qvibus tamen breviter iidem celebrati sunt,) inseri non potuerunt.

R

IN SINGULORUM PAULO CELEBRIORUM ELOGIIS MEMORANTUR: 1. Patria, ætas, officiorum aut vitæ genera, anniqve & dies, qvoties investigari potuerunt, emortuales. 2. Scripta, tam edita, in classes secundum lingvarum diversitatem distincta, adjectisqve utplurimum integris titulis enumerata, qvam inedita, affecta, promissa, nec non falso qvibusdam attributa. 3. Eruditorum, de Auctoribus, ac de Libris illorum, Judicia, tam honorifica, qvam seqviora; una cum aliorum, qvi de iisdem consulendi sunt, Indicibus. 4. Controversiarum, qvibus impliciti fuere, sacrarum aut literariarum, Historia accuratior; nec non Continuatorum, Exegetarum, defensorum, Adversariorum &c. Notitia: atqve alia cognata, de non unius generis memorabilibus, monita.

OPUS

magno qvadraginta annorum labore & studio confectum, diuqve desideratum:

HISTORIÆ LITERARIÆ, ECCLESIASTICÆ ET CIVILIS

Imo omnium Disciplinarum studiosis utilissimum.


CUM

PRÆFATIONE
JOANNIS GRAMMII.

NEC NON

INDICE NECESSARIO.

HAVNIÆ, Anno MDCCXLIV. Sumptibus & typis Orphanotrop hii Regii
Excudit Gottmann. Frid. Kisel, Orphanotroph. Reg. Typographus.


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

AUGUSTISSIMO POTENTISSIMOQVE
REGI AC DOMINO,

DOMINO
CHRISTIANO VI.

*DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM GOTHO-
RUMQVE REGI HEREDITARIO,*

*DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ
AC DITMARSIÆ,*

COMITI IN OLDENBURG ET DELMENHORST,

PIO, SAPIENTI, FELICI,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

CUI

in ſedes & Patriam
Fortiſſimæ CIMBRORUM Gentis,
omnium Septentrionalis Europæ,
qvantum ad Famæ celebritatem,
Antiqviſſimæ,

deductum per longissimam Majorum seriem,
supra universa fere exempla orbis memorabilem,
Imperium
DEUS dedit:
CUIqve
ut in hoc ipso
Religione & Pietate firmando,
Justitia & Legum sanctitate custodiendo,
Morum innocentia ornando,
Litterarum omniumqve Elegantiarum cultu
replendo,
atqve adeo
ex Sapientiæ Divinæ & humanæ studiis,
CIMBRIÆ
et ceterarum ditionum suarum Populis
Famæ immortalitatem,
Vetusta illa immensum qvantum nobiliorem,
conficiendo,
Majorum suorum merita,
Et Optimorum qvorumvis Principum exempla
supergrediatur,
Idem SUPREMUM NUMEN largitur:

Tali Tantoqve REGI,

Tot cœleſtium donorum Poſſeſſori,

Tot maximarum Virtutum Exemplari,

Artium Propagatori,

Litteratorum Spei,

Orbis Delicio,

Danorum Norvegorumqve Amori,

Veræ & unicæ CIMBRORUM Gloriæ,

Hanc

CIMBRIAM LITTERATAM,

qva

MMMCCCC & amplius Scriptores enarrantur,

ſub Auguſtiſſimorum Daniæ Norvegiæqve Regum auſpiciis

magnam ſui partem nobilitati,

Librorum vero & omnis ſcientiæ ac diſciplinæ monumentorum

infinita fere multitudo

recenſetur, dijudicatur, illuſtratur,

Opus poſthumum Cl.V. *JOHANNIS MOLLERI* Flensburgenſis,

dicat, conſecrat:

Sicqve

devotiſſimi cultus ſui,

qvem inæſtimabilis vereqve Regius erga ſeſe,

& erga omne, qvodcunqve a litteris nomen habet,

expoſcit favor,

officio,

hac publica alieni operis nuncupatione,

donec propria maturuerint,

utcunqve defungi geſtit

SACRÆ REGIÆ MAJESTATI

omni religione, obſeqvio & fide devinctiſſima

SOCIETAS BONIS ARTIBUS PROMOVENDIS DEDITA.

AD LECTOREM.



Historiam litterariam ornare, est eruditioni consulere. Ornant autem, publicæqve studiorum rei optime ii consulunt, qvi ad instrumenta illius recensenda, simulqve Viros, per qvos excultæ artium disciplinæ amplificatæqve sunt, enarrandos, easdem virtutes adferunt, easdem in negotii tractatione leges sibi dictas putant, qvas sapientissimi olim mortales omnibus generatim historicis majorem in modum commendarunt. Censuerunt illi, vix fieri posse, ut, qvi provinciam adeo gravem aggrediatur, dignè eam administret, nisi duarum inprimis rerum subsidio, prudentiæ & exercitationis. Hanc vero utramqve facultatem neqvaqvam sine longo studio, continuoqve & multiplici usu acqviri, qvis non perspicit? Voluerunt deinde, ut ne alius scriptionem id genus suscipiat, qvam qvi in apto studiis ac necessario collocatus otio, sedulitatis & diligentiæ nihil in se reqviri faciat; idemqve ut sic existimet, qvanto ampliores tractationis suæ fines descripserit, tanto intentiore cura incumbendum esse, universas & singulas rite ut partes impleat, neqve in ulla earum langventis industriæ signum edat. *Historia*, inqvit Cicero, *neqve institui potest, nisi præparato otio, nec exiguo tempore absolvi.* Qvod si enim multi laboris res est, in qvacunqve alia scriptione ita te gerere, ut possis dignum aliqvod seculo tuo procudere, & posteritatem demereri; nonne tibi multo major subeundus, qvando ad hoc genus converteris, in qvo studiosi homines maximos jamdudum progressus habent? Nempe in qvo oportebit nova plurima & incognita, & qvæ oppressa hucusqve latuerunt, exqvirere, inqve lucem ad communem usum proferre, eademqve convenientibus argumentis certa atqve explicata reddere. Tertium, qvod postularunt, est, ut historiarum scriptor consideret, sive in civili argumento, sive in litterario versetur, qvid præsertim publicæ rei expediat, atqve unde, in instituto semel laborioseqve perfecto opere, plus legentium multitudini commodi, plus emolumenti existat. Ad hoc autem qvantum non tantummodo usus, verum & solertiæ sagacitatisqve adhibendum sit, longum nimis foret exponere; resqve haud parum judicatu & pronunciatu est difficilis, maxime ob discrepantes circa utilitatem illam doctorum Virorum sententias. Tandem, qvod summum constituerunt & palmarium, est, ut veritatis & fidei in omnibus rationem habeat, idqve penitus sibi persuadeat, hanc primam, hanc maximam legem esse, in historia, omnium eruditorum hominum consilio, sancitam, ne qvid falsi dicere audeat, ne qvid veri non audeat. Nam ea potissimum de causa historica monumenta legimus, ut res gestas, non fictas, cognoscamus, qvarum cognitione ad providentiæ Divinæ admirationem, nec non ad rectæ rationis usum, & veram laudem excitemur. Si etiam historia (ut verbis utar non incelebris artis hujus præceptoris (*),) est speculum rerum, qvale speculum illud erit, qvod reddet imagines dissimiles & tortuosas? Si est lux veritatis & imago; qvænam lux ista putanda est, qvæ veritati tenebras offundit? aut qvæ imago, qvæ difformis est, & rerum commentitiarum potius simulacrum, qvam verarum effigies? Neqve vero solum falsa non dicet historicus, sed ne vera qvidem, ullius metu vel amore occultabit; & simplicem veritatem pluris æstimans, qvam cujusqvam mortalium gratiam vel offensionem, res ipsas, sive male sive bene sint actæ, sive ab amicis aut civibus, sive ab inimicis, nihil vel addendo, vel dissimu-

(*) Joh. Ant. Viperan. *de scribenda Hist. cap. X.*

dissimulando, ingenue & sincere commemorabit. Ad summum, putabit se judicis integri & incorrupti sustinere personam, qvam summum sit scelus, affectu aliqvo perturbatum aliqvando non tueri.

Ista ergo cum ita sint comparata, cumqve tanta ac tam gravia conditoribus omnis generis historiarum incumbant munia, num mirari amplius possumus, qvî fiat, ut in vasta illorum ac immensa propemodum multitudine, qvi monumenta rerum, sive per universum orbem gestarum, sive certorum temporum regnorumqve spatiis conclusarum, litteris prodiderunt, tam pauci ab omni ævo numerentur, ex administrata hac provincia plenam & perfectissimam laudem consecuti? Cum profecto nihil alioqvi tam commune, qvam historici nomen, non vulgi solummodo sed doctorum suffragiis adipisci, nihilqve tam contritum, qvam augusto historiæ titulo qvamlibet festinatam narrationem, summaqve non modo negligentia, verum etiam infidelitate extructam, conspicere præfulgentem. Qvod cum in civili historia obtineat, tamqve cognitum & apertum sit, ut iniqvum nimis foret, fidem à nobis dictorum, aut exempla aliqva, haud facile citra invidiam proferenda, postulare; credemus melius hucusqve actum cum litteraria, vel ea, qva de Divini cultus progressu, religionisqve fatis ac vicissitudinibus erudimur? Minime vero. Etenim si ad calculos reverti, & comparationem facere velimus, vix dubium haberi poterit, toto eos cœlo aberrare, qvi putant majorem in hac classe optimorum, & qvales sanctissima præcepta, dignitas rerum, communes utilitates poscunt, scriptorum proventum extitisse; cum, nisi admodum ego fallor, sit tenuior. Qvasi vero heic ampliorem libertati, seu licentiæ potius, campum apertum esse, commodiorem negligentiæ locum concedi, plus privatis opinionibus, plus affectuum intemperiei indulgeri posse, inter mortales convenisset. Non loqvor de antiqvissimis eisve temporibus, à qvibus longe maxima pars monumentorum, unde plenior fuisset lux historiæ disciplinarum infundenda, jam olim inter amissa deploratur; maxime cum qvæcunqve compertum est, ex infinita, qvæ qvondam extabat, subsidiorum segete, fatorum injurias dirumqve illud naufragium evasisse, postea, neqve ita dudum, in ejusmodi homines inciderint, qvorum nunqvam satis deprædicaveris solertiam, fidem, industriam. Ubi tamen postqvam tres qvatuorve perlustraveris, nulli non absqve indicio meo cognitos, nulli humanitatis cultori non laudatos, de reliqvis parcius existimo laborandum esse. Neqve magis mihi sermo de illis est, qvi singularibus libris, modo brevi, modo diffuso ambitu elaboratis, unum vel alterum desumserint, ex vetusto aut recentiore ævo, sive Philosophum, sive Medicum, seu Jurisconsultum, aut Historicum, Ecclesiæve doctorem, celebrandum. Qvis enim inficiabitur, ab hujusmodi vitarum scriptoribus egregie sæpenumero fuisse navatum istud studium, tantoqve plus inde accessionis litterariæ rei fieri, qvanto curiosius versati in colligendis dijudicandisqve argumentis suis animadvertantur? Eos intelligo, qvi à duobus amplius seculis, qveis deesse utiqve non potuit subsidiorum copia, utpote qvam in infinitum propemodum fecit impressoria ars excrescere, minus angusta ingressi spatia, vel integram immani ausu Historiam Ecclesiæ & Litteraturæ, vel partes ejus grandiores complexi, Annales, Centurias, Apparatus, Bibliothecas, Theatra, Introductiones, Patrologias, Hæresiologias, Monastica, Ordinumqve sacrorum Commentarios, Bibliographias, Scholarum, Academiarum, Presbyteriorum notitias, Vitarum aut Elogiorum Syllogas, totqve id genus alia concinnarunt. Qvorum qvidem omnium ut conatus laboresqve nemo ex omni parte, qvippe cum eximio sæpe fructu conjunctos, damnaverit, qvin potius multorum ex numeroso isto grege industriam omnes meritissima laude debemus proseqvi; ita, si accuratius excutere & ad genuinæ historiæ præcepta æstimare velis, apparebit, qvam pauci illi sint, qvamqve exiguo numero, qvi, non perfectionem dicam, sed ne susceptionem qvidem habeant earum virtutum, ad qvas auctori historico incumbendum sit, qvibusqve oporteat eum maximè spectari. Venit in mentem usurpare heic illud junioris Plinii: *Historiam qvoqvo modo scriptam delectare*; etiamsi is sermonis respectu & eloqventiæ istud dixit, non illo, qvo nos referimus, rerum, earumqve tractationis. Nempe haud profiteri velle, ex plerisqve omnibus, qvos indicabam, multum non solum oblecta-

lecta-

lectamenti, sed, qvod majus est, non parum usus & adjumenti fructuosæqve cognitionis hauriri, sane ingrati foret hominis, aut saltem imprudentis ac imperiti. Qvid? qvod rarum propemodum fuerit, offendere in illo genere auctorem, qvi errores & vitia qvantumvis gravia non insigniore qvadam dote compenset. *In Poëtis*, ait Cicero, *non Homero soli locus est, aut Sophocli, aut Pindaro: sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos.* Ne multis morer; Eadem illorum ratio, ac metallorum est nummorumqve. Qvis enim vel plumbum abjiceret, tanti in ædificiis & ad varia in vita communi instrumenta usus? qvis nummorum avidus, etiamsi ex auro fabricatos pluris æstimat, idcirco non æreos suo relinqvat pretio, aut carere iis velit gratuito? Colligit segetem agricola, sæpe etiam in agro difficili, ac inter tribulos & vepres prognatam; Idem tamen repurgatam terram & uberem benignoqve sinu opes suas effundentem oculo lubentiore adspicit.

Jam vero causas investigare differentiæ, atqve animadvertere, qvid sit, qvare tam pauci auctorum in Religionis & Litteraturæ memoriis describendis excellant, plurimiqve tam longe à perfectione absint, ut vix mediocritatem attingant, non magni, ut credo, laboris est. Redeamus solummodo ad illud, qvod initio dicebamus, de legibus bono historico observandis, atqve hac sanæ rationis regula totum, qvodcunqve fuerit, metiamur. Videmus grave negotium & perarduum nonnunqvam suscipi, editisqve libris & commentariis procurari ab eis, qvibus ne qvidem per ætatem satis ad hoc esse vel prudentiæ qveat, vel exercitationis. In qvo utiqve nullo modo damnandum, qvod mature suscipiatur labor, vasti præsertim ambitus & longinqvæ inqvisitionis; sed qvod in publicum vix affectus sæpeqve vix institutus protrudatur. Qvam præposteram velocitatem qvo alio te rogo vocabulo, qvam temeritatis appellabis, aut saltem juvenilis imperitiæ? qvum ea nondum sint cognitione & intelligentia, qva bona à malis, præclara ab obscuris, excellentia à minutis, exculta à trivialibus discernere; nondum eo rerum usu instructi, qvo, qvid votis ac sciendi aviditati doctiorum tribuendum sit, qvid in disciplinis singulis commoda exposcant studiosorum, unde artes & doctrinæ aliqvid augmenti acceperint, atqve his contraria, perspicere aut dijudicare valeant. Itaqve factum esse intelleximus, ut initia haud sane contemnenda, exitus consecuti sint dissimiles, qvia progressu ad maturitatem caruerant. Qvalia si auctores in animum inducere potuissent eo usqve premere, donec experientiæ satis, nec non doctrinæ virium accrevisset, nonne & melius consultum litteris & ipsorum existimationi esset hodie? Neqve adeo insolitum in operibus, unde multa litterarum, multa Ecclesiæ rebus lux promittitur, videre fundamenta pulcherrime esse jacta, sed ob causas, qvas indicabam, ipsa longe abesse à fastigio. Qvamvis falsus fuero, si dicam, easdem ubiqve causas esse, vel scriptores illos semper prudentiæ aut eruditionis vitio laborasse. Interdum enim in doctissimos viros cadit, mediocria de istis argumentis scripta, aut sane fama illa, qvam occuparunt, minora ex officinis suis emittere. Qvo certè non negandum peccari insigniter in alterum illud præceptorum, de qvibus in principio referebam: Ubi nimirum cautum, ut in scriptione historica ne docti qvidem & periti aliqvid indiligenter exstructum promant. Atqve hujus tamen gratiam sibi facere nonnulli usqve adeo religioni haud duxerunt, ut neqve verbis abstinuerint, qvibus in exordio librorum idem ipsum sint professi, exiguâ, ut videtur, cum seculi sui tum posteritatis reverentia. Defuit scilicet illis otium, neqve adfuere cuncta curiosius scribendi adjumenta. At qvis, rogo, admovebat stimulum? qvis invitis à tergo imminebat? qvis exturbabat foras? Num fortassis ille, qvo aliæ communiter solent cupiditates obtegi, patriæ, litterariæ rei, & studiosæ juventutis amor? Qvorum tamen omnium magis è re fuisset, tantisper expectare, donec vel à vobis, vel aliis, qvorum luminibus fortasse nunc celeritas obstruxit vestra, absolutiora darentur. Nunc erroribus vestris, totqve oblivionis, incuriæ & omissæ disqvisitionis peccatis id effectum, ut suspicentur homines, illum, qvi voluntatem vestram incendit, qvi alas ingeniis addidit, calamos incitavit, non tam fuisse publicæ rei amorem, qvam privatæ; imo talium qvoqve rerum, qvarum abesse à doctis viris studium sapientes omni ævo optavere. Possem adjicere, tales, qvales vos estis, scriptores obtinere nullo modo posse, ut in veracium, & qvi commentis ac fabulis inimicitiam indixerunt, historico-

rum censum referantur. Gravis, fateor, accusatio, & qvam bonis viris conflatam qvis audire potest vel legere sine indignatione? Verum hanc ipsam consilio suo imputent, qvod argumenti id genus elegerint scriptioni suæ, in qvo nisi summa & accuratissima diligentia, & multorum annorum studium consumatur, erit hoc ipsum minuendæ magis qvam augendæ existimationi Virorum, qvi in eodem se exercuerint. Qvod si enim sibi persuaserint, historias, qvia facillime intelliguntur, utpote qvorumvis captui accommodatæ, etiam puerorum, idcirco facillime quoqve contexi; idqve ad litterariam quoqve historiam trahant & ecclesiasticam, (de pragmatica, ut vocant, loqvor, & qvali ad studia litterarum præcipue opus,) næ ingenti versantur in errore. Aut enim ab aliis jamdudum dicta, atqve centies narrata denuo nobis vis repetere; qvod mihi videtur fieri commode potuisse repetitis veterum editionibus: Aut id agis, ut præcedentium errores configas, novisqve illorum collectanea animadversionibus augeas. Qui conatus, si modo dextre adnitaris, magnam profecto laudem habet. Sed utrimqve, nisi permultum temporis contriveris, plurimum laboris & vigiliarum impenderis, res omnino agitur veritatis. Nam si priora, hoc est, ab aliis jam sæpe dicta, retineantur, unde certum tibi, nihil eis falsi admixtum esse, nisi post sedulam cunctorum anxiamqve recognitionem? Si substituantur nova, aut inserantur, quanta in singulis cautio adhibenda, & qvidem in minutissimis, anteqvam sententiam tuam videre possis in tuto collocatam? Qvanta vero ex una alteraqve parte voluminum multitudo evolvenda? qvot colligendæ rationes? qvot calculi supputandi? qvot auctores consulendi, eorumqve nunc auctoritates ponderandæ, nunc pugnantia & contrarie dicta concilianda? Sane infinitum est dicere, qvam multa in hoc stadio decurrentem distinebunt confragosa, obscura, corrupta, inqvinata: qvam multa animadvertentur à præeuntibus nimium properando præterita, in qvibus consistendum, alia confuse permista, in qvibus digerendis sudandum. Qveis ubi tandem arbitreris præclare te omnibus perfunctum esse, offeret aliqvando casus, etiam non cogitanti, qvædam alia, multo istis, qvæ prius labore tanto constiterunt, rectiora, tamqve evidentia, ut nisi in veritatem illudere nihil pensi habeas, tunc necesse sit locum ultimis istis dare, bonamqve ædificii jam extructi partem, multarum noctium & dierum opus, è fundamento evellere, & posteriores tuas curas ad novum excitandum convertere. Scio (qvî enim nescire possum?) hæc cujuslibet non esse stomachi; paucosqve dari scribentium, qvi perferre illam posfint tam laboriosam, tamqve difficilem contentionem, vel tot annos vota & desideria lectorum suorum suspendere, sese autem insigni famæ incremento privare. Scio etiam, non novum hoc esse, hujusmodi rigidam ac morosam cautionem fastidire; cum Thucydides jam suo tempore conqvestus est, multos ἀταλαιπώρους fuisse in veritate pervestiganda. Sed qvid delicatis & fastidiosis auctoribus, aut qvid imperitæ multitudini placeat, nunc non qværitur. Qværitur, qvid à cordatis & sanis probari debeat, veramqve adjunctam utilitatem habeat. Itaqve illorum sententiæ non accedam, qvi solos fabulatores, & qvi dedita opera mentiuntur, ex veracium scriptorum numero eliminant, nec non illos, qvi vel metu veritatem occultant & opprimunt, vel affectuum pravitate abrepti, falsa venditant. De talibus enim inter omnes puto convenire. Nam & inter sapientes arbitror rem confessam & contestatam esse, veritatem non minus infringi ab eo, qvi festinatum opus, laborisqve & solicitæ investigationis fugam singulis in paginis indicans litterario orbi offert, qvam ab eo, qvi vel invidia & odio vel amore assentationeqve à veri studio distrahitur.

Cur autem hæc omnia nunc disputo? Non sane, qvod ad me pertinere existimem, censuram agere, judicisvé partes sumere de historicis, qvorum nec ullius nomen refero, nullius merita vilipendo, nullius famæ claritudini vel minimum detractum cupio; certus insuper, omnia generatim qvæ dixi, qvippe ad turbam, non ad unum alterumve pertinentia, neutiqvam diversa ab iis esse, quorum etiam uberior multo notatio in libris historiæ scribendæ magistrorum, summa & doctrina & auctoritate hominum, deprehenditur. Hoc tantummodo specto, ut qvantum inter levia & deproperata opera, in historico illo genere, præsertim litterario, atqve alia, solerti studio, exqvisita industria, intentissima plurium annorum cura elaborata, intersit discriminis, cognoscatur. Qvid enim de æqvitate fieret ac justitia, quid de juventute nostra,

ſtra, ad arduam laborioſamqve virtutem præſtantibus exemplis excitanda, ſi illorum ignavia & incredibilis iſtorum diligentia in eadem æquatione dignitatis, famæ & gloriæ conſtituerentur? Jam, ſi univerſum illud colluſtrare agmen volumus ſcriptorum, perqve omnia, qvæ hodie florent, exculta doctrinarum ſtudiis regna oculos noſtros circumferre, dubito profecto, num in ullo eorum tale diligentiæ documentum, aut laboris ab uno viro in Hiſtoria litteraria inſumti & exantlati exemplum in hunc diem oſtendi qveat, ſimile huic, qvod nunc producimus, a JOANNE MOLLERO *Flensburgenſi* relictum. Ad qvod ſcilicet perficiendum concurrerunt, & amico qvodam conſenſu conſpirarunt virtutes illæ, qvas in hiſtorico ſapientes viros reqvirere, qvasqve hujusmodi monumentis ſummum decus conciliare, ab initio ac identidem dictitavi: Prudentia, exercitatio, diffuſa & fere immenſa lectio, in perqvirendo ſedulitas, in judicando ſolertia, in exponendo fides, deniqve invictus veritatis amor, diſſimulandi odium. Offerunt ſeſe illæ atqve adeo eminent & effulgent in toto opere, cunctasqve ita exornant partes, legentibus ut appareat, fixum conſtitutumqve fuiſſe auctori, nunqvam ex animo eas aut oculis ut dimitteret: Niſi potius dicendum, alia neutiquam potuiſſe ratione agere, ipſamqve in hos mores naturam eum finxiſſe. Eſt hoc ſcilicet illud ipſum CIMBRIÆ LITERATÆ opus, cujus poſtqvam exemplar apud ſe, admodum juvenem, informarat, ita deinceps auctor per integros qvadraginta annos in eo elaborando, effingendo, expoliendoqve perſtitit, donec in hanc formam, qua nunc ſiſtitur, qvamqve ipſe olim animo comprehenſam habuerat, redegiſſet. Solent in eis, qvi ad hoc nati videntur, ut in aliqva re excellant, arcani qvidam impetus perqvam mature ſe exſerere, qveis ad illius præcipue rei ſtudium, non ſecus, atqve acerrimo genii alicujus impulſu, ferantur. Quod cum in Philoſophis ac Poëtis paſſim obſervatum, qvorumcunqve ſcilicet ingeniorum vigor clarius ceteris exſplenduit inqve admiratione fuit, nec non in aliarum artium cultoribus, ità ut de ipſis non minus opificibus prædicetur; non video rationem ullam, qvæ impediat, eandem, ſi qva eſt, laudem cum univerſis, ad progreſſum eruditionis aliaqve communis vitæ ornamenta rarum & ſingulare qvicqvam conferentibus, communicare. De JOANNE utiqve MOLLERO annotatum eſt, oſtendiſſe in eo naturam ac præſignificaſſe ſatis tempeſtivis argumentis, cui eum vitæ & occupationis generi deſtinaſſet. Etenim vix duodecimum exceſſerat ætatis annum, cum emicare jam illi inciperent ardoris ad litterariam rem igniculi, jam inclinatiſſimus ille animus ad librorum auctorumqve cognitionem ſeſe prodere. Tuncqve etiam litterarias opes ſtruere, materiam undecunqve poterat colligere, adverſariorum codices parare, in qvos qvodcunqve paternum librarium, cui nempe omne impendebat vacuum à magiſtris tempus, ſuppeditaret, ſuperante ætatem induſtria, ſtipabat. Et vero nullius iſta auctoritate, nulloqve impellente moliebatur & agebat; neqve qvisqvam reperiebatur in ea urbe, qvem in conſtituendo illo ſtudio ſibi ad imitandum proponeret, aut cujus gloria incenderetur. Hæc primordia erant, hæc lineamenta doctrinæ jam tum naſcentis. Talia ubi initia tam dextre habentur poſita, raro evenire ſolet, qvin cetera eodem modo conſeqvantur. Itaqve poſtqvam è ludo emiſſus, in Academiis Kilonienſi & Lipſienſi, magnorum virorum inſtitutione & conſiliis fuerat uſus per qvinqvennium, illic qvidem Chriſtiani Kortholti, Danielis Georgii Morhofii, & Chriſtophori Franckii, hic vero Jacobi Thomaſii & Joannis Adami Scherzeri, facile judicabitur, qvanti ex eorum convictu, qvi omnibus litterariæ rei copiis circumfluebant, ad noſtrum fructus redundaverint. Præſertim ſi conſideretur, nihil eximios viros habuiſſe adeo in ſtudiis ſuis reconditum, qvod Mollero occultatum vellent; Qvippe qvem ipſis ut modice adhuc cognitum ſua conciliarat docilitas, ita deinceps propius adjungebant perſpectæ non minus animi dotes qvam ingenii, integritas vitæ, mens candida, mores nullo involucro obtecti, judicium acre, memoriæ vis eximia, perſeverantia in labore, proficiendi ſtudium intentiſſimum. Qvæ nobis ideo commemorare viſum eſt, & ex vita ejus repetere, non tantum ut cognoſcatur, qvo tramite, qvorumqve ductu & auſpiciis primi illi aditus noſtro ad doctrinam fuerint patefacti, verum præcipuè ut appareat, nihil temere ac fortuito, in ſtudiorum ejus diſpoſi-

tione contigisse; Verum ordine, ac certa qvadam ratione, (qvam si Divinæ dispensationi adscripserimus, neutiqvam, credo, peccabimus,) cuncta & suscepta fuisse, & deinceps præclare constituta, ad optatum exitum pervenisse. Fateor eqvidem, varias & multiplices dari vias, qvibus animus disciplinarum capax atqve ad propositum suum intentus, magnas in studiis progressiones possit facere. Tamen, qvi paulo attentius doctorum virorum memorias evolverunt, iis etiam observatum, haud raro contingere, ut singulari Numinis providentia, (sic enim potius qvam benignitatem fati appellabimus,) qvædam aperiantur viæ, ad adipiscendum qvod cupimus, multo aliis patentiores, minusqve difficiles aut implicitæ. Atqve hæc felicitas fuit nostri. Cujus cum ad litterariæ rei historiam propenderet animus, in meliores incidere magistros nunqvam poterat, qvam qvos nactus fuit. Qvi enim tum temporis alibi inveniendi fuissent, in hoc studio, cum Morhofio, Christiano Kortholto, & Jacobo Thomasio comparandi, haud promptum nobis est dicere. Neqve etiam noster se abstrahi ab eorum consuetudine est passus, prius qvam tantum sibi acqvisitum esse in Divinis humanisqve disciplinis, nec non in antiqvitatis sacræ pariter & profanæ cognitione vidisset, ut nullo ejusmodi gubernatore, ad tradendum se vasto eruditionis mari, atqve in qvemcunqve vellet portum navem suam dirigendam, indigeret. Alterum, qvo adjuvabatur, qvoqve sua studia mirifice sublevata fuisse & provecta semper prædicabat, fuit librariæ illud rei subsidium, cujus subinde largam suppeditarunt facultatem duæ urbes, in qvibus aliqvot annos est commoratus, Hamburgum videlicet, atqve hæc nostra Hafnia. Jam si commercium addideris & freqventia cum doctis Viris colloqvia; jam si in nostro solers expiscandi studium, & ad arcana è latebris suis extrahenda sagacitatem admirandam, & deniqve si cogitare velis vix imitabilem cuiqvam sedulitatem, in nulla re prætermittenda, modo connexa cum instituto suo aliqva ratione esset, qvin statim in adversaria referret; qvid opus erit pluribus explicare verbis, qvam exaggeratos tandem electorum thesauros illos, qvos in ipsa, ut diximus, pueritia inchoatos postea assiduè cumularat, cum Hafniæ tum Hamburgi reddiderit? Ceterum vehementer falluntur, qvi existimant, Mollerum hoc solum egisse, qvorundam ut morem exprimeret, qvi litterariæ rei notitiam professi, vel unice librorum titulis & editionibus cognoscendis, vel, antiqvis præteritis, illorum duntaxat auctorum, qvos à renatis optimarum artium studiis ultima duo aut tria tulerunt secula, recensioni vacant. Utrumqve vero ut concedimus partem qvidem aliqvam istius negotii constituere, ita minus æqvum censemus, eorum consilium improbare, qvi aut aliis de causis, aut qvia viribus suis diffidunt, modicis adeo regionibus conatus suos circumscribunt. Hoc saltem affirmamus, diffusius multo fuisse institutum Molleri, atqve ita tum captum in juventute, tum & semper servatum, ut ne alios agnosceret limites, quam quos ingenio ejus, totam atqve omnem, qva patet, historiam, sive ecclesiasticam, sive litterariam, nec non civilem, imo magnam naturalis partem comprehendendi avido, natura ipsa posuisset. Quanquam enim agnoscendum, fuisse ad litterariam Nostrum historiam naturali qvadam inductione animi incitatum, eidemqve industriam suam tantum non omnem perpetuo qvasi addictam & consecratam habuisse, fieri tamen non potuit, quin, cum illam universam perlustraret, atqve ejus singulas tanqvam oras non viseret modo & inspiceret, qvod pleriqve faciunt, sed in unaqvaqve regione, in omnibus seculis ac ætatibus pari commoraretur studio; quin, inquam, illud assequeretur, nihil ut in tota historia, ita copiosa & varia, tam esset reconditum, qvod diligentiam ejus fugeret. Ejus nobis rei eximium jam olim dedit specimen in notissimo *Homonymoscopiæ* volumine, per qvod primus Nostro qvasi gradus & aditus ad ingentem eruditionis famam jactus. Istud enim libri quicunqve in hac re intelligens non invido animo evolverit & expenderit, (etsi in eo multa emendari, plura etiam adjici & suppleri posse ignorat nemo,) facile judicio nostro suffragabitur, haud perfici potuisse ab eo, qui in historiæ una tantummodo parte, eaqve litteraria, versatus, ceteras non nisi leviter attigisset. Nec minora sane ad hoc ipsum confirmandum capere documenta possumus in præsentia, ex opere, quod nunc editur, CIMBRIÆ LITTERATÆ; qvippe cujus omnia illa capita, qvæ ex monumentis medii, ut communiter appel-

appellatur, ævi desumpta Noster eo intulit ac intexuit, tanta videmus tamqve exqvisita elaborata cura, sedulitate, perspicacia, ut ad eorum etiam labores, qvi in historiis diversarum gentium & regnorum, tum & religionis, conscribendis permultos annos consumserunt, non parum illustrationis afferant. Inspiciantur modo, qvæ istic auctor de Ansgario, Adaldago, Adalgario, Ebbone Remensi, Remberto, Willebrodo, Svidberto, Vicelino, Clemente II. Papa, Helmoldo, (& hoc diu antea luculenta & omnium calculos promerita *Diatribe* Nostri descripto,) Arnoldo Lubecensi, Burchardo Episcopo Lubecensi, ut alios multos prætereamus, est commentatus; & futuros tum paucos credimus, qvi heic aliqvid à nobis exaggeratum qveant dicere.

Nuncqve cum nos ipsum ad se opus qvasi vocat, & ad nonnulla, propius eo qvæ spectent, disserenda invitat, videamus, qvo illud primum consilio aggressus MOLLERUS & auspicatus sit, qvibusqve adminiculis perfecerit. Ubi sane haud dubitamus, qvin pietati in patriam & laudabili inprimis voluntati civium suorum immortalitatem procurandi primæ partes tribuendæ sint. Verum & aliud putamus qviddam accessisse. Nempe qvando nonnulla diligentiæ ejus documenta intuemur, nec tantum in illam, nuper laudatam *Homonymoscopiam* oculos conjicimus, sed & insuper consideramus prædivitem excerptorum atqve annotatorum copiam, excitandis tot aliis monumentis destinatam, (qvorum in schedis adhuc latentium aliqva a filiis commemoratio, etsi, ut accepimus, imperfecta, in vita ejus exhibetur,) cum, inqvam, ea omnia cogitamus, pæne in eam opinionem adducimur, aliquid in mente ipsius agitatum fuisse multo grandius, illiqve forsitan non absimile instituto, qvod Lambecius in suo *Prodromo* adumbravit. De isto autem qvicqvid alii sibi fingere aut suspicari possint, hoc tamen certissimum, longe plures Mollerum historiæ litterariæ partes non solum animo informatas, sed descriptas etiam habuisse, imo aliqvas plane confectas reliqvisse. Interim prudentiæ ejus adscribendum, qvod, cum ejusdem electi semel & adamati semper studii immensos esse fines intelligeret, statuerit arctiori illud spatio includere, eosqve præcipue imitari, qui istiusmodi labores, aut saltem potissimam eorum partem, ad ornamentum suæ ipsorum patriæ & utilitatem Ecclesiæ contulerunt. Hocqve tanto magis mirandum est, qvod in flore adolescentiæ constitutus, (sicut mox dicetur,) qvæ ætas ut plurimum audacium fœcunda consiliorum est, tanta tamen in subducendis rationibus suis moderatione esset. Prostabant jamtum, ac eruditorum elogiis celebrabantur de variarum Europæ gentium viris doctis conditi Commentarii; licet, qvando paucissimi excipiebantur, ceteri adhucdum cogniti vix tales censerentur, ut curiosorum votis satisfacerent. At vero cunctorum gloriam obscurabat, & qvodcunqve in isto genere tentatum unqvam fuerat publiceqve expositum, longissimo post se intervallo relinqvebat Nicolaus ille Antonius, de Hispaniæ, patriæ suæ, scriptoribus, immortaliter meritus. Ejus pereximii operis pars illa, qvæ ad recentius ævum, ab anno Christianæ Salutis MD. deductum, spectat, jam in publica versabatur luce, aliqvot ante annis, qvam cogitare Mollerus aut saltem consilium inire poterat de monumento qvodam simili in Cimbrorum suorum gloriam apparando. Sed qvin ejusdem Nic. Antonii exemplo, postqvam de illo cognovit, non secus ac acerrimo quodam stimulo concitatus fuerit, nullus dubito: hocqve ipse postea in epistola ad Marquardum Gudium non obscure profitebatur. Decurrebat ad exitum suum annus seculi præteriti primus & octogesimus, (qvo tempore Mollerus vigesimum ætatis suæ annum egressus erat,) cum ex Lipsiensi Academia redux, Hamburgum concederet, ibiqve primos illos impetus in animo suo sentiret ad litterariam Cimbriæ historiam adornandam nasci. Itaqve de colligendo apparatu solicitus, constituit in ejus urbis Bibliothecis qvasi habitare, omneqve illud tempus, qvod subtrahere a qvibusdam aliis negotiis sibiqve vindicare poterat, illi potissimum curæ tribuere. Qvod idem exacto Hamburgi triennio, deinceps Hafniæ factitatum. Verum, cum hæc supra attigimus, licebit nunc tota opera supersedere eadem amplius repetendi; præsertim postqvam illud omne in sua de vita & scriptis Nostri commentatione duo ipsius filii persecuti sunt, neqve minus diligenter, qvam diserte exposuere, quantum negotio isti studiorum, contentionis, vigiliarumqve laboriosissimus vir insumserit, qvam ubi-

qve in bibliothecis assiduus, in Sosiorum tabernis freqvens, in excerpendis voluminibus tam impressis qvam manu exaratis sedulus, imo indefessus fuerit, qvantum deniqve in doctorum congressibus, sive consilii & admonitionis perceperit, sive ex eorundem forulis lucis, subsidii copiarumqve litterariarum collegerit. Ubi haud prætereundum duco unum aliqvod in illa commentatione intactum, videlicet Hafniæ, inter præcipuos operis hortatores, qviqve non verbis solum exstimulabant, sed & plurimum sufficiebant facultatis, extitisse Joannem Mohtium, S. Reg. Maj. Dan. & Norv. à Consiliis & secretis Cancellariæ Germanicæ, virum eruditum, insignisqve Bibliothecæ possessorem, Molleri præterea civem, & amicum multis benevolentiæ signis probatum (*). Et habebat jam Noster Vitas elaboratas Cimbrorum litteratorum tantum non qvadringentas, præter ingentem materiam pluribus conficiendis aptam, cum in patriam revocatus, ad scholasticum in natali urbe munus capessendum, qvod, licet admodum tenue, non dubitavit oblato non semel sacerdotio anteferre, Hafniam relinqvere cogeretur. Constitutus itaqve hic loci, atqve in officio, qvod proposito suo haud inopportunum fore, neqve tantæ curarum, solicitudinum & gravissimarum occupationum moli, atqve est sacerdotium, si modo rectè administrare velis, objectum, satis sapienter prævidebat; aliud tamen sensit incommodi, ex eo, qvod librariis opibus ceterorumqve ingenti parte adjumentorum, qvæ prius adfuerant, destitutus, tardius procedere laborem illum, reprimiqve haud parum animadverteret. Neqve enim multum illud erat, qvod aut domi inveniri, aut ex vicinia suppeditari, aut per amicorum officia conqviri poterat. Qvocirca, re animo agitata, in eam demum cogitationem deductus est, ut publico qvodam scripto significaret orbi litterato institutum suum, expositoqve tum qvantum profligatum sibi esset affectumve, tum qvæ desiderarentur, auxilia totius eruditorum cœtus imploraret. Id vero anteqvam faceret, circumspiciendum sibi putavit de patrono, cujus sub nomine & auspiciis invitationem emitteret; opinatus qvippe tanto plus ponderis habituram, qvo præstantioris viri auctoritate videri posset res probata. Succurrebat ante alios MARQVARDUS GUDIUS, magnæ inter Cimbros auctoritatis, majoris etiam in republica litteraria vir nominis. Ejus igitur gratiam, ad qvam aditum jam sibi patefactum esse acceperat commendatione Jo. Mohtii, litteris accurate scriptis aucupatus, responsum mox tulit omni benevolentia plenum, ex qvo etiam perspexit, fore adventum suum illustri viro optatissimum, si qvando Slesvicum excurrere, (id enim & Noster petierat,) ac thesauros ejus librarios perlustrare vellet. Ivit ergo, comiterqve admodum exceptus, non solum oculos animumqve per aliqvot dies pavit ingenti admirabilium rerum copia, qva bibliotheca illa, inter optimas privatorum hominum celebrata, abundabat; verum & ex sermonibus magni hospitis, rarà atqve varia refertis eruditione, uberrimos percepit fructus, nonnullaqve de viris doctis arcana addidicit, qvorum & postea in scriptis suis grata meminisse mente observatur. Qvid? qvod animadvertens de instituto suo talem Gudii existimationem esse, ut meliorem ne qvidem concipere votis posset, censuit sibi persistendum esse in proposito, publice illud declarandi, omnesqve non tantum patriæ, sed & aliarum regionum cives, qvotqvot rei litterariæ amore & studio ducerentur, suppetias rogandi. Idqve executus est, non multis post diebus qvam à patrono illo suo reversus esset, peculiari scheda, qvam *Prodromi* CIMBRIÆ *Litteratæ* inscriptam titulo, anno MDCLXXXVII. evulgavit. Neqve ad irritum cecidit spes ista. Etenim vix in publicum evolarant pagellæ, desideriorum Molleri, ut diximus, & luculentæ molitionis interpretes, cum permultorum ex erudita turba oculos in se converterent, multorum etiam secundos provocarent plausus. Et jam, cujuscunqve in facultate aliqvid earum rerum esset, qvicunqve singulari qvadam noticia excelleret, qvicunqve in Museis suis servatas, sive aliorum opera, sive suapte industria collectas annotatasqve habebat de doctis Slesvicensibus & Holsatis memorias, certatim ad nostrum mittere; parum qvippe justum, minime etiam officiosum esse arbitrati, conatibus tantis non favere, aut honestissimæ viri invitationi morem non gerere. Animabat insuper unumqvemqve, ut id faceret, judicium Morhofii, idonei, si qvis-

(*) Vid. ejus memoria *Tom. I. pag. 419. & 420.*

qvisqvam fuit, talium æstimatoris, postqvam eodem fere illud tempore, in prima Polyhistoris parte publice lectum animadversumqve erat. Ceterum, qvod plures deinde nostro conciliavit approbatores, plus decoris & commendationis confecit, fuit *Isagoge* ejus *in Historiam Chersonesi Cimbricæ qvadripartitam*, cujus primam partem anno MDCLXXXXI. Hamburgensibus typis fecit imprimi. Opus doctum, locuples, laboriosum, utile, omnibus, qvi virtutes auctoris & doctrinam prædicare volent, pro argumento futurum, omnibus, qvi ad regionum istarum res solide cognoscendas recta deduci via cupiunt, necessarium. Tunc enim patuit manifesto, qvantæ in homine adessent vires, ad illud qvod moliebatur, imo ad plura, qvam erat pollicitus, & majora, modo sufficeret ætas, absolvenda. Patuit præterea ex illis, qvæ ibi præfatus est Noster, qvousqve in *Cimbria Litterata*, per qvadriennium istud, à *Prodromi* editione, profectum esset; jam nimirum sese in promtu habere enarrata plusqvam duo scriptorum millia; integras autem vitarum descriptiones, qvas vel ipse condidisset, vel ab aliis confectas possideret, sexcentesimum numerum excedere. Et is tamen, qvem pleriqve tunc admirabantur, numerus, qvantulam earum partem, qvas inseqventibus annis collegit, tandemqve in scriniis reliqvit prælum expectaturas, fecerit, licebit ex his voluminibus æstimare. Nempe in eadem præfatione *Isagoges* suæ, postqvam studia laudaverat nonnullorum, qvi jampridem exorati, materiem ad apparatum illum larga manu submiserant, iterabat invitationem suam, doctosqve, qvorum interesse res posset, aut qvi communis patriæ, qvi celebritatis civium suorum vel propinqvorum, qvi litterariæ utilitatis curam non omnem exuissent, multis precibus, maximaqve obtestatione urgebat, ne pietati suæ ulterius deesse, neve aut propriam aut suorum gloriam, adeoqve petitionem ejus, qvi tantum negotii nullo privato suo sustineret commodo, frustrari vellent; verum ut tanto promtius auxilia sua expedirent, qvod coram ipsos compellare locorum intervallo prohiberetur, scripta autem, qvibus eruditum orbem demererentur, *rarius in extimum hunc* (sic loqvebatur) *ejusdem angulum* pervenirent. Subjungebat ibidem qvædam, de methodo & divisione operis, nec non de consilio illud ad finem usqve Seculi XVII. è qvo ultimum tunc decennium, neqve hoc totum, restabat, deducendi: istum enim terminum plane sibi præfinivisse. At in utroqve postea aliqvid immutavit. Ordinem enim non eundem servavit; neqve eadem omnino, qvam in Prodromo indicaverat, & cujus Morhofius inde meminit, ratione usus est in distributione partium. Viderat fortassis, (qvod conjicere licet,) si præstantiores scriptores ordine chronologico, aliosqve postea *minorum meritorum*, ut vocabat, *alphabetico* exhiberet, non unum ex eo incommodum oriturum; inter alia hoc, ut materiem præberet pestibus illis hominum, qvi aliena laude dolentes, haud omittunt candidissimum qvemvis historicum invidiose criminari. Et qvid putas hos dicturos fuisse? qvanta eorum odia in se convertisset Noster, si nonnullos, qvibus parum faverent, in priore classe conspicuos & præfulgentes qvasi, contra vero sese vel amicos suos ad posteriorem deprehendissent rejectos? Sive autem hæc causa Mollero, sive alia fuerit immutandi, satis eum convenienter egisse credimus, qvod ubiqve, hoc est in singulis tribus Partibus, qvarum *prima* Indigenas, *altera* Adoptivos, *tertia* selectos qvosdam ex utrisqve uberius multo atqve operosius descriptos sistit, seriem observarit primis cognominum litteris, sicuti hodie mos obtinuit in *Lexicis*, qvæ vocant, *historicis*, respondentem. Neqve minus opportune egit, lectoresqve mirifice devinxit sibi, qvod, cum ad finem præcedentis seculi pervenisset, non abrumpere tamen laborem, verum eo usqve continuare decreverit, donec vires ad laborandum sufficerent, dumqve tantillum sibi reliqvum foret spei de apparatu illo undecunqve locupletando. Crescebat nempe hic in dies, & cumulatior fiebat, ex parte qvidem per amicorum observata, longe vero magis incredibili assiduitate auctoris, qvippe qvi sine intermissione, nisi qvam scholastica injungerent munia, huic uni præsertim rei inhærebat, atqve dum tot libros vastaqve persæpe volumina, ex variis bibliothecis subministrata, tot manu exaratas chartas, pervolutabat, calamum fere nunqvam dimittebat è manu. Neqve dissimulandum, interdum fortunam tales ei aditus aperuisse, easqve præbuisse occasiones, qvibus, ut ipse agnoscebat, haud inveniri meliores, aut optatæ sibi contingere, potuissent. Ita enim, præter Slesvicenses bibliothecas & Holsaticas,

ſaticas, in qvibus adeo nihil ei clauſum, ut etiam ad tabularia Monaſteriorum & Conventuum admitteretur, vix qvicqvam ſibi meminerat opportunius accidiſſe, qvam cum ab amico Hamburgenſi, urbis ejus bibliothecæ, qvæ Senatoria appellatur, præfecto rogaretur, ut aſſervatorum ibi manuſcriptorum conficeret indicem: qva ſcilicet potitus commoditate Noſter, ſi facultates ſuas litterarias, ſi annotata de rebus, cum eccleſiaſticis, tum civilibus egregiè locupletarit, qvis mirabitur? Cumqve in Hafnienſium theſauris ſingularia multa adhuc latere minime dubitaret, qveis penitus excutiendis annuum illud ſpatium, nec qvidem totum, apud nos transactum haud ſuffecerat, præſertim cum & plura ex eo tempore in bibliothecam Academicam illata eſſent, pariter hîc votis ſuis reſpondentem fortunam habuit; dum vix tale qvid expectanti hominem offerebat eisdem ſtudiis deditiſſimum, & ad eruenda, ſi judicium diligentiamqve ſpectes, iſtiusmodi cuncta peridoneum, & ad communicanda illa cum Mollero, qvem & civem ſuum & cognatum, ac, ni fallor, præceptorem qvoqve venerabatur, ſponte ſua inclinatum. Erat is *Andreas Kellinghuſen*, juvenis doctus & induſtrius, qvi Hafniæ ad aliqvod tempus apud propinqvos ſuos commoratus, non intermittebat per litteras cum Noſtro colloqvi, ſemperqve novi aliqvid, ac tum primum animadverſi, miſſitare. Et hujus qvidem viri, in aliis hinc inde ſcriptis ſuis laudati, memoriam Mollerus vitæqve, tunc qvidem ſuperſtitis, partem aliqvam inſeruit *Tomo I. Cimbr. Litter.*(*) Nunc autem, qvando hæc ſcribimus, qvinqvennium eſt vel amplius, ex qvo meritiſſimus vir Dublini in Hibernia, ubi cœtus Germanici, Confeſſioni Auguſtanæ addicti, paſtorem magna pietatis agebat fama, in vivis eſſe deſiit. Qvid vero attinet dicere de aliorum ejusdem generis meritis, hoc eſt, collatis ad exornandam *Cimbriam Litteratam* officiis, poſtqvam in eadem nullum non eorum prædicavit Noſter, nulla non ſuis accepta tulit auctoribus? qvorum qvæ nomina atqve laudes freqventius ceteris ſeſe obtulerunt nobis, ſunt *Ottonis Sperlingii* noſtratis, *Vincentii Placcii* & *Ulrici Winckelii* Hamburgenſium, & *Chriſtophori Krabei* Præpoſiti Hatherslebienſis. At ſane, ſi qvæ hujusmodi adjutoribus debentur, cuncta etiam ſubductis calculis percenſenda forent, qvantillum putabimus numerum effectura eſſe, comparata cum illis, qvæ haud alii, qvam ſtupendæ & incredibili auctoris ipſius induſtriæ, pertinaciqve tot temporum & annorum labori unice aſſignanda? Poſſumus addere, eorum, qvæ aliunde accedebant, ſuggeſta, ut diximus, ab amicis ſuppeditataqve, majorem partem ita conſtitutam eſſe, ut raro ullum illuſtrius paulo nomen, niſi in momentis qvibusdam vitæ ſcriptove uno aut altero indicandis, attingant. Reliqua ad minorum gentium ſcriptores, interdum obſcuros adeo, ut cum aliis, tum etiam, quod ſummum dixeris, Mollero in ipſa ignorarentur patria, fere pertinent. Talium autem ut ratio haberetur, atqve ut ob unam tantum editam concionem, unam in Academia diſputationem habitam, vel ob puerile qvoddam compendium Grammaticæ aut Arithmeticæ, verſionem alicujus libelli precum, ſimiliaqve minuta ſcripta, quando nullam alias doctrinæ famam acqviſiviſſent, in litteratorum referrentur cenſum, abfuit omnino ab inſtituto Molleri, qvemadmodum ab initio illud habebat captum inqve ſuo animo formatum. Itaqve, licet cuncta, quorum ad ſe notitia indiciumve deferretur, perquam ſedulo colligeret, annotataqve in memorialibus libris ſervaret, tamen multi effluxerunt anni, antequam monitis amicorum conſiliisqve victus, impetrare a ſe poſſet, ut exempta ex collectaneorum tenebris, queis damnata habebat, ad lucem & claritatem protraheret, hancqve adeo auctorum plebeculam cum præſtantium virorum ſplendore permiſceret. Deſtinarat qvidem, ſicut diximus, utqve ex *Prodromo* apparet, ordinem peculiarem illis, qvorum haud multum inſignia in doctrinam artesqve extarent merita, minime vero hoc ſpectans, ut unusqvilibet, qvi levicula qvadam ſcriptione in auctoris titulum invaſiſſet, in eodem conſpiceretur, qvippe obſcuritati ſuæ potius relinqvendus. At vero cum intelligeret, non idem plerorumqve, qvos in conſilium adhibebat, judicium eſſe, horum argumentis, qva erat docilitate, atq; auctoritati ceſſit. Tumqve primum, qvod ipſorum ex ſententia aggreſſus eſt, fuit, ut omnem illam inter magna nomina & mediocria diſtinctionem tolleret, univerſaqve continua ſerie, & qvidem litterarum illa, ex recepto jamdudum in talibus more, complecteretur: Deinde, ut in eundem ordinem admitte-

(*) pag. 290.

mitteret haud paucos, qvos antea, ut exiles nimis, ex mediocrium quoqve numero excludere, hoc est, delere ex litteratorum albo, statuerat. Atqve in hoc nihil videmus qvodammodo vituperandum, aut qvod acerrimus etiam censor improbare queat: siqvidem, qvocunqve demum modo id concipere, quocunqve sub oculis posito simulacro considerare & civitatem litterariam intueri velis, nihil dedecoris consequetur, quando conspicuis viris & in orchestra eminentibus humiles nonnulli ex ultima interponuntur cavea; contra, qverelæ & accusationis non poteris non plurimum excitare, si in contrarium tuopte arbitratu iveris. Neqve enim stellarum illi globi, qvibus cœlum videmus exornatum, omnes æqve illustres & perlucidi; verum obscuri iis multi & qvasi caliginosi sunt admixti. Neqve in sylvis arbores natura facit ad eandem proceritatem excrescere; qvid? qvod earundem sub umbra luxuriantes persæpe frutices, virgultaqve internata, & myricæ humiles observantur. Facit ad hortorum amœnitatem, qvod non idem ubiqve nitor conspiciatur in floribus, qvippe quorum multiplex varietas diversiqve gradus pulchritudinis multo magis blandiuntur oculis. Deniqve, sicut ineptissimum foret, si qvis animo sibi fingeret civitatem sine plebe, aut exercitum ex triariis solis compositum, ita ex contrario minime is culpandus, qui in scribenda gentis alicujus historia litteraria judicat non solos heroas, aut his secundos, sed & infimum litteratorum vulgus ad curas suas pertinere. Interim qvid istud quantumqve esset discriminis, qvod tandem Mollerus sibi constituendum inter eximios viros & mediocres, aut his etiam inferiores duxit, hoc, qvantum perspicere possumus, apertissimum ipse reddidit, non solum illa, qva in plurimorum memoriis usus est, brevitate, verum & disertis judiciis, qvæ alias cum de ipsis auctoribus, tum de eorum scriptis apposuit. Hocqve ut plurimum fecit, qvando tales sese offerebant, qvi, etiamsi minime possent adscribi in præclarorum optimeqve meritorum numerum, aliqvid sibi tamen inter homines existimationis adscivissent, famamqve, licet non plane gloriosis actibus, confecissent, in memoriam litteratæ orbis sparsam disseminatamqve. De iis enim, & qvidem maxime, si Ecclesiæ noxii, atqve in ea novis, vel, quarum heic non rara exempla, monstrosis turbanda scitis occupati; si in scholis inutiles, in Academiis despicati extitissent; non breviter, sed distincte copioseqve commemoravit; qvippe ita efflag are naturam conditionemqve rei reputabat. Dextre vero & utiliter sic sensisse, innumeri nobiscum dicent, multumqve hoc ipso lucis in historiam ecclesiasticam simul invexisse. Ut nunc alteram prætereamus caussam, qvæ scriptori tam provido & sagaci, qvam Mollerus fuit, tamqve a tractanda injuriosius cujuscunqve mortalis fama alieno, necessitatem qvandam imposuerit, de ejusmodi omnibus, qvos judicia jamdudum premebant publica, magna solicitudine inqvirendi, summamqve adhibendi cautionem, ne qvid in eorum historiis relinqveretur inexploratum, aut qvod jure argueretur partium studium redolere. Igitur ista ratione factum, ut ex eodem numero non pauci, quorum alioquin facta & nomina haud in magna versantur laude, permultum temporis, attentionis & curarum Nostro absumserint, descriptionesqve interdum haud multo breviores, imo longiores sint sortiti, quam qui meritorum suorum gloria totum eruditum orbem impleverunt. Verum in his particulatim adeo exponendis nunc nimis fortasse progredimur; idqve eo veremur magis, quod talia etiam, ut accuratissime explicentur, tamen nunquam sui speciem animo tam perfecte repræsentent, qvam ubi in ipsis his voluminibus, ex lustrato hinc inde comparatoqve inter se numero aliqvo exemplorum, cognoscantur.. Etenim sic demum apparebit, quam sincerum & circumspectum, ausim quoqve dicere infinitum, illud studium fuerit, qvod in contemtissimis æqve atqve optimis, in sinistræ non minus quam prosperæ famæ scriptoribus ad posteritatem enarrandis Mollerus noster collocaverit. Patebit, quam incorruptum se præstiterit in colligendis aliorum hominum judiciis, qvæ scilicet, sive ad laudem sive ad vituperationem spectantia, vitarum descriptionibus subjecit amplo numero, diligentiam in eo Magiri, Eybenii, Thomæqve illius Pope-Blountii immane qvantum supergressus. Videbitur, qvantam adhibuerit curam, in omnium, qvos celebravit, scriptis, inventis aliisqve operibus, magnis

gnis

gnis & parvis,etiam ad minutisſima usqve,non ſolum enumerandis,ſed & interdum, ubi argumentorum dignitas hoc poſcebat, uberius paulo recenſendis: atqve inſuper, quam ſolertem ſe ubiqve dederit, in ſcriptis auctorum ſingulisque libris, diſputationibus, aliisqve ingeniorum fœtibus ordinandis, ut nempe proprii ab alienis, editi ab ineditis, abſoluti præloqve parati ab affectis,Latini a vernaculis diſtincti, omnesqve in ſuas diſtributi claſſes, temporum in cunctis ſervato ordine, cernerentur. Poſſet vero in iisdem librorum titulis, ubiqve integre adductis, hoc fortaſſis deſiderari, qvod Germanicos Latinis verbis non reddiderit, in aliarum nationum gratiam, qvemadmodum feciſſe videmus in Danicis. At in illo profecto ipſum credimus conſtituiſſe non tam labori ſuo parcere, qvam chartæ, cujus qvanta non fuiſſet copia abſumenda, ad voluminum augendum pretium, legentium commodo certe perlevi, ſi tot Germanica, infinito prope numero occurrentia, latine fuiſſent repetenda. Adde, qvod haud adeo magni eſſe faciendam exiſtimarit unius forte & alterius curioſitatem in illis oris, ubi Germanica rarius intelliguntur, ut ea propter opus ſuum efficeret ſpiſſius; gaviſurus utiqve, ſi ex illo,ſicuti nunc habetur, ad Septentrionis ſui, adqve Germaniæ populorum uſum, eruditionem atqve gloriam, tantum fructus & incrementi perveniret, qvantum ipſe ſpe ſua omnibusqve votis & deſideriis percepiſſet.

Tantum autem quum & temporis, & curarum, conjunctiqve ſumma animi contentione laboris MOLLERUS in hac ſua *Cimbria Litterata* contriverit & inſumſerit, candoris & integritatis ubiqve obſervans,minime mirum eſt, ſi opus, qvod demum exegit, perqvam egregium extiterit, atqve ubi ad hiſtoriæ illas leges, de qvibus initio dicebamus, exigatur, excellens & probatiſſimum. Prudentiam non ſane deſideraveris in auctore noſtro, uti neqve exercitationem. Qvippe maturo illud conſilio aggreſſus eſt, & qvamvis vaſtæ comprehenſionis moleſtiæqve prope infinitæ eſſe facile intelligeret, nihil tamen viribus ſuis majus, nihil, cui ſe perferendo non ſuffecturum fore, ſi modo annorum ſatis & valetudinis ſupremus arbiter largiretur, ſeſe in humeros ſuos ſuſtuliſſe, ut initio ſibi viſus eſt, ita in laboris decurſu deprehendit. Sicqve res ſe habet profecto: Neqve enim Noſter temerarius aut injuſtus rerum ſuarum ratiocinator fuit; à cunctis præſertim, qvæ ad ſuſtinendum tantum onus reqvirerentur, inſtructus, & ſuarum experimentis facultatum, & aliorum judiciis, cognitus. Æſtimabant has dotes ejus, inqve ſummo habere pretio didicerant clariſſimi qviqve eruditorum, jamdudum ex *Homonymoſcopiæ* ſpecimine, poſtea ex *Iſagoge ad Hiſtoriam Cimbricam*, tandem ex *Diatriba de Helmoldo*, atqve eximiis ad Alberti Bartholini & Schefferi Indices *Hypomnematis*, in eam opinionem adducti, pauciſſimos poſſe dari in republica litteraria, vixqve duos aut tres præterea homines, ſi vel ubiqve gentium velles qværere, reperiendos eſſe tunc temporis, pari, ac noſtrum, aptitudine, ad litterariam, non unius ſed plurium populorum & ætatum,hiſtoriam contexendam. Certe doctrinam cum reſpicerent,cum diligentiam, miramqve in ſingulis accurationem, facile eodem omnes ſententiæ concurrebant, præcipuas has eſſe virtutes & maxime exoptandas, ſi cui unqvam homini provincia demandanda foret univerſæ eruditi orbis hiſtoriæ litteris tradendæ, ſiqve ea non mortalis unius vires ſuperaret longiſſime. At Mollerus Cimbriæ ſuæ contentus finibus, in eo qvoqve prudentiæ experimentum dedit haud vulgaris, nimirum qvod perſpiceret, plus ſatis negotii exhibituram vel laborioſiſſimo virorum fore hujusmodi provinciam,etiam in unica duntaxat, eâqve haud magna gente, ſuſceptam. Et crederes potuiſſe hæc tria volumina, qvæ nunc edimus, qvibus, etiamſi MMMCCCCXXX. ſcriptorum vitas comprehendunt, ſi necdum centeſimam partem hiſtoriæ orbis litterarii contineri dixeris, nimium tamen de iis dixeris; crederes, inqvam, potuiſſe induſtria unius viri iſta confici, atqve ad talem perfectionem perduci; niſi eidem viro, præter cetera, qvæ diximus, ſubſidia, etiam hoc contigiſſet, ut in ſanitate ad ſeniles usqve annos incorrupta, præterqvam qvod ab oculis laboraverit, ſpatiis unicæ potiſſimum rei vacandi fuiſſet minus deſtitutus, qvam alii doctorum plurimi? At nihilo minus conqveſtum identidem deprehendimus de exigua nimis temporis uſura, qva fruebatur, qvæqve in munere ſcholaſtico non niſi per intervalla ordinariæ functionis concedi poterat. Optaviſſet

viſſet eqvidem, ſaltem primis officii illius annis, ſi fortunam ad arbitrium fingere ſuisqve res ſuas ordinare auſpiciis licuiſſet, impedimentis iſtis relaxari aut plane exolvi; hasqve animo cogitationes volvebat, ut in magnam bibliothecam aliqvam, præfecti aut cuſtodis nomine, receptus, ſtationem qvaſi inveniret ad negotia illa ſua prorſus accommodatam. De qvo in epiſtola ad Marqvardum Gudium, Kal. Novembr. anni MDCLXXXVI. ſcripta, cujus & ſupra meminimus, uſum eum legimus his verbis: "Otium "etiam optaverim paulo liberius, nec enim in hoc munere ſcholaſtico, qvo hic loci ſti-"pendio ſatis tenui fungor, tantum illud ſuppetit, qvantum perficiendo operi (Cimbriæ "Litteratæ) reqviritur. Sacra qvidem ſparta aliqvoties mihi oblata, ſed ab eo vitæ ge-"nere, uti dixi, genius meus abhorret, & potius per omnem ætatem in hoc piſtrino de-"ſudabo, qvam iſtud ambiam. Summum autem votorum apicem me attigiſſe, & "cum Jove ipſo de felicitatis prærogativa me contendere poſſe putabo, ſi forte bibliothe-"cæ cuidam præfici & in iſtiusmodi ἰατρείῳ ψυχῆς conſeneſcere poſſem." Verum progredientibus annis piſtrini illius, ut vocabat, aſſuetudine ita obduruit Noſtri animus, & percalluit, ut ne qvidem, cum exoptata tantopere conditio, in una celeberrimarum toto orbe bibliothecarum, inqve florentiſſimo ſtudiis regno proponeretur, avelli potuerit à ludo & officina ſua; haud dubie, poſtqvam ad ſucceſſus nunqvam non lætos ac jucundos, qvibus in expolienda juventute utebatur, animum advertiſſet. Inſuper aſſueſcendo non minus expertus fuerat, qvemadmodum ex guttulis alveos, ita ex temporis particulis, modo ea recte diſpenſentur, ſpatia tandem magna effici: Unde & nullam temere prætermittebat, ſed qvæcunqve ab officio illo relinqvebantur momenta, ſingula intercipiebat, & qvæ plerumqve alias animi relaxationi ſolent dari, cuncta lectioni & ſcriptioni, maximam vero partem *Cimbriæ Litteratæ* vindicabat. Ea itaqve ratione otium, cujus compotem ſe non factum eſſe antea conqverebatur, ſua ſibi induſtria comparabat, hoc duntaxat diſcrimine, qvod in labore illo, ob qvem tantopere otium deſideraverat, duplicatum videret annorum numerum; jamqve in colligendo, examinando, componendo, deniqve & tranſcribendo, (qvod ultimum bis terve, propter magnam acceſſionum ſylvam, neceſſitate impulſus, fecit,) amplius qvadraginta annos impenderit; cum dimidium iſtius temporis haud dubie viro ſuffeciſſet ſuo arbitratu viventi, nulliqve tam ærumnoſo muneri, qvam ſcholaſticum eſt, mancipato. Erunt, de qvo nullum nobis eſt dubium, inter lectores horum voluminum, quibus nimium hoc putabitur, neqve tam ſingulare, quam parum viro ſapiente dignum, in hujusmodi ſcriptione partem ætatis humanæ longe maximam conterere, atqve adeo in coacervando, quæ de aliis in ſua gente bonæ & malæ notæ mortalibus ſciri poſſint, inqve catalogis librorum conficiendis, conſeneſcere. Sed hi erunt, qvibus haud ſatis Hiſtoria litteraria perſpecta, ejusqve utilitas explorata eſt; qui ingentes, quibus obſepta eſt, difficultates non intelligunt, qui ad vaſtos cognitionis iſtius ambitus nondum adverterunt animum, neſcientes ſcilicet, ut unius populi res litterarias perſcruteris, quanta non auctorum tantum notitia, ſed artium & diſciplinarum copia, quantus quamque diffuſus in immenſum fere apparatus, quantæ ex aliarum nationum omnium bibliothecis rei librariæ facultates reqvirantur. Hi denique erunt, qui iſtud genus ſcriptionis, non ſapientiæ regula, ſed ſuo ingenio metiuntur, nihil habentes penſi, quid ex properatis laboribus ſuis veræ utilitatis ad publicum emergat; modo ſibi quæſtus paretur & gloriola. Verus autem & ſolidus ille fructus quomodo emergere poteſt ex labore, cui & tempus & reliqva defuerint, qvæ enumeravimus, ad veritatis indagationem plane atqve omnino neceſſaria? Vidimus hac noſtra ætate, a nonnullis, qvi diſciplinam ſapientiæ profitentur, diſputationes conſcriptas, *de eo qvod nimium eſt* in hoc vel illo ſtudio: Qvorum ut inſtituta & rationes neutiqvam reprehendimus, (multa enim commode ab iis dici poſſe quis negaverit?) ita ſi qvi illud *nimium* cogitent ad veritatis hiſtoricæ ſtudium applicare, nempe ut huic fines mediocris induſtriæ præſcribantur, habeant ſibi elegantem philoſophiam ſuam, & ignaviæ, quam commendatum eunt, laudem reportent, qvam merentur. Nam ignavis, ut ille ait, quicquid egerint, videtur nimium: Vere autem diligens in negotio nunquam ſibi ſatisfacit, ſemperqve videt aliqvid, operi qvod addendum, aut ulteriore cura inveſti-

investigandum ſit. Mollerus id genus diſquiſitionibus pæne a puero innutritus, totqve excellentium virorum lapſibus & erratis, qvorum non parvum numerum detexerat in *Homonymorum* libro, nec non propriis ſuis, doctior, jam anteqvam grandis ſui operis molitionem inchoaret, in eam ſe conſvetudinem adduxerat, nullius ut auctoritate niteretur, nullius adoptaret narrata, neqve alienum teſtimonium pro ſuo unquam uſurparet. Itaqve alii alios dum tranſcribunt, ſuamqve in illorum ſive falſa ſive verè dicta fidem temere interponunt, Noſter perpetuo qvoscunqve haberet auctores laudando, religioni habuit de ſuo qvicqvam adjungere inexplorati. Hoc vero egit, ut, ſi qvæ vel ad confirmanda, qvæ ſic adduxerat, teſtimonia & narrata, vel ad elevandam eorum fidem, aut qvocunqve ea demum modo variarentur, alicubi deprehendiſſet, talia eadem integritate proferret, nullo nationum, ſectarum, religionum, nullo ſive apud doctos, ſive in vulgo ſecundæ adverſæve famæ reſpectu. Qvantos vero putamus labores ſuſtinuiſſe, qvantum vitæ ſuæ partem exhauſiſſe in iſtis omnibus, ex infinita voluminum, libellorum, ſchedarum multitudine eruendis, excerpendis, notandis, adde etiam dijudicandis? Neqve enim magis putavit ſibi eſſe negligendum illud hiſtorici officium, qvod perſonam ei judicis imponit. Noverat, ex ipſius doctrina Artis, minime mutam eſſe oportere hiſtoriam, vel laude, vituperatione, cenſuraqve eorum, qvorum in ea fiat mentio, carere: Siqvidem, ut recte nonnemo ait (*), in deſcribendis viris, qvi memoratu dignum aliqvid geſſerint, eorumqve factis, interponendum eſt ſæpe a ſcriptore judicium, ut in iis laudet alia, alia vituperet, nihilqve aut odio, aut benevolentia, aut cupiditate ambitioneve dicat; ſed tanqvam judicis integri probiqve perſonam induat, omnia ſincere & pure examinata commemoret. Qvæ qvidem genuina hiſtoricæ functionis præcepta, ex ſapientiæ fonte hauſta, nulliusqve non cordati aſſenſu hominis comprobata, vel nemo ex iis omnibus, qvotqvot in argumento qvodam hiſtoriæ litterariæ fuerunt occupati, vel Mollerus ſervavit, omnesqve officii iſtius partes magna ſanctimonia diligentiaqve implevit. Etenim, qvi ab ineunte ætate Deo ſe conſecrarat, nihilqve non pium honeſtumqve in omnibus ſuis ſtudiis, conſiliis, laboribus cogitabat; qvi charitatem, qva cuncti in univerſum homines, maxime vero Servatoris humani generis ipſum nomen profeſſi, conjungi debent, primam ſciebat & præcipuam eſſe virtutem, ab auctore religionis ipſo injunctam; qviqve natura pariter & diſciplina homo leniſſimus, pacisqve percupidus, nihil magis deteſtabatur, qvam certaminum illam feritatem, in Chriſtianorum cœtibus ſub ſplendido fere ſemper nomine, ſed perſæpe ementito & adulterino, graſſantem; qvi, inqvam, his moribus, hocqve vitæ inſtituto ætatem egit, cumqve eandem ſuprema illa hora terminaret, animi a terrenis averſi, & cœleſtia tantum anhelantis pulcherrimum exemplum reliqvit, (**) an aliter credemus verſatum eſſe in hoc opere, qvam innocenter & candide, atqve ita, ut a veritate, qvantum eam cognoſcere ſibi datum, ne latum qvidem ungvem diſcederet? Egregia ſane virtus, & in qvocunqve demum hiſtoriarum genere ſpectetur, omnium præſtantiſſima atqve maxima; in litteraria autem hiſtoria, præſertim recentiore, oppido ſingularis. Ideoqve, utut inveniri poſſint, qvibus cætera hujusmodi ſcriptionis ornamenta paria cum hoc Noſtro fuerint, de qvo tamen, ſi tantummodo ſtylum exceperis, merito dubitamus, in hoc certe, qvod principale cenſetur, ubi haud magis utiqve de nullo proferendo falſo, qvam de nullo occultando vero agitur, primum Mollerus tenere locum judicandus. Poteſt qvidem fieri, (etſi certo illud affirmare nolim,) ut hanc nonnulli parum decoram rationem judicent honori patriæ ſuæ conſulendi, qvando inter cives ejus offendunt tam multos, doctrina qvidem conſpicuos, nonnunqvam etiam officiorum amplitudine inſignes, tamen mediocriter admodum laudari, ſi præconia nimirum, illorum meritis tributa, comparentur cum gravibus notis atqve maculis, queis ſubinde memoriam eorundem à Noſtro intuentur adſperſam. Præferrent illi ipſi, opinor, Hiſtoriam gentis ſuæ litterariam contextam in eum modum, cujus olim exemplum dedit Trittenhemius Abbas Spanhemenſis in *Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum,* ubi univerſi, hæreſeos labe infamatos ſi

exce-

(*) Seb. Foxius *de inſtitut. hiſtor. p. m. 793.* (**) Vid. *Commentatio de vita & ſcriptis* Jo. Molleri, *à Filiis edita, pag. 14. & 15.*

exceperis, invidendis laudibus afficiuntur. Qvod etiam exemplum in nostris *Danicis* plane imitatus fuit Claudius ille Lyschander; utpote cui nullum fere nominatum habes, nisi qvi simul *doctrina & sapientia & morum integritate fulgentissimus, in Divinis litteris eruditissimus, virtute & humanitate spectabilis, ingenio acutus, consilio promtus, lingva excellens, Philosophia egregie instructus, in rebus expediundis industrius & alacer, vita & moribus devotus, universis disciplinis cultissimus, in revolvendis veterum scriptis assiduus, doctorum virorum conversatione clarissimus,* & infinitis id genus titulis celebretur; haud unus vero noscatur vel exiguo doctrinæ, morum, opinionum, aut ingenii vitio laborasse. Qvem libellum, ut id obiter dicam, etiamsi in qvibusdam, ut videmus, absurdum, tamen ob multorum jam deperditorum notitiam, isto conservatam, neutiqvam abjiciendum, è manuscriptis codicibus, in quibus diu circumferebatur, nuperrime publico bono eruit, illustrissimus atqve de patriæ cum suæ tum nostræ rebus præclarissime meritus Dn. de Westphalen, *tertioqve tomo Monumentorum Cimbricorum & Megapolensium* inseruit. Possem eqvidem plures adjungere ex aliis nationibus, simili usos instituto, hoc est, in litteratis suis civibus recensendis eadem perpetuo oberrantes chorda; qvandoqvidem neminem nobis sistunt aut producunt, in qvo non omnia sint egregia, atqve ne minimum qvidem ullo modo accusandum: qvamvis neqve in eam classem compingerem Cardinalium, Jesuitarum, & qvorundam Ordinum Monasticorum Bibliothecas; neqve elogia duntaxat professos, & delectum qvendam ex variis gentibus exhibentes huc referrem. Nullum tamen, qvantum nunc memini, æqve similem deprehendi Lyschandro nostro, atqve est Michael Pocciantius Servita in *Catalogo Scriptorum Florentinorum,* cum suo continuatore Luca Ferrinio: Nempe qvia hi duo, pariter ac Danus ille, in eadem, ut apparet, Abbatis Trithemii vestigia incurrerunt. Sed de istis satis. Et eorundem si qvis excusare pietatem aut prolixam erga suos liberalitatem velit, ei minime repugnabimus. Nonne enim licitum auctoribus, arbitratu suo agere? & qvemadmodum unus prægrandes, alii minutos libros de iisdem argumentis edunt, ita & in hoc genere liberum fuerit cuidam scriptori majorem, alteri autem mediocrem aut perparvam, lectorum utilitatem sibi proponere; imo etiam ridendi simul materiam eis præbere? Verumenimvero Molleri satis extolli neqvit virtus, qvod in magno suo non minus animose suscepto, qvam feliciter absoluto, opere fixum hoc destinatumqve habuerit, nihilqve tantopere animo suo spectaverit, qvam ut longe maxima utilitas ex eo conseqveretur. At hæc minime unqvam existere potuisset tanta, si historiam ex meris laudibus & elogiis compositam, nisi ubi in qvenqvam incideret vel communi opinioni improbatum, vel odio certæ & potentis alicujus partis afflictum, excudisset. Potuisset in illam, incredibili sane temporis sui & laboris compendio, haud parvos, qvos tot annis conqvisiverat, programmatum & funebrium orationum acervos, iisqve similia monumenta, constipare, neqve adeo his qvicqvam de suo addere, sive ad confirmanda, qvæ ex vero prodita, ab aliis vocata fuissent in dubium, sive ad supplenda, quæ deficerent, sive etiam ad convellendam narrationum, qvas de aliqvibus reperisset, falsitatem. Verbo, licuisset ei Melchioris Adami, totqve aliorum, eandem viam non sine laude, insistentium, imitatorem agere. Sed qvæso te, an dignam potes talem æstimare operam, qvæ viro occupato & gravi, aut non potius adolescenti cuidam, nondum satis virium ad majora assecuto, injungatur? Aut qvalem ex hujusmodi farragine construi historiam putas litterariam, nisi mendosam & corruptam? Qvod enim M. Tullius olim ac T. Livius serio ac prudenter sunt conqvesti de Romana sua historia, ille qvidem, *laudationibus eam factam esse mendosiorem* (*), hic vero, *memoriam rerum funebribus laudibus vitiatam* fuisse (**); mihi omnino persuasum, æqve, imo meliore fortassis jure pronunciandum esse de historia litteraria. Unde valde optaturos credo multos fore, ut in unaqvaqve Europæarum gentium emergant scriptores Mollero nostro similes, paribusqve animis instructi. Cui voto ac desiderio nostro num plane sit satisfactura erudita Religiosorum societas ex Ord. Benedictinorum a S. Mauro, a qva luculenti operis *de statu Galliæ litterario*, aliqvot partes

 conspe-

(*) Cicero *Brut. cap. 16.* (**) Liv. *lib. 8. c. ult.*

conſpeximus magno ſtudio elucubratas, tum demum, ut puto, cognoſcetur, qvando in eodem ad hanc noſtram ætatem, vel potius ad ultima duo ſecula fuerit perventum. Ceterum ad ubertatem qvod attinet, obſervationumqve multitudinem, nihil mirandum fuerit, ſi integra eruditorum Societas ſuperare poſſit unius ſolummodo hominis, finibus certe anguſtis, qvocunqve tandem modo conſideretur, circumſcripti, copias. Nunc de fidelitate duntaxat, ſinceroqve veri perſcrutandi atqve divulgandi inſtituto loqvor. Qvalem eqvidem laudem (ne qvis hanc uni propriam eſſe putet Petro Bælio,) exiſtumabo aliqvo eſſe modo impertiendam Joanni Petro Nicerono, Barnabitæ, in plerisqve, qvas ex omnibus fere Europæ collegit populis, doctorum vitis, mire accurato & candido. Qvali etiam nemo facile defraudabit operam illuſtris Marchionis Scipionis Maffei, in ſcriptoribus patriæ ſuæ collocatam, qvamvis ad ſeveras illas leges, qvæ ſingula ad memorias eorum ſpectantia exponere & conſiderare jubent, non adſtrictam. De Leonardi Nicodemi uberibus *Additionibus ad Toppi Bibliothecam Neapolitanam* parco dicere, à ſola diligentia commendandis. Iis, ſi judicandi facultas doctaqve ſagacitas reqviratur, Francisci Dionyſii Camuſati illæ, etiamſi non tanto numero, ad *Bibliothecam Alphonſi Ciacconii*, qvemadmodum & ejusdem obſervata de nonnullis *Eruditorum Ephemeridibus*, facile præferentur. Adriani Bailleti, ſcriptorum numero & præſtantia inclyti, Bernardi Monetæ, Caroli Ancillonii, qvanta ſint, qvamqve omnium prædicatione digna de hoc genere merita, neminem neſcire puto. Doctum etiam & operoſum ſatis eſt opus, qvo *Lugdunenſes* ſuos illuſtravit Dominicus de Colonia S. J. memorabilia multa de litteris & litteratis curioſe eleganterqve perſecutus, utrum vero ſincera ubiqve fide, diſpiciant alii. Hanckii de eruditis *Sileſiis*, Hartknochii & Lilienthalii de *Boruſſis*, Czwittingeri de *Hungaris*, commentationes tuentur qvidem locum ſuum, & inſtitutis auctorum pulchrè reſpondent; ſint licet ſcriptionis modo & ratione diſpares, neqve multi reperiantur, qvi ad illam exqviſitæ accurationis laudem cum Rev. Lilienthalio partiendam facile poſſint aſpirare. Peccarem haud dubie, ſi conjungere cum jam enumeratis vellem Proſperi Mandoſii, Auguſtini Oldoini, ſimiliumqve plurium ſcriptiones, utpote indignas hac ſocietate multisqve partibus inferiores. De *Germanorum, Belgarum, Britannorum, Hibernorum, Suecorum*, noſtrorum deniqve, ſeu veteribus ſive novis conatibus, qvicqvam in medium ut proferam, nemo à me nunc exigat: neqve enim id ago, ut cunctorum nomina, Nicolai Antonii exemplo in eleganti illa præfatione, colligam. Non poſſum tamen, qvin verbi aliqvid hic injiciam de egregia illa ſpe, cujus, ut accepi, compotes *Magna Britannia* nos faciet: ſiqvidem ex ea intra breve tempus conſpecturi ſumus ampliſſimam qvandam, poſtqve imperfecta illa Balei, Lelandi, Pitſei, Antonii Woodi, Waræi pluriumqve molimenta, diu deſideratam *Bibliothecam Britannico-Hibernicam, ſive Scriptorum, qvi in Anglia, Scotia & Hibernia vel nati fuerunt, vel munera aliqva obierunt, ab ultima antiqvitate usqve ad Seculum* XVII. *notitiam, qvam magnis olim impenſis, ſummoqve labore congeſtam à Thoma Tannero, nuper Epiſcopo Aſſavenſi*, ex MSS. ejus deſumptam, alphabetico ordine diſpoſitam, nec non locupletibus prolegomenis ornatam, publicis typis ſubjiciet, aut ſubjectam nunc, ut credo, habet vir illuſtri jamdudum fama ob immortalia ſua ſcripta potitus David Wilkins. Referentur in ea cujusqve auctoris patria, ætas, res geſtæ, obitus: Enumerabuntur ſcripta, genuina, dubia atqve ſpuria; Eorum, qvæ impreſſa ſunt, variæ editiones, manu verò ſcriptorum, ubi aſſervantur, loca, indicabuntur. Et injuſtum profecto foret, de præclara adeo acceſſione non gratulari velle orbi litterato, pietatemqve Reverendi illius viri, cui acceptam feremus, grata celebratione proſeqvi. Tandem inter eos, qvi Academiarum Memorias, Profeſſorumqve vitas condiderunt, qvorum neqve parvus eſt numerus, poſt laudatiſſimam Antonii olim Riccoboni in *Patavina*, Jo. Launoji & Guil. Bulæi in *Pariſienſi*, atqve Antonii Woodi in *Oxonienſi* induſtriam, non memini ullos (ſaltem eos non novi,) qvorum merita exæqvari poſſint cum ea laude, qvam optimo jure aſſecuti ſunt & reportarunt, ex Academia qvidem *Altorfina* egregie deſcripta Zeltnerus, Bayerus, Apinus, ex *Ultrajectina* vero Caſparus Burmannus; niſi & his forte adjiciendus Jo. Chriſtoph. Becmannus, *Francofurtenſis ad Oderam* hiſtoricus, ſatis in multis

multis locis copiosus. Verum, ut ad propria revertamur, ex omnibus modo enumeratis etiam qvi habendi sunt præstantissimi, qvod eadem rem illam dexteritate, qvam in Mollero animadvertimus, pertractarint, neqve audemus dicere, neqve possumus; minime etiam verentes, ut ab ullo eorum hic Noster superatus industria, fide, ingenuitate demonstretur. Ac, ne nobis Nicolaum Antonium qvis opponat, alioqvin facile in hac palæstra principem, utut libenter, & merito qvidem, largiamur, egregium scriptorem nihil reliqvi fecisse, qvod ad boni historici virtutes pertinet, audacter profitemur, Nostrum ne huic qvidem, præterqvam in una illa dicendi facultate, concedere. Tametsi in eis, qveis antecellit Hispanum Noster, qvædam non tam auctori imputanda esse, qvam illius, in qva constrictus vivebat, religionis impedimentis, novimus. Annon vero autumas, illa, qvæ Nicolaus conscripsit, capita de nonnullis patriæ suæ viris, per orbem cognitissimis, ex. gr. de Dominico de Soto, Didaco Hurtado de Mendoza, Bartholomæo de las Casas, Constantino Fontio, Joanne Mariana, Joanne Genesio Sepulveda, Antonio Perezio, exilio & scriptis nobili, ut plures prætercam, non fuisse aliâ & multo luculentiore forma prodituram, si in manus Molleri, apparatu Antoniano instructi, incidissent elaboranda? Styli qvidem nitorem, qvippe qva parte Antonius regnat, eundem neutiqvam offendisses; (hoc enim qvidni fatebimur?) at, qvod plus certe utilitatis habet, multa scitu & memoratu digna percepisses, modò leviter illic attacta, modò strictim & qvasi titubanter prolata, imo in qvibusdam certo consilio tacita prorsus & suppressa. Sed qvo rapimur? & qvam tantam habemus causam Nicolaum Antonium accusandi? Qvasi ille in Romanensium tantummodo cœtibus, vel apud Hispanos, mos vigeret, neqve idem sese aliis jamdudum probasset, ut veritas tegeretur, certorumqve hominum facta, ne ad posteritatis notitiam perventura sint, qvasi qvibusdam velis obtenderentur? Percuperem eqvidem in eo falli opinioneqve mea decipi. Sed, nisi admodum sit mutata indoles & natura qvorundam ex eo ordine, cujus est normam & puritatem credendorum custodire, ac ne in ullo varietur puncto, curam agere, vix aliter mihi persvaderi patiar, qvam nonnullos eorum valde iniqvis oculis intuituros fore qvasdam in hac *Cimbria Litterata* insectiones, narrationesqve, & multa ut fuissent ex iis sublata funditus ac deleta, optaturos. Ad me qvod attinet, fateor hinc inde mihi, præsertim (ut ex pluribus duos nominem,) in Georgii Calixti vita, fusissime omnium *Tomo III.* descripta, inqve Joannis Henrici Horbii illa, *Tomo II.* de hostibus illorum virorum, spectatis, dum vivebant, magnæqve adhuc famæ Theologis, talia sese obtulisse, ad qvæ totus mihi animus cohorruit. Nam etiamsi jampridem ea ipsa maximam partem haberem cognita, qvum tamen in unum cumulum congestam & comportatam, invictisqve confirmatam heic documentis tantam adspicerem seriem calumniarum, mendaciorum, perjuriorum, vexationum, pluriumqve aliorum scelerum, qvibus in fratres suos personati illi Divinæ gloriæ defensores fuissent grassati, (qvali armorum genere vel paganos & atheos oppugnare nemo non summum nefas duxerit, nisi perfecte impius;) non poteram non graviter commoveri, tamqve pudendorum memoriam exemplorum, tanqvam auspicia mala, detestari. Et jam videor mihi audire qvosdam, nobiscum expostulantes & conqverentes de nimia Molleri libertate, partiumqve, sicut ipsi appellare solent, studio; qvod auctorum non optimæ notæ noxiisqve opinionibus adhærescentium sæpe tutari causam, summorum autem hominum, incredibilibus de Ecclesia Dei meritis venerandorum, qvævis peccata detegere, notissimi illius ante qvinqvaginta aliqvot annos scriptoris exemplo, non erubuerit. Annon enim rectius fuisset, de illis manifestè jampridem improbatis, qvippe qveis, etiam dum inter mortales supererant, communione piorum, imo ipso cœlo, in tot puriorem spirantibus doctrinam libris, interdictum fuit, parum solicitum se ostendere; horum autem ardorem ferventissimosqve in propugnanda religionis arce animos potius admirari, qvam, sicubi moderationis leges excessissent, ut solent heroici illi spiritus justo interdum acrius incalescere, invidiose traducere, & qvæsitis criminationibus infamare? Ita scilicet cum bonis & præclare meritis viris agitur! Ita parentum turpitudo obtegitur, ac dissimulantur nævi; qvod tamen pietatis divinæ humanæqve leges jubent! Verum qvi sic loqvuntur aut sentiunt, eo, in qvanta ipsi versentur injustitia, nobis dicunt. Illi enim ipsi sunt, qvi nobiscum

nihil cuperent potius, qvam ut eodem candore eademqve libertate, qva Mollerus usus, conscriptæ haberentur historiæ de iis gentibus & ecclesiis, in qvibus à nostrorum dogmatum puritate ingens illa viget dissensio, multisqve jam seculis viguit: nuncqve in Romanensibus atqve aliis qvod culpant, sæpe non levia suorum probra, multa etiam ad catalogum veritatis confessorum ampliorem efficiendum apta, silentio prætereuntibus, illud ipsum a nostris observatum vellent, qvasi in eo pietatis & religiosi officii res versaretur. Vellent forsitan, ut qvæcunqve a sinceris, qvos vocant, doctoribus aspere in eos, qvos oderant, & ferociter, falso etiam & sine ulla veritatis specie, dicta essent, rata noster auctor habuisset, hoc est, ut in illa diligentissima disqvisitione ne qvidem oculis suis credidisset. Ostendant vero nobis, ubi ille & qvo loco errantium peccatis aut pravarum opinionum commentis patrocinatus sit; aut ubi non potius serium pectoris sui dissensum ab omni eo, qvod cum revelata ac per Christum & Apostolos tradita religione non congrueret, ut erat in istis rebus constantissimus, sit testatus. Etenim, qvæ mens illi, & qvis sensus de dogmatibus & officiis Christianorum fuerit, tum in multis Theologorum aliis, tum præcipue in Henrici Mulleri Rostochiensis vita (*), nec non in Georgii Stampelii illa (**) declaratum ivit. Pacis & tolerantiæ commendatricem qvod majore aliqvanto favore, qvam pugnacem sine omni mansuetudine Theologiam complexus sit; & qvod abesse non tantum a sacri ordinis viris, sed ab humana omni societate lupinos ac leoninos mores desiderarit, ut inficiari non possumus; ita si hoc aliis criminis loco habeatur, per nos licet reprehendant, scriptisqve suis ulciscantur, qvantum velint. Illud nos vicissim postulamus, ut ne aliæ historiis ecclesiæ aut litterarum, qvantum ad veritatis libere proferendæ studium, præscribantur leges, qvam qvibus civilis historia utitur & adstricta est. In hac enim novimus præceptis, qvibus obrogari nunqvam potest, sancitum esse, atqve a scribente reqviri, ut eadem, qva optimorum mortalium, etiam malorum actiones, integritate narret, tam in prioribus, sicubi a virtute declinaverint, castigandis, quam in alteris, qvoties cum justitia sint conjunctæ, prædicandis, incorruptus. Legimus, & in omnibus fere historicorum monumentis offendimus Principum vitia, consiliariorum errores, ducum frustrationes, civium peccata, vivis sæpenumero coloribus depicta: ita ut Polybio, sapientissimo auctori uniqve ex principibus, qvi eam unqvam artem tractaverunt, magnæ gloriæ ducatur, ne parenti qvidem proprio, aut aliis, qvos amicissimos habebat, pepercisse; adeoqve maluisse in historia veritatis amicum se probare, qvam peccatis paternis aut civium conjunctissimorum indulgentem. Et nos homunculi stomachabimur, atqve, Christiani cum simus, veroqve & justo æterna sponsione obligati, ob detecta in qvodam alicujus famæ doctore perversæ mentis indicia, litem movebimus historico innocenti & extra omnem malæ fidei suspicionem posito! Ego interim persuasum omnino habeo, Mollerum ex talium narratione nihil jucunditatis sensisse, haud magis quam Sozomenum, utpote qvi similia fere suorum temporum dedecora probraqve aggressurus, invidiam prius omnem deprecatur, neqve enim se nisi invitissimo ea animo narrare, quum si alio modo ageret, historiæ legitimæ jura corrumperentur, ac veritas, cui dum obsequendum, cuncta postponenda essent cetera, proderetur. Pariter in toto opere, quod hic editur, simplex istud elucet, rectumqve ingenium auctoris nostri, usqve adeo a dissimulatione alienum, ut, quemadmodum neqve a se potuerit, in erratis eorum ac nævis, quos etiam maxime venerabatur, aliqvid ut sileret, impetrare, cujus moris exempla in Antonio Reisero (*), Erasmo Sarcerio (**), Joanne Balth. Schuppio (***), aliisqve magno habemus numero; ita de illis vicissim, quorum, cum aliter non liceret, haud levia interdum flagitia exposuerat, minime unquam intermiserit, quæ essent egregie laudabiliterqve præstita, commendare, idqve ut plurimum facere exquisitissime. Perlegatur modo longum satis caput, quo Joannem Mullerum, celebrem Hamburgensium sacerdotem enarravit (****), & videbitur, qvam effusus Noster ac prolixus in afferendis doctorum de illo viro judiciis, nimium sæpe faventibus omnemqve supergressis modum, fuerit, qvamqve contra in censuris adducendis parcus. Possent similia, & qvis dubitat? multò plura indicari: faceremqve id profecto, si rem ita postulare crederem. Tametsi rectius fortassis inqvisitionis ista

opera

(*) *Tom. III. p. 489. & 490.* (**) *Tom. II. pag. 859.*
(*) *Tom. 2. p. 708.* (**) *Tom. 2. p. 760. 761.* (***) *Tom. 2. p. 794.* (****) *Tom. 3. p. 499. sq.*

opera fuerit relinqvenda iis, qvibus aliqvando volupe erit, aut qvi interesse sua arbitrabuntur, paria, si possint, auctori nostro reddere, atqve eorum, qvos læsos existimabunt, honorem & innocentiam vindicando, peccata Nostri & errores, & inflicta, si qvæ deprehensa fuerint, veritati ipsi vulnera, æqve validis fortibusqve, atqve ille usus est, documentis coarguere.

Nunc de fructu & utilitate, quanta ex his *Cimbriæ Litteratæ* libris expectari possit, aliqvid adjungendum foret, nisi arrogantiæ crimen extimescerem, quasi lectorum judicia sermone cogitarem meo præoccupare. Itaqve video me hac posse, tanqvam supervacua, supersedere opera. Qvis enim doctrinarum studia usqve adeo iratis profitetur Musis, ut vel infinitum historiæ, quocunqve nomine consideratæ, usum, vel speciatim ingentia litterariæ historiæ ignoret commoda, & quas hæc ipsa reliqvis studiorum generibus opportunitates adferat? Ita ut inter adjumenta disciplinarum & subsidia, quibus nostram inprimis ætatem providentia Divina abundare fecit, nullum temere nominaveris, quo carere difficilius, ut res hodie constitutæ sunt, possimus, quodqve etiam gravius sui ulciscatur contemptionem. Qvod qvidem in proclivi esset, per scientias eundo, ingenti argumentorum exemplorumqve vi firmare, nisi jamdudum alii peculiaribus illud fuissent scriptis executi, atqve, ut qvod res est dicam, mihi persuasum haberetur, vix præter tyrones esse, & in disciplinis bonarum artium fere hospites, qui de ea re dubitent. Ceterum, ut in plerisqve operibus, adeo amplæ circumscriptionis, atqve est hæc Cimbria Litterata, præsertim si in iisdem non jejune, sed quemadmodum hic, plenius res tractentur, multa ubiqve in rem suam omnium fere studiosi artium reperiunt, ita in his voluminibus ubertatem & copiam, omni opinione sua majorem, iidem deprehendent. Est enim, atqve in quovis volumine sese offert, etiam non qværentibus in conspectum incurrens qvasi, unde thesauros suos locupletabunt Theologi, Jurisconsulti, Philosophi, Historiæ naturalis amatores, Medicorum tota & Mathematicorum natio, deniqve Grammatici & Antiquarii, & quotcunqve aliquam eruditionis ab humanitate appellatæ partem colunt. Sed qvæ in tota doctrinarum classe maximam hinc sibi accessionem gratulari qveat, Ecclesiastica sine dubio est historia, non solum propter intimum ejus cum Litteraria illa nexum, nemini ulli, ut credo, ignoratum, verum etiam propter prævalentem illorum numerum, qvi ex sacra illa eruditione aliqvid nominis consecuti, aut muneribus præfecti ecclesiasticis, hic comparent. Atqve eorum sive memorias amplissimasqve vitarum descriptiones intuearis, ubi nihil in eorum gestis præteritum, nihil in agitatis cum aliis doctoribus controversiis non enucleatum habes, imo longe majore studio & fidelitate, quam ab ullo alio cujuscunqve nominis auctore, singula explicata; sive scriptorum recensionem spectes, & qvæ eorundem occasione Mollerus, incredibiliter diligens, ad lectorem plenius edocendum necessaria duxit ut proferret, nunc ex propriis observatis, nunc ex aliorum judiciis, sæpe etiam, ut enatas auctoribus inde lites narraret, vel similia, nusqvam profecto deerit ad historiam sacri & religiosi argumenti instruendam uberrima materiarum seges. Qvemadmodum neque desiderabit historiæ civilis cultor suo usui inservitura, in tot vitis summorum hominum; qvos inter eminere maximos qvosdam videmus Principes, ut regali sangvine editos, ita augustis undequaque meritis non tantum in ditionibus suis regendis, sed etiam in disciplinarum artiumqve, strenue ab ipsis excultarum, amplificandis commodis proferendisq; finibus, fulgentissimos. Offerent sese ex Politicorum, ut vocantur, ordine, in omnibus tribus Partibus, viri, familiarum vetustate & amplitudine, officiorum splendore, doctrinæ, quam ornaverunt, gloria, illustrissimi. Conspiciuntur exercituum Duces, Phœbea illa non minus, quam imperatoria lauru decorati. Occurrunt alii, & quidem majore numero, præcipuis, dum vivebant, togæ ornamentis adscripti, exqve negotiorum publicorum, partim in legationibus, quas foris gesserunt, partim in patria, apud Principes suos aut cives, administratione immortalem adepti famam, egregiis, quæ publicarunt, monumentis, nec non in Musarum alumnos beneficiis haud parum adauctam extensamqve. Omittam dicere de illo, quod præterea in hujusmodi solet commentationibus spectari, quodqve ad notitiam lectoribus de disciplina-

 rum

rum progreſſu & incrementis aperiendam pertinet: nempe ut, quibus auſpiciis in regiones illas, quarum clari ingenio & ſcriptis viri percenſentur, introducti olim fuerint, queisqve auxiliis propagatæ, ad præſentis felicitatis habitum pervenerint, conſtare qveat. Id enim haud minus præſtitum eſſe a Mollero, ex ratione terrarum ambitus atqve finium, qvibus ei placitum fuit ut *Cimbriam* ſuam *Literatam* includeret, arbitramur. Neque exiſtimare poſſumus, curioſis iſtius ſcientiæ hoc admodum obſtare, quod auctor, mutata, quam antea inſtituiſſe ipſum diximus, diſpoſitione, non amplius ſeculorum ſeriem ac ætatum, quibus floruerunt ſcriptores, ſed alphabeticam, vulgo appellatam, adoptavit. Cum præterquam quod in his terris, etiamſi haud nulli plane, minime tamen multi floruerint, qui ſeculum ab hoc noſtro tertium, ad qvod communiter fere doctrinæ per Germaniam refloreſcentis refertur ætas, præceſſerint, laboris non magni res fuerit, ex reliqua multitudine qvosdam præſtantiores, & in promovendis artibus feliciores ſeligere, ſuasqve in claſſes, non modo temporum, queis vixere, ſed & diſciplinarum, quas illuſtravere, diſtribuere. Atqve tunc auctor forem, ut poſtqvam luculentus magnorum hominum numerus, tam indigenarum ex *primo Tomo*, quam alienigenarum ex *altero*, excerptus eſſet, qvotcunqve ſcilicet ad quandam doctrinarum partem, ſive profanam ſive ſacram, eximii aliqvid contuliſſent, ad *tertium* demum *Volumen* cum perventum eſſet, ex eo nullus fere prætermitteretur. Equidem cum hoc primum in manus ſumerem, perfacile animadverti, propoſitum auctori fuiſſe, nullos ibi commemorare, niſi præſtantiores, qvorumqve actiones & monumenta edita plurimum celebritatis habuiſſent: etiamſi haud dicere poſſumus, pari iſtos omnes vel eruditionis vel aliarum virtutum gloria præſtitiſſe, aut omnia in eorum geſtis fuiſſe Mollero magis, quam aliis multis approbata. Attamen tales heic reperientur forte pauci, iisdemqve ſingularibus qvibusdam dotibus, ac in eccleſiam remve publicam meritis labem unam alteramve compenſantes. Sunt vero ex utroqve genere, tum in Cimbriæ partibus natorum, tum ex aliis gentibus ad illuſtrandam eam translatorum, præcipui quidam, ut dixi, & ſelectiſſimi. Non ſane, quod in prioribus duobus Tomis permulti non æqve celebres excellentesqve hinc inde obſerventur; (ſecus enim qui ſentit, contra auctoris mentem, imo præter veritatem ſentit;) ſed qvia de ſingulis, quorum nunc meminimus, adeo ipſi locuples & vaſtus ad manum erat collectaneorum apparatus, ut, poſtqvam delibatum inde tantum, qvantum ad vitas ſufficeret adſtrictius, ut ſolebat, enarrandas, præcedentibus Tomis inſeruerat, reliqva ſtudioſe duxerit tantiſper ſeponenda eſſe, noviqve extructionem operis ex affluente materiarum copia ſeorſim moliendam. Itaqve priores duas partes cum ordinaſſet, qvaſi liberiorem campum nactus, tertiæ, de qva nunc agimus, ita elucubrandæ incubuit, tantumqve in eam obſervationum de eruditorum qvacunqve in vitæ parte memorabilibus, de controverſiis, de operibus editis ac ineditis, aliorumqve de iis ſive benignioribus ſive ſiniſtris judiciis, profudit incredibili uberitate & congeſſit, ut tunc penitus videatur nihil voluiſſe relinqvere ad perfectæ in eo genere narrationis abſolutionem. Atqve ſic factum, ut, qvamvis de multis, in hac *Tertia Parte*, qvi deſcripti ſunt, peculiares jam antea commentarii haberentur, ſintqve iidem non raro ab illis, qvi familiarius viros cognovere, profecti, (ne orationes funebres, & programmata, qvorum honore pauci caruerunt, his annumerem;) tamen in nullo eorum ſatis diligenter eſſe actum, nullum ea cura adornatum eſſe, aut ſive in ſcriptorum recenſu, ſive in factis & actionibus, ad hiſtoriæ leges directum, Noſtro fuerit deprehenſum, qvin multiplex ubivis argumentum, atqve, ut appellabat, ſpicilegium, emendationum, correctionum, ſupplementorum, ſibi paratum invenerit. Qvid plura? Vix aliud mihi opus nominaveris, de qvo excitata opinio, ſpesqve jam diu multorum animis concepta feliciorem magisqve congruentem exitum ſit ſortita, qvam hoc ipſum. Ita ut fidem plane jam habeat prædictio Morhofii, qvam præclarus ille vir, ſuo, omnium primo, ni fallor, qvi a vulgato Noſtri ipſius *Prodromo*, orbi litterario afferebatur, de *Cimbria Litterata* nuntio, his verbis ſubjungebat: *Ea vero* ἀκριβείᾳ, *fide, induſtria, in hoc opere verſabitur* (Johannes Mollerus,) *ut ceteris in hoc genere ſcriptoribus palmam facile prærepturus ſit.* (*)

Qvan-

(*) *Polyhiſt. Tom. I. lib. I. cap. 18. §. 47.*

Qvanta illa igitur præſtantia, qvanta utilitas voluminum, qvæ exhibemus, fuerit, quantusqve inde non ad auctorem tantummodo, ſed potius multoqve magis ad univerſam gentem, cui dicata fuerunt, gloriæ & immortalitatis fructus emerſurus ſit; tantumne judicabimus damnum fuiſſe & dedecus, cum reipublicæ litterariæ, tum & huic ætati noſtræ contrahendum, ſi per hujus negligentiam fata iisdem ea tenebris, qvæ octodecim jam æſtates parente ſuo orba involverunt, porro, ne dicam perpetuo, contexiſſent? Et nunc integrum fere elapſum eſt decennium, ex qvo in pulcherrima *Commentatione*, quam *de Joannis Molleri vita & ſcriptis* filii ejus publicarunt, poſt accuratam hujus *Cimbriæ Litteratæ*, multasqve implentem paginas deſcriptionem, (in qva neqve pauca extant, lectoris attentionem qvæ merentur, feſtinantibus nobis hic prætérita,) poſtqve enarrata, qvæ & ipſi hæredes & auctoris defuncti frater, vir plurimum reverendus Franciſcus Mollerus, Præpoſitus Flensburgenſis, magna, ſed etiamtum irrita ſolicitudine pro editione ejus procuranda ſuſcepiſſent, expoſitus ſolenni modo theſaurus fuit, cum publica hortatione, qua univerſa bibliopolarum natio compellabatur, adqve ferendas tam utili negotio, tamqve honorifico, ſuppetias legibus invitabatur honeſtiſſimis. Verum & hæc inanis ſumebatur opera. Ita ut, procedentibus in numerum annis, minui magis ſpem illam conqvererentur, quotquot præclare de opere exiſtimantes, jamdiu illud videre, ejusqve potiri uſu atqve fructu votis omnibus expetierant. Quid? qvod pertimeſcere non pauci, ne qvod infinitis aliis nullo non ævo monumentis accidit, improviſa aliquando calamitas, dum ita premeretur, funditus omnem ejus expectationem tolleret, totqve annorum labores adverſus unius momenti caſus extingueret. Tandem, qvod aliunde fruſtra deſideratum, atqve ab iis, quorum in iſtiusmodi rebus qvæſtus vertitur, ſperatum fuerat, apud nos auxilium Divina qvadam diſpenſatione obtigit. Attulit hoc, & peropportune, qvod ſucceſſus docuit, remedium laboranti negotio invenit, ac præſtitit, adeoqve *Cimbriæ Litteratæ* benefici inſtar ſideris illuxit incomparabilis virtus Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Herois, Dn. JOANNIS LUDOVICI DE HOLSTEIN, Domini in Lethra, Eqvitis Aurati, S. Reg. Maj. Daniæ & Norvegiæ Conſiliarii privatæ Conferentiæ & Conſilii Sanctioris Intimi, ex ordine Clavigerorum Cubicularii, Supremi Cancellariæ Danicæ Secretarii, Univerſitatis Regiæ Hafnienſis Patroni, Præſidis Collegii de Curſu Evangelii promovendo, Eccleſiarum per utrumqve regnum & ditiones omnes Regias Inſpectoris generalis &c. &c. Is ſcilicet, inter tot tantaqve Senatus, Eccleſiæ, regnorum negotia, qvorum conſummatiſſima cum laude pondus ſuſtinet, quandoqvidem illam, qvam excellior ipſi indoles inſevit, uſus vero ac doctrina confirmavit, mirificam in Muſas beneficentiam exſerendi omnes occaſiones amplectitur, hoc etiam ad ſuas oppido ſingulares de ſtudiis optimarum artium amplificandis curas pertinere voluit, ut relictum ab omnibus, tamqve diu neglectum Mollerianæ induſtriæ partum ſuſciperet. Ejus igitur Herois nunqvam ſatis prædicando beneficio adſcribendum, quod e tenebris ſuis protractum, & qvaſi ab interitus periculo vindicatum, digniſſimum luce opus ac perpetuo victurum, nunc tandem cognoſci magnoqve rei litterariæ bono uſurpari qveat. Magnum profecto hoc eſt & admirandum, inter tot occupationes, nunqvam intermittere illam generoſæ in elegantiores diſciplinas voluntatis conſvetudinem, eamqve, ſicut Mæcenas hic noſter facit, nulla non die novis meritorum ſpeciminibus, domi atqve in proximo declarare: Sed majus eſt, & ſupra ſeculi hujus morem, alibi, & e longinqvo, & qvidem ex illis rebus, qvarum jam animis fere cunctorum memoriam effluxiſſe crederes, gloriæ iſtius materiam fructumqve colligere. Etenim cum certior Patronus de Molleriano opere eſſet factus, atqve illud in veteri adhuc loco, ubi de editione ejus nihil erat etiamnum conſtitutum, aut, ſicuti videbatur, conſtitui poterat, hærere, ſartumqve & tectum eſſe comperiſſet, excitatum ſeſe illico ſenſit ad agendum cum auctoris filiis, ut ad ſe tranſmitteretur. Eſt autem major natu filiorum, BERNHARDUS MOLLERUS nomine, Paſtor in Ducatu Sleſvicenſi Drelsdorfenſis, ubi, poſtqvam in Academiis Hafnienſi atqve aliis ſolidam litterarum humaniorum & Divinarum cognitionem acqviſiviſſet, ab anno 1741. qvo ad ſacram functionem vocatus fuit, promovendæ animarum ſaluti inſigni integritatis

ceterarumqve ſacerdotalium virtutum laude invigilat. Atqve ei tunc nullus poterat lætior optabiliorqve nuntius advenire, qvam de paternis laboribus tam pias apud nos tamqve benignas cogitationes ſuſcipi. Qvapropter & nihil habuit antiqvius, qvam ut eosdem ita ut reperiebantur, hoc eſt, illo ipſo, qvo ab auctore olim relicti fuerant, ſtatu Hafniam curaret perferendos. Optaviſſet eqvidem vir reverendus, licuiſſet ut ſibi pariter huc accedere, editioniqve operis, qvod luce & oculis ſuis habebat carius, & cujus ipſe olim, in patre adjuvando ſedulus, bonam partem deſcripſerat, manum porro ſuam & miniſterium commodare. Verum obſtabat ſanctius illud, cui admotus nuper erat, officium, a qvo tantum abeſſe temporis neutiqvam ſibi integrum. Ideo, qvam ſibi interclusam vidit, mox tanto lubentiore animo accepit, provinciam fratri ſuo demandandam eſſe, perqvam opportune hic præſenti, & nobiſcum ab aliqvot annis commoranti. Scilicet deſtinatum jam erat in animo illuſtriſſimi Domini de HOLSTEIN, ex qvo exempli manuſcripti compos factus, ſingularem ejus utilitatem magis propria ex inſpectione quam aliorum judiciis perceperat, protinus typographo illud tradere, ſumptusqve ut ex Orphanotrophéo Regio, cui laudatiſſimus Heros præeſt, ſufficerentur, jubere. Idqve ut tanto felicius procederet, nihilqve eſſet, qvod auſpicatiſſimæ rei curſum retardaret, negotium admodum volenti atqve adeo exoptanti dedit OLAO HENRICO MOLLERO, (is alter, qvem modo indicabam, filius,) de recognoſcendo diligenter exemplari, omnibusqve illis apparandis ac digerendis, qvæ ejusmodi aliqvam curam, priusqvam in operarum manus perveniret, viderentur efflagitare. Effecit illud brevi tempore juvenis plane egregius: neqve ea ſolum, qvæ aliis ſimili ex mandato in mentem veniſſent exeqvi, ſtrenue effecit ac peregit, verum ad plura omnino laborem operamq; ſuam obtulit. Nam primum cum animadverteret, *Additamenta* illa, qvibus Pater, *Appendicum* nomine, peculiares claſſes, *primo* & *ſecundo Tomo* ſubjungendas deſtinaverat, (de qvibus & ipſe in *Prodromo*, & filii in vita ejus (*) mentionem fecerant,) non multum ornamenti operi, minus autem jucunditatis lectori paritura eſſe; qvippe cum nemo non potius optaret, omnia ſuis locis habere inſerta, qvam poſt docti alicujus viri memoriam in contextu *primæ* aut *ſecundæ Partis* luſtratam perlectamqve, deinde ad *Appendices* illas ſe conferre; in qvibus ſæpe vel nihil additamenti, vel exiguum, rarius magni momenti aliqvid reperiendum foret; univerſa qvæcunqve erant, adeoqve totas *Appendices*, nullo alias in verbo aut apice immutatas, ad loca ſua tranſtulit, ipſiqve operi intexuit. Deinde, dum typis deſcribebatur, aſſidue typographo præſto fuit, ſingulorumqve foliorum ſpecimina, ingenti & pertinaci labore, a capite ad calcem perluſtrando, ut ſublatis operarum mendis quam caſtigatiſſimum prodiret, providit. Interim iſtis curis intentus, nunqvam ex animo dimiſit paternam admonitionem, qvam ſupremo is vitæ tempore heredibus reliqverat, graviterqve & ſeveriſſime præceperat, ne *Cimbria Litterata* ulla in parte aucta, vel truncata, vel mutata foras daretur: tanta etiam religione illi inhærendum legi ratus, ut neqve in ſtylo, qvamvis potuiſſet nonnunqvam, nec qvidem in interpunctionibus vel minimum ſibi hujusmodi libertatis permiſerit. Quid? qvod compertum jamdudum habens, in *Tertia Parte*, qvæ longiores illas vitarum expoſitiones comprehendit, qvatuor aut quinqve deſiderari, qvibus elaborandis auctor nondum manum admoverat, qvando ultimo oppreſſus morbo ad cœleſtem vitam demigravit, filius neqve hanc ſibi exiſtimavit ſumendam eſſe operam, ut defectum ſuppleret talem, utqve ex apparatu illo, qvi, ſicuti ad ceteras, ita ad iſtas quoqve aderat a parente relictus, novas biographias extrueret. Ita ut nunc neceſſe ſit, iis ut acqvieſcamus, qvæ in *prioribus Partibus* adumbratæ extant; qvamvis uberiorum de iisdem in tertia exhibendarum narrationum ſpes facta. Sunt vero, de qvibus ejusmodi promiſſæ deſcriptiones in *Tertia Parte* non apparent, *Auguſtus Hermannus Francke*, *Joannes Fridericus Mayerus*, *Henricus Muhlius*, *Joannes Wilhelmus Petræus* (aliis Peterſenius nominari ſolitus,) ejusqve conjux *Johanna Eleonora de Merlau*. Erant inſuper, & haud raro offerebantur occaſiones filio, paternos labores ſupplendi, novisqve e ſua penu obſervatis hinc & inde interpolandi. Verum abſtinebat prudens manum, atqve a defun-

(*) *pag. 50.* v. & Morhof. *Polyh. l. c.*

defuncti præceptione ne in minimis qvidem discedendi certus, in aliud ea tempus reservabat: qvo adauctum aliqvanto pluribus, uti sperat, accessionibus istum cumulum, una cum ampliore *Cimbriæ Litteratæ*, per omnes partes, usqve ad nostra tempora *Continuatione*, proferre in medium, orbiqve litterario impertiri qveat. Qvod sane doctissimi juvenis consilium, nobis omnibusqve, præclare de utilitate laborum patris sentientibus, perjucundum, tanto magis officii nostri duximus publico significare, qvanto perspectiores eruditio, diligentia, aliæqve multæ virtutes ejusdem *Olai Henrici*, & in hoc ipso studiorum genere exploratiores sunt: quantoq; magis nobis persuasum est, *Joannem Mollerum*, si nunc revivisceret, aut potius, si ipsi fata in hoc tempus vitam produxissent, agniturum facile fuisse veram sui imaginem, multasqve ex illis dotibus, qvibus instructus ipse tanta olim aggressus est & perfecit, in animo istius ex se nati ingenioqve admirabiliter expressas. Quapropter & nihil lubentius facimus, nihil justius loc loco fieri posse opinamur, qvam ut laudatissimo proposito prosperos successus voveamus; ac deinde ut simili, (utinam haud minus qvoqve efficaci,) obsecratione, atqve illi, qvæ parenti tot qvondam insignia adjumenta conciliavit & arcessivit, universos & singulos patriæ, eruditionis & litterariæ historiæ amatores rogemus, velint filii conatibus favere, suppeditando benevole & humaniter, tum qvæ supplendis, sicubi esse opus animadverterint, huius *Cimbriæ Litteratæ* partibus, tum qvæ eisdem continuandis inservitura, sive in schedis & scriniis suis iamdudum habent, sive posthac erudita observatione collegerint; inqve eo exempla imitentur illustrium clarissimæqve famæ hominum, quorum opibus & subsidiis & propensa benignitate suffultus piæ memoriæ *Joannes Mollerus* hoc tam eximium & in secula duraturum monumentum & civium suorum gloriæ & eruditi orbis emolumento excitavit.

Diximus, qvæ ad laudem censuimus præstantissimi operis jure merito pertinere; & fortasse sic diximus, qvibusdam ut videri qveat hæc tota præfatio ad illum duntaxat finem instituta, ut lectori non nisi panegyricum & laudationem meram repræsentet. Verum qvi ita sentiunt, iidem neqve, ut credimus, ignorant, laudationis esse, rei, de qva agitur, virtutes exqvisitissimis verbis exaggerare, sæpe etiam qvædam non admodum verisimilia affingere; vitia autem vel studiose supprimere, vel dicendo elevare ac minuere. Jam in eorum altero qvandoqvidem nos hunc modum tenuisse arbitramur, ut omnia, qvæ nunc scripsimus, qvam minimum laudationis, nihil certè ementitæ, habeant; neqve enim vel operis augere vel artificis virtutes fuit institutum nobis, sed tantummodo judicii nostri testimonium proferre: in altero, ut parciores verborum videamur, non nos, sed res ipsa, adeo paucis, qvæ reprehensionem incurrant, aspersa, efficiet. Namqve hoc dicere & pronunciare, inter eos, qvi libris componendis dederunt operam, adeo *Joannem Mollerum* excelluisse, ut nihil ei perfectionis defuerit, nihil ad expletam formam boni historici possit adjici, sicuti à nostra cogitatione procul abfuit, ita, qvod neqve ex verbis hac in præfatione prolatis conseqvatur aut exsculpi qveat, certi sumus. Neqve sane ullo in loco prædicatione nostra vel ipsum vel hanc *Cimbriam Litteratam* sic extulimus, ut omnibus absolutum numeris opus diceremus. Qvi enim id nos possemus? qvi, etiamsi non raro animadvertimus, valde liberaliter agi in hoc titulo profundendo, sive id scientiæ in qvibusdam vitio, sive seculi assentantis adeoqve sæpe ineptientis labi adscribendum, tamen adhuc dubitamus, an ullum in toto orbe scriptum opus aut monumentum existat, humano ex ingenio, & mortalis alicujus vel consummatissima industria procusum & elucubratum, qvod elogii istius amplitudinem impleat? Etenim, qvod dictum innumeris est satisqve habetur inculcatum, ea naturæ nostræ est conditio, ut inter mortales omnes, nemo, qvi posit omnia, inveniatur; inter libros etiam, qvi nævis auctorisqve peccatis, etiam sæpe alteri, qvi immane qvantum illo scientia sit inferior, deprehendendis, omnino careat, nullus adhuc prodierit. Mollerus noster, licet permagnis virtutibus præditus, licet admirabili memoriæ judiciiqve vi pollens, industria invictaqve laboris patientia nulli hominum secundus, integritate, fide, libertate anteferendus plurimis; licet, inqvam, tot boni scriptoris facultatibus instructus & ornatus, eæqve etiam in *Cimbria Litterata* agnoscantur, neutiqvam tamen possedit omnes.

nes. Caruit præſertim una, qvam qvidem haud ignoro tanti ab eis, qvi præcepta hiſtoricæ artis condiderunt, æſtimari, ut nonnulli an ultimo loco ponenda ſit, videantur fere dubitare, ego vero illis, qvarum initio mentionem feci, qvibusqve auctorem *Cimbriæ Litteratæ* enituiſſe certum eſt, nullo modo comparandam reor. Eſt illa dictionis nitor, ſtyliqve latini elegantia, cujus noſter, plus qvam ſcriptori hiſtorico eſſe permiſſum pleriqve volunt, fuit incurioſior. Neqve hoc tantummodo animadvertitur vitium in vocabulis & verbis, qvæ uſurpat, veteri Latio improbatis, atqve ex vulgi inqvinatè utplurimum loqventis & ſcribentis uſu tractis; ſed etiam in orationis ambitu ſententiarumqve concluſione, ubi ſæpiſſime aliqvid offendemus, cui inaſſuetum ſe dicet Romanis auctoribus innutritus. Adde qvod brevitatis illud, multarumqve narrationem rerum in paucos compingendi verſus ſtudium, perſpicuitatem orationi interdum adimit, ita ut ſcriptor, etiamſi nihil minus qvam tenebras caliginemqve affectans, tamen qvibusdam in locis (non certe omnibus, uti neqve nimis multis) ob parentheſes crebas & conglomeratas, ſtructuram ſermonis involutam, periodosqve adeo modum excedentes, & alienorum qvaſi farctura turgidas, ut ex una, non duo aut tria, ſed plura etiam inciſa poſſis facere, obſcuritatis omnino labe haud immunis ſit. Non eqvidem neſcimus, qvid Reimmanno, inter heroas hiſtoriæ litterariæ ſine controverſia collocando, & præterea latinitatis cenſori valde oculato, talia qvondam exprobranti (*), ipſe Mollerus (**) repoſuerit. Neqve illud nunc repetere qvicqvam juverit: cum ejusmodi excuſationes, utcunqve ab aliis accipientur, nunqvam diluendæ iſti fuerint deformitati, qvam abeſſe à Noſtri ſcriptis, ceteroqvin longe optimis utiliſſimisqve, non pauci, ut credo, nobiſcum optarent. Nunc vero, cum illa adſit, neqve adeo poſſit non cadere in conſpectum, ſupervacaneam omnem puto excuſationem eſſe; adeoqve haud multo magis neceſſariam, qvam ſi matronam qvis laudaturus, prudentia, ſanctitate, multarumqve & maximarum virtutum decore ſpectatiſſimam, facie autem invenuſta præditam, tamen inſiſtere omnino vellet in refutando omnes alios, qvicunqve, poſt animi illa ceteris excellentiora ornamenta congruentibus verbis celebrata, noluiſſent parem oris gratiam ac ſplendorem, qvaſi nulla poſſet absqve hoc laus conſtare, eidem attribuere. Attamen hoc ſimul non dubitamus affirmare, parcius in hac *Cimbria Litterata*, qvam in ceteris viri ſcriptis, conſpicienda ſe præbere ejusmodi dictionis vitia, imo integra ſæpe folia ab eis vacua, perſpicuo & nullarum admiſtione ſordium, ſatis caſto ſermone decurrere: tertium qvoqve volumen aliqvanto attentiorem auctoris curam circa eas res loqvi. Et ponamus, incomtum adhuc magis fuiſſe, qvam agnoſcitur, minusqve elegantem: qvid tum? Tantine ſcriptoris atqve in tali qvidem argumento pretium ac dignitatem cenſebimus imminui multum poſſe, vel augeſcere, tam leviculæ rei cauſa, qvam eſt ſtylus, cum ceteris præſertim bonæ hiſtoriæ virtutibus in contentionem adductus? Mihi ſane non videtur: utpote qvi apertè etiam profiteor & præ me fero, qvantacunqve ſit mea, non ſecus ac civium meorum omnium, ad Saxonis Grammatici eloqventiam, ſeculi illud ſui prodigium, admiratio, tamen pluris facturum fuiſſe, imo longiſſime ſupra hujus æſtimationem habiturum, ſi benignius qvoddam fatum, præter Grammaticum hunc, aliqvem ex remotiore ævo Danicarum rerum ſcriptorem excitaſſet, à qvo ſuperiora Saxone tempora, tot fabulis ab eo conſpurcata, melius illuſtrata extarent, talemqve ad nos ſiviſſet ſuperſtitem pervenire, qvamvis ſtyli & elocutionis majore etiam barbarie, qvam qvisqvam in ullo hucusqve auctore accuſaverit, infuſcatum. Igitur, qvibus in animo erit ob eam rem *Cimbriam Litteratam* carpere, atqve ne qvid Latinitatis honori decedat, in notandis hinc inde voculis, & periodorum numeris metiendis, cenſoriam ſuam virgulam exercere, eos vehementer rogatos volumus, in altero aliqvo potius exemplum imitentur laudati modo Reimmanni, qvem (ne & hoc ſileam,) vix moleſtiorem Mollerus habuit olim adverſarium atqve æmulum, qvam poſt fata ſua æqvum adeptus eſt laudatorem (*): nempe ut, qvemadmodum ille varia à Noſtro præterita ſublegit, adqve augendam de *Homonymis* commentationem dextre eruditeqve animadverſa contulit, ita etiam, qvi poſthac aliqvam otii

(*) In *Præfat. Introductionis ad Hiſtor. Litter. Germ. P. III.* & alibi. (**) In *Epiſtola ad auctores des Ausführlichen Berichts von neuen Büchern, P. VII. p. 690. ſeq.*

(*) *Biblioth. Hiſtor. Litter. ſ. Catal. Bibliothecæ Reimmannianæ Tom. 2. pag. 558. ſeq. & p. 580.*

otii ſui partem in hoc opere collocabunt, cenſuram illam ſuam omneqve animadvertendi ſtudium ad detegenda potius in rebus, qvam in verbis, peccata Molleriana convertant. Hac enim ratione poterunt pergratam & expetibilem omnibus ſtudioſis operam, nec non defuncti auctoris heredibus benevolentiæ ſignificationem præbere: Unde etiam conſtare qveat, non falſum augurio expectationeqve ſua fuiſſe piæ memoriæ Mollerum, qvi confectum demum, poſt tot annorum vigilias & lucubrationes, opus, defatigatus, & exhauſti inſtar gladiatoris ex arena egreſſurus, cum ſeponeret, tam procul à ſe remotam opinionem abſolutæ perfectionis habuit, ut potius de ſupplementis & emendationibus identidem lectores ſuos in his ipſis voluminibus compellaverit. Nam, qvod in tali argumento ſufficere unius hominis vel longiſſima vitæ ſpatia, vel humanam propemodum fidem ſuperans induſtria, vel litterarii, uni aperiendi homini, theſauri, qveant, ad extruendum opus, nullius acceſſionis indigum, dubito an etiam pueris perſuaderi qveat. Expertus id fuit noſtra qvoqve ætate vir incomparabilis diligentiæ, ſummæqve & admirandæ doctrinæ Joannes Albertus Fabricius: expertus in *Dictionario* ſuo iisqve etiam capitibus, qvæ ad unguem caſtigata crediderat ſeſe in perfecta luce conſtituiſſe, Petrus Bælius: experti alii. Qvin imo Nicolaus Antonius, tanta ſubſidiorum affluens copia, tantiqve, in ſeceſſibus ſuis, primo Hiſpalenſi, ac deinde Romano, otii opportunitate per ingentem annorum numerum gaviſus, qvantam tamen aliis ejusdem gloriæ occaſionem reliqvit poſt ſe apertam! Qvam eandem ſpes eſt aliqvando occupaturum eſſe, multorumqve in hac parte deſideria impleturum illuſtrem virum Gregorium Majanſium; ſicut ex haud una epiſtolarum ejus edocti ſumus. Ubi neqve prætermittere poſſum, vidiſſe me olim ac manibus meis tractaviſſe Antonianæ Bibliothecæ exemplar, plurimis ad paginarum oras adſcriptis ſupplementis & animadverſionibus refertum, manu poſſeſſoris, Gerhardi Erneſti de Franckenau, ampliſſimi eruditiſſimiqve Viri: qvi, cum in Hiſpania ageret, tunc juvenis & S. Reg. Maj. Daniæ Legato à ſecretis, adeò locupletem ſcriptorum iſtius gentis cognitionem acqviſiverat, poſtea qvoqve duobus egregiis monumentis, altero de *Jure Hiſpanico*, deqve *Hiſtoricis Hiſpanorum genealogicis & heraldicis* altero, publice orbi declaratam. Illud vero exemplar, tunc cum abhinc viginti amplius annis poſſeſſor Vindobonam Auſtriæ diſcederet, ubi etiamnum negotia Auguſtiſſimi Regis noſtri curat, Hafniæ inter alias res ejus relictum, in fatali illo incendio, qvod anno MDCCXXVIII. cum magna urbis parte tot Hafnienſium librarias opes delevit, eisdem, qvibus fratris ejus, Medicinæ apud nos Profeſſoris, ædes conflagrarunt, feralibus flammis abſumptum eſt. Verbo: Inexhauſta res eſt hiſtoria, qvamcunqve ejus intueri partem velis; ſemperque aliqvid reſtabit ſequentibus deprehendendum, atque è tenebris oblivionis extrahendum, qvod priorum inveſtigationem, etiam ſupra omne qvod dici poſſit exquiſitam accuratamque, fugerat. Adde, qvod litterariam ad hiſtoriam, & ejusmodi præſertim opera, qvalia Antonii in Hiſpanicis, Mollerianumqve eſt in Cimbricis, effingenda, haud parum inſtituto officiat auctorum, qvod plerumqve in uno loco ſe tenentes, pluteisqve affixi ſuis, qvæcunqve auxilia ſibi aliunde ſubmiſſa vident, nunqvam fere tam plena adipiſcantur tamqve integra, qvam ſi eisdem in locis præſentes illam perqviſitionis curam ſubirent ipſi. Ita vero neceſſe eſt plurima ut eorum notitiæ ſubtrahantur. De Antonio ajunt Hiſpani, ideo multa ipſum latuiſſe, qvia commovere ſe domo, & in provincias excurrere, ad plures bibliothecas excutiendas ipſi non vacavit. Et qvæ in Flensburgenſi ſuo Muſeo Joannes Mollerus ſedens, fruſtra tot annos qvæſiverat, aut ab amicis expectarat, eorum nonnulla jam filio ejus Hafniæ, dum in ſcrutandis & perveſtigandis talibus eſt aſſiduus, ſeſe obtulerunt. Qvorum iſte omnium, ut ſupra diximus, atqve aliorum, qvæ inceptavit ſtrenueqve molitur, rationem publico redditurus eſt, maxime ſi ſperato illo favore non deſtituatur. A nobis, qvi hæc ſcribimus, utiqve optandum foret tam multa ſubminiſtrari poſſe in eo genere, qvam de voluntate noſtra egregios hos conatus juvandi, parum eſſe ambigendum exiſtimamus. Sed ut verum fateamur, adeo imperitis aut certe nimis modica præditis cognitione earum rerum, qvæ his *Cimbriæ Litteratæ* partibus inſerviverint ſive ſupplendis ſive corrigendis, atqve nos ſumus, haud adeo aptum videbitur, voluntatem in eo magnam oſtentare. Loqvimur hæc,

convicti experimento qvod cepimus ſuppellectilis noſtræ, nimis profecto curtæ, tunc cum præfationis officium ſuſcepturi, temporis nonnihil impenderemus inquirendo in rationem operis, atqve ſi errati forte aliqvid in oculos incurreret, de qvo admonere lectorem conveniret. Verum in eo tranſcurſu uti occaſionum affatim, & ubivis fere, Mollerianam diligentiam admirandi, ita nihil nobis facultatem periclitandi noſtram ſeſe oſtendebat. Duo enim aut tria loca, in qvibus duntaxat hallucinatum egregium Virum, vel ab aliis in errorem deductum, vel indiguiſſe certa qvadam notitia obſervavimus, tanti qvidem haberi noſtro judicio non poterant, ut, poſtqvam a nobis Olao Henrico indicata eſſent, aliqva eorum hoc loco extaret mentio. Attamen, re deinceps penſitata, putavimus, nihil impedire, qvo minus pagellam in præfatione hac implerent; ſaltem ad fidem faciendam, nihil nobis temere aut imprudenter in accuſando de tam paucis etiam auctore noſtro cogitatum eſſe.

In *TOMO I. pag.* 18. offendimus CHRISTIANUM ANDREÆ ARREBOE, ſive ARROENSEM, Paſtorem Nebbelundi in Lollandia: qvi nullo jure aut nomine ad *Cimbriam Litteratam* pertinere poteſt: qviqve nec locum in ea fuiſſet ſortitus, niſi Mollerum decepiſſet *Catalogus Bibliothecæ Reſenianæ*. Erat ſcilicet Chriſtianus ille filius præclari apud nos viri, Andreæ Chriſtiani Arraboenſis, cujus memoriam Mollerus celebrat poſtea, *pagina* 93. ab eoqve cognomen *Arroenſis* (vernacule *Arrebo)* retinuit: natus vel in Norvegia, cum pater Epiſcopus eſſet Nidroſiæ, vel, poſtqvam iſto munere privatus fuerat, in Dania; minime certe in Cimbria. Neqve ullius ſcripti, quantum mihi compertum, auctor extitit, ſed tantummodo editor paternorum; in qvibus & hoc *Torcular Chriſti*, qvod in *Catalogo Reſeniano* per errorem adſcribitur nomini editoris filii: cum tamen & ipſe libri titulus, & duplex præfatio vero eum auctori, Andreæ, attributum eant. Nempe tria poſthuma parentis opera filius ab interitu vindicavit: qvorum primum fuit nobile illud *Hexaëmeron*, poëma Danicum pro ætate iſta excellens; alterum *Torcular Chriſti*; tertium *Oſſa rediviva*, ſive *XV. Conciones funebres*; omnia Danicè. Qvorum ultimum non anno 1681. (uti Noſter *pag.* 93. perperam habet,) ſed 1680. Hafniæ evulgatam.

Pag. 500. referuntur BARTRAMI POWISCHI, Holſati Eqvitis, Pontificiæ religioni addicti, ſcripta Germanica: qvæ, poſt primam editionem Colonienſem an. 1594. in octava forma, poſtea prodiiſſe Mollerus memorat ſine mentione loci & anni; hunc tamen ſuſpicatur fuiſſe 1599. Ubi neqve omittam, vel propter libri raritatem, indicare, exemplar ejus penes me eſſe, qvod in titulo alteram auctioremqve editionem profitetur, habetqve adſcriptum annum MDC. in fine autem voluminis hæc: *Getruckt zu Hedebw, Anno* 600. millenario omiſſo. Eſt vero illud ipſum in meliore charta, ſatis nitidum, formæ qvartæ: neqve aliter typi perſuadent, qvam Sleſvici impreſſum eſſe. In eo primum locum obtinet *Warer Gegenbericht*. Seqvuntur reliqva hoc ordine: 2. *Hamer wieder die Ketzer*. 3. *Triumpff der Warheit wieder die Secten* &c. 4. *Triumpff der Warheit wieder Lucam Oſiandrum, durch Georgium Scherer S. J.* 5. *Triumpff der Warheit wieder die Luthriſten und Calviniſten, durch Sigiſmundum Ernhoffer Soc. Jeſ. Theol.* 6. *Grund der Warheit wieder die newen Scribenten und Superintendenten.* 7. *Wieder Doctor Johan Winckelman Antwordt:* rythmis hinc & inde germanicis inſperſis.

Pag. 604. Ad illa de MARQVARDO SCHULDORPIO, rectiſſime & absq; ullo errore Noſtro enarrata, haud ingratum lectoribus futurum puto, ſi hoc adjiciam, libellum, qvi *Tom. II. Autographorum Lutheri & coætaneorum in Ducis Brunſvicenſis Bibliotheca, pag.* 152. dicitur prodiiſſe anno 1529. haberi impreſſum etiam in qvarta forma anno 1526. ſic enim clare in titulo extat, ſed absqve loci mentione. Comprehenduntur eo, 1. Declaratio Nicolai Amsdorfii, qva profitetur ſeſe die 13. Septembris (anni 1525. ut apparet,) nuptiis Marquardi cum ſororis filia benedixiſſe, easqve nunc ampliter contra qvosvis calumniatores defendere, ac porro defenſurum eſſe; 2. Lutheri de eadem re Epiſtola ad Marquardum Schuldorp, data Wittebergæ 5. Januarii 1526. 3. Marquardi ipſius Epiſtola apologetica ad lectorem.

In

In *TOMO.II.* occurrit *pag.* 25. FOPPIUS AB AITZEMA; qvem a doctrina instructum & eruditorum amicitiis florentem haud immerito laudavit Noster. Sed quod tantopere deinde succensuit Joanni illi Seifferto, proditionis viro crimen impingenti, fecisset utiqve parcius, si perspectum habuisset, eadem opinione imbutos per ea tempora longe plurimos fuisse in Fœderato Belgio: scilicet qvod iste Foppius, ad Austriacas nimium propendens partes, mandatorum fines subinde transgredi, communemq; sociorum causam, Gallorum & Batavorum, in discrimen adducere, videretur. Arguebatur quoq; de aliis, non æqve magni momenti; sicut ex Leonis Aitzemæ *libro XVII.* ubi defendere & excusare hunc patruum suum studet, cognoscitur. Quid? qvod eo usqve accusationes processere, ut publico decreto lato, ex Hamburgensi receptaculo in carcerem, Hagæ Comitum ei assignatum, abstrahendus esset. Qvod præsentiens, atqve si in patriam reverteretur, de capite & fortunis sibi dimicandum fore, ad aulam Vindobonensem aufugit; scriptis antea ad dominos suos litteris, qvæ cum apud Leonem, tum & in *Theatro Europæo* integre leguntur. Vtrum autem tunc primum Romana sacra, an potius, qvod suspicor, cum Viennæ prioribus annis ageret, amplexus sit, adqve hoc usqve temporis (circa æstatem anni 1637.) id celaverit, non dixerim. Mutasse vero religionem, certissimum. Neqve ex Grotii tantum epistola, quam subdubitans citat Mollerus, sed ex aliis idem patet. In qvibus Pufendorffius *Rerum Suecicarum libro IX.* §. 33. ait, Foppii circa pacem inter Austriacos & Svecos conciliandam conatus ludibrio fuisse, *qvem præsertim post suscepta sacra Romana gratiæ Cæsaris omnibus modis adrepere constabat.* Neqve dissimulavit Leo Aitzema, commemorans, Viennæ brevi post extincto, (mense Octobri an. 1637.) sepulchrum contigisse in templo Patrum Dominicanorum: qvo honore vix impertivissent boni Patres in Reformatorum professione mortuum.

Pag. 57. Conjecturæ sublestæ Petri Lucoppidani, viri haud ineruditi, Pastoris in Tossingia (qvæ insula est Fioniæ adjacens,) nimis facile assensit Noster, adscribendo ANDREÆ BARBY, Regis Christiani III. Cancellario, & postea Episcopo Lubecensi, versionem Danicam libelli Spangenbergiani de *Milite Christiano.* Et miror potuisse huc induci virum tam oculatum, qvam Mollerus fuit, ut *Barsby* & *Barby* idem nomen crederet; quum *Barsby* est vocabulum vici in insula Barsoa, prope sinum Apenradensem: Vnde num cognomen traxerit auctor versionis istius, idemqve studiosus, nisi memoria fallor, sacrarum litterarum, qvi Wittebergæ eam fecit imprimi, haud affirmaverim. Visam mihi olim istam libelli editionem reperire nunc non licuit. In Catalogo Reseniano vocatur *Andreas Barsbyl*; recte, ut persuasus sum. Sed qvod in *indice Catal. Resen. tertio* (non ab ipso Resenio, sed sub ejus nomine opera Joannis Jacobi Bircherodii, tunc Professoris, postea Episcopi Aalburgensis, confecto,) dicatur, Barsbyllium virum fuisse nobilem, vellem mihi ostendi, quippe qui id nusquam invenire potis fui.

Ad *pag.* 255. breviter tantum annoto, de JOHANNIS PETRI GRUNDITHII *vita & obitu Orationem* suam Andream Severini Welleium neutro annorum, quos posuit Mollerus, edidisse, sed 1567., eodem scilicet, qvo conscripserat, sicut ex epistola eidem præfixa, inscriptaqve Jacobo Matthiæ Wellejo, apud Ripenses verbi Divini Ministro, est liqvidum. Subjecit scilicet hanc eandem narrationem, plane nitidam & varia cognitu digna comprehendentem, *libro posthumo Similitudinum* Grundithii; cujus & hic mentionem Mollerus subiungit, omisso tamen, qvod in titulo extat de auctoris *vita*, editioni addita.

Pag. 269. GOTTLIEBII AB HAGEN ignoravit prius coniugium, parum felix, cum filia naturali Johannis Frederici, Archiepiscopi Bremensis & Episcopi Lubecensis, Ducis Slesvici, Holsatiæ &c. Christina ab Holstein dicta; cuius mater, nec non duorum præterea filiorum, fuerat Anna Dobbelia. Contractæ istæ fuerunt nuptiæ anno 1623. docentibus id pactis dotalibus, qvorum exemplar vidi, & quorum ratione Gottliebius, ab obitu Archiepiscopi an. 1635. varia reposcebat sibi debita; interqve ea prædium Tedinghusanum, cuius & Mollerus mentionem injicit. Ceterum plurimis eum vi-

 rum

rum a Rege glor. mem. Christiano IV. adhibitum negotiis fuisse, multasqve legationes obiisse, res notissima.

Pag. 486. De GEORGIO LORICHIO *Marpurgensi Hasso*, multo plura potuisset referre Noster, longioremq; hunc articulum efficere, si *Enchiridion* ejus *Arrestorum & Repressaliorum*, cujus deinceps inter scripta viri meminit, oculis usurpasset atqve evoluisset. Qvippe in qvo auctor talia, cum de suis tum de aliorum rebus, memorabilia inseruit, qualia non in cuiusvis litterati hominis vita expectaveris. Sane, qvicqvid ibidem de adversariis suis nos doceat Lorichius ille, prodit sese ipse hominem notæ haud optimæ. Unde & propemodum crediderim, eundem, neqve alium Lorichium esse, qvem Jacobus Typotius in *Notis de regno Sveciæ (pag. 36. seq.)* memorat, jubente Joanne Rege, Gedani in suburbio comprehensum, raptumqve in navim fuisse & in Sveciam avectum: Ubi *fractus membra, exectus lingua, cæsus dextra, suspensus collo ad ludibrium modo, & e vestigio, soluta reste, truncatus capite est.* Et *Holsatum* facile appellare poterat Typotius, diu apud Holsatos commoratum, ubi & plures eodem usi sunt cognomine.

Pag. 807. *v.* 28. levissimi generis est error, qvo in longa enumeratione eorum, qvi virginem SCHURMANNIAM admirati fuerunt, ex omnibus fere Europæ gentibus, censuit Italis annumerandam esse Ludovicam Mariam Gonzagam, Poloniæ Reginam. Non animadvertit Noster, ex Gonzagæ cognomine nihil posse concludi: cum etiam pater istius Reginæ, Dux Mantuanus & Nivernensis, non minus qvam filia, in Gallia natus & educatus fuerit, sero tandem, multisqve a nativitate Ludovicæ Mariæ annis, ad vacantem Mantuæ Ducatum in Italiam profectus. De qvo non necesse est, ut vel Michaelis Marolli, prolixe Principem illam & parentes ejus, in suis *Memoriis* celebrantis, vel plurium aliorum testimonia adferam.

Pag. 822. (*v.* 17. *a fine textus*) dicit Suecos non solum Georgium Krabbium, sed & Casparum Weiserum, Pastorem & Professorem Lundensem capitis supplicio affecisse. De Krabbio res certa est. Non vero itidem de Weisero. Iste enim, placatis qvalicunqve deprecatione Svecorum animis, cum tamen minus se tutum crederet, in Daniam sese recepit. Ubi aliqvot annis Regis liberalitate sustentatus, tandem Lectoris Theologiæ munus obtinuit Christianiæ in Norvegia; ibiqve vitam cum morte commutavit anno 1686. teste *Catalogi Reseniani indice.*

Pag. 877. aliqvid se offert maioris sane momenti, si modo in litterariis qvicqvam rebus appellationem hujusmodi meretur, lectori indicandum. Scribit ibi Noster, (id qvod & olim in *Spicilegio Hypomnematum ad Albertum Bartholinum pag.* 42. dixerat,) sese ab Andrea Kellinghusio certiorem factum, de scholio marginali ad Jani Minoris Suemensis *Retorsionem calumniarum Petri Parvi*, ubi notissimus ille liber Petri Parvi Rosefontani Joanni Magno oppositus, tribuatur JOANNI SVANINGIO, Regis Daniæ olim historico & Ripensi Canonico. Eam autem *conjecturam* profitetur Noster sibi *non videri fide dignam*. At unde novit *conjecturam* esse, ac scholii istius auctorem non ex certa id cognitione retulisse? Eqvidem hæc professio indicat, veterem & vulgarem opinionem de Petro Parvo, (qvam & Willichius Westhovius, in *Expositione historicæ veritatis contra Janum Suemensem*, nondum edita, tuendam suscepit,) adeo firmis rationibus niti ac esse fundatam credidisse, ut ne qvidem solita sua diligentia, (qvod bona manium ipsius venia dixerim,) esse opus censuerit, ad solicitius de re ista inqvirendum. Nam si attentiore voluisset animo perlegere *Historiam Joannis Regis*, in eodem Petri Parvi volumine, ac deinde cum Suaningiana *Regis Christierni II. Historia* conferre, deprehendisset eundem utrobiqve stylum dictionisqve characterem, cunctaqve in duobus istis libris persimilia. Observasset præterea loca in posteriore opere, ubi auctor suam *de vita Joannis Regis* commentationem citat, qvæq; exacte congruunt cum illa, Petri Parvi nomen præferente. Qvalia recensere qvidem possem in præsentia; verum labore supersedere isto me posse arbitror, lectoremqve ablegare ad *Historiæ Christierni II. lib. I. cap. IV.* §. 1. *Cap. V.* §. 1. *Lib. II. cap. I.* §. 1. & *cap. ultimi* §. 14. Paginarum numeros non adscribo, qvia duæ ejus libri editiones extant, (etiamsi de hoc qvoqve Mollerus sub dubita-

bitavit,) qvarum altera, in nostris oris cummunior, habet pagellas 504. altera vero, aliqvanto nitidior, 539. Deniqve dubitasset omnino de illis verbis, qvæ in ultimis paginis *Refutationis Calumniarum Joannis Magni* leguntur, (*pag. M. 2. seq.*) ubi auctor dicit, sese a Cancellario Joanne Friis de Hesselager *ad continuandum gentis nostræ historiam, qvæ a temporibus Saxonis ad hanc nostram ætatem a multis desideratur*, impulsum & continuis hortatibus instigatum fuisse: Cum illa unice tunc temporis in Joannem Suaningium qvadraverint; minime in Petrum Parvum, nulla historicarum rerum scientia insignem: siqvidem &, qvæcunqve Erasmus Vindingius in *Historia Academiæ Hafn.* & Mollerus in *Hypomnem.* aliive de eo tradiderunt, istuc pertinentia, nullis aliis testimoniis nitantur, qvam inscriptionis libri, qvi sub nomine ejus, jam anno antea fatis functi, publicatus fuit. Ceterum longe simpliciore, imo invicto argumento, qvale neqve Mollero, neqve nostro ævo aliis, haberi ad manum potuit, mihi in promtu est cuivis id desideranti rem demonstrare, oculisqve adeo subjicere. Cujus ecce tibi historiam. Qvi Arnam Magnæum cognoverunt, eruditissimum illum virum & supra omnes historiarum septentrionis peritos nostra ætate eminentem, (a cujus obitu jam qvatuordecim anni elapsi,) ii noverunt etiam, in more ipsum habuisse, ad auctiones librarias freqventer ventitare, librorum non tantum emendorum aut, qva alii ratione solent, inspiciendorum causa, sed etiam ut eorundem tegumenta collustraret. Narrabat enim sibi contigisse, ut in his nonnunqvam membranæ aliqvod folium ex veteri qvantivis pretii volumine avulsum, interdum qvoq; diploma, aut simile qvid minime contemnendum, offendisset. Accidit ergo, ut in qvadam auctione, anno, si recte memini, 1719. in ejusmodi nescio qvid voluminis incidens, qvod membrana vetustam scripturam præferente obductum erat, quum illud sibi vindicasset (& nullius fere pretii erat liber,) illico domum reversus ad discerpendum idem se accingeret. Tumqve farcturam chartaceam, qvæ membraneum involucrum fulciebat, deprehendit ab utroqve latere constare ex meris foliis unius ejusdemqve libri typis descripti, qvem primo statim intuitu agnoscebat esse Petri Parvi illum contra Joannem Magnum. Folia vero, leviter tantum conglutinata, postqvam adhibito liqvore disjunxisset, pertinere cuncta ad unam libri plagulam, littera, indicis loco, M. inferius signatam, atqve in ejus illa pagina (est hæc *M. 3.* aversa,) ubi *Refutatio*, prior scilicet libri pars, definit, loco verborum, qvæ in omnibus hodie exemplis habentur: *Datum Anno ab ortu Salvatoris nostri* 1560. *Celsi. R. T. Deditiss. Petrus Parvus Rosefontanus, Eqves Danus*; sic impressum extare: *Datæ Ripæ mensis Januarii die* 18. *Anno* 1560. *Celsi. R. T. Deditiss. Joannes Svaningius.* Cetera plane consentiebant, eademqve erant cum vulgatis, nisi qvod in proxima pagina, titulum *Chronici Joannis Regis* exhibente, non conspiceretur illud symbolum Petri Parvi, *Tempus fert rosas.* Servo adhuc geminum foliorum, sic ut exposui inventorum, exemplar, cujus me participem continuo fecit vir egregius. Jam vero in causas inqvirere & rationes, qvæ nostrates, vel, ut puto, unicum operis suasorem, Joannem Frisium Cancellarium, permoverint, ut excuso demum libro & absoluto, consilium de vero ejus auctore celando caperetur, Petroqve illo Parvo, qvi superiore Anno 1559. e vita excesserat, ei substituendo, cum non hujus arbitror loci esse, prætermitto.

In *TOMO III. pag.* 117. desiderare posset aliqvis, distinctius ut pro more suo egisset Noster de commentatione JOANNIS BUGENHAGII *in Psalmum XXIX.* ejusque additamentis & appendicibus, qvæ in trina revisione, prima scilicet anno 1551. (Mollero præterita,) altera an. 1552. ac deniqve anno 1557. a Bugenhagio ipso accesserunt. Etenim nihil istarum appendicum, (in qvibus haud pauca de ritibus baptismalibus, eorumqve tum temporis varietate, notatu occurrunt digna,) Joannes Pauli Resenius latinæ versioni, apud nos excusæ, adjungendum voluit, professus etiam ad calcem, prorsus eam Hafniæ an. 1632. *sic redditam, ut Wittebergæ olim germanice, apud Josephum Klug, anno* 1542. Verum in *Tomo operum Lutheri XII. germanico Wittebergensi*, omnia habentur plenissime: qvemadmodum & in peculiari editione ejusdem opusculi Wittebergensi, an. 1575. in 8. sic inscripta: *Von den ungeborn Kindern, und von den Kindern, die wir nicht teuffen können, und wolten doch gern, nach Christus Befehl, Und sonst*

von der Tauffe &c. geschrieben durch Johannem Bugenhagen Pomern, D. und nu zu lezt wieder übersehen durch denselbigen. Gedruckt zu Wittenberg, durch Lorentz Schwencken Erben. 1575. Qvem titulum integrum hic inferre placuit, saltem ne qvis, eum in *Catalogo* qvodam offendens, aut aliqvando libri illud obiter inspiciens, credat omissum esse a Mollero, in Bugenhagii scriptorum enumeratione; cum profecto nihil sit aliud, qvam qvod in *duodecimo*, ut dixi, *Tomo Lutheri Operum Wittebergensi*, à *fol.* 179. ad *fol.* 200. editionis non tantum anni 1603., qvam citavit Noster, sed & primæ, anno 1559. publicatæ, legitur.

Pag. 444. In iis, qvæ de MARCO MEIBOMIO referuntur, nullo qvidem loco hallucinatum esse Joannem Mollerum animadvertimus. Unum tantummodo nodum, in qvem ex varietate narrationum incidit, expedire, officii nostri duximus. Dicit Noster (*pag. cit. v.* 18.) nescire se, qvomodo conciliari qveat testimonium Thomæ Bartholini, Meibomium referentis etiamnum anno 1662. Bibliothecæ Regiæ præfuisse, cum altero *Novorum Litterariorum Lubecensium*, ubi in Helsingorano munere vectigalia curandi Oresundica, scribitur jam anno 1658. successorem fuisse nactum Andream Guntherum; siqvidem certo constat, Meibomium, abdicata vectigalium præfectura, Daniam statim reliqvisse. Sed hæc satis explicata erunt, omnisqve sublata difficultas, postqvam monuerim, in anno 1658. merum erratum esse typographicum, qvod Lubecenses transcripserunt ex Programmate Academiæ Hafniensis, in obitum Andreæ Guntheri anno 1699. publicato. Hoc enim inspicientes, idem ipsum mendum offendimus. Certe autem Meibomius Bibliothecarii munus cum Vectigaliarii illo commutavit an. demum 1664. Ad cujus posterioris administrationem parum idoneus vir eruditissimus habebatur, qvippe imprudens, morosus, inqve rebus minimi momenti difficillimus, in gravioribus negligentior. Abscessitqve eodem officio post qvadriennium, anno scilicet 1668. die 19. Junii: pro qvo vitiose Programma Guntherianum habet 1658. Qvod & ipsi facile suboluisset Mollero, si modo recordatus fuisset litterarum, qvas a Meibomio ad Marqvardum Gudium scriptas exhibet Gudianarum Sylloge, Ultraj. 1697. edita, *pag.* 56. Eæ enim datæ sunt Helsingoræ XIV. Cal. April. 1667.

Pag. 453. *v.* 20. In HENRICI MOLLERI vita magnopere miratus fui, Nostrum in vulgari adhuc errore perstitisse, qvo hymnus in Ecclesiis nostris usitatus, *Hilff Gott, dasz mirs gelinge*, Mollero illi Wittebergensium Theologo adscribitur, postqvam ipse Noster, uti ex *pag.* 458. liqvet, tam probe excussa, inspecta atqve cognita ex aliorum disputationibus habuerat propemodum omnia, qvæ ad configendam fabulam, nescio a qvo olim excogitatam, aut cujus ex conjectura (ob verba nimirum Lutheranis haud consentientia, nec non mentionem carceris,) ortam, debebant facere. Cur autem dubitavit Noster de fide Georgii Serpilii, diserte testantis se hymnum illum anno 1527. excusum possidere? Vel qvidni saltem inter dubia scripta retulit, qvemadmodum (*pag.* 458.) *Methodicam Dissertationem de Cœna Dominica?* Ego vero, qvamvis nulla etiam, sive Serpilio, sive cuiqvam alii in Germania, visa aut observata fuisset editio hymni, de qvo agitur, captivitate Henrici Molleri Torgensi, hoc est, anno 1574. antiqvior, tamen omnes credo mihi largituros esse, sufficere ad conjecturam illam (nihil enim aliud est, aut fuit,) falsitatis plane convincendam, qvod in Danicum translatus sermonem a capite ad calcem habetur in hymnariis nostris, annis 1569. (*) & 1573. (**) impressis, nulliqve fere nostratium incognitis. Ubi ultima ejus verba, hoc modo a nostris reddita: *Hafver Christi Martyr siunget, Der hand i Fængsel sad,* i. e. Sic cecinit in carcere sedens Martyr Christi, (non nominato Henrico Mollero) me vehementer inclinare faciunt ad sententiam eorum, qvi Henricum Mollerum Zutphaniensem verum esse hymni auctorem affirmarunt.

Ceterum ad hujusmodi disqvisitionem, qvalem de his modo perpaucis locis institui, vocare neutiqvam visum fuit communes quasdam & inveteratas sententias, qvibus auctor,

(*) Joannis Thomæi illo, (vernacule *M. Hans Thomissöns Danske Psalmebog*) Hafniæ excuso apud Laurent. Benedict. 1569. in 8. *pag.* 61. *seq.*

(**) per Nicolaum Caspari, Superintendentem Fionensem, ex mandato Regis Friderici II. in usum Ecclesiarum Danicar., vulgo *Niels Jespersöns Gradual*, in folio, *pag.* 172. *seq.*

auctor, in antiqvioribus rebus nostræ patriæ, sese adhærere declaravit, qvibusqve interdum observatur, haud levibus, ut putavit, argumentis, patrocinatus. Qvales præcipue animadverti in capitibus, qvibus ADALDAGUS (*), ANSCHARIUS (**), UNNO (***), ac forte unus alterqve alii, commemorati. Etenim cum istas Mollerus haud aliunde hauserit, qvam ex communi errorum fonte, hoc est, ex historia nostra, in *seculis* a Christo nato *nono* illudqve seqvente *decimo*, hinc per Saxonem Grammaticum, illinc per Adamum Bremensem similesqve, misere turbata obscurataqve; nihilqve ad stabiliendum eas expromserit, qvod non plurium assensionem sortitum, & vulgatum esse satis agnoscatur, minime eædem ipsi imputari, nulloqve adeo jure in erratorum ejus numero debent poni. Adde, qvod neqve existimavi hunc aptum esse locum talibus examinandis, qvippe qvæ & extra litterariæ historiæ excurrunt fines, & præterea longiores subinde dissertationes, qvam præfationis ferant leges, videntur postulare: Quum & insuper majorem operæ huic opportunitatem partim jam alibi habuerim, partim & me postea sperare possim, nisi vis qvædam improvisa impediverit, habiturum esse.

Tollerem nunc de charta manum, finemqve scriptioni, ultra modum fortassis productæ, imponerem, nisi in mentem venisset suspicari, imo certa ex cognitione præsentire, esse in hoc opere, ipsoqve adeo ejus titulo, qvod nostratium multos offensurum sit. Inscribitur ab auctore CIMBRIA LITTERATA; qvippe de iis tantummodo agens, qvi ad regiones pro veterum Cimbrorum sedibus habitas, vel natalium jure, vel fortunarum & domicilii, illic sive ad breve sive longum tempus collocati, pertinuerint. Has vero regiones statuit Joannes Mollerus, Jutiæ australis, (qvam & ab urbe in ea sita Slesvicensem Ducatum appellant,) item Holsatiæ, Stormariæ & Ditmarsiæ finibus contineri; neqve ex aqvilonali Jutia, a Coldingæ oppido usqve ad Scagense promontorium protensa, qvicqvam Cimbriæ accensendum voluit, saltem in hujus institutione operis. Eoqve factum, ut in *primo* ejus *Tomo* nullis omnino Jutis, nisi qvi ultra Coldingam, in Ripensi tractu aut ulterius, essent editi, locum dederit; in *secundo* autem, alienigenas complectente, his annumeratos collocarit Jutos Wiburgi, Wedelæ, alibive in aqvilonaribus natos partibus, qvando eos scilicet comperisset in australes sese partes transtulisse. Qva ratione Matthiam Porsium, Ripensem olim Præpositum & Canonicum, haud in *prima parte*, ubi omnes natalibus Ripenses comparent, enarravit, sed in *secunda*, propterea qvod Hottersnensis, adeoqve ejus ex sententia Danus, non Cimber, fuerit. Unde & iste Porsius proxime eadem in pagina sibi adjunctum sortitus est Æmilium Portum Ferrariensem Italum. Atqve hoc illud est, qvod concoquere omnino non possunt populares nostri, vellentqve rationem aliqvam edidisset Mollerus tam singularis, &, qvemadmodum loquuntur, insolentis & parum æqvæ opinionis; qva nimirum Cimbriæ appellationem a Chersonesi maxima parte abjudicatam, solis Slesvicensibus suis & Holsatis vindicare tanqvam propriam sustinuerit. Eqvidem potuissent ferre, neqve tam gravem haberent causam succensendi, si iisdem, qvos sibi constituit auctor, sese continendo finibus, tamen in Cimbrici communionem nominis aquilonales æqve ac ceteros admisisset; neqve ad Danos, qvemadmodum hic interdum fecit, magis illos rejecisset, qvam Ripenses, Slesvicenses & Flensburgenses suos. Sane quum olim præstantissimus idem vir suam in lucem emisisset *Isagogen ad Historiam Chersonesi Cimbricæ*, etiamsi ne minimum qvidem in ea de Jutia septentrionali extabat, attamen nemo cogitabat ad iniqvitatem trahere, vel aliter qvam benigne interpretari, postqvam in ipso exordio diserta hæc verba auctoris essent observata: *Cimbricæ Chersonesi nomen qvamvis a Geographis haud ignoremus tribui toti illi Peninsulæ, qvæ ab Albi ad Promontorium Jutiæ Scagense porrigitur, partem tamen illius hoc loco tantum dimidiam, sive australem, eodem designamus; qvam a Germania Albis atqve Trava, fluvii non ignobiles, a Dania autem amnes Coldingenses atqve Schodtburgicus, sejungunt. Jutiam enim Borealem, Vitbis, illius incolis, uti spero, non invitis, ab hac tractatione exclusimus.* Et qvis igitur mortalium hodie sic mutatum Nostrum, & à tolerabili, qvam olim fovebat, sententia tam aversum credidisset? Eum videlicet, qvi in *Hypomnematum* libro *ad Alber-*

(*) *Tom. III. p. 1. 2.* (**) *Tom. eod. p. 22. 23.* (***) *Tom. II. p. 921. & seq.*

Albertum Bartholinum, longe aliud institutum tenuit, ubi qvicqvid Jutorum ab amne usqve Coldingensi ad confluentia in angulo Scagensi duo maria recensitum nobis dedit, totum & universum Cimbrico adscripsit nomini? Istic enim animadvertimus *Wiburgo-Cimbros* appellatos Christianum Ostenfeldium, Johannem Jani, Nicolaum Aagardum; & ex Tormia *Salingorum in Cimbria* Ericum Olai Tormium; *Aarbusio-Cimbros* Jacobum Matthiæ & Olaum Wormium; *Randrusio-Cimbros* Johannem Olavium, Johannem Thomæum Paulsen, Nicolaum Benzonum, Petrum Lassen; *Hottersnesia-Cimbrum* Johannem Svaningium; *Aalburgo-Cimbrum* Christianum Stephani Bang; ac deniqve *Scagæ Cimbrorum*, (ultra qvam nihil terræ peninsula septentrionem versus habet,) natum Laurentium Martini Scavenium. Satisne igitur fuit omnes illos viros nunc ex Cimbriæ Litteratæ opere eliminare, siqvidem in eo constitutum esset agere tantum de Slesvicensibus & Holsatis, eorumqve vicinis orientem & austrum versus; nisi & manifesta illa, qvæ notavimus, conceptæ opinionis signa de aqvilonalibus Cimbris, tanqvam alia & diversa natione, neqve ad Cimbrorum appellationem juris aliqvid habente, accessissent? Ego vero optassem, ut talia Mollero objecta fuissent vivo, neqve in præsentia opus esset ab aliis rationes & argumenta ad hanc causam dilucidandam qværere? Negari enim vix videtur posse, doctissimum virum sese in ea exhibuisse varium, atqve post *Isagogen* & *Hypomnemata* illa edita, ad opinionem declinasse eorum, qvi Cornelio Tacito inhærentes, Cimbros ad Germaniæ sinum, Chaucis & Cheruscis contermінos, qvasi adfigunt, neqve eos patiuntur interius, hoc est, in ipsam Chersonesum sese diffudisse. Ad qvam sententiam, conjicio, etiamsi dubitanter, illum deductum fuisse ab Ottone Sperlingio, amico suo; utpote qvem suas credibile est de Cimbris cogitationes cum Nostro communicasse, tunc cum earundem aliqvando in lucem emittendarum, in epistola anno MDCXCIX. scripta, spem faceret (*). De Sperlingio autem constat & certissimum est, peculiarem eum opinionem animo suo descripsisse; cujus identidem expositionem ab ipso audivi, eò maxime tendentem, ut in Taciti illam *parvam civitatem*, ad oceanum & ostia Albis in angulo qvodam qværendam, ubi Hadelensis hodie regiuncula, Cimbrorum universum populum, qvantus Romanorum evasisset arma, concluderet. Negabat etiam vir ille eruditissimus, Chersonesum à Cimbris dictam fuisse, tanqvam incolis, qvippe cum accolæ tantum essent: ratus, qvia Taciti Ptolemæiqve ætate Cimbris cis Albim habitantibus esset proxima, ideo *Cimbricæ Chersonesi* nomen à Ptolemæo aliisqve sortitam. De *Promontorio* deinde *Cimbrico*, contendebat minime sibi obstare locum Plinii: neqve enim intelligi illud ultimum Peninsulæ, versus Norvegiam excurrens, sed promontorium qvoddam ad Albim, qvod in septentrionalem oceanum protendatur, eo loco, ubi desinerent Cimbri, hisqve proprium fuisse in illo angulo, sedibus eorum apud Romanum historicum, eumqve oculatum testem, assignato. Qværentibus tandem, cujus nominis & appellationis populo Chersonesus, siqvidem Cimbri extra eam incolerent, infessa tunc esset, respondebat Sperlingius, Svevos, trans Albim atqve in septentrionem effusos, regionem omnem tenuisse, idqve ex Tacito pariter liqvere; ac præterea eodem trahendum esse nomen *maris Svevici*, qvod nunc Balthicum vocamus. Verum ignoscant manes Sperlingiani, qvod nunc istis ejus rationibus, ceterisqve modò brevitatis causa omissis, neutiqvam liceat acqviescere; qvamvis non diffitear, illo me tempore, cum à doctissimi meiqve, grato qvod animo agnosco, peramantis senis ore, non aliter qvam oracula qvædam, exciperentur, plurimum iis tribuisse. Memini præterea, qvid aliqvando, re in disceptationem vocata, non ego qvidem viro, sed alii, me provectiores, opponebant, Tacitum scilicet, cui sententiam suam paradoxam superstruebat, nullos ejusmodi fines posuisse civitati illi, qvam *parvam* dixit, ut omnino ad angulum qvendam inter Oceanum & Albim adstringenda esset; *parvam* vero appellasse, qvod ex vasta & innumerabili fere multitudine, Romanis olim cognita, nunc mirum in modum decrevisset; partim qvia tam pauci domum post ingentes in excursionibus illis acceptas clades, rediissent, partim ob peninsulam ex inundationibus multo jam magis imminutam, arctioremqve redditam. Qvæ sane qvando nunc recogito,

(*) vid. *Index scriptor. ineditor.* Sperlingii, *Cimbr. Litter. Tom. 2. pag. 855.*

gito, apte ſatis convenienterqve oppoſita fuiſſe arbitror. De inundationibus utiqve res certa eſt, ac, præter veterum auctorum teſtimonia, tot aliis recentiorum ſeculorum triſtibus documentis firmata, recte id animadvertente Pontano noſtro; ita ut Strabo, in Clitarcho & aliis hoc nomine tanqvam ineptis refutandis, ipſe multo ineptiorem ſe præbuerit. Urgebat qvidem Sperlingius ſilentium Taciti de Cherſoneſo; hocqve inſuper, qvod Promontorium Cimbrorum, cujus Plinius *lib.* IV. *cap.* 13. meminit, neutiqvam diverſum fuerit ab illo, de qvo idem auctor alio commemoravit loco, Auguſti claſſem, Germaniæ oras circumvectam eo usqve navigando perveniſſe; Hanc autem minime ultra Albim, certè nunqvam ad Scagenſe promontorium devectam fuiſſe, ex Vellejo Paterculo & Suetonio conſtare. Et hoc ultimum fateor mihi fortiſſimum argumentorum ejus adhuc videri. In ceteris enim revera, dum expedire ſeſe voluit, induebat. De Cherſoneſo tacuit Tacitus. At non taciti eam præterierunt alii, Ptolemæus & Marcianus Heracleota; qvorum inſignes Peninſulæ Cimbricæ deſcriptiones in angulum Sperlingii Hadelenſem, vel alium ad Albis oſtia, minime profecto qvadrent. Ad Ptolemæum ſuccurrit qvidem qvid reſponderit: potuiſſe fieri, ut in illo inter hunc ſcriptorem & Tacitum intervallo, vel etiam ante illud, colonia qvædam à Cimbris prope Albim habitantibus egreſſa, in Peninſulæ fundum penetraverit. Quamvis & alia obverti poſſent contra deſignationem Ptolemæi, qui Germaniam nunquam viderat; neqve forte communicatos ſibi pinaces eo, qvo par eſſet, delectu & accuratione ſecutus ſit. Ex Marciani autem Periplo qvomodo ſe expediverit, jam obſervatum: ſiqvidem nihil in eo eſſe aſſeverabat opinioni ſuæ obſiſtens, cum cognomentum *Cimbricæ* inditum, ſua ſententia, à Cimbris haud incolentibus, ſed vicinis, eſſet: Marcianumqve ulterius teſtari, cervicem Peninſulæ Saxonibus, ipſam vero peninſulam gentibus pluribus habitatam (*), in qvibus nulla extaret Cimbrorum mentio. At, ſi nominaſſet auctor illas plurimas, crederètne Sperlingius, Cimbrorum fuiſſe gentem omiſſurum, qvem ſatis perſpicuum eſt Ptolemæi veſtigiis hoc toto loco inſiſtere? Ceterum, ſi dicendum qvod res eſt, accidit eximio illi viro idem, qvod multis eruditorum aliis, paradoxas ſententias amplexis, nempe ut in uno auctore, ex qvo illas primum derivatas inqve animum ſuum inductas habent, omnia videant, & plerumqve nimium, in ceteris nihil. Tacito qvi tantum, imo omnia, deferebat Sperlingius; cum tamen ille Cimbrorum civitatem nulla alia ratione nominaverit *parvam*, qvam comparatè & per oppoſitionem, quaſi diceret, Cimbrorum, ut tunc eſſent, neqve loca neqve multitudinem reſpondere incredibili illi rerum à Cimbris geſtarum gloriæ, licet ingentis eorum famæ manusque veſtigia in ipſis iis locis cernerentur; is in Ptolemæo & reliquis quid aliud, quam, quod pace ejus manium dixerim, tricabatur? *Cimbricæ* vocabulum quomodo fingere ſibi potuit aliud ſignificare, quam Tauricæ illud, quam Cretenſis, itidem *Peninſulis* adjectum? quam Seguſianorum, Bibalorum, Limicorum, in *Foro?* quam Menapiorum & Morinorum, in *Caſtello?* Intemelium & Ingaunum in utroque *Albio?* Omnia nempe, non ad accolas, ſed ad incolas populos reſpicientia. Atqve ſi à proxime habitantibus dicenda fuiſſet Cherſoneſus noſtra, cur non potius *Saxonica* vocata, cum Saxones, teſtantibus Ptolemæo & Marciano, cervicem ipſius implerent; mirumque nimis haberetur, ſi ab exigua Cimbrorum manu, ultra Albim (in Dania hæc ſcribo,) ſedente, arctiſſimisque ſpatiis concluſa, nomen accepiſſet Peninſula, non vero à valentiore populo, inter Cimbros Sperlingianos & Peninſulam ipſam interjecto? Vel etiam, cur non *Svevica* nuncupata, qvandoqvidem eam Svevos tenuiſſe putabat Vir eruditiſſimus, arbitratus id ex Tacito defendi poſſe; de quo ego tamen maxime addubitandum reor? Novi generale oppidò fuiſſe Svevorum nomen, in varias minores gentes diviſum; ex quibus potuit fieri ut aliquæ in Cherſoneſum ſeſe inſinuarint, per Cimbrorum aut maximæ eorum partis in diuturna illa expeditione abſentiam; ita ut fortaſſis iſtuc referendi Sigulones, Cobandi, Charudes &c. hucqve etiam pertinuerint *Svevi Angili* Ptolemæi, ſintqve ex his *Angli* noſtri prope Flensburgum oriundi, licet

alia

(*) κατοικεῖ δὲ τὸν μὲν αὐχένα τῆς χερσονήσου τὸ ἔθνος τῶν καλουμένων Σαξόνων. αὐτὴν δὲ τὴν χερσόνησον ἔθνη πλεῖστα.

alia eorum ſedes hodie, ac apud Tacitum & Ptolemæum, agnoſcatur. Verum, qvod Tacitus nos docere de Peninſula noſtra ſive non potuit, ſeu neglexit, id præclare mihi videtur præſtitiſſe Ptolemæus, illo ſexaginta circiter annis poſterior. Cujus unici auctoris ductu ad veras Cimbrorum ſedes, tam ante celeberrimam excurſionem, qvam poſt Mariana tempora, cognoſcendas, nec non ad alia de iis tradita intelligenda, rectius qvam ab ullo alio deducimur. Retulerat qvidem Strabo, Ptolemæo centum & viginti annis antiqvior, fidem, ut apparet, ſecutus vetuſtiorum, de peninſula qvadam, Cimbrorum ſede; ſed in ſitu ejus aberrarant, cum à ſiniſtra Albis ripa nulla peninſula extiterit, tantæ multitudinis, qvanta omnibus auctoribus celebratur, capax. Ptolemæus autem, eoqve multo junior Marcianus, rectiſſime illam indicarunt. Deinde inundationes Oceani Cimbris inter cauſas fuiſſe egreſſionis, memoravit poſt alios antiqviores Strabo; memoravit etiam Florus: Tales autem tamqve miſerandæ clades neſcio cui alii peninſulæ crebriores incubuerint, qvam noſtræ; unde etiam Cluverio, Pontano, hosqve ſecuto Jac. Car. Spenero, ratiunculæ Poſidonii & Strabonis merito exploduntur. Tertio, teſtatur Strabo, Cimbros ſuo tempore eandem plane regionem tenuiſſe, eademqve inſidere loca, qvæ prius, hoc eſt, ante excurſionem habitaſſent (*); Neqve poterat in eo falli auctor, ſub Auguſto vivens Imperatore, ad qvem legati illi à Cimbris, lebetem offerentes, veniamqve expetentes, venerant. Sed neqve in hoc deeſt nobis Ptolemæus; qvippe qvi Cimbros in veteri ſua Peninſula etiamnum collocat; etiamſi non per totam, ſicuti olim, diſperſos, ſed extremam & maxime borealem partem occupantes. Qvam partem, Vendiliæ nunc provinciam (vernacule *Wendſyſſel*) appellatam, cum à ceteris natura per interfluentem ſinum Lymicum diviſerit, peninſulamqve & hanc effecerit, veroſimile mihi ſit, tunc cum à ceteris magnæ Cherſoneſi incolis conſilium egrediendi caperetur, initio ab auſtralibus facto, (qveis etiam in partibus maxima deprehenduntur inundationum veſtigia,) ex borealibus haud multos ſeſe illis adjunxiſſe; remanſioneqve illa ſuâ Cimbricum nomen usqve ad Antonini Pii ætatem, qva floruit Ptolemæus, & forſan ulterius aliqvanto conſervaſſe. Unde & erudítiſſimus Cellarius (*) Tacitum cum Ptolemæo hac ratione componendum cenſuit, ut illius *parva civitas* Cimbrorum, in *Germaniæ ſinu*, ſit omnino de Cimbris interpretanda iſtis, qvi domi, ceteris egredientibus remanſiſſent, & qvi in ſeptentrionali peninſulæ ſinu (πάντων ἀρκτικώτεροι) Ptolemæo auctore, collocentur. Qvarto, facit Ptolemæus ad Pomponii Melæ ſubobſcurum de *Cimbris & Teutonis* locum (**) dilucidandum: ubi utrosqve populos per inſulas *Codani maris* diſperſos ſine diſcrimine legimus. Diſcriminavit enim Ptolemæus, conſtituendo Cimbros in ſua peninſula, magnæ ſcilicet Cherſoneſi maxime aqvilonari, Teutonos autem circa Chaluſum fluvium, qvi nunc Traua appellatus, in Codanum mare effunditur. Potuerint nempe Teutoni eo usqve ſe effudiſſe per integrum illud ſeculum, qvod à Melæ ſcriptione, (is ſub Claudio vixit Cæſare,) ad Ptolemæum elapſum eſt. Potuerit etiam ante Melam pars Teutonûm, ex noſtris egreſſa inſulis, circa Chaluſum habitaſſe. Propriæ tamen ipſorum ſedes in inſulis erant Codanicis, ſeu, ut poſtea ſunt vocatæ, Danicis: in qvibus illa, *ut magnitudine alias, ità fœcunditate anteſtans*, Melæ (*) *Codanonia* nuncupata, à Cluverio pariter ac Cellario, omnium, qvi heic aliqvid viderunt, principibus, habetur pro noſtra hac Sælandia. Nam *Scandinoviam* ibi legere, qvemadmodum olim jubebat Iſaacus Voſſius, atqve Jacobum Gronovium, nec non ipſum Cellarium (**) ſeducebat, inclinante & iſtuc, ut videtur, Salmaſio ad Solinum, non tantum contra omnes eſt editiones veteres probatiſſimasqve, ſed & contra multitudinem manu exaratorum optimæ notæ codicum: ex qvibus, per Cll. viros Eduardum Bernardum, Joannem Reynoldum & Abrahamum Gronovium Jac. fil. collatis, procuratæ ſunt duæ Pomponii Melæ editiones, omnium, qvæ hucusqve viſæ ſunt, præſtantiſſimæ, Anglica ſcilicet ante annos triginta, & Batava Lugdunenſis proximè ſuperiore anno MDCCXLIII. Itaqve Cluverius & Cellarius in eore-

(*) καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν, ἣν εἶχον πρότερον. *lib. VII. p. 202.*
(*) *Geogr. ant. lib. 2. cap. 5. pag. 477. edit. 1701.* (**) *lib. 3. cap. 3.*
(*) *lib. 3. cap. 6.* (**) *Differt. de Cimbris & Teutonis §. 7.*


eo rectissime consenserunt, ut Teutonorum, (sive Teutonum mavis dicere) primas, qvæ reperiantur, origines in nostris qværendas esse insulis, plane & citra hæsitationem affirment, atqve a nobis exeuntes Teutonos, serioribus demum seculis Germaniæ suum nomen imposuisse toti. Conspicimusqve eandem sententiam esse tuitos laudatissimos illos viros in *Tabulis geographicis*, qvas libris suis inseruerunt, adqve Melæ & Ptolemæi textus depinxerunt; ubi Sælandia, Fionia ceteræqve insulæ Teutonis, Vendilia autem nostra, ultima versus septentrionem Chersonesi regio, ipsaqve peculiaris, ut dixi, Chersonesus, *Cimbrorum reliqviis*, (sic Cellarius vocat,) assignatæ (*). Ac jam satis, ut puto, disseruimus de veterum Cimbrorum locis, ex iis auctoribus, qvorum fide aliqvid de iis certi & explorati constare qveat. Conjecturis autem agere, aut recentiorum commentis, sive Rudbeckii illa sint, sive Suffridi Petri, aut aliorum, præter necessitatem perseqvendis tam pretiosam rem, qvam est tempus, impendere, hominis parum prudentis esse judicamus. Qvod si tamen plura qvis desiderarit meliorum auctorum loca de *Cimbris* collecta & exposita, ei sufficere possunt, præter Pontanum nostrum (†), nec non laudatos sæpius Cluverium (††) & Cellarium (†††), illa, qvæ plerisqve recentiorum haud paulo studiosius executus est Jacobus Carolus Spenerus in *Notitia Germaniæ* antiqvæ (††††). Nuncqve ad Mollerum nostrum ut revertamur, interrogabimus omnes, qvicunqve hæc à nobis prolata in tam longa digressione legerint, num ipsis, sive Sperlingiana paradoxa, sive nostra, communem viam insistentium, observata præferenda duxerint, qvicqvam in his omnibus animadversum aut deprehensum, qvod Mollerum juverit, ejusqve consilium, in abscindenda à Cimbriæ corpore tota septentrionali parte, ab amnibus Coldingensi & Schodburgico ad Scagensia usqve littora, stabiliat. Sanè qvando à me dicta nunc revolvo, pœnitet propemodum suspicionis meæ de Sperlingio, qvod eo auctore fuerit in consilio isto confirmatus Noster. Aut enim non rectè intellexerit opiniones Sperlingianas, aut nunqvam ille Mollero eas impertiverit, vel saltem apertas satis reddiderit. Omnino autem tales erant, sicut eas ego exposui, qvi ab ulla vel minima re sive mortuis sive vivis affingenda alienissimus sum. Jam Sperlingius ne qvidem in Holsatia, aut australi, ut nunc nominatur, Jutia, Cimbros agnovit, verum ultra Albim, ubi Ducatus hodie est Bremensis, rejecit. Ex qvo tractu nihil prorsus accitum ad opus suum adspicimus à Mollero; qvi etiam, (ut ex scheda qvadam à filio nobis ostensa comperimus,) veniam à lectoribus petendam voluit, qvod indigenis Cimbris annumerare, ob viciniam, litteratos viros Mollenses, Bergerdorpenses, & qvatuor insularum scriptores Lauenburgicos, nec non Tremsbuttelenses & Steinhorstenses, haud esset veritus. Ergo videmus, Sperlingium, ipsi qvondam amicissimum, & cujus excellentem eruditionem multaqve in historiam & antiqvitates merita jure optimo venerabatur, ne qvidem à partibus ejus stetisse, imo potius planè adversatum. Qvem ergo, qvæso, ducem habuit, qvemqve in definiendis Cimbriæ limitibus auctorem? Nullum profecto ex veteribus: nisi peculiare sibi effinxerit de Taciti *parva civitate* placitum, à Sperlingiano diversum. Sed neqve ex recentioribus aliqvem nominatu, ut credo, dignum; anteqvam Henricus Ranzovius ejusqve clientes, ac dedita qvasi opera Erpoldus Lindenbrogius (†), talem finium descriptionem excogitassent, neutiqvam tamen, puto, exclusa septentrionali Jutia: atqve eos postea ingens secuta turba. At qvod Stormariam qvoqve Mollerus & Hamburgum, in illa situm, Lindenbrogii eiqve similium exemplo, Cimbriæ inclusit, fecit non tantum invito Alberto Krantzio, ut ex omnibus ejus viri scriptis liqvet, sed etiam maximè refragante historicorum Hamburgensium principe Petro Lambecio; qvi disertis verbis affirmavit istam urbem,

(*) Cluver. *Germ. ant.* ante *lib. 3. pag. 511.* Cellar. *Geogr. ant. lib. 2. cap. 5. pag. 448.* Confer. etiam C. S. Schurtzfleischii *Nott. in Vitam Alberti III. Animosi. pag. 102.* ut plures nunc omittam. (†) *Chorograph. Dan. à pag. 639. ad 651.* & *Histor. Dan. à pag. 1. ad p. 11.* (††) *German. ant. lib. 3. cap. 22. à p. 91. ad p. 195.* (†††) *Geogr. ant. lib. 2. cap. 5. p. 477. & p. 492. & 493.* item *Differt. de Cimbris & Teutonis*, inter ceteras ejus, *à pag. 488. ad p. 521.* (††††) *lib. V. cap. 1. toto, & cap. 2. usqve ad pag. 22.* it. *lib. IV. cap. 1. §. 6. pag. 151. seq.*

(†) cumprimis *in Historia Belli Cimbr.* Hamburgi Germanicè edit. an. 1589. nunc latine versa in *Tomo III. Monumentor. Cimbricor. & Megapol.* Dn. Cancellarii de Westphalen, *pag. 399.*

imo universam Holsatiam extra Chersonesum Cimbricam sitam esse, & Saxoniæ adscribendam. "Cimbrica enim (verba illius sunt (*)) "Chersonesus partim Oceano "cingitur, partim Isthmo M. P. XVIII. sive qvatuor milliarium Germanicorum cum "dimidio à reliqva continente separatur. Hic vero Isthmus non, ut vulgo creditur, "inter *Lubecam* & *Hamburgum* est, sed inter oppida *Slesvicum* & *Husem*, ut recte "monet accuratissimus Geographus Philippus Cluverius lib. 3. cap. 21. & 22. pagg. "589. 590. 591. Qvicqvid ergo est terrarum intra jam indicatum Isthmum, id à "Claudio Ptolemæo Geograph. lib. 2. cap. 11. αὐτὴ ἡ χερρόνησος, hoc est, *ipsa peninsula* "vocatur; in cujus ultimo maximeqve septentrionali recessu *Cimbri*, propriè & κατ' "ἐξοχὴν ita dicti, habitarunt. Cæterum qvæ extra jam indicatum Isthmum est regio "usqve ad *Chalusum* sive *Travam*, & confluentes *Albis* atqve *Billæ*, ea appellatur à "Ptolemæo ὁ αὐχὴν τῆς Κιμβρικῆς χερσονήσου, h. est, *cervix Cimbricæ peninsulæ*, &, eodem "Ptolemæo teste, sedes fuit *Saxonum*." Hæc Lambecius. Cui idcirco, ut videmus, nunqvam probavisset Mollerus suum illud de Henrico Ranzovio pronunciatum, ipsum *in Chersoneso natum, scilicet in Stormaria*, fuisse (*), uti neqve aliqvem Holsatorum, Wagriorum &c. inter Cimbros relatum; qvemadmodum & illud à Ranzovio ipso tot in libris ac monumentis assertum, atqve in *Belli Ditmarsici descriptione*, nec non in *Genealogia Ranzoviana*, tam solicitè inculcatum, de Holsatia & pluribus regionibus ad Chersonesum Cimbricam pertinente, qvasi illud Tacitus, Plinius, Strabo & Ptolemæus testarentur, totum, Lambecio judice, corruisset. Sed hæc alii curiosius posthac discutiant. Etenim qvousqve, ante egressionem & Mariana tempora, populi Cimbrorum se extenderint extra suam peninsulam, & qvantum terrarum occupaverint habitationibus suis, neqve Ranzovio, neqve Lindenbrogio, neqve Mollero, neqve ulli mortalium patefactum. Qvemadmodum est qvoqve in obscurissimis, qvo tempore nomen *Cimbricum* in Septentrione desierit, funditusqve extinctum sit, qvod sanè, qvantum mihi in promtu est colligere, vix ultra illam ætatem, qva Marcianus Heracleota *Cimbricam Chersonesum* descripsit, (hoc est, ex calculo Dodwelli ante seculum Æræ Christianæ qvartum,) in nostris regionibus perdurarit; forsan & diu jam tum abolitum. Ceterum ad condonandum pietati meritissimi viri hunc errorem qvidni erimus faciles? maximè cum, qvantum ad nos attinet, nihil gratius nobis, nihil jucundius aut acceptius fuisset in præsentia, qvam, qvocunqve etiam sub titulo, tam excellens, tamqve egregie elaboratum, qvam hoc est, opus, de longè plurium terrarum & regionum litteratis viris aspexisse. Scribebam Hafniæ pridie Calend. Martii Anno MDCCXLIV.

(*) *Chronol. & Auctar. lib. 1. Rerum Hamb. pag. 327. prim. edit.*
(*) *Tomo III. pag. 567.*



A.

ag. SEVERINUS AAGARDUS, Ripensis, Christiani, Theol. Lectoris Ripensis, *Tomo II.* celebrandi, ex Metta, M. Sever. Velleji, Pastoris Ripensis, gnata, Filius, A. 1654. in lucem editus, Acad. Hafn., ab A. 1671., Alumnus, Scholæ patriæ, ab A. 1676., Præceptor, vicinæ autem Insulæ Römmensis, ab An. 1677., Pastor, in urbe natali, febri tertiana scorbutica, d. 14. Jul. A. 1693. æt. 39., septem Liberorum parens, decessit. Vitam ejus fusius exposuit, mihiqve transmisit, Pet. Terpagrius, Theol. Lect. Rip. Confer ejusdem Appendicem Inscriptionum Ripensium p. 63.

Vita Christiani Parentis, ab eo scripta, *Poëmatis* ejusdem, *Tom. I. Delic. Poët. Danor.* Leidæ A. 1693. a Frid. Rostgaardo editis, *p. 341-348.*, est præfixa.

Inedita, Terpagrio teste, hæc reliqvit:

Concordantias V. T. Hebræo-Danicas, sed affectas tantum, & ultra literam א non perductas.

Hymnos in Canticum Canticorum Danicos, *nativa elegantia, nec invita Minerva, compositos.*

Jos. Halli Meditationum Sacrarum Versionem Danicam, e Latina expressam.

GEORG. (LAURENTII F.) AASKOU, (Lat. *Amnisylvanus*), Ripensis, Pagi in Seelandia Danica Sollervödiensis, circa A. jam 1668., Pastor. Vixit A. 1681.

Εὐθανασία Ἀθανασία; Sielens Aandelige Mulskiede, sive Sententiæ & Meditationes Danicæ, timori mortis opponendæ. Hafn. A. 1677. in f. pat. & 1681. in 8.

Catechismi Borns Aandelige Melk og Tyggemad, sive Qq. & Responsiones in Catechismum Lutheri Danicæ. Hafn. 1679. & 1687. in 8.

M. Andr. Romdorphii, Rect. Ripensis, Decachordum Jubilæum, seu Decas Hymnorum de nativitate Christi Danicorum, cum Præfat. ab illo edita. Hafn. 1668. in 8.

R. SAMUEL ABATZ, Hamburgensis, Doctor Judæus. Vixit A. 1670.

R. Bechai Senioris חוֹבַת הַלְּבָבוֹת, sive Obligatio Cordium, Liber Theologico-Moralis, ab illo e lingva Hebræa in Hispanicam translatus, prodiit Amstelodami A. M. 5430. (sive A. C. 1670.) in 4. V. Joh. Christoph. Wolfii *T. I. Biblioth. Hebr. p. 237.*

JACOBUS ABENDANA, Hamburgensis, Josephi, Mercatoris Lusitani, Filius, Isaaci autem (de qvo mox dicetur), & Davidis, Negotiatoris Hamburg., Frater, Doctor Judæorum celebris atqve eruditus, & L. Hebr. inprimis, Dialectiqve Rabbinicæ, peritissimus, Amstelodami doctrina pariter atqve scriptis inclaruit. Hinc, post A. 1670., in Angliam digressus, Cœtus popularium Sacri Londinensis, ad Annum usqve (cujus indicium Davidi Fratri debeo) emortualem 1685., fuit Archisynagogus.

A Professoribus Acad. Lugduno-Batavæ (in Censura Libro *Michlol Jophi* præfixa) *Hebræus* vocatur *eruditissimus*, a Joh. Frischmuhtio autem (*Disp. I. de Fœdere novo p. 16.*) *haud obscuri hodie nominis Hebræus, & rigidus etiamnum in Belgio Judaismi propugnator*, nec non (*in Diss. de gloria Templi Secundi p. 24.*) *Vir doctissimus, & ex iterata, Spicilegioqve aucta, Libri Michlol Jophi editione celeberrimus.*

SCRIPTA EDITA.

מכלל יופי (i. e. *Perfectio Pulchritudinis*), seu Comm. in loca selecta, vocesqve & res difficiliores V. T., a R. Salomone Ben Melech conscriptus, ab ipso autem, post Editionem Constantinop., denuo publicatus. Accessit ipsius לקט שלחה, seu Spicilegium rerum in isto præteritarum, cum Epist. Dedic. ad Ordd. Belgii Fœderati. Amstelod. A. Jud. 5421. (i. e. Chr. 1661.) in fol. Recusus ibid. A. Jud. 5445. (sive Chr. 1685.) in fol. In frontispicio Operis comparent: 1. Abr. Heidani, Joh. Cocceji, Jac. Golii & Alardi Uchtmanni, Professorum Leidensium, Censura, in qva, *Commentarii* id *illustrissimi & exactissimi in totum V. T. loco haberi posse*, pronunciant; 2. Joh. Buxtorfii Jun. ad Isaacum, Nostri fratrem & in hoc labore σύνεργον, Epistola, Basileæ d. 12. Mart. A. 1660. scripta, in qva Opus is hoc *Commentarium* vocat *literalem & Historicum in Libros Biblicos, qvi magno usui esse, non tantum Judæis, sed etiam Christianis, possit*, studium, ab utroqve fratre editioni impensum, laudat, &, ut ambo alios etiam libros suos, bono publico profuturos, absolvere qveant, exoptat. Versionem Latinam totius Operis (in qvo, & R. Salomon, & Abendana, Observationes tantum Grammaticas, Historicas, Criticas & Antiqvarias, in Libros V. T. Canonicos exhibent, Disputationibus autem Theologicis abstinent), Esdræ Edzardi, Th. Lic., ductu, Auditores ejus frustillatim Hamburgi concinnarunt, qvam editum ab illo iri, Joh. Eberh. Busmannus, in *Observv. Sacris*, Helmst. A. 1674. excusis, *§. 9.*, frustra speravit. Sed nec M. Josias Henr. Opitius, Kiloniensis, qui (*in Catal. Nund. Vern. A. 1706. Lips., p. 5.*) Operis itidem integri, nec Dav. Clodius, Theol. Giessensis, qvi (*in Catal. A. 1671. Lips. Autumn., p. 37.*) solius in Genesin Commentarii ac Spicilegii, nec Anonymus, qvi (*in Catal. A. 1705. Autumn., p. 4.*) Paraschæ tantum Geneseos primæ, sive Capitum qvinqve priorum, Explanationis, Versiones sunt polliciti, promissis hactenus satisfecerunt. Plagiariis Abendanam, ob *Spicilegium* suum, accensent Ant. Hulsius, qvi (*in Ps. II. 6.*, teste Theod. Jansonio, *in Syllabo Plagiariorum, Amœnitatibus Theologico-Philologicis adjecto, p. 1.*), *omnia eum ex Kimchio furatum esse*, Joh. Chr. Wagenseilius, qvi (*in Comm. in Sotam p. 216.*), & Joh. Alb. Fabricius, hunc secutus, qvi (*in Centuria Plagiariorum, num. 67.*), illum, *contra Judæorum morem, R. Bechai, suppresso nomine, exscripsisse*, perhibent, ac Aug. Pfeifferus (*in Progr. Invit. ad Prælect. in Jonam, Dissertationi de*

Masora adjecto) ita scribens: *Transscripsit idem, ut plura alia, ex Abarbenele R. Jac. Abendana, in suo, quod, sine mente & judicio, R. Salomonis Ben Melech Commentario Literali in S. Script., ceu ἐράνος πολυχιδὲς, assuit, Spicilegio.*

CUZARY, Libro de grande sciencia, y mucha doctrina: Discursos, que passaron entre el Rey Cuzar, y un singular Sabio de Ysrael, il amado R. Yshach Sangveri. Fue compuesto este Libro, en la Lengva Arabiga, por el doctissimo R. Yeuda Levita, y traduzido en la lengva sancta por el famoso traductor, R. Yeuda Aben Tibon, en el Anno de 4927. de la Criacion del mundo, y agora nuevamente traduzido del Ebraico en Espannol, y commentado, por el Hacham R. Jacob Abendana, con estilo facil y grave. Amstelod. A. Jud. 5423. (sive A. C. 1663.) in 4. Versionem hanc libri Cosri Hispanicam Latinæ J. Buxtorfii præfert Rich. Simon *T. I. de la Nouvelle Biblioth. choisie, c. 21. f. 13. luculentam* & Notas adjectas *mentem Scriptoris egregie illustrantes*, vocat Wolfius *loc. citand. p. 578. 443.*

Disceptatio Epistolaris Hebraica Ant. Hulsii, Theologi Leidensis, cum Abendana, de loco Hagg. II. 9., qvinqve Epistolis Hulsianis, & tribus Abendanæ (qvi ultimæ Hulsii nihil reposuit), comprehensa, &, cum Versione Latina, seorsim Lugd. Bat. A. 1669. *in 4.* edita, deinde vero Hulsii *Nucleo Prophetiæ*, ibid. A. 1683. in 4. excuso, adjecta. V. de illa *Acta Erud. Lipsf., M. Sept. A. 1683., p. 407.*

Inter INEDITA (a J. Buxtorfio *l. c.* commendata) eminet Versio Hispanica (Latinam Mischnæ Versionem ἀνέκδοτον, ab Isaaco fratre concinnatam, nostro perperam tribuit Bartoloccius, a Wolfio propter ea merito castigatus,) Mischnæ Thalmudis integræ, Mosisqve Maimonidis & R. Obadiæ Bartenoræ in eam Commentariorum, qvam Franc. Mercurius Helmontius (*in Præfat. Delineat. Alphab. Natur.*), Gvilh. Surenhusius (*in Præf. P. I. Versionis ejusd. Latinæ*), & J. Chr. Wagenseilius, ad manum sibi fuisse sunt testati. V. Rud. Mart. Meelführeri *Accessiones ad Th. Jansonii Biblioth. Promissam p. 129. 130.*, Lud. Neocori *Biblioth. Libr. Nov., M. Nov. & Dec. A. 1698., p. 846.*, & J. Groningii *Biblioth. Jur. Gent., Lib. I., c. 3., §. 20., p. 75.* In Notis ad Hisp. Libri Cosri versionem p. 50. 63. *Instructio in fide Judaica* ab illo promissa perhibetur a Wolfio.

Conf. de Jac. Abendana ejusqve scriptis Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 12.* Joh. Christoph. Wolfii *Tom. I. Bibliothecæ Hebrææ p. 578. 579. 443. 1075.*

ISAACUS ABENDANA, Hamburgensis, Med. Doctor, Josephi, Mercatoris Judæi, Filius, ac Jacobi frater, felici adeo successu hujus eruditionem æmulatus, ut non solum, inter Doctores suæ gentis modernos, nomen consecutus sit haud ignobile, sed munus etiam L. Hebr. Prælectoris sive Interpretis, in Acad. Oxoniensi, avitorum licet sacrorum tenacissimus, obtinuerit, A. 1690. in ea fuit superstes. Theod. Dassovio (*in Catal. MSS. suorum p. 7.*) *Judæus* audit *doctissimus, qui Anglis erat in amoribus*; Mart. Jac. Owmanno (*in Præf. Tr. de Lotione manuum Judaica*) *Judæus doctissimus, qvem Anglia tanto complexa est amore ac dignitate, ut Oxoniensis Academia & Cantabrigiensis, de familiarissimo ipsius usu, magnis inter se certarent præmiis, & a qvo Th. Dassovius se cognitionem suam in Antiqq. Hebr. haud vulgarem accepisse gloriatur*; Andr. Ad. Hochstättero autem, Prof. Tubingensi (*in Or. de utilitate peregrinationis Anglicanæ p. 30. 31.*), *Vir supra gentis suæ morem doctus, ac Latine dicendi facultate instructus.* Addo his Joh. Wülferum, qvi (*in Notis ad Zalman Zevi Theriacam Judaicam p. 45.*), eum, *ob insignem animi erga Christum ac Christianos moderationem, vehementer sibi placuisse, seqve ex ejus colloqvio summam semper Oxoniæ lætitiam hausisse*, testatur. Conf. de illo Joh. Christoph. Wolfii *T. I. Biblioth. Hebr. p. 627.*

Editionis geminæ *Michlol Jophi* R. Salomonis Ben Melech Amstelodamensis, A. 1661. & 1685. a Jacobo Fratre, & ipso, hujus συνέργῳ, publicatæ, Historiam in Fratris Vita jam exhibui.

E reliqvis ejus Scriptis, qvæ Joh. Buxtorfius Jun., in Epistola ad ipsum d. 12. Mart. A. 1660. exarata, & Operi isti præfixa, *bono publico profutura* censuit, absolviqve optavit, ἀνεκδότοις, sola mihi innotuit Versio totius Mischnæ Thalmudicæ Latina, Anglorum hortatu (uti *in Actis Erud. Lipsf., T. I. Supplem., Sect. VII., p. 364.*, traditur) elaborata, qvam MStam, & sex *in forma qvarta* Voluminibus comprehensam, in Biblioth. Academica, non Oxoniensi (uti falso Scriptor nuperus credidit), sed Cantabrigiensi, asservari, Hochstätterus (*opus insigne* appellans) *l. c.* testatur, & ex ista propediem editum iri, J. Chr. Wagenseilius (*in Diss. de Infundibulo suo Noribergensi*) A. 1693. jam speravit. Commendatur eadem a Gvilh. Surenhusio (*in Præf. Partis I.* suæ Operis ejusdem Mischnici Translationis Latinæ, Amstelod. A. 1698. evulgatæ), & R. M. Meelführero ac J. Groningio *ll. cc.*

ADALDAGUS, gente (testibus Adamo Bremensi, Alb. Stadensi, Henr. Wolthero, Alb. Krantzio, aliisqve) ortus illustri, nobilissimæ ac vetustissimæ Meinstorfiorum familiæ Cimbricæ, si Henr. Ranzovium, Andr. Angelum, Hier. Henningium, Joh. Ad. Cypræum & Casp. Dancwerthium, Historicos nostrates, audias, natales suos debuit. Canonicus initio fuit, &, juxta Woltherum, Præpositus etiam Ædis Cathedralis Hildesiensis, deinde vero trium Ottonum, Imperatorum Romanorum, ab A. circiter 936., per lustra decem, & qvod excurrit, Cancellarius, simulqve, ab eodem A. 936., Archiepiscopus, post Unnonem, Hamburgensis & Bremensis. Obiit d. 28. Apr. A. C. 988., & Archiepiscopatus 53. Fusius atqve accuratius Vitam ejus Tomus Operis hujus nostri ultimus exponet. Conferri interim de illo poterunt M. Adamus Bremensis, *L. 2. Hist. Eccl. Hamb., c. 1-9. 14-20., p. m. 41-55.*, Alb. Stadensis *in Chronico, ad A. 936. 948. 961. 971. 984. & 988.*, Autor Anonymus *Hist. Archiepp. Brem.* (*inter Scr. R. Germ. Lindebrog.*) *num. 12., p. 74.*, Henr. Woltherus *in Chronico eorundem* (*Tom. II. Rer. Germ. Meibom.*) *p. 28. 29. 30.*, Alb. Krantzius *L. 3. Metrop., c. 16. 17. 20. 23. 26. 29. 38. 39.*, P. Lambecius *in Orig. Hamburg. p. 30. 31. 32. 33. 36. 37. 38. 41., ac in Append. Libri II. Rer. Hamb. p. 452-502.*, & alii, ibidem enumerandi.

Epistola ejus Consolatoria ad Flodoardum, Canonicum Rhemensem, *Tomo XVII. Biblioth. Patrum Maximæ* inserta, Lugduni Gall. A. 1677., teste Ittigio (*in Tr. de Biblioth. Patrum p. 521.*), prodiit.

Diploma de Monasterio Buccensi in Henr. Woltheri *Chronico Archiepp. Brem., l. c. p. 29.*, ferme integrum legitur.

His adde Diplomata Ottonum I. II. & III., Imperatorum Romanorum, ab ipso, Cancellario illorum, sicut ab Adamo etiam Bremensi (*L. 2. Hist. Eccl. c. 14., p. 52.*) & A. Krantzio (*L. 4. Saxon. c. 23., & L. 3. Metrop. c. 38.*) est observatum, conscripta, qvorum plurima, ab Erp. Lindebrogio, Melch. Goldasto, Henr. Meibomio Sen., P. Lambecio, Joach. Joh. Madero & Casp. Sagittario, edita, supersunt, & *l. c.* a nobis recensebuntur. *

ADALGARIUS, e gente itidem Meinstorfia (juxta H. Ranzovium, Andr. Angelum, aliosqve) oriundus, e Monacho Corbejæ Westphalicæ Benedictino Remberti, Archiepiscopi Hamburgensis secundi, ab A. 866., Convictor familiaris, postea vero in Archiepiscopatu Coadjutor, & tandem A. 988. defuncti Successor, cum viginti huic annis præfuisset, d. 9. Majii A. C. 909. vivis excessit. Accuratior Tomo ultimo Vitæ ejus a nobis exhibebitur Historia, e M. Adamo Bremensi (*Lib. I. Hist. Eccl., c. 32. 38. 39. 40. 41. 42. 43.*), Alb. Stadensi (*in Chron.*), Henr.

Henr. Wolthero (*l.c.p.26.27.*), Alb. Krantzio (*L.2. Metrop., c.2. 11.19. 20. 21.24.*), & Scriptoribus aliis, vetustis pariter atqve recentioribus, congesta.

Antecessoris sui, Remberti, Archiepiscopi Hamburgensis, Vitam ipse *claro stylo*, sed ligata oratione, teste Henr. Wolthero, qvinqve illius recitante Hexametros, conscripsit. Sed dudum illa periit, planeqve diversa est a Vita ejusdem Remberti, Latine, sermone soluto, per Monachos (qvibus Ad. Brem., *L.1.c.32.*, eam asseruit) exarata Corbejenses, qvam, post Jac. Meierum, mutilam Laur. Surius (*in Vitis SS., Vol. I., ad d.4. Febr.*), integram vero, e MSto antiqvo Hamburgensi, A. 1643. Phil. Cæsar (*in Triapostolatu Septentrionis*), hujusqve editionem secuti Joh. Bollandus (*in Actis SS. M. Februar., ad diem illius quartum*), Joh. Mabillonius (*in Actis SS. Ord. Benedictini, Sec. IV., P. II., p.471. ac seqq.*), & novissime Joh. Alb. Fabricius (*Vol. II. Memoriar. Hamburgensium p.718-763.*), publicarunt. Hanc enim Adalgario a Phil. Cæsare, Editore, falso vindicari, *P. II. Isag. ad Hist. Cimbr.*, *c.3., §.11., p.64.65.*, breviter jam est ostensum, & in Elogio Nostri ulterius confirmabitur Biographico. *

JOHANNES ADAMI, cujus Theatrum Nobilitatis Cimbricæ a Dan. Bornemanno, Parocho Eckernfordensi (*in Serm. Fun. Germ., Margaretæ Luciæ Brocktorfiæ A. 1656. habito, p.57.*), allegatur, Scriptor mihi, & aliis, ignotus.

JOHANNES JACOBUS ADAMI, Rendesburgensis, J. U. D. (Kilonii A. 1708., Kal. Maji, creatus), & causarum forensium in suprema Curia Glückstadiensi Patronus.

Disp. Inaug. de Judicio Virginum Sanctimonialium monastico, occasione §. 24. & seqq. Ordinationis Monasticæ (qvæ *in Ordinat. Provinc. Slesvigo-Holsatica, P. IV., Tit. 32.*, habetur), Præside D. Sim. Henr. Musæo, proposita. Kilonii 1708. in 4. V. *Nova Lit. Lubec. A.1708., M. Jun., p.158., & M. Jul. p.189.*

WOLFGANGUS HENRICUS ADELUNG, Hamburgensis, Scholæ pauperum trivialis Catharinææ in patria Præceptor.

Thesaurus Historiarum, oder Neueröfnete Schatzkammer rarer und auserlesener Historien, unter 150. Titeln. Hamburgi 1695., & denuo (cum duplici Appendice novisqve Indicibus) ibid. A. 1706. in 8. Commendatur a Nic. Christoph. Lynckero, *Lib. II. Instructorii Forensis, P. I., c. 2., lit. S. 2. b.*

Kurtze Historische Beschreibung der uhralten Ansee-Kauf- und Handelstadt Hamburg, aus vielen Scribenten, alten Uhrkunden und Annalibus, zusammengetragen. Hamb. 1696. in 4. Continentur: 1. Annales Urbis, ab ævo Caroli M. ad A. C. 1696. passim, non inepti solum, sed & manci ac mutili; 2. Descriptio ejusdem Topographica & Archæologica; 3. Consulum & Senatorum (ab A. 1189. ad 1696.) Series, ex Ad. Tratfigeri Jun. de iisdem Scripto verbotenus fere compilata; 4. Catalogus Secretariorum, ab A. 1406. ad 1696.; 5. Index Ministrorum Ecclesiæ (ab A. 1521. ad 1696.) Lutheranorum, e Catalogis vulgaribus, sed, qvoad nomina & tempora, admodum mendose, descriptus. 6. Similes Urbis XVvirorum (ab A. 1528.), & Tribunorum Centurionumqve Militarium (ab A. 1619. ad 1696.), Catalogi. *Industriæ, laude dignæ*, qvam J. Alb. Fabricius (*in Præf. Vol. II. Mem. Hamburg.*) Autori tribuit, paucissima in Scripto hoc Rhapsodico observavi vestigia. Ἀπειρίαν potius hominis illiterati, in congerendis narrationibus ἀλλοτρίαις, leviculis, ac sæpe ineptis, majoris autem momenti negotiis (Turbis v. g. adversus Joh. Henr. Horbium, Antistitem Nicolaitanum, & Senatum, ei patrocinatum, a plebe, ejusqve Demagogis, excitatis) silentio involvendis, aut obiter tantum attingendis, aliisqve erroribus, proditam, ubiqve deprehendi, &, post *Dialogorum* Anni 1696. Vernaculorum Menstruorum Scriptorem, in recensu illius Critico (*M. Majo, p. 436-442.* obvio) jactantiam etiam ejusdem merito castigantem, *in Præfat. nova Isag. ad Hist. Cimbr. p.59. 60.*, paucis A. 1699. notavi. Augustissimi Daniæ Regis in Civitatem Hamburgensem jura, contra Scriptorem hunc, in illa injurium, Edictum peculiare, Tychopoli d. 12. Mart. A. 1696. promulgatum, asseruit.

Hamburgische Curiositaten-Calender. Hamb. A. 1697. 1698., & seqq., in 4.

LAURENTIUS ADTSEN, sive (uti ipse, in Epist. ad D. Paulum ab Eitzen, A. 1582. se appellavit) ADDI, e Rectore Scholæ Tonningensis Parochiæ in Eiderstadia Wizwortensis Pastor A. 1582. factus, & A. 1603., teste Ant. Heimreichio (*in Chronico Frisiæ Borealis, c. 4., p. 64.65.*), defunctus.

Annales Eiderstadienses ἀνέκδοτοι, ab Heimreichio in Autorum Indice, *Chronico* isti præfixo, laudati.

VII. Epistolæ ad Joh. Pistorium, Præpos. Eiderstad., in Epistolarum ad hunc Volumine MSto, qvod Pet. Axenius asservabat, obviæ.

BARTH. CHRISTIANUS ÆGIDIUS, Bulderupa (Pago Tractus Tunderensis) Cimber, Parochus, circa A. 1704., in Præfectura Apenradensi Warnislensis.

Ehren-Pyramide Petri Zitscheri, Probsten zu Tundern, oder dessen Lebens-Beschreibung. Hafn. 1700. in 4.

M. JOHANNES ÆGIDIUS, (Danis audit Jens Gödissen, Claud. Lyschandro autem (1.) *Johannes Gedeonis*), Ripensis, Juventuti Scholasticæ annis qvinqve præfuit, deinde Hafniæ Arcis Regiæ Ecclesiastes, & Ædis Nicolaitanæ Pastor, per annos fuit duodecim, ac tandem, M. Alberto Johannis A. 1595., in Episcopatu Juriæ Aarhusiensi, datus Successor, sexqve lustris diutius hoc functus, d. 11. Dec. A. C. 1626., & æt. 76., vivis excessit. E Conjuge Magdalena Valentinia, præter liberos alios, Ingeburgem etiam sustulit, D. Matthiæ Jacobæo, Archiatro Danico, A. 1614. elocatam.

V. de illo Inscriptionem Epitaphii, Aarhusiæ in æde Cathedrali erecti, Cl. Lyschandrum *l. c.*, Har. Huitfeldium *in Chronico Episcc. Dan. p.m.102.*, Joh. Pauli Resenium *in Ep. Dedic. Lutheri triumphantis*, A. 1617. illi inscripti, Alb. Bartholinum *in Tr. de Scr. Dan. p.62.63.*, meaqve ad illum *Hypomnemata p.256.*, ac *Spicilegium p. 20.*, Pet. Resenium *in Inscr. Hafn. p.143.*, & *Indice III. Biblioth. suæ*, Henn. Wittenium *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A.1626.*, Chr. Hendreichium *in Pand. Brandeb. p.45.*, & *Nova Lit. Lubec., M. Jan. A.1708., p.32.*

SERMONES FUNEBRES DANICOS EDIDIT SEQVENTES:

In obitum Georg. Rosekrantzii, Regni Senatoris, e Ps. XC. Aarhusiæ 1596. in 8.

In obitum Christinæ Lungiæ, e Ps. XIII. (sub titulo Remedii & Consolationis contra omnem dolorem & tristitiam spiritualem Filiorum Dei). Hafn. 1609. in 4.

In obitum Annæ Rosekrantziæ, Virginis, e Sirac. XLI. (sub tit. Solatii Christianorum contra timorem mortis). Hafn. 1610. in 4.

In obitum Petri Styggii, ex Es. LVI. 13. Hafn. 1612. in 4.

In obitum Christinæ Scheeliæ, ex Hebr. XIII. 1. 2. Hafn. 1612. in 4.

In obitum Doroth. Langiæ, e Ps. LXXI. (sub tit. Institutionis de Hominis Christiani & Ecclesiæ Senecta). Hafn. 1613. in 8.

In obitum Christiani Scheelii, e Sap. VII. 3-10. Hafn. 1617. in 4.

A 2 In obitum

(1.) *in Catal. MS. Scriptorum Danicorum.*

In obitum Georg. Kasfii, e Joh. III. 13. 14. 15. Hafn. 1619. in 4.
In obitum Pet. Munckii. Hafn. 1623. in 8.
In obitum Eskilli Brokii, e Phil. III. 5. 6. 7. (sub tit. Venationis Spiritualis). ib. 1625. in 4.
In locum 2 Cor. V. 1 - 5. Hafn. in 4.

Ineditæ (ficut a Viro doctiffimo, Petro Jani Lucoppidano, Paftore Thafingenfi, fum edoctus) fuperfunt variæ ejus Prælectiones Theologicæ, in Auditorio habitæ Aarhufienfi, & has inter Expofitio Symboli Athanafii, A. 1598., atqve Expofitio Cantici Ambrofii & Auguftini, A. 1600. propofita.

FRIDERICUS ÆPINUS, Hamburgenfis, D. Joh. Æpini, primi Superintendentis Ecclefiæ Hamburgenfis Lutherani (cujus vita *Tom. II.*, fufe eft enarrata), filius, ftudiis A. 1555. (qvo Joach. Weftphalus, Paftor Hamburgenfis, Joh. Ritzenbergii, urbis ejusdem Secretarii, *Epitaphium* Parentis, five Poema de illo Epicedium, Roftochii *in 4.* excufum, præfatione ipfi infcribebat peculiari) in Academia incubuit Roftochienfi. In aulam deinde Francifci I., Ducis Saxo-Lauenburgici, delatus, Secretarius hujus fuit intimus & Cameralis, tandemqve Confiliorum Præfes Ratzeburgenfis. Vixit A. 1570. Filium habuit Francifcum, Ratzeburgi primum in Monte paftorem, & Ecclefiaften fimul Francifci II. Principis aulicum, Parochumqve poftea in Holfatia Barchteheidenfem, parentem Johannis, Præfecturarum Adolphi Friderici II., Ducis Strelitzio-Megapolitani, Infpectoris fupremi, avum vero Francifci Alberti, Doctoris Theologi, & Philofophiæ nunc in Academia Roftochienfi Profefforis. V. Andr. Dan. Habichthorftii *Roftochium anni 1699. literatum p. 363. 364.*

Edidit, cum Præfationibus fuis, five Epiftolis dedicatoriis, D. Joh. Æpini, Parentis, tum Enarrationem in Pfalmum LXVIII. Francofurti A. 1553. *in 8.*, tum Enarrationes in Decadem II. Pfalmorum, five Pfalmos undecimum ac novem feqventes, ibidem A. 1556. *in 8.* De qvibus plura, in Vita Parentis, *l. c.*, funt relata.

DETHLEVUS ALARDUS, Brunsbüttela Dithmarfus, Lamperti (de qvo paulo poft dicetur) Filius, Scholæ Itzehoenfis, ad A. usqve fatalem 1694., Conrector.

Difp. de ritu precandi Veterum Hebræorum, Præfide D. Joh. Sauberto Jun. propofita. Helmftadii 1663. in 4.

De MSStis Lamperti Parentis, qvorum editionem fruftra eft molitus, hujus Vitam confule.

FRANCISCUS ALARDUS Junior, Senioris, Paftoris Wilftrienfis (*Tomo II.* locum inventuri), Filius, Parochiæ D. Margaretæ in Stormaria ruralis, circa A. 1618., Ecclefiaftes, Filii cognominis, Parochi itidem Wilftrienfis, parens. (1.)

Superftes (uti a Joach. Morfio, *in Albo fuo MS. Fol. 799.*, eft annotatum) *Conciones aliqvot edidit piiffimas,* mihi non vifas.

Poft obitum ipfius, duo ejus de Paffione Chrifti Sermones Germanici, a Progenero, Joh. Pflugio, Diacono Neodorfienfi, octo fuis ejusdem argumenti adjectis, fub *Decadis Concionum Paffionalium* titulo, publicati funt Hamburgi A. 1672. in 4.

FRANC. ALARDUS, Süderovia Stormarfus, Wilhelmi Junioris, vici iftius Paftoris, Filius, Parochus in vicinia Neüenkirchenfis, cujus Tabulas Biblicas, librorum facrorum fcriptores, fcopum, ordinem, &c., exhibentes, luceqve dignas, MSS. a fe affervari nepos e fratre, Nicol. Alardus, mox memorandus, *in præfat. Decadis Alardorum p. 11.*, teftatur. Vixit 1690.

GVILHELMUS ALARDUS, Wilftriæ in Stormaria d. 22. Nov. A. 1572. eft natus. Fallitur enim, uti *in Homonymofcopia* (2.) jam monuimus, Gvilh. Crowæus (3), qvi, cum Alardo Amftelredamo, Lit. Human. Prof. Lovanienfi (4), eum confundens, Amftelodami in lucem effe editum tradidit. Parentes habuit Francifcum Seniorem, Bruxellenfem, Paftorem Antwerpienfem ac Wilftrienfem, & Gertrudem Benigiam, A. æt. 94. mortuam. Patre fexennis orbatus, ftudiorum fundamenta in ludo Itzehoenfi, & Gymnafio (qvod A. 1588. adiit, ac luftro freqventavit integro) Lüneburgenfi, jecit, indeqve A. 1593., liberalitate Mercatorum aliqvot Lutheranorum Amftelodamenfium, ob rem domi anguftam, fublevatus (5.), in Acad. tranfiit Witebergenfem. In hac, triennio continuo, Sam. Rofenbohmium popularem, Vatem elegantiffimum, nactus contubernalem (6.), ftudia humaniora cum facris conjunxit, & fpecimen illorum Oratione Metrica, publice recitata, exhibuit. A. 1595. in patriam reverfus, Crempæ Conrectoris Scholæ publicæ fufcepit officium, &, per octennium, fimul vices Paftoris grandævi, in Sermonibus facris habendis, obiit, donec A. 1603., unanimi Civium confenfu, illi adjungeretur, & in defuncti locum A. 1608. fubrogaretur. In hac ftatione, qva erat αὐταρκεία, ad obitum usqve perftitit, &, nec a Flensburgenfibus, A. 1600. Scholæ fuæ Rectoratum, munere concionum in aula Bened. Alefeldii, Præfecti Regii, habendarum adauctum, nec a Prezenfibus Vici fui, Brocktorfianis & Oldenwürdenfibus Parochiarum ruralium, Stadenfibus Ædis in Urbe fua A. 1602. Nicolaitanæ, Brunfvicenfibus Templi A. 1626. Martiniani, aut Roterodamenfibus tandem Cœtus apud fe Lutherani, functiones Ecclefiafticas offerentibus primarias, inde fe paffus eft abftrahi. Duas habuit Uxores, Walburgim, Lamberti ab Ancken, Senatoris Crempenfis, filiam, A. 1598. ductam, octennioqve poft defunctam, &, qvam huic A. 1608. fubrogavit, Annam, Nicol. Bohtio, Cive ejusdem Urbis, progenitam. E priore qvinqve Filios (& hos inter Lampertum, Th. Lic. ac Paftorem in Dithmarfia Brunsbüttelanum, Wilhelmum, Parochum Süderovienfem, & Francifcum, Ecclefiaften Crempenfem), duasqve filias, e pofteriori autem, fibi fuperftite, undecim nobilioris, duosqve feqvioris fexus liberos, fuftulit, nepotesqve XLII., ac binos pronepotes, Senex animo pariter atqve corpore vegetus, fpectavit. Morte tandem (qvam in votis femper habuerat) fubita, A. C. 1645. (æt. 72.), nocte diem 8. Maji fecuta, vivis eft ereptus, Munusqve facrum genero, M. Joh. Hudemanno (Cimbriæ poftea Regiæ Superintendenti), reliqvit. Gvilh. Crowæus, Annum 1541., qvo nondum natus erat, emortualem illi fuiffe, falfo (*l. c.*) perhibens, inepte denuo cum Alardo Amftelredamo eum confundit. Eloqventiam noftri facram Monumenta pofteris commendant Homiletica qvamplurima, toties cufa & recufa, venam autem Poeticam, facilem & venuftam, non tam laurea, ultro ei A. 1617. a Chrift. Theod. Schoffero, M. D., Com. Pal. Cæf., & Elect. Brandeb. Hiftoriographo, cum nobilitatis infignibus, ad pofteros etiam tranfituris, donata (7), qvam tot Carminum Sacrorum volumina. In qvibus fi Cenfores forte rigidi dictionis interdum Poeticæ ὕψος phalerasqve defiderabunt, cogitanto, res facras (qvibus decantandis Mufas fuas unice infervire nofter voluit) fimplicitate gaudere infucata, & a verborum abhorrere lenociniis, ac maluiffe proinde Alardum (8.) *Davidem ac Salomonem, qvam Horatium aut Martialem, imitari.*

Fufius

(1.) Conf. de illo Nicol. Alardi *Præf. Decadis Alardorum p. 12.* (2.) *Sect. II.; c. 7., §. 3., p. 645. 646.* (3.) *In Elencho Interpretum S. Script. p. 159.* (4.) V. de illo Melch. Adami *Vitas Philof. Germ. p. 121. 122.*, Jof. Simleri *Biblioth. p. 50.*, Val. Andr. Deffelii *Biblioth. Belg. p. 34. 35. 36.*, Franc. Swertii *Athenas Belgicas*, & Aub. Miræi *Elogia Belgica p. 109. 110.* (5.) V. *ipfius Ep. Dedic. Alphabeti I. nominum, Chriftianis in S. Cod. tributorum.* (6.) V. ejus Phaleucos ad Alardum, *L. 3. Poem. p. 164.* (7.) Diploma Schofferi Lamp. Alardus, Filius, fub finem *Poematis fui Regli Davidici*, Hamburgi A. 1659. excudi curavit. (8.) V. *Præfat. Decadis I. Hymnorum Sacrorum, A. 1597. edita.*

Fusius Vitæ ejus enarrat Historiam M. Vitus Barbarossa, Præpos. Itzehoensis, in Sermone de illo funebri vernaculo, e qvo Henn. Wittenius, *in Centuria memoriæ Theologorum renovatæ, Dec. XI., p. 1473-1479.*, Latine eandem repetiit.

Confer de illo ejusd. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. 17., ad A. 1645., lit. Tt. 3. a.*, Erdm. Uhsei *Vitas Theologorum Sec. 16. & 17. Germanicas p. 434. 435. 436.*, Phil. Fabricii Elegiam ad eum, in *Epicediis Nannianis (lit. D. 6. D. 7.)* obviam, C. Hendreichii (Indicem Scriptorum ejus imperfectum, minusqve accuratum, e Wittenio incaute describentis) *Pandect. Brandeb. p. 77. 78.*, Joh. Casp. Wezelii (Superintendentem eum falso vocantis) *P. I. Hymnopoeographiæ p. 27. 28. 29.*, & Nicol. Alardi *Decadem Alardorum, in Præfat. p. 10. 11. 12., ac Num. II., p. 8-21.*

ELOGIA.

Henr. Meibomius Sen. (*in Carmine Cent. I. Excub. piarum præfixo*) *Vatem* eum vocat *cultissimum*, Gerh. Joh. Vossius (*Cent. I. Ep. 109. ad Joh. Meursium p. 145.*) *Virum bene eruditum*, D. G. Morhofius autem (*Or. VIII. p. 243.*) illustribus Orbis Literati e Cimbria Sideribus accenset.

Joh. Ristio (im Kriegs- und Friedenspiegel, *lit. Q. 1. b.*) audit Ein umb die Kirche GOttes wolverdienter alter Theologus.

Joh. Micrælius (*P. III. Syntagm. H. E. p. 348.*) Hymnos ejus *elegantissimos, & plenos devotionis*, appellat. De iisdem ita Paulus Flemmingius, in Epigr. ad Autorem (*Lib. IV. Epigr. Lat. lit. E. 4. b.*):

Guilh. Alardo, divino Spiritui.

Delicias, Gulielme, meas, tua carmina, vidi,
Carmina Pegaseis ebria tota favis.
Ut vidi, ut falli! totis & biando labellis
Mella bibi, Joviis eximiora scyphis.
Aurea sopitos ligat hæc mihi crapula sensus;
Somniat Ambrosiam mens epulata meram.
Ne mihi tam dulcem, socii, rogo, rumpite somnum,
Denuo dum similes mittat Alardus opes.

Duplex Anagramma in eum, Elegis explicatum, M. Jos. Clauderi, Rect. Altenburg. (a qvo *in Præf.* etiam *Psalmodiæ novæ*, Hymnopoeis Lutheranis Noster accensetur potioribus), Wittenius, *l. c. p. 1476. 1477.*, exhibuit. Ego tertium Sam. Rosenbohmii (*e P. I. Poem., L. 3., p. 165.*) cum ἐξηγήσει sua addo Sapphica:

Gvilielmus Alaerdus, Pastor.
ἀναγρ.
A stilo laurum geris; plaudes.

O sacerdotum mere flos piorum,
Et Poetarum decus elegantum,
Qvem stupet Carmen Latium ore docto
Svave canentem.
Scripta vulgantur tibi multa passim,
Qvæ voluptatem pariunt legenti,
Ob styli dulcis genus, & sacrarum
Pondera rerum.
Est tibi tersus stylus endo versu,
Qvem Dei in laudem meditaris; unde
A stilo laurum geris, ergo plaudes
Laude Jehovæ.

Solus iniqvius de illo judicat Ant. Sotomajor, Inqvisitor Hispaniæ Generalis, Scriptoribus eum vetitis, in *Indice Librorum prohibitorum Hispanico*, Madriti A. 1667. *in fol.* edito, *p. 444. 961.*, annumerans.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Decas prima Hymnorum Sacrorum, ad Deum Opt. Max., cum brevicula Coronide. Hamb. 1597. in 8. (Lipenius tres *Hymnorum Sacrorum* memorans centurias, Lips. A. 1623. & 1630. in 8. excusas, *Excubias* cum his *pias* confudit.)

Commeatus sacer, seu Epitome biblica, qva singulorum Capitum summa, singulis inclusa Distichis, proponitur. Rostochii 1599. in 8., Lips. 1624. in 12., & (juxta Bolduanum, Draudium, Lipenium & Hendreichium) *Rostochii* etiam *1596. in 8.* Pars hujus, Pentatevchum spectans, cum simili Joh. Blocii Scripto, sub hoc Magdeburgi A. 1618. *in 8.* prodiit Titulo: *Pericope Pentatevchi Biblica Triglosso-Metrica, qva singulorum capitum V. Librorum Mosis Hypothesis Distichis inclusa proponitur, Autoribus G. Alardo & Joh. Blocio.*

(De hoc *Commeatu*, qvem Hendreichius, *in P. B. p. 78.*, perperam, & *Commentarium* vocat, & ab *Epitome Biblica* distingvit, ita Mich. Waltherus *in Officina Bibl. p. m. 469.* *In concentrando S. Codice utilem Ecclesiæ operam præstitit Casp. Eurymachera, in Parvis Bibliis, utiliorem autem adhuc, meo & qvorumvis bonorum Judicio, Dn. Wilh. Alardus, in sua Epitome Biblica, A. 1599. publicata, qva singulorum utriusqve Testamenti Capitum summa, singulis item inclusa Distichis, perspicua brevitate proponitur.*)

Jesus, Nomen Servatoris nostri amabilissimum, centum versiculis centies explicatum. Hamburgi A. 1601. Recusa est hæc Oda in *prima Excubiarum piarum Centuria* (*num. 1.*), &, uti Autor in Epilogo hujus qveritur, a Magistro qvodam Witebergensi, impudenti plagiario, sub suo etiam nomine, ne apice qvidem unico mutato, Witeb. A. 1604. publicata.

Excubiarum Piarum, qvibus, SS. Patrum, Ambrosii, Aug., Bernh., Fortun., Greg., Prudent., Sedul., Flaminii, aliorumqve, imitatione, Hymni de rebus sacris, suspiriorum pleni, producuntur, Centuria Prima, una cum Copiis succenturiatis, meris maxima parte Jambis. Francof. 1607. in 12., Lips. 1623. *in 12.*, & (juxta Wittenium & Hendreichium, qvibus duæ posteriores Centuriæ ignotæ fuere) *ibid. 1643. in 12.*

Centuria Secunda, cum Copiis Succent., Carmine Jambico Rythmico Dimetro. Lips. 1628. in 12.

Centuria Tertia, cum Copiis Succent., Carm. Jamb. Rythmico Dimetro. Lips. 1630. in 12.

Titulo *Excubiarum* Autor, in *præf.*, se ad prænominis sui Anagramma (GVILIELMUS * VIGILEMUS) allusisse, fatetur, laudatus ob hunc laborem in præfixis Matth. Clodii, H. Meibomii, Frid. Taubmanni & G. Rosenbohmii, carminibus, e qvibus Taubmannianum, in *Schediasmatis* etiam ejus, *L. 3. Sacr., p. 196.*, *obvium*, adjicio:

Excubias, Gulielme, sacras te cogere vidi,
Atqve in centurias qvasqve secare suas.
Tessera militiæ gemina est, vocalis JESUS,
Muta timor Domini, vinclum utriusqve fidei.
Vexillo inscriptum est: DURI PATIENTIA VICTRIX;
Victori merces parta corona poli.
Agmina centuriata, Wilhelme, repente moveto,
Nobilis insigni milite Centurio.

Turmæ Sacræ, seu Anacreon Latinus, idemqve Christianus, amoribus pudicis suspiriisqve plenus. Hamb. 1613. in 8., & (juxta Catal. Nundin., Draud. Lipen. & Hendr.) *ibid. 1624. in 12.* Borrichio (*in Dissert. de Poetis p. 125.*) judice, hæc *Anacreontica Alardi Latina naturali qvadam svavitate ubiqve sunt perfusa.*

Triariorum Chilias, i. e. Epigrammatum piorum, seu Meditatiuncularum, ex Evangeliis anniversariis, & SS. Patrum

Patrum dictis, Libri III. priores, Goslariæ 1617. in 12. Libri IV. posteriores, Lipſ. 1626. in 12. Elogium illorum Metricum V. in Chriſtoph. Vortmeieri *Primitiis Carminum Sacrorum p. 230.*

Tyrocinium ſacrum, ſeu Pædiæ Chriſtianæ Libri IV., ad imitationem dulciſſimi Servatoris Jeſu, XII. annos nati, vario genere carminis adornati. Lipſ. 1622. in 8.

Sagittæ parvulorum, ſeu Precationes mille perbreves, qvales olim, B. Auguſtino teſte, Fratres in Ægypto, ſagittarum inſtar, crebro in cœlum vibrare ſoliti fuerunt, e pharetra pectoris pii depromtæ, &, nervo veræ fidei & amoris divini, ab arcu devotionis miſſæ. Lipſ. 1632. & 1638. in 12.

Chriſtianus; h. e. de nomine, ortu, augmento, fide, vita, moribus, cruce, perſecutione, confeſſione, fortitudine, conſtantia, patientia, morte, retributione, dignitate & gloria Chriſtianorum, deqve Pſevdo-Chriſtianorum hypocriſi, horumqve, & omnium Chriſtiani nominis hoſtium, pœna, aliisqve huc ſpectantibus, inſuper de omnibus fere doctrinæ Chriſtianæ, juxta Catechiſmi ſeriem, partibus, ex ſolis Patribus Orthodoxis, & Hiſt. Eccl. Scriptoribus, paucisqve aliis religioſis Autoribus, ita, ut in qvolibet vel dicto, vel Hiſtoria, vox *Chriſtianus*, vel *Chriſtianiſmus*, vel *Chriſtianitas*, vel *Chriſticola*, reperiatur, ad veri Chriſtianiſmi ſtudium reſuſcitandum, editi Libri IX. Lipſ. 1637. & 1640. in 8. Qvæ Editio altera, cum minus eſſet vendibilis, primo tantum folio mutato, ſub hoc ibidem A. 1672. (*in 8.*) denuo comparuit titulo: *Specimen antiqvitatis Orthodoxæ, qvo, Libris IX., e Veterum Patrum monumentis, qvicqvid Chriſtianorum nomen & rem ipſam, atqve doctrinam, tangit, juſta Methodo digeſtum exhibetur.* Qvod ignorans Hendreichius, *Specimen*, velut a *Chriſtiano* diverſum, ſeorſim, *l. c. p. 78.*, perperam memoravit.

Micæ Evangelicæ, ſeu Sylloge Meditatiuncularum ex Evangeliis anniverſariis.

Reliqviarum Evangelicarum Partes II.

Carmen de SS. Trinitate.

Meditationes Metricæ de dicto D. Auguſtini: *Inter Brachia Salvatoris mei, & vivere, & mori, cupio.* Glückſtadii 1633. in 8.

(E qvatuor his Scriptis ultimis, mihi non viſis, duo priora Wittenius, & alii, allegant, duo poſteriora vero prodiiſſe Nepos Autoris, Dethl. Alardus, ſignificavit.)

II. SAXONICA & GERMANICA.

Söß Chriſtlike Predigten, nömlick IV. Atendpredigten uth Pſ. 65., eene vam Donner uth Pſ. 18., eene van groten Winden uth Sir. 40. A. 1603. in 8. (Sax,) (Conciones de meſſe ſeorſim Germanice *in 4.* prodiiſſe tradit Wittenius.)

Panacea Sacra, das iſt: Heilſame wolbewehrte Seelenartzney gegen die Peſtilentz, auß der Apothek des H. Geiſtes; ſamt einem Troſtbriefe von eben der materie. Hamb. 1605. in 4., Lipſ. 1633. in 8.

Een nütte Handböckſchen, darinn: 1. De Söndaglike unn Feſt-Evangelia, unn Epiſteln, mit Gebeden, ſo de vörnehmſte Lehren iedes Textes vermelden; 2. De Hiſtorie des Ledens Chriſti, mit Gebeden; 3. Lutheri Catechiſmus, mit Gebeden; 4. Morgen-Avend-unn andere Gebede. Hamb. 1609. in 8. (Sax.)

Jeſus, Nomen ſuper omne nomen, oder XI. Predigten von dem Herlichen, wunderſahmen und troſtreichen Nahmen Jeſus, ſamt 300. Acroſtichis, 2. Litaneyen, und einem A. B. C., über denſelben. Lipſ. 1613. in 8., ibid. 1624. in 4. Hendreichius Editionibus hiſce duabus 4. alias Chimæricas adjungit, & in locum XI. Homiliarum XCIX. ſubſtituit. De Acroſtichis Hymnisqve adjectis vere Erdm. Neumeiſterus (*in Diſſ. de Poet. Germ. p. 6.*): *Rythmos iſti redolent antiqvatos, nec magis ab elegantia, qvam pietate, collaudari merentur.*

Der fürnehmſten Lehr- und Troſtreichen Nahmen unſers Heilandes, auß dem A. und N. T., Erſtes Güldnes A. B. C., in 22. Predd. erkläret. Altenb. 1615., Lipſ. 1622. 1626. & 1647., Jenæ 1659., in 4.

Anderes A. B. C. derſelben, in 21. Predd. Halæ 1619., Lipſ. 1624. & 1636., Jenæ 1674., in 4.

Drittes, in 20. Predd. Lipſ. 1621. 1625. & 1640. in 4.

Vierdtes, in 17. Predd. Lipſ. 1626. & 1634. in 4.

Fünftes, in 18. Predd. Lipſ. 1632. & 1649. in 4. Nominum ſingulorum indicem ſiſtit Anonymus, qvi Alphabetum, cum Obſervv. variis, Germanice A. 1694. publicavit, *p. 126-132.*

Praxis Catechiſmi, Chriſtlicher Seelen Brautſchmuck, oder ordentliche Erklärung der V. Hauptſtücke des Catechiſmi, auß H. Schrift, den Patribus und Luthero, mit angehengten Seufzern und Gebeten. Lipſ. 1617. in 4. Von neuen überſehen, und mit beqvemen Exordiis zu Catechiſmus-Predigten verbeſſert. Lipſ. 1627. in 4.

Jubilæi Evangelici Feſtivitas, Evangeliſches Jubelfeſt; das iſt: III. Jubelpredigten auß Pſ. LXVI., ſamt der Hiſtorie des Lebens Lutheri, und Beſchreibung des groſſen Jammers unter dem Pabſtuhm. Hamb. 1618. in 4.

Seelenapothek; das iſt: Kräftiger beſtändiger Troſt für alle mühſeelige und angefochtene Perſonen. Lipſ. 1620. in 8. Danice verſa a Joach. Moltkenio, Bibliopola Hafnienſi, cum præfat. D. Caſp. Er. Brochmanni, Theol. Prof., Hafn. 1643. in 8. Paſtoribus, afflictos conſolaturis, commendatur a Joh. Ben. Carpzovio Sen., *in Hodegetico ſacro p. 39.* Laudavit etiam Frid. Taubmannus carmine peculiari, *in Schediaſm., Lib. 3. Sacr., p. 209.*

Εὐθανασία, oder die edle Kunſt Chriſtlich und ſelig zu ſterben, in 7. Predd. über den Geſang: Wenn mein Stündlein verhanden iſt; gezeiget. Lipſ. 1623. in 4.

Athanaſia; das iſt: Seliger Troſt, und kräftige Hertzſtärckung, wider des Todes Bitterkeit, auß dem W. G., und mehr denn 100. alten und neuen Scribenten, zuſammengetragen, und mit Reimſprüchen, Gebetlein, und feinen Gleichniſſen, gezieret. Hamb. 1607. in 8. Von neuen überſehen, und mit vielen Capiteln vermehret. Lipſ. 1625. in 8. Præ aliis artis bene moriendi Scriptoribus commendatur a Joh. Hülſemanno *in Methodo ſtudii Theol. p. 247.*, & Abr. Calovio *L. 2. Iſag. Theol. p. 318.*

Poenitentialium Propheticarum Triades I. II. & III., oder IX. Bußpredigten, auß Eſaia, Jeremia und Ezechiele. Lipſ. 1627. in 4.

Triades IV. V. VI. & VII., auß Daniele, Hoſea, Joel und Amos. Lipſ. 1628. in 4.

Triades VIII. IX. X. & XI., aus Obadia (der gantz erkläret wird), Jona, Micha, und Nahum. Lipſ. 1629. in 4.

Triades XII. & XIII., auß Zephania und Habacuc. Lipſ. 1629. in 4.

Triades XIV. XV. & XVI., auß Haggai, Zacharia und Malachia. Lipſ. 1630. in 4.

Junctim XVI. hæ Triades, totidem Prophetarum dicta Poenitentialia ſelectiora, & tria qvidem ſingulorum, Homiliis, qvas Autor Crempæ feriis rogationum ſolennibus recitavit, XLVIII. vernaculis explanantes, ſub Titulo generali *Poenitentialis Prophetici*, recuſæ ſunt Lipſiæ A. 1630., Jenæ A. 1658. (cum nova Ep. Dedic. Lamperti Filii ad Auguſtum, D. Brunſvic.), & Gieſſæ A. 1677. in 4to. Editio, qvam Hendreichius memorat, Lipſienſis Anni 1606., plane eſt chimærica.

Concionum Eucharisticarum Triades VI., oder XVIII. Christliche Dancksagungspredigten, vor die Wiederbescherung des edlen Friedens, zu Exempe an öffentlichen Dancktagen gehalten. Lipf. 1631. & 1649. in 4.

Girrendes Turteltäublein, oder Andächtige Gebetlein, Bußpsalmen und Klaglieder, auß Gvilh. Alardi Buß- und Danckpredigten zusammengezogen. Rintelii 1631. & 1633. in 12., Lipf. 1635. in 24. Editio prior Rinteliensis a D. Josua Stegmanno, Theologo Rinteliensi, posterior atqve auctior Lipsiensis ab ipso Alardo est publicata.

Der fürnehmsten Lehr- und Trostreichen Nahmen der rechtgläubigen Kinder GOttes, und Christen, auß dem A. und N. T., Erstes Güldnes A. B. C., in 22. Predigten erkläret. Lipf. 1632. in 4.

Anders Güldnes A. B. C. derselben, in 21. Predd. Lipf. 1635. in 4.

Drittes, in 20. Predd., nach des Autoris Tode von seinem Sohne, Lamperto, außgegeben. Lipf. 1650. in 4.

Junctim tria hæc Alphabeta recusa sunt Lipsiæ A. 1659. 1673. & (*juxta Catal. Nund.*) 1689. in 4.

Precationes Jaculatoriæ; das ist: Geistliche Schnellboltzen, andächtige feurige Stoßgebetlein, und kurtze Hertzensseufzer, an allen Orten, zu allen Zeiten, und in allen Geschafften, nach eines ieglichen Berusse, von allerhand Standes-Personen, Alten und Jungen, auch bey der Beicht und Communion, zu gebrauchen, in kurtze Reimen verfasset. Lipf. 1634. in 12.

Der gecreutzigte Christus, oder Erklärung der Historie des Leidens und Sterbens Christi, wie dieselbe aus den IV. Evangelisten zusammengezogen ist, in 18. Predigten. Lipf. 1634. & 1671. in 4.

IV. Wetterpredigten, vom schrecklichen Donner und Blitze, starcken Sturmwinden, hohen schädlichen Wasserfluhten, und unzeitigem langwierigen Regen, damit GOtt seinen Zorn gegen uns, in verwichenen Jahren, geoffenbahret hat, über Pf. XVIII. 14. 15., Sir. XL. 33. 34., Sir. XVI. 16., und Ef. XXX. 30. Lipf. 1636. & Francof. 1675. in 4. (Hendreichius, *l. c. p. 78.*, IV. hasce Homilias in unam transmutat.)

Hertzpfeile; das ist: Kurtze Andächtige Gebetlein, damit, auß einem Christlichen Gläubigen Hertzen, zu dem liebreichen Hertzen Jesu, unsers Heilandes, gezielet wird. Lipf. 1635. in 24. Non vidi. Ab aliis tamen memorantur, & eadem forte sunt cum *Precationibus Jaculatoriis*, vel *Sagittis parvulorum* Latinis.

Poenitentialium Mosaicarum Decas I., oder X. Bußpredigten, auß dem I. Buche Mosis, insonderheit über die Historie der Sündfluht, und der Verheerung Sodomæ und Gomorrhæ. Lipf. 1636. in 4.

Derselben Decas II., oder X. Bußpredigten auß dem II. Buche Mosis, insonderheit über der Kinder Israel Drangsaalen in Ægypten und Erlösung. Lipf. 1636. in 4. Utraqve Decas, si Lipenio (*P. I. Bibl. Theol. p. 377.*) fides habenda, A. 1647. est recusa.

Concionum Poenitentialium Qvaternio, oder IV. Bußpredigten, über das Gebet Josaphats 2 Chron. XX., den LXXXIV. Pfalm, die Vorbitte Abrahams vor die Sodomiten Gen. XVIII., und die Busse der Niniviten Jon. III. Hamb. 1639. in 4.

Nucleus Biblicus; das ist: Biblische Kernsprüche, in 8. Büchern, nach Ordnung des A. B. C., auß dem A. und N. T., zusammengebracht. Lipf. 1640. in 8. (it., juxta Wittenium, ibid. A. 1649. & 1672., juxta Catalogos Nundinales vero A. 1636. & 1676. in 8., de qvibus tamen editionibus dubito.)

Biblisches Lustgärtlein. Lipf. 1672. in 8. Tribuitur ei a Catalogo Nundinali & C. Hendreichio, sed idem est, me judice, cum *Nucleo* præcedenti.

Homiliæ aliqvot vernaculæ, seorsim diversis annis editæ.

Hymnus Germanicus: Christus wird mich nicht lassen; laudatus a Joh. Christoph. Oleario im Entwurfe der Lieder-Bibliotheck *p. 32.*, & Erdm. Neumeistero *in Diss. de Poet. German. p. 6.*; aliiqve plures, in Hymnologiis etiam nonnullis recusi, & a Joh. Casp. Wezelio *P. I. Hymnopoeographiæ p. 28. 29.* enumerati.

INEDITA, qvæ apud Hæredes superfuisse Biographi (Vitus Barbarossa & Wittenius) testantur:

Homiliæ DCXXX. in Psalmos Davidicos.	Memoria Justorum, seu Conciones Funebres.
LXXXIV. in Jonæ Prophetiam.	Qvaterniones aliqvot Concionum.
LXXX. in Danielem.	Anagrammata Germanico-Latina.

FALSO EI TRIBUUNTUR:

1. Conciones Poenitentiales Davidicæ, Lipsiæ *in 4.* editæ, sed nulli alii memoratæ, a Lipenio, *P. I. Biblioth. Theol. p. 377.* (Non forte diversæ a D. Conr. Dieterici, Antistitis Ulmensis, Homiliis in VII. Psalmos Poenitentiales, sub hoc Titulo, Witeb. A. 1624. & Francof. A. 1660. in 4., teste Wittenio, excusis).
2. Lamp. Alardi, Filii, *Pathologia N. T. Sacra*, a Gvilh. Crowæo *in Elencho Interpretum S. Script. p. 159.* (Conf. *Homonymosc.* nostram *p. 645. 646.*)
3. Ejusd. *Tr. de Musica Veterum*, Schleusingæ A. 1636. *in 12.* editus, a Joh. Alb. Fabricio, *Lib. III. Biblioth. Græcæ, c. 10., p. 271.*, & *in Bibliogr. Antiqv. c. XI., p. 372.*
4. Ejusd. *Praxis Christianismi Apostolica*, a Chr. Hendreichio *in Pand. Brandeb. p. 78.*
5. Alardi Amstelredami, Prof. Lovan. (supra jam laudati), *Selectæ Similitudines ex S. Bibliis*, Venet. A. 1589. *in 8.* editæ, a Crowæo *l. c.*
6. Hadriani Saraviæ, Theologi Bataviæ & Angliæ Reformati, *Defensio Tractationis de diversis Ministrorum Evangelii gradibus, contra Responsionem Theod. Bezæ*, Francof. A. 1600. *in 4.* publicata, a Georg. Draudio (*in Biblioth. Classica*), & hunc temere secutis Joh. Micrælio (*P. III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 348.*), Georg. Matth. KönIgio (*in Biblioth. Vet. & Nova*), Mart. Lipenio (*P. II. Biblioth. Theol. p. 287. 288.*) & Chr. Hendreichio (*l. c. p. 78.*), nec non Nic. Alardo (licet dubitante) *in Decade Alardorum p. 21.*

LAMPERTUS **ALARDUS**, Crempa Stormarsus, Wilhelmi, modo laudati, & Walpurgis ab Ancken, Filius, d. 27. Jan. A. 1602. in lucem est editus. Postqvam scholis, patriæ ac Soltqvellensi, Gymnasioqve Hamburgensi, valedixerat, Lipsiam A. 1621. adiit, &, Pædagogus Henningi Grossii, Bibliopolæ, factus est domesticus. Ubi cum egregiis, in literatura sacra pariter atqve profana, profectibus Magistri titulum, a Phil. Müllero, Acad. Mathematico (1.), d. 29. Jan. A. 1624. collatum, nec multo post lauream Poeticam, a Matthia Hoeo, Aulæ Dresdensis Theologo, & Com. Pal. Cæs., eodem Anno transmissam, impetrasset, crebris disputationibus, Orationibus, Collegiis (qvibus Joh. Mich. Dilherrus etiam & Andr. Kunadus, Theologi postea clarissimi, interfuerunt (2.)) privatis, & publicis de Praxi Analytica prælectionibus, Philosophorum permissu habitis, ad Professoriam, sed frustra, aspiravit dignitatem. Spe hujus, qvam ab Ordine factam esse Philosophico, & ipse (3.), & Matth. Hoeus (4.), testantur, dejectus, exeunte A. 1624. domum rediit, ac seqventi 1625. Academiam (in qva itidem munus docendi,

(1.) V. ejus *Or. de Comitiis Secularibus Politiæ cælestis, in Actu promotionis habitam, p. 24.* (2.) V. ipsius *Ep. Dedic. Libri II. Poematis regii Davidici.* (3.) *in Epist. ad Joh. Meursium, A. 1633. scripta.* (4.) *in Diplomate, mox allegando.*

ante biennium, ambire ausus erat publicum (1.)) Daniæ Soranum, ab Holgero Rosenkrantzio, regni Senatore, Filii sui, Georgii, præfectus studiis (2.), accessit, Justinumqve Hoegium, ejus Præsidem, Christ. Matthiam, Joh. Meursium, & Professores alios, sibi conciliavit. Ecclesiæ deinde patriæ Crempensis Diaconatum eodem A. 1625. consecutus, Collega Parentis fuit ad A. usqve 1630., qvo Vici Dithmarsiæ ad Albim Brunsbüttelensis Pastoratus a Christ. IV., Rege, ipsi conferebatur. Hoc per annos 42. est functus, & Licentiati interea Theologiæ, sed Bullati, titulo absens a Matthia Hoeo, Patrono veteri (non istud solum, sed & Doctoris Axioma, ab Academiis Saxonicis sæpius jam olim oblatum ei fuisse jactante), A. 1643. 8. Aug. peculiari ornatus Diplomate. Qvod & seorsim, Anno eodem 1643., Glückstadii (3.), cum adjectis Applausibus amicorum metricis, ab ipso, sub *Facis Heliconiæ, qvam Lamp. Alardi Licentiæ in Theologia sincerior affectus Theologorum, Poetarum & Philologorum, accendit*, publicatum est titulo, & *Praxi* deinde *Christianismi Apostolicæ* A. 1648. præfixum. Tres duxit Uxores, Annam, M. Dethlevi Wolderi, sui in Diaconatu Crempensi Antecessoris, viduam, Margaretam, Corn. Stenhusii, Senatoris Flensburg., filiam, & Margaretam alteram, patre natam Joh. Hintzio, Architecto Heidensi, & in triplici hoc conjugio, A. 1626. 1654. & 1658. inito, Liberorum XVI. pater evasit. Senex tandem d. 29. Maji A. 1672. obiit septuagenarius, Vir laude sua, ob literarum elegantiorum peritiam, & Venam Poeticam, paternæ æmulam, haud defraudandus, sed a κενοδοξίας & περιαυτολογίας, qvam Epistolæ inprimis Dedicatoriæ qvinqve, totidem *Poematis Regii Davidici Libris* A. 1659. præfixæ, abunde produnt, ineptæ vitio haud immunis. Non minus certe arroganter, qvam ridicule, in istarum qvarta, *totum Literatorum ordinem Monumenta sua avide excepisse, gratanterqve legisse*, e mentione duorum a Georg. Draudio (qvi *Dauderstadius* ab ipso perperam appellatur), *Bibliothecæ Classicæ Scriptore*, & qvorundam allegatione, ab Alstedio, Dilherro, Bulæo, J. Conr. Dieterico, aliisqve, facta, collegit. Symboli loco verbis usus est Petrinis, Joh. XXI. 17. obviis: *Domine scis, qvod amem te* (4.) Plura de Vita ejus Diploma Matth. Hoei, & Epistolæ, qvas modo memoravi, Dedicatoriæ, suggerent. Vitam ejus atqve scripta enarravit etiam Nicol. Alardus Junior, Past. Steinbeccensis, in *Decade Alardorum* Hamb. A. 1721. edita, *num.* 3. p. 21-32.

Conf. Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 95.*, meaqve in hunc *Hypomnemata p. 323. 324.*, & Chr. Hendreichii (in Scriptorum recensu sæpe impingentis) *Pandectas Brandeb. p. 78.*, & Anonymi (a qvo perperam Ecclesiastes fuisse traditur Hildesiensis) Gelehrten-Lexicon *p. 65.*

Holgero Rosenkrantzio (*in Epist. ad J. Meursium*, jam allegata) *Patris* audit *optimi non degener filius*, Steph. Joh. Stephanio (*in Not. ad Lib. 10. Saxonis Grammatici p. 205.*) *Vir clarissimus*, Christoph. Bulæo autem, Poeseos in Acad. Lipf. Professori (*in Jambis, Pathologiæ N. T. præfixis*),

- - - - - Mel merum
Phœbi, voluptas utriusqve Palladis,
Orator & Vates, sed haud gregarius,
Sed lectus, & facundus, & doctissimus
Musas Latinas atqve Musas Doricas,
Artes profanas & scientias sacras.

SCRIPTA EDITA.

(Horum ipse qvoqve Indicem, sed parum accuratum, solaqve edita, sine loci ac temporis indicio, enumerantem, *in Ep. Dedic. Libri III. Poematis Regii Davidici*, A. 1659. exhibuit.)

I. GRÆCA & HEBRÆA.

Hymnus Græcus de Angelis. Lipf. 1620. in 4.

Μελέτη μυστική de stupenda nativitate, & salutifera incarnatione Christi, ductu Henr. Rumpii, Prof. Hamburg., elaborata, & in Gymnasio Hamburg. recitata. Hamburgi 1621. in 4.

Joh. Posselii Sen. Evangelia Dominicalia Græcis versibus reddita, ab illo correcta & notis illustrata. Lipf. 1622. in 8.

Heraclitus Saxonicus, in Deorum concilio, Charitum, h. e. trium Statuum Hierarchicorum, miseram hoc tempore conditionem carmine Græco exponens. Lipf. 1624. in 12. (*it., juxta Catal. Nund. & Lipenium, ibid. 1627. in 12.*)

Deliciæ Atticæ, seu Carmina Græca. Lipf. 1625. in 12. *Erudita* sunt, judice Joh. Friderico, Prof. Lipf. (in Censura præfixa), *& lectu digna.*

Græcia in nuce, seu Lexicon omnium Lingvæ Græcæ vocum primigeniarum, ita ad memoriam dispositarum, ut Declinationes & Conjugationes una opera addisci possint. Præfixa est Dan. Heinsii ad Autorem Epistola. Lipf. 1628. & 1632. in 12. Commendant J. Henr. Alstedius (ab ipso Autore, *in Ep. Dedic. Lib. 4. Poem. David.*, allegatus) *in Encyclopædia, Lib. V., p. 201. b.*, & Aug. Pfeifferus (Radices illud Græcas 3259. sistere perhibens), *in Critica Sacra, c. 3., p. 94.*, & *in Introd. ad Orientem p. 28.*

Carmen Hebræo-Latinum (*paucarum linearum, & qvaternionis dimidii*) de vera sapientia, ejusqve usufructu. Hamb. 1643. in 4. Mentionem ejus omisissem, nisi ipse hac in suo illud dignatus esset Catalogo.

II. LATINA.

Jupiter pluvius, seu Diss. Physica de pluvia. Lipf. 1622. in 4.

Disp. de Philotimia. Lipf. 1623. in 4.

Disp. de Methodo. Lipf. in 4.

Disp. de Cœlo. Lipf. 1624. in 4.

Or. de Calumnia, qva Calumniatorum genius ad vivum depingitur, Lipsiæ seorsim edita, recusa vero, sub finem *Epiphyllidum Philologicarum*, Schleusingæ A. 1636. in 12.

Laurifolia, seu Poematum Latinorum Juvenilium Apparatus, complectens Odarum Libros III., Epodon Lib. I., Phalæciorum Lib. I., Miscellorum Lib. I., Epigrammatum Libros III., Atticorum, seu Græcorum, Lib. I. Lipf. 1627. in 12.

C. Valerii Flacci Argonauticorum Libri VIII. Lamp. Alardus perpetuo Commentario illustravit, Lud. Carrionis errores detexit, ad Apollonii Rhodii, aliorumqve, Argonautica contulit, ac copiosissimis rerum & verborum Indicibus auxit. Accessere M. Joh. Weitzii Collectanea, Observationes & Notæ, ac Christoph. Bulæi Schediasmata in Eosdem. Lipsiæ A. 1630. (*non 1636., qvem Alb. Bartholinus & Chr. Hendreichius in locum illius substituunt*) in 8. Editionem hanc C. Val. Flacci, Academiæ Lipsiensi, magistræ suæ, ab Alardo inscriptam, cæteris omnibus palmam præripere judicant Ol. Borrichius *Diss. II. de Poetis p. 61.*, & *in Conspectu Scriptorum L. Lat.*, *§. 29., p. 14.*, ac Thom. Popeblount *in Censura Autorum p. 118.*; commendant autem Steph. Joh. Stephanius (*in Annott. ad Lib. X. Sax. Gramm. p. 205.* ob *notas doctissimas*), Thom. Crenius (*P. X. Animadv., c. 1., §. 3., p. 68. 69.*; *vel ob solum omnium Flacci vocabulorum Indicem, magno labore concinnatum*), & J. Alb. Fabricius (*in Biblioth. Latina, p. 94. 95. Ed. primæ, ac Lib. 2., c. 14., p. 420. Ed. secundæ.*) Indicem ejus in Flaccum *laudem mereri*, post Crenium, Judicavit J. G. Walchius *in Historia L. Lat. Critica, c. 5.; p. 256.* Plagii contra Literarii, tum ex aliis, tum inprimis e Justi Zinzerlingi

(1.) *in Ep. cit. ad Meursium.* (2.) Testis est ipse Rosenkrantzius, *in Epist. MS., ad Joh. Meursium A. 1625. exarata.* (3.) *in 4. (4. plag.)* (4.) V. *Proleg. in Valer. Flaccum*, & El. Geisleri *Diss. de Symbolis p. 15.*

zerlingi *Promulside Criticorum juvenilium* (Lugd. Gall. A. 1610. *in 12.* edita, locaqve Flacci plurima illustrante), Notas suffurantis, Commentarium ejus non pauci accusant, &, hos inter præsertim, Joh. Bernh. Zinzerlingus, Justi Fil., Poes. Prof. Rostoch. (qvem Vindicias etiam Observationum Parentis contra Alardum, si supervixisset, fuisse editurum, Morhofius, *T. I. Polyhist., Lib. 4., c. 13., p. 194.,* testatur), *in Indice*, Cassiodori *de Amicitia Libello*, Rostochii A. 1664. a se publicato, sub finem adjecto, ita scribens: *Qvid si præcedentibus Plagiariis accenseri mereatur is, cujus evanidum acumen & gloriationem tangit Gronovius, in Diatriba in Sylvas Statii p. m. 411. Hic si Notas in Val. Flacci Argonautica, qvas pro suis temere venditat, veris Autoribus, utpote parenti meo Justo, Carrioni (in qvem tamen sæpius præter meritum invehitur), utriqve Commentatori, Kirchmanno de Fun. Rom., Barthio in Adversariis, Dempstero in Rosinum, aliisqve, qvorum illaudatorum verba transcribit, restituere cogeretur, instar corniculæ Æsopicæ, plumis ornatæ alienis, appareret.* Prolixior hac est Jani Broukhusii (*in Notis ad Propertium, Lib. 2., Eleg. 7., n. 17., p. 108.*) in Alardum invectiva, sigillatim plagia ejus e Gvilh. Cantero, J. Rutgersio, J. Meursio, J. Wouwerio, Casp. Barthio, Jac. Nicol. Loensi, Jano Parrhasio, Phil. Jac. Maussaco & Joh. Brodæo, locis, & ipsius, & horum, indicatis, detegens, cujus (a Thoma Crenio, *Diss. I. de Furibus Librariis, p. 14. 15. 16.,* repetitæ) pauca tantum recitabo: *Mirificam*, ait is, *instituit Alardus commentandi rationem. Nam, qvum qvædam bona, & juventuti utilia, hinc inde corrasisset, neqve attulisset de suo qvidqvam; nunqvam tamen vel tralatitio nominandi honore dignatus est eos Scriptores, qvos non dicendis latrocinis pudendum in modum expilaverat. Maxime autem in Belgas nostros exercuit istam suam crudelem piraticam. - - - Et tamen, qvod merito mireris, fefellit hic Autolycus eorum omnium industriam, qvi de Plagio literario aliqvid in vulgus emiserunt. Uberrimam ego illis messem indicavi. Interim videre te velim, qvæ de nostro isto graculo insignis ille Barthius notavit ad Papin. L. I. Silv. 2., v. 177., p. 78., & ad Lib. 10. Thebaid., v. 787., p. 1256.* Confer alios, ob plagia hæc Nostro insultantes, Casp. scil. Barthium locis a Broukhusio jam indicatis, Joh. Frid. Gronovium (qvem idem laudat) dissimulato nomine in illum, *Lib. I. Observ., c. 2., p. 9.,* invectum, Pet. Burmannum in Val. Flacci, Trajecti A. 1701. a se editi, *Præfatione*, a Fabricio allegata, & Th. Crenium *ll. cc.*

Pathologia sacra N. T., continens (ordine Alphabetico) significantiora ejusdem & cum Emphasi usurpata loca. Lips. 1635. & 1663. in 12. Exemplum ejus, tertia vice ab Autore revisum, & 566. vocibus auctum, apud se superesse, Filius illius, Dethlevus, Conrector Itzehoensis, mihi olim significavit, e qvo nova Editio, *in Catal. Nund. Lips. A. 1674. Autumnali, p. 22.,* uti credo, est promissa. A Gvilh. Crowæo (*in Elencho Interpr. S. Scr. p. 159.*) Gvilh. Alardo, Lamperti parenti, perperam tribuitur. Chr. Hendreichius (*in P. B. p. 78.*) duo ex illa scripta, errore non minori, effinxit, *Pathologiam* sc. *N. T.*, & *Theologiam N. T.* chimæricam. Commendant illam Joh. Conr. Dietericus (*librum* vocans, *qvi omnibus debet esse commendatissimus*) *in Antiqq. Bibl. p. 96.,* Christoph. Bulæus *in carmine præfixo*, & Aug. Pfeifferus *in Progr. ad Prælect. de Critica sacra invitatorio*, Witeb. A. 1666. edito, *p. 8.*

Amorum Piorum Libri I. & II. Lips. 1636. (*non 1631., qvem Hendreichius substituit*) in 12. Libri III. & IV., qvos simul prodiisse Matth. Hoeus (*in Diplomate supra laudato*) falso tradidit, ἀνέκδοτοι adhuc delitescunt.

Epiphyllides Philologicæ, comprehendentes varias vocum, rerum & rituum, tam sacrorum, qvam secularium, observationes. Accedit Oratio, qva Calumniatorum genius ad vivum depingitur. Schleusingæ 1636. in 12.

De Veterum Musica Liber singularis. Accessit Pselli sapientissimi Musica Græce, cum Latina ejus versione. Schleusingæ 1636. in 12. (Gvilh. Alardo, nostri parenti, memoriæ lapsu facili, a Joh. Alb. Fabricio, *Lib. 3. Bibl. Gr., c. 10., p. 271.,* & *in Bibliogr. Antiqv. c. XI., p. 372.,* adscribitur.)

Disp. de Θεανθρώπου Jesu Christi omnipræsentia, jussu D. Matthiæ Hoei, pro conseqvendo Licentiæ gradu, edita. Hamb. 1643. in 4.

Nordalbingiæ (*de qva in ἀνεκδότων dicetur Indice*) Præfatio & Dedicatio. Glückstadii 1643. in 4.

Poema Regium Davidis, in laudem Jesu Christi, Metro Latino Alcaico donatum, & in Libros V. distinctum. Accedunt VII. Psalmi Poenitentiales, puris Jambis redditi. Hamb. 1659. in 12.

Poematis Marbodei de gemmarum lapidumqve Virtutibus editio curiosa, Scholiis aucta, a solo ei tribuitur Ol. Borrichio, *in Dissertt. de Poetis p. 87.* Mihi illa ignota est, nec, vel ab ipso, in Scriptorum suorum Indice, vel ab aliis, memoratur.

III. GERMANICA.

Triades VI. Concionum Eucharisticarum, oder XVIII. Danckpredigten, vor und nach erlangtem Frieden. Lips. 1630. in 4.

Des Holsteinischen Memorials Erster Theil, oder drey Kriegspredigten, in und nach der Belagerung der Stadt Crempe, auß Ps. CXXX. 7. 8., Luc. II. 1 - 8., und Ps. CXXVI., gehalten. Lips. 1631., & Cellæ 1640., in 4.

Ander Theil, darinn enthalten: 1. Crempische Valet-Predigt, auß 2 Cor. VII., d. 30. Mart. A. 1630.; 2. Braunßbüttelsche Prob-Predigt, auß Matth. XX., M. Sept. A. 1630.; 3. Braunßbüttelsche Antritspredigt, auß 1 Cor. IV., d. 14. Apr. A. 1631. gehalten. Lips. 1635. & Cellæ 1640. in 4.

Dritter Theil, oder III. Bußpredigten, auß Josaphats Historie, 2 Chron. XX., Abrahams Vorbitte, Gen. XVIII.; und den Worten Joh. IV. 48. Cellæ 1640. in 4.

Vierdter Theil, oder drey Leichpredigten, über Boien Annen, Niklaß Boien und Boien Peters, auß Rom. VIII. 18.; Es. XLIX. 14. 15., und Ps. LXVIII. 21. Hamb. 1640. in 4.

Corona Anni, Predigt auß Ps. LXV. Hamb. 1632. in 4.

Asylum Christianorum, oder bedrängter Christen bester Schutz und Trutz, in IV. Predigten über den XXVII. Psalm, vorgestellet. Lips. 1634. in 4.

Zeichen- und Wunderpredigt, darinn berichtet wird, wovor die Zeichen, so neulich bey uns geschehen, zu achten, was sie mitbringen und bedeuten, und wie man sich dabey verhalten solle, auß Joh. IV. 48. Hamburgi 1636. in 4. Ex unica hac Homilia (*Parte III. Memorialis Holsatici* recusa) Hendreichius (*in P. B. p. 78.*) plures effingit.

Assaphs höchste Freude, oder Leichpredigt über Herm. Helm, auß Ps. 73. Gluckst. 1639. in 4.

Rahelis Puerperium, oder Leichpredigt, auß Gen. XXXV. 10. Hamb. 1639. in 4.

Zungen-Tyranney, oder Predigten über den LII. Psalm, vom Greuel der Afterreder, und Troste der Angefochtenen unter ihrer Tyranney. Lüneb. 1643. in 4. (*it., juxta Catal. Nundin. & Lipen., Lips. 1641. in 4.*)

Praxis Christianismi Apostolica, oder Apostolische Ubung des wahren Christenthums, auß den Sontags-Episteln, in 2. Theilen. Francof. 1648. in 4. Vermehret mit dem dritten Theile über die Fest-Episteln, Francof. 1664. in 4. (*& , juxta alios, ibid. 1666. & 1669. in 4.*). Hendreichius, *l. c. p. 78.,* perperam, & Gvilh. parenti, & Lamperto filio, eam adscribit, falsoqve cum Periochis Epistolicis etiam Evangelicas explanare perhibet.

Septenarius, oder VII. Hiobitische Trübsaalen, als 1. Theurung, 2. Krieg, 3. Geissel der Zungen, 4. Pest, 5. Hunger, 6. Wilde Thiere, 7. Grab oder Todt, auß dem V. Cap. v. 19 - 27., in VII. Predigten, erkläret. Jenæ 1649. in 4.

Ephraims Klage und des HErren Antwort, oder Leichpredigt über Margareta Nolten, auß Jerem. XXXI. 10. Glückstadt 1653. in 4.

Judicium divinum de fortuna spuriorum. Hamb. 1658. in 4.

Addantur his Scripta Gvilhelmi Parentis, ab eo, cum Præfationibus suis, edita:

1. Das dritte güldne A. B. C. der Nahmen rechtgläubiger Christen. Lips. 1650. in 4.

2. Poenitentiale Propheticum, oder 48. Bußpredd. auß den Propheten. Jenæ 1658. in 4.

INEDITA VEL AFFECTA.

Nordalbingia, seu Historia rerum præcipuarum, in Nordalbingia (*i. e. Holsatia*), a temporibus Caroli M., usqve ad A. 1637., gestarum, A. 1634. & 1638., in *Catalogis Nund. Lips. Vernalibus*, promissa, sed, præter *Dedicationem* & *Præfationem*, Glückstadii A. 1643. *in 4.* excusas, hactenus ἀνέκδοτος, & in Musæo Broderi Enewaldi, Diaconi prope Itzehoam Neüenkirchensis, delitescens. Falluntur certe Lipenius & Hendreichius, qvi, *Catalogo Nundinali* creduli, Opus hoc, ordine dispositum Chronologico, Lipsiæ A. 1638. in 8. prodiisse referunt. Autor Alardus, in Epistola ad Joh. Meursium A. 1629. exarata, venales huic obtulit *Historias* (antiqvi forte Autoris) *Nordalbingicas MStas, gesta in Holsatia a Caroli M. temporibus continentes, & nemini adhuc visas.* Qvas an in hoc opere publici facere juris voluerit, alii viderint. Conf. de illo *P. I. Isag.* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 6., p. 90., & c. 7. p. 134.*

Notæ in Harpocrationis, Sophistæ Alexandrini, Dictionarium in X. præcipuos Græciæ Rhetores, *in præfat. Græciæ in nuce* promissæ, qvas, teste Filio, Pet. Axenius, JCtus Slesvic., sibi communicatas edere parabat.

Pathologia (*de qva jam dictum*) N. T., 566. vocibus Græcis Emphaticis auctior reddita.

Poematum variorum opus, cum Appendice adoptivorum.

Amorum piorum (qvorum duo Libri priores A. 1636. jam prodiere) Libri III. & IV.

(*Qvinqve MSta, hactenus enumerata, Filius Autoris, Dethl. Alardus, qvoad vixit, asservabat, & editioni, sed frustra, destinabat.*)

Obsidionis Crempensis Cato Christianus, obstetrice Minerva, vario carminum genere in proscenium productus, qvem A. 1634. (*in Catal. Nund. Vern. Lips. p. 36.*) promisit.

Animadversiones in Horatium, qvas apud amicum se vidisse, Joh. Christianus, Baro a Boyneburg (*Ep. 98. ad J. Conr. Dietericum p. 322.*), testatur.

Tr. de Hebraismis & Chaldæo-Syriasmis N. T., qvem, *in præfat. Val. Flacci*, a se, testibus Joh. Mich. Dilherro (*Vol. I. Dispp. Philol. p. 281.*) & Joh. Sauberto Jun. (*in Or. Auspic. de studio L. Hebr. p. 8.*), jussit expectari. Filius Autoris, Dethlevus, nihil tale superesse, mihi retulit, &, Dilherrum mentem parentis, *Pathologiam N. T.* illic tantum polliciti, non esse assecutum, conjecit.

VII. Epistolæ ad Joh. Meursium Sen., Prof. Soranum, qvas in Volumine Epistolarum ad hunc ἀνεκδότῳ, qvod Joh. Mohtius, Consil. Danicus, Hafniæ asservabat, ipse olim perlegi.

Partem Poematum illius secundam ἀνέκδοτον & αὐτόγραφον, a D. Jo. Alb. Fabricio sibi donatam, possidere se indicat Nic. Alardus Jun., Pastor Steinbeccensis *in Decade Alardorum*, Hamburgi A. 1721. edita, p. 33. Continentur ea:

1. Odarum Libri II.
2. Epodon Liber.
3. Phalæciorum Liber.
4. Elegiarum Liber.
5. Epigrammatum Liber.
6. Amorum Libri III.
7. Epicorum Libri III.
8. Epicorum Libri II.
9. Eteosticha maximam partem metris inclusa.
10. Adoptiva.
11. Nicod. Frischlini Sched. de auctoritate, officio & vocatione Poetarum.

M. LAMPERTUS ALARDUS Jun., Brunsbüttela Dithmarsus, Senioris, vici illius Pastoris, filius, Parochus ruralis primum in Dithmarsia australi Windbergensis, & deinde, circa A. 1721., in Stormaria Süderoviensis, cujus extat Panegyricus Carolo XII., Svecorum Regi, A. 1701., 8. Id. Febr., in Gymnasio Wiburgensi dictus. V. Nicol. Alardi *Præfat. Decadis Alardorum p. 11. 12.*

NICOLAUS ALARDUS, Wilstriensis, Med. D. & in Patria Practicus.

Disp. Inaug. de Angina. Lugd. Bat. 1640. in 4.

NICOLAUS ALARDUS, Süderovia Stormarsus, d. 17. Dec. A. 1644. natus, Wilhelmi, Parochi Süderoviensis, Filius, Wilhelmi autem, Crempensium Antistitis, nepos, Theol. Doctor Kilonii A. 1679. creatus, Pastor, ab A. 1675., Tonningensis, simulqve, ab A. 1682. (d. 7. Febr.) Eiderstadiæ Præpositus (1.), deinde vero Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorstani (post M. Gregorium Michaelis), ab A. 1686., Superintendens, Hamburgi d. 3. Oct. A. 1699. defunctus, & in æde Cathedrali sepultus. Conf. de illo Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachr., *Sect. I. A. 1716., p. 160.*

Vita ejus fusius est exposita a filio ejus ὁμωνύμῳ Nic. Alardo, Past. Steinbeccensi, in *Decade Alardorum num. 4. p. 32 - 41.*

SCRIPTA.

Disp. de materia & forma, atqve ortu animæ humanæ, præside Kil. Rudrausio. Giess. 1665. 4.

Disp. de christiana morum doctrina, præs. D. Gerh. Titio. Helmst. 1668. 4.

Idea Theologiæ, succinctis definitionibus methodicis, in filiorum gratiam proposita. Oldenb. in 8.

Tabulæ, Gramm. Hebraicam, Chronologiam &c. exhibentes in usum filiorum. Oldenb. in fol.

Christus θεάνθρωπος, ex Cap. I. Ep. ad Hebr. Disp. Inaugurali, Præside D. Christ. Kortholto, demonstratus. Kilonii 1679. in 4.

Oldenburgische Catechismus-Lehre, oder Erklärung der V. Hauptstücke des Catechismi Lutheri. Oldenburgi 1689. & 1707. in 12.

Handbuch vor die Prediger. Oldenb. 1690. & 1719. in 12. Ἀνωνύμως prodiit. Autorem tamen literæ N. A. D., præfationi adjectæ, subindicant.

Theologisches Bedencken über den von einigen des Hamburgischen Ministerii publicirten Religions-Eid. Novam juramenti Ecclesiastici formulam Hamburgensem improbat, &, cum similibus de eadem Phil. Jac. Speneri, Barth. Meieri, Superint. Brunsvico-Gvelpherbytani, Joh. Fischeri, Livoniæ Episcopi, & JCti Anonymi, Judiciis, A. 1690, in 4.

(1.) V. Ant. Heimreichii *Hist. Eccl. Slesvic. p. 206.*, & Pet. Aug. Siveri Append. der Tönningschen Kantzelpredigt *p. 62.*

in 4. prodiit, & *in Actis Pietisticis*, Francof. A. 1691. *in 4.* publicatis, *num.* 16., est recusum. Occasionem & argumentum illius *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c.* 10., *p. 603. 604. 605.*, exposui. Joh. Frid. Mayerus, Formulæ patronus, *in Apologia Ord. Eccl. Hamb. contra Spenerum vernacula, p.* 13. 14., fastu ingenti, Alardi & Meieri Judicia *Scripta inepta & indocta* (ungeschickte und ungelahrte Schriften), Autores autem *homines exiguæ in Ecclesia Autoritatis* (Leute die noch nicht in grosser consideration bey der Kirchen), appellare ausus, ob hunc, non tantum in Speneri responso, sive *Tr. de Libertate fidelium* Germanico, *p. 32. 33.*, cordate est objurgatus, sed & a Christ. Frid. Palmio scripto refutatus peculiari, A. 1691. (*in 4.*) sub hoc Titulo excuso: Die erlangte Ehr in der unverdienten Schmach, an D. Nic. Alardum und B. Meierum, als dieselbe A. 1691. von einigen Eiferern des Hamburgischen Ministerii, unverschuldeter weise, zu ihren Ehren, schimpflich angegriffen worden. Cui, per ψευδώνυμον Nicolaum de Pio Zelo, seu potius, teste Schelgvigio (*P. III. Pietismi Sectarii p.* 183.), per Nathaneelem Falckium, Dantiscanum (Th. postea Doctorem & Past. Stettinensem), Invectiva qvidem alia (sub tit. der wolgemeinten Abfertigung Chr. Frid. Palmii, mit seiner Schmachschrift) Hamburgi (*in 4.*) A. 1692. mox est reposita, sed, præter convitia, Theologo indigna, parum solidi regessit.

Warnung vor der gefährlichen Nachfolge des Abfalles des zu den Calvinisten übergetretenen Oldenburgischen Predigers, Marci Steffens. Oldenb. 1691. in 8.

GOttes freundliches Trost-Wort an Ephraim oder Leichpredigt über M. Henr. Bröckelmann, Past. zu Wederstätt aus Jer. XXXI, 20. Oldenb. 1691. 4.

Feststehende Warnung vor der Nachfolge des gefährlichen Abfalls Marci Steffens, wider sein derselben A. 1693. entgegengesetztes Büchlein, Hertzensgrund genandt. Samt einem kurtzen Beweise der gesamten Evangelischen Lehre, welche von den Reformirten wird in Zweifel gezogen. Hamb. 1693. in 12.

Verderbter Zustand der Reformirten Kirche aus Veranlassung eines A. 1693. gedruckten Briefes Modesti Veridici vorgestellet. Oldenb. 1694. 12.

Verfall der Reformirten Kirche, auf Veranlassung eines, von Marco Steffens, A. 1694. seiner feststehenden Warnung entgegengesetzten Büchleins, genandt Silentium post clamores, vorgestellet. Oldenb. 1696. in 8.

(Scripta Steffenii contraria infra, ubi ad nomen ejus perventum fuerit, a nobis enumerabuntur.)

Oldenburgisches Gesangbuch und Gebethbuch, mit seiner Vorrede. Oldenb. 1690. in 12.

Die Teutsche Bibel, D. Mart. Lutheri, mit seiner Vorrede. Goslariæ 1696. in fol.

NICOLAUS ALARDUS Junior, D. Nicolai, e Pastore Tonningensi Præpositoqve Eiderstadiensi Superintendentis tandem Oldenburgici, filius, Tonningæ, uti conjicio, natus, Parochiæ primum ruralis in Dithmarsia boreali Neofanensis Diaconus, & deinde Steinbeccensis, in Præfectura Holsatiæ Reinbeccensi, circa A. 1721., Pastor.

Decas Alardorum scriptis clarorum. Hamburgi 1721. in 8.

Bibliotheca Harmonico-Biblica, Scriptores, Indicem & supplementa Antilogiarum Biblicarum exhibens, qvam *in præfat. Decadis Alardorum* est pollicitus.

ALBERTUS II., e gente, si Christ. Kelchium (1.) audias, Saurbeeria oriundus, Archiepiscopus Rigensis, A. 1229., qvo Albertus I. Antecessor, qvi armis Livonos ad Sacra Christiana adegerat, vivis excessit, Ecclesiæ Bremensis Canonicus erat & Scholasticus, ac isti, in Episcopatu Rigensi. successor a Gerhardo II., Præsule Bremensi, Livoniæ Ephoriam suæ sedi vindicante, destinabatur, cum interim a Clero provinciæ Nicolaus qvidam jam esset electus. Controversiæ, hinc natæ, decisio Pontifici Romano est commissa, a qvo constituti judices, post longam causæ disceptationem, Bremensibus silentium imposuerunt, & Nicolai electionem confirmarunt. Acqviescere isti sententiæ oportebat Albertum, qvi Lubecæ interea consedit, *expectans*, uti ait Krantzius, *ex Romana curia literas, & ex Livonia responsa molliora.* Innocentius interim IV., Papa, ut Viro, qvem mitra sacra judicabat dignissimum, aliqvod jacturæ istius solamen afferret, A. 1246., Lugduni Gallorum, Legationem sedis Apostolicæ ad Prussos, Livonos, & reliqvas gentes Hyperboreas, ei commisit. A. seqv. 1247., cum inter Canonicos Lubecenses, de successore Johanni I., Episcopo suo, subrogando, non conveniret, Albertus, cujus prudentia & virtus omnibus erat perspecta, ab iis, accedente Pontificis consensu, *Sedis Lubecensis Provisor temporarius* (qvanqvam ipse in Juramento *Episcopum* se appellet), retento simul Metropoleos Rigensis titulo, est electus, & a Gerhardo Bremensi, præstito Kal. Dec. ejusd. Anni juramento, confirmatus. Per sexennium sacro huic muneri cum laude præfuit, & (uti Krummendikius ac Krantzius fusius exponunt) Ecclesiæ reditus non parum auxit, bona oppignorata redemit, decimasqve tractus in Wagria Aldenburgensis, a Johanne ac Gerhardo, Comitibus Holsaticis (qvi gravem de his controversiam Episcopis moverant), amica compositione, cum foenore recepit. A. 1254. (falluntur enim & Christ. Kelchius (2.), qvi A. 1234, substituit, & Conr. ab Höveln (3.), Anno præced. 1253. Lubecæ Albertum obiisse persvasus) sedem Rigensem, morte Nicolai, æmuli sui, vacantem, occupavit, & paulo post (cum Eqvites Teutonici Ord. Mariani in Borussia, ac Ensiferi Livoniæ, in istum haud ita pridem recepti, pacto mutuo (4.), regimen utriusqve provinciæ Politicum Teutonici Ordinis apud Borussos Magistro, Ecclesiasticum autem Rigensi detulissent Antistiti) Metropolitanam reddidit, Primus Livoniæ pariter atqve Borussiæ Archiepiscopus ab Innoc. IV., Pont. Rom., designatus. Numeravit proinde (qva felicitate nemo IV. Antecessorum erat gavisus) octo deinceps Episcopos Ecclesiæ suæ Suffraganeos, Revaliensem, Curoniensem seu Piltenienſem, Dorpatensem ac Oesiliensem, in Livonia, Varmiensem autem, Pomezaniensem, Sambiensem & Culmensem, in Borussia. Qvo spectant versus Poetæ Anonymi Livoni, a Casp. Dancwerthio (5.) allegati:

Pontificis dono summi, Latiiqve Senatus,
Albertus præcellit hic Archiepiscopus omnes.
Hunc caput agnoscunt septem Livonide terra
Mitrati Patres, rogat hinc sua jura Magister,
Jusqve cadit dominum nobis tibi, Brema, creandi.

Vivis excessisse traditur circa A. 1272., & Johannem a Lühnen in Archiepiscopatu nactus esse Successorem (6.). Alb. Stadensis (7.), & Anonymus *Historiæ Archiepiscoporum Bremensium* Autor (8.), qvi Primatem eum in Hybernia factum esse tradunt, in manifesto versantur errore.

V. de illo Alb. Stadensem, & Incertum *Historiæ Archiepp. Brem.* Scriptorem, *ll. cc.*, Alb. Krummendikium *in Chronico Episcc. Lubec.* (*T. II. Rer. Germ. Meibom.*) *p. 397.*, Incertum Autorem *Chronici Slavici prioris* (*inter Lindebr. Scr.* rer.

(1.) *P. II. Historiæ Livonicæ, p. 73. 74. 80.* (2.) *l. c. p. 74.* (3.) im Beglückten Lübeck *p. 150.* (4.) V. de isto Krantzii *L. 7. Vandaliæ c. 26.*, Conr. Sam. Schurtzfleischii *Diss. de Ordine Ensiferorum*, Witeb. A. 1685. editam, §. *7. 8. 9.*, & fratris ejus, Henr. Leonh. Schurtzfleischii, *Historiam ejusd. Ord. Ensiferorum*, Witeb. A. 1701. *in 8.* publicatam. (5.) *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 8., p. 227.* (6.) V. Kelchium *l. c., P. III. p. 96.* (7.) *in Chronico, ad A. 1229., fol. 208. b.* (8.) *c. 29., p. m. 97.* (*inter Lindebrogii Script. rer. Septentr.*).

rer. Septentr.), c. 38., p. 204., Alb. Krantzium *L. 8. Metrop. c. 10.*, *L. 7. Vandal. c. 14. 22. & 26.*, *ac L. 8. Saxon. c. 4.*, Dav. Chytræum *in Chronico Sax., Lib. I. p. 18., & Lib. 10. p. 293. 294. ed. Lipf.*, Henr. Pantaleonem *P. II. Prosopograph. p. 234.*, Melch. Neofanium *in Elegia de Episcopis Lubec. p. 5.*, C. Dancwerthium *l. c.*, Herm. Bonnum *L. 2. Chron. Lubec., lit. C. 8. a. b.*, Joh. Petræum *P. II. Chron. Hols. p. 71.*, Jac. a Mellen *in Histor. Lubec., Disp. III., c. 2. §. 7., & c. 3. §. 8.*, ac Christ. Kelchium *in Historia Livoniæ* Germanica, A. 1695. edita, *P. II. p. 73. 74., & P. III. p. 89. 92. 96.*

Alb. Krantzius eum, *L. 8. Metrop. c. 10.*, *Virum* vocat *insignem & magnæ in diebus suis autoritatis*, *Lib. 7. Vandaliæ* vero, *c. 14.*, *Virum omni literarum genere doctissimum.*

Alberti hujus, *Episcopi Lubecensis, Livoniæ, Esthiæ & Pruciæ Apostolicæ sedis Legati*, Diploma de Juramento duplici, a se Gerhardo II., Archiepiscopo Bremensi, præstito, ab Erp. Lindebrogio, inter *Privilegia Ecclesiæ Hamburgensis*, in Syntagmate *Scriptorum rerum Septentr.* (Francof. A. 1609. *in fol.* edito), *p. 199.*, est publicatum.

Utrum ei qvoqve, an vero Alberto Krummendikio, Præsuli Sec. XV. Lubecensi (A. 1489. defuncto), *Copia* debeatur *Indulgentiarum de institutione &c.*, qvam Jos. Simlerus ac Joh. Jac. Frisius (*in Biblioth. Univers. p. 20.*), eosqve secutus Chr. Hendreichius (*in Pand. Brandeb. p. 85.*), sub *Alberti, Lubecensis Episcopi*, nomine, allegarunt, αὐτόπται dispiciant ac definiant.

M. DANIEL ALBINUS, Satorpia (in Agro Præfecturæ Slesvicensis) Cimber, Melchioris, Parochi istius, Filius, &, post Pædagogi filiorum Friderici, Ducis Holsatiæ, spartam in arce aliqvamdiu ornatam Gottorpiensi, in munere hoc sacro, ab A. 1658., Successor, M. Mart. A. 1691. extinctus, *Vir*, teste Georg. Henr. Burchardo (1.), *præclare doctus*. V. de illo Joh. Christoph. Andreæ, Parochi Cappelensis, Sermonem Parentalem Germanicum, in exeqviis ejus habitum, & (sub titulo des weissen Ehrenkleides) Slesvigæ A. 1691. *in 4.* excusum.

SCRIPTA EDITA.

Dissertationum Historico-Geographico-Exotericarum de Novo Orbe Prima. Jenæ 1653. in 4.

M. Joh. Meieri, Conrect. Bordesholmensis, Vindiciæ posthumæ pro Orthodoxia D. Joh. Reinbohtii, contra Diss. Apologeticam D. Andr. Kühnii, ab eo, cum Præfat. sua, editæ. Slesvigæ 1661. *in 4.*

C. Sallustii Crispi Schriften von der Catilinischen Zusammenrottung, und Jugurthischem Kriege, durch ihn verteutschet: Samt des Obristen Wilhelm Calchum von Lohausen Kriegs-discursen über dieselbe. Hamb. 1662. in 8. De hac Versione ita Justus Georg. Schottelius, *in Opere de Lingva Germ., Lib. V., Tr. IV., p.* 1182.: Sein Sallustius ist recht und wol geteutscht.

INEDITUM.

Apparatus Historicus Qvadripartitus, continens: 1. Manuductionem ad lectionem Historiarum, ubi de natura & usu Historiæ, ordine item, delectu & Judicio, in legendis Historiis, differitur; 2. Introductionem in Geographiam veterem & novam, cui Digressio de migratione gentium annectitur; 3. Chronologiæ Canonicæ Compendium; 4. Synopsin Historiæ Universalis, ab O. C. ad A. C. 1668. Appendicis loco subjungitur Genealogia maxime illustrium familiarum. Hamburgi A. 1668. (qvo Titulus solus Slesvigæ est excusus) *in 4.* prodiisse, a Cornelio a Beüghem (*in Bibliographia Histor. p. 4. 5.*) & Chr. Hendreichio (*in P. B. p. 89.*), falso perhibetur. Ἀνέκδοτος enim etiamnum est, licet prælo jam feratur fuisse paratus.

JACOBUS ALBINUS, Hamburgensis, Med. D. (Basileæ A. 1614. creatus), & (post diuturnam in Germania, Gallia, Italia & Hispania, peregrinationem, comite Bernh. Müllero, Kiloniensi, susceptam (2.)) in patria Practicus. Vixit A. 1620.

Disp. de præservatione a peste, Præside D. Henn. Arnisæo proposita. Francof. ad Viadr. 1611. in 4.

Præcidanea de Scorbuto, loco Disp. Inaug. proposita. Basileæ 1614. in 4. Recusa *in Decade IV. Disputt. Med. Basileensium* (edita ibid. A. 1620. *in 4.*), *num. 8.*

LAURENTIUS ALBRECHT, Bibliopola Lubecensis suo ævo præcipuus, Joh. Hallervordii, non incelebris itidem apud Rostochienses Bibliopolæ, Socer, *Homo*, teste Dav. Chytræo (3.), valde πλεονεκτικός. Vixit A. 1600.

Catalogus librorum Bibliopolii sui. Lubecæ 1599. in 4.

Lutheri, und anderer geistreichen Männer, ausserlesene Lieder, und Geistliche Gesänge, von ihm zusammengetragen; mit den fürnehmsten Psalmen D. Corn. Beckers. Lub. 1610. in 8.

Præfationes & Epistolæ Dedicatoriæ, Scriptis alienis præfixæ compluribus, sumtu suo publicatis, &, hæc inter, M. Ant. Mureti *Juvenilibus* (Bardi 1590. in 8.), *Historiæ Vulpeculæ Saxonicæ* (Rost. 1592. in 4.), ac Joh. Petræi *Chronico* (cujus etiam, si subsidia obtineri possent necessaria ab aliis, continuationem, ad finem usqve Sec. XVI. perducendam, est pollicitus) *Holsatiæ* Germanico (Lub. 1599. in fol.).

JACOBUS ALDEY, Artis Nauticæ in Urbe Lubecensi Magister.

Böckschen vam Instrument unn Declination der Sünnen, unn ook, wor de Nordstern, up den Instrumenten, so darto deenen, to fangen sy, &c. Lubecæ 1592. in 4. (Saxonice).

BENEDICTUS ab ALEFELD, Eqves Holsatus, Toparcha Hæreditarius in Anglia Cimbrica Geltingensis, A. 1506. natus (4.) est patre Nicolao, Frid. I., R. Dan., Consiliario (5.), matre vero Druda Ranzovia, Henrici, Præfecti Steinburg., filia, ac Joh. Ranzovii, Archistrategi & Proregis Cimbrici, sorore (6.), Neposqve fuit Bened. Alefeldii, Dynastæ Borghorstensis, A. æt. 105. defuncti (7.). Vix ex ephebis egressus, A. 1519. Witebergam studiorum gratia adiit (8.), & ex istius Athenæo, præter Lit. Human. artiumqve insignem peritiam, doctrinam etiam de justificatione fidei, a Luthero haustam, primus forte omnium (uti ipse gloriatur (9.), A. 1524. in patriam reportavit. Qvam vitæ, post reditum, secutus sit rationem, his ipsemet verbis exposuit (10.): *Witeberga discessi nostra A. 1524. Inde vix librum, præsertim Latinum, vidi, nedum legi. A. 1552. contigit me tutorem præfici patrueli meo in Satorp. Ex eo primum tempore cœpi Musas, invisas mihi & infensas, ut videbatur, revisere. Repetundarum egi cum poculis; Sed ea, ut mala nomina, solvendo non erant. Assidua tamen lectione reliqvias qvasdam exiguas manu violenta adserui & recuperavi.* Septuagenario proximus (circa A. 1576.) Prezensis Virginum nobilium Cœnobii constitutus est Præpositus, octuagenarius autem, vel d. 13. Apr. A. 1586., si Janum Gruterum (11.), vel M. Apr. A. 1587., si Henningium & Angelum

(1.) *in Append. Animadversionum in errores Ant. Bourignoniæ p. 235.* (2.) V. Pet. Musæi *Progr. Kiloniense, in exeqviis Mülleri A. 1672. propositum.* (3.) *in Epistolis p. 698.* (4.) V. Hier. Henningii *Genealogias Familiarum nobilium Saxonicarum, e qvibus Episcopi prodiere, p. 45.*, & Andr. Angeli *Lib. 1.* der Holsteinischen Adel Chronica *p. 54.* (5.) V. Angelum *l. c.*, & C. Danewerthium *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 10., p. 130.* (6.) V. *Genealog. Ranzovianam*, & Henningium ac Angelum *ll. cc.* (7.) V. Henningium & Angelum *ll. cc.* (8.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. H. 4. a.* (9.) *Ep. V. ad P. ab Eitzen.* (10.) *Ep. I. ad Eitzenium.* (11.) *Lib. 2. Chronici Chronicorum*, sub ficto *Joh. Gvaltheri* nomine editi.

gestum (1.) audias, vivis exemtus. Ex Uxore, Margaretha Ranzovia, Benedicti, Dynastæ Qvarnebeckensis, filia, A. 1563. d. 25. Nov. mortua, Filios reliqvit meritis in patriam conspicuos, Henricum Satorpholmiæ, & Nicolaum Geltingæ, Toparchas, utrumqve Frid. II., R. Dan., Consiliarium, & Præfectum Flensburgensem, qvorum prosapiæ, hodienum florentis, recensum Danckwerthius exhibet (2.) Pet. Lindebergio, ad diem 13. Apr. A. 1586., obitum ejus, cum Grutero, referenti (3.), *Vir* audit *antiqva nobilitate & præclara eruditione inclytus.*

Qvinqve ejus Epistolæ Latinæ, stylo eleganti, ad D. Paulum ab Eitzen, Superint. Holsaticum, A. 1566. 1569. 1572. & 1573. perscriptæ, in Volumine, qvod perlegi, Epistolarum ad hunc Theologum ἀνεκδότων supersunt, qvarum prima ebrietatem detestatur, secunda & qvinta Bonorum Operum necessitatem cordate astruunt, tertia autem & qvarta causas matrimoniales, præsertim consobrinorum, discutiunt. In prima harum, cum alia sacra pollicitus est Meletemata, tum Declamationem in Ebrietatem, Eitzenii a se hortatu adornatam, & sub hoc edendam titulo: *Vituperatio Ebrietatis, ad sodales & commilitones Witebergenses, ejusdem qvondam Academiæ alumni.*

BENEDICTUS ab ALEFELD, Eqv. Hols., Toparcha Haseldorfiensis, Friderici Filius, & Hansii, Lineæ Alefeldiorum Haseldorfianæ Autoris, Nepos (4), in Acad. Witeb., studiorum causa, commigravit. Inde redux, Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius fuit Intimus, & Cœnobii simul Prezensis (circa A. 1565. & 1571.) Præpositus, tantaqve polluit autoritate, ut nihil paulo majoris momenti in negotiis sine eo gereretur publicis, & Controversiarum etiam illustrium inter Frid. II., Regem Daniæ, ac patruum Johannem, Ducem Holsatiæ, de finibus, A. 1576., ac inter Regem eundem, Principemqve suum Adolphum, de ditionum Johannis divisione posthuma, d. 19. Sept. A. 1581., Arbiter ipse, cum aliis Ord. Eqvestris Proceribus, deligeretur (5.). Filium reliqvit Dethlevum, Dynastam Haseldorfiensem & Osterradensem. Reliqvos posteros & consangvineos Danckwerthius (6.) recensuit.

Scriptoribus *h. l.* accensetur ob operam, qvam, jussu Adolphi Ducis, cum Ad. Trafsigero, ejus Cancellario, nec non Henr. Ranzovio & Er. Kirstenio, Friderici II. Regis, ac Sigfrido Ranzovio & Hier. Oelgardio, Joh. Senioris, Principis Holsatici, Consiliariis, conscribendæ A. 1573. impendit Ordinationi Judicii Provincialis Slesvigo-Holsatici Germanicæ (7.), cujus Historia, *in Isagoge ad Hist. Cimbr.* (8.), jam a nobis est exposita.

CHRIST. ALBERTUS ab ALEFELD.

Gebrauch des Proportions-Circkels. Hafn. 1694. in 4. (*V. Catal. Bibl. O. Sperl. p. 191.*)

DETHLEVUS ab ALEFELD, Eqv. Holf., Benedicti Fil., Dethlevi Nepos, Benedicti laudati (Toparch. Haseld.) Pronepos, Dynasta Haseldorfii, Haseloviæ & Kagenæ, Hæreditarius (9.), Frid. III. ac Christ. V., Regum Daniæ, Consiliarius Intimus & Provincialis, Præfectus, ab A. 1652. (*Kal. Maj.*), Flensburgensis, Commissarius, tempore belli Svecici, A. 1657. & seqq. in patria gesti, Militaris Supremus, & Legionis Eqvestris Tribunus, transacta in hisce muneribus, crebrisqve legationibus, parte vitæ potiori, A. 1680. iis se abdicavit, & senectam reliqvam otio negotioso, sive literario, in Urbe oblectavit Hamburgensi, ibidem M. Nov. A. 1686. mortuus.

In secessu Hamburgensi complura *Memoriarum Historicarum* scripsisse fertur volumina, &, hæc inter, Tr. de Spectris Germanicum, exempla plurima singularia, sibi ipsi observata, recensentem; e qvo XX. de illis narrationes Pet. Goldschmidius excerpsit, & *Morpheo* suo *Infernali*, Hamburgi A. 1698. *in 8.* L. Germ. edito, *cap. 4., p. 145. 146. 162-198.*, inseruit.

Briefe und Verrichtungen am Brandeb. Hofe, wegen des Schwed. Kriegs. ed. A. 1658. in 4. (*Catal.*)

Bedencken, warum Friderich Wilhelm, Kurfürst von Brandeburg, unerwartet der Polnischen und Hungarischen Völcker, in Schwedisch Pommern einbrechen solle, A. 1658. geschrieben, recusum est tomo 2. der Europäischen Staats-Consilien Joh. Christ. Lunigii, Lipsiæ A. 1715. *in fol.* edito, num. 117.

FRIDERICUS Comes primus ab ALEFELD, Langeland & Rixingen, Baro a Moersburg, Dynasta Gravensteinii, utriusqve Seegardiæ, Ballgardiæ ac Wiltmissæ, Hæreditarius, Friderici Alefeldii, Toparchæ Seegardensis, ex Birgitta, Gregorii Alefeldii, Dynastæ Seegardensis, Gravenstenienfis & Stoltelundensis, Gnata, Filius, Friderici, Consiliarii Holsatici, Præfecti Apenradensis, ac Toparchæ Seestermiiensis, Nepos, & Johannis, Christiani III., Regis Daniæ, Consiliarii, ac Supremi Copiarum Ducis, Pronepos (10.), primam A. 1623. lucem aspexit. Ex itinere Politico & Literario, post jacta domi egregia studiorum fundamenta, per regna Europæ celebriora fere omnia instituto, in patriam redux, Socero suo, Christiano, Comiti a Ranzou, A. 1663. defuncto, in Proregis Ducatuum Cimbricorum dignitate, Tractusqve Steinburgensis, & Dithmarsiæ Australis, Præfectura, a Friderico III., Rege Danico, est subrogatus, & ab eodem non solum in Senatorum Provincialium atqve intimorum adscitus numerum, sed & A. 1668. Comitis ornatus titulo. Qvem paulo post Leopoldus Imperator sua etiam autoritate confirmavit, locumqve ei inter S. Rom. Imperii Comites attribuit (11.). Post Friderici Regis obitum, Christianus V., Filius ejus & Successor, non pristinis solum dignitatibus porro fungi illum voluit, sed & Eqvitibus Ordinis Elephantini Auratis adscripsit, Comitem Langelandiæ A. 1671. creavit (12.), & tandem, d. 13. Maji A. 1676. (13.), Magnum regni Danici Cancellarium, Consilii sanctioris, ac Collegiorum Status atqve Cancellariæ, Præsidem, & Academiæ Hafniensis Conservatorem, electum, ad supremum dignitatum aulicarum culmen evexit. Nec sane dignior tot tantisqve honoribus, sive genus ejus atqve fortunas, sive prudentiam incomparabilem, sive doctrinam consummatam atqve multiplicem, sive dotes & virtutes alias, intuearis, qvisqvam inveniebatur. Bibliothecam Librorum, in omni literarum genere, præstantissimorum atqve rarissimorum, nullis parcens sumptibus, collegit instructissimam; sed ignis, a qvo ædes ipsius magnificæ Hafnienses d. 9. Jan. A. 1682. sunt consumptæ, Musis etiam infesti, amisit injuria; nec tamen animo fractus aliam, qvæ in Arce Gravensteniana superest, in usum suum pariter atqve posterorum, denuo condidit. Anno tandem 1686., magno ætatis suæ Climacterico (non 1691., qvem Scriptor Anonymus (14.) in hujus locum substituit), d. 7. Julii (15.), Heros hic togatus perillustris, doloribus Podagricis, aliisqve morbis, confectus, Hafniæ vitam cum morte commutavit, nihilo tamen minus in Danorum pariter atqve Cimbrorum suorum, qvos

(1.) *ll. cc.* (2.) *l. c.* (3.) *in Comm. rerum memorab., Lib. I., p. 17.* Conf de Alefeldio hoc Ad. Henr. Lacmanni *Or. de meritis Ord. Eqv. Cimbrici in rem Christ. p. 12. 13. 28.* (4.) V. Andr. Angeli *Lib. I.* der Holst. Adel-Chronica, *p. 36. 37.*, & C Danckw. *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 14., p. 282.* (5.) V. Angelum *l. c. p. 31. 32.*, & Jonæ ab Elverfeld *Class. II. de Holsatia, lit. I. 4. b. K. 1. a.* (*in Annott. H. Ranzovii*). (6.) *l. c.* (7.) V. Angelum *l. c.*, & Ranzovii *Annott. ad Cl. II. Elverf., lit. I. 4. b.* (8.) *P. I., c. 15., p. 276. 277. 278.* (9.) Majores ejus & Cognatos V. in C. Danckwerthii *Chorogr. Cimbr., P. III., c. 14., p. 282.* (10.) Reliqvos ejus Majores & Consangvineos V. enumeratos in C. Danckwerthii *Chorogr. Cimbr., P. II., c. 6., p. 94.*, & Pet. Ambrosii Lehmanni Historischen *Remarques A. 1650., num. 20., p. 153-156.* (11.) V. Lehmannum *l. c. p. 156.* (12.) V. Joh. Laurentii Tagregister des Lebens Kön. Christ. V. *p. 55.* (13.) teste Joh. Laurentio *l. c. p. 87.* (14.) in den heutigen Christlichen Souverainen von Europa *p. 496.* (15.) teste Joh. Laurentio *l. c. p. 207.*

qvos immortalibus sibi meritis devinxit, æternum victurus animis. Primas A. 1657. (non 1642., ad qvem Jac. Wilh. Imhofius (1.) perperam eas, cum Sponsæ ille potius fuerit natalis, retulit), d. 26. Dec., nuptias celebravit cum Margareta Dorothea, Filia Christiani, Comitis a Ranzou, Proregisqve Cimbrici, unica, Itzehoæ d. 16. Aug. A. 1665. defuncta (2.), duosqve ex hac nobilioris, & qvatuor seqvioris sexus sustulit Liberos, e qvibus Parenti utriqve superstites fuere:

1. Fridericus, Eqves Ord. Eleph., Prorex Cimbricus, Tractus Steinburgici Dithmarsiæqve Australis Præfectus, & Dux Copiarum in Hungaria Danicarum bellicus supremus, Flensburgi d. 21. Apr. A. 1662. natus, & Ratisbonæ d. 10. Jun. A. 1708. ἄπαις mortuus.
2. Christianus, Hafniæ d. 10. Oct. A. 1663. natus, & eodem cum Patre Anno 1686. extinctus.
3. Christiana, nata Glückstadii d. 11. Apr. A. 1659., Leopoldo Georgio, Landgravio Hasso-Homburgico, ante nuptias mortuo, tantum desponsata, Friderico Ludovico autem, Comiti Nassovico, A. 1678. elocata, & Otwileriæ A. 1695. vivis erepta.
4. Dorothea Friderica, Glückstadii d. 16. Dec. A. 1661. nata, & Joh. Friderico, Comiti Leiningensi Hartenburgico, Novercæ suæ Fratri, A. 1685. nupta.

Conjux altera, Maria Elisabetha, Friderici Emiconis, Comitis Leiningensis & Dachsburgici, Filia, A. 1668. priori subrogata, tres illi enixa est Liberos:

1. Carolum, Hartenburgi prope Wormatiam A. 1670. natum, Caroli, Principis Regii, & Acad. Eqvestris Hafniensis Ephorum, Aulæ Danicæ Supremum Mareschallum ac Stabuli Præfectum, tandemqve Friderici IV. Regis Ministrorum, ab A. 1710., Principem, ac Proregem Cimbricum.
2. Charlottam Sybillam, A. 1672. natam, Ludovici, Comitis Solmensis, ab A. 1696., conjugem.
3. Sophiam Æmiliam, A. 1674. natam, & Friderico Wilhelmo, Duci Holsato-Sünderburgico, A. 1694. elocatam. (3.)

Confer de Heroe hoc, præter Autores jam allegatos, Joh. Franc. Buddæi *T. I. Lexici Historici Germanici p. 93.*, & *Partem I. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 14.*, *p. 238. 239.*, nec non Epistolas Dedicatorias, qvibus illi Thomas Bartholinus A. 1677. *Volum. III. & IV. Actorum Medicorum Hafniensium*, Ol. Borrichius A. 1683. *Dissertationes de Poetis* (Elegiam etiam ad illum venustam, in Frid. Rostgaardi *Deliciis Poetarum Danorum*, *T. II.*, *p. 574. 575.*, recusam, in frontispicio exhibentes), Joh. Dan. Major A. 1677. *Genium Errantem*, & Greg. Michaelis A. 1676. *Curiositates* Jac. Gaffarelli *Inauditas*, a se cum *Notis* editas, inscripserunt, duoqve Henr. Harderi ad illum Epigrammata, in Rostgaardi itidem *Deliciis*, *T. II. p. 275.*, obvia.

Ab Athanasio Kirchero (*Lib. VIII. Mundi Subterranei*, *Sect. II.*, *c. 2.*, *p. 63. b.*), ob dotes incomparabiles, utcunqve (teste Majore *l. c.*) est commendatus.

Ol. Borrichius, *in Ep. Dedic. Dissertt. de Poetis præfixa*, eum *Eruditionis omnigenæ Principem*, *Musarumqve Arctoarum beneficum Mecænatem*, *& indefessum Atlantem*, salutat, &, in *Elegia*, isti subjecta, his metris celebrat:

Ille est, qvi, dudum virtutibus altus avitis,
In patriam meritis altius ire parat.
Qvod prius ad solium regnantis Osiridis Hermes,
Qvod catus ad Trojæ mœnia Nestor erat,
Qvod rebus dubiis Ithacensis Homericus olim,
Qvod Gallo nuper Richeliana toga,
Illud in Heroa florens Alefeldius aula est,
Illoqve Arctoum nomine fulcit ebur.

A me Nomen hoc perillustre Scriptorum nostratium inseritur Catalogo, qvod in Hugonis Grotii, sive *de Jure Belli & Pacis* (uti Ministrorum ejus nonnemo retulit), sive potius *de Veritate Religionis Christianæ* (sicut a Filio ὁμωνύμῳ, Patriæ Prorege, sum edoctus), Libros insignem concinnasse feratur Commentarium, luce qvidem publica dignissimum, sed hanc, cum in ferali Bibliothecæ Autoris sui A. 1682. perierit incendio, nunqvam visurum.

GODSCHALCUS ab ALEFELD (cui *Ranzovii* cognomen ab Har. Huitfeldio (4.) & Joh. Svaningio Jun. (5.) perperam tribuitur), Eqves e linea familiæ Alefeldicæ Saxtorfiana Holsaticus (6.), Filius fuit Godschalci, Toparchæ Stubbensis (7.), frater autem Georgii, Dynastæ Saxtorfiani, a qvo linea eadem est propagata (8.). Ecclesiastico vitæ generi a parentibus destinatus, studia adeo tractavit feliciter, ut Decret. Doctoris reportarit titulum (9.), ac deinceps doctrina ævo isto rariori, non Canonici solum & Præpositi Ædis Cathedralis Slesvicensis (10.), sed Cancellarii etiam Ducalis (11.), promeruerit dignitates. In Episcopatu tandem Slesvicensi, Dethl. Pogwischio, d. 15. Jan. A. 1507. defuncto, suffragiis Canonicorum concordibus, eodem A. 1507. (12.), non autem 1517. (qvem Henr. Ranzovius (13.), Andr. Angelus (14.), Huitfeldius (15.), Nic. Heldvaderus (16.), J. Svaningius (17.), istosqve secuta nostra *ad Hist. Cimbr. Isagoge* (18.), male substituunt), est suffectus, a Julio II., P. R., confirmatus, & Lubecæ, A. 1508., a Johanne, Episc. Ratzeburgensi, Wilhelmo Lubecensi, Petroqve Sverinensi, inauguratus (19.). Spartam, qvam nactus erat, Cypræo (20.) teste, ornavit concionando, rem divinam faciendo, Ecclesias visitando, Librosqve Diœceseos suæ Ecclesiasticos, per homines idoneos, publicando. Episcopatum 24550. Marcis, vel, uti ipse annotavit, 20000. Florenis Rhenensibus, obæratum adeptus, ad æris dissolutionem, prædia Stubbensia, aliaqve, vendidit, contradicentibus qvidem initio, qvod venditio se insciis esset facta, Canonicis, sed postea tamen, urgente necessitate, & accedente Johannis, R. Dan., consensu, eandem approbantibus (21.). Leges qvoqve tulit sumptuarias, qvibus impensis conviviorum nuptialium ac natalitiorum in Diœcesi sua modum præscripsit, & luxu incolis interdixit (22.). A Christiano II., Daniæ Rege, ad conjugium Isabellæ Austriacæ, Philippi, R. Hispan., filiæ, sibi impetrandum, A. 1514., una cum Magno Gioe, Aulæ Magistro, & Alb. Jepsonio, Lincium Austriæ, ad Maximilianum I. Imp., ejus Avum, & deinde Bruxellas, ad Carolum V., Fratrem, ablegatus, sponsam hanc, Regis nomine, non Oratione solum Latina, coram Cæsare, aliisqve Principibus, habita, ambiit, sed &, ex voto ejusdem, exambiit (23.), domumqve redux, Rege ac Pontifice consentientibus, Monasterium Reinfeldense A. 1517., neglecto Episcopo Lubecensi, impetravit (24.). Temporibus, qvibus in Christiani II., exulis, locum Fridericus I., ejus patruus, substituebatur, & Sacra Pontificia in Dania ac Cim-

(1.) *in Notitia Proc rum S. Rom. Imp. p. 1450. 991.* (2.) V. de illa Steph. Klotzii Sermonem e Ps. XVI. 6. funebrem (*Dec. IV. Concc. Fun.*, *num. 3*), & D. G. Morhofii Epicedium (*P. II. Poem. German. p. 177-184.*) (3.) De Conjugibus Liberisqve illius confer Autorem der Souverainen von Europa, *p. 406. 407.*, & Pet. Ambr. Lehmannum *in Appendice Partis I.* des jetzt herschenden *Europæ p. 71. 72. 73.* (4.) *in Chronico Episcc. Daniæ p. 14.* (5.) *in Chronol. Danica p. 98.* (6.) V. C. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr.*, *c. 10.*, *p. 131.*, & Ant. Heimreichii *Lib. 3. Hist. Eccl. Slesvic.*, *c. 1.*, *p. 117.* (7.) V. Hier. Henningi *Genealogias familiarum Saxoniæ*, *quæ Episcopos protulere*, *p. 45.*, And. Angeli *L. 1.* der Holst. Adel-*Chron. p. 35.*, & *Danckw. l. c.* (8.) Genealogiam posterorum V. ap. Danckw. *l. c. p. 131.* (9.) V. Joh. Ad. Cypræi *Annales Episc. Slesvic.*, *Lib. 3.*, *c. 5.*, *p. 414.*, & Heimr. *l. c. p. 117.* (10.) V. Cypr. *p. 414.*, Huitf. *p. 14.*, Danckw. *p. 123.*, Heimr. *p. 118.* (11.) V. Cypr. *p. 415.* (12.) V. Cypr. *p. 400. 414.*, Danckw. *P. II.*, *c. 9.*, *p. 123.*, Heimr. *p. 117.* (13.) *in Not. ad Elverfeldii Class. II. de Hols.*, *lit. I. 4. a.* (14.) *l. c. p. 30.* (15.) *l. c. p. 14.* (16.) *P. II. Sylvæ Chronol. p. 35. 122.*, *& in Encolpodio.* (17.) *l. c. p. 98.* (18.) *P. I.*, *c. 14.*, *p. 258.* (19.) V. Cypr. *p. 414.*, Danckw. *p. 123.*, Heimr. *p. 118.* (20.) *l. c. p. 415.* (21.) V. Cypr. *p. 400. 401. 415.*, Danckw. *p. 123.*, Heimr. *p. 117. 118.* (22.) V. Cypr. *p. 416.*, Heimr. *p. 118.* (23.) V. Huitfeldii *T. VII. Chronici Danici p. 1105.*, Cypr. *p. 415. 416.* Danckw. *p. 123.*, & Heimreichium (qvi legationem male ad A. 1512. refert) *p. 118.* (24.) V. Cypr. *p. 416.*

ac Cimbria abrogabantur, turbulentis, ipse qvidem his constanter adhæsit, sed tranqvillitatis tamen publicæ studiosus, nec Lutheranis se hostiliter opposuit, nec Politicis regni Danici ingessit negotiis. Hinc factum, ut, cum cæteri Daniæ Episcopi a Christiano III., Friderici filio, A. 1537., ob πολυπραγμοσύνην, qva suam in regno successionem impedire conati erant, Politicam, & animum in Protestantes hostilem, sacris orbati dignitatibus in vincula conjicerentur, ipsi soli Episcopatus, ejusdemqve reditus (sacrorum tantum reformationis cura D. Nicol. Kragio, Lutherano, commendata), a Rege, ad obitum usqve, relinqverentur (1.). Cum vero Episcopatui suo idem, qvod Danicis, extinctis jam & Fisco regio addictis, fatum, se defuncto, imminere prævideret, A. 1538., testibus Heldvadero (2.) & Huitfeldio (3.), bona illius complura, partim vendendo, partim cognatis & amicis donando, abalienavit, ab Hier. Cypræo, Canonico, & *Tetrastichorum de Episcopis Slesvicensibus* Scriptore, his ideo notatus Elegis:

Lutherus dum sancta docet mysteria Christi,
Errore insulso contenebrata nimis,
Godschalcus vendit templi bona, dulcia Clero,
Et tristis spargi dogmata vera cavet.

Qvod Patrui Lutherani Tetrastichon Joh. Adolphus Cypræus (4.), post Apostasiam ad Pontificios, abalienatione ista dissimulata, audacter ita immutavit:

Ut sacra Lutherus temerat mysteria Christi,
Atqve errore Dei taminat ipse gregem,
Ultimus his sacrum Godschalcus Præsul in oris
Sustinuit veræ relligionis opus.

A. 1526. a Protodicasterio Imperii Germanici Spirensi, in Nostrum, qvod, nomine Episcopatus Slesvicensis, in Matriculam Imperii A. 1521. temere relati, Fisco Imperiali jussus non satisfecisset, ab hujus Advocato accusatum, lata est, & valvis Ædis Slesvicensium Cathedralis affixa, privationis Regalium sententia. Verum hanc ipso jure nullam atqve irritam fuisse, & Godschalcus tunc peculiari ad Judices Spirenses Epistola, qva Ducatum pariter atqve Episcopatum Slesvicensem Feuda esse Imperii, non Germanici, sed Danici, huic seculis jam compluribus subjecta, solide ostenditur, a Joh. Adolpho Cypræo, *in Annalibus Episcoporum Slesvicensium*, Coloniæ A. 1634. (*in 8.*) excusis (5.), edita, & a nobis alibi (6.) commendata, docuit, & eventus demonstravit. Cum enim, mortuo jam Godschalco, Christiano III. & Friderico II., Daniæ Regibus, Episcopatum e matricula postulantibus expungi, a Fisci Imperialis patrono lis eadem denuo moveretur, contra hunc, in ipso foro Spirensi, lata est sententia, ab Adr. Gylmanno, *in Decisionibus Cameralibus* (7.), recitata. Obiit Godeschalcus, Præsul pro ævi sui genio eruditus, & Pontificiorum (Successorem enim habuit Lutheranum, D. Tilemannum ab Husen (8.)) ultimus, Bollingstadii, prædio familiæ suæ hæreditario, Slesvigæ vicino (9.), die, qvem tumuli indicat Epigraphe, 25. Januarii, non autem 26to, qvem Hier. Henningius (10.) & Andr. Angelus (11.), nec 27mo, qvem Cypræus (12.), sibi ipsi contradicens, perperam substituit, Anno Æræ Chr. 1541. Ecclesiæ suæ annis, non tantum 24., uti Ranzovius, Huitfeldius, Angelus, Heldvaderus, Svaningius, & *Isagoge* mea, istos, Episcopatus initium ad A. 1517. referentes, temere secuta (13.), falso tradiderunt, sed 33. continuis, juxta computum Joh. Ad. Cypræi (14.) accuratiorem, ab A. 1507. inchoatum, præfuit. Exuviæ defuncti, in æde Civitatis Slesvicensis Cathedrali, choroqve illius medio, ante altare, suo illatæ sunt sepulchro (15.), lapidiqve istius hæc insculpta Epigraphe:

Anno 1541., die 25. Januarii, obiit Reverendus in Christo Pater & Dominus, Gotschalcus de Alevelde, Episcopus Slesvicensis.

Vitæ ejus Historiam prolixe Joh. Adolphus Cypræus, *in Annalibus Episcop. Slesvic., L. 3. c. 4., p. 400. 401., & c. 5., p. 414. 415. 416. 423. 424. 425. 426.*, brevius vero Hier. Henningius, *in Genealogiis Familiarum Nobilium Saxonicarum, quæ Episcopos protulere, p. 45.*, Haraldus Huitfeldius, *in Chronico Episcoporum regni Danici Danico p. 14.*, Casp. Dancwerthius, *in Chorograph. Cimbr., P. I., c. 4., p. 25., P. II., c. 9., p. 116. 123., & c. 10. p. 131.*, ac Ant. Heimreichius, *in Hist. Eccl. Slesvic. Germanica, Lib. 3., c. 1., p. 117-120., & L. 4., c. 1., p. 176.*, enarrarunt.

Confer, præter Ranzovium, Angelumqve, jam allegatos, Georg. Calixti *Digress. de Arte nova p. 303.*, Ant. Heimreichii Nordfrisische Chronica, *c. 5., p. m. 101. 102.*, Greg. Michaelis *Ep. Dedic. Gaffarelli Curiosit. Inaud. præfixam p. 13.*, & *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 14., p. 238., P. II., c. 3., p. 80-83., & P. III., c. 1., p. 230. 231.*, & Ad. Henr. Lackmanni *Or. de meritis Ord. Equ. Cimbrici in rem Christianam p. 7. 8. 26. 27.*

ELOGIA.

Joh. Ad. Cypræus, *l. c., c. 5., p. 416.*, eum vocat *Episcopum pium ac religiosum*, *p. 414. 415.*, autem ita de illo scribit: *Vir, tam natalium splendore, & nobilitate generis, qvam pietatis ac virtutum decore, illustris ac conspicuus, proceræ ac elegantissimæ staturæ, summi consilii ac acerrimi judicii, popularis noster honorandus, patriæ nostræ Holsatiæ singulare decus, & Cancellarius Ducalis, in jure Civili & Canonico multum versatus; qvod adhuc ejus libri, qvi ad manus meas venerunt, testantur. In qvibus manum ejus singulis pene paginis adscriptam cernere licet. Unde de insigni ejus eruditione, summaqve diligentia, judicium fieri potest.*

Nicol. Heldvadero (*P. II. Sylvæ Chronol. Circuli Balthici p. 35.*) audit ein sehr hochgelehrter Edelmann, Casp. Dancwerthio autem (*l. c. p. 123.*) eine feine ansehnliche Person, mit Gaben des Gemühtes nicht weniger von Gott ausgezieret, der wol hat studiert gehabt.

SCRIPTA PROPRIA.

Epistola Latina ad Adamum, Comitem a Beichling, Cameræ Imperialis Judicem, cæterosqve Assessores, de Episcopatu Slesvicensi, A. 1526. scripta, & a Joh. Ad. Cypræo, in *Annalibus Episcc. Slesv.*, A. 1634. edita, de qva plura paulo ante diximus.

Oratio Latina, qvam Christiani II., R. Dan., Legatus, ad conjugium Isabellæ Hispanicæ ei conciliandum, A. 1515. coram Maximiliano I. Imp. habuit, Cypræo (qvi MStum ejus se possedisse, sed ab Haraldi Huitfeldii, Cancellarii Danici, cui istud utendum dederat, hæredibus nondum recepisse, *l. c. p. 416.*, refert) judice satis elegans & concinna.

ALIENA, sive EPISCOPATUS SLESVIC. PUBLICA, ejus cura auspiciisqve edita.

Rosarium, sive Liber Agendarum, secundum ritum ac consvetudinem Ecclesiæ, & Diœceseos Slesvicensis, divinorum rectoribus utilis & necessarius, ejus cura ac jussu Parisiis A. 1512. *in 4.* (teste Calixto), & deinde Rostochii A. 1522.

(1.) V. Dancw. *P. I., c. 4., p. 25., & P. II., c. 9. p. 123.*, ac Heimreich. *L. 3. c. 1., p. 119. 120., L. 4., c. 1., p. 176.* (2.) *l. c. p. 116.* (3.) *in Chron. Episc. Dan. p. 14.* (4.) *l. c., L. 3., c. 5., p. 414.* (5.) *Lib. III., cap. 5., p. 423. 424. 425.* (6.) *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 1., p. 2. 3.* Conf. Heimreich. *l. c. p. 119. 120.* (7.) *Lib. I., Decis. XI.*, ubi & Acta alia, huc spectantia, invenies. Conf. H. Conringii *Lib. de finibus Imper. Rom., c. 15., p. 222. 223.*, Christ. Gastelii *Comm. de statu publico Europæ novissimo, c. 18., p. 578.*, & *P. III. Isag.* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 4., p. 230. 231.* (8.) V. Dancw. *P. I., c. 4., p. 25., & P. II., c. 9. p. 123.* (9.) V. Cypr. *p. 426.* & Heimr. *p. 120.* (10.) *l. c. p. 45.* (11.) *l. c. p. 30. 35.* (12.) *pag. ead. 426.*, qva tumuli recitat inscriptionem. (13.) *locis num. 12-15. allegatis.* (14.) *l. c. Lib. 3., p. 400., & c. 5. p. 426.* (15.) V. Cypr. *p. 426.*, & Huitfeldium *l. c. p. 14.*

1522. in 4. (cujus Editionis exemplum in Biblioth. Kiloniensi superest), excusus. Commendatur a Cypræo *l.c. p. 415.*, & Georg. Calixto (Anshelmi formulam moribundos interrogandi, in illo obviam, Pontificiæ de justificatione doctrinæ καὶ ἄνθρωπον opponente) *in Digress. de Arte Nova Nihusii p. 303.* ubi etiam, Godschalcum exempla ejus inter Parochos distribui, & in templis reponi, curasse, testatur.

Liber Breviarius, secundum ordinarium ritum ac consvetudinem Ecclesiæ & Diœceseos Slesvicensis. Parisiis A. 1512. in 8. In *Præfat.* refertur, Godschalcum, defectui Breviariorum in sua Diœcesi mederi cupientem, ea, secundum Ordinarium ejusdem correcta & impressa, autoritate ordinaria approbasse & confirmasse, omnibusqve, ex illis horas recitaturis Canonicas, 40. dierum indulgentias esse impertitum. Clausula libri hæc est: *Explicit feliciter (faustumqve existat) Opus Horarum Canonicarum, secundum Ordinarium & ritum Ecclesiæ Slesvicensis, expensis venerabilium Virorum, Dominorum & Magistrorum, Johannis Tetens, S. Theol. Bacalarii formati, Lectoris ordinarii, ac Andreæ Frederici, Præpositi Wyda in dicta Ecclesia, Canonicorum ibidem, nec non providi Wesseli Goltschmedes, Incolæ Husemensis, cura pervigili Dn. Beszeconis Beszeconis, Presbyteri, medullitus perspectum, ac per venerabiles Viros ac Magistros, Wilhelmum Mercatorem, & Thomam Kees, Civem, in urbe Parisiensi impressum, e regione Collegii Italorum; Cathedræ Episcopali Slesvicensi præsidente Rev. in Christo Patre ac Domino, Dn. Godschalco de Alevelde, sub Anno Domini 1512., die 16. Mensis Julii.* Continet Breviarium istud, hodie (teste Cypræo, *Lib. I., c. 15., p. 104.*) inventu rarissimum, mihi autem a Viro Cl., M. Trogillo Arnkielio, communicatum: 1. Preces & formulas in Missa usurpandas; 2. Tabulam, seu Calendarium, ad invenienda festa mobilia; 3. Lectiones, preces & meditationes, in totius anni Dominicas & Festa, Periochasqve illorum Evangelicas; 4. Librum Horarum Canonicarum Diœceseos Slesvicensis, cui totum Psalterium est insertum; 5. Hymnarium, seu Syllogen Hymnorum Ecclesiasticorum, potissimum Jambicorum, e Veteribus Poetis Christianis; 6. Officia communia omnium Sanctorum; 7. Officia in singulorum Sanctorum festis peragenda, cum brevi vitæ illorum Historia, istis inserta, ac Hymnis in laudes eorundem. Lectu dignum est, non ob preces solum devotissimas, Hymnosqve & meditationes sacras elegantes, qvorum numerus in illo ingens occurrit, sed ob Vitas etiam (qvas ex eodem peti posse, *P. II. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 16. & 17., p. 80-83.*, jam monui) Sanctorum nostratium. Qvarum specimina prolixa de his, uti & exteris qvibusdam, illius ἀποσπασμάτια, a Joh. Ad. Cypræo, idem simul passim commendante, *in Annalibus Episc. Slesvic., Lib. I., c. 1., p. 2. c. 15., p. 104. 105., c. 16. p. 111. 112., c. 19. p. 120-126., c. 23. p. 149-152., c. 26. p. 182. 183., c. 28. p. 204. 205.*, & *Lib. II., c. 4. p. 227-239., c. 21. p. 358-362.*, exhibita, suppeditabunt.

Diurnale, secundum Ordinarium, & consvetudinem ac ritum insignis Ecclesiæ & Diœceseos Slesvicensis, revisum per M. Radulphum Sutorem & M. Wilhelmum Mercatorem. Parisiis 1513. in 12.

HENRICUS ab ALEFELD, Eqves Holsatus, & Toparcha arcis, in Præfectura Slesvicensi, Lindoviensis hæreditarius. Vixit Sec. XVII.

Poetische Wälder, sive Sylvæ Poeticæ Germanicæ ἀνέκδοτοι. (*Catal.*)

WOLFGANGUS ab ALEFELD (non *Alefert*, qvo modo ab Hendreichio (1.) nomen hoc scribitur), Eqv. Hols., Erasmi, Dynastæ Hüttensis, Filius.

Historia Schola Principum, seu Disp. hujus argumenti, Præside Joh. Henr. Boeclero proposita. Argentinæ 1640. in 4. Recusa sub finem *Historiæ Universalis* Boecleri Præsidis, Argentinæ 1680. *in 8.*, nec non in *Dissertationum* ejusdem *Academicarum* Editionis secundæ *Vol. I.*, ibidem A. 1701. *in 4.* excuso, *num.* 40., *p.* 1105-1156.

FRANCISCUS ALGERMANN, incertum cujas, Hamburgi commoratus.

Ephemeris Hymnorum Ecclesiasticorum; das ist: Geistliche Kirchengesänge, aus den Lehrern zusammengelesen, und in bekandte Melodeien gesetzt. Hamb. A. 1596. in 8.

Himlische Cantorey; das ist: der Psalter Davids gesangweise, auf bekandte gemeine Melodeien, nach dem teutschen Texte und Version D. Luthers, übersetzt, durch Fr. Alg.: Samt beygefügten gebräuchlichsten und besten Melodeien, durch die 4. Organisten zu Hamburg in 4. Stimmen componirt, und einer Vorrede Dav. Wolderi, Predigern daselbst. Hamb. 1604. in 8.

An diversus ab hoc nostro (in Hendreichii etiam *Pand. Brandeb. p.* 114. memorato) sit Franc. Algermann, Fisci Provincialis in Ducatu Brunsvico-Gvelpherbytano Patronus, Autor des Berichtes von Erbauung der Stadt Braunschweig (ed. A. 1605. *in 4.*), & Vitæ Julii, Ducis Brunsvicensis, ἀνεκδότε, Principis ipsius jussu A. 1598. scriptæ, ac a Phil. Jul. Rithmeiero (*P. III. Hist. Eccl. Brunsvic., c. 8., p. 315.*) allegatæ, hærere me fateor.

ALMIRIUS & CLASIUS, Hamburgenses, Naucleri famosi, qvibus exactiorem tractuum Orientalium indagationem, Atlantibus Geographicis augendis qvondam inservituram, esse commissam, Franc. Placentia, Neapolitanus, J. U. D. & Geogr. Prof. Mutinensis, in Opere testatur de Ægei maris Insulis Italico, Mutinæ A. 1688. *in 4.* (sub titulo: *L' Egeo Redivivo, o sia Chorographia dell' Arcipelago*) edito. In qvo etiam relationes eorum plurimas, de Insularum Maris Ægei situ, incolis, ritibus, antiqvitatibus, Inscriptionibus Græcis, &c., ex Itinerariis ipsorum nauticis haud dubie depromtas, exhibet. V. Lipsiensium Recensum hujus operis, *in Actis Erud., M. Oct. A. 1688., p. 510-523.* Amicis meis Hamburgensibus de neutro illorum qvicqvam in sua urbe licuit expiscari. Vixere circa A. 1680.

JOH. WILHELMUS ALRUZ, Med. D. & Practicus Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Arthritide a causa frigida. Lugd. Bat. 1702. in 4. (*V. Lehmanni Hamburgum Literatum A. 1704. p. 3.*)

JOHANNES ALTHORST.

Kurtze Deduction von geistlichen Gütern. Hamb. 1643. in 4.

JOHANNES HENRICUS ALTMANN, Glückstadiensis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgensis. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 23.*

Disp. Inaug. de Alea & aleatoribus. Groningæ 1716. in 4. Recensionem ejus invenies *Parte LIX.* der gelehrten *Famæ p. 849-852.*

DAVID AMBSING, Hamburgensis, Rudolphi, Senatoris, ex Elisabetha Hertoghia Filius, Juris utriusqve (cujus studio Jenæ, Ultrajecti, inqve itineribus Belgico, Anglico & Gallico, vacaverat) Doctor Tubingæ a Cive suo, Joh. Gravio, A. 1655. creatus. Civitatis Hannoveranæ Syndicus. V. *Programma Tubingense, in promotione ejus propositum.*

Disp. Inaug. de Inofficiosa donatione. Tubingæ 1655. in 4. Recusa *Volum. secundo Disp. Jurid. Præside Wolfg. Ad. Lauterbachio habitarum*, ibid. in 4.

ZIMBER-

(1.) *in Pandect. Brandeb. p. 103.*

ZIMBERTUS AMBSING, Hamburgensis, J. U. Lic., A. 1696. in patria mortuus.

Disp. Inaug. de Obligatione ex literis commendatitiis. Argentinæ 1674. in 4. Recusa *in Decuria III. Dispp. Inaug. Argentin. Jurid.*, ibid. A. 1676. in 4.

M. ANDREAS AMDERS, Tunderensis, Rostochii A. 1646. Magistri adeptus titulum, Scholæ patriæ Tunderensis eodem Anno jam Rector, & deinde Pastor in vicinia, ab A. 1650., Buekarkensis.

Der Tunderschen Unsterblichen Sterblichkeit Erster Theil. Slesv. 1649. in 4.

Ander Theil derselben, oder Grabschriften vornehmer daselbst ruhenden Herren, Matronen und jungen Leute, von ihm in Versen aufgesetzt. Slesvigæ 1675. in 4.

M. CHRISTIANUS HENRICUS AMDERS, e Duc. Slesvic. Cimber, Præsidii militaris Gottorpiensis, circa A. 1700., Ecclesiastes.

Disp. de Imaginibus Fluviorum antiqvis, Præside Joh. Georg. Neumanno proposita. Witeb. 1691. in 4.

Disp. de Imaginibus Regionum, qvibus illæ in nummis, aliisqve monumentis antiqvis, designantur. Witeb. 1691. in 4.

Danckpredigt wegen des zu Travendahl d. 19. Aug. A. 1700. wiederhergestellten Friedens, am 19. Sonnt. nach Trin. gehalten. Hamb. 1701. in 4. V. *Nova Lit. Lubec. A. 1701., p. 124.*

ADRIANUS ALBERTUS ANCKELMANN, Hamburgensis, J. U. D. & Judicii in patria inferioris, circa A. 1716., Assessor. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 20.*

Disp. Inaug. de Relaxatione a Juramento. Lugd. Bat. 1705. in 4.

DIETERICUS ANCKELMANN, Hamburgensis, J. U. D. (Halæ d. 30. Jun. A. 1695. creatus) & in patria Practicus.

Triga Casuum, ex regulis Jurisprudentiæ examinatorum & decisorum, Præside Christ. Thomasio proposita. Halæ Sax. 169.. in 4.

Disp. Inaug. de Pactis dotalibus, ad P. II. Tit. XI. Art. XI. Juris Statut. Hamburg., Præside Chr. Thomasio habita. Halæ 1695. in 4.

Gegenvorstellung und Ehrenrettung gegen Mich. Weber, an die Hamb. Bürgerschaft. A. 1707. in 4.

DIETERICUS JOHANNES ANCKELMANN, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Officio Liberorum erga Parentes. Basileæ 1711. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 20.*

EBERHARDUS ANCKELMANN, Hamburgensis, Eberhardi, Mercatoris, ex Anna Catharina, Zach. Crameri, Senatoris Lipsiensis, gnata, Filius, Caspari, Senatoris Hamburg., Nepos, d. 7. Maji A. 1641. natus, Gymnasium patriæ, ab A. 1659. ad 1662., freqventavit, & in Lingvis simul Orientis, Biblicaqve Theologia, ab Esdra Edzardo, Th. Lic., est institutus. Cujus hortatu & exemplo Lingvam etiam Lusitanicam, ut controversias eo felicius tractaret Judaicas, jam tum addidicit. Ab A. 1662. Witebergæ Calovium, Meisnerum & Deutschmannum, ab A. 1664. autem Argentinæ Danhauerum, Schmidium & Bebelium, studii sacri per qvadriennium duces habuit, & Basileæ etiam in Joh. Buxtorfii Jun. (se præsente mortui), Giessæqve in Pet. Haberkornii aliqvamdiu hæsit convictu. In patriam redux, graduqve Licentiati Theologiæ (post Disp. in Jerem. XXIII. 5. 6. Inaug.), d. 29. Mart. A. 1671., Rostochii ab Aug. Varenio ornatus, in Lusitaniam Hispaniamqve trajecit, ut plura, ad statum religionis spectantia Judaicæ, cognosceret, &, præsidio lingvarum illarum sibi adjuncto, ad redarguendos emendandosqve, in Colloqviis, qvæ tunc Hamburgi frustra sperabantur, publicis, Judæos patriæ Lusitanos, instructior accederet. Biennio, qvod istic exegit, Textum Originalem Clericos qvosdam & Doctores Lusitaniæ Pontificios, &, hos inter, Joh. Svarezium, Doctorem Jubilatum, docuit (1.), & Bibliothecam sibi paravit insignem, celebrioribus Europæis, ob rariorum, in LL. Orient. ac Lusitanica, Controversiisqve Judaicis, Scriptorum copiam, a Rud. Capello (2.) annumeratam. A. 1675., a patriæ Senatu, Professio illi Lingg. Orient. in Gymnasio publica, post Ægid. Gutbierium, Præceptorem, ante 8. annos jam defunctum, commendante Edzardo, d. 11. Jan. est collata, qvam d. 18. Mart. Oratione *de studii S. Lit. necessitate* est exorsus, &, magna cum sedulitatis, pietatis & integritatis, laude, per 29. annos, perpetuo, ob corporis infirmitatem, cœlebs, ornavit. Qvinqvies Gymnasii Rector fuit, & Rectoratui ultimo, cum Ordinis Professorii, ab A. jam 1699., fuisset Senior, immortuus, morbo pectoris, tussiqve vehementiori, a qvibus per biennium fuerat exagitatus, nocte Kal. Nov. secuta, A. C. 1703. (æt. 63.), succubuit. Symboli loco verba Jer. XXIII. 6. (יהוה צדקנו), Disp. Inaug. a se olim illustrata, usurpavit. Defunctum, *Programmate* de Vita ejus, *Funebri* (in Georg. Henr. Götzii *Elogiis X. Philologorum Hebræorum*, Lubecæ A. 1708. editis, *p. 73-81.*, cum Joh. Alb. Fabricii in eum Choliambis, recuso), ob doctrinam insignem, singularem, tum in auditoribus instituendis, tum in Judæis, præeunte Esdra Edzardo, Præceptore, Christo lucri faciendis, dexteritatem & diligentiam, largam in Proselytos, aliosqve egenos, benignitatem, candorem, pietatem, humilitatem, aliasqve virtutes, celebravit Collega Georg. Eliezer Edzardus.

Conf. de illo Pet. Ambr. Lehmanni, Vitam e *Progr.* Edzardino repetentis, *Nova Lit. Germ., M. Dec. A. 1703., p. 480.*, Aug. Varenii, eandem ad A. usqve 1671. recensentis, *Programma ad Disp. Inaug. Invitatorium*, Mich. Kirstenii *Programma Orationi Auspicali A. 1675. præmissum*, & *Monumenta Gymn. Hamb. instaurati p. 5.*, Joh. Henr. Maji *Ep. Dedicat. Vitæ Joh. Reuchlini*, A. 1687. ei inscriptæ, Casp. Lindebergii (iter illius Lusitanicum commendantis) *Epist. de Utilitatibus L. Hispan. Theologicis (in Novis Lit. Lub. A. 1702.) p. 309.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1093.*

Joach. Fellero (*in Poem. de Brabeis Philosophicis, Lit. D. 3. a.*) *bifrons audit orbis Hebræi Janus*, Rud. Capello (*l. c.*) *Collega longe honoratissimus*, Vir doctissimus simul & optimus, Vinc. Placcio (*T. I. Theatri Scriptt. Anon., c. 11., p. 432.*) *Vir doctissimus simul & optimus*, Georg. Eliez. Edzardo autem (*in Progr. cit.*) *Vir de patria pariter atqve Ecclesia bene meritus.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. de Θεογνωσία, contra Socinianos, Præside D. Joh. Deutschmanno. Wit. 1664. in 4.

Disp. de S. Scriptura ἐξοχικῶς accepta, seu Libris Canonicis, e 2 Pet. II. 19. 20. 21., Præside D. Seb. Schmidio proposita. Argentinæ 1665. in 4.

Disp. Inaug. de persona & officio Christi, e Jer. XXIII. 4. 5. 6., Præside D. Aug. Varenio, Socinianis præsertim opposita. Rostochii 1671. in 4.

(1.) V. *ejus Or. Auspic. p. 84-90.* (2.) *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani.*

Genesis Hebraice, cum Versione Latina Xantis Pagnini, & Notis in hanc, veritatem Hebraicam indicantibus, ἀνωνύμως edita. Hamb. 1675. in 8. maj. (V. Placcii *T. I. Theatri Scr. Anon.*, *c. 2.*, *p. 120.*)

Tabulæ Hebraicæ in Cap. I. Geneseos. in fol. (V. *Catal. MS. Biblioth. Placcianæ*).

Oratio Auspicalis de studio S. Literarum, præsertim Hebræarum, necessitate, cum professionem L. Hebr. A. 1675. Hamburgi adiret, habita, & a Georg. Henr. Götzio, *in Elogiis X. Philologorum Hebræorum*, Lubecæ A. 1708. *in 8.* excusis (*p. 82-104.*), publicata.

Programmata Funebria, Hamburgi A. 1678. in Nicol. Jarrii, J. U. L. & Consulis, A. 1684. in D. Rud. Capelli, Professoris, A. 1690. in Henr. Meureri, J. U. L. & Consulis, A. 1696. in Dan. Butneri, Professoris, & A. 1703. in Jul. Surlandi, J. U. L. ac Consulis, exeqviis publicata (*in fol.*). Ex his tria, Consulum sacra memoriæ, in Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamburg.* (ed. Hamb. A. 1710. *in 8.*), qvartum de Butnero A. 1711. *Parte III. earundem*, *p. 539-550.*, secundum autem de Capello, in G. H. Götzii *Elogiis Theoll. X. German.* (ed. Lub. A. 1708. *in 8.*), *p. 180-184.*, sunt recusa.

Scriptum etiam qvoddam Lusitanicum (propriumne, an alienum, ignoro) edidisse perhibetur.

INEDITA.

Loca de Fide V. T.

Nachricht auß dem A. T. vom Messia. (Utrumqve in Biblioth. Placciana, Hamburgensi publicæ donata, teste illius *Catalogo*, superest.)

THEODORUS ANCKELMANN, Hamburgensis, J. U. (cui Helmstadii & Lipsiæ vacaverat) Licentiati titulum Heidelbergæ A. 1664. adeptus, ejusdem, post reditum ex itinere ad exteros, Christ. Mart. Dornio (Consil. postea Danico) comite peracto (1.), Practicus in patria celebris. Vixit A. 1706.

Disp. Inaug. de Dominio, Præside D. Henr. Dav. Cunone proposita. Heidelbergæ 1664. in 4.

Inscriptiones antiqvissimæ & celeberrimæ Urbis patriæ Hamburgensis. Heidelb. A. 1663. in 4to. Præfixa sunt Elogia Seb. Ramspeckii, Sam. Pufendorfii, & aliorum, Metrica. Secunda illarum Editio, novo Auctario (116. Inscriptionibus, ab Anckelmanno collectis, 79. recentiores adjiciente) locupletata, a Joh. Alb. Fabricio *Scriptoribus rerum Germanicarum Septentrionalium* Erpoldi Lindebrogii, denuo a se Hamburgi A. 1706. *in fol.* publicatis, est subjuncta, & Anckelmanno ipsi inscripta. Recensum ejus in Wilh. Ern. Tenzelii *Biblioth. Curiosa vernacula*, *Sect. IV. A. 1706.*, *p. 272-277.*, invenies. Conf. *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 8.*, *§. 14.*, *p. 549.*

M. PAULUS ANCKERSEN, Ecclesiæ, in Præfectura Hatherslebiensi, ruralis Starupensis, circa A. 1614., Pastor, M. Petri Hegelundii, Episcopi Ripensis, gener.

Ei forte debetur MStum, qvod Catharinam Braheam, Virginem nobilem, possedisse *Catalogus Biblioth. Reseniana* *p. 353.* testatur, Theologicum Danicum:

Paul Anckers Rommerske Goliath; det er: Vornufftens Triumpf og Seyervinding.

CHRISTIANUS ANDREÆ ARREBOE, sive Arroensis, Pastor Nebelundensis & Sedingensis in Lollandia, diversus ab Andrea Christiani Arreboe in Arroa, Ducatus Slesvic. insula, itidem nato, Poeta, qvem loco suo celebrabimus, Daniæ vernaculo. V. Pet. Resenii *Catal. Biblioth. suæ p. 153.*, *& in Indice III.* (*lit. A.*)

Torcular Christi, sive Passionis, Mortis ac sepulturæ Christi Historia, XV. Homiliis, Danico sermone, explicata. Hafn. 1670. in 4.

GEORGIUS ANDERSON, sive ANDREÆ, Tunderensis, Homo illiteratus, sed judicio insigni & tenaci memoria, teste Ad. Oleario (2.), præditus, peregrinandi flagrans amore, A. 1644. e patria in Bataviam, ac inde in Asiam, trajecit, Turciamqve, Persiam, Palæstinam, ac provincias ejus alias, perlustravit, imo ad Indos usqve penetravit extremos. Eam autem, in locis singulis lustrandis, & incolarum moribus, sacris ac ritibus, notandis, adhibuit diligentiam, qvam ab illiterato vix expectes, & sæpe in eruditis peregrinatoribus desideres. Sexennio in regionibus Asiaticis, varios inter casus & rerum discrimina, transacto, A. 1650. in patriam est reversus, & a Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, Nomarchiæ in Agro Slesvicensi Croppensis incolis Judex præfectus, sæpiusqve ad colloqvia de gentium Orientis rebus curiosa in aulam evocatus. Nolebat is initio, ab amicis licet monitus, Historiam sui scribere itineris, donec pertinaciam ejus Princeps, & autoritate sua, & astu seqventi, expugnaret. Postulavit is scilicet a nostro, ut qvotidie per horam in Bibliotheca sibi adesset, & apud exteros observata viva voce exponeret. Has ejus narrationes V. Cl., Ad. Olearius, in loco Bibliothecæ secretiore, ignaro Andersono, abditus, jussu Principis, calamo excepit. Postea ipsi etiam injunctum est, ut iter suum scripto comprehensum exhiberet. Qvod Avtographum ubi Olearius cum annotationibus suis, ex ore dicentis exceptis, consentire deprehendit, adjecto simili Volqvardi Ivaridis, Husensis, Itinerario, in Libros IV. (qvorum tres priores Andersoni, qvartus autem Ivaridis iter, enarrant) divisum, & figuris æneis, ab ipso peregrinatore delineatis, ornatum, sub hoc A. 1669. evulgavit titulo:

Orientalische Reißbeschreibung Jürgen Andersens und Volqvard Iversens (auß welchen iener A. 1644. auß Holland außgezogen, und A. 1650. wiedergekommen, dieser aber von Amsterdam A. 1655. außgereiset, und A. 1668. in Holstein wieder angelanget, beyde aber respective durch Ostindien, Persien, Sina, Tartarien, Türckey, Arabien und Palæstina, gezogen, zu Wasser und Lande viel merckwürdige Dinge gesehen, auch erbärmliche Schifbrüche erlitten); auß welcher mit Lust und Verwunderung zu vernehmen die Beschaffenheit und heutiger Zustand der Inseln, festen Länder, und Städte, wie auch der Einwohner Leben, Sitten und Lehre: Außgegeben durch Ad. Olearium, mit seinen Noten, und etlicher Oerter Erklärungen, auch vielen Kupfern. Slesvigæ 1669. in fol. Recusum est utrumqve Hodoeporicum Germanice (una cum *Itinerario* Olearii *Persico*) Hamburgi A. 1696. in fol. Belgice autem (Interprete Joh. Henr. Glasemakero), uti Corn. a Beughem (*in Bibliogr. Hist. p. 522.*) testatur, Amstelodami A. 1670. in 4.

JACOBUS ANDERSON, Holsatus, Theol. Studiosus, Aug. Herm. Franckii in Acad. Lipsiensi (uti credi voluit) Auditor.

Sendschreiben aus Hamburg an einen vornehmen Freund, von den Leipzigschen Collegiis Biblicis, und daher so genandten Pietisten. A. 1690. in 4. Hanc unici qvaternionis Epistolam, æqvius de illis judicantem, & *in Actis Pietisticis*, Francof. A. 1691. *in 4.* editis (*num. 1.*), recusam, Theologi Lipsienses (in *Relatione Anti-Franckiana ad Elect. Sax. p. 57.*), Laur. Normannus (apud Placcium *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 53.*), & Autor der ausführl. Beschreibung des Unfugs der Pietisten zu Halberstatt (*ed. A. 1693.*, *c. 2.*, *p. 19.*), fœtum esse Christ. Thomasii, JCti Lipsiensis & Halensis, ψευδώνυμον, perhibent, contradicente, sed Epistolam simul ipsam commendante, Thomasio (in der Abfertigung der

(1.) V. Vinc. Placcii ad eos Propempticon, *Lib. III. Poem. Juven.*, *p. 294. 295. 296.* (2.) in *Præfat. Hodoeporici* ejus, cui hanc vitæ nostri debemus notitiam.

der ausführl. Beschreibung des Pietisten-Unfugs p. 6.). Cui credendum esse, cum Placcio (*l. c.*), merito arbitramur, &, verumne, an fictum, Autoris nomen sit, haud definimus.

JOHANNES ANDERSON, J. U. D., Civitatis Hamburgensis, ab A. 1698., Advocatus, ab A. 1702. (d. 18. Oct.) Secretarius, ab A. 1708. (d. 19. Nov.) Syndicus, & ab A. 1723. (5. Febr.) Consul, Gener Petri a Lengerke, J. U. L. & Consulis. V. de illo J. Alb. Fabricii *P. I. Memoriarum Hamburgensium*, peculiari etiam Epistola ei A. 1709. inscriptam, p. 442. 590., P. A. Lehmanni *Hamb. Lit. A. 1701. p. 3.* & Seelenii Memor. Staden. c. 5. p. 158. 159.

Jo. Georg. Eccardus in *Historia Studii Etymologici Linguae Germ. c. 10.* p. 107. *Virum in his studiis insigniter doctum* vocavit & reliqvias Glossarii Saxonici, Grammaticaeqve Germanicae, D. Gerh. Meieri, Theol. Brem., ab eo jussit expectari.

Disp. Inaug. de Juramento Zenoniano. Lugd. Bat. 1697. in 4.

JOH. CHRISTOPH. ANDREAE, Vici in Anglia Cimbrica Cappelensis Parochus.

Weisses Ehrenkleid, oder Leichabdanckung über M. Dan. Albinum, Past. zu Satorp. Slesvigae 1691. in 4.

Leichpredigt über Margaretam Luciam Martininn, M. Joach. Zwergii, Past. zu Cappel, Wittwe. Slesvigae 1697. in 4.

PETRUS ab AENGELEN, Anglo-Cimber, Ecclesiae in Batavia Lutheranae Mönchendamensis primum, ac deinde Leerdamensis, Minister, a Consistorio Lutheranorum Amstelodamensi ab officio (qvo jure, qvave injuria, incertum) deturbatus, vitam deinceps privatam muneribus publicis praetulit, & in civitate Alcmariensi, horticulturae vacans, pie ac placide transegit. Vixit 1662.

Veritatis contra Christianismum degenerem testibus annumeratur a Frid. Breclingio *in Friderico resurgente p. 13.*, & suo illorum Catalogo, *Tom. IV. Hist. Eccl.* Gotfr. Arnoldi (*Sect. III., num. 18.*) inserto, *p. 763.*, ipsoqve Arnoldo *Tomo III.* ejusd. operis, *c. 15., p. 149.*

SCRIPTA BELGICA.

Horticultura, cujus Versio Germanica, a Georg. Greflingero concinnata, hunc praefert titulum: Verständiger Gärtner auf die XII. Monate des Jahrs, nebst beygefügter nützlichen Speculation über die Grösse des Himmels, der Sonnen, des Monden, und der Planeten. Prodiit haec Versio Hamburgi A. 1655. 1663. & 1666., Hannoverae 1667. 1673. 1677., & Francofurti (cum Capuccini Anonymi *Regulis hortensibus*) 1684. in 12., nec non Hannoverae A. 1692. 1695. & 1703. in 8.

De Verresiende Engel (*i. e. Angelus procul remota videns*); Geestlike Vergesichte. Amstelod. 1661. in 12.

Ongelückige Jerusalemsche Reise, sive Versio Belgica Historiae itineris IV. Nobilium Germanorum (in eo a Barbaris captorum, variisqve modis afflictorum) Hierosolymitani infelicis, a Seydlizio, uno illorum, Germanice scriptae. Amstelod. 1662. in 4. (*V. Beughemii Bibliogr. Histor. p. 582. 583.*)

Herbarius. Amst. 1663. in 8. (*Juxta Catal. qvendam*).

Tractat von der wandelnden Seele, die, rechte Christen suchend, gar wenige im verborgenen gefunden, cujus Breclingius *l. c.* injecit mentionem.

Medicus Samaritanus, ab eodem Breclingio alibi illi tributus.

(In *Catalogo* qvodam *Belgico* N. ab Engeln Tractatus *de Praedestinatione* Belgicus, Roterod. A. 1649. *in 8.* editus, Autoris praenomine non addito, memoratur. An huic is sit adscribendus, alii dispiciant.).

HENRICUS ANGELUS, Preza Holsatus.

Oratio Valedictoria pro studiorum humaniorum praeeminentia & principatu, in Gymnasio Hamburgensi recitata. Hamburgi 1625. in 4.

MATTHIAS ANSGARII, vel ANCHERSEN, Coldingensis, d. 16. Mart. A. 1682. natus, D. Ansgarii Ansgarii, oppidi hujus Pastoris Filius, in Civitate Ripensi ab eodem, ad illius evecto Episcopatum, educatus, Scholae in Jutia Fridricianae, ab A. 1701. ad 1705., Rector, & deinde, post reditum ex itinere ad Belgas & Anglos literario, Professor, ab A. 1709. Mathem. Infer. Hafniensis ordinarius, Theologiae autem designatus, & Academiae simul ab A. 1711. ad 1720. Notarius. Professione tandem relicta, Pastor factus est in Amagria vicina Tornebyensis. Plura de ejus Vita V. in Alb. Thurae *Idea Hist. Lit. Dan.* p. 195. 196. Vir Lingvarum Orientalium peritissimus.

Spicilegium defectus Lexicorum Rabbinicorum variorum, potissimum utriusqve Buxtorfiani, Dissertatione Academica coacervatum. Hafn. 1704. in 4. Vocum Phrasiumqve, de qvibus in eo disseritur, Indicem *Nova Literaria Lubecensia, M. Febr. A. 1705., p. 55.*, exhibent.

Poema Tograi Arabicum, Arabice (*sed sine vocalibus*), cum Versione Latina Jac. Golii, hactenus inedita (*qvam Hadr. Relandi Bibliotheca suppeditavit*), Praefatione Notisqve suis aucta, editum. Trajecti ad Rhenum A. 1707. in 8. Novae hujus Editionis, Erpeniana & Pocockiana posterioris, cujus exempla (qvinqvaginta exceptis) omnia, cum Hafniam e Batavia transportarentur, naufragio periere, Historiam, recensum & laudes, V. in *Actis Erud. Lips., T. IV. Supplem., Sect. IV., p. 156. 157.*

Versionis Latinae Libri *Ikkarim*, sive Fundamentorum, R. Josephi Albo, a Joh. Steenbuchio, Prof. Hafniensi, inchoatae, sed abruptae, Continuatio atqve Editio, *in Spicilegio p. 9.* promissa (V. Nova Lit. Lubec., M. Sept. A. 1704., p. 271., & M. Febr. A. 1705., p. 56.) Versionis hujus Latinae plagulam primam ante aliqvot jam lustra Amstelodami, teste ipsius ad me Epistola, curavit excudi.

Lexicon Coranicum affectum, expectari ab illo jubet Bernh. Raupachius *in Commentat. de praesenti rei sacrae & literariae in Dania statu, p. 104.*

XL. Haditz, seu Fragmenta Concionum Mohammedis, Arabice, cum versione latina ac notis; it. Tractatus qvosdam Thalmudis Gemaricos, Arabicaqve & Persica nonnulla luci destinavit.

CONRADUS ab ANTEN (qvem Georg. Abr. Merclinus (1.) *Conradum Anen* perperam appellat), J. U. Lic. & Practicus Lubecensis.

Γυναικόλουσις, seu Mulierum lavatio, qvam purgationem per aqvam frigidam vocant, itemqve vulgaris de potentia lamiarum opinio, qvod utraqve Deo, naturae, omni juri, & probatae consvetudini, sit contraria, candida, brevis & dilucida Oratio, Joh. Adolpho, Duci Hols., inscripta. Lubecae 1590. & 1593. (*non 1563., qvem Merclinus l. c. substituit*) in 8. *Solide*, judice Gerh. Joh. Vossio (*Lib. 3. de Theol. Gent., c. 47., p. 981.*) *judicium* γυναικολούσεως *refutavit.*

HENRICUS ab ANTEN, Hamburgensis, J. U. D., patre cognomine, templi curatore, d. 14. Jun. A. 1592. natus, Aedis Cathedralis, ab A. 1622. (d. 10. Aug.), Canonicus, ab 1625. Scholasticus, & ab 1639. Senior, Filii unius, triumqve

(1.) *in Lindenio Renovato p. 206.*

triumqve filiarum, ex Angelica Morsia, A. 1636. ducta, parens, d. 7. Jun. A. 1645., æt. 53., mortuus. V. *Epicedia* Joh. Ristii (im Poetischen Schauplatze *p. 284-289.* recusum), atqve aliorum, & confer J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 613.*

Historicus fuit, teste Joach. Morsio (*in Albo MS. fol. 869.*), *egregius.*

Disp. de Republica & jure majestatis. Lipf. 1612. in 4. (*O. Sperling.*)

Disp. de jure Connubiorum, Præside D. Joh. Linderhusio proposita. Lugd. Bat. 1615. in 4.

Disp. Inaug. de prioritate & concursu Creditorum. Basileæ 1625. in 4.

GEORGIUS CHRISTIANUS ARBO, Slesvicensis, Parochus in vicinia patriæ ruralis.

Die Befreyung von aller Qvaal, und der Eingang zur sichersten Ruhe, im seligen Ende, bey Absterben Fr. Ida Rumohrinn, gebohrner von Qvalen, A. 1719. vorgestellet. Hamburgi 1719. in fol. V. *Catal. nundin. Lips. A. 1719. autumn. p. 7.*

ARNOLDUS HENNINGUS ARENDS, Tunderensis, J. U. C.

Disp. de Officio Præfecti Castelli, ad extrema obligati, Præside D. Joh. Joach. Schöpfero, ab ipso (*vero, sicut Præsidis Epistola testatur, Autore*) proposita. Rostochii 1701. in 4.

BALTHASAR AREND, Glückstadiensis (1.), Caji (statim memorandi) Filius, in Academiis, ab A. 1661. ad 1667., commoratus Jenensi, Lipsiensi, Giessena, Argentinensi, Lugduno-Batava & Hafniensi, Oppidi, ab A. circiter 1668., Delmenhorstani, & Ecclesiæ deinceps, circa A. 1676., in Ostfrisia Beerdensis, Pastor, Annæ, Filiæ D. Matthiæ Cadovii, Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorstani Superintendentis, ab A. 1668. (d. 9. Sept.), maritus (2.), Beerdæ A. 1687. (uti Parens mihi indicavit) defunctus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Angelis, Præside Joh. Christoph. Hundeshagio Jenæ 1661. in 4.

Disp. Historico-Theologica de resurrectione Christi, adversus Hæreticos, & hostes alios, ex 1. Thess. IV. 14., Præside D. Balth. Bebelio. Argentinæ 1664. in 4.

Laudatio funebris, memoriæ Theod. Reinkingii, J. U. D. & S. Reg. Maj. Dan. in Ducatibus Slesvic. & Hols. Consiliarii & Cancellarii, Argentinæ d. 10. Mart. A. 1665. habita, &, cum Programmate Invitatorio Sam. Schallesii, Rhetoris publici, bis eodem A. 1665., tum seorsim Argentinæ, tum, inter reliqva Scripta de Reinkingio Parentalia, Glückstadii, *in 4.*, excusa, in Henn. autem Wittenii *Memoriæ JCtorum renovatæ Decade III.* (*p. 397-431.*), Francofurti A. 1676. *in 8.*, recusa.

Joh. Valentini Andreæ, Theologi Würtembergici, Vox libera (*de statu Ecclesiæ Lutheranæ corruptissimo*), ad Augustum, Ducem Brunsvic., privato qvondam calamo missa, nunc, sub auspiciis Frid. III., Daniæ Regis, omnium piorum auribus infusa a B. Arndio. Glückstadii 1667. in 12. Versione illam Germanica Ant. Reiserus, Theol. Hamburg., est dignatus, dissimulato nomine suo, Francofurti A. 1678. in 12., sub hoc edita titulo: Freye Feder J. V. Andreæ vom Ubelstande der Kirchen GOttes. Conf. de illa V. Placcii *T. I. Theatri Scr. Anon., c. 11., p. 413.*

II. GERMANICA.

Geistlicher Krieg, das Himmelreich mit Gewalt zu stürmen, oder Predd. aus Joh. XI. 12. Glückstadii 1671. in 12.

Geistlicher Friede mit GOtt, oder Predd. aus Luc. II. 14. Glückst. 1671. in 12.

Fürbittendes und Dancksagendes Delmenhorst. Glückst. 1672. in 12.

Des Leibes und der Seelen Zustand nach dem Tode, oder Leichpred. über Ant. Günth. von Reinkingen, aus Eccl. XII. Glückst. 1676. in 4.

INEDITA (a Cajo Parente indicata):

Chronicon Ostfrisiæ, oder Ostfrisischer Zeit-Jahr-und Tagweiser. (*in fol.*)

Topographia Harlingensis, oder Beschreibung des Harlinger Landes. (*in fol.*)

(*Hæc duo, Autore mortuo, in Archivum Ostfrisicum Auricense sunt translata.*)

Exilium mortis, oder Todesvertreiber; das ist: MMCCC. lehrreiche, tröstliche, scharfsinnige, kluge Sprüche, denckwürdige Historien, und angenehme Gleichnisse vom Tode, in II. Theilen. (*in 4.*)

CAJUS AREND, Hanroviæ, Arce Holsatiæ, Kal. Dec. A. 1614. natus, Georgii, Administratoris illius ac Prætoris regii, ex Catharina Bojenia filius, Johannis autem, Civis Flensburgensis, nepos, Joach. Gerdesium, Philologum insignem, Præceptorem habuit domesticum, & Scholas deinde Rendesburgensem, Embdensem, Kiloniensem ac Stralsundensem, freqventavit. A. 1633. in Acad. profectus Rostochiensem, Pet. Laurembergium, Prof. Cl., Hospitem, Wilh. autem Witzendorfium (postea Th. D. & Superint. Bardovic.) contubernalem, habuit, hujusqve ductu ita profecit, ut Logicam & Metaphysicam alios privatim jam tunc doceret. Gryphiswaldiæ deinceps aliqvamdiu commoratus, cum Hafniam A. 1636. tenderet, in itinere a Cive urbis in Svecia Gothoburgensis, ut hanc secum adiret, liberosqve suos per triennium institueret, est persvasus. Imo & sedem illic fortunatam, ducta A. 1639. uxore Maria, Joh. Braunii, Senatoris Gothoburg., filia, constituere, spartamqve geminam, in æde Germanorum sacra ludoqve literario, sibi oblatam, adire decreverat. Verum, cum patriam ante, hæreditatis paternæ causa, repeteret, a matre vidua, & Marqv. Ranzovio, Stratego Danico, ut in ea subsisteret, & Parochiæ in Stormaria ruralis Neodorfiensis susciperet Diaconatum, est permotus. Hoc, ab A. 1639., per lustra tria functus continua, octo e Conjuge sustulit liberos, &, hos inter, Balthasarem modo laudatum, Joh. Georgium, Med. D. & Poliatrum Wismariensem, ac Dorotheam, M. Statio Menckenio, Scholæ Oldenburg. Rectori, elocatam. A. 1645., cum Sveci Holsatiam invasissent, calamitatis publicæ partem toleravit haud exiguam, M. Febr., hebdomadis (qvam Hiobiticam appellabat) unicæ spatio, tribus liberis (qvorum unum, ab aliis destitutus, ipse sepeliit), domo a militibus incensa, bonisqve omnibus, orbatus, & cum uxore tandem, auditoribus universis jam ante dilapsis, exulare coactus. A. 1654. ex agro Neodorpiensi in urbem evocatus Glückstadiensem, Ecclesiæ oppidanæ per septennium fuit Diaconus, deinde vero, ab A. 1661., Arcis regiæ, per annos XVII., Pastor. A. 1678. tandem a Christ. V., R. Dan., Dithmarsiæ Australis Præpositus & Pastor Meldorpiensis, in Alexandri Christiani locum, constitutus, secundas A. 1682. cum Magdalena Schönfeldia celebravit nuptias, nullaqve ex ea prole suscepta; calculo vesicæ, carnifici corporis sui a multis annis intestino, d. 14. Mart. A. C. 1691. (ætatis 77., munerumqve sacrorum 52.), succubuit. Vitæ Historiam mihi suggessit M. Henr. Hahnii, Successoris, Sermo verticulus, e Jobi XIX. 25. 26., Funebris, cum Arndii ipsius sacris in *h. l.* Meditationibus, Glückstadii A. 1691. in 4. (sub tit.: Hiobs einiger Trost in Noht und Todt) excusus.

Conf.

(1.) Ab Ant. Teiserio, in *Catal. Catall. p. 36.* in locum cognominis patriam substituente, male *Balth. Glückstadius* vocatur. (2.) V. Joh. Ern. a Linden, Diac. Delmenhorst., Sermonem, qvi prodiit, in nuptias ejus Germanicum.

Conf. M. Joh. Christ. Blumii (d. 15. Apr. nostrum obiisse perperam credentis) *Jubilæum Theologorum emeritorum, c. 3., p. 47. 48.*

Symboli loco dicterio usus est Germanico: Geduld frißt den Teufel.

M. Gregorio Michaelis, Antistiti Oldenburgico (*in Jambis ad eum, scripto cuidam præfixis*), audit

Dithmarsa Siren, altera Hippocrenidum
Thalia, delibutus flos facundiæ.

SCRIPTA GERMANICA.

Jesus Aarons Brustgeschmeide, oder zwey Trostpredigten vom holdseligen Kraftnahmen Jesu. Glückst. 1641. in 4.

Predigt vom wahren Christenthume, aus 2. Pet. I. 5. 6. 7. Glückst. 1642. in 4.

Einfältige Handleitung zur täglichen Prüfung sein selbst, nach dem Catechismo. Glückst. 1648. in 12.

Ubung des kleinen Catechismi, durch Frage und Antwort vor die Kinder. in 12.

Der Herscher des Lebens und Todes, oder Leichpredigt über Claus Johansen, Hardesvogten zu Schwabstede, aus Rom. XIV. 8. Glückstadt 1653. in 4.

Freudenkrone oder VIII. herliche Seligkeiten des ewigen Lebens, in einer Leichpr. über Tabea Ramminn, aus Apoc. VII. 14-17., vorgestellt. Glückst. 1658. in 4.

Sechs Trostqvellen vor traurige Hertzen, oder Leichpr. über Fr. Catharina Reinkinginn, aus 2 Cor. IV. 17. 18. Glückst. 1661. in 4.

Sterbeschule, oder Leichpr. über Nicol. Meinert, J. U. L., und Gräfl. Ranzouischen Raht, aus Ps. XXXI. 6. Glückst. 1661. in 4.

Dreyfache Seligkeit, oder frommer Christen seliger Zustand in der Welt, noch seligerer Zustand im Tode, und allerseligster Zustand im ewigen Leben, in einer Leichpredigt über Joh. Ram, Königl. Amtschreiber zu Hanrou, aus Apoc. XIV. 13. vorgestellet. Glückst. 1661. in 4.

Der XCI. Psalm, in diesen gefährlichen Sterbensläuften, und pestilentzischer Seuche, als ein bewährtes Præservativ oder Artzney, im wahren Glauben zu gebrauchen, einfaltig und kürtzlich ausgelegt. Glückst. 1665. in 12.

Gekrönte Ehrenseule, Herrn Theodoro Reinking, Königl. Dänischem Kantzlern, aus Marci II. 17., aufgerichtet. Glückst. 1665. in 4.

Goldhaus Christlicher und von GOtt gesegneter Ehefrauen; das ist: Tröstlicher Unterricht, 1. von schwangern und gebährenden Frauen; 2. von derselben todt gebohrnen Kindern; 3. von solcher Seligkeit und Begräbniß. Glückst. 1666. in 12.

Sterb-Lection aus Ps. XXXIX. 5. 6., oder Leichpr. über Liborium Henricum Schlaffen, Königl. Kriegs-Commissarium. Glückst. 1667. in 4.

Die rechte Glückstatt und sicherste Vestung; das ist: Der Bund des Friedens, oder Leichpr. über Christ. Paulsen, Obr. Lieutenant, aus Es. LIV. 10. Glückst. 1667. in 4.

Wegweiser Christlicher Communicanten, was ein Christe vor, bey, und nach dem H. Abendmahl in acht zu nehmen habe. Lüneb. 1668. & 1679. in 12., ac (*juxta Catal. Nundin.*) Weissenfelsæ 1704. in 18.

Kurtze und andächtige Gebetlein auf die fürnehmsten Stücke der Leidensgeschichte unsers Heilandes J. C. Glückst. 1668.

Die Krönung und Krone der Gerechtigkeit, oder Leichpr. über Ericum Mauritium den ältern, Königl. Dän. Vice-Cantzlern, aus 2 Tim. IV. 7. 8. Glückst. 1670. in 4.

Freudiges Sterben, oder Leichpredigt über Gothard von Höveln, Königl. Vice-Kantzlern, aus Es. LVII. 1. Glückst. 1671. in fol.

Heilpflaster verwundeter Hertzen, oder Leichpr. über Frid. Helm, J. U. D. und Königl. Dän. Regierungsraht, aus Sap. IV. 7. 10. 14. 15. Glückst. 1673. in 4.

Der Gloxininn Beystand im Leben und Sterben, oder Leichpr. über Sophia Augusta Schachtinn, Frid. Joh. Gloxins, Königl. Rahts, Eheliebste, aus Ps. LXXIII. 25. 26. Glückst. 1674. in 4.

Trostqvellen Leidtragender Ehehertzen, oder Leichpr. über Margareta Bruhninn, Conradi Wasmers, Königl. Rahts, Eheliebste, aus Ezech. XXIV. Glückst. 1675. in 4.

Hochbegnadetes Alter, oder Leichpr. über Christoph. von Schauenburg, Vicarium des Thums zu Hamburg, aus Ps. LXXI. 20. 21. Glückst. 1677. in 4.

Drey schöne Amaranthen auf den Sarg D. Christiani von Stöcken, Königl. Gen. Superintendenten, gestreuet, in einer Leichpred. über die dritte Bitte des Vater Unser, Matth. VI. 10. Glückst. 1685. in 4.

Geistreiche Anmerckungen über seinen eigenen Leichen-Text Hiob XIX. 25. 26. 27., in seinem Leben aufgesetzt, und, nach seinem Begehren, der ihm gehaltenen Leichpred. M. Henr. Hahnii über eben denselben beygedruckt. Glückst. 1691. in 4.

EBERHARDUS ARENDS, Hamburgensis, Ecclesiæ ruralis in Anglia Cimbrica Grundhoffensis A. 1715. factus est Diaconus.

Gastpredigt an die Gemeine zu Weßlingburen, von der fleischlichen Sicherheit der heutigen Welt, über das Evangelium am X. Sontage nach Trinit. (Luc. XIX. 41. & sq.). Hamb. 1705. in 4.

Erbärmliche Niederlage Christiani Mothes in Erwegung der Schultzischen Friedens Gedancken, in Eil vorgestellt. A. 1703. in 4. De qva Scheda, Hamburgi A. 1711. *in Actis Krumholzianis p. 155-159.* recusa, qvæ sub Dan. Sev. Sculteti nomine sunt relata, possunt consuli.

Jesus der wahre Lehrer der geistlichen Gerechtigkeit, sowol des Glaubens als des Lebens, in einer Antrittspredigt über das Evangelium am XVIII. Sontage nach Trinitatis A. 1715. zu Grundhoff vorgestellet. Hamb. 1717. in 4.

Rationales de virginis partu cogitationes, Præside Gerh. Meiero defendit Hamburgi 1695. in 4.

JOH. GEORGIUS ARENS, Caji Filius, Glückstadiensis, Medicinæ Doctor (post operam illi, in Gymnasio Bremensi, Academiis Jenensi, Altorfina, Patavina & Oxoniensi, ac itinere per Germaniam, Italiam, Angliam & Bataviam, literario, navatam) Leidæ creatus, Poliater Wismariensis. Vixit 1691.

Triga medicamentorum illustrium, fermentantium, sedantium, præcipitantium, Præside D. Joh. Theod. Schenckio. Jenæ 1671. in 4.

Disp. Inaug. Medica. Lugd. Bat. in 4.

JOH. JOACH. ARENDS, Tunderensis, Pastor, ab A. 1714., in vicinia, Risumensis.

Disp. de Problemate: An Aristoteles fuerit Atheus? Præside D. Zach. Grapio Jun. Rostochii 1703. in 4.

Disp. pro studio Theologiæ Polemicæ, contra Fanaticos & Novatores, ac nominatim Gotfr. Arnoldum, Præside D. Joh. Fechtio (*qvi ab Arndio eam esse conscriptam, in Epist. præfixa, sancte affirmat*). Rostochii 1704. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Lub., M. Aug. A. 1704. p. 230. 231. 232.*

Diss. de utili mulieribus eruditione, qvam ab eo expectari jubet M. Franc. Alb. Æpinus, *in Epistola Disp. praecedenti annexa.*

Præter Gnomologiam Biblicam Germanicam, Versionem qvoqve publicavit Libri Franc. Gastrelli pro veritate Relig. Christianæ Anglici Teutonicam, Lipsiæ A. 1716. in 8. sub hoc excusam titulo: *Franc. Gastrell Tractat* von der Wahrheit, Gewißheit und Nohtwendigkeit der Religion überhaupt und insonderheit der Christlichen, aus dem Englischen verteutscht. Honorifica de ista tulerunt judicia Lipsienses in recensu libri, Actis Eruditorum Germanicis, Parte XLII. p. 443-445. inserto, Autor der Gelehrten Famæ P. XLIX. p. 77. 78. & J. G. Krausius in den Neuen Zeitungen von Gelehrten Sachen 1715. p. 296. ubi hoc ornatur elogio: Diese Version ist besser, als in langer Zeit keine gerathen.

PETRUS AREND.

Zwey nützliche Tractätlein: 1. Sententiæ Schuppianæ, oder geistliche Sprüche, welche, auf D. Joh. Balth. Schuppi Anordnung, zu Hamburg, in S. Jacobi Kirche, gemahlet stehen; 2. Biblia Sacra Metrico-Mnemonica, oder kurtze Gedächtniß-Bibel, vermittelst beqvemer Gedenckreimen zusammengetragen. Altonæ 1661. in 12.

(An idem hic sit cum Petro Arnds, qvem a Lutheranis ad Qvakeros esse transgressum, & postea, his itidem desertis, Separatistam factum, Frid. Brecklingius, in *Catal. Test. Verit., Tomo IV. Hist. Eccl.* Gotfr. Arnoldi inserto, *p. 769.*, testatur, mihi non constat.)

FRIDERICUS ARNKIEL, Apenradensis, M. Trogilli Arnkielii, Oppidi illius Pastoris & Præpositi, filius, patriæqve, e Theologiæ Cultore, Advocatus, ac, ab A. circiter 1723., Consul.

Rettung des ersten Nordischen Christenthums, wider H. Gottfried Arnolds vielfältige Verstellungen und Verdrehungen in der Kirchen- und Ketzer-Historie. Glückstadii 1712. in 4. An ipse *verus eruditi* hujus *Scripti Auctor* sit, dubitat M. Joh. Melch. Kraftius in dem zweyfachen 200-jährigen Jubel-Gedächtnisse *p. 177.*

M. TROGILLUS ARNKIEL, Tollstedæ in agro Præfecturæ natus Apenradensis, in prima pueritia in aqvas ruris paterni prolapsus in his periisset, nisi Pater, in foribus stans ædium, periculiqve ipsius ignarus, ut pecora, qvæ fruges agri ejusdem conculcantia falso sibi cernere videbatur, abigeret, divino qvasi instinctu illuc accurrisset, & cum morte jam luctantem servasset (1.) Studiorum gratia in Schola Lubecensi, & Academiis Lipsiensi, Dorpatensi & Kiloniensi (supremam ei Philosophiæ lauream, Brabevta Cæsone Grammio, d. 3 Oct. A. 1670. largita), per lustra versatus complura, Cœnobii primo Kiloniensis, etsi ritu χειροθεσίας nondum inauguratus, annis aliqvot egit Ecclesiasten, donec A. 1672. Pastor & Præpositus Apenradensis, in Georg. Hübschmanni locum, a Christiano Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, constitueretur. Muneribus qvidem istis A. 1684., temporibus bellicis, qvod Homagium Regi Daniæ, invito Principe suo, præstare solus ferme ex omnibus ditionum ejus, in Slesvicensi Ducatu, detrectaret Ecclesiastis, excidit, sed A. 1686. a Principe suarum in Ducatu Holsatico Ecclesiarum Antistes vicissim est designatus, &, pace restituta, dignitatem Apenradæ A. 1689. recuperavit pristinam. Conjugem A. 1673. elegit Mariam Elisabetham, M. Theodori Niemanni, Pastoris Slesvicensis, filiam, Georgiiqve Volchardi, Ecclesiastæ Aulici Husensis, viduam, utriusqve sibi sexus liberos enixam. Obiit 1713. Vir doctissimus, qvi horas succisivas, inter crebra cum Diaconis suis, Confirmationis Catechumenorum ritui, A. 1682. per ipsum instaurato, diu adversatis, certamina (2.), in ambone pariter atqve foro, imo & Scriptis publicis, iterata, Libris, non sacris solum, sed patriam etiam, cujus perqvam erat peritus, Historiam illustrantibus, elucubrandis, studio, per lustra complura, impendit laudabili. Cui nostrum etiam hoc Opus haud pauca debere subsidia, grati profitemur.

ELOGIA.

Joh. Dan. Major (*in Epist., Joh. Crusii Dissertationi de aurea Jovis catena A. 1685. adjecta*) ita de illo: *Ipse totus qvantus eruditio, labor & pietas, est.*

Phil. Jac. Spenero (*in Epist. ad ipsum, Tractatui de Confirmat. præfixa*) audit ein Mann, der das Zeugniß hat von hertzlichem Eifer vor Göttliche Ehre, und Treue zu der Erbauung der Kirchen.

Conr. Sam. Schurtzfleischio (*in Diss. de Druidarum institutis, §. 2., p. 6.*) *Vir in Cimbrica antiqvitate versatus.*

Jacobo a Mellen (*in Nov. Lit. Lubec., M. Sept. A. 1699., p. 286.*) *Vir antiqvitatum patriarum callentissimus.*

Georg. Henr. Götzio (im Schiffer-Catechismo *p. 69.*) ein berühmter und wolbelesener Mann.

Joh. Alb. Fabricio (*in Præf. Partis II. Memor. Hamburg.*) *Antiqvitatum septentrionalium sollers indagator.*

Joh. Mich. Heineccio (*in Syntagm. de sigillis, P. II., c. 3., p. 201.*) *Vir doctissimus.*

Erico Benzelio Jun. (*in Notis ad Joh. Vastovii Comm. de Sanctis gentis Svedicæ p. 38.*) *Vir diligentissimus.*

Jo. Fechtio (*in Lectionibus in syllogen suam controversiarum Disp. 24. p. 306. 307.*) *Vir doctissimus, pientissimus & ob varia scripta celeberrimus.*

Jo. Andr. Schmidio (*T. II. Introd. Sagitt. in H. E. p. 336.*) *vir doctissimus*: & Chr. Dethl. Rhodio (*in Nov. Lit. Lub., M. Dec. 1699. p. 375.*) *Vir magni inter Antiqvarios nominis.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de officio redemptionis Christi, Præside D. Christ. Kortholto. Kilonii 1668. in 4.

Disp. de Paradiso terrestri, Præside eodem. Kil. 1668. in 4.

Disp. Physica de stella Regis Judæorum, pro gradu Magisterii conseqvendo, Præside D. Cæsone Grammio, proposita. Kil. 1670. in 4.

Tr. de Philosophia & schola Epicuri. Kil. 1671. in 4. IV. constat Disputationibus, qvarum I. Philosophi hujus vitam ac Philosophiam in genere, II. Canonicam seu Rationalem, III. Naturalem, IV. Moralem, exhibet, singulæ autem placita ejus, vulgo literatorum invisa, qvoad licet, defendunt ac commode interpretantur. *Eruditus* vocatur a Georg. Paschio *in Tr. de variis moralia tradendi modis, P. II., c. 5., §. 8., p. 690.*

II. GERMANICA.

Himlische Weinachtgedancken, bey der Krippe Christi, in gebundener Rede, abgefasset, samt etlichen Anmerckungen. Kil. 1669. in 4.

Die Seligkeit der reinen Hertzen im klaren Anschauen GOttes, oder Leichpred. über Cathar. Marg. von Sallern, aus Matth. V. 8. Slesvigæ 1676. in 4.

Die Abwechselung unserer Freude und Traurigkeit, oder Leichpr. über Doroth. Hegelundinn, aus Joh. XVI. 22. Slesv. 1677. in 4.

Theolo-

(1.) V. ipsius *Præfat. Soliloqviorum Biblicorum ad Christum.* (2.) Historiam illorum V. *in Tr. de Confirmatione* vernaculo, *cap. ult.*

Theologische Betrachtung des grossen schreckhafften Cometen, der A. 1680. und 1681. gesehen ist, in 2. Predigten über Gen. I. 14. und Luc. XXI. 25.: Mit einigen Anmerckungen. Slesv. 1681. in 4.

Das güldne Horn, A. 1639. bey Tundern gefunden, auß dem darunter verborgenen Heidenthum unserer Vorfahren Cimbrischer nation, als eine denckwürdige antiqvität, und höher als Gold geschätztes monument ihrer Heidnischen Abgötterey, erkläret, und wieder die anderswoher genommene Erklärungen vertheidiget: in 2. Theilen. Kilonii 1683. in 4. Recusum in der außführlichen Eröfnung der uhralten mitternächtischen Völcker ihres Lebens, Thaten und Bekehrung (Parte II.), Hamburgi A. 1703. in 4. Plura de illo V. *in Isagoge* mea *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 3., §. 12., p. 28. 29. 30., & P. II., c. 1., §. 3., p. 4.* Commendatur a J. Alb. Fabricio *in Bibliogr. Antiqv., c. XI., p. 373.*

Catechismus Lehre, in 3. Theile unterschieden, vor angehende, zunehmende, und geübte Catechismus-Schüler. Slesvigæ 1684. in 12.

Einfältige Catechismus-Fragen, auß dem Texte des Catechismi beantwortet, und in der Apenrädischen Kirchen gebräuchlich. in 12.

Cimbrische Heiden-religion, was unsern Vorfahren Cimbrischer nation, die Sachsen, Guthen, Wenden und Fresen, nebst ihren Religions-Verwandten, den teutschen und mitternächtigen Völckern, für Götter, Opfer, Götzendienst, Gebet, Festtage, Altäre, Haine, Kirchen, Priester, Obrigkeit, Ehstand, Schulen, Zaubereyen, Weissagungen, Oraculen, Taufe, Leichbegängnisse und Begräbnisse, gehabt: Desgleichen, was sie von der Welt Schöpfung und Regierung, von guten und bösen Engeln, von Landstraffen und Trübsaalen, vom Tode und der Seelen Unsterbligkeit, von Auferstehung der Todten, der Welt Untergange, der ewigen Seligkeit und Verdamniß, geglaubet; beschrieben, überall mit Zeugnissen bewehrter Autorum beleuchtiget, und mit Kupfern der Heidnischen Götter gezieret. Hamburgi 1691. in 4., & denuo (Parte I. der außführlichen Eröfnung von der mitternächtischen Völcker Leben, Thaten und Bekehrung.) ibid. 1703. in 4. maj. Opus hoc, multis digressionibus de Idolomania gentium aliarum novantiqva refertum, a Tenzelio (cui *Antiqvitatum Ethnicarum, præcipue Borealium*, audit *promptuarium*) *in Dialogis A. 1691. menstruis, M. Dec., p. 1026.*, Casp. Sagittario (*in Introd. in Hist. Eccl., c. 19., §. 26., p. 445.*) & Joh. Frid. Mayero (*in Hamburga Evangelica p. 171.*), *Librum* vocantibus *eruditum*, J. C. Wolfio (*in not. ad Casauboniana p. 307.*) cui audit *Commentarius pereruditus*, meqve ipso *P. I. Isag. ad Histor. Cimbr., c. 3., p. 23., & P. II., c. 1., p. 3. 4.*), merito commendatur. Dissensum tamen meum, circa Deorum Græcorum atqve Romanorum cultum, Cimbris veteribus perperam ab Autore tributum, & illic (*P. II., c. 1., §. 6., p. 9. 10. 11.*), adjectis rationibus idoneis, sum professus, & hic denuo profiteor.

Haupt-Summa Christlicher Religion, mit Biblischen Sinnbildern beleuchtiget, und seinen Pfarrkindern zu Apenrade einfältig vorgetragen, von Ministro Testamentorum Altissimi (*i. e. M. Trog. Arnkiel*). Hamb. 1692. in 12.

Christliche Confirmation der Catechumenen, von der Apostel Zeit an bisher, auß der H. Schrift, und Antiqvität der Kirchen, beleuchtiget. Slesv. 1693. in 4. In Tractatu hoc sacro Confirmationis ritui, a se A. 1682. in Ecclesiam Apenradensem rursus introducto, contra Diaconum illius, a qvo impugnabatur, est patrocinatus. Præfixæ sunt Epistolæ ad Autorem Christ. Kortholti, Phil. Jac. Speneri (qvi suam *Parte IV.* der Theol. Bedencken, *Art. II., Sect. XXI., p. 255-260.*, curavit recudi), Hect. Gotfr. Masii, Justi Christoph. Schomeri, Aug. Pfeifferi, Joh. Diecmanni & Joh. Gvilh. Baieri, Theologorum celebrium, eundem approbantes. Auctior recusus est Slesvigæ A. 1698. in 4. Commendat hunc Tr. I. A. Fabricius (Arnkielium eo reductionem ritus confirmationis persuasisse tradens) *in Bibliographia antiquaria c. 11. p. 392.*

Soliloqvia Biblica; Biblische Seelengespräche mit GOtt, in 3. Theile der Gebete, Danck- und Lobsagungen, unterschieden, mit Worten der H. Schrift verfasset, und nach Ordnung des Catechismi eingerichtet: Samt dem Sleswig-Holsteinischen alten Gesangbuche, durch den Autorem emendiret, vermehret, und mit steten Anmerckungen erleutert, wie auch den Königlichen und Fürstlichen Kirchengebeten. Slesv. 1696. in 12. obl. (Hymnologio complures etiam Hymnos inseruit proprios.)

Christi zweyfaches Mitler oder Erlösungsampt, nach der Zweytheilung seines Priesterlichen und Königlichen Amptes, mit Gründen der H. Schrift, und Zeugnissen der ersten Kirchen A. und N. T., der Altväter, Lutheri, der Augspurgischen Confession, derselben Apologiæ, und unserer meisten Theologorum, wegen Zunöhtigung der Wiedersacher, behauptet. Hamb. 1701. in 4. Oppositum hoc Scriptum est Johanni Corvino, Diacono Apenradensi, Andreæ (a qvo Confirmatio erat impugnata) Filio & Successori, publice e suggestu Arnkielium, qvod Christo non triplex, cum modernis Theologis Lutheranis, officium (Sacerdotale sc., Propheticum & Regium), sed duplex tantum, Sacerdotale nempe (Propheticum etiam suo comprehendens complexu) & Regium, cum antiqvioribus, tribuisset, criminato. Conf. de hac controv. Jo. Fechtius in *Lectionibus in syllogen suam Controversiarum p. 306. 307.*, ubi scriptum hoc commendat.

Der Uhralten Mitternächtischen Völcker Leben, Thaten und Bekehrung, oder außführliche Eröfnung von selbigen, in 4. Theilen; mit vielen Kupfern beleuchtiget. Hamburgi 1703. in 4. maj. Continentur:

1. Die Cimbrische Heiden-religion, seorsim jam ante Hamb. A. 1691. in 4. edita.
2. Das Cimbrische güldne Heidenhorn, Kilonii itidem jam olim in 4. A. 1683. excusum.
3. Cimbrische Heiden-Begräbniß, darinn, in IV. Büchern, unseren Vorfahren Cimbrischer nation, der Sachsen, Guthen, Wenden und Fresen, und der von denselben herstammenden Mitternächtigen Völcker, 1. Begräbniß-Gebräuche, 2. Todtengräber, 3. Grabkrüge, 4. Grabschriften, beschrieben, erkläret, und mit vielen Kupfern beleuchtiget sind. Opus, teste *Præfatione*, a Pet. Lagerlöfio, Prof. Upsaliensi, A. jam 1691., sub finem *Disp. de supremo humanitatis officio*, desideratum, cujus Capitum Syllabus Slesvigæ A. 1694. *in 4.* seorsim prodierat.
4. Cimbrische Heiden-Bekehrung, wie unsere Vorfahren Cimbrischer nation, die Sachsen, Guthen, Wenden und Fresen, und die von denselben herstammende Mitternächtige Völcker, durch das H. Evangelium sind bekehret, und, in diesen Ländern, das Heidenthum außgereutet, die Kirche GOttes gepflantzet, und das Christenthum eingewurtzelt. Sex constat Libris, qvorum I. de Cimbrorum in genere, II. de Frisiorum, III. de Saxonum, IV. de Guthorum & Danorum, V. de Venedorum, VI. autem de Svecorum, Norwagorum, Islandorum, Gronlandorum, Finnonum & Livonorum, conversionis commentatur Historia.

Totius hujus operis qvadripartiti recensum *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jul. A. 1704., p. 332-335.*, *Nova Lit. Germanica Hamburgensia, M. Jul. A. 1703., p. 279.*, & Val. Ern. Löscheri Unschüldige Nachrichten, *Sect. VII. A. 1703., p. 413-416.*, exhibuerunt. Joh. Alb. Fabricius (*in Præfat. Partis II. Memor. Hamb.*) *præclarum* illud vocat, B. G. Struvius autem (*in Biblioth. Histor., c. 24., p. 620.*) *multa cura elaboratum.* Errores ejus qvosdam Thormodus Torfæus, *in Præf. Trifolii Historici*, Hafniæ A. 1707. editi, notavit. Commendat illud Schmidius *T. II. Introd. Sagitt. in H. E. p. 336.* & J. C. Löscher *Fasc. II. Obs. Select., Obs. V. p. 41.*

Gründl. Prüfung, ob die heutige Reformirten nicht beynahe mit den Lutheranern übereinstimmen im Artickel von der Gnadenwahl. Dantisci A. 1707. Tribuitur ei a Chr. Feustelio in *Miscell. Sacr. & erud. p. 593.* Mihi non est visa.

INEDITA.

Theatrum Theologicum, universam Theologiam Positivam Acroamaticam, LXXXIV. Articulis fidei comprehensam, Tabulis Methodicis exhibens.

Theatrum Pansophicum, Logicam, Rhetoricam, Physicam, Metaphysicam, Ethicam, Politicam, Geographiam & Historiam universalem, Tabulis Synopticis repræsentans.

Cimbrische Kirchengeschichte, darinn, in VIII. Theilen, beschrieben werden: 1. Die Cimbrische Heidenbekehrung, 2. Die Cimbrische Kirchenverfolgung, 3. Das Pabstthum dieses Landes, 4. Die Cimbrische Reformation, 5. Die Cimbrische Bischöffe und Lehrer, 6. Die Cimbrische Concilia, 7. Die Cimbrische Gotteshäuser, Kirchen, Capellen, Klöster und Schulen, 8. Allerhand Kirchengeschichte, so unter gewisse Titel nicht können gebracht werden. Systematis hujus Historiæ Cimbrorum Ecclesiasticæ octimembris egregii, a me, *P. II. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c.* 2., §. 1., *p.* 13. 14., & a Casp. Sagittario, hanc secuto, *in Introd. ad Hist. Eccl.*, *c.* 19., *p.* 445., it. J. A. Schmidio (*T. II. Introd. Sagitt. in H. E. p. 336.*) & Joh. Casp. Löschero (*Fasc. II. observat. Select. Obs. V. p. 41.*) jam commendati, Pars I. in Tetratevcho vernaculo, paulo ante laudato, Hamburgi A. 1703. in 4. prodiit, Secundæ autem, in VII. Libros divisæ, Capitum tantum Index, eodem A. 1703., sub hoc excusus est titulo: Cimbrische Verfolgung, wie die Cimbrische Völcker, unsere Fresen, Sachsen, Guthen und Wenden, und die von denselben herstammende Mitternächtige Völcker, in diesen Landen, wie auch unsere Gothen, Longobarder, Angelsachsen, Nordmänner und Wandalen, in frembden Landen, die Christen und Christl. Religion verfolget, und wegen derselben verfolget sind, und anbey so vieler Märtyrer Blut vergossen, die Verfolger aber GOttes Straffe empfunden: In VII. Büchern.

Teutsche Theologie, darinn die reine Evangelische Lehre, in 200. den Wiedersachern entgegengesätzten Lehrsätzen, ordentlich verfasset, und mit Sprüchen der H. Schrift befestiget wird.

Catechismus-Lehre der ersten Kirchen.

Büchlein von den vergötzeten Heiligen der Papisten, in teutsche Reimen verfasset, de qvo V. die Cimbr. Heiden-religion, *c.* 4., §. 10., *p.* 38.

Die angefochtene Confirmation, sive Tr. prolixus, Historiam certaminis de hac, inter se & Diaconum suum, Andr. Corvinum, orti, exhibiturus, & ritum simul istum defensurus, in Scripto de eodem vernaculo, jam edito, *cap. ultimo*, passim promissus.

M. DANIEL ARNOLDI, A. 1595., d. 21. Jun. Bergerdorfii, ditionis Hamburgensis oppido, natus (1.), Scholæ Hamburgensis, ab A. 1623., Conrector, ac ab A. 1641. Rector, simulqve Præbendæ qvartæ minoris, in æde Cathedrali, ab A. 1631., Possessor (2.), d. 18. Jun. A. 1651. defunctus, cujus se Vinc. Fabricius (3.) profitetur discipulum. V. de illo Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p.* 616. 1121. 1125., ac *P. III.*, *p.* 551. & *Partem IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c.* 10., §. 24. *p.* 611.

Sententiæ proverbiales, præter lectiones qvotidianas qvotidie inculcandæ, in usum Scholæ Hamburgensis selectæ. Hamburgi A. 1651. 1666. 1674. 1685. 1700., Helmstadii 1687. & 1702., in 8., &, prima vice, Hamburgi A. 1642. in 8.

ARNOLDUS Lubecensis, Scriptor mihi ignotus, & Chimæricis forte accensendus. De hoc ita Morhofius (in cujus verbis σφάλμα suspicor μνημονικὸν occurrere) *T. I. Polyhist.*, *Lib. V.*, *c.* 2., *p.* 230.: *Ant. Bosii & Pauli Aringhi Romam subterraneam, binis voluminibus in fol. editam, vel Germanice vertit, vel saltem in Epitomen redegit, Arnoldus aliqvis Lubecensis, hoc titulo:* Unterirdisches Rom, *in* 12., *cum Iconibus contractioribus.* In mente forsan habuit Alb. Reimari, Lubecensis (suo loco memorandi), Versionem Germanicam *Romæ Veteris ac Novæ*, *Italice antea editæ*, Arnhemii A. 1662. *in* 12. excusam.

PETRUS FRIDERICUS ARPE, Kiloniensis, Petri Consulis filius, J. U. C., in aliis etiam Polymathiæ partibus præclare versatus, & professioni, in Academia patria, A. 1721. admotus Juridicæ.

SCRIPTA EDITA.

Disp. Juridica de Feriis & dilationibus, Præside D. Nicolao Martini proposita, Kilonii 1702. in 4.

Decas Epistolarum, qvibus Bibliothecæ Scriptorum de Divinatione exhibetur delineatio; Operis majoris Prodromus. Sine mentione loci & Autoris (qvem tamen præfixæ literæ nominis initiales P. F. RP. designant) A. 1711. in 8. prodiit.

Pyrrhonismi Historici (*operis affecti*), seu Observationum de Historia & Historicis, Argumentum; sine loci mentione A. 1711. in 8., iisdem literis P. F. RP. præfixis, editum. Schediasmatis hujus pariter atqve præcedentis σκιαγραφίαν *in Actis Eruditorum Lipsiensibus*, *M. Majo A.* 1711., *p.* 236. 237. 238., Joh. Clerici *Tomo XXIV. Bibliotheqve Choisie*, *P. II.*, *p.* 451. 452., & *Parte IV.* der Gelehrten Famæ *p.* 278. 279. 280., invenies.

Pyrrho, seu Operis de dubia & incerta Historiæ & Historicorum veterum fide Argumentum. Kilonii 1716. in 8. Σκιαγραφία est secunda Operis istius, in præcedenti jam delineati Schediasmate, præloqve parati, singulorum Capitum argumenta exponens, ac D. Joh. Alb. Fabricio inscripta. V. *Sect.* 57. des Neuen Bücher-Saals *p.* 704.

Theatrum Fati, sive Notitia Scriptorum de Providentia, Fortuna & Fato. Roterodami 1712. in 8. Prodromus est Operis de Fato, necessitate, casu & Providentia, in præfatione promissi. Recensus ejus exhibuerunt Lipsienses, *in Actis Eruditorum Latinis*, *M. Nov. A.* 1712., *p.* 526. 527., & in *Germanicis* (sententias Autorum singulorum, scriptorumqve argumenta, in illo, qva par erat, diligentia, haud exponi monentibus), *Parte V.*, *p.* 435 - 443., Parisienses *in Diario Eruditorum Gallico*, *M. Mart. A.* 1713., *p.* 277 - 287., & Joh. Clericus *l. c. p.* 455. 456.

Apologia pro Julio Cæsare Vanino. Cosmopoli, typis Philalethis, A. 1712. in 8. maj. Scriptum ἀδέσποτον, Vaninum ab Atheismi absolvens crimine, cujus recensus *in Actis Erud. Lipsiensibus Latinis*, *M. Apr. A.* 1713., *p.* 173. 174., occurrit. Arpium, causæ minime bonæ patrocinantem, hoc non serio, sed ostentandi ingenii gratia, concinnasse, testatur Anonymus ejus adversarius (qvi est Dn. Durand, Ecclesiastes Londinensis Gallicus), illud refutans, *en la Vie & les Sentimens de Lucilio Vanini* (ed. Roterod. A. 1717 *in* 12.) *p.* 4. V. *Acta Erud. Lips.*, *M. Majo A.* 1718., *p.* 230. 231., *& J. G. Kraussii* Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num.* 82. *A.* 1717., *p.* 662.) Joh. Franc. Buddeo (*in Thesibus de Atheismo*, *c.* 1., *p.* 122.) judice, *tam erudite*, *tamqve ingeniose*, *hac in re versatur*, *ut pessima etiam causa nunqvam meliorem habuisse defensorem jure dici qveat.*

De

(1.) V. Joh. Gerhardi *Disp. VII. de studio pietatis per Hæreticos labefactato*, Jenæ A. 1620. ab eo defensam. (2.) V. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p.* 616. (3.) *in Epistolis p.* 217. *Ed. Lips.*

De Prodigiosis naturæ & artis Operibus, Talismanes & Amuleta dictis, cum recensione Scriptorum hujus argumenti, Liber singularis. Hamburgi 1717. in 8. Delineationes argumenti illius invenies in Lipsiensium (qvibus Autor audit *doctissimus*) *Actis Erud. Latinis, M. Febr. A. 1717., p. 79. 80. 81.*, Halensium (a qvibus ein artiges Werckgen vocatur) Neuer *Bibliotheck, Sect. 56., p. 488. 489. 490.*, & Batavorum *Republyk* der Geleerden, *M. Mart. & Apr. A. 1717.*

Laicus veritatis vindex, seu de Jure Laicorum, præcipue Germanorum, in promovendo Religionis negotio, Commentarius. Kilonii 1719. in 4. Hujus laudes pariter atqve censuram *in Diario eruditorum Parisiensi Gallico, M. Jul. A. 1721., num. 11.*, invenies.

Programma Lectionibus publicis de Jure Pontificali Romæ veteris & novæ præmissum. Kil. 1717. in 4.

INEDITA ET PROMISSA.

Pyrrhonismus Historicus, sive Opus de dubia & incerta Historiæ ac Historicorum Veterum fide, prælo paratum, de cujus Sciagraphia duplici, A. 1711. & 1716. edita, paulo ante diximus.

Opus de Fato, necessitate, casu & Providentia, cujus spem A. 1712. fecit *in Theatri Fati præfatione.*

Bibliotheca fatidica, sive Scriptorum de Divinatione, qvam delineavit *in Decade Epistolarum* hujus argumenti, A. 1711., uti jam indicatum, excusa, & A. 1717., *in Lib. de Talismanibus & Amuletis p. 70.*, denuo est pollicitus.

Tractatus de Numerorum mysteriis, & hujus argumenti Scriptoribus, in eodem *Libro de Talismanibus p. 180.* promissus.

Themis Cimbrica, seu Historia Juris Cimbrorum, qvam A. 1723., *in Novellis Holsaticis Schiffbeckensibus*, a se jussit expectari.

JOHANNES AURIFABER, Thomæ Fil., Husensis, A. 1517. in lucem editus, sumptu Christiani III., Daniæ Regis, Lubecæ, Hamburgi, Lüneburgi ac Lovanii, in scholis vixit publicis, & ab eodem deinde Hafniam, ut Cameræ, qvod vocant, Collegio adscriberetur aulico, A. 1544. est revocatus. A. 1554. a Patribus ibidem Academicis Magistri titulum, A. 1556. Professionem Pædagogicam, & A. 1562. Rhetoricam, obtinuit, Decanatuqve Philosophico qvinqvies, Rectoratu ter (A. 1575. 1576. & 1588.), Templi B. Virg. Ædilitate per annos novem (ab 1584. ad 1593.), & Bibliothecæ regiæ Præfectura, per tria lustra, simul est functus. Obiit d. 29. Jan. A. C. 1602., æt. 85., Helenamqve uxorem, A. 1577. ductam, superstitem reliqvit. Plura, ad vitæ ejus spectantia Historiam, e D. Andr. Christiani, Prof. Medici, *Programmate funebri*, Erasmus Vindingius, *in Academia Hafniensi p. 103. 104.*, exhibuit.

Conf. de illo Er. Michaelii Læti (honorifica cum dignati mentione) *Lib. XI. Rer. Dan. p. 503.*, & *Homonymoscopiam* nostram (a IV. aliis Viris ejusdem nominis eruditis illum distingventem), *Sect. I., c. 3., §. 6., p. 51. 52.*

Scriptorum ejus nihil mihi innotuit, præter unicum idqve breve Programma, ad exeqvias Agnetis, D. Joh. Maccabæi, Theologi Hafn., viduæ, invitans, A. 1589. excusum.

PETRUS AXENIUS, Husensis, Titi, Consulis, Filius, cum in Academiis Germaniæ, Lipsiensi inprimis & Jenensi, studiis, & Juridico, & elegantioribus, annos aliqvot invidendo impendisset successu, Galliam, Belgium, Angliam & Italiam, in Baronis Frisii Ducisqve Holsatici comitatu, illius Ephorus, hujus autem Secretarius, A. 1665. & seqq., peragravit, & Viris illarum eruditissimis familiariter innotuit. In patriam redux, Slesvigæ, Anna Catharina Bojenia, D. Joh. Boethii, Prætoris Dithmarsiæ borealis, filia, A. 1670. uxore ducta, consedit, & inter Causarum forensium, non in aula solum vicina Gottorpiensi, sed universa etiam Cimbria, patronos, doctrina Juridica accuratiori eminuit, simulqve nomen inter Philologos, Criticos & Historicos, cum in Polymathia elegantiori universa esset versatissimus, & Bibliotheca gauderet instructissima, a Rud. Capello (1.) Europæis annumerata celebrioribus, perennaturum facile sibi paravit. Amissa A. 1687. Uxore, utriusqve sibi sexus enixa liberos, lustra vitæ qvatuor residua viduus exegit, & annis ante mortem, qva A. 1707. patriæ est ereptus, compluribus, tanta pedum, Podagricis antehac enervatorum doloribus, laboravit infirmitate, ut, cætera licet sanus, sine aliorum ope, ingredi non potuerit, & publicis proinde hominum congressibus abstinere sit coactus.

Conf. de illo D. G. Morhofii *Ep. Dedic., Satyræ* Joh. Laurembergii, a se A. 1684. illi inscriptæ, præfixam, binaqve ad eum carmina, *in Operibus Poeticis, Lib. 3. Manium, p. 555. 556. 557.*, obvia, Chr. Hendreichii *Pand. Brandeb. p. 364.*, Theod. Jansonii *Biblioth. promissam & latentem p. 23.*, & Andr. Lud. Königsmanni *Paradoxon Philosophicum de morte neutiqvam omnium horribilium natura, sapienti inprimis, horribilissimo*, Kilonii A. 1707. (*in fol.*) memoriæ ejus consecratum, filioqve Joh. Adolpho Axenio, Advocato Slesvicensi, inscriptum. Magni Crusii, Slesvicensis, Historia Vitæ illius, excusa qvidem est, sed juris haud facta publici, nec mihi visa.

ELOGIA.

Joh. Georg. Grævius, in Epist. ad D. G. Morhofium A. 1678. exarata, & in hujus *Dissertt. Acad. Appendice adoptiva, p. 43. 44.*, obvia, ita de illo: *Hujus viæ tædia minuit suavissima consvetudo Viri præstantissimi & eruditissimi, Axenii, qvem dudum suspicio, nunc in oculis fero.*

D. G. Morhofius, *in Ep. cit. Dedic.*, eum vocat *JCtum, Philologum, Polyhistorem, omnium elegantiarum Virum, omnium literarum ornatum amoenitatibus, omnibus artibus copiosum, qvi, etiam inter fori strepitus ac tædia, per orbem tamen literatum vigiles oculos circumfert, &, qvicqvid elegantiarum in omni studiorum genere occurrit, qvicqvid librorum præstantiorum in lucem editur, felicissima solertia indagat*; it. (*in Stentore* Ὑαλοκλάστῃ *p. 212.*) *Virum amicissimum, ut Juris scientia, ita elegantiorum literarum cultura, laudatissimum*; in Phaleucis autem nuptialibus (qvos *Poemata, L. 2. Venerum, p. 385-391.*, legendos exhibent) ita compellat:

- - - Patriæ decus meumqve,
Omnium decus elegantiarum,
Ocelle o Themidos, reconditarum,
Qvas vel Hellas habet, vel ipsa Roma,
Scrutator sacer helluoqve rerum.

Stephano le Moine (*in Ep. ad J. And. Bosium, Appendici mutuarum Reinesii & Bosii p. 440. inserta*) *Vir* audit *eruditissimus.*

Joh. Andr. Bosio (*in Exerc. ad Periocham Josephi de Christo p. 12.*) *Vir eleganti ingenio, moribus commodis, nec vulgari doctrina.*

Christ. Frid. Franckensteinio (*in præfat. Hist. Gall. Benj. Prioli*) *Vir Juvenis elegantissimi ingenii.*

(1.) *Sub finem Indicis Nummographorum, Nummophylacio Lüderiano inserti.*

Joach. Rachelio (*in Notis ad Panegyrin Menippeam p. 208.*) *exqvisitissimæ eruditionis & ingenii juvenis, cujus egregias dotes nulla afflavit insolentia.*

Thom. Crenius, *in Notis ad Tractatus varios de Philologia*, A. 1696. editos, *p. 403.*, eum *Jurisconsultum eximium*, &, *P. V. Animadv.*, *c. 1.*, *p. 21.*, *Virum multa eruditione insignem*, appellat, in *Præf.* autem *Volum. II. Thesauri Librer. Philol.*, A. 1701. publicati, *p. 18. 19.*, Viris accenset eruditis, qvi, privatam agentes vitam, præclare in humanioribus, de studiosa juventute sunt meriti.

SCRIPTA EDITA.

Historia de vita & obitu Illustr. Dominæ, Helenæ a Kerssenbrug, Viri Ill. & Excell., Adami a Pfuel, Militiæ Svedicæ Præfecti Generalis, viduæ. Jenæ 1662. in 4.

Disp. Feudalis de Fidelitate, Præside D. Ern. Frid. Schrötero. Jenæ 1663. in 4.

Elogium Sepulchrale Catharinæ Einsideliæ. Dresdæ 1667. in fol. (V. *Beügh. Bibliogr. Hist. p. 26.*)

Galeatii Gvaldi, Comitis, Historia pacis, inter Ludov. XIV. Galliæ, & Philippum IV. Hispaniæ, Reges, A. 1659., ad montes Pyrenæos, arbitris Emin. Card. Mazarino, & Illustri Petro Mendez de Haro, initæ, ex Italico in Sermonem Latinum ab eo traducta, & Indicibus necessariis ornata: Accedit Instrumentum pacis, ad exemplar Parisinum, in regia Luparæ Typographia excusum, & Declaratio Regis Hispanici, qva Regi Galliæ, pro injuriis, Legato Gallico Londini illatis, satisfecit. Lipsiæ 1667. in 8. Recusa in Volumine variorum pacis Instrumentorum, Francof. A. 1710. in fol. junctim editorum. (V. *Acta Erud. Lips.*, *M. Dec. A. 1710.*, *p. 523.*)

Nova & tertia illius Editio, Halberstadii proditura, promittitur in Anonymi *Bibliotheca nova* vernacula, Halæ A. 1710. edita, *Sect. IV.*, *p.* 361. 362. Stylum in ea Axenii Latinum Jac. Thomasius, ipsius postulatu, ante editionem, passim emendavit. V. B. G. Struvii *Fasc. VII. Act. Literar. p. 53.*

Phædri Fabularum Æsopicarum Libri V., cum Notis prioribus ac posterioribus Nicol. Rigaltii, novisqve in Lib. primum Pet. Axenii, ex ejusdem recensione. Hamburgi 1671. (*non 1664.*, *qvem Hendreichius l. c. substituit*) in 8. (Notas Axenii, cum aliis Virorum Eruditorum, Pet. Burmannus, in sua etiam Phædri Editione, Amstelod. A. 1698. in 8. excusa, *Libri I.* Textui substravit.) Commendarunt Editionem hanc Axenianam, & Notas residuas non prodiisse doluerunt, nostrum vivis jam tunc ereptum fuisse falso persvasi, Joh. Alb. Fabricius *P. I. Biblioth. Latinæ*, A. 1697. editæ, *p. 54. 55.*, & Thom. Crenius *P. V. Animadv.* (A. 1700. publicata), *c. 1.*, *p. 21.* Notas Mart. Fogelius, in præfixo carmine, *Rigaltianis omni eruditionis gloria comparandas esse* censuit, Marqv. Gudius, ob diligentiam in locis Parallelis coacervandis, olim laudavit, Joh. Andr. Bosius autem (*in Exerc. ad Periocham Josephi de Christo p. 12.*) *eruditas ac elegantes*, & Thom. Crenius (*in Notis ad Tractatus varios de Philologia p. 403.*) *oppido elegantes*, vocarunt. Solus Jac. Gronovius, novus in Criticorum senatu Tyrannus, in suis, Editioni A. 1703. Lugduno-Batavæ adjectis, passim in eas, sed immerito, virgulam solita acerbitate strinxit censoriam.

Sex Epistolarum, A. 1665. & seqq., ad Joh. Andr. Bosium, de Josephi, qvam is moliebatur, Editione, scriptarum, excerpta, in *Appendice* Epistolarum Thomæ Reinesii & Bosii mutuarum (Jenæ A. 1700. *in 12.* excusarum), *p. 374-379.*, publicata.

Epistola ad Gabr. Schreiberum, J. U. D., generum suum, Gratulatoria. Slesv. in 4. A. 1705.

INEDITA ET PROMISSA.

Notæ in IV. Libros Fabularum Phædri posteriores.

Notæ ad Caji Institutiones.

Tr. Historico-Juridicus de Assassinio.

Diatriba de Expositione Infantum & Brephotrophiis.

Vitæ Joh. Vinc. Pinelli, a Paulo Gvaldo, Vicentino, scriptæ, nova Editio.

Nova versio Latina Historiæ Phil. Cominæi, traducta ex Editione ejus Gallica, jussu Ludovici XIV., R. Galliæ, e Typographia Luparæ, a Theod. Gothofredo, Consiliario & Historiographo Regio, evulgata.

(*Sex hæc Scripta ipse, in præfatione Phædri, A. 1671. promisit.*)

Mythographorum Latinorum reliqvorum, Phædro juniorum, &, hos inter, Rufi Festi Avieni, Editio nova.

M. Terentii Varronis Librorum de re rustica nova Editio, Notis & Emendationibus (ab ipsomet, paulo ante obitum, mihi ostensis) illustrata, cujus honorifica a Joh. Alb. Fabricio, *Lib. I. Biblioth. Lat.*, *c. 7.*, *p. 79.*, *Ed. sec.*, facta jam est mentio.

Bernhardi Geystensis Palponista, cum MSStis collatus Hafniensi, Gottorpiensi & Gudiano, e qvibus versus plurimi, in Christ. Daumii Editione omissi, restituuntur.

Pauli Flemmingii Poematum Germanicorum Editio nova auctior, & ab innumeris mendis, qvibus omnes aliæ, hactenus excusæ, scatent, repurgata.

Joh. Barclaji Argenidis Editio nova, Vita Autoris, nova Clavi nominum obscuriorum, & Notis, illustrata.

B.

ANDR. GEORG. BABBE, J. U. D. & Practicus Hamburgensis. Vixit 1706.

Fasciculus Qvæstionum controversarum, e J. Nat., Can., Civ., Feud. & Publico, depromtarum, pro gradu Doct. conseqvendo, Præside D. Diet. Wilh. Matthiæ, propositus. Erfurti A. 1694. in 4. (V. *Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 4.*)

GEORG. FRID. BACHMANN, Insulæ Arnissensis, prope Slesvigam, circa A. 1690., Parochus, & oppidi deinde Eckernfördensis, ab A. 1699., Diaconus, A. 1702. defunctus.

Panegyricus, gloriæ Christiani Alberti, Ducis Slesv. & Holsatici, regimini Ducatus Slesvic. A. 1689. restituti, ipsis Kal. Jan. A. 1690., strenæ loco, consecratus. Kilonii 1690. in fol.

JOH. BACHMANN, Scholæ Vici in Holsatia Neomonasteriensis Moderator.

Ecloga in Natalem Christi, ordientem Annum Christi MDCLXXXIV. Kilonii 1684. in 8.

ARNOLDUS BACKHUSIUS, Lubecensis, Poeta & Philologus, Symbolo hoc usus, literas nominis initiales exprimente: *Amore Beati Laus est.*

Teste Joach. Morsio in Annott. ad Album suum (cui ille nomen suum, cum Symbolo, Lubecæ, M. Dec. A. 1635., inscripsit) MStis, *fol. 810.*, edere voluit:

1. Opuscula

1. Opuscula Philologica propria diversa.
2. Vitam Jani Gulielmii, Lubecensis, Philologi celeberrimi, a se descriptam.
3. Ejusdem Gulielmii Carmina atqve Epistolia posthuma, a se collecta.

In eodem Albo Morsiano Carmina ejus passim & Epigrammata leguntur plurima, tum ad ipsum Joach. Morsium, tum in Viros alios, qvorum Avtographa aut effigies in eo comparent, Illustres ac eruditos, scripta, hisqve adjecta.

An idem cum hoc sit Arn. Backhusius, cujus *Clavicula ad Lamb. Schenckelii Gazophylacium artis memoriæ* edita a Morhofio (*T. I. Polyhist., Lib. 2., c. 6., p. 370.*) laudatur, ignorare me fateor.

HENRICUS BACMEISTERUS Junior, Lubecensis, Patre cognomine, JCto & Reip. Lüneburgensis Consiliario, matre autem Sara, Henr. Reiferi, J. U. D. & Archiepiscopi Bremensis Consiliarii, filia, A. 1618. natus, jactis in schola patria studiorum fundamentis, in Academiis, ab A. 1636., vixit Coloniensi, Lugduno-Batava, Trajectina, Oxoniensi, Parisiensi, Aurelianensi, Salmuriensi & Sorana. Castra deinde Svecorum in Germania per sexennium est secutus, & officiis militaribus functus haud infimis. Qvibus cum se abdicasset, ad studia rediit, ac a Duce Würtembergico Præfectus primum Neopyrgensis, ac postea Heidenheimensis, est constitutus. A. 1655., in Lucæ fratr sdefuncti locum, Tubingensis Academiæ electus est Secretarius, nec multo post Consiliariis adscriptus Ducis Würtembergici, Annoqve 1671. J. U. D. Tubingæ a Joh. Andr. Frommanno creatus. Cujus *Programmati*, qvæ hactenus de vita ejus sunt relata, debentur. Superstes fuit A. 1676., & proxime hunc secutis, qvibus trium Imperii Germanici Circulorum (Svevici, Franconici & Bavarici) Conventus diversos, ob rei monetariæ institutos emendationem, Principis sui Legatus accessit (1.). Filii forsan ejus sunt Henr. Bacmeisterus, Ducis Würtembergici Consiliarius & Commissarius bellicus, circa A. 1705., supremus (2.), ac Joh. Bacmeisterus, Consiliarius, circa A. 1706., Aulicus Cæsareus, simulqve Würtembergicus, cui Joh. Christ. Nevius suam ad Degorei Wheari *Relectiones Historicas Hyemales* inscripsit *Mantissam*.

Delibata Juris ex Lib. 48. Digestorum. Tubingæ 1653. in 4.

Disqvisitio Inauguralis de Palmario Advocatorum. Ibid. 1671. in 4.

Utraqve Diatribe recula est *Volum. primo Dispp. Juridicarum*, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio habitarum, Tubingæ *in 4.*, & a Chr. Hendreichio (*in Pandect. Brandeb. p. 379.*) Parenti ejus cognomini, Henr. Bacmeistero, Rostochiensi (qvi *Tomo II.* locum inveniet), perperam tribuitur.

JOHANNES BACMEISTERUS Travemunda Wagrus, d. 24. Oct. 1680. natus, Sebastiani, oppidi illius Pastoris filius, Theol. in Acad. Rost. A. 1701. (qvo Bernh. Krechtingio, Ord. Eccl. Lubec. Seniori, publica illic d. 8. Mart. Oratione parentavit (3.), & Medicinæ deinceps in Lipsiensi cultor (4.), Doctoris hujus titulo Tubingæ A. 1707. potitus, Poliater ab A. 1708. & Professor Medicus ab A. 1710. Tubingensis. A. 1719. fuit Consiliarius & Archiater Marchionis Durlaco-Badensis. Pleniorem vitæ ipsius historiam exhibet Programma Rectoris Academici Tubingensis, Orationi illius auspicali Anno 1710. præmissum, & a Jo. Henr. a Seelen A. 1721. *Parti III. Athen. Lubec.*, *p. 180-190.* additis qvibusdam, insertum. Conf. de illo Ott. Frid. Schützii *Lib. II. de vita Dav. Chytræi p. 67. 68.*

Disp. Inaug. de Historia Lienosi, Præside D. Rud. Jac. Camerario. Tubingæ 1707. in 4. In hac ipse afflictam suam a teneris, usqve ad Annum æt. 14., valetudinem adumbravit.

Acta Philippica, sive Pacificationis inter Phil. Melanchtonem & Matthiam Flacium, per Theologos Saxoniæ Inferioris ac Megapolitanos tentatæ, ab illo, cum Præfatione & Observationibus suis, Tubingæ A. 1719. in 4. sunt edita. V. Recensum horum Encomiasticum in V. E. Löscheri Unschuldigen Theologischen Nachrichten Sect. 3. A. 1719. p. 454-456.

Promisit se editurum:

1. Consilia & Responsa Theologica Rostochiensia Dav. Chytræi, Sim. Pauli, Lucæ Bacmeisteri utriusqve, Pauli & Joh. Tarnoviorum, Val. Schachtii, Dav. Lobechii, aliorumqve, cum Epistolis Lutheri, Brentii, Justi Jonæ & Melanchtonis nonnullis. (*V. Catal. Nund. autumn. A. 1703. Lips. p. 45.* & Götzium *l. c.*)

2. Lucæ Bacmeisteri Sen., Theologi Rostoch., Comm. in omnes Prophetas, majores & minores, Daniele excepto, cum tribus Indicibus, (*Vid. Catal. cit. p. 45.*)

3. Sebast. Bacmeisteri, Parentis sui (de qvo *Tomus II.* consulatur) Historiam Academiæ Rostochiensis, & Annalium Herulorum ac Vandalorum Nicol. Mareschalci Continuationem, a se perficiendas. (*V. Nova Lit. Lubec. M. Jan. A. 1701. p. 31.*)

4. Antiqvitates Rostochienses, sive historiam urbis, Academiæ & Ecclesiæ Rostochiensis, ab A. C. 1160. ad 1700. productam. (V. *Cat. Nund. Lips. A.* 1711. vern. *p.* 66. & die Unsch. Nachr. *l. c. p. 456.*

5. Vitam Maximiliani II. Imperatoris. V. die Unsch. Nachr. *l. c.*

HERMANNUS BADENHAUPT, Chori Musici in templo Arcis Glückstadiensis Director.

Choragium Melicum, bestehend in VII. Büchern, als Violin 1. & 2., Cant. 1. & 2., Bass. Vocal., Bass. Instrum. vel Violon, und Basso Continuo, worinn XL. Danck- und Lob-, Communion- und Buß-, Fest- und Sontags-Musicken, mit 1. 2. 3. Vocal-, und 2. 3. Instrumental Stimmen, samt dem General Basso pro Organis. Glückstadii 1674. in 4.

BENEDICTUS BAHNSEN, Eiderstadiensis, Homo illiteratus Fanaticus ac φίλαυτος, Amstelodami Arithmeticam professus & mortuus, cujus labor præcipuus erat, ut Fanaticorum aliorum chartas, disjectas hinc inde & cum tineis luctantes, colligeret, & orbi legendas obtruderet. Post obitum illius, Bibliothecæ ejus, auctione publica distrahendæ, Amstelodami A. 1670. *in 4.* prodiit Catalogus, qvi *Scriptorum Enthusiasticorum, Chymicorum & superstitiosorum, thesauri* elogio Morhofiano (5.), cum sine omni ordine, judicio & accuratione, sit congestus, mihi, qvi pro thesauro carbones in eo inveni, indignus videtur.

Veritatis, sive potius erroris Chiliastici, testibus a Joh. Wilh. Petræo in *Nube illorum, Lib. 3., p. 97. 98.*, annumeratur.

SCRIPTA ALIENA, ab eo edita.

Anti-Christenthum. Amstelod. 1660. in 12. Librum hunc de Christianismo ævi nostri degenere, a Joach. Betkio, Berolinensi, Pastore Linumensi, Amstelodami A. 1650., nomine Autoris veri præfixo, publicatum, eo adhuc superstite, Bahnsius, cum a Frid. Breclingio, ut recudi curaret, sibi esset traditus, plagio impudenti, omisso nomine Betkiano, tanqvam suum, Duci Holsatico, *in Ep. Dedic.* præfixa, obtrusit, uti non a Breclingio solum sum edoctus, sed Henn. Wittenius

(1.) V. Leonh. Wilib. Hofmanni alten und neuen Müntzschlüssel (ed. Francof. A. 1684. *in 4.*), in *Append. Diplomatica.* (2.) V. de isto *Nova Lit. Germ., M. Apr. A. 1707., p. 121. 122.* (3.) *V. Nova Lit. Lub. M. Apr. A. 1701. p. 97. 98.* (4.) V. G. H. Götzii *Ep. ad Frebtium in N. L. Lub., M. Jan. A. 1704., p. 9. 10.* (5.) *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 18., p. 214.*

Wittenius etiam (*in Catalogo Autorum*, qvem *Repertorio* adjecit *Homiletico*) & Abr. Calovius (*in præf. AntiBöhmii*) observarunt.

Julii Sperberi, Silesii, Geheimer Tractat von drey Seculis, oder Hauptzeiten, vom Anfang biß zum Ende der Welt, darinn insonderheit auß GOttes Worte klärlich dargethan wird, daß noch eine güldene dritte Zeit hinterstellig sey, und was derselben Zustand seyn werde: Mit einer Vorrede Ben. Bahnsen. Amst. 1660. in 8. Recensum ejus V. in Gotfr. Arnoldi *Tomo III.* der Kirchen- und Ketzer-Historie, *c. 2.*, *p. 14. 15.*

Ejusd. Sperberi Mysterium magnum, von GOtt, seinem Sohne, und der Seele des Menschen. Amst. 1660. in 8. Recensum ejus elenchticum invenies in Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, Sect. 2. A. 1719., p. 243-250.

Ejusd. Sperberi Tractat von vielerley wunderbahrlichen, vormahls unerhörten, oder auch ungewöhnlichen, Dingen und Sachen, so sich nicht allein sonst vor dem Ende, und nach dem Anfange einer ieden neuen Hauptzeit, sondern auch vornehmlich diese 100. Jahre, von 1500. biß 1600., verlauffen und zugetragen: Samt kurtzer Anzeigung von einer noch künfftigen letzten und güldnen Zeit. Amst. 1662. in 8. Recensum V. apud Arnoldum *l. c. p. 15. 16.*, censuram vero apud Löscherum l. c. p. 250-256.

Prodromus Conjunctionis magnæ, A. 1663. futuræ; das ist: Von dem Vorlauf und Congress aller Planeten im Schützen d. 1. Dec. A. 1662., darauf die grosse Zusammenkunft Saturni und Jovis in selbigem Schützen, folgendes Jahres im Octobri, eintretten wird, ein kurtzes und einfältiges, doch in H. Schrift, und Astrologischer Naturkündigung, gegründetes Bedencken, was der Welt nechstens fürhalten möchte, durch Gotfr. Fürchtenicht geschrieben, und durch Ben. Bahnsen außgegeben. Amst. 1662. in 4. (Belgice etiam ibidem, A. eod. 1662., in 4. prodiit, teste *Catalogo Biblioth. Oizelianæ*, *P. IV.*, *p. 369.*)

Göttliche Offenbahrungen, so einem einfältigen Manne auß Schlesien, Christophoro Cottern, von A. 1616. biß 1624., wiederfahren, aufs neue außgegeben von B. Bahnsen. Amst. 1664. in 8. (Ipsi Bahnsio, tanqvam Autori, male tribuuntur in Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 386.*)

(*Ne præfationes qvidem, scriptis, hactenus recensitis, præfixas, ab ipso Bahnsio, homine ex mera inscitia & αὐθαδείᾳ conflato, sed, sub illius nomine, a se atqve aliis, esse exaratas, Frid. Breclingius me per Epistolam docuit.*)

Nihil hactenus, ab ipso scriptum Bahnsio, mihi innotuit, præter Gnomonicam ἀνέκδοτον, in *Bibliothecæ* ei tributam *Catalogo*.

BENEDICTUS (qvem Königius (1.) *Danielem* falso appellat) BAHRIUS, Eutino Wagrus, neutiqvam autem (qvi error est Wittenii) Pomeranus, Urbis Stralsundensis Gymnasii initio Rector, ac deinde, cum J. U. D. Gryphiswaldiæ A. 1655. esset creatus, Senator ac Camerarius, d. 25. Aug. A. 1670. mortuus (2.).

Conf. de illo Vinc. Fabricii Epithalamion ei scriptum (*P. II. Poem.*, *in Opp. Lipsiæ editis, p. 726.*), & Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 386.*

Christoph. Schradero (*in Progr. Publ. Helmstad.*, *n. 48.*, *lit. P. 2. a.*) *Vir* audit *exqvisitæ doctrinæ, & eruditissimus peritissimusqve studiosæ juventutis magister.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. Ontologica de duratione, Præside Abr. Calovio, Autore illius, defensa. Regiom. 1635. in 4.

Oratio pro pace exulante. Accedunt duæ aliæ de Artibus in schola tradendis, & modestia ac probitate discentium, nec non Diss. de Virtute paranda. Lugd. Bat. 1644. in 4. *Recusæ (juxta Catal. Nund., Lipen. & Hendreichium) Rostochii A. 1647. in 4.* Vinc. Fabricius, in Carmine in eas peculiari (*l. c. p. 723. 724.*), hoc illas ornat Elogio:

- - - - - Tua est facundia, candide Bahri,
Ornata rebus, dictione splendida.
Non hic ingenii turgentia commata vani,
Non Mimicæ, non futiles argutiæ,
Sed sermo comptusqve & adæqvans pondera rerum:
Qualis celebri fertur alveo Tagus,
Nec liqvidas duntaxat aqvas, sed divitis auri
Ramenta ducit, bisqve ditat incolas.

Diss. de Virtute paranda, seorsim edita. Helmstadii 1642. in 4.

Orationes illustrium Historicorum, ex Sallustio, Livio & Curtio, ab eo selectæ. Stralsundæ 1653. in 8. (*&, si Catal. Nund. fidem meretur, Ulmæ 1654. in 8.*).

Oratio in funere Bogislai XIV., Ducis Pomeraniæ, d. 25. Maji A. 1654., jussu Senatus Stralsundensis, habita. Stralsundæ 1654. in fol.

Disp. Inaug. ad Edictum Prætoris; *Qvod qvisqve juris in alterum*, &c., Præside D. Petro Stephani. Gryphiswaldiæ 1655. in 4.

Sententiæ ex Autoribus Classicis. (*V. Witteniuml. c.*)

Epistola de obitu Hug. Grotii, ad Christ. Cassium, a M. Steph. Rammio, in Apologia pro Parente suo, contra M. Ant. Hofmannum, Vernacula (excusa Glückstadii *A. 1671. in 4.*), teste C. Kraheo, publicata.

HIERONYMUS BAHR, Hamburgensis, Theologiæ in Acad. Witeb. Studiosus.

Höchst-verderbliche Aufferziehung der Kinder bey den Pietisten, durch Gelegenheit des von M. Aug. Herm. Francken canonisirten zehn-jährigen Kindes, Christian Leberecht Exters, vor Augen gestellet: Samt eingefügtem Berichte von Arthur Dents zu Halle, mit A. H. Franckii Vorrede, außgegebenen Buß-predigt. Sine mentione loci A. 1709. in 4., & Francofurti ac Lipsiæ A. 1713. in 8. Opposita est Exteri illius Lebens-Laufe, Tractätlein, Briefen und Liedern, ab Aug. Herm. Franckio, Theologo Halensi, paulo ante Halæ *in 12.* editis, & in hunc pariter ac cæteros, qvos vocant, Pietistas, nec non in Orphanotropheum Halense, stylo perqvam mordaci ac maledico debacchatur; qvem Val. Ern. Löscherus, Autori ὁμόψηφος, prolixoqve scriptum exiguum recensu (in den Unschuldigen Theologischen Nachrichten, *Sect. 10. A. 1709.*, *p. 609-615.*) dignatus, frustra excusat. Detestati illud contra sunt, velut libellum famosum, mendaciis, calumniis, scommatis atqve αἰσχρολογίαις scurrilibus, scatentem, Joach. Langius in den Aufrichtigen Nachrichten von der Unrichtigkeit der Unschuldigen Nachrichten, *Part. IX.*, *Sect. I.*, *p. 55. 56.*, &, cujus invectiva ab hoc *ibidem p. 28-33.* recitatur, Scriptor Apologiæ pro Orphanotropheo Halensi vernaculæ. Ex professo idem refutavit, præter schedam ἀδέσποτον, Halæ excusam, D. Johannis Eberhardi ab Exter, Medici Servestani, pueruliqve istius parentis, Nachricht wegen der unter dem Nahmen Hier. Bahrens herumbgeflogenen charteqve, Servestæ A. 1709. *in 4.* impressa; cujus itidem mentionem, sed minus benignam, apud Löscherum, *l. c.*, *Sect. 12. A. 1709.*, *p. 731. 732. 733.*, invenies. Utriqve a Bahrio, in Appendice Tractatus seqventis, qvædam sunt regesta.

Johannes Arndius Anti-Pietista, nebst einer Vorrede wieder Gotfr. Arnolds Ketzer-Historie, und einem Anhange wieder zwey zu Zerbst und Halle herausgeflogene Läster-charteqven. Francofurti 1712. in 8. V. de illo Löscherum *l. c.*, *Sect. 2. A. 1712.*, *p. 296-303.*

(1.) *in Biblioth. Vet. & Nova p. 79.* (2.) V. H. Wittenii *Append. Tom. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1670.*

JOH. CHRISTIANUS de BÄHR, Ludolphi (*statim memorandi*) Filius, Tunderensis, patriæ Advocatus, &, ab A. 1708., Consul., J. U. Licentiatus.

Panegyricus, memoriæ Dethlevi ab Alefeld, Consiliarii Ducalis, Præfecti Tunderensis, & Dynastæ Heilgenstadiensis ac Krummenteichensis, dictus. Kilonii 1667. in fol.

Disp. Inaug. de Exceptione non numeratæ pecuniæ, Præside D. Henr. Rud. Redekero. Rostochii 1677. in 4.

LUDOLPHUS de BÄHR, Senior, Tunderensis, Bernhardi, Senatoris (qvi Majores suos ex illustri Ursinorum gente Romana ortos esse credebat (1.)), Filius, J. U. Licentiatus (Rostochii d. 18. Jun. A. 1646. promotus), & Urbis patriæ, Judiciiqve Provincialis, Advocatus. Vixit 1686.

Disp. de Fidejussoribus, Præside D. Joach. Schnobelio. Rostochii 1643. in 4.

Disp. Inaug. de Cautionibus, Præside D. Henr. Rahnio. Rost. 1644. in 4.

M. LUDOLPHUS de BÄHR, Junior, præcedentis filius, Tunderensis, Lipsiæ d. 30. Jan. A. 1673. laurea ornatus Philosophica, Pastor in Schwanzia, Duc. Slesvic. provincia, Schwanzensis. Vixit 1684.

Tentamen primum Theologicum de statu Exinanitionis nostri Servatoris, ex Phil. II., Præside D. Aug. Varenio. Rostochii 1670. in 4.

WOLFGANGUS BAHRIUS, Parochus in tractu Wagriæ Plönensi Süsselensis.

Apodemica Christiana, Christliche Reisekunst auß diesem Jammerthal nach dem ewigen Freudensaal, oder Leichpred. über Dethlef Pogwisch, Erbsassen auf Ovelgönne, auß dem Verse des Kirchengesanges: So fahr ich hin zu *Jesu Christ*, &c. Lubecæ 1644. in 4.

ALBERTUS BALEMANN, Senior, Lubecæ, d. 13. Maji A. 1615., patre Henrico, Senatore, matre vero Engelia, Alb. Ritteri, Mercatoris, filia, natus, Ædis in patria Marianæ, ab A. 1643. (F. Joh. Bapt.), Diaconus, &, ab A. 1668. (post Jac. Stolterfohtium), Pastor, Mariæ Rephuniæ (A. 1644. ductæ, &, post filios 4., ac 5. filias, in lucem editos, A. 1669. defunctæ), & Margaretæ Rademacheriæ improlis, maritus, aliqvot post nuptias cum hac secundas mensibus tantum elapsis, d. 25. Jun. A. C. 1672., æt. 57., decessit. E filiis, Georgius & Franciscus Ecclesiæ Lubecensis Marianæ, Albertus vero Insulæ in Albi Kirchwerderanæ, admoti sunt ministerio. E filiabus Gesam A. 1669. Lucæ Steinio, Ecclesiastæ Lubec. Jacobæo, Mariam vero A. 1670. M. Gerh. Wichmanno, Collegæ Mariano, elocavit. V. Herm. Nottelmanni, Rectoris Lubec., *Programma* de Vita ejus *funebre* (in G. H. Götzii *Elogiis 80. Theoll. Germ.*, *p. 426-432.*, Lubecæ A. 1709. recusum), *Epicedia*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 270. 271.*

Sermo ejus Germanicus in Periocham Dom. VIII. post F. Trinit., e Matth. VII. 15-23., Evangelicam, Travemundæ A. 1669. habitus, a D. Georg. Henr. Götzio suæ in eandem Concioni, A. 1705. ibidem recitatæ, subjectus, prodiit in hujus Travemündischer Kirchenarbeit, Lubecæ A. 1705. in 4. V. *N. L. Lub.*, *M. Febr. A. 1706.*, *p. 64.*

ALB. BALEMANN, Junior, Senioris Filius, Lubecæ Id. Maj. A. 1656. natus (2.), Insulæ Albis Kirchwerderanæ, circa A. 1701., Pastor. V. Casp. Lindebergii, Past. Lubec., *Epist. ad illum de loco Thalmudico*, *in N. L. Lub.*, *M. Jan. A. 1701.*, *p. 28. & sq.*

Disp. de Parallelismo Calvino-Nestoriano, Præside D. Joh. Ad. Scherzero. Lipf. 1679. in 4.

M. FRANCISCUS BALEMANN, Lubecensis, Alberti Senioris itidem Filius, Ædis in patria Marianæ Diaconus, in fratris Georgii locum, d. 15. Aug. A. 1689. (3.) electus, Georg. Ritteri, Past. Petrini, Gener, obiit d. 10. Dec. 1712., æt. 51.

Disp. de Circumcisione spirituali, e Col. II. 11. 12., Præside D. Seb. Schmidio. Argentinæ 1684. in 4.

(Vitæ ejus historiam En. Svantenius in Programmate funebri, &, ex isto, J. H. a Seelen, *P. I. Athen. Lubec. p. 271. 272.*, fusius enarrarunt.)

FRIDERICUS BALEMANN, Lubecensis, Henrici, Urbis Protonotarii, ex Catharina Pöppingia Filius, d. 20. Maji A. 1645. natus, ab A. 1662. ad 1674. in Academiis Giessena, Kiloniensi & Argentinensi, impetratisqve in hac supremis Juris honoribus, qvadriennio seqventi in regionibus versatus exteris, Christinæ Charlottæ, Ducis Ostfrisicæ viduæ, ab A. 1678., & Caroli deinde Wilhelmi, Ducis Anhaltino-Servestani, ab A. 1692., Consiliarius, simulqve Urbis & Dynastiæ Jeveranæ Judex Provincialis. Vixit A. 1698.

Disp. Inaug. de Melioratione, competente emptori ex pacto revendendi. Argentinæ 1674. in 4.

M. GEORGIUS BALEMANN, Alberti (*paullo ante memorati*) Filius, Kal. Febr. A. 1647. Lubecæ natus, Giessæ A. 1667. Magistri adeptus titulum, Ecclesiæ in patria Marianæ Diaconus d. 3. Apr. A. 1673. electus, febriqve continua d. 13. Aug. A. C. 1688., æt. 41., extinctus, septem liberorum e Justina Eleonora, M. Joh. Reichii II., Pastoris Ægidiani, filia, A. 1673. sibi nupta, parens. V. Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma* de Vita ejus *funebre*, in G. H. Götzii *Elogiis 80. Theoll. Germ.*, *n. 68.*, *p. 635-641.*, recusum, Jac. a Mellen *Catal. Eccl. Lubec. MS.*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 271.*

Nubilis Splendor virtutis Mariæ Elisabethæ Holsaticæ, Ludovici, Hassiæ Landgravii, Conjugis, brevi Oratione exhibitus. Extat in *Theatro Principalis pulchritudinis*, qvinqve in memoriam jam dictæ Principis Orationes continente, &, cum Præf. Phil. Lud. Hanneckenii, Giessæ A. 1665. in fol. edito.

Disp. Inaug. Philosophica. Giessæ 1667. in 4.

HENRICUS BALEMANNUS III., Lubecensis, Henrici, Protonotarii urbani, ex Catharina Pöppingia filius, Henrici autem Senatoris nepos, d. 8. Febr. A. 1643. natus, post curriculum studiorum scholasticum in patria & Halæ Saxonum, Juridico-Academicum vero Witebergæ, Giessæ & Kilonii, absolutum, perlustratasqve cum Belgio Galliam & Britanniam, J. U. D. Kilonii a Magno Wedderkopfio A. 1673. creatus, patriæ initio Secretarius, deinde, ab A. 1675. (d. 17. Aug.), Syndicus, & ab A. 1680. Senator, ad Panegyrin Irenicam Neomagensem A. 1678. (4.), ad Comitia Circuli Sax. Infer. Luneburgensia A. 1682., & in aulam Danicam A. 1691., ablegatus, ac qvinqvagenarius d. 20. Jul. A. 1693. (non 1694., qvem nonnemo substituit (5.)) defunctus, Filii cognominis unici, patriæ Secretarii, ex Elisab. Reuteria, A. 1676. ducta, Parens. V. Enochi Svantenii, Rect. Lub., *Progr. funebre*, ei scriptum, & confer D. G. Morhofii in laudes ejus Epigramma, *Lib. II. Epigramm. p. 9.* Epitaphium ejus in æde Mariana Lubecæ spectatur, cujus Epigraphen Joh. Henr. a Seelen, P. I. Athen. Lubec., p. 228-235., Vitæ ipsius subjunxit.

(1.) V. D. Steph. Kenkelii *Sermonem de illo Funebrem.* (2.) V. H. Nottelm. *Progr. cit.* (3.) V. Jac. a Mellen *Lubecam A. 1698. Literatam p. 1.*, *& Catal. MS. Ecclesiast. Lubec.* (4.) Diploma, qvo legatio hæc, nomine Civitatum Hanseaticarum, ipsi, & Collegis, est commissa, exhibet Joh. Christ. Lünigius *in Sylloge negotiorum publicorum*, A. 1694. edita, *p. 421. 422.* (5.) im beglückten und geschmückten Lübeck *p. 82.*

Disp. Inaug. de transmissione hæreditatis, Præside D. Magno Wedderkopfio habita, & Kilonii A. 1673. in 4., tum seorsim, tum in Selectarum Disputt., sub Wedderkopfii præsidio propositarum, Fasciculo, excusa.

HENRICUS BALEMANNUS IV., Lubecensis, tertii, modo laudati, filius, J. U. Lic., post reditum ex itinere per Germaniam, Italiam, Galliam & Bataviam, literario, Groningæ A. 1701. creatus, patriæ autem Secretarius A. 1702., Senator A. 1717., & Consul A. 1724., electus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1702., p. 58.*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 235-238.*

Disp. Jurid. de Literis Dimissoriis, Præside D. Joh. Christoph. Donauero. Altorfii 1698. in 4.

Disp. Inaug. de Jure Interpellationis (vom Anmahnungsrechte). Groningæ 1701. in 4.

M. GEORGIUS BALTHASAR, Lubecensis, Ædis Georgianæ Wismariensis, ab A. 1632., Ecclesiastes, A. 1660. mortuus. V. Dan. Springinsguthii *Catalogum Ministrorum Ecclesiæ Wismariensis.*

Exegesis dicti Apostolici 2. Thess. II. 3. 4., Præside D. Wilh. Lysero. Witeb. 1630. in 4.

M. THOMAS BALTHASAR seu BALTZERS, Lubecensis, Ædis Marianæ Wismariensis, ab A. 1655., Diaconus, &, ab A. 1660., Archidiaconus. V. M. Dan. Springinsguthium *l. c.*

Prædestination; das ist: Drey Predigten über die Worte Eph. I. 3. 4. & sq., darinn der schwere und wichtige Artickel von der Gnadenwahl, so wol nach der Reformirten, als der Evangelischen Lehre, samt den vornehmsten Ein- und Gegenwürfen, gründlich erkläret und vorgetragen wird. Wismariæ 1663. in 8.

Fides Jobi, Hiobs Glaubensbekäntniß, oder Leichpred. über M. Christ. Cothenium, Predigern der Wißmarschen Heil. Geists-Kirche, aus Job. XIX. 25. 26. 27. Wismariæ 1668. in 4. Huic sermoni adjectus est M. Dan. Springinsguthii, Diaconi itidem Mariani Wismariensis, Catalogus Ecclesiastarum Wismariensium vernaculus Chronologicus.

Leichpr. über Hans von Scharfenberg, Maioren. Wism. 1671. in 4.

Votum mortis, oder der seligste Mensch im Leben und Tode, in einer Leichpred. über Dorothea Eggebrechts, aus Ps. LXXIII., vorgestellt. Wism. 1672. in 4.

M. HARTWIGUS BAMBAMIUS Junior, Hamburgensis, Johannis (J. U. D. & Practici) filius, Zelotes immodestus & maledicus, fervore juvenili ferociens, & promiscue in omnes sibi suspectos, sive sontes, sive insontes, brutis fulminibus sæviens, cujus nomen fictum esse Joh. Wilh. Petræus & Val. Ern. Löscherus, mox allegandi, falso opinantur.

Disp. contra Spencerianam de Zabiis Hypothesin, Præside M. Joh. Chr. Wolfio, illius Autore, defensa. Witeb. 1706. in 4.

Pietistischer Catechismus. Coloniæ (uti fingitur) 1706. in 12., & auctior sine loci mentione, A. 1709. in 12. Libellus, Pietistis, qvos vocant, oppositus, iisqve, manifesta satis *Catechismi Papistici*, a D. Joh. Frid. Mayero editi, imitatione, dogmata pariter atqve facta erronea, absurda & horrenda qvamplurima, ordine Catechetico digesta, tribuens, nec raro Sophistice affingens. Censoria eum Virgula Civis Autoris, Barth. Feindius, J. U. L., tum in *Relationibus Historicis*, tum in Epigrammate notavit Satyrico, *Parti I. Poem. German. p. 629.* inserto. Joh. Wilh. Petræi Apologemata, qvibus suis dogmatibus, in eodem, notatis, conatus est patrocinari, passim offendes in der Oeconomie der Liebe GOttes in Christo, A. 1707. in 12. edita. Conf. de illo Val. Ern. Löscheri Unsch. Theol. Nachr. A. 1717., p. 613-618.

Catechismi hujus Pietistici verum autorem esse M. Sebast. Edzardum, Prof. Log. & Metaph. Hamb., perhibet J. C. Dippelius in *Cogitationibus contra Theologi Svecici Narrationem de Pietistis, p. 89.* teste D. Joh. Fabricio *P. III. Histor. Bibliothecæ suæ p. 157.* Ubi etiam *p. 161.* idem e Pezronii *Vindic. Tradit. pro Pane ἐπιουσίῳ p. 9.* confirmatur. Joh. Wilh. Petræo, metris Bambamii ulto insultus (*Lib. XIV. Vranidos p. 404.*) ille audit

- - - *Lurco stygiis eductus ab undis,* | *Gurgustidonio e campo Pyrgopolinices*
Dux Bombomachides, Bambamius ille petulcus, | *(Sic Plauti licet ore loqvi) bella horrida spirans.*

Vertheidigung des Pietistischen Catechismi, wider den unverschämten und recht furieusen Relations-Schmid Bartholdum Feind. A. 1706. & 1709. in 12.

Auszug einiger merckwürdigen Historien bey den Religions-Streitigkeiten mit den Reformirten. A. 1706. in 8. De hoc opusculo, Reformatorum adversus Lutheranos fraudulentiæ pariter atqve violentiæ exempla congerente, V. Val. Ern. Löscheri Unschuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. IV. A. 1706., p. 220-223.*

Observationum Sacrarum exegeticarum Centuria Enthymemata Mosaica continens. Hamburgi 1723. in 8. Pollicetur in ea XII. alias Centurias Observationum talium sacrarum Enthymematico-exegeticarum, prælo paratas.

ALBERTUS a BARDOWICK, e celebri apud Lubecenses gente patritia, qvæ cum ipso expiravit, ortus, Reip. patriæ Senator, juxta Gotsch. Kirchringium (1.) A. 1308. superstes, testeqve Bernh. Middendorpio (2.) A. 1316., juxta Autorem vero, sive interpolatorem, *Lubecæ felicis* Hövelianæ (3.) A. 1325., mortuus.

Jus maritimum sive nauticum, qvo Mercatores Hanseatici, aliiqve Maris Balthici accolæ, in Flandria olim sunt usi, ab ipso, (teste Kirchringio *l. c.*) concinnatum.

Annales Lubecenses ἀνέκδοτοι, Senatus jussu A. 1298. scripti, & Libro Privilegiorum Civitatis annexi, qvos a D. Joh. Marqvardo, Consule Lubecensi, in *Chronico* suo *Lubecensi* MS., allegari, Jac. a Mellen, Vir doctissimus, A. 1698. per Epistolam me docuit, simulqve, Albertum in iis *Reip. Lubec. Cancellarium* (qva dignitate ævo isto functi proximum a Consulibus & Camerariis in curia locum occupabant) appellari, monuit. Conf. de illis *Præf. novam Isagoges ad Hist. Cimbr. p. 55.*

MATTHIAS BARTELS, Hamburgensis, Matthiæ Senatoris filius, J. U. Lic. & in patria Practicus. Vixit A. 1706.

Disp. Inaug. de Juramentis. Aureliæ 1681. in 4.

Biblionomia Historico-Politico-Geographica, continens, secundum seriem Alphabeti, omnium fere Autorum nomina, qvi de Imperiis, regnis, rebuspublicis, provinciis, urbibus, insulis, montibus & fluminibus, scripserunt. Venetiis 1682. in 12. (Nec plena est, nec accurata).

Medicina animi, (*qvæ in Ott. Sperlingii Jun. Indice MS. Scriptt. Hamb. ei tribuitur*).

Die heilige Historie des Lebenslaufes unsers HErren Jesu Christi, aus den IV. Evangelisten ordentlich zusammengetragen, und nach Ordnung Herrn Dethlevi Becmanns Erklärung der Historie des Lebenslaufes Christi eingerichtet: Wobey einem ieglichen Theile die darauf deutende Sprüche des A. T., und davon handelnde versickel geistreicher Gesänge, sind beygefüget. Samt einer weitläufftigen Vorrede, vierfachem Register, und Censur der Theol. Fac. zu Rostock. Hamburgi 1699. in 8.

PETRUS

(1.) *in Comp. Chron. Lub. p. 75.* (2.) in der Lübeckschen Rahts-linie. (3.) V. das beglückte und geschmückte Lübeck. (ed. A. 1697.) *p. 55.*

PETRUS **BARTELS**, Hamburgensis, J. U. L. & Senator patriæ, d. 31. Mart. A. 1722. electus.

Disp. Inaug. de Transactionibus. Franeqveræ 1689. in 4.

BARTHOLDUS, Ecclesiæ Lubecensis Canonicus, in Episcopatu ejusdem Theodorico, circa A. jam 1208., non autem vel 1210., qvem Albertus Stadensis (1.), & *Annalium Slavicorum*, a Lindebrogio (inter *Scr. Rer. Germ. Septentr.*) editorum, Autor (2.), vel 1211., qvem *Chronici Slavici* prioris, ab eodem Lindebrogio publicati, Scriptor (3.), Alb. Krummendikius, Herm. Bonnus, Joh. Petræus, C. Dancwerthius, Conr. Hövelius (4.), & alii, substituunt, successerit necesse est, si per Annos XXIV., uti Chronographus Slavicus, Krummendikius & Krantzius testantur, illo est functus, A. 1232. autem, uti mox ostendemus, non amplius fuit superstes. In Æde Stadensi Mariana ab Ysone, Episcopo Verdensi, eum esse consecratum, *Annales* docent *Slavici* (5.). Qvæ *Chronici Slavici* prioris Autor, Krummendikius & Krantzius, de ædificiis ejus, & occupationibus Oeconomicis, Collegioqve Canonicorum nova Camerarii dignitate, ipsius impensis, aucto, narrant, minoris sunt momenti, & Herm. Bonno ac Joh. Petræo, plus eum curæ ædificiis extruendis, qvam S. Scripturæ lectioni, & Coetus sacri institutioni, tribuisse, indignantibus, censuræ asperioris præbuerunt occasionem. Mentione dignior est ejus in Coenobium Monialium Ord. Bened. in Holsatia Prezense, ab Alberto, Comite Orlamundensi & Holsatico, suo ævo fundatum, munificentia. Non enim solum Albertum in proposito hoc confirmavit, uti duo illius Diplomata, in qvibus noster, ceu testis, allegatur, ostendunt (6.), sed ipse etiam monialibus, gemino Diplomate, A. 1220. (Prid. Non. Apr.), *dona altaris, curam animarum, Bannum, jus Archidiaconatus & decimas novalium Coenobii*, A. 1224. autem (V. Id. Dec.) decimas omnium villarum Parochiæ Prezensis, totiusqve fundi, ab Alberto illis donati, Canonicis (qvorum literæ etiamnum extant publicæ, eodem die Dec. A. 1224. exaratæ) consentientibus, est largitus (7.). Diplomatum (ob qvæ mentio illius *h. l.* est facta) istorum prioris, omnium Prezensium antiqvissimi, & a nobis *Parte IV. Isagoges ad Histor. Cimbricam* (*c. 2., §. 4., p. 385. 386.*) publicati, solum Prezæ, in Conradi a Bocholt, Præpositi, *Registri Præpositurae suae* MSti Sectione Diplomatica (*num. 8.*), superest Apographum, posterioris vero Avtographum, a me olim descriptum. Utriusqve donationes ab Adolpho IV., Comite Holsatiæ, A. 1226., & a Nostri in Episcopatu Lubecensi Successore, Johanne I., A. 1232., suis confirmatæ sunt Diplomatis. E qvorum posteriore cum Bartholdum A. 1232. non amplius pateat fuisse superstitem, falluntur utiqve, non *Chronici* solum *Slavici* Autor, ad A. 1237., sed Herm. Bonnus etiam, Joh. Petræus, Joh. Regkmannus, Kirchringius & Hövelius, ad A. 1235. obitum ejus referentes, nos autem hunc rectius, vel in A. 1230., cum Alberto Stadensi (8.) & *Annalium Slavicorum* Scriptore (9.), vel in seqventem 1231. potius, ne qvid 24. Episcopatus annis decedat, translocabimus (10.).

Vide de illo Alb. Stadensem & Chronographos duos Slavicos, *ll. cc.*, Alb. Krummendikium *in Chronico Episcoporum Lubecensium* (*T. II. Rer. Germ. Meibom.*) *p. 396.*, Alb. Krantzium (cui *Vir præstans* audit) *L. 7. Metrop. c. 32.*, Herm. Bonnum *L. 2. Chron. Lubec.*, *ad A. 1211.*, Joh. Petræum *in Chron. Holsf. p. 54.*, C. Dancwerthium *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 8.*, *p. 227.*, Jac. a Mellen *in Historia Lubec.*, *Disp. II.*, *c. 4.*, *§. 6.*, *& Disp. III.*, *c. 1.*, *§. 7.*, *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 24. 29.*, & *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr.*, *ll. cc.*

PAULUS **BARVER**, Slesvicensis, Dethlevi, Senatoris, filius, Juris utriusqve, in Academiis Rostochiensi, Lugduno-Batava & Andegavensi, ab A. 1644. ad 1650., Cultor, Doctor ejusdem ab Henr. Rahnio Rostochii A. 1651. creatus.

Disp. de Jure Victoriæ, Præside Casp. Mauritio. Rostochii in 4.

Disp. Inaug. de Juramentis, Præside D. Henr. Rahnio. Rostochii 1651. in 4.

GOTHOFREDUS **BARWASSER**, Theol. Studiosus Hamburgensis.

Novum Multiplicationis & Divisionis Arithmeticæ Compendium; das ist: Neue Rechnungs-Art, dadurch die Multiplication in die Addition, und die Division in die Subtraction, oder, nach Gelegenheit, in die Addition und Subtraction, verwandelt, ohne die mühsame Weitläuftigkeit, welche bey dem bißher gebräuchlichen Einmahl Eins unvermeidlich, sehr leicht, auch viel sicherer und gewisser, als durch die schon bekandte Arten, können verrichtet werden. Hamburgi 1702. in 12. obl. *V. Nova Lit. Lubec.*, *M. Aug. A. 1702.*, *p. 247.*

PETRUS **BASSE**, Lubecensium in Civitate Möllensi ab A. 1636. ad 1653. Centurio, Poeseos vernaculæ studiosus, a Georg. Phil. Harsdörfero, in *Epistola Partium VII. & VIII. Theatri Historiarum Tragicarum Germanici*, ipsi inscriptarum, *Dedicatoria*, fuse laudatus.

Andächtiger Seelen Spatziergang durch die Gassen zu Jerusalem, vom Richthause Pilati, biß zum Heil. Grabe, in 200. Schritte abgetheilet, und in deutschen Versen abgefasset. Lubecæ 1652. in 8. Præfixa sunt Elogia præclara Metrica D. Men. Hannekenii (cui *dignum* audit *opus ingenio præclaro & milite Christi ingenuo*), D. Hect. Mithobii, D. Pet. Rehbinderi, Jac. Stolterfohtii, Joh. Ristii (cujus Carmen *in Parnasso Teutonico p. 484. & sqq.* est recusum), G. P. Harsdörferi, Casp. Ziegleri, & aliorum. Sed vere de illo Erdm. Neumeisterus *in Diss. de Poet. Germ. p. 12.*: *Commendatus hic labor, si non ab nitore, ubi cum aliis pari passu vix ambulat, saltem a pio conatu ejus qvidem viri, qvi non sub Apollinis, sed Martis, vexillo stipendia fecit.*

BARTHOLOMÆUS **BATTUS** (qvem *Barthium* Ant. Teiserius (11.) perperam vocavit), ortu Belga, sed Hamburgi d. 10. Sept. A. 1571. natus, Parentes habuit Joh. Battum & Mariam Krakeriam, e civitate Flandriæ Alostensi Antwerpiam, & inde A. 1564. Hamburgum, ob religionem Lutheranam, profugos (12.). Familiæ ejus universæ, qvæ Levinum etiam Battum, Prof. Acad. Rostoch. Medicum, protulit, Genealogiam Nicol. Vismarus sub finem Sermonis exhibuit funebris. E schola Hamburgensi a Gvern. Rolfincio, Rectore, A. 1589. Rostochium dimissus, Dav. Chytræi, Lucæ Bacmeisteri, Val. Schachtii & Dav. Lobechii, Theologorum, ac Henr. Bruczi, Philosophi, sedulus per qvinqvennium fuit Auditor, & Magister, A. æt. 23., a Magno Pegelio, Math. Professore, est creatus. Witebergæ deinde, Dav. Rungio, Theologo, præsertim familiaris, triennium exegit, &, cum, maxima Germaniæ superioris parte peragrata, Academiam A. 1596. repetiisset Rostochiensem (in qva Professione functus esse Theologica a Teisserio (13.) falso perhibetur), a Bogislao XIII., Duce Pomeranico, Gryphiswaldensis vicinæ Professor Logicus, &, triennio post (A. 1599.), in Matthæi Flegii locum, Theologicus, Pastorqve simul Jacobæus, est constitutus. Doctoris ei titulum A. 1600. Frid. Rungius, Collega, contulit, cujus, A. 1604. mortui, vices etiam, in sacra Pomeraniæ Occidentalis Ephoria, jussu Philippi Julii, Principis, donec Barth. Krakevitzius ei subrogaretur, per biennium obiit (14.). Officio

(1.) *in Chronico*, *ad A. 1210. f. 202. b.* (2.) *ad A. 1210.*, *p. 257.* (3.) *c. 35.*, *p. 203.* (4.) im beglückten Lübeck *p. 150.* (5.) *l. c. p. 257.* (6.) Exhibui illa *P. IV. Isagoges ad Hist. Cimbr. c. 2.*, *§. 5.*, *p. 386-390.* (7.) V. *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr.*, *c. 2.*, *§. 4. & 6. p. 385. 386. 390. 391.* (8.) *in Chronico*, *ad A. 1230.*, *f. 208. b.* (9.) *ad A. 1230.*, *l. c. p. 258.* (10.) Conf. *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr.*, *c. 2.*, *§. 6.*, *p. 390.* (11.) *P. II. Catal. Catall. p. 213.* (12.) V. Joh. Micrælii *P. III. Syntagm. Hist. Eccl.*, *p. 353.* (13) *l. c.* (14.) V. Dan. Crameri *Chronicon Pomeraniæ Ecclesiasticum*, *Lib. 4.*, *c. 35.*

cio in Academia publico, per annos 43., & Rectoratu ejusdem qvinqvies, non fine laude perfunctus, biennio ante obitum in Hemiplexiam & Paralysin incidit, iisqve jam debilitatus, febri tertianæ, tussi & calculo, junctim se aggressis, d. 3. Nov. A. 1639., æt. 68., succubuit. Falluntur enim Joh. Micrælius (1.), & And. Carolus, hunc secutus (2.), qvi Anno 1634. eum jam obiisse tradiderunt. E priori conjuge, Emerentia, Joach. Schwartzii, Senatoris Gryphiswaldensis, filia, A. 1597. ducta, & A. 1623. sibi erepta, qvatuor liberos, &, hos inter, Abrahamum, Doctorem itidem, ad A. usqve fatalem 1674., Acad. Gryphicæ Theologum primarium, & Pomeraniæ Svedicæ Superintendentem (3.), ex altera autem, Juditha, gnata Joh. Parovii, Mercatoris Stralsundensis, A. 1638. pariter amissa, nullos sustulit.

Vitam ejus laudesqve fusius exposuerunt:

1. M. Nicol. Vismarus, Ecclesiastes Gryphiswald. (postea, Th. D. & Superint. Oldenburg.), tum in Sermone Germanico in Ps. CXXX. funebri, tum in *Batto καλευφημημένῳ*, seu *Orat. parentali*, utroqve Gryphisw. A. 1639. *in 4.* edito.
2. Matthias Stephani, Antecessor Gryphisw., in *Programmate Funebri*, sub finem Concionis Wismarianæ, & in Henn. Wittenii *Dec. IV. Memor. Theol. renov.*, *p. 484-490.*, recuso.
3. Herm. Qverinus, Stettinensis, J. U. D. & Archidicasterii Wolgastensis Advocatus, in *Orat. Funebri*, d. 9. Nov. habita, & edita Gryph. 1639. in 4.
4. M. Dav. Scharfius, Hamburgensis, Superint. Bardovicensis, *in Theologo a facultatis præstantia commendato, seu Poemate in obitum Bartholdi Krakevitzii & Bartholomæi Batti, Theologorum Gryphiswaldensium, Panegyrico*, ibidem A. 1644. *in 4.* excuso.

Confer de illo *Epicedia, Sermoni Funebri* Wismariano adjecta, Joh. Micrælium & Andr. Carolum *ll. cc.*, Paulum Freherum *in Theatro Erud. p. 482. 483.*, Henn. Wittenium *T. I. Diar. Biogr. Sec. 17., ad A. 1639.*, Erdm. Uhseum *in Vitis Theologorum Sec. 16. & 17. vernaculis, p. 484. 485.*, Gvilh. Crowæum *in Elencho Interpretum S. Script. p. 75.*, Christoph. Hendreichium *in Pandect. Brandeb. p. 453.*, Sam. Rosenbohmium *P. I. Poem., Lib. 3., p. 197. 198.*, Georg. Nicol. Erasmi *L. 2. Anagramm. Emmetr., num. 38.*, & Steph. Hahnium *in Threnologia Elegiaca de obitu Theologorum, p. 10. 11.*

Matthiæ Stephani (*in Progr. cit.*) *Theologorum*, audit, *qvos Germania hac ætate videt, facile princeps, qvi qvantus fuerit, illi soli ignorant, qvi Theologiam ignorant, cujus memoria, ob multa & magna in rempublicam merita, omnibus, qvi doctrinam salutis perpurgatam gaudent, singularis & sempiterna esse debet, de cujus denique virtute nihil ita præclarum dici potest, qvod illa non superarit, saltem adæqvarit.*

Joh. Micrælius, Theol. Stettinensis, ejus discipulus (im Antwortschreiben an Erhard Ferdinand, Graffen von Truchseß, (*lit. D. 4. a.*), ob vitæ illum sanctitatem commendat, vocatqve eine fromme Seele, dessen untadeliches Leben und Wandel billich ein ieder ihm solte zum Fürbilde vorstellen, imo Sanctis Ecclesiæ Lutheranæ annumerat.

A Theologis contra Hispaniæ Pontificiis scripta ejus prohibitis, *in Indice Expurg. Hispanico p. 86.*, accenseri, Chr. Hendreichius *l. c.* testatur.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Doctrinæ de Baptismo Capita præcipua, Præside D. Dav. Rungio proposita. Witeb. 1596. in 4.

Disputationes VIII. de S. Scriptura. Gryphiswaldiæ 1605. 1606. & 1607. in 4.

Disputt. III. de Electione, seu æterna salvandorum prædestinatione. Gryph. 1605. in 4. Oppositæ sunt, jussu Philippi, Ducis Pomeraniæ, errori Sam. Huberi de universali omnium hominum prædestinatione, in *Disp.* etiam *IV. in Ep. ad Ephes., Th. 58-66.*, & Epistolis ad Lucam Bacmeisterum & Phil. Nicolai privatis, cum is de consensu suo gloriatus esset, refutato. V. Nicol. Wismari *Or. parentalem*. Casp. Er. Brochmannus, Theol. Hafn. (*teste Herm. Qverino in Or. Fun.*), has se Disputationes auro contra caras habere, est professus.

Collegium Theologicum, XXI. Disputt. comprehensum. Gryph. 1606. 1607. 1608. in 4.

Disp. de Cœna Domini Gryph. 1608. in 4.

Disp. de S. Scripturæ perspicuitate & obscuritate. ib. 1609. 4.

Disp. de ritibus Ecclesiasticis seu adiaphoris. ib. 1611. in 4.

Orat. de Christo Servatore, contra hujus temporis Neophotinianos, inprimis Faustum Socinum, publice pronunciata. Gryph. 1606. in 4. Recusa A. 1611., cum *Libris III. de Justificatione*.

Collegium in Confessionem γνησίως Augustanam, XXVI. Dispp. comprehensum. Gryph. 1611. in 4.

De Justificatione hominis peccatoris coram Deo Libri III., Hæreticorum hujus temporis, imprimis Pontificiorum, erroribus, & istorum præcipui Promachi, Rob. Bellarmini, Libris V. de Justificatione, oppositi. In præfatione, & subjecta Oratione, refelluntur Fausti Socini, & complicum, blasphemiæ contra causam justificationis meritoriam. Gryph. 1611. in 8. Iidem Disputationibus publicis denuo ventilati a D. Abr. Batto, Autoris filio, Gryph. 1656. in 4. (*Editio Hamburgensis A. 1612. in 8., qvam Draudius & Lipenius memorant, ni fallor*, est chimærica). *Aureos* eos vocat Joh. Micrælius *P. III. Syntagm. H. E. p. 353.*, publice commendarunt Joh. Gerhardus *in Methodo studii Theol. p. 197.*, Joh. Olearius *in Continuatione Isagoges Carpzovianæ in Libb. Symbol. p. 1279.*, Abr. Calovius *L. 2. Isag. Theol. p. 248. 263.*, & Thom. Crenius *Exerc. I. de libris Scriptorum optimis p. 31.*, privatim vero (teste Nicolao Wismaro *in Or. Parent.*) multis laudibus ornarunt Wolfg. Franzius, Balth. Menzerus & Balth. Meisnerus.

Disputt. XX. in Epistolam ad Galatas. Gryph. 1613. in 4. Tertiam harum, a Sebast. Benefeeldo, Theologo Oxoniensi, impugnatam, ipse, sicut paulo post monebitur, in *Libris II. de Apostasia Sanctorum*, A. 1621. vindicavit.

Disputationes de Antichristo. Gryph. 1617-1620. in 4. (Ad finem, teste Wismaro *l. c.*, non sunt perductæ. Mentio illarum in Lud. Jacobi a S. Carolo *P. II. Biblioth. Pontificiæ p. 456.* occurrit.)

Comm. in Epist. ad Ephesios, Dispp. XXI. exhibitus. Gryph. 1619. in 4. (Draudius & Lipenius Edit. Rostochiensem Anni 1620., mihi suspectam, adjungunt.)

Antapologia, i. e. de possibilitate Apostasiæ sanctorum, sive amissionis intercisionisqve gratiæ in renatis & electis, Libri II., Synodo Dordrechtanæ, & in specie Sebastiano Benefeeldo, Theol. Doctori ac Professori Oxoniensi, qvi editis II. Libris, *de perseverantia Sanctorum* male inscriptis (qvorum priore, in aliqvot Scripturæ locis, & exemplis ἀποστασίας Sanctorum, pro V. Cl. Gvilh. Whitakero Apologiam, contra D. Battum, se dare profitetur), magno qvidem, at non minus vano irritoqve conatu, illam ivit impugnatum, veritatis vindicandæ gratia, oppositi. Gryph. 1621. & 1625. in 8. (qvas duas Editiones, ob leve tituli discrimen, Wittenius *l. c.*, velut libros diversos, seorsim memo-

(1.) *l. c.* (2.) *in Memorabilibus Hist. Eccl. Sec. 17., L. 4., c. 29., p. 891.* (3.) V. de illo Christoph. Helwigii, Profess. Med., *Progr. funebre*, in Wittenii *Cent. Memor. Theol. p. 1827-1840.*

memoravit). Impugnaverat Gvilhelmus Whitakerus, Theol. Cantabrig., *in Cantione Cygnæa, sive ultima ad Clerum Concione*, cum *Prælectionibus de Ecclesia* Genevæ A. 1610. edita, Lutheranam de Apostasia Sanctorum doctrinam. Cui cum Battus A. 1614., *in Disp. III. in Ep. ad Galatas*, respondisset, Seb. Benefeeldus, Theologus Oxoniensis, (A. 1630. mortuus), hanc confutare, & Whitakerum simul Præceptorem vindicare, duobus *Prælectionum de perseverantia Sanctorum Libris*, Francof. A. 1618. *in 8.* editis, est conatus, iisqve Nostro Antapologiam hanc extorsit.

Theses de Mysterio Trinitatis. Gryph. 1620. 4.

Disp. de Justificatione Evangelica hominis peccatoris coram Deo, Resp. M. Andr. Virginio (postea Theol. Prof. Dorpatensi). Gryph. 1621. in 4.

Pia Meditatio salutiferæ passionis D. N. J. C., Thesibus comprehensa. Gryph. 1621. in 4.

Disp. de mysterio Unionis Hypostaticæ duarum naturarum in J. C., Salvatore nostro, Resp. Balth. Rhawio (Theologo postea Gryphico). Gryph. 1624. in 4.

Disp. de Baptismo. Gryph. 1624. in 4.

Comm. in Epist. ad Colossenses. Rost. 1627. in 4. (*Solus hunc allegat Lippenius P. I. B. T. p. 341.*)

Comm. in Epist. ad Philippenses, Dispp. XVII. exhibitus. Rostochii 1628. in 4.

Disp. de abominabili Missæ Pontificiæ sacrificio. Gryph. 1629. in 4.

Disp. de personalitate Spiritus Sancti, a Deo Patre realiter distincta, Resp. Mich. Behmio (Theologo postea Regiomontano). Gryph. 1633. in 4.

Disp. contra vanam Calvinisequarum de Orthodoxia gloriationem. Gryph. in 4.

Disp. de Causis peccatorum (*a Wittenio memorata*).

Homiliæ Academicæ, ab Abr. Calovio, *L. 2. Isag. Theol. p. 316.*, laudatæ.

Dav. Rungii, Theologi Witeb., Prælectiones in Genesin, cum Præfat. illius editæ., Witeb. 1614. in 8.

II. GERMANICUM.

Leichpredigt über Simon Gadebusch, J. U. Stud., auß Phil. III. 20. 21. Gryph. 1626. in 4.

INEDITA.

Prælectiones in Locos de Baptismo & S. Cœna, qvas MSS. habuit D. J. F. Mayerus, *V. Catal. Biblioth. p. 714.*

Commentaria in omnes Locos Compendii Theologici Jac. Heerbrandi.

Comm. in Apocalypsin.

(*Hæc duo, post mortem ejus, superfuisse, Herm. Qverinus, in Or. Fun., testatur.*)

AUG. FRID. BAUCHIUS Eutino Wagrius, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de Dysenteria alba in puerpera, Præside D. Joh. Her. Fürstenavio. Rint. 1723. 4.

JOHANNES CHRISTOPHORUS BAUTZMANN, Hamburgensis, Christophori, Doctoris Medici, Practicique Hamburgensis & Otterndorfiensis, Archiatri Sverinensis, ac Poliatri tandem Stadensis, e Margareta Gerdesia filius, d. 5. Oct. A. 1645. natus, post studia Scholastica & Academica supremos Medicinæ honores Leidæ d. 9. Jun. A. 1673. reportavit. Italia deinde & Germania spatio peragratis annuo, praxi artis suæ, ab A. 1674. Stadæ (ubi Parenti d. 16. Sept. A. 1679. in Medici munere subrogabatur regii), posteaqve, circa A. 1716., Hamburgi (1.), inclaruit. Pleniorem vitæ ejus (ad A. usqve 1711.) historiam Joh. Henr. a Seelen *Stada anni 1711. literata, p. 9-12.*, exhibet.

Disp. Inaug. de Peste. Lugd. Bat. 1673. in 4.

Observationes XXIII. Medico-Physicæ, *in Miscellaneis Academiæ Naturæ Curiosorum Germanicæ, Decuriæ II. Anno IV., n. 38., p. 95. & sq., ac Anno VIII., n. 43-52., p. 115-134., Decuriaeqve III. Annis VII. & VIII., p. 39-53., ac Annis IX. & X., p. 416-421.*, publicatæ, qvas J. H. a Seelen *l. c. p. 11. 12.*, ac Corn. a Beughem *in Syllabo recens in re Medica & Physica exploratorum p. 6.*, sigillatim enumerant.

Eilfertige Gedancken, betreffend die jetzo häuffig im Schwange gehende Fieber. Stadæ 1679. in 4.

Vernünftiges Urtheil von tödtlichen Wunden, zum Nutzen der Chirurgorum gestellet. Stadæ A. 1711. in 12., & *juxta Catal. nundin.*) Lipsiæ 1716. in 12.

BARTHOLOMÆUS BAXEN, Strandfrisius.

Carmen Græcum de flagellatione, crucifixione, morte, & gloriosa resurrectione Christi. Rostochii 1594. in 4.

JOACHIMUS BECCAU, Burga Femariensis, Scholæ Vici Neomonasteriensis publicæ, ab A. 1720., Rector.

Zuläßige Verkürtzung müßiger Stunden, bestehend in allerhand geistlichen und weltlichen teutschen Gedichten, in II. Theilen. Hamburgi 1719. in 8.

Teutscher Gedichte dritter und vierter Theile, enthaltend Ehren-Gedichte, die bey verschiedenen Gelegenheiten entworfen, wie auch Theatralische Gedichte, und Uebersetzungen. Hamburgi 1720. in 8.

HIERONYMUS FRANCISCUS BECCELER, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Societate. Lugd. Bat. 1705. in 4. *V. Hamburgum anni 1716. literatum p. 33.*

JOHANNES BECHER, Urbis Hamburgensis incola.

Trost der Armen, oder Anleitung, wodurch allen verarmeten, und anderen nahrlosen Leuten, ein sicherer Weg gezeiget wird, nach Capo de bonne esperance zu reisen, und daselbst lebenslang ihren reichlichen Unterhalt zu finden: Samt curiöser Beschreibung dieses Africanischen Vorgebirges. Hamb. 1698. in 8.

DIETERICUS BECKER, Senatus Hamburgensis Fidicen, *Musicus*, teste Ott. Sperlingio Jun. (*in Indice Scriptorum Hamburgensium MSto*), excellentissimus.

Musicalische Frühlingsfrüchte, bestehend in 3. 4. und 5 stimmiger Instrumental Harmonie, nebst dem Basso Continuo. Hamb. 1668. in fol.

Zweystimmiger Sonaten und Sviten, nebst einem gedoppelten Basso Continuo, Erster Theil. Hamb. 1674. in 4. Ander Theil, ibid. 1679. in fol.

JACOBUS BECKER, Slesvicensis, Joh. Adolphi, Consulis, Filius, Aulæ Danicæ Secretarius & Advocatus Hafniensis, circa A. 1682. defunctus. Bibliothecam habuit, Actis MStis, Ducatuum Cimbricorum Historiam, inprimis Ecclesiasticam recentiorem, illustrantibus, per Fabricios, supremos Ducalium Ecclesiarum Antistites, majores suos,

(1.) V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 24.*

suos, collectis, instructissimam, Hafniæ A. 1685., Catalogi ibidem A. 1683. impressi, & A. 1685. recusi, ductu, me præsente, auctione distractam publica.

Larvæ detracta Frid. Geisleri, JCti Lipsiensis, *seu Expositioni nominum, sub quibus Scriptores aliquot Pseudonymi latere voluerunt*, ἀνωνύμως Veriburgi A. 1670. in 12. editæ, tresque tantum illorum exhibenti Decadas, XX. alias αὐτόχειρι, in suo, quod possideo, adjecit exemplari. E quibus Vinc. Placcius, quæ suam, in *Tractatu de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis*, A. 1674. edito, effugerant diligentiam, a me sibi communicata, *Theatro* eorundem majori posthumo inseruit. Mentio illarum in Ant. Teiserii etiam *Catalogo Catalogorum, P. II., p. 116.*, occurrit.

JOHANNES BECKER, seu PISTORIUS, Holsatus, Parochus ruralis in Stormaria Haseldorfiensis.

Disp. de Justificatione hominis peccatoris coram Deo, Præside D. Valent. Legdæo. Rost. 1633. in 4.

Geistliche Lehrmeisterinn aller wahren Christen und Christinnen, Sara; das ist: Gründlicher Unterricht, woran man in dieser Welt einen Menschen recht erkennen kan und sol, ob er in der Wahrheit ein rechter Christe sey, oder nicht; auß Tob. III. 22.23., in einer Predigt, vorgestellet. Hamb. 1642. in 4.

Sermo Germanicus, in nuptiis Wolfii Henrici a Kreütz, Centurionis, & Magdalenæ Christinæ Königsmarkiæ, habitus, & postea editus, de quo V. Carmen Joh. Ristii im teutschen Parnasso *p. 563. 564. 565.*

JOH. ADOLPHUS BECKER, Consul Slesvicensis, & Generalis Ecclesiarum Cimbriæ Holsato-Gottorpiensium Commissarius, Annæ primum Fabriciæ, Jacobi Senioris, Superint. Gen. Holsatici, filiæ (1.), ac deinde (ab A. 1654.) Salomes Hanseniæ, Petri Dancwerthii, Pastoris Husensis, viduæ (2.), maritus, socer Georgii Holmeri, Ærarii Ducalis Gottorpiensis Archigrammatei.

Matriculam, quam vocant, *Ducatuum Slesvicensis ac Holsatici*, A. 1652. excusam, jussu Regio & Ducali, cum aliis Viris præstantibus, ex ordinibus Equestri ac civico delectis, revidit ac emendavit. V. C. Dancwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 3., p. 70.*

Relationem ejus (incertum cujus argumenti) MStam Ant. Heimreichius, in Catalogo Autorum, *Chronico Frisiæ Borealis* præfixo, laudavit.

BARTHOLDUS BECKMANN, Hamburgensis, J. U. C.

Oratio de Carolo Magno, primo Germaniæ Imperatore, in Acad. Marpurgensi recitata. Marpurgi 1643. in 4. Recusa, inter Orationes Joh. Balth. Schuppii (cujus ductu scripta erat), Giessæ 1658. in 4. & Francofurti 1659. in 12.

Exerc. præliminaris ad Bernh. Sutholti Dissertt. de autoritate Juris Civilis & Canonici, Præside D. Joach. Hagemeiero, illius Autore, defensa. Marpurgi 1643. in 4.

BARTHOLDUS BECKMANN Junior, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus. Vixit 1704.

Disp. Inaug. de Alimentatione personarum, ad successionem feudi inhabilium. Altorfii 1681. in 4.

DETHLEVUS BECKMANN, Tunderensis, Patre Henningo, Pistore, A. 1645. natus, Diaconus Urbis Itzehoensis d. 6. Jan. A. 1673., Ædis autem Nicolaitanæ Hamburgensis d. 5. Sept. A. 1680., electus, & cœlebs d. 18. Julii A. 1684., æt. 39., defunctus: Vir, ob singularem pietatem, morum innocentiam, raram in officio obeundo fidem atque industriam, & effusam in pauperes (quibus pecuniam, a privatim peccata confessis Hamburgi oblatam, quam ne accipere quidem initio volebat, postquam, ut acciperet, a Collegis erat persvasus, confestim distribuebat (3.)) benignitatem, Auditoribus (quorum nonnulli mortuo splendidum, suis sumptibus, in Templo Nicolaitano, erexerunt Epitaphium (4.)), bonisque omnibus, gratissimus, mihique olim amicissimus.

Conf. de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad d. 18. Jul. A. 1684.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 874.*, & Jac. le Long *P. II. Biblioth. Sacræ p. 379. 604.*

ELOGIA.

Phil. Jac. Spenerus, im Tract. von Freyheit der Gläubigen *p. 10.*, eum vocat einen Mann, desgleichen treue Diener die Hamburgische Kirche vielleicht nicht gar zu viel gehabt haben mag, und dessen Gedächtniß, vor vielen andern, bey frommen Seelen, im Segen immer blühen wird, ja dessen Leben, wo es möglich wäre, von manchen mit einem Theile des ihrigen wieder erkauft werden würde.

Idem, im Siege der Wahrheit wieder D. Mayern, *c. 2., §. 8., p. 30.*, ita de illo scribit: Jch habe von ihm so viel, wegen seines ungemeinen Fleisses in seinem Ampte (das er sich einig in der Welt, ohne andere Sorge, angelegen seyn liesse), gehöret, daß ich mich selbst oft geschämet habe, wie weit ich, ob wol auch gerne treu in dem Ampt erfunden zu werden verlangete, von seinem exempel noch zurücke wäre.

Joh. Henr. Horbio (*in Apologia p. 35.*) audit ein umb die Kirche J. C. treuverdienter Prediger, dessen Andencken bey uns im Segen bleibet.

Joh. Wilh. Petræo (in Historia vitæ suæ p. 64.) Ein sehr frommer Prediger, dessen gleichen Hamburg wenige gehabt hat, noch haben wird.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Predigt von des wahren Messiæ Person, Erhöhung und Reichs Beschaffenheit, auß Hebr. I. 5-9., zu Hamburg d. 28. Jul. A. 1680., in S. Nic. Kirche, gehalten. Hamb. 1681. in 4.

Valetrede an die Gemeine GOttes zu Jtzehoe, auß Act. XX. 17-38., d. 30. Sept. A. 1680. gehalten. Hamb. 1681. in 4.

Hamburgische Antrittspredigt, auß Ps. XL. 10. 11. 12., d. 17. Nov. A. 1680. gehalten. Ib. 1681. 4.

Die lieblichste und wehrteste Historie des Lebenslaufes unsers Herren Jesu Christi, auß den IV. Evangelisten, frommen Christen zur Erbauung, in eine verhoffentlich richtige Ordnung, mit einer kurtzen Erklärung, gebracht. Mit einer Vorrede D. Christ. Kortholti, Kielischen Theologi. Hamburgi 1684. in 8. Recusa, additis figuris æneis, Lindaviæ Svevorum A. 1691., & Durlaci A. 1702., in 4., ac in alias quoque lingvas, teste J. Alb. Fabricio, *pulcherrimam* eam vocante (*P. II. Memor. Hamb. p. 874.*), translata. A Jacobo le Long, Oratorii Parisiensis Presbytero, *P. II. Biblioth. Sacræ, c. 14., p. 379.*, in Harmoniarum Evangelicarum refertur numerum. De Matthiæ Bartels, Hamburg., J. U. L., Scripto in eam ἐξηγητικῷ, Germanice Hamburgi A. 1699. *in 8.* publicato, supra jam dicta relegantur.

JOHANNES BECKMANN, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. de Verborum obligationibus, Præside D. Joh. Borcholto. Helmstadii 1579. in 4. Recusa cum seqventi ibid. A. 1609. in 4.

Disp.

(1.) V. Ant. Heimreichii *Hist. Eccl. Slesv.*, *L. 4., c. 2., p. 192.* (2.) V. Epithalamia in nuptias secundas, a G. H. Burchardo, aliisque scripta, & Morhofii Odam in obitum Hanseniæ, *in Poem. Germ. p. 291. 292. 293.* (3.) V. Phil. Jac. Speneri *P. I.* der Theol. Bedencken, *c. 2., Art. 4., Sect. 33., p. 313., & Sect. 38., p. 324.* (4.) Inscriptionem Epitaphii Germanicam exhibet Joh. Alb. Fabricius, *in Auctario Inscriptt. Hamb. Theod. Anckelmanni, num. 144., p. 45. 46.*

Disp. de Transactionibus, cum praecedenti impressa. Helmst. 1609. in 4. (*Utriusqve notitiam Joh. Teclenburgio, JC. Hamburgensi, debeo.*)

LUCAS BECKMANN, Hamburgensis, Joachimi, Ædis Petrinæ ærario præfecti, & Annæ Thammiæ, Henrico, Mercatore primario, natæ, Filius, M. Dec. A. 1570. natus, studiis Juridico & Politico Helmstadii, Rostochii, Leidæ, Oxoniæ, Witebergæ (qvam A. 1594. (1.) adiit) & Lipsiæ, operam impendit sedulam ac felicem, titulumqve Doctoris Basileæ A. 1597. reportavit. Witebergæ postea Professor Juris, ab A. 1599., fuit Extraordinarius, nec multo post, & per annos qvidem 26. continuos, Ordinarius, simulque, non Academiæ solum totius ternis vicibus (A. 1603. 1609. & 1619.) Rector (2.), sed & Christiani II., Electoris Saxonici, in supremo Appellationum Judicio, Senator, Regii per Lusatiam inferiorem judicii, Curiæqve Provincialis & Ecclesiasticæ Witebergensis, Assessor, Hedwigis autem Danicæ, Christiani viduæ, & Magdalenæ, Ducis Anhaltinæ, Cancellarius (3.). Assiduis tot munerum laboribus, crebrisqve itineribus nocturnis, confectus, cum tussi vehementissima aliqvamdiu laborasset, d. 7. Febr. A. 1624., æt. 54., finem vivendi fecit, & e sex liberis, qvos e conjuge, Elisabetha, Johannis Grünewaldii, Prætoris ac Senatoris Lipsiensis, filia (A. 1597. ducta, & A. 1627. extincta), sustulerat, duos reliqvit superstites, Lucam, sibi cognominem, & Annam Elisabetham, Nicolao Schafshusio, Livono, J. U. D., Advocato Hamburgensi, & Cancellario Lauenburgico, elocatam.

Fusius vitam ejus & laudes enarrat Aug. Buchnerus in duobus Programmatis funebribus, ipsi A. 1624., & Viduæ A. 1627., scriptis, ac *Volum. secundo Dissertationum Academicarum, p. 66-75. 155-160.*, insertis, Epitaphii autem, in Æde Parochiali Witebergæ ab hæredibus erecti, Inscriptionem Gotfr. Svevus (*in Acad. Witeb., lit. Ttt. 3. b.*) & Andr. Sennertus (*Lib. 2. Athen. Witeb., p. 235. 236.*) recitant.

Conf. de illo Pauli Freheri *Theatrum Erud. p. 1038. 1039.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. 17., ad A. 1624.*; Wolfg. Franzii *Ep. Dedic. Scholæ Sacrificiorum ad Senatum Hamburg.*, Frid. Taubmanni *Schediasmata. L. 2. Epicorum, p. 315. 316. 317.*, Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 475.*, Joh. Henr. Bergeri *Or. de JCtis Sec. XVII. Witebergensibus (in Actis Sacri Secularis Anni 1702. Witebergensis) p. 163.*, & Georg. Henr. Götzii *Or. de doctis Lucis p. 6.*

ELOGIA.

Henr. Meibomius Sen., *in Or. de Acad. Juliæ primordiis & incrementis* (*Opusculis Historicis inserta*), *p. 537.*, eum *JCtum* vocat *præstantem*, virisqve celebribus, ex Acad. Julia progressis, annumerat.

Aug. Buchnerus (*in Progr. Fun.*) ita de illo: *Exemptus est rebus mortalium Lucas Becmannus; Vir clarissimus, non modo amplissimi JCtorum ordinis, sed totius Academiæ, ingens decus; quem & melioris naturæ indoles, & arduarum doctrinarum prudentia felix, eo promoverant, quo plurimorum ne vota quidem aspirare sustineant. Sane ipsius virtus non per doctorum modo subsellia secundo semper rumore vecta est, sed & in ipsis Magnatum palatiis celebrata. Ibi doctrina ejus atque solertia, hic consilium industriaqve, admirationi fuit. Quapropter, quantum ille vivus densqve splendoris ac ornamenti Academiæ nostræ attulit, tantum nunc luctus squaloris qve ex ejus obitu accedit.*

Gotfr. Svevus, JC. Witeb., *in præf. Historiæ Acad. Witeb.*, præcipuis hujus eum accenset ornamentis.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. de tutela & cura, Præside D. Frid. Dasypodio. Helmst. 1592. in 4.
Theses ex difficillima L. Transigere 18. C. de Transact. desumptæ, Præside D. Julio a Beyma. Lugd. Bat. 1593. in 4.
Theses de jure dotium, pactis dotalibus & repetitione dotis. Witeb. 1604. in 4.
Disp. de Jurisdictione, Witeb. 1604. in 4.
Theses de acqvirenda, retinenda & amittenda possessione. Wit. 1606. in 4.
Collegium Disputt. Juridicarum, qvarum sextam de Pignoribus & Hypothecis vidi, editam Witeb. 1607. in 4.
Disp. de Deposito, receptis & seqvestratione. Wit. 1607. in 4. (*V. Hendreich l. c. p. 475.*)
Disp. de privilegiis Studiosorum. Wit. 1616. in 4.
Disp. de Monetis. Wit. 1618. in 4.
Disp. de Censibus (Resp. pro Doctoratu Joh. Strauchio, Acad. Witeb. JCto). Wit. 1618. in 4.
Disp. de Juramentis. Wit. 1620. in 4.
Disp. de jure detractionis. Wit. 1621. in 4.
Disp. de Laudemiis, a Wittenio *l. c.* memorata.

LUCAS BECKMANN Junior, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus. Vixit 1704.

Disp. Inaug. de jure dotium. Basileæ 1666. in 4.

NICOLAUS BECKMANN, Heida Dithmarsus, nec literarum humaniorum in scholis, nec Juris, ejusqve subsidiorum, in Academiis, accurata cognitione imbutus, multum in his temporis saltationibus artiqve gladiatoriæ impendit. Cujus ut peritiam, Professione jam fungens Londinensi, Studiosis ostenderet, cum Lanista circumforaneo, freqventi spectatorum corona cinctus, congredi non dubitavit. Ex Acad. Regiomontana a Gabriele, Comite Ochsenstirnio, evocatus, filium hujus, Gustavum Adolphum, Holmiæ per sexennium instituit. E Svecia deinde A. 1662. in Acad. Juliam, ædesqve Conringianas, nec multo post in Marpurgensem, profectus, utrobiqve Juri vacare perrexit, ac in Gallia, qvam A. 1665. adiit, Doctoris titulum Aureliis A. 1666. præsente sibi paravit pecunia. Hinc edita Parisiis *Medulla* (qvam plagio sibi vindicasse fertur) *Justinianea*, Carolo XI., Regi Sveciæ, inscripta, ut ei hanc offerret, Holmiam A. 1667. reversus, vix elapso qvatriduo, Juris Romani in Academia Scanorum Londinensi novella professionem, Ochsenstirnii commendatione, obtinuit, inaugurationi (in qva Josvæ Schwartzio, Theologo, ab eo, περὶ τῆς προεδρίας, mota est controversia) A. 1668. interfuit, secundusqve ejusdem, semestri elapso, Rector creatus, puellam, loco natam sordido, nec famæ satis integræ, lotricis hactenus in aula Reginæ munere functam, cui, ante sexennium, fidem conjugii Holmiæ dederat, duxit uxorem. Triennio post, ob turbas datas, & defraudatos mola manuaria domestica reditus regios, 100, multatus Joachimicis, salarioqve privatus, vectigalium exactori, a qvo accusatus erat, peculatum, furtum, homicidium, aliaqve flagitia, publice, vindictæ studio, objecit, sed, cum probare hæc non posset, turpi Palinodia, scripto exhibita, satisfacere est coactus. Londinum interea Vir Illustris, Samuel Pufendorfius, cujus vocationem frustra, & Cancellario Academico eam dissvadendo, & Pufendorfio ipsi secessionem in aulam svadendo regiam, impedire erat conatus, velut novus novæ Scholæ Phosphorus, pervenerat, &, cum Juris naturæ ac gentium professione, locum inter Collegas Ordinis Juridici adeptus principem, coetum juvenum nobilium universum, glandium Becmannianarum, post fruges inventas, pertæsum, sibi conciliabat. Hujus fulgorem, suis obstruentem luminibus, ferre is nescius, calumniis insontis famam multiplicibus lacerare cœpit, &, ne prætextus his deesset, suam Ju-

I 2 ris

(1.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. Bb. 2. b.* (2.) V. Svevum *l. c., Lit. Ll. 1. a. Mm. 2. a. Qq. 3. a.*, & And. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 72. 73. 75.* (3.) V. D. Pauli Helmreichii *Ep. Dedic. Scalæ Jacobeæ.*

ris Romani professionem ab illo *indignam* esse vocatam, ridicule est conqvestus, cum, *indignum sibi videri, Ulpiani decretis omnia pulpita resonare, Creatoris autem leges incultas obsolescere*, Vir summus tantum scripsisset. Inprimis autem opus illius *de Jure naturæ & gentium* incomparabile, A. 1672. juris factum publici, anteqvam in lucem prodiret, jam est adortus, &, ob loca aliqvot, perperam intellecta, Atheismum (solenne his temporibus in eos, qvi ultra vulgus sapiunt, convitium) Autori impegit, factaqve cum Josva Schwartzio, Theologo, ac aliis, adversus illum conspiratione, ex edito *Indicem novitatum, in eo contra Orthodoxiæ fundamenta contentarum*, plurimas illi hæreses falso objicientem, per Schwartzium, ut odia privata sub religionis velo laterent, Clerusqve regni Svedici universus contra adversarium irritaretur, curavit congeri. Hujus editionem, cum conjurati cæteri, triplici interdicto regio, Holmia transmisso, territi, diffugissent, & aliqvamdiu qviescerent, solus Becmannus, ipsa clade factus animosior, est aggressus, & a se stylo barbaro interpolatum, nomine suo dissimulato, Giessæ Hassorum A. 1673. clam jussit imprimi, impressum autem qvaqvaversus, præsertim tamen in Academias Saxonicas, cum literis, sub Veridici Constantis larva exaratis, classicumqve adversus Pufendorfium, pari dictionis fœditate, canentibus, ablegavit. Ex Epistalis istis nonnullæ, &, has inter, qvæ Frid. Gesenio, Parocho Gardelegensi, destinata in Pet. Dunæi *Epistola ad Becmannum* ψευδωνύμῳ (1.) prodiit, a Pufendorfii amicis sunt interceptæ, qvædam a Viris, ad qvos datæ erant, doctis, facinoris atrocitate motis, ipsi Pufendorfio transmissæ, cæteræ vero sperato caruere successu. Licet enim e Germaniæ Theologis Joh. Ad. Scherzerus, Val. Alberti & Frid. Gesenius, e Philosophis autem & JCtis, Val. Velthemius, Sam. Strimesius, Joh. Joach. Zentgrafius, Sleevogtius, Scharschmidius, & alii, contra Pufendorfium itidem insurgerent, cum Becmanno tamen, ejusqve causa, pleriqve horum commune sibi nihil esse voluerunt. Pufendorfius, cum, Becmannum Indicis esse editorem, certis indiciis, & ex ipso Avtographo, Giessa remisso, cognovisset, actione forensi proterviæ hominis obicem voluit ponere. Qvod ille subodoratus, Holmiam repente abiit, & in aula missionem petiit, istaqve literis Adversarii præverentibus impedita, cum Avtographum suum coram Magistratu jam esse prolatum, seqve postridie in vincula conjectum iri, rescivisset, inde, M. Nov. A. 1673., nocte concubia, Comitem se in itinere per hospitia professus, Hafniam aufugit, ac falso proinde postea, *in Defensione*, se Sveciam, ob justitiæ & pietatis in ea neglectum, reliqvisse, perhibuit. Hafniam delatus, Pufendorfium, scripta M. Decembri Epistola, ad μονομαχίαν, prope Hamburgum instituendam, provocavit, seqve ipsum *mediate ac immediate, cum salutis etiam æternæ dispendio*, esse aggressurum, criminibusqve atrocissimis publice objectis in odium omnium adducturum, stolide est minatus. Lata interim in profugum, qvod Collegæ famam enormiter læsisset, & interdicta regia sprevisset, a Senatu est Londinensi Academico sententia, qva ipsi relegationis perpetuæ, cum infamia conjunctæ, pœna decernebatur, libellusqve famosus, in lucem ab eo protrusus, in foro medio a carnifice jubebatur comburi. Cujus, a Rege, veniam tamen criminis, si idonea deprecatione Adversario satisfaceret, simul pollicito, confirmatæ, cum mitigationem obtinere hoc pacto is detrectaret, & Synedrio Academico, daturum se id precibus uxoris, ut lis utrinqve sopiatur, salutis autem potius jacturam æternæ facturum, qvam culpam deprecaturum, minis de incendio contra Pufendorfium in Germania excitando adjectis, significaret, M. Apr. A. 1675. sententia publice in foro est promulgata, &, Diplomate relegationis affixo, Index infaustus, Schwartzio Autore frustra per vulnera J. C. intercedente, Vulcano ibidem a carnifice consecratus. Becmannus interim, in Germania exul, cum Patronos e Lutheranis nullos inveniret, in Pontificiorum castra transiit, & Cæsaris Cardinalisqve Badensis Consiliarius (si Pufendorfium audias, *jocosus*), ac Cancellariæ Cœnobii S. Michaelis, Bambergæ vicini, Director, est constitutus. Non deposuisse autem eum, mutata religione, odium, qvo Pufendorfium proseqvebatur, Vatinianum, Conatus affinis ejus, Cohortis Danicæ Optionis, Londinum, cum sicariorum manu, ut hunc, Malmogiam jam elapsum, trucidaret, in bello paulo post Scanico, ingressi, ac in prælio postea Londinensi occisi, docuit frustraneus. Hæc sunt, qvæ de Vita hominis (neglecto Symbolo suo: *Pie & prudenter, sincere & constanter*) ambitiosi ac πολυπράγμονος, veræ eruditionis expertis, culpaqve propria, cum impar Achilli esset congressus, infelicis, & ex Ὀρθοδοξίας, tantopere jactatæ, zelota in Apostatam subito mutati, Vitæ (de morte enim nihil constat) curriculo nobis hactenus innotuerunt. Deprompta ea sunt, partem ex ipsius *Defensione legitima*, partem vero, & qvidem, ne qvid dissimulem, maximam, ex Adversarii illustris, Sam. Pufendorfii (eum *Asinii Tenebrionis* nomine perpetuo fere designantis, &, dum justi licet doloris impetui licentius obseqvitur, nimia styli Satyrici acerbitate omnibus deridendum propinantis), Scriptis (in qvibus nihil de vita ejus tradi affirmat, qvod non in omnium, inter qvos scribat, versetur notitia, & Actorum publicorum, literarumqve Avthenticarum, fide possit probari) contra illum Apologeticis. Sunt autem ea seqventia, in *Eride Scandica* (cujus Præfatio, a Julio Rondino ψευδωνύμῳ adjecta, non minus duriter in nostrum debacchatur) junctim Francofurti A. 1686. *in 4.* recusa:

1. Apologia pro se, & Libro suo de Jure Naturæ & Gentium, contra Autorem famosi Libelli, cui Tit.: *Index qvarundam novitatum*, &c. Lips. 1674.
2. Epistola ad amicos per Germaniam, super libello famoso, qvem Nicol. Becmannus, mentito nomine Veridici Constantis, superiori anno disseminavit. A. 1676. in 12.
3. Joh. Rolleti, Palatini, Discussio Defensionis Becmanni, Manhemii 1678. in 8.
4. Epistola ad Virum famosissimum, Nic. Becmannum, totius Germaniæ convitiatorem & calumniatorem longe impudentissimum, super scriptis ipsius contra Pufendorfium novissimis, sub falso Pet. Dunæi, Acad. Carolinæ Pedelli secundarii, nomine scripta. Londini Scanorum 1678. in 8.
5. Specimen Controversiarum, circa jus naturæ ipsi nuper motarum. Osnabrugæ 1678. in 8.

Historiam Certaminum ejus cum Pufendorfio Latine etiam exhibuit Jac. Frid. Ludovici, JCtus Saxo-Halensis, *in Delineatione Historiæ juris divini & naturalis*, §. 50. & 51., *p. 31. 32.*, Germanice vero Petronius Hartewigus Adlemansthal, Scriptor ψευδώνυμος, *in Historia Vitæ & fatorum literariorum Pufendorfii* Versioni Libelli ejus *de statu Imperii Germanici* Germanicæ, Lipsiæ A. 1710. *in 8.* excusæ, subjuncta, §. *9-27.*, *p. 670-696.*

Taceo *Historiam controversiarum, circa jus naturæ Pufendorfio motarum*, ab Immanuele Webero, Prof. Giessensi, A. 1702. (*in Catal. Nund. Autumn. Lips. p. 36.*) promissam.

Conf. de Becmanno Christoph. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 475.*, & Corn. a Beughem *Bibliographiam Juridico-Politicam p. 14.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Medulla Justinianea, sive dilucida totius juris Civilis, juxta Digestorum methodum, Explicatio. Parisiis, apud Viduam Allioti, A. 1665. in 4. (De hac ita Joh. Galloesius, in recensu ejus, *Diario Eruditorum Gallico Anni 1666.*, *n. 38.*, inserto, *p. 530. 531. Edit. Lat.*, cum Methodum ejus Aphoristicam ante commendasset, judicavit: *Opus illud*

utile

(1.) *p. 17. 18. 10.*

utile erit iis omnibus, qvi Jurisprudentiæ operam navare cupiunt. Principales enim Juris definitiones & divisiones clare & exacte ibidem sunt explicatæ. Autor enim Juris Civilis cursui Juris Canonici decisiones magis necessarias, una cum illo, qvod in Jure Germanico magis notatu dignum est, immiscuit. Verum plagio surreptam esse JCto cuidam Marpurgensi, Pufendorfius, *in Epist. ad amicos p. 9.*, hisce verbis, ad Nobilis Sveci, Marpurgi aliqvamdiu versati, provocans testimonium, contendit: *Marpurgi dicitur Becmannus Medullam suam Justinianeam ex privato Collegio MSto Professoris cujusdam compilasse, vel potius id, paucis in locis interpolatum, præfixo suo nomine, Parisiis post edidisse. - - Id certe patet, eam Medullam alium præferre genium a Commentario ad Instituta, aliqvot post annos scripto, nec eam spirare ruditatem & vesaniam, qva hic scatet.* Qvibus gemina sunt ista Pet. Dunæi *in Epist. ad Becm. p. 7.: Ex Medulla Justinianea nihil tuum est, præter laciniosum titulum, & præfationem ad Lectorem. Dedicationem amicus qvidam composuit: ipsum opus plagio subductum, qvod cuivis ex stylo patere potest.* Conf. Pufendorfii *Epist. ad Joh. Ad. Scherzerum p. 8. 9.*, & Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 114.*)

Disp. Inaug. de Judiciis, Aureliæ A. 1666. proposita, & ab ipso *in Defensione* memorata. Commentarius ad fundamenta Juris prima, seu Institutiones. Londini Scanorum 1672. in 4. Hunc Pufendorfius, *in Ep. ad amicos* (*p. 12. 13.*), *e qvatuor vel qvinqve aliorum Commentariis, in mensa dispositis, esse conscribillatum*, ac (*p. 9. 33. 34.*) *ruditate & vesania usqve adeo scatere*, judicat, *ut ex illo nostra ætas videre possit, qvid in stoliditate sit ultimum.*

Index novitatum, in Sam. Pufendorfii Libris de Jure Naturæ & Gentium, contra Orthodoxiæ fundamenta, contentarum, a D. Josua Schwartzio conscriptus, a Becmanno autem interpolatus, & ἀνωνύμως, sine loci (*Giessæ Hassorum*) mentione, editus A. 1673. in 4. Historia ejus, in Vita Becmanni, paulo ante est exposita. Conf. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 8.*, *p. 344.*

Libellus (nescio qvis) contra Pufendorfium, sub ficto Veridici Constantis nomine, A. 1675. editus, & ab hoc, A. seqv. 1676., *in Epistola ad amicos per Germaniam*, paulo ante memorata, confutatus.

Doctrina Juris, ex Jure Naturæ, Gentium, Canonico, Divino, Civili Romano, Feudali, Recessibus Imperii, & principiis Philosophicis, in omnium Facultatum Studiosorum utilitatem, sic hausta & typis mandata, ut nihil qvicqvam ad essentialem juris scientiam necessarium in illa sit omissum. Noribergæ 1676. & (primo tantum qvaternione, sub novo titulo *Lexici Juridici Alphabetici*, Leopoldo Imperatori dedicati, recuso) ibid. 1678. in 4. *Opus* (si Christoph. Lud. Dietherri, Advoc. Norib., carmini credas præfixo) *auro magis aureum, & tale, qvod ipsæ Leges virgines, ob puritatem & elegantiam rarissimam, venerantur & adorant.* Longe aliud de illo Pufendorfius, larvam Pet. Dunæi indutus, tulit judicium, Autorem, *in Epist. ad eum p. 15. 16.*, ita alloqvens: *In Doctrina Juris, si removeas ridiculam Dedicationem, & nefaria maledicta in nationem Svecicam ac Pufendorfium, qvid tuum est? Nisi id omne pro tuo haberi vis, qvod ex aliis ad verbum descripsisti.*

JCti Nicolai Becmanni Legitima Defensio, contra Magistri Sam. Pufendorfii execrabiles fictitias calumnias, qvibus illum, contra omnem veritatem & justitiam, uti carnatus Diabolus, toti orbi malitiose exponere voluit. A. 1677. in 4. Apologiæ huic contra Pufendorfii *Epistolam ad amicos*, aliaqve Opuscula Apologetica, in ipso jam titulo styli sui prodenti barbariem (de qva Christ. Thomasius, in der weiteren Erläuterung der Wissenschaft anderer Leute Gemüther zu erkennen, *c. 5.*, *p. 269.*, non male judicavit, Becmann habe sich darinn, durch die allenthalben hervorguckende affecten, selbst viel häßlicher abgebildet als Pufendorf iemahls gethan), reposita est Joh. Rolleti, Palatini, *Discussio calumniarum, qvas absurdissimas de illustri Viro Sam. Pufendorfio, relegatus e Svecia Neqvam, Nicol. Becmannus, per causam defendendæ famæ, non ita pridem in vulgus sparsit.* Qvod scriptum, Manhemii A. 1678. in 8. publicatum, & in Pufendorfii *Eride Scandica* (*p. 154-174.*) recusum, Jac. Frid. Ludovici (*in Delineat. Historiæ juris div. & nat.*, §. 51., *p. 32.*) Klingero cuidam, Studioso Jenensi, in carcerem Academicum, qvod Valent. Velthemii etiam scripta in eo acrius notasset, conjecto, alii vero ipsi Pufendorfio, tribuunt.

II. GERMANICUM.

Außführlicher Bericht vom seligen Gebrauche des H. Rosenkrantzes, oder Pater Noster. Würtzburgi A. 1677. in 4. (*V. Catal. Nund. Autumn.* A. 1677. *Lips. p.* 17.) Ob hoc Opusculum, in Pontificiorum gratiam, a Becmanno, jam Apostata, publicatum, proximum a S. Marculpho, inter Divos, locum eum manere, Pufendorfius, *in Epist. ad illum*, sub larva *Pet. Dunæi* edita, *p.* 21. jocatur.

(Supposita Becmanno est, qvæ sub illius nomine prodiit, Epistola ad V. C. Severinum Wildschütz, Malmogiensem Scandum, in qva huic cordicitus de devicto & triumphato Pufendorfio gratulari fingitur, Hamburgi A. 1688. in 4. excusa, & stylum Becmanni barbarum studiose, ut Pufendorfii Antagonistæ, Schwartzius, ejusq; privignus, Wildschützius, Satyra eo acriori, sub commilitonis pristini larva, exagitarentur, imitans atqve exprimens. Verus Autor, teste Petronio Hartwigo Adlemansthalio, Biographo supra allegato (§. 27., p. 696. 697.), fuit ipse Pufendorfius, Joh. Reuchlinum & Ulr. Huttenum, qvibus *Epistolæ Obscurorum Virorum* Monachis, Reuchlini adversariis, affictæ, debentur, in hoc scribendi genere æmulatus.)

NICOLAUS BECKMANN, Tundera (non autem Tönninga, uti a Spenero falso (1) est traditum) Cimber, Dethlevi (*supra laudati*) Frater, hujus svasu, post studia Academica, Francofurti ad Mœnum domestica D. Phil. Jac. Speneri, hospitis sui, in Theologia Practica institutione spatio usus annuo, deinde autem Hamburgum reversus, ibiq; M. Dec. A. 1689. defunctus. Dogma de perfectione vere regenitorum, & impletione legis exacta, his possibili, erroneum amplexus esse, & aliis in cœtibus privatis inculcasse, istoq; Ordinis Ecclesiastici Hamburgensis adversus se indignationem provocasse, rumore publico traditur. Cujus veritatem Spenerus, ob vitæ, Theologiæ studioso dignæ, pietatem eum commendans, in Tr. *de Libertate fidelium* vernaculo (2.), in dubium qvidem vocavit, sed, certiora edoctus, in Epistola ad Studiosum Hamburgensem, d. 13. Mart. A. 1689. exarata, & *Parti III. Consiliorum Theologicorum Latinorum* (3.) inserta, his verbis agnovit: *Becmannum meum talia de se fassum esse doleo, qvæ ab ipso non expectassem; qvamvis, ut solemus ex amore omnia nobis polliceri, in viam rediturum non desperem, & qvotidie DEum orem. In Actis Erud. Lips., M. Sept. A. 1687., p. 501. Studiosus pius & doctus* vocatur.

Ei duo Phil. Jac. Speneri Scripta Sacra seqventia, ipso Spenero (in *præfat.* posterioris, & *in Tr. de Libertate fidelium, c. 1.*, *p.* 19.) fatente, magnam partem debentur, ab illo qvippe ex ore disserentis, in Collegio Pietatis Francofurtano, excepta, ab Autore autem, ex ejus MStis, a se revisis, publicata:

1. Tr. vom innerlichen und geistlichen Frieden, oder dem Frieden mit GOtt. Francof. *in* 12.
2. Natur und Gnade; oder der Unterscheid der Wercke, so auß natürlichen Kräften, und auß den Gnadenwirckungen des H. Geistes, herkommen, und also eines äußerlichen ehrbaren, und wahrhaftig Christlichen Gottseligen Lebens, nach der Regel des Göttlichen Wortes untersuchet. Francof. 1687. in 12. Recensum Posterioris V. *in Actis Erud.*, *l. c.*, *p.* 500-505.

(1.) in Tr. von der Freyheit der Gläubigen, *c.* 1., *p.* 19, 22. (2.) *l. c.* (3.) *p.* 682.

JOANNES BEIERUS, Artifex Hamburgensis Mechanicus, *ingenio* (uti Lipsienses, mox allegandi, judicarunt) *pollens*, Observatorii Hamburgensis Astronomici conditor (1.)

Beschreibung einer Himmels- und Erd-Kugel, von einer gantz neuen invention. Hamburgi 1718. in 4. Globorum horum, ab illo inventorum & constructorum, in qvibus stellæ intra concavitatem, sicut in ipso cœlo, non vero, (qvod hactenus, cum tyronum confusione, factum erat) in convexitate, spectandæ exhibentur, Scriptiq; de iis præsentis, ac Appendicis illius de Machina Systematis Copernicani nova, Beierum inventorem pariter agnoscente, delineationem sistunt Lipsienses *in Actis Eruditorum, M. Oct. A.* 1718., *p.* 471. 472.

Außführliche Beschreibung eines neuen Globi terrestris, oder Erd-Kugel, welcher nach der neuesten und besten Eintheilung der Geographie ietziger Zeit eingerichtet. Hamb. 1722. in 4.

M. OTTO BEIER Flensburgensis, qui, quod Jenæ Magistri titulo potitus, post reditum in patriam, cum spe muneris in æde Mariana Ecclesiastici A. 1693. excidisset, mercaturam in ea exercuit, Senatorque tandem A. 1710. electus, A. 1720. 5. Ianuar. obiit, *Mercatoribus eruditis* a Georg. Henr. Götzio (*in Addit. ad Diss. de illis*, §. 12. *p.* 9. 10.) est annumeratus.

Disp. historica de originibus & incrementis Flensburgi, ad præsentem usque statum. Ien. 1684. 4. quam Burc. Gotth. Struvius (*in Biblioth. Histor.*, *c.* 24., *p.* 624.) & Io. Christ. Neuius (*P. II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales historicas p.* 337.) commendatione sua sunt dignati.

HENRICUS CONRADUS BEKENDORP, Hamburgensis, J. U. D., Electoris Brandeburgici Consiliarius, & Consul Magdeburgensis, d. 22. Mart. A. 1690. defunctus, & eodem cum uxore, Anna Helena Storria, biduo post mortua, funere d. 2. Apr. elatus (2.)

Disp. Inaug. de renunciatione Sortis, Præside D. Burchardo Bardili. Tubingæ 1672. in 4.

OSWALDUS BELING (qvi *Belnig* in Erdm. Neumeisteri *Diss. de Poetis Germanicis* (3.), facili literarum Metathesi, vocatur), Bonifacii Filius, Slesvicensis, A. 1625. natus, castraq; Patris exemplo, secutus, Copiarum Holsato-Gottorpiensium fuit Centurio, & Casselis Hassorum variolis, A. 1646. æt. 22., obiit. In memoriam Filii hujus unici, mater Elisabetha, suis A. 1650. sumptibus, Templum suburbii Slesvicensis Fridrichsbergense, SS. Trinitati sacrum, dirigente structuram Ad. Oleario, Mathematico Ducali, curavit extrui. V. Olearii, modo laudati, Ehrengedächtniß Oswaldi Belings, seorsim Slesvigæ A. 1646. in Fol. editum, & A. 1649. Versioni *Bucolicorum* Virgilii Belingianæ subjunctum, nec non ejusdem *Compendium Chronici Holsatici p.* 296. 297.

Pyramis, Hertzog Fridrichen zu Schleswig Holstein, in Deutschen versen, aufgerichtet; mit Anmerckungen. Slesvigæ 1643. in 4.

Verdeutschte Waldlieder, oder die X. Hirtengespräche des Virgilii, in Deutsche verse übersetzet; mit Anmerckungen und Kupfern. Außgegeben von M. Adamo Oleario, dessen Grab- und Ehrengedächtniß des Autoris beygefüget ist. Slesvigæ 1649. (*&*, *juxta Catal. Nund.*, 1665. *etiam*) in 4. obl.

JOHANNES BELITZ, Holsatus, J. U. D., & Judicii Provincialis Jenensis, circa A. 1661., Urbis vero in Misnia Pirnensis, circa A. 1683., Advocatus, Toparchaqve Hæreditarius Reitbrokensis (*teste D. Joh. Mich. Straussio, in Sermone qvodam funebri*).

Disp. Inaug. de Processu Judiciario, Præside D. Georg. Ad. Struvio. Jenæ in 4.

Processus Judiciarius in Tabulas redactus, & Notis Qvæstionibusqve illustrioribus, subinde adjunctis, illustratus. Jenæ 1661. & Rudolstadii 1676. in fol. (*Qvæ editio tertia est, & auctior*).

Processus augustissimi Cameræ Imperialis Judicii, in Tabulas redactus, cum Annotationibus & Qvæstionibus nonnullis Practicis. Jenæ 1661. in fol. Auctior recusus ibid. A. 1676. in fol. Locum etiam invenit in *Limnæi enucleati*, a Phil. Andr. Oldenburgero Genevæ A. 1670. *in fol.* editi, *Additamento XV.*, *p.* 193-214. Commendatur ab Er. Mauritio *in Introd. ad Praxin forensem*, §. 18., *p. m.* 363., & Joh. Deckhero, *in Introd. ad notitiam Juris reique Cameralis*, *c.* 10., *p.* 67. 68., ita scribente: *Instituto suo satisfacit. Laudem, & ab externa facie, & de internis libri viribus, eximiam aufert. In plerisqve novum Rodingum & Julianum Magenhorstium seqvitur. Processum ex recentioribus limate satis & bene tractat. Hinc, inter augmentatores Bibliothecæ Cameralis novissimæ, sedem, juste non denegandam, æqvissime impetravit.*

Processus Criminalis in Tabulas redactus, stylo & foro hodierno conformis, Notisqve & Qvæstionibus illustrioribus, ubiqve adjunctis, auctus. Jenæ 1665. & 1676. in fol.

(Triplices Belizii de processu triplici Tabulas, hactenus memoratas, Vinc. Placcius, *in Consilio de studio Juris privati*, *Musis* inserto *Juridicis*, *p.* 199., commendat.)

Idea Juris Publici, modernum Imperii Romano-Germanici statum, tam secularem, qvam Ecclesiasticum, ex variis variorum Autorum lucubrationibus & sententiis, Historiarum face illuminatis, deductum, & succincta illustriorum controversiarum enodatione illustratum, exhibens. Jenæ 1665. & 1676. in fol.

Confer de scriptis hisce Cornelii a Beughem (titulos, justo prolixiores, exhibentis integros) *Bibliogr. Jurid. p.* 14. 15., & Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p.* 490.

JOHANNES BENEKE, Zeestera Holsatus.

Nuptiæ mysticæ, oder Predigt von der Hochzeit zu Cana in Galilæa, geistlich betrachtet. Hamburgi 1658. in 12.

RICHARDUS BENNICHIUS, Rinkenissa (Præfecturæ Tunderensis pago) Cimber, patre Johanne, Prætore Ducali, d. 23. Aug. A. 1596. natus, studiis in Schola Flensburgensi, Gymnasiis Hamburgensi & Lüneburgensi, & Academiis Rostochiensi ac Giessena (in qva Balth. Menzeri Sen. per triennium fuit convictor), innutritus, Parochiæ ruralis Borlumensis (in Præfectura Flensburgensi), ab A. 1621., Urbis autem Tunderensis ab A. 1622., Diaconus, ac tandem Vici in Holsatia Prezensis, ab A. 1633., Pastor, Kal. Sept. A. 1641., æt. 45., defunctus, Generumqve, Tychonem a Jessen, nactus Successorem. V. Joh. Scheelii, Parochi Schönebergensis, Sermonem Germ. Funebrem, ei habitum, & Hamburgi A. 1653. *in* 4. excusum.

(Symb.: *Robur Beatum Humilitas.*)

Disp. de Peccatis Infantum actualibus, Præside D. Justo Feurbornio. Giessæ 1618. in 4.

Endlicher und seliger Glaubenskampf aller rechtschaffenen Streiter J. C., oder Leichpred. über Catharina Widouinn, auß 1. Tim. VI. 12. Hamb. 1624. in 4.

Leichpred. über Thomam Hansen, Bürgern zu Tundern, auß Ec. XXVI. 19. Lubecæ 1632. in 4.

Terminus

(1.) Confer de illo, ejusqve scriptis & inventis, Joh. Gotl. Kraußi Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num.* 78. *A.* 1721., *p.* 759. 760.
(2.) teste Misandro *l. II. Theatri Tragici*, *n.* 79., *p.* 158. 159. (3.) *p.* 14.

Terminus vitæ declaratus, & animarum defunctarum status, oder Schriftmäßige Erklärung von bestimmter Zeit und Ziele des menschlichen Lebens, auch dem Abschiede und Zustande der Seelen der Verstorbenen, in fünf Predigten vorgetragen. Lubecæ 1635. in 4.

Πολίτευμα Christianorum; Rechtgläubiger Christen Bürgerschaft, oder Leichpred. über Wolf von Buchwald, Probsten zu Pretz, Königl. Landraht, und Erbherrn auf Rastorf, auß Phil. III., A. 1637. gehalten. Lubecæ 1638. in 4.

NICOLAUS JOHANNES BENNICHIUS, Tunderensis, Richardi, modo memorati, ex Margareta Hansenia filius, Theologiæ initio, deinde vero Juris, cultor, & Commissarius Danicus, Pauli Mohtii, Archiatri Regii, Gener. Vixit 1671.

Theses de mysterio S. Coenæ D. N. J. C., Præside D. Jacobo Martini. Witeb. 1647. in 4.

Hirtengespräche Volkinnæ und Perez, von Verfolgung der Unschuld durch die Verleumbdung. Soræ 1648.

Europæ aufgedeckte Wunden, nebst LX. hochwichtigen, und in diesen gefährlichen läuften hochnöhtigen, Politischen Unterredungen von Staatsachen, auß dem Lateinischen verdeutschet durch N. I. B. Francof. 1653. in 12. Versio (*teste Placcio T. I. Theatri Anon., c. 8., p. 338.*) est Germanica *Disqvisitionum Politicarum, sive LX. Casuum Politicorum, ex omni Historia selectorum*, a Marco Zuerio Boxhornio ἀνωνύμως Hagæ A. 1650. *in 12.* editorum, in titulo solas nominis Interpretis literas initiales, sub præfationis vero finem illud totum, exhibens, qvam Corn. a Beüghem (ab Alb. Bartholino, *in Tr. de Scr. Dan.*, *p.* 103., sine mentione Idiomatis, Latine eam allegante, deceptus) Scriptis Latinis perperam, *in Bibliogr. Jurid. p.* 17., annumeravit.

NAAMANUS BENSEN, Volgsbülla Strandfrisius (1.), patre Bennone Nummensen, Commissario, Capitaneo & Senatore Nordstrandiæ Provinciali, ipsi superstite, matre vero Christina, Boethii Laurentii, Aggerum ejusdem Præfecti, filia, d. 14. Jun. A. 1622. natus, post jacta studiorum in Schola Husensi, Gymnasiisqve Bordesholmensi ac Hamburgensi, fundamenta, per octennium (ab A. 1645. integrum, in Acad. Julia, Herm. Conringii, & Collegarum, fuit Auditor, & J. U. D. A. 1652. est creatus. Sex deinde mensibus Rintelii exactis, Comitia A. 1653. accessit Ratisbonensia, &, in istis, a Christ. Ludovico, Duce Brunsvico-Cellensi, Secretarii Cameralis titulum adeptus, Germaniam, Hungariam, Bohemiam, Italiam, Galliam & Belgium, itinere lustravit literario. Missione a Principe hoc impetrata, in patriam reversus, Italiam, Galliam, Angliam & Belgium, Joh. Adolphi Kielmanni, Cancellarii Holsatici, præfectus filiis, denuo adiit, &, post reditum, a Carolo Gustavo, Rege Sveciæ, Status qvidem publici, in Provinciis suis Germanicis, designatus est Secretarius, sed, anteqvam munus hoc auspicaretur, Tonningæ morbo acuto, d. 14. Mart. A.C. 1659., æt. 37., extinctus. V. M. Georg. Sylmii, Past. Tonningensis, Sermonem, qvem in exeqviis, e Ps. XXIII. 4., habuit, Germanicum, Slesvigæ A. 1659. in 4. excusum.

Herm. Conringio (*in Epist. ad ipsum, mox alleganda*) juvenis audit *doctrina & virtute præstantissimus.*

SCRIPTA.

Exerc. Politica de summæ potestatis subjecto, Præside Herm. Conringio proposita. Helmstadii in 4. Hanc Joh. Figlovius, Borussus, ex Acad. Julia in 12. annos relegatus (qvem, postea J. U. D., Elect. Brandeburgici Consiliarium, Judiciiqve aulici Criminalis Præsidem, factum, A. 1678. obiisse, Wittenius, *T. I. Diar. Biogr.*, testatur), odio Conringii, qvem loco Bensenii, veri Autoris, est adortus, in *Libro de Imperio absolute & relate considerato*, contra hunc (non autem curante Conringio, uti Lipenius, *in Biblioth. Jurid.*, falso tradidit) Lipsiæ A. 1651. in 4., cum Joh. Hülsemanni, Theologi, & Bened. Carpzovii, JCti, approbatione, edito, velut Monarchis nimium tribuentem, & in Democratias injuriam, impugnavit, ac Monarchomachorum contra dogmata audacter defendit. Ob qvam audaciam a Bensenio, Diatribes suæ vindice, scripto seqventi est castigatus.

Exercitatio Politica de Summæ potestatis subjecto, a Joh. Figlovii, aliorumqve, ineptiis & calumniis, qvas Liber de Imperio absolute & relate considerato, H. Conringio oppositus, parturit, vindicata. Helmstadii 1651. in 4. Præfixa est Conringii, de eadem controversia, ad Bensenium Epistola, in Volumine *Epistolarum* ejusdem, Helmstadii A. 1666. publicato, *num.* 36., *p.* 212-225., recusa.

Excerpta qvædam ex Discursu de modo agendi in Judiciis in genere, & in specie de Processu Reip., tam Romanæ, qvam nostræ Germanicæ, ejusqve incommodis & remediis, pro gradu Juris supremo conseqvendo, Præside D. Henr. Hahnio, proposita. Helmstadii 1652. in 4.

SIGFRIDUS BENTZEN, Schönefelda Holsatus, Ecclesiæ initio in agro Rendesburgensi patriæ, & deinde, ab A. 1703., Meldorpiensis in Dithmarsia Australi, Pastor, simulqve cæterarum in hac Regiarum Præpositus, morte subita, A. 1709. ineunte, extinctus; Hect. Gothofr. Masii, Theologi Hafniensis, in certamine cum Christ. Thomasio, JCto Halensi, & Josvæ Schwartzii, Antistitis Cimbriæ Regii (inter qvem tamen, & ipsum, simultates tandem enatæ sunt haud exiguæ (2.)), in Controversia cum Henr. Muhlio, supremo Ducalium Chersonesi nostræ Ecclesiarum Ephoro, Parastata, ob nimiam styli Scriptorum Polemicorum dicacis atqve maledici acerbitatem, Theologo parum dignam, idem exustionis illorum publicæ, ob qvod Thomasio antehac insultaverat, passus infortunium.

Vernunftgegründeter Bericht, was von einem Scribenten zu halten, dessen Schriften durch den Hencker öffentlich sind verbrandt, weil ehrlicher Leute guter Nahme darinnen von ihm verletzet worden: dem rechtsgegründeten Bedencken Attilæ Friderich Fromholds (*i. e. Christ. Thomasii, de qvo Placcius T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 89. consulendus*) entgegengesetzt von Aetio Dieterich Ehrenhold (*i. e. Siegfr. Benzenio*). A. 1692. in 4.

Christianus minime Christianus; oder das Ebenbild Christ. Thomasii, darinn desselben unchristliche und leichtfertige Critiqve über vieler vornehmen und gelehrten Leute, insonderheit D. Hect. Gotfr. Masii, Person und Schriften, auß desselben Monatsgeschwätzen und liederlichen Gedancken, entworfen, auch zugleich die beyden Fragen: 1. vom Vorzuge der Evangelischen religion vor andern, in der Lehre vom Gehorsam gegen der hohen Obrigkeit, und 2. ob GOtt eine unmittelbahre Ursache der Maiestät sey, erörtert, und wider Thomasii Sophismata vindiciret werden. Ratzeburgi 1692. in 4. Hunc Thomasius (in der kurtzen Abfertigung der außführlichen Beschreibung des Pietisten-Unfugs *p.* 2. vocat einen formalen pasqvill, und giftvolle, mit den grössesten scurrilitäten angefüllte, Schrift.

Chiliastenfreund und Sabbathsfeind, welcher sich in einem GOtt- und ehrvergessenen Pasqville (unter dem Titul: Eines Freundes Schreiben, an einen seiner guten Freunde, von denen in den Schleswig-Holsteinischen Kirchen entstandenen Troublen, gedruckt A. 1701.) hervorgethan, nach der Wahrheit geprüfet und eingetrieben. Altonæ 1702. in 8. In hoc scripto D. Josuæ Schwartzii Præfatio, de suis cum Casp. Herm. Sandhagio & Henr. Muhlio, Theologis Holsato-Gottorpiensibus, Controversiis, Libro Vernaculo de Sabbatho A. 1701. præfixa, non contra Epistolam solum, qvam titulus memorat, αὐθέντην, & alteram A. 1702. hanc secutam (*Jac. J. S.* Sendschreiben aus Hamburg), sed & Muhlii

(1.) V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis*, c. 13., p. 334. (2.) V. de iis Anonymi Nohtdringende Antrede an D. Josuam Schwartzen p. 114. 115. 116.

Muhlii ipsius Literas ad Joh. Masium, *Disputationi* suæ *quartæ de Apodixi Scripturaria* A. 1701. adjectas, summa styli vehementia & acrimonia defenditur. Responsum ei est a Joh. Jac. Schwelavio, Studioso Kiloniensi, maledicentia uso non minori, im Aufgefangenen Briefe, darinn er seinem Freunde den von Siegfr. Bentzen erregten Fortgang der in der Holsteinischen Kirchen entstandenen Troublen unpartheyisch berichtet (A. 1702. in 4.), & Liber præterea Bentzenii ipse, jussu Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Kilonii, d. 5. Maji A. 1702., publice in foro (testibus Literis ea de re Principis & Senatus Kiloniensis ἡμοιβαίαις, eodem A. 1702. in 4. excusis) combustus.

Vindiciæ Tractatus D. Josvæ Schwartzii in Cap. VII. Michæ Vernaculi, Casp. Herm. Sandhagio oppositi, contra Phil. Blechium, qvas Schwartzius ipse, *in Præfat. modo citata* (*lit*. r. 4. b.), ab eo expectari jussit, non prodierunt.

ALBERTUS BERENS, Hamburgensis, J. U. D., Toparcha Wandesbeckensis, Filius Alberti Balthasaris Berens, Hafniensis, Commissarii in urbe Hamburgensi Danici atqve Holsatici, A. 1652., d. 20. Aug. (teste Joh. Ristio, in Epicedio illi scripto), mortui (1.).

Disp. de Venatione Ferarum, Præside D. Jac. Brandmüllero. Basileæ 1660. in 4.

Disp. Inaug. de Regalibus. Basileæ 1662. in 4.

PAULUS BERENS (ab Hendreichio bis, sub vero hoc cognomine, & falso *Bergens*, memoratus), Hamburgensis, J. U. D., in Acad. Rostochiensi A. 1611., & seqventibus, commoratus, Dicasterii deinde Comitum Ostfrisiæ aulici Auricensis (*uti Otto Sperlingius Junior & Ulr. Winckelius, J. U. L., me docuerunt*), circa A. 1622., Assessor, &, circa A. 1644., Vice Præses.

Conf. de illo Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p.* 518., & Joach. Meieri (Juris eum Professorem fuisse Academicum falso credentis) *Dransfeldiana, c.* 3., *p.* 54.

Disputationes X. Feudales, A. 1611. in Acad. Rostochiensi habitæ. Rostochii 1611. & 1623. in 4. (*Editiones Stettinensis A.*1612. *in* 4., *& Rostochiensis A.*1613. *in fol., qvas Draudius, Lipenius & Hendreichius addunt, sicut & Rostochiensis A.*1649. *in* 4., *in Catal. Nund. memorata, mihi non sunt visæ, nec unqvam forte prodierunt.*)

Dissertationes Academicæ, ad Institutionum Imperialium seriem accommodatæ, generalia Textus, eidemq; convenientes qvæstiones, firmissimis Juris rationibus stabilitas, cum objectionibus & responsionibus solidioribus, continentes, ab eo Præside propositæ. Rostochii 1613. 1621. (*qvo Anno tertia prodiit Editio*) & 1637. in 4. (*Editio Stettinensis A.* 1612., *cujus Draudius, Lipenius & Hendreichius, ac Rostochiensis A.* 1623., *cujus Catal. Nund. & Lipenius sunt testes vereor ne itidem sint chimæricæ.*)

SEBASTIANUS a BERGEN, Jacobi Fil., Hamburgi A. 1554. in lucem editus, & e Schola patria, ut studio daret operam Juridico, in Academias profectus, Leidæ Eberh. Bronchorstii, Rostochii, ab A. 1578. Jac. Bordingi Junioris, & paulo post (2.) Witebergæ, per integrum qvadriennium, Matth. Wesenbecii, Mich. Teuberi, Eberh. Weyhei & Joh. Limmeri, fuit Auditor. His ducibus adeo brevi profecit, ut A. 1583. non Licentiati solum titulum, sed & commilitones publicis docendi prælectionibus potestatem, A. 1584. autem Institutionum Professionem ibidem consecutus sit extraordinariam. Qvam Ordinariam haud dubie excepisset, nisi A. 1585. a patriæ Senatu inde ad Secretarii esset avocatus officium. Hoc per XVI., insigni fide pariter atqve industria, annos functus continuos, dignitatem A. 1601. Senatoriam, A. 1605. Prætoriam, & A. 1614. tandem, ob merita in rempubl. ingentia, Consularem, obtinuit (3.). Legatus patriæ, A. 1588. Pragam, ad Imperatorem, A. 1593. in Angliam, A. 1596. Bruxellas, ad Gubernatorem Belgii, A. 1598. Hagam ad Ordd. Fœderatos, A. 1599. in aulas Gallicam & Anglicam, A. 1600. Lubecam & Brunsvigam, ad urbium Hanseaticarum conventus, A. 1604. denuo ad Belgas, Anglos ac Gallos, A. 1607. in aulam Danicam, & tandem A. 1608. Ratisbonam, ad Comitia Imperii, & Viennam, ad Rudolphum II., Imperatorem, uti Diaria singulorum itinerum ἀνέκδοτα, Bibliothecæ relicta publicæ, testantur, abiit. Summam ejus, in legationibus his obeundis, dexteritatem non patria solum agnovit, sed & Elisabetha, Angliæ Regina, commendavit, ob insignem eum facundiam *Oratorem Germanicum* κατ᾽ ἐξοχὴν appellare solita (4.), imo, teste Joach. Morsio (5.), dignum arbitrata, qvi non unius tantum urbis, sed totius Orbis Europæi, Oratorem ageret. Senex tandem septuagenarius, d. 24. Oct. A. 1623. (non autem 1630., qvi in meum olim *Cimbriæ Literatæ Prodromum* irrepsit), est mortuus. Laudem præcipuam amor ejus meretur summus in literas, harumqve cultores, qvos ornandi nullam elabi passus est occasionem, maximus scholæ patriæ Patronus, Præceptorum fautor, Bibliothecæ, publicis instructæ sumptibus (cui suam moriens legavit), fundator, hominumqve eruditorum (e qvibus Joh. inprimis Wouwerium & Domin. Baudium dilexit) Evergetes. Bonorum, qvæ, ἄπαις defunctus, reliqvit, hæredes, præteritis agnatis, sacras patriæ scripsit ædes, scholas ac Ptochotrophea, ejusdemqve Duodecimviros, ac Templorum Curatores, Testamenti hujus executores esse voluit. Contra qvos Fridericus qvidem Lindebrogius, JCtus πολυμαθέστατος, cui defuncti Vidua, Gertrudis, Joach. Molleri filia, nupserat, jus suum lite forensi conatus est perseqvi, eoqve fine Responsa Collegiorum Juridicorum, Coloniensis, Tubingensis, Marpurgensis, Altorfini, Ingolstadiensis & Lugduno-Batavi, nec non JCtorum magni nominis exterorum, Hug. Grotii, Car. Labbei & Nicol. Rigaltii, sibi faventia, A. 1630. edidit. Sed prævaluit tamen piæ, qvam vocant, causæ favor, & Testamenti, Sententia Senatus Hamburgensis, & Antecessorum in tribus Academiis Saxonicis (Lipsiensi, Witebergensi & Jenensi) Decisionibus, Scripto pro eodem Apologetico A. 1633. adjectis, confirmati, autoritas inconcussa perstitit. Scripti Lindebrogiani hic est Titulus: Facti Species eines auf Papier gebrachten, aber unvollzogenen, Testaments S. v. B., und darauf unterschiedlicher Universitäten Rechtsbelehrungen, nebst andern Fragen (A. 1630. in 4.); Apologetici autem pro Testamento seqvens: Consilium pro pia causa decisivum, auch zwey auf die gantze Nieder- und Obergerichtliche Acta eingeholete Urtheile, mit andern Beylagen; darinn außgeführet wird, daß, der wiederrechtlich angemaßeten Appellation ungeachtet, das am Hamburgischen Niedergerichte ergangene Urtheil zu exeqviren sey: in Sachen der Oberalten und Diaconen zu Hamburg, Kläger, wieder Frid. Lindebrog, J. U. D., beklagten (Hamb. 1633. in 4.). Plura de eius Testamento & controuersia de illo forensi invenies in Nic. Wilckenii *Vitis* Lindebrogiorum Germanicis, p. 23-27.

Symboli loco Bergius Versu hoc usus est Jambico:

DEo volente, nil valet livor malus.

Monumenti Epitaphii, in Æde Hamburgensi Nicolaitana, ipsi a patriæ XII. viris, Templorum Curatoribus, & Agnatis, A. 1634. erecti, inscriptionem Ad. Tratzigerus Jun. *l. c.*, & Theod. Anckelmannus, *in Inscriptionibus Hamburgensibus, num.* 73., *p.* 27., exhibent.

Joh. Wouwerii XVI. ad eum Epistolæ, in *Centuria I. Epistolarum* illius, a Gev. Elmenhorstio A. 1618. publicatarum, prodierunt, plures autem ducentis ineditæ, & αὐτόγραφοι qvidem, in Biblioth. Johannæa Hamburgensi asservantur.

Dominici

(1.) Epicedion illud Ristianum in *Parnasso Teutonico, p.* 707-808., invenies. (2.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. r.* 3. *b.*, ubi & alterius Seb. a Bergen Marchici fit mentio. (3.) V. Ad. Tratzigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamb. p.* 40. (4.) V. D. Pauli Helmreichii verba, paulo post recitanda. (5.) *in Albo MS. fol.* 304.

Dominici Baudii Carmen, in honorem ejus scriptum, *Lib. II. Poematum Jambicorum*, Leidæ A. 1616. editorum p. 124. Henn. Conradini autem in nuptias cum Gertrude Molleria Epithalamium, *Lib. I. Elegiarum* hujus *p.* 158., legitur.

Conferri de illo possunt Reinh. Heimreichii, Scholæ Hamb. Præceptoris, *Soteria in ejus e Comitiis Ratisbonensibus reditum, Orationi de laude frugalitatis*, Hamburgi A. 1608. editæ, adjecta, M. Georg. Fabricii, Conrectoris, *Gratulatio de Consulatu*, ibid. A. 1614. *in* 4. excusa, Joh. Alb. Fabricii Elogium breve Biographicum, *P. I. Memor. Hamburg., p.* 153. 154. 155., obvium, Dom. Baudii *Epistolæ p. m.* 202. 487. 566., nec non (qvorum notitiam Joach. Morii *Albo MS.* (*f.* 304.) debeo) Christ. Theod. Schosseri *Poemata*, ac Frid. Lindebrogii *Epistola Dedicatoria Comm. de crimine læsæ majestatis.*

ELOGIA.

Dominico Baudio (*Cent. III. Ep.* 32.) *Vir* audit *eximius, & prudentissimus Senator.*

Joh. Wouwerio (*Cent. I. Ep.* 2. *&* 5.) *Vir magnus*, & (*Ep.* 13.) *Flos populi Svadæqve medulla.*

Paulo Helmreichio, Theol. Doctori (*in Ep. Dedic. Scalæ Jacobææ*, Senatui Hamburg. A. 1623. *inscriptæ*) *Ciceronianæ facundiæ excolendæ artifex, ejusdemqve in Acad. Witeb. qvondam Prof. publicus*, (Fallitur Helmreichius. Noster enim non Eloqventiæ, sed Juris, Witebergæ fuit Professor.) *magnæ Reginæ Britannorum, Elisabethæ, oraculo Orator Germanicus dictus, qvem magna illa Regina, ad se legationes nobilissimas conficientem, semper audivit, venerata fuit, inter columina Orbis Oratorum collocavit.*

Joh. Alb. Fabricio (*in Præf. ad Erp. Lindebrogii Scriptt. rer. Germ. Septentr.*) *Consul magnis in Remp. Hamburgensem meritis.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. de statu hominum, Præside D. Eberh. Bronchorstio. Lugd. Bat. in 4.

Disp. de pluris minorisqve petitionibus, Præside eodem. Ibid. in 4.

Enunciationes XLI. de pœnis, Præside D. Eberh. a Weyhe. Witeb. 1582. in 4.

Theses XXXII. Inaugurales de Jure Testium, ad gradum Licentiæ conseqvendum; ab eo, & Abr. Rockenbachio, Zeopolitano, Id. Mart. A. 1583., propositæ. Witeb. 1583. in f. pat.

Or. de Vita Alexandri Severi, imperatoris laudatissimi, recitata in Collegio Juridico, cum, ex decreto Facult. Jurid. Witeb., lectiones publicas, M. Jan. A. 1583., auspicaretur. Witeb. 1583. in 4.

Dispp. duæ de Tutela & cura. Witeb. 1583. & 1584. in 4.

Disp. de SCtis Macedoniano & Vellejano. Witeb. 1584. in 4.

Disputationes, prælectionem Institutionum subsecutæ (*qvarum tertiam de donationibus, & qvartam de Testamentis, vidi*). Wit. 1584. in 4.

Programma invitatorium ad Orat. auspicalem Professionis Institut. Extraordinariæ. Witeb. 1584. in f. pat.

Progr. invitatorium ad Lectiones de rerum divisione & qvalitate. Wit. 1585. in f. pat.

Epithalamium in nuptias Joach. Brandii. Hamb. in 4.

INEDITA (qvæ in Bibliotheca Urbis Hamburgensis Johannæa supersunt).

Or. de amplitudine & utilitate Oratoriæ facultatis. A. 1579. recitata.

Carmina Juvenilia, sacra, moralia, &c., a vena profecta haud spernenda, in qvorum Sylloge Metaphrases Latinæ Metricæ Psalmorum VI. XV. XXII. XXXVII. LXVI. LXVIII. XCI., Capitis LIII. Esaiæ, Carminum Pythagoræ & Phocylidis. & Fabularum aliqvot Æsopicarum, cum Epicediis, Epithalamiis, Epigrammatis, aliisqve plurimis, occurrunt.

Observationes in IV. Libros Institutionum, Rostochii A. 1577. & 1578. scriptæ.

Methodica Explicatio vocabuli Juris seu Jurisprudentiæ, Rostochii A. 1579. scripta.

Tr. in usus Feudales, qvi ab Interpretibus vocantur Jura beneficiorum militarium.

Epitome Commentariorum Franc. Duareni in Consvetudines Feudorum, A. 1583. concinnata.

Explicationes *Canonis unici Ext. de plus petit.*, & *L. Omne verbum C. communia de Legat.*, it. *L. Rem majoris* 2. *Cod. de rescind. vendit.*, A. 1583. M. Mart., cum Licentiæ gradum ambiret, scriptæ.

Prælectiones Inaugurales in *L. Si pro ea* 10. *C. Mandat.*

Prælectiones in Lib. I. Instit., & partem Secundi, Witebergæ A. 1583. & 1584. habitæ.

Tr. de Emphyteusi.

Disp. de fide Instrumentorum.

Axiomata de constituta pecunia.

Tr. de Pœnis.

Tractatio de Testamentis.

Tr. prolixus de Testibus.

Or. de privilegiis Scholasticorum, ex Avthentica Friderici Imperatoris.

Collectanea in Codicem Justinianeum.

Loci Communes Alphabetici, ex Jure Civili & Canonico, ejusqve Interpretibus, collecti.

Legationum, qvibus functus est, omnium Ephemerides Historicæ, sermone conscriptæ Germanico, de qvibus in Vita jam illius est dictum.

(Taceo, cum hujus fori non sint, XXIV. Actorum Urbis Hamburgensis publicorum ac judicialium, Epistolarumqve, jussu Senatus ad exteros scriptarum, Volumina (in fol.) grandia, ab eo, cum Secretarius adhuc esset, diligentia insigni collecta atqve exarata, qvæ in eadem Bibliotheca asservantur.)

M. MICHAEL BERN, Diaconus, circa A. 1693., in Dithmarsia Wesselburensis, & Pastor deinde, circa A. 1703., prope Hamburgum, Wandesbekensis.

Altar der Atheisten, der Heyden und der Christen, entgegengesetzt den drey Ertzbetriegern, Edvardo Herbert, Thomæ Hobbes und Bened. Spinosæ darinn in 3 Büchern bewiesen wird: 1. daß ein GOtt sey; 2. daß solches von allen Völkern werde bekräftiget; 3. daß allein die Christliche die wahre Religion sey. Hamb. 1693. in 8. Commendatur a Christ. Theoph. Gravio in der Hochteutschen Grund- und hohen Landes-Unterrichtung *p.* 142.

Dreyfache Welt, der Christen, der Phantasten (dem Chiliasmo, Naturalismo, Enthusiasmo und Qvakerismo entgegengesetzt), und der bezauberten (wieder D. Balth. Beckers bezauberte Welt), in 3. Büchern vorgestellt. Hamburgi 1698. in 4. Cum minus esset vendibilis, novo tantum titulo der Wiederlegung der bezauberten Welt D. Balth. Beckers præfixo, nomineqve, Autoris (qvem sola litera M. designat) in isto expuncto, denuo venum est exposita Hamburgi A. 1708. in 4. Recensum V. in Val. Ern. Löscheri unschuldige Nachrichten, *Sect. IV. A.* 1708., *p.* 243. 244. 245.

Das Recht der Natur, auß der Natur so außgeführet, daß kein Heide, Jude oder Türcke, auch selbst kein Atheiste, und also kein Mensch, sich dessen vernünftig kan begeben. Hamb. 1703. in 4. V. *Nova Lit. Germ., M. Majo A.* 1703. *p.* 195., ubi Autorem in ea esse sententia, qvod Lex naturæ imperium reqvirat Monarchicum, observatur.

Entdeckung des Gräuelwesens, welches die so genandte neue Christen, mit ihren zu Wandesbeck gedruckten Bibliis Pentaplis vorhaben. Hamb. 1710. in 4. Recensum ejus V. in V. E. Löscheri unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. I. A.* 1711., *p.* 126-136., & *Parte II.* der gelehrten Famæ *p.* 114. 115. 116.

Göttliches Licht und Recht Hamb. 1718. in 4. de qvo Scripto, vindicias mysterii Trinitatis, & divinitatis S. Scripturæ exhibente, consuli possunt V. E. Löscheri Unschuldige Nachrichten von Theol. Sachen Sect. 2. 1718. p. 350. 351.

Cabinet der Pietisten. Hamb. 1724. in 4.

In *Præfat. Altaris triplicis* idem Scriptor seqventia promisit:

Die Kunst sich beliebt zu machen, oder der Christen Politick und Ratio Status, auß Prov. XXVIII. 20.

Tractat vom natürlichen Gesetze, und darauß fliessenden Beweißthüme des Göttlichen Wesens.

Tract. vom Gewissen, und darauß fliessenden Beweißthume des Göttl. Wesens.

Tract. von der Seelen, und ihrem Wesen, Wirckungen und Unsterblichkeit.

Tract. vom grossen Weltgebäude, wieder Cartesium.

Wiederlegung der Materiæ primæ, des Goldmachens und Lapidis Philosophici.

Tract. von der subtilen Zauberey, die unter der Böhmistischen und Fanastischen Prüfung der Geister vorgehet.

Tract. von der Wahrheit der Christlichen Religion, wieder alle Feinde derselben.

In *præfat. Mundi triplicis* Libros III. contra Bened. Spinosæ Ethicam, & dogmata hujus Atheismum promoventia, a se itidem jussit expectari.

M. HENRICUS BERNDES, Lubecensis, Templi initio Cathedralis Ratzeburgensis, deinde, ab A. 1593. Mariani Wismariensis, & tandem, ab A. 1596., Mariani Lubecensis, Diaconus, d. 20. Sept. A. 1597. mortuus. V. M. Dan. Springinsguthii *Catalogum Ecclesiastarum Wismariensium*, & Jac. a Mellen *Indicem MS. Lubecensium.*

Doctrina de reali Communicatione Idiomatum in persona JEsu Christi, plenis & perspicuis Thesibus orthodoxe exposita, & verbali seu fictitiæ Calvinianorum communioni opposita. Witeb. 1595. in 4.

Leichpred. über Christophorum, Hertzog von Mecklenburg, Administratorem des Stiftes Ratzeburg, auß Ps. CXXX. Lubecæ 1592. in 4.

Leichpred. über Anna Dreierinn, D. Conr. Schlüsselburgii Ehefrau, auß Ps. XXXIX. 5. 6. 7. Lub. 1592. in 4.

Versio Germanica Librorum III. priorum Theologiæ Calvinistarum D. Conr. Schlüsselburgii, Superint. Stralsundensis (*Latine antea Francof. A.* 1594. *in 4. editorum*). Francof. 1596. in 4. Interpretem, cujus in titulo nulla fit mentio, Schlüsselburgii detegit Epistola Dedicatoria: Librum qvartum, supplementa exhibentem præcedentium, & Francofurti A. 1610. demum *in* 4. editum, transferre Berndesius, tunc jam defunctus, non potuit.

Tractat, ob Christus, nach beyden Naturen, in der Person, allenthalben almächtig sey? Rostochii 1598. in 4. (*Juxta Catal. qvendam*).

JOHANNES BERNDES CARLINUS, in Civitate Flensburgensi, aut ejus vicinia, natus, e Scholæ ejusdem Alumno, Lucæ Lossii in Gymnasio Lüneburgensi, per qvinqvennium, & deinde Joach. Camerarii ac Phil. Melanchthonis, in Academiis Lipsiensi & Witebergensi (qvam A. 1549. accessit, Auditor, Lucæqve Bacmeisteri (Theologi postea Rostochiensis) commilito; Ecclesiæ Ruralis Broackeranæ in Sundevithia, ab A. 1554., Pastor, simulqve, ab A. 1566., cæterarum, non in hac solum Cimbriæ provincia, sed & Insulis Alsensi & Arroensi, Dorotheæ, Christiani III., Daniæ Regis, Viduæ, subjectarum, ab A. 1571. autem, Reginæ emortuali, Sundevithensium solarum (insularibus M. Nicolao Casparo, Episcopo Fioniæ, a Friderico II., Rege, restitutis), Præpositus, A. 1588. superstes; Liberorum utriusqve sexus complurium, in conjugio duplici, parens, socerqve M. Nicolai Gerhardi, Hamburgensis, Præposit & Ecclesiastæ Aulici Sünderburgensis.

CCCXVI. Epistolæ ejus ad Amicos (&, hos inter, Dav. Chytræum, Lucam Bacmeisterum, Nicol. Hemmingium, &c., Theologos, Vitumqve Winshemium & Nicol. Theophilum, JCtos celebres), ac Diœcesium suarum Parochos, Latinæ, stylo puro, & non ineleganti, scriptæ, a Willehado Fabricio, Ecclesiæ Loydtensis Antistite, Viro erudito, MSStæ peculiari asservantur Volumine, mihi antehac communicato. Carmina, qvæ passim his immiscuit, trivialia sunt, & parum laudis merentur.

JOH. BERNDES, Parochiæ D. Margaretæ, in agro Stormariæ Wilstriensi, Pastor.

Korte und tröstlike Erklaring över Ps. CXVIII. 15. 16. 17. 18. Hamb. 1601. in 8. (*Saxonice*).

M. NAAMANUS BERNHARDINUS, Husensis, Bernhardi Naamani, mercatoris, ex Ingeburga Petræa, D. Nicol. Petræi, Superint. Ratzeburgensis, sorore, filius, A. 1591. natus, Ratzeburgi, in Avunculi (cui secretorum qvorundam Chymicorum notitiam debuit) ædibus, per qvinqvennium, ac deinde in Gymnasiis Lüneburgensi atqve Stettinensi, Academiisqve Francofurtana & Witebergensi, studiis incubuit. Witeberga, qvæ illum (ab A. 1612.) integro detinuerat sexennio, & A. 1618. Magistrum creaverat, in patriam redux, Pastor A. 1619., in ejus vicinia, electus est Hattstediensis, ac postea A. 1634. Meldorpiensis in Dithmarsia, simulqve D. Joh. Cluveri, in Ecclesiarum hujus Regiarum Ephoria, successor. Obiit, si Joh. Alb. Prætorium, (qvi ipsi successit, & sermonem in exeqviis, e Devt. XXXIV. 5. 6. 7. 8., habuit vernaculum, Glückstadii A. 1670. excusum) audias, d. 20. Dec. A. 1669., si vero Epicediorum credas titulo d. 20. Jan. A. 1670., æt. 79. E liberis ejus, e Catharina Ottonia (A. 1619. ducta, & A. 1659. mortua) susceptis, Marcus Mathematum & Poeseos professionem in Academia obtinuit Gryphica, filiæ autem M. Alexandro Christiani & M. Joh. Crügero, illi Dithmarsiæ Regiæ, huic Ducalis Antistiti, sunt elocatæ.

V. de illo M. Joh. Alb. Prætorii *Serm. funebrem*, modo allegatum, & Ant. Heimreichii *Chronicon Dithmarsiæ, Lib. III., c. 5., p.* 256.

Oratio in obitum Augustæ, regia Danorum stirpe progenitæ, Joh. Adolphi, Ducis Holsatici, viduæ, in Synodo Meldorpiensi recitata. Hamburgi 1639. in 4.

Sermo Germanicus, in exeqviis Bruhnii, J. U. D., habitus. in 4.

Poema de Germania Græcum ἀνέκδοτον, aliqvot versuum continens Chiliadas, a Joach. Morsio (*in Albo suo MS. f.* 573.) laudatum.

M. MARCUS BERNHARDINUS, Naamani, modo laudati, filius, Dithmarsus (juxta Wittenium), vel potius forte Hattstediensis, A. 1622. in lucem editus, Meldorpii Dithmarsorum educatus, Rostochii A. 1647. creatus Magister, Poeseos & Mathematum, in Acad. Gryphiswaldensi, ab A. 1652., Professor, coelebs d. 10. Dec. A. 1663., æt.

æt. 41., defunctus, cujus nullam in Georg. Christoph. Gebhardi *Memoriis Mathematicorum Gryphiswaldensium*, A. 1693. editis, miror occurrere mentionem.

V. de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. 17., ad A. 1663. (lit. Sff. 3. b.)*, Joh. Alb. Prætorii *Serm. Fun., Parenti habitum*, Joach. Meieri *Dransfeldiana, c. 3., p. 50.*, & Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 524.*

Sacrum publicum, seu Poema Heroicum, qvod immortali memoriæ Christiani IV., Regis Daniæ, XIII. Kal. Dec. A. 1648., in Acad. Rostochiensi statuit. Rostochii in fol.

Poema Heroicum ad Car. Gust. Wrangelium. Gryphiswaldiæ 1652. in 4.

Poema memoriæ æternæ Bogislai XIV., ultimi ex regia Gryphorum stirpe Principis, Academiæ Gryphiswaldensis nomine sacratum. Gryph. 1654. in fol.

Carmen in Carolum Gustavum, Sveciæ Regem. Gryph. 1655. in fol.

Poema de prolapsis literarum Humaniorum studiis. Gryph. 1656. in fol.

Satyricon de artibus hujus seculi. Gryph. 1656. (*V. Cat. Nund. Vern. A. 1656. Lips. p. 38.*)

Disputationes de Juramentis veterum, a Wittenio *l. c.* ei tributæ.

Carmina complura, seorsim excusa.

M. ARNOLDUS BERNINCK, Hamburgensis, *Callophili* in Societate Cygnæa Ristiana donatus agnomine.

Primum & ultimum; Erstes und letztes, bey Fr. Mariæ, M. Michaelis von Oppenbusch, Hamburgischen Predigers, Ehe-Frauen, Tode, auß Ps. XXXVIII. 22. 23. aufgesetzet. Stadæ 1674. in 4.

M. JOH. WILHELMUS BESELIN, Tonningensis, Parochiæ ruralis Vollerviganæ in Eiderstadia Pastor, & cæterarum simul ejusdem Ecclesiarum, circa A. 1709., Præpositus.

Pyramidalische Traur-und Ehrenseule, Achatio Majo, Eiderstättischem Probsten, in einer Leichabdanckung, aufgerichtet. Slesvigæ 1698. in 4.

LAURENTIUS BALTHASAR BESELIN, Slesvicensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Delictis, & inprimis de furtis, Præside D. Joh. Mehlbaumio. Helmstadii 1651. in 4.

NICOLAUS BESELIN, Slesvicensis, a Christoph. etiam Hendreichio (*in Pandect. Brandenb. p. 547.*) memoratus.

Disp. Juridico-Geographica de Insulis, Præside D. Sam. Reyhero. Kilonii 1676. in 4.

Disp. Jurid. de Syndicis. Lipsiæ 1678. in 4. (Præside D. Godofr. Schiltero.)

BESZECO BESZECONIS, Ecclesiæ Slesvicensis, circa A. 1512., Presbyter, Ecclesiæ hujus *Breviarium*, A. 1512., jussu Godschalci Alefeldii, Episcopi, Parisiis *in* 8. editum, *cura pervigili* (teste Libri clausula) *medullitus perspexit*, i. e. revidit ac emendavit. Vide qvæ de illo, sub Godsch. Alefeldii nomine, diximus.

M. BARTHOLDUS BEVER, Hamburgensis, Gymnasii Bordesholmensis, circa A. 1643., Subrector, in literis humanioribus versatissimus.

Carmina varia, non invenusta, seorsim edita.

Carmen de peste Hollandica ἀνέκδοτον, Vinc. Fabricii scriptum exemplo, cujus ipse, in Epistola ad hunc A. 1636. missa (qvam Hafniæ, in Joh. Moltii, Consiliarii Regii, Bibliotheca, MStam offendi), injecit mentionem.

WERNERUS BEUSTIUS, Hamburgi commoratus.

Lobgesang auf die Geburt Christi. Hamb. 1642. in 4.

ARNOLDUS CHRISTIANUS BEUTHNERUS, Hamburgensis.

Disp. de Sententia media, in Dissertationem nuperam de Libertate Cogitandi Anglicam, Præside D. Corn. Diet. Kochio proposita. Helmstadii 1714. in 4. V. *Partem XLIV.* der Gelehrten *Famæ p.* 616. 617., & Nova literaria, *Tomi VI. du Journal literaire Parti I.* subjuncta, *p.* 247. Ubi ea Beuthnero qvidem, tanqvam Autori, tribuitur, sed hæc censura additur: *Il fait paroitre plus de lecture, que de jugement.*

Miscellanea Anglicana, als: 1. zwölf Gespräche von den Gesetzen, Müntzen, Gebäuden, ꝛc., des Königreichs Engelland; 2. vom Englischen Gewicht und Maasse; 3. Sieben feine Briefe; 4. Wechselbriefe, Assignation, Frachtbrief, Obligation und Abrechnung; 5. Sechs Historien; 6. drey Auszüge aus dem Register der willkührlichen Gesetze der Stadt Amsterdam, 7. Einige Loca aus Epicteti Handbuche; 8. zweyhundert sinnreiche Sprichwörter; Mit einem kleinen Englischen Vocabulario. Jenæ 1713. in 8.

Englisches Lexicon der vornehmsten Wörter, Jenæ *in* 8. edendum, qvod promittitur, *in Catal. nund. Lips. A.* 1714. *vern. p.* 53.

JOHANNES HENRICUS BEUTHNERUS, Hamburgensis.

Disp. de Præstantia qvadam Poeseos Germanicæ præ Gallica & Italica, Præside D. Corn. Diet. Kochio proposita. Helmstadii 1715. in 4. *V. Partem XLVI.* der gelehrten Famæ *p.* 770.

Kurtz und Gut, oder Handleitung zur Italiänischen Sprache, samt einigen Miscellaneis Italicis, zum Nutzen der Lehrbegierigen dargereicht. Jenæ 1713. in 8. V. *Catal. nund. Lips. A.* 1713. *autumn. p.* 43.

M. JOH. GVILHELMUS BIEDERMANN, Lubecensis, Oppiduli Misniæ, in Diœcesi Annæbergensi, Geierani, ab A. 1699., Diaconus. V. D. Christ. Lehmanni *Nomenclatorem Ecclesiastarum Diœceseos Annæbergensis p.* 46., & *Nova Lit. Germ. A.* 1703., *M. Febr.. p.* 56. Vix. 1708.

Disp. de Luthero Lutherano ante Lutheranismum, Præside M. Joh. Gottliebio Mollero. Rostochii 1693. in 4.

Lübeckische Gastpredigt, am dritten Pfingstfeyertage A. 1701., aus der Fest-Epistel Act. VIII. 14-17., gehalten. Chemnicii 1702. in 4.

JOACHIMUS BIESTER, Hamburgensis, Med. D. (Trajecti ad Rhenum A. 1672. creatus) & in Metropoli primum Angliæ Londinensi (1.), deinde vero in urbe patria, Practicus felicissimus ac celeberrimus, Poliater ejusdem, ab A. 1689., inferior, &, post Joh. Garmeri obitum, ab A. 1700. (d. 5. Jul.), supremus ac primarius (2.), simulqve Societatis in illa Anglicanæ Medicus, maritus Annæ Mariæ, M. Joh. Dassovii, Archidiaconi Petrini, Filiæ, & D. Mich. Kirstenii, Medici Professorisqve Hamburgensis eximii, viduæ (3.).

A Joh. Nicol. Pechlino (*Lib. II. Observv. Medico-Phys., Obs. 9., p. 222.*) *Practicus* vocatur *Hamburgensium præcipuus,*

(1.) V. C. H. E. D. *Relationem de itinere suo Anglicano & Batavo*, A. 1710. editam, *p.* 20. 21. (2.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Aug. A.* 1700., *p.* 276., & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p.* 1044. (3.) V. Conr. Sam. Schurtzfleischii *Dissert. Acad., Progr.* 206., *p.* 543. 544.

puus, a C. H. E. D. autem, Archiatro Polon. & Saxon. (*l. c.*), *Practicus famigeratissimus, Vir omni vultu & gestibus ad humanitatem compositus.*

Disp. Inaug. de Epilepsia. Trajecti ad Rhenum 1672. in 4.

Wahrhafftiger Gegenbericht der letzten Kranckheit und vermeinten Schlages, wie auch erfolgten Todes, auß einem von D. Dieterich eingebildeten, und also curirten, Steckflusse, an der Person Valentin. Heinsii, Rectoris an der Michaelis Schule in Hamburg, D. Andr. Christ. Dieterichs Berichte entgegengesetzt. Hamburgi 1705. in 8. Schediasma sub Collegii Hamburg. Medici nomine editum, de qvo V. *Nova Lit. Germ.*, *M. Dec. A. 1705.*, *p. 478. 479. 480.*, &, sub Dieterici nomine, suo loco dicenda.

Disqvisitio de Peste, oder Untersuchung Pestilentzialischer Seuche. Hamburgi 1713. in 4.

Or. inedita de Theriaca Andromachi, ante præparationem ejus, d. 19. Nov. A. 1700., habita. *V. Nova Lit. Lubec.*, M. Dec. A. 1700., p. 380. 381.

JOHANNES MATTHIAS BIESTERUS, Hamburgensis, J. U. Licentiatus & in patria Practicus. Vixit 1716.

Disp. Inaug. de Probatione Sponsaliorum, Præside D. Joh. Sam. Strykio proposita. Halæ 1711. in 4. V. de illa *Partem VI.* der gelehrten *Famæ p. 401. 402.*

JOH. PETRUS BIESTER, Hamburgensis, Matthiæ, Ecclesiastæ Catharinæi, Filius, Med. D. & in patria Practicus. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 4.*) Vixit A. 1704.

Disp. de Notis gravidarum, Præside D. Georg. Wolfg. Wedelio. Jenæ 1690. in 4.

Disp. Inaug. de natura & usu Acidorum, Præside eodem. Jenæ 1692. in 4.

MATTHIAS BIESTER, non Hamburgensis, uti Joh. Alb. Fabricius (*P. II. Memor. Hamb. p. 282.*) tradidit, sed (uti ipse in Carmine qvodam profitetur) Dithmarsus, Johannisqve, Pastoris in Dithmarsia Australi Burgensis, filius, d. 30. Apr. A. 1635. natus, Ædis Hamburgensis Catharinææ, ab A. 1668., Diaconus, &, ab A. 1704., Archidiaconus, simulqve totius Ordinis Ecclesiastici Senior. V. de illo Fabricium *l. c.* Officio se A. 1711. abdicavit, & A. 1713. obiit.

Neujahrswunsch und Neujahrsgeschencke, der Christlichen Gemeine zu S. Catharinen in Hamburg mitgetheilet. Hamb. 1710. in 8.

PETRUS BIESTER, Hamburgensis, Med. D.

Disp. Inaug. de Phthisi. Lugd. Bat. 1654. in 4.

ANDREAS BILDERBECK, Lubecensis, d. 23. Oct. A. 1643. natus, & Juris, cui Jenæ & Leidæ vacaverat (post iter Literarium per Belgium, Galliam & Germaniam, finitum), Licentiati titulum Heidelbergæ A. 1672. adeptus, vitam postea in patria egit privatam, & d. 14. Mart. A. 1701., æt. 58., decessit. Plura de vita ejus *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Apr. A. 1701.*, *p. 124. 125.*, invenies. Conf. J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 3.*

Juris Lubecensis patrii a communi Romano-Germanico differentiæ, nova eaqve luculenta serie digestæ, &, pro gradu Licentiæ conseqvendo, Præside D. Georg. Gisberto Glocknero, propositæ. Heidelbergæ 1672. in 4. Hanc Diatribam (qvam suo esse ductu scriptam, Nicol. Christoph. Lynckerus, *in Scriptorum Catalogo*, A. 1696. edito, & *L. II. Instructorii forensis, Sect. 2., P. 1., c. 2., lit. dd. b.*, profitetur) cæteris, qvi J. Civ. & Lubec. differentias congesserunt, omnibus Burch. Gotth. Struvius (Giessæ, Præside Lynckero, propositam esse falso tradens), *in Biblioth. Juris Selecta, c. 3.*, *§. 70.*, *p. 194.*, prætulit, & Morhofius etiam, *T. III. Polyhist.*, *Lib. 6.*, *Sect. 10.*, *p. 112.*, commendavit.

DANIEL MATTHIAS BILDERBECK, Theol. Studiosus Hamburgensis.

Fest- und Sonntägliche Evangelische und Epistolische Fragen, nebst Biblischen Kernsprüchen auß dem A. und N. T. Hamburgi 1707. in 8. (*V. Lehmanni Historische Remarqves A. 1707.*, *n. 52.*, *p. 416.*) Vixit A. 1716.

Die XXIV. Artickel der Augspurgischen Confession, in kurtzen Fragen und Antworten, mit Biblischen Sprüchen, verfasset. Nebst einem Anhange von allerhand Zugaben, vor die Jugend. Hamb. 1707. in 8. (*V. Lehm. l. c.*, *n. 11.*, *p. 88.*)

Eines Christen Morgen- und Abendgespräch mit GOtt, und tägliche Mittagsandacht. Hamb. 1707. in 8.

JOACHIMUS GÜNTHERUS BILDERBECK, J. U. Lic. & Practicus Hamburgensis, in patria, Templique cathedralis Vicarius, ac Vicariorum, ab A. 1716., Decanus.

Theses variæ Inaugurales. Coloniæ Agrippinæ 1703. in 4. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1704. p. 5.*

MARTINUS BILDERBECK, Lubecensis.

Oratio de dignitate Literarum humaniorum, in Academia Francofurtana habita. Francof. ad Viadr. 1607. in 4.

CHRISTIANUS BILEFELD, Lubecensis, Hermanni, Scholæ publicæ Præceptoris, filius, ex hac digressus Academias adiit Rostochiensem, Regiomontanam (in qva triennio commoratus integro titulum Magistri, Brabevta Mich. Eiflero, d. 9. Jul. A. 1643., obtinuit), & tandem, cum stipendio donatus esset Schabbeliano, Witebergensem. In hac XII. annos exegit continuos, &, cum suam in juventute privatim erudienda sedulitatem Professoribus approbasset, A. 1646. Ordinis Philosophici adscriptus est Adjunctis, A. 1654. Decanus ejusdem electus (1.), & seqventi 1655., cum a Comite Stolbergico, ad Ecclesiarum Comitatus sui Ephoriam, & Oppidi Wernigerodani Pastoratum, avocaretur, Theologiæ Doctor a Joh. Meisnero creatus (2.), Wernigerodæ, ducta A. 1656. uxore Christina Elisabetha, D. Joh. Hülsemanni, Theologi Witeb. & Lipsiensis, Præceptoris sui, filia, per qvinqve lustra substitit, A. 1680. in Misniam, Oppidi ejus Delitiani Pastor & Superintendens constitutus, migravit, & istic, Filium Johannem Christophorum (Theologum postea aulæ Hasso-Darmstattinæ & Acad. Giessenæ primarium) A. 1691. nactus Coadjutorem, vivis A. 1695. excessit (3.).

Confer de illo Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 575.*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 273. 274.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. Metaph. de ejusdem & Diversi natura, divisione & proprietatibus, Præside Joh. Scharfio. Witeb. 1645. in 4.

Disputationes Ethicæ. Witeb. 1646. in 4.

Disputt. XV. in partem Metaphysicæ generalem. Wit. 1650. 1651. 1652. in 4.

Disputt. in partem Metaphysicæ specialem. Wit. 1652. in 4.

Disp. de Substantia & Supposito. Wit. 1652. in 4.

Disp.

(1.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb.*, *Lit. I i i. a.*, & A. Sennerti *L. I. Athen. Witeb. p. 130.* (2.) V. Svevum *Lit. F f f. 3. b.*, Sennertum *l. c. p. 403.*, & Abr. Calovii *Progr. Invit. ad Disp. Inaug.* (3.) V. Val. Ern. Löscheri Appendicem der letzten Worte an die Gemeine zu Delitzsch *p. 22. 23.*

Disp. de Unitate. Witeb. 1652 in 4.
Disp. de Causa & causato. Wit. 1652. in 4.
Dispp. duæ in Cap. III. & XIV. Johannis, Præside D. Wilh. Lysero. Wit. in 4.
Disp. Theol. de Conversione hominis, Præside D. Joh. Scharfio. Wit. 1652. in 4. Hanc Phil. Jac. Spenerus (in der Algemeinen Gottesgelahrtheit *p. 279.*) commendat, D. Joh. Musæus autem, Theologus Jenensis (cujus illa *Tractatum de Conversione* impugnarat), fuse, sed dissimulato Autoris nomine, refutavit in der Erklärung der XCIII. Religionsfragen, wider Joh. Reinhardum, Jenæ A. 1677. *in 4.* edita (*Loc. VIII. de Libero Arbitrio*). Contra qvem Abr. Calovius, *T. X. System. Theol.*, illam vindicare est conatus.
Disp. de Fœdere inter diversæ religionis homines. Witeb. 1654. in 4. (*Catal.*)
Disputationes Pneumaticæ. Wit. 1654. in 4.
Fides Veterum, & imprimis fidelium mundi antediluviani, in Christum, verum DEum & hominem, deqve ejus passione meritoria, adversus pestilentem Novatorum, maxime Georg. Calixti, hæresin, e Scripturæ testimoniis, & Ecclesiæ consensu, asserta, &, ad Titulum Doctoris conseqvendum, Præside Abr. Calovio (*vero illius Autore*), ab illo defensa. Witeb. 1655. & 1700. in 4.

II. GERMANICA.

Wahrer Christen geduldiges Schweigen, und vertrauliches Reden zu GOtt, in ihren Nöthen; oder Leichpred. über Phil. Ern. Forsterum, J. U. D. und Stolbergischen Kantzlern, auß Ps. XXXIX. 11. Gothæ 1659. in 4.
Gründlicher Beweiß und Verthädigung etlicher nothwendigen Klagen, so die Lutherschen wieder die Reformirten führen, dem Büchlein eines nahmlosen Calvinisten (dessen Titel: Klage und Antwort, oder Gründl. Verantwortung der Klagten, welche die *Lutheraner* wieder die *Reformirten* führen, darauß zu vernehmen, was der *Reformirten* eigentlicher Glaube sey) entgegengesetzet. Lipsiæ 1660. in 4.

JOHANNES ADOLPHUS BILHARD, Slesvicensis, Med. Doctor & in patria Practicus.
Disp. Inaug. Medica curiosa de Cuscuta (dem Filtzkraute), Præside D. Georg. Wolfg. Wedelio proposita. Jenæ 1715. in 4. V. de illa *Partem XLVII.* der Gelehrten *Fama p. 854.*

JOHANNES BLANCKIUS Parochiæ ruralis in provincia Duc. Slesv. cognomine Schwansensis, per annos 27., teste Schurtzfleischio (*in Dissertt. Acad., Progr. 182., Joach. Filii A. 1685. dicato exeqviis p. 469.*) Pastor.
Ehrenseule des alten Adelichen Geschlechtes derer von Brömsen, Herrn Hans Brömsen, als er den 8. Martii A. 1677. entschlafen, zu Ehren aufgerichtet A. 1677. in 4.

OTTO BLANCKIUS, Schönkircha (ditionis Prezensis pago) Wagrius, Templi, in civitate Lubecensi, D. Mariæ Magdalenæ Burgensis Ecclesiastes d. 5. Febr. A. 1685., Petrini autem Diaconus d. 30. Jun. A. 1687., electus, d. 11. Nov. A. 1692. mortuus, & in æde Catharinæa humatus. V. Jac. a Mellen *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium.*
Carmen de Vita propria Germanicum, a moribundo conscriptum, jussu ipsius, post obitum, paucis insertis, excusum, & in exeqviis distributum, recusum autem Lubecæ A. 1716., in Joh. Hilmeri von GOtt gewürdigter Lobeck, *cap. 5., p. 86-92.* Conf. de illo Georg. Henr. Götzii *Præfationem* A. 1709. *Elogiis 80. Theologorum Germanorum* præmissam *p. 5.*

GERHARDUS BLASIUS, Leonhardi, Supremi Joachimi Ernesti, Ducis Holsato-Plönensis (cui Diatribe Nostri *de Cordis Principatu* A. 1646. est inscripta) Architecti, in Aulam postea a Christiano IV., Rege, Danicam ad idem evocati officium (1.), Filius, Johannis Blasii, J. U. Doctoris & in Urbibus Lugduno-Batava atqve Amstelodamensi Practici, suo a nobis loco celebrati, Frater Germanus, & Christiani Longomontani, Mathematici Academiæ Hafniensis Inclyti, Affinis (2.), πολύπατρις, Homeri instar, credi voluisse videtur, cum in Scriptis diversis, modo Holsatum (3.), modo Amstelodamensem (4.), ipsemet se appellaverit. Medicinæ, cujus Sacris in Acad. Hafniensi Simon Pauli (5.), in Lugduno-Batava autem Alb. Kyperus (qvo Præside A. 1646. publice disputavit), & Collegæ, ipsum initiaverant, Doctor creatus, Praxi hujus Amstelodami ita brevi inclaruit, ut a Senatu A. 1660. ejusdem in Gymnasio Illustri Professor (6.), nec multo post Nosocomii Urbani Medicus, ac Bibliothecæ Publicæ Præfectus, constitueretur. Senex Locum inter Academiæ Naturæ Curiosorum Germaniæ Imperialis Collegas, cum *Podalirii Secundi* Agnomine, A. 1682. obtinuit, & eodem paulo post vivis excessit (7.), Filium relinqvens ὁμότεχνον, Abrahamum, a qvo Jobi a Meeckren, Chirurgi Amstelodamensis, *Observationes Medico-Chirurgicæ* e Sermone Belgico in Latinum sunt transfusæ, & hoc ipso Anno Parentis emortuali (8.) Amstelodami editæ. De singulis ferme Studii Medici partibus, non viva solum voce, in Gymnasio & Auditorio domestico, sed Scriptis etiam haud paucis, bene mereri studuit, inprimis tamen de Anatomico, novis etiam aliqvot Inventis (e qvibus *Tunicam Arachnoidem, Medullam Spinalem investientem, ab ipso primum notatam*, Casp. Bartholinus Junior (9.), & rationem medullam eandem, e theca sua, integram, sine laceratione ulla, eximendi, in *Anatome* ejus A. 1666. fusius expositam, Henr. Oldenburgius (10.), celebrant) locupletato. De Ductus Salivalis in maxilla superiori exterioris, Amstelodami A. 1660. in ædibus ejus detecti, Invento, inter ipsum, & Nicol. Stenonium, Hafniensem, Auditorem domesticum, ac Anatomicorum postea Principem (cui ab omnibus hodie istud tribuitur), enata est Controversia, Scriptis etiam agitata publicis, cujus Historiam accuratiorem Adversarii reservamus Elogio, & paucis hic tantum delibabimus. Ipse diu, anteqvam Stenonius Amstelodamum advenisset, a se, nihil tale cogitante, forte fortuna notatum, & huic deinde superficiali primum demonstratione, in Collegio privato Anatomico, ac mox soli, cum id a se petivisset, accuratiori, ostensum esse, contendebat (11.). Stenonius contra, a se primo ac solo ductum hunc, d. 7. Apr. A. 1660., in ovillo capite, in Ædibus Blasianis, esse observatum, & Hospiti, qvi istius inqvisitioni manum nunqvam admoverat, nec sententiam rogatus certi qvid respondere de illo poterat, ostensum, paucisqve post diebus in Capite canino, ac Leidæ tandem in humano, itidem deprehensum, affirmabat, ad ipsius Joh. Blasii, JCti, Hospitis sui Fratris, qvi, Amstelodami eodem commoratus tempore, omnibus sectionibus fraternis interfuerat, ac in Literis nihilominus ad Henr. Eyssonium, Professorem Acad. Groningensis Medicum, datis, inventionis gloriam sibi tribuerat, provocans testimonium (12.). Qvem cum Amstelodamo

(1.) V. de Parente hoc Epistolam Nostri Dedicatoriam ad Frid. III., Regem Daniæ, Editioni suæ *Syntagmatis Anatomici* Joh. Veslingii præfixam. (2.) V. *Epist. ejus ad Thom. Bartholinum, Cent. III. Epistolarum* hujus *Medicinalium, num. 43., obviam, p. 184.* (3.) V. *Titulum Disp. de Principatu Cordis*, A. 1646. editæ. (4.) V. *Titulos Impetus Jac. Primerosii retusi*, qvem A. 1659., & *Orationis Inauguralis Amstelodamensis*, qvam A. 1660. publicavit. (5.) Hunc Præceptorem suum vocat *in Præfat. Syntagmatis Anatomici Veslingiani.* (6.) V. *Orat. Inauguralem*, cujus in Scriptorum Catalogo occurret mentio. (7.) V. *Catalogum Collegarum Acad. N. C. Germanicæ, Anno I. Decuriæ III. Miscellaneorum illius A. 1694. adjectum.* (8.) A. 1682. in 8. (9.) *in Specimine Historiæ Anatomicæ p. 239.* (10.) *in Actis Philos. Anglic., M. Febr. A. 1666., p. 327. 328. Edit. Latinæ Lips.* (11.) V. Epist. ejus ad Thom. Bartholinum, *num. 2.* allegatam, *p. 160. 161. 162. 180.* (12.) V. Stenonii Epistolam ad Thom. Bartholinum, d. 22. Apr. A. 1661. scriptam, in hujus *Cent. III. Epp. Med., num. 24., p. 87-90.*

Iodamo Leidam digressum Vasculi hujus Salivalis novi in Cadavere etiam Humano demonstratione, Collegii privati Sylviani Membris in Nosocomio facta, applausum Doctorum Medicinæ publicorum, Francisci de le Boe Sylvii & Johannis ab Horne, meruisse, Horniumqve idem, a se deinceps in publica observatum Anatome, Stenoniani nomine aliqvoties insignivisse, Blasius rescivisset, per Literas ad Fratrem datas, duobus Professoribus, modo laudatis, & paulo post in *Medicinæ Generalis*, A. 1661. editæ, Prooemio, Eruditis omnibus, sibi illius inventionem deberi, non Stenonio, significavit (1.). Istis Stenonius, post Literas privatas Eristicas inter utrumqve aliqvamdiu reciprocatas (2.), tum Epistolam ad Thom. Bartholinum, Præceptorem, prolixam, d. 22. Apr. A. 1661. exaratam, & ab hoc *Centuriæ Medicinalium* suarum A. 1667. insertam Tertiæ (3.), tum *Disputationem de Glandulis oris, & nuper observatis inde prodeuntibus Vasis*, eidem inscriptam, & Leidæ A. 1661., Præside Johanne ab Horne, publice defensam, opposuit, Ductusqve controversi Invento sibi vindicato, Blasium, *in Medicina Generali, nec ortum, nec egressum verum, ei assignare potuisse, & ipsam, e qva tam eleganti copiosissimorum rivulorum confluxu prodit, glandulam usui destinasse ignobili*, præsertim inculcavit. A Blasio ipso publice nihil est repositum; sed in privata tamen ad Bartholinum Epistola, d. 16. Jul. A. 1661. scripta, & eidem, cui Stenoniana, qva longe est prolixior, *Centuriæ* Bartholinianarum inserta *Tertiæ* (4.), & Exercitatio Leidensis operose examinata atqve impugnata, & Autor ejus plagii ac ingratitudinis in Præceptorem pristinum acerbe insimulatus. Bartholinus, Blasii amicus, & Stenonii Præceptor, sed in hujus partes, licet dissimulare id conetur, pronior, in Responsoriis ad hunc d. 10. Maji, ad illum autem Kalendis Septembris, Hafniæ A. 1661. exaratis (5.), utrumqve ad concordiam serio hortatus reconciliare, sed frustra, qvod, Stenonio licet obseqvium pollicente (6.), Blasius iratior ad sibi transmissas sileret (7.), allaboravit. Prodiit autem A. 1662., loco illius, in arenam, Præceptoris e discipulo Hyperaspistes, Nicol. Hobokenus, Medicus Ultrajectinus, qvi, in Corollariis Disputationis Inauguralis, Ductus etiam Salivales maxillæ inferioris Whartonianos Blasio perperam vindicare conatus, sed a Bartholino (8.) erroris convictus, edito Ultrajecti A. 1663. (9.) *Novo Ductu Salivali Blasiano in lucem protracto*, controversi in maxilla superiori primum illum fuisse Inventorem, Stenonium autem hunc plagio ipsi surripuisse, animose asseruit. Sed ab Achille hoc Anatomico, cui impar erat congressus, reposito *Prodromo* (in qvo, uti Ephemerides Gallorum testantur Literariæ, *Blasium in Medicina Idiotam esse, neqve, ut novi aliqvid detegere possit, idoneum, Ductum autem Salivalem, huic ab illo assertum, a suo plane differre, monstravit*), facile ad silentium est redactus (10.), & toti tandem Certamini, minus certe (cum jam olim ductus iste Abensinæ, Haly Arabi & Isaaco, teste Bartholino (11.), innotuerit, & a Julio qvoqve Casserio, sub Musculi licet nomine, fatente ipso Stenonio (12.), sit observatus) necessario aut glorioso, publicato A. 1664. insigni *Observationum de Musculis & Glandulis Specimine*, finis impositus. Novo Certamini, qvod Nostro, Medicinæ hactenus usu receptæ Patrono, cum Hoste illius & Novatore nostris temporibus inclyto, Cornelio Bontekovio, in Disputationis *de Ictero*, Amstelodami habitæ, Actu publico acrius a se notato, imminere videbatur, Mors interveniens Senem eodem A. 1682. opportune subduxit, qvo hujus *Notæ Provocatoriæ in Corollaria, Disputationi suæ de Ictero a Gerh. Blasio apposita* (*qvibus ad calumnias, qvas ille in conflictu nupero effudit, respondetur, & ex Jure & Jurisconsultis, qvæ sit Medicorum imperitia, & qvam ea culpabilis & poena digna, ostenditur, inprimis autem Blasii mendacium, qvo Autoris Libros de Chirurgia & Febribus famosos Libellos esse dixerat, refutatur*), ibidem (13.) in lucem prodierunt.

Conferri de Nostro, præter Epistolas Ipsius, Thomæ Bartholini & Nicol. Stenonii, de Certamine cum hoc Anatomico, mutuas, *Centuriis Tertiæ & Qvartæ Medicinalium* Bartholini, Hafniæ A. 1667. excusis, insertas, cætera item Scripta Partis utriusqve, qvæ modo memoravimus, Eristica, & Autores alios, hactenus allegatos, possunt Thomæ Bartholini (*Lib. II. Carminum p. 59. 60.*) duo in laudem ejus Epigrammata, & Ol. Borrichii unicum, in *Deliciis Poetarum Danicorum* Frid. Rostgardi, *T. II., p. 453. 454.*, occurrens, nec non Catalogi Scriptorum ipsius imperfecti, a Joh. Anton. von Linden *Lib. I. de Scriptis Medicis p. 213.*, Georg. Abr. Merclino *in Lindenio Renovato p. 348. 349.*, Corn. a Beughem *in Bibliographia Medica & Physica novissima p. 32. 33. 388. 428.*, ac *Conspectu I. Apparatus ad Hist. Liter. novissimam p. 52.*, & Christoph. Hendreichio *in Pandect. Brandeb. p. 598. 599.*, exhibiti.

ELOGIA.

Lipsiensibus (*in Actis Erud., M. Jan. A. 1682., p. 11.*) *Vir* audit, *cujus famam diversa Scripta Medica atqve Anatomica notissimam reddiderunt.*

Th. Bartholino, in Epigrammate in Institutiones Medicas (*Lib. 2. Carm. p. 59.*) *Decus Amstelii, & Pars clara Sororum*, ac *Cent. IV. Epp. Med., Ep. 4., p. 17., Vir doctissimus & laude dignus.* (Conf. Epigramma ejusdem in effigiem Blasii, (*Lib. 2. Carm. p. 60.*)

Conr. Vict. Schneidero (in Carmine Editioni *Syntagmatis Anatomici* Joh. Veslingii Blasianæ A. 1666. præfixo) *Medici Luxqve Decusqve chori.*

Ol. Borrichius, in Carmine, paulo ante allegato, in *Instit.* ipsius *Medicas* (*T. II. Delic. Poet. Dan. p. 453. 454.*), & has, & cætera ipsius Scripta, Anatomica, Chemica, Practica, commendat.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

ℵ. PROPRIA.

Disp. Physica de Principatu Cordis, Præside Alb. Kypero proposita, Lugd. Bat. 1646. in 4to.

Impetus Jac. Primerosii, Doctoris Medici, in Vopiscum Fortunatum Plempium, Amstelodamensem, Professorem Medicinæ Lovaniensem, retusus. Amstelod. 1659. in 4to. Oppositum est hoc Scriptum Primerosii *Destructioni Fundamentorum Medicinæ Plempii*, Roterodami A. 1657. *in 4to.* editæ.

Oratio Inauguralis de noviter inventis, Amstelodami, sub initium Prælectionum Medicarum, d. 7. Oct. A. 1659. habita. Amstelod. 1659. in 4to. Partem ejus maximam Corn. a Beughem, *in* Prolegomenis *Syllabi* sui *recens in re Medica, Physica & Chymica, exploratorum*, Amstelod. A. 1696. *in 12.* excusi, curavit recudi.

Oratio Inauguralis de iis, qvæ Homo Naturæ, qvæ Arti, debeat, in Athenæo Amstelodamensi, d. 5. Oct. A. 1660., cum Medicinæ Professionem ordiretur, recitata. Amst. 1660. in fol. Subjuncta ei sunt Carmina Joh. Christenii, JCti, Henr. Eyssonii & Joach. Borgesii, Professorum Medicorum Groningensium, Joh. Bapt. a Lamzwerde, Med. D., & Joh. Blasii, Fratris, Encomiastica.

Medicina

(1.) V. Stenonii *Epist.* modo laudatam, *p. 87-92.*, & Blasii Epist. ad Barthol., *ibidem Cent. III., n. 43., p. 162. 163.* (2.) V. Blasii Epistolam *l. c. p. 163.* (3.) *num. 24., p. 80-95.* (4.) *num. 43., p. 158-184.* (5.) Responsoria ad Stenonium *Cent. III. Epp. Med., num. 25., p. 95-98.*, altera autem ad Blasium, *num. 44., pag. 184-188.*, legitur. Conf. *Centuriæ IV. Ep. 4.* ad Nic. Hobokenum, *p. 18.* (6.) *Ep. I. Cent. IV., A. 1662. scripta, p. 3.* (7.) V. Barthol. *Cent. IV. Ep. 27., p. 116.* (8.) in Epist. ad illum A. 1662. data, *Cent. IV. Epp. Med., num. 4., p. 17. 18.* (9.) *in 12.* (10.) V. Dn. de Sallo *Ephemerides Eruditorum Gallicas Anni 1665., num. 12. (d. 23. Mart.) p. 114. Edit. Lat. Nitschianæ.* (11.) *Cent. IV., Ep. 4., p. 18.* (12.) in Ep. ad Bartholinum, *Cent. III. Epp. hujus Med., num. 24., p. 87.* (13.) Amstelod. 1682. *in 8.*

Medicina Generalis, nova accurataqve Methodo fundamenta exhibens. Amstelod. 1661. in 12. Auctior, sub Titulo *Medicinæ Universalis, Hygieines & Therapevticæ fundamenta exhibentis*, ibidem A. 1665. in 4to, recusa. In hujus *Præfatione* Ductus salivalis in Maxilla superiori inventionem vindicare sibi, contra Nicol. Stenonium, conatus, Disputationi hujus, illi A. 1661. oppositæ, de qva paulo ante in Vitæ est dictum Historia, occasionem præbuit.

Disp. de Corde. Amstelod. 1661. in 4to.

Disp. de Ventriculo. Amst. 1661. in 4to.

Disp. Anatomica de Abdomine. Amst. 1661. in 4to.

Disp. de Calido Innato. Amst. 1661. in 4to.

Disputationes II. de triplici Coctione. Amst. 1661. in 4to.

Dispp. Duæ de Valetudine conservanda. Amst. 1661. in 4to.

Disp. de Pleuritide. Amst. 1661. in 4to.

Exercitationes Medicæ de Humoribus (Chylo, Sangvine, &c.). Amst. 1662. in 4to.

Disp. de Hepate. Amst. 1662. in 4to.

Disp. de Pulmone. Amst. 1662. in 4to.

Dispp. duæ de Hydrope. Amst. 1662. in 4to.

Disp. de Dysenteria. Amst. 1662. in 4to.

Medicatio Cataleptici. Amst. 1662. in 4to.

Anatome Contracta. Amstelod. 1665. in 12.

Anatome Medullæ Spinalis, & Nervorum inde provenientium, Figuris aliqvot illustrata. Accedit Observationum Selectiorum Collegii Medici Privati Amstelodamensis Pars Prima. Amstelod. 1666. in 12. Recensum Libelli noviqve Inventi, de ratione Medullam Spinalem integram, e Theca sua, sine laceratione ulla, eximendi, in eo propositi, exhibent Henr. Oldenburgii *Acta Philosophica Anglicana, M. Febr. A.*1666., *num.* 22., *p.* 327. 328. *Ed. Lat. Lips.*, *& Ephemeris* (qvam Corn. a Beughem, *in Conspectu I. Apparatus ad Hist. Lit. Noviss. p.* 52., allegat) *Eruditorum Italica Anni* 1675. *Tertia.*

Institutionum Medicarum Compendium, Disputationibus XII., in Athenæo Amstelodamensi, publice ventilatis, absolutum. Amstelod. 1667. in 12. Carminibus illud Encomiasticis commendarunt Thom. Bartholinus (*Lib. II. Carm. p.* 59.) & Ol. Borrichius (*T. II. Delic. Poet. Danorum Frid. Roostgardi p.* 453. 454.). Qvorum ultimus ita de illo:

Ecce Machaonias inter via tuta Charybdes,
Vix Ariadneum certius isset opus.

Observationum Anatomicarum Collegii Privati Medici Amstelodamensis Pars Altera, in qvibus præcipue de Piscium Pancreate, ejusqve Succo, agitur, Figuris elegantioribus illustrata. Amstelod. 1673. in 12. (Pars Prior *Anatome Medullæ Spinalis* A. 1666. erat adjecta.)

Miscellanea Anatomica, Hominis, Brutorumqve variorum, diversam structuram maxima ex parte exhibentia. Amstelod. 1673. in 8.

Observata Anatomica in Homine, Eqvo, Simia, Ove, Vitulo, Testudine, Echino, Glire, Serpente, Ardea, variisqve Animalibus aliis. Accedunt Extraordinaria in Homine Reperta Praxin æqve ac Anatomen illustrantia. Cum Figuris. Amstelod. 1674. in 8.

Zootomiæ, seu Anatomes variorum Animalium, Pars Prima. Amstelod. 1676. in 8. (*Memorata in Corn. a Beüghem Bibliogr. Med. p.* 33.)

Observationes Medicæ rariores. Accedit Monstri triplicis Historia. Amst. 1677. in 8. Recensum earum Joh. Gallœsius (contineri illis *les Choses les plus rares*, i. e. *res rarissimas*, judicans), *in Diario Eruditorum Gallico, Ephem.* 24. *A.*1678. (*ad d.* 11. *Jul.*), *p.* 295. 296. exhibuit.

Medicina Curatoria, Methodo nova conscripta. Amstelod. 1680. in 120. V. de illa Galloesium, modo laudatum, *Ephem.* 25. *A.* 1680. (*ad d.* 2. *Dec.*), *p.* 342. 343.

Anatome Animalium variorum, Terrestrium, Volatilium, Aqvatilium, Serpentum, Insectorum Ovorumqve, Structuram naturalem, ex Veterum, Recentiorum, propriisqve Observationibus, proponens, Figuris variis illustrata. Amstelod. 1681. in 4. Maximam partem ex aliis congesta est Autoribus, & in Qvinqve divisa Partes, qvarum Prima (cui Sciagraphia etiam Nutritionis Animalium, ex Theodori Aldes, sive Matthæi Sladi, accessit Opusculo) Brutorum variorum Terrestrium (Bovis scil., Tauri, Vaccæ, Cameli, Canis, Castoris, Chamæleontis, Echini, Felis, Felis Zibethicæ, Histricis, Leonis, Ovis, Porci, Simiæ, Tigridis, & Ursi), Secunda, Ovi & Pulli, hujusqve Generationis, Historia (qvam ex Aqvapendente, Harvæo, & aliis, collegit) aucta, Volatilium (Aqvilæ & Psittaci), Tertia Aqvatilium (Acus Marini, Astaci, Canis Carchariæ, Crocodili, Gammari, Lampetræ, Lucii, Phocæ, Phocænæ, Ranæ & Rajæ), Qvarta Insectorum (Bombycis, Ephemeri &c.), & Qvinta tandem Serpentis, Dissectiones Anatomicas, modo singulas, modo binas, ternas, qvaternas, pluresve, a diversis Anatomicis, præsertim tamen Parisiensibus, Amstelodamensibus, M. Aug. Severino, Thoma Bartholino, Nicol. Stenonio, Ol. Borrichio, Car. Drelincurtio, Justo Schradero, Laur. Wolffstrigelio, & Blasio ipsomet, institutas, complectitur. Recensus eius invenies in Lipsiensium (qvibus *Anatomes animalium diversorum Comparativæ Specimen* audit *illustre*) *Actis Eruditorum, M. Jan. A.* 1682., *p.* 11., Abb. Roqvii *Diario Erud. Gallico A.* 1682., *Ephem.* 20., & (qvas Beüghemius *Consp. I. Appar. p.* 52. his addit) Londinensium *Memoriis Ingeniosorum Anglicis Anni* 1682., *num.* 3. Commendatur a Günth. Christoph. Schelhammero (*Anatomen* tamen cum *brutorum enarrare, non a se institutam, sed prout ab aliis accepit*, simul monente) in *Additt. ad Conringii Introd. in Art. Med. p.* 177.

Disp. de Ictero. Amstelod. 1682. (De *Notis Provocatoriis*, qvas Corn. Bontekoe hujus *Corollariis* eodem A. 1682. opposuit, in Vita Nostri jam dictum est.)

Epistola prolixa, ad Thom. Bartholinum d. 16. Jul. A. 1661. scripta, qva (uti in Vitæ Historia fusius exponitur) Ductus Salivalis controversi inventionem sibi vindicare, & Nicol. Stenonii *Disp. de glandulis Oris, & nuper observatis inde prodeuntibus vasis*, A. 1661. sibi oppositam, refutare est annixus. Prodit in Thomæ Bartholini *Epistolarum Medicinalium Centuria III.*, Hafniæ A. 1667. *in* 8. excusa, *num.* 43., *pag.* 158 - 184., una cum Responsoria Bartholini, illi *num.* 44., *p.* 184 - 188., subjuncta.

ב. ALIENA.

Joh. Hieron. Pulverini, Medici Neapolitani, Medicina Practica de curandis, juxta hodiernum usum, singulis humani Corporis Morbis. Editio Septima, ex ejus recensione. Lugd. Bat. 1649. in 8. (Alias Editiones Lindanus *Lib. I. de Scr. Med. p.* 369. recenset.).

Joh. Beguini Tyrocinium Chymicum, Notis perpetuis illustratum & auctum. Accedit Zach. Brendelii *Chymia*. Amstelod. 1658. & 1669. in 12. (V. Lindanum *l. c. p.* 213. 332., Beugh. in Bibliogr. Med. p. 27. 32., & Borrich. *in Carm. supra citato*.)

Joh. Veslingii, Mindani, Prof. Medici Patavini, Syntagma Anatomicum, publicis dissectionibus aptatum, a Gerh. Blasio, cum Commentario suo, recensitum. Amstelod. 1659. in 4. Recusum deinde emendatius & auctius, cum eodem Commentario atqve Appendice, ex Veterum, Recentiorum, propriisqve Observationibus illustratis, Ibidem A. 1666. in 4. & Ultrajecti (juxta *Acta Erud. Lips., M. Nov. A.* 1695., *p.* 535.) A. 1695. in 4. An Patavina illius, ac Commentarii Blasiani, Editio, qvam Pet. Maria Frambottus, Typographus Patavinus, A. 1677. est meditatus, cuiqve Georg. Hieron. Welschius (teste Luca Schröckio Jun. *in Memoria Welschiana p.* 49.) augmenta qvædam suppeditavit, in lucem prodierit, ignoro. Commendatur a Thoma Bartholino & Conr. Vict. Schneidero, in præfixis Encomiis Metricis, nec non ab Ol. Borrichio, in Carmine *in Institutiones* ejus *Medicas*, supra jam allegato, ita canente:

Seu fabre incisos libet excurrisse per artus,
Atqve Orbem humano qværere in orbe novum:
Miratur positam Veslingius ipse senectam,
Seqve os mortali majus habere stupet.

Durius contra de illo tulit Judicium Günth. Christoph. Schelhammerus, *in Additt. ad Conringii Introd. in Art. Med. p.* 175., eum *Utilissimum Veslingii laborem, Commentario suo, potius fœdasse, qvam ornasse*, pronuncians, &, *in Introd. in Physiologiam p.* 20., istud verbis hisce repetens: *Joh. Veslingii Syntagma Anatomicum, in Compendii usum conscriptum, prolixo & inutili Commentario fœdavit nuper Blasius, utut Additamentum rerum noviter inventarum, qvod subjunxit, non contemnendi sit usus; nemo enim hactenus ea collegit in unum, ac juventuti legenda exhibuit.*

Pet. Morelli Methodus præscribendi formulas Remediorum, cum annexo Systemate Materiæ Medicæ, Methodo medendi, & formulis Medicamentorum præscribendis, accommodato; revisa, aucta & Commentario illustrata, a Gerh. Blasio. Amstelod. 1659. 1665. & 1680. in 12.

Phil. Mülleri Miracula & Mysteria Chymico-Medica, Libris V. enucleata, ab ipso denuo, cum Notis suis, edita. Amstelod. 1656. & 1659. in 12. (V. Beügh. *Bibliograph. Med. p.* 33. 186.)

Thomæ Bartholini Spicilegia duo ex Vasis Lymphaticis, ubi Virorum Clarissimorum, Glissonii, Pecqveti, Backii, Cattierii, le Noble, Tardy, Whartoni, Charletoni, Bilsii, &c., sententiæ expenduntur & examinantur (qvorum prius A. 1657., posterius autem A. 1660., Hafniæ *in* 4. seorsim prodierat), junctim a Blasio edita. Amstelod. 1661. in 12. (V. Thomæ Bartholini *Catal. Scriptorum suorum p. m.* 44., Ejusd. *Diss. de Incendio Bibliothecæ p.* 93., & Alb. Bartholini *Lib. de Scriptis Danorum p.* 140. 141.)

Fortunii Liceti, Prof. Patavini, de Monstrorum Causis, Natura & Differentiis, Libri Duo (*Venetiis antea A.* 1634. *excusi*.). Gerh. Blasius recensuit, & Monstra qvædam nova & rariora, ex Recentiorum Scriptis, addidit. Editio novissima, Iconibus Monstrorum præcipuorum adornata. Amstelod. 1665. in 4. Gallicam ejus, a Blasio illustrati, Versionem, cum Anatomica sua Descriptione, tum Partium Mulieris Genitalium, tum Monstri Gandavensis, Joh. Palfyn, Anatomicus & Chirurgus Gandav., A. 1708. Leidæ in 4. edidit. V. Acta Erud. Lips. M. Sept. A. 1708., p. 414-417.

Laur. Bellini, Prof. Pisani, Exerc. Anatomica de Structura & Usu Renum, ab ipso denuo edita, Exemplisqve Renum monstrosorum additis aucta. Amstelod. 1665. in 12. Recusa, & altera Bellini Exercitatione de Gustus organo aucta, Lugd. Bat. A. 1711. in 4.

Thomæ Willisii Opera, cum Notis Blasii edita. Amstelodami 1682. in 4. (Memorantur *in Biblioth. Carpzoviana, P. II., p.* 529. & Chr. Hendreichii *P. B. p.* 599.)

II. GERMANICA ET BELGICA.

Ontleding des Menschelikens Lichaams beschreven, en in verscheydene Figuren afgebeelt. Amst. 1675. in 8. Scriptum ipsius Belgicum, in præfixo Joh. Svammerdammii, Med. D., Carmine itidem Belgico commendatum, & a Versione *Syntagmatis Anatomici* Veslingiani Belgica, sub eodem publicata Titulo, & jamjam memoranda, uti Beüghemius (*in Bibliogr. Med. p.* 428.) testatur, diversum.

Joh. Veslingii Syntagma Anatomicum, oder künstliche Zerlegung des Menschlichen Leibes, durch G. Blasium aus dem Lateinischen ins Deutsche übergesetzt. Mit Figuren. Lugd. Bat. 1652. in 4. (*V. Beügh. l. c. p.* 388. 418.), Noribergæ 1676. in 8., it. A. 1688. in 8.

Joh. Veslingii Konstige Ontleding des Menschelijken Lichaems, uyt het Latin in 't Nederduyts vertaelt. Lugd. Bat. 1661. in 8. (*V. Beugh. l. c. p.* 428. 444.)

INEDITA.

Anatomia Monstrorum Generalis, cum Figuris Æneis; Hanc, Amstelodami *in* 4. edendam, *in Catalogo Nundinarum A.* 1682. *Vernalium Lipsiensi p.* 36., est pollicitus.

JOHANNES BLASIUS, Leonhardi itidem Filius, & Gerhardi, modo laudati, germanus, si non patria (cum Lugduno Batavum se alicubi (1.) appellet) ortu tamen Cimber, J. U. D., & Advocatus in Urbibus Bataviæ Leidensi ac Amstelodamensi haud incelebris, Medicinæ etiam (ad qvam animum olim adjecerat (2.)) & literarum elegantiorum peritus, nec in Poesi infeliciter versatus. Vix. 1677.

Thom. Bartholinus, in Ep. ad eum, paulo post alleganda, ita ipsum alloqvitur: *Parem te ubiqve monstras, sive orationem pedibus certis constringas, sive libere per argumentum decurras.*

Ol. Borrichio (*in Poem. p.* 454.) *Themidos* audit & *Apollinis delicium.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. Inaug. Jurid. de Adulterio, carmine peculiari a Rob. Keuchenio (*in Libro Heroicorum, Musis juvenilibus inserto*) commendata.

Eberh. Bronchorstii, JCti Leidensis, Comm. in Tit. Digest. de diversis Regulis Juris antiqvi, ab eo recognitus, & subinde auctus. Amst. 1677. in 12. (*V. Beügh. Bibl. Jur. p.* 22. 31.)

Epistola ad Thom. Bartholinum, de Lud. Bilsii, & Asseclarum, adversus ipsum scriptis ac calumniis, d. 25. Mart. A. 1661. scripta, & Bartholini responsoria, d. 10. Apr. A. eod. exarata, junctim Hafniæ A. 1667., in *Centuria Epp. Med.* Bartholini *Tertia, num.* 19. & 20., *p.* 73-76., prodierunt.

II. BELGICA.

Pet. Laurembergii Acerra Philologica, ofte 400. nüttelike Historien, uyt het Hoogduits vertaelt. Lugd. Bat. 1640. & 1656. in 8., it. (*Juxta Beügh. in Bibliogr. Hist. p.* 527.) Amstelod. 1661. & 1666. in 8. Qvæ Editiones posteriores 600. exhibent Historias.

Ge-

(1.) *In Carmine, Gerhardi Fratris Orationi Inaugurali adjecto.* (2.) *V. Ep. ejus ad Thom. Bartholinum, mox memorandam.*

Geschlachtboom der Gooden en Goodinnen. Lugd. Batav. 1661. in 12. (*Catal.*)

Thomæ Bartholini Responsio ad novas Observationes Biltianas contra Zasium, una cum Castigatione Epistolæ maledicæ Lud. Bilsii, in qva Bilsianæ artes deteguntur, & dignitas Professoria vindicatur; a Blasio e Serm. Lat. (qvo Hafniæ A. 1661. prodiit) in Belgicum translata. Amstelod. 1661. in 12. (*V. Th. Barthol. Catal. libror. suorum, & Alb. Barthol. Tr. de Scr. Dan. p. 142.*)

Fidamants Klachten en Byrymen aan Cœlestina. Amst. 1663. in 12. Opusculum Erotico-Metricum, de qvo V. Epigrammata Th. Bartholini (*L. 2. Carm. p. 97.*) & Ol. Borrichii (*T. II. Delic. Poet. Dan. Rostgaardi, p.* 454. 455.) Encomiastica.

De verliefde Mercurius, beladen met hondert Minne-Brieven. Amstelod. 1660. in 12. (*Catal.*)

INEDITUM.

Editio Poematum Ausonii curiosa, ab eo (*teste Borrichio in Differtt. de Poetis p. 74.*) promissa.

HERMANNUS FRIDERICUS BLATZEN, Lubecensis, Templi in patria Cathedralis Diaconus A. 1705., d. 3. Dec., electus, & d. 20. Dec. inauguratus. V. *Nova literaria Lubecensia, M. Apr. A. 1706., p. 124.*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 274. 275.*

Biographiæ Germanicæ Georg. Ritteri, Pastoris Petrini Lubecensis, A. 1706., Ant. Wincleri, J. U. D. & Consulis, A. 1707., Christoph. Wendii, Templi Cathedralis Antistitis, A. 1719., Lubecæ *in fol.* editæ, & similes forte aliorum plurium. V. *Nova lit. Lubec., M. Dec. A.* 1706., *p.* 369., *& M. Mart. A.* 1707., *p.* 95.

NICOL. BLEIER, Senatus Lubecensis, per annos 37., Musicus & Cornicen, d. 3. Maji A. 1658., æt. 68., mortuus.

Erster Theil neuer Paduanen, Galliarden, Canzonen, Synfonien, Balletten, Volten, Couranten, und Sarabanden, mit 5. Stimmen und Basso Continuo. Lips. 1642. in 4.

ANTONIUS BLIERSTORP, Colmaria Holsatus, Ecclesiæ in Kedingia Asselensis, circa A. 1681., Parochus.

Aritmeth-Geometr - Qvadrat-und Cubic-Cossische Ergvickstunden, in sich fassend CXX. lustige scharffsinnige Qvadrat-und Cubic-Cossische Kunst-und Schertzfragen, nebst XIII. nach Poetischer Art entworfenen Aufgaben, nach den Regeln Cardani über die Cubic-Coss; Glückstadii 1670. in 8. Recusa sunt hæc Problemata, cum Christ. Vogtii, Scholæ Stadensis Præceptoris, Solutionibus illorum, Hamburgi 1681. in 4.

In præfat. Edit. prioris, ipse Autor, cum solutionem horum Problematum, tum gründlichen Unterricht von der Qvadrat-und Cubic-Coss, nebst einem Anhange von numeris Polygonalibus, promisit; in posterioris autem Proemio promissum, muneris Ecclesiastici occupationes prætexens, retractavit.

ALBERTUS BLOK, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, gener Mart. Böckelii, Aulæ Holsato-Gottorpiensis Cancellarii. Vixit A. 1704.

Disp. Inaug. de unico Teste nullo teste, Præside D. Burch. Bardilio. Tubingæ 1681. in 4.

JACOBUS BLOK, Hamburgensis, J. U. Lic.

Juris Civilis & Canonici ab Hamburgensium Statutis differentiæ principes, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio ad disputandum propositæ. Tubingæ 1656. in 4.; recusæ postea in *Volum. II. Dispp. Jurid. Tubingensium*, sub Lauterbachii habitarum præsidio, ibidem, sine anni mentione, in 4. Commendantur a Nic. Chr. Lynckero, *Lib. II. Instructorii forensis, Sect. II., P. I., c. 2., lit. d. 1. b.*, & Vinc. Placcio, *in Idea JCti Hamburg. perfecti, Musis Juridicis inserta, c. 3., p. 162.*

Disp. Inaug. de Actione Pauliniana. Basileæ 1657. in 4.

JOHANNES BLOMIUS, Hamburgensis, Anno circiter 1620. in lucem editus, Vir eruditus, &, ob πολυμάθειαν haud vulgarem, & vita longiori, & morte meliori ac placidiori, dignissimus, Henricum se Vagetium, Gymnasii Professorem, in Juventute, non Præceptorem solum, sed & parentem alterum, habuisse, in *præfat.* Νυχθημέρου Caseliani, testatur. A. 1657., a Senatu patriæ, Georg. Schumachero, primo Bibliothecæ publicæ Præfecto, datus successor, per tria huic lustra præfuit, horasqve succisivas, partim Juvenum ingenuorum in Historia Literaria, aliisqve Polymathiæ partibus, institutioni, partim vero librorum eruditorum scriptioni, impendit. Tanta ejus in studiis fuit sedulitas, ut sæpius integrum νυχθήμερον, in Musarum, cui præerat, sacrario, libris affixus, pervigil solusqve transegerit, & vita hac sedentaria profundam contraxerit melancholiam, qvæ animum tandem, sui impotentem, vitæqve ob inimicorum pertæsum calumnias, ut, monito Senecæ (*Ep. 70.*) obtemperans, exitum ex hoc domicilio, ante horæ fatalis adventum, circumspiceret, adegit. Cum enim, d. 9. Apr. (in cujus locum 12. Martii a Wittenio perperam substituitur) A. 1672., intra Bibliothecæ more suo se abdidisset parietes, inter preces ac suspiria, non sine lachrymis effusa, e trabe scalæ Bibliothecariæ infelici, annos 53. natus, se ipsum suspendit, & amicis, qvi, per aliqvot dies, jam mortuum in urbe frustra qvæsierant, tecto ædificii Senatus jussu aperto, d. 12. Apr., tristissimum, flexis genibus, & complicatis precantis instar manibus, pendulus, exhibuit spectaculum, biduoqve post in Ædis Michaelitanæ cœmiterio, sine pompa funebri, est sepultus. In mensa conclavis schedula fuit inventa, cui moribundus sermone hæc inscripserat vernaculo: *In superiori MSStorum repositorio mille Marcæ Lubecenses asservantur, e qvibus centum Orphanotropheo destinavi, reliqvas autem cognatis egestate pressis relinqvo. Vita hac excedo, calumniarum, qvibus homines improbi famam meam lacerant, pertæsus. Dominus JEsus, qvi me redemit, mei, animæqve meæ, misereatur! Bibliopego libros aliqvot incompactos tradidi. Valete: DEus mei vestrumqve misereatur.* Hanc mortis ejus Tragicæ historiam Henrico Heldio, J. U. Lic., ejus Civi, debeo.

Confer de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII. (ad d. 12. Mart. A. 1672.)*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1119.*, & Chr. Hendreichii *Pand. Brandeb. p. 602. 603.*

Vinc. Fabricii duæ ad illum Epistolæ, A. 1659. & 1660. exaratæ (in qvarum priore *Virum solida eruditione instructum* eum appellavit), in Fabricii *Operibus*, Lipsiæ junctim editis, *p.* 379. 380. 405., leguntur.

SCRIPTA EDITA.

Joh. Caselii Νυχθήμερον, seu Carmen Heroicum de ratione studiorum nocturna & diurna, prolixo Henr. Vagetii, Professoris Hamburgensis, Commentario illustratum, hujusqve moribundi jussu a Blomio editum. Accedunt ipsius Blomii Oratio de Vita Henr. Vagetii, & Epistola de morte ejusdem ad Vinc. Fabricium, A. 1659. scripta. Hamburgi 1659. & (cum *Hexaemero* Blomii) 1673. in 8. Oratio & Epistola de Vagetio seorsim recusæ sunt in M. Reinh. Henr. Rollii *Decade II. Memor. Philos. renov.*, Rostochii A. 1710. *in 8.* editæ, *p.* 188 - 251.

Dissertationes duæ: 1. de Navigatione Salomonis in Ophir, ad 1 Reg. IX. 26.; 2. de Purpura & cocco, ad Matth. XXVII.

XXVII. 28. Accedit vera Hierosolymæ veteris descriptio, juxta mentem Joh. Bapt. Villalpandi. Hamb. 1660. & 1667. in 8.

Hexaemeron, sive Indicis Historico-Philosophici, omnes omnium rerum, & Controversiarum maxime celebrium, qvæ ad usum, tum Philosophiæ, tum etiam Historiæ, pertineant, fontes, secundum successionem omnium seculorum, ab initio mundi, ad nostram ætatem, aperientis, Pars Prima, in qva admirandum opus Creationis, sex dierum intervallo absolutum, continetur. Hamb. 1664. & *(cum Joh. Caselii* Νυχθημέρῳ, *ac H. Vagetii Comm. in istud)* 1673. in 8.

Monumentum nobilitatis, Georgio a Schrötering a Leopoldo Imp. collatæ. Hamb. 1667. in 4.

Orator reformatus. Hamb. 1668. in 12.

Mercurius Evhodius, vulgaris Grammaticæ monstrans negligentiam, ex Gerh. Joh. Vossii diligentia æstimatam. Hamb. 1668. in 12. *(Verbis Vossii plerumqve utitur.)*

Epistolæ ejus & Stanisl. Lubienicii, Eqv. Poloni, de Cometis Annorum 1664. & 1665., mutuæ, in Lubienicii *Theatro Cometico*, Amst. A. 1668. *in fol.* excuso, *T. I., p. 895-907.*, obviæ.

Alitophilus, Novantiqva Comœdia, nunqvam antehac edita, qvæ omnium, in urbe Mexico ante actarum, comparationem amplitudine vincit, nunc primum a Luca Escarboto, Mexicano, luce donata & Latine versa. A. 1668. in 4. & 12. Satyra est ψευδώνυμος contra D. Mich. Kirstenium, Gymn. Hamb. Professorem, ejusqve amicos qvosdam, Blomii adversarios. Cujus cum D. Rud. Capellum, Collegam suum, Autorem esse falso suspicaretur Kirstenius, innocentem virulentis Scazontibus (qvos *Vindicias Philalethæ & Sociorum, contra Lucam Caprimulgum Rudentem Escarbotum* inscripsit) acerbe admodum est insectatus, uti in Capelli & Kirstenii Vitis narrabitur. Conf. Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 257. 258. 497. 498.*

Apospasmation integri operis de Caussis corruptarum Scholarum. Hamb. 1669. in 12.

Tr. de nobilis juventutis institutione, a Wittenio & Hendreichio *ll. cc.* ei tributus.

Tr. de educationis ratione & temporis collatione. in 4. *(In Catal. MS. Biblioth. Placcianæ memoratur, & a præcedenti forte non est diversus.)*

Joh. Blumii Tr. de Paradiso, Hamburgi, teste Lipenio *(P. II. Bibl. Theol. p. 415.)*, editus, mihiqve haud visus, an huic debeatur, dubito.

INEDITA ET AFFECTA.

Index Catholicus, non librorum, sed rerum & argumentorum in iis præcipuorum, additis Autorum nominibus, libris & capitibus, servata successione omnium seculorum, ad nostram usqve ætatem: Opus vastum, cujus Pars prima est *Hexaemeron*, A. 1664. editum.

Observationes in universa Ciceronis opera, qvarum partem, libros illustrantem Rhetoricos, Henr. Heldius, J.U.L., possedit.

Philosophus Eclecticus, universæ eruditionis, a diversis Autoribus diffuse sparsimqve traditæ, Compendium IV. Voluminibus exhibens, qvo, vel Indicis loco in præcipuos Scriptores, vel Locorum Communium instar, in qvavis re dubia, eruditus Lector uti potest, cujusqve *Volumen I., de iis qvæ in natura sunt & fiunt*, MStum *(in 4.)* in Biblioth. Hamburgensi publica superest.

Collectanea in Platonem & Aristotelem.

Manuductio ad Joach. Jungii Logicam Hamburgensem, qvæ, una cum qvatuor Scriptis præcedentibus, *in Præf. Hexaemeri*, A. 1664. est promissa.

Tractatus de Philosophis, Græcis, Scholasticis, & eorum Commentatoribus, qvi MS. in Biblioth. Placciana, Hamburgensi publicæ donata, privata Henr. Heldii, J. U. L., aliisqve, asservatur.

Opus de Caussis corruptarum Scholarum, cujus Ἀποσπασμάτιον A. 1669. prodiit.

Tract. de Baculis Veterum, qvem editum Wittenius & Hendreichius *ll. cc.* falso perhibent.

Joh. Caselii Epistolarum Helmstadiensium Editio, qvam, ab Henr. Vagetio promissam, a se, *in Or. de vita Vagetii*, jussit expectari.

REINHOLDUS BLOMIUS, Hamburgensis, J. U. D., Vir πολιτικώτατος & interioris prudentiæ civilis laude florentissimus, simulqve literarum elegantiorum peritissimus, Joach. Jungii, Joh. Ad. Tassii & Henr. Vagetii, in patriæ Gymnasio, Herm. Conringii autem & JCtorum, in Acad. Helmstadiensi, fuit Auditor. Ex itinere redux literario, Ostfrisiæ initio Principis, circa A. 1653., Consiliarius fuit intimus, deinde vero Juris in Acad. Heidelbergensi Professor. Academico postea huic muneri, Caroli Ludovici, Elect. Palatini, jussu, valedixit, Aulæ ab eo suæ Procancellarius, Judiciiqve supremi Præses, A. 1665. constitutus (1.). In odium eum illic Subditorum, qvod, exhausto Principis consulturus ærario, nova tributorum ac onerum vocabula illi suggessisset, chartæqve sigillatæ monopolium in Palatinatum introducere fategisset, incurrisse, Phil. Andr. Oldenburgerus publice (2.) tradidit, ab ipso Blomio, *in Defensione Epistolica*, A. 1669. refutatus. Gratia interim Electoris, teste Pufendorfio (3.), excidit, & a Rege deinceps Sveciæ, non qvidem ad munus (uti Oldenburgerus (4.) credidit) Præsidis Pomeraniæ Svedicæ, sed ad aliud officium dignitatis præcipuæ in provinciis Germanicis Politicum, est evocatus, regiaqve simul ad Comitia (qvæ jam ante etiam Palatini jussu adierat) Ratisbonensia legatione perfunctus, ac Bremæ tandem, in otio vitæ privatæ literario (5.), consenuit. Qvi cum tot muneribus publicis, iisqve non infimis, in aulis Germaniæ, multos per annos, sit gavisus, suspecta mihi non immerito est Autoris Anonymi, qvi Scripto Joh. Wigandi *de Neministis* Germanico, A. 1693. recuso, Præfationem adjecit, Christ. Thomasio oppositam, narratio seqvens de illo vernacula (6.): Ich reisete, vor 12. Jahren, durchs Lüneburgische, und kam in Compagnie mit einem vornehmen Theologo, der den R. Blumen bey sich hatte. Dieser führte einen ziemlich vernünftigen Discurs, daß ich den Theologum veranlasset wurde zu fragen, wer der wäre? da er denn selbst bekandte, daß er das Glück nie haben können, zu einer gewissen rechtschaffenen Civil-Bedienung zu gelangen, und könte er nicht anders dencken, denn daß die Ursach, daß er sich zu Helmstatt den Pasqvill wider D. Scharfium zu machen verleiten lassen. Vixit A. 1689.

Vinc. Fabricius, in Epist. ad Henr. Vagetium A. 1659. scripta, & *in Operibus p. 385.* obvia, eum *elegantis* vocat *ingenii juvenem*, &, in Scazontibus in Exerc. illius Academicam *(ibid., in Lib. Poem. Miscell., p. 621.)*, ita alloqvitur:

Venuste Blomi, corculum juventutis,
Qvem laudis ardor, morbus eruditorum,
Honesta labes mentis igneæ, magnæ,
Ultra profanæ plebis extulit sordes;
Qvi sacra Phœbi, masculamqve doctrinam,
Amoenitates cum scientiis jungis.

Phil.

(1.) V. Phil. Andr. Oldenburgeri *Itinerarium Germaniæ Politicum*, sub ficto *Constantini Germanici* nomine editum, *p. 301. 302.*, Morhofii *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 25., p. 314.*, & Sam. Pufendorfii *Epist. ad amicos per Germaniam p. 46.* (2.) *l. c.* (3.) *l. c.* (4.) l. c. (5.) teste Christoph. Schradero Jun., ap. Placcium *T. I. Theatri Anon., c. 9., p. 354.* (6.) *p. 14.*

Phil. Andr. Oldenburgero (*l c.*) *JCtus* audit, *qvi in summo gradu regnandi artes calluit*. Christoph. Schradero Jun., Duc. Brunsv. Consiliario (*apud Placcium l. c. p. 354.*) *Vir doctrina & prudentia eximius.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. de Physicis qvibusdam Syllogismis, demonstrationis speciem præ se ferentibus, Præside D. Joach. Jungio. Hamb. 1637. in 4.

Disp. Jurid. de Compensationibus, Præside D. Joh. Lotichio. Helmstadii 1644. in 4.

Anshelmi Jansonii Judicium Peripateticum, sive Æreolus (*Satyra ψευδώνυμος, qva Joh. Scharfii, Theologi Witebergensis, stylum Barbarismis Solœcismisqve scatentem facete exagitavit*). Sine loci & anni mentione *in 12.* primum, typis (teste Calixto) Belgicis, deinde vero Germanicis *in 4.* (& Jacobo qvidem Wellero, qvem Calixtus allegat, judice Helmstadii), prodiit. Editionem duorum qvaternionum ultimam ipse vidi, & circa A. 1647. excusam esse judico. Blomium Satyræ hujus (qva Scharfii, Præceptorem suum, Joach. Jungium, Philosophum excellentem, temere, sed infeliciter, aggressi, audaciam ulcisci, nisi fallor, voluit) verum esse Autorem, Morhofius jam olim mihi retulit, & Placcius deinde (*T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 373.*) Christoph. Schraderi Jun. testimonio confirmavit. Vindicias contra eam Scharfius, *in Appendice Responsi, Georg. Calixto redditi*, ac Witeb. A. 1649. *in 4.* impressi, exhibuit, & ab omnibus pro libello voluit haberi famoso, sed nihil tamen ad rem faciens respondit. Mitius contra de eadem Georg. Calixtus, *in Programmate Anti-Scharfiano, Dissertationis de duabus Qvæstionibus Appendici* A. 1650. subjecto (*lit. L. 1. b. L. 2. a.*), hisce verbis tulit judicium: *Afferebatur mihi scriptum qvoddam Satyricum, oppido salsum, in qvo Scharfius, sub Æreoli titulo, Barbarismi & Solœcismi accusabatur. Nec injuriam ei factam, exempla, ibi producta, testabantur.* Qvibus, in Editione iterata, adduntur seqventia: *Ægre fert Scharfius, qvod oblatum a Studioso paucarum pagellarum Æreolum inspexerim, & Autorem libelli vocat scurram Satyricum, & maledicum Sycophantam. Sed qvum, qvæ producuntur, in scriptis Scharfianis omnia deprehendantur, ut mihi certo affirmant, qvi contulerunt, num eum jure meritoqve scurram & maledicum Sycophantam appellaverit, aliorum esto judicium. Qvem si fata virum servant, si vescitur aura etherea, famam forte suam vindicabit. Solent videlicet cultiores homines in barbaros Prisciani perduelles Satyris interdum ludere.* Confer ejusdem *Refutationem Calumniarum Jac. Welleri vernaculam*, §. 121., & *hujus Appendicem*, §. 15., ac Epistolæ Joh. Christ. Boineburgii de illa Excerpta in B. G. Struvii *Fasc. III. Act. Liter. p. 13.*

Franc. Hotomanni Anti-Tribonianus, seu Diss. de studio Legum, ad Mich. Hospitalii, Cancellarii Gallici, mentem A. 1567. scripta, Juris Justinianeo-Romani vitia, & usum in Gallia exiguum, ostendens, qvam, ex editione Anni 1603. Gallica posthuma, e Biblioth. Frid. Lindebrogii sibi suppeditata, Latine a se versam, ἀνωνύμως publicavit Hamburgi A. 1647. in 8. Blomium interpretem esse, Joh. Eisenhartus, *in Programmate de ratione docendi Pandectas*, Helmstadii A. 1697. edito, *p. 6.*, & Vinc. Placcius (ad Pet. Axenii provocans testimonium) *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 3.*, *p. 201. 202.*, testantur. De ipso Hotomanni libello *Observationes selectæ Halenses, ad rem Lit. spectantes* (qvæ prolixum ejus exhibent recensum), *T. I., Obs. IX.*, §. *1-17.*, *p. 93-108.*, Rolandi Maresii (*vere aureum* vocantis) *Lib. II. Epp. Philol., Ep. 18., p. 331. 332.*, Adr. Bailleti *Tr. Gall. des Satyres personelles, T. II., p. 156-162.*, Frid. Jac. Leikherri (Corpori Juris Justinianeo contra illum qvalitercunqve patrocinati) *Vitæ X. JCtorum, p. 236-241. 261.*, Dan. Guilh. Molleri *Disp. de Franc. Hotomanno*, §. *59.*, *p. 36. 37.*, & Placcius *l. c.*, possunt consuli. Recusus est, curante D. Georg. Beyero, Lipsiæ A. 1704. *in 8.*, præmissa Chr. Thomasii Delineatione Hist. Juris Rom. & Germanici.

Defensio per Epistolam ad amicum, sub literis nominis initialibus R. B. edita. in 12. (*1. pl.*) Scripta est Francofurti d. 16. Apr. A. 1669. (in cujus locum A. 1696. a Placcio substituitur), & Constantini Germanici, sive Phil. Andr. Oldenburgeri, falsis de ipso (*in Itinerario Germaniæ Politico p. 301. 302.*) narrationibus opposita. V. Placcium *l. c., T. I., c. 5., p. 354.*

Tr. de formis Rerumpublicarum, sub ficto Julii Flori nomine, curante Joh. Christiano, Barone a Boineburg, editus, qvem, mihi non visum, Blomio deberi Morhofius mihi retulit. Diversus is haud dubie est a Julii Formosi *Thesibus de formis rerumpublicarum*, A. 1680. *in 8.* editis, & plagulam vix implentibus unicam, tantoqve Viro indignis.

Velitatio adversus qvendam Metaphysici regni assertorem, *in 4.* excusa, & in *Catalogo MS. Biblioth. Placcianæ* illi tributa.

Carmina varia, sparsim edita, nitida & ingeniosa, e qvibus mihi se obtulerunt:

1. Epithalamium in nuptias Vinc. Fabricii, *Appendici Operum* hujus *adoptivæ p. 790. 791.* insertum.
2. Epicedium in obitum D. Georg. Calixti, Helmstadii A. 1656. in 4. excusum.
3. Inscriptio manibus ac tumulo D. Joh. Stuckii, Cancellarii Sveco-Bremensis, consecrata, & in Gebh. Theod. Meieri *Monumentis JCtorum Acad. Juliæ, p. 124-130.*, recusa.
4. Jambi in obitum Jac. Lampadii, JC. & Cancell. Brunsvic., *ibid. p. 149. 150. 151.* obvii.

[De Epistolarum Frid. Lindebrogii, JCti & Polyhistoris Hamburg., Centuriis aliqvot, & Volumine Epistolarum, a Viris doctis ad eundem scriptarum, qvæ in Biblioth. sua Blomius asservabat, V. Morhofii *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 25., p. 314.*, & Vitam Lindebrogii, suo a nobis loco exhibendam.]

M. BERNHARDUS BLUMIUS, Lubecensis, Scholæ in Thuringia Numburgensis, circa A. 1613., Rector (1.), Templi postea patriæ Cathedralis Diaconus Kal. Aug. A. 1614., & Pastor d. 13. Apr. A. 1626., in Matthæi Crumbtingeri locum, electus, dieqve 4. Januarii A. 1631. mortuus (2.); e qvo duos Chr. Hendreichius (3.) effinxit Scriptores.

Tyrocinium de mysterio S. Trinitatis, horrendis contra illud blasphemiis, cum omnium Photinianorum, tum inprimis Fausti Socini *in Tr. de Deo, Christo & Sp. S.*, oppositum. Jenæ 1614. in 4. (*J. Catal. Nund., & Bold. ac Lipen. in B. T.*)

Poenitentiarium Christianum, oder Christliches Beicht- und Communicantenbuch, in Predigten, Andachten und Gebete, verfasset. Gryphiswaldiæ 1619. in 8., & (*juxta Catal. qvendam*) Lubecæ 1659. in 8.

Sanctitas Ecclesiæ Romano-Catholicæ; das ist: Gründl. Bericht von der gerühmeten Heiligkeit der Römisch-Catholischen Kirche, darinn gezeiget wird, daß die Päbstliche Kirche unheilig und zu meiden sey. Lubecæ 1629. in 12. V. de illa Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theol. Nachrichten, Sect. V. A. 1718., p. 781-784.

Christl. Fried- und Freudenspredigt, von schuldiger Friedfertigkeit aller Menschen, nach dem zwischen dem Keyser und Könige in Dennemarck geschlossenen Frieden, auß Ps. CXXXIII., gehalten. Lub. 1629. in 4.

Christl. Danck- und Jubelpredigt vom verlohrenen und wieder gefundenen Gesetzbuche, zum Andencken der Ubergebung der Augspurgischen Confession, auß 2. Reg. XXII., d. 24. Jun. A. 1630. gehalten. Lub. 1630. in 4.

(1.) V. Wolfg. Heideri, Profess. Jen., Epithalamium in nuptias ejus cum Elisab. Kochia, *L. 2. Poem. I. p. 400. 401.* (2.) V. Jac. a Mellen *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubec.* (3.) *in Pandect. Brandeb. p. 606.*

EMMANUEL BLUMIUS, Hamburgensis.

Disp. de dolore Hypochondriaco, vulgo, sed falso, putato splenetico, Præside D. Mich. Ettmüllero proposita. Lipsiæ 1671. in 4. Illi, tanqvam Autori, ab Hendreichio *l. c. p. 606.* tribuitur.

JOACHIMUS BLUTING Senior, Judicii Provincialis Slesvigo-Holsatici Advocatus, Hartwigi, in eadem arena versati, parens, Slesvigæ commoratus. Vixit A. 1630.

Glossæ oder Gründliche Erklärungen des Jütischen Lowbuchs und aller drey Theile desselben, Blasii Eckenbergeri Versioni Nomo-Canonis Jutici Saxonicæ, in novissima hujus editione, Flensburgi A. 1717. in 4. excusa, ab Editore Eman. Wolfelio, Advocato Flensburgensi, sunt adjectæ, atqve ita lucem tandem viderunt. Eædem esse videntur cum *Mevio Cimbrico*, ἀνεκδότοις illius à me annumerato in *præf. nov. Isag. p. 47.*, deqve istis intelligenda sunt verba seqventia Erici Mauritii, in *præf. Speciminis Consill. Kilon.* obvia: *MStum Commentarium Anonymi, sed qvi fertur esse Blutingii, in qvosdam juris Jutici Articulos qvoqve vidimus. Ferunt, Autorem illum typis destinasse, sed prohibitum Christiani IV., Regis, autoritate, qvi id fieri noluerit.*

Observationum ejus IX. de Nomocanone Jutico Argumenta, in Nic. Pet. Sibberi *Bibliotheca Historica Dano-Norvegica*, c. 8., p. 286. 287.: Capitum vero 38. Tractatus vom Erbgange, nach dem Jütischen Recht, in Sam. Reyheri *Historia juris universali c. 45. p. 358-364.* fuse enumerantur. MSSta ejus de Emptione & venditione Prædiorum, ac Jure Retractus (van Bysprake), idem Reyherus p. 364. allegat; aliud autem von mancherley Todtschlägen im Jütischen Lowbuch und von der Mann-Busse und Aus-Sühne, deren allen Procesſ und Verfolgung und was dem mehr anhängig, Franc. Ern. Vogtius *in Appendice Commentationis in Leges Juticas de Homicidio p.* 137. ubi hoc, & de illo, & de scriptis nostri cæteris, additur judicium: *Perlectis hisce, præter textus recensionem, nihil singulare & notatu dignum, qvin potius errores qvosdam, deprehendimus, qvi Blütingio ideo obrepserunt, qvoniam, ceu ex scriptis ejus patet, practice qvidem doctus, sed Germanici Juris antiqvi non adeo peritus fuit; sicuti etiam non raro Conclusiones, Jus Romanum, Canonicum, vel Glossatorum opiniones, redolentes format, qvæ juris Jutici principiis directe adversantur. Ut proinde fallantur maxime, qvi, post hunc Homerum Iliades scribere velle, supervacaneum arbitrantur esse.*

Conf. etiam de ejus MSS. *Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr. P. I., c. 15., §. 14., p. 271.* & *Præfat. novam p. 47.*, Placciiqve istam secuti *T. I. Theatri Anon. c. 11. p. 459.*

CONRADUS BOCHOLT, ex eqvestri forte Buchwaldiorum in Cimbria gente oriundus, in Præpositura Cœnobii Virginum Ord. Bened. nobilium Prezensis, Conrado I. (Monacho antea Cismariensi, ob jura Monasterii defensa ab hostibus illius excœcato), post A. C. 1282., est subrogatus. Oeconomi diligentis, & providi redituum Monasterii dispensatoris, laudem illi vindicat non *Constitutio* solum *de victu & amictu monialium annuo, & sumptibus in sacra publica qvotannis impendendis*, A. 1286., die S. Agnetis, ab illo, Antistita Adelheidi, cæterisqve virginibus, Burchardo, Episcopo Lubecensi (qvi suo illam Diplomate eodem die confirmavit), præsente, condita, cujus Avtographum in Cœnobii Archivo superest, sed *Registrum* etiam *Præpositurae & Conventus in Poretz*, qvod ibidem asservatur, summa A. eod. 1286. diligentia concinnatum, foliis 37. (*in 4. maj.*) constans membranaceis, & hanc præferens inscriptionem: *A. D. MCCLXXXVI., M. Majo, Pontificatus Dn. Burchardi in Ecclesia Lubecensi Anno XI., procuratum est Registrum præsens, procurante Dn. Conrado, dicto Bocholt, tunc Præposito nostro, pro se & suis Successoribus, omnia continens Privilegia, & universas Præpositurae, sive Conventus Monasterii in Poretz, possessiones, nominatim expressas, deinde singulares Causas & Causarum conditiones, sive negotiorum dispositiones, qvæ locum istum tangere reputantur.* Exhibet autem illud: 1. Genealogiam Christi, ab O. C. deductam; 2. Pontificum Romanorum, Imperatorum, & Episcoporum Aldenburgo-Lubecensium, Catalogos, ad A. 1286. perductos, & ab alio recentiore ad seculi usqve XVI. initia continuatos; 3. Numerum & titulos Cardinalium; 4. Indicem VII. priorum Cœnobii Prezensis Præpositorum Historicum; 5. Diœceseos Episcopatus Lubecensis in IV. partes distinctionem (*a me, P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 2., p.* 420. 421. 422., *jam editam*); 6. Villarum, qvas Cœnobium Prezense A. 1286. possedit, & redituum e singulis, notitiam; 7. Syllogen XXV. Privilegiorum, eidem, ante A. 1286., a Pontificibus, Frid. II. Imp., & Principibus Ecclesiasticis atqve Politicis, concessorum, aliorumqve ævi istius Diplomatum, de qva hoc in *præfatione* legitur monitum: *Porro in præsenti Registro Privilegia antiqva, ante dies nostros edita, de verbo ad verbum invenies compilata, qvibus non minus fidei adhibebis, qvam ipsis sigillatis primariis Instrumentis. Qvippe, cum nec unum apicem subtractum, nec unum Jota superadditum, in præsenti volumine valeas repperire.*

Confer de illo *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 14., §. 12., p. 240., & P. IV., c. 2., §.* 1. 11. 12. 15. *p.* 381. 382. 404. 412.

CORNELIUS BÖCKELIUS, Joh. Bokelii, Poliatri Hamburgensis, filius, Hamburgi vel natus, vel educatus, Philos. autem Magister Helmstadii A. 1588., Brabevta Henr. Meibomio, ac deinde Med. D., creatus, Urbis Hildesiensis Physicus. V. de illo Gebh. Theod. Meieri *Monumenta Theologorum Acad. Juliae p. 23.*

Disputationes Physiologicæ. Helmstadii 1596. in 4.

HIERONYMUS BÖCKELIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & Judicii superioris in patria Procurator.

Disp. Inaug. de jure Mulierum Hamburgens. circa contractum connubialem. Franeqv. 1689. in 4. Extant etiam ejus I. In jure & facto wolbegründete Exception - Schrift gegen des Fiscalis, L. Justi Theod. Münchkings, Klage wider D. Christ. Krumholz, Pastorem zu S. Petri in Hamburg, von ihm, als dessen Defensore, am 10. Maji A. 1709., dem Unter-Gerichte überliefert, mit Beylagen, qvæ prodiit in Protocollo & Actis der peinlichen Sache wider D. C. Krumholz, Hamburgi A. 1711. *in fol.* editis, *p. 119-363.* II. Fernere Außführung der ungegründet continuirenden so genandten Criminal-Klage wider D. C. Krumholzen, loco Duplicarum des Fiscalis Replicis am 20. Sept. A. 1709. entgegengesetzet, *ibidem p. 424-523.* obvia.

CHRISTIANUS OTTO a BÖCKELN, Lubecensis, Martini, Syndici Lubecensis, & Cancellarii Holsato-Gottorpiensis, e Juditha Christina Tanckia filius, Regis Sveciæ, ab A. 1672., in Cancellaria Stadensi, per triennium, Secretarius, deinde vero Ducis Saxo-Lauenburgici, ab A. 1675., Consiliarius Aulicus & Feudalis, A. seqv. 1676., d. 8. Jun., in flore ætatis extinctus. V. de illo Epicedia Joh. Georg. Pelliceri & Herm. Lebermanni venusta, Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII., ad A. 1676.*, & Chr. Hendreichii (bis eum memorantis) *Pandect. Brandeb. p. 617*

Disp. de veterum Jurisconsultorum sectis, seu diversis familiis, Præside D. Joh. Rebhanio. Argentinæ 1666. in 4 Recusa A. 1678. *in Opusculis*, & a Morhofio (*T. III. Polyhist., Lib. 6., p. 83.*) *Dissertationis doctissimæ*, a B. G. Struvio autem (*in Biblioth. Juris selecta, c. 1., §. 2., p. 6.*) *Opusculi elegantissimi*, titulo ornata.

Commentatio de æmulationibus Imperiorum. Holmiæ 1667 in 4. (*V. Catal. Resen. p. 325.*) In *Opusculis* A. 1678 denuo prodiit.

Opuscu

Opuscula de diversis Familiis veterum JCtorum, Orationibus Principum in Senatu Romano, Exceptionibus tacitis in pactis publicis, & æmulationibus Imperiorum. Lugd. Bat. 1678. in 12. Recensum illorum *Ephemeris XI. Eruditorum Italica Anni 1678.*, teste Beughemio (*Consp. I. Appar. ad Hist. Lit. noviss. p. 55.*), exhibuit. Adiecta etiam sunt Georg. Schubarti *Historiæ Iuris Civ. Rom. ante Iustinianum constituti*, curante D. Christ. Godofr. Hofmanno, Lipsiæ A. 1721. 4. recusæ, teste *Cat. nund. Lipf.*

(Falso ei a Wittenio & Hendreichio, *ll. cc.*, Martini parentis *Tr. de Jure protectionis clientelaris* tribuitur, uti *Homonymoscopia* nostra, *Sect. II.*, *c. 7.*, *§. 14.*, *p. 653.*, jam monuit.)

GUSTAVUS CHRISTIANUS a BÖCKELN, Martini itidem filius, Lubecensis, J. U. D. & Canonicus Hamburgensis, d. 3. Nov. A. 1707., teste J. Alb. Fabricio (*P. II. Memor. Hamb. p. 610.*), mortuus. Conf. Chr. Henr. Amthorii Epicedium ei scriptum, im Poetischen Versuche. *p. 273-278.*

Disp. Inaug. de Vagabundis (vom Herrenlosen Gesinde.) Lugd. Bat. 1682. in 4.

MARTINUS a BÖCKELN Junior, Martini Senioris itidem filius, Lubecensis, Christiani Alberti & Friderici, Ducum Holsato-Gottorpiensium, Consiliarius, per lustra aliqvot, aulicus, M. Apr. A. 1701. defunctus.

Disp. Juridica de Prodigiis, & eorum cura, Præside D. Joh. Eichelio. Helmst. 1678. in 4.

ARNOLDUS BODDEKER, Lubecensis, M. Jan. A. 1587. natus, Juris utriusque, cui, ab A. 1606., Rostochii, Giessæ, Jenæ & Altorfii, decennium impenderat integrum, Doctor a Joh. Kitzelio, in Acad. Giessena, A. 1616. creatus, & in Rostochiensi deinde iterum A. 1619. commoratus, de cujus vita Joh. Kitzelii *Discursus de Jure habendorum Judæorum*, in ejus, ac Competitorum, promotione recitatus, Giessæqve A. 1617. *in 4.* editus, plura suggeret.

Disp. de Servitutibus realibus & personalibus, ab eo Præside proposita. Rostochii 1619. in 4.

GERHARDUS BODE, Matthiæ Fil., Hamburgensis, J. U. C., in Gallia, Italia, Anglia, Germania & Belgio, cum Fratre Matthia (teste, Ristio, mox allegando), peregrinatus, cui Pet. Lambecius A. 1660. *Orationes* & *Programmata*, Andr. Frisius autem, Bibliopola Amstelod., A. 1664. Hier. Magii *Librum de Eqvuleo*, denuo a se editum, inscripsit.

Exerc. de Urbibus Germanicis, ex Herm. Conringii privatis præcipue discursibus concinnata, & Præside eodem proposita. Helmstadii 1641. & 1652. in 4. Hanc, sibi inscriptam, Hugo Grotius, in Epistola de illa ad Bodium A. 1642. exarata (*num. 1572. p. 709.*), *opus* vocat *exactæ diligentiæ, limatissimiqve judicii, in qvo plane vera scribantur.*

Oratio de singularibus qvibusdam & extantibus gentis Romanæ, Helmstadii A. 1641. recitata, nec forte edita. V. de illa Christoph. Schraderi *Programmata Helmstadiensia privata, num. 25.*

MATTHIAS BODE, Matthiæ Fil., Hamburgensis, Juris & literarum elegantiorum cultor, in Academiis Lugduno-Batava & Marpurgensi, industrius, Gerhardiqve Fratris, in itinere per Europam cultiorem literario, comes, post reditum autem ex illo mercator patriæ eruditus, cui Pet. Lambecius A. 1660. *Orationes & Programmata*, ac Andr. Frisius A. 1664. Hier. Magii *Tr. de Tintinnabulis*, inscripserunt. V. de illo Joh. Ristii Epithalamium in nuptias ejus cum Anna, Gothardi Kerckringii, Mercatoris Amstelodamensis, Filia, vernaculum, *in Parnasso Teutonico p. 722-727. obvium*, & Chr. Hendreichii (duos ex eo fabricati Scriptores) *Pandectas Brandeb. p. 613.*

Disp. Jurid. de Cambiis, Præside D. Joh. Gvalthero. Marpurgi 1646. in 4. Recusa sub finem der Einleitung zum gründlichen Verstande des Wechselrechtes, a JCto Anonymo scriptæ, & a Joh. Jac. Heidigero, Not. Publ., editæ, Francof. 1676. & Coloniæ A. 1715. in 4.

M. JOHANNES BODECKERUS, Hamburgensis, Witeberga in patriam, M. Jan. A. 1552., ad templi Jacobæi Pastoratum revocatus, &, cum in dissidiis temporum istorum sacris, Zelotarum rigidiorum, Philippistas molliores impugnantium, numerum auxisset, d. 26. Nov. A. 1564. peste (qva & uxor, post dies XIV., obiit) extinctus. V. de illo Joach. Degeneri *Catal. MS. Ecclesiastarum Hamburgensium*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 883.*, & Joh. Crispini, Past. Hamb. Petrini, Epicedii, qvod ei ac conjugi scripsit, Elegiaci prolixioris Excerpta, a Fabricio *ibid. p. 923-926.* exhibita. Joh. Frederus Jun., Theol. Rostoch. (*sub finem Epicedii, Joach. Westphali memoriæ consecrati*), hoc eum Epitaphio est dignatus:

Clara salutiferi patriæ qvi buccina Christi,
Qvi virtute fuit vera decoratus & arte
Eximia, qvem laude vehit svavissima morum
Gratia, Johannes Bodecherus grata qvietis
Dona sub hoc tumulo capit: alti gratia cœli
In Christi amplexus animam suscepit ovantem.
O qvantum est Christo servire fideliter uni!

Brevis comprehensio fundamentorum orthodoxæ doctrinæ & fidei de Cœna Domini, in *Confessionibus Ecclesiarum Saxonicarum de S. Cœna*, a Joach. Westphalo Magdeb. A. 1557. *in 8.* editis (*lit. P. 1. b - Q. 1. b.*), obvia.

Bericht vom H. Abendmahle des HErren Christi, wieder die Sacramentschänder. Hamburgi 1557. in 4.

JOHANNES BOETHIUS, sive BOYE, Dithmarsus, J. U. D. & Practicus initio in patria Heidensis, Dynastaqve Tybenseensis hæreditarius, deinde vero Dithmarsiæ Arctoæ Prætor (post Joh. Viti obitum), ab A. 1646., Ducalis, cum, ob morbum Podagricum, muneri administrando solus impar esset, Georg. Vitum, Antecessoris filium, suumqve generum, in isto Coadjutorem, ac postea Successorem, adeptus. V. Ant. Heimreichii *Lib. 3. Chron. Dithmars.*, *c. 4.*, *p. 250.*, Dancwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 16.*, *p. 300.*, & Lamp. Alardi (in virtutum ejus laudibus prolixi) *Ep. Dedic. Libri III. Poematis regii Davidici*, A. 1656. ei inscripti. Obiit d. 4. Jun. A. C. 1668., ætatis 56. Socer fuit Pet. Axenii, JCti Slesvicensis.

Disp. de Politico, Præside Joh. Gryphiandro, J. U. D., Jenæ proposita, & in Dominici Arumæi *Volumine V. Discursuum de Jure Publico* (Jenæ A. 1623. *in 4.* edito), *num. 4. p. 243-259.*, recusa.

MARTINUS BOETHIUS, Wilstriensis, in oppidi patrii Pastoratu Michaelis, Parentis sui, Successor.

Leichpredigt über Mart. Fabricium, Med. D. und Practicum zu Wilster. Hamburgi 1641. in 4.

MATTHIAS BOETHIUS, Strandfrisius, Petri, Ecclesiastæ Nordstrandici, ob Elenchum Ecclesiasticum ab auditore impio noctu, cum iter faceret, lethaliter vulnerati, filius, ipse etiam Pastor in eadem insula Hersbüllensis, ac deinde, ab A. 1614., Emtensis sive Evensbüllensis, Scriptor eruditus, cordatus & diligens, deqve patria, & Frisia Boreali reliqva, præclare meritus. Vix. A. 1623. V. de illo Ant. Heimreichii, ob candidam de effræni popularium suorum improbitate qverelam, a C. Dancwerthio (*P. II. Chorogr. Cimbr.*, *c. 5.*, *p. 92.*, *& c. 12. p. 145.*) Germanice exhibitam,

bitam, immerito ei indignantis, *Chronici Frisiæ Borealis vernaculi præfationem, & c. 13. p. 335.*, *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr.*, *P. I.*, *c. 7. §. 13.*, *p. 132.*, *& P. III.*, *c. 2.*, *§. 1. & 3.*, *p. 237. 240.*, ac J. M. Kraftii zweyfaches Jubel-Gedächtniß. *p.* 406.

Commentariorum de Cataclysmo Nordstrandico Libri III., Scholiis illustrati. Slesvigæ. 1623. in 8. Exhibetur in iis inundationum, qvæ Nordstrandiam A. 1612. 1613. 1614. & 1615. afflixerunt, Historia, simulqve antiqvitates Frisiæ Borealis, fabulis de illa vulgaribus (qvod præcipue laudandum) explosis, erudite explicantur. Subjuncta est Georg. Radiginii, Slesvicensis, προσφώνησις ad Autorem Encomiastica.

Annales, seu Chronicon Holsaticum ἀνέκδοτον atqve imperfectum, qvod in Biblioth. sua Pet. Axenius, JCtus Slesvicensis, asservabat.

MICHAEL BOETHIUS, Licent., e Syndico Dithmarsiæ, adhuc liberæ, provinc. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, &, una cum D. Paulo ab Eitzen, Theologo, ad Conventum Protestantium Numburgensem, ac Comitia Circuli Saxonici Inferioris Brunsvicensia, A. 1561. Legatus, cujus ipse olim habui Relationem omnium in Conventu Numburgensi actorum Germanicam ἀνέκδοτον, decem comprehensam plagulis, amico postea donatam. Idem is est cum Michaele Boien, seu Boethio, Dithmarso, Harderi Filio, J.U.Lic. & Dithmarsiæ Regiæ, ab A. 1567., Præfecto (qvem A. 1572. obiisse Danckwerthius, *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 16.*, *p.* 299., perhibet, A. 1574. autem, ob peculatus reatum dignitate sua excidisse, & peste A. 1601. demum, d. 3. Oct., decessisse, Heimreichius, *L. 3. Chron. Dithmarf.*, *c. 4.*, *p.* 237. 238., testatur). Plura de illo invenies in J. H. a Seelen *Specim. IX. Select. liter. p.* 2. 3. 4.

WILHELMUS (qvem *Willebadum* alii vocant) BOETHIUS, patria (teste Alb. Bartholino) Flensburgensis.

Diss. de Encomio Glottico, sine loci mentione A. 1600. in 4. excusa, & (*juxta Alb. Bartholinum in Tr. de Scr. Dan. p. 147.*) Aarhusiæ A. 1654. in 4. recusa.

JOHANNES DANIEL BOHME, Theol. Stud. Altonaviensis Reformatus.

Der sanftmühtige Christe, oder Predigt über Matth. V. 5. zu Altona gehalten. Hamburgi 1704. in 4. (*V. N. L. Germ.*, *M. Mart. A. 1704.*, *p. 119.*)

BRODERUS BOISEN, Broderi Fil., Strandfrisius, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorp., Consiliarius Aulicus, Cameræ Secretarius, Commissarius Ecclesiasticus generalis, & Pragam ad Rudolphum II. Imp. Legatus. Vixit A. 1604. V. de illo Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis*, *c. 10.*, *p. 224.*, *& c. 13. p. 333.*, *ac Hist. Eccl. Slesvic.*, *L. 4.*, *c. 2.*, *p. 192.*

Ejus Descriptio Chron. MSta ab Heimreichio, in *Catalogo Autorum*, *Chronico Frisiæ Borealis præfixo*, allegatur. Qvale id scriptum sit, ignoro.

BRODERUS BOISEN junior, Husensis, præcedentis nepos, & Petri, Scholæ Husensis Subrectoris, ex Anna Levia filius, d. 29. Maji A. 1640. natus, & post curriculum scholasticum in patria, Hamburgi & Hildesiæ, Academicum autem Helmstadii, Lipsiæ ac Leidæ, absolutum, Juris utriusqve Licentiati titulum Rinteliæ A. 1678., Doctoris vero Kilonii A. 1681., consecutus, urbis patriæ, ex Advocato, ab A. 1681., Consul, Martiniqve Holmeri, Pastoris, gener, M. Apr. A. 1685., æt. 45., febri acuta extinctus. Integram vitæ Seriem Sim. Rechelii, Parochi Husensis, Sermo (e Rom. VIII. 38. 39.) funebris vernaculus, Slesvigæ A. 1685. *in fol.* impressus, exhibet.

Disp. Inaug. de Fideicommissis, Præside D. Engelb. Wippermanno. Rintelii 1678. in 4.

HENRICUS JULIUS BOKELIUS, Johannis, Poliatri Hamburgensis, filius, Hamburgi vel genitus, vel saltem educatus, Med. D. autem Helmstadii A. 1616. creatus, rei tormentariæ in exercitu Svecico (1.) aliqvamdiu Præfectus.

Disp. Inaug. de Hydrope, Præside D. Joh. Sigfrido. Helmstadii 1616. in 4.

Carmina duo, Heroicum & Elegiacum, in Augusti, Ducis Brunsvicensis, in arcem Gvelpherbytanam reditum, A. 1643. scripta, & Mart. Goskii *Arbusto Augusto*, A. 1650. & 1693. excuso (*fol. 225. 226. 227.*), inserta.

NICOLAUS BOLDEWIN, Scholæ Lubecensis, circa A. 1573., Præceptor & Arithmeticus. V. Henr. Bangerti *Catalogum Præceptorum Scholæ Lubecensis*.

Reckenboeck up allerley Koepmanns-handelinge. Lubecæ 1573. & 1593. in 8. (Saxonice).

JOHANNES BOLDICHIUS, Sünderburgensis, d. 15. Julii A. 1597. natus, urbis patriæ Ecclesiastes, ab A. 1630., vespertinus, ab A. 1636. autem Aulicus, simulqve Præpositus, A. 1667. a Friderico III., Rege Daniæ, rude donatus, & d. 4. Apr. A. 1674., æt. 77., defunctus, Jacobinæ Hergeriæ, Civis Augustani, ob religionem exulis, filiæ, maritus, & Ernesti Christiani, Pastoris Helsingorensis (mox memorandi), ex hac parens. Conf. de illo *Nova. Lit. Lubec.*, *M. Dec. A. 1704.*, *p. 380. 381.*

Leichpred. über Dorothea, Hertzoginn von Holstein-Sünderburg, auß 2. Tim. IV. 7. 8. Hamburgi 1639. in 4.

Luctus Sünderburgicus, oder Leichpred. über Joh. Christian, Hertzogen zu Holstein Sünderburg, auß Sap. V. 16. 17. Lubecæ 1653. in 4.

Ultimum & optimum veri Christiani desiderium, oder Leichpred. über M. Joh. Brandes, Pastorem zu Sünderburg, auß Phil. I. 24. Rostochii 1655. in 4.

Das Hauß GOttes, oder Einweihungspredigt der von Anna, Hertzoginn zu Holstein-Sünderburg, auf ihrem Leibgedinge Gammelsgaard, neuerbauten Kirche, d. 26. Jul. A. 1665., auß Gen. XXVIII. 17., gehalten. Slesvigæ 1666. in 4.

Leichpredigt über Maria Balthasarinn. Slesv. 1670. in 4.

M. ERNESTUS CHRISTIANUS BOLDICHIUS, Johannis, modo memorati, filius, Sünderburgensis, d. 9. Nov. A. 1647. natus, Scholarum patriæ ac Lubecensis, & deinde, ab A. 1669., Academiarum Jenensis (in qva supremam Philosophiæ d. 15. Febr. A. 1672. impetravit lauream), Kiloniensis & Hafniensis, alumnus, simulqve in ultima liberorum Henrici a Stöcken, Consiliarii & Qvæstoris regii, per triennium, Præceptor, D. Justi Valent. Stemanni, templi Germanorum in Seelandia Helsingorensis, Arcisqve regiæ Coronæburgensis, Pastoris, Soceri sui, ab A. 1677., Coadjutor, &, ab A. 1687. (qvo ad Ecclesiarum Holsatiæ regiæ is avocabatur Ephoriam), Successor, A. 1706., æt. 59., mortuus. Fusius vitam suam ipse, *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Dec. A. 1704.*, *p. 380. 381.*, descripsit. Conf. de illo Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 629.*, & Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 275. 276.*

Aug. Pfeifferus (*in Scepticismo Speneriano, P. I.*, *c. 10.*, *p. 200.*) eum vocat einen wolverdienten Lehrer unserer Kirchen.

SCRIPTA

(1.) *Teste O. Sperl. Jun.*

SCRIPTA EDITA LATINA.

Theses miscellaneæ, Præside M. Franc. Wolfio. Jenæ 167.. in 4.
Disp. de Quæstione: An unum Corpus possit esse simul in pluribus locis? Præside eodem. Jenæ 167.. in 4.
Disp. de Pontifice maximo Hebræorum. Jenæ (*sine mentione anni*) in 4.
Facti Q. Mutii Scævolæ Ethica consideratio. Jenæ 1673. in 4.
Disp. de Concursu causæ primæ cum secundis, contra Adr. Heerebordum. Jenæ 1673. in 4.

GERMANICA.

Christliche Entdeckung der Calvinischen Betrieglichkeit, nebst gründlicher Wiederlegung der Calvinischen Irrthümer, wie dieselbe in dem also genandten Außführlichen Berichte, dessen Anhange, und beygehenden Schriften von der Calvinischen Friedbietung, enthalten und versteckt sind. A. 1684. in 8.

Schlechte Hofnung besserer Zeiten der Kirchen, einer grossen Bekehrung der Juden, und gäntzlichen Unterganges des Antichristischen Babels, vor dem iüngsten Tage, wieder D. Phil. Jac. Speners Behauptung besserer Hofnung außgegeben. Lipsiæ 1695. in 8. Commendarunt hanc, e Speneri adversariis, Aug. Pfeifferus, *l. c.*, & Joh. Georg. Neumannus, *in Chiliasmo subtilissimo, Disp. IV. p. 46., ac Disp. V. p. 27.* Responsum ei est ab Anonymo, in *Halcyoniis Ecclesiæ certo futuris*, oder der Gewißheit der durch D. Spenern behaupteten Hofnung besserer Zeiten, libello Speneri ipsius præfatione ornato, & Francof. A. 1696. *in 12.* excuso.

Sabbathum animæ sanctum, oder Anweisung zur heiligen Seelenruhe, in der Unruhe dieses Lebens und der Welt. Hildpurghusæ 1703. in 8.

Des Ewigen Vatters, Jesu Christi, liebreiches Testament, zur Vorbereitung zum H. Abendmahle. Hafniæ 1704. in 12. maj. (V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1704., p. 380.*)

Sermones aliqvot funebres.

M. PAULUS BOLHORN, Hamburgensis, Theol. Stud., A. 1717. mortuus.

Disp. de moralitate Stratagematum. Lipsiæ 1685. in 4.
Disp. de precibus publicis, Psalmorum cantu, & sacrorum ordine. Wit. 1686. in 4. (*Catal.*)

JOACHIMUS BOLTHENIUS, Hamburgensis, A. 1558. natus, Parochiæ, in Præfectura Holsatiæ Trittoviensi, Radelstettensis, circa A. 1590., & Cœnobii deinde Utersensis, circa A. 1599., Pastor, senex septuagenarius A. 1628. (qvo Holsatia ab exercitu erat occupata Cæsareo) in patria exulavit.

Triumphus Christi, carmine Heroico descriptus. Slesvigæ 1586. in 4.

Warhaftter und gründliker Bericht van dürer Tiidt, in 10. Predigten över Levit. XXVI. 16. tosamengefatet. Hamburgi 1599. in 8. Opusculum Saxonicum pium pariter atqve eruditum.

Unterricht vom unfehlbahren endlichen Untergange der Welt, durch was Mittel er geschehen, wann, und welche desselben Zeichen und Ursachen seyn werden, und denn von dem einigen wahren Rahte, der zu wissen, daß man durch der Welt Ende keinen Schaden nehme. Hamburgi 1628. in 4.

Matthias, oder Prediger-Wahl. Hamb. 1607. in 8. (*Catal.*)

(Elterntrost über den Abschied ihrer Kinder, Scriptum Boltenio, absqve prænominis mentione, tributum, & *in 8.* excusum, qvod Catalogus qvidam memorat, an huic, vel alteri, debeatur, ignoro.)

JOHANNES BOLTEN, Wilstriensis, urbis patriæ Pastor.

Emblematisch-Grab- und Gedenckmahl des den 15. Sept. A. 1669. in der Stör ertrunckenen Dethlevi Dreiers, Past. zu Krummenteich, oder Leichpredigt über ihn, auß Eccl. IX. 12. Glückstadii 1670. in 4.

Magisterium Perlarum Margaretæ Rhederianæ, oder edle köstliche Hertzstärckung, auß Thren. III. 24., in einer Leichpr. über Margareta, D. Joh. Rhederi Ehefrau, vorgetragen. Glückst. 1676. in 4.

Grab zu Modin, oder Leichpr. über Joh. Rhedern, J. U. D., auß dem dritten Artickel des Apostolischen Symboli. Glückst. 1677. in 4.

M. VOLRADUS BONHOVIUS, Hamburgensis, Parochus in tractu Comitatus Oldenburgici Butjadiensi Vorhovensis. Vixit 1663.

Disp. Politica ex integro Libro II. Aristotelis de Republica, Præside D. Christ. Woldenbergio. Rostochii 1652. in 4.
Gerh. Joh. Vossii Büchlein von der Selbsterkäntniß, verdeutschet. Hamb. 1658. in 12.

PETRUS BONNICIUS, Parochiæ natalis in Præfectura Duc. Slesv. Tunderensi Leccensis, ab A. 1604. (1.), Pastor, A. 1647. defunctus, Poeta svavis ac venustus, cui Zach. Lundius *Libri I. Poematum juvenilium Elegiam* inscripsit *septimam*, & *Libro III.* (2.), ad Jambica & Anacreontica sua edenda, hoc calcar addidit Epigrammate:

Ergo tibi laudem, nobis sic eximis usum,
Dum finis oppressis illa latere libris?
Ede, qvod edendum vel Anacreon ipse probabit,
Qvod lectu dignum judicet Archilochus.
Invidus occlusa si qvis sua supprimit arca,
Plurima cum faciat carmina, nulla facit.

Fasciculus Carminum, amori ac honori Joh. Breclingii, Pastoris Breclumensis, Affinis sui, diversis vicibus sacratorum. Rostochii 1641. in 4.

Epithalamia, Epicedia, aliaqve carmina, diversis annis sparsim edita.

Jambica & Anacreontica ἀνέκδοτα, a Zach. Lundio *l. c.* commendata.

ARNOLDUS BONNUS, Lubecensis, Hermanni, primi urbis istius Superintendentis, filius, Anno circiter 1542. natus, Reip. patriæ Senator d. 6. Maji A. 1578., & Consul d. 19. Dec. A. 1594., electus, ad Johannem, Regem Sveciæ, A. 1579., & ad Christiani IV., Monarchæ Danici, inaugurationem A. 1596., ablegatus, tandemqve d. 16. Jun. A. 1599., æt. 57., mortuus, ac in æde, in qva Epitaphium ejus superest, Petrina sepultus: Pater filiarum qvatuor, Catharinæ, Margaretæ, Elisabethæ & Magdalenæ, e qvibus tres priores totidem fratribus Kerckringiis, Henrico & Paulo, Senatoribus, Fridericoqve, qvarta vero Laur. Müllero, J. U. D. & Consuli Lubecensi, nupserunt. V. de illo Henr. Bangerti *Appendicem Catalogi Præceptorum Scholæ Lubecensis, & Epitaphium Elsabæ Franckiæ* (*lit. A. 4. a.*), *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 241. 242. 255.*, Jacobi a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis*, Casp. Henr. Starckii *Vitam parentis ejus, Herm. Bonni, vernaculam p. 76-83.*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 116. 117.*

Duæ ejus Epistolæ ad Suffridum Petri, JCtum Acad. Coloniensis, de Jani Gulielmii, Philologi celeberrimi, sui olim pupilli, Castigationibus Ciceronianis posthumis MStis, A. 1585. exaratæ, inter *Epistolas Virorum illustrium*, a Simone Abbes Gabbemah, Ordd. Frisiæ Historico, collectas, & Harlingæ A. 1664. *in 8.* editas, *Cent. II., num. 82. & 87.*, *p. 439.*

O 2

(1.) V. Jac. Fabricii Sen. *Agonem XII. Theol. Generalem.* (2.) *p. 70.*

p. 439. 440. 441. 453. 454. 455., tres vero Suffridi ad illum, A. 1581. 1587. & 1595. scriptæ, *ibidem, num. 73. 85. ac 93., p.* 404-410. 445-450. 466. 467., prodierunt.

Excudi præterea, additis Præfationibus suis, curavit:

Herm. Bonni, Parentis, Enarrationem locorum insignium, qvæ diebus Dominicis, præsertim ex Epistolis Paulinis & Apostolicis, proponuntur, & Librum de Oratione vera ac Christiana, Basileæ A. 1571. in 8. (*V. Starckium l. c. p.* 18. 76. 77. 126. 127.)

Ejusdem Farraginem præcipuorum exemplorum de Apostolis, Martyribus, Episcopis & Sanctis Patribus veteris Ecclesiæ (jam ante A. 1539. editam), A. 1579. in 8. (*V. Bangerti Append. cit.*)

M. IACOBUS BONNUS, Ripensis, patre Nicolao, Urbis Consule, A. 1574. natus, ex Acad. Hafniensi in Witebergensem profectus, & Magistri illic donatus titulo, Ecclesiæ in agro patriæ Darumensis, ab A. 1595., Pastor, & Nomarchiæ simul Giördingensis, annis vitæ ultimis, Præpositus, Petriqve Hegelundii, Episcopi Ripensis, gener, d. 19. Mart. A. 1649., æt. 75. sacriqve muneris 54., defunctus. (*P. Terpagr.*)

Analysis Historica vaticinii Lactantii de imperio Occidentis in Orientem transferendo, carmine contexta. Witeb. 1596. in 4.

Oratio qvædam, a Frid. Taubmanno (*in Melodæsiis, L.3. Epigr., p.437.*) hoc commendata Disticho, Epigramma ad Bonnum Encomiasticum claudente:

Cuiqve oculi pectusqve valent, heic cernet apertas
Artis & ingenii, judiciiqve, notas.

Anagraphe, seu Discursus de Uxoris Intaphernis voto (apud Herod. L. 3.) metricus. (V. A. Thura *Ideam H. L. Dan. p.* 356.)

DANIEL BOOTS, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Doct. de Solutionibus, Præside D. Georg. Wernero. Helmst. 1657. in 4.

M. WERNERUS MICHAEL BORCHOLT, Hamburgensis, Rostochii A. 1707. Magistri ornatus titulo, Gymnasii eqvestris Lüneburgensis, circa A. 1719., Professor, & Superintendens deinde, ab A. 1723., Bardovicensis.

Disp. Philos. de causis ad executionem voluntatis divinæ (*sive virtutum exercitium*) moventibus. Rostochii 1707. in 4. (*V. Nova Lit. Lubec. A. 1708., M. Febr., p. 1.*)

Disp. de Qv.: An & qvantum, in moralibus, ex signis liceat argumentari? Lipsiæ 1708. in 4. (*V. Nova Lit. Germ., M. Majo A. 1708., p. 188.*)

Die in heiliger göttlicher Schrift deutlich gegründete wahre Lehre des seligmachenden Christenthums, oder teutsches Compendium Theologiæ &c. Hamb. 1720. 8.

Dan. Sev. Sculteti, Theologi Hamb., Paraphrasis continua in integrum N. T. textum, ab ipso Observationibus aucta & cum istis edita. Lüneb. 1720. in fol. V. *Catal. Nund. Lips. 1719. aut. p. 49. & Catal. A. 1720. aut. p. 5.*

M. ANDREAS BORDINGUS, Ripensis, Patre D. Christ. Bordingo, Poliatro, matre autem Ingeburga, Andr. Klynii, Senatoris, filia, d. 21. Jan. A. 1619. natus, e Schola patriæ in Acad. migravit Hafniensem, & istic insignes in literatura, cum sacra, tum elegantiori, fecit progressus. Per annos deinde complures juvenum Pædagogus fuit nobilium, supremisqve Philosophiæ honoribus in Academia d. 19. Febr. A. 1653. reportatis Sorana, a Tagone Tottio, Eqv. Aur., regni Danici Senatore, & Toparcha in Scania Erichsholmensi, in aulam suam evocatus, in Mæcenatis hujus, Viti Beringii, Poetæ eximii, & aliorum hominum doctorum, convictu lustra aliqvot exegit, vadumqve famæ speciminibus venæ, in Poesi Romana pariter atqve Danica, haudqvaqvam plebejæ numerosis feliciter tentavit. A. 1664. Lectoris qvidem Theologi, in Schola patria Ripensi, officium, post mortem Christ. Aagardi, obtinuit, sed eodem, qvod annexo illi Ecclesiam ruralem Westerwedstedensem docendi muneri, in sacris minus exercitatus Homileticis, imparem se sentiret, A. seqv. 1665. se abdicavit, & Hafniam repetiit. Illic a Friderico III., Rege, Poetæ primus aulici donatus titulo, singulisqve mensibus, qvæcunqve aliunde afferrentur, aut in patria contingerent, nova metris jussus edisserere Danicis, Poesi, inprimis vernaculæ, in qva vix cuiqvam erat secundus, qvod reliqvum erat vitæ dicavit, & Mense tandem Majo A. 1677., æt. 58., vivere simul ac carmina scribere desiit. Vitæ ejus Historiam M. Pet. Terpagrius, Theol. Lect. Rip., mihi communicavit, cujus etiam *Inscriptiones Ripenses p. 20.* de illo possunt conferri.

ELOGIA.

Thom. Bartholinus, *in Dissertt. de Medicina Danorum Domestica p. 522.*, ita de illo: *In vernaculæ lingvæ Poesi, post Arraboensem, Andr. Bordingus hodieqve triumphat.*

Ol. Borrichius, sub finem *Dissertt. de Poetis p. 174.*, de vatibus Daniæ differens vernaculis, his eum verbis commendat: *Severinum Torchillium, non tam facilitate, qvam coloribus & robore, supergressus est Andr. Bordingus, firmavitqve etiam in aula patrii carminis majestatem.*

Joh. Olavius, in *Elegia de Poetis singularum gentium præcipuis*, Pet. Syvii *Grammaticæ Danicæ* A. 1685. præfixa, *decus* ejus in Poesi Danica *æternum esse* judicat, & *Epigr. 40. ad Poetas Daniæ* ita de illo canit:

Bordingus Danæ castissima Gratia Svadæ,
Qvem vatem Boreas dixerit esse suum.

Sever. Lintrupius (*in Programmate qvodam Hafniensi, A. 1709. publicato*) *Maronem* eum vocat *Danicum*; Pet. Terpagrius (*in Seculo illustri p. 68.*) Poëtis Daniæ præcipuis accenset vernaculis, Autor vero Anonymus *Defensionis Daniæ*, L. Gall. A. 1696. editæ, *c. 16., p. 187.*, in carminibus ejus Danicis robur styliqve majestatem commendat.

SCRIPTA EDITA.

Carmina varia, Latina pariter atqve Danica, sparsim diversis annis edita.

Aeriskrands, sive Sertum honoris ad Paulum Tscherningium, Carmine Danico. Hafn. 1664. in 4. (*V. Catal. Bibl. Resen. p. 183.*)

Mercurii Historici menstrui, Rythmis Danicis, jussu regio, concinnati, & a M. Julio A. 1666., ad M. Majum A. 1677., continuati. Hafniæ 1666-1677. in 4. Commendantur a Thoma Bartholino *Vol. II. Act. Med. Hafn. p. 374.*

Den Cimbriske Nordens Taare (i. e. Luctus Septentrionis Cimbrici), sive Epicedion in obitum Friderici III., Regis Daniæ, Danicum. Hafn. 1670. in 4. Typis Latinis, curante Frid. Rostgaardo, ibidem A. 1700. in 8. recusum.

Den Cimbriske Nordens Frydenskriig (i. e. Jubilum Septentrionis Cimbrici), sive Poema Danicum in Christiani V., Regis, unctionem. Hafn. 1671. in fol.

Odæ Danicæ, sacræ ac profanæ.

INEDITA.

INEDITA.

Hymni Danici in Periochas dierum Dominicorum & festorum Evangelicas anniversarias. Poema Danicum in Heroinas Daniæ literatas, a Joh. Olavio, in *Epigrammatis ad Poetas in Dania eminentes*, A. 1650. editis, *num. 40.*, commendatum.

Poematum ejus Danicorum omnium Editio, qvam initio Pet. Terpagrius (duabus illa partibus, qvarum prima Carmina varii argumenti miscellanea, altera vero *Mercurios Historicos*, erat exhibitura, complexus), *in Dan. Pauli Mercurio Librorum Danicorum A.* 1679. *p.* 7., promisit, deinde autem, consentiente & sua illi tradente Terpagrio, a se, typis Latinis nitidioribus excudendam, expectari jussit Frid. Rostgaardus, Consiliarius & Archivarius Danicus, tum in Carminum illius, a se jam collectorum, Indice Danico, Hafn. A. 1703. *in 8.* excuso, tum *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Jul. A.* 1704., *p.* 216.

JACOBUS BORDINGUS Junior, Senioris, Poliatri initio Hamburgensis, deinde vero Archiatri Megapolitani ac Danici, simulqve Professoris Rostochiensis & Hafniensis, Medici longe celeberrimi, suo fusius loco celebrandi, e Francisca Nigrona, Thermi, Patricii Genuensis, gnata, filius, Hamburgi, d. 27. Jan. A. 1547., primam lucem aspexit. Studiorum rudimentis, tum a Pædagogis domesticis, tum a Parente ipso, imbutus, duodecennis, hoc Rectore, A. 1559. Hafniæ albo inscribebatur Academico (1.), eoqve A. 1560. orbatus, & cum matre vidua Rostochium A. 1561. reversus, apud Professores universos spem de ingenio suo concitabat maximam. Rostochio Antwerpiam, ad cognatos paternos salutandos, profectus, horum svasu Lutetiam perrexit, & istic, cum Melch. Junio, Rhetore deinceps Argentinensi (2.), aliisqve commilitonibus Germanis, præter literas elegantiores, Jurisprudentiæ etiam auspicato dare coepit operam, reliqvam etiam Galliam peragraturus, nisi bellum civile recrudescens, & rumor de Protestantium exercitu, copiis Joh. Casimiri Palatini Germanicis aucto, Lutetiam obsessuro, studiosos Germanos, in haud exiguo versatos periculo, hac subito coegissent excedere. Ipse, Lovanium elapsus, cum nec istic tuto, ob Ducis Albani in Protestantes sævitiam, studiis liceret incumbere, Juridici curriculum Heidelbergæ, Rostochii ac Lipsiæ, absolvit, Annoqve 1574. Rostochii, non Licentiati solum titulum, d. 2. Maji, Brabeuta D. Joh. Borcholto, una cum Henr. Camerario, Collega postea Academico, in Panegyri, cui Joh. Albertus, Dux Megapolitanus, intererat, splendidissima, sed Ulrici etiam, Ducis itidem Meclenburgici, beneficio, Juris Feudalis professionem, locumqve inter Consiliarios ejusdem, obtinuit. Utramqve spartam non summa solum ornavit diligentia & dexteritate, sed singulari etiam, qvotiescunqve de jure erat respondendum, aut causæ forenses disceptandæ, religione & integritate, a Joh. Kirchmanno, *in Orat. Parentali*, fusius depraedicata. A. 1579., d. 13. Aug., J. U. Doctor, cum eodem Henr. Camerario & Bartholom. Clingio, Collegis, a Marco Luschovio, Decano, est creatus (3.), &, in ipsa inauguratione, torqve aureo, per Mart. Bolfrasium, Legatum suum & Senatorem primarium, ab Ulrico Duce donatus. Qvi deinceps non in aulam tantum suam adeo eum freqventer Rostochio evocavit, ut rarius juventutem docere nostro liceret, sed in itineribus etiam Augustano, ad Comitia a Rudolpho II. Imp. indicta, & Danico ad Fridericum II., Regem, Generum suum, comitem adscivit. Utriqve in his Monarchæ dotes suas ita Bordingus approbavit, ut Rudolphus Comitiva Palatii Cæsarei, ei decreta, cum hanc deprecaretur, Collegii, uti petierat, Juridici Rostochiensis Decanum in ipsius ornaret gratiam (4.), &, aliqvot post annis, illi, aureo torqve donato, nobilitatis Germanicæ privilegia, sed, ob modestiam nostri, incassum, offerret, Fridericus autem eum, frustra jam ante A. 1578. ad Professionem Academiæ Hafniensis Juridicam invitatum (5.), Consiliariis suis, absentem licet, adscriberet. Qva dignitate Christianus IV. etiam, Friderici successor, qvamdiu in aula vixit Megapolitana, gaudere illum voluit. Redux Academiæ, & docendo, qvoad per negotia publica licuit, & salutem ejus, Professorumqve, inprimis Philosophicorum, commoda promovendo, inservire perrexit, non solum, qvamdiu Rostochii est commoratus, sed etiam, cum in aulam inde Güstroviensem, ad Cancellarii munus, A. 1586. ab Ulrico esset evocatus. Qvanta hoc administraverit diligentia, dexteritate & integritate, Kirchmannus fuse exposuit, nec affirmare dubitavit, *tam sancte, tamqve innocenter, vitam Bordingum aulicam transegisse, ut eos, qvi omnem ab aulis virtutem & pietatem exulare clamitant, suo verissime refutarit exemplo.* In jure dicendo, uti rara in qvosvis, præsertim tenuiores, comitate utebatur, ita a προσωποληψία & δωροφαγία adeo abhorrebat, ut Dicasterii ac Cancellariæ aulicæ parietibus, diversis in locis, gnomam hanc jusserit inscribi: *Qui pretio est bonus, idem pretio est malus.* Rabulas, jura malitiose pervertentes, tantopere detestabatur, ut aliqvoties sit professus, si liberi sibi essent, non permissurum se, ut qvisqvam eorum juris studio daret operam, qvod hujus ævi JCtos plerosqve non recta ad virtutem & pietatem incedere videret (6.). Legationes gravissimas, Controversias Principum ipso arbitro compositas, aliaqve negotia ingentis momenti publica dextre expedita, Kirchmanni secutus exemplum, prætereo. Tot laboribus fessus, vitæqve pertæsus aulicæ, post amissam conjugem priorem, Elisabetham, Arn. Burenii, Acad. Rostochiensis non Professoris solum Philosophi, sed & instauratoris, filiam, singularis exempli fœminam, a Joh. Caselio Oratione Ἐπιταφίῳ peculiari, Helmstadii A. 1593. (7.) edita, laudatam, qvacum per annos 19. svaviter vixerat (8.), & nuptias secundas A. 1594. Lubecæ, præsentibus Regum, Ducum atqve urbium, Legatis, cum Anna Horstmannia, Henr. Wedemhofii, Senatoris Lubec., vidua (9.), celebratas, in urbem hanc domicilium transferre, Deo Musisqve vitæ partem vindicare reliqvam, & privignorum simul Wedemhofiorum, Bernhardi & Henrici (patriæ postea Consulis), qvos ipse ἄπαις, velut ex se natos, diligebat, educationi vacare, constituit. Qvod desiderium cum Ulrico Principi exposuisset, ægre missionem obtinuit, & hac lege, ut absens etiam Consiliarii gauderet titulo, in aulam vocatus consiliis sibi præsto esset, & Judiciis Megapolitanis solennibus qvotannis qvater præsideret. Nec adduci potuit Ulricus, qvoad superstes erat, licet invidi atqve æmuli, ad odium Principis absenti conciliandum, nullas non adhiberent machinas, ut alium ei Cancellarium subrogaret. Qvam ob causam Bordingus illi mortuo sigillum, dignitatis aulicæ insigne, in exeqviarum solennibus prætulit, iisqve peractis fractum Carolo tradidit Successori, a qvo non sine donis est dimissus. Lubecam postqvam commigraverat, a Senatu confestim est rogatus, ut partes legationum, ad Reges & Principes vicinos obeundarum, nonnunqvam a Republica hospita imponi sibi pateretur, &, aliqvot post annis, cum duo Consules, Diet. Brömsius & D. Herm. Warneburchius, uno eodemqve mense vivis excessissent, maximo omnium consensu, præter animi sui sententiam, ad supremum hoc honorum civicorum culmen d. 22. Dec. A. 1600. evectus (10.), Consulatum hunc, post habitis aliis, qvæ a

Principibus

(1.) V. Fr. Vindingii *Acad. Hafn. p. 96.* (2.) V. Junii *Ep. Dedic. Partis I. Qq. Politicarum.* (3.) V. Val. Schachtii *Serm. Funebrem, Camerario habitum, p. 36*, Christoph. Sturcii *Or. Fun. de eodem p. 16.*, & O. F. Schiltzii *L. 2. de Vita Dav. Chytræi p. 583.* (4.) V. Thomæ Lansii *Tr. de Academiis p. 80.*, & Joh. Frid. Hekelii *Lib. de corona Poetarum p. 69.* (5.) V. Vindingium *l. c. p. 96. 97. 444.* (6.) V. Georg. Schedii *Or. Fun. D. Lucæ Bacmeistero Jun. habitam p. 57.*, & ex ea Jac. a Mellen *Notitiam Majorum p. 56.* (7.) *in 4.* (8.) Nath. Chytræi in nuptias Bordingi cum illa Epithalamium V. *L. I. Epithal. f. 240.* (9.) V. Epithalamia in nuptias has secundas, tum Professorum Rostochiensium, Rost. A. 1594. *in 4.* excusa, tum Pet. Lindebergii. *P. II. Juvenilium, Lib. 2., p. 103. 104.* (10.) V. *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 283.*, & Jac. a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis.*

Principibus offerebantur, dignitatibus, auspicato aggressus, laudem industriæ, pietatis, prudentiæ, justitiæ, comitatis, cæterarumqve virtutum, eximiam, in aula partam Megapolitana, non conservavit solum, sed & auxit, dissidia inter Senatum & cives, ingens urbi minitantia discrimen, feliciter sopivit, binisqve vicibus A. 1604., & tertia A. 1610., in Daniam Legatus abiit (1.). Qva postrema legatione, in qva Seni totos novem dies in navi erat pernoctandum, cum valetudinem suam admodum debilitatam sentiret, condito Testamento (in qvo studiosis tenuioris fortunæ Rostochiensibus annuos qvosdam legavit reditus), electoqve, qva transeundum qvotidie erat, sepulchri in æde Mariana, loco, imagine postea defuncti, & inscriptione, ab ipsomet composita (2.), exornato, ad mortem se paulatim comparavit, eamqve, sexennio post, d. 28. (vel, juxta Epigraphen modo laudatam, 21.) Februarii A. 1616. (non 1617., qvi in *Indice* substituitur *Chronologico* Bucholzeriano), septuagenario proximus, mente placida & tranqvilla oppetiit.

Symboli loco, teste Ern. Cohtmanno (3.), hoc usurpavit Distichon:

Nobile vincendi genus est patientia, vincit
Qvi patitur: si vis vincere, disce pati.

Vitæ ejus historiam, ex aliis subinde auctam, Joh. Kirchmanni, Rectoris Lubecensis, *Orationi* debeo *Funebri*, Lubecæ Anno 1616. *in 4.* excusæ, e qva eandem in compendium etiam contraxerunt Melch. Adamus *in Vitis JCtorum German. p.* 482-488., Paulus Freherus (Adamum exscribens) *in Theatro Eruditorum p.* 1008., J. Franc. Buddæus *T. I. Lexici Historici p.* 408., & Jac. a Mellen *in Notitia Majorum suorum p. 55. 56. 57.*

Conf. de illo Nath. Chytræum *in Præfat. Deliciarum Itinerum Europæorum*, Melch. Junium l. c. Melch. Adamum *in Vitis Theol. Germ. p. 685.*, Magnum Pegelium, Med. D. & Math. Prof. Rostoch., *in Or. de vita activa & contemplativa*, Rostochii A. 1594. *in 4.* edita, ipsiqve inscripta, Pet. Lindebergium *L. 5. Chron. Rostoch., c. 11., p. 172.*, & Frid. Thomæ *in Append. Analectorum Güstroviensium p. 77. 78.*

Joh. Caselii XIII. ad eum Epistolæ, ab A. 1584. ad 1588. scriptæ, inter *Epistolas* illius *Rostochienses*, ab Henr. Vagetio Hamb. A. 1641. *in 8.* editas, prodierunt, duæ autem, A. 1598. & 1613. exaratæ, ab Henr. Ernstio (teste ejus *Catalogo Scriptorum Caselii p. 6. 23.*), & tres aliæ αὐτόγραφοι, mihiqve visæ, a Marqv. Gudio, asservabantur. Qvarum una tantum, de turbis Brunsvicensibus, Helmstadii d. 14. Apr. A. 1606. scripta, in Gudianarum, Ultraj. A. 1697. publicatarum, *Appendice, num. 194., p. 266. 267. 268.*, locum invenit.

ELOGIA.

Ern. Cohtmannus, Cancellarius Megapol., *l. c.* ita de illo: *Jac. Bordingus fuit organum divinarum actionum, verbum Dei optimum consiliarium & lucernam pedibus suis constituit, Deum mentis suæ opulentiam veram censuit, in officio ad miraculum diligens & sedulus, in juribus Ducum Megap. tuendis, & in privilegiis Acad. conservandis, cæterisqve rebus agendis, fortis & magnus, in dictis & factis sincerus, prudens & verax, in audiendis læsis & pressis facilis & humanus, in sermone placidus, in amicitia constans, in moribus gravis ac svavis, in justitiæ administratione munera detestabatur. - - - Deniqve, ut alia mittam, omnium vitiorum, & inprimis adulationis, superbiæ, avaritiæ & invidiæ, hostis acerrimus.*

Joh. Christoph. a Jasmund, Eqv. & Consil. Megapol., *in Or. Gratul. ad Adolphum Fridericum & Joh. Albertum, Duces Megapolitanos*, Gryphisw. A. 1609. edita, hisce verbis (*teste Kirchmanno l. c. p.* 51. 52.) superstitem commendavit: *In aula Ulrici Principem obtinuit locum Jac. Bordingus, Cancellarius, nunc Consul Lubec. dignissimus, maxime omnium, qvos cognovimus, bonus JCtus & Politicus, integritate & fide in omnem Megapolitanam rem conspicuus, Servio Sulpitio non absimilis. Neqve enim ille magis Juris consultus, qvam justitiæ, fuit. Itaqve, qvæ proficiscebantur a legibus & jure civili, semper ad facilitatem æqvitatemqve referebat. Neqve instituere litium actiones malebat, qvam controversias tollere. Cujus viri in consiliis ac factis, nec nimium, nec parum, unqvam fuit animadversum. Igitur summis & infimis æqve gratus.*

Joh. Caselius, *Ep. 87. Rostochiensi*, ita eum A. 1588. compellavit: *Magnum geris munus, primarium & omnium primum, neqve non eidem par es. Nemo enim in te desiderat doctrinam, integritatem, industriam, qvibus ista, nec paucioribus, recte administrantur.*

Joh. Kirchmanno *in Or. Funebri* (laudibus ejus scatente) *p. 19. 48.*, *Flos* audit *illibatus populi, Svadaqve medulla, qvem Senatus Lubec. columen, & totius urbis qvasi fulcrum, fuisse, livor ipse fatetur.*

Georg. Remo, Reip. Norib. Consiliario, *in Ep. ad Kirchmannum* (*in Append. Gudianarum, n.* 132., *p.* 215., obvia), *magnum Reip. Lubec. ornamentum, vir omni laude major, Politicus & JCtus excellens, Consul, qvo Lubeca merito gloriatur, & fortunatam natam se hoc Consule jactat, Nestor alter, Nestorea a Kirchmanno commendatus facundia.*

Jano Grutero, *in Ep. ad Kirchmannum* (*ibid. n.* 121., *p.* 205.), *Vir perpetua vita dignus, & amicus suus non e multis.*

Christoph. Sturzio, Prof. Rostochiensi (*in Or. Fun. de Dav. Chytræo, lit. D. 2. b.*), *Vir magni consilii, integerrimi animi & acerrimi judicii, vere κοινὸν ἀγαθὸν Academiæ & Provinciæ Megapolitanæ.*

Thomæ Lindemanno, JCto Rostoch. (*in Progr. de Vita Marci Hasszi, L. Hebr. Prof.*), *Politicorum bonorum Phœnix.*

Melch. Adamo (*in Vitis JCtorum p.* 487. 488.) *Politicus qvidem excellens, sed religionis tamen studio nemini secundus, & Sulpitius Megapolitanus.*

Alb. Wichgrevio (in Carmine, qvo ei *Centuriam I. Anagrammatum* A. 1602. inscripsit) *Teutonicæ decus, flos primus Lubecæ, gregisqve Pierii ductor & tutor inclytus.*

Jac. Stolterfohtio (*in Or. Fun. de Joh. Kirchmanno*) *Vir non nisi publico commodo natus.*

SCRIPTA.

Ex his mihi tantum innotuerunt:

Responsum qvoddam Juris, in Ern. Cohtmanni *Responsis Academicis*, *num. 22.*, obvium, qvod Casp. Thurmannus, *in Biblioth. Acad. p. 110.*, allegat.

Duæ ad Joh. Kirchmannum Epistolæ, qvas αὐτογράφους in Biblioth. Gudiana olim inspexi.

LAURENTIUS BORDINGUS, Ripensis, Christiani, Medici urbani, Filius, Andreæ autem (paullo ante *celebrati*) germanus, Pastor in patriæ vicinia Uldborgensis & Rostedensis, Nomarchiæqve Uldborgensis Præpositus, Poeta (teste Pet. Terpagrio) excellens, atqve in fingendis pingendisqve Emblematis ingeniosissimus, qvem Ol. Wormius, *Monumentorum Danicorum* (Hafniæ A. 1643. *in fol.* editorum) *Libro V.*, *p. 439.*, *Juvenem ingenuum, ut sacrarum literarum, ita rerum naturalium, studiosissimum, picturæ etiam haud imperitum*, appellavit.

VI. Monumenta Diœceseos Ripensis vetusta, literis exsculpta Runicis, ab eo collecta, sibiqve transmissa, Ol. Wormius, l. c. p. 439 - 449., cum suo exhibet Commentario.

Ex

(1.) V. *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 287. 303.* (2.) Inscriptionem istam exhibet Jac. a Mellen *in Notitia Majorum p. 56.* (3.) in Fragmento Epistolæ, a Kirchmanno *Orationi funebri p. 50 51.* subjuncto. Conf. Th. Crenii *P. XI. Animadv. c. 2., p. 137.*

Ex ἀνεκδότοις ejus, Filius atque Successor Emblemata varia, egregie delineata, Pet. Terpagrius autem, Theol. Lector Ripensis, Odas ac Cantiones sacras Danicas, editioni destinatas, asservat.

(Probe distingvendus hic noster est a Laur. Bordingo, Jani Filio, Aarhusiensi, Historiarum in Acad. Daniæ Sorana, circa A. 1652., Professore, & Theologiæ deinceps in Gymnasio Jutiæ Aarhusiensi Lectore, d. 30. Apr. A. 1677., æt. 68., defuncto, *Dissertationis de utraqve Historia recte legenda ac intelligenda*, Soræ A. 1652. *in* 4. excusæ, Autore, de qvo *Index Biblioth. Resenianæ tertius*, Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p. 95.*, & Henn. Wittenii *Appendix Tomi I. Diar. Biogr., ad A. 1677.*, possunt consuli.)

JOHANNES GODOFREDUS BORGEHLIUS, Lubecensis, D. Joh. Borgehlii, Poliatri, ex Anna Elisabetha, D. Gothofr. Acidalii, Archiatri Elect. Brandeburgici & Holsato-Plönensis, gnata, Filius, d. 18. Jan. A. 1672. natus, literis in schola patria, Philosophiæ autem & arti Medicæ, ab A. 1692., in Academiis Jenensi ac Lugduno-Batava, vacavit, & in posteriori A. 1695. Doctoris obtinuit titulum. Ex itinere deinceps per Belgium, Italiam & Germaniam, literario in patriam redux, praxin A. 1698. exorsus est Medicam, hujusqve Poliater d. 18. Maji A. 1718. constitutus, A. C. 1720., ac ætatis 49., die 12. Apr., in conjugio sterili, ἄπαις obiit. V. Joh. Henr. a Seelen *Programma de vita ejus funebre, & Partem III. Athen. Lubec. p.* 194-197., ac M. Mart. Christ. Göldelii, Conrect. Lubec., Memoriam illius Germanicam.

Disp. Inaug. de Sterilitate. Lugd. Bat. 1696. in 4.

COSMUS BORNEMANN, Philippi Julii, Christiani IV. & Friderici III., Regum Daniæ, Secretarii Germanici, Canonicique Roeschildensis & Londinensis, ex Hedwige Zoega, Filius, Henrici autem, Doctoris & Professoris Theologi Hafniensis, Seelandiæqve Episcopi, & M. Joh. Adolphi, Pastoris ac Præpositi Hafniensis Mariani, Frater germanus, Hatherslebiæ Cimbrorum d. 28. Dec. A. 1637., lucem hanc cœpit intueri. Hafniæ educatus, & civibus d. 17. Maji A. 1652. adscriptus Academicis, Baccalaurei titulum A. 1656., Brabeuta avunculo, Joh. Zoega, Logices & Metaph. Professore, reportavit. Rostochium hinc eodem A. 1656. abiit, & Joh. Georg. Dorschei, Theologi celeberrimi, fuit convictor, Hafniam autem non multo post, ob morbum matris fatalem, revocatus, triennio seqventi illic substitit, & sedem hanc regiam, a Svecis obsessam, cum cæteris commilitonibus Academicis, fortiter, tyrocinio militiæ haud inglorio, defendit. Pace Daniæ restituta, A. 1659. Dantiscum, & inde A. 1660. in Bataviam, cum Ordd. fœderatorum ad Danos Legatis, trajecit, lustratisqve hujus urbibus, studio Juridico Franeqveræ (ductu Joh. Jac. Wissenbachii, Laur. Banckii & Ulr. Huberi) annos aliqvot, Lugduni autem Batavorum æstatem integram, impendit. Annum seqventem 1665., viso in itinere Belgio Hispanico, in Gallia, Academiisqve illius Parisiensi & Salmuriensi, exegit, &, per Bataviam atqve Cimbriam, M. Dec. Hafniam est reversus. Istic, a Frid. III., Rege, tertius Academiæ Jurisconsultus, d. 21. Aug. A. 1667., primus omnium designabatur, &, Doctoris gradu ipsi a Collega, Petro Scavenio, M. Nov. A. 1668., collato, ejusdem, per octennium, simul fuit Secretarius, & A. 1684. ac 1689. Rector. Muneri huic Professorio Christ. V., Daniæ Monarcha, Præfecturam Bibliothecæ Academicæ vicariam A. 1670., & primariam, post Ol. Borrichii obitum, A. 1689., urbis Hafniensis Consulatum A. 1684., locumqve in tribunali supremo A. 1685., adjecit, & in Cancellariæ Collegio sibi tandem A. 1689. eum voluit esse a consiliis. Paralysi demum interna oppressus, d. 3. Sept. A. 1692., æt. 55., decessit, duosqve nobilioris & totidem seqvioris sexus liberos, e Dorothea, Ol. Wormii, Prof. Medici celeberrimi, filia, d. 7. Oct. A. 1668. ducta, susceptos, reliqvit superstites. Plura de Vita ejus suggeret Programma Funebre D. Casp. Bartholini Jun., Prof. Medici Hafniensis, cui *Vir* audit *bono publico natus & educatus, qvem summæ ornabant virtutes, & omnes decorabant Gratiæ, virtutum amator, malorum hostis acerrimus, Academiæ decus, curiæ fulcrum, pauperum columen, afflictorum solatium, verus Astrææ antistes, serius Minervæ cultor, &, qvod omnia momenta superat, æterni Numinis fidus amator.*

Conf. de illo Thomæ Bartholini Sen. *Diss. VI. de legendis Libris p.* 205., Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p.* 664., & Alb. Thuræ *Ideam Hist. lit. Dan. p.* 158. 159.

Disp. Historico-Politica de Ostracismo, Præside D. Ulr. Hubero. Franeqveræ 1663. in 4.

Disp. Inaug. Juridica de Hæreditate peregrinorum. Hafniæ 1668. in 4.

Myrtus Academica, Carolo, Principi Electorali, & Comiti Palatino ad Rhenum, Wilhelminam Ernestinam, Friderici III., Danorum Regis, filiam, ducenti, ad thalami ipsius fores erecta, seu Oratio in nuptias illius Panegyrica. Hafniæ 1672. *in fol.*

DANIEL BORNEMANN, Oppidi Eckernfördensis, circa A. 1656., Diaconus, & deinde, ab A. 1699., Pastor.

Par Soliloqviorum, ein paar Seelengespräche, oder Leichpredigt über F. Margareta Lucia Brocktorffinn, aus Ps. CXVI. 7. 8. 9. Slesvigæ 1656. in 4.

BOECKELIUS PAULUS BORNEFELD, Lubecensis, postqvam Lipsiæ, Witebergæ, Rostochii, Altorfii, Tubingæ & Jenæ, studiis incubuerat, in Silesiam delatus, & Caroli Friderici ac Christiani Ulrici, Ducum Würtenbergico-Oelsnensium Juniorum, circa A. 1704., qvo in Academiam illi migrabant Viadrinam, Aulæ supremus factus Magister (1.).

Or. Panegyrica de Leopoldi Imperatoris contra Turcas victoria, in Acad. Witeb. A. 1686. recitata. Witeb. 1686. in f.

Disp. Juridica de Justa ætate, Præside D. Pet. Müllero. Jenæ 1690. in 4.

(Conf. de illo, *C. S. Schurtzfleischii Orationes & Allocutiones, P. II., n. 99., p. 91. 92. & T. I. Epist. arcan. n. 305., p. 498. 499., n. 312., p. 506. 507.*)

MATTHIAS BORNHOLT, (qvem Matthias Knutzius, Empæcta Eiderstadiensis famosus, *in Dialogo cauponis triumqve convivarum vernaculo*, scoptice *Dornholtium* appellavit), Urbis Crempensis Archidiaconus, A. 1695. defunctus.

Leichpred. über Nicol. Woldenberg, Archidiaconum zu Crempe, aus Apoc. XIV. 13. Rostochii 1665. in 4.

Leichenrede über Fr. Anna Sophia Kronhelminn. Rendesburgi 1681. in 4. (*Sub finem Serm. funebris D. Christiani a Stöcken, eidem habiti*).

Leichpred. über M. Joh. Hudemann, Königl. Superintendenten in Holstein, aus Gen. XXXII. 10. Glückstadii 1685. in 4.

CLAUDIUS BORRICHIUS, in Borchensi (a qva cognomen, una cum fratre celeberrimo, Olao, adscivit) Diœceseos Ripensis Parochia, patre Olao Claudii, ejus Pastore, natus, Parochus & ipse, in Scania, ab Anno circiter 1646., ruralis. V. Olai fratris Epithalamium A. 1646. ei scriptum, in Rostgaardi *Deliciis Poet. Dan., T. II., p.* 414. 417. Poemata

(1.) V. *Nova Lit. Germ., M. Febr. A. 1705., p. 45.*

XXVII. 28. Accedit vera Hierosolymæ veteris descriptio, juxta mentem Joh. Bapt. Villalpandi. Hamb. 1660. & 1667. in 8.

Hexaemeron, sive Indicis Historico-Philosophici, omnes omnium rerum, & Controversiarum maxime celebrium, qvæ ad usum, tum Philosophiæ, tum etiam Historiæ, pertineant, fontes, secundum successionem omnium seculorum, ab initio mundi, ad nostram ætatem, aperientis, Pars Prima, in qva admirandum opus Creationis, sex dierum intervallo absolutum, continetur. Hamb. 1664. & *(cum Joh. Caselii* Νυχθημέρῳ, *ac H. Vagetii Comm. in istud)* 1673. in 8.

Monumentum nobilitatis, Georgio a Schrötering a Leopoldo Imp. collatæ. Hamb. 1667. in 4.

Orator reformatus. Hamb. 1668. in 12.

Mercurius Evhodius, vulgaris Grammaticæ monstrans negligentiam, ex Gerh. Joh. Vossii diligentia æstimatam. Hamb. 1668. in 12. *(Verbis Vossii plerumqve utitur.)*

Epistolæ ejus & Stanisl. Lubienicii, Eqv. Poloni, de Cometis Annorum 1664. & 1665., mutuæ, in Lubienicii *Theatro Cometico*, Amst. A. 1668. *in fol.* excuso, *T. I., p. 895-907.*, obviæ.

Alitophilus, Novantiqva Comœdia, nunqvam antehac edita, qvæ omnium, in urbe Mexico ante actarum, comparationem amplitudine vincit, nunc primum a Luca Escarboto, Mexicano, luce donata & Latine versa. A. 1668. in 4. & 12. Satyra est ψευδώνυμος contra D. Mich. Kirstenium, Gymn. Hamb. Professorem, ejusqve amicos qvosdam, Blomii adversarios. Cujus cum D. Rud. Capellum, Collegam suum, Autorem esse falso suspicaretur Kirstenius, innocentem virulentis Scazontibus (qvos *Vindicias Philalethæ, & Sociorum, contra Lucam Caprimulgum Rudentem Escarbotum* inscripsit) acerbe admodum est insectatus, uti in Capelli & Kirstenii Vitis narrabitur. Conf. Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 257. 258. 497. 498.*

Apospasmation integri operis de Causis corruptarum Scholarum. Hamb. 1669. in 12.

Tr. de nobilis juventutis institutione, a Wittenio & Hendreichio *ll. cc.* ei tributus.

Tr. de educationis ratione & temporis collatione. in 4. *(In Catal. MS. Biblioth. Placcianæ memoratur, & a præcedenti forte non est diversus.)*

Joh. Blumii Tr. de Paradiso, Hamburgi, teste Lipenio *(P. II. Bibl. Theol. p. 415.)*, editus, mihiqve haud visus, an huic debeatur, dubito.

INEDITA ET AFFECTA.

Index Catholicus, non librorum, sed rerum & argumentorum in iis præcipuorum, additis Autorum nominibus, libris & capitibus, servata successione omnium seculorum, ad nostram usqve ætatem: Opus vastum, cujus Pars prima est *Hexaemeron*, A. 1664. editum.

Observationes in universa Ciceronis opera, qvarum partem, libros illustrantem Rhetoricos, Henr. Heldius, J.U.L., possedit.

Philosophus Eclecticus, universæ eruditionis, a diversis Autoribus diffuse sparsimqve traditæ, Compendium IV. Voluminibus exhibens, qvo, vel Indicis loco in præcipuos Scriptores, vel Locorum Communium instar, in qvavis re dubia, eruditus Lector uti potest, cujusqve *Volumen I., de iis qvæ in natura sunt & fiunt*, MStum *(in 4.)* in Biblioth. Hamburgensi publica superest.

Collectanea in Platonem & Aristotelem.

Manuductio ad Joach. Jungii Logicam Hamburgensem, qvæ, una cum qvatuor Scriptis præcedentibus, *in Præf. Hexaemeri*, A. 1664. est promissa.

Tractatus de Philosophis, Græcis, Scholasticis, & eorum Commentatoribus, qvi MS. in Biblioth. Placciana, Hamburgensi publicæ donata, privata Henr. Heldii, J. U. L., aliisqve, asservatur.

Opus de Causis corruptarum Scholarum, cujus Ἀποσπασμάτιον A. 1669. prodiit.

Tract. de Baculis Veterum, qvem editum Wittenius & Hendreichius *ll. cc.* falso perhibent.

Joh. Caselii Epistolarum Helmstadiensium Editio, qvam, ab Henr. Vagetio promissam, a se, *in Or. de vita Vagetii*, jussit expectari.

REINHOLDUS BLOMIUS, Hamburgensis, J. U. D., Vir πολιτικώτατος & interioris prudentiæ civilis laude florentissimus, simulqve literatum elegantiorum peritissimus, Joach. Jungii, Joh. Ad. Tassii & Henr. Vagetii, in patriæ Gymnasio, Herm. Conringii autem & JCtorum, in Acad. Helmstadiensi, fuit Auditor. Ex itinere redux literario, Ostfrisiæ initio Principis, circa A. 1653., Consiliarius fuit intimus, deinde vero Juris in Acad. Heidelbergensi Professor. Academico postea huic muneri, Caroli Ludovici, Elect. Palatini, jussu, valedixit, Aulæ ab eo suæ Procancellarius, Judiciiqve supremi Præses, A. 1665. constitutus (1.). In odium eum illic Subditorum, qvod, exhausto Principis consulturus ærario, nova tributorum ac onerum vocabula illi suggessisset, chartæqve sigillatæ monopolium in Palatinatum introducere fategisset, incurrisse, Phil. Andr. Oldenburgerus publice (2.) tradidit, ab ipso Blomio, *in Defensione Epistolica*, A. 1669. refutatus. Gratia interim Electoris, teste Pufendorfio (3.), excidit, & a Rege deinceps Sveciæ, non qvidem ad munus (uti Oldenburgerus (4.) credidit) Præsidis Pomeraniæ Svedicæ, sed ad aliud officium dignitatis præcipuæ in provinciis Germanicis Politicum, est evocatus, regiaqve simul ad Comitia (qvæ jam ante etiam Palatini jussu adierat) Ratisbonensia legatione perfunctus, ac Bremæ tandem, in otio vitæ privatæ literario (5.), consenuit. Qvi cum tot muneribus publicis, iisqve non infimis, in aulis Germaniæ, multos per annos, sit gavisus, suspecta mihi non immerito est Autoris Anonymi, qvi Scripto Joh. Wigandi *de Neministis* Germanico, A. 1693. recuso, Præfationem adjecit, Christ. Thomasio oppositam, narratio seqvens de illo vernacula (6.): Ich reisete, vor 12. Jahren, durchs Lüneburgische, und kam in Compagnie mit einem vornehmen Theologo, der den R. Blumen bey sich hatte. Dieser führte einen ziemlich vernünftigen Discurs, daß ich den Theologum veranlasset wurde zu fragen, wer der wäre? da er denn selbst bekandte, daß er das Glück nie haben können, zu einer gewissen rechtschaffenen Civil-Bedienung zu gelangen, und könte er nicht anders dencken, denn daß die Ursach, daß er sich zu Helmstatt den Pasqvill wider D. Scharfium zu machen verleiten lassen. Vixit A. 1689.

Vinc. Fabricius, in Epist. ad Henr. Vagetium A. 1659. scripta, & *in Operibus p. 385.* obvia, eum *elegantis* vocat *ingenii juvenem*, &, in Scazontibus in Exerc. illius Academicam *(ibid., in Lib. Poem. Miscell., p. 621.)*, ita alloqvitur:

Venuste Blomi, corculum juventutis,
Qvem laudis ardor, morbus eruditorum,
Honesta labes mentis igneæ, magnæ,
Ultra profanæ plebis extulit sordes;
Qvi sacra Phœbi, masculamqve doctrinam,
Amoenitates cum scientiis jungis.

Phil.

(1.) V. Phil. Andr. Oldenburgeri *Itinerarium Germaniæ Politicum*, sub ficto *Constantini Germanici* nomine editum, *p. 301. 302.*, Morhofii *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 25., p. 314.*, & Sam. Pufendorfii *Epist. ad amicos per Germaniam p. 46.* (2.) *l. c.* (3.) *l. c.* (4.) l. c. (5.) teste Christoph. Schradero Jun., ap. Placcium *T. I. Theatri Anon., c. 9., p. 354.* (6.) *p. 14.*

Phil. Andr. Oldenburgero (*l. c.*) *JCtus* audit, *qvi in summo gradu regnandi artes calluit.* Christoph. Schradero Jun., Duc. Brunsv. Consiliario (*apud Placcium l. c. p. 354.*) *Vir doctrina & prudentia eximius.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. de Physicis qvibusdam Syllogismis, demonstrationis speciem præ se ferentibus, Præside D. Joach. Jungio. Hamb. 1637. in 4.

Disp. Jurid. de Compensationibus, Præside D. Joh. Lotichio. Helmstadii 1644. in 4.

Anshelmi Jansonii Judicium Peripateticum, sive Æreolus (*Satyra ψευδώνυμος, qva Joh. Scharfii, Theologi Witebergensis, stylum Barbarismis Soloecismisqve scatentem facete exagitavit*). Sine loci & anni mentione *in 12.* primum, typis (teste Calixto) Belgicis, deinde vero Germanicis *in 4.* (& Jacobo qvidem Wellero, qvem Calixtus allegat, judice Helmstadii), prodiit. Editionem duorum qvaternionum ultimam ipse vidi, & circa A. 1647. excusam esse judico. Blomium Satyræ hujus (qva Scharfii, Præceptorem suum, Joach. Jungium, Philosophum excellentem, temere, sed infeliciter, aggressi, audaciam ulcisci, nisi fallor, voluit) verum esse Autorem, Morhofius jam olim mihi retulit, & Placcius deinde (*T. II. Theatri Anon. & Psevdon. p. 373.*) Christoph. Schraderi Jun. testimonio confirmavit. Vindicias contra eam Scharfius, *in Appendice Responsi, Georg. Calixto redditi,* ac Witeb. A. 1649. *in 4.* impressi, exhibuit, & ab omnibus pro libello voluit haberi famoso, sed nihil tamen ad rem faciens respondit. Mitius contra de eadem Georg. Calixtus, *in Programmate Anti-Scharfiano, Dissertationis de duabus Qvæstionibus Appendici* A. 1650. subjecto (*lit. L. 1. b. L. 2. a.*), hisce verbis tulit judicium: *Afferebatur mihi scriptum qvoddam Satyricum, oppido salsum, in qvo Scharfius, sub Æreoli titulo, Barbarismi & Soloecismi accusabatur. Nec injuriam ei factam, exempla, ibi producta, testabantur.* Qvibus, in Editione iterata, adduntur seqventia: *Ægre fert Scharfius, qvod oblatum a Studioso paucarum pagellarum Æreolum inspexerim, & Autorem libelli vocat scurram Satyricum, & maledicum Sycophantam. Sed qvum, qvæ producuntur, in scriptis Scharfianis omnia deprehendantur, ut mihi certo affirmant, qvi contulerunt, num eum jure meritoqve scurram & maledicum Sycophantam appellaverit, aliorum esto judicium. Qvem si fata virum servant, si vescitur aura ætherea, famam forte suam vindicabit. Solent videlicet cultiores homines in barbaros Prisciani perduelles Satyris interdum ludere.* Confer ejusdem *Refutationem Calumniarum Jac. Welleri vernaculam, §. 121., & hujus Appendicem, §. 15.,* ac Epistolæ Joh. Christ. Boineburgii de illa Excerpta in B. G. Struvii *Fasc. III. Act. Liter. p. 13.*

Franc. Hotomanni Anti-Tribonianus, seu Diss. de studio Legum, ad Mich. Hospitalii, Cancellarii Gallici, mentem A. 1567. scripta, Juris Justinianeo-Romani vitia, & usum in Gallia exiguum, ostendens, qvam, ex editione Anni 1603. Gallica posthuma, e Biblioth. Frid. Lindebrogii sibi suppeditata, Latine a se versam, ἀνωνύμως publicavit Hamburgi A. 1647. in 8. Blomium interpretem esse, Joh. Eisenhartus, *in Programmate de ratione docendi Pandectas,* Helmstadii A. 1697. edito, *p. 6.,* & Vinc. Placcius (ad Pet. Axenii provocans testimonium) *T. I. Theatri Anon. & Psevdon., c. 3., p. 201. 202.,* testantur. De ipso Hotomanni libello *Observationes selectæ Halenses, ad rem Lit. spectantes* (qvæ prolixum ejus exhibent recensum), *T. I., Obs. IX., §. 1-17., p. 93-108.,* Rolandi Maresii (*vere aureum* vocantis) *Lib. II. Epp. Philol., Ep. 18., p. 331. 332.,* Adr. Bailleti *Tr. Gall. des Satyres personelles, T. II., p. 156-162.,* Frid. Jac. Leikherri (Corpori Juris Justinianeo contra illum qvalitercunqve patrocinati) *Vitæ X. JCtorum, p. 236-241. 261.,* Dan. Gvilh. Molleri *Disp. de Franc. Hotomanno, §. 59., p. 36. 37.,* & Placcius *l. c.,* possunt consuli. Recusus est, curante D. Georg. Beyero, Lipsiæ A. 1704. *in 8.,* præmissa Chr. Thomasii Delineatione Hist. Juris Rom. & Germanici.

Defensio per Epistolam ad amicum, sub literis nominis initialibus R. B. edita. in 12. (*1. pl.*) Scripta est Francofurti d. 16. Apr. A. 1669. (in cujus locum A. 1696. a Placcio substituitur), & Constantini Germanici, sive Phil. Andr. Oldenburgeri, falsis de ipso (*in Itinerario Germaniæ Politico p. 301. 302.*) narrationibus opposita. V. Placcium *l. c., T. I., c. 9., p. 354.*

Tr. de formis Rerumpublicarum, sub ficto Julii Flori nomine, curante Joh. Christiano, Barone a Boineburg, editus, qvem, mihi non visum, Blomio deberi Morhofius mihi retulit. Diversus is haud dubie est a Julii Formosi *Thesibus de Formis rerumpublicarum,* A. 1680. *in 8.* editis, & plagulam vix implentibus unicam, tantoqve Viro indignis.

Velitatio adversus qvendam Metaphysici regni assertorem, *in 4.* excusa, & in *Catalogo MS. Biblioth. Placcianæ* illi tributa.

Carmina varia, sparsim edita, nitida & ingeniosa, e qvibus mihi se obtulerunt:

1. Epithalamium in nuptias Vinc. Fabricii, *Appendici Operum* hujus *adoptivæ p. 790. 791.* insertum.
2. Epicedium in obitum D. Georg. Calixti, Helmstadii A. 1656. in 4. excusum.
3. Inscriptio manibus ac tumulo D. Joh. Stuckii, Cancellarii Sveco-Bremensis, consecrata, & in Gebh. Theod. Meieri *Monumentis JCtorum Acad. Juliæ, p. 124-130.,* recusa.
4. Jambi in obitum Jac. Lampadii, JC. & Cancell. Brunsvic., *ibid. p. 149. 150. 151.* obvii.

[De Epistolarum Frid. Lindebrogii, JCti & Polyhistoris Hamburg., Centuriis aliqvot, & Volumine Epistolarum, a Viris doctis ad eundem scriptarum, qvæ in Biblioth. sua Blomius asservabat, V. Morhofii *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 25., p. 314.,* & Vitam Lindebrogii, suo a nobis loco exhibendam.]

M. BERNHARDUS BLUMIUS, Lubecensis, Scholæ in Thuringia Numburgensis, circa A. 1613., Rector (1.), Templi postea patriæ Cathedralis Diaconus Kal. Aug. A. 1514., & Pastor d. 13. Apr. A. 1626., in Matthæi Crumbtingeri locum, electus, dieqve 4. Januarii A. 1631. mortuus (2.); e qvo duos Chr. Hendreichius (3.) effinxit Scriptores.

Tyrocinium de mysterio S. Trinitatis, horrendis contra illud blasphemiis, cum omnium Photinianorum, tum inprimis Fausti Socini *in Tr. de Deo, Christo & Sp. S.,* oppositum. Jenæ 1614. in 4. (*J. Catal. Nund., & Bold. ac Lipen. in B. T.*)

Poenitentiarium Christianum, oder Christliches Beicht- und Communicantenbuch, in Predigten, Andachten und Gebete, verfasset. Gryphiswaldiæ 1619. in 8., & (*juxta Catal. qvendam*) Lubecæ 1659. in 8.

Sanctitas Ecclesiæ Romano-Catholicæ; das ist: Gründl. Bericht von der gerühmeten Heiligkeit der Römisch-Catholischen Kirche, darinn gezeiget wird, daß die Päbstliche Kirche unheilig und zu meiden sey. Lubecæ 1629. in 12. V. de illa Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theol. Nachrichten, Sect. V. A. 1718., p. 781-784.

Christl. Fried- und Freudenspredigt, von schuldiger Friedfertigkeit aller Menschen, nach dem zwischen dem Keyser und Könige in Dennemark geschlossenen Frieden, auß Ps. CXXXIII., gehalten. Lub. 1629. in 4.

Christl. Danck- und Jubelpredigt vom verlohrnen und wieder gefundenen Gesetzbuche, zum Andencken der Ubergebung der Augspurgischen Confession, auß 2. Reg. XXII., d. 24. Jun. A. 1630. gehalten. Lub. 1630. in 4.

(1.) V. Wolfg. Heideri, Profess. Jen., Epithalamium in nuptias ejus cum Elisab. Kochia, *L. 2. Poem., p. 400. 401.* (2.) V. Jac. a Melle *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubec.* (3.) *in Pandect. Brandeb. p. 606.*

EMMANUEL BLUMIUS, Hamburgensis.

Disp. de dolore Hypochondriaco, vulgo, sed falso, putato splenetico, Præside D. Mich. Ettmüllero proposita. Lipsiæ 1671. in 4. Illi, tanqvam Autori, ab Hendreichio *l. c. p. 606.* tribuitur.

JOACHIMUS BLUTING Senior, Judicii Provincialis Slesvigo-Holsatici Advocatus, Hartwigi, in eadem arena versati, parens, Slesvigæ commoratus. Vixit A. 1630.

Glossæ oder Gründliche Erklärungen des Jütischen Lowbuchs und aller drey Theile desselben, Blasii Eckenbergeri Versioni Nomo-Canonis Jutici Saxonicæ, in novissima hujus editione, Flensburgi A. 1717. in 4. excusa, ab Editore Eman. Wolfelio, Advocato Flensburgensi, sunt adjectæ, atqve ita lucem tandem viderunt. Eædem esse videntur cum *Mevio Cimbrico*, ἀνεκδότοις illius a me annumerato in *præf. nov. Isag. p. 47.*, deqve istis intelligenda sunt verba seqventia Erici Mauritii, in *præf. Speciminis Consill. Kilon.* obvia: *MStum Commentarium Anonymi, sed qvi fertur esse Blutingii, in qvosdam juris Jutici Articulos qvoqve vidimus. Ferunt, Autorem illum typis destinasse, sed prohibitum Christiani IV., Regis, autoritate, qvi id fieri noluerit.*

Observationum ejus IX. de Nomocanone Jutico Argumenta, in Nic. Pet. Sibberi *Bibliotheca Historica Dano-Norvegica*, c. 8., p. 286. 287.: Capitum vero 38. Tractatus vom Erbgange, nach dem Jütischen Recht, in Sam. Reyheri *Historia juris universali c. 45. p. 358-364.* fuse enumerantur. MSSta ejus de Emptione & venditione Prædiorum, ac Jure Retractus (dan Bysprake), idem Reyherus p. 364. allegat; aliud autem von mancherley Todtschlägen im Jütischen Lowbuch und von der Mann-Busse und Aussühne, deren allen Process und Verfolgung und was dem mehr anhängig, Franc. Ern. Vogtius *in Appendice Commentationis in Leges Juticas de Homicidio p.* 137. ubi hoc, & de illo, & de scriptis nostri cæteris, additur judicium: *Perlectis hisce, præter textus recensionem, nihil singulare & notatu dignum, qvin potius errores qvosdam, deprehendimus, qvi Blütingio ideo obrepserunt, qvoniam, ceu ex scriptis ejus patet, practice qvidem doctus, sed Germanici Juris antiqvi non adeo peritus fuit; sicuti etiam non raro Conclusiones, Jus Romanum, Canonicum, vel Glossatorum opiniones, redolentes format, qvæ juris Jutici principiis directe adversantur. Ut proinde fallantur maxime, qvi, post hunc Homerum Iliades scribere velle, supervacaneum arbitrantur esse.*

Conf. etiam de ejus MSS. *Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr. P. I., c. 15., §. 14., p. 271.* & *Præfat. novam p. 47.*, Placciique istam secuti *T. I. Theatri Anon. c. 11. p. 459.*

CONRADUS BOCHOLT, ex eqvestri forte Buchwaldiorum in Cimbria gente oriundus, in Præpositura Cœnobii Virginum Ord. Bened. nobilium Prezensis, Conrado I. (Monacho antea Cismariensi, ob jura Monasterii defensa ab hostibus illius excæcato), post A. C. 1282., est subrogatus. Oeconomi diligentis, & providi redituum Monasterii dispensatoris, laudem illi vindicat non *Constitutio* solum *de victu & amictu monialium annuo, & sumptibus in sacra publica qvotannis impendendis*, A. 1286., die S. Agnetis, ab illo, Antistita Adelheidi, cæterisqve virginibus, Burchardo, Episcopo Lubecensi (qvi suo illam Diplomate eodem die confirmavit), præsente, condita, cujus Avtographum in Cœnobii Archivo superest, sed *Registrum* etiam *Præpositure & Conventus in Poretz*, qvod ibidem asservatur, summa A. eod. 1286. diligentia concinnatum, foliis 37. (*in 4. maj.*) constans membranaceis, & hanc præferens inscriptionem: *A. D. MCCLXXXVI., M. Majo, Pontificatus Dn. Burchardi in Ecclesia Lubecensi Anno XI., procuratum est Registrum præsens, procurante Dn. Conrado, dicto Bocholt, tunc Præposito nostro, pro se & suis Successoribus, omnia continens Privilegia, & universas Præpositure, sive Conventus Monasterii in Poretz, possessiones, nominatim expressas, deinde singulares Causas & Causarum conditiones, sive negotiorum dispositiones, quæ locum istum tangere reputantur.* Exhibet autem illud: 1. Genealogiam Christi, ab O. C. deductam; 2. Pontificum Romanorum, Imperatorum, & Episcoporum Aldenburgo-Lubecensium, Catalogos, ad A. 1286. perductos, & ab alio recentiore ad seculi usqve XVI. initia continuatos; 3. Numerum & titulos Cardinalium; 4. Indicem VII. priorum Cœnobii Prezensis Præpositorum Historicum; 5. Diœceseos Episcopatus Lubecensis in IV. partes distinctionem (*a me, P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 2., p. 420. 421. 422., jam editam*); 6. Villarum, qvas Cœnobium Prezense A. 1286. possedit, & redituum e singulis, notitiam; 7. Syllogen XXV. Privilegiorum, eidem, ante A. 1286., a Pontificibus, Frid. II. Imp., & Principibus Ecclesiasticis atqve Politicis, concessorum, aliorumqve ævi istius Diplomatum, de qva hoc in *præfatione* legitur monitum: *Porro in præsenti Registro Privilegia antiqva, ante dies nostros edita, de verbo ad verbum invenies compilata, qvibus non minus fidei adhibebis, qvam ipsis sigillatis primariis Instrumentis. Qvippe, cum nec unum apicem subtractum, nec unum Jota superadditum, in præsenti volumine valeas repperire.*

Confer de illo *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 14., §. 12., p. 240., & P. IV., c. 2., §. 1. 11. 12. 15., p. 381. 382. 404. 412.*

CORNELIUS BÖCKELIUS, Joh. Bokelii, Poliatri Hamburgensis, filius, Hamburgi vel natus, vel educatus, Philos. autem Magister Helmstadii A. 1588., Brabevta Henr. Meibomio, ac deinde Med. D., creatus, Urbis Hildesiensis Physicus. V. de illo Gebh. Theod. Meieri *Monumenta Theologorum Acad. Juliæ p. 23.*

Disputationes Physiologicæ. Helmstadii 1596. in 4.

HIERONYMUS BÖCKELIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & Judicii superioris in patria Procurator.

Disp. Inaug. de jure Mulierum Hamburgens. circa contractum connubialem. Franeqv. 1689. in 4. Extant etiam ejus I. In jure & facto wolbegründete Exception-Schrift gegen des Fiscalis, L. Justi Theod. Münchkings, Klage wider D. Christ. Krumholz, Pastorem zu S. Petri in Hamburg, von ihm, als dessen Defensore, am 10. Maji A. 1709., dem Unter-Gerichte überliefert, mit Beylagen, qvæ prodiit in Protocollo & Actis der peinlichen Sache wider D. C. Krumholz, Hamburgi A. 1711. *in fol.* editis, *p. 119-363.* II. Fernere Außführung der ungegründet continuirenden so genandten Criminal-Klage wider D. C. Krumholzen, loco Duplicarum des Fiscalis Replicis am 20. Sept. A. 1709. entgegengesetzet, *ibidem p. 424-523.* obvia.

CHRISTIANUS OTTO a BÖCKELN, Lubecensis, Martini, Syndici Lubecensis, & Cancellarii Holsato-Gottorpiensis, e Juditha Christina Tanckia filius, Regis Sveciæ, ab A. 1672., in Cancellaria Stadensi, per triennium, Secretarius, deinde verò Ducis Saxo-Lauenburgici, ab A. 1675., Consiliarius Aulicus & Feudalis, A. seqv. 1676., d. 8. Jun., in flore ætatis extinctus. V. de illo Epicedia Joh. Georg. Pelliceri & Herm. Lebermanni venusta, Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII., ad A. 1676.*, & Chr. Hendreichii (bis eum memorantis) *Pandect. Brandeb. p. 617.*

Disp. de veterum Jurisconsultorum sectis, seu diversis familiis, Præside D. Joh. Rebhanio. Argentinæ 1666. in 4. Recusa A. 1678. *in Opusculis*, & a Morhofio (*T. III. Polyhist., Lib. 6., p. 83.*) *Dissertationis doctissimæ*, a B. G. Struvio autem (*in Biblioth. Juris selecta, c. 1., §. 2., p. 6.*) *Opusculi elegantissimi*, titulo ornata.

Commentatio de æmulationibus Imperiorum. Holmiæ 1667. in 4. (*V. Catal. Resen. p. 325.*) In *Opusculis* A. 1678. denuo prodiit.

Opuscula de diversis Familiis veterum JCtorum, Orationibus Principum in Senatu Romano, Exceptionibus tacitis in pactis publicis, & aemulationibus Imperiorum. Lugd. Bat. 1678. in 12. Recensum illorum *Ephemeris XI. Eruditorum Italica Anni 1678.*, teste Beughemio (*Consp. I. Appar. ad Hist. Lit. noviss. p. 55.*), exhibuit. Adiecta etiam sunt Georg. Schubarti *Historiae Iuris Civ. Rom. ante Iustinianum constituti*, curante D. Christ. Godofr. Hofmanno, Lipsiae A. 1721. 4. recusae, teste *Cat. nund. Lips.*

(Falso ei a Wittenio & Hendreichio, *ll. cc.*, Martini parentis *Tr. de Jure protectionis clientelaris* tribuitur, uti *Homonymoscopia* nostra, *Sect. II.*, *c. 7.*, *§. 14.*, *p. 653.*, jam monuit.)

GUSTAVUS CHRISTIANUS a BÖCKELN, Martini itidem filius, Lubecensis, J. U. D. & Canonicus Hamburgensis, d. 3. Nov. A. 1707., teste J. Alb. Fabricio (*P. II. Memor. Hamb. p. 610.*), mortuus. Conf. Chr. Henr. Amthorii Epicedium ei scriptum, im Poetischen Versuche. *p. 273 - 278.*

Disp. Inaug. de Vagabundis (vom Herrenlosen Gesinde.) Lugd. Bat. 1682. in 4.

MARTINUS a BÖCKELN Junior, Martini Senioris itidem filius, Lubecensis, Christiani Alberti & Friderici, Ducum Holsato-Gottorpiensium, Consiliarius, per lustra aliqvot, aulicus, M. Apr. A. 1701. defunctus.

Disp. Juridica de Prodigiis, & eorum cura, Praeside D. Joh. Eichelio. Helmst. 1678. in 4.

ARNOLDUS BODDEKER, Lubecensis, M. Jan. A. 1587. natus, Juris utriusqve, cui, ab A. 1606., Rostochii, Giessae, Jenae & Altorfii, decennium impenderat integrum, Doctor a Joh. Kitzelio, in Acad. Giessena, A. 1616. creatus, & in Rostochiensi deinde iterum A. 1619. commoratus, de cujus vita Joh. Kitzelii *Discursus de Jure habendorum Judaeorum*, in ejus, ac Competitorum, promotione recitatus, Giessaeqve A. 1617. *in 4.* editus, plura suggeret.

Disp. de Servitutibus realibus & personalibus, ab eo Praeside proposita. Rostochii 1619. in 4.

GERHARDUS BODE, Matthiae Fil., Hamburgensis, J. U. C., in Gallia, Italia, Anglia, Germania & Belgio, cum Fratre Matthia (teste, Ristio, mox allegando), peregrinatus, cui Pet. Lambecius A. 1660. *Orationes & Programmata*, Andr. Frisius autem, Bibliopola Amstelod., A. 1664. Hier. Magii *Librum de Eqvuleo*, denuo a se editum, inscripsit.

Exerc. de Urbibus Germanicis, ex Herm. Conringii privatis praecipue discursibus concinnata, & Praeside eodem proposita. Helmstadii 1641. & 1652. in 4. Hanc, sibi inscriptam, Hugo Grotius, in Epistola de illa ad Bodium A. 1642. exarata (*num. 1572. p. 709.*), *opus* vocat *exactae diligentiae, limatissimiqve judicii, in qvo plane vera scribantur.*

Oratio de singularibus qvibusdam & extantibus gentis Romanae, Helmstadii A. 1641. recitata, nec forte edita. V. de illa Christoph. Schraderi *Programmata Helmstadiensia privata, num. 25.*

MATTHIAS BODE, Matthiae Fil., Hamburgensis, Juris & literarum elegantiorum cultor, in Academiis Lugduno-Batava & Marpurgensi, industrius, Gerhardiqve Fratris, in itinere per Europam cultiorem literario, comes, post reditum autem ex illo mercator patriae eruditus, cui Pet. Lambecius A. 1660. *Orationes & Programmata*, ac Andr. Frisius A. 1664. Hier. Magii *Tr. de Tintinnabulis*, inscripserunt. V. de illo Joh. Ristii Epithalamium in nuptias ejus cum Anna, Gothardi Kerckringii, Mercatoris Amstelodamensis, Filia, vernaculum, *in Parnasso Teutonico p. 722-727. obvium*, & Chr. Hendreichii (duos ex eo fabricati Scriptores) *Pandectas Brandeb. p. 613.*

Disp. Jurid. de Cambiis, Praeside D. Joh. Gvalthero. Marpurgi 1646 in 4. Recusa sub finem der Einleitung zum gründlichen Verstande des Wechselrechtes, a JCto Anonymo scriptae, & a Joh. Jac. Heidigero, Not. Publ., editae, Francof. 1676. ac Coloniae A. 1715. in 4.

M. JOHANNES BODECKERUS, Hamburgensis, Witeberga in patriam, M. Jan. A. 1552., ad templi Jacobaei Pastoratum revocatus, &, cum in dissidiis temporum istorum sacris, Zelotarum rigidiorum, Philippistas molliores impugnantium, numerum auxisset, d. 26. Nov. A. 1564. peste (qva & uxor, post dies XIV., obiit) extinctus. V. de illo Joach. Degeneri *Catal. MS. Ecclesiastarum Hamburgensium*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 883.*, & Joh. Crispini, Past. Hamb. Petrini, Epicedii, qvod ei ac conjugi scripsit, Elegiaci prolixioris Excerpta, a Fabricio *ibid. p. 923 - 926.* exhibita. Joh. Frederus Jun., Theol. Rostoch. (*sub finem Epicedii, Joach. Westphali memoriae consecrati*), hoc eum Epitaphio est dignatus:

Clara salutiferi patriae qvi buccina Christi,
Qvi virtute fuit vera decoratus & arte
Eximia, qvem laude vehit svavissima morum
Gratia, Johannes Bodecherus grata qvietis
Dona sub hoc tumulo capit: alti gratia coeli
In Christi amplexus animam suscepit ovantem.
O qvantum est Christo servire fideliter uni!

Brevis comprehensio fundamentorum orthodoxae doctrinae & fidei de Coena Domini, in *Confessionibus Ecclesiarum Saxonicarum de S. Coena*, a Joach. Westphalo Magdeb. A. 1557. *in 8.* editis (*lit. P. 1. b - Q. 1. b.*), obvia.

Bericht vom H. Abendmahle des HErren Christi, wieder die Sacramentschänder. Hamburgi 1557. in 4.

JOHANNES BOETHIUS, sive BOYE, Dithmarsus, J. U. D. & Practicus initio in patria Heidensis, Dynastaqve Tybensfeensis haereditarius, deinde vero Dithmarsiae Arctoae Praetor (post Joh. Viti obitum), ab A. 1646., Ducalis, cum, ob morbum Podagricum, muneri administrando solus impar esset, Georg. Vitum, Antecessoris filium, suumqve generum, in isto Coadjutorem, ac postea Successorem, adeptus. V. Ant. Heimreichii *Lib. 3. Chron. Dithmarss., c. 4., p. 250.*, Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 16.*, *p. 300.*, & Lamp. Alardi (in virtutum ejus laudibus prolixi) *Ep. Dedic. Libri III. Poematis regii Davidici*, A. 1656. ei inscripti. Obiit d. 4. Jun. A. C. 1668., aetatis 56. Socer fuit Pet. Axenii. JCti Slesvicensis.

Disp. de Politico, Praeside Joh. Gryphiandro, J. U. D., Jenae proposita, & in Dominici Arumaei *Volumine V. Discursuum de Jure Publico* (Jenae A. 1623. *in 4.* edito), *num. 4. p. 243 - 259.*, recusa.

MARTINUS BOETHIUS, Wilstriensis, in oppidi patrii Pastoratu Michaelis, Parentis sui, Successor.

Leichpredigt über Mart. Fabricium, Med. D. und Practicum zu Wilster. Hamburgi 1641. in 4.

MATTHIAS BOETHIUS, Strandfrisius, Petri, Ecclesiastae Nordstrandici, ob Elenchum Ecclesiasticum ab auditore impio noctu, cum iter faceret, lethaliter vulnerati, filius, ipse etiam Pastor in eadem insula Hersbüllensis, ac deinde, ab A. 1614., Emtensis sive Evensbüllensis, Scriptor eruditus, cordatus & diligens, deqve patria, & Frisia Boreali reliqva, praeclare meritus. Vix. A. 1623. V. de illo Ant. Heimreichii, ob candidam de effraeni popularium suorum improbitate qverelam, a C. Danckwerthio (*P. II. Chorogr. Cimbr.*, *c. 5.*, *p. 92.*, *& c. 12. p. 145.*) Germanice exhibitam,

bitam, immerito ei indignantis, *Chronici Frisiæ Borealis vernaculi præfationem, & c. 13. p. 335.*, *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr.*, *P. I.*, *c. 7. §. 13.*, *p. 132.*, *& P. III.*, *c. 2.*, *§. 1. & 3.*, *p.* 237. 240., ac J. M. Kraftii zweyfaches Jubel-Gedächtniß. *p.* 406.

Commentariorum de Cataclysmo Nordstrandico Libri III., Scholiis illustrati. Slesvigæ. 1623. in 8. Exhibetur in iis inundationum, qvæ Nordstrandiam A. 1612. 1613. 1614. & 1615. affixerunt, Historia, simulqve antiqvitates Frisiæ Borealis, fabulis de illa vulgaribus (qvod præcipue laudandum) explosis, erudite explicantur. Subjuncta est Georg. Radiginii, Slesvicensis, προσφώνησις ad Autorem Encomiastica.

Annales, seu Chronicon Holsaticum ἀνέκδοτον atqve imperfectum, qvod in Biblioth. sua Pet. Axenius, JCtus Slesvicensis, asservabat.

MICHAEL BOETHIUS, Licent., e Syndico Dithmarsiæ, adhuc liberæ, provinc. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, &, una cum D. Paulo ab Eitzen, Theologo, ad Conventum Protestantium Numburgensem, ac Comitia Circuli Saxonici Inferioris Brunsvicensia, A. 1561. Legatus, cujus ipse olim habui Relationem omnium in Conventu Numburgensi actorum Germanicam ἀνέκδοτον, decem comprehensam plagulis, amico postea donatam. Idem is est cum Michaele Boien, seu Boethio, Dithmarso, Harderi Filio, J.U.Lic. & Dithmarsiæ Regiæ, ab A. 1567., Præfecto (qvem A. 1572. obiisse Danckwerthius, *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c.* 16., *p.* 299., perhibet, A. 1574. autem, ob peculatus reatum dignitate sua excidisse, & peste A. 1601. demum, d. 3. Oct., decessisse, Heimreichius, *L. 3. Chron. Dithmarſ.*, *c.* 4., *p.* 237. 238., testatur). Plura de illo invenies in J. H. a Seelen *Specim. IX. Select. liter. p.* 2. 3. 4.

WILHELMUS (qvem *Willehadum* alii vocant) BOETHIUS, patria (teste Alb. Bartholino) Flensburgensis.

Diss. de Encomio Glottico, sine loci mentione A. 1600. in 4. excusa, & (*juxta Alb. Bartholinum in Tr. de Scr. Dan. p.* 147.) Aarhusiæ A. 1654. in 4. recusa.

JOHANNES DANIEL BOHME, Theol. Stud. Altonaviensis Reformatus.

Der sanfftmühtige Christe, oder Predigt über Matth. V. 5. zu Altona gehalten. Hamburgi 1704. in 4. (*V. N. L. Germ.*, *M. Mart. A.* 1704., *p.* 119.)

BRODERUS BOISEN, Broderi Fil., Strandfrisius, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorp., Consiliarius Aulicus, Cameræ Secretarius, Commissarius Ecclesiasticus generalis, & Pragam ad Rudolphum II. Imp. Legatus. Vixit A. 1604. V. de illo Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis*, *c.* 10., *p.* 224., *& c.* 13. *p.* 333., *ac Hist. Eccl. Slesvic.*, *L.* 4., *c.* 2., *p.* 192.

Ejus Descriptio Chron. MSta ab Heimreichio, in *Catalogo Autorum, Chronico Frisiæ Borealis præfixo*, allegatur. Qvale id scriptum sit, ignoro.

BRODERUS BOISEN junior, Husensis, præcedentis nepos, & Petri, Scholæ Husensis Subrectoris, ex Anna Levia filius, d. 29. Maji A. 1640. natus, & post curriculum scholasticum in patria, Hamburgi & Hildesiæ, Academicum autem Helmstadii, Lipsiæ ac Leidæ, absolutum, Juris utriusqve Licentiati titulum Rinteliæ A. 1678., Doctoris vero Kilonii A. 1681., consecutus, urbis patriæ, ex Advocato, ab A. 1681., Consul, Martiniqve Holmeri, Pastoris, gener, M. Apr. A. 1685., æt. 45., febri acuta extinctus. Integram vitæ Seriem Sim. Rechelii, Parochi Husensis, Sermo (e Rom. VIII. 38. 39.) funebris vernaculus, Slesvigæ A. 1685. *in fol.* impressus, exhibet.

Disp. Inaug. de Fideicommissis, Præside D. Engelb. Wippermanno. Rintelii 1678. in 4.

HENRICUS JULIUS BOKELIUS, Johannis, Poliatri Hamburgensis, filius, Hamburgi vel genitus, vel saltem educatus, Med. D. autem Helmstadii A. 1616. creatus, rei tormentariæ in exercitu Svecico (1.) aliqvamdiu Præfectus.

Disp. Inaug. de Hydrope, Præside D. Joh. Sigfrido. Helmstadii 1616. in 4.

Carmina duo, Heroicum & Elegiacum, in Augusti, Ducis Brunsvicensis, in arcem Gvelpherbytanam reditum, A. 1643. scripta, & Mart. Goskii *Arbusto Augusto*, A. 1650. & 1693. excuso (*fol.* 225. 226. 227.), inserta.

NICOLAUS BOLDEWIN, Scholæ Lubecensis, circa A. 1573., Præceptor & Arithmeticus. V. Henr. Bangerti *Catalogum Præceptorum Scholæ Lubecensis*.

Reckenboeck up allerley Koepmanns-handelinge. Lubecæ 1573. & 1593. in 8. (Saxonice).

JOHANNES BOLDICHIUS, Sünderburgensis, d. 15. Julii A. 1597. natus, urbis patriæ Ecclesiastes, ab A. 1630., vespertinus, ab A. 1636. autem Aulicus, simulqve Præpositus, A. 1667. a Friderico III., Rege Daniæ, rude donatus, & d. 4. Apr. A. 1674., æt. 77., defunctus, Jacobinæ Hergeriæ, Civis Augustani, ob religionem exulis, filiæ, maritus, & Ernesti Christiani, Pastoris Helsingorensis (mox memorandi), ex hac parens. Conf. de illo *Nova. Lit. Lubec.*, *M. Dec. A.* 1704., *p.* 380. 381.

Leichpred. über Dorothea, Hertzoginn von Holstein-Sünderburg, auß 2. Tim. IV. 7. 8. Hamburgi 1639. in 4.

Luctus Sünderburgicus, oder Leichpred. über Joh. Christian, Hertzogen zu Holstein Sünderburg, auß Sap. V. 16. 17. Lubecæ 1653. in 4.

Ultimum & optimum veri Christiani desiderium, oder Leichpred. über M. Joh. Brandes, Pastorem zu Sünderburg, auß Phil. I. 24. Rostochii 1655. in 4.

Das Hauß GOttes, oder Einweihungspredigt der von Anna, Hertzoginn zu Holstein-Sünderburg, auf ihrem Leibgedinge Gammelsgaard, neuerbauten Kirche, d. 26. Jul. A. 1665., auß Gen. XXVIII. 17., gehalten. Slesvigæ 1666. in 4.

Leichpredigt über Maria Balthasarinn. Slesv. 1670. in 4.

M. ERNESTUS CHRISTIANUS BOLDICHIUS, Johannis, modo memorati, filius, Sünderburgensis, d. 9. Nov. A. 1647. natus, Scholarum patriæ ac Lubecensis, & deinde, ab A. 1669., Academiarum Jenensis (in qva supremam Philosophiæ d. 15. Febr. A. 1672. impetravit lauream), Kiloniensis & Hafniensis, alumnus, simulqve in ultima liberorum Henrici a Stöcken, Consiliarii & Qvæstoris regii, per triennium, Præceptor, D. Justi Valent. Stemanni, templi Germanorum in Seelandia Helsingorensis, Arcisqve regiæ Coronæburgensis, Pastoris, Soceri sui, ab A. 1677., Coadjutor, &, ab A. 1687. (qvo ad Ecclesiarum Holsatiæ regiæ is avocabatur Ephoriam), Successor, A. 1706., æt. 59., mortuus. Fusius vitam suam ipse, *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Dec. A.* 1704., *p.* 380. 381., descripsit. Conf. de illo Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p.* 629., & Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p.* 275. 276.

Aug. Pfeifferus (*in Scepticismo Speneriano, P. I.*, *c.* 10., *p.* 200.) eum vocat einen wolverdienten Lehrer unserer Kirchen.

SCRIPTA

(1.) *Teste O. Sperl. Jun.*

SCRIPTA EDITA LATINA.

Theses miscellaneæ, Præside M. Franc. Wolfio. Jenæ 167.. in 4.
Disp. de Quæstione: An unum Corpus possit esse simul in pluribus locis? Præside eodem. Jenæ 167.. in 4.
Disp. de Pontifice maximo Hebræorum. Jenæ (*sine mentione anni*) in 4.
Facti Q. Mutii Scævolæ Ethica consideratio. Jenæ 1673. in 4.
Disp. de Concursu causæ primæ cum secundis, contra Adr. Heerebordum. Jenæ 1673. in 4.

GERMANICA.

Christliche Entdeckung der Calvinischen Betrieglichkeit, nebst gründlicher Wiederlegung der Calvinischen Irrthümer, wie dieselbe in dem also genandten Außführlichen Berichte, dessen Anhange, und beygehenden Schriften von der Calvinischen Friedbietung, enthalten und versteckt sind. A. 1684. in 8.

Schlechte Hofnung besserer Zeiten der Kirchen, einer grossen Bekehrung der Juden, und gäntzlichen Unterganges des Antichristischen Babels, vor dem jüngsten Tage, wieder D. Phil. Jac. Speners Behauptung besserer Hofnung außgegeben. Lipsiæ 1695. in 8. Commendarunt hanc, e Speneri adversariis, Aug. Pfeifferus, *l. c.*, & Joh. Georg. Neumannus, *in Chiliasmo subtilissimo, Disp. IV. p. 46., ac Disp. V. p. 27.* Responsum ei est ab Anonymo, in *Halcyoniis Ecclesiæ certo futuris*, oder der Gewißheit der durch D. Spenern behaupteten Hofnung besserer Zeiten, libello Speneri ipsius præfatione ornato, & Francof. A. 1696. *in 12.* excuso.

Sabbathum animæ sanctum, oder Anweisung zur heiligen Seelenruhe, in der Unruhe dieses Lebens und der Welt. Hildpurghusæ 1703. in 8.

Des Ewigen Vatters, Jesu Christi, liebreiches Testament, zur Vorbereitung zum H. Abendmahle. Hafniæ 1704. in 12. maj. (V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1704., p. 380.*)

Sermones aliqvot funebres.

M. PAULUS BOLHORN, Hamburgensis, Theol. Stud., A. 1717. mortuus.

Disp. de moralitate Stratagematum. Lipsiæ 1685. in 4.
Disp. de precibus publicis, Psalmorum cantu, & sacrorum ordine. Wit. 1686. in 4. (*Catal.*)

JOACHIMUS BOLTHENIUS, Hamburgensis, A. 1558. natus, Parochiæ, in Præfectura Holsatiæ Trittoviensi, Radelstettensis, circa A. 1590., & Cœnobii deinde Utersensis, circa A. 1599., Pastor, senex septuagenarius A. 1628. (qvo Holsatia ab exercitu erat occupata Cæsareo) in patria exulavit.

Triumphus Christi, carmine Heroico descriptus. Slesvigæ 1586. in 4.

Warhaftet und gründliker Bericht van düret Tiidt, in 10. Predigten över Levit. XXVI. 16. tosamengefatet. Hamburgi 1599. in 8. Opusculum Saxonicum pium pariter atqve eruditum.

Unterricht vom unfehlbahren endlichen Untergange der Welt, durch was Mittel er geschehen, wann, und welche desselben Zeichen und Ursachen seyn werden, und denn von dem einigen wahren Rahte, der zu wissen, daß man durch der Welt Ende keinen Schaden nehme. Hamburgi 1628. in 4.

Matthias, oder Prediger-Wahl. Hamb. 1607. in 8. (*Catal.*)

(Elterntrost über den Abschied ihrer Kinder, Scriptum Boltenio, absqve prænominis mentione, tributum, & *in 8.* excusum, qvod Catalogus qvidam memorat, an huic, vel alteri, debeatur, ignoro.)

JOHANNES BOLTEN, Wilstriensis, urbis patriæ Pastor.

Emblematisch-Grab-und Gedenckmahl des den 15. Sept. A. 1669. in der Stör ertrunckenen Dethlevi Dreiers, Past. zu Krummenteich, oder Leichpredigt über ihn, auß Eccl. IX. 12. Glückstadii 1670. in 4.

Magisterium Perlarum Margaretæ Rhederianæ, oder edle köstliche Hertzstärckung, auß Thren. III. 24., in einer Leichpr. über Margareta, D. Joh. Rhederi Ehefrau, vorgetragen. Glückst. 1676. in 4.

Grab zu Modin, oder Leichpr. über Joh. Rhedern, J. U. D., auß dem dritten Artickel des Apostolischen Symboli. Glückst. 1677. in 4.

M. VOLRADUS BONHOVIUS, Hamburgensis, Parochus in tractu Comitatus Oldenburgici Butjadiensi Vorhovensis. Vixit 1663.

Disp. Politica ex integro Libro II. Aristotelis de Republica, Præside D. Christ. Woldenbergio. Rostochii 1652. in 4.
Gerh. Joh. Vossii Büchlein von der Selbsterkäntniß, verdeutschet. Hamb. 1658. in 12.

PETRUS BONNICIUS, Parochiæ natalis in Præfectura Duc. Slesv. Tunderensi Leccensis, ab A. 1604. (1.), Pastor, A. 1647. defunctus, Poeta svavis ac venustus, cui Zach. Lundius *Libri I. Poematum juvenilium Elegiam* inscripsit *septimam*, & *Libro III.* (2.), ad Jambica & Anacreontica sua edenda, hoc calcar addidit Epigrammate:

Ergo tibi laudem, nobis sic eximis usum,
Dum finis oppressis illa latere libris?
Ede, qvod edendum vel Anacreon ipse probabit,
Qvod lectu dignum judicet Archilochus.
Invidus occlusa si qvis sua supprimit arca,
Plurima cum faciat carmina, nulla facit.

Fasciculus Carminum, amori ac honori Joh. Breclingii, Pastoris Breclumensis, Affinis sui, diversis vicibus sacratorum. Rostochii 1641. in 4.
Epithalamia, Epicedia, aliaqve carmina, diversis annis sparsim edita.
Jambica & Anacreontica ἀνέκδοτα, a Zach. Lundio *l. c.* commendata.

ARNOLDUS BONNUS, Lubecensis, Hermanni, primi urbis istius Superintendentis, filius, Anno circiter 1542. natus, Reip. patriæ Senator d. 6. Maji A. 1578, & Consul d. 19. Dec. A. 1594., electus, ad Johannem, Regem Sveciæ, A. 1579., & ad Christiani IV., Monarchæ Danici, inaugurationem A. 1596., ablegatus, tandemqve d. 16. Jun. A. 1599., æt. 57., mortuus, ac in æde, in qva Epitaphium ejus superest, Petrina sepultus: Pater filiarum qvatuor, Catharinæ, Margaretæ, Elisabethæ & Magdalenæ, e qvibus tres priores totidem fratribus Kerckringiis, Henrico & Paulo, Senatoribus, Fridericoqve, qvarta vero Laur. Müllero, J. U. D. & Consuli Lubecensi, nupserunt. V. de illo Henr. Bangerti *Appendicem Catalogi Præceptorum Scholæ Lubecensis, & Epitaphium Elsabe Franckiæ (lit. A. 4. a.), Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 241. 242. 255.*, Jacobi a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis*, Casp. Henr. Starckii *Vitam parentis ejus, Herm. Bonni, vernaculam p. 76-83.*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 116. 117.*

Duæ ejus Epistolæ ad Suffridum Petri, JCtum Acad. Coloniensis, de Jani Gulielmii, Philologi celeberrimi, sui olim pupilli, Castigationibus Ciceronianis posthumis MStis, A. 1585. exaratæ, inter *Epistolas Virorum illustrium*, a Simone Abbes Gabbemah, Ordd. Frisiæ Historico, collectas, & Harlingæ A. 1664. *in 8.* editas, *Cent. II., num. 82. & 87., p. 439.*

(1.) V. Jac. Fabricii Sen. *Agonem XII. Theol. Generalem.* (2.) *p. 79.*

p. 439. 440. 441. 453. 454. 455., tres vero Suffridi ad illum, A. 1581. 1587. & 1595. scriptæ, *ibidem, num. 73. 85. ac 93.*, *p.* 404-410. 445-450. 466. 467., prodierunt.

Excudi præterea, additis Præfationibus suis, curavit:

Herm. Bonni, Parentis, Enarrationem locorum insignium, qvæ diebus Dominicis, præsertim ex Epistolis Paulinis & Apostolicis, proponuntur, & Librum de Oratione vera ac Christiana, Basileæ A. 1571. in 8. (*V. Starckium l. c. p.* 18. 76. 77. 126. 127.)

Ejusdem Farraginem præcipuorum exemplorum de Apostolis, Martyribus, Episcopis & Sanctis Patribus veteris Ecclesiæ (jam ante A. 1539. editam), A. 1579. in 8. (*V. Bangerti Append. cit.*)

M. IACOBUS BONNUS, Ripensis, patre Nicolao, Urbis Consule, A. 1574. natus, ex Acad. Hafniensi in Witebergensem profectus, & Magistri illic donatus titulo, Ecclesiæ in agro patriæ Darumensis, ab A. 1595., Pastor, & Nomarchiæ simul Giördingensis, annis vitæ ultimis, Præpositus, Petriqve Hegelundii, Episcopi Ripensis, gener, d. 19. Mart. A. 1649., æt. 75. sacriqve muneris 54., defunctus. (*P. Terpagr.*)

Analysis Historica vaticinii Lactantii de imperio Occidentis in Orientem transferendo, carmine contexta. Witeb. 1596. in 4.

Oratio qvædam, a Frid. Taubmanno (*in Melodæsiis, L. 3. Epigr., p. 437.*) hoc commendata Disticho, Epigramma ad Bonnum Encomiasticum claudente:

Cuiqve oculi pectusqve valent, heic cernet apertas
Artis & ingenii, judiciiqve, notas.

Anagraphe, seu Discursus de Uxoris Intaphernis voto (apud Herod. L. 3.) metricus. (V. A. Thura *Ideam H. L. Dan. p. 356.*)

DANIEL BOOTS, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Doct. de Solutionibus, Præside D. Georg. Wernero. Helmst. 1657. in 4.

M. WERNERUS MICHAEL BORCHOLT, Hamburgensis, Rostochii A. 1707. Magistri ornatus titulo, Gymnasii eqvestris Lüneburgensis, circa A. 1719., Professor, & Superintendens deinde, ab A. 1723., Bardovicensis.

Disp. Philos. de causis ad executionem voluntatis divinæ (*sive virtutum exercitium*) moventibus. Rostochii 1707. in 4. (*V. Nova Lit. Lubec. A. 1708., M. Febr., p. 1.*)

Disp. de Qv.: An & qvantum, in moralibus, ex signis liceat argumentari? Lipsiæ 1708. in 4. (*V. Nova Lit. Germ., M. Majo A. 1708., p. 188.*)

Die in heiliger göttlicher Schrift deutlich gegründete wahre Lehre des seligmachenden Christenthums, oder teutsches Compendium Theologiæ &c. Hamb. 1720. 8.

Dan. Sev. Sculteti, Theologi Hamb., Paraphrasis continua in integrum N. T. textum, ab ipso Observationibus aucta & cum istis edita. Lüneb. 1720. in fol. V. *Catal. Nund. Lips. 1719. aut. p. 49. & Catal. A. 1720. aut. p. 5.*

M. ANDREAS BORDINGUS, Ripensis, Patre D. Christ. Bordingo, Poliatro, matre autem Ingeburga, Andr. Klynii, Senatoris, filia, d. 21. Jan. A. 1619. natus, e Schola patriæ in Acad. migravit Hafniensem, & istic insignes in literatura, cum sacra, tum elegantiori, fecit progressus. Per annos deinde complures juvenum Pædagogus fuit nobilium, supremisqve Philosophiæ honoribus in Academia d. 19. Febr. A. 1653. reportatis Sorana, a Tagone Tottio, Eqv. Aur., regni Danici Senatore, & Toparcha in Scania Erichsholmensi, in aulam suam evocatus, in Mæcenatis hujus, Viti Beringii, Poetæ eximii, & aliorum hominum doctorum, convictu lustra aliqvot exegit, vadumqve famæ speciminibus venæ, in Poesi Romana pariter atqve Danica, haudqvaqvam plebejæ numerosis feliciter tentavit. A. 1664. Lectoris qvidem Theologi, in schola patria Ripensi, officium, post mortem Christ. Aagardi, obtinuit, sed eodem, qvod annexo illi Ecclesiam ruralem Westerwedstedensem docendi muneri, in sacris minus exercitatus Homileticis, imparem se sentiret, A. seqv. 1665. se abdicavit, & Hafniam repetiit. Illic a Friderico III., Rege, Poetæ primus aulici donatus titulo, singulisqve mensibus, qvæcunqve aliunde afferrentur, aut in patria contingerent, nova metris jussus edisserere Danicis, Poesi, inprimis vernaculæ, in qva vix cuiqvam erat secundus, qvod reliqvum erat vitæ dicavit, & Mense tandem Majo A. 1677., æt. 58., vivere simul ac carmina scribere desiit. Vitæ ejus Historiam M. Pet. Terpagrius, Theol. Lect. Rip., mihi communicavit, cujus etiam *Inscriptiones Ripenses p. 20.* de illo possunt conferri.

ELOGIA.

Thom. Bartholinus, *in Differtt. de Medicina Danorum Domestica p. 522.*, ita de illo: *In vernaculæ lingvæ Poesi, post Arraboensem, Andr. Bordingus hodieqve triumphat.*

Ol. Borrichius, sub finem *Differtt. de Poetis p. 174.*, de vatibus Daniæ differens vernaculis, his eum verbis commendat: *Severinum Torchillium, non tam facilitate, qvam coloribus & robore, supergressus est Andr. Bordingus, firmavitqve etiam in aula patrii carminis majestatem.*

Joh. Olavius, in *Elegia de Poetis singularum gentium præcipuis*, Pet. Syvii *Grammaticæ Danicæ* A. 1685. præfixa, *decus* ejus in Poesi Danica *æternum esse* judicat, & *Epigr. 40.* ad *Poetas Daniæ* ita de illo canit:

Bordingus Danæ castissima Gratia Svadæ,
Qvem vatem Boreas dixerit esse suum.

Sever. Lintrupius (*in Programmate qvodam Hafniensi, A. 1709. publicato*) *Maronem* eum vocat *Danicum*; Pet. Terpagrius (*in Seculo illustri p. 68.*) Poetis Daniæ præcipuis accenset vernaculis, Autor vero Anonymus *Defensionis Daniæ*, L. Gall. A. 1696. editæ, *c. 16.*, *p. 187.*, in carminibus ejus Danicis robur styliqve majestatem commendat.

SCRIPTA EDITA.

Carmina varia, Latina pariter atqve Danica, sparsim diversis annis edita.

Aeristrands, sive Sertum honoris ad Paulum Tscherningium, Carmine Danico. Hafn. 1664. in 4. (*V. Catal. Bibl. Resen. p. 183.*)

Mercurii Historici menstrui, Rythmis Danicis, jussu regio, concinnati, & a M. Julio A. 1666., ad M. Majum A. 1677., continuati. Hafniæ 1666-1677. in 4. Commendantur a Thoma Bartholino *Vol. II. Act. Med. Hafn. p. 374.*

Den Cimbriske Nordens Taare (i. e. Luctus Septentrionis Cimbrici), sive Epicedion in obitum Friderici III., Regis Daniæ, Danicum. Hafn. 1670. in 4. Typis Latinis, curante Frid. Rostgaardo, ibidem A. 1700. in 8. recusum.

Den Cimbriske Nordens Frydenstriig (i. e. Jubilum Septentrionis Cimbrici), sive Poema Danicum in Christiani V., Regis, unctionem. Hafn. 1671. in fol.

Odæ Danicæ, sacræ ac profanæ.

INEDITA.

INEDITA.

Hymni Danici in Periochas dierum Dominicorum & festorum Evangelicas anniversarias. Poema Danicum in Heroinas Daniæ literatas, a Joh. Olavio, in *Epigrammatis ad Poetas in Dania eminentes*, A. 1650. editis, *num. 40.*, commendatum.

Poematum ejus Danicorum omnium Editio, qvam initio Pet. Terpagrius (duabus illa partibus, qvarum prima Carmina varii argumenti miscellanea, altera vero *Mercurios Historicos*, erat exhibitura, complexus), *in Dan. Pauli Mercurio Librorum Danicorum A. 1679. p. 7.*, promisit, deinde autem, consentiente & sua illi tradente Terpagrio, a se, typis Latinis nitidioribus excudendam, expectari jussit Frid. Rostgaardus, Consiliarius & Archivarius Danicus, tum in Carminum illius, a se jam collectorum, Indice Danico, Hafn. A. 1703. *in 8.* excuso, tum *in Novis Lit. Lubec., M. Jul. A. 1704., p. 216.*

JACOBUS BORDINGUS Junior, Senioris, Poliatri initio Hamburgensis, deinde vero Archiatri Megapolitani ac Danici, simulqve Professoris Rostochiensis & Hafniensis, Medici longe celeberrimi, suo fusius loco celebrandi, e Francisca Nigrona, Thermi, Patricii Genuensis, gnata, filius, Hamburgi, d. 27. Jan. A. 1547., primam lucem aspexit. Studiorum rudimentis, tum a Pædagogis domesticis, tum a Parente ipso, imbutus, duodecennis, hoc Rectore, A. 1559. Hafniæ albo inscribebatur Academico (1.), eoqve A. 1560. orbatus, & cum matre vidua Rostochium A. 1561. reversus, apud Professores universos spem de ingenio suo concitabat maximam. Rostochio Antwerpiam, ad cognatos paternos salutandos, profectus, horum svasu Lutetiam perrexit, & istic, cum Melch. Junio, Rhetore deinceps Argentinensi (2.), aliisqve commilitonibus Germanis, præter literas elegantiores, Jurisprudentiæ etiam auspicato dare coepit operam, reliqvam etiam Galliam peragraturus, nisi bellum civile recrudescens, & rumor de Protestantium exercitu, copiis Joh. Casimiri Palatini Germanicis aucto, Lutetiam obsessuro, studiosos Germanos, in haud exiguo versatos periculo, hac subito coegissent excedere. Ipse, Lovanium elapsus, cum nec istic tuto, ob Ducis Albani in Protestantes sævitiam, studiis liceret incumbere, Juridici curriculum Heidelbergæ, Rostochii ac Lipsiæ, absolvit, Annoqve 1574. Rostochii, non Licentiati solum titulum, d. 2. Maji, Brabeuta D. Joh. Borcholto, una cum Henr. Camerario, Collega postea Academico, in Panegyri, cui Joh. Albertus, Dux Megapolitanus, intererat, splendidissima, sed Ulrici etiam, Ducis itidem Meclenburgici, beneficio, Juris Feudalis professionem, locumqve inter Consiliarios ejusdem, obtinuit. Utramqve spartam non summa solum ornavit diligentia & dexteritate, sed singulari etiam, qvotiescunqve de jure erat respondendum, aut causæ forenses disceptandæ, religione & integritate, a Joh. Kirchmanno, *in Orat. Parentali*, fusius deprædicata. A. 1579., d. 13. Aug., J. U. Doctor, cum eodem Henr. Camerario & Bartholom. Clingio, Collegis, a Marco Luschovio, Decano, est creatus (3.), &, in ipsa inauguratione, torqve aureo, per Mart. Bolfrasium, Legatum suum & Senatorem primarium, ab Ulrico Duce donatus. Qvi deinceps non in aulam tantum suam adeo eum freqventer Rostochio evocavit, ut rarius juventutem docere nostro liceret, sed in itineribus etiam Augustano, ad Comitia a Rudolpho II. Imp. indicta, & Danico ad Fridericum II., Regem, Generum suum, comitem adscivit. Utriqve in his Monarchæ dotes suas ita Bordingus approbavit, ut Rudolphus Comitiva Palatii Cæsarei, ei decreta, cum hanc deprecaretur, Collegii, uti petierat, Juridici Rostochiensis Decanum in ipsius ornaret gratiam (4.), &, aliqvot post annis, illi, aureo torqve donato, nobilitatis Germanicæ privilegia, sed, ob modestiam nostri, incassum, offerret, Fridericus autem eum, frustra jam ante A. 1578. ad Professionem Academiæ Hafniensis Juridicam invitatum (5.), Consiliariis suis, absentem licet, adscriberet. Qva dignitate Christianus IV. etiam, Friderici successor, qvamdiu in aula vixit Megapolitana, gaudere illum voluit. Redux Academiæ, & docendo, qvoad per negotia publica licuit, & salutem ejus, Professorumqve, inprimis Philosophicorum, commoda promovendo, inservire perrexit, non solum, qvamdiu Rostochii est commoratus, sed etiam, cum in aulam inde Güstroviensem, ad Cancellarii munus, A. 1586. ab Ulrico esset evocatus. Qvanta hoc administraverit diligentia, dexteritate & integritate, Kirchmannus fuse exposuit, nec affirmare dubitavit, *tam sancte, tamqve innocenter, vitam Bordingum aulicam transegisse, ut eos, qvi omnem ab aulis virtutem & pietatem exulare clamitant, suo verissime refutarit exemplo.* In jure dicendo, uti rara in qvosvis, præsertim tenuiores, comitate utebatur, ita a προσωποληψίᾳ & δωροφαγίᾳ adeo abhorrebat, ut Dicasterii ac Cancellariæ aulicæ parietibus, diversis in locis, gnomam hanc jusserit inscribi: *Qvi pretio est bonus, idem pretio est malus.* Rabulas, jura malitiose pervertentes, tantopere detestabatur, ut aliqvoties sit professus, si liberi sibi essent, non permissurum se, ut qvisqvam eorum juris studio daret operam, qvod hujus ævi JCtos plerosqve non recta ad virtutem & pietatem incedere videret (6.). Legationes gravissimas, Controversias Principum ipso arbitro compositas, aliaqve negotia ingentis momenti publica dextre expedita, Kirchmanni secutus exemplum, prætereo. Tot laboribus fessus, vitæqve pertæsus aulicæ, post amissam conjugem priorem, Elisabetham, Arn. Burenii, Acad. Rostochiensis non Professoris solum Philosophi, sed & instauratoris, filiam, singularis exempli fœminam, a Joh. Caselio Oratione Ἐπιταφίῳ peculiari, Helmstadii A. 1593. (7.) edita, laudatam, qvacum per annos 19. svaviter vixerat (8.), & nuptias secundas A. 1594. Lubecæ, præsentibus Regum, Ducum atqve urbium, Legatis, cum Anna Horstmannia, Henr. Wedemhofii, Senatoris Lubec., vidua (9.), celebratas, in urbem hanc domicilium transferre, Deo Musisqve vitæ partem vindicare reliqvam, & privignorum simul Wedemhofiorum, Bernhardi & Henrici (patriæ postea Consulis), qvos ipse ἄπαις, velut ex se natos, diligebat, educationi vacare, constituit. Qvod desiderium cum Ulrico Principi exposuisset, ægre missionem obtinuit, & hac lege, ut absens etiam Consiliarii gauderet titulo, in aulam vocatus consiliis sibi præsto esset, & Judiciis Megapolitanis solennibus qvotannis qvater præsideret. Nec adduci potuit Ulricus, qvoad superstes erat, licet invidi atqve æmuli, ad odium Principis absenti conciliandum, nullas non adhiberent machinas, ut alium ei Cancellarium subrogaret. Qvam ob causam Bordingus illi mortuo sigillum, dignitatis aulicæ insigne, in exeqviarum solennibus prætulit, iisqve peractis fractum Carolo tradidit Successori, a qvo non sine donis est dimissus. Lubecam postqvam commigraverat, a Senatu confestim est rogatus, ut partes legationum, ad Reges & Principes vicinos obeundarum, nonnunqvam a Republica hospita imponi sibi pateretur, &, aliqvot post annis, cum duo Consules, Diet. Brömsius & D. Herm. Warneburchius, uno eodemqve mense vivis excessissent, maximo omnium consensu, præter animi sui sententiam, ad supremum hoc honorum civicorum culmen d. 22. Dec. A. 1600. evectus (10.), Consulatum hunc, post habitis aliis, qvæ a Principibus

(1.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 96.* (2.) V. Junii *Ep. Dedic. Partis I. Qq. Politicarum.* (3.) V. Val. Schachtii *Serm. Funebrem, Camerario habitum, p. 36*, Christoph. Sturcii *Or. Fun. de eodem p. 16.*, & O. F. Schützii *L. 2. de Vita Dav. Chytræi p. 583.* (4.) V. Thomæ Lansii *Tr. de Academiis p. 80.*, & Joh. Frid. Hekelii *Lib. de corona Poetarum p. 60.* (5.) V. Vindingium *l. c. p. 96. 97. 444.* (6.) V. Georg. Schedii *Or. Fun. D. Lucæ Bacmeistero Jun. habitam p. 57.*, & ex ea Jac. a Mellen *Notitiam Majorum p. 56.* (7.) *in 4.* (8.) Nath. Chytræi in nuptias Bordingi cum illa Epithalamium V. *L. I. Epithal. f. 240.* (9.) V. Epithalamia in nuptias has secundas, tum Professorum Rostochiensium, Rost. A. 1594. *in 4.* excusa, tum Pet. Lindebergii, *P. II. Juvenilium, Lib. 2., p. 103. 104.* (10.) V. *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 283.*, & Jac. a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis.*

Principibus offerebantur, dignitatibus, auſpicato aggreſſus, laudem induſtriæ, pietatis, prudentiæ, juſtitiæ, comitatis, cæterarumqve virtutum, eximiam, in aula partam Megapolitana, non conſervavit ſolum, ſed & auxit, diſſidia inter Senatum & cives, ingens urbi minitantia diſcrimen, feliciter ſopivit, binisqve vicibus A. 1604., & tertia A. 1610., in Daniam Legatus abiit (1.). Qva poſtrema legatione, in qva Seni totos novem dies in navi erat pernoctandum, cum valetudinem ſuam admodum debilitatam ſentiret, condito Teſtamento (in qvo ſtudioſis tenuioris fortunæ Roſtochienſibus annuos qvosdam legavit reditus), electoqve, qva transeundum qvotidie erat, ſepulchri in æde Mariana loco, imagine poſtea defuncti, & inſcriptione, ab ipſomet compoſita (2.), exornato, ad mortem ſe paulatim comparavit, eamqve, ſexennio poſt, d. 28. (vel, juxta Epigraphen modo laudatam, 21.) Februarii A. 1616. (non 1617., qvi in *Indice* ſubſtituitur *Chronologico* Bucholzeriano), ſeptuagenario proximus, mente placida & tranqvilla oppetiit.

Symboli loco, teſte Ern. Cohtmanno (3.), hoc uſurpavit Diſtichon:

Nobile vincendi genus eſt patientia, vincit
Qvi patitur: ſi vis vincere, diſce pati.

Vitæ ejus hiſtoriam, ex aliis ſubinde auctam, Joh. Kirchmanni, Rectoris Lubecenſis, *Orationi* debeo *Funebri*, Lubecæ Anno 1616. *in 4.* excuſæ, e qva eandem in compendium etiam contraxerunt Melch. Adamus *in Vitis JCtorum German. p.* 482-488., Paulus Freherus (Adamum exſcribens) *in Theatro Eruditorum p.* 1008., J. Franc. Buddæus *T. I. Lexici Hiſtorici p.* 408., & Jac. a Mellen *in Notitia Majorum ſuorum p. 55. 56. 57.*

Conf. de illo Nath. Chytræum *in Præfat. Deliciarum Itinerum Europæorum*, Melch. Junium l.c. Melch. Adamum *in Vitis Theol. Germ. p. 685.*, Magnum Pegelium, Med. D. & Math. Prof. Roſtoch., *in Or. de vita activa & contemplativa*, Roſtochii A. 1594. *in* 4. edita, ipſiqve inſcripta, Pet. Lindebergium *L. 5. Chron. Roſtoch.*, *c.* 11., *p.* 172., & Frid. Thomæ *in Append. Analectorum Güſtrovienſium p. 77. 78.*

Joh. Caſelii XIII. ad eum Epiſtolæ, ab A. 1584. ad 1588. ſcriptæ, inter *Epiſtolas* illius *Roſtochienſes*, ab Henr. Vagetio Hamb. A. 1641. *in 8.* editas, prodierunt, duæ autem, A. 1598. & 1613. exaratæ, ab Henr. Ernſtio (teſte ejus *Catalogo Scriptorum Caſelii p. 6. 23.*), & tres aliæ αὐτόγραφοι, mihiqve viſæ, a Marqv. Gudio, aſſervabantur. Qvarum una tantum, de turbis Brunſvicenſibus, Helmſtadii d. 14. Apr. A. 1606. ſcripta, in Gudianarum, Ultraj. A. 1697. publicatarum, *Appendice*, *num.* 194., *p.* 266. 267. 268., locum invenit.

ELOGIA.

Ern. Cohtmannus, Cancellarius Megapol., *l. c.* ita de illo: *Jac. Bordingus fuit organum divinarum actionum, verbum Dei optimum conſiliarium & lucernam pedibus ſuis conſtituit, Deum mentis ſuæ opulentiam veram cenſuit, in officio ad miraculum diligens & ſedulus, in juribus Ducum Megap. tuendis, & in privilegiis Acad. conſervandis, cæterisqve rebus agendis, fortis & magnus, in dictis & factis ſincerus, prudens & verax, in audiendis læſis & preſſis facilis & humanus, in ſermone placidus, in amicitia conſtans, in moribus gravis ac ſvavis, in juſtitiæ adminiſtratione munera deteſtabatur. - - - Deniqve, ut alia mittam, omnium vitiorum, & inprimis adulationis, ſuperbiæ, avaritiæ & invidiæ, hoſtis acerrimus.*

Joh. Chriſtoph. a Jasmund, Eqv. & Conſil. Megapol., *in Or. Gratul. ad Adolphum Fridericum & Joh. Albertum, Duces Megapolitanos*, Gryphisw. A. 1609. edita, hisce verbis (*teſte Kirchmanno l. c. p.* 51. 52.) ſuperſtitem commendavit: *In aula Ulrici Principem obtinuit locum Jac. Bordingus, Cancellarius, nunc Conſul Lubec. digniſſimus, maxime omnium, qvos cognovimus, bonus JCtus & Politicus, integritate & fide in omnem Megapolitanam rem conſpicuus, Servio Sulpitio non abſimilis. Neqve enim ille magis Juris conſultus, qvam juſtitiæ, fuit. Itaqve, qvæ proficiſcebantur a legibus & jure civili, ſemper ad facilitatem æqvitatemqve referebat. Neqve inſtituere litium actiones malebat, qvam controverſias tollere. Cujus viri in conſiliis ac factis, nec nimium, nec parum, unqvam fuit animadverſum. Igitur ſummis & infimis æqve gratus.*

Joh. Caſelius, *Ep. 87. Roſtochienſi*, ita eum A. 1588. compellavit: *Magnum geris munus, primarium & omnium primum, neqve non eidem par es. Nemo enim in te deſiderat doctrinam, integritatem, induſtriam, qvibus iſta, nec paucioribus, recte adminiſtrantur.*

Joh. Kirchmanno *in Or. Funebri* (laudibus ejus ſcatente) *p.* 19. 48., *Flos* audit *illibatus populi, Svadæqve medulla, qvem Senatus Lubec. columen, & totius urbis qvaſi fulcrum, fuiſſe, livor ipſe fatetur.*

Georg. Remo, Reip. Norib. Conſiliario, *in Ep. ad Kirchmannum* (*in Append. Gudianarum, n.* 132., *p.* 215., obvia), *magnum Reip. Lubec. ornamentum, vir omni laude major, Politicus & JCtus excellens, Conſul, qvo Lubeca merito gloriatur, & fortunatam natam ſe hoc Conſule jactat, Neſtor alter, Neſtorea a Kirchmanno commendatus facundia.*

Jano Grutero, *in Ep. ad Kirchmannum* (*ibid. n.* 121., *p.* 205.), *Vir perpetua vita dignus, & amicus ſuus non e multis.*

Chriſtoph. Sturzio, Prof. Roſtochienſi (*in Or. Fun. de Dav. Chytræo, lit. D. 2. b.*), *Vir magni conſilii, integerrimi animi & acerrimi judicii, vere κοινὸν ἀγαθὸν Academiæ & Provinciæ Megapolitanæ.*

Thomæ Lindemanno, JCto Roſtoch. (*in Progr. de Vita Marci Haſſæi, L. Hebr. Prof.*), *Politicorum bonorum Phœnix.*

Melch. Adamo (*in Vitis JCtorum p.* 487. 488.) *Politicus qvidem excellens, ſed religionis tamen ſtudio nemini ſecundus, & Sulpitius Megapolitanus.*

Alb. Wichgrevio (in Carmine, qvo ei *Centuriam I. Anagrammatum* A. 1602. inſcripſit) *Teutonicæ decus, flos primus Lubecæ, gregisqve Pierii ductor & tutor inclytus.*

Jac. Stolterfohtio (*in Or. Fun. de Joh. Kirchmanno*) *Vir non niſi publico commodo natus.*

SCRIPTA.

Ex his mihi tantum innotuerunt:

Reſponſum qvoddam Juris, in Ern. Cohtmanni *Reſponſis Academicis*, *num.* 22., obvium, qvod Caſp. Thurmannus, *in Biblioth. Acad. p.* 110., allegat.

Duæ ad Joh. Kirchmannum Epiſtolæ, qvas αὐτογράφους in Biblioth. Gudiana olim inſpexi.

LAURENTIUS BORDINGUS, Ripenſis, Chriſtiani, Medici urbani, Filius, Andreæ autem (paullo ante *celebrati*) germanus, Paſtor in patriæ vicinia Uldborgenſis & Roſtedenſis, Nomarchiæqve Uldborgenſis Præpoſitus, Poeta (teſte Pet. Terpagrio) excellens, atqve in fingendis pingendisqve Emblematis ingenioſiſſimus, qvem Ol. Wormius, *Monumentorum Danicorum* (Hafniæ A. 1643. *in fol.* editorum) *Libro V.*, *p.* 439., *Juvenem ingenuum*, *ut ſacrarum literarum, ita rerum naturalium, ſtudioſiſſimum, picturæ etiam haud imperitum*, appellavit.

VI. Monumenta Diœceſeos Ripenſis vetuſta, literis exſculpta Runicis, ab eo collecta, ſibiqve transmiſſa, Ol. Wormius, l. c. p. 439 - 449., cum ſuo exhibet Commentario.

Ex

(1.) V. *Chronicon Lubecenſe Kirchringio-Mollerianum p.* 287. 292. (2.) Inſcriptionem iſtam exhibet Jac. a Mellen *in Notitia Majorum p.* 56. (3.) in Fragmento Epiſtolæ, a Kirchmanno *Orationi funebri p.* 50 51. ſubjuncto, Conf. Th. Crenii *P. XI. Animadv. c.* 2., *p.* 137.

Ex ἀνεκδότοις ejus, Filius atqve Succeſſor Emblemata varia, egregie delineata, Pet. Terpagrius autem, Theol. Lector Ripenſis, Odas ac Cantiones ſacras Danicas, editioni deſtinatas, aſſervat.

(Probe diſtingvendus hic noſter eſt a Laur. Bordingo, Jani Filio, Aarhuſienſi, Hiſtoriarum in Acad. Daniæ Sorana, circa A. 1652., Profeſſore, & Theologiæ deinceps in Gymnaſio Jutiæ Aarhuſienſi Lectore, d. 30. Apr. A. 1677., æt. 68., defuncto, *Diſſertationis de utraqve Hiſtoria recte legenda ac intelligenda*, Soræ A. 1652. *in 4.* excuſæ, Autore, de qvo *Index Biblioth. Reſenianæ tertius*, Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p. 95.*, & Henn. Wittenii *Appendix Tomi I. Diar. Biogr., ad A. 1677.*, poſſunt conſuli.)

JOHANNES GODOFREDUS BORGEHLIUS, Lubecenſis, D. Joh. Borgehlii, Poliatri, ex Anna Eliſabetha, D. Gothofr. Acidalii, Archiatri Elect. Brandeburgici & Holſato-Plönenſis, gnata, Filius, d. 18. Jan. A. 1672. natus, literis in ſchola patria, Philoſophiæ autem & arti Medicæ, ab A. 1692., in Academiis Jenenſi ac Lugduno-Batava, vacavit, & in poſteriori A. 1695. Doctoris obtinuit titulum. Ex itinere deinceps per Belgium, Italiam & Germaniam, literario in patriam redux, praxin A. 1698. exorſus eſt Medicam, hujusqve Poliater d. 18. Maji A. 1718. conſtitutus, A. C. 1720., ac ætatis 49., die 12. Apr., in conjugio ſterili, ἄπαις obiit. V. Joh. Henr. a Seelen *Programma de vita ejus funebre, & Partem III. Athen. Lubec. p. 194-197.*, ac M. Mart. Chriſt. Göldelii, Conrect. Lubec., Memoriam illius Germanicam.

Diſp. Inaug. de Sterilitate. Lugd. Bat. 1696. in 4.

COSMUS BORNEMANN, Philippi Julii, Chriſtiani IV. & Friderici III., Regum Daniæ, Secretarii Germanici, Canoniciqve Roeſchildenſis & Londinenſis, ex Hedwige Zoega, Filius, Henrici autem, Doctoris & Profeſſoris Theologi Hafnienſis, Seelandiæqve Epiſcopi, & M. Joh. Adolphi, Paſtoris ac Præpoſiti Hafnienſis Mariani, Frater germanus, Hatherslebiæ Cimbrorum d. 28. Dec. A. 1637., lucem hanc cœpit intueri. Hafniæ educatus, & civibus d. 17. Maji A. 1652. adſcriptus Academicis, Baccalaurei titulum A. 1656., Brabevta avunculo, Joh. Zoega, Logices & Metaph. Profeſſore, reportavit. Roſtochium hinc eodem A. 1656. abiit, & Joh. Georg. Dorſchei, Theologi celeberrimi, fuit convictor, Hafniam autem non multo poſt, ob morbum matris fatalem, revocatus, triennio ſeqventi illic ſubſtitit, & ſedem hanc regiam, a Svecis obſeſſam, cum cæteris commilitonibus Academicis, fortiter, tyrocinio militiæ haud inglorio, defendit. Pace Daniæ reſtituta, A. 1659. Dantiſcum, & inde A. 1660. in Bataviam, cum Ordd. fœderatorum ad Danos Legatis, trajecit, luſtratisqve hujus urbibus, ſtudio Juridico Franeqveræ (ductu Joh. Jac. Wiſſenbachii, Laur. Banckii & Ulr. Huberi) annos aliqvot, Lugduni autem Batavorum æſtatem integram, impendit. Annum ſeqventem 1665., viſo in itinere Belgio Hiſpanico, in Gallia, Academiisqve illius Pariſienſi & Salmurienſi, exegit, &, per Bataviam atqve Cimbriam, M. Dec. Hafniam eſt reverſus. Iſtic, a Frid. III., Rege, tertius Academiæ Jurisconſultus, d. 21. Aug. A. 1667., primus omnium deſignabatur, &, Doctoris gradu ipſi a Collega, Petro Scavenio, M. Nov. A. 1668., collato, ejusdem, per octennium, ſimul fuit Secretarius, & A. 1684. ac 1689. Rector. Muneri huic Profeſſorio Chriſt. V., Daniæ Monarcha, Præfecturam Bibliothecæ Academicæ vicariam A. 1670., & primariam, poſt Ol. Borrichii obitum, A. 1689., urbis Hafnienſis Conſulatum A. 1684., locumqve in tribunali ſupremo A. 1685., adjecit, & in Cancellariæ Collegio ſibi tandem A. 1689. eum voluit eſſe a conſiliis. Paralyſi demum interna oppreſſus, d. 3. Sept. A. 1692., æt. 55., deceſſit, duosqve nobilioris & totidem ſeqvioris ſexus liberos, e Dorothea, Ol. Wormii, Prof. Medici celeberrimi, filia, d. 7. Oct. A. 1668. ducta, ſuſceptos, reliqvit ſuperſtites. Plura de Vita ejus ſuggeret Programma Funebre D. Caſp. Bartholini Jun., Prof. Medici Hafnienſis, cui *Vir* audit *bono publico natus & educatus, qvem ſummæ ornabant virtutes, & omnes decorabant Gratiæ, virtutum amator, malorum hoſtis acerimus, Academiæ decus, curiæ fulcrum, pauperum columen, afflictorum ſolatium, verus Aſtrææ antiſtes, ſerius Minervæ cultor, &, qvod omnia momenta ſuperat, æterni Numinis fidus amator.*

Conf. de illo Thomæ Bartholini Sen. *Diſſ. VI. de legendis Libris p. 205.*, Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 664.*, & Alb. Thuræ *Ideam Hiſt. lit. Dan. p. 158. 159.*

Diſp. Hiſtorico-Politica de Oſtraciſmo, Præſide D. Ulr. Hubero. Franeqveræ 1663. in 4.

Diſp. Inaug. Juridica de Hæreditate peregrinorum. Hafniæ 1668. in 4.

Myrtus Academica, Carolo, Principi Electorali, & Comiti Palatino ad Rhenum, Wilhelminam Erneſtinam, Friderici III., Danorum Regis, filiam, ducenti, ad thalami ipſius fores erecta, ſeu Oratio in nuptias illius Panegyrica. Hafniæ 1672. *in fol.*

DANIEL BORNEMANN, Oppidi Eckernfördenſis, circa A. 1656., Diaconus, & deinde, ab A. 1699., Paſtor.

Par Soliloqviorum, ein paar Seelengeſpräche, oder Leichpredigt über J. Margareta Lucia Brocktorfinn, aus Pſ. CXVI. 7. 8. 9. Slesvigæ 1656. in 4.

BOECKELIUS PAULUS BORNEFELD, Lubecenſis, poſtqvam Lipſiæ, Witebergæ, Roſtochii, Altorfii, Tubingæ & Jenæ, ſtudiis incubuerat, in Sileſiam delatus, & Caroli Friderici ac Chriſtiani Ulrici, Ducum Würtenbergico-Oelsnenſium Juniorum, circa A. 1704., qvo in Academiam illi migrabant Viadrinam, Aulæ ſupremus factus Magiſter (l).

Or. Panegyrica de Leopoldi Imperatoris contra Turcas victoria, in Acad. Witeb. A. 1686. recitata. Witeb. 1686. in f.

Diſp. Juridica de Juſta ætate, Præſide D. Pet. Müllero. Jenæ 1690. in 4.

(Conf. de illo, *C. S. Schurtzfleiſchii Orationes & Allocutiones, P. II., n. 99., p. 91. 92. & T. I. Epiſt. arcan. n. 305., p. 498. 499., n. 312., p. 506. 507.*)

MATTHIAS BORNHOLT, (qvem Matthias Knutzius, Empæcta Eiderſtadienſis famoſus, *in Dialogo cauponis triumqve convivarum vernaculo*, ſcoptice *Dornholtium* appellavit), Urbis Crempenſis Archidiaconus, A. 1695. defunctus.

Leichpred. über Nicol. Woldenberg, Archidiaconum zu Crempe, aus Apoc. XIV. 13. Roſtochii 1665. in 4.

Leichenrede über Fr. Anna Sophia Kronhelminn. Rendesburgi 1681. in 4. (*Sub finem Serm. funebris D. Chriſtiani a Stöcken, eidem habiti*).

Leichpred. über M. Joh. Hudemann, Königl. Superintendenten in Holſtein, aus Gen. XXXII. 10. Glückſtadii 1685. in 4.

CLAUDIUS BORRICHIUS, in Borchenſi (a qva cognomen, una cum fratre celeberrimo, Olao, adſcivit) Diœceſeos Ripenſis Parochia, patre Olao Claudii, ejus Paſtore, natus, Parochus & ipſe, in Scanta, ab Anno circiter 1646., ruralis. V. Olai fratris Epithalamium A. 1646. ei ſcriptum, in Roſtgaardi *Deliciis Poet. Dan., T. II., p. 414 417.*

P 2 Poemata

(l.) V. *Nova Lit. Germ., M. Febr. A. 1705., p. 45.*

Poemata ejus, qvorum nullum hactenus meis se oculis obtulit, Olaus frater, *Diss. V. de Poetis p. 166.*, verbis hisce commendavit: *Huc referrem Claud. Borrichium, fratrem, Heroico, Elegis, sed inprimis Lyrico, expeditum, & cotem qvondam ingenii Beringiani, nisi eum a cura Parnassi ad Sionis delicias munus sacrum deflexisset.* Qvorum secuti fidem Lipsienses, *in Actis Erud., M. Jul. A. 1683., p. 284.*, Petrum & Claudium Borrichios, *inter Daniæ Poetas Latinos, velut stellas, effulgere,* judicarunt.

OLAUS BORRICHIUS, Olai filius & Claudii frater, a pago Diœceseos Ripensis Borchensi, in qvo primam A. 1626. lucem aspexit, cognomen itidem suum mutuatus, Ludi oppidani Hafniensis, ab A. 1650., Præceptor, per qvinqvennium, classicus, per totidem annos seqventes filiorum Joach. Gerstorffii, Ministri aulæ Regiæ Principis, moderator, eorundemqve, in itinere per Europam cultiorem literario sexennali, ab A. 1660., Ephorus, post reditum vero Philologiæ, Chemiæ & Botanices, in Acad. Hafniensi, ab A. 1666. ad obitum usqve, Professor, simulqve Collegii Philosophici, per 12. annos continuos, Decanus, Archiater regius, Medicus urbis Hafniensis felicissimus, &, ab A. 1686., Tribunalis supremi, Consistorii Cancellariæqve Regiæ, Assessor, Collegii, in eadem Academia Danica, Medicei splendidissimi fundator inclytus, calculi vesicæ ingentis cruciatibus, post exectionem frustra tentatam, summa patientia toleratis, d. 3. Oct. A. 1690., æt. 64., extinctus. De hujus Polyhistoris consummatissimi, Chemicorum ævi sui principis, Medicorum autem, Philosophorum, Philologorum, Criticorum & Poetarum, vix cuiqvam secundi, Vita, scriptis, inventis, meritis, qvæ suis eruditissimi qviqve certatim deprædicarunt elogiis, in Medicinam & literas elegantiores immortalibus, ac Certaminibus cum Ant. Deusingio, Herm. Conringio & Christoph. Cellario, literariis, fusius Tomo commentabimur ultimo. Consuli interim, præter Historiam vitæ propriæ, ab ipsomet concinnatam, ac scriptis præfixam posthumis, possunt, qvi eandem accuratius enarrarunt, Oligerus Jacobæus in *Programmate funebri*, Paulus Vindingius *in Oratione Parentali*, M. Joh. Adolphus Bornemannus *in Sermone funebri Danico*, Lipsienses *in Actis Erud., M. Jan. A. 1694., p. 32. 33., & M. Apr. A. 1697., p. 179. 180.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialogis Menstruis vernaculis, M. Nov. A. 1694., p.* 940-947., Pet. Bælius *T. I. Dictionarii Historico-Critici p. 656. 657. Edit. secundæ auctioris*, & (ut Clarmundum, similesqve Scriptores plebejos, taceam) Joh. Franc. Buddæus *T. I. Lexici Historici Germanici p.* 412. 413. Confer etiam *Hypomnemata* nostra *ad Alb. Bartholini Lib. de Script. Dan. p.* 353. 354., *& Spicilegium* (in qvo Scriptorum editorum indicem exhibuimus), his subjunctum, *p. 36-39.*

ANDREAS a BOSTEL, Hamburgensis, J. U. Lic., urbis patriæ Senator d. 21. Dec. A. 1702. electus, & d. 9. Sept. A. 1707., æt. 36., mortuus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamburg. p. 494.*

Disp. Inaug. de Legato ad pias causas jure Hamburgensium irrevocabili, *ad Art. XX. Tit. I. Part. III. Statut. Hamburg.* Lugd. Bat. 1698. in 4.

D. LUCAS a BOSTEL (qvod cognomen majores ejus, gentilitio Teufeliorum spreto, a pago natali *Bostel* adscivisse, Aug. Wigandus, vehemens ipsius, & Senatus Hamburgensis, adversarius, in Scriptis Apologeticis (1.), criminatur), Hamburgensis, Basilii, Senatoris, filius, A. 1649. d. 11. Oct. natus, patriæ, ab A. 1687. (d. 11. Jan.), Syndicus, post Legationes ad Reges Principesqve, nec non ad Panegyrin Anni 1697. Irenicam Ryswicensem, plurimas, ad Consularem, d. 26. Nov. A. 1709., evectus dignitatem; Poeta in idiomate vernaculo venustus pariter atqve argutus. V. de illo Joh. Alb. Fabricii *Epistolam* ad eum *Dedicatoriam*, iteratæ *Prodromi Historiæ Literariæ*, a Petro Lambecio scripti, editioni A. 1710. præfixam, in qva doctrinam ejus, & Poemata Germanica, hoc ornavit elogio: *Qvotacunqve pars est laudum tuarum, qvod tot gentium calles lingvas, qvod doctissimus es & eloqventissimus, totumqve moves Heliconem arguta carminum, qvæ aliud agenti tibi exciderunt, dulcedine, adeo ut urbium Silesiæ regina, qvæ illustri Præside qvondam suo Hofmanno jure merito superbit, jam in te habeat, qvod possit Hamburgo subinvidere.* Obiit d. 15. Jul. A. 1716., æt. 67. Plura de vita ejus ac laudibus suggeret Georg. Eliez. Edzardi, Prof. Hamburg., Programma funebre, A. 1723. *Volum. V. Memor. Hamburg.* J. A. Fabricii, una cum Epicediis Fabricii, Mich. Richey, &c., *p. 298-320.*, recusum.

Disp. Inauguralis *ad L. Cogitationis 18. ff de Poenis.* Lugd. Bat. 1674. in 4.

Dramata Germanica Metrica, e Lingvis Exoticis translata, ac *ἀνωνύμως*, in usum Theatri Hamburgensis, edita, e qvorum (a Menante *ψευδωνύμῳ*, ob metri inprimis facilitatem, suppresso Autoris nomine, commendatorum (2.)) numero mihi innotuerunt:

1. 2. 3. Croesus, Vespasianus & Diocletianus; e Serm. Ital. translati; *in 4.*

4. Theseus, e L. Gall. in Germ. transfusus; *in 4.*

5. Der glückliche und unglückliche Cara Mustapha, türckischer Großvezier, auß dem Frantzösischen übersetzet, in 2. Theilen. in 4. In qvo Dramate loca qvædam justo, uti censent, lasciviora, & scandalo materiam præbentia, Theologi Witebergenses, in suo de ludis Scenicis Hamburgensibus responso, A. 1692. publicato, deprehendisse sibi videntur.

BARTHOLDUS BOTSACCUS Lubecæ d. 24. April. A. 1649. natus, patrem habuit Conradum, mercatorem & Templi Cathedralis Vicarium (neutiqvam vero Joh. Botsaccum, Theologum Gedanensium celebrem, sicut Christ. Daumius (3.) falso credidit), Bartholdi, J. U. Licentiati ac Vicarii filium, matrem autem Rosinam Classeniam. A mercatura ad studia transiit (4.) & e schola patria A. 1668. in Academiam abiit Giessenam, in qva Philosophicarum pariter atqve Theologicarum scientiarum curriculum, Petri Haberkornii (soceri postea sui) & Professorum aliorum ductu feliciter est emensus. A. 1672. (qvo in Borussiam qvoqve & Daniam excurrebat) Lubecæ locum inter Alumnos Schabbelianos, & Giessæ Magistri titulum obtinuit. Ecclesiastes ibidem A. 1676., Theol. Licentiatus A. 1678., Doctor autem A. 1683. est creatus & sumtu qvidem publico urbis Brunsvicensis, cujus (postqvam ab A. 1676. Giessæ munere jam functus esset Ecclesiastico) A. 1678. electus erat Pastor Catharinæus, & A. 1683. die 12. Julii Superintendens. Brunsvico A. 1693. in Academiam Juliam, ut eodem Superintendentis, simulqve Theologi Academici munere & Coenobii Marienthalensis Præfectura fungeretur, abiturus (5.), cum Hafniam paulo post avocaretur, hanc illi prætulit & Templo Germanorum Petrino, post D. Joh. Lassenium, Pastor, (non autem officio, qvod Scriptor Anonymus (6.) falso utriqve tribuit, Protecclesiastæ regii aulici) præfectus, festoqve D. Jo. Baptistæ docendi fecit initium. In Academia simul Metropoleos istius Danicæ, jussu regio, Theologiæ Professorem ab A. 1693. egit extraordinarium & ab A. 1702. honorarium, donec A. 1709. die 16. Aprilis subito sexagenarius catarrho expiraret suffocativo. E conjuge Anna Dorothea, D. Pet. Haberkornii, Theologi Giessensis primarii, filia, A. 1676. ducta, liberos XII., sed gnatum tantum unicum, sustulit, & ex his Corneliam Magdalenam D. Zach. Grapio juniori, Professori Theologo Rostochiensi, A. 1707. superstites elocavit.

Symboli

(1.) V. den Vortrab wider den Raht zu Hamburg, & den entsetzten Vortrab, ed. A. 1696. (2.) in den Theatralischen Gedichten *p. 204. 205.* (3.) *Ep. 80. ad Joh. Frid. Hekelium p. 144.* (4.) Vid. G. H. Götzii *Addit. ad Diss. de mercatoribus eruditis* §. 8. (5.) V. ejus *Disp. I. de fide in Christo* §. 42. *p. 31.* (6.) in den heutigen Christlichen Souverainen Europæ *p. 485.*

Symboli loco hoc usus est Hemistichio: *Ut fert divina voluntas.*

Bibliothecæ ejus, satis numerosæ, Hafniæ auctione distractæ publica, Catalogus 51. quaternionum spissus ibidem A. 1709. in 4. prodiit.

Fusius Vitam ejus enarrarunt Severin. Lintrupius, in Programmate funebri Hafniensi, A. 1709., sub Christ. Reitzeri, Rectoris Academici, edito nomine, & Phil. Jul. Rietmeierus in Historia illius Germanica, Parte IV. der Braunschweigischen Kirchen-Historie c. 10. p. 696-718.

Confer de illo Christoph. Jac. Blumii Braunschweigisches Prediger Gedächtniß p. 9. 28., Hect. Gotfr. Masii, Theologi Hafniensis, *Epistolam contra Sam. Andreæ Apologeticam*, ipsi A. 1690. inscriptam, Bernh. Raupachii *Or. de utilitate itineris Danici p. 32. 33.* Jo. Henr. a Seelen, P. I. Athen. Lubec. p. 278-281., & Georg. Henr. Götzii *Specimen Bibliothecæ Anti-Pontificiæ clarorum Lubecensium p. 8. 9.* ac *Bibliothecam Anti-Calvinianam Lubecensium. §. 3. p. 5. 6. 7.*

Lipsiensibus (*in Actis Erud. M. Aug. A. 1713. p. 386.*) *Magnus* audit *Daniæ Theologus*; Joh. Fechtio (*in Lectionibus in syllogen Controversiarum, Disp. 16., p. 234.*) *Vir solidissima eruditione & singulari pietate conspicuus*; Hect. Gotfr. Masio (*l. c. p. 4.*) *Veritatis christianæ acerrimus vindex, & Athleta Christi fortissimus, in qvo cives Brunsvicenses redditum sibi esse Chemnitium merito existimant*; ac Sever. Lintrupio (*in Præfat. Supplementi L. Lat. Christ. Falsteri p. 26. 27.*) *Vir profundæ eruditionis atqve immensæ fere lectionis.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Theses miscellaneæ, pro gradu Magisterii, Præside M. Henr. Phasiano, Eloqv. Professore, propositæ. Giessæ 1672. in 4.

Vindiciæ boni transcendentalis, publica Disp. exhibitæ. Giessæ 1673. in 4.

Disp. de Μετεμψυχώσει, Resp. Hect. Gotfr. Masio (Theologo post Hafniensi), ib. 1674. 4.

Disp. de Αὐτοχειρίᾳ. Giessæ 1674. in 4. (*Exqvisitam hanc vocat Ant. Itterus in Synopsi Philos. Mor., L. 3., c. 2., p. 152.*)

Disp. de origine Animæ Christi, contra Nic. Arnoldum. Hafniæ 1694. in 4.

Vindiciæ Feurbornianæ seu Disp. Doctoralis, qva Justi Feurbornii, Theologi Giessensis, argumenta pro reali corporis & sangvinis Jesu Christi in S. Coena præsentia, ex Verbis Institutionis, & loco 1. Cor. X. 16., petita, Præside D. Phil. Lud. Hannekenio, ab exceptionibus D. Joh. Heinii, Professoris Marpurgensis, vindicantur. Giessæ 1676. in 4. Commendata ab H. G. Masio *l. c.*, Heinium illa ad silentium esse redactum gloriante.

Dispp. duæ de fide in Christo subjectiva. Hafniæ 1693. & 1694. in 4.

Disp. de Argumento Theologico, qvo, ex mutabilitate status institutionis, arguitur mutabilitas status restitutionis (*seu fidei & gratiæ Dei in renatis*), Nicol. Arnoldo, aliisqve, opposita. Hafniæ 1695. & 1708. in 4.

De formula Liturgica: *Sursum corda*, Disp. I. A. 1696., II. A. 1698., III. A. 1700., & IV. A. 1701., Hafniæ in 4. excusæ. V. de iis *Nova Lit. Lubec., M. Aug. A. 1698., p. 140., M. Mart. A. 1700., p. 84. 8., & M. Jul. A. 1701. p. 207.*

Vindiciæ Feurbornianæ, seu Disp. D. Justi Feurbornii argumenta pro reali corporis & sangvinis Christi in S. Coena præsentia, ex 1. Cor. XI. 27. 29. petita, ab exceptionibus nonneminis (*D. Joh. Heinii, Theol. Marp.*) vindicans. Hafn. 1697. in 4.

Disp. de Omnipræsentia Christi hominis, in exinanitionis statu considerata. Hafn. 1699. in 4. Recensum V. *in Nov. Lit. Lub., M. Apr. A. 1699., p.* 108. 109.

Medulla Theologiæ Moralis, seu Tr. de Irreprehensibilitate fidelium. Francof. & Lips. A. 1701. ac 1703. (*qvo titulus solus est recusus*) in 8. Recensum exhibent Lipsienses, *in Actis Erud., M. Oct. A.* 1701., *p.* 477-480., Parisienses (nimiam in Autorum citationibus ἀμεξίαν in eo notantes) *in Diario Erud. Gallico A.* 1702., *T. II., P. II., ad d. 28. Aug., p. 276.* 277. 278., & Lubecenses *in Nov. Lit., M. Nov. A.* 1701., *p.* 345-348.

Disp. de Clavibus Petri, ad illustranda loca Matth. XVI. 19., Joh. XX. 23., & affinia; cum Manipulo oppositionum adversus Autorem Lutheri ante Lutheranismum. Hafniæ 1707. in 4. Recensum V. *in Nov. Lit. Lub., M. Febr. A.* 1708., *p.* 25. 26. 27.

II. GERMANICA.

a. PROPRIA.

Der Frommen Vergnügen im Unvergnügen, oder Leichpred. über Christina Elisabetha, Hertzogin zu Braunschweig-Wolffenbüttel, aus Ps. XXXVII. 4. 5. Brunsvigæ 1681. in 4.

Die tapfere Resolution zur christlichen Beständigkeit aus Psal. LXXIII. 23. 24. ed. 1683.

Das Leben im Tode A. 1683.

Wahrer Christen Last und Rast aus Ps. XXV. 17. 18. A. 1684.

Triumphlied der gläubigen Sieger, oder Leichpr. über Herm. Mahnern, Bürgermeistern zu Braunschweig, aus Psalm. LXVIII. 20. 21. Brunsv. 1684. in 4.

Lux ex tenebris: Abendlicht, oder Denckmahl der Wahrheit des Evangelii, wie dieselbe, durch D. Mart. Lutherum, aus der Finsternis des Babstuhms wieder ans Licht ist gezogen, aus Zach. XIV. 7., in zwey Predigten, A. 1685. vorgestellet. Mit Anmerckungen. Brunsv. 1685. in 4. De hac ita Mart. Diefenbachius (in *Diss.* Götziana *de conversis Pontificiis p.* 68. allegatus) in *Homilia de Qvietismo Sanctorum Biblico*, A. 1699. edita: *Hic egregius præstantissimi Theologi liber locupletes admodum Indices complectitur Controversiarum tantum non omnium Papisticarum, adjecta singulis optimorum Autorum allegatione, qvi illas pertractarunt, ut optimo jure Catalogus Bibliothecæ Anti-Papisticæ audire qveat.*

Das gute Theil aus Ps. LXXIII. 25. 26. A. 1685.

Geistlicher Denck- und Danckaltar, oder Leichpr. über Henricum Bergmann, J. U. Lic. und Bürgermeistern zu Braunschweig, aus Gen. XXXII. 10. Brunsv. 1685. in 4.

Wunderspiel GOttes im verstecken, und des Glaubens im entdecken, oder Leichpred. über Dorothea Sophia Bergmanium, aus Hiob X. 13. Brunsv. 1685. in 4.

Das weise Hertze zur rechten, oder Leichpred. über D. Joh. Lechel, Medicum zu Braunschweig, aus Phil. III. 13. 14. Brunsv. 1686. in 4.

Hofnung aufs künftige, oder Leichpr. über M. Joh. Möring, der Schule zu S. Martini in Braunschweig Rectorem, aus Dan. XII. 2. 3. Brunsv. 1686. in 4.

GOttes gnädiges Andencken, oder Leichpr. über Joh. Herm. Hoffmann, Predigern zu S. Blasii in Braunschweig, aus Apoc. III. 10-13. Brunsv. 1687. in 4.

Die heilsame Sünden-Sorge aus Ps. XXV. 6. 7. A. 1688.

Das in der höchsten Ehre der GOtt ehrenden Ehrengedächtnis aus 2. Tim. IV. 7. 8. A. 1689.

Ruhm der zukünftigen Herlichkeit aus Apoc. VII. 14-17. A. 1690.

Unüberwindliche Liebesburg, oder Leichpr. über Hedwig Dorothea Jordaninn, Christophori Gerckens, Bürgermeisters, Ehfrau, aus Rom. VIII. 38. 39. ib. 1690. in 4.

Abschiedsrede aus Braunschweig, aus Act. XXI. 14. Hafniæ 1693. in 4.

Frommer Schäfferin Hirten-Trost aus Pf. XXIII. 1. 2. 3. A. 1693.

Die Freude über dem besten Kleide aus Ef. LXI. 10. A. 1693.

Geistliche Kaufmannschaft, oder VIII. Predigten über den H. Catechismum, nebst III. Predigten vom allerredelsten Gewinne, über Phil. III. 7. 8. Brunsv. 1696. in 8.

Persöhnliche Hochzeit des Sohnes GOttes, aus dem Evang. am XX. Sontage nach Trinit. Hafniæ 1697 in 4.

Die Sünde in den H. Geist, in 4. Predigten erläutert. Brunsv. 1702. in 8.

Commonitorium triplex, Evangelicum, Epistolicum, Catecheticum, de fugiendo Papismo, oder Warnung für dem Pabstuhm, in unterschiedlichen Predigten vorgetragen, und mit vielen Anmerckungen, sonderlich die Historie der Lutherschen Reformation in Dennemarck betreffend, erläutert. Brunsvici 1703. in 8. Commendatur a G. H. Götzio *in Diss. de conversis Pontificiis p. 68.*

Unverwerfliche Zeugen der Wahrheit über die Frage: Ob ein bestalter Prediger, wenn er, bey seiner Gemeine, eines und anderes, nach seinem Kopffe, nicht mögen erhalten, ohne gesuchte dimission und anderwertige vocation, unvermuthlich dürffe seiner ordentlichen Predigt eine Valetrede anhängen, gleich darauf aus der Stadt und dem gantzen Reiche ziehen, und also sein Ampt gäntzlich niederlegen und davon lauffen? zum Unterrichte der Einfältigen, und Gewissenswecker des flüchtigen, zusammengetragen. A. 1703. in 4. Scheda, Sigism. Wilh. Toppio, Collegæ, qvi hoc pacto officium Hafniense deseruerat, ἀνωνύμως opposita, deductionem facti uberiorem, sub finem, promittens, de qva *V. Nova Lit. Lub., M. Jun. A. 1703., p. 136.* Vindicata est, contra Toppii Apologiam, scripto alio ἀδεσπότῳ, sub hoc titulo A. 1703. *in 4.* excuso: Sig. Wilh. Toppii Einwürffe wieder die unverwerfliche Zeugen der Wahrheit, verworffen durch M. C. T. H. K. L. Vide eadem *Nova, M. Aug. A. 1703., p. 186.* Huc qvoqve pertinet M. C. T. H. K. L. Sendschreiben, betreffend den An- und Abzug Sigism. Wilh. Toppii an der teutschen Kirche S. Petri in Kopenhagen ed. A. 1703. in 4. cui eodem A. 1703. in 4. a Toppio opposita est höchstabgenöthigte Ehrenrettung wieder das Sendschreiben des Mitgliedes der teutschen Kirche S. Petri, betreffend seinen An- und Abzug von Kopenhagen.

Catechesis, sermone Germanico edita, sub titulo eines teutschen Schrift-Catechismi. Brunsvici A. 1689. & Hafniæ A. 1695.

β. ALIENA, ab eo cum Præfationibus suis edita.

Johannis Boys, Th. D., Pastoris und Decani im Ertzstifte Kantelberg, Stern und Kern aller Sontags- und Fest-Evangelien und Episteln, durchs gantze Jahr, aus der Englischen Sprache verdeutschet; Mit seiner Vorrede von des Autoris Methodo und Lobe. Brunsvici 1683. & (*Juxta Catal. Nund.*) 1706. in 4.

Ejusdem Boysii Schrift-Laterne, angezündet bey Erklärung unterschiedlicher absonderlicher Biblischen Sprüche, aus dem Englischen verdeutschet; Mit seiner Vorrede, darinn die Calvinische und andere Irrthümer des Autoris wiederleget werden. Brunsvici 1685. in 4. (Versionum utriusqve scripti Boysiani ipsarum Autor esse fertur Christoph. Jastram, Lubecensis, Scholæ Ægidianæ Brunsvicensis Rector.)

Casp. Crusii, Fürstl. Braunschweigischen Hofpredigers, und Inspectoris der Kirchen in der Stadt Braunschweig, Templum honoris Justorum Brunsvicensium, oder Braunschweigische Leichpredigten, von D. B. Botsacco, mit seiner Vorrede, und über den Autorem, aus Pf. LXXIII. 23. 24., von tapferer Resolution zur Christlichen Beständigkeit, gehaltenen Leichpredigt, ausgegeben. Brunsvici 1687. in 4.

SCRIPTA INEDITA.

Auctaria & Supplementa Moralium Gedanensium D. Joh. Botsacci, Theologi Gedanensis, ab Autore relicta, & ab ipso editioni 1500. Imperalium Pretio, uti fertur, oblata.

Scripta complura Polemica, qvæ Hect. Gotfr. Masius (*in Epist. supra allegata p. 4.*) sibi esse visa testatur, ob ἀκρίβειαν commendat, & Orthodoxiæ, si edantur, multum esse profutura judicat.

Ineditorum ac promissorum numerum augebunt seqventia, a Riethmeiero, *l. c. p. 708. 709. 716.*, indicata:

1. Moralia Brunsvico-Hafniensia, ab ipso collecta, qvibus D. Joh. Botsacci, cognati sui, Auctaria & Supplementa Moralium suorum Gedanensium, e MSto, adjungere decreverat. Commendavit hæc, & editionem illorum optavit, sed eam, post fata Autoris, ob ταχυγραφίαν ipsi familiarem, & compendiariam excerpendi rationem, haud facile sperandam esse monuit, Sever. Lintrupius *in Præfat. Supplementi L. Lat. Christ. Falsteri p. 26. 27.*
2. Præcepta Hermenevticæ sacræ, in Catalogo Lectionum Acad. Juliæ A. 1693. promissa.
3. Christologia alphabetica, oder Wochen-Predigten über die in H. Schrift vorkommende, und in alphabetischer Ordnung erklärte Nahmen unseres Heylandes; de qvibus ipsius Abendlicht *p. 52.*, & Denck- und Danckaltar *p. 32.*, possunt consuli.
4. Commonitorium Catecheticum de fugiendo Calvinismo, oder Catechismus-Predigten wieder die Calvinisten.

Qvibus addantur etiam Velitationes ipsius, & D. Hect. Gothofr. Masii, Theologi Hafniensis, de Baptismo Proselytorum, & Baptismo super mortuos, epistolicæ, qvarum mentio in Bernh. Raupachii *Notis ad Or. de utilitate Itineris Danici p. 34.* occurrit.

ANDREAS BÖTTICHER, Hamburgensis, Judiciorum patriæ Procurator. Vixit Anno 1682.

Disp. Juridica de Prodigo, Jenæ A. 1648. in 4. edita, qvæ illi in D. Ott. Sperlingii Junioris *Indice Scriptorum Hamburgensium MSto* tribuitur.

HULDARICUS BÖTTICHER, Kiloniensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Usucapionibus vel Præscriptionibus, Præside D. Ern. Cohtmanno Rostochii 1611. in 4.

Oda prolixa Alcaica, *Tomo I. Operum Theolog.* D. Phil. Nicolai, Hamb. A. 1617. in f. edito, præfixa.

MARTINUS BÖTTIGER, Gymnastices in urbe Hamburgensi Magister.

Neue Frisier-Trenchier- und Obstschneidekunst. Hamb. 1687. in forma obl.

JOHANNES BOUKIUS, Hamburgensis, J. U. D., Ædis initio in patria Cathedralis Canonicus, simulqve Senatus Urbani, ab 1556. (1.), Syndicus, deinde vero Ducum Megapolitanorum Consiliarus, Academiæqve Rostochiensis, circa A. 1560. (qvo Controversiæ, inter D. Joh. Draconiten, Theologum, & Ecclesiastas urbanos enatæ, cognitio ei, Dav. Chytræo, ac aliis, a Principibus est commissa (2.), Antecessor Ordinarius, & A. 1564. Rector, post uxorem, Gertrudem ab Holten, & liberos qvatuor, Rostochii A. 1565., aliqvot hebdomadum spatio, lue sibi ereptos pestifera

(1.) ut

(1.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamb. p. 440.* (2.) V. Nicol. Gryfii *Vitam Joach. Sluteri, ad A. 1560.*

(1.), ut luctum acerbissimum qvotidiana cognatorum, veterumqve amicorum, consvetudine levaret, Hammopolin suam repetiit, & in illa A. 1571. adhuc fuit superstes.

Programmata V., in Academiæ Rostochiensis Rectoratu A. 1564. ab eo proposita, & a Joh. Possello Sen. *Parti II. Scriptorum publicorum Rostochiensium*, junctim a se Rostochii A. 1567. *in 8.* editorum, *fol. 294-330.*, inserta.

Orationes duæ de autoritate & officio Magistratus, recitatæ, cum magistratum Scholasticum Rostochii A. 1564. gereret, qvarum altera explicatur populariter *Cap. Regum 23. Qv. 5.* Adjiciuntur Intimationes & Epicedia in obitum carissimæ Conjugis & qvatuor liberorum Autoris, scripta a Joh. Bocero, cum Præfatione ad Henricum, Archiep. Bremensem. Francof. 1571. in 4.

Tres Epistolæ ad D. Paulum ab Eitzen, Superint. Holsaticum, A. 1560. 1567. & 1568. scriptæ, qvas in Volumine Epistolarum ad hunc olim legi ἀνεκδότους.

MICHAEL BOYE, Wilstriensis, patriæ Archidiaconus.

Stand- und Lobrede, bey der Leichbegängniß Fr. Margaretæ Johannæ Rhederinn, D. Joh. Matthiæ Sommers Ehelieb-sten. Gluckstadii 1684. in 4.

JOH. CHRISTOPHORUS BOYTIN, Holsatus, J. U. D. & Practicus, circa A. 1684., Hamburgensis, circa A. 1701. vero (*teste Lehmanno in Append. Hamb. Lit. A. 1701., p. 48.*) Itzehoensis, & deinde, circa A. 1716., iterum Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Jure detractionis & emigrationis. Lugd. Bat. 1676. in 4.

Discursus Juridicus de Mero Imperio. Hamb. 1678. in 4.

Delibata ex Politicis & Jure: 1. de Principe, ejusqve Consiliariis; 2. de Imploratione nobilis officii Judicis. Hamb. 1706. in 4.

HENRICUS BRAKERUS Flensburgensis, ex pædagogo illustris Marqvardi Gudii, Præceptor scholæ patriæ ab A. 1690. infimus, biennio post, officio isto abdicato, Berolinum, in Theologi clarissimi. D. Phil. Jac. Speneri, convictum domesticum, ut hoc duce in Theologia vera ac practica proficeret, concessit. A qvo, & Sandhagio, Antistite Holsatico, cum opiniones, Theologis plerisqve Lutheranis invisas (de Regno Millenario, fatisqve melioribus Ecclesiæ, Judæorum atqve Ethnicorum conversione insigni atqve catholica, Novaqve Babylonis Romanæ ruina, etiamnum imminentibus), hausisset, ob istas post reditum in patriam A. 1694. Chiliasmi, in Augustana Confessione improbati, & Pietismi, qvem inepte vocant, Fanatici, a suspiciosis qvibusdam insimulatus, coram D. Josva Schwartzio, Superint. Regio, in Collatione de plerisqve Controversiis Pietisticis Epistolica, privatim, publice autem coram Synodo Rendesburgensi, M. Sept. A. 1695. & 1696. se purgavit, nec multo post istis etiam opinionibus misit nuncium. A. 1699. die 18. Julii Ecclesiæ in patria Nicolaitanæ electus est symmystes, A. 1703. d. 13. Octob. ejusdem Diaconus, A. 1707. autem d. 15. Julii Pastor.

Qvomodo collegas suos Flensburgenses aliosqve heterodoxiæ temere insimularit V. relatum in Ott. Laur. Strandigeri Briefe an Joh. Trellundium *p. 8.*

Transitum ejus a Pietistis ad horum adversarios subitum satyrice describit & exagitat Autor Anonymus *Strigilis Schwartzianæ* A. 1705. Germanice in 4. editæ *p. 14. 15. 16. 17.*

Qvomodo officio sacro per matrimonium cum antecessoris filia, qvod amico tanqvam illicitum dissuaserat, sit potitus V. Joh. Moscheroschi *Asinum percussum p. 21. 22.*

Invectivas in turbulentam ejus indolem, zelum præcipitem turbasqve varias Ecclesiasticas, πολυπραγμοσύνη sua & temeraria contendendi, collegasqve & alios errorum falso accusandi, libidine in patria ab illo excitatas V. in Ott. Laur. Strandigeri, Adversarii Separatistæ, Confessionis vernaculæ A. 1708. in 8. editæ (Bekentnisses vom Kirchlichem so genantem Gottesdienste im Lutherthum) *Ep. dedic. p. 10. 11. 12. 21.*, in ipsa Confessione *p. 5.*, in Epistola ad Brakerum, d. 29. Aug. A. 1707. scripta, illius Ἐξήγησιν publicam Periochæ Evangelicæ (Dominica VII. post Festum Trinitatis) Matth. VII. 15-23. refutante, Confessioni *p. 142-176.* subjuncta (in primis *p. 142. 153. 167. 168. 172. 173. 175. 176.*), ac in Epistolis tandem ad Mich. Gerkenium, huic adjectis, *p. 179. 193. 194. 195. 196. 197. 207. 209. 214.*

Elogium Bibliothecæ ejus locupletis V. in Alb. Thuræ *Idea Hist. Lit. Dan. p. 234. 235.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Responsa ejus ad qvæstiones de controversiis modernis Chiliastico-Pietisticis, sibi a Georg. Stuhrio, Ecclesiaste Flensburgensi, & D. Josua Schwartzio, Superint. Cimbriæ Regiæ, propositas, per Epistolam d. 8. Jul. A. 1695. reposita, cum Schwartzii de illis Censura prolixa, ipsi in synodo Rendesburgensi, die 2. & 3. Septembris A. 1695., prælecta, Responsa item illius ad hanc ulteriora, tum illic viva voce, tum in literis ad Consistorium Flensburgense, die 3. Jun. A. 1696., reddita, Epistolæqve binæ ad Schwartzium argumenti cognati, d. 26. Nov. A. 1696. & die 21. Jan. A. 1697. exaratæ, in qvibus opiniones suas retractavit, Germanice (sub tit. Einer Theologischen Handlung, etliche Chiliastische Lehren betreffend) occurrunt in D. Josuæ Schwartzii gründlicher Wiederlegung der Chiliastischen Außlegung des VII. Cap. Michæ, Casp. Herm. Sandhagens, ed. Glückst. A. 1697. in 4., sub finem, p. 136-196., in append. peculiari.

Billiges Lob des H. Ehestandes (Oda prolixa haud inelegans in nuptias Henr. Strickeri, Senatoris Flensburgensis). Slesv. 1698. *fol.*

Die seelige Entkleidung; oder Ode über den Tod Frau Catharinæ Mariæ Lobetantzin. Schleßwig 1699. *fol.*

Odæ qvinqve sacræ Germanicæ seorsim excusæ. Flensburgi 1704. 8.

II. ALIENA, *qvæ recudi curavit.*

M. Frid. Damii abgedrungene Relation des Colloqvii mit denen von Flenßburg entwichenen Enthusiasten. Flensburgi 1706. 8.

Decades IV. Epistolarum de Syncretismo hodierno damnabili & noxio, occasione controversiæ, D. Christ. Grossio per Josuam Schwartzium motæ, ab A. 1661. ad 1665. a Theologis doctissimis scriptarum & Zirickseæ A. 1664. & 1665. excusarum, Decade qvinta e Scriniis Schwartzii a se auctæ. Flensb. 1706. 8. & (titulo tantum immutato) Hamb. 1710. 8.

Friderici IV., Königes in Dännemarck Ernstliches Edict wieder die heimliche Zusammenkünfte und gottlose Irr-Lehren der Pietisten, A. 1706. publicirt; abermahl von ihm mit einer Zuschrift an L. Theod. Dassovium außgegeben. Flensb. 1711. 4.

Q 2 INEDITA.

(1.) V. Programmata funebria, & Epicedia, cum Joh. Boceri, *Orationibus* nostri subjecta, tum Joh. Posselii Sen., *Parte II. Scriptorum Rostochiensium, p. 354-358.*, obvia, & confer Joh. Boceri Carmen in Legationem ejus anni 1564. Polonicam, *Libro IV. Carm. sacr. f. M. 2* insertum.

INEDITA.

Vidi Syllogen ineditam Poematum ejus vernaculorum juvenilium, elegantium & luce publica non indignorum.

Gegen-Anmerckungen wieder einiger so genanten Diener des Worts Anmerckungen, worinnen dieser, D. Henr. Muhlens Chiliasmum zu behaupten, weiter außgesprengte falsche Lehren, unwahre Berichte und böse Auflagen gezeiget werden. Flensburgi 4. Promissæ in *Catal. Nund. Lips. A. 1706. vern. p. 53.* Scriptum maledicum, styloqve plane ἀϑεολόγῳ, & perpetuis λογομαχίαις atqve sarcasmis scatente, concinnatum, e cujus Partibus III., primæ tantum Sectionis Partis I. capita tria, cum qvarti initio, A. 1707. ineunte, 27. plagulis erant excusa, cum illud, impressione sufflaminata, supprimeretur. Scripti hujus Prolegomena, jam anteqvam prodiret, stylo satis mordaci confutata sunt

I. von einem friedliebenden Vertheidiger der Wahrheit in der Nohtdringenden Antrede an D. Josuam Schwartz, wegen des offenbahren Unrechts, so derselbe, theils durch ärgerliche Anhebung einer unnöthigen Controvers mit D. Henr. Muhlio, theils durch deren Erneurung mit H. Brackers Läster- und Zanckschrifft begangen. Slesvigæ A. 1707. 4. edita, tum alibi, tum inprimis p. 1-5. 92. 93-97. 101-112. 116.

II. a Joh. Moscheroschio Ψευδωνύμῳ, Vindice Strigilis suæ Schwarzianæ contra Brakeri præfationem amarulento, in *Asino Percusso* oder dem wegen seines zuweit aufgethanen Läster-Maules unter dem Bilde eines Esels nach Würden abgeprügelten Henr. Brakern, scripto Satyrico famoso, A. 1707. 4. publicato, & a Val. Ern. Löschero, una cum priori, in den Unschuld. Nachrichten, Sect. VII., A. 1708. p. 431. 432. memorato.

Adulatoriam in laudes ejus Digressionem Joh. Henr. a Seelen A. 1717. *Commentationi suæ de Vita Joh. Christoph. Wolfii p. 49.* attexuit, ediqve in ista optavit seqventia illius ἀνέκδοτα:

1. Documenta Theologica, qvibusdam non levis momenti controversiis, præsertim Holsaticis, lucem allatura.
2. Annotationes in Sacram Scripturam, potissimum ex Autoribus profanis.
3. Observationes in Aristophanem & Svidam Küsteri, Philostratos Olearii, Horatium Bentleji, aliosqve Autores veteres.
4. Supplementa ad Lamb. Bos Mysterium Ellipseos Græcæ.
5. Tr. affectum de Baptismo Infantum.
6. Carmina Græca, Latina, Germanica.

De Supplemento ejus Lexicorum Græcorum e Scriptoribus Ecclesiasticis affecto V. Alb. Thuræ *Ideam Hist. Lit. Dan. p. 329.*

CANUTUS BRAMTIUS, Andreæ (Stubkopiæ in Dania A. 1539. mortui, & in *Næniis p. 23.* laudati) Filius, Hatherslebiensis, Parochus ruralis in Diœcesi patriæ Osbyensis.

Epithalamium in nuptias M. Joh. Thomæ Ripensis, Past. Hafniensis. Hafniæ 1563. in 4.

Næniæ in obitum Virorum Academiæ Hafniensis celebrium, aliorumqve amicorum suorum, M. Georg. Boethio, Superintendenti, inscriptæ. Witebergæ 1569. in 4.

ADAMUS BRAND (qvem *Adamum Isbrandum* Christ. Gryphius (1.), cum Legato eum, cujus comitatum auxit, Rustico confundens, perperam appellat), Lubecensis, juvenis ex urbe patria, mercaturæ causa, Moscoviam profectus, illic Lingvæ Russicæ, Eberhardi vero Isebrandi, magni Moscorum Ducis in Chinam Legati, Comes in itinere isto A. 1692. ac triennio seqventi, præcipuus, Persicæ, Tartaricæ ac Sinicæ insignem sibi paravit peritiam. Lubecam ex isto redux, mercatorum patriæ, per annos aliqvot fuit haud infimus, & a G. H. Götzio (2.) eruditis annumeratus; qvem Russi, teste Gotfr. Gvilhelmo Leibnitio (3.) Anno 1697. ad novum iter Chinense, Principis sui suscipiendum auspiciis, invitarunt. Inde vero a Friderico III., Rege Prussico, in aulam suam evocatus, illi, Berolini pariter atqve Regiomonti, a Commerciorum erat consiliis, imo Legationi ab eodem destinabatur Persicæ, qvam, omnibus, huic necessariis, jam præparatis, mors Regis augustissimi, A. 1713. extincti, impedivit. V. Pauli Jac. Marpergeri (ob scientiarum variarum, lingvarumqve Orientis complurium, eum commendantis peritiam) Erstes Hundert gelahrter Kauffleute, *num. 9., p. 27. 28. 29.* Ubi is non tantum Itinerarium illius Orientale sive Chinense, ab Autore auctum, suaqve præfatione de Itinerum in Orientem, ab Europæis susceptorum, fructu ornatum, sub prælo jam sudare retulit, sed aliud etiam argumenti similis scriptum a Brandio verbis jussit expectari seqventibus. Er arbeitet zu Königsberg in Preussen aufs neue an einigen curieusen Observationibus, die er seiter dem, aus einigen sicheren Memorialen eines seiner damahligen Reißgefährten auf besagter Chinesischen Reise gezogen, um solche gleichfals mit einem annehmlichen Commentario der gelehrten Welt mitzutheilen.

Descriptio itineris sui Sinici Latina brevior, a Gotfr. Gvilh. Leibnitio, *in Novissimis Sinicis*, A. 1697. *in 8.* excusis, *p. 164-168.*, publicata.

Orientalische Reise, oder selbsterfahrne Nachricht dessen, was sich, bey der Czaarischen Gesandschaft nach China, so, A. 1692. 1693. 1694. und 1695., durch den Ambassadeur Eberhard Isbrand (von Glückstatt bürtig), über Rußland, Groß Ustiga, Siberien, Dauren, und die Mongulsche Tartarey, geschehen, hat begeben. Hamburgi 1698. in 12. & Lub. 1723. sub tit.: Neuvermehrte Beschreibung der grossen Chinesischen Reise ad qvam edit., ni fallor, Marpergeri verba respiciunt. Versiones Itinerarii hujus Legationis in Chinam Russicæ Germanici prodierunt:

1. Belgica, Tielæ A. 1698. in 8.
2. Gallica, Nicol. Witsenii, Consulis Amstelodamensis, Tabula itineris Legationis istius Geographica, & Anonymi Epistola de statu Moscoviæ præsenti, aucta, Amstelod. 1699. in 8.
3. Anglica, in Syntagmate Hodoeporicorum (*the Collection of Voyages*), Londini A. 1704. *in fol.* excuso, *Vol. II.*, sicut Lipsienses (*in Actis Erud. A. 1705. p. 154.*) testantur, obvia.

Recensus ejus exhibuerunt, e textu Germanico Wilh. Ern. Tenzelius, *in Dialogis Menstr. Germ., M. Apr. A. 1698., p. 350-361.*, e Versione Belgica Pet. Rabus im Boekzaal *Europæ, M. Sept. & Oct. A. 1698., p. 306-316.*, e Gallica autem Cousinus *Ephem. 33. Erud. Gall. A. 1699., p. 634-644.*, & Jac. Bernhardus *in Novis Reip. Lit. Gallicis, M. Febr. A. 1699., p. 212-222.* Commendarunt idem G. G. Leibnitius (*relationem* vocans *amplam & argumento dignam*) *in Præf. Novissimorum Sinicorum*, Lubecenses, *in Nov. Lit. Septentr., M. Jan. A. 1698., p. 16., & M. Mart. A. 1699., p. 86. 87.*, Leonh. Christoph. Sturmius (*multa* illud *notatu dignissima, & mapparum correctioni inservientia, pronuntians*) *in Tr. de nat. & constit. Math., Sect. II., c. 10., p. 286.*, & Chr. Gryphius ac G. H. Götzius *ll. cc.* Conf. de illo Corn. a Beughem *Appar. ad Hist. Lit. noviss., Consp. IV., p. 45.*

ADOLPHUS BRANDIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus. Vixit A. 1704.

Disp. Inaug. de Bancæruptoribus, Aureliæ 1684. in 4.

FRIDERI-

(1.) *in Diss. Isag. de Scr. Hist. Sec. XVII. c. 13. p. 560.* (2.) *in Diss. de Mercatoribus eruditis, §. 10. p. 10.* (3.) *in Novissimis Sinicis p. 174.*

FRIDERICUS BRANDIUS, in pago Alsiæ, Insulæ Cimbricæ, Eckensi, d. 13. Aug. A. 1632. (1.), patre Nicolao, ejus Pastore, natus, post absolutum in Gymnasio Stettinensi, & Academiis Francofurtana, Lipsiensi ac Witebergensi, studiorum curriculum (2.), Parochus primum, in Fionia, ab A. 1658., ruralis Schwendingensis ac Glorupensis, deinde vero, ab A. 167., Falstriæ Australis Præpositus, & oppidi in insula hac Danica Nicopiensis Pastor, liberis XV. e Sophia Elisabetha, M. Bonaventuræ Rehfeldii, Ecclesiarum in Ducatu Slesvicensi regiarum Superintendentis, filia, A. 1664. ducta, susceptis (3.), Anno circiter 1690. mortuus.

Confer de illo Henr. Harderi in nuptias ejus, & *Sylvam meditationum sacrarum*, Epigrammata, *Lib. II. Epigr., n. 21. 22. 23. 24., p. 248. 249. 250. Ed. Rostgaard.*, & Christoph. Hendreichii (ter eum memorantis) *Pandect. Brandeb. p. 703. 706.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Marspiter Leucoreus, Holmiæ 1655. in 4. (*V. Biblioth. Resen. p. 280.*)

Sermo, in introductione M. Sim. Petræi, Scholæ Nicopiensis Vicerectoris, habitus. Hafn. 1678. in fol.

Epicedium in obitum Henrici a Stöcken, Consiliarii & Quæstoris Regii. Hafn. 1681 in fol.

Fragmentum Epistolæ ejus, A. 1675. scriptæ, de Sandalio & lapide, *Voluminis III. Actorum Medicorum Hafniensium*, A. 1677. edito (*num. 60., p. 99. 100. 101.*), insertum.

Carmina qvædam, sparsim excusa.

II. GERMANICA.

Sylva Soliloqviorum seu Meditationum sacrarum, oder Lustwald heiliger und gottseliger Betrachtungen: Decas prima. Hamburgi 1663. in 12. Danica ejus Versio, ab Henr. Andreæ Herstadio concinnata (cui Brandii etiam *Felix permutatio*, mox memoranda, & *Minutiæ piarum cogitationum*, Centuriam versuum ac Gnomarum Latino-Danicarum exhibentes, accesserunt), Hafniæ A. 1681. in 12. prodiit. Commendatur a D. Georg. Witzlebio, Theologo Hafniensi, in *præfatione* præfixa, & Henr. Hardero, in Epigrammate eleganti, *Lib. 2. Epigr., n. 21.*, obvio.

Trostschrift an Herrn Jacob Beckern, über den Todt seiner Ehfrauen. Hafniæ 1672. in 12.

Margareta, Königinn zu Dennemarck, Norwegen und Schweden, und was sich, bey deren Regierung, merckliches zugetragen. Hafn. 1672. in 12. (*Qvod scriptum, editis in Catal. Nund. Vern. A. 1672. Lips., p. 26., annumeratum, an revera prodierit, dubito.*)

Felix permutatio: Guter Wechsel, Welt und Unruhe verlohren, Himmel und ewige Zufriedenheit gefunden; oder Leichpredigt über Joh. Frid. Branden, LL. Stud., aus Ps. CXVI. 7. 8.: Aus dem Dänischen verdeutscht. Hafniæ 1674 in 4. Danice prodiit, tum seorsim ibid. A. 1674. in 8., tum, *Sylvæ Soliloqviorum* versioni Danicæ subjecta, A. 1681. in 12.

Die allerlieblichste Wildbahn, der heilige Ehestand. Hafn. 1674. in 4.

Gläntzende Taubenflügel, oder ausführlicher Bericht vom Leben und Tode Frid. Taubmanni, Professoris zu Wittenberg. Hafniæ 1675. in 8. (*Commendatur a J. G. Eccardo* im Monatl. Auszuge aus allerhand Büchern, *M. Aug. A. 1702., p. 38.*)

Barsillai, oder Christliches Grabmahl und Ehrengedächtniß Hans Bergeshagens, eines achtzigiährigen Alten. Rostochii 1679. in fol.

Leichrede über Margareta Maria Schwartzinn, Königl. Hofmeisterinn. Hafn. 1685. in fol.

Thomæ Kingo, Bischoffen zu Odensee, Morgen- und Abendopfer, oder XIV. geistliche Gesänge, aus dem Dänischen in Deutsche Verse übersetzet. Francof. 1685. in 12. obl. Præfixa sunt Elogia Metrica Kingii ipsius, D. Christ. Kortholti, D. G. Morhofii & D. Joh. Lassenii. Qvorum ultimus, Brandium *Maronem nostrorum temporum* salutans, nimis de illo benigne judicavit.

M. JOHANNES BRANDIUS, Sünderburgensis, patre Matthia, Senatore, A. 1589. natus, e scholis patria ac Lubecensi A. 1605. Rostochium, & A. 1607. Witebergam, profectus, A. 1612. & 1613. reliqvas Germaniæ pervagatus Academias, A. 1614. in Rostochiensi Magistri ornatus titulo, ducta A. 1615. uxore Margareta Bocatia, M. Pauli Petræi, Professoris Theologi Rostochiensis, vidua, recusata vero hujus Professione, in civitatem A. 1617. reversus patriam, ejusqve confestim Ecclesiastes, & A. 1622. Pastor, electus, tandemqve d. 21. Apr. A. 1654., æt. 65., in eadem defunctus. V. Joh. Boldichii, Conc. Aul. Sünderb., *Sermonem funebrem vernaculum, e Phil. I. 24. ei habitum*, & Rostochii A. 1655. *in 4.* excusum.

Theoremata Philosophica, Præside M. Thoma Rhædo, Scoto. Rostochii 1609. in 4.

Qvæstiones aliqvot illustres de Lege naturæ & Prædicationibus inusitatis. Rost. 1614. in 4.

Disputt. IX. Physicæ. Rost. 1614. in 4.

Collegium Disputationum Metaphysicarum. Rostochii in 4.

Heptalogus Christi crucifixi, oder VIII. Predigten über die VII. Worte Christi am Creutze. Rost. 1617. in 4. (Hæ Conciones a Christoph. Hendreichio, *in Pand. Brandeb. p. 703.*, falso tribuuntur M. Joh. Brandesio, Ecclesiastæ Islebiensi, *Homiliarum de Sacramentis* vernacularum, Lipsiæ A. 1612. & 1618. editarum, Autori.)

Sors pie mortuorum optatissima, oder Leichpredigt über Lorenz Lorenzen, Rahtsherrn zu Sünderburg, aus Apoc. XIV. 13. Rost. 1650. in 4.

Viva mortis piorum delineatio, oder Leichpred. über Hans Jebsen, Fürstl. Sünderburgischen Amptsverwalter, aus Luc. II. 29. sqq. Rost. 1650. in 4.

JOHANNES BRANDIUS, Lubecensis, A. 1677. natus, Artisqve Medicæ, cui Lipsiæ ab A. 1698. vacaverat, Doctor Rostochii d. 20. Sept. A. 1701. creatus. V. *Nova Lit. Lub. A. 1701., M. Sept. p. 258. 259., & M. Oct. p. 291. 295.*, D. Joh. Ern. Schaperi *Propemticon ad eum inaugurale*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 197-201.* Obiit in patria qvadragenarius d. 21. Apr. A. 1717.

Disp. Inaug. de Variolis, Præside D. Joh. Ern. Schapero. Rostochii 1701. in 4.

JOH. BOGISLAUS BRANDIUS, Eckena Alsensis, Johannis, Parentis, in Parochiæ natalis Pastoratu, ab A. 1680., Successor, & reliqvarum simul tractus Norburgici Ecclesiarum, ab A. 1694., Præpositus. Vixit A. 1704.

Denckspruch Gottseliger Christen, von ihrem mühseligem Leben, und seligem Sterben, oder Leichpredigt über Augustum, Hertzogen zu Holstein-Norburg, und Chur-Brandeburgischen General Feldzeugmeister, M. Oct. A. 1699., aus Ps. CXVI. 7. 8. 9., gehalten; excusa im wolverdienten Ehrengedächtnisse Hertzogs Augusti, Slesvigæ A. 1704. in fol.

(1.) V. Pet. Resenii *Indicem III. Biblioth. suæ.* (2.) V. ejus *Præfat. Versionis Metricæ Hymnorum Thomæ Kingii.* (3.) V. eandem *Præfat.*

MICHAEL BRANDIUS, Med. D. (Groningæ A. 1722. creatus) & Practicus Hamburgensis. Sichere Cur wieder die, auß einem Tartaro entstehende, fast unerträgliche Schmertzen vom Podagra, den Patienten, in einem besonderen Arcano, offeriret. Hamb. 1723. in 8.

Glückliche Stein-cur, oder neu-erfundene Kunst den Stein im Menschen, ohne Pein und Schmertzen, zu zermalmen und zu vertreiben. Hamb. 1724. in 8.

NICOLAUS BRANDIUS, Lubecensis, J. U. Lic. Vixit A. 1666.

Disp. de officio & jure obseqventium, Præside Jac. le Bleu, Prof. Polit. Giessæ 1658. in 4.

Disp. de Contractibus realibus, Præside Mart. Mullero, JCto. Giessæ 1658. in 4.

Disp. de Confrontatione, Præside D. Joh. Ott. Tabore. Giessæ 1663. in 4.

Disp. Inaug. prolixa de legitima maleficos & sagas investigandi ac convincendi ratione. Giessæ 1662. in 4. Adjecta deinceps Justi Oldecopii *Observationibus Criminalibus, Francof.* ad Viadr. A. 1698. in 4. recusis.

Conf. de illo C. Hendreichium *in Pand. Brandeb. p. 703.*

M. NICOLAUS BRANDIUS Junior, Sünderburgensis, Senioris filius (d. 17. Jul. A. 1650. natus) &, in urbis patriæ Pastoratu, cum per qvadriennium Ecclesiasten jam egisset vespertinum, ab A. 1680., Successor, d. 3. Nov. A. 1693., æt. 43., defunctus.

Exerc. ad Oraculum de Messia Ps. LXIX. 5., Præside D. Joh. Ad. Scherzero defensa. Lipsiæ 1672. in 4.

Die Ruhe mitten in, und nach der Unruhe eines Gläubigen, oder Leichpred. über Johannem Brand, Norburgischen Probsten und Pastorem zu Ecken, auß Ps. CXVI. 7. 8. 9. Lubecæ 1679. in 4.

OTTO BRANDIUS, Sünderburgensis, Parochiæ Hackenbergensis, in tractu insulæ Alsensis Norburgico, Pastor, ad qvem C. S. Schurtzfleischii Epistola, *T. I. Epp. arcanarum, n. 204., p. 340.,* legitur. Vixit A. 1696.

Panegyricus Jacobo II., Magnæ Britanniæ Regi, sub regni auspicia, Metrice scriptus.

PAULUS BRANDIUS, Sünderburgensis, Med. Doctor, Medicus initio Exercitus Danici in Scania, circa A. 1678., castrensis, deinde vero urbis in Norwagia Bergensis Poliater, A. 1687., cum moerore, ob uxoris obitum, se excruciasset immodico, extinctus.

Conf. de illo Chr. Hendreichii *Pand. Brandeb. p. 703. 706.,* & Corn. a Beughem *Bibliogr. Med. p. 42.*

SCRIPTA.

Disp. de malo Hypochondriaco, cum Sim. Pauli & Ol. Borrichii Gratulationibus Epistolicis. Hafniæ 1676. in 4.

Disp. de Ovo humano. Hafniæ 1677. in 4. (*V. Biblioth. Resen. p. 357.*)

Dissertatio ad Norwegiæ Curiosos. Hafniæ 1681.

Manuductio salutaris. Amstelod. 1681.

Orat. Parentalis in obitum Joh. Olsonii, Medici Bergensis, qvam in Batavia A. 1685. esse editam, Frid. Breclingius *in Catal. Test. Verit., n. 160. (T. IV. Hist. Eccl. Gotfr. Arnoldi p. 778.),* testatur.

Qverela de obitu uxoris suæ (*cujus ab amico mihi factum est indicium*).

Observatio de Dysenteria castrensi, ejusqve causa verminosa, & curatione, *Voluminis V. Actorum Medicorum Hafniensium (num. 31., p. 96. 97. 98.)* a Thoma Bartholino A. 1679. inserta.

PETRUS BRANDIS, Antonii Fil., Lubecensis, J. U. Doctor, in Acad. Rinteliensi, d. 22. Nov. A. 1703., creatus, &, A. seqv. 1704., a Friderico IV., Rege Daniæ, Legati sui in civitate patria Ordinarii dignitate ornatus, simulqve postea Consiliariis Justitiæ adscriptus ac A. 1724. Status publici. Plura de Vita illius narrat J. H. a Seelen *Parte II. Athen. Lubec. p. 1. 2. 3.*

Disp. Inaug. de eo, qvod justum est circa Consensum minoris partis, ut non teneatur stare majori, nec major minori præjudicare valeat, Præside D. Conr. Lüdekingio. Rintelii 1703. in 4. V. de illa *Nova Lit. Germ., M. Mart. A. 1704., p. 115. 116.,* & *N. L. Lub., M. Mart. A. 1704., p. 94.*

M. PETRUS BRANDIUS, Sünderburgensis, Nicolai Senioris, Oppidi hujus Pastoris, filius, ejusdem, ab A. 1678., Ecclesiastes & Archidiaconus, M. Leonh. Pegmanni, Præpositi, gener, M. Sept. A. 1707. morbo contagioso, cum domesticis qvibusdam, extinctus. Plura de vita ejus *in Novis Lit. Lubec., M. Nov. A. 1699., p. 347.,* invenies.

Disp. Physica de Terræ motibus, & seorsim illis, qvi in morte & resurrectione Christi acciderunt, Præside Casp. Posnero, Prof. Phys., defensa. Jenæ 1672. in 4.

Disp. de usu Accentuationis geminæ, in genuina divisione Decalogi, Præside Henr. Opitio, ad gradum Magisterii conseqvendum, defensa. Kilonii 1677. in 4.

Diss. Theol. de passionibus corporis Christi Mystici, ad Col. I. 24. Jenæ 1701. in 4. Recensum V. in *Novis Lit. Lubec., M. Nov. A. 1699., p. 347., & M. Febr. A. 1702., p. 48.*

JOHANNES BRASCHE, Lubecensis, d. 3. Aug. A. 1671. patre mercatore natus sibi cognomine, Med. Doctor (Jenæ A. 1697. creatus) & in patria, ab A. 1698., Practicus. Obiit d. 10. Jan. A. C. 1720., & æt. 48. Vitam ejus fusius enarrarunt D. Joh. Hadr. Sleevogtius in *Progr. de ligatura artuum* eius Disp. inaugurali præmisso, Joh. Henr. a Seelen in Programmate funebri latino & Biographia Germanica (der Vorstellung eines recht Gottfürchtigen Medici) Lubecæ A. 1720. *in fol.* editis, nec non P. III. Athen. Lubec. p. 201-205. Conf. etiam, qvas is allegat, Christ. Polyc. Leporini *Vitas Eruditorum Germanicas P. V. p. 450. & seqq.*

Disp. Inaug. de Inflammatione renum, Præside D. Georg. Wolfg. Wedelio. Jenæ 1697. in 4.

M. JANUS Olai BRASENIUS, Cimber, Scholæ Ripensis Conrector M. Martio A. 1688., & Insulæ deinde Fanoensis Pastor, M. Augusto A. 1698., constitutus. V. Pet. Terpagrii *Inscriptiones Ripenses p. 150., ac Appendicem illarum p. 3.,* & Alb. Thura *Ideam Hist. lit. Dan. p. 70.* Vixit 1722.

Diss. Philol. de Etymologia. Hafn. 1579. in 4.

FRANCISCUS BRASSER, Arithmeticus Lubecensis, ob artis suæ peritiam, circa A. 1590., celeberrimus, qvem Gerh. Joh. Vossius (*in Lib. de Scient. Mathem., c. 52., §. 7., p. 323.*) præcipuis ejus annumeravit scriptoribus, & Otto Weselovius, Interpres Compendii ipsius Latinus, teste eodem, *communem totius Saxoniæ, ac maritimarum in Germania urbium, Præceptorem* appellavit.

Arithmetica, edder Rekenboek, up alle Koepmannshandling. Dialecto Saxonica prodiit Lubecæ 1590. & 1644., ac Hamburgi A. 1600. & 1611. in 8., Misnica autem Lubecæ 1657. 1663. 1670. 1674. 1697. & 1710., Hamburgi 1659. 1662. & 1682., ac Plönæ 1677., in 8. Editionibus hisce, mihi visis, Hendreichius (*in P. B. p. 709.*) Stettinensem A. 1619., Lipenius

Lipenius Hamburgensem A. 1622., Beüghemius (*in Bibliogr. Mathem. p. 310.*) Lubecensem A. 1656., Catalogus Fuirenianus Gryphiswaldensem A. 1661., & Bahnsianus alias A. 1610. & 1631., *in 8.* excusas, adjiciunt. Ottonis Weselovii Versio ejus Latina Bremæ A. 1619. & Amstelodami A. 1622., in 8., lucem aspexit.

(Diversus ab eo est J. R. Brasser, de cujus *Algebra*, Belgico sermone Amstelod. A. 1663. & 1673. *in 4.* edita, Beüghemius *l. c. p. 404. 405.* potest consuli.)

JOHANNES BRAUER, Kiloniensis, Concionator copiarum Archiepiscopi Bremensis, ab A. 1643., castrensis, deinde autem, ab A. 1645., Civitatis patriæ, post M. Christ. Freymanni obitum, Diaconus, & tandem Archidiaconus, d. 8. Sept. A. 1669., æt. 57., mortuus. V. D. G. Morhofii *Programma* de vita ejus *funebre*, in *Orationum ac Programmatum* Syntagmate, *n. 44., p. 683-687.*, recusum, & confer Georg. Nicol. Erasmi *Lib. IV. Anagramm., num. 59.*

Christlicher in Kindesnöhten schwebender Matronen Ehrenkrone, oder Leichpredigt über Catharina Ursula Rohtschröderinn, D. Sam. Rachelii, Prof. Juris, Ehfrau, auß 1. Tim. II. 15. Kilonii 1667. in 4.

JOHANNES BRAUN, Kiloniensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Domiciliis pauperum, von Hospitälen. Tubingæ 1676. in 4. Recusa *Volum. IV. Disputt. Jurid. Tubingensium*, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio habitarum, ibidem, sine mentione anni, in 4.

SALOMON BRAUNIUS, Kiloniensis, Med. D., & Reip. initio Biberacensis in Svevia Poliater, deinde vero Marchionis Brandeburgico-Barutini Archiater, Collegio Naturæ Curiosorum Germanico A. 1672. adscriptus, & d. 30. Nov. A. 1675. mortuus. V. *Catalogum Collegarum Academiæ naturæ Curiosorum*, A. 1694. *Anno I. Decuriæ III. Miscellaneorum illius* præfixum, & Georg. Wolfg. Wedelii *Progressum ejusdem Academiæ*.

Observationes IV. de Monorchite, fæcundo Iride lunari, cerevisia e mamma excreta, ac uvulæ usu, *Annis IV. & V. Decuriæ I. Miscellaneorum Acad. Nat. Cur.* (Lipsiæ A. 1676. *in 4.* editis), *num. 13. 14. 15. 16.*, insertæ.

Teutscher Jordan, oder Beschreibung des Biberacher Bades, so der Jordan genandt wird; nebst einer schönen Vergleichung der grossen und kleinen Welt, &c., in zwey Theilen. Augustæ 1673. in 8. wieder nachgedruckt, mit D. Ludov. Mülleri, Physici zu Biberach, Anmerckungen, unter dem Titel des neueröffneten teutschen Jordans, Ulmæ A. 1688. in 8.

Conf. de illo C. Hendreichii *Pand. Brandeb. p. 712.*, & Corn. a Beüghem *Syllabum recens exploratorum p. 9.*

(Diversus ab eo est, & forte filius ipsius, Salomon Braunius, Nerolinga Rhætus, Med. D., cujus Disp. Inaug. de casu, in qvo menses p. n. emanentes per Menagoga ciendi non sunt, Præside D. Elia Rudolpho Camerario proposita, Tubingæ A. 1690. in 4. prodiit.)

M. FRIDERICUS BRECLINGIUS, Handevitha (pago Præfecturæ Flensburgensis) Cimber, patre M. Joh. Breclingio, ejus Pastore, A. 1629. natus, hujus, post decennium integrum in omnibus ferme Germaniæ Academiis transactum, in Parochia natali, ab A. 1659. ad 1660., Symmystes, Zwollensis autem Ecclesiæ in Transisalania Lutheranæ, ab A. 1661. ad 166., Pastor, ab utroqve munere sacro, ob Chiliasmi patrocinium, & acriorem vitiorum Ordinis Ecclesiastici Elenchum, deturbatus, & Amstelodami deinde, ac tandem Hagæ, privatim commoratus, Senex octuagenario major, A. 1711. mortuus. De Vita ejus, Scriptis & Certaminibus, fusius Tomo commentabimur ultimo, & consuli interea possunt, qvæ Gotfr. Arnoldus, *Tomo III. Historiæ Ecclesiasticæ vernaculæ, c. 15., p. 145. 146.*, & ipsemet, in *Catalogo Testium veritatis, Tomi IV.* ejusdem Operis Arnoldini, *Sectioni III.* (*num. XVIII.*) inserto, *p. 773. 774.*, jam narrarunt. Scriptorum ἀνεκδότων atqve affectorum Indicem ipse itidem, *in Compendio Apocalypseos reseratæ Germanico*, A. 1678. edito, *p. 8-14.*, exhibuit.

HERMANNUS BRECLINGIUS, Brecluthia (Præfecturæ Flensburgensis vico) Cimber, Johannis Breclingii, Pastoris illius, filius, Collegii aulici Hafniensis, commerciis promovendis a Christiano V., Daniæ Rege, destinati, Assessor, circa A. 1708. mortuus.

Opus grande Arithmetico-Mercatorium ἀνέκδοτον, duobus majoribus (*in fol.*) comprehensum voluminibus, qvo, in Gallia vivens, rationes cambiorum, qvæ e Belgio in Angliam & Galliam, ex Anglia in Galliam & Belgium, & e Gallia in Belgium & Angliam, transmittuntur, pro monetæ in singulis locis diversitate, accurate computatas exhibuit.

M. JOHANNES BRECLINGIUS (qvem *Bræclingium* Chr. Hendreichius (1.) minus accurate appellat), Breclumiæ, Pago Diœceseos Flensburgensis Parochiali, A. 1589., M. Febr., natus, patrem avumqve habuit cognomines, Parochiæ istius Pastores, matrem vero Christinam Nanniam. Post Studiorum in scholis Flensburgensi, Luneburgensi & Hildesiensi, tyrocinia, Academiam Rostochiensem A. 1612., Regiomontanam vero A. 1614., adiit, &, inde redux, Richardi, Parochi Borlumensis, morbo laborantis Chronico, vices in munere sacro per integrum obiit biennium, hoc autem finito A. 1618. Witebergam, & titulo Magistri illic impetrato (2.), Rostochium, denuo se contulit, Johannisqve Qvistorpii, Theologi, usus est convictu. Hinc a Borlumensibus ad curam Parochiæ suæ, spe successionis in Pastoratu facta, revocatus vicariam, illi, ad A. usqve 1623., præfuit, qvo cum ad Ecclesiastæ Aulici, in Arce sua Husensi, dignitatem, ab Augusta Danica, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, vidua, & ad Parochiæ in Præfectura Flensburgensi ruralis Handevithensis Pastoratum, ab ejus incolis, eodem invitaretur tempore, hunc illi prætulit, &, per annos XLI., qva par erat, fide ac sollicitudine, administravit. Senex tandem decrepitus A. 1664., munere sacro, ob valetudinem infirmam, abdicato, Flenopolin vicinam petiit, &, in ædibus generi sui, Olai Molleri, Pastoris Nicolaitani, Parentis mei, qvod reliqvum erat vitæ transegit, annoqve 1672. (æt. 84.), d. 15. Maji, pie est defunctus. E conjuge Agatha, M. Friderici Damii, Præpositi Flensburgensis, filia, A. 1622., ducta, filios qvatuor (& hos inter Fridericum, antea memoratum, ac Johannem primogenitum, statim memorandum), totidemqve gnatas, sustulit, &, hac A. 1645. amissa, viduus consenuit, nepotesqve XLV., ac tres pronepotes, superstes numeravit.

Conf. de illo Chr. Hendreichium *l. c.*, & Fridericum filium *in Catalogo Testium veritatis, Tomo IV. Hist. Eccl.* Gotfr. Arnoldi inserto, *num. 127., p. 773.*

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Paradisus referatus; das eröfnete Paradeis GOttes, oder süsse, anmuthige und heilsame Erklärung des überaus grossen Geheimnisses von der Vereinigung GOttes mit der Seelen, darinn der Christen Heyl und Seligkeit bestehet. Rostochii 1641. in 12. (In eo, judice Friderico Filio *l. c.*, plene, e verbo divino, exposuit & persecutus est, qvæ Joh. Arndius, *in Tr. de unione cum Christo*, tantum adumbraverat.)

Auslegung über die VII. Bußpsalmen Davids, in LXVIII. Predigten verfasset, darinn alle Texte von Wort zu Worte Evangelisch expliciret, mit beqvemen Dispositionibus zertheilet, und mit füglichen Exordiis, aus dem A. T. gezieret worden, nur allein aus dem Zeughause des H. Geistes vorgetragen: Nebst einer Bußpredigt aus Eph. V. 14., und Vorrede an Frid. III.,

(1.) *in Pandect. Brandeb. p. 743.* (2.) Sermo, qvo Aug. Buchnerus Ordinis eum Philosophici, in promotionis actu, commendavit Decano, in Buchneri *Epistolarum Parte* legitur *Secunda*, Dresdæ A. 1680. edita, *num. 101., p. 479. 480. 481.*

III., König in Dennemarck, von den zwölf Stuffen der Himmelsleiter, und Ursachen der Nothwendigkeit guter Wercke. Rostochii 1649. & (juxta Catalogos qvosdam) 1652. in 4. Oratoriæ Ecclesiasticæ studiosis commendatur a Gerh. Meiero, Theol. Professore Bremensi, *Lib. II. Biblioth. Theol. contractæ, c. XI., p. 256.*, ab Hendreichio autem, *l. c. p. 715.* Friderico filio perperam tribuitur.

INEDITA, a Friderico Filio *l. c.* enumerata.

Völlige Erklärung über die Klaglieder Jeremiæ.

Buch von der Gelassenheit in allen Dingen, innerlich und äusserlich, mit gründlicher resignation sein selbst in GOtt zu bewahren.

Tract. von der Gerechtigkeit des Glaubens und Lebens in Christo.

Tract. vom seligmachenden Glauben.

Tract. vom ewigen Leben.

(Falso illi ab Hendreichio, *l. c. p. 715.*, adscribitur Friderici filii *Tractatus de libertate & potestate Ecclesiæ Germanicus.*)

JOHANNES BRECLINGIUS Junior, Senioris, modo laudati, filius, Handevitha Cimber, Parochus, ab A. 1650., in tractu Præfecturæ Tunderensis Frisico, Lindholmiensis, octuagenario major M. Jan. A. 1705. mortuus.

Exercitium sacrum, continens difficiliorum qvorundam locorum & vocum S. Scripturæ Hebraicæ enodationem, Præside D. Aug. Varenio propositum, Rostochii 1647. in 4.

Observationes de Frisiæ Borealis, sive Cimbricæ, rebus & antiqvitatibus ἀνέκδοτοι, qvarum editionis, ab Autore promissæ, ab Ant. Heimreichio, *in præfatione Chronici sui ejusdem Frisiæ Borealis Germanici*, facta est mentio.

JOHANNES BREDEFELD, Vici Neomonasteriensis in Holsatia, ab A. 1704., Diaconus.

Neumünstersches Bethesda, oder wahrhaftige Beschreibung der dreyfachen, bey Neumünster entsprungenen, Heyl-Quelle, ed. A. 1712.

Catechetische Unterredungen, zwischen einem Lehrer, und seinem Zuhörer. Plönæ 1720. in 8.

ADAMUS a BREMEN, Lubecensis, J. U. D., & Fisci in Tribunali regio Wismariensi, circa A. 1700., Advocatus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Apr. A. 1700., p. 97.*

Disp. Inaug. de Usuris, Præside D. Joh. Pomereschio. Gryphiswaldiæ 1666. in 4.

FRANCISCUS a BREMEN, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, ædisqve Cathedralis, ab A. 1692., Vicarius (1.), deinde vero, circa A. 1704., Adolphi Friderici, Ducis Strelizio-Megapolitani, Consiliarius (2.).

Disp. Inaug. de Jure gratificandi. Aureliis 1680. in 4.

M. CHRISTIANUS BREMERUS (qvi a Chr. Hendreichio (3.), qvater eum in Theatrum suum producente, modo *Bræmerus*, modo *Bramerus*, modo *Broemerus*, perperam salutatur), Lubecensis, Friderici, Mercatoris, & Catharinæ Bartholdi, Botsacci, J. U. L. ac Ædis Cathedralis Vicarii, gnatæ, filius, d. 7. Nov. A. 1635. in lucem editus, Flensburgi, fratris sui, Johannis Bremeri, Ecclesiastæ Mariani, convictor, pueritiam exegit, scholamqve freqventavit publicam. Eundem, ad Concionatoris aulici, a Friderico III., Rege Daniæ, avocatum dignitatem, A. 1648. Hafniam est comitatus, & in Gymnasiis postea Luneburgensi ac Lubecensi, Academiisqve Rostochiensi, Witebergensi, Jenensi, Lipsiensi ac Belgicis, studiorum gratia, per annos commoratus complures. Ex istis Hafniam A. 1660. reversus, Ædis Germanorum Petrinæ Diaconatum d. 14 Dec. A. 1662., Magistri titulum A. 1663., & Parochiæ tandem suæ Pastoratum A. 1676., obtinuit, sed Collegas in hoc sibi postea, dignitate æqvales, Gerlacum Siaffium, D. Joh. Lassenium & D. Barth. Botsaccum, adjungi, cum προεδρίαν frustra affectaret, haud æqvo tulit animo. Obiit tandem d. 4. Jan. A. 1701., æt. 66., cum, in gemino cum Ursula Catharina, D. Thomæ Lindemanni, Pastoris Petrini Hafniensis, filia, Johannisqve Tarnovii, Diaconi, vidua, & Hedwige Ursula, D. Herm. Meieri, Consiliarii Megapolitani, gnata, conjugio, sex sustulisset liberos. Totam vitæ ejus Historiam *Programma* exhibet *funebre* D. Hect. Gotfr. Masii, Theologi Hafniensis, in Henr. Pippingii *Triade Decadum Memor. Theol. Renov., Dec. IX., p. 1449-1457.*, A. 1707. recusum.

Conf. de illo Chr. Hendreichium *ll. cc.*, Thom. Bartholinum Sen. *Cent. III., Epp. Med. p. 428.*, Lubecenses *in Novis Lit. Septentr., M. Febr. A. 1701., p. 53.*, Siegfr. Benzium *in Christiano non Christiano p. 153.*, & Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 135. 136. 137.*

Joh. Tarnovii, Theologi Acad. Rostochiensis, Comm. in Psalmos XV. Graduum, nec non in Psalmum XXIII. & XXIV., ab eo editus Norimbergæ 1667. in 4. Hunc cum e MSto Joach. Henningii, Conrectoris Hamburgensis, suæ concredito fidei, illo invito atqve ignaro, publicasset, sibi ejus editionem Henningius, & superstes, & in *Catalogo Bibliothecæ suæ* posthumo *p. 27.*, vindicavit. Commentarios ejusdem Tarnovii in Deuteronomii Cap. XXXII. XXXIII. & XXXIV., Esaiam, Jonam ac Micham, nunqvam antehac editos, sub *Tarnovii redivivi* prodituros, se curante, titulo, Bremerus, *in Catalogis nundinarum A. 1691. & 1692. vernalium Lipsiensibus*, promisit qvidem, sed promisso, nisi fallor, haud satisfecit.

Der Gläubigen Seelen wahre Ruhe, oder Leichpred. über Frid. Jessen, J. U. Stud., auß Ps. CXVI. 7. 8. Hafn. 1669. in 4.

Kurtze Eitelkeit des Menschlichen Lebens, oder Leichpr. über Augusta, Dethlevi Rumohren, Königl. Obr. Lieut. und Erbherrn zu Röst, Ehfrau, auß Ps. XXXIX. 7. Hafn. 1670. in 4.

Freystätte der Sünder, oder Leichpr. über M. Hier. Bueck, Pastorem der Teutschen Kirche in Kopenhaven, auß 1 Tim. I. 15. 16. Hafn. 1674. in 4.

Der Himmelsbürger Glückseligkeit, oder Leichpr. über Augusta Elisabeth von Osten, auß Apoc. VII. 14-17. Hafn. 1675. in 4.

Werck außschliessende Gerechtigkeit, oder Leichpr. über Fr. Anna Ziemers, auß Rom. III. 28. Hafn. 1676. in 4.

Einfältige Catechismus-Fragen. Hafn. 1679. in 12., ibid. 1687. in 8.

Arbeitender Christe. Ratzeburgi 1680. in 12. Zum andernmahl vermehrter gedruckt, mit einem Discurse von der Kürtze des Menschlichen Lebens. Hafn. 1696. in 12. (Ab Hendreichio, *l. c. p. 721.*, Christiano Brehmio, Elect. Sax. Consiliario & Bibliothecario, falso tribuitur.)

Redlicher Christe, oder Leichpr. über D. Simon Pauli, Königl. Dän. Leib-Medicum, auß Ps. XV. 1. 2. Plönæ 1680. in 4.

Himmelsgedancken, auf dem Berge Thabor verfasset, und bey Erklärung der Verklärung Christi entdecket. Hafn. 1690. in 8., & (*J. Catal. Nund.*), 1694. in 12. (Has etiam Hendreichius, *l. c. p. 721.*, Christ. Brehmio perperam vindicavit.)

Der verstorbenen Gerechten seliger Zustand, oder Leichpr. über D. Joh. Lassenium, Prof. Theol. und Past. zu Kopenhaven, auß Es. LVII. 1. 2. Hafn. 1693. in 4.

Sermo

(1.) V. J. Alb. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 618.* (2.) V. Lehmanni *Hamb. Lit. A. 1704., p. 30.* (3.) *in Pandect. Brandeb. p. 699. 701. 721. 748.*

Sermo Funebris in locum Pf. LXX. 25. 26. Germanicus, ab Hendreichio *l. c. p. 699.* memoratus. (Alter, qvem idem addit, in locum Baruch IV, 23., Johanni Bremero, fratri, debetur).

Schriftgegründete Gottesgelehrtheit, welche alle Lehrpuncte des Christlichen Glaubens mit klaren Sprüchen der H. Schrift erleuchtet, und die von den Wiedriglehrenden übel angeführte kürtzlich und deutlich erkläret. Promissa *in Catal Nund. A. 1692. Vern. Lipsiensi p. 45. 59.*, sed nondum edita.

M. CHRISTOPHORUS BREMERUS, Hamburgensis, Gymnasii Uratislaviensis Elisabethani, ab A. 1651., Præceptor, Ædisqve simul D. Christophori Cantor, dein vero Scholæ ibidem Neapolitanæ, ab A. 1674., Rector, simulqve Bibliothecarius Bernhardinus, d. 10. Jan. A. 1696., æt. 75., defunctus. V. Mart. Hanckii *Propagatores eruditionis Uratislavienses p. 33. 39. 67. 68. 71.*

Exerc. Philologica ad Cant. III. 1. 2. 3. 4. 5. Witeb. 1646. in 4.

M. JOHANNES BREMERUS, Lubecensis, patre Friderico, Mercatore, matre vero Catharina, Bartholdi Botsacci, J. U. L. & Templi Cathedralis Vicarii, filia, d. 24. Apr. A. 1616. natus, studiisqve sacris ac profanis, in schola patria, Gymnasio (cui D. Joh. Botsaccus, Theologus, ipsius cognatus, tunc præerat) Dantiscano, & Academiis Regiomontana, Rostochiensi ac Julia, imbutus, A. 1642. (qvo Rostochii etiam Magister creabatur) Templi Mariani in Urbe Flensburgensi Diaconatum obtinuit. A. 1648., Friderici III., Regis Danici, qvem, Flensburgi annis aliqvot commoratum, sacra sibi conciliaverat eloqventia, jussu, ex urbe hac, cum auditoribus d. 23. Jul. valedixisset, Hafniam, ut illic sibi, ad regiam nuper dignitatem evecto, a Concionibus in posterum aulicis primariis, sacrisqve confessionibus, esset, commigravit. Officio hoc in aula sacro, qvoad Fridericus imperio præfuit, per annos 22. functus, Canonicatum qvoqve, illius beneficio, in Norwegia impetravit Asloensem, pesteqve Hafniæ A. 1654. sæviente, permissu ejusdem, in Belgium trajecit fœderatum, hujusqve provincias, per menses aliqvot, cum Conjuge Dorothea, M. Joh. Mohtii, Past. Flensb. Mariani, filia (A. 1642. ducta), lustravit. Hafniam, peste liberatam, post aulæ reditum, ipse etiam repetiit, &, per tria adhuc lustra superstes, Regem suum ne in ipsa qvidem morte deseruit, eodem, qvo ille, A. C. 1670. (æt. suæ 55.), d. 25. Dec., febri qvartana duplici ἄπαις extinctus. Bibliothecæ, qvam congesserat, locupletis, auctione, post obitum possessoris, distractæ publica, Catalogus (*in fol.* excusus) prodiit. Plura de vita ejus suggeret *Programma funebre* D. Georg. Witzlebii, Theologi Hafniensis, d. 4. Jan. A. 1671. propositum, & in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theoll. German.*, Lubecæ A. 1709. editis, *num. 41.*, *p. 390-397.*, recusum.

Conf. de illo Christ. Franc. Paulini Epicedion Germanicum, ei Studiosorum Acad. Hafn. Germanorum scriptum nomine, & in den Poetischen Erstlingen, *P. III.*, *p. 173-176.*, recusum, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1670.*, Christoph. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 690.*, Pet. Resenii *Indicem III. Bibliotb. suæ*, Georg. Nicol. Erasmi *Lib. I. Anagramm. Emmetr.*, *n. 52. & 53.*, *& P. I. Isag. meæ ad Hist. Cimbr.*, *c. 12.*, *§. 9.*, *p. 191. 192.*

ELOGIA.

D. Georg. Witzlebio (*in Progr. cit.*) *pius audit & ad priscæ sanctitatis imaginem factus Antistes*, Andr. Tscherningio (*in Paneg. memoriæ D. Jac. Fabricii dicato p. 53.*) *Vir raræ pietatis & eloqventiæ*, Theod. Petræo autem (*in Ep. Dedic. Homiliæ Æthiopicæ de nativitate Christi*, illi inscriptæ), *Theologus omnigenæ eruditionis & virtutis laude eximius.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de natura Exponibilium. Rostochii 163.. in 4. (*V. Progr. Fun.*)

Disp. de Trinitatis mysterio, Præside D. Conr. Hornejo Helmstadii 164.. in 4. (*V. Progr. Fun.*)

Joh. Hermanni, Pastoris Kobensis, Labores sacri in Evangelia Dominicalia ac Festivalia, cum consensu Autoris, e L. Germ. in Lat., bono exterorum, Methodice a Bremero transscripti, & præfatione D. Nicol. Hunnii, Superint. Lubec., exornati. Lubecæ 1641. in 8. Recusi, cum D. Nicolai Vismari Delineatione Concionum in Pericopas totius anni Epistolicas, iis adjecta, Lubecæ 1645. & 1652., ac Francof. 1663. & 1678., in 8.

II. GERMANICA.

König Davids einziges und allerbestes, oder Leichpredigt über Catharina Mölmanninn, auß Pf. LXXIII. 25. 26. Hamburgi 1643. in 4.

Davids Hirte, oder Leichpr. über Dieterich Fausten, Vierundzwantzigern der Stadt Flenßburg, auß Pf. XXIII. Slesvigæ 1647. in 4.

Girrendes Täublein des Königs Hiskiæ, oder Leichpr. über Peter Hacken, auß Ef. XXXVIII. 10-18. Hamb. 1647. in 4.

Apostolische Letzung auß Act. XX. 32., mit welcher er, d. 23. Jul. A. 1648., seine Zuhörer in S. Marien-Kirchspiel in Flenßburg gesegnet hat. Hafniæ 1649. in 4.

Ehelob, oder Preiß des Ehestandes, bey Vermählung Ernst Günthers, Hertzogen zu Holstein-Sünderburg, mit Augusta, Hertzoginn zu Holstein, auß Matth. XIX. 5. sqq., gezeiget, darinn auch vom Scheide-Briefe gehandelt wird. Hafn. 1651 in 4.

Himlische Hochzeit, oder Leichpr. über Christian von Ancken, Kön. Dän. Kammerdiener, auß Apoc. XIX. 7. Hafn. 1651. in 4.

Glaubensschild wieder die feurige Anfechtungspfeile des höllischen Bösewichts in der Todesstunde, oder Leichpr. über Johanna Elisabetha von Reichou, der iungen Königl. Herschaft Hofmeisterinn, auß Job. XIX. 25. 26. Hafn. 1652. in 4.

Geistlicher Läufer, oder Leichpr. über Clauß Krögern, Kön. Dän. Kammerdiener, auß Job. IX. 25. Hafn. 1654. in 4.

Himmlisches Bürgerrecht der Außerwehlten, oder Leichpr. über Augusta Margaretha Marschalckinn, Herrn Ove Schaden, Hochprintzlichen Hofmeisters, Ehefrau, auß Phil. III. 20. 21. Slesvigæ 1655. in 4.

Glückliche Wahl der Kinder GOttes, oder Leichpr. über Maria Elisabeth von Haxthausen, Königl. Hofmeisterinn, auß Pf. LXXIII. 25. 26. Hafn. 1664. in 4.

Trost im Scheiden, oder Leichpr. über Anna Margareta Mohrinn, M. Pet. Sartorii, Königl. Hofpredigers, Ehefrau, auß Baruch IV. 23. Hafn. 1666. in 4.

Dreyfacher Segenswunsch, bey Joh. Georgii III., Churprintzen zu Sachsen, und Annæ Sophiæ, Königl. Dänischer Princeßinn, Vermählung, auß Pf. CXXVIII. 5. 6., abgelegt. Hafn. 1666. in 4.

Lob und Lohn der wahren Gottseligkeit, im Leben und Sterben, oder Leichpredigt über Fridericum III., König in Dennemarck, auß Act. XIII. 36., d. 3. Maji A. 1670. gehalten. Hafn. 1670. in 4.

Das zustossene Rohr und glimmende Tocht des Glaubens, welches der Herr nicht zubrechen noch außlöschen wird, den Schwachen zum Troste, und den Starcken zur Erinnerung, gezeiget. Francof. 1670. in 8. Ratzeburgi 1678. in 12. Tubingæ 1712. in 8. (*juxta Catal. nundin.*)

INEDITUM.

Scriptum de Cogitationibus humanis Germanicum imperfectum, qvod in scriniis defuncti repertum esse, Affinis ejus, Joh. Mohtius, Consiliarius Danicus, mihi retulit.

JOHANNES BREMERUS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, A. 1723. mortuus.

Disp. Inaug. de Jurejurando, vi & metu extorto. Basileæ 1683. in 4.

M. NICOLAUS BREMERUS, Hamburgensis, Classis infimæ in schola patriæ Johannæa Præceptor, circa A. jam 1683., mortuus A. 1714.

Bartholdi Feindii Portula Lingvæ Latinæ nova, seu Florilegium sententiarum proverbialium, ex optimis Autoribus Latinis collectum, & in centum Decurias distributum, cum ejus Continuatione: Latine & Germanice. Hamburgi 1697. in 8.

Kurtze, doch schriftmäßige Erklärung der ersten ungeänderten Augspurgischen Confession. Hamb. 1680. in 8.

WOLTHERUS BRENNER, Civis & Typographus Slesvicensis, qvi A. 1534. Jus urbis suæ municipale, ex aliqvot MSStis, sedulo collatis, concivium rogatu, Idiomate Saxonico, cum Præfatione sua, sub hoc edidit titulo: Der Stadt Sleswick Stadtrecht, angesettet unn befestiget dörch den grotmächtigsten Herren, Swen, Könning to Denemarck. Slesvigæ 1534. in 4. Recusum est illud ibidem A. 1603. in 4. Confer de illo *P. III. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 1., p. 350. 351.*

BENEDICTUS BROCKTORFIUS, Eqves Holsatus, cum Ova Brocktorfio, patrueli, A. 1641. & seqventibus, in Academia commoratus Argentinensi, & Joh. Christophoro Marci, Lipsiensi (J. U. postea Doctore, Elect. Sax. Consiliario, & Scabinatus in patria Seniore), gavisus Ephoro. Utrumqve Joh. Georg. Dorscheus, *in Ep. Dedic. Parallelorum Monasticorum & Academicorum,* A. 1644. iis inscriptorum, fuse laudavit, Joh. Henr. Boeclerus autem, in *Programmate* illorum præmisso Orationibus, verbis hisce commendavit: *Dum nobiscum vixere, ita vitam studiaqve sua gratissimi hospites instituerunt, ut inter ornamenta Academicæ juventutis præcipua, communi suffragio, amarentur, prorsusqve judicarentur implere Sallustianum illud: Non divitiis, aut superbia, sed bona fama, factisqve egregiis, nobilis ignobilem anteire debet.* V. Boecleri *Programmata Academica,* Orationibus adjecta, *num. 9., p. 45-51.*

Orationes duæ, qvarum altera Alexander, ut pacis belliqve laudibus Magnus, sic rerum successu major, ab Ova Brocktorfio, altera idem, ut, postqvam degeneravit, pacis belliqve vitiis magnus, sic successus felicitate minor, a Bened. Brocktorfio, ex Historia Curtii, breviter est delineatus, in Acad. Argent. recitatæ. Accedit Programma Joh. Henr. Boecleri. Argent. 1642. in 4.

Disp. in Cap. I. & II. Libri I. Annalium Taciti, Præside J. H. Boeclero defensa. Argent. 1642. in 4.

Disp. Jurid. de Dotalitio, Argentinæ A. 1644. in 4., a Brocktorfio, teste Catalogo qvodam, edita. Qvæ an Benedictum hunc, vel Ovam, agnoscat Autorem, αὐτόπται definiant.

CAJUS BROCKTORFIUS, Dethlevi filius, Eqv. Holsatus, Toparcha hæreditarius Roelstorfensis & Sestermühensis. Vixit A. 1692.

Disp. de Scientiæ naturalis constitutione, in Gymnasio Hamburgensi, Præside Dan. Bütnero, proposita. Adjecta est Epistola D. Joh. Frid. Mayeri Gratulatoria. Hamburgi 1690. in 4.

CHRISTIANUS DETHLEVUS BROCKTORFIUS, Eqv. Holsatus. Vixit A. 1700.

Positiones juris, rationibus subnexis breviter illustratæ, Præside D. Sim. Henr. Musæo. Kilonii 1698. in 4.

Oratio de nuptiis auspicatissimis Friderici IV., Ducis Holsato-Gottorpiensis. Kilonii 1698.

ELEONORA BROCKTORFIA, Henrici, Dynastæ in Ducatu Slesvicensi Windebyensis, filia, Virgo Nobilis, in Coenobio, cujus monialis erat, Prezensi, A. 1680. exeunte, defuncta, ab Ott. Sperlingio Jun. (*in Tr. MS. de foeminis doctis, num. 336.*) eruditionis fama in Chersoneso patria perhibetur inclaruisse, binaqve reliqvisse in obitum Virginum aliarum gentis Brocktorfiæ Epicedia Germanica ἀνέκδοτα, *nec arte,* illo judice, *nec ingenio, carentia, publiceqve legi digna.*

DETHLEVUS BROCKTORFIUS, Eqves Holsatus, Toparcha Sachstorfiensis Roelstorfiensis, Gartzensis, Rosenhofensis & Manhagensis, Ducumqve Holsato-Gottorpiensium Consiliarius Provincialis.

Diss. de prudentia peregrinandi, ab eo conscripta, & Præside Herm. Conringio proposita. Helmstadii 1663. in 4. Recusa, tum inter Conringii *Dissertationes Academicas selectiores,* Leidæ (sive potius alicubi in Germania) A. 1686. & 1692. *in 8.* impressas, tum seorsim (*juxta Catalogos qvosdam*) Erfurti A. 1671. in 4. Commendatur a Constantino Germanico, sive Phil. Andr. Oldenburgero (Brocktorfio eam, tanqvam Autori, itidem tribuente), *in Itinerario Germaniæ Politico p. 46. 47.*

OVA BROCKTORFIUS, Joachimi, Dynastæ Rixtorfiensis & Depenoviensis, filius (1.), Eqves Holsatus, in Acad. Argentinensi, cum Benedicto, patrueli, & Joh. Christophoro Marci, Ephoro (sicut supra jam dictum), ab A. 1640., integro commoratus qvadriennio, deinde vero, hoc comite, triennio seqventi, Belgium, Britanniam & Galliam, itinere pervagatus literario, & A. 1647. in patriam reversus (2.), qvem insignia a J. G. Dorscheo & J. H. Boeclero elogia reportasse jam narravimus.

Oratio de Alexandro, ut pacis belliqve laudibus magno, sic rerum successu majore Argentinæ 1642. in 4. (*V. quæ de illa jam diximus in Elog. Dethl. Brocktorfii.*)

Disp. in Cap. 8. & 9. Libri I. Annalium Taciti, Præside Joh. Henr. Boeclero defensa. Argent. 1643. in 4.

WOLFIUS (qvem Hendreichius perperam *Wolfgangum* vocat) BROCKTORFIUS, Joachimi, Dynastæ Wensinensis, Gartzensis & Roelstorpiensis, filius, Eqves Holsatus, Toparchaqve Wensinensis, Nöhrensis & Lindoviensis, in Academiam A. 1670. missus Erfurtinam, tantos in studio Juridico brevi fecit progressus, ut, anno æt. 21., universum Jus privatum, VII. a se comprehensum Disputationibus, publico examini, sub Ephori sui, Dan. Bütneri, exposuerit præsidio, septimæqve ipse egerit Præsidem. In patriam hinc A. 1672. reversus, illi etiam simile profectuum suorum, Disputatione *de Fide* Juridica sine Præside, in Lyceo Kiloniensi, proposita, specimen exhibuit, istisqve, post finitum iter literarium, Christianum V. & Fridericum IV., Daniæ Reges, ita sibi conciliavit, ut in Consiliariorum, non Provincialium solum (d. 30. Sept. A. 1682.), sed & Status publici ac Intimorum, numerum ab utroqve allegeretur. V. de illo Joh. Andr. Röderi, Prof. Erfurtini, *Programma Disputationi Inaug. Juridicæ* Dan. Bütneri A. 1672. præmissum, & Christoph. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 742.* Vixit A. 1710.

Disp.

(1.) Reliqvos ejus Majores V. in C. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr. c. 6., p. 209. 213.*, enumeratos. (2.) V. *Programma Lipsiense*, in exeqviis D. Joh. Christoph. Marci A. 1672. propositum.

Disp. de jure Armorum & Armandiarum, Præside D. Joh. Schmidelio. Erfurti A. 1671., & auctior A. 1672., in 4.
Nucleus Juris Pandectarum Justinianæi, sive Selecta juris privati super universum jus Justinianæum, juxta ordinem Pandectarum, VII. Exercitationibus Erfurti A. 1672. proposita; cum triplici Indice. Erfurti 1673. in 4. Præfixæ sunt, præter Carmina Professorum Acad. Erfurtinæ, Gratulationes Collegii ejusdem Juridici, nec non Joh. Brunnemanni & Joh. Strauchii, Antecessorum in Academiis Viadrina ac Jenensi celeberrimorum, Encomiasticæ.
Disp. Juridica de Fide, fine Præside, singulari Principis indultu, proposita. Kilonii A. 1672. in 4.

BRODERUS ὁ ἀνεπώνυμος, cujus, in Bibliotheca Hamburgensi publica, aliisqve privatis, Chronicon superest Slesvicense MStum, collectanea de rebus Holsato-Slesvicensibus, inprimis autem Episcopatus Slesvicensis, exhibens, multaqve cum Joh. Adolphi Cypræi *Annalibus Episcoporum Slesvicensium* habens communia. De Autoris vita certi nihil mihi est exploratum. Conjecturam enim meam de Brodero Boisenio, Strandfrisio, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorp., Consiliario (1.), ejus scriptore. *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 7., §. 13., p. 132. 133.*, propositam, nemini me velle obtrudere, ibidem sum professus. Vixit sub init. sec. XVII.

BARTHOLDUS HENRICUS BROKES, Hamburgensis, J. U. Licentiatus, Senator patriæ d. 13. Aug. A. 1720. electus, Poeta Germanicus πολλῶν ἄλλων ἀντάξιος, & Societatis Philo-Teutonicæ Hamburgensis (der Teutsch-liebenden Gesellschaft) Collega.
Disp. Inaug. de Cambiis. Lugd. Bat. 1704. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 33.*
Schuldigstes Beyleid über das frühzeitige Absterben des erstgebohrnen Töchterleins Herrn B. H. Brokes, J. U. L., ihres werthesten Mitgliedes, abgestattet von den Gliedern der Teutsch-liebenden Gesellschaft (N. Triewald, D. Joh. Alb. Fabricio, Mich. Richey und Joh. Ulr. König), und, mit Beybehaltung der Reimschlüsse, beantwortet von obbenandtem Mitgliede, B. H. Brokes. Hamburgi 1715. in 4. (*1. pl.*)
Verdeutschter Bethlehemitischer Kinder-Mord (*la Strage de gli Innocenti*) des Ritters Joh. Bapt. Marino, in eben so viel Versen, samt dem Italiänischen Texte, und etlichen von des H. Übersetzers (*B. H. Brokes*) eigenen (Teutschen, Französischen, Italiänischen und Holländischen) Gedichten, mit dessen Genehmhaltung an das Licht gestellt von Joh. Ulr. König, mit seiner Vorrede, Leben des Marino, und einigen Anmerckungen. Hamburgi 1715. in 8. maj. Syntagmatis hujus Poematum Brokesianorum, Carolo VI. Imperatori inscripti, figurisqve æneis elegantissimis exornati, recensiones, qvales utiqve merebatur, encomiasticas, perqvam honorificas, invenies in Lipsiensium (nostrum *Autorem* vocantium *doctissimum elegantissimumqve, qvi non modo vertit in vernaculam feliciter exoticorum carmina, verum & ipse Gallica, Italica, Belgica, non ineleganter composuit*) *Actis Eruditorum*, tam Latinis (*M. Aug. A. 1716., p. 385. 386.*), qvam Germanicis (*Parte XLIII., p. 491-500.*), & Halensium (versionem scripti Mariniani ein Meisterstück einer Poetischen Übersetzung appellantium, sed in vocibus tamen qvibusdam & phrasibus Germanicis, nec non versibus ac rythmis, nonnulla, uti ipsi fatentur, leviora virgula notantium censoria) Neuer *Bibliotheck, Sect. 54., p. 272-286.* Confer de eodem *Partem L.* der Gelehrten *Fama p. 153. 154. 155.*, & Joh. Gottl. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 47. A. 1715., p. 374. 375.*
Irrdisches Vergnügen in GOtt, bestehend in verschiedenen aus der Natur und Sitten-Lehre hergenommenen Gedichten; nebst einem Anhange etlicher hieher gehörigen Übersetzungen von des Herrn la Motte Frantzösischen Fabeln: auf des Verfassers Vergünstigung durch C. F. Weichmann, mit seiner Vorrede, ausgegeben. Hamburgi 1721. in 8. Denuo prodiit duplo auctior, cum duplici præfatione Weichmanni, ibidem A. 1724. in 8. Carminum horum sacrorum eximiorum, sicut & Autoris, laudes plurimas in Præfationibus Weichmannianis invenies. Conf. die Historie der Gelehrsamkeit, *P. III., n. 6.*
Untersuchung von den gantz verschiedenen Reim-Arten, sonderlich der Ober- und Nieder-Sachsen, und wie man hierinn eine Vereinigung treffen könne: adjecta C. F. Weichmanni Poesie der Nieder-Sachsen, Hamburgi A. 1721. *in 8.* excusæ.
Ein grosses Physicalisch-Poetisches Werck, daran der Autor lebenslang fortzufahren gedencket, und in welchem, nechst der Betrachtung GOttes aus der Natur, die vier Elemente, und unsere fünf Sinne, nebst einem ziemlichen Theile von den dreyen Reichen der Natur, schon völlig abgehandelt sind. V. C. F. Weichmanni Præfationem, ejus Irrdischem Vergnügen in GOtt præmissam, *lit. c. 2. a. b.*

HENRICUS BROKES, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus. Vixit A. 1673.
Disp. Inaug. de Sportulis. Duisburgi 1668. in 4.
Schedæ Alphabeticæ MStæ, varia de Autoribus plurimis collectanea exhibentes & eruditorum judicia, e qvibus, a moribundo sibi donatis, Analectisqve propriis, Tob. Magiri *Eponymologium Criticum* plus decuplo auctius a se esse redditum, Vinc. Placcius A. 1689., *in Epist. de Excerptorum suorum Historia, Libro de Arte excerpendi* adjecta, *p. 223. 224. & seq.*, publice significavit.

JOHANNES BROKES, Lubecensis, J. U. D. Kal. Maji A. 1708. Kilonii creatus. Vixit A. 1721. Vitam illius exhibet J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 5. 6. 7.*
Disp. Inaug. de selectis ex Jure Naturæ controversiis, Præside D. Sim. Henr. Musæo. Kilonii 1708. in 4. *V. Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1708., p. 157., & M. Jul. p. 189.*

ANTONIUS GÜNTHERUS BRÖMSE, Juris Cultor, incertum an e Patritia Brömsiorum Lubecensium familia oriundus.
Discursus de Jure Naturæ & Gentium, exhibens duo eaqve infallibilia principia (*amorem sui ac societatis*), secundum qvæ qvilibet obveniens casus moralis e vestigio, a qvolibet, etiam indocto, moraliter examinari ac determinari potest. Hamburgi, sine mentione temporis (*circa A. 1680.*) in 8. Recensum & Censuram Schediasmatis hujus qvadripartiti, in qvo Autor, Juris se Naturalis doctrinam, velut accuratiorum præceptorum haud indigam, uno qvasi haustu plebi etiam indoctæ esse propinaturum, temere promisit, in Vinc. Placcii *Epistola curiosa super Qvæstionibus de tempore*, sub larva *Nicetæ Spilii* A. 1681. edita, *p. 61-71.*, & *Epitome Consilii de studio Philos. Pract. p. 48.*, invenies.

NICOLAUS BRÖMSE, Lubecensis, Henrici Brömsii, Lüneburgensis, J. U. Licentiati, & Consulis, ad A. usqve fatalem 1502., Lubecensis (2.), ex Elisabetha, Wilhelmi Westphali, Episcopi Lubecensis, sorore, filius, J. U. Doctor, ad Senatoriam in patria dignitatem A. 1514. (3.), ad Consularem autem A. 1524., evectus, clavum ejus difficillimis temporibus tenuit. Cives enim, Lutheri doctrinam cupide amplexi, ut hanc, Senatui invisam, in urbem inveherent, seditiose contra illum, ducibus Georg. Wollenwebero, & LXIII. aliis (qvos in regiminis societatem Senatus A. 1529.

(1.) V. *de illo supra.* (2.) V. de illo Godschalci Kirchringii & Godschalci Mülleri *Chronicon Lubecense Germanicum p. 115.* (3.) V. *idem Chronicon p. 131.*

1529. admittere cogebatur) Demagogis, insurrexerunt; & sacra omnia atqve profana nefarie miscuerunt. Non contenti enim liberum Lutheranæ Religionis in templis omnibus exercitium, Præconum hujus ejectorum revocationem, & sacrorum Ecclesiæ Romanæ abrogationem, illi, spreto interdicto Cæsareo, A. 1530. extorsisse, monachosqve, horum tenaces, partim carceri inclusisse, partim vero urbe expulisse, Reipublicæ etiam statum convellere, imperium ejus, Senatui ereptum, sibi vindicare, & redituum ab hoc, falsis, ut multitudinis malesanæ incurreret odium, onerato criminibus, publicorum rationes exigere, cœperunt. Præ cæteris autem Brömsio, ejusqve in Consulatu Collegæ, Herm. Plönnisio, qvod sacris pristinis nuncium nollent mittere, & perniciosis factionis suæ consiliis animose resisterent, erant infesti, & exilium in circulis suis palam minabantur. Qvod, præsentissimumqve simul periculum, spontaneo illi discessu præverterunt, & Caroli V., Imp., in aulam eos suam evocantis, mandato obsecuti, d. 8. Apr. A. 1531., ante solis exortum, clam Gadebuschiam, Ducatus Megapolitani oppidum, ac inde, post breve cum Alberto Duce colloqvium, Bruxellas, ad Cæsarem, discesserunt. Is utrumqve, clementer exceptum, magnis prosecutus est honoribus, præsertim vero Brömsium, qvem non Eqvitem solum A. 1531. creavit Auratum (Diploma de dignitate eqvestri Carolinum, Bruxellis d. 14. Aug. A. 1531. scriptum, in J. H. a Seelen *Memoria* nostri *p. 4. 5.* recitatur) sed Consiliarii etiam Imperialis titulo, & hæreditariis Aqvilæ imperialis bicipitis ornavit insignibus. Patriæ interim afflictissimæ Duumviri hi neutiqvam sunt obliti, sed, de turbarum remediis assidue solliciti, literis ad Senatum missis, & scripto typis excuso, valvisqve templorum omnium proximo post festum Trinitatis die affixo, causas clandestini sui e Civitate abitus exposuerunt justissimas, a Cæsare autem geminum, qvo reip. turbatoribus, ut istius abstinerent imperio, omniaqve in integrum restituerent, severissime injungebatur, edictum impetrarunt. Utrumqve Cyclopes isti nihil morati, duce Wollenwebero, ad Consulatum a se evecto, non majores solum indies in patria turbas excitarunt, sed & universam iisdem involvere viciniam, bello Danis ac Holsatis temere ac infeliciter illato, sunt conati. Ultimum tandem & peremptorium Imperatoris edictum, M. Aug. A. 1535., absente Wollenwebero, allatum, gravissimæ in immorigeros animadversionis nuncium, fatali, qvod civitatem sexennio afflixerat integro, finem imposuit dissidio, civibus perterrefactis reconciliationem cum Magistratu persvasit, &, post Wollenweberum ac complices Senatu ejectos, Brömsio, soli in patriam, e suo (in qvo Plonnisius ante biennium jam decesserat) exilio, per plebiscitum revocato, dieqve 28. Aug. reverso, dignitatem Consularem restituit. Qva integro adhuc functus octennio, & Patriæ Patris titulum, cum ob merita in eam eximia, tum ob comitatem affabilitatemqve singularem, a Civibus, saniora jam seqventibus consilia, adeptus. Anno tandem 1543., vel Kal. Nov., sive Festo omnium Sanctorum, pro qvo Kirchringius (1.), vel die conuersionis Pauli, pro qvo Epitaphii militat inscriptio, neutiqvam vero Anno, qvem Bernh. Middendorpius (2.) substituit, seqventi 1544., religionis Pontificiæ ad obitum usqve tenacissimus (3.), vivis excessit. Tumulum, cui, cum uxore Margareta Berckia (4.), in æde illatus est Cathedrali, Hæredes monumento ornarunt Epitaphio, cujus geminam hanc inscriptionem Nathan Chytræus (*Henricum* eum perperam appellans) (5.) exhibet:

Stemmate præclaro, Doctore Proconsule, natum
Doctorem Juris atra sepulchra tenent.
Perfidia vulgi patriæ dum sedibus exul.

Imperii Consul, Cæsaris & fit Eques,
Sic mundi curis tandem fessusqve senecta
Jungitur invictus mortis agone DEO.

Strenuo ac nobilitatis splendore spectabili Viro, HENRICO (*leg. Nicolao*) BRÖMSEN, *Eqviti Aurato, & J. U. Doctori eximio, Invictissimiqve ac potentissimi Caroli V., Imperatoris, qvondam Consiliario fidelissimo, amplissimæqve Civitatis hujus Patritio, Agnati, gratæ memoriæ causa, insignia hæc poni curaverunt. Obiit anno humanæ salutis 43., die Conversionis Pauli, cum vixisset annos 67., dies 17.*

De Nummo Unciali Anni 1537. Lubecensi, crabrone insignito, qvi Caroli V., Imp., in uno latere, exhibet effigiem, in altero autem Brömsii, sub Eqvitis Cataphracti schemate, sistere imaginem, sed falso, creditur, Pet. Ambr. Lehmannus, *in Observationibus Historicis Anni 1702. Germanicis, num. III., p. 17. 18.*, &, qvem is allegat, Jac. a Mellen, *in specimine Sylloges nummorum uncialium, A. 1696. edito, possunt consuli.* Addatur his Johannis Henrici a Seelen Memoria Nicolai a Brömsen, e Thalero Lubecensi, A. 1537. auspiciis ipsius cuso, instaurata, qvæ Lubecæ A. 1723. *in 4.* prodiit.

Conf. de Brömsio Joh. Blanckii (*supra memorati*) Ehrenseule des adelichen Geschlechts deret von Brömsen, A. 1677. *in 4.* editam, Jac. a Mellen *Notitiam Majorum p. 124.*, & turbarum sub Consulatu ejus Lubecensium Historiam, in Davidis Chytræi *Chronici Saxoniæ Parte II., p. m. 147-151. 166. 167. 237. 238.*, & *Chronico Lubecensi Kirchringio-Molleriano, p. 144-191. 200-207.*, fusius expositam.

Nicolai Brömsen und Hermanni Plönnies, Bürgermeister der Stadt Lübeck, Schrift, worinn sie die Uhrsachen ihrer Wegreise anzeigen, und über die aufrühriſche Unternehmungen der CLXIV. Deputirten sich beschweren, ed. A. 1531. in f. pat. Huic scripto (de qvo paulo ante jam dictum) a factionis adversæ Demagogis opposita est, Billige Antwort der verordneten Bürger der Keyserlichen Stadt Lübeck, gegen die grundlose Schmähschrift der beyden vorgeschlagenen Bürgermeister, Nic. Brömsen und H. Plönnies, Lubecæ A. 1531. excusa, & in Joh. Regkmanni *Chronico Lubecensi Germanico, Lib. III., p. 138-140.*, recusa. De utroqve Scripto V. *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 188.*, & *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 9., p. 445. 446.*

GEORGIUS BRONNER, Organœdus ædis Spiritus Sancti Hamburgensis.

Vollständiges Musicalisches Choral-Buch, nach dem Hamburgischen Kirchen-Gesangbuche eingerichtet, nach allen Melodeyen in 3. Stimmen componiret, wie auch mit einem choral-und obliganten Orgel-Basse versehen. Hamb. A. 1716. in 4.

LEONHARDUS BRUCKE, Arithmeticus Hamburgensis.

Geistliches Hand-und Reisebüchlein, darinn der Heidnische, Jüdische und Christliche Glaube gegen einander werden gehalten: nebst beygefügter einfältigen Erklärung des gantzen Catechismi. Hamburgi 1581. in 8.

DAVID a BRUGGE, Lubecensis, Scholæ patriæ, ab A. 1664. (d. 6. Maji), Subrector, & Bibliothecæ Præfectus publicæ, d. 19. Apr. A. 1688. defunctus; Poeta in effundendis versibus Latinis (sed justo citius, nulla lima adhibita, sæpe deproperatis) perqvam expeditus. V. de illo Henr. Bangerti *Catalogum Præceptorum Scholæ Lubec.*, Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. 17. p. 149.*, Jo. Henr. a Seelen *Athenæ Lubecenses P. I., p. 17. 104. 105. 106. & P. IV., c. 16., p. 445.* & D. G. Morhofii Epicedium ei scriptum (*in Opp. Poet., L. 3. Manium, p. 579. 580.*), in qvo salutatur

Vates disertus, cujus ore tot qvondam
Fluxere versus, patrii decus Pindi,

Cui tota sese Castalis propinatis
Indulsit undis.

Joach.

(1.) *l. c. p. 133. 216.* (2.) *in Serie Senatus Lubecensis vernacula. Majorum p. 124.* Conf. de uxore & liberis Seelenium *l. c. p. 7.* (3.) V. Kirchringium *l. c. p. 182. 216.* (4.) V. Jac. a Mellen *Notitiam* (5.) *in Deliciis variorum Europæ itinerum p. 344.*

Joach. etiam Fellerus, *in Italia erudita in Misnia, Carm. 38.*, *Musam* ejus *priscis Poetis*, judicio suo, nimis benigno, *æqvare* est ausus, &, *in Epistola contra Frid. Ulr. Calixtum*, *Philologum* illum vocavit *eximium*. Versus qvoqve illius præstantes a Joh. Wilh. Petræo, *in Historia vitæ suæ p. 9.*, vocantur.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Carmen Heroicum, excubias nocturnas Pastorum, gregem suum in Bethlehemiæ oris custodientium, continens. Lubecæ 1652. in 4.

Lessus Heroicus, manibus Christ. Cassii facer. Lubecæ 1676. in fol.

Æternitatis Album, memoriæ perennaturæ eorum, qvi Bibliothecam Lubecensem, vel vivi, vel mortui, libris, legatis, ornamentis, locupletarunt, illustrarunt, sacrum, Lubecæ A. 1678. *in 4.* excusum, in qvo de Bibliothecarum utilitate & necessitate disseritur.

Epicedia, Epithalamia, aliaqve carmina, Latina pariter atqve vernacula, ferme innumera, seorsim diversis edita temporibus, e qvibus Inscriptiones forte, satis nonnunqvam ingeniosæ, laudem merentur præcipuam.

INEDITA & AFFECTA,

(*in Catalogo Nund. Lipf. Anni 1679. Vernali p. 50.*, *nec non Vernali A. 1682. p. 42.*, promissa, &, ex istis a Chr. Hendreichio, *in Pandect. Brandeb. p. 752.*, enumerata).

Poemata, Inscriptiones, Epistolæ & Oratiunculæ selectiores.

Spicilegium in Novum Testamentum.

Notæ Philologicæ in Acta Apostolica.

Hugonis Grotii Orationis Dominicæ Paraphrasis.

Diss. de Bibliotheca Lubecensi.

Artificium ex Poetis antiqvis.

Observationes & Variæ Lectiones in Cebetis Tabulam, & Epicteti Enchiridium.

Sirenes Terentianæ.

Orationum Virgilianarum resolutiones.

Scientia Regia ex Virgilio.

Observationes & Notæ Philologicæ in Epistolas Ciceronis, a Melch. Junio collectas; una cum imitandi ratione.

FRIDERICUS CHRISTIANUS BRÜGGEMANN, Glückstadio Holsatus, Juris & Politices Cultor non inglorius, qvi, castra tandem secutus, in Belgio occubuisse perhibetur.

Tractatus Juris publici de statu & scopo Reip. Germanicæ, de illius tranqvillitate ac securitate domi forisqve tuenda, potissimis tuitionis mediis, ejusqve tum æqvo, tum iniqvo fato: Cum Parergo contra Severini de Monzambano novam Hypothesin de statu Imperii Germanici. Jenæ 1667. in 4. Recusus in *Additione XI. Limnæi enucleati*, a Phil. Andr. Oldenburgero (*nitidissimum* eum vocante *in Proleg.*) Genevæ A. 1670. in fol. editi, *p. 128-169*. Formam Imperii Romano-Germanici magis ad Aristocratiam, qvam ad Monarchiam, inclinare statuit, & Hippolyti a Lapide Scripto *de Ratione status*, B. G. Struvio (qvi Hippolytum a Nostro *veritate qvidem, sed non æqve judicio, vinci, in Biblioth. Juris selecta, c. XI.*, *§. 12.*, *p. 384.*, judicat) observante, est oppositus. *Parergo* ejus breviter a Sam. Pufendorfio, Scripti sui *de statu Imperii Germanici*, sub Severini de Monzambano larva editi, vindice, *in Disqvisit. de Republ. irregulari, §. 17.*, est responsum.

Conf. de illo Chr. Hendreichii (ex unico hoc Scriptore duos, F. C. *Briggemannum* & F. C. *Brüggemannum* fabricati) *Pandect. Brandeb. p. 733. 752.*

NICOLAUS BRÜGGEMANN, Hamburgensis, Scholæ Stralsundensis in Pomerania Conrector, A. 1656. (*teste Habichthorstio in Rost. Lit. p. 101.*) superstes.

Εὐφημία in felicem novi anni ingressum, feliciorem progressum, & felicissimum egressum, Carmine Hexametro scripta, & in Gymnasio patrio recitata. Hamburgi 1626. in 4.

CHRISTIANUS BRUHN, Henfteda Dithmarsus.

Pseudo-Elias, seu Diss. Chronologico-Historica de Chronico domus Eliæ, ab eo conscripta, & Præside D. Æg. Strauchio Jun. proposita. Witeb. 1662. in 4.

M. CHRISTOPHORUS BRUHN, Christophori (Parochi initio Föhrensis, & deinde Lugomonasteriensis) filius, Gymnasii Holsatici Bordesholmensis Subrector, & postea, circa A. 1643., Conrector.

Disp. de Ecclesia Christi, Præside D. Valent. Legdæo. Rostochii 1633. in 4.

Disp. prior de Electione, seu prædestinatione, ὀνομαζογραφίαν ejus exhibens, ab ipso conscripta, & Præside D. Coelestino Mislenta proposita. Regiomonti 1636. in 4.

M. CHRISTOPHORUS BRUHN, Ecclesiæ Lugomonasteriensis in Diœcesi Ripensi Pastor, qvi an idem forte sit cum præcedenti, alii dispiciant.

Thesaurus Evangelii honorificus, oder Leichpredigt vom Ehrenschatze des Evangelii, auß Matth. XIII., über Ericum Winde, Pastorem zu Brede. Kilonii 1673. in 4.

HANSIUS BRUHNS, Civis Lubecensis & Concivium Procenturio (Bürgerleutenant).

Chronica der Stadt Lübeck, umbs Jahr Chr. 1652. geschrieben. Opus ἀνέκδοτον, aliqvot Tomis (*in fol.*) comprehensum, cujus notitiam Viro Cl., Jacobo a Mellen, debeo.

HENRICUS BRUHN, Dithmarsus, J. U. D., & Dicasterii provincialis in Dithmarsia Australi Meldorpiensis, circa A. 1640., teste Lamp. Alardo (*in Dedic. Partis IV. Memorialis Holsatici*), Assessor.

Disp. Inaug. (*seu Tractatus potius 45. qvaternionum integer*) de Pactis, qva privatis, qva publicis, cum Digressione ad statum Reip. Romano-Germanicæ, & præfixa Oratione, in actu promotionis habita; Præside D. Joach. Weccio. Helmstadii 1638. in 4.

HENRICUS BRUMMER, Hamburgensis, Magister Jenæ, Theol. autem Doctor Giessæ A. 1659., creatus, Pastor initio aulicus & Superintendens Comitatus Palæo-Leiningensis (1.), deinde Adolphi Johannis, Com. Pal. & Archistrategi Svedici, Ecclesiastes in Polonia (e cujus Bibliothecis Monasticis Avtographum Actorum Colloqvii Thoruniensis, & MSSta alia, Bibliothecæ urbis patriæ donata, licentia militari eruit), A. 1656. & seqq., Castrensis, Superin-

(1.) V. J. Christoph. Rumetschii *Schediasma de Historia Theol. Evang. p. 72.*

Superintendens Prussiæ Polonicæ sive (juxta alios) Tractus in ea Culmensis, a fratre hujus, Carolo Gustavo, Rege Sveciæ, non multo post, sed, ob subitum Svecorum e provincia hac discessum, frustra, designatus (1.), tandem vero Oppidi in Eiderstadia Tonningensis, ab A. 1661. (d. 10. Jul.), Pastor, M. Sept. A. 1674. mortuus (2.). Variis eum Scommatis exagitavit Matthias Knutzius, Empræcta Eiderstadiæ famosus, in Dialogis duobus vernaculis, a D. Joh. Musæo suæ illorum Confutationi vernaculæ A. 1675. annexis. In qvorum priore Brummerus ipse cum Scriba militari, in posteriore vero Caupo Altonaviensis cum tribus hospitibus, Ursino Pontificio, Brummero Lutherano, & Bahrio Reformato, colloqvi fingitur.

Hexas Qvæstionum Physicarum de Stellis, Præside Joh. Zeisoldo, PP. Jenæ 1648. in 4.

Disp. Philosophica, ab ipso Præside proposita. Giessæ in 4.

Exerc. Theologico-Historica de Concilio Niceno, Præside D. Balth. Menzero Jun. Giessæ 1652. in 4. Recusa, *in Append. Tomi VIII. Disputt. Theol. Giessensium*, ibid. A. 1655. in 8.

Disp. Theol. Inaug. de Libero Arbitrio, Præside D. Pet. Haberkornio. Giessæ 1659. in 4. Recusa *Tomo IX. Disputt. Giess. Theolog. (num. 7.)*, ibidem A. 1671. in 8.

Dolorosus virorum planctus, oder Leichpredigt über Carolum Gustavum, König in Schweden, auß Thren. V. 15. 16. 17., zu Hamburg, in der Gräfl. Königsmarckischen Behausung gehalten. Hamb. 1660. in 4.

Certissima fidelium salus, oder Leichpred. über Dorothea Hecklauerinn, Herrn Hans Walthern, Commendanten in Tönningen, Ehfrau, auß Ps. LXXIII. 23. 24. Slesvigæ 1670. in 4.

BRUNO, Doctor religionis Christianæ, inter primos Wagriæ nostræ Apostolos, eximius, & Vicelini, triumqve ejus in Episcopatu Aldenburgo-Lubecensi successorum, Geroldi, Conradi I. & Henrici, in conversione Slavorum, συνεργὸς fidelis, Civitati Lubecensi a Vicelino, circa A. 1136., una cum Ludolfo (Præposito postea Segebergensi) & Hermanno (Antistite deinceps Neomonasteriensi), datus est sacerdos (3.), ejusqve incolis, triennio integro, verbum Dei, Pribislai, Slavorum principis, permissu, annunciavit. A cujus ex eadem gente hoste ac æmulo, Race, cum urbs ista A. 1139. devastaretur, Noster, cum Collegis, in arundineto aliqvamdiu delituit, ac ægre in Monasterium Falderense, sive Neomonasterium, ad Vicelinum evasit (4.). In isto A. 1152. etiamnum vixit, ac Thietmaro, Abbati Segebergensi, moribundo, extremæ unctionis officium, cum Eppone, Cœnobii Præposito, exhibuit (5.). Anno seqv. 1153. Villæ in Episcopatu Lubecensi Bosoviensis ædi sacræ, a Vicelino conditæ, præfuit (6.), sed, post hujus obitum, A. 1154. Falderam confestim repetiit (7.). E Cœnobio isto A. 1156. a Geroldo, Vicelini successore, evocatus, & Aldenburgo, Wagriæ Metropoli, Sacerdos (8.), non vero (uti Georg. Casp. Kirchmaierus (9.) falso tradidit) Episcopus, præfectus, ingenti officium administravit diligentia, & eo qvidem promptius, qvod, sacros suos in convertendis Paganis labores haud fore frustraneos, visione nocturna arboris proceræ, e Chrismatothecæ suæ operculo enatæ, sibi videretur edoctus. In urbe hac, ejusqve vicinia, non solum lucos, & alias Ethnicismi reliqvias, funditus extirpavit, sed &, post coloniam Saxonum, petitu ipsius, ab Adolpho II., Holsatiæ Comite, eo deductam, in antiqvæ ædis Cathedralis, a Slavis A. 1066. exustæ, locum, novam, anno post excidium istud nonagesimo, extruxit, librisqve & utensilibus sacris copiose instructam a Geroldo, præsente Adolpho, inaugurari, ac D. Joh. Baptistæ dedicari, curavit. Hac in æde, non Saxones solum, sed & Slavos, istam diebus sacris ac festis invisere, suorumqve cadavera in ejusdem sepelire atrio, ab Adolpho jussos, in religione Christiana instituit, & lingva qvidem, ut facilius ab iis intelligeretur, Slavica, qva *Sermones eum habuisse conscriptos, qvos populo opportune pronunciaret*, Helmoldus, ipsi σύγχρονος, testatur (10.). Ob qvos, injuria licet temporum dudum amissos, sicut Scriptoribus lingvæ Slavico-Sorabicæ Bruno a M. Abrah. Frencelio, Parocho in Lusatia Schönaviensi, *in Præfat. Libri I. de Lingvæ Sorabicæ Originibus*, A. 1693. jam est annumeratus, ita Cimbricis etiam a nobis h. l. accensetur. Abrogavit insuper, Adolphi ope ac auspiciis, tum alias Slavorum pravas consvetudines, tum crucis, cui Danum qvendam nuper affixerant, supplicium, ac juramenta per arbores, fontes & lapides, iisdem solennia, inqve horum locum reos judicia ferri candentis, ac vomerum ignitorum, se præsente, subire, communi ævi sui superstitioni indulgens, est passus (11.). Superstes fuit Aldenburgi, circa A. 1170., qvo Dani, ductu Christophori, Ducis Slesvicensis, urbem illam, & tractum Wagriæ vicinum, depopulati, nec templo, qvod ipse condiderat, novello, nec bonis ejus, teste Helmoldo (12.), qvicqvam attulerunt detrimenti.

JOHANNES BRUNO, Rendesburgensis, Urbis Crempensis Pastor, de qvo V. Sam. Rosenbohmii in nuptias ejus secundas Epithalamium, *P. I. Poem.*, *p. 126-129.*

Liickpredigt van dem höchsten Troste aller bedröveden Christen, in Kranckheit unn Dode, över Anna Luhtkens, uth 1 Pet. I., geholden. Hamburgi 1594. in 4. *(L. Saxon.)*

D. JOH. BRUNO vel BRAUN, Kiloniensis, Med. D. & in patria Practicus patrem habuit Jacobum, civem Kiloniensem, uxorem Saram, Henr. Bacmeisteri, J. U. D. & urbis Lüneburgensis Consiliarii, filiam, gnatam vero Saram, Joh. Casp. Adolphi, Consulis Kiloniensis, conjugem, A. 1641. in lucem editam, & A. 1714. mortuam. V. Programma Kiloniense, hujus A. 1714. præmissum exeqviis. Filius ejus fuisse videtur Salom. Braunius, Med. D. & Archiater Brandeburgico-Baruthinus, de qvo dictum est supra.

Theses Medicæ Inaugurales de Epilepsia. Lugd. Bat. 1612. in 4.

ANTONIUS BRUNS, seu BRUNO, Slesvicensis, patre cognomine, matre autem Nicolai Kupferschmidii, Consulis Slesvicensis, filia, Pauliqve Cypræi, Consiliarii Holsatici ac JCti celeberrimi, sorore, natus, Scholæ Flensburgensis, non ab A. 1583. (uti Ant. Heimreichius, nepos, falso credidit), sed (uti a Jona Hoyero, rerum Flensburgensium Scriptore vernaculo, *Antonium Cramerum* illum vocante, sum edoctus) ab A. 1569. ad 1582., qvo officio hoc excidit, Conrector, deinde vero Parochus in Nordstrandia, ab A. 1583. (V. D. Pauli ab Eitzen a qvo *ob pietatem & eximiam eruditionem* commendatur Testimonium ordinationis, ab Henr. Muhlio, *Diss. I. Historico-Theol. p. 197.*, exhibitum.) ad fatalem 1623., Evensbüllensis; Gener M. Henrici Dinggrevii, Superintendentis Wismariensis, Henrici, Successoris, & Magdalenæ, Joh. Heimreichio, Nordstrandiæ Præposito, nuptæ, parens, avus autem maternus Ant. Heimreichii, Pastoris in eadem Mohrensis, a qvo, *in Chronico Frisiæ Borealis Germanico, L. 2., c. 4., p. 97., &*

L. 3.,

(1.) V. Christoph. Hartknochii *L. 5. Hist. Eccl. Prussicæ, c. 3., p. 1024. 1025.* (2.) V. Pet. Aug. Siveri Appendicem der Tönningschen Kantzel-predigt *p. 62.* (3.) V. Helmoldi *Chron. Slav.*, *L. I. c. 54. & 93.*, *p. 130. 212.*, Alb. Stad. *Chron.*, *ad A. 1136.*, *Poema de Vicelino (inter Scr. Germ. Lindebr.) p. 120.*, Presb. Brem. *Contin. Helmoldi*, *c. 14.*, *p. 24.*, & Krantzii *L. 6. Metrop. c. 16.* (4.) V. Helmoldum *L. I. c. 55.*, *p. 132.*, Krantzium *l. c.*, & Joh. Petræum *in Chron. Holsat. p. 45. 46.* (5.) V. Helmoldum *L. I. c. 73.*, *p. 168.* (6.) V. Helmoldum *L. I.*, *c. 75.*, *p. 170.* (7.) V. Helmoldum *L. I.*, *c. 83.*, *p. 188.* (8.) V. *Poema antiqvum de Vicelino (inter Scr. rer. Germ. Lindebrogianos) p. 122.*, & *Chronicon Slavicum, c. 25.*, *ibid. p. 199.* (9.) *in Diss. de origine, jure & utilitate lingvæ Slavonicæ, c. 2.*, *§. 4.*, *p. 16.* (10.) *L. I.*, *c. 83.*, *p. 188.* Memorat eosdem etiam Krantzius, Helmoldi verba exscribens, *L. 4. Vandaliæ c. 26.*, *p. 95.* (11.) V. de hisce Actis Brunonis Aldenburgensibus Helmoldum *L. I.*, *c. 83.*, *p. 188.*, Krantzium *L. 4. Vandal. c. 25. & 26.*, Joh. Petræum *l. c. p. 52. 53.*, & C. Danckwerthium *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 8.*, *p. 115.* (12.) *L. 2.*, *c. 13.*, *p. 237.*

L. 3., c. 3., p. 223., (*Ed. secundæ*) celebratur, locoqve priore (ubi *Virum* eum *doctum & diligentem* appellat), sicut & *in Catalogo Autorum, Chronico Dithmarsiæ præfixo*, scripta reliqvisse perhibetur ἀνέκδοτα seqventia:

Locos Communes Theologicos.

Speculum Historiarum, ab O. C. ad sua tempora.

Seriem Principum Germaniæ præcipuorum, a Carolo M. ad sua tempora, sive Statum Imperii Romano-Germanici. Conf. de illo *Sched.* nostrum *de Scholæ Flensb. historia Germanicum p. 16.*

(Mentionem ejus observo etiam in Pauli ab Eitzen, Superint. Holsatici, Epistola ad Joh. Pistorium, Præpos. Eiderstad., M. Dec. A. 1582. exarata, his verbis esse factam: *Spero, tibi notum esse Virum solide doctum, Ant. Brunonem, Slesvicensem, qvi nunc est Corrector Scholæ Flensburgensis.*)

JOH. ERNESTUS CHRISTOPHORUS BRUSER, Scriptoribus Hamburgensibus, in D. Ott. Sperlingii Jun. *Indice* illorum MSto, annumeratus, ἀνέκδοτα reliqvit, qvæ in Bibliotheca Vinc. Placcii, Hamburgensi publicæ juncta nunc asservantur:

Journal seiner Reise nach Gvinea, A. 1664. geschrieben.

Beschreibung des grossen Mogols.

M. ANDREAS BUCCHIUS, Coldingæ Cimbrorum, patre Andrea Michaelio, Urbis hujus tunc Pastore ac Præposito, deinde vero Episcopo in Norwagia Bergensi, d. 9. Aug. A. 1589., teste Pet. Resenio, natus, Pastor, circa A. 1621. (qvo & supremam Philosophiæ lauream Hafniæ, Brabevta Wolfg. Rhumanno, post defensam hujus *de Congressu vulgi Disputationem*, obtinuit), in Norwagia Vossensis, Præpositusqve Hardangriensis, d. 28. Jun. A. 1623., æt. 34., juxta eundem Resenium, defunctus. V. de illo Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 4.*, *meumqve ad hunc Spicilegium p. 2.*, Pet. Resenii *Indicem Bibliothecæ suæ tertium, Nova Literaria Lubecensia, M. Majo A. 1708., p. 114.*, & præsertim, qvam hæc allegant, M. Gerh. Milzovii *Presbyterologiam Norwegico-Voss-Hardangrianam, p. 31. & seqq.*

D. Joh. Georgii Sigwarti, Theologi Tubingensis Compendium Locorum Theologicorum Communium, e lingva Germanica in Danicam translatum. Hafniæ 1622. in 12. Denuo, opera R. N. K., emendatius editum, adjecta versione Confessionis Augustanæ Danica, ibidem A. 1688, & 1703. in 8.

M. HENRICUS BUCHOLZ, Hamburgensis, Ædis in patria Nicolaitanæ Diaconus d. 20. Mart. A. 1653. est electus, & d. 16. Jan. A. 1660., æt. 42., defunctus. V. *Catalogum MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis αὐτόγραφον*. Falluntur Wolfg. Henr. Adelungius (*in suo eorundem Indice p. 8.*), &, qvi seqvi hunc videtur, Joh. Alb. Fabricius (*P. II. Memor. Hamb. p. 873.*), *Buchwaldii* ei tribuentes cognomen, & ad A. 1659. obitum ejusdem referentes. Gener fuit Henr. Scheidemanni, Musici Hamburgensis celeberrimi.

Oratio de Peste, in Acad. Jenensi recitata. Jenæ (*sine mentione anni*) in 4. Præfixum est Judicium de illa Joh. Mich. Dilherri honorificum.

Der Prediger Salomo, Poetisch aufgesetzt: Mit einigen Anmerckungen. Hamburgi 1648. in 4.

ANNA a BUCHWALD, sive BOCKWOLD, familiæ apud Cimbros nobilissimæ, uti splendorem natalium debuit, ita virtute sua, & ingentibus in Cœnobium Monialium Benedictinarum Prezense meritis, lucem haud exiguam est fœnerata. Antistitem se illius (qvam *Priorissam* vocant), in Heilwigis Splietiæ locum, A. 1484. (*Die Jovis post Domin. Miseric. Domini*) esse electam, ipsa testatur. Adeo autem egregie munere illo est functa, tantaqve sollicitudine Cœnobii commoda promovit, ut, qvotqvot illi successerunt, qvid sui esset officii ab ea discere potuerint. Monialibus, qvas assiduis cantus, atqve lectionis sacræ, maximam non diei solum, sed & noctis, partem sibi vindicantis, laboribus plus justo dolebat onerari, mitigationem illorum ab Alb. Krummendikio, Episcopo Lubecensi, Prezam A. 1486. delato, flexis impetravit genibus. Cujus jussu, e *Libro* illarum *Ordinario*, qvæcunqve superflua videbantur, ab Henrico, Abbate Cismariensi, sunt expuncta. Moniales novitias, sive *Scholares*, onere cantionum *Antiphonarii* gemini atqve *Gradualis* memoriter ediscendarum liberavit, &, ut istas recitaturæ Codicem inspicerent, permisit. A. 1493., qvo Bartholdus Stenhagius Cœnobii Præpositura se abdicabat, nec qvisqvam, ob æs 3700. Marcarum alienum, qvo ejus, & sex Antecessorum, negligentia gravatum istud erat, obtrudi hanc sibi patiebatur, Buchwaldia, Theodorici, Episc. Lubec., mandato, & monialium, Eqvitumqve Holsatorum, precibus, obtemperans, administrationem illius est aggressa, summaqve prudentia Politico-Oeconomica, qvadriennii unius (ab A. 1493. ad 1497.), spatio, omnibus istis (si 400. Marcas excipias) debitis Cœnobium liberavit, &, qvicqvid a VII. Præpositis peccatum aut neglectum erat, sola resarsit. Præposituram hanc vicariam A. 1497., munus autem Antistitæ, per annos XXIV. summa cum laude administratum, A. 1508., Cœnobio resignavit, & in illa Dethlevum Seestadium, Eqvitem Holsatum, ac Christ. II., R. Dan., Consiliarium, in hoc autem Annam a Qvalen, virginem nobilissimam, sibi auspicato vidit subrogari. Præcipuam in Virgine hac generosa laudem meretur gemina, eaqve seria, de cultu divino rite peragendo, & Cœnobii sui historia ad posteros transmittenda, sollicitudo. Utriusqve testis est luculentus Codex, qvem Monasterio Prezensi reliqvit, membranaceus formæ (*in fol.*) majoris bipertitus, ab ipsa, atqve sorore Dilla, ejusdem moniali, labore indefesso, A. 1471. (*Vigilia omnium SS.*) cœptus colligi, A. 1487. (*Profesto Michaelis*) absolutus, Thomæqve Schröderi manu exaratus. Hujus enim Pars I. *Rituale* exhibet Cœnobii, cultusqve divini, & Cantus in eodem, singulis totius anni Dominicis, festis, aliisqve diebus, publici, Latinum; Secunda vero Evergetarum illius, qvorum memoria qvotannis recolebatur, recensum Historicum, & miscellas de Præpositis, Antistitis, ædificiis, aliisqve rebus, observationes, partim Latinas, partim Saxonicas. Accedit Appendix ejusdem argumenti, manibus partim ipsius Buchwaldiæ, & Dillæ sororis, partim aliarum, qvæ post illam Cœnobio præfuerunt, Virginum nobilium, exarata. Prologum libri Rythmicum adjicio:

Hunc librum edidit per se Diva Priorissa;
Anna de Bockwold noviter conscripsit eundem.
Utilis est cunctis; plurimos nam aufert errores,
Qvi sæpius per graves evitabantur labores.
Contulit juvamen Dilla, soror Priorissæ:
Ad opus inceptum fertur hæc multa fecisse.
Proprio non scripsit ex sensu, sed seniorum,
Ab his qvæsitis, & ex verbis relatorum.
Ut error vitetur, hic liber legi jubetur;
Monstrat nam cuncta, qvaliter tibi sint facienda.
Si ipsum legeris, nunqvam tu decipieris.

Ἐμφατικώτερα sunt, sed & paulo forte ambitiosiora, verba Epilogi seqventia: *A. D. 1487., in profesto Michaelis, iste liber est completus & finitus, qvi A. 1471. a me, Anna de Bockwolde, inchoatus fuit. Non est æstimandum, qvod hunc librum ex Codicibus aliis scripsi sive collegi, sed ex gratia & infusione altissimi. Minima enim syllaba, in hoc libro contenta, non prius fuit scripta in aliqvo libro, qvi in usum Conventus veniebat. Qvantum laborem, & qvam diligentiam, in colligendo, qværendo & conscribendo, feci, leviter non credit homo, sed soli constat DEO, qvi pro tanto labore sit merces mea.*

Cui hunc offero librum, pro usu & necessitate Conventus, & totius Comitatus. Rogo ergo omnes, isto libro utentes, Deum fideliter pro me orent, ut tale mihi det præmium, qvale ego desidero, scil. coronam æternæ gloriæ. Amen. Orate pro dilecta sorore mea, Dilla, qvæ fideliter dimisit scribere hunc librum. Scriptus & finitus per me, Dominum Thomam Schröder.

Conf. de illa *P. I. Isagoges* mex *ad Hist. Cimbr., c. 14., §. 12., p. 240.*, & *P. IV., c. 2., §. 1. 14. 15., p. 382. 383. 409. 414. 415.*, atqve, ex ista, Ott. Sperlingii Jun. *Tr. MS. de Fœminis doctis, num. 687.*

CASPARUS a BUCHWALD, Nicolai Filius, Eqves Holsatus.

Disp. de tutelis & curis, Præside Bonavent. Gauero, Thuringo, J. U. Lic. Witeb. 1607. in 4.

Disp. Juridica de Duello. Argentinæ 1609. in 4. (*Tribuitur illi in Thomæ Hydii Catal. Biblioth. Bodlejanæ, Lipenii Biblioth. Juridica, & Hendreichii Pand. Brandeb, p. 613.*)

(An idem hic sit cum Casparo a Buchwald, Dynasta Pronstorfiensi ac Helmstorfiensi, Christ. IV. & Frid. III., Regum Daniæ, Consiliario Provinciali, Præfectoqve Segebergensi, A. 1669. defuncto, & in Epicedio D. G. Morhofii vernaculo, *P. II. Poem. Germ. p. 196. & seqq.*, celebrato, certo rescifcere nondum licuit.)

DANIEL a BUCHWALD, Eqves Holsatus.

Conclusiones Legales patrocinium Pupillorum exhibentes, Præside Jac. Burchardo, J. U. D. & Oratoriæ Professore, propositæ. Basileæ 1618. in 4. Recusæ *Volum. III. Dispp. Jurid. Basileensium*, A. 1619. edito.

DILLA a BUCHWALD, Virgo Nobilis Holsatica, & Monialis Cœnobii Prezensis, exeunte Seculo XV., Benedictina, Annæ, ejusdem Antistitæ (*supra celebratæ*), Soror, &, in conscribendo illius, tum Rituali, tum Historiæ & antiqvitatum recensu, adjutrix, de qva Elogium fororis, plura suggeret. Pallæ atqve antependii (qvod vocabant), ex holoserico rubro confectorum, ac cœnobio ab ipsa A. 1495. donatorum, in Libro isto fit mentio, additurqve, Dillam 133. Marcas, in geminam hanc vestem sacram impensas, mendicando collegisse.

GODSCHALCUS a BUCHWALD, Caspari Filius (1.), Eqves Holsatus & Dynasta Oelpnicensis, Friderici III. ac Christiani V., Regum Daniæ (a qvorum postremo, d. 31. Dec. A. 1680., numero Eqvitum auratorum Ordinis adscriptus est Elephantini), Consiliarius Provincialis ac Intimus, & sæpe ad exteros Legatus, Cœnobiorumqve Itzehoensis & Uetersensis Præpositus, Mettæ Alefeldiæ, Friderici, Toparchæ Seegardensis, filiæ, Fridericiqve, magni Daniæ Cancellarii, sororis, maritus: Vir ingentis in corpore exiguo spiritus, prudentiæqve eximiæ, de patria præclare meritus, & Hamburgi tandem d. 27. Nov. A. 1700. defunctus, qvi Symboli loco aureum illud usurpabat: *Recte faciendo neminem time.* A. Dan. Georg. Morhofio, in Epicedio conjugi ejus scripto (2.) salutatur:

Die Zierde dieser Zeit, ein Mann vom hohen Geist
Und aller Trefligkeit, den Fürst und König liebet,
Und dem das gantze Land das Lob der Klugheit giebet.

Conf. de illo Christ. Noldii, Theologi Hafniensis, *Ep. Dedic. Historiæ Idumææ*, A. 1660. ei inscriptæ, *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1701., p. 91. 92.*, & *P. I. Isag.* mex *ad Hist. Cimbr., c. 14., §. 12., p. 240. 241.*

Legatione Batavica fungens A. 1660., cum Ottone Kragio, Collega, edidit:

Proposition, faite dans l'Assemblée des Estats Generaux, le 10 Janvier. A. 1660. *in 4.* recusam Germanice Hafniæ eod. A. 1660. in 4. Cui cum Anonymus, pro Svecis, *Discursum* opposuisset *super Oratione Legatorum Danicorum, d. 10. Jan. in Ordd. Fœd. habita concessu* (A. 1660. *in 4.*), mox eodem Anno reponebantur: 1. *Epistola Amici ad amicum, continens censuram super Discursum, adversus Orationem Legatorum Danicorum editum* (in 4.); 2. *Response a un certain Discours sur la Proposition des Ambassadeurs Extraordinaires de Danemarc* (*in 4.*).

Memoire, donné aux Estats Generaux des Provinces unies le 13. Fevr. A. 1660. Hagæ 1660. in 4., Germanice recusam.

Trois Memoires, presentées aux Estats Generaux le 3. de Fevrier, & le 1. & 20. de Mars, A. 1660. Gallice Hagæ, & Germanice Hafniæ, A. 1660. in 4.

Memorias alias complures, Ordinibus Fœderatis, eodem A. 1660., d. 7. Apr., 11 Maji, & mensibus seqventibus, exhibitas, Svecis non minus, qvam præcedentes, oppositas, & Hagæ, partim Gallice, partim vero Belgice, *in 4.* excusas.

JOHANNES de BUCHWALD, Meldorpio Dithmarsus, patre Dethlevo, Scriba Dithmarsiæ Australis regio, d. 7. Apr. A. 1658. natus, Hafniæqve a cognatis educatus, & artem edoctus Chirurgicam, hujus & Medicinæ accuratius excolendæ gratia, Prussiam, Germaniam, Belgium & Galliam (in qva Friderico IV., Regi Daniæ, peregrinanti, a ministeriis fuit Chirurgicis), peragravit. Hafniæ, cum ab eodem Rege Archi-Chirurgi sui aulici, Copiarumqve maritimarum Medici, dignitates obtinuisset, Med. Doctor, M. Martio A. 1700., est creatus. Constitutus deinde Professor ejusdem Academicus A. 1717., Fridericoqve IV., Daniæ Regi, a Justitiæ consiliis fuit.

Plura de Vita ejus V. in Nov. Lit. Lub., M. Majo A. 1700. p. 147. 148. & Alb. Thuræ Ideam Hist. Lit. Dan. p. 173. 174.

Disp. Inaug. de Pleuritide & Peripnevmonia, Præside D. Casp. Bartholino Jun. Hafn. 1700. 4.

Herbarium vivum Plantarum Daniæ domesticarum, sed Medicinalium tantum, latino sermone ordineqve alphabetico, plantis ipsis exsiccatis ei agglutinatis, Hafniæ A. 1720. *in 8. maj.* sub speciminis Medico-Practico-Botanici, edidit, titulo. V. de illo Lipsiensium Acta Erud., M. Jul. A. 1721., p. 315. 316. Germanice illud translatum ab Autoris Filio Balth. Joh. de Buchwald, Med. D., qvæ Versio Hafniæ itidem A. 1720. in 8. prodiit.

Diss. Medico-Practica de Pillulis Aloeticis, earumqve genuina præparatione & usu, Latine & Gallice ibid. 1717. in 4.

JOHANNES ADOLPHUS a BUCHWALD, Eqv. Hols. Dynasta Gersbeckensis & Stegensis, a Joh. Georg. Dorscheo, Theologo Argentinensi, *in Ep. Dedic. Sceletomaniæ Pontificiæ*, A. 1643. ei inscriptæ, fuse commendatus.

In Constitutionem Holsaticam Provincialem de Jure Obstagii Hypomnemata fortuita, Præside D. Joh. Ott. Tabore. Argentinæ 1644. in 4. *Haud parum*, judice Erico Mauritio (*in præfat. Consil. Kilon.*), *Constitutioni illi lucis attulerunt*. Commendat etiam ea Morhofius, *T. III. Polyhist., Lib. 6., p. 114.*, & *Librum* vocat *utilissimum*. Censuram contra asperiorem, sed veram, in Casp. Henr. Amthorii *Tr. de Obstagio, c. 1., §. 3., p. 4. 5.*, invenies.

NICOLAUS & WOLFGANGUS a BUCHWALD, Eqvites Holsati, communi nomine edidere

Allocutionem ad Potentissimum & Serenissimum Principem, Fridericum III., cum Rex Daniæ ac Norwagiæ, & vicinarum gentium Princeps salutaretur, Lugd. Bat. 1648. in fol.

M. HIERO.

(1.) Genealogiam ejus V. in C. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 10., p. 146.* (2.) *P. II. Poem. German. p. 186-194.*

M. HIERONYMUS BUEKIUS, Lubecæ, d. 19. Sept. A. 1630., patre Mercatore cognomine natus, Joh. Kirchmanni in schola patria discipulus, ex hac in Academias A. 1647. profectus Lipsiensem (in qva studium Juridicum, matris moribundæ precibus obtemperans, cum Theologico commutavit), Marpurgensem, Giessenam, Jenensem, Leucoream & Rostochiensem, post reditum, functionibus Civitatum Rigensis & Dantiscanæ, qvæ offerebantur, Ecclesiasticis amore patriæ recusatis, Ædis Germanorum Hafniensis Petrinæ A. 1661. Diaconus, & A. 1664. Pastor, electus, istoqve munere una cum vita, d. 18. Sept. A. 1673., æt. 43., defunctus: Maritus (ab A. 1661.) Annæ, Henrici Würgeri, negotiorum Regis Danici in urbe Lubecensi Curatoris, filiæ, post obitum suum D. Henr. Bornemanno, Seelandiæ Episcopo, ac Professori Theologo Hafniensi, A. 1675. iterum nuptæ, Annoqve 1698., M. Majo, extinctæ. Fusius Vitam ejus exposuit M. Christ. Bremerus, Collega, in Sermone Funebri (ex 1. Tim. I. 15. 16.) Germanico, sub titulo der Freystätte der Sünder Hafniæ A. 1674. edito. Conf. de illo D. Joh. Wandalini *Programma in funere uxoris ejus A. 1698. propositum*, Pet. Resenii *Inscriptt. Hafnienses p. 213. 214.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1673.*, Thomæ Bartholini Sen. *Lib. 8. Carm. p. 237.*, & Chr. Hendreichii *Pand. Brandeb. p. 780.*

Summum veri Doctoris & pii Auditoris lucrum ac bonum, oder Leichpredigt über M. Dan. Pfeiffium, Prof. Theol. und Pastorem der Peterskirche in Kopenhagen, aus Phil. III. 8. 9. 10. Hafniæ 1664. in 4.

Leichpred. über Theod. Lente, Königl. Dän. Kantzlern. Hafn. 1668. in 4.

Ritterlicher Glaubenskampf eines rechtschaffenen Christenhelden, oder Leichpr. über Nicolaum Held, Königl. Dän. Vice-Admiral, aus Ps. LXXIII. 25. 26. Hafn. 1668. in 4. (Unicam hanc Concionem Lipenius, *P. II. Bibl. Theol. p. 594.*, & Hendreichius *l. c.*, in Homilias complures in Ps. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. LXXIII. perperam transmutant.)

Leichpredigt über Kort Hentrich Mercfern. Hafn. 1672. in 4.

ALBERTUS HENRICUS tho BUEREN, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus. Vixit 1716.

Disp. de jure naturali Disputationum, Præside M. Georg. Raphelio, Silesio, Rostochii 1698. in 4. Recensum ejus V. *in Nov. Lit. Lubec.*, *M. Jun. A. 1698.*, *p. 89.*

Disp. Inaug. de Testamentis Hamburgensium, Præside D. Joh. Sam. Strykio. Halæ Sax. 1700. in 4.

HENRICUS tho BUEREN, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Hæreditatis petitione. Argentinæ 1672. in 4. Recusa *Decade II. Disputt. Inaug. Jurid. Argentinensium*, ibidem A. 1673. in 4.

M. HARDERUS BULICHIUS, Crempa Stormarsus, Scholarum Soltqvellensis in Marchia Brandeburgica (ab A. 1602.), Itzehoensis in patria (ab A. 1619.), & tandem Michaelitanæ in urbe Lüneburgensi (circa A. 1628.), Rector, Margaretæ Degetoviæ, A. 1603. ductæ, Maritus, & Petri, Friderici III., R. Dan., Archiatri & Consiliarii, Præsidisqve Hafniensis, ex hac Parens obiit d. 26. Jun. A. 1639. V. de illo Sam. Rosenbohmii *P. I. Poem.*, *Lib. 3.*, *p. 202.*, Lamp. Alardi *Delicias Atticas p. 47.*, Carmina vialia, Itzehoam abituro A. 1619. ab amicis scripta, & Calebi Trygophori Jambos ad eum, Magistri titulo Francofurti ad Viadrum a se ornatum, *P. I. Oratt.*, *lit. K. 4. 5.*

Ulrici Hutteni Arminius, Dialogus posthumus, res Arminii in Germania gestas continens, in usum scholæ Itzehoensis denuo correctior ab eo editus. Lubecæ 1623. in 4.

TITUS BULICHIUS, patria, ni fallor, Flensburgensis, Petri, e Civitatis hujus Medico Archiatri Danici, urbisqve Hafniensis Præsidis, modo memorati, e Margareta Franckia filius, Civitatis itidem Hafniensis Consul, simulqve Consiliarius commerciorum regius, & Tribunalis supremi Assessor, d. 9. Aug. A. 1684., æt. 45., mortuus. V. de illo Henn. Wittenii (Hafniensem eum fuisse falso tradentis) *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 133.*, & Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p. 145.*

Oratio de regno Daniæ. Hafniæ 1656. in fol. (*V. Barthol. l. c.*)

CHRISTIANUS BULLEN, Femariensis, remex nauticus, illiteratus qvidem, sed ingenio & judicio (uti Christ. Kortholtus, Theologus celeberrimus, popularis ejus ac condiscipulus, mihi retulit) a natura instructus fuit egregio. Is effræni morum licentia, qvam in Ecclesiis Lutheranis, non Cimbriæ solum, sed & Sveciæ, aliarumqve regionum, coram spectaverat, offensus, de reducendo in eas pristino disciplinæ Ecclesiasticæ rigore cogitare, & consilia sua passim cum Theologis communicare, cœpit. Hoc fine A. 1664. Stralsundiæ etiam D. Bernh. Gosmannum, Urbis Antistitem, adiit, &, facto peccatorum enormium, ab auditoribus ejus, ipsisqve Ecclesiastis, commissorum, indicio, ut in ea animadverteret, est hortatus. Obtemperavit Gosmannus, & in scelera ista graviter ex ambone sacro est invectus, sed Elencho tamen nominali abstinuit. Cujus necessitatem cum Bullenius paulo acrius urgeret, & Anathematis fulmen in immorigeros postularet vibrari, a Gosmanno, παρ' ἐνολα ejus irritato, coram Synedrio comparere jussus Ecclesiastico, non minori illic animi præsentia, qvæ contra impios & negligentes verbi divini ministros privatim ad eum scripserat, publice defendit, nec a Magistratu, ob ἀλλοτριοεπισκοπίαν, carceri inclusus, lignaqve deinde Brasiliana in Ergasterio coactus comminuere, a sententia sua, per Ecclesiastas, subinde eum invisentes, potuit dimoveri. Urbe tandem, Synedrii postulatu, ejectus, Rostochium, ac inde Amstelodamum, migravit, ubi A. 1668. adhuc fuit superstes, & integritatis atqve pietatis, zeli licet laborantis ἀμεθίᾳ, laudem a secum conversatis reportavit. Plura, de actis ejus & pœnis Stralsundensibus, in Epistola Anonymi, ipsius *Voci clamantis in deserto* adjecta, fuse narrantur. Christoph. Hendreichius, *in Pandect. Brandeb. p. 785.*, bis ejus injecit mentionem, & sub vero *Bulleni*, & sub depravato *Bulleri* cognomine. Testibus veritatis contra Christianismum degenerem a Gotfr. Arnoldo, *T. III. Hist. Eccl.*, *c. 15.*, *p. 149.*, & Frid. Breclingio, in suo illorum *Catalogo* (*T. IV.* ejusdem operis Arnoldini inserto), *num. 69.*, *p. 766.*, annumeratur.

Vox clamantis in deserto, oder Stimme Johannis des Täufers an alle Sünder, sie in ihrem Gewissen zu überzeugen, damit sie dermahleins folgen mögen dem Exempel des verlohrnen Sohns, und der bekehrten Hure Joh. VIII.: von GOtt ausgangen durch Christian Bullen, Layen und Schiffsknecht von Femern, weiland einen öffentlichen grossen Sünder, nun aber durch die Stimme Johannis zur Busse gebracht, und zu GOtt bekehret, &c.: Nebst eines ungenandten Theologi Epistolischen Erinnerung an D. Bernh. Gosmann, darinn eine Erzehlung enthalten desienigen, was sich in Stralsund mit dem Autore zugetragen. Amsterdam, bey Bened. Bahnsen, 1668. in 8. Hujus scripti locum aliqvem impugnant D. Georg. Henr. Götzii, Superint. Lubec., *Vindiciæ formulæ Baptismalis contra Christ. Bullum, Laicum & Helciarium*, Lubecæ A. 1707. *in 4.* editæ, de qvibus V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Nov. A. 1707. p. 352.*

Volumen ingens ἀνέκδοτον, qvo omnia Stralsundiæ a D. Bernh. Gosmanno, & Collegis, secum acta, singulaqve Erotemata & responsa, verbotenus annotavit, qvod editioni eum destinasse Autor Epistolæ, scripto præcedenti annexæ, testatur.

Scriptorum ejus omnium Editio, ab Henr. Betkio, Bibliopola Amstelodamensi, in officinæ suæ promissa Catalogo,

GERHARDUS BULLEN zur Burg, ita dictus, non qvod Burgam, Femariæ nostræ oppidum, patriam agnoverit, (uti perperam olim, *P. IV. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c.* 4., §. 1., *p.* 431., conjeci, errorem meum, *in præfat. ejusdem nova p.* 55., postea fassus), sed qvod Lubecæ in monasterio sit commoratus Burgensi, Scriptor ætatis mihi ignotæ.

Chronicon Lubecense MStum, a Conrado ab Höveln (in præfat. der Lüneburgischen Vortreflichkeit) allegatum.

NICOLAUS BULLENIUS, Ecclesiastes in Ditmarsia Australi Meldorpiensis.

Leichpredigt über D. Joh. Cluverum, Königlichen Superintendenten im Süder-Dithmarschen, auß Zach. XIII. 7. Glückstadii 1635. in 4.

CONR. FRID. BULOU, Faber Hamburgensis ferrarius, factionis Stielckio-Krumholzianæ assecla, ista A. 1708. oppressa ex urbe profugus, & absens M. Oct. A. 1710. proscriptus.

Höchst-abgedrungene geziemende Provocation an dem Magistrat zu Hamburg ihre Beschuldigungen gegen ihn zu beweisen. A. 1708. in 4.

CHRISTIANUS BUNCKEN, Hamburgensis, insignes, qvos in Philosophia & Mathesi juvenis jam fecerat, progressus Joach. Jungio & Joh. Adolpho Tassio, Gymnasii patrii debuit Professoribus, qvi qvanti eum æstimaverint, inde haud difficulter conjicies, qvod uterqve primore semper illum loco inter discipulos suos diligentissimos nominaverit (1.), ac Jungius Testamenti sui, vere Philosophici, Executorem constituerit (2.). Studii Medici curriculum, Civium clarissimorum, Gverneri Rolfincii & Christoph. Schelhammeri, Professorum illius, ductu, in Academia inchoavit Jenensi, absolvit autem in itineribus ad exteros, Gallico inprimis, e qvo, præter eruditionem præclaram, elegantem etiam rerum Exoticarum apparatum domum reportavit (3.) A. 1650. (qvo Doctoris titulum Jenæ, d. 12. Oct., Brabevta Schelhammero, obtinuit) Medicus jam erat thermarum Embsensium Ordinarius, & a Georgio ac Johanne, Hassiæ Landgraviis, ad Archiatri vocatus officium. A. 1651. Professioni in Acad. Hassiæ Giessena admotus est Medicæ (4.), sed ex illa, mox A. seqv. 1652., in patriam revocatus, & D. Joh. Placcio A. 1656. in Poliatri secundarii substitutus munere (5.), qvod ipse vicissim, A. 1659. mortuus, D. Joh. Alb. Huswedelio reliqvit. E conjuge, Catharina a Spreckelsen, Hartwigi, Senatoris Hamburg., Filia, Filium sustulit unicum, Hartwigum, tristi fato, cum Leidæ A. 1681. arti incumberet Medicæ, in amne submersum (6.).

Confer de illo, præter Scriptores jam laudatos, Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Script. Med. p.* 110., Georg. Abr. Mercklini *Lindenium renovatum p.* 167. 168., Joh. Ern. Gerhardi *Ep. Dedic. Fasciculi Disputt. Theol. Jubilæarum*, Jenæ A. 1658. editi, & Chr. Hendreichii *Pand. Brandeb. p.* 789.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Febre ardenti, Præside D. Christoph. Schelhammero. Jenæ 1645. in 4.

Disp. Inaug. de Rhevmatico affectu Præside D. Gothofr. Mœbio. Jenæ 1649. in 4.

Speculum optimi ac perfecti Medici, Oratione Inaugurali Giessæ exhibitum, ex conditionibus in Studioso artis Medicæ, in Tirone Medico ad Praxin jam accessuro, & in Medico ad ægrum præsentem jam adhibito, reqvisitis. Giessæ 1651. in 4.

Anatome Principis cujusdam Hassiaci, ab eo instituta, & a Joh. Dan. Horstio *Decadis suæ Observationum & Epistolarum Anatomicarum*, Francof. A. 1656. *in* 4. editæ, *Observationi tertiæ* (teste Segero *l. c.*) inserta.

II. GERMANICA.

Poetische Christ- und Weyhnachtsgedancken, oder Lobgesang über die gnadenreiche Geburt und Menschwerdung des einigen und ewigen Sohnes GOttes, unsers HErren und Heylandes JEsu Christi. Jenæ 1641. in 4.

Carmina alia Germanica plurima, seorsim edita, neutiqvam contemnenda.

INEDITA.

Der Jugend Thorheit; das ist: Poetische Gedichte und Lieder von allerhand Erfindungen und materien, sive Sylloge Carminum vernaculorum αὐτόγραφος, A. 1644. congesta, qvam Ulricus Winckelius Jun., Hamburgensis, J. U. L., dono filii, se posfidere, sed pleraqve seorsim jam produisse, mihi significavit.

Mart. Fogelius (*in Annott. ad Joach. Jungii Doxoscopias Physicas, P. II., Sect. III.*), eum, in ipsis curis & conatibus, qvicqvid Joach. Jungius de plantis conscripserat, in publicum proferendi, vita, præclare qvidem, sed mature nimis, functum esse, testatur.

M. ANTONIUS BURCHARDUS, Lubecæ, A. 1584., patre Mercatore cognomine, matre autem Margareta Schraderia, est natus, studiis humanioribus & Philosophicis in Schola patria & Gymnasio Stettinensi (7.), sacris autem in Academia, qvæ & Magistri illi titulum A. 1602. contulit, initiatus Witebergensi, Pædagogiiqve Stettinensis Conrector, & Eloqventiæ in eodem Professor, A. 1606. constitutus. Inde in patriam A. 1613. ad ædis Marianæ revocatus Diaconatum, illo, ob Zeli ἀμετρίαν, mox excidit. Cum enim fœdus, eo ipso tempore, a civitatibus Hanseaticis, & harum principe Lubeca, cum Belgii Fœderati Ordinibus, mutuæ συμμαχίας causa, initum, ob religionis pacisc entium diversitatem improbaret, & impium verboqve DEI contrarium esse, cum in sermonibus sacris, tum in scriptis, Georg. Stampelio, Superintendenti, patrono illius, oppositis, contenderet, a Senatu, ob πολυπραγμοσύνην, & pertinaciam in sententia sua Auditoribus inculcanda, A. seqv. 1614. loco est motus (8.). Exul Rostochium abiit, & biennio post, A. 1616. ad Pastoratum urbis vocatus Kiloniensis, in hac A. 1628., æt. 44., vivis excessit. Uxores duas habuit, ac e posteriore, Ursula, Andr. Matzii, Civis Kiloniensis, filia, filios qvatuor, & hos inter, Matthiam, Pastorem Kiloniensem, ac Georgium Henricum, Præpositum Segebergensem, reliqvit superstites.

V. de illo Georgii Henrici, Filii, *Lacrymas super obitum Fratris, Andreæ Burchardi*, Slesvigæ A. 1657. *in* 4. editas, & confer D. G. Morhofii *Programma Matthiæ Filii dicatum exeqviis*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A.* 1628., Christoph. Hendreichii (bis eum in scenam, sub falso *Buchardi*, & vero *Burchardi* cognomine, producentis) *Pandectas Brandeburgicas, p.* 774. 792. 793., Joh Micrælii *P. III. Syntagm. Hist. Eccl. p.* 360. 361. 530., Frid. Taubmanni

(1.) teste Mart. Fogelio, *sub initium Annotationum ad Doxoscopias Jungii Physicas.* (2.) V. Mart. Fogelii *Vitam Jungii.* (3.) V. Pauli Marqv. Slegelii *præfat. Comm. de motu sangvinis.* (4.) V. Joh. Justi Pistorii *Propylæum Athenæi Hassiaci p.* 14. (5.) V. Pistorium *l. c.* Georg. Segerum in Epist. ad Thom. Bartholinum A. 1656. scripta (*Cent. II Epp. Med. Barthol. p.* 657 & Joh. Alb Fabricium *P. II. Memor. Hamb. p.* 1044. (6.) V. Ulr. Winckelii Jun., J. U. L., *Laudationem Hartw. Bunckii funebrem*, Leidæ A. 1681. *in fol.* editam. (7.) V. *Dedic. Disp. VIIma Dav. Rungii de Calvinismo, Witebergæ A.* 1604. *ab eo defensa, & Præceptoribus inscripta Stettinensibus, Dan. Cramero ac Chr. Butelio.* (8.) V. Joh. Micrælii *P. III. Syntagm. H. E. p.* 360. 361. 530., & Joh. Kirchmanni *Or. de Vita G. Stampelii p.* 37. 38.

Taubmanni Schediasmata, *Lib. 3. Epigramm. p. 792.*, Willichii Westhovii *P. II. Poem, fol. 29. b.*, Jac. a Mellen *Catalogum MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, ac *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 5.*, *§. 13.*, *p. 478. 479. 480.*

Autoribus prohibitis, *in Indice librorum prohibitorum Hispanico*, Jussu Ant. Sotomajoris, Inqvisitoris Generalis, Madriti A. 1667. edito, accensetur.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Aphthonii Sophistæ Progymnasmata Eloqventiæ, libris III. evoluta. Stettini 1607. in 8. Recusa (testibus Bibliothecariis scriptoribus, Catalogisqve variis) Lubecæ 1609. in 8., Stettini A. 1612. in 4. & tandem (*cum Sylvula Disputationum* adjecta) Francof. ad Viadr. 1614. in 4. Commendantur a Joh. Micrælio (qvi Autorem Aphthonii *Progymnasmata feliciter* judicat *enucleasse*) *l. c. p. 360.*, D. G. Morhofio (*Commentarium* eadem vocante *luculentum*, *& præclarum doctrinæ specimen*) *in Programmate jam allegato*, & J. H. Alstedio *Lib. IX. Encyclopæd.*, *Sect. 2.*, *p. 508.*

Aristotelis Ethicorum Libri X., perspicue & compendiose XXIV. Disputationibus explicati Stettini 1609. in 8.

Fontes Consolationum sacrarum, in qvibus indicantur loci qvidam communissimi, unde consolationes Theologicæ deriventur. Witebergæ 1611. & Rostochii 1625. in 12. Commendantur a Wolfg. Franzio, Theologo Witebergensi, *in præfatione Encomiastica*, & Joh. Henr. Hottingero *P. IV. Biblioth. Qvadrip.*, *c. 3.*, *p. 407.*

Officina tyrocinii Oratorii, sive Institutio compendiaria ad artificium formandi orationem, per utilissima veterum Oratorum exercitamenta, recentiorumqve nobilissima documenta, instituta. Lubecæ 1612. in 8.

Disputationes variæ. Francof. ad Viadr. 1614. in 4. (*V. Hendreichium l. c. p. 793.*)

Articulus fidei Apostolicæ de descensu Christi ad inferos, in novem pugnantes opiniones, verbis Autorum relatas, a Zwinglianis Interpretibus distractus. Rostochii 1616. in 4.

Tr. de solvendis Sophismatis, cum Stettini viveret, ab eo (*testibus Georg. Henrico Filio & Hendreichio ll. cc.*) editus.

II. GERMANICA.

Leichpredigt über Balth. von Alefeld, Amtmann zu Rendesburg, aus Ps. XXXI. Lubecæ 1627. in 4.

Leichpred. über Gerhardum Ranzou, Königl. Holsteinischen Statthalter aus 1. Tim. I. 18. A. 1629. in 4.

(Falso ei a Georg. Draudio, *in Biblioth. Classica*, tribuitur Condolentz- und Trostbüchlein vor Christliche Eltern, so, wegen frühzeitigen und tödtlichen Abganges der lieben Kinder, traurig und betrübt seyn. Qvod opusculum, Magdeb. A. 1617. *in 8.* excusum, Hendreichius, *l. c. p. 792.*, M. Aaroni Burchardo, Pastori Magdeburgensi, recte vindicat.)

INEDITA.

Scripta plurima de Fœderibus, occasione Controversiæ de iis Lubecensis, paulo ante memoratæ, elaborata, qvæ se vidisse Joh. Micrælius (*l. c. p. 361.*) testatur, Georg. Stampelius autem, Superintendens Lubecensis, Tractatu refutavit itidem ἀνεκδότῳ, licere cum iis, qvi non eandem nobiscum profitentur religionem, societatem civilem ac fœdera inire, solide demonstrante, de qvo Stampelii ipsius Epistola ad Hug. Grotium, A. 1616. exarata, & inter *Epistolas Remonstrantium Ecclesiasticas* (*num. 262.*, *p. 436. 437. Edit. sec.*) publicata, & Joh. Kirchmanni *Or. de vita Stampelii funebris p. 38.*, merentur consuli.

Opera qvædam contra Calvinianos grandia, qvæ Matthiæ Pletzio, Eclesiastæ Aulico Haarburgensi, ab hæredibus esse commodata, sed nunqvam ab eo restituta, Georg. Henr. Burchardus, filius, *l. c.* testatur.

ANTONIUS BURCHARDUS, Kiloniensis, Matthiæ, Pastoris urbani, filius, J. U. D. & Advocatus Husensis. Vixit A. 1700.

Classicum belli sacri contra Ottomannos fortiter pieqve remoliendi, Oratio in Schola Slesvicensi recitata. Slesvigæ 1684. in fol.

Or. de Buda recepta, Kilonii d. 17. Sept. A. 1686. habita, qvæ an edita sit ignoro. (V. Morhofii *Programma* illi præmissum, in Sylloge *Programmatum*, *Orationibus* subjuncta, *n. 94.*, *p. 965. 966. 967.*)

Theses Juridicæ Inaugurales miscellaneæ, Præside D. Nicolao Martini. Kilonii 1694. in 4.

BERNHARDUS BURCHARDUS, Kiloniensis, Matthiæ itidem filius, ædis in patria Nicolaitanæ, ab A. 1680., Diaconus, &, ab A. 1694., Archidiaconus, d. 28. Mart. A. C. 1716., & æt. 61., mortuus. Vitæ ejus historia fusius, nec sine laudibus defuncti A. 1716. in Programmate Academiæ Kiloniensis enarrata est funebri.

Letzter Wille und Testament des Sterbenden Christi, oder Leichpredigt über Catharina Clausinn, D. Christoph. Franckii, Prof. Theol., Ehefrau, auß Joh. XVII. 24. Kilonii 1698. in 4.

Gnädiges Auffsehen GOttes auf seine Außerwählten, oder Leichpred. über Anna Margareta Johansen, Henningi Wedderkopfs, Landgerichts-Notarii, Ehfrau, auß Ps. XXXVII. 18. Kilonii 1700. in 4.

Die eröfnete Todesschule des grossen GOttes, oder Leichpr. über Georg. Paschium, Theol. und Philos. Prof., auß Ps. XC. 13. Kilonii 1708. in fol.

Gläubiger Christen süsser Trost und Labsaal bey bitterem Todesfall, oder Leichpredigt über Anna Lobedantzin, Sebastiani Kortholti, Kielischen Professoris Ehe-Liebste, auß 1. Thess. IV. 14. edita Kilonii A. 1711. in fol.

CHRISTOPHORUS MARTINUS BURCHARDUS, Kiloniensis, Matthiæ itidem, ex Anna Catharina Marchia, conjuge secunda, filius, Med. Doctor & Professor in Acad. patria, ab A. 1708., Extraordinarius. A. 1716. avocatus est Rostochium, & Prof. Medicinæ ordinarius constitutus. Plura de vita ejus V. in Günth. Christoph. Schelhammeri *Programmate*, *Disp.* ejus *Inaugurali* A. 1704. præmisso, & *Novis Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1704.*, *p. 309. 310.*

Exercc. V. de Thesibus selectis Medicæ, Præside D. Günth. Chr. Schelhammero defensæ. Kilonii 1700. 1701. 1702. in 4.

Disp. de illo Plinii: *Morbus est aliqvis per sapientiam mori*; Præside D. Wilh. Huld. Waldschmidio. Kil. 1703. in 4.

Disp. Inaug. de Morbis Magicis, Præside D. G. C. Schelhammero. Kil. 1704. in 4. Recensum V. *in Nov. Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1704.*, *p. 307. 308. 309.*

Disp. de secretione Humorum in genere. Kil. 1708. in 4. Recensum V. *in Nov. Lit. Germ.*, *M. Mart. A. 1709.*, *p. 106. 107. 108.* Disp. II. de secretione Humorum, & bilis in specie. Kil. 1709. in 4.

Disp. de passione hysterica. Resp. pro gradu Georg. Sebast. Neuhausio, Flensburgensi. Rost. 1718. in 4.

M. GEORGIUS HENRICUS BURCHARDUS, (qvem *Bucholzium* Christoph. Hendreichius (1.) perperam appellat), Kiloniensis, Antonii (*supra laudati*) ex Ursula Matzenia filius, Anno circiter 1624. in lucem editus, qvadrimulus patrem amisit, & studiorum deinde gratia, post prima in ludo patriæ rudimenta, in Gymnasio, qvod A. 1645.

(1) *in Pand. Brandeb. p. 777.*, in qvibus tamen &, sub vero Burchardi cognomine, *p. 773.*, iterata ejus occurrit mentio.

1645. adiit, Stettinensi, & Academiis Julia atqve Rostochiensi, est commoratus, lauream qve Philosophiæ supremam in hac A. 1654. consecutus. In patriam redux Pædagogum aliqvamdiu in urbe Slesvicensi egit privatum, nec, publicis deinde admotus muneribus, juvenes ingenuos literis, qvarum peritissimus erat, elegantioribus domi horis succisivis imbuere, in seram usqve senectutem, destitit. Ædis initio Cathedralis Slesvicensis Diaconatum A. 165.., post soceri sui, M. Petri Mülleri, obtinuit obitum, & per Sex ferme lustra administravit continua, triennioqve simul ultimo, ab A. 1682., Scholam Cathedralem publicam, nuper instauratam, Rector ejus a Christiano Alberto, Principe, constitutus, gubernavit. A. 1685., abdicato Rectoratu, & Diaconatu in generum translato, in Wagriam migravit, & Ecclesiarum Diœceseos Segebergensis Præpositura, atqve addito huic A. 1686. oppidi Hilgenhavensis Pastoratu, a Christiano V., Daniæ Rege, donatus, in sacro hoc portu svaviter consenuit, nec, cum A. 1690., filium natu majorem, Petrum Antonium, in utroqve munere sacro nactus coadjutorem, negotia in hunc devolvisset Ecclesiastica, ad labores redire juveniles dubitavit, senectamqve vegetam erudiendis pueris, undiqve confluentibus, impendere. His laboribus, qvibus per omnem vitam assveverat, Senex præclare doctus, & paucis Philologorum Poetarumqve patriæ coævorum, in condendis præsertim Inscriptionibus αἰμύλοις ingeniosis, secundus, sub seculi æræ Christianæ XVIII. initium, A. 1701. est immortuus.

Conf. de illo Chr. Hendreichium *ll. cc.*, & Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Historicas Anni 1702. vernaculas, num. 20., p. 160.*

D. Balth. Bebelius (*in Epistola Animadversionibus ejus contra Bourignoniam præfixa*) eum *Holsatiæ ornamentum, & præsidium Ecclesiæ singulare*, salutat, M. Greg. Michaelis (*in præf. Curiosit. Inaud. Jac. Gaffarelli p. ult.*) celebrioribus Germaniæ annumerat Philologis, D. Joh. Fechtius autem (*in Ep. ad Hect. Gotfr. Masium*, filii ejus natu minoris, Matthiæ Henrici, *Disputationi in Epist. Judæ* A. 1696. adjecta) *Theologum* appellat, *non ingentibus tantum meritis, sed cana etiam senectute, vere venerabilem, sanctum caput, fanatici spiritus Burignoniani domitorem, stylumqve* ejus *tersum, vividum, & in ipsa etiam senectute juvenili qvodam flore enitescentem*, deprædicat.

Pet. Poiretus contra, Antoniæ Bourignoniæ vindex, in *Vita* hujus Gallica, ἀνωνύμως edita, ipsum & Wolfg. Ouwium, magistræ suæ in Cimbria Antagonistas, Scoptice, *c. 25., §. 9., p. 387., les deux Jannes & Jambres de notre siecle* vocavit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Theses de Justificatione hominis coram judicio divino, Præside D. Casp. Mauritio. Rostochii 1651. in 4.

Fraternæ lacrymæ super obitum Andreæ Burchardi, Kiloniensis, qvas sangvis fecit, & pietas (*oratione soluta*) expressit. Slesvigæ 1653. in 4.

Epigraphe in illustrem Cimbriæ Panegyrin, sub Encænia novæ Academiæ Kiloniensis III. Non. Oct. A. 1665. institutam. A. 1665. in fol. Recusa, cum Vocibus publicis, qvas in Panegyri inaugurationis collegit, in Appendice *Historiæ inaugurationis Acad. Kilon.* Alex. Jul. Torqvati, A. 1666. in fol.

Liber index operarum scholasticarum, qvas, in Schola Cathedrali Slesvicensi restaurata, ludi hujus moderatores semestri proximo moliuntur, & qvas in futurum intendunt, ἀνωνύμως editus Slesvigæ 1682. in fol.

Programmata aliqvot scholastica. Slesvigæ 1682. & 1683. in fol.

Inscriptiones plurimæ, præsertim funebres, seorsim diversis temporibus excusæ, dignissimæ, qvæ, ob argutias, & styli, ἀρχαΐζοντος licet, elegantiam, junctim recudantur.

II. GERMANICA.

Christliche Gründliche Anmerckungen über die groben Irrthümer und Lehren Antoniæ Bourignon, so insonderheit in dero Gezeugniß der Wahrheit, und auch anderen Schriften, gefunden werden. Slesvigæ 1674. in 4., & Hamburgi eod. A. 1674. in 8. Utriqve Editioni præfixæ sunt: 1. Epistola ad Christ. Alb., Ducem Holsatiæ, de Regum Sveciæ, Ducumqve Holsaticorum, in religione Zelo Dedicatoria; 2. Epistola ad Frid. Christ., Bar. a Kielmanseck, de Scriptis hominum illiteratorum ac fœminarum; 3. Narratio de vita, scriptis & erroribus Bourignoniæ. Posteriori accesserunt D. Seb. Niemanni, Superint. Holsatici, Judicium de Bourignoniæ erroribus vernaculum, & Epistolæ D. Pet. Musæi, D. Balth. Bebelii, D. Matthiæ Wasmuhti, M. Greg. Michaelis & M. Dan. Albini, Theologorum, ad Autorem Gratulatoriæ atqve Encomiasticæ. Præter hos eas commendarunt Sam. Pomarius *in Præf. Partis I. scripti contra Ammersbachium Apologetici*, Aug. Pfeifferus *in Anti-Enthusiasmo, c. 4., p. 267.*, Josva Schwartzius in Præfat. des Berichts vom Sabbath (*lit. a. 6. a.*), & J. Henr. Feustkingius *in Gynæceo Hæretico-Fanatico p. 193.* Impugnarunt contra: I. Anonymus (qvem Pet. Poiretum esse Gotfr. Arnoldus, *T. III. Hist. Eccl., c. 16., p. 154. 160.*, testatur) *in Epistola de libello Burchardiano adversus Antoniam Bourignon, in qva ejus idea & artificia breviter exponuntur*, A. 1677. in 8. excusa. II. Antonia Bourignonia ipsa, in Tractatu Gallico A. 1675., jussu Ducis Holsatiæ, Ministriqve ejus primarii, Joh. Adolphi Kielmanni, (sicut *in præfat.* refertur), evulgato: *La Pierre de Touche, Traitte Apologetiqve, opposé au libelle d'un calumniateur Lutherien, qvi, pour la faire persecuter & exterminer, luy imputoit malignement les heresies du Socinianisme, &c.*; Qvod scriptum, Gallice, inter *Opera* Bourignoniæ, Tomis XIX. Amstelod. A. 1686. *in 8.* junctim impressa, recusum, Latine etiam (sub titulo *Lapidis Lydii ad aurum veræ caritatis ab ære inaurato charitatis fucatæ discernendum*, &c.) Amstelod. A. 1676. *in 8.*, Germanice ibidem A. 1676. *in 4.*, & Belgice eodem anno, prodiit. III. N. H. B. (qvem civem Flensburgensem profugum, Bourignoniæ asseclam, esse Burchardus asserit) in Appendice, scripti hujus Bourignoniani Versioni Germanicæ sub titulo adjecta seqventi: Wiederlegung der 76. puncten und vermeinten Irrthümer, die M. G. H. Burchardus zusammengerafft und außgegeben wieder J. Ant. Bourignon; denn auch eine unparteyische Probe der durch ihn verkehrten und fälschlich angezogenen Oerter, so wol auß der H. Schrift, als J. Bourignon Schriften, womit er seine Anmerckungen über die gemeldete 76. puncten zu behaupten gemeinet. *Appendici* huic, ipsiqve Bourignoniæ *Lapidi Lydio*, seqvens a Burchardo reposita est Apologia vernacula.

Wiederholte nothwendige Erzehlung dessen, was mit der bekandten Schwärmerinn, Antonia Bourignon, in den Landen Schleswig Holstein vorgegangen: nebst klarer Erweisung, daß dieselbe, in ihren Schriften, wieder alle Theile des Christlichen Glaubens, und die allgemeine Symbola der Kirchen, insonderheit aber gegen die Ehre, Person und Verdienst JEsu Christi, Lehre, und Wiederlegung ihrer Irrthümer, ihrem Probiersteine entgegengesetzt: Mit Censur der Kielischen Theologischen Facultät. Slesvigæ 1677. in 8. Huic paucis tantum Bourignonia respondit in duabus tribusve paginis, editioni *Lapidis Lydii* Gallicæ adjectis, fusius autem forte *Parte II. Testimonii veritatis*, Apologiam contra Ecclesiastas in Holsatia exhibente Lutheranos, ac *Semestri XVII. Catalogi Jansoniani Amstelodamensis* promissa. Ambo scripta adversus Bourignoniam Burchardina (de qvibus *Pars II. Isag.* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 7., p. 158-161.*, potest conferri) virgula notarunt censoria Pet. Poiretus, illius Hyperaspites (plus ducenties Autorem verba magistræ suæ detorsisse ac mutilasse affirmans), in Vitæ Sibyllæ hujus Flandricæ, Sermone a se Gallico Amstelod. A. 1683. *in 8.* editæ, *Proœmio*

Apolo-

Apologetico, nec non *c. 25., §. 9., p. 387., c. 26. p. 401-414., c. 27. p. 414-425., ac cap. 28.*, & Gotfr. Arnoldus (multos itidem illum Bourignoniæ errores, verbis ejus in sensum detortis alienum, affinxisse contendens) *T. III. Hist. Eccl., c. 16., p. 160. 161.*

Leichpredigt über Bened. Martini, Thum-Pastorem in Schleswig. Slesvigæ 1686. in 4. (*V. Catal. Biblioth. Gud. p. 20.*)

INEDITA.

Analecta de Nummis Romanorum, a Viro illustri, Frid. Ad. Hansenio ab Ehrenkron, ejus discipulo, *in Disp. de Nummo, c. 7., §. 3.*, allegata.

M. JANUS BURCHARDUS, Ripensis, D. Joh. Burchardi, Episcopi Ripensis, Filius, Pastor in Samsoa, Insula Danica, Tranbiergensis, edidit Danice (testibus Matthiæ Rostochii, Ecclesiastæ Ottoniensis, ad me literis):

Paakaldelsens-Kilde (i. e. Fontem invocationis), Hafniæ 1676.

Veyviisning til Himmelen (i. e. Hodegum cœli), Hafn. 1679. in 8.

De Siugis aandelige Salve-Olie (i. e. Ægrotorum spirituale oleum), Hafn. 1681.

M. JOHANNES BURCHARDUS, Gardinga Eiderstadiensis, Parochiæ Grödensis, in Præfectura Ducatus Bremensis Ritzbüttelana, Pastor.

Disp. de natura prudentiæ, germanisqve secundum eandem prudentibus, Præside Bernh. Werembergio, PP. Hamb. 1627. in 4.

Herzliche Seelenliebe, und sehnliches Verlangen nach dem himlischen Bräutigam, Jesu Christo, oder Leichpredigt über Gesa, Henr. Capsii, Pastoris zu Gröden, Ehefrau, auß Cant. I. Hamb. 1649. in 4.

MATTHIAS BURCHARDUS, Kiloniensis, Antonii (*supra laudati*) & Ursulæ Matzeniæ filius, d. 22. Aug. A. 1619. in lucem editus, Scholæ initio patriæ, deinde vero Gymnasii, ab A. 1635., Bordesholmensis, & Academiæ, ab A. 1639., Rostochiensis, Alumnus Ducalis, urbis patriæ Diaconus A. 1645., Archidiaconus A. 1669., & Pastor tandem (invito licet Principe, qvi D. Christ. Kortholto, Professori Theologo, munus hoc destinaverat) A. 1677., a Senatu electus, liberorum XIV. e conjuge priore Anna, Johannis Langemakii, Antecessoris, filia, IV. autem e posteriore, Anna Catharina, patre nata D. Casp. Marchio, Prof. Medico Kiloniensi & Archiatro Brandeburgico, parens, & Bibliothecæ insignis possessor, cum labores in Hymnos Davidis Homileticos ad nonagesimum usqve perduxisset, &, in ultimo sermone sacro, e versu hujus XIII., de εὐθανασίᾳ disseruisset, sexagenarius, d. 29. Aug. (sacri olim muneris auspicali) A. 1679., Paralysi extinctus. Filios ejus supra enumeratos invenies. Plura de vita ejus docebunt D. G. Morhofii *Programma funebre*, in Sylloge *Programmatum*, *Orationibus* annexa, *n. 49., p. 721-730.*, & Georg. Henr. Götzii *Elogiis 80. Theologorum Germanorum*, Lubecæ A. 1709. editis, *n. 57., p. 557-563.*, recusum, ac M. Joach. Giesii, Successoris ejus, sermo, qvem de Jesu fonte vitæ, e Joh. IV. 10-15., in exeqviis habuit, vernaculus, Kilonii A. 1679. in 4. (cum D. Joh. Dan. Majoris, aliorumqve, Epicediis) impressus.

Ehrenaltar, dem GOtte unsers Lebens aufgerichtet, oder Leichpredigt über D. Bernhard Müllern, Kielischen Medicum, auß Sap. III. 9. Kilonii 1672. in 4.

Tröstliches Adieu und letztes Christliches Angedencken J. Margaretæ Sultzbergerinn, auß Cant. III. 4. Kil. 1672. in 4.

Der Kinder GOttes rechter Himmel auf Erden, und der Weltkinder schnödes Paradeiß der Eitelkeit, oder Leichpr. über Marqvard Wolf Brocktorfen, Erb-Herrn auf Hornstorf, auß Ps. XXXIX. 5. 6. 7. 8. Kil. 1673. in 4.

Herlicher Brautschmuck einer gläubigen Seele für GOtt, oder Leichpr. über Marg. Ranzouinn, Christoff Hans von Bülou, Fürstl. Rahtes und Amptmanns zu Tremsbüttel, Wittwe, auß Es. LXI. 10. Kil. 1673. in 4.

Der bald vollkommenen Gerechten frühzeitige Ehrenkrone, oder Leichpr. über Laur. Oheim, Th. Stud., auß Sap. IV. 13. 14. Kil. 1673. in 4.

Der betrübten und sterbenden Hertzen bewehrtestes Cordial, oder Leichpr. über Claus von Alefeld, Kön. Dän. Obr. Leutenant und Erbherrn auf Geltingen, auß Joh. III. 16. Kil. 1674. in 4.

Nubila Jubila; der Christen traurige Fasten und fröliche Ostern, oder Leichpr. über Fr. Emerentia von Buchwald, auß Ps. CXXVI. 5. 6. Kil. 1674. in 4.

Tabula Smaragdina; der Christen glückselige Heil- und Lebenstafel, oder Leichpr. über D. Matthiam Clausen, Fürstl. Holst. Leib-Medicum, auß Ps. LXVIII. 20. 21. Kil. 1675. in 4.

Eins ist Noht; oder das gute Theil aller Gläubigen Hertzen, in einer Leichpr. über Fr. Sophia Sultzbergerinn, auß Ps. XXVII. 4., vorgestellt. Kil. 1675. in 4.

MATTHIAS HENRICUS BURCHARDUS, Slesvicensis, Georgii Henrici (*supra celebrati*) filius natu minor, Theol. Studiosus, post reditum ex Academiis Kiloniensi & Rostochiensi, verno A. 1697. tempore, Lubecæ, unde Hafniam trajicere constituerat, morte immatura extinctus. V. Epicedia Encomiastica Joh. Fechtii & Joach. Lindemanni, Professorum Rostochiensium, e qvibus Fechtius, in *Prolegomenis* etiam *Philocaliæ sacræ*, *Juvenem* eum *ad magna, si supervixisset, natum* appellat.

Laurus Cimbrica arescens, ad busta Danielis Georgii Morhofii, solenni Panegyri, in ipsis Vertumnalibus Kiloniensibus, XIV. Kal. Febr. A. 1692. sparsa, sive Oratio parentalis illi habita, Lubecæqve 1695. in 4., & seorsim excusa, & secundæ *Polyhistoris* Morhofiani Editioni præfixa.

Theses ex universa Theologia Biblica, Præside D. Joh. Fechtio. Rostochii 1695. in 4. Recusæ in Fechtii *Philocalia sacra* ibidem A. 1708. in 4.

Disp. Exegeticam Epistolæ D. Judæ Catholicæ expositionem complectens, in qva simul recentissimorum Scriptorum, circa interpretationem ejus, errores deteguntur & confutantur, Præside D. Joh. Fechtio (cujus Epistola Burchardi ad Hect. Gotfr. Masium, Theol. Hafn., commendatitia accedit) proposita. Rostochii 1696. in 4.

PETRUS ANTONIUS BURCHARDUS, Slesvicensis, Georgii Henrici (de qvo antea dictum) filius natu major, & in Præpositura Segebergensi, Oppidiqve Hilgenhavensis Pastoratu, ab A. 1690., Coadjutor, &, ab A. 1701., Successor, A. 1711. Hilgenhavio Segebergam, ad Pastoratum, evocatus, ac A. 1714. mortuus.

Tumulus P. Decii Sminthæ Psicharpacis, musculi a rana submersi, ex batrachomyomachia, ejusdemqve Testamentum, ad imitationem veteris illius Grunnii porcelli confectum. Slesvigæ 1678. in fol. Inscriptio juvenilis ingeniosa, ἀνωνύμως edita.

M. Minutii Felicis Octavius, non octavus Arnobii, seu elegantissimus Minutii pro veritate Religionis Christianæ Dialogus in Theses digestus, Præside D. Christ. Kortholto. Kilonii 1685. in 4.

Exerc. Historico-Ecclesiastica de Communione ægrotorum, Jac. Benigni Bossveti, Episcopi Meldensis, Tractatui de Communione sub utraqve opposita, Præside D. Hect. Gotfr. Masio, qvi præfationem adjecit encomiasticam. Haf-

niæ 1687. in 4. Hanc Joh. Corn. de la Crose (*T. XI. Biblioth. Univ. Histor. Amstelod., M. Oct. A. 1688., p. 76.*), Studiosi qvidem tantum Theologiæ esse fœtum, sed talem, qvem ne præcipui qvidem Ecclesiæ Romanæ Doctores solide qveant confutare, judicat.

Orationes duæ in natales Augustissimi Daniæ Regis, Christiani V., & Filii ejus cognominis, ab eo conscriptæ, sed sub discipuli, Joh. Adolphi Ringelmanni (qvi publice illas recitarat) nomine editæ. Hafniæ 1687. in fol.

Der vereinigte Götterstreit (Comœdia elegans in Christiani V., Regis Daniæ, laudem Germanico-Metrica). Hafn. 1689. in 4. Æternæ hanc Hafniensium commendabit memoriæ luctuosus plus qvam 200. ejus spectatorum, subito, qvod in theatro ortum erat, incendio, d. 19. Apr. A. 1689., una cum arce regia Amalienburgensi, consumtorum, interitus, cujus historiam in Misandri *Theatro Tragico, T. II., n. 234., p. 171-179.* invenies.

Carmina varia Germanica, seorsim diversis excusa temporibus.

Or. ἀνέκδοτος de veterum Philosophorum sectis, in Acad. Kilon. d. 15. Febr. A. 1683. recitata, de qva D. G. Morhofii *Programma,* illi præmissum (*in Sylloge Programmatum, n. 91., p. 956-959.*), consulatur.

HENRICUS BURDELIUS, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Successione. Lugd. Bat. 1679. in 4.

Pacis Scalæ, JCti Patavini, de Consilio Sapientis in forensibus causis adhibendo Libri IV., & de Contractuum atqve ultimarum voluntatum compositione, ad senium Sapientis, Liber unus, ab eo denuo, cum Præfatione (*in qva Additamenta ad illos est pollicitus*), editi. Hamburgi 1669. in 8. Hi Libri (Venet. A. 1560. & Francof. A. 1603., *in 8.*, jam ante editi) Burdelio ipsi, tanqvam Autori, a Georg. Matth. Königio, *in Biblioth. Vet. & Nova p. 143.*, falso tribuuntur.

M. NICOLAUS BURSTORPIUS, Canonicus Hamburgensis, & Ecclesiastes in civitate ista, ab A. circiter 1497., Pontificius, inter sacerdotes, qvi Steph. Kempio, Joh. Zegenhagio & Joh. Fritzio, primis ejusdem Concionatoribus Lutheranis, A. 1521. & seqq., se opposuerunt, haudqvaqvam fuit postremus, sed prudentia & moderatione Theologica destitutus. Fervore enim contentionis longius, qvam par erat, provectus, dum zelo suo, spreto Senatus mandato, conviciis e suggestu mutuis utriqve parti interdicente, licentius indulget, exeunte Anno 1526., non solum in præcones Lutheranos, velut Antichristi Prodromos, Salvatori contradicentes, est invectus, sed damnationis etiam reatum incurrere, qvotqvot utroqve Symbolo uterentur Eucharistico, Christumqve pro solo peccato satisfecisse originali, non autem pro Mortalibus, post suam commissis passionem, & ab homine qvolibet bonis operibus propriis expiandis, publice docuit. Adversarii confestim, ut ἀκυστμάτων istorum φοβερικῶν, in Colloqvio secum habendo, rationem redderet, postularunt, &, cum ipse hoc subterfugeret, ac Epistola tantum ad Joh. Zegenhagium, Parochum Nicolaitanum, Apologetica concionis suæ Orthodoxiam conaretur ostendere, rem ad Senatum detulerunt, istoqve litem hanc sacram negligente, post bimestre spatium, dogmata Burstorpii erronea Elencho, ex ambone, notarunt publico. Hoc facto, certamina, paulo ante sopita, vehementius recruduerunt, & Senatus A. 1527. Colloqvium in curia indixit publicum, in qvo pars utraqve de capitibus controversis, præsentibus D. Barth. Mollero, Theol. Lectore, aliisqve Viris doctis, mentem suam clarius explicaret. In isto Burstorpius, 30. se jam annos munere Concionatoris esse functum, recteqve docuisse, præfatus, disputationem cum adversariis detrectavit, &, hujus cupidos ad Sorbonam ablegans Parisiensem, Mollerum, cæterosqve arbitros, ut causæ suæ subvenirent, imploravit. Hi, a Consule suum de illa exponere jussi judicium, verba de satisfactione Christi, si dextre, velut ad deterrendos a peccatis auditores prolata, accipiantur, tolerari posse, nec se ambigere eam esse Burstorpii sententiam, qvæ autem contra Symboli utriusqve Eucharistici usum dixerit, Ecclesiæ sanctionibus, qvibus obtemperare fideles teneantur, esse congrua, responderunt. Huic judicio Lutherani haud acqviescentes Mollerum per conscientiam sunt obtestati, ut suam de doctrina Burstorpiana, in meritum Christi injuria, sententiam ingenue exponeret. Tum Mollerus, eam, si κατὰ τὸ ῥητὸν accipiatur, manifeste hæreticam esse, est confessus, sed, rectius haud dubie sentire Burstorpium, qvam sit locutus, simul monuit. Coactus est ergo Burstorpius doctrinæ istius polliceri Palinodiam, sed, anteqvam promisso satisfaceret, A. 1528., cum aliis IV. Sacerdotibus Pontificiis, qvod, in disputatione publica solenni, civium postulatu instituta, dogmata sua S. Codicis testimoniis confirmare neqvivisset, urbe plebiscito ejectus. Qvinqvennio post (A. 1533.) potestatem in urbem redeundi, cum Palinodiam errorum Dom. II. Qvadrag., in Templo Cathedrali, cecinisset, doctrinamqve Lutheranam se in posterum, promisisset, haud esse impugnaturum, obtinuit, imo, si Joh. Alb. Fabricium (*P. II. Memor. Hamb. p. 902. 903.*) audias, Pastor ædis Cathedralis Lutheranus, ac Theol. in eadem Lector secundarius, A. 1540. obiit.

Relationem hanc de illo (brevius *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 6., p. 573-574.*, propositam,) Steph. Kempii, Pastoris Hamburgensis Catharinæi, *Historiæ Reformationis Hamburgensis* debeo Germanicæ, *Hamburgæ suæ Evangelicæ* (qvæ Hamb. A. 1694. *in 12.* prodiit) a Joh. Frid. Mayero præfixa, ac Dav. Chytræi (a Kempio sua mutuati) *Chronici Saxoniæ Parti I., p. m. 628. 629. 630.*, Hermanniqve Hamelmanni *Parti II. Historiæ Ecclesiasticæ Evang. renati, in Opp. Hist., p. 948-962. 973.*

Epistola ejus, pro suis de communione sub utraqve, & Christi pro solo P. O. satisfactione, Assertionibus, Apologetica Latina, ad Joh. Zegenhagium, Past. Nicol. Hamburg., A. 1526. scripta, styloqve exarata barbaro, ac pietatem qvidem spirans superstitiosam, sed doctrinæ solidioris expertem, in Kempii libello modo laudato, Latine *p. 53-71.*, Germanica autem ejusdem translatio *ibidem p. 18-52.*, exhibetur. Latine etiam legitur apud Hamelmannum *l. c. p. 948-954.*

BERNHARDUS BUSCHIUS, Hamburgensis. Vixit A. 1600.

Oratiuncula de Pacis commodis, belliqve exitu incerto, Argentinæ recitata, & *Tomo II. Orationum Argentinensium,* ductu Melch. Junii habitarum (Argentinæ A. 1620. *in 8.* excuso), *p. 16-19.*, obvia.

ERICUS BUSCHIUS, Hamburgensis. J. U. D. & in patria Practicus. Vixit A. 1716.

Disp. de materia pacis. Francof. ad Viadr. 1681. in 4. (*J. Tecl.*)

Theses Inaugurales miscellaneæ. Aureliis in 4. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 7.*)

M. GEORGIUS BUSCHIUS, Hamburgi Anno seculari 1600. in lucem editus, Philos. & Medicinæ, in Academiis Rostochiensi, Witebergensi (cui Magistri debuit titulum) & Lugduno-Batava, cultor, ab A. 1620. ad 1628., sedulus, ab A. 1628. autem ad 1670. (qvo rude ob senectutem donabatur) Scholæ patriæ, per annos 42. continuos, Subrector, novem liberorum (&, hos inter, Joh. Francisci, Doctoris Medici), e duabus uxoribus, Elisabetha Rudovia & Margareta Hardkopfia (Nicolai, Ord. Eccl. Senioris, filia), parens, Vir Hebrææ inprimis lingvæ, qva cum Rabbinorum doctissimis sermones cædere non dubitavit, peritissimus, die 16. Jun., anno & Seculi Christiani XVII., & ætatis suæ, 77., mortuus. V. de illo M. Henr. Elmenhorstii, Ecclesiastæ Hamburg., Epicedion vernaculum, Henn. Witteni *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1677.*, Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 805.*, & J. A. Fabricii *P. III. Mem. Hamb. p. 628. & seqq.*

Compen-

Compendium Grammaticæ Græcæ, in duas classes dispertitum, subjunctis exemplis omnium Declinationum, Conjugationum, &c., ex Isocratis Oratione ad Demonicum selectis; in usum Scholæ Hamburgensis. Hamburgi 1642. in 8.

Der Hamburgischen Lateinischen Grammatica von A. 1658. Erster und anderer Theil, verdeutscht: Samt angehengten Erinnerungen von etlichen Vortheilen im Lehren. Hamb. 1668. in 8.

JOHANNES FRANCISCUS BUSCHIUS, Hamburgensis, Georgii, modo laudati, ex Elisab. Rudovia filius, Med. D. & in patria Practicus, d. 31. Dec. A. 1690. vivis exemptus.

Disp. Chirurgica de Trepanatione, Præside D. Joh. Arnoldo Friderici. Jenæ 1663. in 4.

SIMON BUSCHIUS, Hamburgensis. J. U. Lic. & in patria Practicus, cœlebs d. 30. Dec. A. 1690. extinctus.

Disp. Inaug. de Legatis. Aureliis in 4. (*J. Tecl.*)

M. ERASMUS BUSINGIUS, Hatherslebiæ Dom. Palm. A. 1632. natus, Pastor Christianhafniensis, in Metropoli regni Danici, ab A. 1654., Danico-Germanicus, d. 7. Jan. A. 1686., æt. 54., mortuus. V. Pet. Resenii *Inscriptiones Hafnienses p. 431., & Indicem III. Biblioth. suæ*, ac Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 137.*

Bau der Seligkeit, oder Leichpredigt über Ove Schaden, Dänischen Reichsraht, auß Rom. VIII. 38. 39. Prodiit, tum Germanice, tum Danice, Hafniæ A. 1666. in 4.

M. MATTHIAS BÜTZER, Kiloniensis.

Disp. de Perpendiculo, Præside D. Sam. Reyhero. Kilonii 1705. in 4.

Disp. de Insufficientia Ethicæ Aristotelicæ circa Summum Bonum, ad conseqvendum Magisterii gradum, Præside Sebast. Kortholto, exhibita. Kil. 1706. in 4.

Disp. de Concursu Dei Universali, & qvod is libertati non officiat, ab ipso Præside proposita. Kil. 1707. in 4. Recensum V. *in Novis Lit. Lubec., M. Jul. A. 1707., p. 215. 216.*

C.

D. GEORGIUS CALIXTUS (sive KALLISÖN), Theologorum patriæ ævique sui vere κάλλιστος, Medelboæ, pago Præfecturæ in Ducatu Slesvicensi Tunderensis, d. 14. Dec. A. 1586., patre Johanne, Pastore illius (*num. seqv. laudando*), matre vero Catharina, Nicolai Stickerti, Consulis (uti Titius perhibet) Flensburgensis, filia, natus, Lycei nostri Flensburgensis, ab A. 1598., Academiæ autem Juliæ, ab A. 1603. ad 1609., alumnus, hujusqve (post Jenensem A. 1609. itidem salutatam, & Germaniam, Bataviam, Angliam Galliamqve, seqventi perlustratas qvadriennio) Professor, ab A. 1614., per 42. annos, Theologus, & ab A. 1625. qvidem primarius, simulqve, ab A. 1636., Abbas Regio-Lothariensis, Ordinum Ducatus Brunsvicensis Provincialium Primas, & Augusti, Ducis Brunsvico-Gvelpherbytani, Principum sibi coævorum eruditissimi, Consiliarius Ecclesiasticus, febri tandem septuagenarius, d. 19. Mart. A. 1656., extinctus. Hujus Cimbriæ universæ Phœnicis, cum tanta sit doctrinæ, famæ, & meritorum in Ecclesiam pariter atqve Remp. Literariam immortalium, magnitudo, scriptorumqve & certaminum sacrorum multitudo, ut historia illorum in librum facile excrescere possit integrum, Tomo hanc reservamus operis nostri ultimo, & consuli interea de illo jubemus Christoph. Schraderi, Rhetoris Academici Helmstadiensis, *Programma funebre* (in Syntagmate *Programmatum* ipsius *selectiorum, P. I., num. 43.*, Gebh. Theod. Meieri *Monumentis Theologorum Acad. Juliæ, num. 15., p. 32-45.*, & Henn. Wittenii *Dec. IX. Mem. Theol. renov. p. 1132-1150.*, recusum) & *Orationem Parentalem* (Helmst. 1658. *in 4.*), D. Gerh. Titii, Collegæ Theologi, *Laudationem funebrem* (ib. 1656. *in 4.*), D. Balth. Cellarii, Theologi itidem Helmstadiensis, Sermonem sacrum, e Matth. V. 9. 10. 11. 12. Germanicum, in defuncti habitum exeqviis (ib. 1656. *in 4.*), Frid. Ulr. Calixti, filii ac successoris, *Catalogum* scriptorum Parentis (ib. 1658. *in 4.*), Virorum doctorum in obitum ejus Epicedia, junctim recusa (ib. 1658. *in 4.*), *Acad. Juliæ Pietatem, adversus Æg. Strauchii, & aliorum, calumnias*, scripto ejus A. 1668., Latine pariter atqve Germanice *assertam* publico, Pauli Freheri *Theatrum Erud. p. 585. 587. 588.*, Joh. Fabricii Jun., Theologi Helmstadiensis, *Memoriam Frid. Ulr. Calixti, filii ejus, p. 6-9.*, Joh. Franc. Buddæi *T. I. Lexici Historici Germanici p. 492. 493.*, ac Gottfr. Arnoldi *T. II. Hist. Eccl., Lib. 17., c. 4., p. 460., & c. 11., p. 531-537.*

JOHANNES CALIXTUS, sive KALLISÖN, Georgii, Sutoris honesti, Filius, Apenradæ A. 1539. in lucem editus, Philippi Melanchthonis in Acad. Witebergensi, ac deinde, ab A. 1561., Dav. Chytræi & Sim. Pauli in Rostochiensi, fuit Auditor. In patriam redux, A. 1564. Vici Bredstadiensis Ludimagister, A. 1565. Diaconus Bordlumensis, & A. 1568. Parochiæ ruralis, in Præfectura Tunderensi, Medeleboensis Pastor, est electus. Cui cum, per annos 50., præfuisset, octuagenarius d. 27. Oct. A. 1618. vivis excessit. Uxores duas habuit, e qvarum prima, Cæcilia Lütkenia, A. 1567. ducta, & d. 17. Aug. A. 1583. peste defuncta, sex Filios sustulit, Samuelem scil., S. Lit. Studiosum (d. 20. Jun. A. 1594., æt. 23., in Academia Witebergensi denatum (1.)), Johannem, Civem Flensburgensem (M. Sebast. Schröderi, Præpositi, generum, A. 1634., æt. 60., mortuum), Albertosqve duos, Jacobum & Georgium, in ætate tenera extinctos. Posterius cum Catharina Stickertia, vidua, Nicolai Stickerti, Consulis, Gerh. Titio (2.) teste, Flensburgensis (Fastis nostris ignoti), filia, d. 23. Maji A. 1585., Flensburgi, in Gerh. Meerfeldii, affinis, ædibus, contractum ab eo est matrimonium, prole qvidem adeo numerosa haud insigne, sed ob filium tamen unicum, Georgium, πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, Theologum Acad. Juliæ incomparabilem, seculorum omnium memoria dignissimum. *Ingens*, teste filio hoc patrissante (3.), fuit *Erasmophilus & Melanchthonicola, qvi mansvetiores ac leniores Præceptorum suorum, Melanchtonis ac Chytræi, virtutes plane induerat*, vitæqve integritate, & morum svavitate, omnes in amorem sui pertrahebat. Amœniorum præterea literarum, præsertim vero Poeseos, cultor fuit non infelix, & eximius Chronostichorum artifex, qvorum numerum ingentem Abr. Saurii *Diario* ab eo αὐτόχειρι adjectum vidi *Historico*, una cum nonnullis de vita sua annotationibus, e qvibus pleraqve, hactenus relata, deprompsi. Conf. de illo Gerh. Titium *l. c.*, Christoph. Schraderum *in Programmate funebri, Georgii Filii dicato memoriæ*, & C. Dancwerthium *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 5., p. 87.*

Epitaphia, uxori suæ Cæciliæ, filiisqve duobus, Jacobo & Georgio I., peste A. 1583. defunctis, scripta: Accedunt Eteosticha, annos ac dies natales & emortuales reliqvorum filiorum indicantia. Magdeburgi 1590. in f. pat.

Carmen gratulatorium ad M. Frid. Johannis, Scholæ Flensburgensis Rectorem designatum. Slesvigæ 1597. in f. pat.

Elegia in nuptias Joh. Mauritii, Præpositi Tunderensis. Slesvigæ 1598. in f. pat.

(1.) Epitaphii ejus inscriptionem V. in Gotfr. Svevi *Acad. Witebergensi, lit. Zzz 3. b.* (2.) *in Laudatione funebri Georg. Calixti p. 8.* (3.) V. Titium *l. c. p. 7.*

Volumen Carminum ἀνέκδοτον mediocre, sacra præsertim complectens, qvod αὐτόγραφον in templo Parochiæ Lindholmiensis asservari Pastor illius, Joh. Breclingius, me docuit.

Chronodisticha, Abr. Saurii *Diario Historico* (Francof. A. 1582. in f. excuso) αὐτόχειρι adjecta, qvæ Andr. Reyherus Jun., Ecclesiastes Flensburg. Johannæus, possidebat.

DANIEL a CAMPEN, Hamburgensis, Paridami, Civitatis Protonotarii, Filius, d. 8. Mart. A. 1631. natus, Aureliis J. U. Licentiati consecutus titulum, Urbis patriæ Senator A. 1663. electus, & d. 24. Sept. A. 1676. æt. 45. mortuus; Nicol. Jarrii, J. U. L. & Consulis, gener V. Ad. Tratsigeri Jun *Seriem Senatus Hamb p. 55.* & breve illius Elogium, a Joh. Alb. Fabricio, *P. I. Memor. Hamburg. p. 540. 541.*, exhibitum.

Disp. de Testamentis. in 4. (*J. Tecl.*).

EBERHARDUS a CAMPEN, Hamburgensis, patre Joachimo, J. U. L. & Senatore, matre vero Gesa, Eberh. Twestrengii, Consulis, filia, d. 18. Maji A. 1619., teste Kirstenio (*Fibigius d. 10. Maji A. 1621. substituit*), natus, postqvam, patriæ schola Gymnasioqve relictis, Juri, ab A. 1639., in Academiis Julia, Lipsiensi & Jenensi, integro vacaverat sexennio, & Licentiati titulo, in ultima d. 12. Oct. A. 1646. impetrato, Belgium, Galliam, Italiam & Germaniam, Bertrami Alefeldii, Equitis Holsati, comes ac Ephorus, peragraverat, in patriam redux, A. 1657. Dicasterii inferioris Assessor, A. 1658. (d. 25. Febr.) Senator, & tandem, post legationem (in qva Nobilium ordini a Leopoldo Imp. adscriptus est) Ratisbonensem ac Vindobonensem A. 1665. expeditam, Scholarcha, electus, d. 28. Febr. A. 1675. æt. 56. moriens, e gemino cum Gesa Molleria & Agnete Langwedelia (D. Bernhardi, Medici, gnata) conjugio, Joh. Joachimum, J. U. L., duasqve filias, reliqvit. V. de illo D. Mich. Kirstenii *Programma funebre* (A. 1710. in J. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamburg.*, *p. 529-540.*, recusum), Gotfr. Fibigii, JCti Jenensis, *Programma Disp. Inaugurali* A. 1645. præmissum, Kirstenii, modo laudati, *Gratulationem ad eum & Vinc. Garmerum, Syndicum, e Legatione Viennensi domum reduces*, Hamb. *in fol.* A. 1665. excusam, & Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. p. 54.*

Disp. de Servitutibus realibus, Præside D. Gotfr. Fibigio. Jenæ 1642. in 4.

Disp. de Syndicis, Præside D. Andr. Ramdohrio, Jur. Prof., Syndicoqve Brunsvicensi designato. Jenæ 1643. in 4.

Disp. Inaug. de Regalibus, Præside D. Rud. Wilh. Crausio. Jenæ 1645. in 4.

EBERH. a CAMPEN, Junior, Hamburgensis, J. U. L. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. Resolutiones qvorundam Casuum Practicorum exhibens. Helmst. 1714. 4. V. Hamb. 1716. Lit. p. 35.

JOHANNES JOACHIMUS a CAMPEN, Hamburgensis, Eberhardi, laudati, filius, d. 13. Jan. A. 1658. in lucem editus, qvinqvennio Lipsiæ & Altorfii exacto, J. U. Licentiati titulum Aureliis, M. Aug. A. 1683., adeptus, ac in patria, Agnete Rumpia A. 1686. uxore ducta, variolis d. 20. Dec. A. 1690., æt. 33., extinctus.

Disp. de Reditu vitalitio (von Leibrenten), Præside D. Henr Linckio. Altorfii 1682. in 4.

Disp. Inaug. de Ejuratione bonæ copiæ. Altorfii 1683. in 4.

LUCAS a CAMPEN (qvem *Petrum Nova Literaria Lubecensia, M. Febr. A. 1700., p. 62.*, perperam appellant), Hamburgensis, Petri (J. U. L. & Protonotarii) filius, J. U. D. (Aureliis A. 1685. creatus) & Basilicæ patriæ ab A. 1680. Canonicus, ac, circa A. 1723., Senior; cui Joh. Georg. Kulpisius, JCtus (qvem in Acad. Giessena habuerat Præceptorem), *Diss.* suam *de studio Juris publici recte instituendo*, sub *J. G. Sulpitii* larva A. 1688. editam, inscripsit.

Disp. Inaug. de Assecurationibus. Aureliis 1685. in 4.

PARIDAMUS a CAMPEN, Hamburgensis, Paridami, Senatoris, filius, & Joachimi, Consulis, nepos, cum fratre Joachimo (postea itidem Senatore) A. 1605. Witebergam (1.), & inde in Galliam, aliasqve regiones profectus exteras (2.), J. U. Lic. Heidelbergæ A. 1615. creatus, patriæ A. 1628. electus Secretarius, ac deinde Protonotarius, tandemqve Kal. Jul. A. 1650. mortuus; Danielis (*antea memorati*) parens. (Anagramma nominis ejus V. in Nic. Scribonii *L. 4. Lusuum Gottorp.*, *p. 101. 102.*)

Qvæstiones juris controversæ Inaugurales, Præside D. Dionysio Gothofredo. Heidelbergæ 1615. in 4.

PETRUS a CAMPEN, Hamburgensis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1668., Secretarius, &, ab A. 1683., Protonotarius, d. 5. Mart. A. 1693., æt. 71., defunctus; Lucæ, J. U. D. & Canonici, parens.

Disp. de Hæreditate, qvomodo ex testamento & lege deferatur, Præside D. Joh. Mehlbaumio. Helmst. 1648. in 4.

Disp. Inaug. de Mandato. Basileæ 1651. in 4.

HENRICUS CAMPHERBACH, Lubecensis, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de renum & vesicæ Calculo, Præside D. Joh. Bacmeistero Sen. Rostochii 1606. in 4.

BURCHARDUS CAMPHOVENER, Apenradensis, d. 21. Jul. A. 1683. in lucem editus, ac J. U. Licentiati titulum Rostochii, A. 1705. exeunte, consecutus. Plura de Vita ejus, e *Programmate Inaugurali* D. Joh. Joach. Schöpferi deprompta, V. *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Jan. A. 1706.*, *p. 3. 4.* Vixit 1706.

Disp. de usu Logices, Præside D. Henr. Asc. Engelke. Rostochii 1702. in 4.

Disp. de Constantino M., legitimo patris successore, contra Gotfr. Arnoldum, Præside M. Joh. Joach. Weidnero. Rost. 1702. in 4. (*V. de illa Nova Lit. Lub.*, *M. Febr. A. 1703. p. 25. 26.*)

Disp. Jurid. Inaug. de Declaratione honoris (von der Ehrenerklärung), Præside D. Joh. Joach. Schöpfero. Rostochii 1705. in 4. Recensum V. *in Nov. Lit. Lub.*, *M. Jan. A. 1706.*, *p. 4. 5. 6.*

M. THOMAS CANUTI, Presbyter in Civitatis Ripensis vicinia Hygumensis, e Pontificio Lutheranus, parens M. Joh. Thomæi, Pastoris & Præpositi, ad A. usqve emortualem 1573., Hafniensis Mariani, Hymnos scripsit varios Danicos, qvorum pars maxima Hymnologio filii hujus inserta est Danico. V. Claud. Lyschandri *Catalogum Scriptorum Danicorum ἀνεκδότων, lit. T.*

JODOCUS CAPELLUS, Lubecensis, Scholæ initio Stadensis, ab A. 1619., per sexennium, Rector, & Mich. Havemanni in munere hoc Scholastico Antecessor, deinde vero Insulæ Albis Billianæ (des Billwerders), ab. A. 1625., Pastor, ac Georgii tandem Dedekenni, soceri sui, in Diaconatu ædis Catharinææ Hamburgensis, ab A. 1629. (d. 24. un.), successor, d. 28. Febr. A. 1660., æt. 68., defunctus; Pater, ex uxore secunda, Christina de Loose, tum filii unici Rudolphi, Th. Doctoris, Gymnasiiqve Hamburg. Professoris, tum filiarum aliqvot, e qvibus Elisabetha M. Franc. Simoni, Suburbii Georgiani Ecclesiastæ, est elocata. Inscriptionem Epitaphii, ei, in choro ædis Catharinææ, a Rudolpho filio A. 1676. erecti (e qva solum nominis Anagramma: *Jodocus Capelle* * *Oculo Dei places*; addemus), Joh. Alb.

(1.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb.*, *lit. L l. 3. a.* (2.) V. Frid. Taubmanni ad eos Propempticon, *in Libro Lyricorum*, *Schediasmatis inserto*, *p. 471. 472.*

Alb. Fabricius, *in Auctario Inscriptionum Hamburgensium Theod. Anckelmanni, num. 152., p. 47. 48.*, exhibet. Conf. de illo ejusdem *P. II. Memor. Hamb. p. 881.*

Disp. de Dicto Joh. I. 14., carmine Heroico elaborata, & Præside D. Balth. Menzero proposita. Giessæ in 4. Recusa Tomo VII. Disputt. Theol. Giessensium, ibid. A. 1620. *in 8.* edito.

Schematismus lectionum & exercitationum, in schola Stadensi A. 1621. instituendarum. Hamburgi 1620. in 4.

RUDOLPHUS CAPELLUS, Hamburgensis, Jodoci modo laudati e Christina Loosia filius, d. 24. Jan. A. 1635. natus, e schola & Gymnasio patriæ A. 1653. in Acad. Witebergensem, & A. 1654. in Giessenam, migravit, Magistriqve in hac titulum, Brabevta Joh. Conr. Dieterico, d. 30. Mart. A. 1655., obtinuit. Salutatis deinde Lyceo Argentinensi, aliisqve Germaniæ celebrioribus, in patriam redux, A. 1660. (qvo & Doctor Theologiæ Giessæ, d. 29. Nov., a Pet. Haberkornio creabatur), d. 17. Febr., Professionem in Gymnasio illius impetravit, & d. 3. Apr. Declamatione *de summa boni Oratoris necessitate* auspicatus est, Oratoriam (1.), sed cum Græca post ac Historica A. 1675., qvo Gymnasium instaurabatur, permutavit, ejusdemqve simul Rectoratu A. 1676. & 1682. est functus. Qvinqvagenarius tandem vitæ, pie atqve integre transactæ, similem, febri consumptus acuta, & scripto, qvod edebat, de Christi cruce immortuus, d. 20. Apr. A. 1684., finem imposuit, filiamqve e conjugio cum Anna, Joh. Berenbergii, mercatoris, filia, priori, A. 1661., & filium, Hermannum Matthiam, e posteriori, cum Elisab. Surmannia, A. 1671. inito, reliqvit superstites. Symboli loco hoc usus est Acrosticho: *Redemptor Coronabit.* Memoria, naturæ beneficio, gaudebat admodum felici, sed, cum ingenium saltem mediocre esset nactus, & illorum, qvos venerabatur, autoritati serviliter addictum, judiciiqve infirmitate laboraret, cum scribendi pruritu conjuncta, nihil, præter centones, ex variis scriptoribus, multæ lectionis ope, sed absqve delectu, consarcinatos, maleqve cohærentes, in lucem protulit. Controversiæ cum Mich. Kirstenio, Collega, Medico & Professore Gymn. Hamburg. celeberrimo, absqve ulla sua culpa, implicitus est acerbissimæ, occasione *Alitophili*, Scripti (de qvo supra in Elogio Joh. Blomii jam diximus) Satyrici, A. 1668. a Joh. Blomio, Bibliothecæ Hamburg. publicæ Præfecto, ἀνωνύμως, contra Kirstenium, ejusqve amicos, editi. Cujus cum Autorem Capellum esse Kirstenius falso crederet, Scazontibus elegantissimis, sed & simul maledicentissimis, sub *Alitophili παραδειγματιζομένου, sive Vindiciarum Philalethæ & sociorum, adversus Lucam CAPrimulgum RUDentem Escarbotum Alitophilum Mexicanum, ὑπερ]ραγιζόμενον*, titulo, ἀνωνύμως itidem, Mexici (sicut is fingit) A. 1668. (vel potius 1670.) *in 4. & 12.*, publicatis, tanta styli virulentia in Nostri non doctrinam solum, studia & scripta (in qvibus alii etiam cordatiores qvædam desiderant), sed natales etiam, vitam, religionem & mores (qvorum sanctitatis ille & integritatis patriam universam testem habuit), falsissimis & horrendis oneratos criminibus, est debacchatus, ut Jambos Archilochi, qvibus socerum Lycamben ad suspendium adegisse perhibetur, mitiores fuisse mihi persvadeam. Vere Capellus ipse (2.) judicat, *impietates, fraudes, libidines & audacias, in iis describi, non humanas, non tolerandas: nihil fere flagitii aut convitii excogitari posse, qvod Autor non in chartam, plenis plaustris & horreis, convexerit, qve in Petronio, Ovidio, Martiali, ac aliis, sparsim fœda ac noxia leguntur, infelici diligentia anxie conqvisita, in acervos converrens; seqve vix credere, tam perditum & ab omni humanitatis sensu remotum nebulonem, qvalis illic describitur, reperiri unqvam potuisse, id autem pro certo affirmare, nunqvam extitisse.* Retorsione forensi Noster, recte factorum conscientia, & honesta concivium de se existimatione, fretus, ne in leges Christianæ peccaret charitatis, abstinuit, vindictam vero, & Autoris, tunc nondum cogniti, inqvisitionem, patriæ commisit magistratui. A qvo licet indici præmium 100. Imperialium, edicto publice affixo, promitteretur, nemo tamen, qvi illum proderet, est inventus. Ut proinde aliqvatenus suæ Noster consuleret existimationi, *Pseudo-Philalethen ἐλεγχόμενον*, a Theologis & Jurisconsultis approbatum Jenensibus, A. 1672. Jenæ edidit, inqve illo sanctissime, se nec *Alitophili* esse Autorem, nec ad editionem ejus qvicqvam consilii vel opis contulisse, imo schedam istam nunqvam conspexisse, adeoqve immerentem tot tamqve horrendis proscindi convitiis, est protestatus. A Senatu insuper Hamburgensi petiit, ut Choliambos Philalethæ larvati famosos publice per carnificem juberet cremari, patibuloqve affigi. Cui desiderio ne satisfieret, amicorum Kirstenii contrariæ impediverunt molitiones.

De vita ejus Eberh. Anckelmanni, LL. Or. Prof. Hamb., *Programma* consulatur funebre, A. 1684. publicatum, & inter *Elogia X. Theologorum Germanorum*, junctim a Georg. Henr. Götzio Lubecæ A. 1708. *in 8.* edita, recusum, de συνϊάξει autem cum Kirstenio Vinc. Placcii *Tomus II. Theatr. Anon. & Pseudon. p. 257. 258. 497. 498.*

Conf. de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1684.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1076.*, Thomæ Crenii *P. VII. Animadv. p. 226. 227.*, & *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbricam, c. 10., §. 26., p. 617.* & C. S. Schurtzfleischii Epist. ad eum, *T. I. Arcanarum, n. 63., p. 106-108.*

Esdras Edzardus, Theol. Hamb., hoc eum A. 1655. commendavit Disticho:

Non lauro tantum, vitula tu dignus & hædis,
Estqve capella poli tota, Capelle, tua.

Joh. Dan. Majori (*in Desiderio de nummis Rhedigerianis p. 43.*) *Vir* audit *diligentissimus & ingenuus.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

I. PROPRIA.

Disp. Theol. in Gal. IV. 8. 9., Præside D. Pet. Haberkornio. Giessæ 1655. in 4. Recusa *Tomo IX. Disputt. Theol. Giessensium (num. 1.)*, ibid. 1671. in 8.

Discursus Historico-Theologicus de Johanna VIII., Papissa, in qvo antiqva veritas hujus historiæ, adversus Bellarmini, Baronii, Onuphrii, Cottoni, Serarii, Florim. Ræmundi, aliorumqve contradicentium, strophas, demonstratur, Præside Joh. Conr. Dieterico propositus. Giessæ 1655. in 4. Commendatur, tanqvam Capelli fœtus, a Præside Dieterico *in Breviario Pontificum p. 155.*, & Joh. Frid. Krebsio *in Tr. de mutatione nominum Pontificum Romanorum p. 212.*, acri autem censura, velut *gerris vanis, fabulisqve ridiculis, oppletus, nec cujusqvam, non docti solum, sed vel mediocriter judicio valentis hominis, opera dignus,* perstringitur a Joh. Christiano, Barone a Boyneburg, tota ferme *Ep. L. I.* ad Dietericum Præsidem, *p. 233-240.*

Schediasma Theol. Doctorale, JEsum de hostibus suis triumphantem exhibens, Præside D. Pet. Haberkornio. Giessæ 1660. in 4., Recusum ibid. A. 1671., *T. IX. Dispp. Theol. Giess., n. 12.*

Programma prolixum, qvo indicuntur diversæ personarum fictarum inductiones, qvas Græci προσωποποιΐας vocant, ad vitam Davidis pertinentes, & Or. ligata recitandæ. Hamb. 1660. in 4.

Epistolæ ejus ac Stanislai Lubienitzii, Eqv. Poloni, de Cometis Ann. 1664. & 1665., mutuæ, in hujus *Theatro Cometico,*

(1.) V. Pet. Lambecii *Programma*, Orationi huic præmissum, *in Orationum Syntagmate p. 100-104.*, & Joh. Alb. Fabricii *Vol. III. Memor. Hamburg., p. 126-132.* (2.) *in Pseudo-Philalethe ἐλεγχομένῳ p. 4. 5.*

metico, Amstelod. A. 1668. in fol. excuso, *T. I., p. 889-894.*, publicatæ. (Unam Capelli ad Lubienitzium de Mithridate, d. 7. Dec. A. 1665. exaratam, Thomas Crenius Lugd. Bat. A. 1700., *in Partis VII. Animadversionum* edidit *Appendice, p. 224-227.* Qvæ an has inter etiam occurrat, non recordor.)

Pseudo-Philalethes cum miseris sociis Ἐλεγχόμενος. Accedit Germanice Hochnöthiger Extract von Pasqvillen und Pasqvillanten, aus den Reichsabschieden, Policeyordnung, peinlichen Halsgerichtsordnung, Hamburgischen Statuten, &c.; samt zweyen A. 1670. und 1671., wieder den Pasqvillanten, ergangenen Decreten des Rahts zu Hamburg, und Supplication D. Capelli umb öffentliche Verbrennung des Pasqvills Philalethæ. Jenæ 1672. in 4. Qvæ ad historiam hujus spectant, e vita Autoris possunt repeti.

Programma de Logicæ laudibus ac usu, Joh. Vagetii, Prof. ejus, Or. inaugurali præmissum. Hamb. 1676. in 4.

Nummophylacium Lüderianum Hamburgense (*a Georg. Lüdero, cive, collectum*) antiqvum & recentius, horis curisqve subcisivis in sciagraphia exhibitum, & usui accommodatum. Hamburgi 1678. in fol. Continentur in hoc Syntagmate: 1. Claud. Chifletii, Acad. Dolanæ Antecessoris, Liber posthumus de Nummo antiqvo, & præcipue Romano; 2. Capelli Index Nummographorum veterum & recentiorum, aliorumqve Scriptorum Antiqvariorum, annotationibus brevibus auctus, & in usum Catalogorum Nummophylacii Lüderiani, a D. Mart. Fogelio, Prof. Hamb., tribus congestorum voluminibus, concinnatus; 3. Ejusd. Νεμμογνωσία συνοπτική, ad nummorum 8500., veterum recentiorumqve, Nummophylacii Lüderiani accuratius examen ὁδηγοῦσα; 4. Tres Catalogorum ejusdem præfationes, qvarum prima a Capello est scripta, duæ autem reliqvæ a D. Mart. Fogelio nummorum veterum & recentiorum præmissæ Indicibus; 5. Compendiaria exhibitio 1117. nummorum Lüderi antiqvorum Hebræorum, Græcorum, Familiarumqve Romanarum; 6. Antiqvariorum Series Chronologica Imperatorum Romanorum, a Julio Cæsare ad Leopoldum, ex Edit. A. 1655. Antwerpiensi recusa, cum enumeratione 5789. nummorum Lüderiani Nummophylacii Imperatoriorum; 7. Index Alphabeticus 1504. Nummorum ejusdem recentiorum pretiosorum ac selectorum; 8. Dispositio V. partium & CXLVIII. scriniorum illius; 9. Conclusio de re nummaria. De tota hac farragine, rudi atqve indigesta, vere ipse in Epilogo judicavit, esse eam *qvalemcunqve ὕλην, & subcisiva opera consutum centonem, ex meris Analectis constantem, in qvibus non pauca desiderari possint; conscriptam esse sine ordine, & subito natam, imperfectam, & subitaneis Dissertatiunculis, sæpius intrusis, interruptam, neglecta interdum distinctione Autorum, scriptorum & literarum.* Gemina huic Judicia in B. G. Struvii (accurationis defectum & ἀμεθοδίαν in ea culpantis) *Biblioth. Numism. antiqv., c. 1., p. 13. 14. 95. 96.*, ac *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 15., p. 550. 551.*, invenies. *Nummographorum Indicem maximam partem e Phil. Labbei Biblioth. nummaria, plagio manifesto, ordineqve nil mutato, esse descriptum, & interpolationibus aliqvibus, hinc inde additis, satis qvidem interdum magnis, sed ab instituto plane alienis, auctum,* Collega Capelli, Vinc. Placcius, *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 159.*, vere monuit, sed satis frigide furtum hoc literarium excusavit. Eundem Indicem Ansh. Bandurius (*in Bibliotheca nummaria, n. 100., p. 86. 87.*) tum ob nimiam, in omnibus, qvæ vel minimam cum re nummaria affinitatem habere videbantur, operibus congerendis, diligentiam, tum propter ἀταξίαν, fusius culpavit.

Natalitia Messiæ veri, unici & nostri. Hamb. 1681. in fol. (Syllogen exhibent Odarum in Christi incarnationem variarum, Græcarum, Latinarum, Germanicarum, partim propriarum, partim alienarum, Notis etiam subinde auctarum.)

Triumphus Messiæ ascendentis. Hamb. 1681. in fol.

Lectionum Bibliothecariarum memorabilium Syntagma, Dissertationes variorum de Bibliothecis, libris, literis & literatis, continens. Hamb. 1682. in 12. Exhibentur in Sylloge hac Rhapsodica, sine judicio & selectu congesta: 1. Anonymi Commonefactio Germanica ad Senatum Hamburgensem, de Biblioth. publicæ fundatione, ante annos 50. scripta; 2. Miscellanea de Bibliothecis, ex H. Conringii *Diss. de Biblioth. Augusta*, Franc. Mariæ Grapaldi *Lib. de partibus ædium*, aliisqve Autoribus; 3. Onomatologia Bibliothecaria, e lingvarum præcipuarum Glossariis & Lexicis; 4. Diss. de voce Bibliorum S. Literis tributa; 5. Jac. Acontii Epistola de ratione edendorum librorum; 6. Henr. Vagetii Diss. de scriptione & editione librorum; 7. Plinii, Melch. Gvilandini, Jos. Scaligeri, Jac. Dalechampii, & aliorum, de Papyro Diatribæ; 8. Capelli Ἐπίμετρον de chartis, membranis, Chirographia, Typographia, & arte libros compingendi; 9. Rein. Reineccii Diss. de Bibliothecis & libris, præsertim Historicis; 10. Excerpta e Thomæ Bartholini *Diss. de Bibliothecæ incendio*; 11. Epistola de Incendio ædium Joh. Hevelii Gedanensi; 12. J. H. Alstedii, B. Keckermanni & Pet. Firmiani, de Bibliothecis ἀποσπασμάτια; 13. D. Georgii Königii, Theol. Altorf., Or. de studiis Virorum illustrium in Bibliothecis condendis; 14. Excerpta e Franc. Ridderi *Historia eruditionis*; 15. Theoph. Spizelii Catalogus felicium & infelicium Literatorum; 16. Oct. Ferrarii Prolusio de literatorum infelicitate; 17. Dan. Bartoli locus de vitiis literatorum; 18. Excerpta ex Ahasv. Fritschii Diss. ejusd. argumenti; 19. Alphabetum hostium Bibliothecariorum; 20. Io. Henr. Bœcleri Historia Literaria Ante-Monarchica; 21. Capelli Historia Literaria & libraria Ante-Monarchica, antediluviana, postdiluviana & ante-Mosaica.

Sylloge Hymnorum de SS. Angelis. Hamb. 1682. in fol.

Programma de Vita & Scriptis Ciceronis. Hamb. 1682. in fol.

Progr. de Vita, laudibus & scriptis M. Lutheri, contra P. D. Huetium. Hamb. 1682. in fol.

Diss. de Alcorano seu Alfurcano Muhammedis. Hamb. 1683. in fol.

Diss. de festo exaltationis Crucis Christi. Hamb. 1684. in fol.

Rariora Becceleriana (*Georg. Becceleri, Senatoris Hamb., & filii ejus, Ludovici*), prout se obtulerunt, extemporanea opella consignata. Hamb. 1684. in fol. Scriptum posthumum imperfectum, cui Colophonem Joh. Vagetius, Collega, imposuit.

Byzantina, sive Schema Corporis Historiæ Byzantinæ, vel Constantinopolitanæ, posthumum, a Constantino M. ad Constantinum ultimum, sumptu Wichmanni Cordesii, ab Augustino Vagetio, Verdensi, editum. Hamb. 1686. in 4.

Diagramma Historiæ Universalis & Particularis posthumum, a Joh. Vagetio, Collega, editum Hamburgi A. 1686.

Schediasma de locis sacris Terræ sanctæ, & peregrinationibus ad sepulchrum Christ. in fol.

Schediasma de origine & incremento Hæresium in Britannia. in fol. (*Catal.*)

Schediasma de Martinaliis & Ganzaliis. in fol. (*Catal.*)

Miscellanea varia in festa totius anni præcipua, diversis edita temporibus.

Programmata complura, tum funebria, tum orationibus discipulorum præmissa. E qvibus funebre de vita M. Herm. a Petkum, Past. Hamb., recusum est A. 1711. in J. Alb. Fabricii *Vol. III. Mem. Hamb., p. 307-318.*; Aliud de L. Gotfr. Vogtio, Rect., ib. p. 567-577.

His addo, qvæ sub Auditorum prodire passus est nominibus:

1. Georg. Ern. Cravelii, Osterodani, Historiam vitæ & scriptorum Cl. Galeni, cum Epistola ejus præfixa editam Hamb. A. 1682. in fol. (V. *Placcii T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 204.*

2. Joh. Kressii, Hamb., Διηγημάτιον de D. Mart. Luthero, & divino reformationis opere, Hamb. 1683. in fol.

3. Hen-

3. Henningi Lochovii, Hamb., Ciceroniana, five Protheoriam utilem de Ciceronis vita & scriptis, lectioni ejus præmittendam. Hamb. 1683. in fol. (V. *Placcium l.c. p. 420.*) Sub Capelli hæc nomine allegat J. G. Walchius in Historia *L. Lat. Critica, c. 8., p. 356.*

II. ALIENA.

Philippi II., Pomeranorum Ducis, Comm. in nummum aureum Zenonis Isaurici Græci Imperatoris, ex Avtographo editus. Hamb. 1667. in 4. (Epistolam Anonymi de eodem nummo, illi adjectam, D. Ott. Sperlingio Jun. deberi, Placcius, *l.c., T.I., c.9., p.378.*, docuit.)

Historia navigationis M r. Forbisseri, Angli, Prætoris seu Capitenei, A. 1577. jussu Elisabethæ Reginæ, in Septentrionis & Occidentis tractum susceptæ, Ephemeridis more conscripta, a Joh. Thoma Freigio e L. Gall. in Lat. translata, & Noribergæ A. 1594., cum præfat., Observationibus aliqvot, & Appendce, excusa; denuo edita Hamb. A. 1675. in 4.

Gvilh. Cave, Angli, Th. D., Tabulæ, qvibus Doctores & Scriptores Ecclesiastici, eorumqve patria, ordo, ætas & obitus, *ἐν συνόψει*, a tempore *ἐνσαρκώσεως* filii Dei, ad A. 1519., exhibentur, post Editionem A. 1674. Londinensem iterum publicatæ, & indice auctæ, Hamb. 1676. in fol.

Clementis Alexandrini Hymnus Catecheticus, Græce, cum Interpretatione Latino-Germanica & notis, editus. Hamb. 1681. in fol.

Balth. Menzeri Sen., Theologi Giessensis, expositio doctrinæ de S. Cœna D. N. J. C., versibus Heroicis comprehensa; denuo edita Hamb. 1682. in fol. (Antea *Tomo VII. Dispp. Theol. Giess.*, Giessæ A. 1620. excuso, *num. 21.*, prodierat.)

Hymnus Ambrosii & Augustini: *Te Deum laudamus*; cum variis versionibus Metricis, Græcis & Germanicis, notisqve Philologico-Theologicis, editus. Hamb. 1683. in fol.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

I. PROPRIA.

Umbständliche Verzeichniß derer von alten und neuen Lehrern den Arrianern, Photinianern, Antitrinitariis und Socinianern, entgegengesetzten Schriften, welche er in seiner Theologischen Bibliotheck verwahret. Hamb. 1668. in 4. (Commendatur ab Ad. Tribbechovio *in Historia Naturalismi, c. 8., p. 40.*)

Kurtze Beschreibung der Glaubens- und Lebenstafel des wahren Christenthums, darinn ein lebendiger Glaube und ein gläubiges Leben eines wahren Christen vorgestellet wird, welche weit herlicher und höher ist als die Heidnische Cebetische, &c.; it. Cebetis, des alten Philosophi, Sinn- und Kunstreiche Lebenstafel der Menschenkinder, worinn ein Kern der Practischen Philosophie zu finden: Samt beyder Tafeln Kupferschnitten. Appendicis loco adjectæ sunt Reinholdi Derschovii Sen., JCti & Consiliarii Prussico-Brandeburgici, *Hodosophia viatoris Christiani*, oder Christlicher Wanderschaft eines Christl. Wandersmanns auf dem Wege des Lebens, in einer Tafel Bildnißweise vorgestellet und erkläret, qvæ, a filio ejus cognomine, Th. Lic. & Ecclesiaste Rastenburgensi, aucta, Francofurti ad Mœnum A. 1675. & 1684. in 8. prodiit.

Vorstellungen des Norden, oder Bericht von einigen Nordländern, insonderheit Grönland, auß unterschiedenen Scribenten zusammengezogen. Hamb. 1675. & (solo titulo mutato) 1678. in 4. Partium hujus Syntagmatis (qvod *opus curiosum* a Gotfr. Zeünero, *in Parnasso A. 1692. vernali p. 46.*, vocatur) prior XI. Capitibus, de regionibus Arctois, navigationibusqve in eas institutis, in universum, posterior vero V. Capitibus, de sola Grönlandia, Scriptorum Hodœporicorumqve variorum relationes coacervat. Sub finem accedunt: 1. Relatio de ortu & progressu rei nauticæ, e L. Belg. in Germ. translata; 2. Capelli ipsius Commentatio de conversione infidelium, per Pontificios, Reformatos & Lutheranos, facta.

Achtmahlige in Deutsche Versen unterschiedlich geschehene Ubersetzung und heilsame Betrachtung des XCI. Psalms, samt andern Liedern in Pestzeiten zu gebrauchen. Hamb. 1682. in fol.

Freudenvolle und Lustreiche Rede von des Messiæ glorwürdigster und siegreichester Auferstehung von den Todten. Hamb. 1683. in fol. Carmen Germanicum. Programmata qvædam vernacula.

Præfationes præfixæ: 1. Wilh. Joh. Mulleri Beschreibung des Landes Fetu in Africa, Hamb. 1676. in 8.; 2. Eberh. Gvern. Happelii verdeutschtem Valerio Maximo, ibid. 1678. in 8.

II. ALIENA.

Treugemeinte Erinnerung eine öffentliche Bibliotheck anzurichten, zu erhalten und zu vermehren, an die Stadt Hamburg, von einem hochgelahrten Manne, vor etwa 50. Jahren, gethan. Hamb. 1682. in 12. Inserta etiam eodem Anno *Lectionum Bibliothecariarum Syntagmati.*

Pauli Flemmings, in der Passions-Zeit, in nachdencklichen Reimen, auf seinem Todtbette, aufgesetztes Thun und Leiden Christi, so er bey seiner Leichbegängniß außzutheilen befohlen; ietzt von D. Capellen geändert, gebessert, und in 444. Reimen außgeführet. Hamb. 1682. in fol.

Joh. Andreæ, eines bekehrten Mohren, Confusio sectæ Muhammedanæ, oder nachdenckliches Buch wieder den Mahomed, und die Mahometische falsche Lehre, von neuen von ihm verdeutschet, und, nach seinem Tode, von Joh. Vagetio außgegeben. Hamb. 1684. in 12.

INEDITA ET PROMISSA.

Testimonia Autorum Pontificiorum de veteris Ecclesiæ Scriptoribus, & Librorum, ab iis relictorum, *αὐθεντίᾳ* aut *νοθείᾳ*, Protestantium de iisdem sententiæ *ὁμόψηφα*, XVII. tabulis, pro seculorum numero, inclusa. *V. Præf. ad Gvilh. Cavii Tabulas Scr. Eccl.*

Hemerologium, Menologium & Martyrologium Hamburgense, in *Schediasm. de conversione infidelium*, paulo ante memorato (*lit. E. 3. a.*), promissum.

Anonymi vetus Chronicon rerum Hamburgensium Prosaico-Metricum, Lingva Saxonica, ab A. C. 810. ad 1270., perductum, cujus, notis suis illustrandi, editionem A. 1667. aggressus qvidem est, sed, Epistola ad Joh. Schröteringium, Consulem, Dedicatoria jam excusa, a Senatu Hamburgensi in ea pergere prohibitus, cujusqve MStum Bibliothecæ postea donavit publicæ. *V. P. IV. Isag.* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 3., p. 530.*

Christoph. Bernhardi, Chori Musici Hamb. Directoris, Versiones Germanicæ Historiæ augustæ Imperatorum, a Franc. Angelono Italice numismatis illustratæ, Libriqve Nummographici, Joh. Pet. Bellorio (sub tit. *II. Bonino*) editi, qvas a se, *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani*, jussit expectari.

JOHANNES CARNARIUS Junior, Med. Doctor, Parentis sibi cognominis, aulæ Gottorpiensis Archiatri, qvem inter Scriptores celebrabimus adoptivos, in dignitate ista Successor, Dorothea conjuge d. 5. Jun. A. 1608. orbatus, ut luctum leniret, librum integrum de Christianorum contra mortem solatio (von der Christen Troste wieder den Todt) conscripsit Germanicum, & beatis uxoris manibus præfixo consecratum Epigrammate Slesvigæ A. 1617. edidit, teste Joach. Rachelio, Parocho Wesselburensi, *in præfat. Reginæ Arabicæ.*

MATTHIAS CARNARIUS, Slesvicensis, Joh. Carnarii Senioris, Archiatri Holsato-Gottorpiensis, itidem filius, Medicinæ, ductu Bernh. Paterni (cujus animum in se vere paternum, *in Ep. Dedic. Disp. Inaug.*, ei inscriptæ, deprædicavit), cæterorumqve Hygieæ Mystarum, Patavii excultæ, Doctor Basileæ, M. Majo A. 1589., creatus, Praxi ejus, in eodem, qvo Parens erat functus, officio aulico Gottorpiensi, a Joh. Adolpho, Duce Holsatico, sibi commisso, circa A. 1620., inclaruit. Moribundus Bibliothecam, scripta sua Medica, & pecuniarum partem haud exiguam, sororis nepoti, sibi ὁμωνύμῳ, Matthiæ Clausenio, Kiloniensi, Medico urbis patriæ & Holsatiæ totius deinceps eximio, ut sibi ὁμότεχνος arti animum applicaret salutiferæ, auspicato legavit. V. Matth. Burchardi *Sermonem in obitum Clausenii funebrem p. 76.*

(D. Andr. Libavii, Medici Coburgensis, Epistola ad eum in *Parte Epistolarum* Libavii *Medico-Chymicarum tertia* occurrit.)

Theses Inaugurales de forma & qvalitate victus Febrium putridarum in genere, d. 22. Maji propositæ. Basileæ 1589. in 4.

ANDREAS CASSIUS Senior, Slesvicensis, Andreæ, Secretarii Ducalis, e Sophia Vesteria, Flensburgensi, filius, & Christiani, Ministri aulæ Eutinensis primarii (*infra celebrandi*), frater, Med. Doctor (Leidæ A. 1632. creatus) & Practicus in urbe Hamburgensi felicissimus, simulqve Johannis, Ducis Holsatiæ & Episcopi Lubecensis, Archiater, Testamenti sui a Joach. Jungio, Philosopho Hamburgensi, A. 1657. designatus Executor (1.); Filii cognominis, Medici itidem Lubecensis, ex uxore Gertrudi, M. Nicol. Staphorstii, Ecclesiastæ Petrini, gnata, parens. Ex inventis ejus, qvibus non minus, qvam singulari morbis medendi peritia ac felicitate, famam sibi peperit insignem, Medico-Chymicis, Essentiam Bezoardicam Joh. Dan. Major (nunqvam hanc se, in peste curanda, fefellisse perhibens) (2.), Vitrum autem rubrum, sive Rubinum artificialem, ope auri stanniqve confectum, Gotfr. Gvilh. Leibnitius (filio nostri hoc inventum perperam tribuens) (3.), Joh. Joach. Becherus (4.), Car. Frid. Lochnerus (5.), aliiqve, publice deprædicarunt.

Joh. Dan. Major his eum ad filium versibus (*sub finem Disp. de febre artificiali*) celebrat:

O generosa tui, veneror qvem, Patris imago,
Qvemqve Hamburga potens, ob sua facta, colit;
Facta perennanti merito tradenda papyro,
Ut Medicum tantum noscat uterqve polus.

Miscellanea Medico-Chymica, Præside D. Georg. Mochingero. Lipsiæ 1629. in f. pat.

Disp. Inaug. de Miscellaneis Medicis. Lugd. Bat. 1632. in 4.

ANDREAS CASSIUS Junior, Hamburgensis, Senioris, modo laudati, filius patrissans, Med. Doctor & Practicus Lubecensis celeberrimus.

Disp. de Febre artificiali, Præside D. Joh. Dan. Majore. Kilonii 1666. in 4.

Disp. Inaug. de Triumviratu intestinali, cum suis effervescentiis. Groningæ 1668. in 4. Huic Matthias Paisenius, Hamburgensis, Med. D., ut *Disp.* suam *Inaug. de vitiis Humorum*, A. 1666. editam, & in illa, uti credebat, impugnatam, vindicaret, dissimulato nomine, *Epistolam Amici ad Amicum, qva Cassiana Disputatio de Triumviratu intestinorum examinatur*, Amstelod. A. 1668. *in 4.* excusam, reposuit. V. Placcii *Tr. de Scr. Anon., c. 3., p. 39. 40., & T. I. Theatri Anon. & Psevdon., c. 4., p. 243.*

De extremo illo & perfectissimo naturæ opificio, ac principe terrenorum sidere, Auro, & admiranda ejus natura, generatione, affectionibus, effectis, atqve ad operationes artis habitudine, Cogitata, experimentis illustrata. Hamburgi 1685. in 8. A Georg. Ern. Stahlio (*T. I. Observv. Lit. Halensium, Obs. 18., p. 275.*) Tractatus vocantur *admodum elegans*, & ab Autore qvoqve *Catonis Chemici*, A. 1690. editi (J. L. Hannemanno, *qvædam* tamen *non ad normam Philosophiæ Adeptæ conscripta*, in iis deprehendisse sibi viso), *c. 3., p. 18.*, commendantur.

ANDREAS CASSIUS, Joh. Fil., Slesvicensis.

Tumulus Johannis, Episcopi Lubecensis, Ducisqve Slesv. & Holst., Poemate Heroico celebratus. Lubecæ 1655. in fol.

Disp. de Æqvitate, Præside Sam. Rachelio. Helmstadii 1662. in 4.

ANDREAS CASSIUS, Hamburgensis, Med. D. & in patria circa A. 1716. Practicus.

Disp. Inaug. de Pleuritide exqvisita. Groningæ 1706. in 4.

CHRISTIANUS CASSIUS, Slesvicensis, d. 8. Jul. A. 1609. in lucem editus, Patrem habuit Andr. Cassium, Polnavia Pomeranum, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorp., Secretarium (d. 6. Aug. A. 1618. mortuum) (6.), Matrem vero Sophiam Vesteriam, Flensburgensem; qvo pari conjugum se nullum, vel pietatis infucatæ studiosius, vel verbi divini amantius, unqvam vidisse D. Christ. Sledanus, Past. Slesvic., fatebatur. Post finita studiorum in ludo patrio Gymnasioqve Hamburgensi tyrocinia, A. 1628. Lutetiam profectus, non lingvam solum addidicit Gallicam, sed in Philologia etiam, Historia & Politica, insignes, duce Pet. Bertio, fecit progressus. Hujus commendatione Hugoni Grotio τῷ πάνυ innotuit, qvi in familiam suam adscitum integro illic detinuit qvadriennio, &, affectu vere paterno prosecutus, ad interiora literarum adyta Hodegum se ei adeo præbuit fidelem, ut potissimam se eruditionis partem Grotiano debere convictui noster nunqvam dissimularit. E domo tanta, communi orbis literati oraculo, Leidam digressum cupide sunt amplexi uterqve Heinsius, Barlæus, Scriverius, Cunæus, Hugenius, & Claudius inprimis Salmasius, qvi, in literis ad Grotium, patriam repetenti A. 1633. commissis (7.), his ejus verbis injecit mentionem: *Cassius vester, & jam noster, tibi plura referet.* Reducem Johannes, Dux Holst. & Episcopus Lubecensis, Princeps eruditus, ministris confestim suis adscripsit, frater autem hujus, Fridericus, Dux Holsato-Gottorp., Dresdensis comitem elegit itineris, in qvo Witebergæ Aug. Buchnero familiariter noster innotuit, sed Professionem, qvæ offerebatur, Academicam recusavit (8.). Witeberga, permissu Principis, Leidam, & inde, post menses aliqvot in amicorum veterum transactos convictu, Hafniam, Fridericum denuo comitatus, A. 1634. excurrit, & pompam nuptiarum Christiani V., regni Danici hæredis, diserte paulo post sermone a se descriptam vernaculo, coram spectavit. Hinc reversum Johannes, Episc. Lubec., aulæ suæ postliminio vindicavit, &, A. 1634. ad finem vergente, Cameræ Secretarium, A. 1638. ejusdem Consiliarium, ac tandem A. 1644., post Mart. Gerdesii (cui in thoro qvoqve noster successit) obitum, Cancellariæ Directorem & Consiliarium intimum, constituit. Suprema hac dignitate aulica, post Johannis etiam, A. 1655. defuncti, excessum, successorum, Christiani Alberti & Augusti Friderici, Ducum Holsaticorum, beneficio, in urbe Eutinensi

cujus

(1.) V. Mart. Fogelii *Vitam Jungii.* (2.) *in Defensione Chirurgiæ infusoriæ p. 269.* (3.) *T. I. Miscellaneorum Acad. scientiarum Berolinensis p. 94.* (4.) in der Närrischen Weißheit *p. 41. 50.* (5.) in *præfat.* Tr. vom seltenen Alter, *lit. c. 3. a.* (6.) V. D. Christ. Sledani *Serm. Fun. Germanicum, ex Es. LVII. 1. 2. ei habitum*, ed. Slesvigæ A. 1618. in 4. (7.) V. eas *in Append. Epistolarum* Grotii *ad Gallos p. 457.* (8.) V. Versus, e Zach. Lundii ad eum Elegia mox recitandos.

(cujus Ædis Cathedralis Decanatum itidem obtinuerat), qvoad vixit, est gavisus, & a singulis, ob fidem & dexteritatem, magno habitus in pretio. Inter legationes, qvas obiit plurimas, eminent Osnabrugensis ad Panegyrin A. 1647. & 1648. Irenicam, Ratisbonensis ad Comitia A. 1653. Imperialia (in qva Episcopis Lubecensibus jus sedis ac suffragii in Senatu Principum, contra adversariorum molitiones, asseruit, & a Ferd. III., Imp., ad colloqvia aliqvoties est admissus, Comitisqve Palatii Lateranensis, & S. Rom. Imperii Exempti, dignitatibus ornatus), Salisburgensis A. 1653. ad Paridem Archiepiscopum, Brunsvicensesqve & Luneburgenses ad comitia Circuli inferioris Saxonici, A. 1649. 1652. 1654. & 1663. indicta. Domi, in judiciis, qvibus præerat, publicis, litigantibus concordiam & mutuam offensarum oblivionem plerumqve svadebat, sæpiusqve facundis & gravissimis sermonibus persvadebat (1.). Eruditionem ejus multiplicem (qvam monumentis librariis ambitiose ostentare noluit) qvi propius cognoverant, Cassii cognomen, Apollini a Menandro tributum, optime ei convenire judicabant (2.), & æmulum qvid portentosæ Grotii (e cujus disciplina prodierat) doctrinæ in illo venerabantur: qvi autem munificentiam illius in literarum cultores rarissimam erant experti, alterum Mæcenatis adjungendum isti esse arbitrabantur. Joh. Wilh. Petræus (3.) certe affirmare non dubitavit, si omnes, qvorum studiis ægris toties suis ille beneficiis animam inspiraverat, e variis locis in Cimbriam confluerent, novam excitatum iri Academiam Cassianam. Tres habuit conjuges, e qvarum prima, Margareta Elisabetha, D. Theod. Bussii, Cancellarii Cimbriæ provincialis, filia unica, A. 1638. ducta, geminam qvidem sexus utriusqve prolem sustulit, sed, intra bimestre spatium, A. 1641., cum matre, amisit, e secunda autem, Anna, Hier. Lüneburgii, Senatoris Lubec., gnata, & Mart. Gerdesii, Antecessoris, vidua, A. 1644., tertiaqve Margareta, Hieronymi a Dorne, Consiliarii Elect. Brandeb., Præfectiqve Möllensis, filia, A. 1674. in thorum adscita, nullos plane suscepit liberos. Ultimo vitæ tempore, omni librorum profanorum lectione sibi interdixit, &, in Evchologiis unice occupatus, Hymnum Davidis XXXIX. (cujus comma XIII. sermoni funebri, sibi habendo, destinaverat, qvotidie recitavit, cumqve hoc pacto ad mortem se præparasset, & bonorum partem templis, scholis ac Ptochotropheis, legasset, reliqvorum autem viduam ex asse scripsisset hæredem, d. 6. Oct. A. 1676., æt. 67., ævi sui terminum fatalem attigit. Plura de illo suggeret Syntagma monumentorum in defuncti honorem parentalium, Plönæ A. 1676. in fol. excusum, in qvo exhibentur: 1. Christoph. Rodazii, Past. Eutin., Ξενοπολιτευμα piorum, seu Sermo Fun. e Ps. XXXIX. 13. Germanicus, vitæ auctus historia; 2. D. Christ. a Stöcken, Conc. Aul. Eutinensis, Was ists? oder Cassisches Ehrengedächtniß (seorsim Glückstadii A. 1679. *in 12.* recusum); 3. Frid. Cogelii, Conrect. Eutin., Melpomene Cassiana Præfica, seu Poema de vita nostri Choliambicum; 4. Joh. Georg. Pelliceri, J. U. L. & Consil. Lauenburgici, Elegia funebris; 5. D. Joh. Wilh. Petræi, Lubec., Inscriptio sepulchralis perelegans; 6. Dav. a Brügge, Subrect. Lubec., Lessus Heroicus; 7. Herm. Lebermanni, Ecclesiastæ Lubec., Carmen funebre vernaculum; 8. Epicedia aliorum complura.

Altare magnificum, suis ab eo sumptibus in templo erectum Eutinensi, D. G. Morhofius, *in Hecatombe Phaleucorum ad aram Cassianam* (*in Horis subsecivis Poeticis p. 7-10.* obvia), & Frid. Cogelius, *in Facie aræ novæ, a C. Cassio in æde Michaelitana Utini erectæ, Metrice delineata*, Lubecæqve A. 1668. *in fol.* edita, celebrarunt.

Conf. de illo D. G. Morhofii *Cassium Christianum*, Poema de sui ipsius tyrannicidio Jambicum, ad nomen ejus alludens (*in Avtosched. Poet. p. 2-6.*), Vinc. Fabricii varia ad eum carmina (*L. 4. Eleg., n. 2. 7. & 12., p. 82. 89. 99., in Miscell. p. 144. 145. 148., & alibi*), Justi a Vondel Epigrammata duo Belgica, albo ipsius, cum Hug. Grotii adhuc esset minister, inscripta (*in Poematis Belgicis, Leovardiæ A. 1658. editis, p. 503.*), & Frid. Cogelii *Cassias Musarum Utbinidum primitias*, in laudem ejus Ratzeburgi, A. 1671. *in 12.* publicatas.

Hug. Grotii Epistolæ (qvarum numerum in Bibliotheca ejus delituisse majorem nonnemo retulit) tres solæ, ad eum d. 10. Sept. A. 1638., 1. Jun. A. 1640. & 12. Dec. A. 1642., scriptæ, in Editione Grotianarum Amstelodamensi, A. 1687. *in fol.* excusa, *num. 1024. 1371. & 1582., p. 462. 623. 711.*, sunt publicatæ. (Epist. 1579., qvæ *ead. p. 711.* occurrit, nomenqve Cassii perperam præfert, ad Dionys. Petavium est exarata.)

Marqv. Gudii una ad illum, inter Gudianas (Ultraj. A. 1697.), *num. 11., p. 13.*, prodiit.

Addantur his Epistolæ Encomiastico-Dedicatoriæ, qvibus ei inscripsere Joh. Henr. Meibomius *Schediasma de usu flagrorum in re Medica & Venerea* (paulo post memorandum), & C. Pedonis Albinovani *duas in obitum Mæcenatis Elegias, cum notis*, ad calcem *Mæcenatis* sui, Lugd. Bat. A. 1653. *in 4.* editas, D. Dan. Lipstorpius *Copernicum redivivum* (Lugd. Bat. 1653. *in 4.*), Joh. Dan. Major *Hadriam gloriosam, seu spicilegia duo de laudibus Venetiarum* (Kil. 1666. *in 4.*), D. G. Morhofius, *Librum Funerum* (Kil. 1667. *in 8.*) & *Manes Fabricianos* (ib. in fol.), ac Christ. Kortholtus *Papam Schismaticum* (ib. 1669. *in 4.*)

ELOGIA.

Vinc. Fabricius, in Elegia ad eum nuptiali (*Lib. IV. Eleg. n. 12.*), ita de illo:

Virtute emeruit fortunam Cassius omnem;
Cedat, & hic livor nil sciat esse suum.
Grotius ingenium produxit, & omnia fecit,
Illustrem juveni prætulit ille facem:
De laribus tantis egressum provocat aula;
Non aliam poterat dignus inire domum.
Occurrit Princeps, meritisqve æqvavit honores;
Crescere non alio debuit ille modo.

Zachar. Lundius, in Elegia, Relationi ejus de nuptiis præfixa regiis, & *Lib. II. Elegiarum* Vinc. Fabricii, *p. 72.*, recusa, his illum compellavit Elegis:

Cassi, cui præ me ridet fortuna beato
Sidere, & egregiis Pallas amica viris,
Cum patre Grotiade natus qvem Grotius arsit,
Et pater Heinsiades, Heinsiadesqve minor,
Qvem Franci Belgæqve sibi, Cimbriqve, reposcunt,
Qvem primum voluit Leucoris esse suum.

D. G. Morhofius autem (*in Hecatombe cit.*) seqventibus Hendecasyllabis:

Cassi splendide, magne, docte Cassi,
Cui nomen pietas & ipsa Virtus,
Et Phœbus dedit, & novem sorores,
Aureosqve Charis benigna mores,
Consiliqve animam, reconditæqve
Mentis robur & indolem, Minerva;
Qvem natum placidis tuens ocellis
Augustis Themis impedivit ulnis,
Et majoribus educavit ausis.

Joh. Henr. Meibomio (*in Ep. Dedic. Elegiarum Pedonis*) *Virorum* audit *summus, & literis elegantioribus inter primos imbutus*; Aug. Buchnero (*in Ep. ad Matth. Hoeum, P. III. Epp., n. 31., p. 69.*) *Juvenis non modo egregie jus civile, sed & humaniores literas cum paucis, doctus*, Marqv. Gudio vero (*in Ep. cit. ad eum*) *Vir maximus*. Joh. Dan. Major (*in Ep. Dedic. Hadriæ gloriosæ*) *animum* illi tribuit *cælo deductum, & consummata rerum selectissimarum peritia imbutum.*

(1.) V. Joh. Wilh. Petræi *Inscript. funebrem.* (2.) V. Chr. a Stöcken Cassisches Ehrengedächtniß *p. 40.* (3.) *l. c.*

SCRIPTA PAUCULA PROPRIA.

Oratio, in Augusti Friderici, Episc. Lubec., inauguratione, A. 1666. habita, qvam edere, a multis licet rogatus, noluit.

Epistola brevis Encomiastica ad D. Christ. Kortholtum, Theol. Kilon., ab hoc *Tr.* suo *de Calumniis Paganorum in veteres Christianos*, Kil. A. 1668. *in 4.* edito, præfixa.

Relation von dem Hochfürstl. Beylager Christiani V., Printzen zu Dennemarck, mit Fräul. Magdalena Sibylla, Hertzoginn zu Sachsen, was, bey wehrendem solchem hohen Freudenfeste, M. Oct. A. 1634., zu Kopenhaven, auf dem Königl. Hause, und in der Stadt, ist vorgegangen. Hamb. 1635. in 4. Schediasma Epistolicum ἀδέσποτον, cujus Cassium esse Autorem, literæ nominis initiales C. C., præfationi subjectæ, præfixaqve amicorum, And. Cassii, Henr. Vagetii, Zach. Lundii & Vinc. Fabricii, carmina (e qvibus Fabricianum in *Libro* ejus *Poem. Miscell.*, *p. m. 148. 149.*, etiam legitur), ostendunt, & Placcius etiam (*T. I. Theatri Anon.*, *c. 11.*, *p. 464.*) observavit.

ALIENA, AB EO EDITA.

Augusti Buchneri in laudes Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ, Oratio. Lugd. Bat. A. 1634. V. Vinc. Fabricii carmen in eam, *Libro Miscell.* insertum, *in Operibus p. 608. 609.* Factam autem esse hanc editionem inscio & invito Buchnero, duæ ejus docent Epistolæ, ad Henr. a Frisen & D. Matth. Hoeum A. 1634. scriptæ (*P. I. Epp.*, *n. 17.*, *p. 40-43.*, & *P. III.*, *n. 31.*, *p. 69. 70. 71.*), Cassio suse indignantes, qvod Or. istam, qvæ Dresdæ in sanctiore Consistorio, ne in profanos oculos incurreret, asservabatur, omnibus legendam exhibuerit.

D. Joh. Henr. Meibomii, Poliatri Lubec., Epistola ad Christ. Cassium, de usu flagrorum in re Medica & Venerea, Kal. Sext. A. 1639. scripta, & a Cassio, Autore ignaro, Lugd. Bat. A. 1643. *in 4.* edita. V. Henr. Meibomii Jun. *Epistolam* ejusd. argumenti, huic in Edit. Hafn. A. 1670. adjectam, *p. 98.*

CHRISTIANUS CASSIUS Junior, Holsatus, Eloqventiæ initio & Poeseos, in Academia Scaniæ Londinensi, circa A. 1670., Professor, castra deinceps Christiani V., Danorum Regis, aliqvamdiu sectatus, & ab hoc tandem filii sui primogeniti, Friderici IV. (Regis postea Augustissimi), circa A. 1684., præfectus studiis. V. de illo Joh. Schefferi *Svecia Literatæ Appendicem p. 311. 312.*, & mea ad hanc *Hypomnemata p. 470.*

Panegyricus de vita Caroli Gustavi, Regis Sveciæ, carmine Heroico, ad Magnum Gabr. de la Gardie, regni Cancellarium, scriptus. Holmiæ (*sine anni mentione*) in fol.

Oratio Gratulatoria in adventum Illustriss. Dominorum, Johannis Güldenstierna & Claudii Rohlamb, Regni Svedici Senatorum, rerum per Scaniam constituendarum causa. Londini Scan. 1670. in fol.

JOHANNES CASSIUS, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 7.*) Vixit A. 1716.

Disp. Inaug. de Scorbuto. Groningæ 1677. in 4.

BENEDICTUS (sive Hebraice BARUCH NEHEMIAS) a CASTRO, Hamburgi, A. circiter 1597., patre Roderico a Castro, Lusitano, Medico Judæo longæ celeberrimo, in lucem editus, hoc superstite, A. 1615., cum fratre Andrea (uti ab Ott. Sperlingio & Esdra Edzardo, Viris doctissimis, mihi est relatum), nuncio sacris avitis misso, religionem amplexus est Christianam, baptismiqve undis lustratus urbis patriæ freqventare cœpit Gymnasium. Postea tamen, sive Parentis & cognatorum hortatu, sive alias ob causas, in castra Judæorum deserta rediit, & in iis ad obitum usqve perseveravit. Artis Medicæ, cujus sacris, cum a Parente, tum ab Academiarum exterarum Professoribus, probe erat initiatus, Doctor A. 1620. Patavii (1.), vel, uti alii tradunt, Franeqveræ Frisiorum, est creatus, & gradus hujus fiducia locum sibi superiorem a Doctore Christiano, Altorfii A. 1624. eundem consecuto, concedi Hamburgi deinceps postulavit (2.). Praxi ejusdem, in patria, ab A. 1622. (3.), satis ampla gavisus, ingenti hanc cum laude, & multorum applausu, patris exemplo, exercuit, Principibus etiam Christianis acceptissimus. E qvibus Christina, Svecorum Regina, Archiatri eum sui ornavit titulo, &, cum, imperio abdicato, Hamburgum pervenisset, hospitem, spreto publico, qvod Senatus offerebat, hospitio, elegit (4.), ac de conversione ejus, sive serio, sive per jocum potius, sollicita, ad religionem Christianam verberibus, per ministros suos qvater inflictis, adigere ridicule est conata (5.). Sveciam tamen ipsam nunqvam noster vidit, & Scriptoribus proinde illius a Joh. Scheffero perperam annumeratur (6.). Præter artis Medicæ peritiam, Lingvæ etiam Latinæ cognitione accuratiori, eleganterqve illa & loqvendi, & scribendi, facultate, inter Apellas rarissima, privatim qvondam a Viro Illustri, Marqv. Gudio, publice autem a Joh. Mochingero, Rhetore Dantiscano (7.), deprædicata, inclaruit. Cum re familiari satis gauderet lauta & copiosa, senex tamen, eodem Gudio teste, ad extremam, vel culpa propria, vel sortis inclementia, redactus est paupertatem, cui supellectilis & Bibliothecæ venditione fuit succurrendum, tandemqve, liberis aliqvot superstitibus, extra thorum susceptis legitimum, d. 7. Jan. A. 1684., æt. 86., sicut a fratre accepi, defunctus, in Cœmiterio Judæorum Altonaviensi tumulum invenit, Epigraphe hac insignitum Lusitanica:

Do Bemaventurado muy insigne Varao o Douctor, Baruch Nahamyas de Castro, faleceo em 15. Sebat Anno 5444. Sua Almagoreda gloria.

Symbolo hoc delectatus est, Monomachiæ præfixo: *Castrum & fortitudo mea DEus.*

Conf. de illo Joh. Schefferum *l. c. p. 285.*, & mea ad eum *Hypomnemata p. 453.*, Joh. Jac. Baierum (Medicis eum μακροβίοις annumerantem celebrioribus) in *Diss. Epist. de longævitate Medicorum p. 10.*, Jac. Martini, Med. Hamb. (Judæorum de peritia ejus Medica gloriationi scoptice, *Castelli* nomine ipsi attributo, illudentem), in *præf. Appellæ Medicastri Bullati*, A. 1636. editi, *P. II. Isag.* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 5.*, *§. 2.*, *p. 95. 96.*, & *Homonymoscopiæ Sect. III.*, *c. 4.*, *§. 16.*, *p. 824. 825.*

ELOGIA.

Hugo Grotius, in Epist. ad Gvilh. fratrem d. 27. Jun. A. 1643. scripta (*in Append. Operis Epistolici*, *n. 659.*, *p. 955.*), ita de illo: *Benedictum a Castro, virum humanum, novi Hamburgi, & ex conjectura dixi ei nomen Hebræum esse Baruch, qvod verum esse testatus est.*

Herm. Mylius, Friso, in Epigr. Encomiastico peculiari, ita eum compellavit:

Homerum civem ter mœnia terna salutant,
Et gentes totidem te pepevere sibi.
Hispanus genus, at Lusitanus membra, cerebrum
Germanus, venam, sangven & ossa, dedit:
Italus

(1.) V. M. Casp. Mülleri, Ecclesiastæ Hamburg., *Disq. de nonnullis religionem concernentibus controversiis*, Witeb. A. 1640. editam, *p. 110.*, & Joh. Balth. Schuppii teutschen Lehrmeister (*in Append. Opp.*) p. 195. Qvorum uterqve adversus Professores Christianos, a qvibus gradus Academici Judæis conferuntur, declamat. (2.) V. Schuppium *l. c.* (3.) V. ejus *præfat. Monomachiæ.* (4.) V. *Vitam Christinæ Germanicam p. 8.* (5.) V. Joh. Balth. Schuppii *Calendarium, in Opp. p. 593.* (6.) *in Append. Svecia Literata p. 288.* (7.) in Epist. ad R. Menassen Ben Israel, Pauli Felgenhaueri *Bono Nuncio Israelis*, Amstelodami excuso, inserta.

Italus os, Gallus linguam gravitate modestam;
Et mores poliit Belgica Nympha tuos.
Delicias tibi Roma suas, tibi Græcia Grajas,
Indidit: Hebræi congenuere suas.

D. Mathæo Slutero, Senatori Hamb. (im Tr. von den Erben in Hamburg, *P. IV.*, *Tit. 3.*, *p. 695.*), audit ein grundgelehrter und durch seine Schriften weitberühmter Medicus, der, zur Pestzeit, der Stadt Hamburg, mit seinen glücklichen Curen, viele Dienste gethan.

SCRIPTA LATINA.

Flagellum calumniantium, in qvo Anonymi cujusdam libelli adversus Medicos Hebræo-Lusitanos calumniæ refutantur, legitima illorum Methodus commendatur, Empiricorum inscitia & temeritas damnatur; sub fictitio *Philothei Castelli* nomine editum, non Antwerpiæ (*uti Placcius, T. II. Theatri Anon. p. 167.*, *tradidit*), sed Amstelodami (uti titulus fingit), vel potius Hamburgæ, qvam typi produnt, A. 1631. *in cujus locum 1681. in G. A. Merclini Lindenio renovato p. 922. irrepsit*) in 8. Præfixa est Epistola Encomiastica Abr. Zacuti, Medici Lusitani Amstelodamensis. Autorem, ante me, Laur. Normannus, apud Placcium *l. c.*, detexit. Scriptum ipsum a D. Jac. Martini, Medico Hamb., in *Apella Medicastro bullato*, Germanice Hamburgi A. 1636. *in 4.* edito, *in præfat.*, *p. 31.*, & alibi, vellicatur.

Monomachia, sive Certamen Medicum, qvo verus, in febre Synocho putrida, cum cruris inflammatione, medendi usus, per venæsectionem in brachio, demonstratur, præposterus autem ejus abusus, per sangvinis missionem in pede, tanqvam perniciosus, improbatur. Ad Christinam, Svecorum Reginam. Hamb. 1647. in 4. Opposita est hæc *Monomachia* (in præfixa Epist. gratulatoria Isaaci Semach Aboab, Phil. & Med. D. Amstelod., commendata) D. Georg. Frid. Laurentio, Medico Hamburgensi, cujus jussu Chirurgus, in hujusmodi febre, venam pedis infelici eventu secuerat; confutata vero mox ab illo in *Defensione Venæsectionis, qva demonstratur, in febre acuta, continua & maligna (cui tertio morbi die, in crure dextro, erysipelas, & tuberculum cum rubore supra genu, supervenerant), venæsectionem prope pedis dextri pollicem, longeqve sub inflammationis loco, qvinto die, ac in progressu morbi, cessante fluxione, in casu viri supra qvinqvagenarii, institutam, fuisse regularem, exemplarem, Canonicam & Methodicam* (Hamb. 1647. in 4.)

Epistola Encomiastica, in honorem Abrah. Zacuti, Lusitani, Med. D., præfixa hujus *Historiarum Medicarum Libro I.* Amstelod. A. 1637. *in 4.* excuso), sed. A. 1629. jam exarata.

GVALTHERUS CHRIST, Hamburgensis, J. U. L. Vixit A. 1622.

Oratio, utrum melius sit fontes & capitis reos capitali supplicio afficere, an vero in vivis relinqvere, & perpetua servitute ad opera publica damnare? Gryphiswaldiæ 1612. in 4.

JOHANNES CHRISTENIUS, Stormarsus, Martini, Parochi in Crempensis oppidi vicinia ruralis, filius, e disciplina Præceptorum domesticorum privata in scholam A. æt. 15. missus Hamburgensem, Geverhardo Elmenhorstio, Philologo longe celeberrimo, ingenti studiorum suorum innotuit emolumento, qvi, in describendis, qvæ prælo parabat, ejus usus opera, viam illi primus regiam ad literas elegantiores veramqve eruditionem commonstravit. Hujus commendatione adjutus, in Academia Julia (in qva, Conr. Hornejo Præside, *Compendii Philosophiæ Moralis Disputatio X.* ab illo est defensa), aliisqve, Jurisprudentiæ animum serio applicuit, & Lubecæ, qvam studiis suis sedem destinabat, Canonicatum obtinuit. Exteros tamen ante adire gestiit, & Winterfeldio, alterique Juveni generoso, svasu Ægidii a Lancken, Præfecti Gottorpiensis (cujus ad ipsum *de educatione Nobilium* Epistola, hac scripta occasione, a Joach. Morsio A. 1636. est edita, & Gabr. Naudæi *Bibliographiæ Politicæ* ab H. Conringio, in Francofurtana Anni 1673. editione, adjecta), A. 1627. præfectus, Leidæ aliqvamdiu substitit, ac Cunæi Heinsiiqve sibi paravit amicitiam, indeqve in cultiora Europæ regna iter instituit. E Gallia in Bataviam A. 1629. redux, in hac, qvod Germaniam bello oppressam sedem studiis suis qvietam largiri posse desperaret, fortunam experiri constituit, sed, Typographia Amstelodami erecta, parum sensit benignam, istamqve infelicitatem suam Joach. Morsio, in Epistola ἀνεκδότῳ, d. 21. Jun. A. 1634. hisce verbis exposuit: *In Belgio manere animus obnixe desiderat; sed fortuna hactenus parum prospera obsistere videtur. Tentaveram cum Siegfrido Sacco aliqvid in Typographia, sed successu admodum infelici, qvi ultra 1000. Florenos, ita me DEus amet, ibi perdidi; qvæ res me adhuc non parum premit. Et inde edoctus sum, melius esse, ut qvisqve suæ vocationis officiis vacet.* Sed & his vacare, Collegiaqve Juridica privata Amstelodami, Gerh. Joh. Vossii & Casp. Barlæi svasu, aperire, A. 1632. aggressus, ne tantum qvidem, uti in eadem conqveritur Epistola, lucri percepit, qvantum inopiæ depellendæ sufficeret, Morsiiqve proinde benignitatem nummorum indigus aliqvoties imploravit, ac de Professione insuper apud Batavos obtinenda, religionis, qvam profitebatur, Lutheranæ intuitu, A. 1634. adhuc desperavit. Postqvam vero ad Reformatos transierat, & Doctoris titulo erat potitus, Juris professionem in Gymnasio primum Amstelodamensi, teste Henr. Ludolpho Benthemio (1.) (ipse enim in vitæ suæ historia nullam muneris hujus injecit mentionem), ac deinde A. 1637. in Daventriensi, Matt. Schickardi successor d. 3. Jul. electus, impetravit, formulæqve consensus in religione d. 8. Aug. subscripsit. Cujus cum Rectoratu, decennio post, A. 1647. fungeretur, in novellam inde Academiam Hardervicenam a Geldriæ evocatus est Ordinibus, ejusque M. Martio A. seqv. 1648., & Antecessor constitutus primarius, & Rector Brabevtaqve Candidatorum Doctoratus Juridici primus, electus. Superstes illic JCtus hic, in elegantioribus etiam præclare versatus studiis, fuit A. 1669., sed non multo post, uti credo, vivis excessit. Qvæ de illo hactenus narrata sunt, ipsiusmet de vita sua relationi, in Jac. Revii *Daventria illustrata p. 706. 707.* exhibitæ, & Epistolis duabus ad Joach. Morsium ἀνεκδότοις, paulo post memorandis, debentur.

Conf. de illo Franc. Martini *Epistolas ad amicos p. 524.*, Corn. a Beüghem *Bibliograph. Juridico-Politicam p. 45.*, ac præsertim Appendicem Vitæ Joh. Frid. Gronovii Germanicæ, Hamburgi A. 1723. ἀνωνύμως a D. Nicol. Wilckenio editæ, *p. 112-124.*

De Ægidii a Lancken ad illum Epistola jam est dictum.

Joh. Kirchmanni Systatica ad Gerh. Joh. Vossium, qva huic nostrum A. 1627. commendavit, in Syntagmatis Epistolarum Vossianarum Londinensis *Appendice*, *num. 79.*, *p. 47. 48.*, Vossii autem ad Christenium unica, A. 1640. exarata, in ipso Syntagmate, *num. 273.*, *p. 277. 278.*, occurrit.

Casp. Barlæi in nomen ejus Tetrastichon in *Albo* Joach. Morsii MS., *fol. 661.*, offendi.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Tabulæ Institutionum Imperialium. Amstelod. 1632. in fol.

Collegium Juridicum, XVIII. Disputationibus Institutiones fusius explicans. Daventriæ 1638-1643. in 4.

Exercitationes XVI. Juridicæ ad IV. Libros Institutionum Imperialium. Accessit, in usum tyronum, Elementorum Juris Compendium, & Or. de ortu ac progressu Jurisprudentiæ. Daventriæ 1640. in 8.

Tr. de Obligationibus in genere. Daventr. 1640. in 4. (*Catal. Elzev.*)

(1.) *P. II.* des Holländischen Kirchen- und Schulstaats, *c. 1.*, *p. 29.*

Insigniores ex Jure universo Positiones, Daventr. 1643. in 4.
Disp. de Traditione, freqventissimo acqvirendi modo. Dav. 1643. in 4.
Disp. de qverela inofficiosi Testamenti, & Legitima. Dav. 1644. in 4.
Disp. de Ususfructu. Dav. 1644. in 4.
Disp. de Pignore & Hypotheca. Dav. 1645. in 4.
Disp. de Usucapionibus & longi temporis præscriptionibus. Dav. 1645. in 4.
Disp. de acqvirenda vel amittenda Hæreditate. Dav. 1645. in 4.
Disp. de Donationibus. Dav. 1645. in 4.
Disp. ad L. Contractus XXIII. de Reg. Jur. Dav. 1646. in 4.
Disp. de Inutilibus stipulationibus. Dav. 1646. in 4.
Philomathia, seu Or. Inaug. de discendi cupiditate, qvæ sola est optima ratio vivendi, ad nobile illud Pomponii effatum, *L. 20. D. de fideicomm. libert.*, habita Daventriæ, cum A. 1647. Rectoratum subiret, Dav. 1647. in 4.
Disp. de Commodato & deposito. Dav. 1647. in 4.
Disp. de Fidejussoribus. Dav. 1647. in 4.
Disp. de Sponsalibus & matrimoniis. Dav. 1648. in 4.
Disp. de Locatione ac conductione, & jure Emphyteutico. Dav. 1648. in 4.
Disp. de Tutela & curatione. Dav. 1648. in 4.
Disp. de modis tollendi obligationes. Dav. 1648. in 4.
Oratio in Acad. Hardervicenæ inauguratione habita, cum duabus aliis Georg. Hornii & Corn. Tollii (sub tit. *Inaugurationis Academiæ Ducatus Geldriæ*), excusa Hardervici 1648. in 4.
Disp. de Transactionibus. Hardervici 1648. in 4.
Oratio Hardervici recitata, cum primum Rectoratum d. 13. Apr. A. 1649. deponeret. Ib. 1649. in fol.
Disp. de Ususfructu. Harderv. 1650. in 4.
Dissertationes de jure Matrimonii, qvibus selectæ aliqvot qvæstiones de Sponsalibus, nuptiis, jure dotium, pactis dotalibus, communione bonorum inter conjuges, & divortiis, ad hodiernum usum illustrantur. Hardervici 1651. in 12. Recusæ (*juxta Catalogos qvosdam*) Arnhemii 1663. & 1668. in 8.
Matthæi Wesembecii Commentarii seu Paratitla in Pandectas & Codicem Justinianeum, ab Arn. Vinnio aucta, ac Reinhardi Bachovii in illa Notæ & Observationes, nec non Wesembecii Tr. de Feudis; junctim ab illo edita. Amstelod. 1669. in 4.
III. Epistolæ ad Gerh. Joh. Vossium, A. 1640. & 1641. Daventria scriptæ, in *Epistolarum* Vossii, Londini A. 1690. *in fol.* editarum, *Appendice, num. 303. 305. 319., p. 202. 204. 205. 214. 215.*, obviæ.
Epistolæ duæ ad Joh. Kirchmannum, Leida A. 1628. & Andegavo A. 1629. scriptæ, & in *Appendice Epistolarum* Marqv. Gudii (Ultraj. A. 1697.), *num. 227. 228., p. 291. 292. 293.* editæ.
Carmina varia, seorsim (*teste Joach. Morsio in Albo MS. f. 661.*) publicata.

INEDITA.

Duæ Epistolæ, Carmenqve Jambicum elegans Encomiasticum, A. 1634. ad Joach. Morsium scripta, qvæ in *Albo* hujus MS. (apud V. Cl., Jac. a Mellen, Past. Lubec., mihi viso), *f. 660-664.*, supersunt.
Opus Harmonicum insigne, ex diversis Sophorum scriptis, de illorum lapide, ejusqve Praxi ab ipso collectum, & a Morsio *ibid. f. 661.* commendatum.

ANDREAS CHRISTIANI, (Andreas Christophorus perperam vocatur in Joh. Rhodii *Bibliotheca Medica*, H. Conringii *Introductioni in Art. Med.* adjecta, *p. m. 151.*) Ripis Cimbrorum A. 1551., patre Christiano Severinio, matre vero Catharina Andreæ, natus, in schola patria annos sedecim, in Academia autem Hafniensi octo exegit, non Præceptoribus tantum suis in arte Medica, Joh. Pratensi & Joh. Francisco, sed & cæteris gratissimus Professoribus, qvi laurea ornato Philosophica Regiæ Communitatis ἰφοδίαν contulerunt, & ad exteros deinde abeunti stipendium a Friderico II., Monarcha Danico, liberale impetrarunt. Hoc instructus, Witebergæ (qvæ Magistri eum ornavit titulo) biennio, Jenæ (qvæ Joh. Schröteri illum vidit Auditorem) totidem annis, ac denuo Witebergæ, ob exercitia repetitæ Anatomica, altero vixit biennio. Hinc in Italiam profectus, Professoribus Acad. Patavinæ Medicis, &, hos inter, Victori præsertim Trincavellio (cujus scripta qvædam lucem, eo curante, viderunt), se applicuit, ac tandem, gradu Doctoris Basileæ A. 1583. potitus, in patriam, ut, in Professione Medica Hafniensi, jussu Nicol. Kaasii, Cancellarii, Professorum literis reliqvorum sibi oblata, Joh. Francisco, Civi suo ac Præceptori, succederet, post iter decennale, A. 1584. rediit. Munere hoc per annos XVII., ac simul Rectoratu Academico A. 1590. 1591. & 1600., regiæqve Communitatis Oeconomia ab A. 1595. ad 1602., præclare functus, ipsum Jacobum VI., Scotiæ Regem, Principum coævorum eruditissimum, Hafniam A. 1590. profectum, Lectionum suarum habuit auditorem. Exercitia Anatomica, publice instituta cadaveris virilis dissectione, primus in Daniam introduxit, sed eventu, ob sinistram popularium (hæc, qvorum palmam reliqvis aliqvando gentibus erant prærepturi, tunc aversatorum) de iis opinionem, adeo infelici, ut a conviviis honestiorum, ad sectiones istas inepte nauseantium, ferme sit exclusus. A. 1602., Kal. Maji, Hafnia relicta, Præfecturæ in Seelandia Soranæ, & Scholæ Cœnobii Sorani illustris Ephoriæ, a Christ. IV., Rege, admotus, utraqve qvadriennio diutius administrata, d. 26. Nov. A. 1606., æt. 55., Soræ morbo obiit Plevritico, & exuvias suas templo reliqvit oppidano. In qvo ab uxore superstite, Abigaele Svaningia, Johannis filia, Monumentum illi erectum est Epitaphium, cujus inscriptionem, præter Vindingium, mox laudandum, Laur. Asserous (1.) exhibuit. Vitæ ejus Historiam Erasmi Vindingii *Academia Hafniensis p. 152. 153. 154.*, & Thomæ Bartholini Sen. *Cista Medica Hafniensis, Loc. XV., p. 146-151.*, suppeditarunt.
Conferri de illo possunt Claud. Lyschandri *Catalogus Scriptorum Danicorum ἀνέκδοτος, lit. A.*, Pauli Freheri *Theatrum Erud. p. 1320. 1321.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1606.*, Ant. Verdierii *Supplem. Biblioth. Gesneri p. 7.*, Conr. Aslaci *Chronologia, Orationi Jubilææ addita, ad A. 1584.*, Thom. Bartholini *Dissertt. de Med. Dan. Domest. p. 365. 370.*, Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p. 4.*, meaqve ad hunc *Hypomnemata p. 118.* Joh. Ant. a Linden *Lib. de Scr. Med. p. 26.*, & Georg. Abr. Merclini *Lindenius renovatus p. 41. 42.*
E qvibus Lyschandro *Vir* audit *in seculari Philosophia, & utraqve Medicina, longe doctissimus, in perscrutandis & investigandis simplicium & herbarum naturis omnium facile sua ætate sagacissimus, ingenio excellens, vita & moribus mansvetus, in Politicis insuper industrius & circumspectus*; Vindingio autem (*l. c.*) *Vir experientia inclytus, doctrina celebris*,

(1.) *in Inscriptionibus Seelandicis. lit. G. 1. a.*

celebris, morum facilitate omnibus gratus, prudentia civili spectatus, artis Medicæ usu felix, qvodqve illo ævo rarum, Anatomicis exercitiis deditissimus.

SCRIPTA LATINA.

Disputationes duæ: 1. de Somno & vigilia; 2. de Comate seu Cataphora: Cum adjuncta Qvæstione: Sitne pestis morbus contagiosus? Basileæ 1583. in 8.

Enchiridion Medicum de cognoscendis curandisqve externis & internis humani corporis morbis, ex Vict. Trincavellii Prælectionibus de compositione Medicamentorum atqve morbis particularibus confectum. Basileæ, ap. Oporinum, 1583. in 8. Recusum (*testibus, præter Catal. Nund., Isr. Spachio in Nomencl. Scr. Med. p. 96., Draudio in Bibl. Class., & Lindano ac Vindingio ll. cc.*), cum Tractatu de febribus, decerpto e Trincavellii Prælectt. in Galenum de differentiis febrium, & Lib. I. Curativæ ad Glauconem, opera Joh. Frid. Werdenbergii, ibidem, ap. Lud. Königium, A. 1607. in 8. Expungi ex eo nonnulla jubet Ant. Sotomajoris *Index Expurgatorius Hispanicus p. 14.*

Theses de Medicina. Hafniæ 1588. in 4.

Theses de Sanitate. Hafn. 1590. in 4.

Programmata in exeqviis Pet. Haggæi, Log. Prof., A. 1591., D. Andr. Kragii, Phys. Prof., A. 1600., Chr. Valkendorfii, Aulæ Magistri, A. 1601., & Joh. Aurifabri, Philos. Prof., A. 1602., proposita, & a Vindingio *l. c. p. 104. 145. 156. 448.* allegata.

Oratio Parentalis Friderico II., Daniæ Regi (*teste Vindingio l. c. p. 12.*), habita, sed haud edita.

M. ANDREAS CHRISTIANI ARRABOENSIS, Kiöbingæ, Arroæ, Ducatus Slesvicensis Insulæ, a qva agnomen adscivit, oppido, d. 2. Jan. A. 1587. natus, Concionator initio Christiani IV., Daniæ Regis, in arce Hafniensi fuit aulicus, deinde Pastor, ab A. 1616., in urbe eadem Nicolaitanus, &, ab A. seqv. 1617., Isaaci Gronbeccii, in Episcopatu Norwagiæ Nidrosiensi, Successor. Qvo cum, A. 1622., M. Augusto, sententia Ordinum Norwagicorum, in Comitiis Bergensibus, Christiano IV., Rege Danico, præsente, lata, & deinde excusa (V. Nicol. Heldvaderi, a qvo *Andreas Erbo* vocatur, *P. II. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici, ad A. 1622., p. 316. 317.*) excidisset, Oppidi in Seelandia Danica Wordingburgensis potitus Pastoratu, illic d. 7. Mart. A. C. 1637., æt. 51., vivis excessit. Multum ei Dania debet, ob Poesin lingvæ vernaculæ a pristina simplicitate ac sqvallore vindicatam, metrisqve venustis ac concinnis eidem, qvem reliqvæ gentes Europææ suis conciliarunt Idiomatis, nitori assvefactam. In qvo perqvam sane laudabili instituto Torchillius postea, Bordingus, Kingovius, Wormius, aliiqve, vestigiis ejus feliciter institerunt. V. de illo Pet. Resenii *Inscriptiones Hafnienses p. 143.*, & *Indicem III. Bibliotb. suæ*, Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p. 4.*, *meaqve in illum Prolegomena, §. 35., p. 55., & Hypomnemata p. 158. 159.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1637.*, Conr. Aslaci *Chronologiam, Orationi Jubilææ additam, ad A. 1617.*, & *Nova Lit. Lubecensia, M. Jan. A. 1708., p. 32.*

ELOGIA.

Thom. Bartholinus Sen. (*in Additt. ad Differtt. de Med. Dan. Domest. p. 522.*) ita de illo: *In vernaculæ lingvæ Poesi, post Arraboensem, Andr. Bordingus hodieqve triumphat.*

Ol. Borrichius (*in Differtt. de Poetis p. 174.*) illi laudem Poeseos Danicæ primum excultæ, & locum inter Poetas patriæ recentiores principem, tribuit.

Joh. Olavius (in Elegia de Poetis gentium singularum vernaculis potioribus, Pet. Syvii *Grammaticæ Danicæ* A. 1685. præfixa) hoc eum versu celebrat:

Arraboensis ovat magna olim laude cothurnus.

Henn. Wittenio (*l. c.*) *Poeta* audit *in patria lingva facundissimus*, Lubecensibus autem (*l. c. p. 32.*) *Poeta vernaculæ lingvæ excellens, qvi in hac arte facem reliqvis præferebat.*

SCRIPTA DANICA EDITA.

Relatio de Christiani IV., Regis Danici, Victoria de Svecis Smalandica, Pœmation Danicum. A. 1611. in 8.

Epicedion in obitum Annæ Catharinæ, Reginæ Danicæ. Hafn. 1612. in 4.

Kong Davids Psalter sangviis udsat, sive Metaphrasis Psalmorum Davidicorum Danico-Rythmica, ad 100. Melodias. Hafniæ 1623. in 12., Ib. 1627. in 18., Ib. 1650. in 8. & 1673. in 12. Commendat hanc Borrichius *l. c.*, *Psalmos feliciter ab eo metris illigatos esse Danicis* judicans.

Sermo Funebris in exeqviis Elisab. Rosensparriæ habitus. A. 1627. in 8.

Gvilh. Sallustii Bartasii Hexaemeron, seu sex dierum Creationis opera insignia, Metris Danicis reddita. Hafn. 1641. & 1661. in 4. De his ita Borrichius *l. c.*: *Hexaemeron Bartasii Arraboensis majestate nostratis dictionis promemodum vicit. Heptaemerinon*, seu Supplementum ac Continuationem hujus Hexaemeri, Nicol. Andreæ, Nidrosiensis, Danice, testibus aliqvot Catalogis, Hafn. A. 1676. in 4. edidit.

Ossa rediviva, seu Homiliæ XV. Danicæ in Cap. XXXVII. Ezechielis. Hafn. 1681. in 4.

Carmina Danica complura, præsertim Sacra, diversis seorsim temporibus edita.

FRIDERICUS CHRISTIANI, Sünderburgo Alsensis, d. 9. Dec. A. 1642. natus, oppidi patrii, ab A. 1671., Rector Scholasticus, &, ab A. 1682., Ecclesiastes, qvinqvagenarius M. Nov. A. 1692. æt. 50. defunctus.

Disp. de Secta Loqventium apud Arabes, ad Mosis Maimonidis *Moreh Nevochim, P. I., c. 71. & seqq.*, Præside Joh. Ad. Scherzero, PP. Lips. 1664. in 4.

Disp. de Habitibus naturalibus Intellectus & Voluntatis, ac influxu eorum, Præside M. Casp. Habermanno, Frisio, Rostochii 1663. in 4.

Schediasma de Gerundiis (*Constructionem illorum cum Accusativo, e probatis Scriptoribus, astruens*). A. 1680. in 4.

Leichpredigt über Eleonora, gebohrne Fürstinn von Anhalt-Zerbst, Hertzog Fridrichen zu Holstein-Norburg Wittwe, aus 1. Tim. I. 15. Plönæ 1681. in 4.

M. LAGO CHRISTIANI, Ripensis, Christ. IV., Regis Danici, Alumnus, qvem lingvarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ & Arabicæ, sapientiæqve Philosophicæ omnigenæ, peritissimum fuisse, Joh. Rud. Lavaterus, Tigurinus (*in Carmine Thesibus ejus adjecto*), testatur.

Theses Philosophicæ miscellaneæ, pro gradu Magisterii, Præside Rodolpho Goclenio, propositæ. Marp. 1600. in 4.

CHRISTIANUS AUGUSTUS, Dux Slesvici & Holsatiæ, &c., Friderici, Ducis Holsato-Norburgensis, ex Eleonora, Rudolphi, Principis Anhaltini, gnata, filius (1.), Norburgi in Insula Alsensi d. 20. Apr. A. 1639. (1.) in

(1.) Reliqvos ejus majores paternos V. in C. Danckwerthii *Chorogr. Cimbr., P. I., c. 2., p. 8-16., & P. II. c. 7. p. 101.*, ac Phil. Jac. Speneri *Sylloge Historico-Genealogica p. 171. 174.*, maternos vero in eadem *Sylloge* Speneriana *p. 811-814.*

MATTHIAS CARNARIUS, Slesvicensis, Joh. Carnarii Senioris, Archiatri Holsato-Gottorpiensis, itidem filius, Medicinæ, ductu Bernh. Paterni (cujus animum in se vere paternum, *in Ep. Dedic. Disp. Inaug.*, ei inscriptæ, deprædicavit), cæterorumqve Hygieæ Mystarum, Patavii excultæ, Doctor Basileæ, M. Majo A. 1589., creatus, Praxi ejus, in eodem, qvo Parens erat functus, officio aulico Gottorpiensi, a Joh. Adolpho, Duce Holsatico, sibi commisso, circa A. 1620., inclaruit. Moribundus Bibliothecam, scripta sua Medica, & pecuniarum partem haud exiguam, sororis nepoti, sibi ὁμωνύμῳ, Matthiæ Clausenio, Kiloniensi, Medico urbis patriæ & Holsatiæ totius deinceps eximio, ut sibi ὁμότεχνος arti animum applicaret salutiferæ, auspicato legavit. V. Matth. Burchardi *Sermonem in obitum Clausenii funebrem p. 76.*

(D. Andr. Libavii, Medici Coburgensis, Epistola ad eum in *Parte Epistolarum* Libavii *Medico-Chymicarum tertia* occurrit.)

Theses Inaugurales de forma & qvalitate victus Febrium putridarum in genere, d. 22. Maji propositæ. Basileæ 1589. in 4.

ANDREAS CASSIUS Senior, Slesvicensis, Andreæ, Secretarii Ducalis, e Sophia Vesteria, Flensburgensi, filius, & Christiani, Ministri aulæ Eutinensis primarii (*infra celebrandi*), frater, Med. Doctor (Leidæ A. 1632. creatus) & Practicus in urbe Hamburgensi felicissimus, simulqve Johannis, Ducis Holsatiæ & Episcopi Lubecensis, Archiater, Testamenti sui a Joach. Jungio, Philosopho Hamburgensi, A. 1657. designatus Executor (1.); Filii cognominis, Medici itidem Lubecensis, ex uxore Gertrudi, M. Nicol. Staphorstii, Ecclesiastæ Petrini, gnata, parens. Ex inventis ejus, qvibus non minus, qvam singulari morbis medendi peritia ac felicitate, famam sibi peperit insignem, Medico-Chymicis, Essentiam Bezoardicam Joh. Dan. Major (nunqvam hanc se, in peste curanda, fefellisse perhibens) (2.), Vitrum autem rubrum, sive Rubinum artificialem, ope auri stanniqve confectum, Gotfr. Gvilh. Leibnitius (filio nostri hoc inventum perperam tribuens) (3.), Joh. Joach. Becherus (4.), Car. Frid. Lochnerus (5.), aliiqve, publice deprædicarunt.

Joh. Dan. Major his eum ad filium versibus (*sub finem Disp. de febre artificiali*) celebrat:

O generosa tui, veneror qvem, Patris imago,
Qvemqve Hamburga potens, ob sua facta, colit;
Facta perennanti merito tradenda papyro,
Ut Medicum tantum noscat uterqve polus.

Miscellanea Medico-Chymica, Præside D. Georg. Mochingero. Lipsiæ 1629. in f. pat.

Disp. Inaug. de Miscellaneis Medicis. Lugd. Bat. 1632. in 4.

ANDREAS CASSIUS Junior, Hamburgensis, Senioris, modo laudati, filius patrissans, Med. Doctor & Practicus Lubecensis celeberrimus.

Disp. de Febre artificiali, Præside D. Joh. Dan. Majore. Kilonii 1666. in 4.

Disp. Inaug. de Triumviratu intestinali, cum suis effervescentiis. Groningæ 1668. in 4. Huic Matthias Paisenius, Hamburgensis, Med. D., ut *Disp.* suam *Inaug. de vitiis Humorum*, A. 1666. editam, & in illa, uti credebat, impugnatam, vindicaret, dissimulato nomine, *Epistolam Amici ad Amicum, qva Cassiana Disputatio de Triumviratu intestinorum examinatur*, Amstelod. A. 1668. *in 4.* excusam, reposuit. V. Placcii *Tr. de Scr. Anon., c. 3., p. 39. 40., & T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 4., p. 243.*

De extremo illo & perfectissimo naturæ opificio, ac principe terrenorum sidere, Auro, & admiranda ejus natura, generatione, affectionibus, effectis, atqve ad operationes artis habitudine, Cogitata, experimentis illustrata. Hamburgi 1685. in 8. A Georg. Ern. Stahlio (*T. I. Observv. Lit. Halensium, Obs. 18., p. 275.*) *Tractatus* vocantur *admodum elegans*, & ab Autore qvoqve *Catonis Chemici*, A. 1690. editi (J. L. Hannemanno, *qvædam* tamen *non ad normam Philosophiæ Adeptæ conscripta*, in iis deprehendisse sibi viso), *c. 3., p. 18.*, commendantur.

ANDREAS CASSIUS, Joh. Fil., Slesvicensis.

Tumulus Johannis, Episcopi Lubecensis, Ducisqve Slesv. & Hols., Poemate Heroico celebratus. Lubecæ 1655. in fol.

Disp. de Æqvitate, Præside Sam. Rachelio. Helmstadii 1662. in 4.

ANDREAS CASSIUS, Hamburgensis, Med. D. & in patria circa A. 1716. Practicus.

Disp. Inaug. de Pleuritide exqvisita. Groningæ 1706. in 4.

CHRISTIANUS CASSIUS, Slesvicensis, d. 8. Jul. A. 1609. in lucem editus, Patrem habuit Andr. Cassium, Polnavia Pomeranum, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorp., Secretarium (d. 6. Aug. A. 1618. mortuum) (6.), Matrem vero Sophiam Vesteriam, Flensburgensem; qvo pari conjugum se nullum, vel pietatis infucatæ studiosius, vel verbi divini amantius, unqvam vidisse D. Christ. Sledanus, Past. Slesvic., fatebatur. Post finita studiorum in ludo patrio Gymnasioqve Hamburgensi tyrocinia, A. 1628. Lutetiam profectus, non lingvam solum addidicit Gallicam, sed in Philologia etiam, Historia & Politica, insignes, duce Pet. Bertio, fecit progressus. Hujus commendatione Hugoni Grotio τῷ πάνυ innotuit, qvi in familiam suam adscitum integro illic detinuit qvadriennio, &, affectu vere paterno prosecutus, ad interiora literarum adyta Hodegum se ei adeo præbuit fidelem, ut potissimam se eruditionis partem Grotiano debere convictui noster nunqvam dissimularit. E domo tanta, communi orbis literati oraculo, Leidam digressum cupide sunt amplexi uterqve Heinsius, Barlæus, Scriverius, Cunæus, Hugenius, & Claudius inprimis Salmasius, qvi, in literis ad Grotium, patriam repetenti A. 1633. commissis (7.), his ejus verbis injecit mentionem: *Cassius vester, & jam noster, tibi plura referet.* Reducem Johannes, Dux Holf. & Episcopus Lubecensis, Princeps eruditus, ministris confestim suis adscripsit, frater autem hujus, Fridericus, Dux Holsato-Gottorp., Dresdensis comitem elegit itineris, in qvo Witebergæ Aug. Buchnero familiariter noster innotuit, sed Professionem, qvæ offerebatur, Academicam recusavit (8.). Witeberga, permissu Principis, Leidam, & inde, post menses aliqvot in amicorum veterum transactos convictu, Hafniam, Fridericum denuo comitatus, A. 1634. excurrit, & pompam nuptiarum Christiani V., regni Danici hæredis, diserte paulo post sermone a se descriptam vernaculo, coram spectavit. Hinc reversum Johannes, Episc. Lubec., aulæ suæ postliminio vindicavit, &, A. 1634. ad finem vergente, Cameræ Secretarium, A. 1638. ejusdem Consiliarium, ac tandem A. 1644., post Mart. Gerdesii (cui in thoro qvoqve noster successit) obitum, Cancellariæ Directorem & Consiliarium intimum, constituit. Suprema hac dignitate aulica, post Johannis etiam, A. 1655. defuncti, excessum, successorum, Christiani Alberti & Augusti Friderici, Ducum Holsaticorum, beneficio, in urbe Eutinensi cujus

(1.) V. Mart. Fogelii *Vitam Jungii.* (2.) *in Defensione Chirurgiæ infusoriæ p. 269.* (3.) *T. I. Miscellaneorum Acad. scientiarum Berolinensis p. 94.* (4.) in der Närrischen Weißheit *p. 41. 50.* (5.) in *præfat.* Tr. vom seltenen Alter, *lit. c. 3. a.* (6.) V. D. Christ. Sledani *Serm. Fun. Germanicum, ex Ef. LVII. 1. 2. ei habitum*, ed. Slesvigæ A. 1618. in 4. (7.) V. eas *in Append. Epistolarum* Grotii *ad Gallos p. 457.* (8.) V. Versus, e Zach. Lundii ad eum Elegia mox recitandos.

(cujus Ædis Cathedralis Decanatum itidem obtinuerat), qvoad vixit, est gavisus, & a singulis, ob fidem & dexteritatem, magno habitus in pretio. Inter legationes, qvas obiit plurimas, eminent Osnabrugensis ad Panegyrin A. 1647. & 1648. Irenicam, Ratisbonensis ad Comitia A. 1653. Imperialia (in qva Episcopis Lubecensibus jus sedis ac suffragii in Senatu Principum, contra adversariorum molitiones, asseruit, & a Ferd. III., Imp., ad colloqvia aliqvoties est admissus, Comitisqve Palatii Lateranensis, & S. Rom. Imperii Exempti, dignitatibus ornatus), Salisburgensis A. 1653. ad Paridem Archiepiscopum, Brunsvicensesqve & Lüneburgenses ad comitia Circuli inferioris Saxonici, A. 1649. 1652. 1654. & 1663. indicta. Domi, in judiciis, qvibus praeerat, publicis, litigantibus concordiam & mutuam offensarum oblivionem plerumqve svadebat, sæpiusqve facundis & gravissimis sermonibus persvadebat (1.). Eruditionem ejus multiplicem (qvam monumentis librariis ambitiose ostentare noluit) qvi propius cognoverant, Cassii cognomen, Apollini a Menandro tributum, optime ei convenire judicabant (2.), & æmulum qvid portentosæ Grotii (e cujus disciplina prodierat) doctrinæ in illo venerabantur: qvi autem munificentiam illius in literarum cultores rarissimam erant experti, alterum Mæcenatis adjungendum isti esse arbitrabantur. Joh. Wilh. Petræus (3.) certe affirmare non dubitavit, si omnes, qvorum studiis ægris toties suis ille beneficiis animam inspiraverat, e variis locis in Cimbriam confluerent, novam excitatum iri Academiam Cassianam. Tres habuit conjuges, e qvarum prima, Margareta Elisabetha, D. Theod. Bussii, Cancellarii Cimbriæ provincialis, filia unica, A. 1638. ducta, geminam qvidem sexus utriusqve prolem sustulit, sed, intra bimestre spatium, A. 1641., cum matre, amisit, e secunda autem, Anna, Hier. Lüneburgii, Senatoris Lubec., gnata, & Mart. Gerdesii, Antecessoris, vidua, A. 1644., tertiaqve Margareta, Hieronymi a Dorne, Consiliarii Elect. Brandeb., Præfectiqve Möllensis, filia, A. 1674. in thorum adscita, nullos plane suscepit liberos. Ultimo vitæ tempore, omni librorum profanorum lectione sibi interdixit, &, in Evchologiis unice occupatus, Hymnum Davidis XXXIX. (cujus comma XIII. sermoni funebri, sibi habendo, destinaverat, qvotidie recitavit, cumqve hoc pacto ad mortem se præparasset, & bonorum partem templis, scholis ac Ptochotropheis, legasset, reliqvorum autem viduam ex asse scripsisset hæredem, d. 6. Oct. A. 1676., æt. 67., ævi sui terminum fatalem attigit. Plura de illo suggeret Syntagma monumentorum in defuncti honorem parentalium, Plönæ A. 1676. in fol. excusum, in qvo exhibentur: 1. Christoph. Rodazii, Past. Eutin., Ξενοπολίτευμα piorum, seu Sermo Fun. e Ps. XXXIX. 13. Germanicus, vitæ auctus historia; 2. D. Christ. a Stöcken, Conc. Aul. Eutinensis, Was ists? oder Cassisches Ehrengedächtniß (seorsim Glückstadii A. 1679. *in 12.* recusum); 3. Frid. Cogelii, Conrect. Eutin., Melpomene Cassiana Præfica, seu Poema de vita nostri Choliambicum; 4. Joh. Georg. Pelliceri, J. U. L. & Consil. Lauenburgici, Elegia funebris; 5. D. Joh. Wilh. Petræi, Lubec., Inscriptio sepulchralis perelegans; 6. Dav. a Brügge, Subrect. Lubec., Lessus Heroicus; 7. Herm. Lebermanni, Ecclesiastæ Lubec., Carmen funebre vernaculum; 8. Epicedia aliorum complura.

Altare magnificum, suis ab eo sumptibus in templo erectum Eutinensi, D. G. Morhofius, *in Hecatombe Phaleucorum ad aram Cassianam* (*in Horis subsecivis Poeticis p. 7 - 10.* obvia), & Frid. Cogelius, *in Facie aræ novæ, a C. Cassio in æde Michaelitana Utini erectæ, Metrice delineata*, Lubecæqve A. 1668. *in fol.* edita, celebrarunt.

Conf. de illo D. G. Morhofii *Cassium Christianum*, Poema de sui ipsius tyrannicidio Jambicum, ad nomen ejus alludens (*in Avtosched. Poet. p. 2 - 6.*), Vinc. Fabricii varia ad eum carmina (*L. 4. Eleg., n. 2. 7. & 12., p. 82. 89. 99., in Miscell. p. 144. 145. 148., & alibi*), Justi a Vondel Epigrammata duo Belgica, albo ipsius, cum Hug. Grotii adhuc esset minister, inscripta (*in Poematis Belgicis, Leovardiæ A. 1658. editis, p. 503.*), & Frid. Cogelii *Casias Musarum Uthinidum primitias*, in laudem ejus Ratzeburgi, A. 1671. *in 12.* publicatas.

Hug. Grotii Epistolæ (qvarum numerum in Bibliotheca ejus delituisse majorem nonnemo retulit) tres solæ, ad eum d. 10. Sept. A. 1638., 1. Jun. A. 1640. & 12. Dec. A. 1642., scriptæ, in Editione Grotianarum Amstelodamensi, A. 1687. *in fol.* excusa, *num. 1024. 1371. & 1582., p. 462. 623. 711.*, sunt publicatæ. (Epist. 1579., qvæ *ead. p. 711.* occurrit, nomenqve Cassii perperam præfert, ad Dionys. Petavium est exarata.)

Marqv. Gudii una ad illum, inter Gudianas (Ultraj. A. 1697.), *num. 11., p. 13.*, prodiit.

Addantur his Epistolæ Encomiastico-Dedicatoriæ, qvibus ei inscripsere Joh. Henr. Meibomius *Schediasma de usu flagrorum in re Medica & Venerea* (paulo post memorandum), & C. Pedonis Albinovani *duas in obitum Mæcenatis Elegias, cum notis,* ad calcem *Mæcenatis* sui, Lugd. Bat. A. 1653. *in 4.* editas, D. Dan. Lipstorpius *Copernicum redivivum* (Lugd. Bat. 1653. *in 4.*), Joh. Dan. Major *Hadriam gloriosam, seu spicilegia duo de laudibus Venetiarum* (Kil. 1666. *in 4.*). D. G. Morhofius, *Librum Funerum* (Kil. 1667. *in 8.*) & *Manes Fabricianos* (ib. in fol.), ac Christ. Kortholtus *Papam Schismaticum* (ib. 1669. *in 4.*)

ELOGIA.

Vinc. Fabricius, in Elegia ad eum nuptiali (*Lib. IV. Eleg. n. 12.*), ita de illo:

Virtute emeruit fortunam Cassius omnem;
Cedat, & hic livor nil sciat esse suum.
Grotius ingenium produxit, & omnia fecit,
Illustrem juveni prætulit ille facem:
De laribus tantis egressum provocat aula;
Non aliam poterat dignus inire domum.
Occurrit Princeps, meritisqve æqvavit honores;
Crescere non alio debuit ille modo.

Zachar. Lundius, in Elegia, Relationi ejus de nuptiis præfixa regiis, & *Lib. II. Elegiarum* Vinc. Fabricii, *p. 72.*, recusa, his illum compellavit Elegis:

Cassi, cui præ me ridet fortuna beato
Sidere, & egregiis Pallas amica viris,
Cum patre Grotiade natus qvem Grotius arsit,
Et pater Heinsiades, Heinsiadesqve minor,
Qvem Franci Belgæqve sibi, Cimbriqve, reposcunt,
Qvem primum voluit Leucoris esse suum.

D. G. Morhofius autem (*in Hecatombe cit.*) seqventibus Hendecasyllabis:

Cassi splendide, magne, docte Cassi,
Cui nomen pietas & ipsa Virtus,
Et Phœbus dedit, & novem sorores,
Aureosqve Charis benigna mores,
Consiliqve animam, reconditæqve
Mentis robur & indolem, Minerva;
Qvem natum placidis tuens ocellis
Augustis Themis impedivit ulnis,
Et majoribus educavit ausis.

Joh. Henr. Meibomio (*in Ep. Dedic. Elegiarum Pedonis*) *Virorum* audit *summus, & literis elegantioribus inter primos imbutus*; Aug. Buchnero (*in Ep. ad Matth. Hoeum, P. III. Epp., n. 31., p. 69.*) *Juvenis non modo egregie jus civile, sed & humaniores literas cum paucis, doctus*, Marqv. Gudio vero (*in Ep. cit. ad eum*) *Vir maximus*. Joh. Dan. Major (*in Ep. Dedic. Hadriæ gloriosæ*) *animum* illi tribuit *cælo deductum, & consummata rerum selectissimarum peritia imbutum.*

(1.) V. Joh. Wilh. Petræi *Inscript. funebrem.* (2.) V. Chr. a Stöcken Cassisches Ehrengedächtniß *p. 40.* (3.) *l. c.*

SCRIPTA PAUCULA PROPRIA.

Oratio, in Augusti Friderici, Episc. Lubec., inauguratione, A. 1666. habita, qvam edere, a multis licet rogatus, noluit.

Epistola brevis Encomiastica ad D. Christ. Kortholtum, Theol. Kilon., ab hoc *Tr.* suo *de Calumniis Paganorum in veteres Christianos*, Kil. A. 1668. *in 4.* edito, præfixa.

Relation von dem Hochfürstl. Beylager Christiani V., Printzen zu Dennemarck, mit Fräul. Magdalena Sibylla, Hertzoginn zu Sachsen, was, bey wehrendem solchem hohen Freudenfeste, M. Oct. A. 1634., zu Kopenhaven, auf dem Königl. Hause, und in der Stadt, ist vorgegangen. Hamb. 1635. in 4. Schediasma Epistolicum *ἀδέσποτον*, cujus Cassium esse Autorem, literæ nominis initiales C. C., præfationi subjectæ, præfixaqve amicorum, And. Cassii, Henr. Vagetii, Zach. Lundii & Vinc. Fabricii, carmina (e qvibus Fabricianum in *Libro* ejus *Poem. Miscell.*, *p.m. 148. 149.*, etiam legitur), ostendunt, & Placcius etiam (*T. I. Theatri Anon.*, *c. 11.*, *p. 464.*) observavit.

ALIENA, AB EO EDITA.

Augusti Buchneri in laudes Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ, Oratio. Lugd. Bat. A. 1634. V. Vinc. Fabricii carmen in eam, *Libro Miscell.* insertum, *in Operibus p. 608. 609.* Factam autem esse hanc editionem inscio & invito Buchnero, duæ ejus docent Epistolæ, ad Henr. a Frisen & D. Matth. Hoeum A. 1634. scriptæ (*P. I. Epp.*, *n. 17.*, *p. 40-43.*, *& P. III.*, *n. 31.*, *p. 69. 70. 71.*), Cassio fuse indignantes, qvod Or. istam, qvæ Dresdæ in sanctiore Consistorio, ne in profanos oculos incurreret, asservabatur, omnibus legendam exhibuerit.

D. Joh. Henr. Meibomii, Poliatri Lubec., Epistola ad Christ. Cassium, de usu flagrorum in re Medica & Venerea, Kal. Sext. A. 1639. scripta, & a Cassio, Autore ignaro, Lugd. Bat. A. 1643. *in 4.* edita. V. Henr. Meibomii Jun. *Epistolam* ejusd. argumenti, huic in Edit. Hafn. A. 1670. adjectam, *p. 98.*

CHRISTIANUS CASSIUS Junior, Holsatus, Eloqventiæ initio & Poeseos, in Academia Scaniæ Londinensi, circa A. 1670., Professor, castra deinceps Christiani V., Danorum Regis, aliqvamdiu sectatus, & ab hoc tandem filii sui primogeniti, Friderici IV. (Regis postea Augustissimi), circa A. 1684., præfectus studiis. V. de illo Joh. Schefferi *Sveciæ Literatæ Appendicem p. 311. 312.*, & mea ad hanc *Hypomnemata p. 470.*

Panegyricus de vita Caroli Gustavi, Regis Sveciæ, carmine Heroico, ad Magnum Gabr. de la Gardie, regni Cancellarium, scriptus. Holmiæ (*sine anni mentione*) in fol.

Oratio Gratulatoria in adventum Illustriss. Dominorum, Johannis Güldenstierna & Claudii Rohlamb, Regni Svedici Senatorum, rerum per Scaniam constituendarum caussa. Londini Scan. 1670. in fol.

JOHANNES CASSIUS, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 7.*) Vixit A. 1716.

Disp. Inaug. de Scorbuto. Groningæ 1677. in 4.

BENEDICTUS (sive Hebraice BARUCH NEHEMIAS) a CASTRO, Hamburgi, A. circiter 1597., patre Roderico a Castro, Lusitano, Medico Judæo longæ celeberrimo, in lucem editus, hoc superstite, A. 1615., cum fratre Andrea (uti ab Ott. Sperlingio & Esdra Edzardo, Viris doctissimis, mihi est relatum), nuncio sacris avitis misso, religionem amplexus est Christianam, baptismiqve undis lustratus urbis patriæ freqventare cœpit Gymnasium. Postea tamen, sive Parentis & cognatorum hortatu, sive alias ob causas, in castra Judæorum deserta rediit, & in iis ad obitum usqve perseveravit. Artis Medicæ, cujus sacris, cum a Parente, tum ab Academiarum exterarum Professoribus, probe erat initiatus, Doctor A. 1620. Patavii (1.), vel, uti alii tradunt, Franeqveræ Frisiorum, est creatus, & gradus hujus fiducia locum sibi superiorem a Doctore Christiano, Altorfii A. 1624. eundem consecuto, concedi Hamburgi deinceps postulavit (2.). Praxi ejusdem, in patria, ab A. 1622. (3.), satis ampla gavisus, ingenti hanc cum laude, & multorum applausu, patris exemplo, exercuit, Principibus etiam Christianis acceptissimus. E qvibus Christina, Svecorum Regina, Archiatri eum sui ornavit titulo, &, cum, imperio abdicato, Hamburgum pervenisset, hospitem, spreto publico, qvod Senatus offerebat, hospitio, elegit (4.), ac de conversione ejus, sive serio, sive per jocum potius, sollicita, ad religionem Christianam verberibus, per ministros suos qvater inflictis, adigere ridicule est conata (5.). Sveciam tamen ipsam nunqvam noster vidit, & Scriptoribus proinde illius a Joh. Scheffero perperam annumeratur (6.). Præter artis Medicæ peritiam, Lingvæ etiam Latinæ cognitione accuratiori, eleganterqve illa & loqvendi, & scribendi, facultate, inter Apellas rarissima, privatim qvondam a Viro Illustri, Marqv. Gudio, publice autem a Joh. Mochingero, Rhetore Dantiscano (7.), deprædicata, inclaruit. Cum re familiari satis gauderet lauta & copiosa, senex tamen, eodem Gudio teste, ad extremam, vel culpa propria, vel sortis inclementia, redactus est paupertatem, cui supellectilis & Bibliothecæ venditione fuit succurrendum, tandemqve, liberis aliqvot superstitibus, extra thorum susceptis legitimum, d. 7. Jan. A. 1684., æt. 86., sicut a fratre accepi, defunctus, in Cœmiterio Judæorum Altonaviensi tumulum invenit, Epigraphe hac insignitum Lusitanica:

Do Bemaventurado muy insigne Varao o Doutor, Baruch Nabamyas de Castro, faleceo em 15. Sebat Anno 5444. Sua Almagoreda gloria.

Symbolo hoc delectatus est, Monomachiæ præfixo: *Castrum & fortitudo mea DEus.*

Conf. de illo Joh. Schefferum *l. c. p. 285.*, & mea ad eum *Hypomnemata p. 453.*, Joh. Jac. Baierum (Medicis eum *μακροβίοις* annumerantem celebrioribus) in *Diss. Epist. de longævitate Medicorum p. 10.*, Jac. Martini, Med. Hamb. (Judæorum de peritia ejus Medica gloriationi scoptice, *Castelli* nomine ipsi attributo, illudentem), in *præf. Appellæ Medicastri Bullati*, A. 1636. editi, *P. II. Isag. meæ ad Hist. Cimbr.*, *c. 5.*, *§. 2.*, *p. 95. 96.*, *& Homonymoscopiæ Sect. III.*, *c. 4.*, *§. 16.*, *p. 824. 825.*

ELOGIA.

Hugo Grotius, in Epist. ad Gvilh. fratrem d. 27. Jun. A. 1643. scripta (*in Append. Operis Epistolici*, *n. 659.*, *p. 955.*), ita de illo: *Benedictum a Castro, virum humanum, novi Hamburgi, & ex conjectura dixi ei nomen Hebræum esse Baruch, qvod verum esse testatus est.*

Herm. Mylius, Friso, in Epigr. Encomiastico peculiari, ita eum compellavit:

Homerum civem ter mœnia terna salutant,
Et gentes totidem te peperere sibi.
Hispanus genus, at Lusitanus membra, cerebrum
Germanus, venam, sangven & ossa, dedit:

Italus

(1.) V. M. Casp. Mülleri, Ecclesiastæ Hamburg., *Disq. de nonnullis religionem concernentibus controversiis*, Witeb. A. 1640. editam, *p. 110.*, & Joh. Balth. Schuppii teutschen Lehrmeister (*in Append. Opp.*) p. 195. Qvorum uterqve adversus Professores Christianos, a qvibus gradus Academici Judæis conferuntur, declamat. (2.) V. Schuppium *l. c.* (3.) V. ejus *præfat. Monomachiæ.* (4.) V. *Vitam Christinæ Germanicam p. 8.* (5.) V. Joh. Balth. Schuppii *Calendarium, in Opp. p. 503.* (6.) *in Append. Svecia Literata p. 188.* (7.) in Epist. ad R. Menassen Ben Israel, Pauli Felgenhaueri *Bono Nuncio Israelis*, Amstelodami excuso, inserta.

Italus os, Gallus lingvam gravitate modestam;
Et mores poliit Belgica Nympha tuos.
Delicias tibi Roma suas, tibi Græcia Grajas,
Indidit: Hebræi congenuere suas.

D. Mathæo Slutero, Senatori Hamb. (im Tr. von den Erben in Hamburg, *P. IV.*, *Tit. 3.*, *p. 695.*), audit ein grundgelehrter und durch seine Schriften weitberühmter Medicus, der, zur Pestzeit, der Stadt Hamburg, mit seinen glücklichen Curen, viele Dienste gethan.

SCRIPTA LATINA.

Flagellum calumniantium, in qvo Anonymi cujusdam libelli adversus Medicos Hebræo-Lusitanos calumniæ refutantur, legitima illorum Methodus commendatur, Empiricorum inscitia & temeritas damnatur; sub fictitio *Philothei Castelli* nomine editum, non Antwerpiæ (*uti Placcius, T. II. Theatri Anon. p. 167., tradidit*), sed Amstelodami (uti titulus fingit), vel potius Hamburgæ, qvam typi produnt, A. 1631. *in cujus locum 1681. in G. A. Merclini Lindenio renovato p. 922. irrepsit*) in 8. Præfixa est Epistola Encomiastica Abr. Zacuti, Medici Lusitani Amstelodamensis. Autorem, ante me, Laur. Normannus, apud Placcium *l. c.*, detexit. Scriptum ipsum a D. Jac. Martini, Medico Hamb., in *Apella Medicastro bullato*, Germanice Hamburgi A. 1636. *in 4.* edito, *in præfat.*, *p. 31.*, & alibi, vellicatur.

Monomachia, sive Certamen Medicum, qvo verus, in febre Synocho putrida, cum cruris inflammatione, medendi usus, per venæsectionem in brachio, demonstratur, præposterus autem ejus abusus, per sangvinis missionem in pede, tanqvam perniciosus, improbatur. Ad Christinam, Svecorum Reginam. Hamb. 1647. in 4. Opposita est hæc *Monomachia* (in præfixa Epist. gratulatoria Isaaci Semach Aboab, Phil. & Med. D. Amstelod., commendata) D. Georg. Frid. Laurentio, Medico Hamburgensi, cujus jussu Chirurgus, in hujusmodi febre, venam pedis infelici eventu secuerat; confutata vero mox ab illo in *Defensione Venæsectionis, qva demonstratur, in febre acuta, continua & maligna (cui tertio morbi die, in crure dextro, erysipelas, & tuberculum cum rubore supra genu, supervenerant), venæsectionem prope pedis dextri pollicem, longeqve sub inflammationis loco, qvinto die, ac in progressu morbi, cessante fluxione, in casu viri supra qvinqvagenarii, institutam, fuisse regularem, exemplarem, Canonicam & Methodicam* (Hamb. 1647. in 4.)

Epistola Encomiastica, in honorem Abrah. Zacuti, Lusitani, Med. D., præfixa hujus *Historiarum Medicarum Libro I.* Amstelod. A. 1637. *in 4.* excuso), sed. A. 1629. jam exarata.

GVALTHERUS CHRIST, Hamburgensis, J. U. L. Vixit A. 1622.

Oratio, utrum melius sit fontes & capitis reos capitali supplicio afficere, an vero in vivis relinqvere, & perpetua servitute ad opera publica damnare? Gryphiswaldiæ 1612. in 4.

JOHANNES CHRISTENIUS, Stormarsus, Martini, Parochi in Crempensis oppidi vicinia ruralis, filius, e disciplina Præceptorum domesticorum privata in scholam A. æt. 15. missus Hamburgensem, Geverhardo Elmenhorstio, Philologo longe celeberrimo, ingenti studiorum suorum innotuit emolumento, qvi, in describendis, qvæ prælo parabat, ejus usus opera, viam illi primus regiam ad literas elegantiores veramqve eruditionem commonstravit. Hujus commendatione adjutus, in Academia Julia (in qva, Conr. Hornejo Præside, *Compendii Philosophiæ Moralis Disputatio X.* ab illo est defensa), aliisqve, Jurisprudentiæ animum serio applicuit, & Lubecæ, qvam studiis suis sedem destinabat, Canonicatum obtinuit. Exteros tamen ante adire gestiit, & Winterfeldio, alteriqve Juveni generoso, svasu Ægidii a Lancken, Præfecti Gottorpiensis (cujus ad ipsum *de educatione Nobilium* Epistola, hac scripta occasione, a Joach. Morsio A. 1636. est edita, & Gabr. Naudæi *Bibliographiæ Politicæ* ab H. Conringio, in Francofurtana Anni 1673. editione, adjecta), A. 1627. præfectus, Leidæ aliqvamdiu substitit, ac Cunæi Heinsiiqve sibi paravit amicitiam, indeqve in cultiora Europæ regna iter instituit. E Gallia in Bataviam A. 1629. redux, in hac, qvod Germaniam bello oppressam sedem studiis suis qvietam largiri posse desperaret, fortunam experiri constituit, sed, Typographia Amstelodami erecta, parum sensit benignam, illamqve infelicitatem suam Joach. Morsio, in Epistola *ἀνεκδότῳ*, d. 21. Jun. A. 1634., hisce verbis exposuit: *In Belgio manere animus obnixe desiderat; sed fortuna hactenus parum prospera obsistere videtur. Tentaveram cum Siegfrido Sacco aliqvid in Typographia, sed successu admodum infelici. qvi ultra 1000. Florenos, ita me DEus amet, ibi perdidi; qvæ res me adhuc non parum premit. Et inde edoctus sum, melius esse, ut qvisqve suæ vocationis officiis vacet.* Sed & his vacare, Collegiaqve Juridica privata Amstelodami, Gerh. Joh. Vossii & Casp. Barlæi svasu, aperire, A. 1632. aggressus, ne tantum qvidem, uti in eadem conqveritur Epistola, lucri percepit, qvantum inopiæ depellendæ sufficeret, Morsiiqve proinde benignitatem nummorum indigus aliqvoties imploravit, ac de Professione insuper apud Batavos obtinenda, religionis, qvam profitebatur, Lutheranæ intuitu, A. 1634. adhuc desperavit. Postqvam vero ad Reformatos transierat, & Doctoris titulo erat potitus, Juris professionem in Gymnasio primum Amstelodamensi, teste Henr. Ludolpho Benthemio (1.) (ipse enim in vitæ suæ historia nullam muneris hujus injecit mentionem), ac deinde A. 1637. in Daventriensi, Mart. Schickardi successor d. 3. Jul. electus, impetravit, formulæqve consensus in religione d. 8. Aug. subscripsit. Cujus cum Rectoratu, decennio post, A. 1647. fungeretur, in novellam inde Academiam Hardervicenam a Geldriæ evocatus est Ordinibus, ejusqve M. Martio A. seqv. 1648., & Antecessor constitutus primarius, & Rector Brabevtaqve Candidatorum Doctoratus Juridici primus, electus. Superstes illic JCtus hic, in elegantioribus etiam præclare versatus studiis, fuit A. 1669., sed non multo post, uti credo, vivis excessit. Qvæ de illo hactenus narrata sunt, ipsiusmet de vita sua relationi, in Jac. Revii *Daventria illustrata p. 706. 707.* exhibitæ, & Epistolis duabus ad Joach. Morsium *ἀνεκδότοις*, paulo post memorandis, debentur.

Conf. de illo Franc. Martini *Epistolas ad amicos p. 524.*, Corn. a Beüghem *Bibliograph. Juridico-Politicam p. 45.*, ac præsertim Appendicem Vitæ Joh. Frid. Gronovii Germanicæ, Hamburgi A. 1723. *ἀνωνύμως* a D. Nicol. Wilckenio editæ, *p. 112-124.*

De Ægidii a Lancken ad illum Epistola jam est dictum.

Joh. Kirchmanni Systatica ad Gerh. Joh. Vossium, qva huic nostrum A. 1627. commendavit, in Syntagmatis Epistolarum Vossianarum Londinensis *Appendice*, *num. 79.*, *p. 47. 48.*, Vossii autem ad Christenium unica, A. 1640. exarata, in ipso Syntagmate, *num. 273.*, *p. 277. 278.*, occurrit.

Casp. Barlæi in nomen ejus Tetrastichon in *Albo* Joach. Morsii MS., *fol. 601.*, offendi.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Tabulæ Institutionum Imperialium. Amstelod. 1632. in fol.

Collegium Juridicum, XVIII. Disputationibus Institutiones fusius explicans. Daventriæ 1638-1643. in 4.

Exercitationes XVI. Juridicæ ad IV. Libros Institutionum Imperialium. Accessit, in usum tyronum, Elementorum Juris Compendium, & Or. de ortu ac progressu Jurisprudentiæ. Daventriæ 1640. in 8.

Tr. de Obligationibus in genere. Daventr. 1640. in 4. (*Catal. Elzev.*)

(1.) *P. II.* des Holländischen Kirchen- und Schulstaats, *c. 1.*, *p. 29.*

Insigniores ex Jure universo Positiones, Daventr. 1643. in 4.
Disp. de Traditione, freqventissimo acqvirendi modo. Dav. 1643. in 4.
Disp. de qverela inofficiosi Testamenti, & Legitima. Dav. 1644. in 4.
Disp. de Usufructu. Dav. 1644. in 4.
Disp. de Pignore & Hypotheca. Dav. 1645. in 4.
Disp. de Usucapionibus & longi temporis præscriptionibus. Dav. 1645. in 4.
Disp. de acqvirenda vel amittenda Hæreditate. Dav. 1645. in 4.
Disp. de Donationibus. Dav. 1645. in 4.
Disp. ad L. Contractus XXIII. de Reg. Jur. Dav. 1646. in 4.
Disp. de Inutilibus stipulationibus. Dav. 1646. in 4.
Philomathia, seu Or. Inaug. de discendi cupiditate, qvæ sola est optima ratio vivendi, ad nobile illud Pomponii effatum, *L. 20. D. de fideicomm. libert.*, habita Daventriæ, cum A. 1647. Rectoratum subiret. Dav. 1647. in 4.
Disp. de Commodato & deposito. Dav. 1647. in 4.
Disp. de Fidejussoribus. Dav. 1647. in 4.
Disp. de Sponsalibus & matrimoniis. Dav. 1648. in 4.
Disp. de Locatione ac conductione, & jure Emphytevtico. Dav. 1648. in 4.
Disp. de Tutela & curatione. Dav. 1648. in 4.
Disp. de modis tollendi obligationes. Dav. 1648. in 4.
Oratio in Acad. Hardervicenæ inauguratione habita, cum duabus aliis Georg. Hornii & Corn. Tollii (sub tit. *Inaugurationis Academiæ Ducatus Geldriæ*), excusa Hardervici 1648. in 4.
Disp. de Transactionibus. Hardervici 1648. in 4.
Oratio Hardervici recitata, cum primum Rectoratum d. 13. Apr. A. 1649. deponeret. Ib. 1649. in fol.
Disp. de Usufructu. Harderv. 1650. in 4.
Dissertationes de jure Matrimonii, qvibus selectæ aliqvot qvæstiones de Sponsalibus, nuptiis, jure dotium, pactis dotalibus, communione bonorum inter conjuges, & divortiis, ad hodiernum usum illustrantur. Hardervici 1651. in 12. Recusæ (*juxta Catalogos qvosdam*) Arnhemii 1663. & 1668. in 8.
Matthæi Wesembecii Commentarii seu Paratitla in Pandectas & Codicem Justinianeum, ab Arn. Vinnio aucta, ac Reinhardi Bachovii in illa Notæ & Observationes, nec non Wesembecii Tr. de Feudis; junctim ab illo edita. Amstelod. 1669. in 4.
III. Epistolæ ad Gerh. Joh. Vossium, A. 1640. & 1641. Daventria scriptæ, in *Epistolarum* Vossii, Londini A. 1690. *in fol.* editarum, *Appendice, num. 303. 305. 319., p. 202. 204. 205. 214. 215.*, obviæ.
Epistolæ duæ ad Joh. Kirchmannum, Leida A. 1628. & Andegavo A. 1629. scriptæ, & in *Appendice Epistolarum* Marqv. Gudii (Ultraj. A. 1697.), *num. 227. 228., p. 291. 292. 293.* editæ.
Carmina varia, seorsim (*teste Joach. Morsio in Albo MS. f. 661.*) publicata.

INEDITA.

Duæ Epistolæ, Carmenqve Jambicum elegans Encomiasticum, A. 1634. ad Joach. Morsium scripta, qvæ in *Albo* hujus MS. (apud V. Cl., Jac. a Mellen, Past. Lubec., mihi viso), *f. 660-664.*, supersunt.
Opus Harmonicum insigne, ex diversis Sophorum scriptis, de illorum lapide, ejusqve Praxi ab ipso collectum, & a Morsio *ibid. f. 661.* commendatum.

ANDREAS CHRISTIANI, (Andreas Christophorus perperam vocatur in Joh. Rhodii *Bibliotheca Medica*, H. Conringii *Introductioni in Art. Med.* adjecta, *p. m. 151.*) Ripis Cimbrorum A. 1551., patre Christiano Severinio, matre vero Catharina Andreæ, natus, in schola patria annos sedecim, in Academia autem Hafniensi octo exegit, non Præceptoribus tantum suis in arte Medica, Joh. Pratensi & Joh. Francisco, sed & cæteris gratissimus Professoribus, qvi laurea ornato Philosophica Regiæ Communitatis ἐφορίαν contulerunt, & ad exteros deinde abeunti stipendium a Friderico II., Monarcha Danico, liberale impetrarunt. Hoc instructus, Witebergæ (qvæ Magistri eum ornavit titulo) biennio, Jenæ (qvæ Joh. Schröteri illum vidit Auditorem) totidem annis, ac denuo Witebergæ, ob exercitia repetitæ Anatomica, altero vixit biennio. Hinc in Italiam profectus, Professoribus Acad. Patavinæ Medicis, &, hos inter, Victori præsertim Trincavellio (cujus scripta qvædam lucem, eo curante, viderunt), se applicuit, ac tandem, gradu Doctoris Basileæ A. 1583. potitus, in patriam, ut, in Professione Medica Hafniensi, jussu Nicol. Kaasii, Cancellarii, Professorum literis reliqvorum sibi oblata, Joh. Francisco, Civi suo ac Præceptori, succederet, post iter decennale, A. 1584. rediit. Munere hoc per annos XVII., ac simul Rectoratu Academico A. 1590. 1591. & 1600., regiæqve Communitatis Oeconomia ab A. 1595. ad 1602., præclare functus, ipsum Jacobum VI., Scotiæ Regem, Principum coævorum eruditissimum, Hafniam A. 1590. profectum, Lectionum suarum habuit auditorem. Exercitia Anatomica, publice instituta cadaveris virilis dissectione, primus in Daniam introduxit, sed eventu, ob sinistram popularium (hæc, qvorum palmam reliqvis aliqvando gentibus erant prærepturi, tunc aversatorum) de iis opinionem, adeo infelici, ut a conviviis honestiorum, ad sectiones istas inepte nauseantium, ferme sit exclusus. A. 1602., Kal. Maji, Hafnia relicta, Præfecturæ in Seelandia Soranæ, & Scholæ Cœnobii Sorani illustris Ephoriæ, a Christ. IV., Rege, admotus, utraqve qvadriennio diutius administrata, d. 26. Nov. A. 1606., æt. 55., Soræ morbo obiit Plevritico, & exuvias suas templo reliqvit oppidano. In qvo ab uxore superstite, Abigaele Svaningia, Johannis filia, Monumentum illi erectum est Epitaphium, cujus inscriptionem, præter Vindingium, mox laudandum, Laur. Asserous (1.) exhibuit. Vitæ ejus Historiam Erasmi Vindingii *Academia Hafniensis p. 152. 153. 154.*, & Thomæ Bartholini Sen. *Cista Medica Hafniensis, Loc. XV., p. 146-151.*, suppeditarunt.

Conferri de illo possunt Claud. Lyschandri *Catalogus Scriptorum Danicorum ἀνέκδοτος, lit. A.*, Pauli Freheri *Theatrum Erud. p. 1320. 1321.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1606.*, Ant. Verdierii *Supplem. Biblioth. Gesneri p. 7.*, Conr. Aslaci *Chronologia, Orationi Jubilææ addita, ad A. 1584.*, Thom. Bartholini *Dissertt. de Med. Dan. Domest. p. 365. 370.*, Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p. 4.*, meaqve ad hunc *Hypomnemata p. 1. 8.* Joh. Ant. a Linden *Lib. de Scr. Med. p. 26.*, & Georg. Abr. Merclini *Lindenius renovatus p. 41. 42.*

E qvibus Lyschandro *Vir audit in seculari Philosophia, & utraqve Medicina, longe doctissimus, in perscrutandis & investigandis simplicium & herbarum naturis omnium facile sua ætate sagacissimus, ingenio excellens, vita & moribus mansvetus, in Politicis insuper industrius & circumspectus;* Vindingio autem (*l. c.*) *Vir experientia inclytus, doctrina celebris,*

(1.) *in Inscriptionibus Seelandicis. lit. G. 1. a.*

celebris, morum facilitate omnibus gratus, prudentia civili spectatus, artis Medicæ usu felix, qvodqve illo ævo rarum, Anatomicis exercitiis deditissimus.

SCRIPTA LATINA.

Disputationes duæ: 1. de Somno & vigilia; 2. de Comate seu Cataphora: Cum adjuncta Qvæstione: Sitne pestis morbus contagiosus? Basileæ 1583. in 8.

Enchiridion Medicum de cognoscendis curandisqve externis & internis humani corporis morbis, ex Vict. Trincavellii Prælectionibus de compositione Medicamentorum atqve morbis particularibus confectum. Basileæ, ap. Oporinum, 1583. in 8. Recusum (*testibus, præter Catal. Nund., Isr. Spachio in Nomencl. Scr. Med. p. 96., Draudio in Bibl. Class., & Lindano ac Vindingio ll. cc.*), cum Tractatu de febribus, decerpto e Trincavellii Prælectt. in Galenum de differentiis febrium, & Lib. I. Curativæ ad Glauconem, opera Joh. Frid. Werdenbergii, ibidem, ap. Lud. Königium, A. 1607. in 8. Expungi ex eo nonnulla jubet Ant. Sotomajoris *Index Expurgatorius Hispanicus p. 14.*

Theses de Medicina. Hafniæ 1588. in 4.

Theses de Sanitate. Hafn. 1590. in 4.

Programmata in exeqviis Pet. Haggæi, Log. Prof., A. 1591., D. Andr. Kragii, Phys. Prof., A. 1600., Chr. Valkendorfii, Aulæ Magistri, A. 1601., & Joh. Aurifabri, Philos. Prof., A. 1602., proposita, & a Vindingio *l. c. p. 104. 145. 156. 448.* allegata.

Oratio Parentalis Friderico II., Daniæ Regi (*teste Vindingio l. c. p. 12.*), habita, sed haud edita.

M. ANDREAS CHRISTIANI ARRABOENSIS, Kiöbingæ, Arroæ, Ducatus Slesvicensis Insulæ, a qva agnomen adscivit, oppido, d. 2. Jan. A. 1587. natus, Concionator initio Christiani IV., Daniæ Regis, in arce Hafniensi fuit aulicus, deinde Pastor, ab A. 1616., in urbe eadem Nicolaitanus, &, ab A. seqv. 1617., Isaaci Gronbeccii, in Episcopatu Norwagiæ Nidrosiensi, Successor. Qvo cum, A. 1622., M. Augusto, sententia Ordinum Norwagicorum, in Comitiis Bergensibus, Christiano IV., Rege Danico, præsente, lata, & deinde excusa (V. Nicol. Heldvaderi, a qvo *Andreas Erbo* vocatur, *P. II. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici, ad A. 1622., p. 316. 317.*) excidisset, Oppidi in Seelandia Danica Wordingburgensis potitus Pastoratu, istic d. 7. Mart. A. C. 1637., æt. 51., vivis excessit. Multum ei Dania debet, ob Poesin lingvæ vernaculæ a pristina simplicitate ac sqvallore vindicatam, metrisqve venustis ac concinnis eidem, qvem reliqvæ gentes Europææ suis conciliarunt Idiomatis, nitori assvefactam. In qvo perqvam sane laudabili instituto Torchillius postea, Bordingus, Kingovius, Wormius, aliiqve, vestigiis ejus feliciter institerunt. V. de illo Pet. Resenii *Inscriptiones Hafnienses p. 143.*, & *Indicem III. Biblioth. suæ*, Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p. 4.*, *meaqve in illum Prolegomena, §. 35., p. 55., & Hypomnemata p. 158. 159.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1637.*, Conr. Aslaci *Chronologiam, Orationi Jubilææ additam, ad A. 1617.*, & *Nova Lit. Lubecensia, M. Jan. A. 1708., p. 32.*

ELOGIA.

Thom. Bartholinus Sen. (*in Additt. ad Dissertt. de Med. Dan. Domest. p. 522.*) ita de illo: *In vernaculæ lingvæ Poesi, post Arraboensem, Andr. Bordingus hodieqve triumphat.*

Ol. Borrichius (*in Dissertt. de Poetis p. 174.*) illi laudem Poeseos Danicæ primum excultæ, & locum inter Poetas patriæ recentiores principem, tribuit.

Joh. Olavius (in Elegia de Poetis gentium singularum vernaculis potioribus, Pet. Syvii *Grammaticæ Danicæ* A. 1685. præfixa) hoc eum versu celebrat:

Arraboensis ovat magna olim laude cothurnus.

Henn. Wittenio (*l. c.*) *Poeta* audit *in patria lingva facundissimus*, Lubecensibus autem (*l. c. p. 32.*) *Poeta vernaculæ lingvæ excellens, qui in hac arte facem reliqvis præferebat.*

SCRIPTA DANICA EDITA.

Relatio de Christiani IV., Regis Danici, Victoria de Svecis Smalandica, Poëmation Danicum. A. 1611. in 8.

Epicedion in obitum Annæ Catharinæ, Reginæ Danicæ. Hafn. 1612. in 4.

Kong Davids Psalter sangviiß udsat, sive Metaphrasis Psalmorum Davidicorum Danico-Rythmica, ad 100. Melodias. Hafniæ 1623. in 12., Ib. 1627. in 18., Ib. 1650. in 8. & 1673. in 12. Commendat hanc Borrichius *l. c.*, *Psalmos feliciter ab eo metris illigatos esse Danicis* judicans.

Sermo Funebris in exeqviis Elisab. Rosensparriæ habitus. A. 1627. in 8.

Gvilh. Sallustii Bartasii Hexaemeron, seu sex dierum Creationis opera insignia, Metris Danicis reddita. Hafn. 1641. & 1661. in 4. De his ita Borrichius *l. c.*: *Hexaemeron Bartasii Arraboensis majestate nostratis dictionis promemodum vicit. Heptaemerinon*, seu Supplementum ac Continuationem hujus Hexaemeri, Nicol. Andreæ, Nidrosiensis, Danice, testibus aliqvot Catalogis, Hafn. A. 1676. in 4. edidit.

Ossa rediviva, seu Homiliæ XV. Danicæ in Cap. XXXVII. Ezechielis. Hafn. 1681. in 4.

Carmina Danica complura, præsertim Sacra, diversis seorsim temporibus edita.

FRIDERICUS CHRISTIANI, Sünderburgo Alsensis, d. 9. Dec. A. 1642. natus, oppidi patrii, ab A. 1671., Rector Scholasticus, &, ab A. 1682., Ecclesiastes, qvinqvagenarius M. Nov. A. 1692. æt. 50. defunctus.

Disp. de Secta Loqventium apud Arabes, ad Mosis Maimonidis *Moreh Nevochim*, *P. I.*, *c. 71. & seqq.*, Præside Joh. Ad. Scherzero, PP. Lips. 1654. in 4.

Disp. de Habitibus naturalibus Intellectus & Voluntatis, ac influxu eorum, Præside M. Casp. Habermanno, Frisio, Rostochii 1663. in 4.

Schediasma de Gerundiis (*Constructionem illorum cum Accusativo, e probatis Scriptoribus, astruens*). A. 1680. in 4.

Leichpredigt über Eleonora, gebohrne Fürstinn von Anhalt-Zerbst, Hertzog Fridrichen zu Holstein-Norburg Wittwe, auß 1. Tim. I. 15. Plönæ 1681. in 4.

M. LAGO CHRISTIANI, Ripensis, Christ. IV., Regis Danici, Alumnus, qvem lingvarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ & Arabicæ, sapientiæqve Philosophicæ omnigenæ, peritissimum fuisse, Joh. Rud. Lavaterus, Tigurinus (*in Carmine Thesibus ejus adjecto*), testatur.

Theses Philosophicæ miscellaneæ, pro gradu Magisterii, Præside Rodolpho Goclenio, propositæ. Marp. 1600. in 4.

CHRISTIANUS AUGUSTUS, Dux Slesvici & Holsatiæ, &c., Friderici, Ducis Holsato-Norburgensis, ex Eleonora, Rudolphi, Principis Anhaltini, gnata, filius (1.), Norburgi in Insula Alsensi d. 20. Apr. A. 1639. (1.) in

(1.) Reliqvos ejus majores paternos V. in C. Danckwerthii *Chorogr. Cimbr.*, *P. I.*, *c. 2.*, *p. 8-16.*, *& P. II. c. 7. p. 101.*, ac Phil. Jac. Speneri *Sylloge Historico-Genealogica p. 171. 174.*, maternos vero in eadem *Sylloge* Speneriana *p. 811-814.*

(1.) in lucem editus, castra initio Musarum, circa A. 1657., in Acad. Daniæ Sorana, deinde vero, cum, e peregrinatione duplici, non Europæa solum, sed & Asiatica ac Hierosolymitana, redux, in Anglia, ducta uxore ignobili, consedisset, ac inter Caroli II., Regis, Navarchos locum obtinuisset, Martia & Neptunia, in bello Batavis A. 1673. illato, secutus, Annoqve tandem 1684. (2.) (in cujus locum Chr. Ern. Hübnerus (3.) & Henr. Lud. Gudius (4.) M. Junium Anni 1685., alii autem (5.) Annum 1687., substituunt) extinctus. Confer de illo, præter Scriptores Genealogicos, aliosqve, jam allegatos, Phil. Jac. Spenerum *l. c. p. 116.*, Ant. Wilh. Schowartum *in Observationibus Historico-Genealogicis p. 110.*, & den Dänisch-Holsteinischen Geschicht-Calender *p. 44. 99.*

SCRIPTA.

Palladis Simulacrum, Oratione publica, in Academia Sorana, d. 21. Novembris A. 1657. memoriter recitata, exhibitum. Accedunt Adolphi Johannis ab Hollstein, Nobilis Holsati, Studiorum ipsius Academicorum Ephori, Minervalia Sorana, seu Inscriptio votiva, honori ejus eloqventiæqve augustæ dicata. Soræ 1657. in fol.

Hodoeporicum, historiam suorum per Orientem & Palæstinam, bis perlustratam, itinerum, accuratius expositam, comprehendens, qvod ἀνέκδοτον in Anglia superesse, a Dethlevo Cluvero, V. C., Societatis Regiæ Anglicanæ Assessore, ejusqve Populari, sum edoctus, sed, qvanam lingva sit conscriptum, ignoro.

CHRISTIANUS LUBECENSIS, Erasmo Roterodamo studiorum Hodego gavisus, eundem postea ac Rud. Langium, Literarum in Germania instauratores, licet a Musis, qvibus a Parente, Cive Lubecensi, erat consecratus, cum insignem sibi jam parasset doctrinam, ad Mercurium, Negotiator patriæ, circa Sec. XV. & XVI. confinia, eruditus, transiisset, amicos habuit ac familiares. Tres ad eum Erasmi, in Sylloge *Epistolarum* hujus *familiarium*, Antwerpiæ A. 1552. *in 8.* excusa (*fol. 44. 132. 133. 134. 273. 274.*), supersunt Epistolæ, 1496. & A. 1499. exaratæ. In harum secunda, Lutetiæ A. 1499. scripta, & seorsim, inter *scripta* Autorum variorum *de stylo ac studiorum ratione Philologica*, a M. Nicol. Glasero collecta, Hamburgi A. 1614. recusa, Erasmus illi, mercaturæ jam vacanti, studiorum instituendorum rationem, sicut petierat, præscripsit, in tertia autem, jocosa & facetiis scatente, eundem, scripta qvædam sua, sive serio, sive animi gratia, pollicitum, verbis hisce exagitavit: *Quæ seria tecum, hoc est cum homine tam ridiculo, poterunt agi? Nulla opinor. Typographi tua opera vehementer expectant. Nam es tu qvidem perdoctus; nec rideo tamen. Epistolæ tuæ jam excuduntur: Augustinus interpretationem parat. Faustus eandem ambit provinciam, & Augustino palam invidet. Auditum est, te istic jampridem excudere, verum liberos credo, non libros.* Frater Christiano fuit Henricus, qvem, illo digresso, Lutetiæ Erasmus itidem instituit, & Parenti A. 1497., Epistola peculiari (*l. c. fol. 44.*), ob singulare magnæqve spei, commendavit, ingenium, imo tanto prosecutus est amore, ut, in ultima ad germanum (*ibid. f. 274.*), *juvenem* non dubitaverit appellare, *cujus moribus nihil adhuc in vita viderit vel integrius, vel candidius, unicasqve vitæ suæ delicias.*

JOHANNES CHRISTIERNI, Ripensis, Chirurgus, a Thoma Bartholino (*in præfat. Dissert. de Med. Dan. Domest.*) Vernaculis artis Medicæ in gente sua annumeratus Scriptoribus.

SCRIPTA DANICA EDITA.

Liber de morbis variis. Slesvigæ 1596. in 4.

Liber, qvomodo pestis tempore sit vivendum. Slesvigæ 1596. in 4., & jam ante (*teste Alb. Bartholino in Tr. de Scr. Dan. p. 68.*) ibidem A. 1578. in 12.

JOACHIMUS CLAENIUS, Hamburgensis, Davidis filius, 6. Id. Oct. An. 1566. natus, studiorum gratia A. 1586. Witebergam, A. 1592. Helmstadium, A. 1593. Coloniam, A. 1595. Lipsiam, & A. 1596. Spiram, profectus, & J. U. Licentiati titulum Basileæ d. 16. Aug. A. 1597. promeritus; post reditum in patriam Secretarius Collegii Canonicorum d. 2. Febr. A. 1600., Urbis vero ipsius d. 6. Mart. A. 1601., ac deinde ejusdem Senator d. 21. Febr. A. 1616., Prætor d. 24. Febr. A. 1618., & tandem Consul A. 1622., electus, post munera autem hæc præclare administrata, & plurimas ad Regem Daniæ, Ducem Holsatiæ, Archiep. Bremensem, Ordines Belgii fœderatos, Conventusqve Civitatum Hanseaticarum Lubecensem ac Brunsvicensem, legationes, d. 16. Febr. A. 1632., æt. 66., defunctus. Duarum Conjugum fuit Maritus, Margaretæ Molleriæ, Hamburgensis, D. Henr. Molleri, Theologi Witebergensis, filiæ, undecim sibi enixæ liberos, & Margaretæ Lentiæ, Lüneburgensis, Henr. Bekendorpii, Patricii Hamburgensis, viduæ. Epitaphii, in æde ipsi Nicolaitana erecti, Epigraphen Biographicam Theod. Anckelmannus, *in Inscriptt. Hamb., n. 75., p. m. 27. 28.*, & Ad. Trasigerus Jun., *in Serie Senatus Hamb. p. 42. 43.*, exhibent.

Plura de illo suggerent, præter alios Epicediorum scriptores, Encomiastæ duo pietatis ejus, justitiæ, integritatis, aliarumqve virtutum, posthumi, Joh. Angelius a Werdenhagen, Consil. Magdeb., in *Idea boni Regentis sive Politici*, in eo delineata, Joach. Bekendorpio, defuncti privigno, inscripta, & Lugd. Bat. A. 1632. *in 12.* edita, ac Christoph. Schwanmannus, Syndicus Buxtehudensis, in Carmine de vita & laudibus ejus Elegiaco, A. 1710. *Parte I. Memoriarum Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii, *p. 155-162.*, recuso.

Disp. Inaug. Juridica. Basileæ 1597. in 4.

Observationes ineditæ ad Jus Statutarium Hamburgense, qvas, ob *multa*, qvibus illustratæ sunt, *Præjudicata forensia, notatu digna*, Vinc. Placcius, illarum possessor, in *JCto Hamburgensi perfecto, Musis* inserto *Juridicis, cap. 3., p. 161.*, commendavit.

M. HENNINGUS CLARIUS, qvem Frid. Taubmannus, mox allegandus, ejus in Acad. Witeb. Præceptor, Dithmarsum fuisse testatur, & Henn. Wittenius proinde Hildesiam habuisse patriam perperam, ni fallor, tradidit, ac *Henricum* simul falso appellavit, Urbis Hildesiensis, circa A. 1604., Pastor Martinianus, &, circa A. 1630., Superintendens, d. 14. Jul. A. 1638., æt. 67. & officii Ecclesiastici 40., mortuus. V. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 47.* Frid. Taubmanno, in Epigrammate ad eum, *in Melodæsiis*, *Lib. I. Epigr.*, *p. 344. 345.*, obvio, *Euphrosynes* audit *comptissima proles, digna vel a Clario nomen habere Deo.*

Strena, oder Neujahrsgeschencke aus dem schönen Freudenkrantz und Ehrenkrone des LXV. Psalms, damit GOtt der HErr das Jahr zieret, insonderheit aber das vergangene 1604. herlich hat gezieret, nach mancherley Art schöner Kräuter und Blumen. Magdeburgi 1605. in 4.

Himlischer Umbschlag und Wechsel, dazu die Gottseligen, nach ihrem Absterben, befordert werden, oder Leichpredigt über Armgard Rottorfinn, aus Sap. III. 1. Magdeb. 1606. in 4.

Vale Martinianum, oder Valetpredigt zu S. Martini in Hildesheim, über Luc. XXIV. 29. 30., gehalten. Helmst. 1622. in 4.

Concio-

(1.) testibus Jac. Wilh. Imhofio in *Notitia Procerum S. R. I. p. 632.*, & (qvoad solum annum natalem) Autore *Tabb. Geneal. Tubing.*, *Tab. 3.* (2.) juxta Pet. Ambr. Lehmannum P. I. des ietzt herschenden *Europæ p. 90.* (3.) *Tab. 65. Geneal.* (4.) im Staate von Holstein *p. 55.* (5.) V. Autorem des Dänisch-Holsteinischen Geschicht-Calenders *p. 99.*, & Anonymum (qvi in Batavia eum obiisse credit) in den heutigen Christl. Souverainen von Europa *p. 864.*

Conciones funebres Germanicæ plurimæ, a Wittenio *l. c.* memoratæ.

[Diversus ab illo est Henningus Clarius, Regis Svedici metator bellicus, qvi Bellicas aliqvot Qværstiones, e L. Belg. in Germ. translatas, A. 1632. edidisse, *in Catal. Nund. Vern. Anni istius p. 30.*, perhibetur.]

ALEXANDER HIERONYMUS CLASEN, Lubecensis, Petri, civitatis istius JCti, Ducisqve Saxo-Lauenburgici & Saxoniæ Electoris Consiliarii, Filius, J. U. Licentiati titulum Jenæ A. 1702. adeptus, Eleonoræ Charlottæ primum, Principis Holsato-Franzhagensis, viduæ, ab A. 1704., Consiliarius, & Advocatus deinde, ab A. 1705., Berolinensis, &, ab A. 1707., Lubecensis, simulqve Collegii Canonicorum Lubecensium Secretarius & aliqvamdiu Vice-Syndicus; Comitis tandem Palatini Cæsarei, ac paulo post Jenæ A. 1719. J. U. Doctoris, dignitate ornatus.

V. de illo Joh. Henr. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 10 - 24.*

Disp. inaug. de autoritate Juris Canonici, Præside D. Gvilh. Hieron. Brücknero. Jen. 1702. in 4.

Kurtze Acten-mässige Facti Species, in Sachen der Knochenhauer zu Lübeck, wegen der frischen Fleisch-Accise. A. 1713. in fol.

In facto & Jure wohlgegründete Causales, warumb das vom Rathe und Bürgerschaft der Stadt Lübeck, vor einigen Jahren, angerichtete Reige-Brauen, Bier-Probe und Verkauf-Haus, auf blosses Andringen der Aempter und Handwercker dasselbst, nicht wieder abzustellen, sondern vielmehr beyzubehalten sey; im Nahmen der Brauer-Zunft zu Lübeck ausgegeben. A. 1713. in fol.

An die Keyserliche Majestät, in Antwort auf der Schonen-Fahrer & Consorten eingegebene Gegen-Remonstration, allerunterthänigste Refutations-Schrift, cum adjunctis; abseiten der Brauer-Zunft, und der sämtlichen Aempter in Lübeck, in puncto liberi commercii, oder der freyen Handlung über See und Sand. A. 1713. in fol.

Introductio in Prudentiam forensem, in qva, præmisso Discursu præliminari de Theoria & Praxi in genere, ac sepositis maxima ex parte illis, qvæ ad præcepta Processus spectant, regularum Prudentiæ forensis primæ lineæ, maturiori meditationi ansam suppeditantes, exhibentur: Scriptum ἀνέκδοτον, cujus ἀποσπασμάτια qvædam a J. H. a Seelen, *l. c. p. 14 - 24.*, recitantur.

PETRUS CLASEN, J. U. D., Ducis initio Saxo-Lauenburgici (1.), & Electoris deinde Saxonici, Consiliarius, in Civitate A. 1702. superstes Lubecensi (2.), ac A. C. 1711. ætatisqve 78. mortuus. V. Anonymi Biographiam Germanicam, & J. H. a Seelen P. III. Athen. Lubec. p. 8. 10. 11.

Disp. Inaug. de distractione pignorum, Præside D. Joh. Volcm. Bechmanno. Jenæ in 4.

[Diversus ab eo, ni fallor, est Pet. Classenius, in cujus lucubratiunculam *de rebus creditis* carmen Jac. Wallii, in hujus *Poematis p. 375.*, occurrere Morhofius, *T. I. Polyhist.*, *L. 3.*, *c. 12.*, *p. 143.*, testatur.]

PETRUS BERNHARDUS CLASEN, Petri modo laudati filius, Lubecensis, d. 22. Jul. A. 1675. in lucem editus, & supremos Juris honores Academicos, qvos Gryphiswaldiæ A. 1702. Disputatione ambierat Inaugurali, Jenæ d. 29. Jul. A. 1703. consecutus (V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1702.*, *p. 288.*, & *Nova Lit. Germ.*, *M. Oct. A. 1703.*, *p. 386.*). Advocatus Lubecensis M. Febr. A. 1708. æt. 33. obiit. V. Enochi Svantenii Programma funebre, & J. H. a Seelen P. III. Athen. Lubec. p. 8. 9. 10.

Disp. Doct. de præscriptione Feudi, Præside D. Pet. Mascovio. Gryph. 1702. in 4. Recensum ejus V. *in Nov. Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1702.*, *p. 285 - 288.*

CLASIUS, Nauclerus Hamburgensis, Vixit A. 1680. de qvo, sub *Almirii* nomine, jam dicta relegantur.

BERNHARDUS CLAUSEN a CLAUSENHEIM, Kiloniensis, D. Matthiæ Clausenii, Medici (*infra celebrandi*), ex Ursula, D. Bernh. Mülleri, Poliatri itidem Kiloniensis, gnata, filius natu major, A. 1673. (qvo cum Anna etiam Maria Becmannia, Patricia Hamburgensi, nuptias celebravit), d. 4. Sept., Canonicatum Ædis Cathedralis Hamburgensis, a D. Joh. Justo Stuckio resignatum, A. 1674. Doctoris Juris utriusqve titulum, in Academia sibi collatum Franeqverana, A. 1694. Senioris inter Canonicos Hamburgenses dignitatem, & locum tandem etiam inter Consiliarios Status publici Holsato-Gottorpienses, adeptus. Epitaphii, qvod vivus, in Templo Cathedr. Hamb., sibi erexit, Epigraphen V. in J. Alb. Fabricii *Auctario Inscriptt. Hamb. Theod. Anckelmanni, num. 125.*, *p. 39.* Obiit A. circiter 1715.

Disp. Inaug. de Foro competente. Franeqveræ 1674. in 4. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 7.*)

JOHANNES CLAUSENIUS, Kiloniensis, Matthiæ (*mox celebrandi*) filius natu minor, Philosophiæ Magister Rostochii A. 1674. creatus, Metaphysices ab A. 1676. (qvo de origine Animæ Sermonem habuit auspicalem), simulqve Logices ab A. 1689., in Academia patria Professor, deinde vero, ab A. 1699. (gemino hoc munere Academico abdicato), Ærarii Ducalis in aula Holsato-Gottorpiensi Consiliarius; Gener D. Gotfridi Schneideri, Consiliarii itidem Holsatici, & Bibliothecæ Philosoph. insignis, Kiloniensi Academicæ A. 1709. donatæ, possessor. V. Seb. Kortholti *Programma de Bibliotheca hac peculiare*, Kilonii A. 1709. editum. M. Majo A. 1720. Hamburgi obiit.

Disp. Atheum convictum exhibens, Præside D. Christoph. Franckio, affini, defensa. Kilonii 1672. in 4.

Specimen Controversiarum cum Remonstrantibus, Præside eodem Franckio, illius Autore, exhibitum, Kilonii 1673. in 4.

Disp. de Dubitatione morali. Jenæ 1675. in 4.

JOHANNES CLAUSEN KOTTE (cui *Rollwagii* etiam agnomen ab Ant. Heimreichio (3.) tribuitur), Anabaptista sectæ Mennoniticæ Eiderstadiensis, patre Nicolao Petri Kottio, Belga, incola Oldenswortensi, Eiderstadia, ob Anabaptismum, A. 1588., die Viti, Judicii provincialis sententia, cum aliis, ejecto, natus, in Tonningensi vixit oppido, & a Johanne Adolpho, Duce Holsato-Gottorpiensi, aggerum in ditionibus suis maritimorum præfecturam obtinuit. Qvo diligenter functus officio, non aliis solum aggeribus resarciendis ac consolidandis operam impendit strenuam, sed A. 1610. etiam Siversflethanum in Eiderstadia, ac A. 1617. Stintebüllensem & Brunockensem in Strandia, auspicato Fluctibus marinis, velut nova, opposuit, propugnacula (4.). Sectæ suæ asseclarum in Eiderstadia fuit Promachus, dogmatum illius peritissimus, & in sacro etiam Codice versatissimus, ac, qvotiescunqve illi de religione sua ab Ecclesiastis compellabantur, Hyperaspistæ omnium publici functus est partibus. A. 1607. Herm. Hoyero, Eiderstadiæ Præsidi, & M. Georg. Crusio, ejusdem Præposito, a Mennonitis, cum numerum horum ingentem in Ecclesiarum visitatione passim deprehendissent, fidei suæ, qvam postulabant, Confessio, a Clausenio scripta, sermone exhibita est Belgico, sed talis, qvæ verbis obscuris & ambiguis illorum abscondebat potius, qvam detegebat, sententiam. In Colloqvio Tonningensi, ad hanc accuratius explorandam, d. 31. Aug. instituto, coram Hoyero ac Crusio (cujus narrationem de illo vernaculam ἀνέκδοτον possideo), ipse Clausenius, cum Simone Lamberti & Petro Adriani Bawens, incolis

Aa 2 Oldens-

(1.) V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1702.*, *p. 288.* (2.) V. Jac. a Mellen *Lubecam Literatam A. 1698. & 1702.* (3.) *in Chronico Frisiæ Borealis*, *c. 17.*, *p. 434. 442. 443. 444. Ed. primæ.* (4.) V. Heimreichium *l. cc.*

Oldenswortensibus, Bawioqve Adriani, cive Tonningensi, comparuit, ac, cæteris silentibus, seqve omnia, qvæ ipse crederet, amplecti voce ac scripto professis, solus ad Erotemata Crusiana non inepte respondit, sectæqve suæ dogmata e S. Codice defendere est conatus (1.). Dimissi sunt eo ipso die, sed, cum paulo post, de Ecclesiastarum invectivis in se, tanqvam Hæreticos, ex ambonibus publicis, qverelas ad Joh. Adolphum, Principem, libello detulissent supplice, novam magisqve perspicuam doctrinæ suæ exhibere jussi Exomologesin. Hanc, a se meris ferme Scripturæ verbis contextam, ac de iis tantum fidei agentem capitibus, in qvibus cum Lutheranis Anabaptistæ consentiunt, controversa autem omittentem, Clausenius Crusio d. 22. Jul. A. 1608. de manu in manum tradidit. Qvæ cum in aulam esset delata, Mennonitæ ad Colloqvium in curia Slesvicensi solenne, d. 13. Sept. inchoandum, denuo sunt evocati. Comparuerunt illic, coram Ministris Ducalibus, D. Jonatha Gutslofio, Cancellario provinciali, Herm. Hoyero, Præfecto Eiderstadiensi, ac Wilh. Schaffenrahtio, Senatore aulico, Clausenius noster, Simon Lamberti, Petrus Adriani Bawens, & Chilianus Curius, Tonningensis, fidei suæ ac sociorum, in placida cum Theologis Lutheranis, M. Jac. Fabricio Seniore, Superintendente Holsatico, ac M. Georg. Crusio, Antistite Eiderstadiensi, collatione, rationem reddituri. Triduo istic integro, ad diem usqve 17. Septembris, de omnibus articulis inter Lutheranos & Anabaptistas controversis, e solo S. Codice, magna utrinqve animorum moderatione, a Fabricio & Clausenio, cum cæteri κωφὰ essent πρόσωπα, est disputatum, & nec ab illo, cuivis harum Controversiarum scriptori palmam facile redditurο dubiam, nec ab hoc, Sectæ suæ Promacho audaci ac diserto, qvicqvam, qvod ad rem faceret, prætermissum, sed nemo tamen Anabaptistarum, ut suis nuncium mitteret erroribus, persvasus. Actorum Colloqvii, a Notariis fideliter & accurate consignatorum Ducalibus, penes me est Apographum, Fabricii notis passim auctum marginalibus, dignissimum sane, qvod typorum beneficio pluribus innotescat (2.). Post collationem hanc, Clausenius per aliqvot adhuc lustra fuit c. 1618. superstes, &, qvoniam gratia apud Johannem Adolphum, Principem, valebat, Mennonitis, non sepulturam solum in Coemiterio Tonningensi, sed privati etiam sacrorum, publiciqve commerciorum civilium exercitii, libertatem, ac Edicti, qvo A. 1608., d. 10. Nov., e ditionibus proscripti erant Holsaticis, mitigationem, Kal. Nov. A. 1614. impetravit (3.)

Conferantur de illo, dupliciqve ejus Colloqvio, præter Ant. Heimreichium (*ll. cc.* nostrum, cæterosqve Mennonitas, cum Davidis Georgii asseclis subinde confundentem), *Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.* narrationes, *P. II.*, *c. 5.*, *§. 7.*, *p. 111-114.*, obviæ, & qvæ ex istis Wilh. Ern. Tenzelius, *in Dial. Menstr. Germ.*, *M. Mart. A. 1694.*, *p. 240. 241.*, Casp. Sagittarius *in Introd. in Hist. Eccl.*, *c. 33.*, *Sect. 5.*, *p. 829. 830.*, ac Vinc. Placcius *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 2.*, *p. 70.*, repetiverunt.

Schediasmata ejus Belgica ac Germanica, qvibus publico nomine causam
Mennonitarum egit Eiderstadiensium, apud me supersunt
seqventia, in Vita ejus paulo ante allegata,
omnia hactenus ἀνέκδοτα:

Der Eiderst. Mennoniten Overantwordinge eeres Verstandes unn Christliken Geloofs, schriftlick kortom in der Summa verfatet. A. 1607.

Andere Bekäntnisse eeres Geloofs, in 16. Artickeln verfatet, unn M. G. Crusio, Peavesten, d. 22. Jul. A. 1608. overantwordet.

Supplication an Hertzog Joh. Adolf, wieder die Schmähungen und Lästerungen der Priester in Eiderstätt.

Supplication an denselben, wegen der Begräbniß auf dem Kirchhofe zu Tönningen; nebst dem Fürstlichen, solche gestattenden, Rescripto. A. 1608.

MATTHIAS CLAUSENIUS, Kiloniensis, patre Johanne, cive honesto, matre vero Margareta, Andreæ Matzii, Mercatoris, filia, & D. Joh. Carnarii Senioris, Archiatri Holsato-Gottorpiensis, nepte, d. 10. Apr. A. 1610. natus, finitis studiorum in scholis patria ac Lubecensi tyrociniis, ad artem Medicam animum applicuit, exempla secutus, cum proavi modo laudati, tum filii hujus, D. Matthiæ Carnarii, aviæ suæ maternæ germani, & Medici itidem Ducalis Holsatici. Qvi moribundus, ut eo felicius illam noster excoleret, non Bibliothecam solum & scripta sua Medica, sed pecunias etiam necessarias, in supremæ ei voluntatis tabulis legavit. Lubeca hoc fine Regiomontum A. 1631. trajecit, &, auditis illic per qvadriennium Georg. Lotho, Dan. Halbachio & Dan. Beckero, Professoribus publicis, Rostochium A. 1634. profectus, studii Anatomici Ducem elegit Pet. Laurenbergium (cujus etiam *Collegii Anatomici Disput. tertia de Musculis abdominis* anno seqv. 1635. ab eo est defensa), Practici autem & Chymici Jac. Fabricium, Archiatrum postea Danicum. Leidam inde A. 1636. delatus, Collegia ipsemet Chymica, magno cum Studiosorum applausu, aperuit, Therapevticæ accuratioris qvotidianus in Nosocomio publico, per triennium, fuit spectator, &, cum Doctoris titulum A. 1639. reportasset, seqventi 1640. Urbem tandem repetiit patriam. In hac, sede fortunarum perpetua, admiranda Praxeos Medicæ felicitate brevi ita inclaruit, ut communis totius Chersonesi Cimbricæ audiret Æsculapius, Medicisqve, cæteris prælatus, in pleraqve ejus ac viciniæ loca, velut Hercules morborum domitor, ad ægros, ab aliis derelictos, sanitati restituendos, felici haud raro successu, sæpissime evocaretur. Nec enim Medicus hic vere χαριέστατος, omnes comitate & affabilitate singulari sibi devincire, ac egenis medicinam gratis facere, assvetus, solis civibus erat in deliciis, sed eqvestris etiam ordinis magnatibus, qvorum plurimi annua ei stipendia, valentes licet ac vegeti, ne præsentia ejus in morbis carerent, persolvebant, ipsiqve Principi, Christiano Alberto, a qvo Archiatris suis Anno jam 1661. absens est adscriptus. Praxi hac ampla, & adeo numerosa, ut, solo primo ejus duodecennio (ab A. 1640. ad 1652.), 8000. hominum, ope sua usorum Medica, in Ephemeridas retulerit, tantas sibi paravit divitias, ut Joachimo Vito Wigando (sive potius Joh. Valent. Willio) (4.) locum inter Medicos, artis suæ locupletatos beneficio, mereri visus sit principem, cum jam ante (5.) celebrioribus Saxoniæ inferioris Practicis ab eodem esset annumeratus. Hæredes harum reliqvit sex liberos, e novem, in conjugio felici, cum Ursula, D. Bernh. Mülleri, Poliatri Kiloniensis, filia unica, d. 19. Oct. A. 1646. inito, susceptis, sibi, Diarrhoea fatali Non. Nov. A. C. 1675., & æt. 65., extincto, superstites, tres nempe filios, Bernhardum, J. U. D. & Canonicum Hamburgensem, Johannem, Aulæ Holsato-Gottorpiensis Consiliarium, ac Gothofredum, totidemqve filias. E qvibus Margareta Steph. Klotzio Jun., Scribæ Dithmarsiæ Regiæ Provinciali, Catharina D. Christoph. Franckio, Theologo Acad. Kilon. primario, & Sophia D. Joh. Casp. Pfenningio, Medico urbis ejusdem celebri, est elocata. Bibliothecam 148. tantum voluminum Medicam, filiis usui haud futuram, A. 1674. Academicæ civitatis patriæ legavit, in qva imago ejus, dono adjuncta, etiamnum spectatur (6.). Famæ literariæ scriptis parandæ, ob occupationes assiduas, justo incuriosior, nec in lucem qvicqvam, præter solam *Disputationem de Scorbuto inauguralem*, Lugduni Batavorum A. 1639. propositam, & (7.) excusam, edidit, nec observa-

tiones

(1.) Conf. de Colloqvio hoc Tonningensi Ant. Heimreichii *Hist. Eccl. Slesvic.*, *L. 4. c. 4.*, *p. 237. 238.* (2.) Confer Heimreichii de hoc Colloqvio narrationem, *L. 4. Hist. Eccl. Slesvic.*, *c. 4.*, *p. 238. 239. 240.* (3.) V. Heimreichium *l. c. p. 240-243.* (4.) *Diss. II. de Philiatrorum Germanorum itineribus p. 109.* (5.) *ibid. Diss. I. p. 49.* (6.) V. Seb. Kortholti *Diss. de Biblioth. Acad. Kilon. p. 6.*, & *Progr. de eadem p. 5.* (7.) *in 4.*

tiones ullas rariores, qvarum haud dubie plurimas Praxis qvotidiana, ampla adeo ac diuturna, suppeditarat, in chartam, uti a D. Christoph. Franckio, genero, sum edoctus, conjecit, suisqve reliqvit.

Fusius vitæ ejus exhibuerunt historiam D. Matthiæ Wasmuhti, Theologi Kiloniensis, Programma Academicum, illius dicatum exeqviis, & Matthiæ Burchardi, Pastoris oppidani, Sermo Funebris e Ps. LXVIII. 20. 21. vernaculus, sub *Tabulæ Smaragdinæ* titulo Kilonii A. 1676. *in 4.* impressus.

Conf. D. G. Morhofii Odam in obitum ejus, *P. II. Poem. Germ. p. 270-274.* recusam, Epicediorum reliqvorum Syllogen, Georg. Nicol. Erasmi *L. 4. Anagramm., num. 26.,* & Georg. Matth. Königii (*a multis eum laudari vere monentis*) *Biblioth. Vet. & Novam p. 195.*

ELOGIA.

D. Joh. Dan. Major versu hoc unico, sed nervoso, ei parentavit:

Dux Medicum, Medicusqve Ducum, proh Cimbria! vixit.

Ol. Borrichio (*in Sapientia Hermetis & Chemicorum vindicata p. 310.*) *Kiloniensium* audit *decus, Vir a salutari, quam ægris affert, ope Medica commendatissimus.*

Paulo Sperlingio, Theol. Kiloniensi (*in Epicedio*), *Lumen suæ artis.*

Joh. Nicol. Pechlino (*in Carm. funebri*) *Medici luxqve decusqve chori,* nec non *ipsa Charis, miserumqve voluptas.*

Seb. Kortholto (*ll. cc.*) *Princeps Medicorum sui temporis, & Medicus Principum.*

THOMAS CLAUSENIUS, Flensburgensis, natus d. 29. Apr. A. 1677., Scholæ patriæ ab A. 1706. (26. Mart.) Præceptor Qvartus & ab A. 1709. (9. Dec.) Conrector, Concionator aulicus ab A. 1712. regius & ab A. 1714. Theologiæ Doctor. A. 1721. Superintendens regius Slesvigo-Holsaticus, simulqve Præpositus Gottorpiensis & Rensburgensis, ac 1722. Eiderstadiensis, constitutus. Obiit d. 23. Apr. A. 1724., æt. 47.

Inscripsit ei Jo. Christoph. Wolfius Tomum III. Ἀνεκδότων græcorum. Hamb. A. 1723. in 8. editum.

Erstlinge der unterthänigsten Pflicht, Friderico IV., Könige in Dännemarck bey glücklicher Zurückkunft auß Welsch- und Teutschland überreichet. Flensb. A. 1709. in fol. (*3. pl.*)

Die Wahrheit der dem David vormahls geschwornen Gnade, oder Predigt bey der Taufe einer Jüdinn, am Feste der Verkündigung Mariæ, A. 1720. über das ordentliche Evangelium gehalten. Hamb. 1721. in 4.

CLEMENS II., *Svidgeri* ante Papatum gavisus nomine, nobili, testibus Adamo Bremensi, Alb. Stadensi & Alb. Krantzio, ortum debuit familiæ, qvam Meinstorfiam Cimbriæ fuisse, traditionem παλαιοπαράδοτον, & Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, autoritatem, cum Historicis nostratibus, Jona Elverfeldio, Casp. Dancwerthio & Ad. Oleario, Exterisqve celebrioribus, Hier. Henningio, Andr. Angelo (Marchicorum populari) ac Henr. Ansh. Zieglero (ad Chronicon vetus Holsaticum, in *Theatro* suo *temporis, ad d. 9. Oct.,* etiam provocante), secutus, locis mox allegandis asserui. Fusius etiam postea eidem, occasione certaminis cum Celeb. Tenzelio amici, contra hunc, Mart. Frid. Seidelium, Joh. Chr. Becmannum & Joh. Schilterum, Meiendorfiam Marchiæ Brandeburgicæ tractusqve Halberstadiensis, nec non contra Anonymum *Chronici Ducum Brunsvicensium*, a Madero editi, Scriptorem, & Chronographum alium Sec. XII. vetustum, ab Illustri Leibnitio (*T. I. Scr. rer. Brunsvic. p. 577., & in sua ad hunc Introduct. p. 24.*) priori subsidio missum, gentem Dynastarum Marsleviæ & Hornburgi Halberstadiensem (applaudente, præter Leibnitium, Cl. Joh. Mich. Heineccio, *Lib. I. Antiqq. Goslar. p. 40. 41.*), in Meinstorfiæ locum substituentes, argumentis probabilibus, κατ' ἄνθρωπον, sum patrocinatus. Herm. Contractus, Scriptor coævus, &, qvi hunc secuti sunt, recentiores, Saxonem eum appellantes, utriqve parti æqve favent, Henr. Pantaleon autem, Civitati vindicans Hambergensi, ab omnibus merito exploditur. Post curriculum studiorum, pro ævi illius genio, sive in Goslariensi Basilica, sive alibi, absolutum, & doctrinam Christianam Slavis, Henningio, famam secuto, teste, annunciatam, Hermanni initio, Archiepiscopi Hamburgensis, circa A. 1032., fuit Diaconus, deinde vero Henrici III. seu Nigri, Imperatoris, Cancellarius, ac Episcopus, ab A. circiter 1042., Bambergensis, tandem vero A. 1046., d. 21. Dec., in Synodo ab Imperatore, adversus tres Antipapas, Sutrii prope Urbem congregata, Pontifex Romanus, invitus licet atqve reluctans, est electus. Qvod dignitatum sacrarum culmen cum, adscito Clementis II. nomine, per IX. tantum menses ac dies XIX. tenuisset, in Germania, qvam in comitatu Imperatoris repetierat, veneno, clam ipsi per æmulos propinato Italos, d. 9. Oct. A. 1047., periit, & tumulum in Basilica invenit Bambergensi. Epistola ejus ad Johannem, Archiepiscopum ex Episcopo Pestano Salernitanum, qva translationem hanc ejus 12. Kal. Mart. A. 1047. confirmavit, *Tomo XI. Annal. Eccl.* Baronii, *ad A. 1047., n. 11. 12., p. 165.,* & in plerisqve Conciliorum Editionibus, Rescriptum autem Synodale, qvo Archiepiscopo Ravennati locus in Conciliis a Pontifice proximus A. 1046. est decretus, in sola Labbeana, *Tomiqve illius IX. Appendice, p. 1211.,* ac Ferd. Ughelli *Italiæ Sacræ Tomo II. p. 360.,* prodiit. Ob qvæ λείψανα literaria, licet minutiora, a Lud. Jacobo a S. Carolo (*Lib. I. Biblioth. Pontificiæ p. 47.*) & Gvilh. Cavio (*in Chartophyl. Eccl. p. 221., & Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 422.*), jam ante me, Scriptoribus annumeratus est Ecclesiasticis. Fusius de singulis vitæ ejus actibus, magnam partem controversis, Tomo operis nostri commentabimur ultimo. Conferri interim poterunt, præter innumeros Historiæ Pontificum Scriptores, & pauciores Episcoporum Nomenclatores Bambergensium, Cæs. Baronii *Tomus XI. Annal. Eccl., ad A. 1046. & 1047., p. 160-167.,* Ferd. Ughelli *T. I. Italiæ Sacræ p. 32. 33.,* Jac. Heerbrandi *Or. de VII. Clementibus, Episcopis Romanis,* Tubingæ A. 1580. edita, Bernh. a Mallincrot *Tr. de S. R. I. Archicancellariis, Lib. I., p. 58., Lib. II. p. 128. 137. 225. 236. 240.,* Joh. Schilteri *Lib. III. de libert. Eccl. Germ., c. 11., §. 15-18., p. 450-453.,* Joh. Chr. Wagenseilii *Diss. de Pontificibus Romanis, e Germanorum gente creatis,* Altorfii A. 1683. excusa, p. 21-24., Henr. Ansh. Ziegleri *Theatrum temporis Germanicum, ad d. 9. Oct., p. 1213. 1214.,* J. Fr. Buddæi *T. I. Lexici Historici p. 671.,* &, qvæ, in certamine de patria ejus, prolixe a me (*P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 14., §. 4. 5., p. 212-218., in Proleg. P. III. ejusdem, & in Homonymoscopia, P. II., c. 5., §. 15., p. 431-441.*), ac Viro Celeberrimo, Wilh. Ern. Tenzelio (*in Dialogis Menstr. Germ., M. Jan. A. 1692., p. 57-61., M. Mart. A. 1694. p. 209-234., ac M. Oct. A. 1698., p. 929. 930.,* nec non *T. I. Biblioth. Curiosæ,* A. 1704. edito, *Sect. IX., p. 905-911.*), in utramqve partem sunt disceptata. *

MICHAEL CLENOVIUS, Senior, Husa Cimber, Scholæ initio Hamburgensis Præceptor, deinde vero templi in eadem civitate Petrini, ab A. 1564., Diaconus, d. 8. Jan. A. 1588. vivis excessit. V. Anonymi *Catalogum MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.;* Dav. Schulteti Hamburgischen von der Schule beruffenen Prediger *p. 79.,* & J. Alb. Fabricii, hunc secuti, *P. II. Memor. Hamb. p. 865.* E qvibus duo posteriores, Scholæ cum Husensis patriæ Rectorem fuisse perhibentes, apud me fidem vix inveniunt. Horum vestigia tamen premit J. M. Kraftius (ab A. 1562. ad 1564. eum scholæ Husensi præfuisse perhibens) in der Husumschen Kirchen- und Schul-Historie *p. 325.*

Christlike Fragstücke vor de Kinder und Eenfoldigen, uth dem Catechismo. Hamburgi 1627. in 12. (*L. Saxon.*)

MICHAEL CLENOVIUS Junior, Senioris, modo memorati, filius, Hamburgensis, Henrici Ranzovii, Proregis Cimbrici, circa A. 1588., Ecclesiastes aulicus & Bibliothecarius (1.), deinde vero, circa A. 1604, Parochiæ in præfectura Rendesburgensi Schönefeldensis (qvam, μεταφράσει nominis Hebræa Capernaitanam appellavit) Pastor, simulqve templi in patria Cathedralis Vicarius (2.) Vixit A. 1622.; Poeta non inelegans, qvem, a Frid. Taubmanno sibi commendatum, Joh. Georg. Godelmannus, Com. Pal. Cæs. & Elect. Sax. Consiliarius, laurea ornavit, ac, præter hos, e doctioribus exteris, Nath. Chytræus, Joh. Major, Domin. Baudius, Ad. Theod. Siberus, Henr. Meibomius, Eilh. Lubinus, Dav. Herlicius, e popularibus vero Sam. Rosenbohmius, Wilh. Alardus, Nicol. Thodenus, Henr. Rumpius, Paulus Sperlingius, aliiqve plures, amicitia sua & Elogiis (qvæ *Tyrociniorum Poeticorum Myrmeciæ*, in *Epiphora* inprimis *Laureæ Cæsareæ adoptivæ*, exhibent) Metricis sunt dignati.

Frid. Taubmanno, in Carmine ad eum (*Schediasmatis, Lib. I. Epigr., p. 665.*, inserto), *Autor* audit

Carminis igne Dei, Musisqve & Apolline, pleni,
Qvale suæ ingenium Palladis esse velit;

Sam. Rosenbohmio autem (in Applausu, *Myrmeciis* præfixo) *Vir doctissimus, optimus Poeta*, & (*P. I. Poem., L. 3., p. 191. 192.*) *Vatum cultissimus.*

Pectus Apollinea qvi totus ab arte madescit.

Nomen ejus (*Michael Clenovius*) idem (*l. c. p. 194. 195.*) hoc dignatus est Anagrammate: *Ha! Cleius mel vinco*; alius autem seqventi: *O hic lumen seculi.*

Conf. Christoph. Vortmeieri Primitias Carminum piorum p. 232., Ad. Theod. Siberi Epigramma *Vol. II. Dialex. Acad. p. 622.* Barth. Bilovii *Lib. V. Anagramm., f. 48. a.*, & Gerh. Culemanni *Serm.* fun. in obitum Elisabethæ, uxoris ejus, A. 1614. Hamburgi editum.

SCRIPTA EDITA LATINA.

Exultatio Metrica de filiolo Benedicti ab Alefeld recens nato. Hamb. 1588. in 4.

De brevitate & fugacitate Vitæ humanæ, juxta ordinem Alphabeti, Elegiaci aliqvot versiculi, & Elegiæ tres ejusdem argumenti. Slesvigæ 1606. in 4.

Honores parentales beatis manibus Caji Ranzovii, Toparchæ in Hanrou & Holtenklincken, exhibiti. Hamburgi 1607. in 4.

Panegyricus in reditum Hieron. Vogleri, Senatoris Hamburgensis, ex longo & periculoso itinere. Hamb. 1608. in 4.

Threnus publicus in qvinqve illustrissimorum Poetarum, Pauli Melissi, Nicod. Frischlini, Nicol. Reusneri, Salom. Frencelii & Frid. Taubmanni, solennem & sanctam memoriam. Hamb. 1613. in 4.

Tyrociniorum Poeticorum Myrmeciæ. Hamb. 1614. in 8. (Continentur: 1. Memoriæ fugacitatis vitæ humanæ; 2. Micæ Anagrammatum; 3. Ænigmatum primitiæ; 4. Diales cum amicis Nugæ; 5. Corollarium, seu Epiphora laureæ Cæsareæ, cum votivis acclamationibus & judiciis amicorum.)

Genethliacon in natalem JEsu Christi. Hamb. 1616. in 4.

Triga Charitum, Scriptum Poeticum, carmine peculiari a Sam. Rosenbohmio (*Lib. 3. Poem. p. 191-194.*) commendatum.

SAXONICA.

Eenfoldige und Christlike Betrachtung des bittern lydendes JEsu Christi, und syner hiligen Wunden, timwiß in Latinischen und Dütschen versen: Samt angehengder Klageschrift över de grote Verachting des Wortes Gades, und eere grülike Straffe. Hamb. 1604. in 4.

Liikpredigt över Kay Ranzou, Erffatten up Hanrou. Hamb. 1608. in 4.

Veer Christlike Myrtenbergspredigten van dem unschüldigen Lydende unn Stervende unsers Heilandes J. C., över de Passions-Historie, und Es. LIII. 5. Hamb. 1611. in 4.

JACOBUS de CLERICE, Hamburgensis, Magistri titulum Witebergæ, Doctoris autem Medici Kilonii, in prima promotione Academica (teste Morhofio *in Actorum hujus Historia p. 9.*) d. 22. Jan. A. 1666., adeptus, cui, ob Lingg. Orient. amorem ac peritiam, R. Dav. Cohen de Lara locum inter cultores harum, qvibus *Lexicon* suum A. 1668. inscripsit *Thalmudico-Rabbinicum*, industrios attribuit.

Disp. Philol. de Epulo Belzasaris, fatali scriptura illustri, ex cap. V. Danielis. Witeb. 1662. 1667. & 1677. in 4. Recusa etiam est *Tomo I. Thesauri Theologico-Philologici Dissertationum in loca V. & N. T. illustriora*, Amstelod. A. 1701. *in fol.* excusi, *p. 883. & seqq.*

Disp. in Cap. I. & II. Cantici Canticorum. Wit. 1663. in 4. (*Catal.*).

Disp. in Cap. III. & IV. Cantici Canticorum. Witeb. 1663. in 4.

Disp. Med. Inaug. de Dysenteria, Præside D. Joh. Dan. Majore. Kilonii 1666. in 4.

DAVID CLODIUS, Hamburgensis, Esdræ Edzardi in Hebraicis & Rabbinicis discipulus, Theol. Doctor & Professor in Acad. Giessena Extraordinarius, Lingvarum autem Orientalium, ab Anno circiter 1669., ordinarius, simulqve Ecclesiastes oppidanus, Gener D. Joh. Nicolai Misleri, Ordinis Theologici Senioris, Rectoratu A. 1677. functus est Academico, &, decennio post, d. 10. Sept. A. C. 1687. & æt. 43., vivis excessit (3.). Theologus fuit in Philologia Orientali, & Rabbinorum Scriptis, versatissimus, & Bibliothecæ, horum copia exuberantis, a Theod. Dassovio (4.) commendatæ, possessor. Vitæ ejus Historiam promisit Rüdigerus, infra citandus.

ELOGIA.

D. Johanni Diecmanno (*in Præfat. Edit. Bibliorum Lutheri Stadensis A. 1690. excusæ, p. 35.*) audit ein berühmter Theologus und Philologus.

D. Joh. Henr. Majo (*in Examine Hist. Crit. N. T. Rich. Simonis, c. 26., p. 344.*) *Vir doctissimus, &, non sine ingenti reip. Lit. damno, præmatura morte nobis ereptus.*

D. Mich. Bernh. Valentino (*Diss. IX. Epistolica de nova Morbone & matricis muliebris Anatome p. 206.*) *Vir* πολυμαθέστατος.

Gerhardus de Vries (*in Or. Fun. in obitum Joh. Leusdenii p. m. 58.*) *Professoribus* eum *meritis atque fama celeberrimis*, Leusdenii amicis, annumeravit.

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Diss. de Cherubinis. Giessæ 1672. in 4.

Disp.

(1.) V. ejus *Exultationem de nato Bened. Alefeldii filiolo.* (2.) V. J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 611.* (3.) V. Henn. Wittenii *Diar. Biogr. Sec. XVII., T. I., ad A. 1687.*, ac *T. II. p. 143.*, & Jac. le Long *Biblioth. Sacram, P. II., p. 620. 621.* (4.) *in Tr. de Resurrect. mortuorum ex Judæorum sententia p. 6.*

Disp. Inaug. Theol. de Parallelismis S. Scripturæ. Giessæ 1678. in 4. Hanc commendarunt Joh. Diecmannus (1.) & Joh. Henr. Majus (2.)., & simul operis integri de locis S. Scripturæ Parallelis, in illa promissi, jacturam deplorarunt.

Disp. de Artibus liberalibus. Giessæ 1682. in 4.

Disp. de Synagogis Judæorum. Giessæ 1682. in 4.

Πενθαθλον Philologicum, seu Qvinarius Thematum Philologicorum (Resp. M. Abr. Calovio Jun., Witebergensi). Giessæ 1682. in 4.

Theses Rich. Simonis novæ Historiæ Criticæ V. T. oppositæ. Giessæ 1682. in 4.

Disp. an speranda sit insignis qvædam Judæorum conversio? ex Hos. III. 4. 5. (*Qvæstionis hujus amplectens affirmativam*). Giessæ 1683. in 4.

Grammatica Lingvæ Hebrææ brevis & succincta. Giessæ 1684. in 4.

Disp. de Philosophiæ Antediluvianæ existentia & propagatione, Resp. Nicol. Bergio, Magisterii Candidato. Giessæ 1684. in 4.

Disp. de Prophetia & Prophetis. Giessæ 1685. in 4.

Disp. de Conceptu & partu virgineo, ex Es. VII. 14. Giessæ 1685. in 4.

Disp. de Messia sedente ad dextram DEI, ad Ps. CX. 1. (Resp. Henr. Muhlio, Antistite postea Holsatico). Giessæ 1687. in 4.

Disp. de Ritibus precandi veterum Hebræorum. Giessæ in 4. (*V. Witt. T. I. D. B., ad A. 1687.*).

Disp. de Pace Ecclesiastica. Giessæ in 4. (*V. Witt. T. II. D. B. p. 143.*).

Disp. de tribus maxime controversis Qvæstionibus: 1. An אלהים pluralitatem personarum in divinis inferat? 2. de דודאים Gen. XXX. 14.; 3. de voce Κάμηλος Matth. XIX. 24. Giessæ in 4. (*V. Witt. l. c.*).

Propositiones Philologico-Philosophicæ. Giessæ in 4. (*V. Witt. l. c.*).

II. ALIENA.

Samuelis Bocharti Geographia sacra, Partibus duabus comprehensa, qvarum prima, qvæ de dispersione gentium & terrarum divisione agit, *Phaleg*, posterior, qvæ de coloniis & sermone Phœnicum tractat, *Canaan* inscribitur. Accesserunt in Editione hac secunda Clodiana, ejusdem Epistola de Ænea, & alia de Presbyteratu ac Episcopatu (*qvæ in prima Anni 1651. Cadomensi non comparent*). Francof. ad Mœnum 1674. in 4.

Sam. Bocharti Hierozoicon, seu Opus bipartitum de Animalibus S. Scripturæ, cum Indice septuplici; Revisum, & ab innumeris mendis, qvibus Editio Anni 1663. Londinensis scatebat, purgatum a Dav. Clodio. Francof. 1675. in fol.

Biblia V. T., Idiomate Avthentico, sive Hebræo, expressa, Versibus, Capitibus & Parschajoth, interstincta, Masoretarum Kri, Ktibh, &, qvæ sunt ejus generis, notis, instructa, Variantibus Lectionibus Orientalium & Occidentalium, Ben Ascher & Ben Naphtali. & qvæ præterea in Editionibus Plantini, Bombergi, Basileensi, Hispanica, Regia & Anglicana Polyglotta, deprehensæ fuerunt, adaucta, Latinisqve Summariis vel Lemmatibus illustrata. Francof. A. 1677. in 4. & 8. maj. Recognita denuo a D. Joh. Henr. Majo, Prof. Theol. Giessensi, ultimoqve revisa a Joh. Leusdenio, Prof. Trajectino, Francof. A. 1692. in 8. maj. Commendatur hæc Editio, Leusdeniana, qvam potissimum secuta est, longe emendatior, a R. Leone, Judæo Francofurtano, ejus correctore, in Elogio Hebraico, illi præmisso, & Aug. Pfeiffero (*accuratissimam & Hebraizantium studiis commodissimam* vocante) *in Critica Sacra, c. 2., p. 35.* Henr. Opitii, neglectum accuratioris accentuum collocationis in ea culpare soliti, Censuram, cum Canones de his Wasmuhtio-Opitiani Canonicam nondum obtinuerint autoritatem, pauci morabuntur. Majoris momenti est novissima Dan. Ern. Jablonskii, *in præf. Editionis suæ Bibl. Hebr.* hoc de eadem ferentis Judicium: *Qvamvis D. Clodius aliqvot Paroramatum centurias in Athiana feliciter correxerit, Bibliorum tamen Clodianorum Paroramata (qvibus secunda cumprimis Editio ad nauseam scatet) Athiana aliqvot millibus vincunt.* Conf. de illa Jac. le Long *P. I. Biblioth. Sacræ, c. 2., p. 119. 120.*

Ludovici de Dieu Grammatica Lingvarum Orientalium, Hebrææ, Chaldaicæ & Syriacæ, inter se collatarum, ab eo recensita. Francof. 1683. in 4.

D. Menonis Hannekenii, Superintend. Lubec., Grammatica Hebræa, a Clodio, cum Notis suis, in 4. edita, qvæ a Joh. Jac. Schudtio, *in Deliciis Hebræo-Philologicis p. 219.*, laudatur.

Jac. Golii Lexici Arabici *in fol.* editi curam eum tanqvam correctorem gessisse testatur Joh. Conr. Zeltnerus *in Centuria Correctorum Eruditorum. p. 45.*

INEDITA & PROMISSA.

Editio Librorum V. T. Apocryphorum, juxta Codices accuratissimos lingva Græca expressorum, Noviqve Testamenti Græci, locis Parallelis illustrati, ac Variis Lectionibus, Codicumqve in qvibus illæ sunt inventæ, indicio, instructi, promissa *in Catal. Nund. Lips. A. 1675. Autumn. p. 33.*

Concordantiæ Syriacæ Novi Testamenti, qvas expectari a se jussit *in Catal. Nund. Lips. A. 1671. Vern. p. 37.*, Wittenius autem (*T. I. D. B. ad A. 1687.*) Lipenius (*P. I. Bibl. Theol. p. 384.*) & Jac. le Long (*P. II. Biblioth. Sacræ, c. 15., p. 402.*), editas esse falso tradiderunt.

Versio Latina Commentarii R. Salomonis Ben Melech in Genesin. V. *Catal. eundem Nund. p. 37.*

Opus de Locis S. Scripturæ Parallelis, de qvo paulo ante jam est dictum.

Systema Theologicum MS., a Joh. Vagetio, Bremensi, *in Disp. de Secta Mennonitarum,* Præside D. Casp. Löschero Witebergæ A. 1688. habita, *p. 44.*, allegatum.

Disputationes de Gentium & lingvarum origine ac propagatione, qvarum notitiam Epistolæ Linerii cujusdam, Giessæ A. 1683. scriptæ, & Prolegomenis *Tomi II. Atlanticæ* Ol. Rudbeckii insertæ, debeo. Conf. de iis J. G. Eccardi *Hist. Stud. Etymol. L. Germ., c. 8., p. 83.*

Dissertationum Clodianarum editionem D. Joh. Balth. Rüdigerus, Theol. Giessæ in *præf. Protheoriæ theoriæ Theologicæ* D. Kil. Rudrausii, A. 1711. recusæ, a se jussit expectari. V. *Partem XI.* der gelehrten *Famæ p. 790.*

N. CLODIUS, Slesviga Cimber, Johannis Clodii, Hortulani aulici Gottorpiensis, filius, ob interiorem prudentiæ civilis scientiam a Cive clarissimo, Dethl. Cluvero, mihi commendatus, in Anglia, teste eodem, Anno 1688. fuit superstes, & scriptum de Ratione status Politicum edidit.

An diversus is sit a D. Klodio, Medico, circa A. 1656., Londinensi, Chymicoqve insigni, cujus mentio in D. Joh. Christ. Agricolæ ad Thom. Bartholinum Epistola (*Cent. II. Epp. Med. Bartholini, num. 71., p. 632.*) occurrit, alii dispiciant.

DETHLEVUS CLUVERUS, Slesvicensis, Petri filius, Johannis, Theologi Dithmarsiæ illustris, nepos, ac M. Theod. Niemanni, Basilicæ Slesvicensis Pastoris, privignus, perperam & a Pet. Ambr. Lehmanno (3.) *Daniel* est vocatus,

(1.) *l. c.* (2.) *in Introd. ad studium Philologicum, c. 6., p. 48., & in Exam. Hist. Crit. N. T. Rich. Simonis, c. 26., p. 344.* (3.) *in Hamburgo Anni 1698. Literato p. 5.*

vocatus, & a Chamberlainio, Societatis regiæ Anglicanæ recensente Collegas, Angliæ annumeratus indigenis (1.). Post absoluta studiorum in ludo patrio tyrocinia, Theologiæ, Literis elegantioribus, ac Philosophiæ, inprimis vero scientiis Mathematicis, in Academia Jenensi (in qva, ab A. 1663. ad 1666., Erhardum Weigelium harum habuit doctorem (2.)), atqve aliis, annos, successu felici, impendit complures, Magistriqve titulum Kilonii A. 1673., Brabevta D. Cæsone Grammio, Professore Physico, obtinuit. Iter deinde per provincias Europæ cultiores aggressus literariam, illarum, & Galliæ præsertim atqve Italiæ (in qva triennio, Romæ potissimum ac Venetiis commoratus, hæsit integro), Philosophis & Mathematicis, aliisqve Viris eruditis, familiariter innotuit, & reliqva etiam sublimioris eruditionis parandæ subsidia studiose conqvisivit. In Angliam delatus, Metropolin hujus, Urbem Londinensem, sedem fortunarum elegit, dotesqve ingenii sui eximias, & interiorem Matheseos ac Philosophiæ peritiam, ita omnibus approbavit, ut non jura solum indigenarum, sed & locum inter Societatis Regiæ Philosophicæ, cui A. 1678. adscriptus est, Collegas, impetraret. Scriptorum illic suorum, nova scientiis & Mathematicis, & Philosophicis ferme universis, incrementa pollicentium, molitus editionem, Typographiam hoc fine, in ædibus suis, Londini privatam sumptibus instruxit propriis, &, frustra adversantibus Theologis, ne Heterodoxa qvædam spargeret, veritis, potestatem ingenii sui monumenta, nulli cujusqvam censuræ subjicienda, pro lubitu publicandi, cum nihil in iis propositum iri, qvo præsens reip. Anglicanæ status turbari aut convelli posset, pollicitus tantum esset, a Jacobo II., Rege, haud difficulter obtinuit. His intentum laboribus, post annos duodecim in Anglia exactos, in Chersonesum patriam A. 1688. retraxerunt lites de matris (A. 1681. jam defunctæ) hæreditate ac testamento, qvas fratri (Scribæ publico Hatherslebiensi), Affiniqve, D. Nicolao Martini, JCto Kiloniensi, a qvibus aliqvot se Imperialium millibus putabat esse defraudatum, inauspicato moverat, & coram Judicio Gottorpiensi aulico præsens, ejus jussu, perseqvi cogebatur, intricatissimæ ac diuturnæ, ad Protodicasterium tandem Germaniæ Wetzflariense, provocatione ejus forensi, devolutæ. Qvibus, ultra decennium, qvo patria invitum detinuit, integrum, summo ipsius cum tædio, fructuqve nullo, protractis, cum partem reliqvarum facultatum maximam impendisset, & interea Typographiæ etiam, Supellectilis, Bibliothecæ & Scriptorum, qvæ Londini reliqverat, domo absentis, in turbis civilibus, ab adversariis dolose spoliata, passus esset jacturam (3.), tot infortuniorum pertæsus, in Civitatem tandem, Anno circiter 1698., se recepit Hamburgensem. In hac decennium vitæ ultimum, privatus, & pensis Philosophematum suorum hebdomadariis vernaculis, aliisqve scriptionibus, victum qværitans in otio qvidem literario, sed re satis tenui, exegit, & morte tandem subita, Anno 1708. exeunte, cœlebs decessit. (V. *Nova Lit. Germ., M. Feb. A. 1709., p. 104.* A. M. Andr. Charitio, *in Tr. de Viris eruditis Gedani ortis p. 26.*, A. 1709., Kal. Jan., Hamburgi obiisse perhibetur.) Eruditorum certe infelicium numerum auxit, qvi meliori sorte dignissimus erat, Vir ingenii acerrimi, & doctrinæ in plerisqve Polymathiæ partibus eximiæ, Physicorum & Mathematicorum ævi sui nemini facile secundus, &, in scientiis illis ab errorum inveteratorum fermento purgandis, novorumqve, qvæ partim in lucem protulit, partim vero expectari a se jussit, inventorum qvamplurimorum, inauditorum hactenus atqve admirandorum, imo captum humanum superare creditorum, ope instaurandis ac locupletandis, solertissimus. Vel sola Infiniti scientia, cujus, a se repertæ, notitiam generalem eruditis, magno cum eorum applausu, communicavit, si opera inchoata & promissa ei licuisset perficere, & demonstrationibus, qvas jactabat, certissimis complurium, &, hos inter, Mathematicorum etiam insignium, incredulitati subvenire, omnium admirationem merito provocasset, & locum ei inter Philosophorum principes parasset haud infimum. Hujus enim beneficio se difficillimum de Qvadratura Circuli Problema certis astricturum & demonstraturum esse legibus, stellarum in cœlo Genesin a priori deducturum, ex data linea mundum divinæ menti ἀνάλογον constructurum, omnes transpositiones, generationes ac conjugationes rerum, qvæ per naturam fieri possunt, universali cuidam Ideæ Geometricæ inclusurum, &, per novam, deniqve, qvandam infinitorum similium seriem, divinam spatii Synthesin atqve Analysin, sive veram cujuslibet spatii magnitudinem, hactenus nondum exploratam, exhibiturum, istoqve invento accuratiori universæ Geometriæ instaurationi viam straturum, publice professus est & pollicitus. Taceo alia, qvæ ab eadem expectari jussit, admiratione omnium dignissima, non privatim solum doctissimis Europæ Mathematicis, sed publice etiam toti orbi erudito, A. 1692., in Fragmento *Philosophiæ divinæ* vernaculo, A. 1698. in *Schediasmate de nova infinitorum scientia Geometrico, Novis Septentrionis Literariis Lubecensibus* inserto (4.), ac A. 1701. *Tomo II. novæ temporum Criseos* (5.), fuse exposita. Cum qvibus ipsius Schediasmatis Societatis Philosophicæ Anglicanæ Relatio, qva scientiæ hujus infiniti, a Collega suo inventæ, primum eruditis fecit indicium, peculiaris, Oxoniæ, teste Pet. Bælio (6.), excusa, Lipsiensium duo de eadem Monita, *in Actis Eruditorum A. 1686. & 1687.* (7.) publicata, & descriptionem prolixiorem, a Cluvero jam transmissam, simul, sed incassum, pollicita (8.), simileqve Lubecensium, A. 1698. evulgatum (9.), Cluveri etiam Vitæ, Scriptorumqve & inventorum reliqvorum, σκιαγραφίαν exhibens, merentur conferri.

ELOGIA.

Lubecensibus (*l. c., M. Jul. A. 1698., p. 123.*) *Vir audit, qvi, peragratis præcipuis Europæ regionibus, sublimioris Philosophiæ inqvisitioni jam a multis vacavit annis, & a qvo amplissima novitatum seges, in omni disciplinarum genere, est expectanda.*

Ludovico Compeigne de Veil, Tractatus Mosis Maimonidis *de consecratione Calendarum, & ratione intercalandi*, cum versione sua & Notis Londini A. 1683. *in 4.* excusi (ad cujus numeros corrigendos se freqventer nostrum consuluisse fatetur), Editori, in *Præfat.* illius, *Vir in Astronomia excellentissimus* (*V. Acta Erud. Lips., M. Jan. A. 1684., p. 13. 14.*)

Georg. Ern. Stahlio (*in Præf. Physicæ subterraneæ Joh. Joach. Becheri*) *Vir doctissimus.*

Val. Ern. Löschero (in den Unschuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. VIII. A. 1703., p. 462. 463.*) *Clarissimus Holsatorum Mathematicus, Virqve eruditissimus, solertissimus, & inter exteros etiam celeberrimus.*

Joh. Lud. Hannemanno (*in Agricola, seu Diss. de Metallis p. 25. 26.*) *nostræ ætatis Mathematicorum princeps.*

M. Bernh. Pet. Karlius (*in Diss. de Germania literis artibusqve nulli regioni secunda, p. 26.*) eum, ob *profunda in Geometricis inventa, & profundissima inprimis, circa circuli qvadraturam, nova plane methodo demonstrandam, cogitata, summa peritissimorum Mathematicorum admiratione & applausu excepta*, celebrat.

CENSURÆ.

Lipsienses (*in Actis Erud., M. Oct. A. 1687., p. 586.*) ita de illo: *Ex eorum videtur esse numero, qvi non tam aliis, qvam sibi, philosophantur.*

Bernh.

(1.) *in Notitia Angliæ, P. II., p. 1147. Ed. Germ.* (2.) V. *T. I. Novæ Criseos temporum, n. 4., p. 30.* (3.) V. *Novæ temporum Criseos Tomum II., sive Annum 1701., Semestri II., num. 22., p. 170.* (4.) *M. Sept. A. 1698., p. 165-171., & M. Oct. p. 188-195.* (5.) *Semestri I., num. 1-9., p. 1-72., & Semestri II., n. 5., p. 38. 39. 40., inque Appendice ejusdem peculiari, p. 209-212.* (6.) *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Dec. A. 1685., p. 1350.* (7.) *M. Jul. A. 1686., p. 369. 370. 371.; & M. Oct. A. 1687., p. 585-588.* (8.) *l. c., M. Oct. A. 1687., p. 580.* (9.) *in Novis Lit. Septentrionis, M. Jul. A. 1698., p. 117-124.*

Bernh. Niewentydt, Mathematicus Bataviæ, *in Analysi infinitorum*, A. 1694. edita, *Monito* Lipsiensium de Cluveriana Infiniti scientia, ad Geometras, posteriori, *in Actis Erud. M. Oct. A. 1687.* publicato, nonnulla opposuit, qvibus a Cluvero, *in Novæ temporum Criseos Tomo II., sive Anno 1701., P. I., num. 5., p. 36. 37. & seqq.*, est responsum.

Jac. Hermannus, Basileensis, Med. D., *in Responsione ad Bernh. Niewentydt Considerationes secundas circa calculi differentialis principia*, Basileæ A. 1700. publicata, *cap. 6.*, Jac. Bernoullii, Acad. Basil. Mathematici, de Cluveri qvadratura Parabolæ, per infinita similia, Epicrisin, ex illius ad hunc Epistola, exhibuit, ac ipse simul Cluverianam qvadrandi spatia curvilinea methodum perstrinxit. V. *Acta Erud. Lips., M. Jan. A. 1701., p. 29.* Huic etiam Hermanno, sive ipsi, qvem sub larva ejus delitescere credit, Bernoullio (qvi, in Epistolis ad se A. 1695. & 1697. Gallice exaratis, Monita de scientia sua infiniti Lipsiensia ænigmata vocarat & mysteria sibi incomprehensibilia) complura Noster, peculiarem qvoqve scripti ejus pollicitus refutationem, reposuit, tum *in Tomi Criseos temporum II. Semestri I., num. 8., p. 63. 64., & Semestri II., n. 5., p. 38. 39. 40., tum in Appendice ejusdem singulari, p. 209-212.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Tabulæ Astronomicæ in R. Mosis Maimonidis Librum de consecratione Calendarum & ratione intercalandi, Ludovici Compeigne de Veil Editioni hujus Hebræo-Latinæ, Londini A. 1683. *in 4.* excusæ, ἀνωνύμως additæ, qvas ipsemet sibi, *in Novæ temporum Criseos Tomo II., sive Anno 1701., P. I., n. 22., p. 176.*, vindicavit, & *Pandectis Astronomicis ἀνεκδότοις*, Appendicis instar, denuo adjungere voluit.

Fragmenta duarum, qvas ad Joh. Hevelium A. 1679. & 1680. scripsit, Epistolarum, a Joh. Er. Olhoffio, Secretario Gedanensi, *in Excerptis Literarum ad Hevelium* (Dantisci A. 1683. *in 4.* publicatis), *num. 162. & 180.*, exhibita.

Schediasma Geometricum de nova Infinitorum scientia, qvo (sepositis tam Veterum, qvam recentiorum, heterogeneis atqve erroneis Methodis) genuina & maxime universalis de comprehensione spatii doctrina, atqve exactissima dimetiendi figuras curvilineas ratio, clarissime exponitur; *Novis Septentrionis Literariis Lubecensibus, M. Sept. A. 1698., p. 165-171., & M. Oct. p. 188-195.*, insertum.

Schediasma de arte Mnemonica, in laudem Collegii Mnemonici M. Joh. Henr. Döbelii scriptum, qvod *in Novis Literariis Germanicis Hamburgensibus, M. Oct. A. 1705., p. 304-309.*, legitur.

Observatio de conjunctione Solis & Mercurii, d. 5. Maji A. 1707. visa, in iisdem *Nov. Lit. Germ., M. Jun. A. 1707., p. 216.*, obvia.

II. GERMANICA.

Philosophia divina; oder außführlicher Bericht von den neuen Erfindungen und demonstrationibus, mensuram infiniti betreffend, und wie dadurch alle natürliche Wissenschaften, von Irrthümern und Mängeln gesäubert, zu einem höheren grade der Vollkommenheit können gebracht werden. Hamburgi A. 1692. in 4. Scriptum, qvo scientiarum complurium, inprimis Mathematicarum, errores emendare constituerat, imperfectum, cujusqve decem tantum plagulæ priores sunt excusæ. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1698., p. 120. 121.* Recusa est Lipsiæ A. 1712. in 4. cum præfat. A. Eudoxi.

Cœlum Cæsaris; oder kurtze Erklärung der Himmelsfigur, wie auch Benennung der Sterne, Linien und Circkeln, so auf der, durch ihn inventirten und publicirten, Geburts-medaille Keysers Leopoldi befindlich sind; editum (sub literis nominis initialibus D. C.) Hamburgi 1698. in fol. Recensum ejus, cum Ectypo Nummi ipsius, qvem illustrat, Genethliaci Leopoldini, V. *in Novis Lit. Lubec., M. Jul. A. 1698., p. 117-124.*

Geologia, sive Philosophemata de genesi ac structura globi terreni; oder natürliche Wissenschaft von Erschaffung und Bereitung der Erdkugel, wie nemblich, nach Mosis, und der ältisten Philosophen, Berichte, auß dem Chao, durch Mechanische Gesetze der Bewegungen, die Erde sey herfürgebracht worden; da insonderheit die neueste Theorie und Lehre, betreffend die Vereinigung der H. Schrift mit der Vernunft, die Erschaffung der Welt in Zeit von sechs Jahren, den Aufgang der Sonnen im Westen, die Erregung der Sündfluht, wie auch die Verbrennung der Erden durch einen Cometen, nebst vielen andern Paradoxis und ungemeinen Sachen, auß den besten Englischen Autoribus (Wilh. Whiston, Rich. Bentley, W. Nicols, Thom. Burnet, Woodward, Js. Neuton, &c.) fürgestellet, und zur ferneren Censur den Curiosis aufgegeben wird. Hamburgi 1700. in 4. Recensum hujus Operis (cujus Continuatio ulterior, censuram Philosophematum Anglicorum, in illo propositorum, exhibitura, in *præfatione* promittitur) V. *in Novis Lit. Lubec., M. Majo A. 1700., p. 155. 156.*, & Autoris ipsius *Novæ temporum Criseos Tomo I., sive A. 1700., num. 23., p. 181-184.* Censores Paradoxa ejus (de historia creationis Mosaica principiis congrua Philosophicis, de Chao, sphæra vaporum Cometicorum, terram solam, non autem corpora cœlestia, complexo, de Chao & corporibus cœlestibus ante creationis sextiduum conditis, de Chao e Cometa in Planetam mutato, de Hexaemero creationis per sex annos explicando, de Sole Planetisqve ante lapsum versus occidentem ortis, de terra duplici, de Cometa diluvium causato mundiqve interitum olim causaturo, &c.) repeterunt: I. Zachar. Grapium Jun., Prof. Rostochiensem, *Disput. Philosophicæ, placita qvædam Geologiæ examinantis*, qvæ Rostochii A. 1700. *in 4.* prodiit, Autorem, cui, Atheismi, Chiliasmi & Fanaticismi suspicione se oneranti, Cluverus, Physicæ, Matheseos & Mechanicæ, imperitiam illi vicissim exprobrans, seqve, in *Geologia* Anglorum novas opiniones Historice tantum recensuisse, non vero defendisse, inculcans, *in novæ temporum Criseos Tomo I., sive A. 1700., num. 55., p. 435-440., ac T. II., Semestri II., n. 5., p. 39.* (ubi se actionem adversus illum forensem jam instituisse, testatur), satis vehementer & Scoptice respondit; II. Christ. Franc. Paulinum, Med. Isenacensem, *Parte II.* der Philosophischen Lustſtunden, Francof. A. 1707. publicata, *num. 1-9., p. 1-30.*, sigillatim eadem examinantem, & (*p. 1. 2.*) Chiliastica, Phantastica, absurda, hæretica & fanatica, esse judicantem; III. Nic. Hier. Gundlingium, Prof. Halensem, *in Otiis, Sect. I., c. 4., p. 195-198.*, solum de Cometa diluvium causato commentum explodentem.

Nova Crisis temporum, oder curiöser Philosophischer Zeitvertreiber, worinn die merckwürdige und schwereste Sachen, so in der Weltweißheit zu ergründen stehen, auf eine leichte und verständliche Art erkläret zu finden sind; insonderheit was die Natur und Kunst, und deren grosse Geheimnisse, betrifft, so wol in der Physick und natürlichen Magie, als den Mathematischen Wissenschaften. Wobey verschiedene Anmerckungen über neue Bücher von dergleichen Materien hinbeygefüget sind. Wochentlich bogenweise außgegeben. Der erste Jahrgang des Jahres 1700. Hamburgi 1700. in 4. Scripti hujus ἀνωνύμου initium, ac XIII. qvaterniones priores ferme integri, exceptis pauculis, qvæ a Cluvero adjecta sunt, Mathematicis, Barth. Joh. Ottonem Hannemannum, Kiloniensem, Med. D., Autorem agnoscunt. In qvibus cum fabulosa & ridicula complura a nonnullis obelo essent notata, non solum a Cluvero, in locum istius a Bibliopola subrogato, XLIII. qvaterniones seqventes, maximam operis partem absolventes, sunt elaborati, sed & VI. primi, titulis solis retentis, sub anni finem, immutati, suæqve de iisdem argumentis commentationes in Hannemannianarum locum substitutæ. Septem his proximorum, nullam passorum mutationem, Meletemata Cluverus pro suis non agnovit, sed Hannemanno defendenda reliqvit. V. ejus monita, Indici hujus Tomi præfixa & suffixa.

Eben desselben anderer Jahrgang des Jahrs 1701. Hamb. 1702. in 4. Tomo huic Secundo (cujus præfationi subjectæ literæ D. C. Autorem detegunt) Titulus novus des curiösen Philosophischen Welt-Mercurii est præfixus, opusque sub isto, nisi fallor, deinde etiam aliqvamdiu continuatum. E Censoribus ejus mihi innotuerunt: I. Franc. Klingius, J. U. D. &, ex Consule Witebergensi, Legatus in aula Brandeburgica Megapolitanus, im richtigen Wegweiser zu der einzigen Wahrheit in Erforschung der verborgenen Heimlichkeiten der Natur, libello Chymico, Berolini A. 1701. edito, loca qvædam Chymica *Tom. I.* impugnare, & Autorem simul Atheismi temere incusare, ausus, sed ab illo vicissim, *Tomo II.*, *Semestri I. num. 17.*, *p. 134. 135. 136.*, *& Semestri II.*, *n. 25.*, *p. 200.* (ubi peculiaris etiam adversus eum promittitur Apologia), refutatus. Reposita est Cluvero Franc. Cl ngii Antwort an Theod. Candidum, wegen D. Clüvers fameuser Charteqve wieder den Wegweiser zur Wahrheit, Berolini A. 1701. *in 8.* II. D. Val. Ern. Löscherus, in den Unschuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. VIII. A. 1703.*, *p. 462-465.*, in monito peculiari, Opus hoc Cluverianum, ob Autoris qvidem ingenii acumen, doctrinam, diligentiam & zelum contra Atheos, Naturalistas atqve Fanaticos, commendans, sed nimium simul studium Philosophiæ de proportionibus & rationibus qvantorum, a materia abstractis, Pythagoricæ, opiniones de mundo Spirituum mundum visibilem animante, commercioqve cum Spiritibus istis instituendo (*T. I. p. 146. 147.*), Hypothesin de creatione mundi Whistonianæ conformem, Cantici Canticorum, & aliorum S. Codicis locorum, ad Chymiam applicationem, & qvæ de remediis mortem prorsus avertentibus (*T. I. p. 60.*), ac religione Christiana per Antichristum ad internecionem ferme redigenda (*T. II. p. 181.*), traduntur, virgula notans censoria.

Acta Juridica Vernacula Processus (*de qvo in Vita Autoris jam dictum est*) contra Fratrem & Affinem forensis diuturni, *in fol.*, incertum qvo anno, edita. An integra prodierint, ignoro, cum tres tantum priores plagulas, a Cluvero, cum imprimerentur, sine titulo ullo mihi transmissas, inter chartas meas invenerim.

Aureum Vellus, oder gülden Schatz und Kunstkammer Chymischer Tractätlein Salomonis Trismosini (Theophrasti Paracelsi Præceptoris), und anderer Scribenten; vormahls gedruckt, theils zu Rohrschach am Bodensee A. 1598., theils zu Basel A. 1604., in V. Theilen: Jetzt wieder aufgelegt, und in ein Volumen gebracht. Mit einer Vorrede Dethl. Cluveri. Hamb. 1708. in 4. Cluveri Præfatio, qvinam processus Chymici, in volumine hoc (de qvo *Nova Lit. Germ.*, *M. Febr. A. 1709.*, *p. 104.*, consulenda) descripti, aliis præferri mereantur, indicat.

INEDITA & PROMISSA.

Pandectæ Astronomicæ, sive Ephemerides CXX. annorum cœlestes, nova geminaqve specie ex solis ac terræ centro designatæ, ac Tomis III. comprehensæ; qvibus, ab Anno MDCLXXXI., ad finem usqve Seculi XVIII., Stellarum in cœlo progressus diurni, & naturalia ad Solarem & terrestrem zodiacum loca, tum variæ earum distantiæ & harmoniæ, revolutiones, stationes, Syzygiæ Eclipticæ, Parallaxes, Phases, & qvæ sunt alia definita mundi siderei Phænomena, prompte, atqve unico velut intuitu, in numerato habentur; calculo ad meridianum Uraniburgicum, qvi mediam fere Europam transit, stabilito. Cujus fundamenta, & totius Astronomiæ principia, qvo clarius innotescant, de necessario & permagno scientiarum, Observationum atqve Hypothesium, Apparatu, qvo Philosophiæ Uranicæ Syntagma amat perfici, generatim primum disseritur. Variis deinde exploratis indaginum viis, qvibus motuum cœlestium regulæ, Orbiumqve inclinationes, Eccentricitates & magnitudines, determinandæ sunt, ea imprimis explicantur Problemata, qvæ Theoriam Planetarum Eclipticam, in Tabulis Rudolphinis expressam, atqve harum Ephemeridum Logisticam, cœlo qvam proxime reddunt consonam. Adducta demum universæ computationis demonstratione Algebraica, ac Canonica per Trigonometriam Synthesi. Qvam operis firmitatem ne temporis adscripti excessus, velut effœtam, tandem destituat, ostenditur insuper, qvomodo, per orbis Cyclici procursum perpetuum, hujus Diarii mundani ambitus non tantum CXX., sed multa annorum millia, suis expleat numeris, ita ut constanter qvibusvis seculis (elapsis & venturis) astrorum situm facillima Analogia referre possit. Hanc ratiociniorum amplitudinem, cœli Pandectis debitam, promovent itidem ipsis subinde annexa specimina Ephemeridum Ecstaticarum, qvibus, ultra solis & terræ limites, ex reliqvis etiam stellarum globis, mundi structuram admirari licet. Qvandoqvidem vero de usu siderum cœlestium potissima est mortalium cura, hinc documentis evidentissimis summa eorum in omni vitæ genere beneficia declarantur, ac præsertim illa, qvæ rerum futurarum πρόγνωσιν expediunt, rejectis atqve eliminatis vulgaris Astromantiæ Judiciis, qvæ pravitatis humanæ incitamenta, atqve omnis mali primordia, divinis eorum radiis foveri improbe contendunt, exposito vero contra atqve asserto, qvod penes stellas est, mundi regimine. [Operis hujus, qvod, in *Catal.* etiam *Nund. Lips. A. 1682. Vern. p. 54.*, titulo abbreviato, promissum, M. Bernh. Pet. Karlius, *in Diss. supra cit. p. 20.*, Andr. Argoli Ephemeridibus longe fore perfectius merito judicavit, sed 200. annis satisfacturum esse falso credidit, Tomus I., Anno jam 1680., in fol. Londini, typis Antonii Godbid & Johannis Plagford, cœptus erat excudi. Verum labor hic, lentius justo aliqvamdiu continuatus, Tabulis Motuum & doctrina præliminari jam impressis, Autoris in patriam discessu A. 1688. est sufflaminatus, ac tandem, ædibus absentis Londini spoliatis, ita interruptus, ut postea, nihil se certi de publicatione posse polliceri, nisi Magistratus Londinensis æqvitate res ablatæ ex orco reducerentur, *in Novis Lit. Lub.*, *M. Jul. A. 1698.*, *p. 121.*, haud dissimulaverit.]

Liber de Infiniti Scientia, *in Actis Erud. Lips.*, *M. Jul. A. 1686.*, *p. 369.*, *& Novis Lit. Lubec.*, *M. Sept. A. 1698.*, *p. 166.*, ab eo promissus. De invento scientiæ hujus fuse supra disserui. Addam nunc solum Pet. Bælii de illa judicium, *in Novellis Reip. Lit.*, *M. Dec. A. 1685.*, *p. 1349. 1350.*, obvium: *La nouvelle science de l' infini inventée & demontrée par Mr. Clüver, de la Societé Royale d' Angleterre. C' est une maniere admirable de construire des Idées pour comprendre l' infini. Les plus grands mysteres de la nature, & les plus difficiles Problemes de Mathematiqves, comme la qvadrature du cercle, & la dimension de toutes sortes de lignes & de figures courbes, tirent leur perfection de cette Methode. La Societé Royale en fait imprimer la Relation à Oxford: nous en parlerons un jour. Il faudra dire desormais, qve rien n' est impossible à l' esprit de l' homme, puis qv' il se rend maitre de l' infini, & qv' il peut determiner ce qui est sans bornes. Nihil mortalibus arduum est: cœlum ipsum petimus industria.*

Philosophia divina novis intelligentiis conspicua, in qva ex unica Propositione: *Est DEus;* omnia naturæ Phænomena deducentur, omnes figuræ Mathematicæ demonstrabuntur, rerumqve omnium compositio ac resolutio ostendetur; Liber mole qvidem exiguus, sed pondere rerum magnus, qvem in Batavia propediem editum iri, Autor per literas, Kal. Sept. A. 1690, mihi significavit, in *Novis* autem *Lit. Lub.*, *M. Jul. A. 1698.*, *p. 119.*, sub titulo *Novi Systematis divinæ mundi Geneseos, in qvo Intelligentiæ formatrices Universi in XII. classes sint reductæ*, denuo videtur esse *pollicitus.*

Chronometria nova, de emendatione temporis & Calendarii, A. 1700., *T. I. novæ temporum Criseos*, *n. 4.*, *p. 30.*, promissa.

Sylloge ἀνέκδοτος, qvam ipsemet mihi monstravit, Epistolarum suarum ac D. Matthiæ Wasmuhti, Theologi Kiloniensis,

niensis de dubiis Operi hujus Chronologico a se oppositis, mutuarum, qvarum Excerpta nonnulla, sed mutila & manca, mentemqve suam plane non exprimentia, nec proinde pro suis habenda, Wasmuhtum A. 1684. *Sciagraphiæ Annalium cœlestium* inseruisse ac refutasse conqverebatur, ac scripto simul brevi se totius Chronologiæ Wasmuhtianæ fundamenta esse eversurum minabatur.

Schediasmata varia de novis suis in Algebra & Geometria inventis, machinis Opticis, qvæ cominus & eminus insensibilia sunt, αἰσθητὰ reddentibus, natura & legibus refractionum, correctionibus Staticis & Musicis, argumentisqve nauticis & Geographicis, de qvibus V. *Nova Lit. Lub.*, *M. Jul. A. 1698*, *p. 123*.

Apologia adversus Jac. Hermannum, de qva supra inter Censuras dicta relegantur.

Gloria vel Perfectio seculi venturi, oder Abbildung der Dinge, so, in allen Wissenschaften, insonderheit den Mathematischen und der Chymie, künftig werden ans Licht gebracht werden. V. de illa *T. I. novæ temporum Criseos*, *n. 11.*, *p. 82.*, & *Catal. Nund. Lips. A. 1703. Autumn. p. 46.*

Himmelsbuch oder Sternenrolle, Volumen Astronomicum, in qvo unico intuitu, absqve molestia calculi, loca Solis & Lunæ, Planetarum ac stellarum fixarum, ad qvodvis tempus, promte inveniri poterunt, novæqve plane Hypotheses motuum cœlestium (abrogatis tot Eccentricis, Æqvantibus & Circellis Anomalisticis, imo ipsis Ellipsibus Keplerianis reformatis), per lineas curvas Mesographicas, mundi genitrices dictas, proferentur, Astronomiæqve cum Astrologia (itidem reformata & a superstitionibus Astromanticis repurgata) connubium, hactenus divulsum, redintegrabitur. V. *Nova Lit. Lub.* (fusius illud Autoris verbis delineantia), *M. Jul. A. 1698.*, *p. 121. 122. 123.*

Orbis Imperialis, oder die Erdkugel, mit denen darauf befindlichen Oertern, und deren wahrhaften, nach den Regeln der Geometrie ietzund erstlich abgezeichneten, distancen, (so, ohne weitläuftiges Messen, ex sola inspectione werden wahrzunehmen seyn), in 2. grossen Karten, deren iede zum wenigsten 7. oder 8. Fuß hoch ist, vorgestellet. V. *T. I. novæ Criseos temporum*, *n. 31.*, *p. 248*. Mensura infiniti Cyclici, Keyser Leopoldo dediciret, und durch etliche 100. Propositiones erläutert. V. *T. II. ejusd. Criseos*, *n. 1.*, *p. 8.*

Nova principia Magiæ Opticæ, oder künstliche Verfassungen der Liechtstralen, wie dieselbe, auf eine neue sonderliche Art, dahin zu bringen und zu vereinigen sind, daß man so wol die Wunderdinge, so oben am Himmel in den Sternen, als hierunten auf Erden, in den herumbstehenden Körpern, anzutreffen, sichtbahrlich könne darstellen. V. *Catal. Nund. Lips. A. 1703. Autumn. p. 46.*

Geologiæ Continuatio Germanica, de qva ipsius *Geologiæ* relegatur historia. Apologie vor seine novam Crisin temporum, wieder Franc. Clingium, de qva itidem in *Criseos* recensu jam est dictum.

Nummi Genethliaci, Regum, Electorum & Principum qvorundam, Themata Genethliaca cœlestia, metallo insculpta, exhibituri, & Schediasmatis peculiaribus, eadem, qva in *Cœlo Cæsaris* id factum est, methodo, illustrandi, qvos in eodem *Cœlo Cæsaris* est pollicitus. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Jul. A. 1698.*, *p. 118.*

Novum Systema Artis Rabulisticæ, cujus editionem A. Eudoxus, *in præfat.* editionis secundæ Lipsiensis *Philosophiæ* illius *divinæ*, A. 1712. publicatæ, sperari jussit. V. *Partem XXI.* der gelehrten *Famæ p. 677.*

JOHANNES CLUVERUS, Crempa Stormarsorum, d. 16. Febr. A. 1593., patre Michaele, Sartore, matre vero Margareta Meitzendorfia, natus, Ordinis Philosophici Rostochiensis, ab A. 1613., Adjunctus, Scholæ patriæ, ab A. 1614., Rector, & paulo post Diaconus, eodem Anno, in Dithmarsia Meldorpiensis, Pastor, ab A. 1621., in Dithmarsorum itidem provincia Marnensis, Theol. Professor & Antistes, ab A. 1623., in Zeelandia Danica Soranus, Dithmarsiæqve tandem regiæ, ab A. 1630., Superintendens, Parochusqve simul Meldorpiensis, Theologus pariter atqve Historicus πολλῶν ἄλλων ἀντάξιος, Doctoris titulo ab Ordine Acad. Hafniensis Theologico A. 1626. ornatus, & Meldorpii, d. 25. Dec. A. C. 1633., ætatisqve 41., morte immatura extinctus. Pleniorem Vitæ ejus, meritorum in literas, ac scriptorum, Historiam Tomo reservamus operis nostri ultimo, ac consuli interea de illis jubemus Nicol. Bullenii, Diaconi Meldorpiensis, Sermonem vernaculum in exeqviis ejus, e Zach. XIII. 7., habitum, Glückstadiiqve A. 1635. *in 4.* excusum, M. Mich. Cluveri, filii, Præfationem *Diluculo* ejus *Apocalyptico* A. 1647. præfixam, Theoph. Spizelii *Templum honoris Theologorum reseratum, Imag. 16.*, Henn. Wittenii *Dec. III. Memor. Theol. renov. p. 356-360.*, Pauli Freheri *Theatrum Erud p. 454. 455.*, Casp. Sagittarii *Introd. in Hist. Eccl.*, *c. 12.*, *§. 19.*, *p. 167. 168. 169.*, Joh. Franc. Buddæi *T. I. Lexici Historici p. 683.*, Albertiqve Bartholini *Lib. de Scriptis Danorum p. 69.*, & nostra *ad illum Hypomnemata p. 264. 265.*

M. MICHAEL CLUVERUS, Meldorpio Dithmarsus, Johannis, modo laudati, ex Anna Roggia, conjuge, filius, studiis, qvibus Parens eum consecraverat, post hujus obitum desertis, castra, uti a Dethl. Cluvero, V. C., fratris ejus filio, accepi, aliqvamdiu est secutus, & contra Svecos militavit. Captus vero ab his, & per menses aliqvot duriter habitus, cum libertatem recuperasset, Theologiæ denuo in Acad. Regiomontana se consecravit, &, in Dithmarsiam redux Australem, Parochiæ ruralis Süderhardstedensis Pastoratum obtinuit. Vixit A. 1653.

E scriptis Parentis lucem, eo curante, viderunt:

Computus Chronologicus, Regiomonti 1642. in 4.

Harmonia Evangelistarum, Regiom. 1642. in 4.

Orthotomia Apostolica, Rostochii 1643. in 4.

Diluculum Apocalypticum, seu Comm. in Apocalypsin posthumus (cui Epistolam ad Christ. IV., Regem Daniæ, & Præfationem de vita ac scriptis Parentis, præfixit), Stralsundiæ 1647. in fol.

Tuba Sionis Evangelica, seu Expositio Periocharum Evangelicarum, Lubecæ 1647. in 4.

[In Catalogo qvodam præterea memoratur Michaelis & Nicolai Cluverorum Relation, was Joh. Pistorius und Johann Adolf Becker, beyde Bürgermeistere in Sleswig, an Seel. Peter Clüvers todtem Körper bewiesen, A. 1653 *in 4.* edita.]

GEORGIUS COCIUS, Flensburgensis, Medicinæ Cultor, & Scholæ Slesvicensis, circa A. 1605., Conrector.

Disp. Medica de Signis in genere, & in specie insalubribus Diagnosticis, Præside D. Duncano Liddelio. Helmstadii 1598. in 4.

Carmina in obitum Annæ, D. Nicol. Jungii, Cancellarii Holsatici, conjugis. Slesvigæ 1605. in 4.

DAVID COHEN de LARA, magnæ inter Judæos existimationis Rabbinus, Hamburgi primam, patre natus Isaaco, Mercatore, M. Sept. A. 1625. defuncto, lucem, Seculo XVII. ineunte, aspexit, ortu autem, qvod e Scriptoribus Hebræis, Lusitanico ab eo donatis Idiomate, Nicol. Antonium (1.) collegisse etiam video, vel Hispanus fuit, vel Lusitanus. Philologiæ, naturæ instinctu, amantissimus, præter gentis suæ Theologiam ac lingvam, variasqve hujus Dialectos, & cæteras eruditionis Rabbinicæ partes, a Synagogæ patriæ haustas doctoribus, Lingvas etiam gentium, tum Orientalium, tum Occidentalium & Christianarum, plerasqve cæteras, raro inter suos exemplo, perqvam familiares

(1.) *T. II. Biblioth. Hispan. p. 310.*

res ſibi reddidit, & πολυγλωσσίας hujus inſignia in ſcriptis ſuis documenta orbi dedit erudito. Synagogæ patriæ anno jam 1627. (1.), vix qvinqve vitæ ſuæ luſtris exactis, fuit Antiſtes, &, cum valde eſſet φιλόπονος, horas ſubciſivas partim librorum ſcriptioni, partim juvenum, non Hebræorum tantum, ſed & Chriſtianorum (e qvibus, ut alios taceam, Chriſtoph. Schraderus, Rhetor Acad. Juliæ inclytus, & Esdras Edzardus, civis eximius, Præceptorem eum ſunt venerati), fideli ad interiora Thalmudis ac Rabbinicæ doctrinæ adyta manuductioni, ſucceſſu impendit feliciſſimo. Synagogæ Hamburgenſi diu admodum, ad illud usqve tempus, præfuit, qvo rumores de Pſevdo-Meſſia, Sabathai Zevi, Conſtantinopoli ad Judæos delati Europæos, multos illorum, & Hamburgenſium etiam qvosdam haud infimos, abitum jam parantes, in ſpem novi regni, Palæſtinæqve recuperandæ, adducebant irritam. Qvorum vanam credulitatem cum Noſter (uti ab Ott. Sperlingio, V. C., ſum edoctus) in publico cordate objurgaſſet congreſſu, veriqve Meſſiæ characteres in impoſtore illo non apparere demonſtraſſet, tantam Apellarum incurrit indignationem, ut ſenem optime de ſe meritum Synagoga ejicere, & ab officio deturbare, non ſint veriti. Injuria hac affectus Hamburgo Amſtelodamum ſeceſſit, &, complures illic commoratus annos, in patriam natu grandior tandem rediit, & d. 10. Oct. A. C. 1674., ac æt. 72., ſicut a Caſtrio, Hebræo urbis Hamburg. incola, accepi, expiravit. Moribundus, & de veritate religionis avitæ dubius, Esdram Edzardum, diſcipulum veterem, juſſit acceſſi, & cum illo, ſibi aſſidente, ſermones hujus argumenti miſcuit. Qvod ubi Judæis eſt nunciatum, 30. ex præcipuis, tanti gentis ſuæ Doctoris veriti Apoſtaſiam, ad decumbentem ſe contulerunt, & diſputationem pro religione ſua amicam, ut ejus ab hac defectionem impedirent, cum Edzardo ſunt exorſi. A qvo nonnullis, Chriſtum veteri convitio תלוי, ſive ſuſpenſum, appellantibus, omnem generis humani ſalutem ex iſto pendere ſuſpendio, animoſe eſt reſponſum. (Confer de hoc Colloqvio, cujus Edzardus ipſe mihi expoſuit hiſtoriam, Eberh. Anckelmanni *Orat. auſpicalem*, G. H. Götzii *Philologorum Hebræorum* inſertam *Elogiis, p. 100. 101.*, Joh. Jac. Schudtii *Compendium Hiſtoriæ Judaicæ p. 564.*, Joh. Chriſtoph. Wolfii, hunc allegantis, noſtrumqve pertinaciæ accuſantis, Hiſtoriam *Lexicorum Hebræorum p. 70. 71.*, & ejusdem Schudtii *Partem II.* der Jüdiſchen Merckwürdigkeiten, *Lib. VI., c. 29., p. 128.*) Nondum finita hac collatione, ſenex doctiſſimus, & præcipuis hujus ſeculi in literatura Orientali Philologis, gentisqve ſuæ luminibus, accenſendus, dum illi auſcultat, placide expiravit, incertum relinqvens, cuinam religioni ſit immortuus. Lapidi ejus ſepulchrali, in cœmiterio Judæorum Altonavienſi, verba hæc paucula ſunt inſculpta: *Do Illuſtrisſimo e docto Haham, Rabbi David Coen de Lara, faleceo A. 5435.* (i. e. 1674. Æræ Chr.)

Confer de illo, præter jam allegatos, Menaſſis Ben Iſrael Catalogum Judæorum, qvi Hiſpanice ſcripſerunt, *Libro de Reſurrectione mortuorum* præfixum, Nicol. Antonii, hunc citantis, *T. II. Biblioth. Hiſpan. p. 320. 656.* Jul. Bartoloccii (a Wolfio laudati) *T. II. Biblioth. Rabbinicæ p. 276. 277.*, Theoph. Spizelii *Coronidem, Sacris Bibliothecarum arcanis adjectam, p. 380.*, *Partem II. Iſagoges* meæ *ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 5.*, *§. 2.*, *p. 97.*, Joh. Chriſtoph. Wolfii (Bartoloccium, qvod duos ex uno hoc fabricatus ſit ſcriptores, caſtigantis) *T. I. Biblioth. Hebrææ p. 316-319.*, &, qvæ is allegat, R. Scabthai Ben Joſeph *Labia dormientium.*

ELOGIA.

Marqv. Gudio (*Ep. 13. ad Pet. Blockium p. 14.*) *Homo* audit *literis variis eruditus.*

Melch. Schmidio (*l. c.*) *Antiſtes Synagogæ Hamburgenſis, qvi ſcriptis plane eximiis æternam nominis ſui famam condidit.*

Matthiæ Fridericko Beckio (*in Corollariis Diſp. II. de nomine Edom*) *Eruditiſſimus Lexicographus Judæus.*

Joh. Wülfero (*in Notis ad Salman Zevi Theriacam Judaicam p. 32.*) *Vir doctiſſimus.*

J. Chr. Wolfio (*l. c. p. 70.*) *Judæus eruditiſſimus.*

Theoph. Spizelius (*l. c.*) ita de illo: *Variis Scriptis editis noſtra ætate famam haud exiguam ſibi comparavit R. David Cohen de Lara, mihi, cum Amſtelodami degerem, notiſſimus.*

Bened. Hopferus, Prof. Tubing. (in Epiſtola A. 1673. ſcripta, & Rol. Mareſii *Philologicis adjecta, p. 681.*) his eum verbis celebrat: *Lugduni vidi Rabbinum Cohen de Lara; qvi domicilium habuit Amſtelodami, &, poſt extinctum Menaſſen Ben Iſrael, præcipuæ nunc eſt apud illos exiſtimationis.*

SCRIPTA EDITA.

I. HEBRÆA ET LATINA.

עיר דוד, Urbs Davidis, ſeu Tractatus de convenientia Vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis qvibusdam, & aliis lingvis Europæis. Amſtelodami 1638. & 1648. in 4. Editiones Hamburgenſis Anni 1650. in 4., cujus in *Catal. Nundinali* & Lipenii *Biblioth. Philoſophica*, & Baſileenſis *in 8.* impreſſa, cujus in ejusdem *Biblioth. Theol.*, *P. II. p. 631.*, occurrit mentio, haud dubie ſunt chimæricæ. Collectæ ſunt in ſcripto hoc, qvod Autor, poſt annos XII. illi impenſos, Joh. Salvio, Miniſtro Svecico, A. 1638. inſcripſit, ordine Alphabetico, 1440. voces peregrinæ, in lingvam Hebræam admiſſæ. Conf. de illo Chriſtoph. Græfii *Dyotam Sacram p. 9.*, & J. Chr. Wolfium *ll. cc.* A qvorum ultimo error J. H. Hottingeri, Lexicis illud Hebraicis, *in Biblioth. Orient.*, *c. 1.*, *p. 46.*, annumerantis, merito notatur.

Ænigma doctiſſimi & celeberrimi Viri, ſagacisſimi inter Hebræos Rabbini, R. Abrahami Ben Ezræ, de literis אהוי (*præfationi Commentarii in Pentateuchum inſertum*), jam demum explanatum, ac verſione Latina & notis illuſtratum. Lugd. Bat. 1658. (imo, ſi Thom. Hydii *Catal. Biblioth. Oxon.*, & Lipenium, audias, jam ante A. 1648.) in 4., & Hebraice tantum (ſub tit. דברי דוד) ibid. 1658. in 8. (Egregie hoc ab eo eſt explanatum, judice Th. Spizelio, *l. c.*, *& in Specim. Biblioth. Univerſ.*, *ſub nomine Aben Ezræ.*)

כתר כהונה (*Ceter Cehunna*), i. e. Corona Sacerdotii, ſeu Lexicon Alphabeticum Thalmudico-Rabbinicum ampliſſimum & locupletisſimum, de convenientia vocabulorum Thalmudicorum ac Rabbinicorum cum Lingvis Chaldaica, Syriaca, Arabica, Perſica, Turcica, Græca, Latina, Italica, Hiſpanica, Luſitanica, Gallica, Germanica, Saxonica, Anglica, Belgica; Opus XL. annorum, CXVI. Chriſtianis Lingvarum Orientalium Profeſſoribus ac cultoribus inſcriptum, Rabbinicaqve Dialecto editum. Hamburgi, ſumptibus Autoris, typisqve Jac. Rebenlini, A. 1668. in fol. Prodiit autem Tomus ejus tantum prior, ad literam י perductus, de qvo ita Joh. Chr. Wolfius (ad literam hunc ס pertingere, & Lugduni Batavorum excuſum eſſe, perperam credens) *l. c. p. 70.: Lexicon Rabbinicum ampliſſimum* כתר, כהונה *i. e. Coronam ſacerdotii, inſcripſit, occaſionem procul dubio ſubminiſtrante* כהן, *i. e. Sacerdotis, qvo appellatus eſt, nomine. In illud tot vocabula, magno ſtudio & exqviſito labore, congeſſit, ut duo millia fere in hoc libro numerentur, qvæ in R. Nathanis* ערוך *fruſtra qværas. Imo Buxtorfii qvoqve diligentiam ſuperavit, qvem etiam paſſim hallucinatum eſſe non ſine ratione ſuſpicatur, & re ipſa confirmat. Qvo magis dolendum eſt, qvod opus egregium non integrum ad nos pervenerit, ſed tantum usqve ad literam ס excuſum ſit Lugd. Bat. 1668. in fol. Commendatur a Leusdenio p. 54. Philologi Hebræo-mixti, & Beckio ad Targum libri Chronicorum.* Tomus poſterior adhuc latet ineditus.

II. LUSITA-

(1.) V. Melch. Schmidii *Or. de Vita Chriſtoph. Schraderi p. 10.*

II, LUSITANICA.

Trattado del Temor divino, ſeu Tr. de Timore divino, e L. Hebr. translatus. Amſtelodami, apud Menaſſen Ben Iſrael, A. 1633. in 4. (*Memoratur in Catal. Nund. Lipſ. A. 1634. Vern., Nic. Antonii T. II. Biblioth. Hiſp. p. 320.*, & J. C. Wolfii *T. I. Biblioth. Hebr. p. 319.*, ubi e libro Reſchit Chochma excerptus eſſe traditur R. Eliæ Ben Moſis de Vidas.)

R. Moſis Maimonidis Trattado de los Articulos de la Ley divina, Amſtelodami, Anno æræ Judaicæ 1412. (*ſeu forte potius 5412., i. e. A. C. 1651.*), *in 4.*, teſte Catal. Mohtiano, circa annum errante, editus. Mentionem ejus in aliis etiam obſervavi Catalogis, ſed omiſſa anni mentione. Wolfius, *T. I. Biblioth. Hebr. p. 319.*, A. M. 5414., ſive C. 1654., illic eum prodiiſſe teſtatur.

Trattado de Moralidad, y Regimiento de la vida, de celeberrimo y mui docto Sennor Rabenu Moſe Maimon, de Ægypto; Qu' en ſumma contiene XI. Preceptos, V. Affirmativos, y VI. negativos, &c.: Traducido de la lengua Hebræa a nueſtro Romance, por David hiio de Iſchac Cohen de Lara. Hamburgi, apud Jac. Rebenlinum, A. M. 5422. (i. e. A. C. 1662.) in 4.

Ejusd. Maimonidis Tractatus de Poenitentia verſio. Lugd. Bat. A. C. 1660. in 4. V. Wolfium *l. c. p. 319.*

INEDITA ET PROMISSA.

1. מצודת ציון, Venatio Zionis, ſeu Pars II. עיר דוד, in hoc libro omiſſa ſupplens.
2. פרחי כהונה, Flores ſacerdotii, ſeu Florilegium ſententiarum moralium.
3. אוצר רב, Theſaurus copioſus vocum novarum, qvibus librorum Interpretes utuntur, etiam Arabicarum, qvas Maimonides aliique adhibent.
4. אהל מועד, Tentorium conventus, ſive Synonyma Rabbinica; qvæ, uti & tria præcedentia, eum in Admonitione, in calce Lexici obvia, eſſe pollicitum, J. C. Wolfius, *T. I. Bibl. Hebr. p. 319.*, teſtatur.
5. Tomus II. Lexici Thalmudico-Rabbinici, paulo ante memorati, a lit. י ad ת.
6. בית דוד, Domus Davidis, ſive Nomenclator Rabbinicus, omnia cujusqve rei Synonyma complectens, in *præfat.* Libri עיר דוד promiſſus, & a Chriſtoph. Arnoldo etiam, *in Epiſt. de Nomenclatoribus,* J. G. Seyboldi *Tyrocinio Nomenclatoris Latino-Germanici* A. 1673. præmiſſa, laudatus.
7. כסא דוד, Thronus Davidis, ſeu opus Adagiorum omnium, qvæ in utroqve Thalmud, Tanchuma, Rabbos, Jalkut, & aliis priſcis, continentur, Alphabeticum, in eadem *præf.* Libri עיר דוד promiſſum, qvod ſub prælo jam gemere A. 1658., in *Proœmio Ænigmatis Aben Ezræ*, retulit, imperfectum autem Hamburgi, in Bibliotheca Esdræ Edzardi, ſuperfuiſſe Rud. Mart. Meelführerus, *in Acceſſionibus ad Theod. Janſonii Biblioth. latentem p. 55.*, & J. Chr. Wolfius, *l. c. p. 71.*, teſtantur. E qvibus tamen Wolfius, ab Edzardi filio contrarium edoctus, relationem hanc *T. I. Biblioth. Hebr. p. 319.*, retractavit.

[Diverſus ab illo haud dubie eſt David Cohen, cujus מגן דוד, ſive Clypeus Davidis, in Catalogo librorum Rabbinicorum, ab Ant. Legero Conſtantinopoli allato, & *Bibliothecæ Rabbinicæ* Joh. Buxtorfii A. 1640. ſubjuncto, *p. 453.*, memoratur.]

NICOLAUS COLBRAND, Hamburgenſis, J. U. Lic. & Urbis initio Imperialis Wormatienſis Syndicus, deinde vero, poſt hanc a Gallis exciſam, patriæ Advocatus, M. Januario A. 1717. mortuus.

Diſp. Jurid. Inaug. de Montibus pietatis. Argentinæ 1670. in 4. Recuſa *Decade I. Diſputt. Inaug. Jurid. Argentinenſium,* ibidem A. 1671. in 4.

Dreyfache unpartheyiſche Rechtsbelehrung, wegen einer Holländiſchen, auf 600000. Gulden ſich belaufenden, Erbſchafft, pro Anna Müllers, contra Peter von Rheden, ſamt Specie facti, und Beylagen, von ihm außgegeben. Altonæ 1696. in fol.

JONAS (Joh. Fil.) COLDINGENSIS, ab Urbe Cimbrica natali cognomen hoc mutuatus, Scholæ illius initio Pædonomus (1.), deinde vero Paſtor in agro Jutiæ, circa A. 1584., Andſtenſis & Geſtenſis, tandemqve, circa A. 1594., Gamſtadienſis, Scriptor de regni Danici Hiſtoria & Chorographia non male meritus. V. de illo Claud. Lyſchandri *Catalogum Scriptorum Danicorum ἀνέκδοτον, lit. I.*, Alb. Bartholini *Tr. de Scr. Dan. p. 93.*, & *P. I. Iſagoges meæ ad Hiſt. Cimbr., c. 1., §. 7., p. 7. 8.* Profeſſoribus Acad. Hafnienſis falſo a Frid. Lucæ, *P. III. Helic. Europ., c. 5., p. 261.*, annumeratur.

Ecloga ad Joh. Paludanum. Hafniæ 1572. (*V. Lyſchandrum l. c.*)

Iconismus Friderici II., Regis Daniæ, Hafniæ A. 1576., teſte Lyſchandro, primum editus, ac deinde in *Carminum libello,* mox memorando, A. 1594. recuſus.

Coronarium, brevem deſcriptionem Daniæ, ſimulqve regni ſitum & ſtatum, continens, ad Chriſt. IV., Regem. Slesvigæ 1584. in 4. Ex hoc opuſculo, ſvaſu Nicol. Kaaſii, Cancellarii regii, & Henr. Belovii, Viri nobilis, duplo auctiori reddito, aliaqve facie induto, enatum eſt ſcriptum ejusdem argumenti ſeqvens prolixius.

Daniæ Deſcriptio nova, inſularum ac partium præcipuarum hujus plagæ Arcticæ Theatrum repræſentans, Chriſtiani IV., regnum ineuntis, auſpicatiſſimæ inaugurationi conſecrata. Accedit libellus Carminum. Francofurti ad Mœnum 1594. in 8. Deſcriptio hæc, qvam Steph. Joh. Stephanius (*in Notis ad L. 2. Sax. Gramm. p. 71.*) ſub *Theatri orbis Arctici*, J. H. Boeclerus autem (*in Bibliographia Curioſa Lit. K. 2. a.*) ſub *Genealogiæ Regum Danicorum*, allegavit, titulo, ſola, reſecto Carminum libello, inter *Tractatus de regnis Daniæ & Norwegiæ varios,* in unam Syllogen a Stephanio modo laudato congeſtos, & Lugd. Bat. A. 1629. *in 16.* publicatos, *p. 172-266.*, eſt recuſa. Duabus conſtat partibus, qvarum prior originem & appellationem gentis Danicæ perſeqvitur, poſterior vero ſingulas regni partes, cum præcipuis earum dotibus, fatis, locis & antiqvitatis monumentis, recenſet, tandemqve cauſas belli inter Danos & Svecos poſtremi, ac Sigismundi, Regis Sveciæ, exautorati, annectit. *Perpetuam* ea, judice Joh. Svaningio (*in Scriptorum de rebus Danicis Catalogo, Chronologiæ Danicæ præfixo*), Autori ſuo *promiſit memoriam. Libellus Carminum*, in priori illi editione ſubjunctus, præter Iconismum verum Friderici II., Regis Daniæ, Epicedion in obitum illius, & Genethliacon Johannis, ejusdem filii, Poematia ad Nicol. Kaaſium, Chriſt. Holckium, Tych. Braheum, Nicol. Hemmingium, Pet. Severinum, aliosqve viros Daniæ nobiles & doctos, varia complectitur.

Liber I. rerum Danicarum, qvem Francofurti eſſe excuſum, ſed, ob invectivas in Svecos, vendi prohibitum, Lyſchander *l. c.* teſtatur. An diverſus ſit a præcedenti, αὐτόπται diſpiciant.

Plura de rebus Danicis, ſermone Latino publicanda, *in præfat. Deſcript. Daniæ* eſt pollicitus.

(1.) V. ejus *Deſcript Daniæ p. 221. Ed. Stephan.*

CANUTUS PAULI COLDINGIUS, Coldinga Cimber, Parochus, in Vensusselia, Jutiæ provincia, Borbergensis.

Oraιτoρία divina, sive Sermo funebris Danicus, in Malthii Seestadii, Toparchæ Ryhavensis, Præfectiqve Vensusseliæ regii, exeqviis, e Pf. LXXIII. 24., habitus. Hafniæ 1661. in 4.

PAULUS JANI COLDINGIUS, Coldingæ Cimbrorum, d. 27. Mart. A. 1581., patre Jano, Senatore & Publicano regio, matre vero Magdalena, Arn. Falencampii, mercatoris Westphali, filia, natus, e schola Sorana, qvam per sexennium, Rectore Joh. Stephanio, ipsemet privatus Palæmonis Rosekrantzii, Consiliarii postea Danici, simul Pædagogus, freqventaverat, A. seculari 1600. in Academiam migravit Hafniensem. Anno seqv. 1601. ineunte Germaniam petiit, &, Pragæ Bohemorum, in Tychonis Brahei, Astronomorum principis, popularisqve sui, cujus mortem coram spectavit, & Lessu deploravit Elegiaco (1.), familia aliqvamdiu commoratus, Bohemia, Germania ac Italia peragratis, Witebergæ ac Ferrariæ studiis diutius incubuit, &, Hafniam tandem A. 1604. reversus, supremam Philosophiæ lauream d. 6. Dec. reportavit. A. 1605. Scholæ Aalburgensi, A. 1608. autem (qvo de illo Hafniam, ad professionem, revocando, Pædagogicam, consilia itidem agitabantur frustranea) Parochiæ in Seelandia Vindingensi, est præfectus, A. 1615. Ecclesiarum fori Flackebergensis Præpositus constitutus, ac deniqve A. 1622. Herloviam, ad Ecclesiæ Pastoratum, & Scholæ illustris (qvam ædificiis & reditibus egregie auxit) Ephoriam, a discipulo vetere, Palæmone Rosekrantzio, Scholarcha supremo, evocatus. Utriqve, per duo fere lustra, simul præfuit, ab A. 1631. autem, scholæ administratione abdicata, sacro tantum vacavit muneri, eidemqve sexagenario proximus, d. 18. Oct. A. 1640., cum morbo gravi per annum decubuisset integrum, est immortuus. E conjuge, Johanna Petræa, Malmogiensi, octiduo post se defuncta, eodemqve secum elata funere, in diuturno annorum 32. convictu, liberos utriusqve sexus sustulit complures. Ex his Janus Theologiæ in Gymnasio Ottoniensi fuit Lector, Petrus, peragratis Europæ plerisqve provinciis, & uxore ducta Genoveva Ignatia, Erycii Puteani, Professoris inclyti Lovaniensis, filia, Nestadioli decessit, Ivarus Regis Polonici Architectus evasit bellicus, Anna D. Joh. Barskero, Episcopo Viburgensi, est elocata, & Erasmus tandem, Vindingii cognomen a patria mutuatus, Academiæ, in qva Græcas docuit literas, Hafniensis insigne extitit ornamentum, hujusqve Historiæ, a se editæ, Vitam Parentis, cui nostra debemus, *ἐπιμέτρου* instar (2.), attexuit.

Confer de illo Joh. Isacii Pontani *Chorographiam Daniæ, Historiæ additam, p. 787.*, (ubi præcipuis Daniæ accensetur Viris eruditis, tunc superstitibus), Wilhchii Westhovii ad eum carmina, *P. I. Poem. p. 149.*, *& P. II. p. 53.*, obvia, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 115.*, meaqve ad hunc *Hypomnemata p. 372. 373.*, & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1640.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINO-DANICA.

Etymologicum Latinum Alphabeticum, in qvo singulis vocibus interpretatio Danica adjicitur. Rost. 1622. in fol.

Dictionarium Herlovianum Danico-Latinum, ex Etymologico Latino P. J. C. (*i. e. Pauli Jani Coldingii*) desumptum. Hafniæ 1626. in 8.

II. DANICA.

Kircke-Historie, oc sandrue Beskrivelse om den store og underlige Religions-Forandring, som skede udi vor Forældris Tid, udi dit Romerske Rige, formedelst det sande Evangelii Obenbaring og Predicken i sine rette Mening; fra forste Begyndelse, indtil alting kam til een visse Fred og Rolighed. (Historia Ecclesiastica mutatæ per Lutherum, & asseclas, in Germania, religionis, a primo reformationis initio, ad A. usqve 1555., qvo pax religionis est stabilita). Hafniæ 1614. in 4.

Sermo funebris in obitum Wilhelmi Dresselbergii, Judicis Seelandiæ provincialis, e Pf. CXXXI. Hafniæ 1621. in 8.

Sermo funebris in obitum Mettæ Dresselbergiæ. Hafn. 1640. in 4.

M. ANDREAS COLERUS, Lubecensis, in Svecia A. 1688. commoratus.

Disp. Theol. de Termino vitæ, Præside D. Joh. Gvilh. Baiero. Jenæ 1686. in 4.

Schediasma de ἐξυθενισμῷ Circumcisionis, cum aliorum, tum maxime Joh. Lightfooti, qvem (*in Horis Hebr. & Thalmud. in I. Ep. ad Cor. p. 196. Ed. Lips.*), in pervertendo loco Pauli Rom. IV. 11. laborans, prodidit. Kil. 1688. in 4.

ANTONIUS COLERUS Junior, Toparcha Bleystorfiensis, Lubecæ, d. 30. Maji A. 1585., familia natus patritia, patrem habuit cognominem, Alberti, Marchionis Brandeburgici, primiqve Borussiæ Ducis, Procancellarium & Consiliarium intimum, abdicato, ob turbas Osiandrinas, A. 1552. hoc munere, ex aula in patriam, ut otio in ea frueretur literario, reversum, Annoqve 1589. defunctum, matrem vero Agnetem, Christoph. Todii, Consulis Lubecensis, filiam. Avum Henr. Colerum, Senatorem Lubecensem, proavum Hansium, Consulem Stadthagensem, cæterosqve majores, in Tabula Genealogica, Henr. Bangerti de vita nostri Commentario præfixa, enumeratos, prætereo. Cum fratrum sororumqve omnium ipse natu esset minimus, patrem qvadriennis amisit, sed matris tamen cura puer, & Pædagogis privatis (e qvibus Andr. Fritzius, J. U. D., Syndicus postea fuit Oldenburgensis), & Scholæ publicæ Rectori, D. Ott. Gvaltperio, cæterisqve Præceptoribus, commissus, in Lingvis, eloqventia utraqve, & Philosophia, egregie profecit, Joach. Jungio, Philosopho Hamburgensi eximio, commilitone gavisus. Matheseos insuper, Historiarum & Jurisprudentiæ, rudimenta privatim a fratre Henr. Colero, Consule postea Lubecensi, hausit, &, tot jam instructus præsidiis, A. 1605. in Acad. Juliam, ad studia hæc continuanda, auspicato migravit. Hospitem illic elegit Gvilh. Boeckelium, JCtum urbisqve Syndicum, Præceptores vero habuit, e JCtis, Joh. Barterum, Andr. Cludium, Henr. Andr. Cranium, Eberh. Speckhanium, Theod. Adamium, & Andr. Fritzium, Pædagogum suum olim domesticum, e Philosophis autem Corn. Martinum, Ovenum Güntherum, Dunc. Liddelium, Henr. Meibomium, & reliqvorum principem Joh. Caselium, a qvo filii loco est habitus, & ad qvotidiana admissus colloqvia. Triennio Helmstadii exacto, Jenam A. 1608., in convictum D. Andr. Gerhardi, JCti, abiit, fratriqve hujus, Johanni, Theologo inclyto, familiariter innotuit, ex Antecessoribus autem Joh. Svevo & Frid. Hortledero se applicuit, horumqve beneficio, non Ephoriam solum Christiani & Francisci Wilhelmi Vitzthumiorum, juvenum nobilium, sed & Collegium Juridicum privatum, in qvo præcipuæ Juris qvæstiones, sub *Jurisprudentiæ* postea *Isagogicæ* titulo editæ, disputando ventilabantur, A. 1610. aperiendi potestatem, obtinuit. Jena, metu pestis, A. 1611., cum Vitzthumiis, in arcem Parentis illorum Kannewurfensem digressus, huic & Cognatis suam in studiis illorum formandis diligentiam ita approbavit, ut, gratiam meritis relaturi, locum ei, A. seqv. 1612., inter Canonicos impetraverint Brunsvicenses. Eodem tempore, cum Praxi forensi per totam jam inclaruisset viciniam, & trimestre denuo Jenæ in Hortlederi exegisset convictu, iter ad exteros est meditatus, sed morbo diuturno, qvi Lipsiam hoc fine A. 1613. profectum corripuit, ab isto avocatus. Brunsvigam ergo rediit, & otium suum, partim studiis sacris ac literariis, partim vero negotiis Collegii sui controversis, causisqve Vitzthumiorum

(1.) Invenies hunc in Pet. Resenii *Synopsi vitæ Tych. Brahei*, apud Henn. Wittenium *Dec. I. Mem. Philos. renov. p. 15.* (2.) *p. 457. 458.*

ſtumiorum (qvi eum Advocatum A. 1614. ſtipendio conduxerant annuo ordinarium), & Nobilium aliorum, forenſibus, impendit. A. 1615. Helmſtadii Doctoris titulum, qvem, biennio ante, *Diſſertatione de Jure Imperii Germanici Inaugurali* jam exambierat, d. 10. Aug., Brabevta Joh. Bartero, reportavit, & paulo poſt Canonicis Halberſtadienſibus Lutheranis cœpit eſſe a conſiliis. Qvibus cum Chriſtianum, Ducem Brunſvicenſem, ad Epiſcopatum aſpirantem, Friderici Ulrici, fratris, poſtulatu, commendaſſet, ab hoc etiam, re ex voto ejus confecta, non torqve ſolum donatus eſt aureo, ſed Conſiliariis etiam intimis, ac Protodicaſterii Gvelpherbytani Aſſeſſoribus, A. 1616. adſcriptus. Taceo Advocati munus perpetui, qvadriennio poſt, a familiis eqveſtribus, Aſſeburgia & Schulenburgia, cum amplo, ei collatum, ſtipendio. Tot honoribus conſpicuo perqvam moleſta fuerunt itinera crebra, modo Lubecam (ſedem uxoris & familiæ), modo Brunſvigam, modo Gvelpherbytum, inſtituenda. Horum pertæſus, ut patriæ eſſet propior, oblatam A. 1622. ab Auguſto, Saxoniæ inferioris Principe, cum oppidi Ratzeburgenſis præfectura, Conſiliarii dignitatem ſuſcepit, ejusqve juſſu confeſtim motus incolarum Hadeliæ, defectionem ad Archiepiſcopum Bremenſem molientium, ſingulari conſopivit prudentia, A. 1623., Canonicatu Brunsvicenſi ſpartaqve Halberſtadienſi abdicatis, & miſſione a Frid. Ulricico, Duce Brunſvico-Gvelpherbytano, ægre licet, impetrata, ab eodem Principe Saxo-Lauenburgico Conſiliariis Aulicis & ſupremi Judicii Aſſeſſoribus., A. 1624. autem Cameræ & Conſiſtorii Conſiliariis, eſt adſcriptus, & A. 1629. tandem ad Procancellarii munus, ſummumqve dignitatum aulicarum culmen, evectus. Qva fide, induſtria & prudentia, officiis hiſce, difficillimis ob bellum Germanicum temporibus, per luſtra qvatuor, ſimulqve, ab A. 1628., Collegii Canonicorum Lubecenſium Syndicatu, ſit functus, qvoties item ad Cæſarem & Imperii Ordines, Ratisbonæ congregatos, Regem Daniæ, Archiep. Bremenſem, Principes vicinos, Wallenſteinium & Tillium, Strategos Cæſareos, Circuliqve Saxonici inferioris Comitia, magni momenti legationes obierit, aliaqve negotia ardua, ſibi commiſſa, feliciter expediverit, fuſe a Bangerto eſt narratum. Vitæ tandem aulicæ pertæſus, urbis patriæ, in qva jam ante domicilium fixerat, Lubecenſis, cum a Senatu, in locum fratris natu majoris, Henrici Coleri, A. 1641. extincti, Conſul ejus, d. 19. Febr. A. ſeqv. 1642., eſſet electus, votis, qvamvis in loco jam ſublimiore verſaretur, lubens aſſurrexit. De rebus ab eo in Conſulatu hoc præclare geſtis, tribus legationibus, Glückſtadienſi ad Chriſtianum IV., Regem Daniæ, A. 1643., Hafnienſi, ad filii hujus atqve Succeſſoris, Friderici III., coronationem, A. 1648., & Gottorpienſi ad Fridericum, Ducem Holſaticum, A. 1650., e patriæ voto expeditis, & ſingulari, qva eum tum Principes alii, tum Ferdinandus III., Imperator (a qvo nobilitatis, in poſteros tranſituræ, privilegia ultro ei, Diplomate, Ratisbonæ 1653. exarato, ſunt collata), & Chriſtianus IV., Monarcha Danicus, colloqviis ad ſe miſſi delectatus qvotidianis, proſecuti ſunt, favore, & Civium deniqve, omnes eum optimi Conſulis partes egregie impleviſſe uno ore profeſſorum, amore, Bangertum denuo jubemus conſuli. Utrumqve virtutibus ſibi conciliavit vitæ, & publicæ, & privatæ, eximiis, fuſe ab eodem celebratis, prudentia, humanitate, candore, pacis concordiæqve ſtudio, larga in egenos benignitate, &, qvæ magiſtratum inprimis ornant, pietate ac juſtitia. Sacrum Codicem ſumma qvotidie cura & attentione legebat, qvascunqve ſex luſtris vitæ ultimis audivit conciones domi, vel integras, vel qvoad capita potiora, deſcribebat, de vitiis, qvæ verbi divini præcones notaverant, emendandis, poſt concionem, qvoties opportune id poterat fieri, ad Senatum referebat, feſtorum ſolenniorum Periochas anniverſarias propriis meditationibus ac ſuſpiriis, in chartam conjectis, illuſtrabat, & vitæ tandem morumqve ſanctimonia, qvicqvid e theoria rerum divinarum didicerat aſſidua, ſtudebat exprimere. De majoris momenti negotiis non ex tempore dicebat ſententiam, ſed domi prius diligenter penſitata, &, poſt rationum utriusqve partis contentionem, ſcripto comprehenſa, publice proferebat. Juſtitiæ autem adeo tenax fuit, ut, magno qvondam principi, conſcientiæ & muneris ratione, in cauſa aliqva conſtanter adverſatus, eum, ſtricto in ſe irruentem gladio, mortemqve, ſi reſiſtere ſibi pergeret, minantem, hiſce verbis compellaverit: *Occide, ſi id licere tibi putas; Ego tamen a vera ſententia nunqvam diſcedam.* Studiis, non ſolum Juridico-Politicis, ſed & Sacris, Hiſtoricis ac elegantioribus, qvicqvid vacui temporis a curis dabatur publicis, & horas ſæpe, in ipſa etiam ſenectute, antelucanas, in Autoribus variis legendis atqve excerpendis aſſiduus, impendit, teſtesqve diligentiæ hujus binos ſacrorum Excerptorum Codices, cum qvinqve craſſis Analectorum Juridico-Politico-Hiſtoricorum (de qvibus plura Bangertus (1.) ſuggeret) Voluminibus, reliqvit. Φιλοπονίας hujus in ſtudiis indefeſſæ beneficio tantam ſibi Theologiæ, etiam Polemicæ, paraverat peritiam, ut, ſæpius cum doctrinæ Lutheranæ adverſariis non infeliciter congreſſus, unum ex iſtis, Clodoveum Gereuſium, Nobilem Gallum, ad eam amplectendam A. 1612. permoverit, alios vero argumentorum ſuorum robore obmuteſcere coegerit. In ſtudio Hiſtorico itidem excellebat, & patriæ præſertim initia ac viciſſitudines, ſeculiqve ſui res geſtas, ita habebat in numerato, ut proclive ipſi eſſet multorum ejusdem Hiſtoricorum errores ac mendacia, cum detegere, tum corrigere. Duas habuit conjuges, qvarum prior Anna, Thomæ Hebbii, Mercatoris Lubecenſis, filia, cum dote inſigni domum A. 1619. deducta, & A. 1634. mortua, qvatuor ipſi liberos (e qvibus Auguſtus Antonius & Margareta, Dieterico Brömſio, patriæ Senatori, ac Conſiliario Imperiali, nupta, utriqve parenti fuere ſuperſtites) eſt enixa. Altera, qvam, poſt qvinqve viduitatis annos, in hujus locum A. 1639. ſubrogavit, Magdalena Brömſia, Virgo Lubecenſis patritia, filii unius, Henrici Dieterici, & ſex filiarum (qvarum natu maxima, Agnes, Thomæ Henrico a Wickeden, Senatoria itidem dignitate conſpicuo, eſt elocata), parentem eum reddidit. Senecta ingruente, ſanctiori Philoſophiæ, qvam mortis eſſe meditationem Plato docebat, mature aſſvevit, & hoc fine, valens ac vegetus, ſacellum ſibi ſuisqve ſepulchrale, in æde Mariana, extrui, parietesqve iſtius Chriſti reſurgentis, in cœlum aſcendentis, & ad judicium redeuntis, picturis, dictisqve Biblicis, mortis timori opponendis, exornari, curavit. His meditationibus, cum morbo lento paulatim conficeretur, immerſus, die 12. Sept. A. C. 1657., & æt. 72., inter pios, qvos cum adſtantibus miſcebat, ſermones, e vita hac caduca in meliorem tranſiit. Cujus præguſtum, aliqvot ante obitum horis, jam cepiſſe videbatur, cum Deo plenus, & extra ſe raptus, ſubinde has voces ingeminaret: *O ſangvinem! o ſangvinem dulciſſimum! ſangvinem, qvo redemptus ſum! ſangvinem ſordes omnes abluentem! o viam floribus ſtratam, per qvam mihi eſt eundum!* In terris qvoqve poſthuma hæc ei obtigit felicitas, qvod laudatorem nactus eſt ſe dignum ac eloqventem, Henricum Bangertum, Scholæ Lubecenſis Rectorem eruditiſſimum, cujus *Commentatio de illius ortu, vita & exceſſu*, Panegyrica, mediocri comprehenſa volumine, cum ejusdem & Juſti Tribbechovii, Collegæ, Epicediis, Lubecæ A. 1662. (*in 4.*) prodiit, nobisqve Elogii hujus, ſive Compendii fuſius ab eo narratorum, ſuggeſſit materiam.

Confer de illo ejusdem Bangerti *Or. de vita fratris ejus, Henr. Coleri, lit. R. 4. b. C. 1. a.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1657.*, M. Chriſtoph. Sam. Martini *Sched. de Coleris doctrina ſcriptisqve claris, n. 4., p. 8. 31.*, J. Fabricii *P. IV. Hiſt. Bibl. Fabric. p. 150.*, Gotſch. Kirchringii & Gotſch. Mülleri *Chronicon Lubecenſe Germanicum p. 305. 312.*, M. Chriſtoph. Sommeri *Epilogos pie demortuorum p. 167. 168.*, ac præſertim Joh. Henr. a Seelen (Vitæ narrationi Epitaphii in æde Mariana Lubecenſis epigraphen adjicientis) *Partem I. Athen. Lubec. p. 142-157.*

(1.) *l. c., lit. Ee. 3. a. b., & Nn. 4. b.*

ELOGIA.

Henr. Meibomio Sen. *(in Notis ad auream Bullam Andronici Imp., p. 185. Opusc. Histor.)* *Homo* audit, *tum utriusque Juris, tum antiqvitatis omnis, peritia optime instructus.*

Joh. Henr. Meibomio *(in Epist. de κυνοφοξία p. 3.) Jurisconsultus clarissimus.*

Joh. Strauchio, Acad. Giessenæ Antecessori *(in Epist. ad H. Bangertum, Commentationi hujus de vita nostri præfixa), Vir ad publicam egregium factus, & omnium πολιτικωτάτος, imo alter Pomponius Atticus, h. e. is Heros, qvi de præsentibus recte expediteqve judicare, de futuris solerter conjicere, poterat: in rebus suscipiendis honesti observans, tenax justi, illudqve solum rationem habere censens, qvod religionem haberet & justitiam; in gerendis, usu vitæ, officiis, studiisqve civilibus, exercitatus & efficax; in expediendis successu felix; penetrabilis atqve pervicax; deniqve in iis etiam, qvorum usum non habuerat, tam dextre judicans, ut, qvo facto opus, qvo vitato, nemo perspiceret rectius, certiusqve provideret.*

SCRIPTA EDITA.

I. GRÆCA & LATINA.

Carmina aliqvot Græca, in Juventute edita. *(V. Bangertum l. c., lit. E. 2. b.)*

Jurisprudentia Isagogica, præcipuas Juris qvæstiones, illo Præside Disputationibus privatis in Acad. Jenensi A. 1610. ventilatas, complexa. Jenæ 1611. Luculento eam elogio non JCtos solum Jenenses, sed & El. Reusnerum, Historicum insignem, cohonestasse, Bangertus *(fol. I. 3. a. b)* testatur.

Disp. Inaug. de Jure Imperii Germanici, S. Cæsareæ Majestati, Electoribus & principibus viris, singulari, & hoc maxime seculo controverso, Præside D. Eberh. Speckhanio. Helmstadii 1613. in 4. Recusa seorsim, curante D. Henr. Hahnio, Acad. Juliæ JCto, ibidem A. 1660. 1669. & 1675. in 4., & in *Volumine* qvoqve *Dissertationum de Jure publico Imperii Romano-Germanici variarum bipertito*, Hanoviæ A. 1614. *in 4.* edito, ac *Volumine IV. Dispp. Jurid. Basileensium*, Basileæ A. 1620. *in 4.* excuso, obvia. Bangertus *(l. c., lit. L. 1. b.)* eam *Disputationem* vocat *nobilem, argumenti raritate & dignitate, rerum varietate, ordinis etiam perspicuitate, ita commendatam, ut inter celebriora Juris publici monumenta semper sit numerata.* Commendat etiam Phil. Andr. Oldenburgerus, *P. III. Discursuum ad Instrum. Pacis, Disc. I., p. 2.*

II. GERMANICUM.

Kurtzes gegründetes Bedencken, ob die Ertz-, hohe, und andere Stifte, im H. Römischen Reiche, beständig in ihrem esse zu erhalten? Scriptum, Qvæstionis hujus affirmativam amplectens & defendens, ἀνωνύμως primum Halberstadii A. 1617. *in 4.*, & deinde præfixis literis nominis initialibus A. C. C. L. (Ant. Colerum, Consulem Lubecensem, designantibus), Brunsvici A. 1651. in 4., ab eo editum. Scriptum huic contrarium, Colero ipsi (qvi suum concionis illius contra Canonicos occasione concinnaverat) dedicatum, ejus rogatu, opposuit M. Frid. Petri, Ecclesiæ Brunsvicensis Coadjutor, & Pastor Andreanus, cujus (sine mentione loci A. 1618., Magdeburgi A. 1629. & Francofurti A. 1643., *in 4.* excusi) hæc est inscriptio: Censura Canonica, das ist: Heilsamer und gründlicher Bericht von Canonicis, oder Thumbherren, und ihren Adjuncten, ob sie in einem GOtt wohlgefälligen Stande sitzen, und wie sie ihrer Stiftslehn geniessen; aus unwiedertreiblichen Gründen, und vielen Zeugnissen Göttliches Wortes, ausgeführet. De utroqve confer Bangertum *l. c., lit. N. 1. b. N. 2. a.*, Vinc. Placcium *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 11., p. 456.*, & Phil. Jul. Rietmeierum *Parte IV.* der Braunschweig. Kirchen-Historie, *c. 4., p. 271-276.*, ubi etiam memorantur Valent. Molleri, J. U. D. & Decani Brunsvicensis Blasiani, Vindiciæ Canonicorum Germanicæ, qvas *Censuræ* Petrinæ A. 1618. reposuit, sed non edidit.

INEDITA.

Catalogus summorum Ecclesiæ Judaicæ Pontificum, a reditu ex Babylone usqve ad Hierosolymorum excidium, concinno ordine A. 1617. congestus. *(V. Bangertum lit. N. 4. b.)*

Historia Principum Maccabæorum, e S. Lit. & Josepho A. 1617. collecta *(V. Bang. lit. N. 4. b.)*

Genealogia Christi, ex utriusqve fœderis libris concinnata, in qva Evangelistarum, qvi discrepare inter se primo intuitu videntur, in illa enarranda consensum erudite demonstravit. *(V. Bangertum lit. N. 4. b. O. 1. a.)*

Consolatio super beato filiæ suæ, Agnetis, excessu A. 1640. scripta. *(V. eundem lit. B b. 1. b.)*

Homiliæ Latinæ in textus Evangelicos & Epistolicos, qvi diebus Dominicis explanantur. *(V. Bangertum lit. B b. 2. b.)*

Modus ad salutarem usum S. Cœnæ, per veram pœnitentiam, se se præparandi, Meditationibus IV. A. 1641. expressus. *(V. eundem lit. Bb. 2. b.)*

CHRISTIANUS COLERUS, Hamburgensis, Ædis Petrinæ Ratzeburgensis Pastor, & vicinarum in Saxoniæ inferioris Ducatu Superintendens specialis.

Leichpredigt über Karsten Clausen, Bürgermeister in Ratzeburg, aus Ecl. LVII. Lubecæ 1620. in 4.

Leichpred. über Martin Marggraven, Bürgermeistern in Ratzeburg, aus Apoc. XIV. 13. Lubecæ 1621. in 4.

Currus Crucis, Unsers HErren GOttes Kreutzwagen, worauf er seine heilige und auserwehlte Kinder wunderlich führet; darinn die Lehre vom Kreutze der Kinder GOttes wird erkläret, und Trost in demselben, aus GOttes Worte, verfertiget. Hamburgi 1623. in 8.

HENRICUS COLERUS Junior (ab Avo cognomine, Senatore Lubecensi, Collegiiqve in Academia Rostochiensi Coleriani, ac qvatuor Stipendiorum literariorum, fundatore, distingvendus), Patritius Lubecensis, Parentibus ac Majoribus cum fratre Antonio, in cujus Elogio enumerati jam sunt, iisdem gavisus, diem 6. Aprilis A. C. 1576. natalem habuit. Puer, cum scholam freqventaret patriam, non æqvales solum, sed & aliorum de se expectationem, brevi superavit, &, vix tria ætatis lustra egressus, sermonis Latini facultati tantam jam Græci junxerat peritiam, ut illo publicas in templis Demegorias confestim chartæ illineret, Pindarumqve, Sophoclem, Æschylum, & cæteros Poetas Græciæ difficiliores, absqve interprete legeret (1.). Octodecim natus annos, Scholæ Oratione publica valedixit, & ab Ott. Gvaltperio, Rectore, cum hoc dimissus est præsagio, magnam spem reip. Lubecensi in Juvene illo esse repositam. A. 1594., ut, præter literas elegantiores, Philosophiam ac Historiam, studia etiam tractaret Juridica, in Academiam profectus Rostochiensem, Christoph. Sturcium præcipuum illorum elegit Hodegum, defensaqve publice Disputatione Juridica in Coloniensem & Argentinensem, eodem fine, perrexit. Spiræ deinde, ut Praxi forensi assvesceret, aliqvamdiu commoratus, in Italiam A. 1599. excurrit, in Acad. Patavina (cujus Nationis Germanicæ Ordo Juridicus Secretarii dignitate ipsum ornavit) Matheseos universæ & Theoriam, & Praxin, addidicit, Romam ipso anno Jubilæo 1600. salutavit, seqventiqve biennio Galliam, Angliam & Belgium Hispanicum, itidem perlustravit. Ex itinere hoc literario, comparata sibi, præter Lingvarum Italicæ, Hispanicæ, Gallicæ & Anglicæ, peritiam, doctrina & prudentia insigni, A. 1602. in patriam redux, ab Henrico Julio, Duce Brunsvicensi, de controversia, qvæ cum Urbe sibi intercedebat

(1.) V. Henr. Bangerti *Comm. de Vita Ant. Coleri, lit. F. 1. a.*

bit Brunsvicensi, mox consulebatur, & cum scripto, qvid, ad restituendam concordiam, utriqve faciendum, accurate ac solide ostendisset erudito, aulico destinabatur Senatui. Verum Colerus aularum splendori otium vitæ in patria privatæ literarium sapienter prætulit, eoqve per tria lustra gavisus, tanto fervore studiis omnium ferme scientiarum incubuit, ut nunqvam ultra tertiam matutinam somno indulserit, nec ante multam noctem qvieti se dederit. A. 1617., d. 18. Jan., in Ordinem patriæ Senatorium est allectus, Alex. Lüneburgio, Consule, se majorem in illo deprehendisse, & prudentiam, & rerum scientiam, qvam polliceri sibi qvisqvam de ipso ausus fuisset, publice affirmante, &, septennio seqventi, plusqvam vicies, legationibus præclare functus gravissimis. Ad Consularem tandem d. 21. Dec. A. 1624. evectus dignitatem, omnium de se expectationem superavit, &, in bello Germaniæ tricennali, prudentia singulari patriæ ita moderatus est gubernacula, ut, neutri belligerantium parti addicta, saluti suæ qvam optime prospexerit. In corpore exiguo animus habitabat ingens, qvi, & vera rectaqve facile perspiciebat, & singulari, qvod nullius fraudis aut seqvioris consilii sibi esset conscius, sed Hypocritarum osor, pietatis candorisqve cultor, justitiæ tenacissimus boniqve publici studiosissimus, παῤῥησίᾳ ac autoritate tuebatur. Laborum ita tolerans fuit, ut omnium causarum forensium ac conventuum Senatoriorum acta domum reversus accurate annotaret, inqve ferendis sententiis adeo circumspectus, ut graviores causas, non nisi domi probe meditatas, ac in utramqve partem disceptatas ac elaboratas, in Senatum afferret. Qvicqvid a reipublicæ negotiis supererat temporis, Vir extra controversiam doctissimus nunqvamqve minus otiosus, qvam cum esset otiosus, libris, in senili etiam ætate, tribuebat & literis. Juris & Politices cognitioni eximiæ, Symboli sui, *Sursum corda* tolli jubentis, memor, accuratam junxerat Theologiæ universæ, præsertim Hermenevticæ, circa sensum S. Lit. genuinum occupatæ peritiam, solidamqve Philosophiæ, & diffusam historiæ omnium gentium ac temporum, studiiqve inprimis Genealogici, scientiam. In lingva Hebræa eos fecerat progressus, ut versionum Biblicarum fidem ad fontes ipsos posset examinare, in Græca autem & Latina adeo exqvisite erat versatus, ut, Critici illi laudem deberi accurati, Joh. Kirchmannus, Vir in literis hisce maximus, sæpe sit professus. Matheseos adyta, & ingenii, & instrumentorum, qvæ affabre confecta secum ex Italia attulerat, ope, penetrarat. Tabulas Europæ Geographicas vulgares, multa accuratius dimensus, correxit, & nova subinde qvarundam provinciarum schemata Marte delineavit proprio, qvantumqve in Architectura profecisset militari, bellicis patriæ temporibus, cum omnium admiratione, ostendit. Ab ostentatione tamen doctrinæ adeo erat alienus, ut nihil plane scriptorum suorum in lucem prodire pateretur, qvorum omnis notitia nos fugeret, nisi Henr. Bangertus, Encomiastes posthumus, mentione aliqva haud esse defraudanda recte judicasset. Mortem violentam, cum A. 1625. Militum, qvi, ipsum interfecturi, Nobilem Holsatum globo trajecerunt, cum Conjuge ac liberis, in suburbio Lubecensi, feliciter declinasset insidias, divino evitavit beneficio. Naturæ tamen, tabe diuturna, d. 27. Mart. A. C. 1641., & æt. 65., tandem confectus, suum persolvit debitum, & Consulatum fratri Antonio, a Senatu in locum suum A. seqv. suffecto, reliqvit. Defuncto tres filiæ fuerunt superstites, Agnes, Catharina & Elisabetha, e Conjuge priori, Elisabetha Gundelfingeria, (Petro, Ducum Holsaticorum nata Consiliario, A. 1608. sibi nupta, ac A. 1625. extincta), susceptæ, qvarum primam Johanni a Werle, J. U. Doctori, alteram Thomæ a Wickeden, Patritio, tertiam vero Adriano Mollero, Senatori, ante obitum, elocaverat. Conjugium secundum, d. 22. Febr. A. 1627. cum Margareta, Hieronymi Lüneburgii, Senatoris ac Camerarii, gnata, contractum, prolis fuit expers, & vidua hæc, ab ipso, marito alteri, Godschalco a Wickeden, itidem Consuli, relicta.

Plura de vita ac laudibus ejus suggeret, qvam & nos hactenus secuti sumus, Henrici Bangerti, Scholæ Lubecensis Rectoris, *Laudatio* illius *funebris*, Lubecæ A. 1544. *in 4.* excusa, cui Epicedia etiam Joh. Ang. Werdenhagii, Joh. Kirchmanni, Seb. Meieri, Jac. Kockerti, & aliorum, accesserunt. Ex illa Vitæ Synopsin exhibet Io. Henr. a Seelen *Parte I. Athenarum Lubecensium, p. 132-142.* illiqve subjungit Epitaphii Inscriptionem.

Confer de illo *Chronicon Lubecense Kirchringio-Müllerianum p. 295.*, Nicol. Scribonii *Lib. IV. Lusuum Gottorp. p. 95.* & *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr.*, *c. 6.*, *§. 7.*, *p. 503. 504.*

ELOGIA.

Joh. Kirchmannus, *in Ep. Dedic.*, qva suos *de Romanorum funeribus* libros Senatui denuo A. 1625. inscripsit Lubecensi, his eum verbis compellavit: *Tibi, Amplissime Dn. Henr. Colere, istam Consulatus dignitatem, in qva te nuper preclara tua virtus, & accurata, non Juris solum publici privatiqve, sed & omnis honestæ disciplinæ, variarumqve lingvarum, cognitio, collocavit, per hanc occasionem gratulor.* In Epicedio autem hisce metris celebravit:

Non erat ille qvidem titulo ac insignibus auctus,
Diva Astræa, tuis, sed multos ille tiara
Insignes inter variarum laude micabat
Disciplinarum, velut inter clara minores
Luna micat stellas, qvando sua lumina terris
Explicat, & toto pernox jam corpore lucet.
Qvicqvid enim in doctis positum est memorabile chartis,
Qvas vel Romulidæ prisci, vel Græca vetustas,
Edidit, ille avida perceptum mente tenebat.

Henr. Vagetius (*in Dedic. Epistolarum Rostochiensium Joh. Caselii, ad Senatum Lubec. A. 1641. scripta*) eum *Virum* vocat *literis egregie exultum, & peregrinationis usu insignem, cujus summæ virtutis, eximiæ & spectatæ Juris & Politicarum rerum scientiæ, excellentisqve ac inusitatæ in omni liberalium disciplinarum genere eruditionis, admiratio animum suum sæpe subeat.*

Henr. Bangertus non in *Laudatione* solum *Funebri* effuse eum ubiqve celebrat, sed passim etiam, in *Commentatione de vita fratris ejus, Ant. Coleri*, in qva *Vir* audit *acerrimi judicii, multa scientia, virtute & prudentia, illustris* (*in Tab. Geneal. præfixa*); *Vir, omnium Prædicatione, exqvisita multarum rerum doctrina, imprimis in Mathematicis, Historicis, Græcis & Jure pollens* (*lit. E. 4. b. F. 1. a.*); ac tandem (*lit. Bb. 3. b.*) *Vir excellentissimi ingenii, doctrinæ summæ, consummatæqve per omnia prudentiæ, qvi laudes orationis suæ excedat.*

In Epitaphio, ipsi defuncti in æde Mariana, erecti Inscriptione, hoc celebratur Disticho:

Non major Romæ nec visus Consul Athenis:
Gaudet in hoc tanto clara Lubeca viro.

SCRIPTA EDITA.

E Constitutionibus Nomico-Politicis Reipublicæ Lubecensis vernaculis, teste Bangerto (*in Or. Fun.*), revisæ ab eo sunt, emendatæ, supplementis auctæ necessariis, & publico nomine denuo editæ:

Die revidirte Obergerichts-Ordnung. Lub. 1631. in 4.
Die revidirte Niedergerichts-und Cancelley-Ordnung. Lub. 1639. in 4.
Die Wacht-Ordnung. Lub. 1628. in 4.
Die Feur-Ordnung. Lub. 1624. in 4.
Die Pest-Ordnung.
Die Armen-Ordnung;

INEDITA (ab Henr. Bangerto, *in Or. Fun.*, laudata.)

Notæ in omnes Psalmos Davidis, in qvibus ad veritatem Hebraicam examinavit, & cum LXX. Interpretum versione accurato judicio contulit, qvæ discedere in aliorum translationibus ab origine ipsi videbantur.

Notæ similes in multa alia loca Biblica.

Harmonia Paraphrastica IV. Evangelistarum, sive Narratio una & perpetua, ex iis, inter se collatis, concinnata, dictione qvidem pura & castigata, ordine autem historiæ studiose, & summo cum Judicio, observato.

Scriptum, qvo accurate docuit, qva ratione omnis doctrina Juris commodissime disponi & tractari posset, simulqve in legum ac Juris principia inqvisivit.

Consilium ad Henricum Julium, Ducem Brunsvicensem, de controversia ipsius cum civitate Brunsvicensi, A. 1602. scriptum, cujus supra jam facta est mentio.

Epistolæ ad Viros doctos Philosophicæ, in qvibus in Philosophiæ divisionem, ejusqve partium constitutionem, aliasqve Controversias Philosophicas, subtiliter & accurate inqviritur.

Opus Genealogicum, methodo plane nova, labore improbo, diligentia admirabili, in tabulas redactum, in qvo illustres Europæ familias ab ipsa prima origine arcessivit, commonstrans, qvæ ipsarum vel consangvinitas sit, vel affinitas, qvomodo qvæqve aucta sit & imminuta, qvæ provinciæ & regna, per qvas successiones, vel, in sua familia, ad filios & nepotes devoluta, vel ad alios translata.

Tabulæ novæ Geographicæ qvarundam Europæ provinciarum.

JOHANNES COLERUS Lubecensis, (qvem Georg. Matth. Königius in *Biblioth. Veteri & nova* p. 202. *Medicinæ peritissimum* vocat & Ecclesiasten A. 1678. fuisse testatur Berolinensem: sed cum alio absqve dubio confundit) Rector scholæ Germanorum Holmiensis (1.) & deinde Pastor Ecclesiæ Germanicæ in Svecia Norcopensis.

V. de illo Jo. Schefferi *Sveciam Literatam p. 311.* G. Ludovici & C. M. Martini *ll. cc.*

Diss. Philologico-Physica de Bombyce ab eo conscripta & sub Adami Tribbechovii præsidio proposita. Giessæ 1665. in 4.

Programma Actus fabulosi, Parnassum de studiorum impedimentis perorantem repræsentantis. Holmiæ 1668.

Programma Orationi in annum ætatis XIII., exactum a Carolo XI., Rege Sveciæ, præmissum ib. 1668.

Ordo Garterius, i. e. Actus Narrationis solennis, cum Carolus XI., Rex Sveciæ, illius societatem adiisset, a Carolo II., Rege Angliæ cooptatus. Holmiæ 1669. in fol.

Styli exercitationes de naturæ mirandis, in qvibus agitur: 1. de Cometarum natura; 2. de Aqvila; 3. de Fonte S. Erici Upsaliensi; 4. de Leone; 5. de Noctambulonibus; 6. de Tabaci natura, usu & abusu; 7. de Digitis; 8. de Etesiis. Holmiæ 1670. in fol.

Sacra ars navigandi, sive Concio Germanica in Evangelium diei Circumcisionis Domini ex Luc. II. 21. A. 1679. habita. Holmiæ in 4.

M. LUCAS a CÖLLEN Senior, Hamburgensis, Vici primum Elmeshornensis, in Comitatu Pinnebergico, Parochus, deinde, cum ab hoc deturbatus esset officio, navium, Hamburgo in Islandiam missarum, Ecclesiastes, ac tandem, ab A. 1595., Johannis Hennichii in Pastoratu urbis patriæ Jacobæo Successor, simulqve templi Cathedralis Vicarius (2.), hoc etiam sacro munere, d. 24. Oct. A. 1609., vel ipsemet, ob senectam, se abdicavit, vel, uti alii tradunt (3.), ob rixas cum M. Bernh. Vagetio, Ordinis Ecclesiastici Seniore, adulterii a se accusato, Magistratus sententia excidit, Jacobumqve Fabricium nactus successorem, biennio post, d. 11. Sept. A. 1611., vivis excessit. V. *Catalogum Ministrorum Ecclesiæ Hamb. MS.* αὐτόγραφον, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 883.* D. Phil. Nicolai (*in Ep. Dedic. Comm. de Christo omnipræsente*) eum *Lucam de Coloniis* appellavit, ac *Antistitis Ecclesiæ Jacobææ vigilantissimi, & maxime sinceri*, dignatus est elogio. De filiis ejus, Luca ac Stephano, mox dicetur.

Dedicatio templi S. Gertrudis Hamburgensis, oder Einweihungspredigt der Capellen S. Gertrud in Hamburg, d. 16. Apr. A. 1607. gehalten. Hamburgi 1609. in 8.

LUCAS a COLLEN Junior, Senioris, modo memorati, filius, Hamburgensis.

Außführliche Lehrpredigt vom leiblichen und geistlichen Segen derienigen, so in Erbauung der Kirchen und Schulen gefliessen seyn, und die Kirchendiener versorgen, auß Haggæi II. Hamburgi 1609. in 4.

Warnungspredigt, wie GOtt die Ungehorsamen und Halsstarrigen, die ihm nicht gehorsamen, und in Erbauung seines irrdischen und himlischen Tempels nicht Fleiß anwenden, gestraffet, auß Hagg. II. Hamb. 1609. in 4.

Predigt vom Creutze und Anliegen der Menschen, wie man selbiges auf den HErren solle werfen, auß Ps. LVI. Witebergæ 1610. in 4.

M. STEPHANUS a CÖLLEN, Hamburgensis, Lucæ senioris itidem filius, Witebergæ (qvam A. 1615., teste Gotfr. Svevo (4.), adierat) suprema Philosophiæ laurea A. 1618. ab Ambr. Rhodio, Matheseos Professore, ornatus, Pastor, circa A. 1626., in Ducatu Bremensi Horneburgensis.

Neuiahrspredigt, wie die rechten Hertz-Christen das neue Jahr wol und Christlich anfangen sollen, damit es glücklich und selig hinaußlaufen möge. Hamburgi 1626. in 4.

M. ERNESTUS CONRADI, Hamburgensis, templi in patria Cathedralis, ab A. 1696., Vicarius. (*V. J. Alb. Fabricii P. II. Memor. Hamb. p. 628.*)

Disp. de Surdorum enunciationibus, Præside D. Gerh. Meiero. Hamb. 1698. in 4.

Finitor Physicus, scientiæ naturalis limites & confinia dirigens, Præside D. Joh. Bapt. Röschelio defensus. Witeb. 1703. in 4. V. *Nova Lit. Germ.*, *M. Aug. A. 1703.*, *p. 287.*

Disp. Witebergensis (*ab Hamburgensi diversa*) de Surdorum enunciationibus, ab eo Præside proposita. Witeb. 1703. in 4. V. *N. L. Germ. l. c.*

JOACHIMUS CONRADI, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Jurid. Inaug. de Retorsione. Argentinæ 1630. in 4.

Anti-Mylius, seu Spongia adversus aspergines, criminationes & calumnias, qvibus D. Mylius, Advocatus Hamburgensis, in scheda qvadam excusa, famam ejus læserat. A. 1630. in 4.

M. JOHANNES CONRADUS, Parochiæ Bovensis (qvæ *Hawstediensis* in antiqvo Ecclesiarum Episcopatus Slesvicensis appellatur Catalogo), in agro Flensburgensi, Pastor. Spiegel

(1.) Uti M. Dan. Müllerus, ejus in munere hoc Successor, in Epistola ad Joh. Andr. Gleichium retulit, testibus Gothofredo Ludovici, *Parte III. Historiæ Rectorum & Scholarum p. 175.* ac M. Christoph. Sam. Martini *in Sched. de claris Coleris, num. 32, p. 24.* (2.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 620.* ubi perperam *Lucas von Cötten* vocatur. (3.) V. Dav. Schultezi Hamburgischen von der Schule beruffenen Prediger p. 83. (4.) *in Acad. Witeb., lit. Nn. 3. b.*

Spiegel des zukünftigen Standes derer, die im HErren sterben, oder Leichpred. über Anna, Lorentz Nissens, Königl. Hardesvogts, Ehefrau, auß Apoc. XIV. 13. Lubecæ 1655. in 4.

HENNINGUS CONRADINUS, Hamburgensis, non J. U. Doctor (qvem ei titulum Andr. Angelus (1.) affingit), sed Philos. Magister, & P. L. C. A. 1566. Scholæ Stadensis Rector fuisse a Jac. Saxio Flensb., in Annott. MSS. ad Calend. Hist. Eberi (d. 4. Apr.), traditur. Domesticus filiorum Pauli Ranzovii, Adolphi, Ducis Holsatiæ, Consiliarii, in oppido Svavestedensi, circa A. 1570., fuit Præceptor (2.), deinde vero Scholæ patriæ Hamburgensis, ab A. 1575., Conrector, templiqve simul Cathedralis Vicarius (3.). Munere hoc scholastico, ob morbum lentum ac diuturnum, d. 2. Nov. A. 1584. (qvem fatalem ei fuisse Joach. Henningius (4.), & Joh. Alb. Fabricius (5.), falso opinantur), se abdicavit (6.), &, sexennio post, d. 3. Oct. A. 1590. (uti ab Ulr. Winckelio, Viro Consultiss., sum edoctus), vivis tandem excessit. Poematis argutis atqve elegantibus patronum superstes sibi conciliavit Henr. Ranzovium, Cimbriæ Proregem ac Mecænatem, laudesqve meruit posthumas, tum Ol. Borrichii (7.), *non infeliciter eum in Elegis judicantis esse versatum*, tum Casp. Conradi (8.), hoc illum celebrantis Disticho:

Holsatiæ Henningus descripsit carmine gesta,
Saxonas exuperans laudis honore suos.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Brevis Narratio, una cum Epitaphiis nonnullis, de vita, præcipuis rebus gestis, & obitu Dan. Ranzovii, copiarum Friderici II., Regis Daniæ, contra Svecos ductoris primarii, qvi in expugnatione arcis Warpurgæ occubuit; Qverela item Daniæ, & responsio Cimbriæ, de obitu ejusdem. Hamburgi 1570. in 4.

Epigrammatum Liber Historicus, continens Encomia Imperatorum, Heroum & Ducum, superioribus & nostro seculo virtute bellica maxime illustrium, qvos in arce sua Bredenberga depingi, & versibus, partim a seipso compositis, partim hinc inde collectis, ornari, curavit Henr. Ranzovius; item de fortibus & claris aliqvot Viris antiqvæ & nobilis familiæ Ranzoviæ, qvi qvadringentis hucusqve annis pace & bello floruerunt. Antwerpiæ, apud Christoph. Plantinum, A. 1581. in 4. Sub Ranzovii ipsius nomine a Pet. Lindebergio (in *Hypotyposi* etiam *Ranzoviana*, *c. 3.*, *p. 35.*, eidem Heroi hunc perperam tribuente) *Poematis* suis *juvenilibus*, Hamburgi A. 1592. *in 8.* excusis, postea est adjectus. Fallitur Henn. Wittenius, qvi (*in præf. Memor. Theol. renov. p. 9.*) Conradinum, ob Epigrammata hæc, Imperatores celebrantia bellicos, Scriptoribus Historiæ Imperatorum Romanorum Augustæ accensuit.

Epithalamion in nuptias Johannis Kleyen, J. U. L. & Canonicorum Hamburgensium Senioris. Marpurgi 1582. in 4.

Elegiæ aliqvot & Epigrammata in obitum Patris, fratris & liberorum Henr. Ranzovii, Epitaphiis illorum, ab ipso Ranzovio publicatis, adjecta. Lips. 1584. in 4.

Poemata omnia, uno volumine comprehensa, & sumptibus Eberh. Twestrengii, J. U. L. ac Consulis Hamburgensis, a Theod. Glazero, Dithmarso, edita. Rostochii 1607. in 8. Ex Editione hac (cujus recensus a Joh. Alb. Fabricio, *P. II. Memor. Hamb.*, *p. 1126-1129.* exhibetur) expungi nonnulla jubet Ant. Sotomajoris *Index Expurg. Hispanicus p. 480.* Antiqviorem ista Hamburgensem, A. 1599. *in 8.* excusam, qvam Henn. Grossius, G. Draudius & Paulus Bolduanus (*in Biblioth. Philos. p. 582.*), memorant, non vidi, nec prodiisse credo. Selectiora qvædam e Poematis hisce Pet. Lindebergius, *in Hypotyposi Ranzoviana*, Hamb. A. 1591. *in 4.* impressa, Janus Gruterus *in Deliciis Poetarum Germanorum*, Francof. A. 1612. *in 8.* evulgatis, Tomo vel primo (*juxta Ind. Expurg. Hisp. l. c.*), vel secundo (*juxta Königium in Bibl. V. & N.*), & Casp. Dornavius *Tomo I. Amphitheatri sapientiæ jocoseriæ*, Hannoviæ A. 1619. *in fol.* edito, exhibuerunt.

Carmen Epicum de situ urbis Hamburgæ, & studiis suis, ad D. Burch. Mithobium, in Joh. Alb. Fabricii *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* (Hamburgi A. 1710. *in 8.* publicata), *p. 409-414.*, recusum.

INEDITUM.

Ranzovias, Poema de Ranzoviorum rebus gestis Heroicum, ab ipsomet, *in carmine præcedenti p. 412.*, memoratum. (Confer de Conradino Joh. Jac. Frisii *Biblioth. Univers. p. 321.*, J. Alb. Fabricium *ll. cc.*, & *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr.*, *p. 222. 223. 236.*, *ac P. IV.*, *p. 524.*)

HENRICUS CORDES, Lubecensis, Scholæ Germanorum, in Civitate Hafniensi, trivialis Ludimagister, ab Anno circiter 1691., substitutus, & Orphanotrophei deinde Lubecensis, circa A. 1696., Præceptor, Societatis Arithmeticæ Hamburgensis, A. 1690. fundatæ, Collega, *Continuantis* insignitus agnomine, d. 14. Jul. A. 1707. Lubecæ obiit. *V. Nova Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1707.*, *p. 319.*

Neuangelegter Historischer und Algebraischer Gartenbau, von 26. curieusen Historien, als zu einem neuen Garten gehörigen Bäumen; aufs deutlichste resolviret. Hafniæ 1691. in 8. Commendatur a W. E. Tenzelio, *in Dial. Menstr. Germ.*, *M. Jan. A. 1693.*, *p. 22.*

Anderer Theil desselben, auß 26. curieusen Historien bestehend. Ratzeburgi 1696. in 8. Utraqve pars recusa est Lubecæ A. 1708. in 8.

Historisch-Algebraische Nebenstunden, in sich fassend 51. curieuse und anmuhtige Historien, in die edle Algebram verfasset, und deutlich resolviret. Ratzeburgi 1698. in 8. Editio secunda, centuriam historiarum exhibens integram, Lubecæ A. 1707. *in 8.* prodiit. De scripto hoc, uti & præcedenti bipertito, ex elegantibus, qvibus numerorum aliqvid inest, historiis problemata formantibus & resolventibus Arithmetica atqve Algebraica, V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Mart. A. 1698.*, *p. 48.*, *& M. Jul. A. 1707. p. 224.*

Algebraisches Ehrengedächtniß M. Bernhardi Krechtings, des Ministerii zu Lübeck Senioris. Lubecæ 1700. in fol.

Historisch-Arithmetische und Algebraische Ubungslust; Scriptum *in Nov. Lit. Lubec.*, *M. Jul. A. 1707.*, *p. 224.*, promissum.

JOACHIMUS CORDES, Lubecensis, Med. D.

Exerc. de Chyli motu, Præside D. Gerh. Blasio. Amstelod. 1664. in 4.

Disp. Inaug. de Phtisi. Ultraiecti 1664. in 4.

M. PAULUS CORDES, Henrici Fil., Hamburgensis, d. 20. Oct. A. 1613. in lucem editus, & e schola patriæ A. 1633. in Acad. Rostochiensem, A. 1635. in Witebergensem, & A. 1638. in Jenensem, profectus, tres in hac

(1.) *in Catal. Autorum* qvem *Chronico* adjecit *Holsatico.* (2.) teste Joach. Degenero, Past. Hamb., in Ep. MS., A. 1570. ad eum missa. (3.) V. J. Alb. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 621.* (4.) *in Præfat. Parodiarum Horatianarum.* (5.) *l. c. p. 1124.* (6.) V. *Anonymi Catal. MS. Ministrorum Eccl. Hamb.* (7.) *Diss. IV. de Poet. Lat. p. 128.* (8.) *in Millen. I. Prosopographiæ Melicæ p. 40.*

Præside Salom. Glassio (in Genesin, Epist. ad Rom. ac Ps. CX.) habuit Disputationes, ac A. 1639. Magistri titulum obtinuit. In patriam redux, ex illa A. 1641. Amstelodamum, ad officium in æde Lutheranorum sacra, avocatus est, Ecclesiasticum, &, hoc per 33. annos administrato, d. 16. Dec. A. C. 1674., & æt. 61., defunctus, cum e prima conjuge, Catharina, Mich. Engelii, Mercatoris Hamburgensis, gnata, A. 1647. ducta, & A. 1651. mortua, filium unicum, Henricum, Ecclesiasten Lutheranum Hagensem (A. 1678., æt. 29., extinctum) (1.), ex altera autem, Gertrude Flamingia, A. 1653. in locum illius subrogata, nullos sustulisset liberos. Fusius vitam ejus exponunt Sermones duo in Luc. II. 29. & Apoc. XIV. 13. funebres, memoriæ ejus a Reimero Ligario, Ostfrisio, Collega, ac M. Henr. Cordesio, filio, dicati, Hagæqve A. 1675. *in 4.*, cum Epicediis, excusi, brevissime autem H. Wittenius *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1674.*

Disp. de Baptismo, Præside D. Joh. Cohtmanno. Rostochii 1634. in 4.

Disp. de Cœlo, Præside M. Joh. Musæo. Jenæ 1638. in 4.

Bibelsche Catechismus-Schoel. Amstelod. 1671. in 8. (*L. Belg.*)

Erklärung des Liedes: Wacht auff rufft uns die Stimme. Amstelod. 1655. in 8. Qvod scriptum, in Catalogo qvodam memoratum, idem esse credo cum *Voce e Septentrione, tribus Homiliis in Cap. 25. Matth. Belgicis explicata*, qvam Wittenius *l. c.* ei tribuit.

WICHMANNUS CORDES, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus. Vixit A. 1704.

Disp. Inaug. de Bilis natura & usu Medico, Præside D. Henr. Christoph. Alberti. Erfurti 1692. in 4.

JOHANNES DIETERICUS CORDT, Med. D. & Practicus Hamburgensis. Vixit A. 1704.

Disp. Inaug. de Peripnevmonia. Ultraj. 1692. in 4. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 14.*)

SIMON CORFINIUS, Hamburgensis, Johannis, Pastoris Catharinæi, filius, Med. D. & in patria Practicus. Vixit A. 1716.

Exerc. de Morte in undis, contra Servium & Synesium, Præside Jac. Thomasio (*illius Autore*) defensa. Lipsiæ 1667. & 1672. in 4.

Disp. Inaug. de Catalepsi. Ultraj. 1669. in 4.

M. HERMANNUS CORNERUS (qvem solus *Martinum* perperam vocavit Joh. Reiskius (2.), Lubecensis, Cœnobii Ord. Dominicani, in patria, Lector & Monachus, Historicus diligens & pro seculi genio eruditus, deqve Saxonia inferiore ac Cimbria nostra, qvarum res, in *Chronico*, ad A. C. 1435., qvo vixit, perducto, aliis persecutus est diligentius, præclare admodum meritus. Plura haud dubie A. 1720. de eo attulit Joh. Henr. a Seelen *in Specimine Selectorum Literariorum tertio*, de illo agente, qvod, mihi nondum visum, ipsemet *Parte II. Athenarum Lubecensium p. 5.* allegat. Conferantur de illo Gothofr. Gvilh. Leibnitius *in Introduct. in Tomum II. Scriptorum de rebus Brunsvicensibus, num. 46., p. 51. ac seqq.*, &, qvi hanc laudat, Gothofr. Hechtius *in Germania sacra & litterata, P. II., Lib. 16., c. 18. p. 719. 720.* nec non Joach. Frid. Fellerus *Trimestri I. monumentorum variorum ineditorum p. 39. 40.*

Chronici ejus novelli, Universalis Latini, etiamnum ἀνεκδότα, & a N. C. ad A. C. 1435. (juxta Bangertum & Meibomium Juniorem), vel 1438. (juxta Anonymi, a qvo, cognomine omisso, *F. Hermannus Ord. Præd.* appellatur, Catalogum Autorum, *Metropoli* Krantzianæ præfixum), perducti, bina MSta membranacea, duobus Tomis nitide exaratis, comprehensa, in Bibliothecis Civitatum Lubecensis & Lüneburgensis publicis asservari, Bangertus & Henr. Meibomius Jun. testantur. MStum tertium (qvod Meibomio non innotuisse miror) in Acad. Juliæ, sub *Fratris Koerneri* nomine, superest Bibliotheca, sed haud dubie in fine mutilum, cum, teste Georg. Calixto (locum ejus de sede Pontificum recitante stercoraria, sexui horum explorando destinata) (3.), *in conditu Romæ incipiat, & in Concilio Constantiensi* (A. 1414. ac 1415. habito) *finiat*. Secutus in eo Autor est scriptores alios vetustiores, &, hos inter, Helmoldum ac Arnoldum Lubecensem, qvorum *Chronici Slavorum* omnes fere narrationes suo illum operi, sæpe vix vocula mutata, inseruisse, Bangertus & Meibomius junior, aliqvoties jam laudati, observarunt. E qvibus tamen posterior, non pauca in eodem, addit, singularia, ubi ad sua tempora pervenit, circa Historiam præcipue Saxoniæ inferioris ac Transalbianæ, inveniri. Illud vicissim consuluerunt, & subinde allegarunt, præter Franc. Irenicum, *in Exegesi Germaniæ* (4.), teste Meibomio, Autorem, sub *Hermanni, Scriptoris Saxonum*, freqventer adducentem nomine, & in rebus plerumqve secutum Saxonicis, Alb. Krantzius nostras, &, qvi utroqve est antiqvior, Autor *Chronici Slavici prioris*, ab Erpoldo Lindebrogio inter *Rerum Germanicarum Septentrionalium Scriptores* editi (5.). Loca Helmoldi & Arnoldi Lubecensis, in Chronico ejus citata, qvæ in illorum *Chronico Slavorum*, vel plane non, vel aliter, leguntur, G. G. Leibnitius huic, *Tomo II. Scriptorum de rebus Brunsvicensibus*, Hannoveræ A. 1710. *in fol.* edito, subjunxit. V. Lipsiensium *Acta Eruditorum, M. Febr. A. 1712., p. 53.* Cujus etiam Operis *Tomo III.*, Hannoveræ A. 1711. *in fol.* excuso, excerpta ejusdem Chronici Corneriani, ab A. C. 1371. ad 1435., de urbe Lüneburgensi, sunt inserta, testibus Lipsiensibus, *l. c., M. Mart. A. 1712., p. 139.* Novissime tandem Chronici Corneriani Pars posterior, a Caroli M. temporibus ad A. C. 1435. perducta (omissa priori, historiam, ab O. C. ad Carolinum usqve imperium, antiqviorem complectente), integra, e Codice MS. Bibliothecæ Senatoriæ Lüneburgensis, *Historiæ novellæ* gaudente titulo, & Lubecensi atqve Helmstadiensi multo auctiore, a Joh. Georg. Eccardo, *Tomo II. Corporis Historici ævi medii*, Lipsiæ A. 1723. *in fol.* excuso, est edita. V. eosdem Lipsienses, *M. Oct. A. 1723., p. 440.*

Consule de illo, præter jam allegatos, Hier. Henningii *Præf. Operis Geneal. Saxon.*, Henr. Meibomii Sen. *Bardevicum, in Opuscc. Histor. p. 129. 131., & Vindicias Billinganas ibid. p. 309. 310.*, Henr. Bangerti *Præf. Chronici Slavorum Helmoldini, & Notas ad illud p. 113. 296.*, Henr. Meibomii Jun. (plura cæteris suggerentis) *Introd. in Histor. Sax. Infer. p. 101. 102. 105.*, Casp. Sagittarii *Histor. Bardovic., c. 7., §. 10.*, Joh. Hallervordii *Biblioth. Curiosam p. 127. 128., ac Spicilegium de Historicis Latinis p. 92.*, Mich. Hertzii *P. IV. Biblioth. German. lit. O. 4. b.*, Sev. Walth. Sluteri *Propylæum Hist. Chrift. p. 60. Ed. poster.*, nostramqve *Isagogen ad Hist. Cimbr., P. I., c. 6., §. 14., p. 87. 88., ac Diatriben de Helmoldo, §. 25. 29.*

MARTINUS CORNETUS (nescio qvis) ἀνέκδοτα reliqvisse fertur, qvæ in multorum versantur manibus, mihi nondum visa:

Epitaphia Nobilium Slesvigo-Holsaticorum; das ist: Erschreckliche Todes-Fälle, die sich unter etlichen vom Adel der Hertzogthümer Sleswig und Holstein, von A. 1575. biß 1680., zugetragen, und wie sie, unvermuhtlicher Weise, durchs Schwerd, Erschiessen, Gift, und andere Fälle, sind umbkommen.

M. NICO-

(1.) V. de illo Joh. Schelhammeri Jun., Collegæ, Sermonem Funebrem Germanicum, in ejus habitum exeqviis. (2.) *Exerc. II. de Imaginibus Christi, c. 1., §. 2., p. 60.* (3.) *in Tr. de Conjugio Clericorum p. 357.* (4.) *Lib. III. c. 59. 62. 69. 105.*, & alibi sæpius. (5.) *c. 30. & 37., p. m. 204., ac alibi passim.*

M. NICOLAUS CORNOPOEUS, Kiloniensis, scholæ patriæ, circa A. 1590., Rector, ac Pastor deinde ruralis, circa A. 1603., in Holsatia Woldenhornensis; γνησίοις *Ecclesiæ doctoribus* ab Æg. Hunnio (*in præfat. Tractatui ejus de norma in controv. relig. præfixa*), Autoribus vero prohibitis ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore Hispaniæ Generali (*Biturigem* illum inepte vocante), *in Indice Librorum prohibitorum & expurgandorum Hispanico*, Madriti A. 1667. edito (*p. 800.*), annumeratus.

SCRIPTA EDITA LATINA.

Oratio funebris, memoriæ Philippi, Ducis Slesv. & Holf., in arce Gottorpiensi d. 18. Oct. A. 1590. defuncti, Kilonii habita. Lubecæ 1590. in 4.

Tract. de Norma judicii in controversiis religionis dirimendis, cum Præfat. D. Ægidii Hunnii. Witebergæ 1603. in 4. (*Lipenius, P. II. Bibl. Theol. p. 353., Annum 1607. in locum 1603. male substituit.*)

D. Mart. Lutheri Hymnus in natalem Christi: Gelobet seystu JEsu Christ; versibus Græcis & Latinis redditus. Hamburgi 1616. in 4.

Epistola Paracletica ad Henr. Ranzovium, A. 1591. scripta, inter *Consolatorias ad Ranzovium Epistolas*, a Georg. Lud. Frobenio Francof. A. 1593. *in 8.* junctim editas, *p. 198. & seqq.*, obvia.

GERMANICA.

Außlegung des IX. Capittels Esaiæ von der Menschwerdung Christi, wie auch des LXV. Psalms. Witeb. 1603. in 8. (*Draud., Bold. &c.*)

Hier. Welleri Antidotum, oder Geestlike Arstedie vör de Christen, de Anfechtinge und geestlike Dröfnisse hebben, int Sassische övergesettet. Hamburgi 1603. in 8. (*L. Sax.*)

Filius prodigus, oder Außlegung der schönen Gleichniß vom verlohrnen Sohne, beydes nach dem Buchstaben, und der Allegorischen Deutung, in 5. Predigten verfasset. Hamburgi 1614. in 4.

Außlegung des XLVI. Psalms, in 4. Predigten. Hamburgi 1627. in 4.

M. MARTINUS CORONÆUS (sive KREYE) Senior, Holsatus, filiorum Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, A. 1565. & seqq., fuit Pædagogus, deinceps vero Civitatis Kiloniensis, ad A. usqve fatalem 1586. (1.), Pastor. Præter Theologiam Chymiæ etiam fuit studiosus, ejusqve mysteriis, sicut Epistolæ illius ad D. Paulum ab Eitzen, Ecclesiarum Holsaticarum antistitem, docent, initiatus, ac literarum præterea elegantiorum peritia insigni conspicuus. Librum Concordiæ, Eitzenii (cujus de illo Censuram suo d. 21. Sept. A. 1572., cum reliqvis Cimbriæ Ducalis Pastoribus, approbavit Chirographo (2.)) exemplo, constanter rejecit ac impugnavit, ob suam adversus hunc παῤῥησίαν Andr. Pouchenio, Præsuli Lubecensi, ac Georg. Stammichio, Pastori Hamburgensi Catharinæo, aliqvot in eum Demegoriis contumeliose invecto publicis, exosus. Qvorum ultimus, & alii Parochi Hamburgenses ἀλλοτριεπίσκοποι, cum ab ipso, A. 1579. in urbem suam delato, ut coram se compareret, ac recusatæ libri istius symbolici subscriptionis rationem redderet, audacter postulassent, acri vicissim responso, qvo animi impotentia & πολυπραγμοσύνη iis exprobrabatur, sicut ex Epistola ad Eitzenium, fuse hanc σὺν ῥάξιν exponente, didici, sunt excepti.

(Confer de illo Mich. Clenovii Jun. *Tyrociniorum Poeticorum Myrmecias p. 120., P. I. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 14., §. 8., p. 223. 224. 225.*, & ex illa Vinc. Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon., c. 9., p. 383. 384.*)

Elogia bina Joh. Ranzovii, Eqv. Aur., & trium Daniæ Regum Archistrategi, sive Narrationes duæ de ejus vita ac rebus gestis, qvas Coronæus, Biographiam ejusdem meditans, in Bibliotheca Bredenbergensi forte fortuna (uti perhibet) inventas, adjuncta Epistola eleganti, Joachimo, Abbati Reinfeldensi, M. Dec. A. 1565. transmisit, hic autem, cum eadem, & præfatione sua, excudi curavit, ac postea Georg. Lud. Frobenius A. 1593. *Sylloge Epistolarum ad Henr. Ranzovium Consolatoriarum*, aliqvoties Francofurti recusæ (*p. 1-24.*), Simonqve Schardius *Tomo III. Rerum Germanicarum* (Basileæ A. 1574. *in fol.* edito), inseruerunt. Autorem illorum, qvamvis videri nolit, ipsum esse Coronæum, styli, in iis, & Epistola hujus præfixa, nitidi, tersi gravisqve, mira similitudo mihi persvadet. Accedit, qvod vidisse recorder *Vitam & res gestas Joh. Ranzovii*, M. Mart. Coronæi, Holsati, nomen in ipso præferentes titulo, Francofurti A. 1567. (imo, juxta Catalogum qvendam, Rostochii etiam A. 1566.) *in 4.* excusas, qvas cum Elogiis his easdem esse conjicio. Justus Lipsius, in Epistola ad Henr. Ranzovium A. 1587. exarata, & Syllogæ Frobenianæ modo laudatæ, *p. 182. 183.*, inserta, seqventi *Elogia* hæc Latinissima dignatus est elogio: *Elogia illa ad æternæ famæ virum, Parentem tuum, profecto presso & rotundo stylo scripta. Qvisqvis is Autor, scio non invisum vixisse melioribus Musis. Doctrina vetus, nec affectata, in iis apparet, & judicium ante omnia directum qvoddam in togatis sagatisqve rebus. Uno verbo, præco ille non indignus eo Achille.*

Epitaphium Elegiacum in obitum Dan. Ranzovii, Archistrategi Danici, A. 1569. scriptum, qvod in M. Georg. Crusii *Appendice Descriptionis Bredenbergæ*, Witeb. A. 1570. *in 4.* editæ (*lit. Z. 4. & 5.*), occurrit.

Epistolæ III. ἀνέκδοτοι, de controversiis Ecclesiæ Lutheranæ intestinis, ad D. Paulum ab Eitzen, Superintend. Holsaticum, A. 1579. & 1580. exaratæ, qvas in Volumine Epistolarum ad Eitzenium MSto inveni.

MARTINUS CORONÆUS (sive KREYE) Junior, Kiloniensis, Gymnasii Bordesholmensis, & Academiæ deinde, circa A. 1599., Rostochiensis, alumnus, templi hinc atqve Cœnobii Bordesholmensis, ad A. usqve 1608., Æditus, & Parochiæ tandem ruralis Flintbeckensis, in agro Kiloniensi, Pastor, A. 1637. superstes; distingvendus a cognomine sibi ac coævo Diacono Itzehoensi, qvi Præposito suo, M. Dethlevo Meiero, de Christi ad inferos descensu, A. 1632. movit controversiam.

SCRIPTA GERMANICA INEDITA.

Opera supererogationis militum Pontificiorum, Uberflüßige gute Wercke der Papistischen Kriegesleute, nachdem sie das Land Holstein A. 1627. überfallen und außgeplündert, und viele unmenschliche Thaten begangen: Insonderheit, was sie vor hostilitäten und Schandthaten, in den neutralen Fürstlichen Landen, wieder gegebene assecuration und Salvagvardie, verübet. MStum 12. qvaternionum, qvod Hafniæ in Jac. Beckeri, Secretarii regii, Bibliotheca inspexi. Confer de illo *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 6., p. 142.*

Antiqvitates des Klosters Bordesholm, darinn beschrieben werden desselben Fundation und geistliche Personen, so demselben, im Pabstthum, und nach der Reformation, gedienet, ingleichen die Amptleute und Schulbedienten von A. 1566., und andere merckwürdige Dinge. Scriptum 7. qvaternionum non inelegans, & luce dignum publica, *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 7., p. 377.*, itidem jam commendatum. Seriem historiæ Cœnobii ad A. 1637. perduxit.

PETRUS CORSCHWANT, J. U. D. & Practicus Lubecensis. Vixit A. 1673.

Disp. Inaug. de Monopoliis, Præside D. Frid. Gerdesio. Gryphiswaldiæ 1671. in 4.

(1.) V. Henr. Langemakii *Serm. Funebrem, M. Dethero Mauritio, ejus Successori, habitum.* (2.) V. Rud. Hopiniani *Concordiam Discordem fol. 71.* (ubi perperam *Mart. Caroneus* vocatur.)

M. GERHARDUS CORTHUMIUS, Hamburgensis, Lipsiæ d. 26. Jan. A. 1660. Magister a Joh. Ad. Scherzero creatus (1.), M. Joh. Corthumii, parentis, in oppidi Bergerdorfiensis, (Parochis familiæ Corthumianæ, a Reformationis tempore, serie non interrupta, gavisi (2.) Pastoratu, Successor, A. 1704., teste Georg. Henr. Götzio, eruditis eum hortorum cultoribus, in Diatriba de his, A. 1706. edita (3.), annumerante, defunctus.

Exerc. Philosophico-Philologica de Angelis, Præside Joh. Ad. Scherzero. Lipf. 1659. in 4.

Christliche Drang-und Labsaal, oder Leichpred. über Dorothea Trappinn, aus Pf. XXV. 17. 18. Hamburgi 1673. in 4.

Eine vielbedeutende geistliche Stundenbetrachtung, aus der Epistel des ersten Advent Sontages (Rom. XIII. 11-14.) vorgestellet; wie auch eine vielbedeutende geistliche Tagebetrachtung, am Neujahrstage. Hamb. 1674. in 8.

M. JODOCUS (qvem alii *Jacobum* perperam appellant) CORTHUMIUS (ab Herm. Hammelmanno, *P. II. Hist. Eccl. Ev. ren. (in Opp. Hist.). p. 976.* Kurtumb vocatus) Hamburgensis. Magister creatus Rostochii d. 20. Sept. A. 1552. teste O. F. Schützio *L. I. Comm. de Vita Dau. Chytræi p. 74.* templi in patria Jacobæi Diaconus A. 1562., festo Paschatis, electus, & Phthisi d. 6 Sept. A. 1580. extinctus, V. Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 887.*

M. Joach. Westphali, Superintendenten zu Hamburg, Christliche Gebete auf die Evangelia und Episteln der Sontage und Feste, von ihm, mit seiner Vorrede, ausgegeben. Hamburgi 1597. & 1634. in 8.

(Ipse etiam, nisi omnino fallor, idem est cum Jodoco Methodio, sub lit. M. memorando, qvi Orationem de vita & obitu ejusdem Joach. Westphali Rostochii A. 1575. *in 4. edidit.* Cognomina certe, Germanicum Cortummii, & Græcum Methodii, qvoad significationem, conspirant.)

LUCAS CORTHUMIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. de Libera facultate in eligendo vitæ genere Liberis permittenda, Præside D. Joh. Balth. Wernero proposita. Witebergæ 1715. in 4. V. de illa *Partem XLVIII.* der gelehrten *Famæ p. 969. 970.*

Disp. Inaug. de Exhæredatione, qvatenus Jure civili rite facta esse dicitur, Præside D. Gebhardo Bastinellero proposita. Witebergæ 1716. in 4. V. de illa *Partem LVI.* der gelehrten *Famæ p. 580. 581. 582.*

M. JESSENUS CORVINUS, Hatherslebiensis, Rostochii A. 1630. Magistri ornatus titulo, Scholæ initio patriæ Rector, simulqve arcis regiæ Ecclesiastes, deinde vero Parochus, in agro vicino, Moltrupensis, Bierningensis, ac tandem Biertensis. Vixit A. 1664.

Carmina Latina varia, diversis edita temporibus.

Leichpredigt über Christina, M. Joh. Beuerlini, des Königl. Dänischen Printzen, Christiani V., Hofpredigers, Ehefrau, aus Pf. XXXI. Hamb. 1634. in 4.

JOHANNES COSTERUS a Rosenburg, qvem Henn. Wittenius Gadebuschæ, Ducatus Megapolitani oppido, Joh. Schefferus autem, & alii, Lubecæ, primam aspexisse lucem testantur, Medicinæ Doctor, ex Academia Regiomontana Wismariam A. 1649. ad Poliatri evocatus est officium, ac deinde Ordinis Esthoniæ Eqvestris, urbisqve Revaliensis, Physicus integro fuit qvinqvennio. In aulam hinc Svecicam a Carolo Gustavo, Rege, accersitus, & nobilitatis donatus privilegiis, Archiatri titulo, & illi, &, post ejus obitum, qvem præsens spectavit, Viduæ ejusdem, Hedwigi Eleonoræ Holsaticæ, inserviit. E Svecia in Russiam delatus, magno illius Duci, per annos complures, a cura fuit valetudinis, ac rude tandem donatus Revaliam rediit, annoqve illic 1685. d. 22. Febr., septuagenario major, obiit. V. de illo Joh. Schefferi *Sveciam Literatam p. 305.*, *meaqve ad istam Hypomnemata p. 465.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII. ad A. 1685.*, Corn. a Beughem *Bibliogr. Medicam p. 66.*, Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 561.*, & Joach. Viti Wigandi (sive Joh. Val. Willii) *Diss. I. de Philiatrorum Germanorum itineribus p. 78.*

Disp. de Dysenteria, ab eo Præside proposita. Regiomonti 1646. in 4.

Affectuum totius corporis humani præcipuorum Theoria & Praxis, Tabulis exhibitæ. Accessit Relatio Medica morbi & obitus Caroli Gustavi, Regis Sveciæ. Francof. 1663. in 4. Lubecæ 1675. in 4. (Relatio hæc criminationibus illorum est opposita, qvi, teste Sam. Pufendorfio, *Lib. VII. de rebus Car. Gust. §. 2., p. 662. Ed. Germ.*, febris, qva Rex obiit, malignæ, pro scorbutica saltem habitæ, curationem illi imperitam exprobabant.)

Opera Medica, Lubecæ A. 1666. in 4. (*teste Catalogo Nund. Lipf. A. 1666. Vern. p. 10.*) edita, qvæ cum scripto eadem esse credo præcedenti.

CONRADUS ANDREAS CRAMERUS, Lubecensis, Med. Doctor, & Practicus primo Lubecensis, deinde in Duc. Megap. Rhenensis. V. J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 210.* Vixit A. 1721.

Disp. Inaug. de Usu Corticis Chinæ febrifugo cauto ac suspecto, Præside D. Henrico Henrici proposita. Halæ 1713. in 4. V. de illa *Partem XXXII.* der gelehrten *Famæ p. 608. 609.*

DANIEL PARIDAMUS CRAMERUS, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, simulqve Consiliarius, circa A. 1704., Würtembergicus (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1704. p. 14.*) Vixit A. 1716.

Disp. Inaug. de Hydrophobia. Lugd. Bat. 1688. in 4.

JOHANNES CRAMERUS (qvem *Crasmerum* alii vocant), Hamburgensis, J. U. D. Vixit A. 1689.

Disp. de Antinomiis Juris Civilis, in genere & in specie, Præside D. Joh. Frid. Böckelmanno. Heidelbergæ 1660. in 4.

Disp. Inaug. de Navi & navigatione, Præside eodem proposita. Heidelbergæ 1661. in 4. (Laudatur a Burgoldensi *P. III. Discursuum ad Instrum. Pacis, Disc. XII., p. 87.*)

MAURITIUS CRAMERUS, Meldorpio Dithmarsus, vici in provincia natali Marnensis Pastor, Poeta & Hymnographus Germanicus eximius.

Heilige Andachten, bestehend in etlichen geistlichen Liedern. Glückstadii 1683. in 8.

Nothwendig erachtete Christliche Warnung vor dem ungeschmackten Qväcker-Qvarcke, an die Gemeine zu Marne in Dithmarschen. Hamb. 1688. in 8.

Die Wiederbringung der Evangelischen Wahrheit in Teutschland und anderen Ländern, insonderheit in Dithmarschen, in zween Historischen Bußpredigten vorgestellet; samt einer beygefügten Catechismus-Predigt. Glückstadii 1699. in 8. V. de hoc scripto *Nova Lit. Lubec., M. Nov. A. 1699., p. 349. 350.*

PETRUS CREISBACHIUS, Dithmarsus, Johannis Creisbachii, Ecclesiæ Wördanæ Pastoris, & cæterarum, qvæ Johanni Seniori, Duci Holsatico, subjectæ erant, Dithmarsicarum Præpositi (de qvo Ant. Heimreichii *Chronicon Dithmarsicum, Lib. 3., c. 5., p. 257., & c. 7., p. 274. 275.*, consulendum), haud dubie filius, venæ mediocris Poeta, Rostochii A. 1574. Magister creatus.

Libri

(1.) V. Scherzeri *Programmata p. 55.* (2.) V. Joh. Frid. Mayeri *Progr. Invit. ad Disp. Inaug. Joh. Alb. Fabricii p. 19.* (3.) §. 7., 6.

Libri duo Christiadum, ad Johannem Seniorem, Ducem Holsatiæ, Matthæi & Marci historiam sacram, carmine expositam Heroico, complectentes. Rostochii 1575. in 8.

FRIDERICUS JOACHIMUS a **CREUTZ**, Segeberga Holsatus, J. U. D. & Protodicasterii Gottorpiensis, ac Judicii Provincialis, Advocatus, Consiliarius, circa A. 1723., Holsato-Gottorp.

Disp. de amissa possessione agri inundati, Præside D. Sim. Henr. Musæo. Kilonii 1703. in 4.

Disp. Inaug. de Intercessionibus fœminarum nobilium Slesvicensium & Holsaticarum, Præside eodem proposita. Kilonii 1708. in 4. V. *Nova Lit. Lubec. A. 1708.*, *M. Jun. p. 157.*, *& M. Jul. p. 189.*

Refutatio Germanica Apologiæ Joh. Ludovici, Bar. a Königstein, jussu Ducali, ut ferunt, edita.

FRIDERICUS **CRÖCHEL**, Gaikebulla Strandfrisius, patre natus Johanne (*statim memorando*), filiorum Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, circa A. 1651., Informator, natuqve inter hos maximi, Friderici Junioris, Parisiis A. 1654. extincti, in itinere ad exteros fatali, Secretarius, post reditum vero Insulæ natalis Nordstrandicæ, ab A. 1655., Inspector, d. 17. Maji A. 1667. defunctus; Vir eruditus, & Poëta elegans atqve ingeniosus. V. de illo Ant. Heimreichii *Epist.* ad eum *Dedicatoriam, Chronico Frisiæ Borealis* A. 1666. præfixam, & *cap. 12. ejusdem, p. 304.*

Carmina & Epigrammata venæ nobilioris complura, sparsim edita.

JOHANNES **CRÖCHEL** Senior, Lubecensis, Pastor initio, ab A. 1612., in Nordstrandia Gaikebullensis, & Archidiaconus deinde, ab A. 1618., Husensis, A. 1652., æt. 74., d. 22. Jul. denatus. V. M. Mart. Holmeri *Præfat. Homiliæ de incendio Turris Husensis Germanicæ.* Uberiorem vitæ ejus sistit historiam J. M. Kraftius in der Husumischen Kirchen-Historie *p. 241-244. 278.*

Leichpredigt über Marcum Luders, Fürstl. Holstein. Raht und Amptsverwalter zu Husum, auß Ps. LXVIII. 20. 21. Slesvigæ 1651. in 4.

M. JOHANNES **CRÖCHEL** Junior, Gaikebullensis, Senioris, modo laudati, filius, Rostochii A. 1643. Magistri adeptus titulum, Gymnasii Bordesholmensis, ab A. 1646., Conrector, Diaconus, ab A. 1648., Flensburgensis Marianus, & Archidiaconus deinde, post parentem, ab A. 1653., Husensis, simulqve Ecclesiastes, ab A. 1661., Mariæ Elisabethæ Saxonicæ, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, viduæ, in arce urbis, aulicus, qvinqvagenarius d. 29. Apr. A. C. 1665. obiit. V. Holmerum *l. c. p. 11. 12.*, & J. M. Kraftium, vitam ejus fusius enarrantem, *l. c., p. 245-252. 307.*

Disp. de Imagine Dei in homine ante lapsum, Præside D. Abr. Calovio. Regiom. 1641. in 4.

Disp. Theol. de Juramentis, Præside D. Joh. Qvistorpio Sen. Rostochii 1643. in 4.

Hertzstärckendes Reminiscere aller Krancken, oder Leichpr. über Anna Kallisen, auß Job. XIX. 25. 26. Slesv. 1649. in 4.

Vier Ehren- und Gedächtnissenlen einer Gottseligen Frauen, oder Leichpr. über Margareta Klöckerinn, auß Luc. II. 36. 37. Rostochii 1649. in 4.

Des Heiligen Geistes Trostſtimme vor alle selig sterbende, oder Leichpr. über Fr. Elisabeth Holländerinn, auß Apoc. XIV. 13. Hafniæ 1652. in 4.

Bey GOtt ist Raht und That; oder Leichpr. über Elisabeth, Johannis Meieri, Pastoris zu Husum, Wittwe, auß Ps. LXXIII. 24. Slesvigæ 1656. in 4.

Fürstliche Abführungspredigt, auß Gen. L. 7-14. Slesv. 1662. in fol.

Kurtzes, flüchtiges und mühseliges Leben, oder Leichpr. auß Ps. XXXIX. 6. 7. 8. Slesv. 1665. in 4.

Leichpred. über Anna Lorenzen. in 4.

M. JOH. **CRÖCHELIUS III.**, secundi, Ecclesiastæ Flensburgensis atqve Husensis (de qvo modo dictum est), filius, Flensburgi A. 1651. natus, Husæqve educatus, studiis Kilonii, Lipsiæ, & in itinere per Germaniam, Belgium & Angliam, literario, incubuit, Parochiæ prope Husam Simensbergensis, ab A. 1680.; egit Pastorem, illaqve inundata Husam reversus, istic d. 24. Martii A. C. 1723., ac ætatis 72., obiit. Plura de vita ejus suggeret Joh. Melch. Krafftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 249. 250. 251.*

Disp. de vario Demonstrandi modo in Mathesi, Physicis, Metaphysicis, Ethicis & Politicis, Præside M. Dan. Lippio, Lubecensi, proposita. Kilonii 1670. in 4.

Buß- und Trost-Predigt über Ps. LXII. 8. 9., A. 1719. edita. V. Kraftium *l. c.*

M. NICOLAUS **CROLLIUS**, Hamburgensis, Parochus in Hadelia Ludingwortensis, A. 1661. superstes.

Disp. de natura & proprietatibus Repugnantium, Præside M. Thoma Rhædo, Scoto, Rostochii 1609. in 4.

Oratio de exaltatione Christi, ejusqve gradibus. Rost. 1616. in 4.

Exercitationes Academicæ de exaltatione Christi, ejusqve gradibus, & de bonis Angelis, eorumqve officio. Rost. 1616. in 4.

Disp. de Christo, Præside D. Joh. Affelmanno. Rost. 1617. in 4.

Scholæ seu Disputationes Academicæ, de Clavibus regni cælorum, solvente & ligante (Præside D. Paulo Tarnovio), & de Christo (Præside D. Joh. Affelmanno); in Acad. Rostoch. habitæ. Rost. 1617. in 4.

Leichpredigt über Hedwig, Joh. Herlicii, Pastoris zu Altenbruch, Ehefrau, auß Job. XIX. Hamburgi 1661. in 4.

DAVID **CROLLOVIUS**, Civis Hamburgensis literatus, & Deputatorum, qvos vocabant, civitatis, ab A. 1684. ad A. 1686., haud infimus, cum reliqvis factionis Jastramio-Schnitkerianæ infelicis asseclis in vincula A. 1686. est conjectus, ac A. 1687., præstito prius de non offendenda urbe Hamburgensi juramento, in exilium abire jussus. Exul eodem A. 1687. Acta Processus contra se Hamburgensis judiciarii (sub tit. der Hamburgischen Wütereyen), Germanice (*in 4.*), cum præfatione Senatui opposita, ad innocentiam suam ostendendam, juris fecit publici. Qvibus a Senatu Hamburgensi, præter formulam citationis, qva, tanqvam perjurus, ad causam dicendam incassum revocabatur, A. 1688. publice affixam, nihil est repositum.

CLARA MARIA **CROMMERIA**, Holsata, Poetria, in utroqve sermone, Latino & Germanico, elegans, cui cum Joh. Ristio, Paulo Tscherningio, Consiliario Regis Danici bellico, & Conrado ab Höveln, freqvens, & sermone qvidem maximam partem ligato, literarum intercessisse commercium Christ. Franc. Paulinus, qvi Lubecæ eandem compellavit, & fœminis annumerat eruditis, testatur. V. ejus Hochgelahrtes teutsches Frauenzimmer *p. 33.* Vixit A. 1670.

M. JOHANNES **CRUGER**, Lubecensis, Witebergæ Magistri potitus titulo, Pastor, ab A. 1653., in Præfectura Husensi, Milstedensis, ac deinde in Dithmarsia Boreali Heidensis, cæterarumqve simul Ecclesiarum provinciæ hujus Ducalium, ab A. 1679., Præpositus, A. 1681. defunctus; Gener M. Naamani Bernhardini, Ecclesiarum Dithmarsiæ regiæ Antistitis. Confer de illo Ant. Heimreichii *Chronicon Dithmarsicum p. 259.*

Disp. de Tyrannicidio, Præside M. Joh. Meisnero, Autore, defensa. Witeb. 1642. in 4.
Disp. Philos. de Conscientia, ab ipso Præside proposita. Witeb. 1648. in 4.
Güldener Gedenckring Nehemiæ, oder Leichpredigt über Moriz Wildhagen, auß Nehem. XIII. 31. Slesvigæ 1669. in 4.

M. PETRUS CRÜGER, Lubecensis, Pastor, ab A. 1619. ad 1629., in Wagria Eutinensis (1.), & deinde Kiloniensis; Gener, tum M. Joh. Stolterfohtii, Antistitis Mariani Lubecensis (cujus filiam Saram A. 1619. duxit uxorem (2.)), tum M. Erasmi Stockmanni, Professoris Physici Rostochiensis.

Leichsermon über Ægidium von Lancken den Jüngern, Fürstl. Holst. Oberhofmeistern, auß 2. Tim. IV. 6. 7. 8. A. 1632. in 4.
Leichsermon über Bernh. Oldermann, Med. D. und Fürstl. Holst. Leib-Medicum, auß Exod. XV. 26. Lubecæ 1632. in 4.
Leichpredigt über Dorothea Reventlouinn, gebohrne Pogwischinn, auß 1. Tim. V. 5. Lubecæ 1636. in 4.

JODOCUS CRULLIUS, Hamburgensis, Med. C.

Disp. de Medicamento Veterum universali. Lugd. Bat. 1679. in 4. (*O. Sperl.*)

NICOLAUS CRULLIUS, Hamburgensis, ex Ædis Jacobææ curatore patriæ XIIvir d. 4. Nov. A. 1667., ac postea Senator d. 18. Oct. A. 1676., est electus, sed Senatu, A. seq. 1677., d. 15. Nov., qvod repetundarum, una cum XIIviris reliqvis, accusaretur, plebiscito exclusus, frustraqve deinceps, actione forensi, coram Judicio Imperatoris instituta aulico, & impetratis ab hoc mandatis ac Commissariis Cæsareis, dignitatem amissam recuperare conatus, plebis tandem, molitionibus his irritatæ, furori, ac inimicorum insidiis, cedens, ultra qvadriennium in Ducatu exulavit Lüneburgico, &, in patriam reversus, paulo post, d. 27. Mart. A. 1698. (æt. 78.), obiit.

Kurtze, doch gründliche Erzehlung und Betrachtung der Ursachen, warumb er, d. 15. Nov. A. 1677., gantz unvermuhtet und plötzlich, ab officio suspendiret worden; auß denen bey dem Keyserlichen Reichs-Hofrahte eingebrachten Acten, und dabey befindlichen Documenten, gezogen und in Ordnung gebracht. A. 1682. in 4. Opposita huic est, Civitatis nomine, a D. Joh. Slutero, ejus Consiliario, Gründliche, aufs kürtzeste gefassete, Wiederlegung der Schmuchschrift Nicolai Crullen, suspendirten Rahtmanns, auf Gutbefinden des Rahts und der Bürgerschaft außgegeben, Hamburgi A. 1684. *in 4.*, cum Crulliana Narratione, sub finem ejus recusa, juris facta publici. Cui Crullius, octennio post, seqventem reposuit Antapologiam:

Nicolai Krullen feststehende Wahrheit und Unschuld, augenscheinlich gewiesen und bewiesen, in einigen gründlichen Anmerckungen über D. Joh. Sluters grundlose Wiederlegungsschrift seiner kurtzen Erzehlung und Betrachtung der Ursachen seiner suspension ab officio. Lipsiæ 1692. in 4.

M. VINCENTIUS CRULLIUS, Hamburgensis, D. Joh. Ern. Gerhardi, Theologi Jenensis (qvi *Disputationum* suarum, *in Acad. Jenensis habitarum Jubilæo*, A. 1658., ei inscripsit *Fasciculum*), circa A. 1646., in D. Wilh. Lyseri, Prof. Witebergensis, ædibus, contubernalis, Ecclesiæ in patria Jacobææ Diaconus d. 18. Jun. A. 1651. electus, & d. 15. Nov. A. C. 1675., ac æt. 53., mortuus. V. (præter Epicedia) Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamb.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 889.* Studium ejus, explicandis hymnis Ecclesiasticis impensum, D. Joh. Balth. Schuppius, Collega, in *Explanatione Litaniæ vernacula, Operibus* inserta *Germanicis, p. 894.*, commendavit.

Jesus meine Liebe; oder das geistreiche Lied D. Phil. Nicolai: Wie schön leuchtet der Morgenstern, &c., in XII. Predigten erkläret: Mit Anmerckungen, Hamburgi 1659. in 12.
Geistliches Hirtenlied, oder Predigten über den XXIII. Psalm. Hamb. 1660. in 12. (*V. Lipenii P. II. Bibl. Theol. p. 594.*)
Das Löbliche Fischerampt, auß der Evangelischen Historie vom reichen Fischzuge Petri, in 3. Predigten, als ein schweres, nähriges und ehrliches Ampt, vorgestellet; sampt beygefügten darauf gerichteten Gesängen und Gebeten. Glückst. 1660. in 24.
Jesu sey willkommen; oder das Advent-Lied Lutheri: Nun komm der Heiden Heyland, &c., in der Advent-Zeit A. 1668., in vier Predigten erkläret. Hamb. 1670. in 24.

MATTHÆUS (qvem *Matthiam* alii vocant) CRUMBTINGER, Lubecensis, Templi in patria Cathedralis, ab A. 1598., Diaconus, &, ab A. 1614. (d. 7. Jul.), Pastor, cui cum civibus seditiosis, & illorum Promacho, Henr. Reisero, J. U. Doctore, gravia A. 1601., ob sacras, qvibus illos objurgaverat, Demegorias, intercesserunt certamina (3.), d. 15. Apr. A. 1625. vivis excessit (4.).

Oratio de SS. Trinitate in unitate veneranda, & SS. unitate in Trinitate credenda, in Auditorio Theologico Lubecensi habita. Lubecæ 1595. in 4.
Epistola Latina ad D. Dav. Herlicium, de qvinqve Parheliis, Lubecæ d. 3. Apr. A. 1610. visis, Herlicii scripto de iisdem Germanico, Stettini A. 1610. in 4. impresso, adjecta.

CASPARUS CRUSIUS, Hamburgensis, J. U. Lic.

Theses de Procuratoribus, Præside D. Eberhardo a Weyhe. Witeb. 1582. in 4.
Conclusiones Inaugurales de Senatusconsulto Macedoniano. Basileæ 1586. in 4.

CHRISTIANUS CRUSIUS, Crempensis, Henrici, Ærarii sive Diætarchæ regii, ex Margareta Ostendorfia filius, d. 25. Apr. A. 1637. in lucem editus, e Gymnasio Hamburgensi (in qvo Poemation de Herodis recitavit infanticidio) in Academiam, ut studio vacaret Juridico, A. 1655. profectus Witebergensem, Febriqve in hac maligna, d. 30. Nov. A. C. 1658., & æt. 21., extinctus. Plura de ejus vita ac laudibus V. in D. Abr. Calovii Sermone *de beneficiis mortis prematuræ Genethliacis (e Sap. IV. 1-14.)* funebri Germanico, D. Joh. Meisneri, Theologi, Programmate exeqviali, & Professorum cæterorum Epicediis, junctim Witebergæ A. 1659. *in 4.* impressis.

Geistlicher Abschied vom irdischen Vaterlande, sive Hymnus ejus cygnæus Germanicus, isqve prolixus & haud inelegans, in eadem Sylloge monumentorum funebrium editus.
Diss. ἀνέκδοτος de Chymia, ab eo conscripta, & examini destinata Academico, qvam (*testibus Calovio & Meisnero ll. cc.*) Joh. Sperlingius, Prof. Witeb. Physicus, ob eximiæ eruditionis copiam commendavit, sed præsidio suo, ne falcem in Medicorum immisisse messem videretur, tueri noluit.

JOHANNES CRUSIUS, Apenradæ, d. 14. Jan. A. 1661., patre cognomine, Commissario Ducis Holsatici bellico, natus, post jacta studiorum in schola Flensburgensi & Gymnasio Dantiscano fundamenta, Medici cultor, ab A. 1682. in Academiis Kiloniensi (Joh. Dan. Majorem non Præceptorem solum, sed & hospitem, alterumqve fere parentem, ipsi largita), Hafniensi & Lugduno-Batava, ac itinere per Belgium, Angliam, Germaniam Italiamqve, duorum annorum literario, industrius, Doctor ejusdem Patavii, d. 18. Mart. A. 1690., ab Alexandro Borromæo creatus; Urbis Slesvicensis, ab A. 1691., simulqve aulæ Gottorpiensis, ab A. 1693., Medicus, A. circiter 1712. mortuus.

SCRIPTA

(1.) V. Frid. Cogelii Utinisch Stadtgedächtniß, c. 8., p. 50. (2.) V. Jac. a Mellen *Notitiam majorum p. 43.* (3.) V. *Chron. Lubec. Kirchringio-Mellerianum p. 283. 284.* (4.) teste Jacobo a Mellen *in Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. Medica de Aurea catena Jovis, cœlo demissa, Præside D. Joh. Dan. Majore proposita. Kilonii 1685. in 4. Exhibet illa, sub titulo obscuriore, specimen *Microcosmologiæ* Præsidis, D. Joh. Dan. Majoris, *curiosæ, sive Systematis Anthropologici Mathematico-Polytechnici, quo longe lateque diffusi stupendorum Dei operum campi, compendio quasi ad mappam redacti Sciagraphicam, contra quosvis Atheos, erant exhibendi, Anthroposophia experimentalis plane nova sistenda, & Homo, ut Microcosmus, imo Macrocosmus scibilium, omniumque artium Medico-Mathematico-Mechanicarum exemplar archetypum palpabile, ac spirans earum fundamentum, in theatrum orbis eruditi, ductu Anatomes reformatæ Thomæ Bartholini, statuendus.* Quod Opus, cæteraque Scripta sua affecta, Disputationis formam excedentia, se Crusio elaboranda esse traditurum, Major ipse, in Applausu ad eum Epistolico, huic Disputationi subjecto, est pollicitus.

Elegia in obitum D. Joh. Dan. Majoris, Prof. Medici Kiloniensis. Slesvigæ 1693. in fol.

Carmen Panegyrico-Elegiacum in exeqvias Friderici IV., Ducis Holsato-Gottorpiensis. Slesvigæ 1702. in fol.

Abgenöhtigter Bericht wegen eines Hermaphroditen, von welchem D. Car. Frid. Luther, Prof. Med. in Kiel, in einer, A. 1704. gehaltenen, Disputation de Pericardii, pulmonis & partium genitalium, Anomaliis, eine ungegründete Censur gegeben hat, in einem Sendschreiben an einen guten Freund kürtzlich entworffen. Slesvigæ 1705. in 4. Huic Crusii Epistolæ, relationem ejus de Hermaphrodito controverso, illiusqve ad generandum impotentia, Medicam, Judicio aulico Gottorpiensi A. 1703. exhibitam, contra Lutheri, *in Disput. cit.* (§. 13-18.), censuram (*in Nov. Lit. Lubec., M. Mart. A. 1704., p. 91. 92.*, compendiose exhibitam), defendenti, Lutherus Prodromum Apologiæ Latinæ prolixioris secuturæ Germanicum, Kilonii A. 1705. in 4. editum, reposuit, in Doctoris cujusdam Theologi (*Christ. Gottl. Kochii, Past. Apenrad.*) Bedencken von der Ehe eines Zwitters, oder so genandten Hermaphroditen, M. W., Slesvigæ A. 1706. *in 4.* excuso, vicissim impugnatum.

INEDITA.

Relationes de itinere suo literario, rebusqve memorabilibus, in eo visis,
Anatomia, Chirurgia & Botanica tabularis.
Perspectiva.

MAGNUS CRUSIUS, Slesvicensis, Viri Illustris, Magni Wedderkopfii, Cognati sui, Bibliothecæ Ephorus, & deinde, ab A. 1724., Gothofredi, ejus filii, Legati ad Gallos Danici, Ecclesiastes Lutetiæ domesticus.

Disp. de Legibus divinis, Præside Alb. Feldenio defensa. Kilonii 1716. in 4.

Henrici Zutphaniensis Propositiones, Archiepiscopo Bremensi oblatæ, Præside D. Henr. Muhlio defensæ. Kil. 1717. in 4.

Commentatio de Senectute heroica veterum Christianorum, Viri Illustris Magni a Wedderkopf, Consiliarii Intimi Holsatici, consecrata memoriæ. Hamburgi 1721. in 4.

Carmen Latinum heroicum de Religionis emendatæ historia, usqve ad obitum Lutheri, festo Lutheranorum Jubilæo secundo, M. Nov. A. 1717., in Academia recitatum Kiloniensi, sed haud editum. V. *Programma Jubilæum anni 1717. Kiloniense p. 6. 7.*

Commentatio de Vita Magni a Wedderkopf, Consiliarii Intimi Holsatici, A. 1723., *in Novis Holsaticis*, promissa.

Singularia Plessiaca, sive Memorabilia de Vita, meritis, fatis, controversiis, scriptis ac laudibus Philippi Mornæi de Plessis. Hamburgi 1724. in 8.

Historia vitæ Petri Axenii, JCti Slesvicensis, excusa qvidem, sed juris haud facta publici.

NICOLAUS JOHANNES CRUSIUS, Holsatus.

Panegyricus, Johanni Wouwerio, olim Johannis Adolphi, Ducis Holsatici, Cameræ Consiliario, dictus. Slesvigæ 1657. in fol. (*V. de illo P. II. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 3., p. 209.*)

MARTINUS CUHMANN, Hamburgensis, J. U. C.

Disp. de Contributione propter jactum, vulgo Avaria, Præside D. Georg. Wernero proposita. Helmstadii 1565. in 4.

M. GERHARDUS CULEMANNUS Senior, Pastor & Præpositus, circa A. 1599. (uti Carmen, Sam. Meigerii *Nucleo Historiarum* præfixum, docet), Rendesburgensis.

Leichpredigt über Fr. Gundel, Sam. Meigerii, Pastoris zu Nortorp, Haußfrau, auß 1 Cor. X. 13. Hamburgi 1602. in 4.

GERHARDUS CULEMANNUS Junior, Rendesburgensis, Senioris, modo memorati, filius, Parochus initio, ab A. 1605., in vicinia Husensis oppidi, Simensbergensis (1.), deinde vero Parentis, in Pastoratu ac Præpositura Rendesburgensi, successor, A. 1634. superstes; Abigaelis Gudiæ, Christ. Scriveri, Civis Rendesburgensis, viduæ, maritus, hujusqve filii, Christ. Scriveri Junioris, Antistitis Magdeburgensis ac Qvedlinburgensis, ob svadam sacram, ac pietatem eruditam, celeberrimi, vitricus; Vir doctrinæ ac pietatis eximiæ, Chymiæ secretioris apprime, & studiosus, & gnarus, Johanniqve Arndio (cujus Epistola ad eum pro suis *de vero Christianismo* libris Apologetica, Latine Cellis d. 28. Nov. A. 1617. exarata, a Gottfr. Arnoldo (2.) allegatur) & Joach. Morsio, ejusdem amatoribus, familiarissimus. E qvibus Morsius non solum *Nuncium* suum *Olympicum, sive Catalogum CCXXVIII. MStorum Theosophicorum, Cabalisticorum, Magicorum, Chemicorum, Medicorum & Philologicorum, clarissimi cujusdam Theosophi & Medici*, sub *Anastasii Philaretæ* larva a se A. 1626. publicatum, illi inscripsit, sed &, eodem anno, Relationem ejus de prodigio sangvineo cum suo ad Henricum a Qvalen edidit Proœmio, inqve isto Culemannum *Virum* vocavit, *ob variam & reconditam doctrinam, virtutesqve rarissimas, & niveum animi candorem, utriqve carissimum.* Confer in laudem ejus Mich. Clenovii Jun. *Tyrociniorum Poeticorum Myrmecias p. 118.*, & Nicol. Scribonii *Lib. I. Lusuum Gottorpiensium*, hoc *p. 23.* nominis ejus exhibentem Anagramma:

GERARDUS CULEMANNUS, * RE MAGNUS, UNDE CLARUS.

SCRIPTA EDITA.

Acrostichon octo distichorum de Lapide Philosophico Chymicum, Joachimi Morsii nomen literis versuum exprimens initialibus, qvod Corn. Drebbelii *Opusculis*, a Morsio Hamburgi A. 1622. *in 8.* editis, est subjunctum.

Leichpredigt über Hans Grimmenstein, Bürgermeistern zu Rendesburg, auß Apoc. VII. Hamburgi 1621. in 4.

Leichpr. über Elisabetha, Mich. Clenovii, Past. zu Schönefeld, Ehfrau, auß Job. I. Hamb. 1614. in 4.

Tædium hujus vitæ & æternæ desiderium, oder Leichpredigt über Anna Seestädtinn, auß 2 Cor. V. 1-5. Lubecæ 1626. in 4.

(1.) V. Jac. Fabricii Sen. *Agonem Theol. Generalem 29.* (2.) in den Leben der Gläubigen *p. 580.*

Gründlicher wahrhafftiger Bericht von einem übernatürlichen Wunderzeichen, da A.1620. viele und grosse Stücke Blutes, unter dem Eise, auf der Ober-Eider, vor der Stadt Rendesburg, etliche Tage lang, mit grossem Schrecken, sind angesehen: Mit einer Vorrede außgegeben von Joachimo Morsio. Philadelphiæ 1626. in 8.

GREGORIUS CULEMANNUS, Scholæ in Stormaria Wilstriensis, circa A.1698., Rector, & urbis Wilstriensis, circa A.1713., Archidiaconus.

SCRIPTA.

Der nach den vornehmsten Eigenschafften und Wercken vorgestellete Gläubige Christe, in XI. Lehrsätzen, nach Anleitung der ersten Epistel Johannis entworfen. Glückstadii 1713. in 12. Tractatus hic a Collegio Theologico Rostochiensi jam A. 1698. luce dignus judicatus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Majo A. 1698. p. 69. 70.*

Der nach den vornehmsten Eigenschafften und Wercken vorgestellete gläubige Christe, in fünf Lehrsätzen, insonderheit nach Anleitung der Epistel Jacobi, entworfen, und mit D. Mart. Luthers erbaulichen Zeugnissen erläutert. Stadæ 1717. in 8.

SCRIPTUM INEDITUM GERMANICUM.

Doctor Evangelicus & ejusdem præcipua Opera ac proprietates, sive Manuductio in S. Literas V. & N.T., operaque Lutheri, rationem & appararum in cathedra docendi publica suppeditans. V. *Nov. Lit. Lubec., M. Febr. A. 1701. p. 58.*

PETRUS CULMANNUS, Holsatus. Vixit A. 1600.

Oratiuncula contra Civium lustrationem, & de militibus, inter *Orationes Argentinenses, ductu Melch. Junii habitas, VII. Editionis Argentinensis A. 1603. (in 8.), p. 188-194., Tomo I. Editionis ibidem A. 1606. excusæ p. 1058-1062., & Tomo II. Argentinensis A. 1620., p. 775-779.*, obvia.

HENRICUS CUNIGUND, Urbis in Stormaria Wilstriensis Arithmeticus.

Heller Arithmetischer Lehrspiegel, darinn zu sehen etliche gewisse und gar kurtz verfaßte Lehrarten die Rechenkunst zu fassen. Glückstadii 1666. in 4.

MAURITIUS CUNO, Bancæ, qvam vocant, Hamburgensis Promus condus (Cassirer).

Der gar zu gemein werdende alte und neue Betrug unter den Reichsthalern entdeckt: Erster Theil, mit 34. in Kupfer gebrachten guten, und eben so viel falschen Reichsthalern. Hamburgi 1702. in 8.

Ander Theil desselben. Hamb. 1704. in 8.

De scripto hoc bipertito, Thaleros sive nummos unciales adulterinos, cum genuinis comparatos, detegente, V. Pet. Ambr. Lehmanni Historische *Remarques A. 1702., n. 49., p. 392., & A. 1704., n. 21., p. 168.*

ANDREAS CURTIUS, Lubecensis, J. U. D., Herm. Conringii olim in Acad. Julia auditor, ac Baronis postea Limpurgici, in Altorfina, A. 1656. (qvo Georg. Calixto elegantibus parentavit Hendecasyllabis) Ephorus, a Gustavo Adolpho, Duce Megapolitano, in aulam A. 1662. evocatus Güstroviensem, locum inter Consiliarios Justitiæ atqve intimos initio obtinuit, ad Comitia Ratisbonensia A. 1676. Legatus abiit, in Cancellariæ Directoris dignitate D. Joh. Slutero, socero suo, Hamburgum avocato, A. 1678. successit, &, post septem lustra vitæ aulicæ, die tandem 14. Maji A. C. 1697., & æt. 68., vivis excessit. E conjugio cum Maria Anna Sluteria posteriori (prius enim cum Sophia, D. Joh. Henr. Meibomii, Poliatri Lubecensis, filia, prolis fuit expers) tres filios, Joh. Andream, J. U. D., Michaelem, Henricum & Gustavum Adolphum, filiamqve unicam, Joachimo Friderico a Dunckern, Consiliario Principis sui aulico, elocatam, reliqvit superstites. Plura de vita ejus in Friderici Thomæ (qvo teste *insignem in rebus Politicis prudentiam, ac multiplicem in sacris æqve ac profanis literis eruditionem, universis probavit*) *Analectorum Güstroviensium Appendice, p. 84. 85. 86.*, invenies. D. Joh. Fechtius, in Carmine funebri, ibidem allegato, Metrico hoc illum ornavit elogio:

Curtius ingenti, dum vixit, nomine clarus,
Æterno pia qvod patria honore colet.

E scriptis ejus sola mihi innotuit Dissertatio Politica de Regno, Præside Herm. Conringio proposita, ac Helmstadii A. 1650, in 4. excusa.

JOACHIMUS CURTIUS, Hamburgensis, d. 26. Febr. A. 1585. in lucem editus, Medicinæqve Doctor Basileæ A. 1613. creatus, in urbe patria (in qva A. 1622. etiam Catharinam Muleniam, Joachimi, ejus XIIviri, filiam, duxit conjugem) Praxi istius, & singulari simul Matheseos peritia, inclaruit, & d. 7. Apr. A. C. 1642., ac æt. 57., obiit. V. Henr. Vagetii, Prof. Hamb., *Epithalamium* & *Epicedium*, ei scripta, & Nicol. Scribonii *Lib. V. Lusuum Gottorp. Anagrammat. p. 111. 112.*

Oratio ad imitationem Ciceronianæ pro Qvintio conformata, qva, tanqvam actu judiciali, credentes coram tribunali divino sistuntur rei, & a Satana accusati defenduntur. Witebergæ 1610. in 4.

Disp. Med. Inaug. de Causo exqvisito. Basileæ 1613. in 4.

Commentatio de certitudine Matheseos & Astronomiæ; Cum Decisione Qvæstionis Astrologicæ: utrum aliqvid certi ex astrorum cursu præcognosci possit & prædici, cum stellarum numerus respectu nostri sit infinitus? Basileæ in Actu Doctorali recitata. Accedit Modus ratioqve studendi eorum, qvi Medicinæ operam suam consecrarunt. Hamburgi 1616. in 4.

Tychonis Brahei Oratio de disciplinis Mathematicis, in qva simul Astrologia defenditur, & ab objectionibus dissentientium vindicatur, ab eo cum suo edita Præloqvio. Hamburgi 1621. in 4.

[*Tractatum de Sensu & sensibilibus*, Witeb. A. 1567. & 1572. *in 8.* editum, qvem Gisb. Voetius, *Lib. II. Biblioth. Stud. Theol. p. 369.*, Joachimo Curtio perperam tribuit, nostrum haud agnoscere Autorem, sed Joach. Curzo, Freistadiensi, Medico in Silesia Glogoviensi eximio, A. 1573. extincto, deberi, *in Homonymoscopia, Sect. 2., c. 7., §. 34., p. 665. 666.*, jam est monitum.]

HENRICUS CUSELIUS, Lubecensis, J. U. Lic., &, circa A. 1626., in Cimbria Practicus, Poeta non infelix. Vixit A. 1635.

Carmina ejus & Epigrammata in Viros ævi sui illustres & eruditos qvamplurima, in Albo Joach. Morsii, V. C., MS. eximio (qvod Lubecæ Jacobus a Mellen, Antistes Marianus doctissimus, asservat), imaginibus illorum Avtographisqve adjecta supersunt.

M. HIERONYMUS CYPRÆUS (sive KUPFERSCHMIDT) Senior, Slesvicensis, Ædis in urbe patria Cathedralis Canonicus, Archidiaconus & Cantor, Gymnasiiqve, in eadem ab Adolpho, Duce Holsatico, A. 1576. fundati,

fundati, primus Rector & Professor (1.), Maritus Petronellæ, D. Tilemanni ab Husen, Episcopi Slesvicensis Lutherani, viduæ (2.), & Socer M. Hildebrandi Emingæ, Canonici. Eum A. 1565. cum duobus collegis, qvod jura Canonicorum tueretur Slesvicensium, ab Adolpho, Duce Holſ., Ad. Trasigeri, Cancellarii, hortatu, in carcerem esse conjectum refert Dau. Chytræus *Lib. 19. Chronici Saxoniæ p. 546.* V. de illo Nic. Heldvaderum *ll. cc.*, Claud. Lyschandrum (cui *Poeta & Philosophus* audit *excellens*) *in Catal. MS. Scriptorum Danicorum, lit. H.*, *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr.*, *P. I. c. 13.*, *§. 1.*, *p. 194. 195.*, *ac P. III.*, *c. 1.*, *§. 3.*, *p. 229.*, *c. 4.*, *§. 1.*, *p. 350.*, istamqve secutum Ant. Teiserium *P. II. Catalogi Catalogorum p. 112.*

Oratio in funere Friderici, Ducis Holsatiæ, Episcopi Hildesiensis ac Slesvicensis, habita, fratriqve ejus, Johanni Seniori, inscripta. Witebergæ 1557. in 8.

Epitaphium Poeticum in obitum ejusdem Friderici. A. 1559. in 4.

Epigrammata, sive Tetrasticha, de XXXVI. Episcopis Slesvicensibus, qvi, ab Erico usqve ad Adolphum, Ducem Holsatiæ, Ecclesiæ illi præfuerunt, seorsim (*teste Pet. Resenio in præfat. Vers. Germ. Nomocanonis Jutici Krabbianæ lit. c. 4. a.*) Lubecæ A. 1560. excusa, deinde vero, tum Haraldi Hvitfeldii, Cancellarii Danici, Catalogo Episcoporum Slesvicensium (*in Chronico Episcoporum Daniæ Danico*, Hafniæ A. 1604. *in 4.* & 1653. *in fol.* impresso), tum Joh. Adolphi Cypræi *Annalibus Episcoporum Slesvicensium*, Coloniæ A. 1634. *in 8.* editis, inserta.

Scriptum de Vitis eorundem Episcoporum Slesvicensium plenius ac prolixius, in *præfat. Epigrammatum* (teste Resenio *l. c.*) promissum, sed nunqvam editum.

HIERONYMUS CYPRÆUS Junior, Slesvicensis, Pauli, JCti ac Consiliarii Holsatici (*inferius celebrandi*), filius, studium & ipse Juridicum amplexus, Theoriam ejus in Germaniæ & Galliæ Academiis, Praxin autem in Protodicasterio, qvod A. 1605. adiit, Spirensi, addidicit, ac J. U. Licentiati titulum juvenis reportavit. In Sveciam postea delatus, Caroli IX., Regis, aliqvamdiu fuit Consiliarius, ac in Germaniam legatus, sed, uti Avtographum ipsius (in qvo hos sibi tribuit titulos), Albo Joach. Morsii MSto (*fol. 848.*) d. 23. Oct. A. 1642. inscriptum, docet; illi, A. 1611. jam defuncto, diu, & in Chersoneso qvidem patria, qvam post Monarchæ hujus obitum mox repetiisse videtur, superstes. Qvam præclare de illo senserit Herm. Vultejus, Acad. Marpurg. Antecessor, ex his Epistolæ, ad ipsum A. 1605. exaratæ, & Pauli parentis *de Connubiorum Jure Tractatui* præfixæ, verbis perspicies: *Non fallet me, mi Hieronyme, qvam de te concepi, opinio. Magnus eris in republica, magnusqve tui usus, &, qvem Academiæ Germaniæ atqve Galliæ, ad magna præparatum, ad augustum illud atqve incorruptissimum Imperii Romani SS. justitiæ tribunal, qvod est Spiræ, miserunt, eundem illud, ad longe majora factum, reddet patriæ Holsatiæ, imo Imperio.*

Notæ ejus ad Helmoldi *Chronicon Slavorum* ineditæ a fratre, Joh. Adolpho Cypræo, *in Annalibus Episc. Slesvic.*, *Lib. I.*, *p. 58.*, allegantur.

Prodierunt præterea, illo curante, Pauli parentis:

1. Tractatus de Jure Connubiorum, cum præfixa D. Herm. Vulteji Epistola, qvam modo allegavimus, ad ipsum Gratulatoria, Francofurti A. 1605. & Lipsiæ A. 1622. in 4.
2. Ἀποσπασμάτιον de origine, nomine, priscis sedibus, lingva, priscis moribus, rebus gestis ac migrationibus, Saxonum, Cimbrorum, Vitharum ac Anglorum, Hafniæ A. 1622. in 4.

JOHANNES ADOLPHUS CYPRÆUS (qvem *Johannem Adamum* G. G. Leibnitius (3.) perperam appellat), Pauli itidem filius, Slesvigæ A. 1592. natus, & idem cum Patrino suo, Joh. Adolpho, Duce Holsato-Gottorpiensi, in baptismo nomen adeptus (4.), post tyrocinia studiorum scholastica, in Academia primum Giessensi, circa A. 1610. (qvo Disputationes aliqvot sacræ, Balth. Menzero Præside, ab illo sunt habitæ), & deinde in Witebergensi, insignes in Theologico fecit progressus. In patriam redux, post sermones sacros, in sacello etiam aulico, coram ipso Principe, Johanne Adolpho, freqventer habitos, Ædis Michaelitanæ Slesvicensis Pastoratum obtinuit, & per annos complures, ad 1631. usqve, administravit. Hoc, febri qvartana gravi & diuturna correptus, dubiis, qvæ religionem Lutheranam suspectam sibi jam ante reddiderant, licentius indulsit, &, calcar addente currenti Nicolao Jansenio, Missionario Ordinis Dominicani Pontificio, cui, Slesvigam, ope amici, Fridricopoli clam ad se evocato, suam de sacris mentem scripto prolixo, inter insultus elaborato febriles, exposuerat, Pontificiam, antiqvitatis & continuæ Pontificum Doctorumqve successionis gloriantem prærogativis, avitæ prælatam, amplecti decrevit. Hoc fine, morbo remittente, venia itineris, qvod Medici, aeris mutationem ægrotanti salubrem fore arbitrati, svadebant, longinqvioris a Georgio a Wisch, Præfecto Gottorpiensi, & Jac. Fabricio, supremo Ecclesiarum Ducalium antistite, impetrata, Hamburgum, & inde Amstelodamum, excurrit. Ubi cum qvotidiana Leonh. Marii, Theol. Doctoris, & cœtuum in Belgio fœderato Pontificiorum moderatoris, consvetudine in proposito esset confirmatus, hujus svasu Coloniam, Epistolis ejusdem ad Academiam, aliosqve præcipuæ dignitatis viros, instructus commendatitiis, A. 1633. abiit, nuncioqve Slesvicensibus suis remisso, ac doctrina Lutheri publice ejurata, in castra Ecclesiæ Romanæ illic transiit (5.). In eadem populares etiam alios traducere pro virili studuit, editis A. 1634. *Episcoporum Slesvicensium Annalibus*, a Paulo parente, Ducum Holsatiæ Consiliario, collectis ac scribi cœptis, a se vero ad Seculi usqve XVII. initia continuatis, & Digressionibus hujusmodi, in Pontificiorum gratiam, passim interpolatis. Qvo libro cum cætera nihil doctius, nihilqve accuratius, in Cimbriæ nostræ hactenus prodierit historia, omniaqve in illo (fraude honesta, dum, Episcoporum tantum annales pollicitus Slesvicensium, in universam Ducatuum Slesvicensis ac Holsatici Historiam se diffundit, Lectoribus imponente) summa fide & diligentia enarrentur, ac veterum testimoniis, aliisqve monumentis fide dignissimis, confirmentur, summas merito utriqve Autori incolæ Chersonesi hujus universi debent gratias. Præter Cypræos sane vix qvisqvam nostratium, superiori tempore, qva par erat industria, in rebus gestis patriæ enarrandis est versatus, &, qvi inter modernos paulo fuere diligentiores, Dancwerthius, Olearius, Heimreichius, & alii, ex illorum fontibus areolas suas large irrigarunt. Merito proinde noster a Pet. Lambecio (6.) *Vir* salutatus est *doctissimus*, a Sam. Rachelio autem (7.) *Scriptor rerum patriarum peritissimus*, alioqve in loco (8.) *Scriptor in monumentis antiqvis versatissimus, cujus unius autoritas pluris facienda est, qvam multorum aliorum.*

Confer de illo *Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr. P. I.*, *c. 7.*, *§. 7.*, *p. 124-127.*, istamqve secutos Casp. Sagittarium *in Introd. in Hist. Eccl.*, *c. 20.*, *§. 122.*, *p. 519. 520.*, Herm. Diet. Meibomium *in Or. de genuinis Hist. Germ. fontibus p. 72.*, B. G. Struvium *in Biblioth. Hist.*, *c. 24.*, *p. 622.*, & Joh. Chr. Nevium *P. II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones Historicas Hyemales p. 329.*

(1.) V. Nicol. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronol. circuli Balthici p. 150. 202.* (2.) Teste Joh. Bernhardo, Præpos. Sünderburgensi, *in Epist. MS.*, *A. 1508. exarata.* (3.) *In præfat. Tomi I. Accessionum Historicarum.* (4.) V. ejus *Annales Episc. Slesvic.*, *L. 3.*, *c. 6.*, *p. 420.* (5.) Pleraqve, hactenus de Vita ejus relata, Epistola ipsius ad Fridericum, Ducem Holſ., Dedicatoria, qvibusdam *Annalium Episc. Slesvic.* exemplis præfixa, nobis suggessit. (6.) *In Notis ad Vitam Ansgarii, Originibus Hamburgensibus annexam, p. 345.* (7.) *In Pactis non pactis Rendesburgensibus*, ἀνωνύμως editis, *lit. D. 4. a.* (8.) *In Apologia causæ & Scriptorum Gottorpiensium*, itidem ἀδεσπότως, *p. 54.*

SCRIPTA.

Disp. de dicto Salvatoris Matth. XXVIII. 18., Præside D. Balth. Menzero Sen. Giessæ 1610. in 4. Recusa *Tomo V. Dispp. Theol. Giessensium*, ibidem A. 1616. *in 8.* edito, *num. 8.*

Disp. de præsentia Christi θεανθρώπου apud creaturas, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, eodem Menzero Præside habita, *Tomo V. Dispp. Giess.*, *n. 15.*, itidem obvia.

Annales Episcoporum Slesvicensium, unius, veræ, sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ statum, qvoad ejus originem, propagationem ac mutationem, in regno Daniæ, ac finitimis Slesvici & Holsatiæ Ducatibus, aliasqve res qvovis seculo in Ecclesia ac Politia admirandas, vereqve memorabiles, illic gestas & perpetratas, Libris III. breviter & dilucide complectentes & explicantes: inserta simul brevi ac rotunda Regum Daniæ, & Ducum Slesvici ac Holsatiæ, Genealogia. Coloniæ Agrippinæ, sumptibus Autoris, typis Hartgeri Woringen, A. 1634. in 8. Annales hos (qvorum nonnullis exemplis Epistola Dedicatoria ad Fridericum, Ducem Holsato-Gottorpiensem, plerisqve vero alia ad Anshelmum Casimirum, Archiep. Moguntinum, Franciscum, Episc. Bambergensem & Herbipolensem, ac Franc. Gvilhelmum, Episcopum Osnabrugensem, est præfixa) primus molitus est, &, Apparatu necessario ex Autoribus vetustis, MStis variis, ac Archivis, diligenter congesto, scribere coepit Paulus Cypræus, JC. & Consiliarius Holsaticus, sub cujus, tanqvam Autoris, nomine illi a Phil. Cæsare (*in Notis ad Triapostolatum Septentrionis p. 223.*) & Ant. Heimreichio (*in Præf. Hist. Eccl. Slesvic.*) idcirco allegantur. Id qvod nec filius, qvamvis in titulo mentionem ejus omiserit, *in Ep. Dedic. p. 6.*, *& sub finem Libri III. p. 467.*, dissimulavit. Continuavit vero eosdem, auxit, & ad Seculi XVII. initium perductos edidit, Joh. Adolphus noster, Pauli filius haud degener. Qvanto in pretio habendi sint, paulo ante jam monuimus, & aliorum hominum eruditorum confirmavimus suffragiis. Qvibus nunc unicum addimus Herm. Diet. Meibomii, *l. c.*, *p. 72.*, *opus* eos vocantis *egregium cujus Autores diligentia & accuratione reliqvis Cimbricæ Historiæ scriptoribus præstant.* Examen illorum, fidem Autoris, in percensenda Ecclesiarum Cimbricarum reformatione non adeo tutam, excussurum, pollicetur Henr. Muhlius, in Progr. de Ecclesiæ Evang. Martyribus. V. ejus *Dissert. Historico-Theol. p. 309.*

Editionem qvoqve Continuationis *Chronici Slavorum* Helmoldini, per Anonymum Dioeceseos Bremensis Presbyterum ab A. 1164. ad 1448. perductæ, e MSto Bibliothecæ suæ, Noster, *in Annalibus Episc. Slesvic.*, *Lib. I. p. 26. 27. 138.*, *& Lib. II. p. 315.*, est pollicitus, sed promisso non satisfecit. V. de illa Godfr. Gvilh. Leibnitii *Tomi* (in qvo lucem ea postea vidit publicam) *Accessionum Historicarum Primi*, Lipsiæ A. 1698. *in 4.* excusi, *præfationem*, & P. I. *Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 6.*, *§. 9.*, *p. 80. 81.*, *Diatribamqve de Helmoldo*, *§. 34-38.*

PAULUS (qvem Index Hisp. Expurgatorius, infra allegandus, *Petrum* falso appellat) CYPRÆUS, Slesvigæ d. 16. Apr. A. C. 1536., ipso Paschatis festo, natus, patrem habuit Nicolaum Kupferschmid, Civitatis Consulem, hujusqve cognomen vernaculum cum Græco Cypræi, eruditissimorum ævi sui virorum exemplo, commutavit. Literarum & artium in patria probe imbutus rudimentis, ad exteros abiit, &, Lovanii triennium, inqve Academiis Anglicis totidem ferme annos, commoratus, utrobiqve & Viris doctissimis familiariter innotuit, & egregio, in Juris, Politices ac lingvarum studiis fecit progressus. Ex Anglia, cum Londini etiam aliqvamdiu, in Armigilli Vadii, Angliæ Legati, familia, illi, Justo Jonæ, magni sigilli Secretario, aliisqve proceribus aulicis, gratissimus, hæsisset, in Galliam trajecit, ac in Acad. Aurelianensi, Nationis hujus Germanicæ Advocatus a Parlamento, sive Senatu constitutus regio, qvinqvennium, cum Gvilh. Fornerio, cæterisqve Antecessoribus, audiendis, tum studii vicissim Juridici tyronibus instituendis, causisqve forensibus agendis, impendit integrum. Supremos in eadem Juris honores consecutus, Italiam qvoqve ac Hispaniam peragravit, multijugaqve tandem eruditione, & varia rerum cognitione, instructus, patriæ, ejusqve Principi, Adolpho, Duci Holsato-Gottorpiensi, se stitit reducem. Qvi non Canonicatu solum Basilicæ eum donavit Slesvicensis, sed & A. 1565. Aulæ suæ Consiliarium, supremiqve Dicasterii Assessorem (neutiqvam vero Cancellarium, uti Phil. Cæsar (1.), Joh. Andr. Qvenstedius (2.) ac Phil. Andr. Oldenburgerus (3.), falso crediderunt), constituit, gravissimisqve ad Daniæ & Hispaniæ Reges, Principes Germanicos, Belgii fœderati Ordines ac Civitates Imperiales, sæpius fungi voluit Legationibus (4.). Pari gratia iisdem gaudentem dignitatibus, post Cimbrici hujus Achillis obitum, constanter prosecuti sunt filii ejus ac Successores, Fridericus, Philippus & Joh. Adolphus, Principes egregii, a fatis patriæ tantum ostensi, & non multo post erepti. In Gymnasio etiam, qvod Adolphus A. 1576. in civitate erigebat Slesvicensi, Juris, cujus nemo in Cimbria ipso erat peritior, Professorem jussus agere, publice illud, per annos aliqvot, cum applausu, docuit. Hafniam A. 1578., post D. Alb. Knopperi obitum, ab Academia regia, ad ejusdem Professionem (5.) ac postea ab ipso Rege Daniæ, per Haraldum Hvitfeldium, Cancellarium, ad officia alia splendidiora, evocatus qvidem est, sed hæc non minus, qvam dignitatem in aula Cæsarea, per Hubertum Giphanium, in Gallia qvondam sibi familiarem, oblatam, tum qvod valetudine minus firma uteretur, tum qvod civitatem deserere nollet patriam, deprecatus. Slesviga ergo, qvæ nascentem viderat, inter cives suos d. 2. Jun. A. C. 1609., & æt. 73., defuncti (6.) ossa etiam in sepulchro templi Cathedralis asservat, altari vicino, cui hæredes monumentum junxerunt Epitaphium, hoc, qvod ipse composuit, Pentasticho memoriam ejus posteris commendans:

Cretus humo, Cypræus, humi hic in pulvere pulvis
Dormio, & expecto postremi classica flatus;
Corpore sed tantum: putrida nam carne solutus
Spiritus ad Dominum rediit, cæloqve receptus
Numinis aspectu fruitur, vivitqve fruendo.

E duplici cum Etta, Wabii Jvarii, Strandfrisii, gnata (7.), & Gertrude, D. Pauli ab Eitzen, supremi Ecclesiarum Holsato-Gottorpiensium Antistitis, filia, conjugio, præter seqvioris sexus liberos, filios reliqvit qvatuor, eruditos omnes, & de patriæ præsertim historia bene meritos, Hieronymum scilicet, Philippum, Johannem Adolphum, & Nicolaum, J. U. Doctorem. Nemo tamen eorum, vel fama, vel doctrina, Parentem æqvavit, qvi & in Jurisprudentia, ævo suo, palmam optimis qvibusqve reddidit ambiguam, & in literatura elegantiori, patriarumqve antiqvitatum cognitione, paucos nostratium pares habuit, & (teste Joh. Adolpho filio, vitæ ejus scriptore) *egregiam ac fere absolutissimam admirandamqve lingvarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Gallicæ, Anglicæ, Italicæ ac Hispanicæ, qvas ad ungvem qvasi callebat, sibi paraverat notitiam*, & commercii in singulis literarii, cum viris instituti eruditis, testes plurimas in Bibliotheca sua hæredibus reliqvit Epistolas. Plura de ejus vita, ingeniiqve dotibus eximiis, Elogium suppeditabit defuncti Biographicum, qvod Johannes Adolphus filius, Bibliothecæ paternæ possessor, *Annalibus* illius

Episco-

(1.) *In Ep. Dedic. Triapostolatus Septentrionis.* (2.) *In Dialogo de patriis Virorum Illustrium p. 205.* (3.) *In Indice Autorum, Collegio ad Burgoldensis Discursus in Instrumentum pacis subnexo.* (4.) V. ipsius *Ep. Dedic.* priorem *Tr. de Jure connubiorum, ad Joh. Adolphum, D. Holsatiæ.* (5.) V. ipsius *Ep. Dedic. posteriorem ejusdem Tractatus, ad Acad. Hafniensem*, & Er. Vindingii *Hist. Acad. Hafn. p. 444.*
(6.) V. Phil. Cæsaris *Triapostolatus Septentrionis p. 252.*, (7.) V. de hac Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, c. 10., p. 224.*

Episcoporum Slesvicensium, a se auctis & continuatis, *sub finem libri III., c. 6., p. 463-467.*, attexuit, & nos hactenus potissimum sumus secuti.

Conferantur de ipso Theod. Eberti *Elogia C. JCtorum & Politicorum, qui linguam Hebræam, aliasque Orientales propagarunt* (Lipsiæ A. 1628. *in 8.* edita) *p. 281.*, Phil. Cæsaris *Notæ ad Triapostolatum Septentrionis p. 223.*, Joh. Andr. Qvenstedii *Dialogus de patriis Virorum illustrium p. 203.*, Alb. Bartholini *Tr. de Script. Danicis p. 111.*, meaque ad hunc *Hypomnemata p. 370.*, G. M. Königii *Bibliotheca vetus ac nova p. 231.*, *Isagoge* mea *ad Hist. Cimbr.*, *P. I., c. 7.*, *§. 7., p. 124-127.*, *c. 15.*, *§. 15.*, *p. 271. 272. 273.*, *& P. III.*, *c. 4.*, *§. 1.*, *p. 350.*, ac Sam. Reyheri *Historia Juris Universalis, c. 41., p. 342. 343.*

ELOGIA.

Gvilh. Fornerio, JCto Aurelianensi, *Lib. 2. Select. p. 74.* (teste Joh. Ad. Cypræo *l. c.*) *Vir* audit *acutus.*

Phil. Cæsari (*l. c. p. 223.*) *Vir summus, & diligens Annalium Episcoporum Slesvicensium Scriptor.*

Casp. Barthio (qvem Königius *l. c.* allegavit), *in Observ. ad Claudianum p. 1287.*, *JCtus non inhumanus, sed doctissimus.*

Salom. Glassio (*in Infamia Ebrietatis p. 41.*) ein vornehmer Juriste.

Herm. Vultejus (*loco paulo post recitando*), *ei & ingenium fuisse*, censuit, *& facultatem ingentem de studiis Jurisprudentiæ bene merendi.*

Theod. Ebertus, L. Hebr. Prof. Francof. (*l. c.*), JCtis Lingvarum Orientalium peritissimis eum annumeravit.

Casp. Dancwerthius (*P. I. Chorogr. Cimbr., c. 3., p. 22.*), de Viris Cimbriæ doctrina agens illustribus, e Theologis Georg. Calixtum, e JCtis P. Cypræum, & e Medicis Thom. Finchium, velut πολλῶν ἄλλων ἀντάξιος, solos celebrat.

D. G. Morhofius (*Or. VIII. p. 243.*) illustribus eum orbis literati e Cimbria sideribus accenset.

CENSURA.

Autoribus prohibitis, in *Indice Expurgatorio Hispanico*, ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore Generali, Madriti A. 1667. publicato, *p. 826.*, est annumeratus.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Tractatus de Connubiorum jure, a multis desideratus, Qvæstiones plerasqve omnes, qvæ in hac materia moveri possunt, tum varios casus, qvi circa eam qvotidie in Consistoriis occurrunt, a nemine hactenus tractatos, dilucide explicans & decidens: exemplis insuper, ex antiqvitatis historia summo labore conqvisitis, & sententiarum, in diversis Germaniæ Academiis & Consistoriis pronunciatarum, formulis, passim illustratus: Editus a filio Autoris, Hieronymo Cypræo, Francofurti A. 1605. & Lipsiæ 1622. in 4. Præfixa est, præter duas Epistolas Autoris ad Johannem Adolphum, Ducem Holsatiæ, & Academiam Hafniensem, Dedicatorias (in qvarum priore, causas matrimoniales, in Consistorio Slesvicensi, se præsente, discussas, scriptioni hujus operis ansam præbuisse, testatur), Herm. Vulteji, JCti Marpurgensis, Epistola de illo ad filium Editorem Encomiastica, e qva hoc addo judicium: *Ita Pater tuus omnia pertractat accurate & solide, ut, qvid illis addi possit, equidem non videam; dictione vero tam eleganti & commoda, ut ea nihil elegantius; ordine vero tam justo, ut, qvi alium desideret, non intelligat modum res suo & legitimo disponendi ordine. Cumprimis autem jucunda est illa, qvæ in Autores elegantiores excurrit, expatiatio, qvæ rei gravitatem mira jucunditate contemperat, ut, qvem semel admisit lectorem, non facile dimittat. - - Ego profecto id scriptum in Bibliotheca mea pro thesauro habebo. - - - Video, Patri tuo & ingenium esse, & facultatem ingentem de nostris studiis bene merendi, ut ipsi optem ætatem vegetiorem & valetudinem meliorem; qvam utramqve cum noverim, hoc magis ego miror, qvod id præstare potuerit.* Commendant eundem Gisb. Voetius *Lib. 2. Biblioth. Stud. Theol. p. 614.*, Joach. Hildebrandus (*Tractatum* vocans *eruditum*) *in præf. Libri de Nuptiis veterum Christianorum*, Nic. Chr. Lynckerus *Lib. 2. Instructorii forensis, Sect. 2., P. I., c. 2., lit. c. 1. b.*, & B. G. Struvius (*Cypræum præcipuum esse inter Scriptores de jure matrimonii Protestantes* judicans) *in Biblioth. Jur. Sel., c. 3., §. 42., p. 133.* E qvibus tamen Hildebrandus (*lit. M. 3. a.*) rigorem simul Autoris, fine benedictione sacerdotali matrimonium simpliciter nullum admittentis, improbat.

De origine, nomine, priscis sedibus, lingva, priscis moribus, antiqvissimis rebus gestis & migrationibus, Saxonum, Cimbrorum, Vitharum & Anglorum, Ἀποσπασμάτιον posthumum, a filio, Hier. Cypræo, J. U. Lic., editum. Hafniæ 1622. & (*juxta Alb. Barthol. l. c., ac Lipenium*) 1637. in 4. Commendavi illud Historiæ patriæ studiosis *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 3., § 2., p. 17.*

Annales Episcoporum Slesvicensium, Libris III. comprehensi, qvos ipse, e congesto a se totius Operis apparatu, conscribere cœpit, Joh. Adolphus autem filius pertexuit, auxit atqve edidit, Coloniæ 1634. in 8. Titulum illorum integrum, historiam ac laudes, in præcedenti filii qvære ac relege Elogio.

INEDITA.

Historia Slesvicensis MSta, in Catalogo Auctionis cujusdam Kiloniensis, A. 1666. edito, memorata, qvam eandem esse cum *Annalibus Episc. Slesvic.*, modo laudatis, aut σχέδιον potius illorum imperfectum, arbitror.

2. Commentarii in Leges & consvetudines patrias sive Slesvicenses, in Acad. Aurelianensi conscripti, &, cum in Italiam abiret, apud Gvilh. Fornerium, JCtum Aurelianensem, depositi, qvos postea Jac. Bongarsius, rogatu Autoris, a Fornerii filio A. 1595. repoposcit, & Cypræi, jam defuncti, hæredibus, cum Epistola de iisdem perqvam honorifica, e Gallia Slesvigam transmisit. Alia ejusdem Epistola, qva Cypræo ipsi, Kal. Oct. A. 1595., se eos a Fornerio juniore recuperasse, significavit, inter Bongarsii & Georg. Mich. Lingelshemii mutuas, Argentinæ A. 1660. *in 12.* excusas, *p. 37. 38.*, legitur, sed crasso laborat sphalmate, qvo leges *Brunsvicenses* in locum *Slesvicensium* substituuntur. Editionem Joh. Ad. Cypræus, filius, *in Annalibus Episc. Slesvic.*, *L. 3., c. 6., p. 464. 465.*, est pollicitus, simulqve hoc eos a Gvilh. Fornerio, *Lib. II. Select. p. 74.*, reportasse testatus elogium: *Et hoc acutus Vir vidit, Paulus Cypræus, Slesvicensis, auditor Aureliæ, cujus immortales in patrias leges Commentarios expectamus.* Confer de illis *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 15., §. 15., p. 271. 272. 273.*

Notæ Germanicæ αὐτόγραφοι, Nomocanonis Jutici Editionis Germanicæ, a Blasio Eckenbergero A. 1603. publicatæ, margini adscriptæ, qvas in sua asservari Bibliotheca Pet. Axenius, JCtus Slesvicensis, mihi olim retulit.

Epistolæ lingvis variis (Gr., Lat., Hebr., Chald., Syr., Gall., Angl., Ital. & Hisp.) ab ipso ad Viros eruditos, & ab his ad illum, perscriptæ, qvas in Bibliotheca sua superfuisse Joh. Adolphus filius, *l. c. p. 464. 465.*, testatur. Duo harum (sed Latinarum tantum & Germanicarum) volumina (*in 8.*) exigua, eaqve αὐτόγραφα, a Morhofio etiam (*multa in iis de patriæ rebus memorari* perhibente), *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 25., p. 313.*, laudata, possessor istorum Balth. Heldius, J. U. L. & Cancellariæ aulicæ Assessor, Slesvigæ mihi qvondam ostendit.

PHILIPPUS CYPRÆUS, Slesvicensis, Pauli, modo celebrati, filius, qvem Ministrum Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, aulicum fuisse Joh. Adolphus frater (*in Ep. Dedic., Annalibus Episc. Slesvic. præfixa*) testatur.

Genealogia Regum Daniæ Christianorum, & antiqvorum Ducum Slesvicensium, ex familia Danica oriundorum, usqve ad Margaretæ obitum, nec non cæterorum Regum & Ducum familiæ Oldenburgicæ, ex probatis Autoribus collecta, & Hafniæ A. 1622. in qvatuor foliis patentibus edita. Laudatur ab Ol. Wormio *L. I. Monum. Danicorum, c. 8., p. 58.*, Steph. Joh. Stephanio *in Notis ad Lib. 10. Hist. Dan. Sax. Grammatici p. 200.*, meqve ipso *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 2., p. 162., ac c. 11., §. 4., p. 176.* Cujuslibet Regis Ducisqve nomini narrationem vitæ ejus ac rerum gestarum compendiariam Autor, in ea, addidit.

D.

M. JACOBUS DAKENDORF, Lubecensis, Hermanni, Ecclesiastæ Petrini (A. 1671. defuncti), filius, Pastor ruralis, in Ducatu Megapolitano, Retschoviensis.

Schola Biblica, Meditationes qvasdam sacras, seu brevem & dilucidam locorum aliqvot S. Scripturæ explicationem, & hinc deducta qvædam moralia, tabulis Schematicis delineata, exhibens, & ad Homileticorum Praxin inserviens, Rostochii 1710. in 8. Liber hic, cùm minus esset vendibilis, a Bibliopola, fraude insigni, novo titulo *Manipuli Sacrarum Observationum* præfixo, novoqve & chimærico Autore, Joh. Schultzio, Th. D. & P. P. O., in isto ei affícto, denuò Francof. & Lips. A. 1717. venum est exposita. Qvam fraudem Halenses Sect. 59. der neuen Bibliotheck, p. 706. 707. 708. detexerunt.

JOACHIMUS a DALE, Lubecensis, Dynasta hæreditarius in Brandenbaum, natus d. 7. Sept. A. 1651., J. U. D. creatus Giessæ A. 1676., deinde per qvinqvennium in Germania, Italia, Hungaria, Helvetia, Gallia, Belgio, Anglia & Dania, peregrinatus, inqve itinere isto Viennæ A. 1677. a Leopoldo Imperatore nobilium donatus privilegiis. A. 1695. d. 20. Febr. Lubecæ in ordinem evectus Senatorium, & A. 1708., post munus istud d. 14. Apr. abdicatum, Legati sui in civitate hac patria ordinarii, Commerciorumqve Consiliarii, Dignitatibus a Georgio Ludovico, Electore Brunsvico-Hannoverano, Regeqve postea Britannico, est ornatus. Gener fuit D. Bernh. Diet. Braueri, Consulis. Vitæ ac familiæ præsertim nobilis Italico-Belgicæ, majorumqve, historiam prolixam Jo. Henr. a Seelen, *Parte II. Athenarum Lubecensium p. 8-20*, exhibuit. A qvo, sicut & ab Andr. Langio, in Introduct. in notit. Legum nauticarum, c. 2., p. 19., Bibliotheca qvoqve illius celebratur instructissima.

Disp. de Legitimatione, Præside D. Frid. Geislero. Lips. 1675. in 4.

Disp. de negotiis gestis, *ad L. ult. C.*, Præside D. Joh. Strauchio. Giessæ 1676. in 4.

Disp. Inaug. de subscriptionibus Principum. Giessæ 1676. 4.

BERNHARDUS DAMBKE, (Barnabas Dambkius perperam a J. G. Oleario, *T. I. Biblioth. Scr. Eccl. p. 110.*, vocatur.) Hamburgensis, Joachimi, Ecclesiæ Nicolaitanæ Diaconi, ex Agnete Langermannia, Bernhardi, Mercatoris primarii, gnata, filius, anno ætatis qvinto studiis a parente initiatus est elegantioribus, eoqve hæc animi ardore, in patria & Academia Lugduno-Batava, excolere perrexit, ut, Hug. Grotii, Gerh. Joh. Vossii, fratrum Lindebrogiorum, Joh. Huswedelii & Joh. Frid. Gronovii, amicitiam eximia in istis eruditione promeritus, insigne profectuum suorum specimen, pulcherrima Agapeti editione, Orbi literato, annum vix egressus vicesimum, exhibuerit. Theologiæ deinde, &, paulo post, mente mutata, Jurisprudentiæ, se addixit, ac, ut in hac itidem proficeret, Academias, tam Germaniæ, qvam Galliæ, adiit florentissimas, cumqve Aureliæ A. 1636., M. Aprili, ob suspicionem criminis, e sodalitate malorum ortam, in vincula esset conjectus, Hugonis Grotii, Legati tunc in Gallia Svedici, intercessione (1.) libertatem recuperavit. In patriam A. seqv. 1637. redux Parentem amisit, & Rigam tandem Livonorum delatus, Henningo Wittenio (2.) teste, illic causarum patronum egit forensium, dieqve 8. Martii A. 1656. vivis excessit. Qvæ de mortis tempore locoqvé relatio an satis sit certa, dubito, cum idem Wittenius, in literis ad me d. 6. Oct. A. 1691. exaratis, Rigæ eum, ad A. usqve 1658. vixisse, & ante obsidionem, qva Moschi paulo post urbem hanc cinxerunt, inde aliorsum discessisse, mihi retulerit. Vitæ ejus narrationem brevem vernaculam invenies etiam in D. Nicol. Wilckenii *Vitæ Joh. Frid. Gronovii Germanicæ, ἀνωνύμως* Hamburgi A. 1723. editæ, *Appendice, p. 104-112.*

Confer de illo Hug. Grotii tres de captivitate ejus Aurelianensi Epistolas, tum ad ipsum, tum ad Judicem rerum criminalium Aurelianensem, & Nationis Germanicæ Assessores, (qvibus causam ejus commendavit), Lutetiæ d. 5. Apr. A. 1636. scriptas (*in Syntagmate Grotianarum omnium Amstelodamensi, num. 569. 570. 571., p. 225.*), & Gerh. Joh. Vossii unicam ad eum, de locis qvibusdam Agapeti & Basilii Imp., VII. Id. Maj. A. 1632. exaratam (*in Editione Vossianarum Londinensi, A. 1690. publicata, num. 169., p. 199. 200.*). A. Joh. Frid. Gronovio, in Carmine Agapeto illius præfixo, *flos juvenum, gentisqve suæ*, est salutatus.

Agapeti Diaconi ad Justinianum Imperatorem, & Basilii Macedonis, Imperatoris, ad Leonem Philosophum, filium, Adhortationes de bene administrando imperio, Græce & Latine ab illo recensitæ, notisqvé illustratæ. Basileæ 1633. in 8. In hac Editione, Joach. Dambkio parenti inscripta, Hug. Grotii svasu suscepta, ac ejusdem, uti & Joh. Huswedelii, Henr. Vagetii, Joh. Frid. Gronovii & Corn. Grotii, carminibus ornata Encomiasticis, Textum Græcum Dambkius qvam fieri potuit emendatissimum exhibuit, e veteri versione Agapeti Latina, justo prolixiore, & recenti, aliam, qvæ plane nova possit videri, concinnavit, Frid. Morelli translationem Basilii, nullo verbulo mutato, retinuit, & utriusqve Paræneseos præcepta, in notis, similibus Autorum aliorum illustravit ac confirmavit. Insignem ejus, in his Scriptoribus illustrandis, industriam Jac. Bruno, Prof. Altorfinus, *in* præfat. Agapeti, a se Lipsiæ A. 1669. *in 8.* denuo editi, deprædicat, Notas autem Casp. Barthius (*a Kœnigio, in Bibl. V. & N. p. 234., allegatus*) *in Comm. ad Sylvas Statii p. 377.*, Dan. Nesselius (*eruditissimas* eas vocans) *in Catal. MSS. Græc. Biblioth. Cæsareæ p. 334.*, & Vinc. Placcius (*eruditas* appellans) *in Tr. de Scr. Anon. & Pseudon. p. 280.*, commendant.

Lessus Heroicus in obitum M. Joach. Dambkii, parentis sui. Hamb. 1637. in 4.

Epistolæ IV. ad Gerh. Joh. Vossium A. 1632. scriptæ, & una ad eundem A. 1642. exarata, qvæ in Vossianarum, Londini A. 1690. editarum, Appendice adoptiva, *num. 139. 147. 148. 149. & 332., p. 91. 92. 96. 97. 98. 99. 223. 224.*, leguntur.

M. FRIDERICUS DAME, Holsatus, patre Henrico, Friderici II., Regis Danici, Ministro, matre vero Agatha Levia, nobili inter Cimbros genere orta, est gavisus, & d. 22. Jul. A. 1567. in lucem editus. Puer scholam, ab A. 1576., Flensburgensem, & deinde, ab A. 1578., Herlovianam Seelandiæ Danicæ, freqventavit, ex Academiis autem Rostochien-

(1.) V. Grotii *Epistolas*, paulo post allegandas. (2.) *Tomo II. Diar. Biograph. Sec. XVII., p. 74.*

chiensem (in qva Dav. Chytræum & Simonem Pauli Studii duces habuit Theologici (1.)) A. 1585., & Francofurtanam ad Viadrum (in qva D. Christoph. Pelargi fuit convictor) A. 1588., adiit, Magistriqve in hac titulum A. 1590. reportavit. In patriam redux, Scholæ Itzehoensis Rectoratum A. 1592. obtinuit, in templi autem Nicolaitani Flensburgensis Diaconatu socero suo, Laurentio Jacobi, A. 1594., in Pastoratu ejusdem M. Henrico Johannis, A. 1600., & in Præpositi tandem dignitate, huic adjecta, M. Thomæ Schattenbergio A. 1604., successit. A. 1627., cum exercitus Cæsareus Cimbriam occupasset, a Christiano IV., Daniæ Rege, jussus in Seelandiam se recepit, Justinumqve Hœgium & Ott. Scheelium, regni Senatores, ac Joh. Pauli Resenium, Episcopum hujus insulæ, magnos habuit patronos, a Canonicis autem, qvibus exulis sustentatio a Rege demandata erat, Roeskildensibus, sumptus prætexentibus in structuras publicas impendendos, nihil opis subsidiiqve impetrare potuit (2.). Pace A. 1629. patriæ restituta, Flenopolin ad sacra rediit officia, hisqve, teste Lapide ædis Nicolaitanæ sepulchrali, d. 18. Dec. A. 1635. (in cujus locum seqventem 1636. meus *Cimbriæ Literatæ Prodromus*, & Henn. Wittenius, hunc secutus, perperam substituerunt), septuagenario proximus, liberis octo (&, hos inter, avia mea materna, Agatha, M. Joh. Breclingii, Pastoris Handewithensis, conjuge) e Margareta Jacobæa, uxore, sublatis, est immortuus, ac D. Joh. Reinbohtium nactus Successorem. Theologum hunc, ob doctrinam & vitæ sanctimoniam Cimbris suis commendatissimum, Scripta, sacraqve cum Heterodoxis certamina exteris etiam haud passa sunt esse ignotum. Primum horum ei cum Nicol. Tetingio, Husensi, Cive Flensburgensi, &, qvem ille seduxerat, Hartwigo Lohmanno, Urbis Secretario, intercessit. Qvi cum fanaticis de carne Christi cœlesti, & unione Dei ac fidelium essentiali, imbuti opinionibus, insuper habitis suis aliorumqve admonitionibus, qvam obtulerant, confessionem tueri pergerent, publicum cum utroqve, in arce regia, A. 1622. instituit Colloqvium. Qvod cum irritum itidem fuisset, & illi urbem relinqvere, qvam mentem mutare, etsi a nemine ejecti, maluissent, ac Husæ postea multa de Ordine Ecclesiastico Flensburgensi contumeliosa voce ac scripto sparsissent, non Retorsionem solum injuriarum, Consuli transmissam Husensi, paulo acriorem, sed Relationem etiam Colloqvii, & refutationem errorum, qvos defendebant, vernaculam (a Tetingio mox impugnatam), iis A. 1625. opposuit. Certamini huic (in Tetingii vita fusius enarrando) novum mox A. 1626. successit cum M. Jac. Neübauero, Lemgovia Westphalo, Scholæ Conrectore, qvi, piis resurrectionem morte ac resurrectione Christi esse partam, scripto negarat publico, &, cum a sententia hac, exteris qvibusdam probata Theologis, nec privatim, nec in Ordinis Ecclesiastici conventu, a Danio potuisset dimoveri, Colloqvium oblatum detrectabat, ac, controversia de injuriis mutuis forensi a Senatu d. 30. Apr. A. 1627. amica transactione jam composita, officio se sponte abdicabat Scholastico. Cujus novellæ opinioni cum Dogmatis recepti vindicias nihilominus opponendas esse noster judicaret, Dialogo eam peculiari, Christiano IV., Regi inscripto, refutare est aggressus. Nec tamen soli vacabat Theologiæ Polemicæ, sed vitia etiam atqve peccata ipsius Ecclesiæ Lutheranæ epidemia pari zeli ardore extirpare conabatur, illorumqve emendationem ingenti, qvam vel sola Relationis Anti-Tetingianæ abunde ostendet præfatio, παῤῥησίᾳ, sed incassum, urgebat. Cujus utinam zelotas omnes reliqvos haberet æmulos, qvorum pauci de vitiis his Ecclesiæ domesticis, speciosum eam deserturis suggerentibus prætextum, tollendis sunt solliciti, complures vero doctrinæ, qvam tuentur, puritatem zeli intemperie, aut vitæ morumqve licentia, dehonestant ac polluunt.

Confer de illo Henn. Witteni *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1636.*, Ant. Heimreichii *Lib. 4. Hist. Eccl. Slesvic. p. 198.*, Frid. Breclingii, nepotis, *Catalogum testium veritatis* (*Gotfr. Arnoldi Tomi IV. Hist. Eccl. Sect. III., num. 18., insertum*), *num. 126., p. 773.*, Joh. Chr. Becmanni *Catal. Biblioth. Francof. p. 139.*, & *Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr. P. II., c. 6., §. 3. & 5., p. 136-139. 142., c. 7., §. 5., p. 188. 189., ac P. III., c. 3., §. 29., p. 333. 334.*

ELOGIA.

D. Christ. Sledano, Theologo Slesvicensi (in Epist. MS. ad Pet. Sinnknechtium A. 1635. exarata), *Senex* audit *venerandus, & a multis annis exercitatissimus.*

Autori der Nohtdringenden Antrede an D. Josvam Schwartzen, *p. 6.*, ein umb die Kirche Christi Hochverdienter und Ruhmwürdiger Flenßburgischer Probst.

Frid. Breclingius (*l. c.*) Veritatis adversus Christianismum degenerem eum accenset testibus, Scriptisqve suis, inprimis vero *libris de veteri ac novo homine*, Joh. Arndio successisse suppetiasqve tulisse judicat.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disputationes Logicæ. in 4. (*Catal.*)

Disp. de Philosophia Peripatetica, ejusqve germana divisione. Francof. ad Viadr. 1590. in 4.

Theses Meteorologicæ de Tonitru, fulguratione & fulmine. Ibid. 1590. in 4.

Theses Meteorologicæ de Vento. Ibid. 1590. in 4.

Contra Mundi æternitatem Creationis demonstratio, Dispp. II. proposita. Ib. 1591. in 4.

Qvæstionis: An anima humana rationalis sit immortalis? Apodictica κατάφασις. Slesvigæ 1607. in 12. Recusa, cum Exerc. de Voluntate Dei, Giessæ A. 1612. in 8.

Exercitationes III. de Voluntate Dei erga genus humanum, & universali Salvatoris merito, hostibus gratiæ opposita. Giessæ 1611. in 4. Et, cum Apodixi de Animæ immortalitate, Ibid. 1612. in 8. (V. *Bolduani Bibl. Theol. p. 198. b., & Supplem. ejus p. 47. 93., ac Lipenii P. I. Bibl. Theol. p. 51.*)

Dialogus (*Theophili & Justini*) de Resurrectione mortuorum, an ad legem, an vero ad Evangelium, pertineat; oppositus heterodoxæ opinioni (*M. Jac. Neübaueri, Conrect. Flensb.*), qvod ne pii qvidem, Christi membra, merito & efficacia mortis & resurrectionis ejus, vitam, in Adamo amissam, recepturi & resurrecturi sint. Hamburgi 1627. in 8. Qvæ ad historiam hujus Dialogi, nomen adversarii supprimentis, spectant, paulo ante jam fuit allata.

Exerc. moralis, qvod Animæ, qvam corporis & fortunarum, potior habenda sit ratio, & qvod, in rebus mortalibus, nulla animæ qvies, nullaqve beatitudo sit solida. Hafniæ 1628. in 8.

II. GERMANICA ET SAXONICA.

Eedt- unde Bootvermahninge, edder Erinnering van Eeden unde Meneeden. Rostochii 1604. in 8. (*L. Saxon.*)

Abgedrungene Relation des Colloqvii, und was sonsten mit denen von Flenßburg entwichenen Enthusiasten, Nicolao Knutzen und Hartwig Lohmann, gehandelt; auch gründliche Refutation ihrer greulichen Schwermeren, auf Gutachten des Ministerii zu Flenßburg gestellet. Rostochii 1625. & Flensburgi 1705. in 8. Insertæ illi etiam sunt, tum Confutatio Confessionis Tetingio-Lohmannianæ, a Damio Anno jam 1622. scripta (*lit. B. 7. b. C. 4. a.*), tum Retorsio ejusdem ac Ministrorum Flensburgensium, d. 30. Aug. A. 1624. dem wahrhafften Berichte Tetingii reposita (*lit. D. 2. b - D. 6. a.*) Commendatur a Val. Ern. Löschero in den Unschuldigen Theol. Nachrichten *Sect. V. A. 1711., p. 602. 603.* Relationem

 hanc

(1.) V. ejus *Dialogum de resurr. mort. p. 40.* (2.) V. *Ep. Dedic. Exerc. Moralis de ratione animæ habenda.*

PHILIPPUS CYPRÆUS, Slesvicensis, Pauli, modo celebrati, filius, qvem Ministrum Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, aulicum fuisse Joh. Adolphus frater (*in Ep. Dedic., Annalibus Episc. Slesvic. præfixa*) testatur.

Genealogia Regum Daniæ Christianorum, & antiqvorum Ducum Slesvicensium, ex familia Danica oriundorum, usqve ad Margaretæ obitum, nec non cæterorum Regum & Ducum familiæ Oldenburgicæ, ex probatis Autoribus collecta, & Hafniæ A. 1622. in qvatuor foliis patentibus edita. Laudatur ab Ol. Wormio *L. I. Monum. Danicorum, c. 8., p. 58.*, Steph. Joh. Stephanio *in Notis ad Lib. 10. Hist. Dan. Sax. Grammatici p. 200.*, meqve ipso *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 2., p. 162., ac c. 11., §. 4., p. 176.* Cujuslibet Regis Ducisqve nomini narrationem vitæ ejus ac rerum gestarum compendiariam Autor, in ea, addidit.

D.

M. JACOBUS DAKENDORF, Lubecensis, Hermanni, Ecclesiastæ Petrini (A. 1671. defuncti), filius, Pastor ruralis, in Ducatu Megapolitano, Retschoviensis.

Schola Biblica, Meditationes qvasdam sacras, seu brevem & dilucidam locorum aliqvot S. Scripturæ explicationem, & hinc deducta qvædam moralia, tabulis Schematicis delineata, exhibens, & ad Homileticorum Praxin inserviens. Rostochii 1710. in 8. Liber hic, cùm minus esset vendibilis, a Bibliopola, fraude insigni, novo titulo *Manipuli Sacrarum Observationum* præfixo, novoqve & chimærico Autore, Joh. Schultzio, Th. D. & P. P. O., in isto ei affícto, denuo Francof. & Lips. A. 1717. venum est exposita. Qvam fraudem Halenses Sect. 59. der neuen Bibliotheck, p. 706. 707. 708. detexerunt.

JOACHIMUS a DALE, Lubecensis, Dynasta hæreditarius in Brandenbaum, natus d. 7. Sept. A. 1651., J. U. D. creatus Giessæ A. 1676., deinde per qvinqvennium in Germania, Italia, Hungaria, Helvetia, Gallia, Belgio, Anglia & Dania, peregrinatus, inqve itinere isto Viennæ A. 1677. a Leopoldo Imperatore nobilium donatus privilegiis. A. 1695. d. 20. Febr. Lubecæ in ordinem evectus Senatorium, & A. 1708., post munus istud d. 14. Apr. abdicatum, Legati sui in civitate hac patria ordinarii, Commerciorumqve Consiliarii, Dignitatibus a Georgio Ludovico, Electore Brunsvico-Hannoverano, Regeqve postea Britannico, est ornatus. Gener fuit D. Bernh. Diet. Braueri, Consulis. Vitæ ac familiæ præsertim nobilis Italico-Belgicæ, majorumqve, historiam prolixam Jo. Henr. a Seelen, *Parte II. Athenarum Lubecensium p. 8-29.* exhibuit. A qvo, sicut & ab Andr. Langio, in Introduct. in notit. Legum nauticarum, c. 2., p. 19., Bibliotheca qvoqve illius celebratur instructissima.

Disp. de Legitimatione, Præside D. Frid. Geislero. Lips. 1675. in 4.

Disp. de negotiis gestis, *ad L. ult. C.*, Præside D. Joh. Strauchio. Giessæ 1676. in 4.

Disp. Inaug. de subscriptionibus Principum. Giessæ 1676. 4.

BERNHARDUS DAMBKE, (Barnabas Dambkius perperam a J. G. Oleario, *T. I. Biblioth. Scr. Eccl. p. 110.*, vocatur.) Hamburgensis, Joachimi, Ecclesiæ Nicolaitanæ Diaconi, ex Agnete Langermannia, Bernhardi, Mercatoris primarii, gnata, filius, anno ætatis qvinto studiis a parente initiatus est elegantioribus, eoqve hæc animi ardore, in patria & Academia Lugduno-Batava, excolere perrexit, ut, Hug. Grotii, Gerh. Joh. Vossii, fratrum Lindebrogiorum, Joh. Huswedelii & Joh. Frid. Gronovii, amicitiam eximia in istis eruditione promeritus, insigne profectuum suorum specimen, pulcherrima Agapeti editione, Orbi literato, annum vix egressus vicesimum, exhibuerit. Theologiæ deinde, &, paulo post, mente mutata, Jurisprudentiæ, se addixit, ac, ut in hac itidem proficeret, Academias, tam Germaniæ, qvam Galliæ, adiit florentissimas, cumqve Aureliæ A. 1636., M. Aprili, ob suspicionem criminis, e sodalitate malorum ortam, in vincula esset conjectus, Hugonis Grotii, Legati tunc in Gallia Svedici, intercessione (1.) libertatem recuperavit. In patriam A. seqv. 1637. redux Parentem amisit, & Rigam tandem Livonorum delatus, Henningo Wittenio (2.) teste, illic causarum patronum egit forensium, dieqve 8. Martii A. 1656. vivis excessit. Qvæ de mortis tempore locoqve relatio an satis sit certa, dubito, cum idem Wittenius, in literis ad me d. 6. Oct. A. 1691. exaratis, Rigæ eum, ad A. usqve 1658. vixisse, & ante obsidionem, qva Moschi paulo post urbem hanc cinxerunt, inde aliorsum discessisse, mihi retulerit. Vitæ ejus narrationem brevem vernaculam invenies etiam in D. Nicol. Wilckenii *Vitæ Joh. Frid. Gronovii Germanicæ, ἀνωνύμως* Hamburgi A. 1723. editæ, *Appendice, p. 104-112.*

Confer de illo Hug. Grotii tres de captivitate ejus Aurelianensi Epistolas, tum ad ipsum, tum ad Judicem rerum criminalium Aurelianensem, & Nationis Germanicæ Assessores, (qvibus causam ejus commendavit), Lutetiæ d. 5. Apr. A. 1636. scriptas (*in Syntagmate Grotianarum omnium Amstelodamensi, num. 569. 570. 571., p. 225.*), & Gerh. Joh. Vossii unicam ad eum, de locis qvibusdam Agapeti & Basilii Imp., VII. Id. Maj. A. 1632. exaratam (*in Editione Vossianarum Londinensi, A. 1690. publicata, num. 169., p. 199. 200.*). A. Joh. Frid. Gronovio, in Carmine Agapeto illius præfixo, *flos juvenum, gentisqve suæ*, est salutatus.

Agapeti Diaconi ad Justinianum Imperatorem, & Basilii Macedonis, Imperatoris, ad Leonem Philosophum, filium, Adhortationes de bene administrando imperio, Græce & Latine ab illo recensitæ, notisqve illustratæ. Basileæ 1633. in 8. In hac Editione, Joach. Dambkio parenti inscripta, Hug. Grotii svasu suscepta, ac ejusdem, uti & Joh. Huswedelii, Henr. Vagetii, Joh. Frid. Gronovii & Corn. Grotii, carminibus ornata Encomiasticis, Textum Græcum Dambkius qvam fieri potuit emendatissimum exhibuit, e veteri versione Agapeti Latina, justo prolixiore, & recenti, aliam, qvæ plane nova possit videri, concinnavit, Frid. Morelli translationem Basilii, nullo verbulo mutato, retinuit, & utriusqve Paræneseos præcepta, in notis, similibus Autorum aliorum illustravit ac confirmavit. Insignem ejus, in his Scriptoribus illustrandis, industriam Jac. Bruno, Prof. Altorfinus, *in* præfat. Agapeti, a se Lipsiæ A. 1669. *in 8.* denuo editi, deprædicat, Notas autem Casp. Barthius (*a Königio, in Bibl. V. & N. p. 234., allegatus*) *in Comm. ad Sylvas Statii p. 377.*, Dan. Nesselius (*eruditissimas* eas vocans) *in Catal. MSS. Græc. Biblioth. Cæsareæ p. 334.*, & Vinc. Placcius (*eruditas* appellans) *in Tr. de Scr. Anon. & Pseudon. p. 280.*, commendant.

Lessus Heroicus in obitum M. Joach. Dambkii, parentis sui. Hamb. 1637. in 4.

Epistolæ IV. ad Gerh. Joh. Vossium A. 1632. scriptæ, & una ad eundem A. 1642. exarata, qvæ in Vossianarum, Londini A. 1690. editarum, Appendice adoptiva, *num. 139. 147. 148. 149. & 332., p. 91. 92. 96. 97. 98. 99. 223. 224.*, leguntur.

M. FRIDERICUS DAME, Holsatus, patre Henrico, Friderici II., Regis Danici, Ministro, matre vero Agatha Levia, nobili inter Cimbros genere orta, est gavisus, & d. 22. Jul. A. 1567. in lucem editus. Puer scholam, ab A. 1576., Flensburgensem, & deinde, ab A. 1578., Herlovianam Seelandiæ Danicæ, freqventavit, ex Academiis autem Rosto-chien-

(1.) V. Grotii *Epistolas*, paulo post allegandas. (2.) *Tomo II. Diar. Biograph. Sec. XVII., p. 74.*

chiensem (in qva Dav. Chytræum & Simonem Pauli Studii duces habuit Theologici (1.)) A. 1585., & Francofurtanam ad Viadrum (in qva D. Christoph. Pelargi fuit convictor) A. 1588., adiit, Magistriqve in hac titulum A. 1590. reportavit. In patriam redux, Scholæ Itzehoensis Rectoratum A. 1592. obtinuit, in templi autem Nicolaitani Flensburgensis Diaconatu socero suo, Laurentio Jacobi, A. 1594., in Pastoratu ejusdem M. Henrico Johannis, A. 1600., & in Præpositi tandem dignitate, huic adjecta, M. Thomæ Schattenbergio A. 1604., successit. A. 1627., cum exercitus Cæsareus Cimbriam occupasset, a Christiano IV., Daniæ Rege, jussus in Seelandiam se recepit, Justinumqve Hœgium & Ott. Scheelium, regni Senatores, ac Joh. Pauli Resenium, Episcopum hujus insulæ, magnos habuit patronos, a Canonicis autem, qvibus exulis sustentatio a Rege demandata erat, Roeskildensibus, sumptus prætexentibus in structuras publicas impendendos, nihil opis subsidiiqve impetrare potuit (2.). Pace A. 1629. patriæ restituta, Flenopolin ad sacra rediit officia, hisqve, teste Lapide ædis Nicolaitanæ sepulchrali, d. 18. Dec. A. 1635. (in cujus locum seqventem 1636. meus *Cimbriæ Literatæ Prodromus*, & Henn. Wittenius, hunc secutus, perperam substituerunt), septuagenario proximus, liberis octo (&, hos inter, avia mea materna, Agatha, M. Joh. Breclingii, Pastoris Handevithensis, conjuge) e Margareta Jacobæa, uxore, sublatis, est immortuus, ac D. Joh. Reinbohtium nactus Successorem. Theologum hunc, ob doctrinam & vitæ sanctimoniam Cimbris suis commendatissimum, Scripta, sacraqve cum Heterodoxis certamina exteris etiam haud passa sunt esse ignotum. Primum horum ei cum Nicol. Tetingio, Husensi, Cive Flensburgensi, &, qvem ille seduxerat, Hartwigo Lohmanno, Urbis Secretario, intercessit. Qvi cum fanaticis de carne Christi cœlesti, & unione Dei ac fidelium essentiali, imbuti opinionibus, insuper habitis suis aliorumqve admonitionibus, qvam obtulerant, confessionem tueri pergerent, publicum cum utroqve, in arce regia, A. 1622. instituit Colloqvium; Qvod cum irritum itidem fuisset, & illi urbem relinqvere, qvam mentem mutare, etsi a nemine ejecti, maluissent, ac Husæ postea multa de Ordine Ecclesiastico Flensburgensi contumeliosa voce ac scripto sparsissent, non Retorsionem solum injuriarum, Consuli transmissam Husensi, paulo acriorem, sed Relationem etiam Colloqvii, & refutationem errorum, qvos defendebant, vernaculam (a Tetingio mox impugnatam), iis A. 1625. opposuit. Certamini huic (in Tetingii vita fusius enarrando) novum mox A. 1626. successit cum M. Jac. Neübauero, Lemgovia Westphalo, Scholæ Conrectore, qvi, piis resurrectionem morte ac resurrectione Christi esse partam, scripto negarat publico, &, cum a sententia hac, exteris qvibusdam probata Theologis, nec privatim, nec in Ordinis Ecclesiastici conventu, a Damio potuisset dimoveri, Colloqvium oblatum detrectabat, ac, controversia de injuriis mutuis forensi a Senatu d. 30. Apr. A. 1627. amica transactione jam composita, officio se sponte abdicabat Scholastico. Cujus novellæ opinioni cum Dogmatis recepti vindicias nihilominus opponendas esse noster judicaret, Dialogo eam peculiari, Christiano IV., Regi inscripto, refutare est aggressus. Nec tamen soli vacabat Theologiæ Polemicæ, sed vitia etiam atqve peccata ipsius Ecclesiæ Lutheranæ epidemia pari zeli ardore extirpare conabatur, illorumqve emendationem ingenti, qvam vel sola Relationis Anti-Tetingianæ abunde ostendet præfatio, παῤῥησίᾳ, sed incassum, urgebat. Cujus utinam zelotas omnes reliqvos haberet æmulos, qvorum pauci de vitiis his Ecclesiæ domesticis, speciosum eam deserturis suggerentibus prætextum, tollendis sunt solliciti, complures vero doctrinæ, qvam tuentur, puritatem zeli intemperie, aut vitæ morumqve licentia, dehonestant ac polluunt.

Confer de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1636.*, Ant. Heimreichii *Lib. 4. Hist. Eccl. Slesvic. p. 198.*, Frid. Breclingii, nepotis, *Catalogum testium veritatis* (*Gotfr. Arnoldi Tomi IV. Hist. Eccl. Sect. III., num. 18., insertum*), *num. 126., p. 773.*, Joh. Chr. Becmanni *Catal. Biblioth. Francof. p. 139.*, & *Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr. P. II., c. 6., §. 3. & 5., p. 136-139. 142., c. 7., §. 5., p. 188. 189., ac P. III., c. 3., §. 29., p. 333. 334.*

ELOGIA.

D. Christ. Sledano, Theologo Slesvicensi (in Epist. MS. ad Pet. Sinnknechtium A. 1635. exarata), *Senex* audit *venerandus, & a multis annis exercitatissimus.*

Autori der Nohtdringenden Anrede an D. Josvam Schwartzen, *p. 6.*, ein umb die Kirche Christi Hochverdienter und Ruhmwürdiger Flenßburgischer Probst.

Frid. Breclingius (*l. c.*) Veritatis adversus Christianismum degenerem eum accenset testibus, Scriptisqve suis, inprimis vero *libris de veteri ac novo homine*, Joh. Arndio successisse suppetiasqve tulisse judicat.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disputationes Logicæ. in 4. (*Catal.*)

Disp. de Philosophia Peripatetica, ejusqve germana divisione. Francof. ad Viadr. 1590. in 4.

Theses Meteorologicæ de Tonitru, fulguratione & fulmine. Ibid. 1590. in 4.

Theses Meteorologicæ de Vento. Ibid. 1590. in 4.

Contra Mundi æternitatem Creationis demonstratio, Dispp. II. proposita. Ib. 1591. in 4.

Qvæstionis: An anima humana rationalis sit immortalis? Apodictica κατάφασις. Slesvigæ 1607. in 12. Recusa, cum Exerc. de Voluntate Dei, Giessæ A. 1612. in 8.

Exercitationes III. de Voluntate Dei erga genus humanum, & universali Salvatoris merito, hostibus gratiæ oppositæ. Giessæ 1611. in 4. Et, cum Apodixi de Animæ immortalitate, Ibid. 1612. in 8. (V. *Bolduani Bibl. Theol. p. 198. b., & Supplem. ejus p. 47. 93., ac Lipenii P. I. Bibl. Theol. p. 51.*)

Dialogus (*Theophili & Justini*) de Resurrectione mortuorum, an ad legem, an vero ad Evangelium, pertineat; oppositus heterodoxæ opinioni (*M. Jac. Neübaueri, Conrect. Flensb.*), qvod ne pii qvidem, Christi membra, merito & efficacia mortis & resurrectionis ejus, vitam, in Adamo amissam, recepturi & resurrecturi sint. Hamburgi 1627. in 8. Qvæ ad historiam hujus Dialogi, nomen adversarii supprimentis, spectant, paulo ante jam sunt allata.

Exerc. moralis, qvod Animæ, qvam corporis & fortunarum, potior habenda sit ratio, & qvod, in rebus mortalibus, nulla animæ qvies, nullaqve beatitudo sit solida. Hafniæ 1628. in 8.

II. GERMANICA ET SAXONICA.

Eedt- unde Bootvermahninge, edder Erinnering van Eeden unde Meneeden. Rostochii 1604. in 8. (*L. Saxon.*)

Abgedrungene Relation des Colloqvii, und was sonsten mit denen von Flenßburg entwichenen Enthusiasten, Nicolao Knutzen und Hartwig Lohmann, gehandelt; auch gründliche Refutation ihrer greulichen Schwermerey, auf Gutachten des Ministerii zu Flenßburg gestellet. Rostochii 1625. & Flensburgi 1705. in 8. Insertæ illi etiam sunt, tum Confutatio Confessionis Tetingio-Lohmannianæ, a Damio Anno jam 1622. scripta (*lit. B. 7. b. C. 4. a.*), tum Retorsio ejusdem ac Ministrorum Flensburgensium, d. 30. Aug. A. 1624. dem wahrhafften Berichte Tetingii reposita (*lit. D. 2. b - D. 6. a.*) Commendatur a Val. Ern. Löschero in den Unschüldigen Theol. Nachrichten *Sect. V. A. 1711., p. 602. 603.* Relationem

(1.) V. ejus *Dialogum de resurr. mort. p. 40.* (2.) V. *Ep. Dedic. Exerc. Moralis de ratione animæ habendæ.*

hanc vicissim impugnarunt: 1. Ipse Nicolaus Tetingius sive Knutzenius, in *Prodromo Apologetico* auf des Ministerii zu Flensburg abgedrungene Relation &c., an die Begehrende und Liebhabere der Wahrheit immittelst zum Zeugnisse abgefertiget, bis nun bald, am Tage des Gerichts, alles mit mehrern wird erörtert werden: In qvo, sine loci mentione, A. 1627. *in 4.* excuso, & historicas Damii narrationes corrigit, omissaqve supplet, & suum de carne Christi cœlesti errorem defendere conatur; 2. Anna Ovena Hoyeria, Poetria Eiderstadiensis, a Tetingio seducta, im Schreiben von J. O. T. A. an die Herren Titul-Träger von hohen Schulen, M. F. J. (*i. e. M. Fridericum Johannis, Diac. Flensb. Nicolaitanum*) und M. F. D. P. (*i. e. M. Frid. Damium, Præpositum*), auf das Büchlein wieder Nic. Teting, Poematio pro Tetingio & Lohmanno, contra Relationem hanc, Apologetico, qvo, cum in cæteros Ecclesiastas Flensburgenses, tum in hos præsertim duumviros, acerbe debacchatur, inter Poemata ejus Germanica, Amstelod. A. 1650. *in 12.* impressa, *p. 67-74.*, obvio.

Judex sincerus, ein rechtschaffener Richter und fromme Obrigkeit, auß Exod. XVIII. beschrieben, oder Leichpredigt über Marcum Schrödern, Bürgermeistern zu Flensburg. Hamburgi 1627. in 4. (Hujus Autorem, Frid. Damium nostrum; Lipenius, *P. II. Biblioth. Theol. p. 147.*, insigni ἀβλεψία *Danielem Friderici* appellavit.)

Vier Büchlein vom Alten und Neuen Menschen; woher dieser Unterscheid entstanden, und daß allein die neue Menschen die wahre Kirche GOttes sind; welche die Kennzeichen und Seligkeit des neuen Menschen, seine Gewißheit, Verderben, davor er sich hüten sol, Kampf, Streit, Sieg, die Mittel des Sieges, und endlich die Ubung des wahren Christenthums, welche darinnen stehet, daß der Mensch sich selbsten verleugne, und wie solches, beydes gegen GOtt und Menschen, geschehen muß. Lubecæ 1632. in 8. Commendantur a Presbyteriis Lubecensi, Hamburgensi ac Lüneburgensi, in der Warnung von dem Schandbuche El. Prætorii *p. 332.*, & Frid. Breclingio, *loco supra* allegato.

Vitæ sapientia vera, höchste und wahre Weißheit dieses Lebens, Christlich leben, und selig sterben, oder Leichpredigt über Fr. Elisabeth Rumohrinn, auß Rom. XIV. 7. 8. Hamburgi 1634. in 4.

Leichpr. über Otto von Qvalen. Glückst. 1640. in 4. (*Catal.*)

Matrona (*L. Saxon.*) Lubecæ in 12. (*V. G. Draudii Biblioth. Class. libb. Germ. p. 432.*)

Bußpredigt auß Marci c. XIII. Lubecæ in 12. (*V. Boldoani Bibl. Theol. fol. 181. a., & Complementum ejusdem p. 151.*)

INEDITUM.

Scriptum breve Latinum, qvo Epistolæ ad Hebræos autoritatem Canonicam, contra Nic. Tetingium & Hartw. Lohmannum (qvi argumenta, e locis illius, suæ de Carne Christi cœlesti sententiæ opposita, rejiciebant), vindicavit, eamqve Apostolicam esse, & a Luca Evangelista conscriptam, e styli similitudine, & testimonio Eusebii (*L. 3. Hist. Eccl. c. 38.*), probare est conatus. V. de illo ipsius *Relationem Colloqvii Flensburg., lit. D. 1. a. b.*

M. HENRICUS DAME, Flensburgensis, Friderici, modo laudati, filius, Ecclesiæ ruralis Oeversecensis, in patriæ vicinia, Pastor, d. 12. Jun. A. 1676. defunctus, veritatisqve contra Christianismum degenerem testibus, a Frid. Breclingio, in illorum Catalogo (*qvem G. Arnoldi Tomus IV. H. E., Sect. 3., n. 18., exhibet*), *num. 102., p. 769.*, itidem annumeratus.

Kurtzer und in GOttes Worte gegründeter Unterricht vom Sauffen und Trunckenheit, was sie vor eine Sünde sey, was dagegen die Welt einzuwenden hat, und warumb dieselbe zu meiden sey: dabey ein kurtzer Dialogus, ob auch deren Busse gültig sey, und sie sich ihrer Seligkeit zu getrösten haben, die etwas unrechtmäßiger Weise an sich gebracht, oder ihrem Nechsten heimlich oder öffentlich entwendet haben, und solches alles, so viel ihnen bewust ist, nicht wieder erstatten. Cellæ 1640. in 4. Commendatur a F. Breclingio *l. c.*

CASPARUS DANCKWERTH, Hansii, Consulis Husensis, filius, Oldensworta Eiderstadiensis (1.), Medicinæ Doctor (in Academia A. 1633. creatus Basileensi) & Practicus Husensis, simulqve Urbis istius, ab A. 1641., per sex lustra, & qvod excurrit, Consul, tandem d. 25. Jan. A. 1672. lectioni sacri codicis vacans, in sella, cui insidebat, subito apoplexiæ insultu extinctus. Vir fuit patriæ amantissimus, & de Cimbria universa opere insigni Chorographico, qvo singulas ejus provincias, insulas, præfecturas, nomarchias, civitates, arces, vicos, pagos ac prædia, diligenter & accurate recensuit, simulqve historiam illius, antiqvam pariter ac recentiorem, non parum illustravit, præclare est meritus, dignusqve, cui grates a nostratibus, officii sui vel ipso ejus commonefactis cognomine, ob industriam istam, perpetuo persolvantur posthumæ. Ipsi hanc hostes e Svecia nostri, cum A. 1658. Chersonesum nobis natalem ferme totam occupassent, sunt admirati, eaqve, summo cum Autoris, etiamnum superstitis, dolore, ad loca illius omnia, etiam penitissima, depopulanda, tributisqve oneranda, abusi (2.). Generum habuit Sim. Rechelium, Pastorem Husensem.

Confer de illo Mart. Zeileri *Collectanea de Historicis, P. III., p. 63.*, Joh. Dan. Majoris Bevölckertes Cimbrien, *c. 4. 5. 6. 7., p. 3-10., ac c. 21. & 22., p. 26-30.*, *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 1., §. 5., p. 5. 6., ac c. 14., §. 1., p. 208. 209.*, Joh. Chr. Nevii *P. II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Historicas, p. 333. 334. 335.*, aliosqve Scriptores, paulo post allegandos.

Aug. Giesius, Secretarius Husensis cordatissimus (*in Historia MS. Vitæ propriæ*) ob probitatem, candorem virtutesqve varias, nec non ob ingenium acre ac πολυμάθειαν, Elogio eum ornavit insigni ac prolixo, a Jo. Melch. Kraftio in der Husumschen Kirchen-Historie p. 258. 259. 260. inserto.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. Med. Inaug. de Lue Hungarica cognoscenda & curanda. Basileæ 1633. in 4.

Specimen Chronologiæ veræ, sacræ imprimis, per spatia qvædam temporis insignia breviter & dilucide propositæ; ubi simul vera ætas mundi, qvæ nostro tempori, qvo vivimus, convenit, demonstratur. Slesvigæ 1671. in 4.

II. GERMANICUM.

Neue Landesbeschreibung der zwey Hertzogthümer, Sleswig und Holstein, samt 40. dabey gehörigen Landkarten, so, auf ihrer Königl. Maiest. zu Dennemarck, und Fürstl. Durchläucht. zu Holstein, Befehl, von dem Königl. Mathematico, Joh. Meiero, Chorographice sind elaboriret: Worinn auch das alte Teutschland kürtzlich beschrieben und begriffen ist. Prodiit, sine loci mentione, A. 1652. *in fol. reg.* Nova Editio Amstelodamensis, Mappas Geographicas colorum varietate distinctas, Dancwerthii autem Exegesin earum Genealogiæ Danico-Holsaticæ, ad nostra usqve tempora, continuatione, Indice accurato, ac Apologia Ducum Holsato-Sünderburgensium, Autori opposita, locupletatam, exhibitura, qvam Catalogus nundinarum A. 1686. vernalium est pollicitus, lucem nondum vidit publicam. De exemplo operis Danckwerthiani ipsius, per Politicum Ἀνώνυμον doctissimum multis Diplomatis, aliisqve Documentis, ex Archivis depromtis, & Indice egregio alphabetico MSto locorum atqve rerum, illustrato atqve aucto, qvod, uni

(1.) V. ipsius *P. II. Chorograph. Cimbricæ, c. 13., p. 152.* (2.) V. Chr. Weisii *Sched. de lectione novellarum, c. 1., p. 5.*, & *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 5., p. 6.*

una cum Chorographia Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorstani inedita, ad modum Dancwerthianæ concinnata, sed itidem ἀδέσποτος, Lubecæ, in D. Balth. Krusingii, Medici eruditi, Bibliotheca asservatur, Jo. Henr. a Seelen, *Parte III. Athen. Lubec. p. 265. 266. 267.*, meretur consuli.

Occasionem laboris hujus Dancwerthio præbuit Joh. Meierus, Christiani IV. & Friderici III., Regum Daniæ, Mathematicus, qvi, cum mapparum Ducatus utriusqve Chorographicarum, generalium & specialium, horum atqve Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, jussu, a se concinnatarum (de qvibus in illius plura dicentur elogio), edendarum obtinuisset potestatem, nostro, qvem in historia patria noverat esse versatissimum, ut narrationes vernaculas, cujusvis mappæ tergo inscribendas (qvæ postea, ob copiam dicendorum, angusta adeo spatia dedignatæ, in vastum hoc opus excreverunt), adjiceret, curamqve totius in se susciperet operis, persvasit. Inscriptum illud ab utroqve est Friderico III., Regi Daniæ, & Friderico, Duci Holsato-Gottorpiensi, inqve tres partes divisum; qvarum Prima de Cimbria universa, & utroqve ejus Ducatu Slesvicensi ac Holsatico, in genere (addita prolixa de Germania veteri, ejusqve populis, Digressione), commentatur; Secunda Chorographiam Ducatus Slesvicensis, partiumqve & locorum ejus singulorum, exhibet Historicam, Tertia vero Holsaticum eadem ratione illustrat, &, in παρεκβάσει de urbe Hamburgensi (Capiti XII. inserta), Ducum Holsatiæ in eam jura recenset & vindicat. Mappæ, qvæ adduntur, XL. omnes (exceptis secunda Orbem veterem in Noæ posteros distributum, tertia Germaniam veterem septentrionalem, & qvarta partem ejusdem Australem, sistentibus, ac a Dancwerthio, ingenio hic suo & conjecturis plus justo indulgente, adjectis) Joh. Meierum Autorem agnoscunt, ob accurationem illarum laudem promeritum eximiam, æri autem eleganter insculptæ sunt a Matthia & Nicolao Petræis, fratribus, aurifabris Husensibus.

Toti operi Epigraphe pulcherrima V. C., Georg. Henr. Burchardi, est præfixa, in qva *amplum luculentumqve* illud merito appellatur, & arguta hæc, sub finem, ad Cimbriam additur προσφώνησις:

Qvid debes patria? coronam civicam,
Ob patriæ vindicatam memoriam;
Ut futuro constet orbi,
Olim Cimbriam dedisse, qvi immortalia facerent,
Nunc dare, qvi scribant immortalia.

Præter hunc & alii certatim suis idem ornarunt laudibus. Henr. Meibomius Jun., *T. II. Rer. Germ. p. 412.*, Dancwerthium *scriptorem* salutat *diligentem*, & hoc, *in Introd. ad Hist. Sax. Infer. p. 56.*, de volumine ejus fert judicium: *Doctissimi Casp. Dancwerthii Holsatiæ descriptio omnibus aliis Topographiis merito suo multum est præferenda.* D. G. Morhofius, *T. II. Polyhist., Lib. 4., p. 507.*, non facile inventum iri censet accuratam adeo ullius provinciæ delineationem, ut cum hac possit conferri. Joh. Dan. Major, im Bevölckerten Cimbrien, *c. 21., p. 27. 28. 29.*, *librum* vocat *egregium*, & contra geminam accusationem, qva reditus Cimbriæ, locaqve, vias & anfractus singulos, exteris temere detexisse ac prodidisse perhibetur, pro virili defendit, Autoremqve, *c. 3. p. 3.*, *Virum de his provinciis bene meritum* appellat. Joh. Alb. Fabricius, *P. II. Memor. Hamb. p. 804.*, Elogio D. Joh. Dancwerthii, Decani Hamb. (nostri e fratre Johanne, Senatore Hamburgensi, nepotis), hoc ejus inseruit Encomium: *Nemini, nisi qvi in cognitione rerum Cimbriæ plane sit hospes, ignotum esse potest nomen D. Casp. Dancwerthii, doctissimi Viri, Consulis Husumensis, cujus & Joh. Meieri Descriptione Chorographica Slesvici & Holsatiæ nihil perfectius elaboratiusqve sol aspexit.* Henr. Muhlius *in Dissertationum Historico-Theologicarum ultimæ, sive Historiæ Cœnobii Bordesholmensis proœmio, p. 476. 477.*, ita de eo judicat: *Danckwerthi opus de utraqve & Slesvicensi & Holsatica regione & insigne & luculentum est, ac decus Historici ac Chorographi exqvisite servat, & erudite & graviter adeo tutatur, ut vulgares omnes Topographos magno post se intervallo relinqvat.* Paullo post illam denuo *Librum* vocat *limatum & ad amussim expolitum.* Addantur his Rutgerus Hermannides, *in Descript. Holsatiæ* (cujus pleraqve nostro debet) mox memoranda, *p. 799.*, opus hoc vocans *elegantissimum*, Wilh. Ern. Tenzelius (cui *Chronicon* audit *eximium*) *in Dial. Menstr. Germ., M. Aug. A. 1691., p. 621.*, Christ. Gryphius (*luculentum* esse judicans) *in Diss. Isag. de Scr. Hist. Sec. XVII., c. 2., p. 41.*, Leonh. Christoph. Sturmius *in Tr. de natura & constit. Matheseos, Sect. 2., c. 10., p. 272.*, &, qvi laudes, a me (*P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 1., p. 5. 6.*) illi tributas, repetendo approbarunt, Herm. Diet. Meibomius *in Or. de genuinis Hist. Germ. fontibus p. 72. 73.*, B. G. Struvius *in Bibliotb. Histor., c. 24., p. 618. 619.*, & Joh. Christ. Nevius, *P. II. Accessionum ad D. Wheari Relect. p. 333. 334. 335.*

Opposita est illi, jussu Ducum Sünderburgensium, Plönensium, cæterorumqve ex eadem familiæ Holsaticæ descendentium linea, qvibus Autor in hanc iniqvior, Regiæ autem & Gottorpiensis justo studiosior, fuisse videbatur, Apologia des Fürstl. Hauses Sleswig-Holstein Sünderburgischer linie samt und sonders, wieder den, zum præjudiz desselben, durch D. Casp. Danckwerth, in seiner Landesbeschreibung der Fürstenthümer Sleswig und Holstein, angeführten falschen Bericht, Lubecæ A. 1654. *in 4.* excusa.

Inter Censores ejus reliqvos Joh. Dan. Major eminet, qvi (*l. c., c. 4. 5. 6. 7. 8. & 21., p. 3-10. 26. 27.*) Dancwerthii de origine Cimbrorum sententiam fuse impugnat, & (*c. 22., p. 29. 30.*), ob assertiones aliqvot parum certas, & digressiones de gentibus Germaniæ antiqvis ἀπροσδιονύσους, juste qvidem eum reprehendit, sed, dum ἀμεθοδείαν, neglectumqve Jutiæ Borealis, & mentionem arcium eqvestrium complurium nominetenus tantum factam, eidem exprobrat, nodum in scirpo qværere videtur. Qvid de Christ. Weisii, *in Schediasmate de lectione novellarum, c. 1., p. 5.*, Chorographiam hanc Holsaticam *Svecis, bello irruentibus, vicem manuductoris, imo pene proditoris, præstitisse*, tradentis, narratione sit judicandum, supra jam a nobis, & a Majore, *c. 21., p. 27. 28. 29.*, est expositum. Sam. Rachelium, a qvo (*in Apologia pro causa & scriptis Gottorpiensibus, ἀνωνύμως A. 1677. edita, p. 54.*) Dancwerthius, qvod, in narratione de feudo Slesvicensi Canuto Duci collato, magis sui temporis morem, qvam veritatem, sit secutus, accusatur, partis suæ studio abripi, & hujus ὑποθέσει δουλεύειν, nemo non videt. Rectius alii, ingenio eum suo, in primis gentium ac Cimbrorum etiam nostrorum, originibus, propriorumqve nominum (qvæ ab aqvis plerumqve, Physicam Thaletis & Orphei, de aqva rerum omnium materia, hypothesin in foro secutus Philologico, derivat) Etymologiis, parum sæpe feliciter vestigandis, nimium indulgere, mecum observarunt. V. *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 1., §. 5., p. 6., c. 3., §. 1., p. 15., & P. IV., c. 1., §. 1., p. 362.* Muhlius *l. c.* in eo virgula censoria notat præsidii, qvod Historiæ e diplomatis, tabulis ac membranis accedit, neglectum, & ortos ex hoc crebros errores, a me in Cœnobii Prezensis, a se autem in Bordesholmensis historia detectos.

De Compendiis Operis Dancwerthiani, a Mart. Zeilero, Gymnasii Ulmensis Inspectore, in *nova Regnorum Daniæ & Norwagiæ, Ducatuumqve Slesvici & Holsatiæ, Descriptione* (Latine Amstelod. A. 1655., Belgice ibidem A. 1656., & Germanice Ulmæ A. 1658., *in 12.* publicata), ac Rutgero Hermannide, J. U. D. & Hist. Prof. Harderviceno, in *Descriptione eorundem Regnorum ac Ducatuum bipartita Historico-Chorographica*, (Amstelod. A. 1669. *in 12.* edita, sed minus accurata), exhibitis, *Isagoges* ejusdem *Pars I., c. 1., §. 6., p. 6. 7.*, consulatur. Novam illius Epitomen germanicam

manicam Anonymus, *in Catalogo nund. Lipſ. A.1716. autumn. p. 61.* promiſit, Hamburgi ſub hoc prodituram titulo: Kern und Stern der Danckwerthiſchen Land-Beſchreibung; oder kurtze Fragen aus der Schleswig-Holſteiniſchen alten und neuen Geographie und Hiſtorie, nebſt Anweiſung, wo ein mehrers von der materie in beſagtem Buch zu leſen, und angehengtem nöthigem Regiſter; mitgetheilet von einem Wol-Meinendem Landes-Mann.

INEDITUM.

Chronicon der Geſchichte, ſo ſich, von den Zeiten Caroli M. an, in den Hertzogthümern Schleswig und Holſtein, ſo dann auch in den Königreichen Dennemarck, Schweden, &c., begeben. in fol. Opus hoc, ordine diſpoſitum Chronologico, ſed qvoad Partem tantum I. abſolutum, & ab ævo Carolino ad A. C. 1459., ſive initia Dynaſtiæ Oldenburgicæ, perductum, MS. in Biblioth. Ducali Gottorpienſi aſſervatur V. qvæ, a Joh. Nicol. Pechlino, hujus Præfecto, edoctus, *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 7., §. 14., p. 133. 134., & P. IV. p. 639. 640.*, monui.

CHRISTIANUS GOTHOFREDUS DANCKWERTH, Holſatus, Med. D., Circuliqve initio Stolpenſis & Uckermarchici, in ditione Brandeburgica, Phyſicus, deinde vero Practicus, circa A. 1684., Hamburgenſis, in urbis hujus vicinia, A. 1687. (ſicut a Conſultiſſ. Winckelio accepi), morte, una cum uxore & filio, ſubita, poſt juſculum, qvod ipſemet præparaſſe credebatur, hauſtum, extinctus.

Unwiederſprechlicher Beweiß, daß das Podagra zu curiren ſey. Stettini 1683. & Lubecæ 1684. in 4.

Aſtroſophia cœli terreſtris Iatrologica, oder das geſtirnte Erdreich, nach ſeinen Mediciniſchen Wirckungen insgemein, aus dem Grunde der Vernunfft, und Lichte der Natur; und in demſelben beſonders ein Medicinaliſches Siebengeſtirn, nach ſeinen ſpecial-Kräfften, aus eigener Erfahrung beſchauet und betrachtet. Semel tantum excuſa, ſed, mutato ſubinde titulo, emptoribus ter venalis oblata, Hamburgi A. 1684. & 1689., ac Lubecæ 1685. in 4.

Tr. de natura dura, & cura matura, in Podagrica tortura, Theoretico Practicus, *in Catal. Nund. Lipſ. A. 1684. vern. p. 36. promiſſus.*

FRIDERICUS JOHANNES DANCKWERTH, Holſatus, Dynaſta hæreditarius Weſtenſeenſis, Canonicusqve Magdeburgenſis, in Architectura militari verſatiſſimus.

Tentativ pour le renfort de la Fortification moderne (i. e. Tentamen Fortificatorium, munimenta aſſultu inexpugnabilia reddere laborans, ad Leopoldum Imp.) Vindobonæ 1677. in 4.

Supplement pour le Tentativ du renfort de la Fortification moderne. Hamburgi 1679. in 4.

Supplement III. pour le Tentativ du renfort de Fortification moderne. Hamb. 1680. in 4.

GEORGIUS DANCKWERTH, Hamburgenſis (Johannis, laudandi, filius), J. U. Lic. & in patria Practicus. Vixit A. 1716.

Theſes Inaugurales, ex utroqve Jure ſelectæ. Patavii 1695. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 8., & Fabricii P. II. Mem. Hamb. p. 808.*)

JOHANNES DANCKWERTH, Hamburgenſis, patre cognomine, urbis Senatore, Caſpariqve (*ſupra celebrati*) germano, matre autem Gertrude Langia, d. 12. Maji A. 1643. natus, Juris utriusqve (cui Coloniæ, Baſileæ & Altorfii, vacaverat) Doctor A. 1666. in Academia Delphinatus Gallici renunciatus Valentina, &, poſt reditum ex itinere Gallico atqve Italico, Praxinqve in patria A. 1667. inchoatam, Baſilicæ hujus Cathedralis Canonicus eodem Anno, ac poſtea Decanus d. 19. Maji A. 1686., electus, tandemqve (biennio poſt compoſitionem inter Senatum & Canonicorum Collegium Stadenſem, ſuis d. 14. Maji A. 1692. ſancitam auſpiciis) d. 27. Sept. A. C. 1694., & æt. 52., defunctus. Tres ex Anna conjuge, Georgii Kellinghuſii, XII. viri Hamburgenſis, gnata, A. 1667., M. Aug. ducta, ſuſtulit liberos, Georgium ſcil., J. U. L., Joh. Joachimum, Mercatorem, filiamqve unicam, Margaretam Gertrudem, Ulrico Winckelio Jun., J. U. Licenciato, Amico noſtro (cui hanc vitæ Soceri notitiam debemus), A. 1689. elocatam. Confer Joh. Alb. Fabricii Elogium illius, *Parti II. Memor. Hamburg. p. 804-808.* inſertum, & *e pag. 605.* augendum.

Poſitiones Inaugurales ex utroqve Jure miſcellaneæ. Valentiæ Gall. 1666. in 4.

SAMUEL DANCKWERTH, Huſenſis, A. 1615. natus, Petri, Paſtoris primarii, filius, Scholæ illuſtris Bordesholmenſis, circa A. 1656., Subrector; Poeta egregius, ſed Bacchi non minus qvam Muſarum, Anacreontis & Ennii exemplo, cultor, A. C. 1667., ac æt. 52., mortuus. V. de illo J. Melch. Kraftii Huſumſche Kirchen-Hiſtorie *p. 160.*

Carmina Latina haud pauca, ſparſim diverſis edita temporibus, elegantia pariter atqve ingenioſa.

JOHANNES DANIELIS, Scholæ oppidi in Wagria Neoſtadienſis, circa A. 1637., Rector.

Kreutzſchifflein, mit allerhand Elend, Jammer und Noth, womit fromme Chriſten Hertzen heimgeſuchet werden, befrachtet und beladen. Lubecæ 1637. in 12.

M. JOHANNES DASSOVIUS Junior, Hamburgenſis, Johannis, Archidiaconi Petrini, filius, Paſtor Inſulæ Albis, in vicinia patriæ, Kirchwerderanæ. Vixit A. 1670.

Diſſ. de Summo Bono morali, ad gradum Magiſterii obtinendum, Præſide Joh. Weiſſio, Prof. Publ., propoſita. Gieſſæ 1662. in 4.

M. JOHANNES CHRISTOPHORUS DASSOVIUS, Hamburgenſis, Scholæ Huſenſis, ab A. 1666., fuit Conrector, deinde verò Diaconus in Eiderſtadia, ab A. 1669., Coldenbüttelanus, tandemqve Oldenswortenſis. V. Io. Melch. Kraftii Huſumſche Kirchen-Hiſtorie *p. 350.*

Diſſ. de Idololatria, ejusqve ortu & in ultimis his temporibus progreſſu, ab eo conſcripta, & Præſide D. Mich. Siricio propoſita. Gieſſæ 1664. in 4.

NICOLAUS DASSOVIUS, Hamburgi d. 11. Dec. A. 1639. in lucem editus, Patrem habuit M. Joh. Daſſovium, Ædis Petrinæ Archidiaconum, matrem vero Gertrudem, Joh. Uppendorfii, templi Jacobæi Curatoris filiam. E Schola D. Valent. Löberi (Poliatri poſtea Verdenſis) domeſtica, & urbis patriæ Gymnaſio, dimiſſus, in Acad. tranſiit Gieſſenam, ſedulusqve, per annos complures, tam Theologorum, qvam Philoſophorum illius (a qvibus Magiſtri A. 1662. reportavit titulum), fuit Auditor. Germania deinde & Belgio peragratis, & luſtris aliqvot, inter crebra exercitia Homiletica, Hamburgi, Lubecæ, & Güſtroviæ, in D. Mich. Siricii, ſui olim Gieſſæ Præceptoris, convictu exactis, hujus hortatu Licentiati Theologiæ gradum, in Academia Pomeranorum Gryphica, ambiit, & d. 30. Oct. A. 1682. obtinuit. Hoc potitus, ſedem illic fortunarum fixit, & eodem A. 1682. Theologiæ Profeſſor Extraordinarius, ſimulqve Eccleſiaſtes urbis Marianus, A. 1685. (cum Annam Ludovicam Catharinam, Mich. Siricii modo laudati, Protoeccleſiaſtæ aulici Güſtrovienſis, filiam, præcedenti 1684., d. 19. Jun., duxiſſet uxorem) Profeſſor S. Lit. Ordinarius, A. 1687. Paſtor Marianus, A. 1688. (qvo Doctoris etiam titulus ei eſt collatus) Conſiſtorii regii Aſſeſſor, ac A. 1704. tandem, poſt

poſt D. Jac. Henningii obitum, Ordinis Theologici Senior, evaſit. Vivis, biennio poſt, nocte diem 8. Aug. A. 1706. ſecuta, medios inter tonitruum fragores, ignesqve fulguris aſſiduos, Gryphiswaldiæ, 67. natus annos, exceſſit. Unde collegæ ejus, D. Joh. Frid. Mayero, occaſio eſt nata cum Elia, cœlo inter fulgura recepto, in funebri ipſum comparandi Programmate. E qvo, Excerptisqve ejus, in *Nova Literaria Lubecenſia* (*M. Oct. A. 1706., p. 308. 309. 310.*) relatis, nec non D. Auguſtini Balthaſaris, Theologi Gryphiswaldenſis, Programmate Diſputationi Inaugurali A. 1682. præmiſſo, uberior vitæ illius peti poteſt hiſtoria. Celebratus etiam eſt a M. Io. Conr. Bœckmanno in *Schediasmate de doctis Nicolais p. 17. 18. 19.*

SCRIPTA EDITA.

Diſp. de Actionum moralium principiis, Præſide Joh. Weiſſio. Gieſſæ in 4.

Diſp. de perſona Chriſti, Præſide D. Pet. Haberkornio. Gieſſæ in 4.

Diſp. de prima perſona Trinitatis, Præſide D. Mich. Siricio. Gieſſæ in 4.

Diſp. Inaug. Philoſophica de variis qvæſtionibus Philoſophicis, Præſide Caſp. Ebelio. Gieſſæ 1662. in 4. (*Tribuuntur ei Diſpp. hæ IV. in D. Aug. Balthaſaris Progr. cit.*)

Diſp. Theol. Inaug. de priſca Nicolaitarum hæreſi, Apoc. II. 14. 15. deſcripta, ad gradum Licentiæ obtinendum, Præſide D. Auguſtino Balthaſare, propoſita. Gryphiswaldiæ 1682. in 4.

Progr. de Vento Pentecoſtali. Gryph. 1690.

Theſes Theologicæ, e variis fidei articulis, Præſide illo, a M. Georg. Frid. Niehenckio, Roſtochienſi, propoſitæ. Accedit Daſſovii Programma Amneſtiæ ſacræ, ſeu abſtinentiæ ab Elencho Hæreticorum, in controverſiis fidei, oppoſitum, & Lectionibus Niehenckii in locum 1 Joh. IV. 1. curſoriis præmiſſum. Gryphisw. 1701. in 4. V. de iis Nova *Lit. Lubec., M. Oct. A. 1701.. p. 297. 298., & M. Nov. p. 324.*

Diſp. Inaug. de Matæologia Terminiſtarum, ſub ejus præſidio, ab eodem Niehenckio, pro Licentiæ gradu, proponenda, ſed publice ventilari a D. Joh. Frid. Mayero, Acad. Cancellario, uti ferunt, prohibita. Gryphiswaldiæ 1701. in 4.

Diſp. de Hæreſi Berengariana. Gryph. 1702. in 4. (*V. de illa N. L. Lub., M. Majo A. 1702., p. 134.*).

Diſp. de glorificatione Chriſti, e Joh. XVII. 5. Gryphisw. 1704. in 4. (*V. N. L. Lub. M. Febr. A. 1705., p. 44.*

Der letzte Stral eines groſſen Kirchenlichtes im Artickel von der Erlöſung, oder Leichpredigt über D. Jac. Henningium, Theol. Prof. zu Greifswalde, aus 1 Timoth. I. 15. 16. Gryphisw. 1705. in fol.

INEDITA.

Seqventia ejus ἀνέκδοτα αὐτόγραφα, prælectiones ferme tantum exhibentia Academicas, in *Catalogo Bibliothecæ* poſſeſſoris illorum, D. Joh. Frid. Mayeri, Collegæ Auctoris, *p. 738.* enumerata:

1. Notæ MSS., Bibliis Hebræis, Genevæ A. 1618. *in 4.* impreſſis, adjectæ.
2. Annotationes in tres priores libros Moſis.
3. Theſes in univerſam Theologiam.
4. Collegium Theticum in totam Theologiam.
5. Collegium Syſtematico-polemicum.
6. Collegium Diſtinctivum Theologicum, cum Appendice de Theologia morali.
7. Catalogus Hæreticorum, articulos omnes chriſtianæ religionis pervertentium.
8. Collegium Anti-Papiſticum.
9. Collegium Patrologicum. *2. Volumm.*
10. Reſponſa qvædam Theologica.

Præter qvæ, in Bibliotheca qvoqve defuncti, publice diſtracta (teſte Böckmanno l. c. *p. 19.*), ſuperfuerunt.

11. Obſervationes in utriusqve Teſtamenti Libros Biblicos.
12. Collegium in Epiſtolam ad Romanos.
13. Collegium Anti-Calvinianum.
14. Conciones in Evangelia Dominicalia & textus pœnitentiales.

THEODORUS DASSOVIUS, Hamburgenſis, Johannis, Archidiaconi Petrini & Gertrudis Uppendorfiæ, itidem filius, Avo paterno, M. Theod. Daſſovio, Lubecenſi, Paſtori & Superintendenti, per annos 34. (ad fatalem usqve 1617.) Buxtehudano, ὁμώνυμος, in patria Mich. Kirſtenium, affinem, Rudolphumqve Capellum, Gymnaſii Profeſſores, ac Esdram ſimul Edzardum, fidelem in ſtudiis Hebræo-Rabbinicis Hodegum, in Acad. vero Gieſſena Pet. Haberkornium, Kil. Rudrauſium, Dav. Clodium & Joh. Weiſſium (a qvo Magiſter A. 1672. eſt creatus), Præceptores habuit. Ex hac in Academiam, Anno circiter 1674., digreſſus Witebergenſem, A. 1676. locum inter Ordinis Philoſophici Adjunctos, A. 1678. (poſt reditum ex Itinere, in qvo, Oxoniæ aſſidua Iſaaci Abendanæ, Judæi doctiſsimi, conſvetudine gaviſus, multum in Archæologia profecerat Hebraica, Belgico & Anglicano (1.)) Profeſsionem Poeſeos ordinariam & Lingvarum Orientalium extraordinariam, tandemqve A. 1689., poſt Andr. Sennerti obitum, harum itidem ordinariam, obtinuit. Witeberga A. 1699., poſt ſupremos honores Theologiæ Academicos, Brabevta Phil. Lud. Hannekenio, illic reportatos, in Athenas Cimbriæ evocatus eſt Kilonienſes, & Henr. Muhlio, in aulam inde migranti Gottorpienſem, non in Theologiæ ſolum, ac Lingvarum ſimul Græcæ atqve Orientalium, Profeſsione tergemina, ſed Eccleſiæ etiam urbanæ Paſtoratu, datus ſucceſſor, illamqve d. 8. Jun. *Oratione de Joh. Clerici in Philologia Hebræa & Theologia erroribus* ſolenni, hunc autem d. 28. Jun. ſacro in 1 Reg. VIII. 57. ſermone, auſpicatus (2.), nec multo poſt, d. 5. Oct., ad Rectoratum qvoqve evectus Academicum. Qvo cum poſt decennium denuo fungeretur, huic etiam Academiæ d. 15. Dec. A. 1709. valedixit, & Eccleſiarum in Ducatibus Slesvicenſi ac Holſatico regiarum Superintendens, Diœceſeosqve Rendesburgenſis Præpoſitus, a Friderico IV., Rege Danico, conſtitutus, in urbem vicinam Rendesburgenſem & familiam, & Bibliothecam librorum præſertim Rabbinicorum, eorumqve rariorum, numeroſam (3.), Academiæ, uti ferunt, legatam Witebergenſi, tranſtulit. De Certaminibus, qvibus ſe immiſcuit, Theologicis, infra in Scriptorum ejus agetur Catalogo. Uxorem, Witebergæ cum viveret, elegit Dorotheam, Balth. Stolbergii, Profeſſoris literarum Græcarum inclyti, viduam, ac Pauli Zinckii, Prætoris Dresdenſis, filiam, ſed, qvem ex hac ſuſceperat, filium unicum, Johannem Paulum, ſeptendecim jam annos natum, Kilonii morte immatura A. 1705. amiſit (4.), & conjuge A. 1720. orbatus (5.), ipſe ſeqventi 1721., M. Januario, Rendesburgi obiit.

Confer de illo Lubecenſes, (in Scriptorum ejus præſertim recenſu occupatos) *in Nov. Lit. Septentr., M. Jul. A. 1699., p. 210. 211. 212., & M. Mart. A. 1705. p. 86-93.*, Caſp. Dan. Morhofium *in Ep. Dedic. Orationum* D. G. Morhofii, paren-

(1.) V. qvæ ſupra, de Abendana ſunt dicta. (2.) V. *Nov. Lit. Lubec., M. Jul. A. 1699., p. 210.* (3.) V. de illa M. Mart. Jac. Ouwmanni, Auditoris ejus, *Diſſ. de diris Sangvinum, in Proœmio p. 5. 6.* (4.) V. Georg. Henr. Götzii den bey dem Grabe ſeiner Kinder weinenden Vater *p. 51.*, Chr. Henr. Amthorii Epicedium in illius obitum, im Poetiſchen Verſuche *p. 245-248.* (5.) V. Martini Chladenii, Theol. Wit., *Epiſtolam ad illum, Viduum moeſtiſſimum παραμυθικὴ, de Eccleſia ſub Epiſcopo vidua non vidua. Witeb. A. 1720. in 4.*

parentis sui, illi A. 1698. *inscriptarum*, & Rud. Mart. Meelführerum *in Accessionibus ad Th. Jansonii Biblioth. promissam p. 23.*

ELOGIA.

Lubecensibus (*l. c., M. Mart. A. 1705., p. 93.*) *Vir* audit *de re literaria præclare meritus.*

Conr. Sam. Schurtzfleischio, in Propemptico, qvod Kilonium abituro scripsit (*in Poematis p. 172. 173.*),

Egregius puri vates sermonis Eoi,
Gloria Saxonici, Dassovius, intima cœtus.

Aug. Herm. Franckius (*in Observv. Bibl. Germ. menstruis, M. Jun. A. 1695., p. 615.*) eum *Virum* salutavit *longe lateqve celebrem*, seqve (*Mense* etiam *Augusto* earundem, Dassovii licet ad se Epistolæ opposito) eum, ob Lingvæ Hebrææ, & reliqvarum Orientalium, peritiam insignem, venerari passim est professus.

A Gerhardo de Vries (*in Or. Fun. in obitum Joh. Leusdenii p. m. 58.*) *Professoribus meritis atqve fama celeberrimis, Leusdenii amicis*; a Joh. Christoph. Wencelio autem (*in Epicedio Germ., Joh. Frischmuthii manibus sacro*, im Cypressenwalde *p. 11.*) præcipuis LL. Or. in Germania doctoribus, est annumeratus.

Georg. Henr. Götzio (*in Principe Commentatore Biblico p. 7.*) *Clarissimus* audit *Philologus*. Magno Ronnovio, Sveco (*in præfat. Codicis Thalm. de Æstimationibus*, Trajecti A. 1690. a se editi); *Vir & humanissimus, & in literis Orientalibus, supra qvam dici potest, excellentissimus, Philologus consummatissimus*, ac (*p. 3.*) *Ornamentum Germaniæ.*

D. Joh. Joach. Weidnero (*in Diss. de Christo resurgente causa Jobææ resurrectionis p. 2.*) *Incomparabilis S. Codicis interpres.*

Rud. Mart. Meelführerus (*Disp. I. de Jesu in Thalmude p. 2.*) eum *Virum* vocat *ex literis Thalmudicis, earumqve intima cognitione, celeberrimum*, ac (*in Accessionibus ad Theod. Jansonii Biblioth. promissam p. 23.*), ob *diffusissimam intimamqve in Judaicis antiqvitatibus cognitionem*, commendat.

Encomiastis ejus addendus Mart. Chladenius in *Epist.* ad eum, supra p. 127. not. 5. citata.

Sever. Lintrupius *in præf. Supplementi L. Lat. Christ. Falsteri p. 20. 21.* tribuit ei *principatum qvendam in abstrusiore Ebræorum literatura.*

Phil. Jac. Spenerus, (Parte III. der letzten Theologischen Bedencken, c. 6., artic. 2. p. 347.) eum vocat einen Mann, der fundamental gelehrt ist in Orientalibus und sehr treuen Gemühts, auch vor andern in homileticis mag excelliren.

SCRIPTA EDITA.

Crux Metaphysicorum, seu Diss. de Causa per accidens, Præside D. Kiliano Rudrausio proposita. Giessæ 1672. in 4. Recusa in *Volumine altero Disqvisitionum Philosophico-Theologicarum, Præside Rudrausio habitarum*, ib. A. 1672. in 4.

Decas Qvæstionum illustrium, ad gradum Magisterii obtinendum, Præside M. Joh. Weissio proposita. Giessæ 1672. in 4.

Disp. Theol. de religionis Christianæ fundamento, vera & æterna Salvatoris Deitate, κατὰ θεὸν & ἀντίθεον, Præside D. Pet. Haberkornio. Giessæ 1673. in 4.

Disp. principum Rabbinorum de Resurrectione mortuorum sententiam exhibens. Giessæ 1673. in 4. Qvadruplo deinde auctior, & in librum mutata integrum, sub titulo *Diatribæ, qva Judæorum de Resurrectione mortuorum sententia, ex plurimis, iisqve magnæ apud illos autoritatis, Rabbinis, tam veteribus, qvam recentioribus, copiose explicatur, examinatur & illustratur*; cum præmissa Epistola, de Scriptis Rabbinorum, recentiorum præsertim, rarioribus haud paucis, Dedicatoria, Witebergæ A. 1675., & denuo A. 1693., *in 4.*, prodiit. Recensum ejus exhibet Pet. Rabus (falso, editioni unicæ, A. 1675., uti credit, tantum cœptæ, & A. 1693. demum absolutæ, XX. fere annos impensos esse, persvasus), *in Bibliotheca Europæ Belgica, M. Jan. & Febr. A. 1694., p. 63 - 71.*, vocatqve een doorgeleerdes Werck, met verwaarlick veel Hebreeuws doorspeckt, en met grote Moeite by een gebragt, overwaardig voorwaar, dat het den Geleerden vertoont werde, omme sig te konnen bedienen van zulck een Menigte van Rabbiinsche gevoelens. Commendatur etiam a Christoph. Arnoldo (*accuratissimam* appellante) *in Spicilegio ad Sotam J. C. Wagenseilii p. 1158.*, Joh. Ben. Carpzovio Jun. (articulum fidei Judaicæ de resurr. mort. *ita in ea*, judicante, *esse illustratum, ut nihil amplius desiderari possit*) *Disp. XIII. Acad. de Articulis fidei Judaicæ, c. 2., p. 402.*, & Andr. Beiero (*cui doctissima* audit) *in Fascic. dictorum S. Script. p. 51.*

Diss. Thalmudico-Rabbinica de ritibus Mesusæ. Witeb. 1674. in 4. Ibid. 1714. in 4.

Disp. de Christo oleo lætitiæ uncto, ad Ps. XLV. 8., Præside D. Joh. Deutschmanno. Witeb. 167. in 4.

Rabbinismi Philologiæ sacræ ancillantis Specimen, in loco Jerem. XXIII. 5. 6., Disputationibus duabus exhibitum. Witeb. 1674. in 4. Recusum *Tomo I. Theologico - Philologici Thesauri Dissertationum in loca V. & N. T. illustriora*, Amstelod. A. 1701. in fol. editi, *p. 823. & seqq.*

Diss. Philologica de jure finium, ex Pandectis Thalmudicis, *titulo Hammecabbel*, aliisqve Hebræorum JCtis, eruto, pro loco in Ord. Philos. proposita. Witeb. 1676. in 4.

Disp. de Novi Anni ritibus apud Hebræos. Witeb. 1689. in 4.

Programma auspicale Professionis Lingvarum Orientalium ordinariæ. Witeb. 1690. in fol.

Disp. de Pontificis Hebræorum summi ingressu in Sanctum Sanctorum, ad Levit. XIII. & Hebr. IX. Witeb. 1692. in 4.

Disp. de Lustratione Hebræorum, ad Ps. LI. 9. & Hebr. IX. 13. 14. Wit. 1692. in 4.

Disp. de Herm. Witsii Panibus facierum, *in Miscellaneis Sacris, ad p. 417.*, delineatis, ad Exod. XXV. & Lev. XXIV. Wit. 1692. in 4.

Disp. de Suspendio hominis lapidibus obruti, ex Historia Hebræa, ad Devt. XXI. 22. & Gal. III. 13. Witeb. 1694. in 4. Recusa *Tomo II. Thesauri Theologico - Philologici Dissertt. in loca V. & N. T. illustriora*, Amstelod. A. 1702. in fol. edito, *p. 614. & seqq.*

Disp. de S. Codicis Interpretibus Vinariensibus. Witeb. 1694. in 4. (*Erudita* vocatur a G. H. Götzio *in Principe Commentatore Biblico p. 7.*)

Disp. de Coma Hebræorum licita & interdicta, ad Lev. XIX. 27. &c. Wit. 1695. in 4.

Signa Crucis Hebrææ gentis, partim ex Judæorum descriptione eruta, partim Judæa manu picta. Wit. 1695. in 4. (Diatribæ hujus recensum & laudes V. in Trog. Arnkielii L. I. von der Cimbrischen Heidenbekehrung, *c. 5., p. 30. 31.*)

Disp. de Hebræorum veterum modis seminandi diversa semina, ad Lev. XIX. 19. & Devt. XXII. 9. Wit. 1695. in 4.

Epistola ad M. Aug. Herm. Franckium, Theologum Halensem, qva, sua in Libros V. T. Biblicos Collegia, ab illo (*M. Junio Observ. Bibl.*) adversariis suis opposita, non Lutheri versionem, sicut ille credidit, corrigendi, sed cum textu Hebraico conciliandi, scopum habuisse præfixum, ostendit, Witeb. 1695. in 4. Franckii *Observationum Biblicarum Germa-*

Germanicarum Mensi Augusto, eodem A. 1695. huic opposito, ab ipso A. 1696., in *Consensu* jam memorando, est responsum. (Duas hujus argumenti Epistolas ei tribuit, &, una cum *Consensu*, commendat, Joh. Frid. Mayerus *in Historia Versionis Lutheri Bibliorum Germanicæ, c. 9., §. 4., p. 111.*)

Consensus Judæorum cum mente Lutheri, in locis S. Scripturæ, *M. Junio Observationum Biblicarum* Aug. Herm. Franckii recensitis, ubi, qvæ ex aliorum petuntur chartis, ab iis Luthero non opponi luculenter ostenditur. Witeb. A. 1696. in 4.

Disp. de Hebræorum veterum rebus in agris relictis. Witeb. 1696. in 4.

Ad Titulum *Celim* nonnulla, ex Hebræorum Magistris, commentata & disputata. Witeb. 1696. in 4.

Altare exterius templi Hierosolymitani, ad mentem Hebræorum veterum delineatum. Witeb. 1697. in 4.

Disp. de Sepultura animalium Hebræis usitata. Witeb. 1697. in 4.

Disp. de Ave ungve secta, inqve sacrificium oblata, ad Lev. I. 14. & sq. ac V. 7. & sq. Witeb. 1697. in 4.

Disp. de Accubitu ad agnum Paschalem Hebræorum veterum, ad illustrandum Salvatoris cum discipulis accubitum. Witeb. 1698. in 4.

Infans Hebræus liberaliter educatus. Wit. 1698. in 4.

Disp. de Vidua Hebræa. Wit. 1698. in 4.

Disp. de Victimis Hebræorum gravidis. Witeb. 1698. in 4. Ibid. 1714. in 4.

Disp. Theol. Inaug. de Mysterio variæ unionis in S. Cœna, Præside D. Phil. Lud. Hannekenio. Witeb. 1699. in 4.

Disp. de Imaginibus Hebræarum rerum, qvæ nostra ætate circumferuntur, ex parte recensitis & emendatis. Kilonii 1701. in 4. Ibid. 1714. in 4.

Disp. qva ostenditur, Missam Malach. I. 11. non indicari. Kilonii 1701. & 1711. in 4. *V. de illa Nova Lit. Lubec., M. Jan. A. 1702., p. 18.*

De Emphasi sacrarum vocum, ex veteri historia Hebræa repetenda, Disputationes III., sigillatim editæ Kilonii A. 1702. 1703. & 1704. in 4., junctim vero recusæ ibidem A. 1707. in 4. *V. de iis Nova Lit. Lub., M. Aug. A. 1702., p. 240., & M. Nov. A. 1703. p. 257.*

Disp. de dissidio Pontificis Romani & Hebræi. Kil. 1703. 1714. 4. Recensum V. *in N. L. Lub., M. Jul. A. 1703., p. 166.*

Disp. Vota Monastica & Nasiræorum inter se conferens, &, qvantum differant, exponens. Kil. 1703. in 4. *V. de illa N. L. Lub., M. Nov. A. 1703., p. 262. 263.*

Catalogus Manuscriptorum suorum Hebræarum Græcarumqve rerum, propediem in lucem edendorum: Seqvuntur Manuscripta rerum Theologicarum, inprimis Exegetica, ut novis Interpretibus eatur obviam. Kilonii 1705. in 4. Recusus est maximam partem *in Novis Lit. Lubec., M. Mart. A. 1705., p. 86-93.*, & Joh. Alb. Fabricii *Bibliographia Antiqvaria, c. 1., §. 7., p. 10-14.*

Disp. qvo sensu Fides sine operibus mortua a Jacobo dicatur. Kil. 1705. in 4. *V. de illa N. L. Lubec., M. Jul. A. 1705., p. 210. 211.*

Scholia Criticorum in Leviticum, in Anglia & Belgio edita, ad veterem Historiam Hebraicam revocata & examinata. Kil. 1707. in 4. *V. N. L. Lub., M. Febr. A. 1708., p. 30.*

Disp. de Initio actualis beatitudinis gloriosæ in hac vita, illud verissime negari ostendens. Kilonii 1709. in 4.

Præfatio præmissa M. Mart. Jac. Owmanni Tractatui de Lotione manuum, Judæis usitata, Hamburgi A. 1706. in 8. edito.

Dassovius, uti erga Spenerum, Encomiasten suum post fata multiplicis acerbe sæpiusqve, in Schediasmatis polemicis, insimulatum ἑτεροδοξίας, minus fuit gratus, ita desideria Lintrupii aliorumqve, de scriptis suis, Hebræorum literaturam & antiqvitates illustrantibus, atqve exegeticis sacris, publicandis, superites neglexit, contraqve certaminibus Ecclesiæ Lutheranæ domesticis, triumphos nullos habituris, nimio zeli fervore se immiscuit, ac tandem est immortuus. In Academia vivens Kiloniensi, ac Joh. Henr. Majum, Theologum Giessensem, in eandem vocatum, Collegam recusans, indicem errorum ejus e libris congessit variis, Collegiorumqve Germaniæ Theologicorum & rigidiorum Academicorum de istis conqvisivit Censuras, a Majo vicissim, ob conatum hunc hostilem, A. 1708., *in Præfat. Oeconomiæ temporum N. T.*, ceu novus Hæreticæ pravitatis Inqvisitor, virgula notatus censoria, V. *Cordatorum Virorum Vindicias orthodoxiæ & famæ J. H. Maji* (A. 1712. excusas) *p. 49. 50.* Kilonio Rendesburgum A. 1709. digressus, non solum Spenero, & Theologis huic ὁμοψήφοις, *Alloqvium fraternum*, ejusqve Vindicias, opposuit, sed & controversiam patrono istorum, D. Henr. Muhlio, Ecclesiarum Cimbriæ Ducalium Antistiti, velut Chiliasmi, Coccejanismi, aliorumqve errorum, reo, a D. Josva Schwartzio, Antecessore suo, motam, ad obitum usqve, continuavit. Qvo in certamine nec illi Muhlius pepercit, cujus, præter *Fraternam ad eum de zelo ὁ κατ' ἐπίγνωσιν ponendo Admonitionem*, qvæ A. 1716. demum prodiit, consuli potest *Proœmium*, Casp. Crucigeri *Orationi de Puritate doctrinæ conservanda*, Kilonii A. 1709. denuo editæ, præmissum. In qvo, *p. 12-20.*, suppresso licet nomine, fuse in Dassovii zelum nimium, & clandestinas contra se molitiones, est invectus, eumqve *p. 13. Virum, cui nec ingenium, nec judicium suppetit*, vocare haud veritus. Similem invectivam, eidem, sed nomine itidem dissimulato, animum Præceptoribus serviliter addictum, zelumqve præcipitem, vera destitutum scientia Theologica, exprobrantem, invenies in Alberti zum Felde, Theologi Kiloniensis, *Parænesi ad lectionem Augustanæ Confessionis, Analectis Disqvisitionum sacrarum* inserta, *p. 78. 79.* Scripta, in hisce certaminibus, a Dassovio edita sunt seqventia, ab adversariis impugnata ac refutata compluribus:

De Pura doctrina sanctissime custodienda, ad Cimbriæ Regiæ Præpositos, Seniores, Pastores & Sacerdotes, fidei suæ commissos, cœlestis veritatis statores & assertores laudatissimos, Fraternum Alloqvium. Hamburgi 1713. in 4. Schediasma Phil. Jac. Spenero & Pietistis præcipue oppositum, cujus σκιαγραφίαν Val. Ern. Löscherus in den Unschuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. I. A. 1713., p. 136-140.*, & Autor der Gelehrten Famæ, *Parte XXVI., p. 79. 80.*, exhibuerunt, qvodqve refellere aggressus est Cordatus Evangelicus, V. D. M., *in Cordata Responsione ad Th. Dassovii Fraternum Alloqvium*, Francofurti & Lipsiæ A. 1713. *in 4.*, a Lamb. Gedickio Ecclesiasta Berolinensi, uti ferebatur, vel ab alio Speneri hyperaspista, publicata. Cui vicissim responderunt Val. Ern. Löscherus in recensu illius elenchtico, *l. c., Sect. II. A. 1714., p. 343-348.*, & ipse Dassovius in Antilogiis duabus, mox memorandis. Præter Cordatum idem *Alloqvium* variorum errorum, ipsumqve Dassovium ruditatis in Theologia, accusavit M. Joh. Christ. Klemmius, Ecclesiastes Tubingensis, *in Præfat. Speciminis Moderationis Theologicæ laudabilis in controversiis modernis, inter ipsos Augustanæ Confessionis fratres agitatis*, Tubingæ A. 1715. Præside Joh. Wolfg. Jägero propositi, teste Autore der Gelehrten Famæ, *Parte L., p. 92. 93.*

Fraternum Alloqvium defensum, adversus Lucifugam Cordatum Evangelicum sic dictum. Flensburgi 1714. in 4.

Scheda Cordato, ante visam ejus *Responsionem*, opposita, & *Animadversioni* seqventi præmissa. V. de illa Löscherum *l. c.*, *Sect. 2. A. 1714.*, *p. 348-351.*

Justa Animadversio in Cordati Evangelici inanem loqvacitatem temere effusam. Hamburgi 1716. in 4. Recensum ejus V. E. Löscherus (in τεχνικῷ ἐλέγχῳ nonnulla in ea desiderari posse monens, & speciatim defensionem θεοπνευστίας cujusdam Librorum Ecclesiæ Lutheranæ Symbolicorum, *p. 31.* obviam, improbans), *l. c.*, *Sect. I. A. 1716.*, *p. 122. 123.*, exhibuit. Rigidiori & illam, & ipsum *Fraternum* Dassovii *Alloqvium*, examini fuse subjecit, qvi, una cum Spenero, in utroqve schediasmate, passim, sed suppresso nomine, vellicatus erat, Henr. Muhlius, Superint. Holsat. & Theologus Kilon., *in Fraterna Admonitione ad Th. Dassovium de zelo ὃ κατ' ἐπίγνωσιν, pravoqve adversus B. Spenerum ejusqve amicos affectu, ponendo, in Schediasmatis de eo qvod justum est circa Puram doctrinam custodiendam*, Kilonii A. 1716. *in 4.* impressis, juris facta publici, & in Dassovii *Veritate victrice* A. 1719. vicissim impugnata. Utriqve etiam foetui Dassoviano, *Alloqvio sc. fraterno*, & Animadversioni huic, oppositus esse videtur *Zorobabel, seu B. Spenerus, qvem Th. Dassovius, ceu Leonem mortuum, cujus umbram, dum vixit, horruerat, post fata juveniliter adortus est, defensus a Speneri Amico Holsato;* qvi ἀνεκδότοις suis a D. Joh. Wilh. Petræo, *in Historia Vitæ propriæ Germanica p. 393.*, annumeratur.

Veritas victrix, opposita Libello de Zelo, qvem D. Henr. Muhlius divulgavit. Flensburgi 1719. in 4. Huic (de qva Löscheri relatio, *l. c.*, *Sect. 3.*, *A. 1719.*, *p. 513. 554. 555.*, potest consuli) reposita mox est Caroli Ferdinandi Lebeji τῷ ψευδωνύμῳ (sive Alberti zum Felde, Theologi Kiloniensis, veri, uti ab Amico illius edoctus sum, Autoris) kurtze Anzeige, warumb D. Henr. Muhlius sich mit Lic. Theod. Dassovio in keinen fernern Schrifftwechsel einzulassen habe, Francofurti & Lipsiæ A. 1719. *in 4.* publicata. Dassovio tamen nihilominus certamen continuare, suumqve opusculum seqventi defendere, libuit. Ab Henr. Muhlio opposita est abgenöthigte Vertheidigung der Evangelisch-Lutherischen Wahrheit, in seiner am Sont. Judica A. 1711. gehaltenen Predigt, Hamburgi A. 1721. in 4.

Veritas victrix sua luce radians, sive liberata a nebulis, qvas offundere eidem conatus est obscurus Vir, Car. Ferd. Lebejus sic dictus. Rendesburgi 1720. in 4.

Orthodoxia immortalis, opposita Cordato Libertino (*sive Joh. Conr. Dippelio*), Orthodoxiam jacere in agone opinanti. Flensburgi 1720. in 4. V. de hac *Diarium Erud. Paris.*, *M. Apr. A. 1722.*, *n. 7.*

Treuhertzige Warnung vor die Qväckerische und Enthusiastische Lieder, welche im Hallischen Gesangbuche häufig enthalten sind. Flensburgi 1720. in 4.

INEDITA ET PROMISSA.

Historia Hebræa *in fol.* publicanda, in qvolibet de singulis Antiqvitatibus Hebraicis capite, sex exhibitura Sectionibus: 1. Historiam prolixam & accuratam; 2. Casus conscientiæ, circa illas a Judæis motos; 3. Loca de iis V. & N. T. explicata; 4. Emendationes errorum, apud Theologos & Philologos varios obviorum; 5. Emendationem versionum veterum & novarum, in locis de iisdem Biblicis; 6. Conciliationes dictorum S. Scripturæ ἐναντιοφανῶν, ex ipsa derivatas historia: Opus e Thalmude & Rabbinis optimæ notæ congestum, rerumqve Hebræarum, tum imaginibus veris satis numerosis, e scriptis Hebræorum depromendis, tum vestigiis in Græcis Latinisqve Autoribus obviis, forsitan augendum. Hanc, ab ipsomet etiam *Disp. I. de Emphasi sacrarum vocum* allegatam, laudarunt Lubecenses *in Nov. Lit. Septentr.*, *M. Jul. A. 1699.*, *p. 212.*, Georg. Finwetterus (*sive potius D. Gotfr. Wegnerus*) *in Pio Desiderio p. 38.*, J. Alb. Fabricius *in præfat. Thysiasteriologiæ Gotfr. Vogtii p. 10.*, Val. Ern. Löscherus in den Unschuld. Nachrichten A. 1702., *p. 334.*, & Frid. Ern. Kettnerus *in Exerc. de Religione prudentum p. 74.*

Versio Latina Codicis Thalmudici *Menachot* de Muneribus frugum Deo oblatis, totiusqve Gemaræ in eum Babylonicæ, ductu Isaaci Abendanæ in Acad. Oxoniensi elaborata, postea vero ita revisa, notisqve aucta, ut clavis totius Thalmudis vocari possit. Mentionem ejus honorificam fecerunt W. E. Tenzelius *in Dial. Menstr. Germ.*, *M. Jun. A. 1689.*, *p. 651.*, Magnus Ronnovius *in Cod. Thalm. de æstimationibus præfat. & p. 3.*, ac Rud. Mart. Meelführerus (in Programmate jam, A. 1689., Auspicali promissam eam a Dassovio esse tradens) *in Accessionibus ad Theod. Jansonii Biblioth. promissam & latentem p. 23.*, *& Disp. I. de Jesu in Thalmude p. 3.*

Lexicon vocum Hebræarum Emphaticum, Emphases illarum, & loca, in qvibus hæ occurrunt, Biblica, ordine Alphabetico, ex Antiqvitatum Hebræarum Historia explicans. Specimen ejus Autor, *in Triga Disputationum de Emphasi sacrarum vocum*, paulo ante memorata, jam exhibuit. Laudant illud, ediqve optant, Aug. Herm. Franckius *in Observv. Biblicis p. 480.*, & Val. Ern. Löscherus *l. c. p. 329.*, ac im Vorschlage seiner Theol. Schrifften *p. 14.*

Versio Latina Commentarii R. Salom. Jarchii in Exodum & Leviticum, ex Interprete ejus, Elia Orientali, per Parentheses, illustrata.

Codices nonnulli Mischnici (*Baba Metzia*, *Baba Bathra & Cod. de Sacrificiis*), Latine, ductu Isaaci Abendanæ, versi, luci suæ restituti, &, per Parentheses, textui interjectas, e Doctoribus Hebræis illustrati.

Versiones duorum R. Mosis Maimonidis titulorum de Oblationibus & Siclis, Scholiorumqve Josephi Karo & Abrahami Ben David in eos, cum emendatione versionis tituli prioris, Ludovici Compeigne.

Versiones Commentariorum R. Jom Tobh in Titulos Thalmudicos de jugi sacrificio & festo expiationis.

Holocausta, Victimæ pro peccato & pro reatu, Victimæqve salutares, e Libro *Siphra* recensitæ.

Tituli duo Thalmudis Hierosolymitani de festis & primitiis, cum tota Gemara Hierosolymitana, Latine versi & e Rabbinis illustrati.

Versiones libri *Michlol Jophi* R. Salomonis Ben Melech, qvoad Genesin, Esaiam, Ezechielem & Prophetas minores.

Versiones Commentariorum R. Dav. Kimchii in Esaiam, Aben Esræ in Genesin, & Isaaci Abarbenelis in Malachiam.

Judicium de novis Versionibus Mischnicis, qvomodo clavi, vel rerum, vel vocum, possint illustrari, aliisqve præteritis versionibus augeri.

Judicium de rerum Hebræarum, qvæ circumferuntur, imaginibus, Judæis suspectis.

Exegetica varia, ut novis Interpretibus obviam eatur, publicanda.

Balth. Stolbergii, L. Gr. Prof. Witebergensis, Scripta posthuma, ab eo luci sistenda publicæ; 1. Antiqvitates N. T. Græcæ, ordine illustratæ Alphabetico; 2. Tr. de Philologiæ usu in interpretandis Scriptoribus sacris & profanis; 3. Explicatio Matthæi Philologica; 4. Prælectiones Philologicæ in Epistolas Pauli ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses & Philemonem; 5. Scholia Græco-Latina in totum N. T. Elenchtica; 6. Exercitationes, qvibus Sebast. Pfochenii *Diatribe de lingvæ Græcæ N. T. puritate*, & Thomæ Gatakeri *Tr. de stylo N. T.*, conferuntur & examinantur; 7. Supplementum Lexici Græci Joh. Scapulæ, Phrases N. T. ex Autoribus Græcis defendens; 8. Orationes de selectis rebus Græcis Academicæ; 9. Labores in Grammaticam & particulas lingvæ Græcæ; 10. Labores in Nonnum & Cebetis *Tabulam*. (E qvibus sextum, ni fallor, idem est cum Stolbergii *Opere de puritate styli N. T. Græci, sive Animadversionibus in Hebraismos N. T. Græci fictitios*, qvarum editionem Joh. Henr. Majus *in Examine*

mine Historiæ Criticæ N. T. Rich. Simonis, c. 28., p. 383., D. G. Morhofius *T. I. Polyhist., Lib. 4., c. 6., p. 75. 76.*, & Lintrupius *l. c.* a Dassovio, illarum possessore, flagitarunt.)

Hactenus enumeratis, qvæ ipsemet, *in Catalogo MSS. suorum*, A. 1705. excuso, propediem in lucem a se editum iri est pollicitus, seqventia addantur ejus Ἀνέκδοτα, qvæ alii laudarunt, & expectari ab illo jusserunt:

Commentarius in Leviticum, de qvo Tenzelius ac Magnus Ronnovius *locis supra citatis*, nec non Rud. Mart. Meelführerus *in Accessionibus ad Theod. Jansonii Biblioth. promissam p. 23.*, & Joh. Alb. Fabricius *in Bibliogr. Antiqq., c. 1., p. 2.*, consulendi.

Prælectiones Academicæ in Libros V. T. complures, versionem Lutheri cum fontibus conferentes Hebræis, qvas Aug. Herm. Franckius (e Prælectionibus in Jeremiam, Threnos & Prophetas Minores, emendationes translationis Lutheri haud paucas, perqvam accuratas, *in Observationibus Biblicis Anni 1695. menstruis vernaculis, M. Junio & Julio*, exhibens) commendavit, ediqve optavit.

Formularum Gemaræ Thalmudicæ omnium explicatio, e Libro *Halichos Olam*, per Constantinum l' Empereur (qvi paucas earum saltem illustravit), sub titulo *Clavis Thalmudica*, Lugd. Bat. A. 1634. *in 4.* edito. V. Tenzelium & Meelführerum *ll. cc.*

Consensus Versionis Bibliorum Hebræo-Germanicæ Athiæ cum versione Lutheri, *in Addit. ad Consensum Judæorum cum mente Lutheri* A. 1696. promissus. V. Meelführerum *l. c.*

Refutatio maledictorum Hadr. Brendelii in Lutheri versionem Bibliorum Germanicam, qvam eum pollicitum esse Joh. Frid. Mayerus, *in Historia versionis Lutheri, c. 10., §. 6., p. 125.*, testatur.

Oratio invitatoria ad studium Philologiæ Hebrææ, a Mart. Jac. Owmanno, *in Proœmio Diss. de diris sangvinum p. 8.* allegata.

Oratio auspicalis de Joh. Clerici in Philologia Hebræa & Theologia erroribus, Kilonii d. 8. Jun. A. 1699. habita. *V. Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1699., p. 210.*

HIERONYMUS DATHE, Hamburgensis, Andreæ, mercatoris, e Margareta Musmannia filius, d. 4. Febr. A. 1667. natus, post prima studiorum in schola ac Gymnasio patrio, Athenæoqve Lubecensi, tyrocinia, A. 1687. in Acad. Giessenam (Magistri titulum A. 1689. ipsi largitam), & hinc in Witebergensem, est profectus, hujusqve Ordinis Philosophici A. 1692. adscriptus Adjunctis. A. 1694. inde, cum Theologiæ ante Doctor esset creatus, Kembergam Saxonum migravit, & D. Joach. Weikmanno, in oppidi hujus Pastoratu ac Præpositura, successit (1.), octennio autem (intra cujus decursum, matre illic, socru, fratre, liberis & uxore, orbatus (2.), secundas A. 1695. cum Johanna Maria, Mich. Strauchii, Acad. Witeb. Mathematici, filia, celebravit nuptias (3.)) elapso, d. 3. Dec. A. 1702. Superintendens in Misnia, in Georg. Henr. Götzii locum, constitutus est Annæbergensis, Annoqve 1706. defunctus, ac D. Andr. Kunadum nactus successorem (4.). V. de illo, præter jam allegatos, Historiam vitæ prolixiorem, *Novis Lit. Germ., M. Febr. A. 1703., p. 54.*, insertam. D. Joh. Deutschmanni *Programma*, Witebergæ A. 1694. *Disputationi inaugurali*, præmissum, M. Joh. Christoph. Genselii, Archidiac. Annæberg., *Sermonem exeqvialem*, M. Christoph. Frid. Willischii, Rect. Annæberg., *Programma funebre*, &, qvi hos secutus est, Joh. Henr. a Seelen, *P. I. Athen. Lubec. p. 284 - 291.*

Disp. de Terræ immobilitate, Præside Balth. Menzero III., Prof. Math. Giessæ in 4.

Disp. de Sacramento Baptismi, Præside D. Phil. Lud. Hannekenio. Giessæ in 4.

Disp. de Peccato, Præside D. Kiliano Rudrausio. Giessæ in 4.

Positiones XIII. miscellaneæ ex humanitate Poetica, Præside D. Joh. Georg. Neumanno propositæ, Wit. 1690. in 4. Recusæ in Neumanni *Primitiis Dissertationum Academicarum* (Witeb. A. 1700. *in 8.* editis), *num. XI., p. 446-449.*

Dissertationes de Geniis veterum. Witeb. 1692. in 4.

Disp. de liberarum Imperii Civitatum potestate, majestatis æmula, pro Loco in Ord. Philos. habita. Wit. 1692. in 4.

Disp. Inaug. Theol. de Consensu Orthodoxorum Orthodoxo, in Loco de Christo, Præside D. Casp. Löschero, illius Autore, defensa. Witeb. 1694. in 4.

Disp. Synodalis de Ritibus Ecclesiasticis, ad Art. XV. Aug. Conf. & Art. X. Form. Conc. Accedit Programma Invitatorium ad Col. II. 19. A. 1705. in 4. *V. N. L. Germ., M. Oct. A. 1705., p. 378.*

Or. de Statu tristissimo devastati Palatinatus. Giess. in 4. (*Seel.*)

JOHANNES DAVÖRDEN, Hamburgensis, Dicasterii Electoralis Brandeburgici, in urbe Berolinensi, Advocatus.

Oratio de aureo illo dicto Angeli (*in L. I. ff. de servitutibus urbanor. prædior.*): *Vivere sub justo Principe summa est libertas.* Magdeburgi 1601. in 4.

CHRISTOPHORUS DAURER, Hamburgensis, Georgii, mercatoris, & Jacobinæ Erndliæ filius, d. 4. Febr. A. 1633. in lucem editus, e Gymnasio patrio, studio operam daturus Juridico, Helmstadium A. 1651., &, biennio post, Lipsiam abiit. Ephorus A. 1656. Dethlevi Reventlovii, Cancellarii Danici, adjunctus filio, Germaniam & Galliam, ad A. usqve 1659., peragravit, qvo Elisabetha Brahea, Comes Palatina, aulæ eum suæ Præfectum constituit. Munere isto A. 1661. abdicato, & Licentiati titulo Tubingæ d. 28. Apr. A. 1664. impetrato, Adolpho Johanni, Comiti familiæ Bipontinæ Palatino, ab aulæ fuit consiliis, & in aulam ab eo Cæsaream A. 1671. est ablegatus. In patriam tandem redux, Cæcilia a Ronnen (duos sibi enixa filios) A. 1673. uxore ducta, partes civium, Senatui, ducibus Hier. Schnitkero & Conr. Jastramio, adversantium, est amplexus. A qvibus cum denuo Vindobonam, ad Imperatorem, A. 1632. esset ablegatus, Noribergæ, in reditu, febri acuta, d. 29. Dec. A. 1683., qvinqvagenario major, decessit. An Aug. Wigandi hostilis, de veneno, ipsi per Senatus Hamburgensis propinato emissarios, mortem ipsius causato, relatio (5.) fidem mereatur, alii dispiciant. Plura de vita ejus suggerent Programma Tubingense ad Disp. Inaug. invitatorium, & M. Pauli Weberi, Ecclesiastæ Noribergensis, Sermo funebris de illo, in Prov. XVI. 9. vernaculus, A. 1684. *in 4.* excusus (sub tit.: Menschliches Dencken und Göttliches Lencken).

Disp. Jurid. de Solutione, Præside D. Joh. Philippi. Lips. 1555. in 4.

Disp. Inaug. Jurid. de Denunciatione sagarum, Præside D. Erico Mauritio (Autore illius) proposita, Tubingæ 1664. in 4. Recusa *in Volumine Dissertationum* Mauritii, Francof. A. 1692. edito, *p. 1035 - 1169.*

(1.) V. Conr. Sam. Schurtzfleischii *Allocutionem ad eum nuptialem, in Orationibus Panegyricis & Allocutionibus p. 143. 143.* (2.) V. Joh. Henr. Feustkingii *Append. Serm. Germ. de Vita Barthol. Bernhardi p. 91.* (3.) V. C. S. Schurtzfleischii *Disserts. Acad., Progr. 223., p. 601.* (4.) V. D. Christ. Lehmanni *Nomenclatorem Ministrorum Diœceseos Annaberg. p. 9. 10.*, & Val. Ern. Löscheri Unschuldige Nachrichten A. 1707., *p. 201.* (5.) in der Unumbgänglichen Vorstellung wieder die ihm angedichtete Memorialen (ed. A. 1696.) *p. 19.*

JOHANNES HENRICUS DAURER, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria Practicus, c. 1680., qvem D. Joh. Garmerus, ejusdem Poliater, *Elogio funebri*, in lucem edito, celebrasse perhibetur. Deberi huic conjicio, qvam sub solo Daureri cognomine alicubi allegatam inveni,

Disp. Med. Inaug. de Febre castrensi maligna.

HERMANNUS LAURENTIUS DECKER, Hamburgensis, templi in patria Cathedralis, ab A. jan. 1672, Vicarius. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 626.*

Disp. de Visitatione gratiæ divinæ, in Luc. XIX. 44., ab eo conscripta, & Præside D. Joh. Gvilh. Baiero defensa, Jenæ 1687. in 4.

M. JOHANNES HENRICUS DECKER, Hamburgensis.

Exerc. de Christo crucifixo Judæis scandalo, Gentilibus stultitia, credentibus autem Dei potentia ac sapientia, in 1 Cor. I. 18-24., Præside D. Christ. Kortholto (*Autore illius*) defensa. Kilonii 1686. in 4.

Disp. Theol. de jure & privilegio primogenituræ, ex Gen. XLIX. 3., Devt. XXI. 17., Præside D. Joh. Gvilh. Baiero. Jenæ 1687. in 4. (Conscripta est ab ipso occasione suæ inter XVIII. eorundem parentum, ejusdemqve conjugii, liberos primogenituræ.)

Spectrologia, h. e. Discursus utplurimum Philosophicus de Spectris, succinctis Thesibus illorum existentiam, essentiam, qvalitatem, πῶ, varias apparitionum formas & fallacias, exhibens. Hamburgi 1690. in 12. Libellus exiguum Autoris sui satis prodens judicium, stylum illius, a Viris doctis ante editionem jam culpatum, *in præfatione* frustra contra hos defendentis.

JOHANNES HENRICUS DECKER, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria, circa A. 1698., Practicus.

Disp. Inaug. de Arthritide vaga Scorbutica. Lugd. Bat. 1691. in 4.

Unpaßionirtes Untersuchen des Bergerdorfer Gesundbrunnen, in Entgegenhaltung des Saamsers, oder so genandten Schwartzenbeckischen, des Hamburger Gesundbrunnen, und des gemeinen Springwassers; der Hamburgischen Medicinischen Societät zur Censur übergeben von einem Mitgliede derselben. Hamburgi 1703. in 4. Schediasma ἀνωνύμως editum, vim fonti Bergerdorfiensi Medicam denegans, cujus recensum exhibent *Nova Lit. Germanica, M. Oct. A. 1703., p. 399.*

M. ULRICUS DECKER, Hamburgensis, suprema Philosophiæ Rostochii A. 1656. ornatus laurea, Orphanotrophei urbis patriæ, ab A. 1671. (d. 6. Aug.), Ecclesiastes, templiqve simul Cathedralis, ab A. 1647., Vicarius, d. 17. Nov. A. 1684. defunctus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 624. 912.*

Disp. Metaphysica de Bonitate, Præside M. Conr. Oldio. Rostochii 1654. in 4.

Gaudium Paschale de gloriosissima Christi resurrectione. Rostochii 1657. in 4.

Qväcker Qvackeley; das ist: Elende Lumperey, Hümplerey, Stümplerey und Büberey, welche die neue Schwärmer, die man Qväcker nennet, in ihrer letzten Charteck, unter dem Titel der Alten Wahrheit, an den Tag gegeben, kürtzlich entworffen, und gründlich wiederleget; Libellus Scriptoris Anonymi, ab ipso tantum editus. Hamburgi A. 1663. in 8. Recusus est (*teste J. G. Eccardo in Excerptis A. 1702. menstruis, M. Majo, p. 21. 22.*) *in Anabaptistarum & Enthusiastarum Pantheo*, sive Tractatuum adversus hos Germanicorum volumine, A. 1702. *in fol.* impresso, *P. II., Lib IV.* Commendatur a D. Joh. Gvilh. Baiero, *in Diss. Tractatui Chiliastico de regno Ecclesiæ glorioso opposita, c. 1., §. 21.*, refutatus autem est a Wilh. Catono, Qvakero, A. 1664., in der Beschirmung der Unschuldigen wieder die Lästermäuler, Scripto qvinqve Libellis, sectam suam impugnantibus, reposito, de qvo *T. II. (sub Christ: Pauli nomine)* plura afferentur.

M. GEORGIUS DEDEKENNUS, Lubecæ A. 1564. (Wittenius, in hujus locum, perperam Annum 1574. substituit) natus, cum patrem, cujus filius erat unicus, mature amisisset, a matre mercaturæ initio, deinde vero, mente, rogatu ipsius svasuqve amicorum, mutata, Theologiæ consecratus est studio, &, post rudimenta literarum a domesticis hausta Præceptoribus, in Academiis huic Germanicis insigni vacavit diligentia. A. 1590. e Francofurtana ad Viadrum (in qva Magistri etiam titulum, qvadriennio post, Brabevta Dav. Origano, Mathematico celebri, impetravit (1.) ad Diaconatum Parochiæ in Diœcesi Ratzeburgensi Schönebergensis, & inde A. 1595. ad oppidi in Wagria nostra Neostadiensis Pastoratum, est avocatus. In qvo cum lustra duo transegisset, Hamburgum tandem A. 1606., Ædis Catharinæ Ecclesiastes, in locum Joh. Meieri, præter expectationem electus, commigravit, & d. 29. Oct. sacro huic muneri a D. Philippo Nicolai est præfectus (2.), Antistite ejusdem inclyto, qvem & superstitem maximopere coluit, & defunctum adeo est veneratus, ut *ad pedes ejus in Epitaphio pingi, cineresqve suos sub terra qviescere*, Joh. Frid. Mayero (3.) teste, voluerit. Valde autem sibi noster gratulabatur, qvod, in tot migrationibus DEi solius ductum secutus, nullo ambitu, aut indecora prensatione ipse Ecclesiis se obtrusisset, istamqve legitimæ vocationis conscientiam sibi, & animum, ad peccata auditorum, publice & privatim, singulari παῤῥησίᾳ, ἀπροσωποληπτως notanda, addidisse, &, in persecutionibus, qvas hanc ob causam toleravisset, gravissimis, summo fuisse solatio, sæpe testabatur. Munere in æde Catharinæa Ecclesiastico, & templi simul Cathedralis Vicariatu (4.), per annos XXII. gavisus, die 29. Maji A. 1628. expiravit, cum Climactericum ætatis magnum vix superasset, & ab aliqvo jam tempore Sarcophagum sibi parasset funebrem, eiqve hoc jussisset inscribi Distichon:

Hunc Dedekennus ego loculum mihi construo, mortis
Dum memor, & vitæ spem melioris alo.

Qvid qvod & Sermonem sibi ipsemet, in locum Apoc. VII. 13., funeris proprii, cygni instar, cantator, ante excessum conscripsit parentalem. E scriptis, qvæ publicavit, plurimis, famam ei conciliavit præcipuam *Thesaurus Consiliorum & decisionum de qvæstionibus casibusqve variis Theologicarum*, summam, in Theologia, qvam vocant, Casuali, apud Germanos, adeptus autoritatem. Qvem ut eo magis locupletaret, non e scriptis solum Theologorum editis Consilia & Diatribas hujus argumenti sedulo collegit, sed a Doctoribus etiam Academicis superstitibus novas variorum casuum, qvos ipse sæpius effingebat, decisiones sumptibus conqvisivit haud exiguis (5.). Præter libros autem liberos etiam reliqvit complures, e qvibus mihi Josias, J. U. D. & Consiliarius Holsaticus, ac filia, Successori ejus, Jodoco Capello, elocata, innotuerunt.

Vitæ ejus σκιαγραφίαν, Sermoni, qvem paulo ante memoravimus, funebri ab ipsomet annexam, ex hujus MSto Henn. Wittenius (qvem secuti nos sumus), *Decade VII. Memor. Theol. renov., p. 920-924.*, exhibuit, Epitaphium autem, in æde illi erectum Catharinæa, Theod. Anckelmannus *Inscriptionibus* suis *Hamburgensibus, num. 94., p. 32.*, inseruit.

Confer de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1628.*, Joh. Franc. Buddei *T. I. Lexici Historici p. 815.*

(1.) V. Carmina Gratulatoria, Francof. ad V. A. 1594. *in 4.* excusa. (2.) V. Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.* (3.) in *Bibliotheca Theologiæ Moralis p. 6.* (4.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 602.* (5.) V. *Præfat. Thesauri illius.*

p. 815., Erdm. Uhsei *Vitas Doctorum Sec. XVI. & XVII. Ecclesiasticorum Germanicas p. 581. 582.*, Joh. Micrælii *P. III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 367.*, J. C. Becmanni *Catal. Biblioth. Francof. p. 142.*, J. A. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 880. 881.*, & Joh. Fabricii *P. II. Historiæ Biblioth. suæ p. 360. 361. 362.*

ELOGIA.

Joh. Conr. Danhauero (*in Memoria Thaumasiandri Lutheri p. 46.*) *Theologus* audit *longo rerum usu atque experientia exercitatus.*

Hieron. Kromayerus, *in Hist. Eccl. p. 683.*, Theologis illum Seculi XVII. celeberrimis, & de Ecclesia meritissimis, Frid. Breclingius autem Veritatis contra Christianismum degenerem testibus. in horum Catalogo (*apud Gotfr. Arnoldum, T. IV. H. E., Sect. 3., n. 18., p. 760.*), accenset.

Steph. Hahnius, Conc. Aul. Güstrov., *in Threnologia de obitu Theologorum p. 50.*, hoc eum celebrat Disticho:

Helluo librorum, Dedekennus, honore virebit,
Dum cœlum, tellus, vesper & ortus, erit.

Joh. Frid. Mayero, (*in Biblioth. Theol. Moralis p. 6.*) *Theologus* audit *magni laboris & judicii.*

Henn. Wittenio (*Dec. VII. Mem. Theol. p. 920. 922.*) *Theologus perqvam inclytus, deqve Ecclesia Orthodoxa optime meritus, qvi ingentem eruditionis famam, & Theologi sine fuco & bile ideam, reliqvit.*

Joh. Alb. Fabricio, (*l. c. p. 881.*) *Vir præstantissimus.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Tr. de Peccatorum causis, qvo demonstratur, non esse scelerum & iniqvitatis causam DEo, sed Diabolo, & depravatæ hominum naturæ, adscribendam, diluunturqve præcipua, qvæ ab adversariis ad contrariæ sententiæ defensionem afferri solent, argumenta: Cum Præfatione D. Phil. Nicolai. Hamb. 1611. in 8.

Neue Tragœdie von Jephta dem Gileaditer, wie er wieder die Ammoniter streitet. und in seiner Wiederkunft seine Tochter auffopfert, aus Judic. X. und XI. Rostochii 1595. in 8.

Grund der H. Schrift von dem allgemeinen Gnadenwillen, und daraus entspringenden Gnadenwahl GOttes, darinn bewiesen wird, daß GOtt der Allmächtige von Hertzen aller Menschen Seligkeit wolle, und niemand, weder zur Verdamnis erschaffen, noch mit einem blossen unwandelbaren Willen, ohne alle Vorbetrachtung des Unglaubens, bey sich verstossen habe: Mit etlichen Fragen und Einreden, so dabey können gereget werden, und einer Vorrede D. Phil. Nicolai. Hamburgi 1608. in 8. *Huic Bolduanus, Draudius & Lipenius, Catalogum nundinalem temere secuti, Hamburgensem Editionem Anni 1610. in 8., alius vero Catalogum longe recentiorem, ibidem A. 1662. in 8. excusam, perperam adjungunt.*)

Kleinod der Seefahrenden; das ist: Grund aus GOttes Worte von Kaufmannschaft und Schiffahrt, samt Unterrichte, wie man sich darinn zu Wasser und Lande, im Glücke und Unglücke, christlich verhalten solle. Hamb. 1608. in 8.

Leichpredigt über Philippum Nicolai, Th. D. und Pastorem zu S. Catharinen in Hamburg, aus Apoc. XIV. 13. Hamb. 1608. in 4. Recusa sub finem *Tomi II. Operum Germanicorum* Phil. Nicolai, a Dedekenno Hamburgi A. 1617. in fol. editorum.

Der Kaufleute Schatzkammer, darinn auß GOttes Worte erwiesen wird, daß ihr Stand eine löbliche Göttliche Ordnung, und sie in demselben, zu Wasser und Lande, im Glücke und Unglücke, GOtt gefallen und selig werden können. Hamburgi 1610. (*non 1601., qvem Draudius & Wittenius substituunt*) in 8.

Freudenparadeiß der Gnaden für angefochtene, schwermühtige, traurige Hertzen, auß GOttes Worte, und den Schriften Lutheri, und anderer alten Lehrer. Hamb. 1612. in 8.

Hertzenstrost gegen plötzliche Todesfälle frommer Christen. Hamb. 1614. in 12.

Fürnehmster Religionsstreit der Lutheraner und Calvinisten, nach der H. Schrift, in Frage und Antwort beschrieben, in solcher richtigen Verständlichkeit, daß auch ein Laye der Lutherischen Grund und Calvinisten Ungrund darauß wird vernehmen können. Hamburgi 1614. in 8. (*&, juxta Draudium ac Wittenium, Rostochii 1617. in 8.*)

Praxis Conscientiarum; das ist: Gründliche Beschreibung, nach allem Unterrichte, Lehre und Troste, wie mit zuschlagenen Gewissen, und betrübten Hertzen, in Anfechtungen und geistlichen Nöhten, zu handeln, auf alle fürnehmste Fälle, sie seyn ins gemein, oder in geistlichen und leiblichen Anfechtungen insonderheit, auß GOttes Worte, und der Väter und Lutheri Schriften, gerichtet: in drey Theilen. Hamburgi 1616. in 4., Halberstadii 1668. in 8., Islebiæ 1668. in 8.

Praxis vitæ æternæ: Beschreibung des gantzen Geheimnisses von Christlicher Uebung, auch rechter Fahrt und Wandel zum ewigen Leben, von D. Philippo Nicolai, in der Vorrede der Theoriæ Vitæ æternæ verheissen, von M. G. Dedekenno aber in fünf Büchern außgearbeitet. Hamburgi 1619. 1620. & 1629. in 4.

Christliche Beantwortung des Tractätleins M. Joh. Lampadii, Professoris zu Bremen, von der Gnadenwahl, und ihren angehengten Fragen; darinn zugleich desselben, und D. Dav. Parei, erschreckliche Lästerungen, so jener in gemeldtem Buche, dieser aber in den Colloqviis Svalbacensibus, wieder den seligen D. Phil. Nicolai außgegossen, mit sattem Grunde abgelehnet werden. Hamburgi 1622. in 8.

Thesaurus Consiliorum & Decisionum; das ist: Vornehmer Universitäten, hochlöblicher Collegiorum, wolbestalter Consistorien, auch hochgelehrter Theologen und Juristen, Raht, Bedencken, Antworten, Belehrungen, Erkäntnisse, Bescheide und Urtheile, in und von allerhand schweren Fällen und wichtigen Fragen, belangend so wol Religions-Glaubens-Gewissens-Kirchen-Ampts-und Ehe-, als Bürgerliche und andere Sachen, wie dieselbe täglich fürfallen und gereget werden mögen: theils auß vielen Archivis erhalten, theils von ziemlichen Jahren biß daher aufgenommen, theils auß anderen Schriften mit grossem Fleisse zusammengebracht, in gewisse titulos, sectiones und numeros, abgetheilet, und, mit approbation der Theologischen Facultäten zu Leipzig, Greifswalde und Wittenberg, in III. Theilen oder Voluminibus, außgegeben. Unter welchen das erste von geistlichen und kirchlichen, das andere von weltlichen und Politischen, das dritte von allerhand bürgerlichen, insonderheit aber Ehsachen, handelt. Samt einem Anhange, welcher die zu späte eingeschickete Responsa, so an gehörigem Orte nicht haben können eingerücket werden, darstellet. Hamburgi 1623. in fol. Nachmahls in richtigere Ordnung gebracht, mit gantzen Sectionen, und vielen qvæstionibus remissoriis und responsionibus, vermehret, und mit vollkommenen Indicibus verbessert, durch Joh. Ern. Gerhardum, Th. D. und Prof. zu Jena. Samt M. Christ. Grübelii, Fac. Philos. Jen. Adjuncti, Neuem Appendice, in sich begreifend, was, von A. 1623. biß auf ietzige Zeit, an Consiliis, von den dreyen Sächsischen Universitäten, den Ministeriis zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, und andern Theologis und JCtis. ist außgearbeitet, in richtige titulos, sectiones und numeros, verfasset, und mit Indicibus vermehret. Jenæ 1671. in fol. Editioni huic secundæ (chimæricæ enim sunt, qvas Lipenius, malæ fidei more suo secutus Catalogos, Hamburgi A. 1619. 1624. 1646. 1649. & 1663. prodiisse, *P. I. Bibl. Theol. p. 241.*, perhibet) Joh. Ern. Gerhardus titulos, qvi in priore desiderabantur, e probatis Autoribus adjicere, novosqve casus addere, decreverat. Postea Vero, mutato, ne in nimiam illa molem excresceret,

JOHANNES HENRICUS DAURER, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria Practicus, c. 1680., qvem D. Joh. Garmerus, ejusdem Poliater, *Elogio funebri*, in lucem edito, celebrasse perhibetur. Deberi huic conjicio, qvam sub solo Daureri cognomine alicubi allegatam inveni.

Disp. Med. Inaug. de Febre castrensi maligna.

HERMANNUS LAURENTIUS DECKER, Hamburgensis, templi in patria Cathedralis, ab A. jam 1672, Vicarius. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 626.*

Disp. de Visitatione gratiæ divinæ, in Luc. XIX. 44., ab eo conscripta, & Præside D. Joh. Gvilh. Baiero defensa, Jenæ 1687. in 4.

M. JOHANNES HENRICUS DECKER, Hamburgensis.

Exerc. de Christo crucifixo Judæis scandalo, Gentilibus stultitia, credentibus autem Dei potentia ac sapientia, in 1 Cor. I. 18-24., Præside D. Christ. Kortholto (*Autore illius*) defensa. Kilonii 1686. in 4.

Disp. Theol. de jure & privilegio primogenituræ, ex Gen. XLIX. 3., Devt. XXI. 17., Præside D. Joh. Gvilh. Baiero. Jenæ 1687. in 4. (Conscripta est ab ipso occasione suæ inter XVIII. eorundem parentum, ejusdemqve conjugii, liberos primogenituræ.)

Spectrologia, h. e. Discursus utplurimum Philosophicus de Spectris, succinctis Thesibus illorum existentiam, essentiam, qvalitatem, *πȣ̃*, varias apparitionum formas & fallacias, exhibens. Hamburgi 1690. in 12. Libellus exiguum Autoris sui satis prodens judicium, stylum illius, a Viris doctis ante editionem jam culpatum, *in præfatione* frustra contra hos defendentis.

JOHANNES HENRICUS DECKER, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria, circa A. 1698., Practicus.

Disp. Inaug. de Arthritide vaga Scorbutica. Lugd. Bat. 1691. in 4.

Unpaßionirtes Untersuchen des Bergerdorfer Gesundbrunnen, in Entgegenhaltung des Saamsers, oder so genandten Schwartzenbeckischen, des Hamburger Gesundbrunnen, und des gemeinen Springwassers; der Hamburgischen Medicinischen Societät zur Censur übergeben von einem Mitgliede derselben. Hamburgi 1703. in 4. Schediasma *ἀνωνύμως* editum, vim fonti Bergerdorfiensi Medicam denegans, cujus recensum exhibent *Nova Lit. Germanica, M. Oct. A. 1703., p. 399.*

M. ULRICUS DECKER, Hamburgensis, suprema Philosophiæ Rostochii A. 1656. ornatus laurea, Orphanotrophei urbis patriæ, ab A. 1671. (d. 6. Aug.), Ecclesiastes, templiqve simul Cathedralis, ab A. 1647., Vicarius, d. 17. Nov. A. 1684. defunctus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 624. 912.*

Disp. Metaphysica de Bonitate, Præside M. Conr. Oldio. Rostochii 1654. in 4.

Gaudium Paschale de gloriosissima Christi resurrectione. Rostochii 1657. in 4.

Qväcker Qvackeley; das ist: Elende Lumperey, Hümplerey, Stümplerey und Büberey, welche die neue Schwärmer, die man Qväcker nennet, in ihrer letzten Charteck, unter dem Titel der Alten Wahrheit, an den Tag gegeben, kürtzlich entworfen, und gründlich wiederleget; Libellus Scriptoris Anonymi, ab ipso tantum editus. Hamburgi A. 1663. in 8. Recusus est (*teste J. G. Eccardo in Excerptis A. 1702. menstruis, M. Majo, p. 21. 22.*) *in Anabaptistarum & Enthusiastarum Pantheo*, sive Tractatuum adversus hos Germanicorum volumine, A. 1702. *in fol.* impresso, *P. II., Lib. IV.* Commendatur a D. Joh. Gvilh. Baiero, *in Diss. Tractatui Chiliastico de regno Ecclesiæ glorioso opposita, c. 1., §. 21.*, refutatus autem est a Wilh. Catono, Qvakero, A. 1664., in der Beschirmung der Unschuldigen wieder die Lästermäuler, Scripto qvinqve Libellis, sectam suam impugnantibus, reposito, de qvo *T. II. (sub Christ: Pauli nomine)* plura afferentur.

M. GEORGIUS DEDEKENNUS, Lubecæ A. 1564. (Wittenius, in hujus locum, perperam Annum 1574. substituit) natus, cum patrem, cujus filius erat unicus, mature amisisset, a matre mercaturæ initio, deinde vero, mente, rogatu ipsius svasuqve amicorum, mutata, Theologiæ consecratus est studio, &, post rudimenta literarum a domesticis hausta Præceptoribus, in Academiis huic Germanicis insigni vacavit diligentia. A. 1590. e Francofurtana ad Viadrum (in qva Magistri etiam titulum, qvadriennio post, Brabevta Dav. Origano, Mathematico celebri, impetravit (1)) ad Diaconatum Parochiæ in Diœcesi Ratzeburgensi Schönebergensis, & inde A. 1595. ad oppidi in Wagria nostra Neostadiensis Pastoratum, est avocatus. In qvo cum lustra duo transegisset, Hamburgum tandem A. 1606., Ædis Catharinææ Ecclesiastes, in locum Joh. Meieri, præter expectationem electus, commigravit, & d. 29. Oct. sacro huic muneri a D. Philippo Nicolai est præfectus (2.), Antistite ejusdem inclyto, qvem & superstitem maximopere coluit, & defunctum adeo est veneratus, ut *ad pedes ejus in Epitaphio pingi, cineresqve suos sub terra qviescere*, Joh. Frid. Mayero (3.) teste, voluerit. Valde autem sibi noster gratulabatur, qvod, in tot migrationibus DEi solius ductum secutus, nullo ambitu, aut indecora prensatione ipse Ecclesiis se obtrusisset, istamqve legitimæ vocationis conscientiam sibi, & animum, ad peccata auditorum, publice & privatim, singulari *παῤῥησίᾳ, ἀπροσωποληπτως* notanda, addidisse, &, in persecutionibus, qvas hanc ob causam toleravisset, gravissimis, summo fuisse solatio, sæpe testabatur. Munere in æde Catharinæa Ecclesiastico, & templi simul Cathedralis Vicariatu (4.), per annos XXII. gavisus, die 29. Maji A. 1628. expiravit, cum Climactericum ætatis magnum vix superasset, & ab aliqvo jam tempore Sarcophagum sibi parasset funebrem, eiqve hoc jussisset inscribi Distichon:

Hunc Dedekennus ego loculum mihi construo, mortis
Dum memor, & vitæ spem melioris alo.

Qvid qvod & Sermonem sibi ipsemet, in locum Apoc. VII. 13., funeris proprii, cygni instar, cantator, ante excessum conscripsit parentalem. E scriptis, qvæ publicavit, plurimis, famam ei conciliavit præcipuam *Thesaurus Consiliorum & decisionum de qvæstionibus casibusqve variis Theologicarum*, summam, in Theologia, qvam vocant, Casuali, apud Germanos, adeptus autoritatem. Qvem ut eo magis locupletaret, non e scriptis solum Theologorum editis Consilia & Diatribas hujus argumenti sedulo collegit, sed a Doctoribus etiam Academicis superstitibus novas variorum casuum, qvos ipse sæpius effingebat, decisiones sumptibus conqvisivit haud exiguis (5.). Præter libros autem liberos etiam reliqvit complures, e qvibus mihi Josias, J. U. D. & Consiliarius Holsaticus, ac filia, Successori ejus, Jodoco Capello, elocata, innotuerunt.

Vitæ ejus *σκιαγραφίαν*, Sermoni, qvem paulo ante memoravimus, funebri ab ipsomet annexam, ex hujus MSto Henn. Wittenius (qvem secuti nos sumus), *Decade VII. Memor. Theol. renov., p. 920-924.*, exhibuit, Epitaphium autem, in æde illi erectum Catharinæa, Theod. Anckelmannus *Inscriptionibus* suis *Hamburgensibus, num. 94., p. 32.*, inseruit.

Confer de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1628.*, Joh. Franc. Buddei *T. I. Lexici Historici p. 815.*,

(1.) V. Carmina Gratulatoria, Francof. ad V. A. 1594. *in 4.* excusa. (2.) V. Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.* (3.) *in Bibliotheca Theologiæ Moralis p. 6.* (4.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 622.* (5.) V. *Præfat. Thesauri illius.*

p. 811., Erdm. Uhsei *Vitas Doctorum Sec. XVI. & XVII. Ecclesiasticorum Germanicas p. 581. 582.*, Joh. Micrælii *P. III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 367.*, J. C. Becmanni *Catal. Biblioth. Francof. p. 142.*, J. A. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 880. 881.*, & Joh. Fabricii *P. II. Historiæ Biblioth. suæ p. 360. 361. 362.*

ELOGIA.

Joh. Conr. Danhauero (*in Memoria Thaumasiandri Lutheri p. 46.*) *Theologus* audit *longo rerum usu atque experientia exercitatus.*

Hieron. Kromayerus, *in Hist. Eccl. p. 683.*, Theologis illum Seculi XVII. celeberrimis, & de Ecclesia meritissimis, Frid. Breclingius autem Veritatis contra Christianismum degenerem testibus, in horum Catalogo (*apud Gotfr. Arnoldum, T. IV. H. E., Sect. 3., n. 18., p. 760.*), accenset.

Steph. Hahnius, Conc. Aul. Güstrov., *in Threnologia de obitu Theologorum p. 50.*, hoc eum celebrat Disticho:

Helluo librorum, Dedekennus, honore virebit,
Dum cœlum, tellus, vesper & ortus, erit.

Joh. Frid. Mayero, (*in Biblioth. Theol. Moralis p. 6.*) *Theologus* audit *magni laboris & judicii.*

Henn. Wittenio (*Dec. VII. Mem. Theol. p. 920. 922.*) *Theologus perquam inclytus, deque Ecclesia Orthodoxa optime meritus, qui ingentem eruditionis famam, & Theologi sine fuco & bile ideam, reliquit,*

Joh. Alb. Fabricio, (*l. c. p. 881.*) *Vir præstantissimus.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Tr. de Peccatorum causis, quo demonstratur, non esse scelerum & iniquitatis causam DEo, sed Diabolo, & depravatæ hominum naturæ, adscribendam, diluunturque præcipua, quæ ab adversariis ad contrariæ sententiæ defensionem afferri solent, argumenta: Cum Præfatione D. Phil. Nicolai. Hamb. 1611. in 8.

Neue Tragœdie von Jephta dem Gileaditer, wie er wieder die Ammoniter streitet, und in seiner Wiederkunft seine Tochter auffopfert, aus Judic. X. und XI. Rostochii 1595. in 8.

Grund der H. Schrifft von dem allgemeinen Gnadenwillen, und daraus entspringenden Gnadenwahl GOttes, darinn bewiesen wird, daß GOtt der Allmächtige von Hertzen aller Menschen Seligkeit wolle, und niemand, weder zur Verdamnis erschaffen, noch mit einem blossen unwandelbaren Willen, ohne alle Vorbetrachtung des Unglaubens, bey sich verstossen habe: Mit etlichen Fragen und Einreden, so dabey können gereget werden, und einer Vorrede D. Phil. Nicolai. Hamburgi 1608. in 8. *Huic Bolduanus, Draudius & Lipenius, Catalogum nundinalem temere secuti, Hamburgensem Editionem Anni 1610. in 8., alius vero Catalogum longe recentiorem, ibidem A. 1662. in 8. excusam, perperam adjungunt.*)

Kleinod der Seefahrenden; das ist: Grund aus GOttes Worte von Kauffmannschafft und Schiffahrt, samt Unterrichte, wie man sich darinn zu Wasser und Lande, im Glücke und Unglücke, christlich verhalten solle. Hamb. 1608. in 8.

Leichpredigt über Philippum Nicolai, Th. D. und Pastorem zu S. Catharinen in Hamburg, aus Apoc. XIV. 13. Hamb. 1608. in 4. Recusa sub finem *Tomi II. Operum Germanicorum* Phil. Nicolai, a Dedekenno Hamburgi A. 1617. in fol. editorum.

Der Kauffleute Schatzkammer, darinn auß GOttes Worte erwiesen wird, daß ihr Stand eine löbliche Göttliche Ordnung, und sie in demselben, zu Wasser und Lande, im Glücke und Unglücke, GOtt gefallen und selig werden können. Hamburgi 1610. (*non 1601., quem Draudius & Wittenius substituunt*) in 8.

Freudenparadeiß der Gnaden für angefochtene, schwermühtige, traurige Hertzen, auß GOttes Worte, und den Schrifften Lutheri, und anderer alten Lehrer. Hamb. 1612. in 8.

Hertzenstrost gegen plötzliche Todesfälle frommer Christen. Hamb. 1614. in 12.

Fürnehmster Religionsstreit der Lutheraner und Calvinisten, nach der H. Schrifft, in Frage und Antwort beschrieben, in solcher richtigen Verständlichkeit, daß auch ein Laye der Lutherischen Grund und Calvinisten Ungrund darauß wird vernehmen können. Hamburgi 1614. in 8. (*&, juxta Draudium ac Wittenium, Rostochii 1617. in 8.*)

Praxis Conscientiarum; das ist: Gründliche Beschreibung, nach allem Unterrichte, Lehre und Troste, wie mit zuschlagenen Gewissen, und betrübten Hertzen, in Anfechtungen und geistlichen Nöhten, zu handeln, auf alle fürnehmste Fälle, sie seyn ins gemein, oder in geistlichen und leiblichen Anfechtungen insonderheit, auß GOttes Worte, und der Väter und Lutheri Schrifften, gerichtet: in drey Theilen. Hamburgi 1616. in 4., Halberstadii 1668. in 8., Islebiæ 1668. in 8.

Praxis vitæ æternæ: Beschreibung des gantzen Geheimnisses von Christlicher Uebung, auch rechter Fahrt und Wandel zum ewigen Leben, von D. Philippo Nicolai, in der Vorrede der Theoriæ Vitæ æternæ verheissen, von M. G. Dedekenno aber in fünf Büchern außgearbeitet. Hamburgi 1619. 1620. & 1629. in 4.

Christliche Beantwortung des Tractätleins M. Joh. Lampadii, Professoris zu Bremen, von der Gnadenwahl, und ihren angehengten Fragen; darinn zugleich desselben, und D. Dav. Parei, erschreckliche Lästerungen, so jener in gemeldtem Buche, dieser aber in den Colloqviis Svalbacensibus, wieder den seligen D. Phil. Nicolai außgegossen, mit sattem Grunde abgelehnet werden. Hamburgi 1622. in 8.

Thesaurus Consiliorum & Decisionum; das ist: Vornehmer Universitäten, hochlöblicher Collegiorum, wolbestalter Consistorien, auch hochgelehrter Theologen und Juristen, Raht, Bedencken, Antworten, Belehrungen, Erkäntnisse, Bescheide und Urtheile, in und von allerhand schweren Fällen und wichtigen Fragen, belangend so wol Religions-Glaubens-Gewissens-Kirchen-Ampts- und Ehe-, als Bürgerliche und andere Sachen, wie dieselbe täglich fürfallen und gereget werden mögen: theils auß vielen Archivis erhalten, theils von ziemlichen Jahren biß daher aufgenommen, theils auß anderen Schrifften mit grossem Fleisse zusammengebracht, in gewisse titulos, sectiones und numeros, abgetheilet, und, mit approbation der Theologischen Facultäten zu Leipzig, Greifswalde und Wittenberg, in III. Theilen oder Voluminibus, außgegeben. Unter welchen das erste von geistlichen und kirchlichen, das andere von weltlichen und Politischen, das dritte von allerhand bürgerlichen, insonderheit aber Ehsachen, handelt. Samt einem Anhange, welcher die zu späte eingeschickete Responsa, so an gehörigem Orte nicht haben können eingerücket werden, darstellet. Hamburgi 1623. in fol. Nachmahls in richtigere Ordnung gebracht, mit gantzen Sectionen, und vielen quæstionibus remissoriis und responsionibus, vermehret, und mit vollkommenen Indicibus verbessert, durch Joh. Ern. Gerhardum, Th. D. und Prof. zu Jena. Samt M. Christ. Grübelii, Fac. Philos. Jen. Adjuncti, Neuem Appendice, in sich begreifend, was, von A. 1623. biß auf jetzige Zeit, an Consiliis, von den dreyen Sächsischen Universitäten, den Ministeriis zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, und andern Theologis und JCtis. ist außgearbeitet, in richtige titulos, sectiones und numeros, verfasset, und mit Indicibus vermehret. Jenæ 1671. in fol. Editioni huic secundæ (chimæricæ enim sunt, quas Lipenius, malæ fidei more suo secutus Catalogos, Hamburgi A. 1619. 1624. 1646. 1649. & 1663. prodiisse, *P. I. Bibl. Theol. p. 241.*, perhibet) Joh. Ern. Gerhardus titulos, qui in priore desiderabantur, e probatis Autoribus adjicere, novosque casus addere, decreverat. Postea vero, mutato, ne in nimiam illa molem excresceret,

cresceret, consilio, qvæstiones saltem potissimas, qvæ alibi decisæ inveniuntur, additis Autoribus, locis suis, una cum Appendice veteri, inseruit, &, cum vix partem primi Voluminis dimidiam hac ratione illustrasset, labori est immortuus. Continuavit tamen eadem hunc Methodo, & ad finem perduxit, M. Christianus Grübelius, a qvo nova etiam Appendix est adjecta. Opus hoc Dedekennianum (cujus Ludov. Duntius, Past. Reval., *in Decisionibus suis MVI. Casuum conscientiæ, fidelis*, D. Joh. Georg. Simone *in Disp. de Juribus poculorum p. 74.* judice, *Epitomator est, si non exscriptor*) commendant Joh. Hulsemannus (in familiaribus tamen Colloqviis ei *Epistolas & Consilia* Phil. Melanchtonis, a Christophoro Pezelio A. 1600. Neostadii edita, qvod *plus* in his *sapientiæ, prudentiæ & ingenii*, *reperiatur*, præferre, teste Joh. Ad. Scherzero, *in Prælect. MSS. Bibliothecariis*, solitus) *in Methodo studii Theol. p. 246.*, Abr. Calovius *Lib. 2. Isag. Theol. p. 331. 332.*, Joh. Frid. Mayerus (Autorem isto *Ecclesiæ Christi commoda insigniter juvisse auxisseqve* judicans) *in Biblioth. Theol. Moralis p. 67.*, & Thom. Crenius (an Thesauro hoc Theologus carere possit, dubitans) *P. VI. Animadv., c. 3., p. 146.* Conf. de illo Joh. Fabricii *P. II. Historiæ Biblioth. suæ, p. 360. 361. 362.*

II. ALIENA.

D. Philippi Nicolai, Theologi Hamburgensis, Opera Latina, partim ante edita, partim posthuma, ab ipso collecta, in ordinem redacta, & Tomis II. publicata. Hamburgi 1617. in fol. Tomo I. noster Epistolam ad Senatum Hamburgensem Dedicatoriam de Antichristo, & Theologorum Academicorum judicia de Autore honorifica, a se conqvisita, Tomo II. autem præfationem de Regno Dei, præmisit.

D. Philippi Nicolai teutsche, so wol vorhin publicirte, als noch nicht außgegebene, Schriften, von ihm in 4. Tomos gesamlet, und mit seinen Vorreden außgegeben. Hamburgi 1617. in fol. In Præfatione Tomi I. Dedekennus de prærogativa N. T. præ Vetere, circa voluntatis divinæ revelationem, disserit, in præfatione T. III. Reformatos, qvod conscientia reclamante errores suos tueantur, insimulat, & in Tomi IV. Proœmio Theologiæ Polemicæ necessitatem defendit.

INEDITUM.

Sermo funebris Germanicus in Apoc. VII, 13., sibimet ipsi ab eo ante obitum scriptus, e qvo Henn. Wittenius Vitæ illius historiam, uti jam ante dictum, depromsit.

[Falso ei ab eodem Wittenio, *Dec. VII. Mem. Theol. renov. p. 923.*, tribuitur *Enchiridion Dominicale* vernaculum (Feyertägliches Handbüchlein), Lubecæ A. 1605. in 12. editum, cujus Autor est M. Frid. Dedekindus, Pastor Lüneburgensis.]

JOSIAS DEDEKENNUS, Hamburgensis, Georgii, modo celebrati, filius, Philos. & J. U. Doctor, ac Consiliarius Ducalis Holsaticus, Præbendæqve simul minoris in Basilica patriæ Cathedrali possessor, d. 26. Jun. A. 1651., teste Joh. Alb. Fabricio, defunctus. V. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 615.*

Explicatio mysterii electionis, Præside D. Luca Osiandro proposita. Tubingæ 1623. in 4. (*V. M. Lud. Melch. Fischlini P. II. Memor. Theol. Würtemb. p. 49.*)

Disp. Inaug. Jurid. de Matrimonio, Præside D. Frid. Gerschovio. Gryphiswaldiæ 1626. in 4.

M. JOACHIMUS DEGENER, Hamburgensis, A. 1549. Hildesia (ubi Scholæ Rector fuerat Evangelicæ, teste H. Hamelmanno, *P. II. Hist. Eccl. Evang. renati, in Opp. Hist. p. 942.*) in patriam, ad munus in æde D. Mariæ Magdalenæ Ecclesiasticum, est revocatus, & a D. Joh. Æpino, primo Superintendente, d. 13 Maji, una cum D. Paulo ab Eitzen, templi Cathedralis antistite, magniqve nominis Theologo, ritu ordinationis inauguratus. Qvi cum A. 1555. Æpino in Suprema Ecclesiarum Hamburgensium subrogaretur Ephoria, nostrum vicissim, in templi Cathedralis Pastoratu, & secundaria Theologiæ professione, successorem Kal. Maji A. 1556. est adeptus. Nec defuere, qvi illum eidem Eitzenio, in aulam avocato Holsaticam, optionem in Superintendentis A. 1564. destinarent officio, Theologum qvippe, & eruditione solida, & mansvetudine ac lenitate erga errantes Christiana, huic simillimum, & ob istam Joach. Westphalo, cæterisqve Zelotis rigidioribus, exosum. Verum ipse, qva erat ἀναρχίᾳ, illud haud affectabat, lubensqve Westphalo, æmulo suo, relinqvebat (1.). A. 1580. tandem, d. 16. Aug., M. Nicol. Staphorstio Sen., Petrinæ Antistiti Ecclesiæ, suffectus, lustro huic saltem unico præfuit, & postrid. Kal. Apr. A. 1585. vivis excessit. Filius ejus, ni fallor, fuit Wernerus Degenerus, ejusdem postea ædis Petrinæ Ecclesiastes. Catharinam filiam M. Dav. Vagetio, Diacono Nicolaitano, elocavit; e qvo conjugio nepotes ei nati sunt posthumi Joachimus & Henricus Vagetii, Philologi celeberrimi, suis deinceps locis celebrandi (2.).

Confer de illo ipsius *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, Joh. Blomium *l. c.*, Georg. Haccii Appendicem der Hamburgischen Zuchthauspredigt, Henr. Knaustini (cum commendantis) *Encomium Hamburgi*, *Partem IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 10., p. 579.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 862. 903. 905. 1127.*, & qvæ is allegat, Henningi Conradini varia ad Nostrum carmina, *in Poematis p. 86. 107. 150. 170. 215.* obvia.

SCRIPTA INEDITA.

Commentarii in Evangelium Lucæ, & Epistolas Pauli ad Romanos, Corinthios ac Galatas, qvos sibi a nepote ejus, Henr. Vagetio moribundo, donatos esse, Joh. Blomius, Biblioth. Hamb. Præfectus, *in Or. cit.*, testatur.

Prælectiones publicæ in Acta Apostolica, qvarum editionem, in Epistola ad D. Paulum ab Eitzen, A. 1571. est pollicitus.

M. Steph. Kempii, Past. Hamb. Catharinæi, Historiæ reformationis Ecclesiæ Hamburgensis Continuatio Germanica ἀδέσποτος, Ministrorum hujus, ad sua usqve tempora, sistens Catalogum, ab aliis deinde ulterius pertextum, qvam Joh. Alb. Fabricius, *in Præf. P. II. Memor. Hamburg. p. 12.*, ei vindicavit.

Epistolæ LXIII. Latinæ de Certaminibus Ecclesiæ Lutheranæ, & Presbyterii Hamburgensis, ævo suo intestinis, ad D. Paulum ab Eitzen, ab A. 1562. ad 1583., exaratæ, & a me in Epistolarum ad Eitzenium, de qvo alibi dicetur, ἀνεκδότῳ perlectæ volumine.

FRANCISCUS DEHNIUS, Lubecensis, J. U. D. & in patria Practicus, cujus defuncti Bibliothecam, a Senatu emptam, publicæ accessisse, D. Achilles Daniel Leopoldus, JCtus Lubec., ejus e filia nepos, me edocuit.

Conclusiones Juridicæ Inaugurales de Restitutionibus in integrum. Basileæ 1602. in 4. Recusæ *Volum. VI. Disputt. Jurid. Basileensium*, ibidem A. 1624. *in 4.* impresso, *num. 17.* (*lit. Ffff. 4. & seqq.*)

HENRICUS DEHNE, PETRUS HENRICHS, & CORNELIUS ROELOFS, Incolæ Hamburgenses, Qvakerorum sectæ addicti, &, ob pertinaciam in defendendis hujus erroribus, carceri civico A. 1660. inclusi, in illo scriptum concinnarunt ἀνέκδοτον, a Ministris Ecclesiæ Hamburgensis (*in Catalogo librorum hujus sectæ*, dem Qväckergreuel præfixo) & Joh. Henr. Ottio (*in Annalibus Anabapt., ad A. 1660., p. 346.*) sub titulo allegatum seqventi:

Schrift an die Obrigkeit, Richter und Regierer, insonderheit Bürgermeister und Raht der Stadt Hamburg, auf dem Bome A. 1660. geschrieben.

PETRUS

(1.) V. ejus & Franc. Baringii *Epistolas MSS., ad D. Paulum ab Eitzen A. 1564. exaratas.* (2.) V. Joh. Blomii *Or. de vita Henr. Vagetii.*

PETRUS DEHNS, Lubecensis, Francisci (*supra memorati*) filius, d. 10. Apr. A. 1620. natus, Med. Doctor (in Acad. A. 1653. creatus Basileensi) & in patria Practicus, d. 25. Jun. A. 1675. ætatis 55. defunctus. V. *Epicedia* Conf. J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lub. p. 211. 212.* (ubi A. 1671. obiisse traditur).

Theses Inaugurales inter Medicos controversæ. Basileæ 1653. in 4.

JOACHIMUS DELIUS, Hamburgensis, Matthæi Delii, Scholæ publicæ Rectoris, optime de illa meriti, filius, A. 1563. in Academia commoratus Witebergensi (1.), Henrico Julio postea, Duci Brunsvicensi, fuit a consiliis, &, ab eo Pragam, ad Rudolphum II., Imperatorem, in re ablegatus ardua, illic, negotiis, sibi mandatis, fideliter expeditis, Joh. Caselio (a qvo *Vir integerrimus, & non minus fide & doctrina præstans*, vocatur) teste (2.), in fata concessit.

Oratio de arte Juris, cum nonnullis Epigrammatis. Hamburgi 1571. in 4.

Epistola Propemptica ad Salom. Frencelium, Professorem Helmstadiensem, Rigam discessurum, Gvelpherbyti A. 1599. scripta, cum Epigrammate ad eundem, in *Sylloge Epistolarum, a Viris clarissimis ad Frencelium missarum*, qvæ Helmstadii A. 1599. *in 8.* prodiit, (*lit. E, 1. 2. & 3.*), publicata.

MARTINUS DELIUS, Hamburgensis, Matthæi itidem filius, A. 1538. in lucem editus, cum in Academia Theologiæ & bonis literis operam aliqvamdiu dedisset Witebergensi, A. 1563., jussu Parentis (*Epistola hujus ad D. Paulum ab Eitzen, modo allegata, teste*), domum rediit.

Carmen de causis mortis Christi. Witebergæ 1563 in 4.

MATTHÆUS DELIUS, Junior, sive Secundus, Hamburgensis, A. 1523. in lucem editus, eundem cum fratribus, jam laudatis, parentem habuit, sibi ὁμώνυμον, Scholæ Hamburgensis Rectorem, ob singularem doctrinam, & in docendo dexteritatem, amplissima Phil. Melanchtonis, Joh. Caselii, & aliorum, elogia meritum, Annoqve 1565., d. 30. Sept., extinctum. Ab hoc literarum rudimentis egregie imbutus, Witebergam migravit, & Luthero, Melanchtoni, alisqve Academiæ luminibus, familiariter innotuit. Hi, exploratis præclaris ejus in literatura elegantiori & Poesi profectibus, diligentiaqve in Theologiæ studio haud vulgari collaudata, Juvenem hunc præ aliis admirari, & summa qvæqve de illo Ecclesiæ, patriæ ac Germaniæ universæ, polliceri cœperunt. Horas subsecivas Musis tribuebat, miraqve facilitate carmina scribebat elegantissima, qvæ, si cum ætate judicium accessisset maturius, locum ei inter Poetas Germaniæ principes haud postremum vindicassent. Sed gloriam hanc patriæ fata inviderunt, juvenemqve præcocis ingenii Witebergæ, d. 12. Aug. A. C. 1544., & æt. 21., Phtisi paulatim absumptum, terris morte immatura eripuerunt. Ad decumbentem Phil. Melanchton sæpe accessit, ipsumqve Lutherum aliqvoties secum adduxit, cui noster, repetita fidei professione, ob restitutam doctrinæ sacræ puritatem gratias egit, & longiora vitæ spatia optavit, voces has præsagas, qvibus eventus respondit, addens, ipso extincto mox docentium ac Principum γιγαντομαχίας esse secuturas. Vitæ ejus mortisqve historiam, laudibus præclaris additis, Phil. Melanchton, *in Præfatione Librorum* illius *de Arte Jocandi*, a se A. 1555, editorum, & Joh. Saxonius nostras, Acad. Witeb. Rector, in Programmate funebri (qvod *Scripta Acad. Witeb., ab A. 1540. ad 1553. publice affixa, ad A. 1544., lit. M. 2. a. b.*, exhibent), fusius enarrarunt.

Confer Alexii Naboth *Epicedium*, Witebergæ A. 1544. *in 4.* excusum, Joh. Jac. Frisii *Biblioth. Univers. p. 590.* & G. M. Königii *Biblioth. Vet. & Novam, lit. D.*

ELOGIA.

Phil. Melanchton, *in præfat. cit.*, ita de illo ad Parentem scripsit: *Præsertim dolendum fuit, Matthæum in ipso flore adolescentiæ extinctum esse, cum spes esset, magno eum usui & ornamento Ecclesiæ futurum esse. Nam & ingenium ejus omnium doctrinarum capax erat, & rectitudo judicii erat eximia; deinde virtutum, qvas in eo natura inchoaverat, justitiæ, pietatis erga parentes, veritatis, candoris, modestiæ, castitatis, verecundiæ & temperantiæ, pulchrum decus erat. Sed multo illæ pulchriores erant, qvas filius Dei voce Evangelii & Spiritu sancto incenderat; vera Dei agnitio & invocatio, ardens fiducia Mediatoris, studium inqvirendi fontes doctrinæ & amor veritatis, alacritas in celebrandis Dei beneficiis, tolerantia in morbo, spes firma dulcissimæ consvetudinis cum cœlesti Ecclesia. Talis cum esset Matthæus, gratulabamur & ipsi hoc ingens bonum, qvod templum Dei esset, & nobis, qvod in nostro cœtu tale Ecclesiæ membrum esset, qvod & precibus, & propagatione doctrinæ, nos juvaret, & exemplo cæteris præluceret; & optabamus ei divinitus tribui longa vitæ spatia.*

Joh. Saxonio (*in Progr. Fun.*) *Juvenis* audit *honestissimus & egregie eruditus, cujus industria, si vixisset magno usui & ornamento Ecclesiæ futura erat.*

SCRIPTA.

De Arte jocandi Libri IV., carmine scripti Elegiaco, & a Phil. Melanchtone, cum sua ad parentem ejus, Matth. Delium Seniorem, præfatione, de tribus in sermone Virtutibus, veritate, comitate, & εὐτραπελίᾳ, editi Witebergæ A. 1555. in 8. Recusi, cum Vinc. Opsopoei *Libris III. de Arte bibendi*, Francof. A. 1578. & 1582. in 8., cum Libro Epigrammatum jocularium Eilhardi Dudovii, Hamburgensis, illo curante, Hamburgi A. 1602. in 8., & (testibus Ant. Sotomajoris *Indice Expurg. Hispan. p. 325. & seq.*, ac Königio *l. c.*), *in Deliciis Poetarum Germanorum*, a Jano Grutero collectis, *Tomo II.*, Francof. A. 1612. *in 8.* impresso, *p. 1160. & seqq.* Prodierunt etiam *in Facetiis Facetiarum*, Francofurti ad Mœnum sive (potius Amstelodami) A. 1715. *in 12.* recusis. V. *T. VI. du Journal literaire, P. I., p. 198. 199.* De his Melanchton, in *præfatione* (*Tomo* etiam *IV. Declamationum Witebergensium, p. 626-641. Ed. Argent. A. 1558.*, obvii), ita judicat: *Unicus hic liber de arte jocandi qvasi ex funere raptus est, qvem apparet scriptum esse, ut defatigatum ingenium seriis operis qvasi hac hilariore materia recrearet. Qvanqvam autem hæc aliter a grandioribus natu scribuntur, aliter ab adolescente, tamen edidi, ut specimen ingenii ipsius extaret; & a candidis lectoribus peto, ne morose judicent, ac non solum ætati condonent qvæ desiderant, sed etiam cogitent, nondum accessisse limam.* Commendantur etiam ab Erycio Puteano (*Delium in jocis non esse invenustum* scribente) *Cent. IV. Missuum Secundorum, Epist. 58., p. 309.*, Ol. Borrichio (*altius* eundem *se erigere* judicante) *Diss. IV. de Poet. Lat. p. 128.*, & Joh. Alb. Fabricio (libros hosce *festivos* appellante, sed Nostri, Autoris veri, Parenti ὁμωνύμῳ perperam tribuente) *in Præfat. P. I. Memor. Hamburg. p. 11.*

Scripta qvædam argumenti sacri affecta, de qvibus ita Melanchton *l. c.*: *Inchoarat jam utiles qvasdam lucubrationes, qvibus sese & ad cogitationem de Deo exuscitarat, & contra hostes puræ doctrinæ armaverat. Sed hæc qvia non pertexuit, nemo chartas diligenter collegit.*

MATTHÆUS DELIUS Tertius, Hamburgensis, primi ni fallor, itidem filius, & secundi, modo celebrati, frater, utriqve ὁμώνυμος, Mich. Beutheri, aliorumqve Virorum doctorum, in Acad. Argentinensi, circa A. 1568., in Jure, ac Polymathia reliqva, auditor, ac deinde (*A. 1571. & seqq.*) Philippi Ludovici, Comitis Hannovici, in itinere per Germaniam,

(1.) Teste Parentis Epistola ad D. Paulum ab Eitzen MSta. (2.) *In præfatione Lexici* πεντάγλωττου Val. Schindleri, A. 1611. scripta.

cresceret, consilio, qvæstiones saltem potissimas, qvæ alibi decisæ inveniuntur, additis Autoribus, locis suis, una cum Appendice veteri, inseruit, &, cum vix partem primi Voluminis dimidiam hac ratione illustrasset, labori est immortuus. Continuavit tamen eadem hunc Methodo, & ad finem perduxit, M. Christianus Grubelius, a qvo nova etiam Appendix est adjecta. Opus hoc Dedekennianum (cujus Ludov. Duntius, Past. Reval., *in Decisionibus suis MVI. Casuum conscientiæ, fidelis*, D. Joh. Georg. Simone *in Disp. de Juribus poculorum p. 74.* judice, *Epitomator est, si non exscriptor*) commendant Joh. Hulsemannus (in familiaribus tamen Colloqviis ei *Epistolas & Consilia* Phil. Melanchtonis, a Christophoro Pezelio A. 1600. Neostadii edita, qvod *plus* in his *sapientiæ, prudentiæ & ingenii*, *reperiatur*, præferre, teste Joh. Ad. Scherzero, *in Prælect. MSS. Bibliothecariis*, solitus; *in Methodo studii Theol. p. 246.*, Abr. Calovius *Lib. 2. Isag. Theol. p. 331. 332.*, Joh. Frid. Mayerus (Autorem isto *Ecclesiæ Christi commoda insigniter juvisse auxisseqve* judicans) *in Biblioth. Theol. Moralis p. 67.*, & Thom. Crenius (an Thesauro hoc Theologus carere possit, dubitans) *P. VI. Animadv., c. 3., p. 146.* Conf. de illo Joh. Fabricii *P. II. Historiæ Biblioth. suæ, p. 360. 361. 362.*

II. ALIENA.

D. Philippi Nicolai, Theologi Hamburgensis, Opera Latina, partim ante edita, partim posthuma, ab ipso collecta, in ordinem redacta, & Tomis II. publicata. Hamburgi 1617. in fol. Tomo I. noster Epistolam ad Senatum Hamburgensem Dedicatoriam de Antichristo, & Theologorum Academicorum judicia de Autore honorifica, a se conqvisita, Tomo II. autem præfationem de Regno Dei, præmisit.

D. Philippi Nicolai teutsche, so wol vorhin publicirte, als noch nicht außgegebene, Schriften, von ihm in 4. Tomos gesamlet, und mit seinen Vorreden außgegeben. Hamburgi 1617. in fol. In Præfatione Tomi I. Dedekennus de prærogativa N. T. præ Vetere, circa voluntatis divinæ revelationem, disserit, in præfatione T. III. Reformatos, qvod conscientia reclamante errores suos tueantur, insimulat, & in Tomi IV. Proœmio Theologiæ Polemicæ necessitatem defendit.

INEDITUM.

Sermo funebris Germanicus in Apoc. VII. 13., sibimet ipsi ab eo ante obitum scriptus, e qvo Henn. Wittenius Vitæ illius historiam, uti jam ante dictum, depromsit.

[Falso ei ab eodem Wittenio, *Dec. VII. Mem. Theol. renov. p. 923.*, tribuitur *Enchiridion Dominicale* vernaculum (Feyertägliches Handbüchlein), Lubecæ A. 1605. in 12. editum, cujus Autor est M. Frid. Dedekindus, Pastor Lüneburgensis.]

JOSIAS DEDEKENNUS, Hamburgensis, Georgii, modo celebrati, filius, Philos. & J. U. Doctor, ac Consiliarius Ducalis Holsaticus, Præbendæqve simul minoris in Basilica patriæ Cathedrali possessor, d. 26. Jun. A. 1651., teste Joh. Alb. Fabricio, defunctus. V. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 615.*

Explicatio mysterii electionis, Præside D. Luca Osiandro proposita. Tubingæ 1623. in 4. (*V. M. Lud. Melch. Fischlini P. II. Memor. Theol. Würtemb. p. 49.*)

Disp. Inaug. Jurid. de Matrimonio, Præside D. Frid. Gerschovio. Gryphiswaldiæ 1626. in 4.

M. JOACHIMUS DEGENER, Hamburgensis, A. 1549. Hildesia (ubi Scholæ Rector fuerat Evangelicæ, teste H. Hamelmanno, *P. II. Hist. Eccl. Evang. renati, in Opp. Hist. p. 942.*) in patriam, ad munus in æde D. Mariæ Magdalenæ Ecclesiasticum, est revocatus, & a D. Joh. Æpino, primo Superintendente, d. 13 Maji, una cum D. Paulo ab Eitzen, templi Cathedralis antistite, magniqve nominis Theologo, ritu ordinationis inauguratus. Qvi cum A. 1555. Æpino in Suprema Ecclesiarum Hamburgensium subrogaretur Ephoria, nostrum vicissim, in templi Cathedralis Pastoratu, & secundaria Theologiæ professione, successorem Kal. Maji A. 1556. est adeptus. Nec defuere, qvi illum eidem Eitzenio, in aulam avocato Holsaticam, optionem in Superintendentis A. 1564. destinarent officio, Theologum qvippe, & eruditione solida, & mansvetudine ac lenitate erga errantes Christiana, huic simillimum, & ob istam Joach. Westphalo, cæterisqve Zelotis rigidioribus, exosum. Verum ipse, qva erat ἀυλαρχείᾳ, illud haud affectabat, lubensqve Westphalo, æmulo suo, relinqvebat (1.) A. 1580. tandem, d. 16. Aug., M. Nicol. Staphorstio Sen., Petrinæ Antistiti Ecclesiæ, suffectus, lustro huic saltem unico præfuit, & postrid. Kal. Apr. A. 1585. vivis excessit. Filius ejus, ni fallor, fuit Wernerus Degenerus, ejusdem postea ædis Petrinæ Ecclesiastes. Catharinam filiam M. Dav. Vagetio, Diacono Nicolaitano, elocavit: e qvo conjugio nepotes ei nati sunt posthumi Joachimus & Henricus Vagetii, Philologi celeberrimi, suis deinceps locis celebrandi (2.).

Confer de illo ipsius *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, Joh. Blomium *l. c.*, Georg. Haccii Appendicem der Hamburgischen Zuchthaußpredigt, Henr. Knaustini (cum commendantis) *Encomium Hamburgi*, *Partem II. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 10., p. 179.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 862. 903. 905. 1127.*, &, qvæ is allegat, Henningi Conradini varia ad Nostrum carmina, *in Poematis p. 86. 107. 150. 179. 215.* obvia.

SCRIPTA INEDITA.

Commentarii in Evangelium Lucæ, & Epistolas Pauli ad Romanos, Corinthios ac Galatas, qvos sibi a nepote ejus, Henr. Vagetio moribundo, donatos esse, Joh. Blomius, Biblioth. Hamb. Præfectus, *in Or. cit.*, testatur.

Prælectiones publicæ in Acta Apostolica, qvarum editionem, in Epistola ad D. Paulum ab Eitzen, A. 1571. est pollicitus.

M. Steph. Kempii, Past. Hamb. Catharinæi, Historiæ reformationis Ecclesiæ Hamburgensis Continuatio Germanica ἀδέσποτος, Ministrorum hujus, ad sua usqve tempora, sistens Catalogum, ab aliis deinde ulterius pertextum, qvam Joh. Alb. Fabricius, *in Præf. P. II. Memor. Hamburg. p. 12.*, ei vindicavit.

Epistolæ LXIII. Latinæ de Certaminibus Ecclesiæ Lutheranæ, & Presbyterii Hamburgensis, ævo suo intestinis, ad D. Paulum ab Eitzen, ab A. 1562. ad 1583., exaratæ, & a me in Epistolarum ad Eitzenium, de qvo alibi dicetur, ἀνεκδότῳ perlectæ volumine.

FRANCISCUS DEHNIUS, Lubecensis, J. U. D. & in patria Practicus, cujus defuncti Bibliothecam, a Senatu emptam, publicæ accessisse, D. Achilles Daniel Leopoldus, JCtus Lubec., ejus e filia nepos, me edocuit.

Conclusiones Juridicæ Inaugurales de Restitutionibus in integrum. Basileæ 1602. in 4. Recusæ *Volum. VI. Disputt. Jurid. Basileensium*, ibidem A. 1624. *in 4.* impresso, *num. 17.* (*lit. Ffff. 4. & seqq.*)

HENRICUS DEHNE, PETRUS HENRICHS, & CORNELIUS ROELOFS, Incolæ Hamburgenses, Qvakerorum sectæ addicti, &, ob pertinaciam in defendendis hujus erroribus, carceri civico A. 1660. inclusi, in illo scriptum concinnarunt ἀνέκδοτον, a Ministris Ecclesiæ Hamburgensis (*in Catalogo librorum hujus sectæ*, dem Qväckergreuel præfixo) & Joh. Henr. Ottio (*in Annalibus Anabapt., ad A. 1660., p. 346.*) sub titulo allegatum seqventi:

Schrift an die Obrigkeit, Richter und Regierer, insonderheit Bürgermeister und Raht der Stadt Hamburg, auf dem Bome A. 1660. geschrieben.

PETRUS

(1.) V. ejus & Franc. Baringii *Epistolas MSS., ad D. Paulum ab Eitzen A. 1564. exaratas.* (2.) V. Joh. Blomii *Or. de vita Henr. Vagetii.*

PETRUS DEHNS, Lubecensis, Francisci (*supra memorati*) filius, d. 10. Apr. A. 1620. natus, Med. Doctor (in Acad. A. 1653. creatus Basileensi) & in patria Practicus, d. 25. Jun. A. 1675. ætatis 55. defunctus. V. *Epicedia* Conf. J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lub. p. 211. 212.* (ubi A. 1671. obiisse traditur).

Theses Inaugurales inter Medicos controversæ. Basileæ 1653. in 4.

JOACHIMUS DELIUS, Hamburgensis, Matthæi Delii, Scholæ publicæ Rectoris, optime de illa meriti, filius, A. 1563. in Academia commoratus Witebergensi (1.), Henrico Julio postea, Duci Brunsvicensi, fuit a consiliis, &, ab eo Pragam, ad Rudolphum II., Imperatorem, in re ablegatus ardua, illic, negotiis, sibi mandatis, fideliter expeditis, Joh. Caselio (a qvo *Vir integerrimus, & non minus fide & doctrina præstans,* vocatur) teste (2.), in fata concessit.

Oratio de arte Juris, cum nonnullis Epigrammatis. Hamburgi 1571. in 4.

Epistola Propemptica ad Salom. Frencelium, Professorem Helmstadiensem, Rigam discessurum, Gvelpherbyti A. 1599. scripta, cum Epigrammate ad eundem, in *Sylloge Epistolarum, a Viris clarissimis ad Frencelium missarum,* qvæ Helmstadii A. 1599. *in 8.* prodiit, (*lit. E, 1. 2. & 3.*), publicata.

MARTINUS DELIUS, Hamburgensis, Matthæi itidem filius, A. 1538. in lucem editus, cum in Academia Theologiæ & bonis literis operam aliqvamdiu dedisset Witebergensi, A. 1563., jussu Parentis (*Epistola hujus ad D. Paulum ab Eitzen, modo allegata, teste*), domum rediit.

Carmen de causis mortis Christi. Witebergæ 1563. in 4.

MATTHÆUS DELIUS, Junior, sive Secundus, Hamburgensis, A. 1523. in lucem editus, eundem cum fratribus, jam laudatis, parentem habuit, sibi ὁμώνυμον, Scholæ Hamburgensis Rectorem, ob singularem doctrinam, & in docendo dexteritatem, amplissima Phil. Melanchtonis, Joh. Caselii, & aliorum, elogia meritum, Annoqve 1565., d. 30. Sept., extinctum. Ab hoc literarum rudimentis egregie imbutus, Witebergam migravit, & Luthero, Melanchtoni, aliisqve Academiæ luminibus, familiariter innotuit. Hi, exploratis præclaris ejus in literatura elegantiori & Poesi profectibus, diligentiaqve in Theologiæ studio haud vulgari collaudata, Juvenem hunc præ aliis admirari, & summa qvæqve de illo Ecclesiæ, patriæ ac Germaniæ universæ, polliceri cœperunt. Horas subsecivas Musis tribuebat, miraqve facilitate carmina scribebat elegantissima, qvæ, si cum ætate judicium accessisset maturius, locum ei inter Poetas Germaniæ principes haud postremum vindicassent. Sed gloriam hanc patriæ fata inviderunt, juvenemqve præcocis ingenii Witebergæ, d. 12. Aug. A. C. 1544., & æt. 21., Phtisi paulatim absumptum, terris morte immatura eripuerunt. Ad decumbentem Phil. Melanchton sæpe accessit, ipsumqve Lutherum aliqvoties secum adduxit, cui noster, repetita fidei professione, ob restitutam doctrinæ sacræ puritatem gratias egit, & longiora vitæ spatia optavit, voces has præsagas, qvibus eventus respondit, addens, ipso extincto mox docentium ac Principum γιγαντομαχίας esse secuturas. Vitæ ejus mortisqve historiam, laudibus præclaris additis, Phil. Melanchton, *in Præfatione Librorum* illius *de Arte Jocandi,* a se A. 1555. editorum, & Joh. Saxonius nostras, Acad. Witeb. Rector, in Programmate funebri (qvod *Scripta Acad. Witeb., ab A. 1540. ad 1553. publice affixa, ad A. 1544., lit. M. 2. a. b.,* exhibent), fusius enarrarunt.

Confer Alexii Naboth *Epicedium,* Witebergæ A. 1544. *in 4.* excusum, Joh. Jac. Frisii *Biblioth. Univers. p. 590.* & G. M. Königii *Biblioth. Vet. & Novam, lit. D.*

ELOGIA.

Phil. Melanchton, *in præfat. cit.,* ita de illo ad Parentem scripsit: *Præsertim dolendum fuit, Matthæum in ipso flore adolescentiæ extinctum esse, cum spes esset, magno eum usui & ornamento Ecclesiæ futurum esse. Nam & ingenium ejus omnium doctrinarum capax erat, & rectitudo judicii erat eximia; deinde virtutum, qvas in eo natura incboaverat, justitiæ, pietatis erga parentes, veritatis, candoris, modestiæ, castitatis, verecundiæ & temperantiæ, pulchrum decus erat. Sed multo illæ pulchriores erant, qvas filius Dei voce Evangelii & Spiritu sancto incenderat; vera Dei agnitio & invocatio, ardens fiducia Mediatoris, studium inqvirendi fontes doctrinæ & amor veritatis, alacritas in celebrandis Dei beneficiis, tolerantia in morbo, spes firma dulcissimæ consvetudinis cum cœlesti Ecclesia. Talis cum esset Matthæus, gratulabamur & ipsi hoc ingens bonum, qvod templum Dei esset, & nobis, qvod in nostro cœtu tale Ecclesiæ membrum esset, qvod & precibus, & propagatione doctrinæ, nos juvaret, & exemplo cæteris præluceret; & optabamus ei divinitus tribui longa vitæ spatia.*

Joh. Saxonio (*in Progr. Fun.*) *Juvenis* audit *honestissimus & egregie eruditus, cujus industria, si vixisset magno usui & ornamento Ecclesiæ futura erat.*

SCRIPTA.

De Arte jocandi Libri IV., carmine scripti Elegiaco, & a Phil. Melanchtone, cum sua ad parentem ejus, Matth. Delium Seniorem, præfatione, de tribus in sermone Virtutibus, veritate, comitate, & εὐτραπελίᾳ, editi Witebergæ A. 1555. in 8. Recusi, cum Vinc. Opsopoei *Libris III. de Arte bibendi,* Francof. A. 1578. & 1582. in 8., cum Libro Epigrammatum jocularium Eilhardi Dudovii, Hamburgensis, illo curante, Hamburgi A. 1602. in 8., & (testibus Ant. Sotomajoris *Indice Expurg. Hispan. p. 325. & seq.,* ac Königio *l. c.*), *in Deliciis Poetarum Germanorum,* a Jano Grutero collectis, *Tomo II.,* Francof. A. 1612. *in 8.* impresso, *p. 1110. & seqq.* Prodierunt etiam *in Facetiis Facetiarum,* Francofurti ad Mœnum sive (potius Amstelodami) A. 1715. *in 12.* recusis. V. *T. VI. du Journal literaire, P. I., p. 198. 199.* De his Melanchton, in *præfatione* (*Tomo* etiam *IV. Declamationum Witebergensium, p. 626 - 641. Ed. Argent. A. 1558.,* obvia), ita judicat: *Unicus hic liber de arte jocandi qvasi ex funere raptus est, qvem apparet scriptum esse, ut defatigatum ingenium seriis operis qvasi hac hilariore materia recrearet. Qvanqvam autem hæc aliter a grandioribus natu scribuntur, aliter ab adolescente, tamen edidi, ut specimen ingenii ipsius extaret; & a candidis lectoribus peto, ne morose judicent, ac non solum ætati condonent qvæ desiderant, sed etiam cogitent, nondum accessisse limam.* Commendantur etiam ab Erycio Puteano (*Delium in jocis non esse invenustum* scribente) *Cent. IV. Missuum Secundorum, Epist. 58., p. 309.,* Ol. Borrichio (*altius* eundem *se erigere* judicante) *Diss. IV. de Poet. Lat. p. 128.,* & Joh. Alb. Fabricio (libros hosce *festivos* appellante, sed Nostri, Autoris veri, Parenti ὁμωνύμῳ perperam tribuente) *in Præfat. P. I. Memor. Hamburg. p. 11.*

Scripta qvædam argumenti sacri affecta, de qvibus ita Melanchton *l. c.*: *Inchoarat jam utiles qvasdam lucubrationes, qvibus sese & ad cogitationem de Deo exuscitarat, & contra hostes puræ doctrinæ armaverat. Sed hæc qvia non pertexuit, nemo chartas diligenter collegit.*

MATTHÆUS DELIUS Tertius, Hamburgensis, primi ni fallor, itidem filius, & secundi, modo celebrati, frater, utriqve ὁμώνυμος, Mich. Beutheri, aliorumqve Virorum doctorum, in Acad. Argentinensi, circa A. 1568., in Jure, ac Polymathia reliqva, auditor, ac deinde (*A. 1571. & seqq.*) Philippi Ludovici, Comitis Hannovici, in itinere per Germaniam,

(1.) Teste Parentis Epistola ad D. Paulum ab Eitzen MSta. (2.) *In præfatione Lexici* πεντάγλωττου Val. Schindleri, A. 1611. scripta.

maniam, Italiam, Galliam & Helvetiam, Ephorus, a Nicod. Frischlino, in Epistola, qva Comiti huic Hymnos Callimachi, versione & notis a se illustratos, A. 1571. inscripsit, seqventi ornatus elogio: *Habet G. T. D. duos vitæ morumqve magistros, tanqvam Nestorem & Phœnicem, Joh. Sylvagium, Dn. a Coubeke, & Matth. Delium, Hamburgensem. Ex qvibus hic optimarum artium, Philosophiæ, Poetices, Musicæ, lingvarum & Juris Civilis, doctrina ita est ornatus, ut nihil de eo tam magnifice dici possit, qvod virtus ejus non superet. Sive enim lingvam causis acuit; seu civica jura respondere parat, seu condit amabile carmen, prima feret hederæ victricis præmia.* Huic alterum addo Viri docti ἀνωνύμου, a qvo, in Epist. ad Greg. Bersmannum A. 1580. exarata, & *Poematum* Bersmanni *Partis II.* Appendici A. 1591. inserta Epistolicæ, *Vir* idem salutatur *vere pius, & excellenter in jure, in tota Philosophia, in omnibus studiorum partibus, eruditus.*

Mich. Beutheri, Carolopolitæ, Commentariorum de rebus in Europa, & aliis qvibusdam orbis terrarum illustrioribus regnis, Carolo V. Imperatore, gestis Libri VIII., ex variis diversarum gentium, partim Latine, partim Italice, Germanice, Gallice & Hispanice, editis Annalibus decerpti, qvi complura, a Joh. Sleidano prætermissa, complent, multa, breviter ab eo tantum annotata, copiosius exponunt, qvædam etiam paulo aliter, qvam ille, commemorant; e L. Germ. in Latinam conversi a Matth. Delio, Hamburgensi: Appendix item rerum memorabilium Ferdinandi I. & Maximiliani II., Imperatorum, ad hanc nostram usqve ætatem gestarum, Autore & Interprete iisdem. Excusi cum Joh. Sleidani Libris XXVI. Commentariorum de statu religionis & reipublicæ, Carolo V. Cæsare, Argentinæ, apud Theodos. Rihelium, A. 1568. & 1572. in fol. Præfixa est Delii Epistola ad Senatum Hamburgensem Dedicatoria, A. 1568. exarata, in qva, se versionem hanc, Beutheri rogatu, esse aggressum, & illius etiam sæpe in eadem usum judicio, significat.

Illi etiam debetur, uti conjicio, Meditationum de Historia mundi Liber I., qvi, sub Matth. Delii nomine, Francofurti A. 1584. *in 4.* prodiit, teste *Parte I. Bibliothecæ Kielmanseggianæ p. 446.*

[Diversus a tribus Matthæis Deliis, Hamburgensibus, hactenus celebratis, est Matthæus Delius, Danus, inclytus Sec. XVI. Astrologus, qvi A. 1551. Oeniponte, e Thematis Genethliacis, Philippi II., R. Hisp., & Caroli, hujus filii, ab Archiatro Caroli V., Imperatoris, sibi oblatis, illum potentiæ suæ, qvando maxima foret, decrementa passurum, hunc vero, post maximas adversitates, in flore adolescentiæ moriturum, vere prædixit. Thema prius Joh. Wolfius *Centenario XVI. Lectionum Memorabilium p. 828.*, utrumqve vero Henr. Rantzovius, *in Exemplis Astrologicis p. 107.*, exhibuit, & tertium insuper, ab eodem Delio, Oeniponte Adolpho, Duci Holsatiæ, cujus nomen ignorabat, suo erectum rogatu, secutisqve temporibus ab eventu itidem comprobatum, *p. 299. 300. 301.* adjecit. A Joh. Is. Pontano etiam (*Deliusne*, an *Dalius*, appellandus sit, ambigente), *in Descript. Daniæ Chorographica p. 785.*, Viris hujus doctrina illustribus idem annumeratur, & *Astronomorum sui ævi* vocatur *clarissimus.*]

MARCUS HENRICUS DENCKER, Tellingstadio Dithmarsus, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de crepatura Viscerum, Præside D. Joh. Hadr. Sleevogtio. Jenæ 1699. in 4.

M. HENRICUS DETHARDING, Eiderstadiensis, supremis Philosophiæ honoribus Rostochii A. 1652. potitus.

Oratio de necessaria Virtutis cum literis comparatione. Rostochii 1653. in 4.

JOHANNES DETHLEVUS, Windberga Dithmarsus, Incola patriæ illiteratus. Vixit A. 1634.

Dithmarsche Historische Relation, van erer Ankunft, Religion, Seden und Krieges-Handlung, uth glorwürdigen Historicis, Reden, geschrevenen Chronicis, olden Brefen, Privilegien, Verdrägen, und anderen egentliken Vorteckenissen und Monumenten, tosamengedragen, ock eens Deeles nu erstlick angeföget. Chronicon est Dithmarsiæ Saxonicum ἀνέκδοτον, A. 1634. exaratum, de qvo, præter Ad. Henr. Lacmanni (titulum recitantis) *Orat. de Ordinis Eqvestris Cimbrici in rem Christianam meritis p. 30.*, Henricus Muhlius *Diss. I. Historico-Theol. de Reformatione religionis Cimbrica p. 41. 42.*, & *in Præfat. Orationis de Henrico Zutphaniensi, ibid. p. 406.*, ac Nicol. Pet. Sibbern (ejus possessor) *in Bibliotheca Historica Dano-Norwegica, c. 6., p. 172. 189.*, possunt consuli. Qvorum ultimo (*l. c. p. 172.*) teste, *Autor, licet in præfatione illiteratum & indoctum se venditet, singula tamen egregio studio, & insigni ἀκριβείᾳ, tradidit, usus ad id, ut ipse fatetur, schedis Joh. Adolphi* (al. Neocori), *Pastoris qvondam Büsani.*

REINHOLDUS DETHLEFS, Dithmarsus, J. U. D. Rostochii A. 1623. creatus: (*V. Seb. Bacmeisteri Syllabum Rostochii promotorum, in Nov. Lit. Lubec., M. Jul. A. 1701., p. 218.*, & Phil. Fabricii *Epicedia Nanniana, lit. B. 7. b. E. 6. a. b.*) Vixit A. 1629.

Disp. Jurid. de Matrimonio, Præside D. Ern. Cothmanno. Rostochii 1623. in 4.

DETHMARUS, Ordinis Minoritarum, in Cœnobio Lubecensi Catharinæo, circa A. 1368. 1374. & 1380., teste Jacobo a Mellen, ad documenta provocante idonea (1.), fuit Lector. Unde idem satis conjicit probabiliter, Autorem illum esse Chronici Lubecensis, lingva Saxonica, A. 1385., jussu & auspiciis Thomæ Moerkerkii ac Herm. Langii, Prætorum Lubecensium, a Lectore Ord. Min., nomine suo, ne vanæ studiosus videretur gloriæ, dissimulato, conscripti, cujus MS. membranaceum, Tomis II. (*in fol.*) comprehensum, in curia Lubecensi asservatur. Cui conjecturæ aliqvid ponderis accedere, monet, e donatione V. Marcarum Lubecensium, a Prætorum istorum altero, Herm. Langio, biennio post (A. 1387.), Dethmaro in ultimæ voluntatis facta tabulis. De Chronico ipso plura, sub nomine Thomæ Muerkerkii (qvem Conr. ab Höveln ejus fuisse scriptorem falso credidit), monebitur. Fusius de eodem, & Dethmaro Autore, disseruit Joh. Henr. a Seelen *in Selectorum Literariorum Specimine IV.*, *notitiam illius exhibente*, & Lubecæ A. 1720. *in 4.* edito. In qvo Tomus I., ab A. C. 1101. ad 1400., Tomus II. autem Continuatoris incerti, ab A. 1400. ad 1482., historiam Lubec. exponere traditur.

BRANDANUS DETRIUS Senior, Arithmeticus, sub Sec. XVII. initia, Hamburgensis industrius, Theologi cognominis (*statim celebrandi*) parens, A. 1626. mortuus.

Arithmetica, edder Reckenboeck, in Neddersassischer Sprake. Hamburgi A. 1602. 1608. 1630. (curante Nicolao, Autoris filio) & 1640. in 8. (*Draudius & Lipenius, eandem Hamburgi A. 1616. in 4. etiam prodiisse, perhibent.*)

BRANDANUS DETRIUS Junior, Senioris, modo memorati, ex Anna, Bernh. Brinckii, Mercatoris Verdensis, gnata filius (cujus cognomen a voce Græca δαιτρῶ, coqvum denotante, an recte ab Herm. Gerh. Welando (2.) derivetur, dubito), primam Hamburgi, d. 4. Jun. A. 1607., lucem aspexit. E scholis urbis patriæ, in Academiam se contulit Juliam, &, Georg. Calixto, Theologo ejus primario, Viro incomparabili, per octennium integrum, hospite, & altero ferme, sicut ipse fatetur (3.), parente, gavisus, hujus, Conr. Hotneji, cæterorumqve Professorum, ductu, cum φιλομαθέστατος esset, præclaros, in studiis sacris pariter atqve profanis, fecit progressus. A. 1633. Georgii Calixti, Præceptoris

(1.) *In Notitia Majorum suorum p. 86. 87.* (2.) *In Diss. Epistolica ad Joh. Niecampium*, A. 1706. edita, *p. 18.* (3.) In Epicedio, ei, A. 1656. scripto.

ceptoris sui, Gotham ab Ernesto Pio, Duce Saxonico, evocati, in itinere isto fuit comes, & a Principe hoc lauto trium annorum donatus est stipendio. Primitiæ munerum ejus sacrorum singulares fuerunt. Hugoni enim Grotio, seculi sui Phœnici, Legato tunc in aula Gallica Svecico, Ecclesiasten Lutheranum e discipulis Calixti desideranti domesticum, ab ipso Calixto, Jac. Lampadio, Consiliario Gvelphico, & Frid. Lindebrogio, JCto Hamburgensi, A. 1636. commendatus (1.), ejus jussu, per Ahasverum Matthisium, Hamburgi, ad officium istud vocabatur, his tamen legibus, ut in sermonibus suis verbis de Eucharistiæ mysterio uteretur generalibus, ejusqve Symbola Grotio, illiusqve uxori & familiæ, privatim, more Reformatorum, in Gallia etiam, & apud Lutheranos qvosdam Principes, recepto, distribueret (2.). His conditionibus in Viri summi familiam, M. Oct. A. 1636. (3.), Parisiis admissus, & munere in ea sacro, non sine ingenti aliorum, qvi illic vivebant, Lutheranorum confluxu, in annum usqve functus alterum, initio se illi, & doctrina, & moribus, & sententiis in religione moderatis, mirum in modum probavit (4.), cumqve non assiduum solum sermonum suorum auditorem, sed & communionis Eucharisticæ, qvanqvam in forma orbiculari, & sine fractione panis, administratæ, devotum, cum omnibus signis animi in ipsum, & cum ipso sentientis, æqvissimi, spectatorem habuit (5.), doctissimasqve in N. T. Annotationes describendas ab eodem accepit (6.). Verum, cum paulo post Detrius *Lutheranam*, qvam Grotius (7.) vocat, *intemperiem* in Demegoriis suis proderet, & modo Pontificios, modo Calvinianos, publice insectaretur (8.), inprimis autem Lutheranorum de controversia Eucharistica sententiam freqventer inculcaret, Thesesqve pro illa, Helmstadii a se editas, ac πολυτοπίαν corporis Christi defendentes, omnibus distribueret (9.), Grotius, contrariæ addictus sententiæ, alieniori ab eo esse cœpit animo. Promissorum is nostrum suorum amice primo commonefecit, & a tractandis publice controversiis absterrere est conatus (10.). Cum vero hac via nihil proficeret, ac Zelum illius, non solum conatibus suis in religionis negotio Irenicis esse impedimento (11.), sed odia etiam, cum Reformatorum, tum aulæ regiæ, sibi victum & annua ipsi præbentis, conciliare sibi (12.), cerneret, æruscandiqve præterea aviditatem (13.) & ingratitudinem (14.) deprehendisse sibi in eo videretur, a multis monitus, asperiora adhibenda censuit remedia. Abstinuit ergo ejus sermonibus, & monita negligere pergenti, silentio imposito, declamatoria ista in ædibus suis interdixit vehementia, tandemqve M. Sept. A. 1637. officium abrogavit (15.), data tamen potestate ad vernum usqve seqventis anni tempus in sua subsistendi familia (16.), vitæqve Christianæ, in literis ad Calixtum Systaticis, testimonio (17.). E Gallia in Ducatum noster reversus est Brunsvicensem, & Pastor initio Cœnobii Wehndensis A. 1638. (18.), seqventi autem 1639., a Georgio, Duce Brunsvicensi, Aulæ suæ Calenbergicæ Concionator, Senatorqve Ecclesiasticus, Hannoveræ constitutus. Ex hac, A. 1643., post supremos Theologiæ honores Helmstadii, Id. Mart., ipsi Justoqve Gesenio, Competitori, a Calixto, Præceptore, collatos, in aulam Ulrici, Ostfrisiæ Comitis, Auricensem, iisdem illic functurus dignitatibus, migravit (19.), inde autem, triennio post (A. 1646.), in urbem est evocatus Brunsvicensem, miroqve omnium illius ordinum consensu Jac. Wellero in Superintendentis subrogatus munere (20.). Huic dum præest, singulari eum gratia & amore Augustus, Dux Brunsvico-Gvelpherbytanus, Principum ævi sui eruditissimus, cœpit complecti. Is Theologi, sibi charissimi, in vicina licet urbe, non ferens absentiam, Anno tandem 1662. in aulam eum suam pertraxit Gvelpherbytanam, & non solum hujus Protecclesiasten, ac Consiliarium sanctiorem Ecclesiasticum, sed Consistorii etiam Directorem, supremum Ecclesiarum Ducatus totius Antistitem, Cœnobiiqve Riddagshusani Abbatem, constituit. In dignitatibus hisce, ab Augusti (A. 1667. extincti) filio & successore, Rudolpho Augusto, sibi prorogatis, Theologus hic semisecularis, non ob doctrinam solum, facundiam sacram insignem & vitæ sanctitatem, sed canitiem etiam & merita in Ecclesiam, venerabilis, pacisqve & tranqvillitatis illi restituendæ, maturiori præsertim ætate, Calixti sui exemplo, cupidissimus, consenuit, &, ob senectam, a laboribus curisqve gravioribus, in D. Justum Cellarium, Successorem designatum, translatis, vacationem A. 1685. impetravit. Vivis tandem, octuagenario major, d. 22. Nov. A. 1688. exemptus, corporis exuvias Cœnobio asservandas concredidit Riddagshusano. Tres habuit uxores: α. Elisabetham, Henr. Grobbeckii, Senatoris Helmstadiensis, gnatam, filii unici, & Annæ Sophiæ filiæ, Henr. Meibomio Juniori, Polyhistori eximio, Artisqve Medicæ & Historiarum in Acad. Julia Professori, d. 30. Aug. A. 1664. elocatæ, matrem, Hildesiæ A. 1642. mortuam; β. Margaretam Hackmanniam, Gerhardi ædis D. Mariæ Magdalenæ in civitate Hamburgensi Pastoris, filiam, Hamburgi d. 22. Apr. A. 1645. ductam, &, sex liberis, qvorum nullus Patri fuit superstes, in lucem editis, A. 1654. extinctam; γ. Claram Kohlmanniam, Joh. Drosemeieri, Parochi Elzensis, viduam, Hackmanniæ A. 1660. subrogatam, e qvo conjugio tres filios, Augustum, Canonicum Halberstadiensem, Brandanum, Canonicum Brunsvicensem Blasianum, & Christianum, Medicinæ cultorem, cum matre, reliqvit superstites.

Vitæ ejus, fusius haud dubie in D. Justi Cellarii, Successoris, Sermone in Matth. VII. 13. 14. funebri vernaculo, Helmstadii A. 1689. *in fol.* excuso (qvem non vidi), expositæ, σκιαγραφίαν elegantem Gener, Henr. Meibomius Junior, *Appendici Chronici Riddagshusani*, ab avo sibi cognomine scripti, A. 1688. (socero adhuc superstite), *Tomo III. Rer. German. p. 417. 418.*, inseruit. Cui, uti & Epistolis Grotianis, aliisqve Autoribus, jam allegatis, hactenus de illo relata debentur. Vitæ ejus Historiam uberiorem Phil. Jul. Riethmeierus, *Parte IV. Historiæ Ecclesiasticæ Brunsvic. Capite VIII., p. 588-595. 618. 619. 632-638.* exhibuit.

Confer de illo Anonymi (qvi Joh. Joach. Maderus esse fertur) *Duodenarium Sacrum Præsulum Brunsvicensium*, Magdeburgi A. 1654. *in 4.* editum, *num. 12., p. 23.*, Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 118. 119.*, Zach. Lundii ad eum Elegiam, *Libro II. Elegiarum* Vinc. Fabricii, *num. 10., p. 38. 39.*, insertam, D. Gerh. Titii *Ep. Dedic. Thesium suarum Theologicarum*, A. 1660. illi inscriptarum, Franc. Irenici *Indicem Autorum, Collegio ad Burgoldensem annexum, p. 31.*, Chr. Wilh. Eybenii *Eponymologium Criticum Tob. Magiri auctum p. 258.*, Christoph. Jac. Blumii Braunschweigisches Prediger-Gedächtniß *p. 7. 8.*, Georg. Henr. Götzii *Theologum Semisecularem p. 27.*, & Joh. Frid.

Hekelii

(1.) V. Grotii Epistolas ad illos, d. 18. & 20. Oct. A. 1636. scriptas, in Syntagmate Epistolarum ejus Amstelodamensi, *n. 666. 667. 674., p. 272. 275.* (2.) V. Grotii Epistolas ad Gvilh. fratrem A. 1637. exaratas, *l. c., in Append., n. 408. 410., p. 871. 872.* (3.) V. Grotii Epistolas *num. 1.* citatas, & aliam ad Gvilh. fratrem, d. 25. Oct. A. 1636. scriptam, *in Append., n. 382., p. 863.* (4.) V. Ep. ad fratrem, d. 12. Dec. A. 1636. scriptam, *in Append., n. 383., p. 864.* (5.) V. Ep. ad fratrem, d. 16. Oct. A. 1637. datam. (6.) V. Ep. ad fratrem, d. 29. Dec. A. 1636. exaratam. (7.) in Ep. ad fratrem, d. 8. Aug. A. 1637. scripta, *in Append., n. 405., p. 870.* (8.) V. Epp. ad fratrem, d. 18. Sept. & 16. Oct. A. 1637. datas, & aliam ad G. Calixtum d. 4. Oct. A. 1637. scriptam, *num. 840., p. 369.* (9.) V. Epp. ad fratrem, d. 10. Jun. & 18. Sept. A. 1637. exaratas, *in Append., n. 402. & 408., p. 869. 871.* (10.) V. Ep. ad Calixtum d. 4. Oct. A. 1637., & aliam ad fratrem d. 18. Sept. A. 1637. scriptam. (11.) V. eandem ad fratrem Epistolam. (12.) V. Ep. ad fratrem, d. 16. Oct. A. 1637. datam. (13.) V. Ep. ad fratrem d. 18. Sept. A. 1637. scriptam. (14.) V. Ep. ad fratrem, d. 3. Oct. A. 1637. exaratam, *in Append., n. 409., p. 872.* (15.) V. Epp. ad fratrem d. 8. Aug., 18. Sept. ac 16. Oct., & ad Calixtum d. 4. Oct. A. 1637., scriptas, & confer Alexi Mori *Calvinum p. 66.* (16.) V. Epp. ad fratrem, d. 18. Sept. & 3. Oct. A. 1637. scriptas. (17.) V. Epist. d. 4. Oct. A. 1637. exaratam, *num. 840., p. 369.* (18.) V. Christoph. Jac. Blumii Braunschweigisches Prediger-Gedächtniß *p. 7.*, & H. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 158.* (19.) V. ejus *Ep. Dedic. Disp. Inaug. de Baptismo*, D. Joh. Fabricii Jun. *Amœnitates Theol. p. 786.*, & Blumium *l. c.* (20.) V. Anonymi *Duodenarium Præsulum Brunsvicensium, num. 12., p. 23.*

Hekelii *Dedicationes Epistolarum Jac. Heilbrunneri & Casp. Barthii de Papatu minime Catholico, a se A. 1676. editam.*

ELOGIA.

Hugo Grotius, in Epistola ad Gvilhelmum fratrem d. 25. Oct. A. 1636. exarata (*in Append., n. 382., p. 863.*), *Juvenem* eum vocavit *optimum ex Calixti disciplina*, &, in alia ad eundem, d. 12. Dec. A. 1636. (*ibid., n. 383., p. 864.*), his verbis commendavit: *Brandanus, & moribus, & moderatis sententiis, mirum in modum se mihi probat.*

D. Joh. Balth. Schuppius (im Ninivitischen Bußspiegel *p. 146.*) ita, nomine suppresso, de illo scripsit: Es lebet in Deutschland ein vornehmer Theologus, der ein Hamburger Kind ist, umb welchen sich Fürsten, Herren und grosse Städte, gleichsam zancken, und wil ihn ieder gerne bey sich haben. Sie thun ihm præsenten, die ihm seine lebtage nicht in seinem Vaterlande wiederfahren wären, und sind in der opinion, sie haben ihre lebtage seines Gleichen nicht gesehen. Zu Hamburg aber achten sie nicht groß auf ihn, und reden fast von ihm, wie die Nazarener von Christo: Ist dieser nicht des Zimmermanns Sohn? Ein vornehmer regierender Fürst hat ihn zu seinem Oberhofprediger und Superintendenten vociret, ihm eine hochansehnliche Bestallung angeboten, und unter seiner Hand und Siegel versprochen, ehe er ihn mit Bezahlung seines Salarii aufshalten wolte, ehe wolte ers an seiner Tafel entrahten.

Herm. Conringius (*in præf. ad Georg. Cassandri & Georg. Wicelii scripta Irenica*, teste Eybenio *l. c.*) *Theologum* eum appellat *eximium, qvi summa pietate & prudentia Ecclesiæ inclytæ urbis Brunsvicensis ἐπισκοπὴν administrat.*

Rectori Acad. Juliæ (*in Programmate, Generi ejus, Henr. Meibomii, exeqviis A. 1700. consecrato, p. 21.*) *Vir* audit, *& dignitate, & doctrina, & pietate, venerabilis.*

Joh. Reiskio (*in Ep. Dedic., Exercitationibus de Oraculis Sibyllinis A. 1688. præfixa*) *Senex longo annorum & meritorum in Christianam Ecclesiam numero Venerandus.*

Joh. Werlhofius (*in Epistola Disputationi nepotis ejus, Herm. Diet. Meibomii, de Principum in dispensando potestate A. 1695. adjecta*) *pietatem* illius celebrat *sinceram & non fucatam.*

Henr. Meibomius tandem Junior, gener illius (*l. c.*), suum hoc Epigramma in ejus exhibuit imaginem:

Hæc vera est pietatis, & hæc gravitatis imago,
Si facit ad laudes frontis & oris honos.
At, qvas corporeo hoc Deus abdidit intus in antro,
Non potuit solers promere pictor opes.
Vis magna ingenii, & doctrinæ rara supellex,
Judicii robur nobile, suada potens:
Infucatus amor pietatis, & ardor honesti
Masculus, & Domini pro grege cura vigil.
Dotibus his placuit Ducibus, placuitqve Dynastis,
Sed semper studuit plus placuisse Deo.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Theses de Corpore & sangvine Domini, reapse præsentibus in sanctissima Eucharistia, Præside D. Georg. Calixto. Helmstadii 1636. in 4. Has Hugo Grotius, in Ep. ad Gvilh. fratrem, d. 18. Sept. A. 1637. scripta (*in Append. Edit. Epp. Amstelod., n. 408., p. 871.*) *in eos* esse judicat *contumeliosissimas, qvi πολυλατρείαν non agnoscunt.*

Disp. Inaug. de Baptismo, seu sacro regenerationis ac renovationis lavacro, Præside D. Georg. Calixto, vero illius (*uti ipsemet P. I. Responsi contra Moguntinos, §. 103., testatur*) Autore, defensa. Helmstadii 1643. in 4. Impugnavit eam, e Pontificiis, Barth. Nihusius, Apostata, in der Missive von der Taufe Johannis, wieder G. Calixtum und Br. Decrium, Moguntiæ A. 1644. in 8. edita.

Epistola de Judicio extremo, ad Justum Georg. Schottelium, Consil. Gvelphicum, prolixa, qvam Schottelius der Vorstellung des Jüngsten Gerichtes, a se A. 1668. Brunsvigæ in 4. publicatæ, præmisit.

Andr. Hyperii, Theologi Marpurgensis, Tractatus tres Theologici (1. Diss. de feriis Bacchanalibus, qvodqve apud Christianos locum habere nullo modo debeant; 2. Historia, qvæ legitur 2. Macc. XII., de donariis Hierosolymam missis ad sacrificium, pro expiandis mortuorum peccatis; 3. Verba 1. Cor. XV. 29. de Baptismo pro mortuis aliter, atqve hactenus, distincta & explicata), junctim denuo ex Biblioth. Gvelpherbytana publicati. Gvelpherbyti 1664. in 8.

Desid. Erasmi Roterodami Diss. de Bello nunqvam bello, ad vetustissimi adagii: *Dulce bellum inexpertis*; enodationem scripta, & operi Adagiorum inserta, nunc vero seorsim, cum Epistola Detrii Parænetica ad Augustum Fridericum, Ducem Brunsvic., edita. Brunsvigæ 1672. in 8.

Judicia & Responsa D. Mart. Lutheri, Phil. Melanchtonis, aliorumqve de Personis in certis gradibus, matrimonio jungi divina lege prohibitis; speciatim, qvod non liceat Viro uxoris suæ defunctæ sororis filiam ducere, & vice versa. Brunsvici 1677. in 4. V. Chr. Matth. Pfaffii *P. I. Introd.* ad Hist. Lit. Theol. p. 385.

II. GERMANICA.

Leichpred. über Friderich von Wrisberg, aus Ecl. XXVI. 20. Rinteliæ 1642. in 4.

Der treue und kluge Haushalter; oder Leichpred. über Henningum Janum, Schul-Rectorem in Braunschweig, aus Luc. XII. 42. 43. 44. Brunsvigæ 1654. in 4.

Hiobs frölige Hofnung und Gedult, oder Leichpr. aus Job. XIX. 25. Ibid. 1656. in 4.

Heilsames Gedächtnis des von den Todten auferstandenen JEsu, oder Leichpr. über Andr. Ramdohr, J. U. D. und Synd. zu Braunschweig, aus 2 Tim. II. 8. Brunsvigæ 1656. in 4.

Leichpr. über Justum Hessen, Predigern zu S. Cathar. in Braunschweig, aus Ps. XXV. 13-16. Brunsvigæ 1657. in 4. (*V. Blumium l. c. p. 27.*)

Veste in der Noht, oder Leichpr. über M. Joh. Callenium, Past. zu S. Mart. in Braunschweig, aus Nahum I. 7, Brunsv. 1658. in 4.

Leben und Sterben des Apostels Pauli; oder Leichpred. über Jac. Amfort, Predigern zu S. Andr. in Braunschw., und Minist. Seniorem, aus Phil. I. 21. 22. 23. Ib. 1659. in 4.

Leichpred. über D. Casp. Klockium, JCtum. Brunsvigæ in 4.

Ehrengraue Augustus-Krone, aus Thren. V. 15. 16. 17., und Gvelphischer Schwanengesang, aus Luc. II. 29-32., oder zwey Leichpredigten über Augustum, Hertzog von Braunschweig-Wolffenbüttel, gedruckt im Gvelphischen Traurgezelte über dessen Todt. Gvelpherbyti 1667. in 4.

Leichpr. über Hier. Imhoff, Fürstl. Braunschw. Raht. A. 1668. in 4.

Leichpr. über Maria Konerdinginn, aus 2 Cor. IV. 17. 18. Gvelpherb. 1668. in 4.

Himlische Hochzeitfreude und Ehrenschmuck einer GOtt verlobten Seelen, oder Leichpr. über August Friderich, Hertzogen von Braunschweig, aus Ecl. LXI. 10. Gvelpherb. 1676. in fol.

Konig Davids stetige Lust zum Lobe GOttes, oder Leichpr. über Sophia Elisabeth, verwittwete Hertzoginn von Braunschweig, aus Ps. XXXIV, 1-8. Gvelpherb. 1676. in fol.

Grundlehre des Heiligthums von der väterlichen Vorsorge und Regierung GOttes, oder Leichpred. über Justum Georg Schottelium, J. U. D. und Fürstl. Braunschw. Raht, aus Ps. LXXIII. 20-28. Gvelpherb. 1676. in 4.

Himmel auf Erden, oder Leichpr. über Fr. Christina Elisabeth, Hertzoginn zu Braunschweig-Wolffenbüttel, aus Ps. XXXVII. 4. 5. Brunsvigæ 1681. in 4.

Vierspitzige Himmelsleiter Jacobs, oder Einweihungspredigt der Bergkirchen auf dem Zellerfeld. Brunsv. 1684. in 4.

His addantur, quæ, mihi non visa, Wittenius, *Tomo II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 158. 159.*, memorat:

Evchologia Christiana, ex Ps. XX.

Philadelphia Christiana, ex Ps. CXXXIII.

Conciones funebres in Mich. VII. 9., Ps. XXV. 17. 18., Ps. LXVIII. 20. 21., Ps. XXXVIII. 20-23., Joh. III. 16., Ps. LI. 12. 13., Ps. XVI. 5. 11., Ps. XLII. 12. 1 Tim. I. 15. 16., Ps. XC. 11., Es. XLIII. 1. 2. 3. Ps. XXXI. 17-21., 1 Cor. I. 30., Ps. XCII. 13-16., & loca alia Biblica.

Sermones funebres Germanici circiter triginta, inter tria, quæ Brunsvici exegit lustra, ab A. 1646. ad 1662., per eum singulatim juris sunt facti publici, teste Riethmeiero c. l. p. 632.

NICOLAUS DETRIUS, Hamburgensis, Brandani Senioris (*supra memorati*) itidem filius, & urbis patriæ, post illum, Arithmeticus.

Arithmetica, oder Rechenbuch, ed. Hamb. A. 1654. in 8., in *Catalogo* ei tribuitur *Biblioth. Hafn. Fuireniana*. An sit diversa hæc ab Arithmetica Parentis Saxonica, Hamburgi A. 1630. *in 8.* denuo ab eo publicata, alii dispiciant.

JOHANNES DIECKE, Studiosus Theologiæ Hamburgensis, visu orbatus, A. 1719. superstes. Potestatem concionandi, ab Ordine sibi jam concessam Ecclesiastico, ab eodem deinde, ob cœcitatem, immerito esse denegatam, scheda (cujus recensum *in Nov. Lit. Lub., M. Aug. A. 1702., p. 247. 248.*, invenies) ostendere conatus est seqventi.

Kurtze und warhafftige, zur Befriedigung des Gewissens abzielende, Relation dessen, was zwischen dem Ministerio in Hamburg, und ihm vorgegangen, betreffend die ehmahls theurst versprochene, hernachmahls aber abgeschlagene, Vergünstigung zu predigen. A. 1702. in 4.

JOHANNES DIECKHOF, Not. Publ. Cæsareus, templiqve Eckernfördensis Organoedus, A. 1695. defunctus.

Breviarium Arithmeticum, oder kurtzer Unterricht und Anleitung zum Rechnen. Slesvigæ 1678. in 12.

Horticultura, propriæ ductu experientiæ Germanice conscripta, atqve ἀνέκδοτος, nec non MSSta alia Arithmetica, Geometrica, Poliorcetica, similiaqve Mathematica, sermone itidem elaborata Germanico, quæ filium Autoris, Ottonem, Prædii in Fionia Egeschoviensis hortulanum, asservare, V. C., Pet. Jani Lucoppidanus, A. 1700. per literas me edocuit.

HENRICUS DIENER, A. 1635., qvo nomen suum, cum Symbolo (*Officio mihi officio*), Joach. Morsii albo inscripsit, in civitate commoratus Hafniensi.

Descriptio itineris Legatorum Friderici, Principis Holsatiæ, in Moscoviam & Persiam ἀνέκδοτος, a Joach. Morsio, *in Annott. MSS. ad Album suum, f. 926.*, laudata.

JOACHIMUS DIETERDT, Hamburgensis, Theol. Cultor, Lingvarum amasius Orientalium a R. Davide Cohen de Lara, in *Lexici Talmudico-Rabbinici*, A. 1668. his inscripti, *Epistola* annumeratus *Dedicatoria*.

Exerc. Historico-Theologica de Henotico Zenonis Imp., qvod apud Evagrium L. 3. c. 14., & Nicephorum L. 4. c. 12., habetur, Præside D. Balth. Bebelio (qvi præfationem ei adjecit Encomiasticam) proposita Argentinæ 1673. in 4.

M. CANUTUS DIONYSIUS, Hatherslebiensis, Pastor in exercitu Danico castrensis.

Amores Balthici, seu Carmen nuptiis Friderici III., tunc Principis & postea Regis Danici, consecratum. A. 1643. in 4.

CONRADUS DIONYSII, Hatherslebiensis.

Elephas carmine descriptus, ad Virum ill., Georg. ab Alefeld. Hafniæ 1640 in 4.

MAURITIUS DISDORP, Holsatus.

Glückwünschung zu den hochzeitlichen Ehren und Freuden Ernesti, Graffen von Mansfeld. Argentinæ 1589. in 4. (*V. Nic. Bassæi Collect. libror. Germ., p. 310. 360.*)

HENRICUS DOBBIN, Lubecensis, Med. Doctor.

Ein nützlich Regiment, und kurtze Instruction von der Pestilentz, wie sich ein ieder Mensch in solcher schwachen Zeit præserviren, halten und verwahren, und wie man denen solle helffen, so mit pestilentzischem Gifte überfallen sind; zu Dienste der Städte Lübeck und Lüneburg gestellet. Lubecæ 1577. in 8.

JUSTUS DOCCEMIUS, Hamburgensis, Johannis, Doctoris Theologi, & Interpretis *Januæ lingvarum* Comenianæ Germanici, filius, Friderici III., Regis Daniæ, Consiliarius & Legatus in Archiepiscopi Coloniensis aula ordinarius, JCtus πολύγλωττος, atqve eruditus, A. 1669. superstes, qvem, ob Lingvarum Orientis peritiam, Joh. Henr. Hottingerus hoc celebravit Epigrammate, in *Appendice Enneadis Dissertationum Heidelbergensium*, Tiguri A. 1662. editæ, *p. 39.*, obvio:

An possint lingvæ & jura una in sede morari,
Disceptent veteres, & bona magna negent:
Bartolus & Baldus, rutilantia sidera legum,
Contemnant Græcos Abramidasqve viros:
Pergat & ingeminare suis Accursius: Eia!
Invia (qvid tentem?) Græcia tota mihi est.
At tibi, Doccemi, mundi præcordia finxit
Conditor omnipotens de meliore luto.
Jura tenes, lingvas calles; qvid restat, ut omne,
Juste, feras punctum, qvam pietatis amor.

Dissertationem eum unam atqve alteram edidisse, M. Christoph. Kraheus, Præpos. olim Hatherslebiensis, cui primam ejus debeo notitiam, per literas me, sed nulla argumentorum mentione facta, edocuit.

M. SAMUEL DOGIUS, Eiderstadiensis, laurea Philosophiæ suprema Lipsiæ d. 26. Jan. A. 1662., applaudente Vinc. Placcio (1.), potitus, Parochiæ in provincia natali Oldenswortensis, ad A. usqve fatalem 1690., Pastor, a D. Joh. Musæo (2.) laudatus.

Οὐρανολογία, seu Disp. Physica de Cœlo, Præside D. Joh. Ad. Scherzero proposita. Lipsiæ 1661. in 4.

Disp. Metaphysica de Creatione in actu signato, ab ipsomet Præside proposita. Lipsiæ 1662. in 4.

ACHATIUS DORINCK, Arithmeticus Sec. XVI. Hamburgensis.

Arithmetica, edder künstlike Reckninge mit Linien und Ziffern, up allerley Koophandel, samt der Welschen Practica, und Exem-

(1.) in Poematio peculiari, *Lib. 3. Carminum, p. 217-220.*, recuso. (2.) in der Ablehnung der Gewissener Secte, *p. 19. & seqq.*

Exempeln der eddelen Regel Cosa. Hamburgi 1549. & (cum nova præfatione Joh. Wemheieri, Scholæ Templi Cathedralis Arithmetici) 1578. in 8. (*L. Saxon.*)

STEPHANUS DORING, Civis & Pistor Lubecensis, qvi, trium initio viduarum maritus, qvartis sibi A. 1615. nuptiis Elisabetham Wesseliam, Virginem (D. Joh. Franckii, JCti & Consiliarii Saxo-Gothani, in conjugio cum Hansio Franckio posteriore, deinde matrem), sociavit, sed, sexta post eas hebdomade, septuagenarius obiit. Homo fuit illiteratus, sed pius, & in Codicis Biblici, aliorumqve librorum sacrorum & Historicorum, lingva editorum Germanica (qvorum Bibliothecam satis amplam congesserat), lectione probe versatus, hujusqve ope, teste Henr. Bangerti (cui notitiam ejus debeo) *Sermone* in obitum Wesseliæ, ultimæ ejus conjugis, *Epitaphio*, Lubecæ A. 1664. edito, ipsemet eodem idiomate scripta elucubravit, & *ἀνέκδοτα* reliqvit, seqventia:

Chronicon Lubecense, non indiligenter compilatum.

Seriem Consulum ac Senatorum Reip. Lubecensis, ab U. C. ad suam usqve ætatem; cum singularum familiarum insignibus, colorum varietate distinctis.

Confessionem fidei suæ de omnibus doctrinæ Christianæ capitibus.

Volumina aliqvot precum eximiarum, dictorumqve Biblicorum.

Congeriem locorum ex Patrum Lutheriqve scriptis selectissimorum.

Rythmos plurimos Germanicos, admodum devotos, legibusqve Poeseos vernaculæ satis congruos:

(*Conf. de illo P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 5., p. 439.*)

HERMANNUS HENRICUS a DORNE, Patritius Lubecensis, ac Toparcha Gallini & Weslohe hæreditarius, Hieronymi a Dorne, Consulis Lubecensis, filius e Gesa, Henr. Wedemhofii, Senatoris, gnata, unicus, d. 11. Aug. A. 1681. natus, supremis se Juris honoribus (qvos tamen ambire noluit) esse dignum, exantlatis, in Acad. Rostochiensi, Anno seculari 1700. (ætatis vero suæ 19.), omnibus Candidatorum examinibus, ostendit, &, ex itinere ad exteros in patriam redux, ducta A. 1704. uxore Margareta Brömsia, otio fruitur literario. Plura de ejus majoribus, vita ac studiis, *Nova Lit. Lubecensia, M. Nov. A. 1700., p. 326. 327.*, suggerent.

Disqvisitio Juridica solennis de Inobedientia impuni, ab eo conscripta, & Præside D. Joh. Kleinio defensa. Rostochii A. 1700. in 4. Recusa, in *Volumine Dissertt. Juridicarum Kleinii, Güstroviæ* A. 1706. in 4. V. de illa Lubecenses *l. c.*

HIERONYMUS a DORNE, Patricius Lubecensis, Toparchaqve hæreditarius Weslohensis ac Gallinensis, Hermanni Consulis e Margareta Wetkenia filius, Hermanni Senatoris nepos, Hermanni Consulis pronepos, & Hermanni Senatoris abnepos, d. 24. Jul. A. 1646. est natus, &, post reditum ex Academiis Giessena ac Leidensi, itinereqve ad Belgas, Gallos, Anglos, Germanos, Italos atqve Hungaros, literario, ob doctrinam & prudentiam, patriæ itidem Senator d. 12. Jun. A. 1680. (1.), & Consul d. 20. Febr. A. 1695. (2.), electus, multis eam legationibus, curioso antiqvitatum illius scrutinio, aliisqve meritis, sibi obstrinxit. In triplici cum Margareta Gothardi ab Hövelen, Consulis, Gesa Henr. Wedemhofii, Senatoris, & Dorothea Elisabetha D. Ant. Coleri, Consulis, filia, vixit conjugio, sed filium tantum unicum, in secundo susceptum, Hermannum Henricum, Jurisconsultum, cum tertio viduus d. 12. Oct. A. C. 1704., ac ætatis 58., vivis excederet, reliqvit superstitem. Plura de vita laudibusqve illius narrant Enochus Svantenius, Rect. Lubec., *in Progr. funebri*, &, qvi istud seqvuntur, Lubecenses *in Novis* suis *literariis, M. Nov. A. 1700., p. 326. 327., & M. Nov. A. 1704., p. 347. 348. 349.*, Pet. Ambr. Lehmannus in den Historischen *Remarqves* des Jahres *1704., n. 45., p. 356-359.*, ac Joh. Henr. a Seelen (Epitaphii etiam, in æde Mariana a filio erecti, Nummiqve funebris, recitans inscriptiones) *Parte I. Athen. Lubec. p. 157-163.* (3.). Conr. Sam. Schurzfleischii Epistola ad eum, A. 1685. scripta, *Tomo I. Epp. arcanarum*, Halæ A. 1711. edito, *num. 265., p. 436. 437.*, legitur.

Reliqvit Opus MS, Germanicum de Familiis Lubecensibus, a J. H. a Seelen *Parte IV. Athen. Lubec. p. 622.* allegatum.

CHRISTIANUS MARTINUS DORNIUS, Wilstriensis, filius Reimari, Consiliarii Danici, unicus, diem 18. Martii (4.) habuit natalem, e Gymnasio Lüneburgensi, ut Juris studio vacaret, in Academias abiit Lipsiensem atqve Heidelbergensem, Doctorqve illius in hac A. 1665. creatus, iter in exteras regiones, comite Theod. Anckelmanno, Hamburgensi, instituit literarium (5.). Domum ex hoc reversus, Consiliarii in Cancellaria Glückstadiensi Cimbrica regii dignitatem obtinuit, illaqve, per septem lustra, & qvod excurrit, gavisus, Anno, ni fallor, 1705. obiit. Bibliothecæ, qvam collegerat, locupletis, Hamburgi distractæ, Catalogus Glückstadii A. 1706. (6.) prodiit. Confer de illo Vinc. Placcii, tum *Epistolam Dedicatoriam Tractatus de Scriptoribus Anonymis ac Pseudonymis detectis*, & *Propempticon* jam allegatum, tum *Epistolam* aliam ad eum *jocosam* Metrico-Prosaicam, *Carminibus puerilibus ac juvenilibus*, Amstelodami A. 1668. editis, subjunctam.

Ethnarchia; h. e. Trium priorum Monarchiarum Reges, cum annis regiminis & successionis, regnorum mutationes, Historia sacra ab O. C. ad N. C., & res gestæ nobiliores, ductu M. Joh. Bunonis, in Gymnasio Luneburgensi memoriter recitatæ. Hamburgi 1660. in 4.

Disp. Jurid. de Salviano interdicto, Præside D. Amadeo Eckolto. Lipsiæ in 4.

Disp. Inaug. de Condictione ex lege, Præside D. Henr. Dav. Cunone. Heidelbergæ 1665. in 4.

REIMARUS DORNIUS, Wilstriæ Stormarsorum d. 14. Jul. A. 1594., patre Wolfgango, civitatis Consule, matre vero Catharina Finckia, natus, puer scholas patriam ac Lubecensem freqventavit, adultior vero Juris sibi, ab A. 1611., in Academiis Witebergensi, Rostochiensi, Marpurgensi, Giessena & Julia, paravit peritiam, tituloqve Doctoris A. 1621. in ultima impetrato, causarum forensium in Chersoneso nostra patronum seqventi egit decennio. A. 1630. tandem a Christiano IV., Rege Daniæ, Cancellariæ suæ Slesvigo-Holsaticæ adscriptus est Consiliariis, &, qvadriennio post, Canonicatu Templi Cathedralis in urbe donatus Slesvicensi. In qvam cum A. 1655., ad negotia qvædam expedienda, se contulisset, morbo illic fatali correptus, d. 20. Junii, sexagenario major, expiravit, filiumqve, qvem modo laudavimus, unicum, Christianum Martinum, e conjuge Margareta, Nicolai Bruhnii, Dithmarsiæ regiæ Præsidis, filia, susceptum, reliqvit superstitem. V. Historiam vitæ ejus, M. Joh. Gutbrotii, Parochi Wilstriensis, Sermoni in Ef. LVII. 1. 2. Germanico, in exeqviis habito, & Glückstadii A. 1656. *in 4.* excuso, adjectam, & confer de illo Nicol. Scribonii *Lib. I. Lusuum Gottorp. Anagramm. p. 14.*, Georg. Nic. Erasmi *Lib. II. Anagramm. Emmetr., n. 56.*, & Casp. Dancwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 6.*

Disp.

(1.) non 1676., qvem J. H. a Seelen substituit. (2.) non 1693., uti idem Seelenius tradidit. (3.) Conf. etiam de illo Lünebergii Mushardi *Monumenta Nobilitatis Bremensis* (in Genealogia Dorniana) *p. 348. c. d. e.*, & Jac. a Mellen *Lubecam A. 1698. literatam p. 4.* (4.) V. Vinc. Placcii *Ep. Dedic. Tractatus de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis*, A. 1674. ei inscripti, *sub finem.* (5.) V. Vinc. Placcii Propempticon ad eos, *Lib. III. Carminum, p. 294. 295. 296.* (6.) *in 8.*

Disp. de rerum divisione, & modis acqvirendi jure gentium dominii, Præside D. Christophoro a Lippe. Rostochii 1613. in 4.

Disp. Inaug. de difficillima Interdictorum, sive remediorum possessoriorum, materia. Helmstadii 1620. in 4.

Retorsion wieder D. Christoph. Krauthof, Land-Syndicum. Glückstadii 1651. in 4.

CORNELIUS a DOUBLER, Hamburgensis, Theodori, mercatoris, e Catharina Sophia filius, d. 6. Dec. A. 1646. in lucem editus, Helmstadii per qvadriennum, Tubingæ vero biennio seqventi, commoratus, ac J. U. Licentiati A. 1672. adeptus titulum, Galliaqve deinde, Italia ac Germania, perlustratis A. 1675. in patriam reversus, ac febri tertiana, d. 28. Aug. A. C. 1679., ætatisqve 33., extinctus. V. Historiam vitæ ejus, Latine a P. B., affini, editam.

Disp. Inaug. de Statu obligationis dividuæ, post mortem potissimum primi debitoris, Præside D. Joh. Andr. Frommanno. Tubingæ 1671. in 4. Recusa, in Volumine Exercitationum Juridicarum, Præside Frommanno habitarum, ibidem A. 1682. in 4.

DIETERICUS de DOUBLER, Hamburgensis, privatus in patria d. 4. Martii A. 1718. obiit, teste Joh. Alb. Fabricio, a qvo, *in præfatione Tomi II. Operum Hippolyti, Vir* salutatur *lingvarum, omnisqve rei Mathematicæ, peritissimus*, seqve, in *Commentarii* Chalcidii *in Timæum Platonis* (isti Tomo inserti) locis Mathematicis emendandis ac illustrandis, non parum adjuvisse perhibetur (1.). Idem Fabricius, *Libro Bibliothecæ Græcæ quarto, Parte II.* (2.), duas illius in *Porphyrii Vitam Plotini* adducit emendationes, & alibi (3.), eum, ante se Jamblichi Chalcidensis *Protrepticum ad Philosophiam*, sive *Commentariorum Pythagoræorum Librum secundum*, expolivisse, testatur.

Der Göttliche Rathschluß das Hauß Chur-Braunschweig auf den Groß-Britannischen Thron zu erheben, durch D. D. Hamburgi 1715. in 4. Scriptum sub solis literis nominis editum initialibus, in qvo Familiæ Brunsvico-Hannoveranæ, & Georgio Ludovico, istius Electori, regnum Britannicum, in Christoph. Cotteri & Christinæ Poniatoviæ Revelationibus, Vaticiniisqve Mich. Nostradami, prædictum jam esse, ostendere est conatus, &, sub finem, qvodnam medium sit unicum Longitudinem maris inveniendi, docere simul aggressus. V. Joh. Gottl. Krausium *l. c., Supplem. 11. A. 1715., p. 497.*, & Val. Ern. Löscherum (ineptias illius neopropheticas virgula merito notantem censoria) in den unschuldigen Theologischen Nachrichten, *Sect. I. A. 1716., p. 138. 139. 140.*

DIETERICUS de DOBBELER (a præcedenti haud dubie diversus), Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de negata Mobilibus seqvela. Groningæ 1718. in 4. V. *Hamburgum anni 1719. literatum p. 35.*

HENR. de DOBBELER Hamburgensis, J. U. D. & Basilicæ patriæ ab A. 1718. Canonicus. V. Anonymi *Hamburgum anni 1719. literatum p. 23.*

Disp. Inaug. de variis Qvæstionibus de materia Tutelari. Groningæ 1718. in 4.

EBERHARDUS DRAING, Hamburgensis, J. U. D., Curiæ supremæ Würtenbergicæ Tubingensis Advocatus, ac deinde, circa A. 1719., in patria Practicus.

Disp. Usum Theoretico-practicum distinctionis Rerum in mobiles & immobiles concernens, Præside Autore Joh. Gottliebio Hærlino, J. U. L. & Prof. extraord., defensa. Tubingæ 1715. in 4. V. de illa die gelehrte *Famam, P. LI. & LII., p. 235. 236.*

Disp. de Autoritate publica ad Pignoris seu hypothecæ publicæ constitutionem necessaria, Præside D. Gabr. Schwedero proposita. Tubingæ 1716. in 4. V. *Partem LVI.* der gelehrten *Famæ p. 579. 580.*

Disp. Inaug. de Amicitia ac reverentia, in effectibus suis Juridicis considerata, Præside D. Mich. Grasso proposita. Tubingæ 1716. in 4. V. de illa *Partem LX.* der gelehrten *Famæ p. 924. 925. 926.*

PAULUS DRAING, Petri filius, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, Senatoria dignitate, d. 2. Nov. A. 1702. sibi collata, ob plebis tumultum, cum Collegis pluribus, d. 7. Febr. A. 1708., se abdicavit, sed eidem mox d. 14. Iunii est restitutus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamb. p. 494.*, & *Ep. Dedic. Partis alterius Libri IV. Biblioth. Græcæ.*

Disp. Inaug. Jurid. de Pœnitentia, Argentinæ A. 1671. in 4., tum seorsim, tum *in Decuria I. Dispp. Inaug. Jurid. Argent.*, excusa.

M. GEORGIUS DREBBENSTED, Lubecensis, d. 21. Sept. A. 1599. natus, Academiarum Rostochiensis, Gryphicæ, Witebergensis ac Lipsiensis, alumnus, Ducis initio Saxo-Lauenburgici Ecclesiastes, per 17. annos, aulicus, deinde Pastor & Inspector, ab A. 1643., in Marchia Brandeburgica Wittstochiensis, tandem vero ædis in patria Petrinæ, ab A. 1648., Diaconus, & ab A. 1654. (d. 11. Maji) Antistes, d. 27. Dec. A. 1662. (Joh. Hilmerus, loco mox *citando p. 80.*, perperam diem 5. Junii anni 1663. substituit, ab Epitaphii, qvam subjungit, epigraphe dissentiens) defunctus & in Collegarum Epicediis, ob insignem Lingvarum, Græcæ, Hebrææ, Chaldææ, Syriacæ & Arabicæ, commendatus, peritiam. E qvibus Jac. Stolterfohtius ita de illo canit:

Tu tantum extuleras caput inter sacra docentes,
Qvantum Sol inter sidera celsa solet.
Eloqvio duras facili qvi flectere mentes
Noras, & dulci corda movere sono:
Ebræis & Cecropiis qvi labra rigaras
Fontibus, & nulli cedere svetus eras
Doctrina, gravitate, fide, pietatis amore,
Doctus constanter tristia qvæqve pati.

Epitaphii inscriptionem recitat Joh. Hilmerus in der von GOtt gewürdigten Lobeck *p. 81. 82.*

Disp. de Deitate Christi, contra Valent. Smalcium, Præside D. Val. Legdæo. Rost. 1622. in 4.

Primitiæ Theologicæ, oder Predigt über Gal. VI. 8., in S. Jacobs Kirche in Lübeck A. 1643. gehalten. Lubecæ 1644. in 4.

Explicatio dictorum qvorundam S. Scripturæ selectiorum, *in Catal. Nund. Autumn. A. 1643. Lipsiensium p. 36.* promissa.

HENRICUS DREIERUS, Lubecensis, JC. Vixit A. 1640.

Disp. Jurid. de præscriptis verbis, & in factum actionibus, Præside D. Valent. Riemero. Jenæ 1630. in 4.

Tr. de Præscriptt., a Joh. Marqvardo, *in Catalogo Autorum, Operi de jure Commerciorum adjecto*, ei tributus, qvi an a Disp. præced. sit diversus, dubito.

M. JOACHIMUS DREIERUS, Lubecensis, Classis in schola patria primæ, per integrum septennium, raro exemplo, fuit auditor, in Academia Rostochiensi Laur. Mulleri, J. U. postea Doctoris & Consulis Lubecensis, Ephorus, Henrici, D. Sim. Pauli, Theologi, filii, Professione deinceps potiti Medica, Præceptor, ac familiaris, cum aliorum Professorum,

(1.) Conf. J. G. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 11. A. 1718., p. 121.* (2.) *cap. 26., p. 120. 126.* (3.) *ibid. c. 28., p. 289.*

Professorum, tum Joh. Caselii atqve Henr. Bruczi, Medici atqve Mathematici, qvem Lingvæ Græcæ, in juventute neglectæ, amore jam incensum acriori, in perlegendis illius scriptoribus adjuvabat. Tubingæ hinc studiorum Henr. Brokesii (ad Consulatum deinde Lubecensem evecti), ab A. 1586., erat moderator, donec, seqventi 1587., M. Nov. Scholæ patriæ Lubecensis Conrector, in locum M. Nicol. Vorstii, eligeretur, commendantibus eum, tum aliis, tum Joh. Caselio. Officio hoc, in qvo Græcarum inprimis literarum inclaruit peritia per 43. annos, dexterrime functus, M. Febr. A. 1630. obiit, &, in successoris, M. Sebast. Meieri, inauguratione, d. 18. Apr., a Joh. Kirchmanno, Rectore, Oratione laudatus est funebri, modo relata fusius exponente, & A. 1721. a Joh. Henr. a Seelen, *Parte III. Athenarum Lubecensium p. 416-426.*, juris facta publici. Confer de illo Henr. Bangerti *Catalogum Præceptorum scholæ Lubec.*, & *Progr. funebre Seb. Meiero scriptum*, Jac. a Mellen *Indicem MS. Præceptorum Lubecensium*, M. Georg. Meisneri Carm. ad eum, Rostochii a Nath. Chytræo, V. Id. Sept. A. 1585. supremis Philos. ornatum honoribus, gratulatorium, & J. H. a Seelen, *c. l.*, *P. IV.*, *cap. XI. p. 203. 204.*

Symboli loco hoc usus est Hemistichio: *Non est mortale, qvod opto.*

ELOGIA.

Joh. Kirchmanno (*in Or. de vita Georg. Stampelii p. 12.*) *Vir* audit *doctissimus.*

Joach. Morsio (*in Albo MS. fol. 713.b.*) *Græcus insignis.*

Joh. Caselio (in Ep. ad Herm. a Dorne, Consulem Lubec.) *Vir vita & moribus integris, bonis literis egregie eruditus, & Græcis potissimum, industrius & fide præstans.*

Henr. Bangerto (*in Progr. fun. Meieriano*) *Vir clarissimus, & de schola Lubecensi optime meritus, ac in pangendis Græcorum metris imprimis felix, cujus, in instituenda juventute, fidem & sedulitatem nunqvam sine grata recordantur memoria, qvicunqve ex illis, qvi docentem audivere, in vita supersunt*; nec non (in *Programmate* alio, Joh. Henrici, Secret. Lubec., A. 1664. dicato exeqviis) *Vir ut ceteras artes, qvæ ad humanitatem pertinent, probe callens, sic Græcam lingvam ita edoctus, ut & recte eam doceret, &, qvoties usus postulabat, expedite illa loqveretur, atqve carmina in illa docta, qvorum multa ad nostras manus pervenerunt, pangeret.*

SCRIPTA.

Carmina Græca plurima, partim sigillatim edita, partim ἀνέκδοτα, qvæ Bangerti modo verbis commendavimus.

Cebetis Thebani Tabula, Græce, cum interpretatione Hieron. Wolfii, notisqve suis, ab eo (*testibus Catalogis aliqvot*) edita A. 1592. in 8.

MATTHIAS DREIERUS, J. U. D. & Canonicus in patria circa A. 1698. Hamburgensis, de Vinc. Placcii *Theatro Anonymorum & Pseudonymorum*, auspiciis ejus ac sumptibus A. 1708. in lucem edito, egregie meritus, obiit anno circiter 1718.

Disp. an reqviratur bona fides in præscript. Act. Person.? A. 1692. in 4.

Disp. Inaug.: Utrum Exceptio restitutionis in integrum, ex capite minorennitatis, sit perpetua? Groningæ 1693. in 4.

Præfatio de summa & scopo Theatri Anonymorum & Pseudonymorum Vinc. Placcii, illi, Hamburgi A. 1708. in fol. suis edito sumptibus, ab eo præmissa.

M. PETRUS DREIERUS, Lubecensis, Opificis filius, Scholæ primum Löbenichensis Regiomonti Præceptor, & deinde, titulo Magistri Witebergæ impetrato, Ecclesiastes patriæ, ab A. 1596. ad fatalem 1649., (qvo d. 25. Dec., Servatoris natali, æt. 87. obiit) per annos 54. continuos, Jacobæus, & totius Presbyterii Senior. Præter duas uxores, novem liberos, & qvinqve nepotes, superstes extulit, ante obitum oculorum lumine est privatus, V. Joh. Henr. a Seelen (Epitaphii etiam, illi in æde Jacobæa Lubecæ erecti, epigraphen recitantis metrico-prosaicam) *Partem I. Athen. Lubec. p. 293. 294. 295.* Jac. a Mellen Seriem MS. Ecclesiastarum Lubecensium, & G. H. Götzii *Theologum Semisecularem p. 15.*

(Symbolum: *Ab uno, & ad unum, omnia.*)

Harmoniam Psalmo-Evangelicam anniversariam, ac Psalmo-Catechesin, edidit teste Seelenio *c. l.*

Carmen Heroicum in adventum Joh. Sigismundi, Elect. Brandeb. Regiomonti A. 1593. in 4.

Liber Sententiarum, edder Sprökbook, darinn uthgelesene korte Sprøcke der Evangelien und Episteln. Rostochii 1617. in 8. (*V. Draud.*) *L. Sax.*

Fragestücke, up den kleenen und groten Catechismum Lutheri gerichtet. Rost. 1617. in 8. (*L. Sax. V. Draudium in Biblioth. Class.*)

M. PETRUS DREIERUS, Hatherslebiensis, Magistri titulum Rostochii A. 1643. adeptus, Urbis deinde patriæ Archidiaconus, A. 1670. superstes.

Disp. de S. Cœna, Præside D. Joh. Qvistorpio Sen. Rostochii 1643. in 4.

Disp. de Virtutibus Homileticis, veracitate, humanitate & urbanitate, Rostochii 1643. in 4.

Disp. de natura Metaphysices. Rost. 1645. in 4.

Disp. de natura Logices. Rost. 1646. in 4.

Disp. de illustribus qvæstionibus Philosophicis. Rost. 1646. in 4.

JOHANNES DRESEMANN, Scriba molarum civitatis Hamburgensis publicus, simulqve Templi Cathedralis, ab A. 1624., Vicarius, & Collegii Vicariorum, ab A. 1657. (d. 19. Aug.), Decanus, d. 3. Jun. A. 1671. mortuus. V. J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 619. 623.*

Kurtzer Bericht vom Uhrsprung und Erfindung der Mühlenkunst, auch derselben Nutzen und Nohtwendigkeit. Hamburgi 1640. in 4.

Politischer Discurs von Regenten und Oberherren. Hamb. 1653. in 4.

Kurtzer Historischer Bericht vom Anfange der IV. Monarchien, und derselben Königen, wie auch von ihrer Regierung, Leben und Tode; samt etlichen Annotationibus. Jenæ 1668. in 4.

Wunderspiegel Göttlicher Wercke und Geschöpfe, worauß des majestätischen GOttes Herlichkeit und Kraft, Allmacht und Weißheit, Güte und Gnade zu erkennen. Hamburgi 1671. & 1675. in 12. Commendatur a Joh. Frid. Mayero *P. II. Musæi Ministrorum Ecclesiæ, Sect. II., p. 77.*

Bericht vom Uhrsprunge und Erfindung des Bierbrauens. Hamb. in 4. (*Catal.*)

SAMUEL DRESEMIUS, Dithmarsus, Kal. Jun. A. 1578. in lucem editus (1.), P. L. C. & Philos. Magister in Academia, circa A. 1606., creatus est Francofurto-Viadrina, lustroqve illic ferme integro Hodegus juvenum studiosorum ad artium & lingvarum adyta fuit privatus, & Præceptor simul Knesebeckiorum, Eqvitum Marchicorum, in ædibus

(1.) V. Casp. Conradi *Millenarium II. Prosopographiæ Melicæ p. 16.*

ædibus D. Christoph. Pelargi, Theologi celeberrimi, domesticus (1.). Gymnasii tandem Electoralis, in urbe Berolinensi, Joachimici Rector a Johanne Sigismundo, Electore Brandeburgico, designatus, huic, per qvinqve circiter lustra, summa cum laude præfuit, &, inter Germaniæ Philologos ac Poetas ævo suo præcipuos locum haud infimum promeritus, d. 3. Oct. A. 1638. vivis sexagenarius (2.) excessit.

Confer de illo præter jam allegatos, Alb. Wichgrevii *Cent. I. Anagrammatum, Dec. IV., n. 4., p. 41.*, Willichii Westhovii *P. I. Poematum p. 140. 141.*, & G. M. Königii *Biblioth. Vet. & Novam, lit. D.*

ELOGIA.

Casp. Conradus (*l. c.*) hoc eum commendat Disticho:

Dresemius Vates, duce natura, arte magistra, est:
Digne illum laurum ferre qvis ergo neget?

D. G. Morhofius (*Or. VIII. p. 243.*) illustribus orbis literati e Cimbria accenset sideribus.

Jac. Thomasius (*in Diss. de Plagio Lit. §. 56.*) & Joh. Christoph. Becmannus (*in Notitia Universit. Francof., c. 7., p. 130.*) *Virum* vocant *doctissimum*.

Alb. Wichgrevius (*l. c.*) Carmina ejus *culte, terse & polite, scripta esse*, judicat, nominisqve Anagramma hoc exhibet: *Samuel Dresemius * Sere Musis laudem.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Epithalamium in nuptias M. Harderi Bulichii, Rect. Soltqvell., prolixum. Francof. ad V. 1603. in 4.

Qvæstiones aliqvot Philosophicæ, ad disp. propositæ. Francof. ad Viadr. 1610. in 4.

Disp. de Voce, ejusqve natura, causis & incrementis. Ibid. 1610. in 4.

Disputt. III. Ethicæ: 1. de justitia universali; 2. de Justitia particulari & talione; 3. de Jure & æqvitate. Ibid. 1610. in 4.

Diss. de Virtutibus boni Principis. Ibid. 1610. in 4.

Carmen παραγγελματικὸν de nativitate Jesu Christi. Ibid. in 4.

Carmen Panegyricum in laudes Joh. Sigismundi, electoris Brandeburgici. Ibid. 1610. in 4. (*V. Becm. Catal. Bibl. Francof. p. 150.*

Oratio super funere filii Joh. Voiti. Ibid. 1611. in 4. (*Catal.*)

Orationes duæ; prior de Industria & studio laboris; altera de Aeris salubritate, & studiorum commoditate, in valle Joachimica. Ibid. 1617. in 4.

Jesuitarum Carmina, in nupera Diæta Francofurtana, ubi maxime Reip. vulnera sanare opus erat, a viperina claudi illius, & mente, & corpore, militis, Ignatii Lojolæ, progenie, ad magis inflammanda & exulceranda eadem vulnera, passim disseminata. Cum Carminibus, Jesuiticis hisce libellis famosis oppositis. Junctim ἀνωνύμως A. 1619. prodierunt. Posteriora vero Antijesuitica Dresemio jam, D. Gotfr. Wegneri indicio, per Vinc. Placcium, *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 10., p. 404. 405.*, sunt vindicata.

Epigrammata XIV. elegantissima, partim Græca, partim Latina, in obitum D. Christoph. Pelargi, Academiæ ad Viadrum Francofurtanæ Theologi, A. 1633. edita, & postea a Joh. Chr. Becmanno *Notitiæ* suæ *Universitatis Francofurtanæ* (Francof. ad V. A. 1707. *in fol.* excusæ), *c. 7., p. 130. 131. 132.*, inserta.

II. ALIENUM.

Josephi Iscani de Bello Trojano Libri VI., carmine Heroico scripti, & aliqvoties sub Cornelii Nepotis nomine editi, Autori suo a Dresemio restituti, & Notis illustrati. Francof. ad Viadr. 1620. in 4. Recusi, cum Notis Dresemianis, in Ludovici a Smids, Med. D., Editione Historiæ Dictyos Cretensis & Daretis Phrygii de bello Trojano geminæ, notis variorum, gemmisqve & numismatis, illustrata, qvæ Amstelodami A. 1702. in 4. prodiit. Priorem Dresemii ipsius Editionem commendarunt, aliisqve prætulerunt, Ol. Borrichius *Diss. II. de Poet. Lat. p. 88.*, Lipsienses *in Actis Erud., M. Jul. A. 1691., p. 335.*, & D. G. Morhofius *T. I. Polyhist., Lib. 4., c. 11., p. 148.* Notæ Dresemii a Lipsiensibus, *in Actis iisdem, M. Febr. A. 1702., p. 56.*, *eruditæ*, & a Jac. Thomasio, *in Diss. de Plag. Lit. §. 56.*, *scitissimæ*, vocantur. Jac. Bernhardus, in recensu Editionis posterioris, *Novis Reip. Lit. Gallicis* inserto, *M. Febr. A. 1702., p. 207. 208.* easdem, in hac in meliorem redactas ordinem, bonas itidem esse fatetur, sed Dresemii præfationem affectationis in stylo Latino, ob voces phrasesqve, non solum obsoletas, sed & Græcas, ubiqve immistas, ridiculæ insimulat, &, ob hoc Cacoethes, Autorem *un terrible savant* jocose appellat. (De ipso Poemate, ejusqve Scriptore, Josepho Iscano, Anglo Episcopo Sec. XIII. Burdigalensi, lectu digna, præter Editores, suggerent Joh. Lelandus *T. I. de Scriptt. Britann., c. 217., p. 236-239.*, Gvilh. Cambdeni *Britanniæ Epitome p. 118.*, Joh. Prince *in the Worthies of Devon*, &, ex eo, Lipsienses *in Actis Erud., M. Jul. A. 1702., p. 289. 290.*, Gerh. Joh. Vossius *L. 2. de Hist. Lat., c. 56., p. 450. 451.*, Tob. Magirus *in Eponymol. Crit. p. 64. 65.*, Ol. Borrichius & Jac. Thomasius *ll. cc.*, Vinc. Placcius *in Tr. de Scr. Anon. & Pseudon. p. 184.*, *inqve Theatro eorundem, T. II., p. 222. 223.*, ac Joh. Alb. Fabricius *Lib. I. Biblioth. Lat. p. 72. 73. 74.*)

CHRISTIANUS DRUELÆUS, Parochiæ ruralis, in Præfectura Rendesburgensi, Kellinghusanæ Pastor.

Postilla Epistolico-Evangelica Harmonica; h. e. Dispositio Epistolarum Dominicalium & Festivalium Logica secundum concordantiam & Harmoniam Evangeliorum summariam. Stadæ 1656. in 8. (*3. Pl.*)

Des Ersten Theils Psalmodiæ Davidico-Ecclesiasticæ Erstes Zehn, welches 29. Concertlein, auß den zehn ersten Psalmen Davids, mit 1. 2. 3. und 4. Stimmen, begreiffet. Hamburgi 1650. in 4. Partes reliqvæ non prodierunt.

Promptuarium Biblicum, seu Commentarius totius S. Scripturæ amplissimus, *in Catal. Nund. Lipss. A. 1652. Vern p. 45.* promissus, & (sicut a V. Cl., Trog. Arnkielio, accepi) ad umbilicum ab Autore perductus, sed ἀνέκδοτος.

EILHARDUS DUDOVIUS, *Brahmugensis* (i. e., per ἀνάγραμμα, *Hamburgensis*), cum præfationibus suis, denuo edidit:

1. Joh. Frederi Sen., Past. Hamburg. & tandem Superint. Wismar., Encomion Hamburgi, carmine scriptum Heroico, & Witebergæ antehac A. 1537. publicatum, Hamburgi 1602. in 8. Cui tamen Editioni Epigrammatum Libri II. (qvorum prior memoriæ Virorum clarissimorum, & de Ecclesia & republ. Hamburgensi optime meritorum, consecratus fuisse perhibetur), in fronte licet promissi, non accesserunt.
2. Matthæi Delii Junioris, Hamburgensis, Libros IV. de arte Jocandi, juxta editionem Anni 1555. Witebergensem recusos, & Libro Epigrammatum jocularium auctos, Hamburgi A. 1602. in 8. (*De his supra jam est dictum sub nomine Delii*).

V. de illo Joh. Alb. Fabricii *Præfat. Partis I. Memor. Hamb. p. p. 10. 11.*

(1.) V. Frid. Taubmanni Carmen ad eum, *in Schediasmatis, Lib. I. Epigramm. p. 691. 692.* (2.) V. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1638.*

ANNA REGINA DUHLIA, qvam circa A. 1600. vixisse, & in urbis Crempensis vicinia vivis excessisse, Christ. Franc. Paulinus, mulieribus eam eruditis annumerans, testatur, ἀνέκδοτον reliqvit Volumen (*in 4.*) mediocre dictorum e singulis Periochis dierum dominicorum festorumqve Evangelicis insigniorum atqve ἐμφατικωτέρων, a se selectorum atqve illustratorum. V. Christ. Franc. Paulini hoch und wohlgelahrtes teutsches Frauenzimmer *p. 40.*

HENRICUS DÜRCOPIUS, Lubecensis, Templi in patria Jacobæi, ab A. 1695., Petrini autem Germanorum Hafniensis, ab A. 1706., Ecclesiastes & ab A. 1709. Pastor, simulqve Professor in Academia aliqvamdiu Catecheticus, Theol. Doctor Gryphiswaldiæ a Joh. Frid. Mayero, d. 23. Apr. A. 1711., creatus; Gener Georg. Ritteri, Pastoris apud Lubecenses Petrini.

V. de illo *Testimonium* Ordinis Ecclesiastici Lubecensis, qvo Hafniam discessurum commendavit, Lubecæ A. 1706. *in 4.* excusum, &, ex isto, *Nova Lit. Lubec., M. Oct. A. 1706., p. 319.* J. H. a Seelen P. I. Athen. Lubec. p. 295. 296. 297.

Otium Qvadragesimale, seu Meditationes de passione JEsu Christi, III. Disputationibus propositæ. Hafn. 1709. in 4. (*V. N. L. Lub., M. Jun. A. 1709., p. 269.*).

Disp. Inaug. de Concursu divino in sphæra naturæ, Præside D. Joh. Frid. Mayero. Gryphisw. 1711. in 4. cujus Sciagraphiam exhibet Pars XIII. der gelehrten Famæ p. 10. 11. 12.

Tägliche Haußschule vor sich und seine liebe Beichtkinder, aufgerichtet. Ratzeburgi 1698. in 8. Libellus Catecheticus, uxori inscriptus, de qvo V. *N. L. Lub., M. Sept. A. 1698., p. 172.*

Erste Milch, nicht nur den jungen Kindern, sondern auch den erwachsenen, vorgesetzet. Hafniæ 1707. & 1710. in 8.

Christl. Vorbericht an die deutsche Gemeine in Kopenhagen, wegen des öffentlich zu haltenden Catechismus-Examinis. Hafn. 1707. in 8. (*V. N. L. Lub., M. Maj. A. 1707., p. 148. 149.*).

Der feste Grund der seligmachenden Religion, wie er, aus H. Schrift, nach Anweisung des Catechismi Lutheri, zu legen und zu befestigen. Hafniæ 1707. & 1717. in 8.

Einige feurige Kohlen von der unendlichen Glut Göttlicher Liebe, nach Anleitung zweyer Sprüche heiliger Schrift, (Ps. CXVIII. 5. und Rom. VIII. 14.) zusammen geleget. Hafn. 1712. in 8.

Erster Milch erster Theil, worinn, bey zulänglicher Erklärung der 5. ersten Gebote, zugleich ein und ander Spruch und materie umbständlich ist angesehen, qvæ Hafniæ A. 1713. *in 8.* teste *Cat. nund.* prodiit.

Promittuntur præterea ab illo, teste Seelenio *l. c. p. 297.* seqventia, hactenus ἀνέκδοτα:

1. Disputatio Barbarismis Anti-Barbari Langiani opposita, de qva Præfatio Disputationis Inaug. consulenda.
2. Otium qvadragesimale continuatum.
3. Concursus divinus in Sphæra gratiæ.
4. Qvæstio, utrum Impii etiam vi meriti Christi resurgant?
5. Lectiones cursoriæ in Joh. XX. 17.

JOHANNES OTTO DÜRKOPIUS, Glückstadiensis, Caroli Rudolphi, Ducis Würtenbergici, Copiarum in Brabantia & Flandria Danicarum Archistrategi, Secretarius, in iisdem provinciis, bellicus, &, post reditum ex istis, Friderici IV., Regis Daniæ, Consiliarius Cameralis, A. C. 1712., & ætatis 48., Hamburgi defunctus, ac in Cœnobii Itzehoensis templo sepultus; Poeta Germanicus, etsi literis operam non dedisset, haud contemnendus. V. de illo Dan. Sassii *Præfationem* scripti seqventis.

Poetische Uebersetzung der heiligen Psalmen Davids, meistens nach den Melodeyen der Evangelisch-Lutherischen Kirchen-Gesänge; nach des Autoris Tode von Dan. Sassio, Predigern zu Altona, mit seiner Vorrede, ausgefertiget. Hamburgi 1715. in 8.

WILHELMUS a DUTHEN, Hamburgensis, J. U. D.

Conclusiones Juridicæ Inaugurales Theoretico-Practicæ. Altorfii 1677. in 4.

E.

JOHANNES EBELINGIUS Senior, Hamburgensis, Medici filius, Artis itidem Medicæ Doctor (Marpurgi A. 1617. ab Henr. Petræo creatus) & in urbe patria Practicus, Poliater ejusdem A. 1621. (1.), & deinde Protophysicus, est electus, simulqve templi Cathedralis fuit Vicarius, &, ab A. 1652. (d. 19. Febr.), Collegii Vicariorum Decanus. Qvo Decanatu cum Kal. Mart. A. 1657. se abdicasset, anno seqventi 1658., d. 8. Jul., est defunctus (2.), Filiumqve ὁμώνυμον pariter atqve ὁμότεχνον, Joh. Ebelingium Juniorem, ex Elisabetha, Ant. Cautii, Consiliarii Holsatici, filia (A. 1619. ducta & A. 1656. mortua), susceptum, supremisqve A. 1647. Patavii artis Apollineæ ornatum honoribus (3.), reliqvit superstitem.

Disp. Inaug. de Scorbuto, sine Præside habita. Marpurgi 1617. in 4. Recusa in D. Henr. Petræi, Prof. Medici Marpurg. *Agonismatis Medicis Marpurgensibus*, ibidem A. 1618. *in 4.* publicatis, *p. 386-408.*

Idea Loimodes; das ist: Kurtzer und einfältiger Bericht, wie man sich, in den ietzo schwebenden Pestilentzzeiten und Sterbeläuften, mit der Præservation oder Verwahrung, wie auch Curation und Heilung der Pestilentz, und etlicher ihrer Accidentien und Zufälle, verhalten solle; Auf Anordnung des Rahts der Stadt Hamburg außgegeben. Hamburgi 1628. in 4.

JACOBUS EBERHARDI, Parochus ruralis, in præfectura Trittoviensi, Barchstedensis.

Neue Bergstädische Kirchen- und Schul-Lust, bey renovirung der Kirchen, in etlichen Predigten vorgetragen. Hamburgi 1686. in 8.

JOHANNES VOLBERTUS EBERS, Slesvicensis, J. U. D. & Supremi Dicasterii Gottorpiensis, Judiciiqve Provincialis, Advocatus.

Disp. Inaug. de differentiis Juris Civilis & Jutici, circa successionem ab intestato, Præside D. Sim. Henr. Musæo. Kilonii 1708. in 4. (*V. Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1708., p. 157. 158., & M. Jul. p. 189.*

JOHANNES DANIEL EBERUS, Academiæ Kiloniensis, circa A. 1685., Secretarius, ac Vice-Bibliothecarius simul Gottorpiensis.

Genealogia familiæ Nobilium Dominorum a Thienen. Kilonii 1670. in fol.

Opus de familiis Nobilibus Holsaticis Genealogicum, in *Ep. Dedic. Genealogiæ* Thieniorum promissum. (*Conf. P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 14., p. 211. 241.*)

(Si idem

(1.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1046.* (2.) V. Fabricium *l. c. p. 618. 1046.* (3.) V. Jac. Phil. Tomasini *Gymnasium Patavinum, Lib. I., c. 57., p. 195-199.*

[Si idem hic est cum Ebero, qvem Svinfurtum, Franconiæ civitatem, Kilonio dedisse Gothofr. Ludovici, *P. I. Historiæ Rectorum & Scholarum p. 65.*, perhibet, Scriptoribus Cimbriæ adoptivis rectius accensebitur, & in Tomum rejicietur seqventem.]

EBERHARDUS EBIO, Husensis, Matthiæ (statim memorandi) filius, Parochus in Eiderstadia Tatingensis.

Kinder-Bibelbüchlein, darinn 1000. außerlesene Sprüche der H. Schrift, theils auf den Catechismum, theils auf die ordentlichen Evangelia, gerichtet, nebst einem Appendice etlicher schönen Reimgebetlein, zu finden. Slesvigæ 1663. in 12.

Christ-Biblische Spruch-Catechismus-Schul, darinn enthalten: 1. Die fünf Hauptstücke des Catechismi, mit der Auslegung Lutheri; 2. Biblische Catechismus-Ubung, oder Erklärung des Catechismi durch Biblische Sprüche; 3. Kurtze Catechismus-Fragen, vor die Jugend. Hamburgi 1690. in 12.

MATTHIAS EBIO, Husensis, Scholæ patria Cantor, ab A. 1616. ad 1673., d. 20. Dec. A. C. 1676., ac ætatis 86., mortuus. V. de illo J. M. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 360.*

Isagoge Musica, oder gründlicher Unterricht, wie ein Knabe, in kurtzer Zeit, die Musicam, mit geringer Mühe, lernen könne: Wobey, zur Ubung, XXII. teutsche Kirchengesänge fugesweise in unisono gesetzt sind. Hamburgi 1651. in 8.

Prodromus Cantionum Ecclesiasticarum, in Decades tres distributus; das ist: Vortrab geistlicher Kirchengesänge, deren etliche noch nie in die Musick gekommen, samt etlichen Psalmen Davids; mit 2. Stimmen, concertweise, nebst dem Basso Continuo, in ein Corpus füglich zu gebrauchen gesetzet. Hamburgi 1651. in 4.

MATTHIAS EBIO, Curovia Holsatus.

Disp. de notitia Dei naturali, Præside D. Christ. Kortholto. Kilonii 1679. in 4.

Diss. in Ebionem sub hoc titulo: Ebio in Ebionem, Hæresiarcham primum primi seculi, abnegatorem divinitatis Christi; i. e. Ebionismus breviter descriptus & refutatus. Plön. 1685. in 4. V. J. A. Schmidii *T. II. Introd. Sagittar. in H. E. p. 682.*

Catechismus-Fragen auß der Bibel, worinn die gantze Christliche Lehre deutlich vorgetragen. Lubecæ 1702. in 12.

BLASIUS ECKENBERGER, Lubecensis, (non vero Flensburgensis, uti perperam tradit Franc. Ern. Vogtius *in Commentat. in Leges Juticas de homicidio* §. 2. *p.* 3.) cum, A. 1594. se septuagenarium fuisse, & Scribæ Præfecturæ Flensburgensis regii, per annos jam 46., functum officio, ipsemet (1.) testetur, A. 1524. natalem haud dubie habuit, &, post reditum ex Academia Lipsiensi, ac Jus civitatis a Magistratu, sicut ipse refert, impetratum Flensburgensi, A. 1548., Christiano III. Rege Daniæ imperante, tractus scriba evasit suburbicarii. Qvo in munere illi, & Successoribus, Friderico II. ac Christiano IV., fidem suam ac diligentiam ita probavit, ut, una cum Adolpho, Duce Holsato-Gottorpiensi, Grammatei simul publici, in supremo Judicio provinciali, munere eum fungi voluerint, & A. 1559. præterea Dithmarsiæ, armis suis subactæ, leges corrigere, ac ad præsentem mutatæ reipublicæ statum accommodare, jusserint (2.). Octuagenarius A. 1603. adhuc fuit superstes, cum, triennio ante, Anno seculari 1600., sepulchro in æde Nicolaitana Flensburgensi contiguum parietem imagine sua, & hoc in eam Tetrasticho, vivus exornasset:

Ingens Lubecum genuit me, Lipsia culta
Formavit mores, Flenopolis thalamum.
Qualis erat facies, cum septuagesimus annus
Septimus effugeret, picta tabella refert.

Insignem, qva plerosqve ævo suo superavit, Juris Danici ac Cimbrici peritiam, summa industria, ac assiduo rerum forensium usu, comparatam, abunde ostendit Versio Nomocanonis Jutici Saxonica eximia, in gratiam incolarum Ducatus Slesvicensis (qvi cum Jure hoc omnes teneantur, non omnes tamen lingvam callent, qva conscriptum est, Danicam), hortatu Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, aliorumqve Consiliariorum Regiorum & Ducalium, juxta exemplar illius Danicum, Christiani IV., Regis, jussu, a Senatoribus aulicis revisum, emendatum, auctum, & a Nicolao Kaasio, Regni Cancellario, Hafniæ A. 1590. publicatum, concinnata, bis edita, & *Repertorio* illustrata utilissimo. Qvam cum, verbum verbo fideliter reddens, &, ubicunqve hoc fieri, ob diversum lingvæ utriusqve genium, non poterat, ipsa Prototypi Danici verba versioni suæ, Canuti, Episcopi Wiburgensis, Interpretis Latini (cujus eum vestigiis presse institisse a Pet. Resenio (3.) est observatum), exemplo, adjiciens, absolvisset, Regiorum Consiliariorum censuræ Andersschoviæ in Seelandia subjecit, &, post revisionem Georg. Schomakeri, J. U. D., accuratam, albos horum meritam calculos, hortatu Nicol. Kaasii, Cancellarii (a qvo regio ei de indemnitate prospectum est Diplomate (4.)), sub titulo A. 1593. edidit seqventi:

Dat rechte Jütische Lowboock Waldemari II., Könnings in Dennemarck, A. C. 1240. gestreven, unde A. 1590. övversehn, corrigeeret, unde in dem Dänischen verbetert, to Kopenhagen in de Druck utgegaen: Nu uth dem Dänischen in de Holsteenische Sprake, van Worde to Worde, alse dat beyden Spraken am nechsten hest geschehn mögen, up dat trüwlickste gebracht, unde ummegesettet. Slesvigæ 1593. in 4. Versioni, nomen interpretis Eckenbergeri, in priori hac Editione, non in titulo, sed sub finem Epistolæ ad Christ. IV., Regem, Dedicatoriæ, indicanti, seorsim paulo post accessit *Repertorium*, Joh. Adolpho, Duci Holst., dedicatum, & hanc præferens inscriptionem:

Repertorium Alphabeticum, darinn die Dänische Wörter, so in dem Loowboock etwas frembd und schwer zu verstehen mit unterlauffen, nach Ordnung des Alphabets erklaret zu finden seyn, und mit den Concordantiis Thordonis Deghn, Daniæ Legiferi, und aller anderen, Waldemaro II. gefolgten, Könige, Constitutionen, Recessen, Gaardsrecht, Handvesten, Privilegien, und allen andern Rescripten, Confirmationen, Erbvereinigungen und Verträgen, zwischen dem Reiche Dennemarck, und beyden Fürstenthümern, Sleswig und Holstein, aufgerichtet, imgleichen mit der A. 1573. publicirten Landsgerichtsordnung, verglichen werden: Es ist auch hinzugethan die Conciliation oder Vergleichung des Textes des Jütischen und Seeländischen Lowboocks. Slesvigæ 1594. in 4.

Secunda & Versionis (denuo revisæ), & Repertorii, Editio, nomen Eckenbergeri in ipso præferens titulo, sine mentione loci, A. 1603. *in 4.* prodiit. Non vidit vero lucem, qvam adjicere illi Noster parabat, Pars altera, Idiomate Saxonico (uti Index ejus, primæ præfixus, testatur) exhibitura: 1. Synopsin tabularem Nomocanonis Jutici; 2. Synopsin ejusdem Mnemonico-Poeticam; 3. varias de Juramentis commentationes; 4. Constitutiones Waldemari Regis, & Articulos ac correctiones Legum Thordonis Deghn. Daniæ Legiferi; 5. Tr. de emptione agrorum; 6. Admonitiones de processibus singularium aliqvot casuum; 7. Erici Glipping, Regis Daniæ, Jus fundi particulare (Birckrecht), Neoburgi in Fionia A. 1269. promulgatum; 8. alia hujus generis plura, in Indice illo enumerata. MSta hæc pars, teste Pet. Resenio, *l. c., lit. d. 1. a.*, & *in Bibliothecæ suæ Catalogo p. 121.*, superest in Bibliotheca, a se Academiæ Hafniensi, donata, nec differt, uti credo, ab Eckenbergeri Glossa oder Erklärung des Jütischen Lowbuchs, qvam Thomam Bartholinum Juniorem ἀνέκδοτον asservasse Bibliothecæ ejus Index posthumus, *p. 46.*, me edocuit.

Versio Saxonica Nomocanonis Jutici & Repertorium in hunc alphabeticum, tertia vice, curante Emanuele Wolfe-

(1.) *In Ep. Dedic. Editioni priori Repertor., Nomocanonis Jutici A. 1594. præfixa.* (2.) V. eandem *Ep. Dedic. Repertorii.* (3.) *In Proleg. Versionis Germ. Kraßliana Nomocanonis Jutici, lit. d. 2. b.* (4.) V. *Ep. Dedic. Editionis prioris.*

lio, Advocato Flensburgensi (qvi Joach. Blütingii Glossas etiam in eundem Nomocanonem, ineditas hactenus, adjecit), sub hoc Flensburgi A. 1717. *in 4.* prodierunt titulo: das Jütische Lowbuch, so in diesen Landen, vornehmlich im Hertzogthum Sleswig, introduciret und gebräuchlich ist, vor diesem zwey mahl, A. 1593. und 1603., von Blasio Eichenbergern in Holsteinischer Sprache herausgegeben, anjetzo aber, zum dritten mahle, wiederum in selbiger Sprache, samt dem vermehrten und verbesserten Repertorio oder Register, wie auch Joach. Blütings Glossa oder Erklärung über obgedachtes Lowbuch, zum Drucke befordert durch E. W. Repertorium Wöhlelius, teste Præfatione, multis auxit vocibus, meliori ordine disposuit, & omissis allegationibus Nomocanonis veteris Seelandici, jam abrogati, aliis ad Codicem novum Danicum Christianeum locupletavit remissionibus. De versione Eckenbergeri Joach. Blütingius, in *Glossa* sua *ad Pol., Tit., p. 1. 2.*, asperius hoc tulit judicium: In der translation oder Umsetzung aus der Dänischen in die Holsteinische Sprache, hat Bl. Eichenberg viel grosse Fehler begangen, Zusätze gemacht, auch an vielen Orten den Text sehr verdunckelt. Qvod a Vogtio *in Commentat. in Leges Juticas de homicidio*, §. 2. *p.3.* est repetitum, &, ni fallor, approbatum.

Confer de Eckenbergero qvæ, a me partem sibi maximam communicata, Pet. Resenius, Acad. Hafniensis JCtus urbisqve Præses, cum effigie ejus, in *Prolegomenis Versionis Germanicæ Nomocanonis Jutici*, ab Erico Krabbio concinnatæ, & a se Hafniæ A. 1684. *in 4.* editæ (*lit. d. 1, & 2.*), attulit, nec non *Partem I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 15., §. 12. & 14., p. 266-270.*, & Ant. Heimreichii *Lib. III. Chronici Frisiæ Borealis, c. 8., p. 283. Edit. sec.*

GEORGIUS EDERUS, Lubecensis, Ecclesiastes aulicus Saxo-Lauenburgicus, simulqve Ædis sacræ in monte S. Georgii, civitati vicino Ratzeburgensi, Pastor.

Fidelium crux & lux, aller Gläubigen Trübsal und Herligkeit, oder Leichpredigt über August Friderich von Göhren, aus 2 Cor. IV. 17. Lubecæ 1650. in 4.

Pauli refrigerium & desiderium, Trost und Lust, oder Leichpr. über Thom. von Göhren, Fürstl. Nieder-Sächsischen Oberhofmarschall, aus Phil. I. 21. 23. Lubecæ 1655. in 4.

Justi tribulationes, DEI miserationes: der Gerechten Hertzeleid, und GOttes Hülffe und Barmhertzigkeit, oder Leichpred. über Margareta Reichelinn, aus Ps. XXXIV. 20. Hamburgi 1655. in 4.

ESDRAS EDZARDUS, Hamburgensis, Jodoci, primi novæ ædis Michaelitanæ Pastoris, filius, d. 28. Jun. A. 1629. in lucem editus, &, cum, decennio ferme integro, Lingvis Orientalibus, præsertim vero Hebrææ, ejusqve Dialectis, & Theologiæ, operam, in Academiis Germanicis, sedulam pariter atqve felicem impendisset, Licentiati hujus titulum in Rostochiensi, d. 2. Sept. A. 1656., Brabeuta D. Joh. Georg. Dorscheo, adeptus, omnem vitam reliqvam in urbe patria & otio transegit literario, sed valde, etsi a muneribus abhorreret publicis & librorum scriptione, negotioso. Integro enim hoc semiseculo, & qvod excurrit, omne ferme tempus suum domesticæ & gratuitæ Studiosorum, in literis lingvisqve sacris, & studiis Thalmudico-Rabbinicis, ac puerorum in Catecheseos rudimentis, institutioni, potissimum vero Judæorum ad sacra Christiana conversioni, eo dicavit successu, qvem non patria solum aut Germania, sed gentes etiam exteræ cultiores, sunt admiratæ, hisqve laboribus Kal. Jan. A. C. 1708., & æt. 79., est immortuus. Fusius de his, scriptisqve (pauculis licet atqve exiguis), & aliis ad vitam ejus spectantibus, Tomo commentabimur ultimo. Consulantur interim, præter vitæ Historiam, *Novis Literariis Germanicis, M. Febr. A. 1708., p. 76-80.*, insertam, & a Joh. Alb. Fabricio, *P. II, Memor. Hamburg. p. 1032-1044.*, repetitam, Joh. Georg. Dorschei duo Programmata, & Oratio solennis, qvibus promotioni ejus A. 1656. prælusit Academicæ, *in Sylloge semestri Miscellaneorum Historico-Theologicorum* (Rostochii A. 1669. edita), *p. 77-104. 187-209. 236-240.*, J. Fr. Buddæi *Appendix Lexici Historici p. 9.*, & Chr. Woltereckii ausführlicher Bericht von allerhand neuen Büchern, *Sect. I. A. 1708., p. 125-128.*

GEORGIUS ELIEZER EDZARDUS, Hamburgensis, Esdræ, modo laudati, ex Angelica Lessia filius, Lingvæ Græcæ & Historiarum in patriæ Gymnasio Professor, d. 18. Jun. A. 1685., in Rud. Capelli locum, electus, hujusqve Rectoratu A. 1710. qvinta vice functus. A. 1717. professione Græco-Historica Mich. Richæo cessit & in munere vicissim Lingvas docendi orientales Jo. Christoph. Wolfio successit.

V. de illo Vinc. Placcii (cui *filius* audit *Esdræ Edzardi plane patrissans*) *Invitationem super Symbolis ad Anonymos & Pseudonymos detectos promissis, p. 34. 35. 60.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1094.*, & Magni Ronnovii, Sveci (a qvo *Musarum Orientalium ac Græcanicarum delicium, Vir maxim ingenii, inqve literis Orientalibus aliisqve solidissime versatus*, appellatur), *Notas ad Cod. Thalm. de æstimationibus*, A. 1690. a se editum, *p. 11. In literis Thalmudicis hodie Princeps* & Labores ejus Gemarici *eruditi* audiunt J. A. Fabricio *in Bibliogr. antiq. p. 4. 5.*

SCRIPTA EDITA.

Programmata funebria Hamburgensia, sigillatim scripta & *in fol.* edita, in exeqviis: 1. D. Alb. Schreiningii, Syndici, A. 1688.; 2. Casp. Westermanni, J. U. L. & Senatoris, 1688.; 3. Jac. Sylmii, J. U. L. & Senatoris, A. 1693.; 4. D. Joh. Theod. Schafshusii, Consulis, A. 1697.; 5. Vinc. Placcii, J. U. L. & Gymn. Prof., A. 1699.; 6. Eberh. Anckelmanni, Th. Lic. & LL. Or. Prof., A. 1703.; 7. Pet. Meieri, J. U. L. & Senatoris, A. 1703.; 8. Joh. Wincleri Ord. Eccl. Senioris, A. 1705.; 9. Joach. Lemmermanni, Consulis, A. 1704.; 10. D. Lucæ a Bostel Consulis, A. 1716. 11. Georg. Heldii, J. U. L. & Senatoris, A. 1716. 12. Ludov. Becceleri, Consulis, A. 1722. 13. D. Gerh. Schröderi, Consulis, A. 1723.

(Ex hisce primum, secundum, tertium, qvartum, septimum & nonum, Joh. Alb. Fabricius Hamburgi A. 1710., *Parte I. Memoriarum Hamburgensium*, sextum Georg. Henr. Götzius Lubecæ A. 1708., *in Elogiis Philologorum Hebræorum p. 73-80.*, & octavum Casp. Büssingius Hamburgi A. 1705., sub finem Sermonis sui in Wincleri, memoriam funebris Germanici, ac J. A. Fabricius A. 1711., *P. III. Mem. Hamb., p. 351-365.*, reliqva *P. V. p. 298-312. 352-365. 371-387. 398-412.* curarunt recudi.)

Tractatus Thalmudici *Avoda Sara*, sive de Idololatria, Caput Primum, e Gemara Babylonica Latine redditum, & Annotationibus illustratum. Præmissa est Præfatio, qva usus capitis hujus contra Judæos ostenditur. Hamb. 1705. in 4.

Ejusdem Tractatus Caput II., versione Latina & Annotationibus itidem illustratum. Hamburgi 1710. in 4. Recensum A. 1711. exhibuit Anonymi Neuer Büchersaal, *Sect. 6., p. 470-494.*

Gabr. Groddeckii, LL. Or. Prof. Dantiscani, Spicilegium librorum Anonymorum & Pseudonymorum, qvi lingva Rabbinica, partim impressi, partim MSSti, reperiuntur, ab eo Notis suis hinc inde firmatum atqve auctum, & Vinc. Placcii *Theatri Anonymorum & Pseudonymorum posthumi*, Hamburgi A. 1708. *in fol.* excusi, *Tomo I.*, Appendicis instar (*p. 679-726.*), adjectum. In Notas hasce Edzardus Schediasmatis de eodem argumento integri, qvod Vinc. Placcius (*in Invitat. ll. cc.*) in gratiam suam ab eo jam esse concinnatum retulit, materiam congessisse videtur.

Tractatus Thalmudici Berachot, sive de Benedictionibus & precationibus, Caput primum, e Gemara Babylonica, Latine redditum, annotationibusqve illustratum. Hamb. 1713. in 4. cujus Recensus honorificos Lipsienses *in Actis Erud. Germanicis, P. XIII. p. 23-34.* & Val. Ern. Löscherus in den Unschuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1713. p. 989. 990.* exhibuerunt.

INEDITA.

INEDITA.

Codicis Thalmudici *Avoda Sara* Gemara utraqve, Babylonica & Hierosolymitana, ab eo juvene (teste Ronnovio *l. c.*) Latine translata, cujus capita tantum duo priora hactenus prodierunt.

Versio Latina Alcorani, ab ipsomet *in Notis ad c. 1. hujus Tr. Thalm. p. 184.* allegata.

Or. auspicals, qva, in Gymnasio Hamburgensi, d. 9. Jul. A. 1685., a Lingvæ Græcæ Professore, ut officio suo satisfaciat, literaturæ etiam Hebrææ cognitionem reqviri, ab eo est ostensum. V. J. A. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 1094.*

Codicis Thalmudici Berachot (cujus Cap. 1. tantum edidit) Capita qvinqve reliqva, eodem studio translata & illustrata. V. Jo. Massonii *Hist. crit. de la Republ. des Lettres p. 452.*

JOHANNES ESDRAS EDZARDUS, Esdræ filius, Hamburgi d. 23. Junii A. 1662. natus, cum studiis sacris, in Academia Giessena, aliisqve Germaniæ & Helvetiæ, vacasset, Rostochiiqve eorundem tyrones docere cœpisset, Templi S. Trinitatis, in Metropoli Angliæ Londinensi, Lutherani Pastor A. 1686. est electus; & Gerh. Martens, Stadensi, primo ejusdem Antistiti, in munere hoc subrogatus. Obiisse Londini perhibetur d. 15. Nov. A. C. 1713., & ætatis 52., *in Appendice Lexici Eruditorum compendiosi Germanici Lipsiensis p. 2625.*, M. Majo A. 1714. a Joh. Jac. Schudtio *Parte I.* der Jüdischen Merckwürdigkeiten, *Lib. V.*, *c. 8.*, die autem 10. Maji A. 1714. a Christ. Grundmanno *in Urnis Literatorum, A. 1714. defunctorum (Tomo IV. Miscellan. Lips.) p. 289.*

Mariæ gutes Theil, als das Theil der Gerechten, oder Leichpredigt über Mariam II., Königinn von Groß-Britannien, aus Prov. XIV. 32., d. 10. Mart. A. 1695. gehalten. Hamburgi 1695. in fol. (*Catal.*)

Historia Angliæ Ecclesiastica *ἀνέκδοτος*, sed prælo parata, qvæ a Joh. Chr. Wolfio (*in Diss. de Carcere eruditorum Museo p. 24.*) laudatur. conf. *appendic. Lex. Erud. Lips. p. 262.*

M. SEBASTIANUS EDZARDUS, Hamburgensis, Esdræ filius natu minimus, e parentis ac Vinc. Placcii disciplina dimissus, Anno æt. 18. Belgium ac Angliam, indeqve redux Academiam Witebergensem, adiit, & in hac, spatio annuo vix elapso, Magistri titulum (1.), locumqve deinceps A. 1696. inter Ordinis Assessores Philosophici, neutiqvam vero Professionem (uti Joh. Clericus (2.) credidisse videtur) Philosophicam, obtinuit. Hæc enim, & Logico-Metaphysica qvidem, in Gymnasio ei urbis patriæ Hamburgensis, Anno demum 1699., Prid. Non. Martii, cum beneficio sortis D. Joh. Alb. Fabricio, numero suffragiorum pari gaviso, esset prælatus, obtigit, & d. 30. mensis ejusdem Oratione de accessionibus Metaphysicis solenni ab illo est inchoata (3.). Parente & fratribus longe scribacior, Scriptis minutioribus adversus Theologos, non Reformatos solum, sed & Lutheranos, Heterodoxiæ a se accusatos, Polemicis qvam plurimis inclarescere hactenus studuit, sed eo, cum & Zeli præcipitis nimia, in controversiis etiam minoris momenti, *ἀμετρίᾳ*, & acrimonia styli maledica, freqventer peccaret, eventu, ut, ex ingenti Virorum, qvos lacessivit, celebrium numero, vix unus aut alter (sicut ab Anonymo Ad. Rechenbergii Hyperaspista (4.) jam est observatum) responso adversarium hunc sit dignatus, Reges autem Principesqve Germanici, publica autoritate in sontes pariter atqve insontes promiscue sævientis audaciam intolerabilem coercendam esse, judicaverint. Hos inter Fridericus, Rex Prussiæ, ab Academiæ suæ Halensis (qvam vernaculo ille sermone, maligna literæ unius mutatione, die Höllische, sive Tartaream, vocaverat) Professoribus, in *Cohortis fanaticæ impietate* acerbe traductis, d. 10. Mart. A. 1703. imploratus, suas de illa qverelas, eodem mox anno, & postea aliqvoties, per Legatum ordinarium, summa cum indignatione, ad Senatum detulit Hamburgensem. A qvo, post causæ cognitionem, & Scriptum istud vendi est prohibitum, & Autor, qva par erat, severitate objurgatus, officii etiam publici, si Dramatis de Parochiæ Hamburgensis Jacobææ turbis Scriptori Satyrico, ipsum sub *Philomatis*, ob eundem libellum, exagitanti nomine (5.), tuto credi potest, jacturam, nisi Dux pro eo Brunsvico-Lüneburgicus intercessisset, passurus. Qva de re Academiæ Halensis ad Regem suum, Regisqve ad Senatum Hamburgensem, Epistolæ Germanicæ, typis excusæ publicis, & Edzardi Apologia ad senatum patriæ, qva styli sui excusare eodem A. 1703. conatus est maledicentiam, itidem vernacula, possunt consuli. Qva Magistratus sui censura cum nihilo ille redditus moderatior, & Reformatos, & propriæ Doctores Ecclesiæ, sibi suspectos, lacessere Diatribis plurimis pergeret, qvinqve ex his, *de fugienda cum Reformatis unione, de causis Unionis a Calvinianis quæsitæ, de Cœna Domini contra Spenerum, adversus Joh. Fabricii Jun. Considerationem controversiarum, & de Calvinianorum Pelagianismo*, intra triennium publicatæ proximum, d. 23. Febr. A. 1705., ejusdem Monarchiæ Prussici jussu, velut *in Deum blasphemæ, Principes inter se committere laborantes, dictisqve refertæ injuriosis ac violentis*, Berolini publice igni sunt addictæ (6.). Verum nec hac contumelia, nec decreto, qvo Ordines Germaniæ Principesqve Evangelici universi A. 1707., in Comitiis Ratisbonensibus, Zelum ejus turbulentum, importunum & maledicum, damnarunt, coercendumqve judicarunt, publico, absterreri potuit, qvo minus censuram in Scripta aliorum Theologica pari deinceps etiam exerceret licentia, imo ipsi huic Decreto, eodem A. 1707., scheda obstreperet vernacula (der Ablehnung der Auflagen der Reformirten Theologorum), & in illa styli sui maledicentiæ, maledictis Reformatorum aliqvot, tum in Lutheranos, tum in fidei ejusdem socios, similibus, undiqve coacervatis, patrocinaretur. Vehementiam ejus in scriptis polemicis, contra Reformatos præsertim, maledicam anno jam 1706., in Comitiis Ratisbonensibus, decreto damnatam esse, coërceriqve jussam, Ordinum Imperii Germanici Evangelicorum publico, bis deinceps, cum nihilominus in illa pergeret, repetito, tradunt Halenses *Sect. 48.* der Neuen Bibliothek *p. 675. 676.* Ubi additur, fusius de Decreto isto dictum esse in dem Monatlichen Staats-Spiegel, *M. Nov. A. 1706.*, *p. 20.*, der Staats-Kantzelley, *T. XIII.*, *p. 166. & seqq.*, ac dem Bücher-Cabinette, *T. V.*, *p. 932. & seqq.* In eandem ipsius contra Reformatos maledicentiam Fridericus Wilhelmus, Rex Borussiæ, exemplo parentis, A. 1719., *in Epistola ad Magistratum Civitatis Hamburgensis pro Reformatis hujus incolis Germanica p. 8.*, graviter est invectus, illamqve pœnis compesci, ac libellum famosum adversus eosdem nuperum supprimi, serio, minis adjectis, flagitavit. Non displicuit tamen ista Theologis aliqvot Lutheranis, &, hos inter, Joh. Fechtio, *in Lectionibus posthumis in Syllogen suam Controversiarum, Disp. III.*, *p. 19-66.*, Schediasmata ejus polemica fuse enumeranti & commendanti, Autoremqve *p. 85.* *Virum* vocanti *longe eruditissimum, qvi, non obstante, qvod religionis nostræ adversarii extremo probri genere in ipsius scripta grassati fuerint, omnium bonorum judicio, non exiguam laudem commeruit.* Qvam laudem meruisse etiam visus est Joh. Frid. Mayero (*in Disp. de Nova Pietistarum Trinitate p. 10.*), elogio *Viri pietatis infucatæ & magnæ eruditionis* illum dignato, Joh. Henr. Feustkingio (*in Sched. de Palinodia sacra, §. 64.*, *p. 114.*) *Virum de puriori Ecclesia meritissimum*, & (*in Gynæceo Heretico-fanatico p. 151.*) einen in vielen Wissenschaften hochgelahrten Hamburgischen *Professorem*, salutanti, ac in Epistola, qva Nic. Hunnii *Principia Theologiæ fanaticæ* A. 1704. ei inscripsit, dedicatoria, itidem celebranti, aliisqve paris Zeli encomiastis.

(1.) V. Joh. Christoph. Wolfii *Or. de præceptoribus* (qvibus Præceptorem hunc suum annumerat) *Eruditis p. 11.* (2.) *P. I. Parrhasianorum p. 400. 401.* (3.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1096.* (4.) in Joach. Langii Aufrichtigen Nachrichten, *P. VI.*, *p. 52.* (5.) V. Drama *ἀδέσποτον*, cui tit.: Das Verwirrete Haus Jacob, A. 1703. *in 4.* editum. (6.) V. *Nova Lit. Germ.*, *M. Apr. A. 1705.*, *p. 129. 130.*

Confer de illo, præter jam allegatos, Justum Henn. Böhmerum, JCtum Halensem, zelum ejus importunum, inopiæ judicii testem, *in Diss. de Injustitia vocationis factæ ad clamorem populi, §. 23., p. 28.*, suppresso perstringentem nomine, & Autorem der Nohtdringenden Antrede an D. Josvam Schwartzen *p. 116. 117. 118.*, ut alios, qvi sale longe mordaciori ulcera ejus, & Cacoethes inprimis litigandi de sacris insanabile, perfricarunt, taceam.

SCRIPTA EDITA.

(Sub nomine proprio; qvæ enim larvatus, sub alienis discipulorum, M. Hartwigi Bambamii, Aug. Esmarchii, Joh. Arn. Pragemanni, & forte plurium, publicasse creditur, eristica, suis locis recensita, hic prætereo.)

I. LATINA.

Disputationes IV. de rebus in Hispania gestis. Witebergæ 1695. & 1696. in 4.

Disp., utrum Pentatevchus a Samaritano Sacerdote sit conscriptus? Witeb. 1695. in 4. (Opposita est *Judicii de Rich. Simonis Historia V. T. Critica* Gallici Scriptori, qvi Joh. Clericus esse creditur.)

Disp., utrum nomen אלהים a profano Cananæorum errore originem ducat? contra Autorem Judicii de Rich. Simonis Historia V. T. Critica (*eundem Joh. Clericum*) Witebergæ in 4. Recusa cum *Diss. de Schilo Gen. XLIX. 10.*, Hamburgi A. 1697. in 4. In Anglia eam etiam denuo prodiisse, & a Rich. Kiddero, Episc. Bathoniensi & Wellensi, *Parte III. Demonstrationis Messiæ*, Anglice Londini A. 1700. publicata, esse commendatam, Lipsienses, *in Actis Erud., M. Dec. A. 1700., p. 542.*, testantur.

Disp. ex Philologia Hebraica & Judæorum Magistris. Witeb. in 4. (*Catal.*)

Cap. XI. Esaiæ Christo vindicatum, adversus Hug. Grotium, & Sectatores ejus, imprimis Hermannum ab Hardt, Prof. Helmstadiensem. Hamb. 1696. in 4.

Jacobi Patriarchæ de Schilo vaticinium (Gen. XLIX. 10.), a depravationibus Joh. Clerici assertum. Accedit Diss. utrum nomen אלהים a profano Cananæorum errore originem ducat? Witebergæ antehac edita. Hamburgi 1697. in 4. & (teste Catalogo qvodam) Londini 1698. in 8. Commendata est (uti Lipsienses *l. c. p. 542.* testantur) a Rich. Kiddero, *in præfat. Partis III. Demonstrationis Messiæ*, a Joh. Clerico autem (cui eam Autor opposuit), *Tomo I. Parrhasianorum* (Gallice, sub Theod. Parrhasii larva, Amstelod. A. 1699. *in 8.* edito), postqvam *p. 373.* Joh. Henr. Majum atqve Edzardum *deux Lutheriens tres-emportez contre tous ceux, qui ne sont pas de leur sentiment*, vocaverat, & hanc posterioris Diatriben responso se dignaturum negaverat, Censura notata seqventi (*p. 400. 401.*): *Mr. Edzard, Professeur en Philosophie a Wittemberg, Academie d' ou l' on ne doit attendre rien de raisonnable, ni de moderé, pendant que l' esprit de Calovius y regnera, a écrit une Dissertation fort aigre contre une explication, que Mr. le Clerc a donnée de la Prophetie du Schilo, sans rien assurer, a cause de l' obscurité du passage. Mais le Docteur Allemand, qui ne trouve de difficulté en rien, a fait un recueil indigeste de choses très-communes, & d' injures, qui lui sont particulieres; sans se mettre aucunement en peine de raisonner consequemment, ni d' entendre celui qu' il critique, a dessein de le rendre odieux, &c.* Cui invectivæ verbis paucissimis, & Syllogismo unico, obiter, eodem A. 1699., ab Edzardo, in *Corollario, Examini Logices Joh. Clerici* subjuncto, est contradictum.

Theses XLVIII. Logicæ & Metaphysicæ, cum professionem scientiarum istarum ambiret Hamburgensem, d. 7. Febr. A. 1699. propositæ. Hamb. 1699. in 4.

Disp. Joh. Clerici Logicam sub examen vocans. Hamb. 1699. in 4.

Diss. Philologico-Theologica de Verbo substantiali, Autori Anonymo (*qvi Gvilh. Henr. Vorstius est*) *Bilibræ veritatis & rationis*, A. 1700. editæ, æternam Messiæ oppugnanti Deitatem, opposita. Hamburgi 1700. in 4. Recusa (juxta J. C. Wolfium *in Notis ad Casauboniana p. 291.*) Londini Anglorum in 8. Commendant eam Lubecenses, in ejus recensu, *Novis Lit. Septentr.* inserto, *M. Oct. A. 1700., p. 313-316.*, Lipsienses *in Actis Erud., M. Dec. A. 1700., p. 542.*, & Rich. Kidderus (a Wolfio *l. c.* allegatus) *in præfat. Partis III. Demonstrat. Messiæ.*

Disp. de Enunciationibus Contradictoriis, adversus Val. Weigelium. Hamb. 1701. in 4.

De Termino gratiæ ante mortem consensu Theologorum destituto Schediasma, qvo fere 200. loca Theologorum illustrantur, & (*contra D. Ad. Rechenbergii Auctarium VIII. Anti-Ittigianum*) vindicantur. Hamburgi 1702. in 4. Oppositum huic est M. Joh. Vinitoris, Franci, *Specimen Vindiciarum adversus Schediasma Seb. Edzardi*, Magdeburgi A. 1702. in 4. excusum.

Demonstratio luculentissima, Rechenbergianum clientem (*i. e. M. Joh. Vinitorem, modo laudatum*) solidæ disputationis regulas turpiter neglexisse, & proinde seipsum responsione prorsus indignum reddidisse. Hamburgi 1702. in 4. Ei Vinitor *Edzardum ex Demonstratione sua ineptiarum & mendaciorum, nec non malæ conscientiæ, convictum*, A. 1702. in 4., cum M. Tob. Wormschneideri ad eundem, editum, *Epistolio*, reposuit.

Stimuli conscientiæ Rechenbergianæ, ex propriis hujus Viri Scriptis ostensi. Hamburgi 1702. in 4. Responsum & istis est a Vinitore in scripto modo memorato, *p. 24-40.*

Reservationes mentales Terministarum commonstratæ (cum brevi Admonitione de famoso effrontissimi scurræ, verminosi illius Vinitoris, libello. Hamb. 1702. in 4.

Confutatio Terministici erroris, ex verbo Dei ita instituta, ut pii cordatiqve lectores vel primo conspectu intelligere qveant, Speneri, & Sectatorum ejus, portentosam & Barclajo conformem sententiam non solum falsam esse, sed & fundamento fidei repugnare. Hamb. 1702. in 4. Recensum ejus V. *in Nov. Lit. Lubec., M. Sept. A. 1702., p. 274-277.*

Impietas cohortis fanaticæ, ex propriis Speneri, Rechenbergii, Petersenii, Thomasii, Arnoldi, Schützii, Böhmeri, aliorumqve Fanaticorum, scriptis, plus qvam Apodicticis argumentis ostensa. Hamburgi 1703. in 4. Ἀνωνύμως eodem anno Dantisci, & Germanice Witebergæ, in 4. recusa. Libellus ob maledicentiam effrontem fata parum fausta, qvorum historia supra jam est delibata, expertus.

Disp. de Synonymis. Hamb. 1703. in 4.

Disp. de Repugnantibus. Hamb. 1703. in 4.

Disp. de Enunciationibus reduplicativis. Hamb. 1703. in 4.

Disp. de Sorite. Hamb. 1703. in 4.

Disp. de Argumentatione ab exemplo. Hamb. in 4.

Disp. de Problemate. Hamb. 1703. in 4.

Disp. de Responsione per comparationem. Hamb. 1703. in 4.

Diss. de Unione cum Reformatis hodiernis fugienda: Accedunt Animadversiones in Wincleri, Diaconi Magdeburgensis, Arcanum regium de Lutheranorum cum Reformatis conciliatione. Hamb. 1703. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Germ., M. Oct. A. 1703., p. 399. 400.*, & Val. Ern. Löscheri Unschuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 12. A. 1703., p. 730. 731. 732.*

Diatribe

Diatribe de causis unionis, a Calvinianis Doctoribus quæsitæ: Cum Episagmate de Gvilh. Forbesii, Episcopi Edinburgensis, Considerationibus modestis & pacificis controversiarum de Justificatione, purgatorio, invocatione Sanctorum, Christo mediatore & Eucharistia, nuperrime A. 1704. iterum Helmstadii a D. Joh. Fabricio Jun. editis. Hamb. 1704. in 4. V. de illa *N. L. Germ., M. Jul. A. 1704., p. 279.*

Animadversiones ad D. Joh. Fabricii Jun., Theologi Helmstadiensis, Considerationem Controversiarum cum Reformatis, qvibus ea, qvæ Autor in gratiam Calvinianorum disseruit, ordine confutantur. Hamburgi 1704. in 4. V. de iis *N. L. Germ., M. Jul. A. 1704., p. 279. 280.* Responsum illis est in Fabricii *Defensione ad objectiones contra Considerationem Controversiarum*, Helmstadii A. 1707. *in 4.* edita, sed ab Edzardo, *in Vindiciis adversus Defensionem* hanc, eodem A. 1707. *in 4.* publicatis, & has ipsas *Animadversiones* recusas simul exhibentibus, denuo impugnata.

Cœna Domini a corruptelis Phil. Jac. Speneri vindicata: Accessit Spenerus in Controversia Terministica seipsum refellens, una cum consideratione qvæstionis: Num homo sibi ipsi terminum gratiæ ante mortem constituere qveat? Hamb. 1704. in 4. Recensum V. *in N. L. Germ., M. Oct. A. 1704., p. 400.*

Pelagianismus Calvinianorum commonstratus, cum Appendice, in qva ostenditur, Sam. Strimesium nuperrima scripta sua Henotica (*Delineationem concordiæ, Tr. de consensu Sendomiriensi, & Hexadem Annotationum in Frid. Spanhemii Protheoriam Controversiarum cum Aug. Conf. Theologis*) meris entibus rationis superstruxisse, & præterea violentis consiliis delectari. Witebergæ 1705. in 4. De hoc scripto, una cum qvatuor præcedentibus, jussu Friderici, Regis Prussiæ, Berolini d. 23. Febr. A. 1705. publice exusto, V. *N. L. Germ., M. Apr. A. 1705., p. 129. 130.*, & Val. Ern. Löscheri, illud laudantis, Unschuld. Nachrichten, *Sect. 13. A. 1704., p. 814. 815.*

Manichæismus Calvinianorum commonstratus: Una cum Consectario, nullum esse Ecclesiasticæ cum Calvinianis unioni locum. Hamb. 1705. in 4. Recensum V. in *N. L. Germ., M. Apr. A. 1705., p. 159.*, & apud Löscherum *l. c., Sect. 5. A. 1705., p. 303. 304. 305.*

Vindiciæ librorum Symbolicorum, oppositæ Joh. Mich. Langii, Theologi Altorfini, cavillationibus, qvibus (*in scripto pro Joh. Georg. Rosenbachio Apologetico*) Libros Symbolicos, contra proprii jurisjurandi fidem, adoriri, ac Indifferentismo & Libertinismo viam sternere, conatus est. Hamb. 1705. in 4. Recensum V. in *N. L. Germ., M. Apr. A. 1705., p. 159. 160.*, & apud Löscherum *l. c., Sect. V. A. 1705., p. 283. 284.*

Admonitio de Ceremoniis in gratiam Calvinianorum neqvaqvam mutandis. Hamb. 1705. in 4. XXVII., qvibus mutationem istam dissvadet, rationes enumerant *Nova Lit. Germ., M. Jun. A. 1705., p. 237. 238.*

Excerpta Anti-Syncretistica ex Confessionibus Ministeriorum Saxonicorum de S. Cœna, a Joach. Westphalo A. 1557. editis, cum brevissimis annotationibus. Hamb. 1705. in 4. V. de iis *N. L. Germ., M. Jun. A. 1705, p. 237.*

Diss. de Benedictione Ecclesiastica toti auditorio (*non solis fidelibus*) impertienda. Accessit Consideratio Tractatus Henotici (Neugebahnter Weg zum Evangelischen Kirchenfrieden), Lutheranorum & Reformatorum statuum illustribus Legatis, Ratisbonæ comitiorum causa commorantibus, a Calviniano Autore nuperrime inscripti. Hamb. 1705. in 4.; Et Germanice versa (sub tit.: Ursachen, warumb der Kirchensegen über die gantze Gemeine zu sprechen sey, &c.) A. 1706. in 4. Recensum V. *in N. L. Germ., M. Sept. A. 1705., p. 359. 360.*

Defensio Exorcismi adversus Georg. Polium. Hamb. 1705. in 4. V. de illa *N. L. Germ., M. Jan. A. 1706., p. 47. 48.*

Satisfactio Christi a cavillationibus Socinizantis Fanatici vindicata: Cum Appendice contra Joh. Mich. Langii, Theologi Altorfini, Diss. de herba Borith. A. 1706. in 4. Recensum V. in Parisiensium *Diario Erud. Gallico A. 1708., M. Dec., Ephem. 50., p. 450. 451.*, & in Löscheri Unschuld. Nachr., *Sect. V. A. 1707., p. 344.*

Terminismus solatii expers, contra nuperam D. Ad. Rechenbergii Dissertationem de officio Paracletico. A. 1706. in 4.

Confutatio scripti Sam. Strimesii de ratione & natura Unionis. Accedit Appendix Dissertationum nonnullarum. A. 1706. in 4.

Vindiciæ adversus Joh. Fabricii Jun., Theologi Helmstadiensis, Defensionem Considerationis suæ controversiarum cum Reformatis. Præmittuntur Animadversiones ad hanc Considerationem (qvibus Defensio est opposita) recusæ. A. 1707. in 4.

Matæologia Romelingiana (*Christ. Ant. Romelingii, ab officio Haarburgensi Ecclesiastico, ob heterodoxiam, remoti*) confutata. A. 1711. in 8. Opposita est Romelingii Völliger Heraußführung auß Babel. Recensum V. apud Löscherum, *l. c., Sect. 3. A. 1711., p. 384-390.*

Disp. de Signo & signato. Hamb. 1717. in 4.

Disp. qvantum Reformatio B. Lutheri profuerit Logicæ. Hamb. 1717. in 4.

Disp. in S. Ambrosii dictum, Piscatoribus credi, non Dialecticis. Hamb. 1717. in 4.

Dispp. III. de usu Logicæ in Emphasibus sacris. Hamb. 1717. in 4.

Regulæ Logicæ de Confessione Adversariorum, exemplo Gvicciardini, B. Lutherum memorantis, illustratæ. Hamb. 1717. in 4.

Tractatus de fundamentali Dissensu inter Ecclesiam Evangelicam Lutheranam & Anglicanam (*in Articulo de S. Cœna*). Francofurti 1718. in 8. V. de illo Parisiensium (candorem Autoris in hac laudantium controversia) *Ephemerides eruditorum Gallicas, M. Sept. A. 1719. num. 5.*, & V. E. Löscheri Unschuldige *Theol. Nachrichten Sect. 311. A. 1718. p. 447. 448. 449.*

Animadversiones ad Christ. Eberh. Weismanni Historiam Ecclesiasticam N. T. & Joach. Langii Dilucidationem Historiæ Ecclesiasticæ novissimæ: Accedit Machiavellus Pietisticus, seu commentatio de ratione Status Pietistarum. A. 1719. in 4. V. de his Autores der fortgesetzten Samlung von Theol. Sachen, Sect. 2. A. 1720. p. 262. 263. 264.

Disputationes 5., a J. H. a Seelen in Or. de Luthero optime de scholis merito p. 28. & *P. I. Athen. Lubec.* p. 45. allegatæ:

1. Encomia Dialecticæ e Lutheri Comm. in Genesin collecta.
2. Admonitio B. Lutheri de Argumentis violentis.
3. Sententia B. Lutheri de vero & falso.
4. Argumentatio deductiva, ingeniosissimo exemplo B. Lutheri contra Jac. Hostraten illustrata.
5. Disp. de statuto Gymnasii Hamburgensis de Philosophia Ramæa.

II. GERMANICA.

Ihrer Königl. Maiest. in Preussen höchstpreißliches Edict, wieder allerhand schwärmerische Bücher, samt seiner, auß selbigem deriviirten, Beantwortung auf die gedruckte Suppliqve der Professorum in Halle an den König, wieder seine Impietatem cohortis fanaticæ: dem Rahte der Stadt Hamburg d. 4. Maji A. 1703. eingeschickt. Hamb. 1703. in 4.

Kurtze Erinnerung an den sich also nennenden Nicolaum Mayern, samt beygefügter Wiederlegung der neulich herausgekommenen Lügen-und Lästerbriefe. Hamb. 1703. in 4. De hac paulo post iterum dicetur.

Behauptung des Artickels von der Rechtfertigung, wieder D. Joachimum Justum Breithaupt, Profess. Theol. zu Halle. Hamb. 1705. in 4. Hanc Schedam (cujus recensum Val. Ern. Löscherus, in den Unschuld. Nachrichten, *Sect. XI. A. 1705., p. 686-689.*, exhibuit), ab Anonymo in der Untersuchung, & Joh. Alhardo Austernüss in der Verthädigung Breithauptii, A. 1705. refutatam, in *Appendice* seqventis *de S. Cœna* defendere est aggressus.

Beweiß, daß D. Joach. Justus Breithaupt (in seinen Predigten über *1 Cor. X.* und *XI.*), im Artickel vom H. Abendmahle, den Calvinisten geheuchelt habe. A. 1705. in 4. V. Lösch. *l. c., Sect. XIV. A. 1705., p. 821. 822. 823.*

Anmerckungen über Barth. Mayeri Sendschreiben an D. Joh. Wilh. Petersen die Erfurter Pietisten-Sängerin und D. Joach. Just. Breithaupt betreffend A. 1706. in 4.

Entdeckung des höchstgefährlichen Irrthums, als ob der Menschen Gebet, vor der Ergreiffung Christi, GOtt gefallen möge, welcher in D. J. J. Breithaupts Thesibus fundamentalibus *p. 131.* verborgen liegt. A. 1706. in 4.

Erörterung der Frage: Ob die wahre Besserung vom Verstande, oder Willen, angehe? A. 1706. in 4. Schediasma itidem Anti-Breithauptianum, de cujus Appendice, tribus Christ. Neubaueri, Præfecti Militaris Bremensis contra Edzardum Epistolis, A. 1707. editis, opposita, Löscherus *l. c., Sect. 14. A. 1707., p. 927. 928.*, potest consuli. Cæterum Schediasmatis V. Edzardi præcedentibus, Breithauptio oppositis, a Discipulo hujus & Vindice, Joh. Conr. Keslero, Conrectore Gothano, reposita est die gründliche Rettung der Orthodoxie Herren D. Breithaupts, wieder die ungegründete Beschuldigungen, und zum Theil offenbahre Sophistereyen, M. Seb. Edzardi, Gothæ A. 1707. *in 4.* excusa. Qvam vicissim non Löscherus solum, fidelis Edzardi sui Parastata, in recensu ejus Elenchtico, in den Unschuldigen Nachrichten, *Sect. 2. A. 1707., p. 138-144.*, exhibito, sed ipse etiam Edzardus scripto impugnavit seqventi.

Abfertigung des groben Fanatici zu Gotha, der in einer unverschämten Schmähschrift, D. Breithaupts heterodoxien zu verthädigen sich unterstanden. A. 1707. in 4. Hanc cum Keslerus, in der verlohrnen Sache Edzardi, aus seiner Abfertigung gezeiget, A. 1707. (*in 4.*) refutasset, pauca ei Edzardus, in Appendice der Erwegung der Motiven der Reformirten zu B., A. 1708. regessit, sed a Keslero, eodem mox Anno, in der Kraft der Wahrheit, wieder Herren Edzardi (Gothæ 1708. in 4.), discussa. V. Löscherum (hujus Censorem) *l. c., Sect. I. A. 1708., p. 71. 72.*, & Kesleri Responsum Löschero repositum, in Joach. Langii aufrichtigen Nachrichten, *P. VIII., Sect. 2., p. 5-10.*

Untersuchung der von Alb. Joach. Krakevitzen, Th. D. & Prof. Rostoch., in der Erwegung wieder Christ. Democritum gethanen Vereinigungs Vorschläge (wegen der *Union* der *Lutheraner* mit den *Reformi*rten). A. 1706. in 8. Opposuit huic Krakevitzius den Vorschlag wegen der Union zwischen den Lutheranern und Reformirten erläutert, und wieder Seb. Edzard und Christ. Democritum gerettet, Schediasma Rostochii A. 1707. *in 8.* editum, sed Edzardino seqventi itidem impugnatum.

Ausführlicher Beweiß wieder D. Alb. Joach. Krakewitz, daß die Reformirten, bey ihren Friedensworten, lauter Verfolgungsgedancken hegen. A. 1707. in 8. Cui satisfactum est a Krakevitzio in der kurtzen und endlichen Anzeige, daß der Prof. Edzardi zu Hamburg ohne Ursache wieder ihn streite, Rostochii A. 1707. *in 8.* impressa, & frustra ab Edzardo, in Appendice der Erwegung der Motiven der Reformirten zu B., A. 1708. denuo vellicata. Conferri de scriptis his Edzardi & Krakevitzii contrariis possunt Löscheri narrationes, *l. c., Sect. 14. A. 1706., p. 777. 778. 779., Sect. 3. A. 1707. p. 184-188., & Sect. 5. ejusd, p. 351.*

Wiederlegung der abscheulichen und höchstärgerlichen Sacrament-Schänderey, welche zweene Gottes-vergessene und Gewissenslose Priester (ein *Luthe*rscher, und ein *Reformi*rter), im Waysenhause zu Königsberg mit gemeiner Haltung des H. Abendmahls), öffentlich ausgeübet. A. 1707. in 8. Recusa, mit einem Anhange wieder der Genfer Theologen Schreiben an den König von Preussen, von der Union mit den Lutherschen, A. 1708. in 8. Recensum V. apud Löscherum *l. c., Sect. 2. A. 1708., p. 111. 112. 113.*

Schriftmäßige Abhandelung der Frage: Ob die Calvinisten dasjenige von Hertzen gläuben, was einem einfältigen Menschen zu glauben gebühret? zur Beantwortung des von Bremen eingelauffenen abermahligen Schreibens (Christ. Neubauers, Obr. Leut.). Samt einem Anhange wieder die, zu Bremen gedruckte, und aus der Heidelbergischen Theologen Schriften gegen die Würtenberger genommene, Ursachen, warumb es die Reformirten, im Puncte vom H. Nachtmahle, nicht allerdings mit D. Luther halten können, ob sie schon nicht so weit von einander seyn, als viele Leute meinen. A. 1707. in 4. V. de illa Löscherum *l. c., Sect. 13. A. 1706., p. 749. 750.*

Ablehnung der Auflagen, mit welchen die Reformirte Theologi seine Confutationem Scripti Strimesiani anzuschwärtzen sich unterstanden. A. 1707. in 4. De hac, occasione Decreti adversus se Ratisbonensis, ab eo scripta, supra jam dictum. Confer Löscherum, *l. c., Sect. 8. A. 1707., p. 531. 532. 533.*

Verthädigung der Christl. Lehre vom Bindeschlüssel, wieder das unchristliche Bedencken D. Christ. Thomasii: Samt einem gründlichen Beweise, daß der Abfall zum Pabstthum die ewige Verdammiß nach sich ziehe. A. 1707. in 8. Huic Scripto, in Car. Rud. Rustii, J. U. Candidati, Verthädigung des Bedenckens Christ. Thomasii vom Gebrauche des Bindeschlüssels wieder seinen Landesherren, gegen Seb. Edzardum, A. 1708. *in 8.* edita (de qva Löscherus *l. c., Sect. 6. A. 1708., p. 384.*, consulendus), refutato, Justini Meyeri, Diaconi Otterndorfiensis, Beweiß das der Bindeschlüssel noch fest stehe, Scheda Hamburgi A. 1709. *in 4.* excusa, patrocinatur.

Untersuchung der Ursachen, derenthalben Christoph. Donauer, Prediger zu Regenspurg, die Calvinisten auf öffentlicher Kantzel nicht verdammen wollen: Nebst einigen Anmerckungen über D. Joh. Franc. Buddæi Dissertation de moderamine inculpatæ tutelæ. A. 1708. in 8. V. de illa Lösch. *l. c., Sect. 3. A. 1708., p. 175. 176.* Qvæ Buddæo in Appendice opponuntur, discussere Frid. Gottwaldus, (i. e. M. Gottliebius Stollius, teste Joh. Fabricio *P. III. Historiæ Biblioth. suæ p. 164.*) in der Wiederlegung der Anmerckungen S. E. wieder die Dissert. Buddæi, A. 1707. *in 8.*, & Anonymus, in den unpartheyischen Gedancken über S. E. Refutation des Moderaminis inculpatæ tutelæ D. J. F. Buddæi, eodem A. 1708. *in 4.* publicatis.

Erwegung der Motiven, mit welchen die Reformirte zu B. eine Luthersche Kirche an sich zu ziehen trachten: Samt einem Anhange wieder D. Alb. Joach. Krakevitzens kurtze und endliche Anzeige, und Joh. Conr. Kesleri verlohrne Sache Edzardi A. 1708. in 8. V. Recensum Löscheri *l. c., Sect. I. A. 1708., p. 56. 57.* De Kesleri scripto, Appendici reposito, supra jam dictum est.

Der Geist des Irrthums in den Römelinigschen Lehrsätzen klärlich gezeiget. A. 1711. in 8. Refutatur in eo Apologia Römelingii, Ecclesiastæ Haarburgensis, officio ob ἑτεροδοξίαν privati, de qva supra jam dictum.

[Sex etiam Scripta seqventia ψευδώνυμα, ad renovationem vocationis D. Joh. Frid. Mayeri ad Pastoratum ædis Jacobææ, sponte relictum, tempore turbulenti de illa certaminis, Hamburgensibus persvadendam, in plebis, eandem urgentis, A. 1703. edita, gratiam, & a Philalethe itidem larvato (qvem nonnulli Henr. Hintschium, J. U. Lic., alii vero

M. Ern.

M. Ern. Mushardum, Ecclesiasten Hamburgensem, esse crediderunt) refutata, Edzardo ab hoc aliisqve tribuuntur adversariis, scoptico scribendi genere cum illo certantibus:

I. Erzehlung eines Discurses oder Gespräches zweyer Gelehrten, Antisthenis und Philomathis, über der jetzt streitigen Kirchensache in Hamburg. A. 1703. in 4. Cui, præter Philalethæ Schediasmata, hæc etiam qvatuor sunt opposita: 1. Christiani Gottholds Theologisches Bedencken über die Hamburgische Controvers: Ob der Beruff eines Evangelischen Lehrers, nach Göttlichen Rechten, renoviret werden könne? Freibergæ 1703.; 2. der Schulfüchsische Gauckler Philomathes, welcher, in seinem, mit dem Antisthene geführten, Discurse, über der jetzt streitigen Kirchensache, sich auf dem Hamburgischen Chavott dargestellet, unpartheyisch zur Raison gebracht, 1703.; 3. Examen Anatomicum, oder gründliche Zergliederung des Gespräches Antisthenis und Philomathis, angestellt von Androculo und Philotheo, A. 1703.; 4. Androculi Untersuchung Speciminis artis Syllogisticæ des Philomathis, A. 1703.

II. Der dargelegte Beweiß, daß die renovatio vocationis, so, in dem Discurse zweyer Gelehrten, auf Göttlichen und weltlichen Rechten wol gegründet, den Platz behalten, wieder Christ. Gottholds untheologisches Bedencken. A. 1703.

III. Philomathis Examen Examinis. A. 1703.

IV. Philomathis Seiltäntzer. A. 1703.

V. Philomathis Flagellum honoris. A. 1703.

VI. Christiani Mothis Beurtheilung einiger Schriften, insonderheit des Philalethis. A. 1703.

Cui schedæ ultimæ cum Philalethes, nova Nicol. Mayeri, J. U. Lic., larva absconditus, die Rettung der Ehre des Philalethis, gegen die falsche Auflagen des unter der Larve eines so genandten Christiani Mothis versteckten Philomathis, A. 1703. (*in 4.*) opposuisset, & *p. 3.* Edzardo hanc pariter atqve præcedentes attribuisset, ab illo sub proprio veroqve reposita est nomine Kurtze Erinnerung an den sich also nennenden Nicolaum Mayern, samt beygefügter Wiederlegung der neulich herausgekommenen Lügen- und Lästerbriefe. In qva, A. 1703. (d. 11. Apr.) publicata, & supra jam memorata, se scriptum ullum, vel ψευδώνυμον, vel aliud, pro renovatione vocationis Mayerianæ edidisse, inficiatur.]

PAULUS EGARDUS, Kellinghusæ, vico præfecturæ in Holsatia Rendesburgensis, patre (uti ab amico accepi) Organoedo, natus, Parochiæ, in eodem tractu, ruralis Norttorpiensis, Anno jam 1621., Pastor, & Samuelis Meigerii, qvi *Historiarum* inclaruit *Nucleo*, Successor, A. 1643. illic etiamnum fuit superstes. Huic Cimbriæ nostræ Arndio locum, licet Parochus tantum extiterit ruralis, inter Theologos ejus principes, vereqve Apostolicos, haud infimum, unanimi cordatorum omnium consensu, jampridem asseruerunt, tum sanctimonia vitæ, plane ἀνεπιλήπτῳ, singularis, & in exemplum aliis verbi divini proponenda præconibus, tum Scripta eximia, solam Theologiam veram atqve Practicam summa dexteritate proponentia atqve illustrantia, spirituqve divino plenissima. In his ille, felix Apostolicæ simplicitatis æmulus, missis inutilium ac superfluarum qvæstionum ambagibus, omnibusqve λογομαχίαις, stylo perspicuo & ad lectorum captum atqve οἰκοδομὴν unice accommodato, phaleratas autem verborum ampullas exoso, ipsum salutis ἑδραίωμα, πίστιν δι' ἀγάπης ἐνεργουμένην, ubiqve, tanta πνεύματος καὶ δυνάμεως ἀποδείξει, inculcat, ut nihil ad veram pietatem legentium animis instillandam magis inveniri qveat idoneum, ac merito proinde ista omnibus hujus studiosis, præsertim vero Theologiæ cultoribus atqve doctoribus, præ aliis, sint commendanda.

Conferri de illo possunt Joh. Micrælius *P. III. Syntagm. H. E. p. 369.*, G. M. Königius *in Biblioth. V. & N. p. 268. 269.*, Phil. Jac. Spenerus *in Præfationibus, Tomis Scriptorum ejus tribus præmissis*, Gotfr. Arnoldus *Hist. Eccl. Germ. Tomo II., L. 17., c. 5., p. 467.*, Frid. Breclingius *in Catalogo Testium veritatis, Tomo IV.* ejusdem operis inserto Arnoldini, *Sect. III., n. 18., p. 760.*, & Joh. Fabricius *P. IV. Hist. Biblioth. Fabric. p. 479.* E qvibus Micrælius, &, qvi hunc, licet non allegatum, seqvitur, Königius, ex unico hoc Scriptore duos, *Paulum Egardum & Paulum Egidii*, effingunt, interqve illos Scripta nostri æqva lance, sed inepte, partiuntur.

ELOGIA.

Salom. Glassius (a Georg. Weisio, *in Pseudoprophetotonia §. 5.*, allegatus), *T. I. Exegeseos textuum Evangelico-Epistolicorum p. 1100.*, *hujus viri pii & doctissimi scripta, devotionem & pietatis ardorem mire spirantia, omnium Christianorum lectione digna esse*, judicat.

Joh. Henr. Alstedius, sub finem *Libri XXV. Encyclopædiæ de Theologia, p. 1690. b.*, fatetur, se in Theologia morali Egardum cumprimis esse secutum.

Phil. Jac. Spenerus (cujus etiam præfationes, modo allegatæ, consuli de laudibus Egardi merentur) eum, *in titulo Tomi I. Scriptorum illius Germanicorum*, vocat einen weiland unverdächtigen, vortreflichen und geistreichen Lehrer; it., in der allgemeinen Gottesgelahrtheit *p. 38.*, einen Gottseligen, nach seiner Manier zwar einfältig, doch nachdrücklich, schreibenden, Theologum, nec non *P. I. Consil. Theol. Lat., c. 2., Art. I., n. 23., p. 278.*, *pientissimum Egardum, Arndii summum æstimatorem & Hyperaspisten.* De scriptis ejus hoc, *P. III. eorundem Consil. p. 170.*, tulit judicium: *B. Egardi omnia magnifacio. - - Meretur illud Viri ratio scribendi plana, accurata & spiritu plena:* Et *p. 390.* seqvens, magis etiam luculentum: *Plurimum viri illius μακαρίτου scriptis tribuo, qvæ pia simplicitate sua plerisqve eruditissimis seculi nostri voluminibus, si usum ad ædificationem animarum, unicum librorum sacrorum scopum, intuearis, palmam præripiunt.*

Chilobertus Jonas, Westphalus, sive potius (qvi sub larva ista delitescit) Joh. Angelus Werdenhagius, JCtus (in den zwey nützlichen Erinnerungs-Tractätlein, ed. A. 1622., *p. 98.*), illum appellat einen vornehmen, treuen und recht geistreichen Christen, der es heute mit dem wahren Christenthume gut meinet, auch ziemlich, nach seinem talente, sich dahin bearbeitet, daß es auß dem leidigen Heidenthume, und schandlosen Babylonischen Gefängnisse, befreyet werde.

Gotfr. Arnoldus, *l. c. p. 467.*, eum salutat einen frommen Theologum in Holstein, der wegen seiner Aufrichtigkeit, wie andere, leiden müssen, &c., ac, *in Descript. & Historia Theol. Mysticæ, c. 12., §. 12., p. 216., & c. 24., p. 373. 374.*, cultoribus scriptoribusqve Theologiæ Mysticæ potioribus accenset.

Frid. Breclingius, *l. c. p. 760.*, Veritatis contra Christianismum degenerem illum annumeravit testibus, & *in Speculi seu Lapidis Lydii Pastorum præfatione*, scripta ejus so geistreiche, als scharfe und ernste, *p. 63.* autem auß dem Geiste und Liechte GOttes geflossene Schriften, appellavit.

Joach. Justo Breithauptio (*Programm. VII. p. 86.*) *Vir* audit *de regno Christi præclare meritus.*

Joh. Fabricio (*l. c. p. 479.*) *Vir religiosissimus, & utilissimis scriptis celebris.*

Aug. Herm. Franckio (*P. II.* der Christl. Gedancken über Biblische Sprüche *p. 119.*) & Wolfg. Domin. Beerio (*P. II.* der Hertzstärckenden Erqvickstunden, *n. 21., p. 219.*) ein erleuchteter Lehrer.

Joach. Langio (*T. I. Anti-Barbari Orthodoxiæ p. 6.*) *Vir eruditus, & de Ecclesia Christi meritissimus.*

A me ipso (*P. II. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 10., p. 170.*) elogio ornatus est *incomparabilis studii pietatis, & veræ Christianismi praxeos, Ergodioctæ*, per Casp. Sagittarium (*in Introd. in Hist. Eccl., c. 33., Sect. 22., p. 920. 921.*) & Gotfr. Arnoldum (*T. II. Hist. Eccl., L. 17., c. 5., p. 467.*) repetito & approbato.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Agonia Christi, seu Passio Christi Practice ac Paraphrastice explicata. Hamburgi 1621. in 4. Germanice ab Anonymo translata *Tomo III.* Editionis scriptorum Egardi Germanicorum Spenerianæ, A. 1683. Giessæ excuso, locum invenit.

Medulla Theologiæ, seu Meditationes in Catechesin piæ & utilissimæ, propositæ Logice, Mystice, Practice, Paraphrastice, petitorie, & unice directæ ad hominem Christianum excitandum, ædificandum, consolandum & roborandum. Additus est Index necessarius, cum brevissima Theologiæ Synopsi. Hamburgi 1622. in 4. *(An Lüneburgi etiam A. 1619., sicut in Indice Biblioth. Brochmannianæ, Rostochii A. 1620., sicut a Draudio & Lipenio, & Francofurti A. 1634., uti in Catalogo Nundinali traditur, in 4., prodierit,* cum nullam harum editionum viderim, alii dispiciant.) Excerpsit ex illa Anonymus, & Lüneburgi A. 1626. in 12. *(teste Catalogo Nund. Lips. A. 1626. Autumn. p. 47.)* publicavit, *Soliloquia;* das ist: XXXVIII. schöne andächtige Bekänntnisse, Beichten und Gebete, auf die Stücke und Artikel des Catechismi Lutheri, aus der Medulla Theologiæ P. Egardi genommen.

Γνῶθι σεαυτόν; seu Homo Microcosmus, naturalis & supernaturalis, secundum naturam & gratiam, in Adamo & Christo, expositus Theologice, Physiologice, Methodice & Practice, insertis perpetuis suspiriis & subnexo Indice. Hamburgi 1622. in 4. Duabus constat partibus, qvarum prior hominem in Adamo, seu secundum naturam, posterior vero hominem in Christo, seu secundum gratiam, considerat.

Theologia Practica sapientissimi Regis Israelitarum, seu Salomon Ecclesiastes, exhibens Microcosmum, describens totum hominem, qvalis olim fuerit, jam sit, esse debeat DEO, proximo, sibi, & tandem futurus sit; in lucem per lucem expositus, Logice, Mystice, Practice, Paraphrastice. Hamburgi, & A. 1624., & sine anni mentione, in 4. *(Qvam Draudius & Guilh. Crowæus, in Elencho Interpp. S. Scr. p. 284., memorant, Editionem antiqviorem, Hamb. A. 1622. in 4. excusam, non vidi.)*

II. GERMANICA.

Horum partem maximam D. Phil. Jac. Spenerus, ὁ μακαρίτης, Theologus celeberrimus, in tres Tomos digestam, junctim, sub hoc recudi, præfationibus suis adjectis, curavit titulo: Pauli Egardi, eines weiland unverdächtigen, vortrefflichen und geistreichen Lehrers, auserlesene Schriften, worinn, der H. Schrift und den Symbolischen Büchern der Lutherschen Kirchen gemäß, die hohe Geheimnisse des Reiches GOttes Christeinfältig vorgetragen, die lebendige Thätigkeit des gerechtund seligmachenden Glaubens herlich erwiesen, die treuhertzige Dienstwilligkeit der Christlichen Liebe stattlich bewähret, die sorgfältige Uebung der wahren Gottseligkeit nachdrücklich eingeschärft, das edle Leben, Fürbild und Exempel unsers Heilandes vor die Augen gemahlet, und also das rechtschaffene Gottgefällige Christenthum, aus Christi Hertzen, Sinn und Geiste, sehr deutlich und ordentlich, beschrieben und getrieben wird: Abermahl mit sonderbahrem Feisse ans Licht gegeben. Tomus hujus Editionis primus, cui Speneri præfatio de Qv.: An, una cum S. Codice, alia etiam scripta sacra sint legenda? præmittitur, Francofurti ad Mœnum A. 1679. *in 4.* publicatus, exhibet:

1. Praxin fidei salvificæ, aus den Sontags- und Fest-Episteln.
2. Den Schatz der Himlischen Weißheit, oder Erklärung der Epistel an die Römer.
3. Christenthum des himlischen Adlers, oder Erklärung der ersten Epistel Johannis.

Tomus Secundus, Francofurti A. 1681. *in 4.* publicatus, complectitur:

1. Göttliches Heiligthum, oder Tractat vom edlen Leben JEsu.
2. Das Geheimniß des Reiches GOttes im Menschen.
3. Christenthum Davids, aus Ps. CXIX.
4. Christenthum Salomons, aus den IX. ersten Capitteln seiner Sprüche.
5. Ehrenrettung Joh. Arndii.
6. Mundum immundum.
7. Erklärung des XII. Psalms.

Tomus III. autem Giessæ A. 1683. *in 4.* (cum Præfat. de fundamento salutis Speneriana) impressus:

1. Hellen klaren Spiegel der ietzigen Zeit, auß H. Schrift und dem Exempel der Jüden.
2. Spiegel dieser gegenwärtigen Zeit, auß Matth. XXIV.
3. Paradeiß-Schlange, auß Gen. III.
4. Informatorium Christianum.
5. Agoniam Christi (*de qva paulo ante dictum*), Germanice translatam.
6. Die wahre Weißheit zur Seligkeit.
7. Fundament der Seligkeit.
8. Das geistliche Königliche Priesterthum Christi.

Seorsim, & Scripta ista singula, & sex alia, qvæ in Tomis hisce desiderantur, Asterisco a nobis notata, hoc antea prodierant ordine:

* Historia Genes. in 7. Liedern. Witebergæ 1608. in 8. *(Hanc, mihi non visam, Catalogus nostro tribuit Zeidlerianus.)*

Göttliches Heiligthum; das ist: das edle Leben Jesu Christi, in 10. Hauptstücken, allen rechtschaffenen Christen zur Nachfolge beschrieben. Hamburgi 1621. & Rostochii 1627. *(imo, juxta Catalogos nundinales, A. etiam 1631. & 1634.* in 8.

Wahres Christenthum Davids; das ist: das wahre Christliche Leben des Königlichen Propheten Davids, welches er in seinem Hertzen erkandt, im Munde und Geiste gerühmet, im Wercke und Leben geübet, und allen Nachfolgern Christi, in dem güldenen A. B. C. seines Psalters, oder dem CXIX. Psalm, hat vorgestellet, erkläret. Hamburgi 1622. *(&, juxta alios, Goslariæ 1624.)* in 8.

Gülden Christenthum des himlischen Adlers, oder Erklärung der ersten Epistel Johannis. Goslariæ 1623. in 8. *Insigniter hanc sibi probari* Phil. Jac. Spenerus *(P. I. Consil. Theol. Lat., c. 2., Art. I., n. 23., p. 278.)* est professus.

Heller klarer Spiegel der ietzigen Zeit, des ietzigen Christenthums, Glaubens, Lebens und Wesens, im Neuen Testamente, so mit dem Judenthume im A. T. gar richtig übereinstimmet: den Gotteskindern zur Unterrichtung und Liechte, den Weltkindern zur Warnung und Gerichte, außgegeben von P. E. N. H. 1623. in 8. Scriptum ἀνωνύμως publicatum.

Mundus immundus; das falsche Christenthum der Welt, zu dem Ende beschrieben, daß das wahre Christenthum desto besser erkandt werde, und einieglicher an ihm selbsten könne sehen, was er vor ein Christenthum führe. Es sind hiebeygefüget: 1. Erklärung des XII. Psalms; 2. Eigentliche Abbildung der gegenwärtigen Zeit, auß H. Schrift und dem Exempel der Juden; 3. Alphabetum Christianum Latino-Germanicum, darinn das gantze wahre Christenthum kürtzlich begriffen. Lüneburgi 1623. in 8., Goslariæ 1623. *(ac, juxta Becm. in Catal. Biblioth. Francof., etiam 1628.)* in 8. Commendatur a Frid. Breclingio *in Christo redivivo p. 40. 110.,* & Gotfr. Arnoldo *T. II. Hist. Eccl., L. 17., c. 5., p. 467.* Ubi hoc

fertur

fertur judicium, Egardus habe darinn das äusserliche Scheinwesen des vermeinten GOttesdienstes gar weißlich entdecket, und das wahre innere Wesen des Geistes überall entgegengesetzet.

* Posaune der Göttlichen Gnade und Liechts; das ist: Offenbahrung und Entdeckung des Göttlichen Geheimnisses in Apocalypsi von den 1000. Jahren, darinn die lebendig gemachte Heiligen mit Christo sollen herschen, oder Erklärung des XXsten Capittels der Offenbahrung Johannis, dessen wunderbahre Geheimnisse von Erscheinung eines grossen Gnadenliechtes, wie auch vom Ende und Außgang aller Dinge, auß Göttlichem Liechte eröfnet werden. Hamburgi 1623. in 8., Lüneburgi 1623. (*imo, si Lipenio P. I. Bibl. Theol. p. 68. credendum, jam ante A. 1620.*) in 8. Præ scriptis Egardi cæteris hoc, Chiliasmum (uti *P. II. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 10., p. 170.*, jam monui) ei arrisisse ac probatum esse ostendens, multos habuit Censores. Sententia ejus, qvod Apoc. XX. 1., per Angelum Satanam ligantem, & veterem hominem in abyssum perditionis projicientem, non Christus, sed Joh. Arndius, sit intelligendus, a D. Joh. Cluvero, populari, *in Diluculo Apocalyptico, ad h. l.* (teste Aug. Pfeiffero *c. 5. Anti-Chiliasmi, p. 201.*), jam est refutata. Eandem, sicut & alteram, qva, Annos Apocalypticos de tribus annis novemqve mensibus pro lubitu exponens, initium horum ad Annum retulit 1652., istoqve Johannem Baptistam, Paulum Apostolum, Taulerum & Kempisium, in spiritu esse revicturos, verumqve Christianismum potenter propugnaturos, statuit, obelo notarunt, *somniiqve Chiliastici delineationem in Tuba hac reperiri* judicarunt, Abr. Calovius *T. XII. System. Theol. p. 178. & seqq.*, ac, qvi illum ducem seqvuntur, Chr. Laur. Meelführerus *in Disp. Inaug. de Chiliasmo Veterum & recentiorum p. 43.*, & Joh. Christoph. Nungesserus, Superint. Tremoniensis, *in Spe desperata meliorum temporum, ex Luc. XVIII. 8.*, Francofurti A. 1698. edita, *p. 41.* Imo ipse Spenerus, sibi illam displicere, verbis (*P. III. Consil. Theol. Lat. p. 170.*) haud dissimulavit seqventibus: *Ex omnibus Egardi scriptis, fateor, nullo minus me affectum fuisse, qvam explicatione Cap. XX. Apoc. In eo enim videbatur nimium sibi indulgere, & pro arbitrio textum a nativa significatione flectere. Sed & eventus conjecturam refellet. Potest tamen venia facilis dari labenti in argumento difficili.*

Christenthum Salomons; das ist: Summa der Himmlischen Weißheit, und Göttlichen Lebens, nach den ersten IX. Capitteln der Sprüche Salomons, durch Christi Geist beschrieben. Goslariæ 1624. in 8. (*A Lipenio & Catalogo Nundinali Editio etiam Anni 1623. Lüneburgensis memoratur.*)

Ehrenrettung Johannis Arndii; oder Christliche und in GOttes Worte wolgegründete Erinnerung, was von D. Lucæ Osiandri Censur und Urtheil über Joh. Arends Wahres Christenthum zu halten sey; allen Gottesfürchtigen zur nohtwendigen Nachrichtung, auß Liebe der Wahrheit, beschrieben. Lüneburgi 1624. in 8. Commendatur, una cum aliis Dan. Dilgeri, Henr. Varenii, Melch. Breleri, Joh. Val. Andreæ & Joh. Georg. Dorschei, pro eodem scripto Arndiano Apologiis, in ejus historia, a Joh. Diecmanno in *Præfat.* illi præmissa (*T. II. Scriptt. Germ. p. 220.*), Joh. Christoph. Becmanno *in Diss. de Judiciis Dei, c. 4., §. 6.*, & Joach. Justo Breithauptio *Progr. VII. p. 86.*

Das Geheimniß des Reiches GOttes in dem Menschen; das ist die tröstliche Lehre vom Reiche GOttes, was es sey, wie es komme, wo es zu finden, &c., aus Luc. XVII. 21., in Frag und Antwort, erkläret. Lüneburgi A. 1625. (*&, juxta Lipenium P. II. Bibl. Theol. p. 643., etiam 1646.*) in 8. Doctrinæ de unione Christi & fidelium mystica, contra eandem Lucæ Osiandri, Theologi Tubingensis, de Scripto Arndiano censuram, patrocinatur.

Schatz der himlischen Weißheit, oder Christenthum des hocherleuchteten Apostels Pauli, nach der Epistel an die Römer, darinn die Haupt-Summa der gantzen christlichen Lehre, aus hohem Geiste und Göttlichem Lichte beschrieben wird; aus Göttlichem Lichte erkläret, zu Ueberweisung der Welt, daß ihr Christenthum falsch und erlogen sey. Lüneburgi 1625. in 8.

Paradeiß-Schlange; das ist: Nützliche Lehre von der Höllischen Schlangen Anfang, Natur, Ausgang, Verführung, Erbildung und Wirckung, oder Erklärung des III. Capittels des ersten Buches Mosis, darinn Adams Fall durch Verführung der Schlangen, und desselben Wiederbringung durch des Weibes Samen, wird beschrieben. Lüneburgi 1626. in 8.

Praxis fidei salvificæ, Uebung des seligmachenden Glaubens, und Erneurung des inneren Menschen durch die Früchte des Geistes, aus den Sonntags- und Fest-Episteln beschrieben. Lüneburgi 1627. in 4.

Informatorium Christianum, oder kurtze und nützliche Erinnerung von der dreyfachen Schule, der Göttlichen, Menschlischen und Teuffelschen, zu dem Ende gerichtet, daß GOtt, Mensch und Teuffel, desto besser erkandt werden. Lüneburgi 1628. in 8. Commendatur a D. Phil. Jac. Spenero in der allgemeinen Gottesgelahrtheit *p. 124.*

. Gnadenmahl JEsu Christi; das ist: Christliche und in GOttes Worte wohlgegründete Erklärung der hochwichtigen und tröstlichen Lehre von JEsu Christi Abendmahle, welches ist ein Siegel und Pfand, nicht allein seiner Gnade und Liebe gegen uns, sondern auch seiner Gnadenreichen Gegenwart unter uns, und in uns, und seiner liebreichen Gemeinschaft mit uns: Samt einer kurtzen Erklärung des XXIII. Psalms, in welchem die reichen Wohlthaten Christi, so im Worte und Sacramenten uns werden aufgetragen, wie auf einer Taffel werden vor Augen gesetzet. Hamburgi 1630, (&, juxta Catal. Nund., etiam 1651.*). in 8.

*. Pharisaismus Evangelicus, oder der heutigen Welt Christenthum. Zwiccaviæ 1640. in 8. (*Juxta Ephr. Prætorii Biblioth. Homileticam*) & Lüneburgi in 8. (*Juxta Lipenii P. II. B. T. p. 485.*).

*. Theologische und schriftmäßige Gedancken und Auslegung über das wunderbahre, köstliche und kunstreiche, güldene Horn Christiani V., erwehlten Printzen in Dennemarck, zu dem Ende ausgegeben, daß GOttes wunderbahre Wercke erkandt, und viele Menschen gebauet und gebessert werden. Lüneburgi 1642. in 4. De hoc scripto (cujus Theologicam Iconum cornu illius aurei Danici vetustissimi interpretationem, tanqvam minus congruam, M. Trog. Arnkielius, in suo de eodem Tractatu, Archæologicæ merito posthabuit) Confer *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 12., p. 29.*, & Joh. Fabricii *Partem IV. Historiæ Biblioth. Fabricianæ p. 475.* Judicium de eo tulit asperius Herm. Conringius *in Conringianis Epistolicis p. 171.* edit. secundæ obvium: *Inspexi non nisi semel P. Egardi conjecturas: neqve libuit amplius. Qvis enim sine nausea sustineat ejusmodi ineptias legere?*

Speculum hujus seculi; Spiegel dieser gegenwärtigen Zeit, nach der Weissagung Christi Matth. XXIV. 2-14., da betrachtet wird, was dis vor eine Zeit sey, warumb sie sey, und wie wir uns darinn schicken sollen. Hamburgi 1649., & Lüneburgi sine anni mentione, in 8. Svecica versio Nicolai Erici Vendalii, Jacobi, Comitis de la Gardie, Ecclesiastæ aulici, Rigæ A. 1627. (*teste J. Schessero in Svec. Lit. p. 144.*) prodiit.

Fundament der Seligkeit; das ist: die edle, süsse, hochtröstliche und lebendige Hauptlehre von der Rechtfertigung eines Menschen für GOtt, durch Gnade des H. Geistes, nach der Göttlichen Wahrheit, zur Lehre, Trost, Freude und Vermahnung, beschrieben. Lüneburgi sine mentione anni, & Hamburgi A. 1649., in 8.

Wahre Weißheit zur Seligkeit, oder wahre Erkäntniß GOttes und des Menschen, nach der H. Schrift, in Frag und Antwort vorgestellt. Jenæ & Hamb. 1654. in 12.

Geistlich Königlich Priesterthum Christi, nach der H. Schrift, an welches Erkäntniß und Ubung zum höchsten ist gelegen. Amstelodami 1678. in 12. Commendatur a Spenero *P. I.* der *Theol.* Bedencken, *c. 2., Art. 3., Sect. 9., p. 140.*

*. Epistola Germanica de Johanne Engelbrechtio, cive & opifice Brunsvicensi, ejusqve revelationibus, d. 22. Aug. A. 1624. exarata, qva pietatis pariter atqve ὀρθοδοξίας testimonium ei, contra adversarios, a qvibus Enthusiasmi accu-

sabatur, perhibuit egregium. Adjecta illa est Engelbrechtii Wahrhafftiger Geschichte und Gesichte vom Himmel und Hölle, sine loci mentione A. 1625. ac 1640., nec non Amstelod. A. 1690., *in 4.* excusæ, ejusdem Operum omnium Editionibus, cum Germanicæ Vesaliensi A. 1686. in 4., tum Belgicæ Amstelodamensi A. 1697. in 8., publicatæ, Anonymi item (qvem Egardum esse Val. Ern. Löscherus, in den Unschüldigen Theol. Nachrichten Anni 1702., *p. 718.*, temere suspicatur) Christlichem wunderreichem Bindbriefe von Hans Engelbrechts Leben, in Editione non prima A. 1639., sed secunda, A. 1684. in 8. impressa, Gotfridi Arnoldi Vitæ Engelbrechtii, in den Leben der Gläubigen der letzten 200. Jahre, (Halæ A. 1701. *in 4.* editis), *p. 621-683.*, obviæ, & tandem A. 1723. Jo. Melch. Kraftii zweyfachem Jubel-Gedächtniß p. 488-492. Argumentum ejus (ab Arnoldo etiam *Tomo III. Hist. Eccl.*, *c. 17.*, *p. 211. 212.* & Kraftio *l. c.* *p. 168-170.* expositum) *Tomo II.*, ubi de Engelbrechtio erit dicendum, enarrabitur.

Erläuterung des Buches Hiob, oder Schule der leiblichen und geistlichen Anfechtungen, an dem Bilde Hiobs dargestellet: Jetzt erst auß dem MSto des Autoris herausgegeben, samt Joh. Henr. Michaelis, Hällischen Professoris, vorhergesetzter Einleitung ins Buch Hiob. Halæ 1716. in 4. Eine gar erbauliche Arbeit audit Val. Ern. Löschero in den Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 4. A. 1717.*, *p. 657.*

INEDITA.

Ex his (qvorum complura apud nonnullos superesse Spenerus, *in præfat. Tomi III. Scriptorum ejus Germanicorum*, testatur) mihi innotuerunt:

Liber contra Nicol. Tetingium, Husensem, Civem Flensburgensem fanaticum, ab ipso Tetingio (responso se illum nolle dignari jactante) A. 1635., in der Verantwortung auf des Predigamts zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, ausführlichen Bericht, *p. 115. 116.*, allegatus.

Eine herliche Psalter-Erklärung, wovon doch die 23. erste Psalmen, bey einem Zufalle, im 30. Jährigen Kriege, weggekommen. V. Kraftium *l. c.*

Epistola Germanica ad Pet. Dancwerthium, Pastorem Husensem, d. 4. Sept. A. 1624. scripta, Joh. Arndii scripta extollens ac defendens, Nic. Tetingii autem & Hartwigi Lohmanni, Secretarii Flensburg., errores de incarnatione Christi, & essentiali fidelium cum eodem unione, refellens, qvam ipsemet possideo.

Epistola Latina αὐτόγραφος ad Joach. Morsium, Philologum Hamburgensem, d. 22. Maji A. 1622. exarata; qvam in *Albo Morsiano* MSto (qvod V. C. Jac. a Mellen Lubecæ asservat) *fol. 579.* offendi.

JOHANNES EGENOVIUS, Hatherslebiensis.

SCRIPTA DANICA.

Siælens Lægdom (sive de morbis animæ). A. 1628. in 8. (*Catal. Rosenkrantz.*)

Gode Giestebud aff Kong Salomons Ordsprog (i. e. Convivium e Proverbiis Salomonis). Hafniæ 1629. in 8. (*Biblioth. Resen.*)

Andreæ Celichii, Superintend. Megapolitani, Beretning om de Mennisker, hvilke af Angst, Fortvivlelse, eller andere Aarsager, sig selv dræbe og aflifve, fordanskt (i. e. Institutio de hominum Melancholicorum & desperabundorum αὐτοχειρίᾳ, e L. Germ. in Danicam translata). Hafniæ 1623. in 8.

PETRUS EGGE, Lubecæ commoratus, Versionem Germanicam *Chronici Slavorum*, ab Helmoldo, Presb. Bosoviensi, scripti, & ab Arnoldo, Abbate Lubecensi, continuati, Lubecæ *in 4.* edendam, *in Catalogo Nundin. Lipf. A. 1657. Vern. p. 36.*, promisit, sed promisso non satisfecit.

GEORGIUS FRIDERICUS EGGERS, Rendesburgensis, Joachimi Senatoris filius, Urbis patriæ, circa A. 1707., Consul, & Tribunalis simul Regii Glückstadiensis Assessor, qvem *Casparum Fridericum* Joh. Christ. Nevius (*P. II. Accessionum ad Degorei Wheari Relect. Hyem. Historicas p. 337.*) perperam appellat. Obiit d. 20. Jul. A. C. 1711., & ætatis 48. V. Epicedia, e qvibus Germanicum Chr. Henr. Amthorii in ejus Poetischem Versuche *p. 340-343.*, est recusum.

Historia inclytæ Civitatis Holsatiæ Rensburgi, Præside D. Casp. Sagittario, Hist. Prof., proposita. Jenæ 1684. in 4. Suis hanc scriptis Præses, in illorum *Catalogo*, A. seqv. 1685. publicato, ideo tantum, qvod suo esset ductu concinnata, haud dubie annumeravit.

NICOLAUS EGGERS, oppidi in Wagria Plönensis Ecclesiastes.

Sturm-Wind- und Wetter-, Macht- und Kraft-, Zorn- und Bußglocke GOttes des allmächtigen. Hamburgi 1625. in 4. (*V. Ephr. Prætorii Indicem Bibliothecæ suæ Homileticæ.*)

JOHANNES EICHELIUS, Hatherslebiensis, Med. D. & in urbe regia Hafniensi, circa A. 1698., Practicus, ejusdemqve simul, circa A. 1710., Consul, ac Consiliarius Justitiæ postea, Archiaterqve regius, A. 1719. superstes.

Disp. Inaug. de punctura nervorum, Præside D. Georg. Wolfg. Wedelio. Jenæ 1689. in 4.

MICHAEL EINSPERG, Holsatus.

Oratio de nativitate Domini nostri JEsu Christi. Rostochii 1649. in 4.

Or. de glorioso ascensionis Christi triumpho. Rost. 1649. in 4.

Or. de Scholis publicis, & qvod utilius sit, pueros ac juventutem publice informari, qvam privatim. Rost. 1651. in 4.

Or. de Scholarum publicarum utilitate, ac discentium in iis maxime necessaria informatione, tam ex usu, qvam exemplis, demonstrans, publicam semper privata potiorem esse disciplinam. Rost. 1662. in 4. (*An a præcedenti sit diversa, haud recordor.*)

Schriftmäßiger Kreutz- und Trostspiegel. A. 1668. in 4. (*juxta Catal. Rosenkrantz.*)

JOHANNES EITEL BRENDEL, Hamburgensis, e solo mihi cognitus *Catalogo Nund. Lipf. A. 1625. vernalium*, in qvo *p. 57.* hoc ejus scriptum editis accensetur:

Des edlen Johann Eitel Brendels, von Hamburg, heilsames Kleinod, darinn aller Gläubigen Ritter Gefahr, Hülf und Schutz, in einer künst- und lieblichen Metaphora, durch Gebet und Danckſagung, wird vorgebildet. Lüneburgi, apud Sternios, A. 1625.

Sed vereor, ne falso is Hamburgensis illic vocetur, & familiæ nobili Rhenanæ Brendeliorum ab Homburg (qvæ Danielem Sec. XVI. Ecclesiæ Moguntinæ dedit Archiepiscopum) potius sit vindicandus.

ALBERTUS ab EITZEN, Hamburgensis, Danielis, Senatoris urbani, & Margaretæ Hackmanniæ (Alb. Hackmanno, Consule, natæ), filius, d. 6. Sept. A. 1578. in lucem editus, e schola patria, Juridico vacaturus studio, A. 1600. in Academias Rostochiensem, aliasqve, transiit, hujusqve Licentiati titulum, Gallia, Italia, Belgio & Germania, itinere jam peragratis literario, Marpurgi Kal. Dec. A. 1608. obtinuit. In patriam redux, Senator ejus A. 1610. est electus, simulqve A. 1617. postremus oppidi Bergerdorfiensis Præses constitutus, ac A. tandem 1623. Bartholdo Becmanno in Consulatu successit.

fit. Septennio post (A. 1630.), cum, 30. navibus, qvas Hamburgenses contra Christianum IV., Daniæ Regem, instruxerant, se temere præfici passus, classi regiæ in Albi vicino audacter obviam iret, rem infeliciter gessit, naviqve metu mortis aut captivitatis relicta, lintre in continentem est elapsus. Qvæ fuga summo ei apud hostes fuit dedecori, tantamqve civium conciliavit invidiam, ut famæ suæ peculiari Apologia edita patrocinari, cladisqve causam in ventos iniqviores transferre, sit coactus (1.). Reliqvam ætatis partem in toga, cui aptior erat, exegit, &, d. 4. Maji A. C. 1653., æt. 74., defunctus, qvatuor filios (e qvibus Güntherus Ericus, J. U. D., ædis in patria Cathedralis Canonicus fuit, & tandem Decanus), totidemqve filias (qvas inter Elisabetha & Margaretha, Bartholdo Möllero & Bartholdo Twestrengio, J. U. Licentiatis, ad Consularem postea evectis dignitatem, A. 1630. ac 1642. sunt elocatæ), e conjugio cum Gesa, Ludolphi a Schöningen, civis primarii, gnata, ac Joh. Ritzenbergii, Protonotarii, nepte, A. 1609. contracto, reliqvit superstites. Qvos inter de hæreditate ipsius enata est controversia, scriptis, circa A. 1661., agitata publicis. V. de illo Epicedia defuncto scripta (e qvibus unum M. Francisci Simonis, Ecclesiastæ Hamburg., Joh. Alb. Fabricius *Parte I. Memoriarum Hamburgensium, p. 236-242.*, curavit recudi), Ad Trafsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam, ad A. 1610., p. 41.*, & Inscriptionem Epitaphii, ab ipso, in æde Petrina, Parentibus, socero, socrui & affinibus, erecti, ab eodem Trafsigero, *ad A. 1596., p. 37.*, & Theod. Anckelmanno, *in Inscriptionibus Hamburgensibus, n. 49., p. m. 20.*, exhibitam.

SCRIPTUM.

Nothwendige Ehrenrettung, samt angehängter Retorsion und Vorbehalt, worinn die, bey währender Elb-Unruhe, wieder ihn ausgesprengete hochbeschwerliche Auflagen des Ungrundes und Falsches überführet, den Lästerern heimgeschoben, und dagegen seine Unschuld, vermittelst derselben wahrhaftigen Berichtes, eröfnet und behauptet wird. A. 1633. in 4.

CHRISTIANUS ab EITZEN, Glückstadio Holsatus.

Fridericus III. in Christiano V. redivivus, sive Applausus Academicus, qvo Christiano V., Regi Daniæ, publica oratione, ipso unctionis die, qvi erat 7. Junii A. 1671., in Juleo Academiæ Juliæ, est gratulatus. Helmstadii 1671. in fol.

Disp. de Jure arbitrario in genere, Præside D. Sam. Rachelio. Kilonii 1673. in 4.

DANIEL ab EITZEN, Hamburgensis.

Disp. Jurid. de Usucapionibus. Groningæ 1635. in 4. (*O. Sperl.*).

HERMANNUS ab EITZEN, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Restitutione in integrum. Ultrajecti 1671. in 4.

JOHANNES ab EITZEN, e gente Eitzeniorum patricia. Hamburgensi, itidem, uti credo, oriundus, J. U. L.

Disp. de differentiis Juris communis & Hadelensis. Lugd. Bat. 1664. in 4. (*Catal.*).

PAULUS ab EITZEN, Patritius Hamburgensis, A. 1521. natus, Lutheri & Melanchthonis in Acad. Witeb. auditor, Gymnasio Marchiæ Brandeburgicæ ad Svevum Coloniensi, circa A. 1544., præfuit, & professione deinde, in Athenæo Rostochiensi, aliqvamdiu functus est Dialectica. Hamburgum revocatus, Ædis Cathedralis, ab A. 1549., fuit Pastor, & Theologiæ in illa Lector secundarius, ab A. autem 1555. Ecclesiarum urbis patriæ omnium Superintendens, & Theologiæ (cujus etiam Doctor A. seqv. 1556. Witebergæ creabatur) Interpres primarius. E patria tandem A. 1562., ab Adolpho, Duce Holsato-Gottorpiensi, Slesvigam pertractus, septem lustris seqventibus, non hujus solum, triumqve filiorum & Successorum, Friderici, Philippi & Johannis Adolphi, Protecclesiasten, in arce vicina Gottorpiensi, egit aulicum, sed & supremum Ecclesiarum in utroqve Ducatu, Slesvicensi ac Holsatico, Ducalium Antistitem, simulqve Theologiæ, in Basilicæ Slesvicensis Cathedralis (cujus etiam Canonicus fuit) Gymnasio, ab A. 1576. ad 1580., Professorem, & Diœceseos Nordstrandicæ, ab A. 1582. ad 1593. (qvo rude, ob senectutem, a Joh. Adolpho Principe, donabatur, & M. Jac. Fabricius Senior, in hoc aliisqve officiis, optio ei adjungebatur), Præpositum. Vivis tandem Theologus hic longe doctissimus, & præclare de patriæ ac Cimbriæ universæ Ecclesiis meritus, qvem ὀρθοδοξότατον esse ipsi e Zelotis Lutheranis rigidioribus fatebantur adversarii, ob moderationem pacis Ecclesiasticæ studiosam, & Melanchtonis, ab eo defensi, amorem, in illum iniqviores, excessit d. 25. Febr. A. C. 1598., & ætatis 77. Historiam vitæ ejus, Scriptorum, & certaminum cum Reformatis, præsertim Bremensibus, Collegis in urbe Hamburgensi rigidioribus, Confessionisqve Lüneburgensis & Libri Concordiæ Autoribus, &, hos inter, Jacobo Andreæ, cæterorum Promacho, sacrorum, Tomo fusius exponemus ultimo. Consule interim παρεκβάσεις de iisdem breviores, *Parte II. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 7., §. 2. & 3., p. 176-185., & Parte IV., c. 10., §. 10. 11. 12., p. 579-583.*, a nobis jam exhibitas, Joh. Adolphi Cypræi *Annales Episcoporum Slesvicensium, Lib. 3., c. 6., p. 447-463.*, & Leonh. Hutteri (adversariorum haud infimi) *Concordiam concordem, c. 12., p. 366-401.*

ALBERTUS ELERS, Hamburgensis, Ulrici, Frisiæ Orientalis Comitis, Ecclesiastes Aulicus A. 1648. (qvo Theol. Licentiatus Helmstadii a Conr. Hornejo creabatur) vocatus, & Comitatus deinde ejusdem, circa A. 1652. (qvo Doctoris titulum ibidem, Brabevta Georg. Calixto, d. 27. Jul., obtinuit), Superintendens. V. D. Joh. Fabricii Jun. *Amoenitates Theologicas p. 787.*

Disp. Theol. Inaug. de Resurrectione carnis, Socinianis præcipue, eandem numero carnem resuscitatum iri negantibus, opposita, Præside D. Conr. Hornejo. Helmstadii 1648. in 4.

Voti summa; der seligste und beste Hertzenswunsch, oder Leichpredigt über Ulrich, Graffen von Ostfriesland, aus Ps. LXXIII., A. 1649. gehalten: Cum alio Engelberti Hoyeri, Pastoris Nordani, sermone in ejusdem Comitis memoriam funebri (sub tit.: Letztes Ehrengedächtniß Ulrici, Graffen von Ostfriesland) excusa Hamburgi A. 1649. in fol.

M. ANDREAS ELERS, Hamburgensis, æditui Michaelitani filius, Vici initio in Comitatu Pinnebergico Elmeshornensis, & deinde, ab A. 1698., Parochiæ, in Patriæ vicinia, Hammensis atqve Hornensis, Pastor. Vixit A. 1716.

Disp. de præstando Categorice in libros Symbolicos juramento, Præside D. Valentino Alberti proposita. Lipsiæ 1690. in 4. Ei, tanqvam Autori, tribuitur a Joh. Christ. Ittero *in Tr. de Honoribus Academicis, c. 8., §. 15., p. 307.*

JOHANNES FRIDER. ELERS, Holsatus.

Oratio de Potentia Turcarum crescente ac decrescente, ejusqve causis præcipuis, d. 2. Dec. A. 1716. recitata. Kilonii A. 1716. V. de illa *P. LVIII.* der Gelehrten Famæ *p. 811. 812.*

JOHANNES ELFRINGIUS, Itzehoa Stormarsus, P. L. C. & Parochus in Præfectura Hamburgensium Ritzbuttelensi Steinmarkensis, ob venam Poeticam haud plebejam a Nicol. Scribonio (hoc nominis ejus fabricato Anagramma: *Joannes Elfringius; * Fili Nasonis, en urge*) (2.), Lamp. Alardo & Joh. Adolpho Fabricio (3.), Epigrammatis merito celebratus Encomiasticis. Qq 2 Car-

(1.) V. Ad. Olearii Kurtzen Begriff der Holsteinischen Chronica *p. 236-240.*, & Andr. Hoyeri Dennemärckische Geschichte *p. 174.* (2.) *Lib. 5. Lusuum Anagramm. Gottorpiensium p. 118. 119.* (3.) *In Albo Joach. Morsii MS. fol. 924. 925.*

Carmen memoriale ad Alb. ab Eitzen & Joh. Brandium, J. U. Licentiatos, Consulatum Hamburgi suscipientes. Hamb. 1649. in f. pat.

Qvatuor Epigrammata in laudem Augusti Junioris, Ducis Brunsvicensis, in Mart. Goskii *Arbusto Augusto*, A. 1650. & 1693. *in fol.* edito, *fol. 12. 57. 567.*, obvia.

Carmina alia complura, singulatim diversis publicata temporibus.

Carmina & Epigrammata haud pauca in Joach. Morsii, aliorumqve Virorum ævi sui eruditorum, laudes ἀνέκδοτα atqve αὐτόγραφα, Musis scripta haud invitis, in *Albo Joach. Morsii MSto* (qvod Vir Clariss., Jac. a Mellen, Pastor Lubec., possidet) olim mihi lecta.

NICOLAUS JOHANNES ELFRINGIUS, qvi modo Hamburgensem, modo Ritzbüttelensem, in suis se vocavit Schediasmatis, Johannis (*modo laudati*) filius, cum studiis sacris pariter atqve profanis annos, in Gymnasio Bremensi, & Academiis Jenensi, Lipsiensi, Kiloniensi, Lugduno-Batava atqve Trajectina, impendisset complures, Kilonium A. 1668. redux, tyrones privatim docendi potestatem a Principe & Professoribus, ac, inde A. 1670. discessurus, Testimonium a Prorectore Academico impetravit honorificum, typis excusum, in qvo vitæ ejus ac studiorum fusius exponitur historia.

Disp. de Officio hominis circa notitiam futurorum contingentium, Præside Jac. Thomasio (*illius Autore*) defensa, Lipsiæ 1664. in 4.

Disp. Theol. de Traditionibus humanis, Præside D. Hier. Kromayero. Lips. in 4.

Salvator exoptatissimus circumcisus, & nomine Jesu insignitus, tribus Soliloqviis depictus Anacreonticis. Kilonii 1669. in 12.

Disp. de Papa Utopico, Præside D. Christ. Kortholto (*illius Autore*) defensa. Kil. 1670. in 4.

Θρηνωδία Panegyrica, seu Lacrymæ calidissimæ, in Friderici III., Regis Daniæ, excessum, metro alcaico effusæ. Kilonii 1670. in fol.

Coronæ vere regiæ, Friderico III., Regi Daniæ, a Summo Brabevta, Jesu Christo, impositæ. Kilonii 1670. in 4.

SIDONIA ELLIA, Hamburgensis, teste Christ. Franc. Paulino, mulieribus eam annumerante eruditis, scripsit, Eine Catechismus-hohe Schule, darinn viele gottselige Sachen, zu guter Erinnerung, mit eingerücket sind. (*V. Paulini Hoch- und wolgelahrtes Teutsches Frauenzimmer p. 40.*

ELISABETHA JULIANA, Friderici, Ducis Holsato-Norburgici, & secundæ hujus Conjugis, Eleonoræ, Rudolphi, Principis Anhaltino-Servestani, gnatæ, filia, Johannis Junioris, Ducis Holsato-Sünderburgici, neptis, Christiani autem III., Danorum Monarchæ, proneptis, in arce Insulæ Alsensis Norburgensi, d. 24. Maji A. 1634., in lucem est edita. Virtutibus mature imbuta Principe dignis, in aulam A. 1650. a parentibus ablegabatur Augusti, Principis cognati Brunsvicensis, Germaniæqve Nestoris, Gvelpherbytanam, hujusqve filio, Antonio Ulrico, consobrino suo, A. 1654. desponsabatur, ac, post biennium, e peregrinatione reduci, d. 17. Aug. A. 1656., solennibus jungebatur nuptiis. Marito huic, virtutibus heroicis & eruditione eximia inclyto, in conjugio ferme semiseculari, filios septem, & sex filias, est enixa. E qvibus (ut cæteros brevioris ævi, a Scriptoribus enumeratos Genealogicis, taceam) matri, tredecim nepotum ante obitum jam aviæ, & qvatuor pronepotum proaviæ, superstites fuerunt:

1. Augustus Wilhelmus, Princeps hæreditarius, d. 8. Mart. A. 1662. natus.
2. Ludovicus Rudolphus, d. 22. Jul. A. 1671. in lucem editus, & ab uxore, Christina Ludovica, Principe Oettingensi, A. 1690. ducta, qvatuor parens redditus filiarum, e qvibus Elisabetha Christina Carolo III., Regi Hispanico, A. 1708. nupsit, Carola Christiana Sophia autem Alexium, Imperii Russici hæredem, maritum A. 1711. obtinuit.
3. Anna Sophia, A. 1659. nata, & Car. Gustavo, Marchioni Durlaco-Badensi, A. 1677. elocata.
4. Henrietta Christina, A. 1669. nata, Cœnobii Gandersheimensis, ab A. 1694., Abbatissa.

Septuagenaria tandem Gvelpherbyti, d. 4. Febr. A. 1704., obiit, cum pietate erudita, vena in sermone vernaculo Poetica, insigniqve in Cœnobium monialium nobilium Saltzdalense, A. 1701. a se fundatum, reditibus instructum, & Bibliotheca propria, templiqve totius ornatu, suis ipsius ac virginum aulicarum confecto manibus, donatum, Monasterium item Stederburgense, benigne restauratum, Ptochotrophea Gvelpherbytana, & pauperes alios, munificentia, bonorum omnium laudes promeruisset. Exeqviæ Principi optimæ, d. 3. & 4. Apr. A. 1704., tum Gvelpherbyti, tum in aliis Ducatus sui, factæ sunt, urbibus, nummusqve funebris ejus consecratus memoriæ, cujus pars antica defunctæ imaginem, titulum, & annos nativitatis atqve obitus, postica vero coronam Ducalem, & arcem domumqve Saltzdahlensem, cum Icone ejusdem nube supra istas in cœlos evectæ, exhibet, adjecta hac Epigraphe: DESERUISSE JUVAT. Qvatuor numismata in obitum ejus funebria delineata exhibent die Histori. che Gedächtniß-Müntzen des XVIII. Seculi, *Parte V.* (*sive A. 1704.*), Noribergæ A. 1713. edita, *p. 347. & seqq.*

Fusius celebrata est 1. in Alb. Frid. Knopfii, Conc. aul. Gvelpherbytani Sermone in obitum ejus, ex Hebr. XII. 22. 23. 24., Germanico, Gvelpherbyti A. 1704. in fol. excuso, de qvo Joh. Fabricii *Historia Bibliothecæ suæ P. II. p. 236.* 2. in Narratione vitæ vernacula peculiari, Christoph. Jac. Blumii, Pastoris Catharinæi Brunsvicensis, Christfürstlichem Castro Doloris, sive Sermone in Apoc. XXI. 5. 6. 7. funebri, & Joh. Frid. Kätzleri, Syndici Brunsvicensis, Epicedio Germanico, Brunsvici A. 1704. *in fol.* excusis, istorumqve, qvæ *in Novis Lit. Germ., M. Majo & Dec. A. 1704., p. 189. 190. 476. 477.*, leguntur, Excerptis; nec non in Gottfr. Sigism. Megandri scripto, ejus consecrato nuptiis &, sub titulo des Hochfürstlichen gedoppelten Lustspiegels, von beyder Hochfürstlichen Personen Ankunft und Blutfreundschaft, Gothæ A. 1656. *in fol.* edito. Conferantur cum his Scriptores de familiis Germaniæ illustribus Genealogici, Phil. Jac. Spenerus *in Sylloge Genealogico-Historica p. 116. 515.*, Pet. Ambr. Lehmannus *P. I.* des ietzt herschenden Europæ *p. 62. 63. 90.*, Autor der heutigen Christlichen Souverainen Europæ *p. 833. 834. 864.*, & plures alii, nec non qvi Saltzdalense Cœnobium, ab ea conditum, celebrarunt (*in N. L. Germ., A. 1704. p. 459., A. 1705. p. 392. 393., & 1706. p. 45-46.*, memorati), Joh. Phil. Odelemius, Brunsvic., J. U. D., *in Monumento istius, seu Diss. de primitivæ Ecclesiæ monialibus*, A. 1701., & *Expositione numismatis argentei, in memoriam Palatii prope istud Ducalis cusi*, A. 1705. Brunsvici *in 4.*, ac Joh. Rempius, Prof. Helmstad., in Oda in idem palatium Panegyrica Leonina, inqve singulis simul strophis χρονοδεικτικῇ, Hildesiæ A. 1704. *in fol.*, publicatis.

Preces, Odæ & Meditationes sacræ Germanicæ, ab ea αὐτόχειρι conscriptæ, & posteris relictæ, ob qvas Poetriis illustribus a M. Joh. Christ. Blumio, Brunsvicensi, *in Diss. de Principibus Poetis posteriori*, Lipsiæ A. 1709. edita, jam est annumerata. V. *Nova Lit. Germ., M. Majo A. 1704., p. 190., & M. Sept. A. 1709., p. 384.*

Ipsius qvoqve venam Poeticam in Mariti Serenissimi, Antonii Ulrici, Ducis Brunsvicensis, laborem pium, Churfürstliches Davidisches Harffenspiel, Noribergæ A. 1667. in 8. editum, confluxisse testatur Joh. Georg. Eccardus *in Historia studii Etymologici Lingvæ Germanicæ, c. 12., p. 115.*

GEVER.

GEVERHARDUS ELMENHORSTIUS, Hamburgensis, Everhardi, Senatoris, filius, cum Theologiæ pariter atqve Polymathiæ elegantioris universæ eximiam sibi, in Academia Lugduno-Batava, aliisqve, Josephi Scaligeri, paterno ipsum amore prosecuti, cæterorumqve Præceptorum, ductu, peritiam acqvisivisset, in patriam A. 1602., rediit, & lustra qvatuor vitæ reliqva, cœlebs primum, ac deinde, ab A. 1610., maritus, in otio, qvod muneribus prætexebat publicis, ad Annum usqve fatalem 1621., exegit literario. Ipse tamen istud, fortunæ in se benignitate sapienter usus, maxime sibi reddidit negotiosum, & præclaris, qvibus in ipso ætatis flore, cum plura & majora moliretur, est immortuus, Scriptorum veterum, tum Ecclesiasticorum, Arnobii, Minutii, Gennadii, Procli & Sidonii Apollinaris, tum profanorum, Cebetis atqve Apuleji, editionibus locum inter Criticos & Philologos ævi sui celebriores haud infimum, inter Theologiæ autem Patrum vetustioris & sacrarum antiqvitatum, in Ecclesia Lutherana, Mystas ac scrutatores ferme principem, simulqve virorum, qvi tunc fama florebant literaria, maximorum amicitiam & laudes, promeruit. Fusius de singulis, in Elogio ejus, Tomo differetur ultimo. Confer interim, qvæ de illo, sed satis parce, congesserunt Pet. Bælius *in Dictionario Historico-Critico, T. I., P. II., p. 1037. Ed. primæ, & T. II. p. 1119. Ed. secundæ,* Joh. Franc. Buddæus *T. II. Lexici Historici p. 28.,* Henn. Wittenius *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1621.,* & Nicol. Wilckenius in Appendice der Leben der Lindebrogiorum, A. 1723. Hamburgi ἀνωνύμως editarum, *p. 57-71.*

M. JOHANNES HENRICUS ELMENHORSTIUS, Hamburgensis, filius M. Henrici Elmenhorstii, Archidiaconi in patria Catharinæi, adoptivus (1.), sorore uxoris ejus genitus (2.), Pastor, post reditum ex Academiis Lipsiensi ac Rostochiensi, circa A. 1704., castrensis primum (3.), ac deinde nauticus, a fluctibus marinis, in naufragio infelici, circa A. 1705., submersus.

Disp. Philosophica de Vita Dei, ab eo Præside proposita. Lipsiæ 169.. in 4.

Disp. de carnali sacrarum literarum sensu, ab eo conscripta, & Præside D. Joh. Fechtio defensa. Rostochii 1698. in 4. Recusa ibidem A. 1707. in 4. V. de illa *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1698., p. 223. 224.*

BERNHARDUS ELSNER, Slesvicensis, J. U. D. & Canonicus Magdeburgensis, universam fere Europam cultiorem pervagatus.

Disp. Jurid. Inaug. de Consvetudine. Basileæ 1657. in 4.

JOACHIMUS ELSTORPIUS, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, d. 20. Jul. A. C. 1644., & æt. 63., defunctus, XIII. liberorum e Gertrude, D. Nicol. Sandmanni, Poliatri Hamburgensis, filia, A. 1615. ducta, parens, a Zach. Lundio *(in Epist. Libri II. Poematum juvenilium Dedicatoria)* & Nicol. Scribonio *(Lib. 5. Lusuum Gotторp. Anagramm. p. 111.)* celebratus. Scribonius hoc nominis ejus Anagramma exhibet:

*Joachimus Elstorfius, M. D. * Io fortis almus Medicus.*

Disp. Inaug. de Arthritide. Basileæ 1614. in 4.

JOHANNES ab ELSWICH, Lubecensis, J. U. Cand., in Academia Tubingensi A. 1617., teste Mich. Piccarto, qvi obitum ejus, in Epistola peculiari ad Joh. Kirchmannum, Rectorem Scholæ Lubecensis, illius cognatum, Non. Maji A. 1617. *(non 1616.)* scripta, & A. 1697., *in Gudianarum Appendice (num. 186., p. 258.)* edita, acerbe luxit, mortuus. Ab eodem Piccarto A. 1616., in alia ad Kirchmannum, Prid. Kal. Aug. exarata *(ib. n. 184., p. 256.), adolescens virtute & doctrina florentissimus,* a Georg. Remo autem, Reip. Norib. Consiliario (qvi Kirchmanno etiam [*ibid. n. 132., p. 216.*], *se illum, ob ingenium summum, amare & deosculari,* significavit), in literis ad ipsum A. 1617. datis *(ib., n. 130., p. 219. 220.), Legum Mysta, Politicusqve & Philologus politissimus,* est salutatus.

Disp. de Civitate & Civibus, Præside D. Azaria Sturzio, Hist. Prof. Rostochii 1614. in 4.

Conclusiones Historico-Politicæ de Bello, ex optimis Politicis congestæ, & secundum modum procedendi in bello digestæ. Rostochii 1616. in 8. *(V. Bolduanum in Biblioth. Hist. p. 273., Draudium & Lipenium.)*

Commentarius affectus de Rerumpublicarum originibus, institutis, juribus, privilegiis & arcanis, ad qvem pertexendum Georg. Remus, in Epistola paulo ante laudata, A. 1617. illum est hortatus.

JOHANNES HERMANNUS ab ELSWICH, Rendesburgensis, Henrici, urbis illius Ecclesiastæ, filius, d. 19. Jun. A. 1684. natus, e schola patria in Lubecensem, & ex hac, impetrato Stipendio Theologico Schabbeliano, A. 1703. in Academias profectus, in Rostochiensi, Lipsiensi, Jenensi & Witebergensi, lustra aliqvot exegit. Witebergæ Magister creatus, & Ordinis Assessoribus A. 1712. adscriptus Philosophici, juventutem Academicam, magno cum hujus concursu atqve applausu, privatim, per novem qvotidie horas, & profana, & sacra, docuit, ad A. usqve 1717., qvo, ibidem Theologiæ Licentiati ornatus titulo, recusata Seminarii Isenacensis ephoria, Stadam, Ducatus Bremensis urbem, migrabat, & Pastor illic ædis SS. Cosmæ ac Damiani constituebatur. Stadæ d. 11. Junii A. 1721. æt. 37. obiit. Fusius vitæ illius enarrarunt historiam duo superstitis Encomiastæ, D. Gottliebius Wernstorfius, *in Programmate* Disputationi inaugurali A. 1717. Witebergæ præmisso, &, qvi hoc secutus est, Joh. Henr. a Seelen *Parte I. Athenarum Lubecensium p. 298-306.* Conf. de illo J. G. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *n. 98. A. 1721., p. 783. 784.* Scripta, qvæ, elucubravit, sunt seqventia, maximam qvoqve partem ab illis enumerata, nec non in der fortgesetzten Theol. Samlung anni 1721. Appendice, *p. 1096. 1097. 1098.*

I. EDITA.

α. PROPRIA.

ישועה בן־אוני; i. e. JEsus dolorum filius, qvos, ut in tristissima crucis ara salutem repararet Adamigenis, re & vere בנימין, i. e. filius dextræ, sustinuit; sive Carmen versuum 650. Heroicum de acerbissima Christi passione, d. 26. Mart. A. 1703. in schola Lubecensi recitatum: cum Notis Philologico-Theologicis. Lubecæ 1703. in 4. (V. *Nova Lit. Lubec., M. Apr. 1703. p. 96.*)

Breviarium Controversiarum Theologicarum præcipuarum ac modernarum, Præside D. Mich. Förtschio propositum. Jenæ 1706. in 4.

Melchisedecus ab injuria Pet. Juriæi *(cui Chamus fuisse videtur)* defensus, Præside Joh. Christoph. Wichmanshausio. Witeb. 1710. in 4.

Melchisedecus ab Henr. Hulsio minus feliciter in Henocho detectus. Witeb. 1710. in 4.

Melchisedecus ab Henr. Hulsio in gentili Mythologia frustra qvæsitus. Witeb. 1710. in 4. (Has de Melchisedeco Disputationes ob eruditionem commendat Georg. Henr. Götzius *in Diss. de Reliqviis Patriarcharum p. 15.*)

Disp. de Recentiorum in Novum Fœdus Critica. Witeb. 1711. in 4.

(1.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1698., p. 223. 224.,* & And. Dan. Habichthorstii *Rostochium A. 1699. literatum p. 453.* (2.) V. *Nova Lit. Germ., M. Jul. A. 1704., p. 280.* (3.) V. P. A. Lehmanni *Hamb. Lit. A. 1704., p. 30.*

De Formula Concordiæ in Dania nunqvam combusta, adversus qvorundam, & in his Gothofr. Arnoldi, criminationes, Disputationes duæ, Witeb. 1712. in 4. Hæ, multis auctiores accessionibus, ibidem A. 1716. *in 4.*, junctim sub seqventi recusæ sunt titulo: *De Formula Concordiæ, num in Dania sit combusta, Disqvisitio Historica.* Schediasmatis hujus, in qvo narratio Autorum non paucorum de Libro Concordiæ a Friderico II., Rege Daniæ, combusto falsitatis insimulatur, recensum encomiasticum invenies in Val. Ern. Löscheri Unschuldigen Theologischen Nachrichten *anni 1716., p. 711. 712. 713.*, Critico-elenchticum in Lipsiensium *Actis Eruditorum Germanicis, Parte XLIV., p. 567-578.*, refutationem vero in Andr. Hoyeri Kurtz-gefaßten Dennemärckischen Geschichten (Flensburgi A. 1719. editis), *p. 291-296.* Cui J. H. a Seelen, Elswichii discipulus, *l. c. p. 303.*, indignatus qvidem est, sed nihil, præter scommata qvædam, regessit.

Observationes Philologicæ sex super V. C. Bernh. Henn. Witteri, Pastoris Hildesiensis, Commentatione in Genesin (1. de Eloqventia Mosis, 2. de Scopo librorum Mosis, 3. de Lingva Hebræa non Cananæa, 4. de Auctore Cap. I. Geneseos, 5. de origine nominis אלהים, 6. de רוח אלהים). Witeb. 1712. in 4. V. de iis Val. Ern. Löscherum *l. c., Sect. V. A. 1714., p. 843-846.*, Autorem der gelehrten Famæ, *P. XVII., p. 386. 387.*, & J. H. a Seelen *l. c. p. 303. 304.* Epistolæ Witteri, iis oppositæ, seqvens ab Autore reposita est apologetica.

Epistola apologetica ad Bernh. Henn. Witterum, in qva Observationes Philologicæ a criminationibus ejus & cavillationibus vindicantur. Witeb. 1713. in 4. V. & de hac, & de secunda Witteri Epistola, illam refellente (cui noster peculiari respondere scripto noluit, sed generatim tantum qvædam A. 1715., *in Disp. de Philosophumenis p. 21. & seqq.*, regessit), Seelenium *l. c. p. 304.*, & Löscherianum utriusqve recensum, *l. c., Sect. V. A. 1714., p. 843-849.*

Vindiciæ Diascepseos D. Nicol. Hunnii de Fundamentali Dissensu doctrinæ Lutheranæ & Calvinianæ, adversus D. Sam. Strimesii Ingenuam in controversias Evangelicorum Inqvisitionem, Præside D. Gottl. Wernstorfio proposita. Witeb. 1712. in 4. V. de illis Löscherum *l. c., Sect. IV. A. 1712., p. 619.*, & *Partem XXIV.* der gelehrten *Famæ p. 871. 872.* Recusæ sunt Lipsiæ A. 1714. in 4.

Diss. Historica de Palinodia Fanaticorum. Witeb. 1714. in 4. Argumentum ejus enarravit Löscherus *l. c., Sect. 2. A. 1714., p. 336. 337., & in Appendice anni 1715., p. 1140. 1141.*

Disp. de Inscriptione Apocalypseos Johanneæ. Witeb. 1715. in 4.

Disp. de Philosophumenis Viris sanctis temere affictis. Witeb. 1715. in 4. V. *Partem XLVI.* der gelehrten *Famæ p. 781.*

Diss., qva communior de Magis stella duce Bethlehemum profectis sententia propugnatur. Witeb. 1716. in 4. Opposita est (*teste Seelenio l. c. p. 304.*) sententiæ Philologi Julii (*i. e. Hermanni ab Hardt*), Magos istos pro Judæis, aut Judæorum potius, in Persia aut Syria commorantium, legatis, habentis. Conf. de illa *Partem LX.* der gelehrten *Famæ p. 998.*

Sermo funebris, ad tumulum Jac. Woldiccii, Cimbri, habitus. Witeb. 1716. in 4.

Disp. de Controversiis novis circa Atheismum. Witeb. 1716. in 4. Iis, qvæ, in hac, suis qvibusdam opposita sunt sententiis, Nicol. Hier. Gündlingius, Prof. Halensis celeberrimus, A. 1717. *Sect. XIV. Gündlingianorum* suorum respondit. Cujus responsionis capita præcipua in Halensium Neuer *Bibliotheck, Sect. 62., p. 305-309.*, repetuntur.

Disp. de Controversiis de Anima recentioribus. Witeb. 1717. in 4.

Disp. Theol. Inaug. de Jure Episcoporum Galliæ a Papa ad Concilium provocandi, Præside D. Georg. Frid. Schroeero d. 27. Maji A. 1717. defensa. Witeb. 1717. in 4. V. der gelehrten *Famæ P. LX. p. 998., & P. LXIII. p. 157. 158.*

Das Bild und die Uberschrift rechtschaffener Lutheraner, am Lutherischen Jubel-Feste A. 1717., zu Stade, aus dem Evangelio des XXIII. Sontages nach Trinit., in einer Predigt vorgetragen: Mit Anmerckungen. Stadæ 1717. in 4.

Commentatio de Reliqviis Papatus Ecclesiæ Lutheranæ temere affictis. Hamburgi 1721. in 8. V. de illa Tubingensium Allerneueste Historie der Theol. Gelehrsamkeit, *M. Febr. A. 1722., n. 4.*

Disqvisitio de vero Autore Hymni: Hilf GOtt, daß mirs gelinge, ad D. G. H. Götzium, Superint. Lubec., *Nuptialibus* Götzianis inserta, & a J. H. a Seelen, *in Sched. de Memorabilibus qvibusdam Buxtehudensibus p. 4.*, laudata.

b. ALIENA.

Maturini Simonii de Literis pereuntibus Libellus, ab ipso iterum editus, & præfatione atqve annotationibus illustratus. Francofurti & Lipsiæ 1716. in 8. Recensum illius in Lipsiensium *Actis Erud. Lat., M. Febr. A. 1716., p. 85-88.*, Halensium Neuer *Bibliotheck, Sect. 53., p. 188. 189. 190.*, & *Parte XLVI.* der gelehrten *Famæ p. 788. 789.*, invenies.

Epistolæ familiares varii, potissimum Theologici argumenti, ab eo nunc primum e MSS. editæ, Notisqve illustratæ. Fasciculus primus. Francof. & Lips. A. 1718., & Witebergæ A. 1719., in 8. In qvarum editionum priore, 12. constante octernionibus, XXVIII. tantum, in posteriore vero, 4. octernionibus aucta, XL. comparuerunt Epistolæ Theologorum qvorundam Seculi XVII. Lutheranorum, de controversiis sacris, & potissimum Ecclesiæ suæ domesticis. V. Halensium (sigillatim istas enumerantium) *Partem LXXX.* der Neuen *Bibliotheck, p. 902-905.*, & V. E. Löscheri Unschuld. Theol. Nachr., *Sect. 4. A. 1719., p. 648. 649. 650.*

Joh. Launoji Liber de varia Aristotelis in Academia Parisiensi fortuna, & Joh. Jonsii Diss. de Historia Peripatetica: J. H. ab Elswich denuo edidit, & Schediasma proprium de varia Aristotelis in scholis Protestantium fortuna iis præmisit. Witeb. 1720. in 8. V. de illis Halensium *Partem XC.* der Neuen *Bibliotheck p. 886. 887. 888.*, & Schediasmatis Elswichiani recensum *in Actis Erud. Lips., T. VII. Supplem., Sect. IX., p. 405-411.*, ac *Diario Erud. Parisiensi, M. Mart. A. 1722. n. 7.*

II. INEDITA ET PROMISSA.

Historia Ecclesiastica Holsatiæ, eadem ratione, qva Christoph. Hartknochius Prussicam est persecutus, exponenda. V. ipsius *Præfat. editionis anni 1716. secundæ Disqvisitionis de Formula Concordiæ*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 305. 306.* Conf. de illa M. Joh. Melch. Kraftii (paucissima hujus argumenti, post obitum Autoris, esse inventa docentis) Præfat. des zweyfachen 200-Jährigen Jubel-Gedächtnisses, *lit. c. 1. b.*

Historia Philosophica, A. 1716. *in Catalogo nundin. Lips.* promissa, & a Joh. Gottl. Krausio, in den Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 35. A. 1716., p. 277.*, ac J. H. a Seelen *l. c. p. 306.*, commendata. Pars hujus haud dubie est Historia Metaphysicæ, qvam M. Sam. Frid. Bucherus, e MSto J. H. ab Elswich, Witebergæ A. 1723. *in 8.*, edidisse, *in Catal. nund. Lips. A. 1723. autumn. p. 32.*, traditur.

Mich. Pselli Liber de Operationibus Dæmonum, e MSS. emendatus, Notisqve illustratus. V. J. H. a Seelen *l. c. p. 306.*

Andr. Hyperii, Theologi Marpurgensis, Libri IV. de Theologo, seu de ratione Studii Theologici, elegantes plane & aurei, qvos a se, cum accessionibus non paucis, denuo publicatum iri, *in Notis ad Concionem Jubilæam p. 15.* (teste Seelenio *l. c. p. 306.*), est pollicitus.

JOHAN-

JOHANNES ab ELVERFELD, idem haud dubie cum illo Joh. Elverfeldio, qvem ab officio in æde Bremensi Ansgariana Ecclesiastico A. 1562. esse remotum Henr. Flockenius (1.) narrat, ac oppidi postea in Dithmarsia Meldorpiensis fuisse Pastorem, citaqve & improvisa morte decessisse, Sam. Meigerius (2.) testatur. Vixit A. 1570.

Gratulatio de transactione inter Regem Daniæ ac Duces Slesvicenses. Slesvigæ 1550. in 4. (*Catal.*)

JONAS ab ELVERFELD, Cimber (3.), A. 1592. (qvo sua *de statu & Ordinibus Holsatiæ* metra edebat) Neomonasterii in Holsatia vixit, sexennio post autem (A. 1598.) Nomarchiæ ac judicii Carhardensis, in præfectura Ducatus Slesvicensis Tunderensi, Scriba fuit provincialis ordinarius (4.). Vixit A. 1609. Carminibus suis cultissimis, & celebritatem nominis sibi paravit, & patronum conciliavit communem eruditorum ævi istius Mæcenatem, Henr. Ranzovium, Proregem Cimbricum, ejus in patriæ provincias, civitates familiasqve illustres, Epigrammatis Exegesin soluta oratione adjungere haud dedignatum Historicam. Cujus occasione in gravissimum errorem incidit, & Adrianum Bailetum (5.) etiam induxit, Joh. Deckherus, in *Conjecturis de scriptis Adespotis* (6.), Jonæ Elverfeldii nomen fictitium esse, & latere sub istius larva Ranzovium voluisse, temere verbis asserens seqventibus: *Cimbriæ Annales laudatissimos publici juris fecit Jonas ab Elverfeld, Eqves Holsatus, qvi non alius, qvam Produx regius, Henricus Ranzovius, ob alia ab eo edita in eminentioribus studiis scripta illustris famæ.* Vixisse enim, sub finem Seculi XVI., Poetam hujus nominis Cimbricum (qvi tamen Eqvitem Holsatum, qvalis a Deckhero fuisse fingitur, nunqvam se appellavit), Poematia ejus, qvæ mox enumerabimus, cætera evincunt. Autorem autem eundem esse Epigrammatum de Cimbriæ nostræ Ordinibus diversis, qvæ cum Ranzovii Exegesi copiosiore prodierunt Historica, ex libri patet inscriptione, Ranzovium, hujus Autorem, ab Elverfeldio, illorum scriptore, disertis verbis distingvente. Symboli loco noster hoc usus est Disticho:

In te animæ vitæqve, Deus, spem pono, nec unqvam
Confundar: fidei tanta columna meæ es.

Confer de illo *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr.*, *P. I.*, *c. 1.*, *§. 4.*, *p. 4.*, *& c. 13.*, *§. 3.*, *p. 198.*, istamqve secutos Vinc. Placcium *T. II. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum p. 250.*, ac Joh. Christ. Nevium *P. II. Accessionum ad Degorii Wheari Relect. hyem. Historicas*, *p. 332. 333.* A Frid. Lucæ, *P. III. Heliconis Europæi*, *c. 5.*, *p. 261.*, Professoribus Academiæ Hafniensis inepte accensetur.

SCRIPTA EDITA LATINA.

Sleius; Ecloga continens laudes Philippi, Ducis Slesvici & Holsatiæ, nuper defuncti. Slesvigæ 1590. in 4.

De Holsatia (*sive potius utroqve Cimbriæ Ducatu, Slesvicensi & Holsatico*), ejusqve statu atqve Ordinibus diversis, Classes tres, nunc primum Elegiaco carmine in lucem editæ a Jona ab Elverfeld; Qvibus Magnifici Nobilissimiqve Domini, Henrici Ranzovii, Producis regii, singulis fere in locis, historicus contextus, una cum typorum elegantia, accessit. Hamburgi 1592. in 4. Recusæ sunt, præfixis veteri Elverfeldii Epistolæ ad Christianum IV., Regem Daniæ, & Joh. Adolphum, Ducem Holsaticum, Dedicatoriæ, Neomonasterii scriptæ, literis K. B. F. (novum Editorem e nonnullorum designantibus sententia), Hamburgi, sumptibus Frobenianis, A. 1606. in 4., sub novo hoc titulo, utrumqve, & Elverfeldii, & Ranzovii, nomen omittente: *Chersonesi Cimbricæ, qvæ hodie Holsatia appellatur, Annales, ab ultima ejus antiqvitate, ex historiis fide dignis, ante hæc tempora, a Viro magni nominis collecti, & nunc a qvodam antiqvitatis studioso auctiores in lucem editi.* Solum *Contextum* Ranzovii *Historicum*, sub Elverfeldii (cujus tamen Epigrammata omissa sunt) nomine in suo Scriptorum *de regnis Daniæ & Norwagiæ, Holsatiaqve & Ducatu Slesvicensi*, variorum Syntagmate, Lugd. Bat. 1629. *in 16.* excuso, *p. 275 - 316.*, denuo exhibuit Steph. Joh. Stephanius, Hist. Prof. Soranus. Commendatur hoc scriptum Metrico-Prosaicum, Classe I. de provinciis, IIda de familiis, Regia, Ducali atqve eqvestribus, Tertia vero de urbibus Chersonesi agens Cimbricæ, & sub finem varia de Cimbris sistens Epigrammata, a Pet. Lindebergio (illud Ranzovio, qvod hujus Exegesis Prosaica maximam ejus partem sibi vindicet, omissa Elverfeldii mentione, tribuente) in Epigrammate peculiari, *P. III. Poëm. Juvenil.*, *Lib. 2.*, *p. 181.*, obvio, Joh. Is. Pontano (Elverfeldium præcipuis Daniæ viris eruditis, sua ætate superstitibus, annumerante) *in Descript. Daniæ Chorographica, Historiæ annexa Danicæ*, *p. 787.*, & Joh. Deckhero, ob errorem de Autoribus paulo ante notato, *l. c. p. 126.* E fontibus illius, & *Contextus* præsertim Ranzoviani, Andr. Angelus, aliiqve Historici nostrates recentiores, freqventer suas irrigarunt areolas. Mart. Zeilerus, qvi (*Parte II. Collectaneorum de Historicis p. 51.*) duos ex illo Tractatus effingit, & Elverfeldio affingit, diversos, *Designationem* nempe *nobilitatis Holsaticæ*, & *Librum de urbibus Holsatiæ*, oculis istud nunqvam suis usurpasse videtur.

Elegiæ & Epigrammata plurima in laudem Cimbrorum, incolarum Holsatiæ, ac Nobilium præcipue ejusdem, hosqve inter Henr. Ranzovii, partem occupantia maximam *Libelli de Cimbrorum origine, nomine, fortitudine & rebus gestis*, a Ranzovio editi. A. 1594. in 8. (Duo ex istis, in laudem Ranzovii, in Appendice etiam adoptiva, Pet. Lindebergii *Poematis Juvenilibus* subjecta, *p. 230. 231. 232.*, leguntur.

Calliope, sive Carmen heroicum, continens encomia & laudes historicas Henr. Ranzovii. Slesvici 1591. in 4.

Elegia (*nitida ac venusta*) in Joh. Mauritii, Præpositi Tunderensis, & Annæ Petrææ, nuptias. Slesvigæ 1598. in 4.

Carmen ad Fridericum II., Regem Daniæ. (*Catal.*)

Carmen Sam. Meigerii *Nucleo Historiarum*, Hamb. A. 1599. *in fol.* edito, præfixum.

GERMANICUM.

Pharmaceutice Davidica; oder heilwierige und bewehrte Artzneykunst aus dem Psalter Davids, womit der himlische Doctor, der H. Geist, alle menschliche Leibes- und Seelengebrechen, auf fünferley weise, mit schönen Tugendreichen Medicamentis, umbsonst heilet, mit lieblichen Reimsprüchen gezieret, und auf übliche Melodeyen Gesangweise gestellet. Nebst etlichen andern, am Ende angehängten, schönen geistlichen Gesängen. Slesvigæ 1609. in 4.

LAURENTIUS ab EMBECK, Hamburgensis, J. U. Cand., Johannis, Principis Holsato-Gottorp., Ephorus, Gener, ab A. 1626., D. Herm. Latheri, JCti Husensis.

Disp. Juridica, præposteram Canonum Pontificiorum, cumprimis a Jure Civili discrepantium, æqvitatem exhibens, Præside D. Ortolpho Fomanno. Jenæ 1608. in 4.

Disputationes Juridicæ (*qvarum ego novendecim vidi*), ad methodum Institutionum accommodatæ, ab ipso Præside propositæ, priores qvidem Jenæ A. 1608. & 1609., posteriores vero Giessæ A. 1612. & 1613., ac utrobiqve *in 4.*, excusæ.

(1.) in Catalogo Ministrorum Ecclesiæ Bremensis, *Prolegomenis Theologiæ Catholicæ p. 108. & seqq. inserto*, (2.) *in Nucleo Histor.*, *L. 7.*, *c. 9.*, *p. 453.* (3.) *V. Carmen præfixum Sam. Meigerii Nucleo Historiarum.* (4.) *V. Epithalamium, Joh. Mauritio A. 1598. scriptum.* (5.) *in Indice Pseudonymorum, Libro Gallico des Auteurs deguisez subjuncto, lit. E.* (6.) *p. m. 126.*

JONAS EMMENIUS, Lubecensis, d. 28. Sept. A. 1626. natus, oppidi initio Travemündensis, ab A. 1654. & ædis deinde in patria Petrinæ. ab A. 1664. (d. 7. Jan.), Diaconus, d. 24. Sept. A. C. 1667., & æt. 41., extinctus. V. Epicedia, & Jac. a Mellen *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium.*

Disp. de Spiritus sancti divinitate, personalitate & æterna processione, Præside D. Joh. Scharfio. Wittebergæ 1650. in 4.

JOHANNES FRIDERICUS EMMENIUS, Jonæ filius, Lubecensis, Ecclesiastes patriæ Jacobæus d. 19. Maji A. 1681. electus, & ipsis Kal. Jan. A. 1695. mortuus. V. Jac. a Mellen *l. c.*

Memoria Joh. Georgii a Linzen, J. U. L. & Secretarii Saxo-Lauenburgici, Scripto lugubri celebrata. Lubecæ 1678. in fol.

Charitas acerbitate probata, seu scriptum lugubre ad Joh. Nicolai, Pastorem Lubecensem, filio suo & Collegæ, M. Adamo Laurentio Nicolai, exeqvias parantem. Lubecæ 1678. in fol.

Epicedia complura.

BRODERUS ENEWALD, Dagebülla (Præfecturæ Tunderensis insula) Frisius, Ecclesiæ ruralis in Stormaria Neuenkirchensis, ab A. 1697., Diaconus.

Biga Concionum singularium, oder zwey Predigten von starcken Sturmwinden, aus Sir. XL. 33. 34., und von heftigen Wasserfluhten, aus Gen. VI. 17., durch Veranlassung eines A. 1701., d. 17. Oct., verspürten heftigen Sturmwindes, und hoher Fluht, gehalten. Glückstadii 1704. in 4.

Historia Inundationum, qvibus provinciæ Ducatuum Slesvicensis & Holsatici maritimæ, & reliqvæ Europææ, inde a Caroli M. temporibus, ad nostram usqve ætatem, sunt afflictæ, Chronologica affecta, Germanice edenda.

Opus de Familiis Ducatuum Slesvicensis & Holsatici nobilibus Germanicum, itidem affectum, una cum præcedenti, tum *in præfatione Bigæ Concionum*, tum *in novis Lit. Lubec., M. Majo A. 1705., p. 154-157.*, & Pet. Ambr. Lehmanni *Observv. Histor. vernaculis A. 1704., p. 392.*, promissum.

MELCHIOR ENGELBRECHT, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, 1684. superstes.

Disp. Med. Inaug. de Asthmate. Ultrajecti 1663. in 4.

M. HENRICUS ENGENHAGEN, Senior, Lubecensis, patre mercatore cognomine, matre autem Anna Elverfeldia, d. 26. Apr. A. 1615., natus, post reditum ex Academiis Witebergensi (in qva Magister A. 1637. est creatus) ac Rostochiensi, Bataviam, Angliam, Galliam & Helvetiam, peragravit, trienniоqve Argentinæ substitit integro. In patria deinde Ædis Jacobææ Diaconatum A. 1643., Pastoratum ejusdem A. 1662., & Ordinis tandem Ecclesiastici Senioris dignitatem A. 1679., consecutus, filiis tribus, totidemqve filiabus, ex Elisabetha Feldhusia uxore (A. 1643. ducta) susceptis, Apoplexia septuagenarius, Kal. Sept. A. 1685., in platea publica, cum exeqvias alteri iret, subito exspiravit. A. Mart. Lipenio, Conrectore Lubecensi, in Programmate, qvo vitam ejus fusius exposuit, funebri (A. 1709., in *Elogiis LXXX. Theologorum*, a Georg. Henr. Götzio collectis (1.), Lubecæ recuso), *Oratoris copiosi atqve suavis, auditorum rationem exacte habentis, seduli, providi ac omnibus affabilis*, reportavit encomium, a Jacobo Taubio autem contra, *in Confessione Christiana*, Amstelodami A. 1668. edita, fastus immodici, & nimii in sacris sermonibus tumoris, est insimulatus. Conr. Sam. Schurtzfleischii Epistola ad eum, de filii cognominis studiis, A. 1676. exarata, inter Schurtzfleischianas, *num. 343., p. 492. 493.*, occurrit.

Disputationes IV. de Causis, de Meteoris ignitis, de Calendario Gregoriano juste repudiato, ac de imperio & jure fœderum, sub aliorum præsidio, in Acad. Witebergensi, A. 1636. & 1637. (*teste Lipenio l. c.*) defensæ.

Disp. de Rerumpublicarum, & in specie Imperii Romano-Germanici, origine, ab ipso Præside exhibita. Witeb. 1639. in 4.

Disp. Theol. de Agno Dei, in Joh. I. 29., Præside D. Wilh. Lysero. Witeb. 1639. in 4.

Vorschmack der Evangelisch-Christlichen Religion und Lehre, oder Catechismus-Fragen. Lubecæ 1652. 1658. & 1684. in 12.

Denck- und Danck-Rede, bey Abführung des Leichnams Fr. Margaretæ Bülouinn, gebohrner Ranzouinn, aus Lübeck nach Kiel, gehalten. Kilonii 1673. in 4.

HENRICUS ENGENHAGEN Junior, Lubecensis, præcedentis filius, natus 1654., J. U. Licentiatus A. 1681., Doctor autem A. 1689., Rostochii creatus, obiit A. 1693. exeunte æt. 39. Vitam ejus fusius exponunt D. Joh. Sibrandus in *Programmate* Disp. Inaug. A. 1680. Rostochii præmisso & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lub. p. 26-29.* V. de illo *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1701., p. 218.*, & Conr. Sam. Schurtzfleischii tum *Epist. 343. ad parentem*, modo allegatam, tum Allocutionem ad eum disputaturum, *P. II. Orationum & Allocutionum, n. 56., p. 23. 24. 25.*, obviam.

Disp. Jurid. de Compendio naufragorum, Præside D. Gothofr. Nicol. Schleensteinio. Witeb. 1677. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Intercessione mulieris pro marito, Præside D. Joh. Sibrando. Rostochii 1680. in 4.

ANDREAS ERASMI, Ripensis.

Commentarius MS. in libros S. Scripturæ Apocryphos, qvi in Bibliotheca Pet. Resenii, Academicæ Hafniensi donata, superest. V. *Catalogum hujus, in Appendice, p. 373.*

M. CHRISTOPH. ANTONIUS ERASMI, Lubecensis, Joh. Erasmii, Actuarii judicialis, e Johanna Juliana, D. Ott. Tanckii, Syndici, gnata, filius, d. 15. Oct. A. 1649. in lucem editus, post curriculum studiorum in Lyceo patrio, & Academiis Julia ac Witebergensi, absolutum, titulumqve Magistri in hac M. Apr. A. 1670. impetratum, templi in patria Petrini Diaconus d. 27. Jul. A. 1676., ac Archidiaconus A. 1687., est electus, &, sex liberis (e qvibus Joh. Philippus Cœnobii Lubec. Johannei A. 1707. factus est Ecclesiastes) e conjuge, Joh. Henricii, Secretarii, filia, A. 1677. ducta, susceptis, d. 28. Jan. A. C. 1703., & æt. 54., defunctus. V. Vitam ejus in Enochi Svantenii, Rect. Lub., *Programmate funebri* (A. 1709., *in Elogiis LXXX. Theologorum*, a G. H. Götzio collectis, *n. 77., p. 695-701.*, recuso), & Lubecensium (qvibus *Vir* audit *optimus, atqve judicii acrimonia, & candoris laude, valde conspicuus*) *Novis Lit. Septentr., M. Febr. A. 1703., p. 48.*, fusius enarratam, ac confer J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 307. 308.*

Disp. de moralium Virtutum vitiorumqve gradibus, Præside M. Sim. Frid. Frenzelio. Witeb. 1670. in 4.

Disp. Theol. de Certitudine salutis, Præside D. Joh. Andr. Qvenstedio. Witeb. 1672. in 4.

Disputt. de Prædestinatione & Bonis operibus. Witeb. in 4. (*A. D. L.*)

GOTHARDUS OTTO ERASMI, Lubecensis, Chr. Ant. Erasmi, Archidiac. Petrini, filius, d. 27. Mart. A. 1688. natus, & Med. D. A. 1714. Erfurti creatus.

Bellido-

(1.) *p. 596-600.*

Bellidographia, seu Diss. Inaug. de Bellide, Præside D. Joh. Phil. Eusebio proposita. Erfurti 1714. in 4. V. de illa *Partem XXXIV.* der gelehrten *Famæ p. 712. 713.*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 212. 213. 214.*

OTTO JOHANNES ERASMI, Lubecensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Compensatione delictorum. Argentinæ 1675. in 4.

JOHANNES GEORGIUS ERHARDUS, Hamburgensis, J. U. Lic., A. 1683. superstes.

Disp. Inaug. Jurid. de Mora. Basileæ 1676. in 4. (*O. Sperl.*)

[An diversus ab illo sit Joh. Georg. Erhardus, J. U. D., & Cameræ Imperialis Advocatus ab A. 1678., ac Procurator ab A. 1680., Spirensis, posteaqve Wetzlariensis, A. 1700. superstes, cujus mentio in P. A. Lehmanni *Observatt. Historicis A. 1700. vernaculis, n. 46., p. 375.*, occurrit, alii dispiciant.]

JOHANNES ERHORNIUS, Crempa Stormarsus, Johannis, Ecclesiastæ oppidani, filius, d. 30. Mart. A. 1642. natus, Artis Medicæ (cujus studio, ab A. 1658., Jenæ, Leidæ ac Parisiis, vacaverat), post reditum ex itinere in Belgium, Galliam & Angliam, literario, in urbe Glückstadiensi Practicus, Doctor ejusdem Kilonii d. 20. Sept. A. 1666. renunciatus, & a Joh. Dan. Majore, in *Programmate* de vita ejus *inaugurali*, ac *Oratione de fortuna Medici*, in promotionis actu recitata, ob *eruditionem lectissimam, Polymathiamqve haud vulgarem*, commendatus.

Disp. de Symptomatibus Sensuum internorum ac externorum, facultatisqve motricis, Præside D. Gothofr. Moebio. Jenæ 1660. in 4.

Disp. de circuitu Sangvinis Hippocratico, Præside D. Joh. Ant. a Linden. Lugd. Bat. 166.. in 4.

Disp. Inaug. de Menocryphia, seu suppressione mensium, Præside D. Casp. Marchio. Kilonii 1666. in 4.

JOHANNES ERHORN, Arithmeticus, e Christoph. Achat. Hageri disciplina, Hamburgensis, ut artis suæ ostenderet peritiam, edito A. 1664. *Memoriali* Germanico, Problemata complura resolvenda aliis proposuit. Resolvit ea Joh. Tangermannus, Orphanotrophei Arithmeticus, in der Erörterung der vornehmsten Posten auß Joh. Erhorns Memorial (Hamb. 1667. in 4.). Huic Erhornius, satisfactum sibi ab eo non esse prætexens, A. 1668. opposuit die Abgenöhtigte Wiederlegung der Erörterung Joh. Tangermanns, refutatam paulo post in Tangermanni Nohtwendiger Ab- und Niederlegung der vermeinten Abgenöhtigten Wiederlegung (Hamb. 1669. in 4.). Plura de scriptis his Eristicis sub nomine Tangermanni invenies.

M. GEORGIUS ERICHIUS, Hatherslebiensis.

Oratio de fraterna concordia, Witebergæ 1570. in 4.

ERNESTUS ab ERLENCAMP, Hamburgensis, Hansii, civis opulenti, filius, J. U. Licentiati titulum Argentinæ A. 1664. adeptus, deinde vero, circa A. 1683., cum ad Pontificios defecisset, Baro a Leopoldo Imperatore creatus, & ab Anshelmo Francisco, Electore Moguntino, Consiliarii sui, ac Legati in Circulo Saxonico Inferiori, utbeqve patria, ordinarii dignitate ornatus, Toparcha Vielistensis & Neuendorfensis. Vixit A. 1689.

Disp. Inaug. de simulatis Contractibus. Argentinæ 1664. in 4.

Duæ Epistolæ Germanicæ ad Mich. Siricium, Theologum Rostochiensem, & Secretarium Gustavi Adolphi, Ducis Megapolitani, Colonia A. 1684. scriptæ, Siricii *Discursum de abominationibus Papatus Idololatricis* vellicantes, & ab eodem *Ostensioni* suæ *fundamentali abominationum Papatus circa religiosum creaturarum cultum*, Rostochii A. 1687. in 4. editæ (in qva refutantur), *p. 39. 40.*, præfixæ. Confer de iis Elogium Siricii, suo infra loco exhibendum.

GILBERTUS ab ERLENCAMP, Hamburgensis, Ernesti frater, simul cum illo (cum J. U. Licentiati titulum Argentinæ A. 1660. itidem jam obtinuisset) a Leopoldo Imperatore in Baronum evectus ordinem. Superstes 1683.

Disp. de Fidejussoribus in genere, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio. Tubingæ 1658. in 4, Recusa Vol. II. Dispp. Jurid., Præside Lauterbachio habitarum, ibidem, sine mentione anni, in 4.

Disp. Inaug. de mero Imperio. Argentinæ 1660. in 4.

JOHANNES ADOLPHUS ERYTHROPHILUS, Plöna Wagrius, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de Cardialgia. Lugd. Bat. 1715. in 4. V. de illa *Partem XLIX.* der Gelehrten *Fama p. 74. 75.*

M. JOHANNES ESCHENBURGIUS Junior, Lubecensis, Archidiaconi ædis Petrinæ emeriti, sibi cognominis, & A. 1638. adhuc superstitis, filius, Theologiæ in Academiis Rostochiensi ac Jenensi (in qva A. 1620. D. Joh. Gerhardi *Disp. II. de studio veræ pietatis per Pontificios, Calvinianos & Photinianos, labefactato* & D. Jo. Majoris *Disp. de Pontificiorum, Calvinianorum & Photinianorum, communi symbolo, Mysteria fidei esse qvidem supra, sed non contra rationem hominis* publice defendit) cultor, & Ordinis in hac Philosophici, ab A. 1621., Adjunctus. V. M. Adr. Beieri Carmen in eum, *in Syllabi Professorum Jenensium Appendice, p. 1063.*, obvium, in qvo audit

- - - - - - *patriæ spes magna Lubecæ,*	*Delicium dulcis svadelæ, exemplar amicæ*
Et decus annosi Patris pergrande; - -	*Gratiæ, & Aonidum non ultima fama.*

Rector deinde Scholæ in Pomerania Stolpensis fuisse perhibetur. V. Georg. Henr. Götzii *Specimen Bibliothecæ Anti-Pontificiæ clarorum Lubecensium p. 10.*

Christus patiens, seu Oratio de cruento Christi sacrificio, in Acad. Rostochiensi A. 1618. recitata. Rostochii in 4.

NICOLAUS ESCHENBURGIUS, Lubecensis.

Arithmetica Logistica, Germanice Francofurti A. 1571. edita. (V. *Biblioth. Univers.* Gesnerianæ Continuatores, Jos. Simlerum *p. 519.*, & Joh. Jac. Frisium *p. 624.*)

AUGUSTUS ESMARCH, Flensburgensis, Pastor, ab A. 1721., in Anglia Ulsenissensis Cimbrica.

Qvatuor Disqvisitiones Historico-Philologicæ de Dagone, Colosso Nebucadnezaris, Artemide Ephesiorum, & Insigni Dioscurorum in navi Pauli Alexandrina. Hamburgi 1713. in 4.

XXXVI. Obstacula Unionis, qvæ Calviniani prius removere tenentur, qvam ulla cum iis de unione deliberatio institui qveat. Accedit Confutatio Philadelphianismi regii Berentiani, nuperrime Regiomonti excusi. Flensburgi 1713. in 4. Scripti hujus (qvod, una cum seqventi Germanico, Sebastianum Edzardum, Præceptorem Hamburgensem, sub discipuli larva, Reformatorum metu, latere volentem, nostro supposuisse, nonnulli crediderunt) recensum invenies in Val. Ern. Löscheri Unschüldigen Theologischen Nachrichten, *Sect. 4. A. 1713., p. 669-677.*

Beweiß, daß die Reformirten mit ihrer Lehre Christi Gnade von sich stossen, dem Calvinischen Prediger zu Königsberg, Ludolfo Meier-Ottoni, entgegengesetzet: Nebst beygefügter Wiederlegung des, auß dem Baselschen Berichte grossen Theils genommenen, Tractätgens, welches ein ungenandter Verfasser, unter dem titel gantz gewisser Mittel und unwieder-

sprechlicher Gründe zur Vereinigung, herausgegeben. Sine mentione loci A. 1713. in 8. Hujus etiam recensionem V. E. Löscherus, *l. c., Sect. 2. A. 1713., p. 284-289.*, exhibuit.

HENRICUS CHRISTIANUS ESMARCH, Klixbülla Cimber, Johannis (*statim memorandi*) filius, Medicinæ (cui Kilonii, Leidæ, & in Anglia atqve Gallia, dedit operam) Licentiatus A. 1681., Doctor autem A. 1685., Kilonii renunciatus, ejusdem, per octo circiter hactenus lustra, Practicus in urbe nostra Flensburgensi celebris ac dexterrimus.

Conf. de illo Nicolai Ludovici, fratris, Carmina in honores ejus Academicos, nuptiasqve geminas, Germanica, *in Helicone p. 11-14. 29-32. 88-91.*, & D. Joh. Nicol. Pechlini Programma de vita ac studiis, *Disp. Inaugurali* præmissum.

Disp. Inaug. de Phrenitide, Præside D. Joh. Nicol. Pechlino. Kilonii 1681. in 4.

M. JOHANNES ESMARCH, Klixbüllensis, d. 6. Dec. A. 1616. natus, & laurea Regiomonti d. 12. Apr. A. 1640. ornatus Philosophica, Nicolai, parentis emeriti, in Parochiæ natalis, in præfectura sitæ Tunderensi, Pastoratu, ab A. 1652., Successor, qvinqvagenarius M. Aug. A. 1666. extinctus. V. D. Steph. Kenkelii, Præpositi Tunderensis, Serm. Fun. German. in exeqviis ejus habitum, & Slesvigæ A. 1666. *in 4.* editum.

Disp. Theol. de origine & causa Mali moralis, Præside D. Cœlest. Mislenta Regiomonti proposita. Dantisci 1639. in 4.

M. MARCUS ESMARCH, Anglo-Cimber, Johannis, cognati sui modo memorati, in Pastoratu Klixbüllensi pariter atqve conjugio, A. 1666. factus Successor, & A. 1699. defunctus. V. Nicol. Lud. Esmarchii, privigni, in obitum ejus Epicedium, *in Sione p. 146. 147. 148.*

Disp. pro Avthentia & integritate fontium Hebræorum, Præside M. Matthia Wasmuhtio defensa. Witeb. 1653. in 4.

Trias Theorematum Physicorum (de Privatione, definitione loci, & animæ per traducem propagatione), Præside Joh. Sperlingio, Phys. Prof., proposita. Witeb. 1653. in 4.

Scriptum de scandalis, circa vocationes Ministrorum Ecclesiæ illegitimas, in Cimbria regia, a D. S. K. S. commissis, cujus editionem Studiosus promisisse, sed officio deinde sacro admotus neglexisse, in Frid. Breclingii *Catalogo testium veritatis* (*Tomo IV. Hist. Eccl.* Gotfr. Arnoldi inserto), *num. 107.*, *p. 770.*, traditur.

NICOLAUS ESMARCH, Jacobi, Parochi in Anglia Cimbrica Vahrenstedensis, filius, Generqve M. Joh. Luchtii, Basilicæ Slesvicensis antistitis, Ecclesiæ Klixbüllensis, in tractu Tunderensi, ab A. 1612. Pastor, A. 1652. rude donatus, & Johannem filium nactus successorem.

Spirituale Christianorum Jubilum, oder Leichpredigt über Andream Andersen, Fürstl. Teichrichter in Gotteskoeg, auß Ps. LXXIII. 28. Lubecæ 1635. in 4.

Justi gloria & triumphus, oder Leichpredigt über M. Eddonem Jacobi, Pastorem zu Huntrup, auß Sap. V. Slesvigæ 1649. in 4.

NICOLAUS LUDOVICUS ESMARCH, Klixbülla Cimber, Johannis (*supra memorati*) filius, Pastor, circa A. jam 1686., in Comitatu Pinnebergico, Hertzhornensis, Poeta vernaculus elegans, M. Majo A. 1719. mortuus.

Exerc. Theol. de Libro vitæ, Præside D. Abr. Calovio. Witeb. 1678. in 4.

Sion, worinn zu finden geistliche Gedichte, Begräbniß-Gedichte und geistliche Epigrammata. Glückstadii 1707. in 8.

Helicon, worinn enthalten Hochzeit- und Glückwünschungsgedichte, und weltliche Epigrammata. Glückstadii 1707. in 8. Utriusqve hujus carminum sacrorum & profanorum Sylloges recensum Encomiasticum invenies in dem Außführlichen Berichte von allerhand neuen Büchern, Sect. I. (ed. A. 1708.), *p. 118-121.* Conf. *Sect. III.*, *p. 298.*

Gedancken über das andere Jubel-Jahr der Evangelisch Lutherischen Kirche, in Versen entworfen, samt einer Cantata aus dem XLVI. Psalm. Glückstadii A. 1717. in 4.

Poemata lingva Saxoniæ inferioris, sive Cimbrica, ab eo conscripta, qvorum editio ab Autoribus des Außführl. Berichts (Chr. Woltereckio & J. G. Krausio), *l. c.*, *Sect. I.*, *p. 121.*, desideratur.

AUGUSTINUS HENRICUS ab ESSEN, Hamburgensis, J. U. Lic. & Aulæ Holsato-Gottorpiensis, circa A. 1692., Secretarius, ac deinde Consiliarius, Tractusqve Pilwormiensis Inspector, A. 1706. mortuus. V. Joh. Frid. Wincleri Programma de vita Soceri ejus, Pet. Röveri, J. U. L. & Senat. Hamb., funebre.

Disp. Inaug. de abusu Remedii ex *L. Diffamari*, Præside D. Joh. Sibrando. Rostochii 1687. in 4.

MARCUS ESTERUS, Hamburgensis, J. U. L., in patria A. C. 1697., & æt. 31., defunctus.

Disp. Inaug. de Jure Commerciorum privilegiato. Basileæ 1690. in 4.

CHRISTIANUS ab EULENOU, Flensburgensis, Andreæ ab Eulenou, Misnici, Christiani III., Danorum Regis, Scribæ aulici, ac Canonici Roeskildensis (d. 30. Apr. A. 1565. defuncti), filius, J. U. C., urbis patriæ Senator d. 27. Apr. A. 1624. electus, & d. 20. Oct. A. C. 1634., & æt. 71., mortuus.

(Symb.: *Christus Vita Est Fidelibus.*)

Disp. Jurid. de Legatis, & illorum ademptione, Præside Henr. Bergio, J. U. Lic., defensa. Rostochii 1587. in 4.

Hodœporicon Latinum itineris sui, e patria Venetias & Patavium suscepti, & ab A. 1589. ad 1591. continuati, qvod MStum Flensburgi, in Bibliotheca Jebseniana, asservatum est.

JOHANNES EYS, Hamburgensis.

Discursus I. de Staturæ proceritate, Argentorati exceptus. Hamburgi 1618. in 8.

F.

CHRISTIANUS FABRICIUS, Broackera (pago ditionis in Slesvicensi Ducatu Holsato-Glücksburgicæ) Cimber, IV. Non. Jun. A. 1601. natus, J. U. & Medicinæ Doctor, hujusqve Practicus Hafniensis, d. 20. Nov. A. C. 1666., & æt. 65., cum in conjugio duplici cum Elisa, Steph. Rhodii, civis Hafniensis, filia A. 1641., & Magdalena Motzfeldia, D. Olai Wormii, Medici & Polyhistoris Acad. Danicæ inclyti, vidua, A. 1661. (1.), contracto, septem sustulisset liberos, vivis excessit. Wormii exemplo naturam & ipse in museo præsentem coluit, &, qvæ illa, per orbem universum, sparsim visenda præduxerat, curiosa indagine conqvisita, domi, teste Thoma Bartholino (2.), asservavit. *Medicus* ab eodem (3.) *urbis Hafniensis* salutatur *præclarus*, &, in *præfatione Dispensatorii Medici Hafniensis*, Hafniæ A. 1658. *in 4.* recusi, Poliatris illius accensetur, qvi secum, in revidendis ac recensendis scripti hujus publici classibus, desudarunt. Alia ingenii ejus monumenta mihi non innotuerunt. Epitaphii, defuncto, in æde Hafniensi Nicolaitana, erecti, Epigraphen (e qva de vita ipsius relata depromsimus) Pet. Resenius, *in Inscriptionibus Hafniensibus p. 172.*, exhibet.

M. GEOR-

(1.) V. Thomæ Bartholini *Cent. III. Epp. Med. p. 51. 52.* (2.) *Diss. II. de Medicina Danorum domestica p. 47.* (3.) *loco mox c. citato.*

M. GEORGIUS FABRICIUS, Slesvicensis, Jacobi Senioris filius, suprema Philosophiæ laurea Rostochii A. 1613. a Joh. Kirchmanno est ornatus, ejusdemqve commendatione Scholæ Lubecensis Subrector, M. Aprili A. 1614., electus (1.). Lubeca A. seqv. 1615. Hamburgum avocatus, Joh. Huswedelio, V. C., Rostochium abeunti, in ludi Johannei d. 29. Nov. successit Conrectoratu, & uxorem A. 1617. duxit Elisabetham, Bernhardi Schröderi, Diaconi Hamb. Jacobæi, filiam. Vitam tandem Scholasticam cum muneribus commutavit Ecclesiasticis, Archidiaconus, circa A. 1620., in Dithmarsia factus Wesselburensis, & ad Pastoratum postea in Eiderstadia vocatus Poppenbüllensem, cui A. C. 1631., & æt. 41., teste Joach. Morsio (2.), est immortuus. Joh. Elfringius (3.) hoc eum commendavit Anagrammate: *Georgius Fabritius; * Fuit gregis os, jubar.*

Conf. de illo Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1125.*, Ant. Teiserii *P. I. Elog. Thuan. p. 368. Ed. sec.*, & J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec., c. 14., p. 286. 287. 288.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Speculum boni Pastoris, seu Oratio Panegyrica (*nitida atqve tersissima*), piis manibus M. Oswaldi Sledani, Pastoris ac Superintendentis Rostochiensis, scripta, & in alma Rosarum Academia 4. Jan. A. 1614. publice dicta. Accedunt aliorum Epicedia. Witebergæ 1614. in 4.

Oratio de suspicione, approbante Joh. Kirchmanno, Rostochii 15. Kal. Mart. A. 1613. recitata, & Senatui Lubecensi inscripta. Hamburgi 1614. in 4.

Gratulatio ad Sebast. a Bergen, J. U. L., & Joh. Wetichium, Consules, nec non Henr. Hartzwigium, J. U. Lic., Eberh. a Twestreng, J. U. L., Barth. Becmannum & Theod. Surmannum, Senatores, 14. Kal. Mart. A. 1614. Hamburgi creatos. Hamb. 1614. in 4.

Oratio, qva Georgium a Wisch, Friderici, D. Holst., Consiliarium, & Præfectum Eiderstadiensem, de morte uxoris, Magdalenæ Seestadiæ, est consolatus. Slesvigæ 1626. in 4.

INEDITA.

Orationes (præter hactenus enumeratas) complures ἀνέκδοτοι, qvas Joach. Morsius (*in Albo MS. fol. 786.*) *perpulchras* appellavit.

Epistolæ ac Versus, *ad priscorum Autorum laudem haud infeliciter* (eodem Morsio judice) *surgentes.*

Annotationes Historicæ, qvas Ant. Heimreichius, *in Catalogo Autorum, Chronico Frisiæ Borealis præfixo,* allegavit.

M. JACOBUS FABRICIUS Senior, Patrem habuit Jac. Schmidium, (non vero Frothonem, fabrum ferrarium, a cujus opificio Fabricium cognomen adscivisse, amici mihi retulerunt) Vectigalis Rendesburgensis regii ac ducalis exactorem, Geometriæ peritissimum, Jacobi, Mercatoris Tunderensis filium, & Jacobi, Civis Flensburgensis nepotem, matrem vero Mariam, Jannichii Heichsenii, Senatoris Tunderensis filiam; In oppido Tunderensi (sicut præter Heimreichium, ipse etiam im Bericht von der sonderbahren Wohlthat GOttes testatur) d. 30. Jan. A. 1560. in lucem editus, cum in scholis patria, Flensb. ac Lüneburgensi, & Acad. Julia, studiis sedulo incubuisset, Magistri titulum Rostochii V. Id. Sept. A. 1585., Brabevta Nathane Chytræo (4.), obtinuit. A. seqv. 1586. inde ad scholæ cujusdam Cimbricæ Rectoratum, ab Adolpho, Duce Holsatico, avocatus, suscipere hunc qvidem voluit, sed, cum mors Principis subita consilia ista turbaret, Tunderensibus, qvi Diaconi munus offerebant, suam eodem anno addixit operam, nec multo post nuptias, d. 15. Oct. A. 1587., cum Agnete, Georgii Petræi, Pastoris ac Præpositi Tunderensis, filia, celebravit. A. 1588. Joh. Pistorius, Parochus Tetenbüllensis, & Præpositus Eiderstadiensis, a Philippo, Duce Holsatico, ad officium in aula Gottorpiensi invitatus Ecclesiasticum, modeste illud ob ætatem provectam recusavit, & Fabricium (qvem *juvenem* vocabat *ætate florentem, ingenioqve, pietate, modestia, eruditione, judicio, ac aliis corporis & animi donis, præstantem & excellentem*) Principi, ejusqve ministris (D. Hier. Schultio, Cancellario, Casp. Hoyero, Consiliario, & D. Paulo ab Eitzen, Superintendenti), velut ad spartam istam ornandam peridoneum, datis ad singulos literis, in Volumine Epistolarum ejus mihi lectis ἀνεκδότῳ, commendavit. Obtemperatum est hujus consilio, & Fabricio, post habitum M. Dec. A. 1588. Gottorpii sermonem δοκιμαστικὸν, non Ecclesiastæ solum aulici dignitas, sed & Præpositura, qvam vocant, Diœceseos Gottorpiensis, collata. A. 1593. D. Paulo ab Eitzen, Superintendenti Ecclesiarum Ducalium, ætate atqve laboribus fracto, a Joh. Adolpho, Principe, Philippi fratre & successore, datus est Coadjutor, eiqve, ut, hujus loco, ministerii Sacri Candidatos examinaret & Parochiis suis præficeret, Ecclesiasqve Nordstrandiæ, & alias longius dissitas, visitaret, Diplomate, qvod vidi, d. 28. Jan. injunctum peculiari (5.). Vicaria hac Ecclesiarum Cimbriæ Ducalium Ephoria functus est ad A. usqve 1598., Eitzenio emortualem, hoc autem Successor defuncti constitutus, ea tamen lege, ut & minore, qvam ille, stipendio, & Præpositi generalis appellatione, contentus, Superintendentis titulo abstineret (6.). A. seqv. 1600., d. 26. Nov., ab Hamburgensibus ædis Catharinææ, in locum M. Georg. Stammichii, Antistes electus, cum dimissionem a Joh. Adolpho, Principe, obtinere non posset (7.), in aula perstitit, oblatamqve sibi anno eodem Præposituram Itzehoensem, &, qvadriennio post, professionem, cui Dav. Chytræus præfuerat, S. Literarum in Acad. Rostochiensi primariam, itidem recusavit (8.). A. 1608. Slesvigæ Colloqvium cum Anabaptistis sive Mennonitis Eiderstadiensibus publicum ab eo est habitum perqvam memorabile, cujus, a d. 13. Sept., per triduum, continuati, historia, in Joh. Clausenii Cottenii, Mennonitarum Promachi, vita, supra breviter jam est exposita, & illic potest relegi (9.). Certamine hoc dextre, & magna cum laude, vix exantlato, novo mox cum Reformatis est implicitus, qvi in aulam Gottorpiensem technis atqve artibus clandestinis hactenus irrepserant, & ipsum Principem, Johannem Adolphum, in castra sua pertraxerant. Obstitit his noster, per annos aliqvot, pro virili, donec, svasu Gnathonum aulicorum, ob concionem Studiosi cujusdam in locum de exaltatione Christi Paulinum (Phil. II. 9.) Calvinianam, qvam is d. 29. Dec. A. 1609. coram Principe habuerat, postridie (*Dom. post festum Incarn. Christi*), occasione verborum Simeonis de gladio Mariæ animam penetraturo, in Periocha, qvam explicabat, obviorum Evangelica, paulo vehementius confutatam, ab officio est remotus, & Philippus Cæsar, Cassellanus, Calvini assecla, ei subrogatus (10.). Dimissus Rostochium se contulit, & inde A. 1610. a Joh. Friderico, Archiepisc. Bremensi & Episc. Lubecensi, Joh. Adolphi fratre, ad munus Concionatoris aulici & Ecclesiarum utriusqve Episcopatus Ephoriam, a Duce Lüneburgico ad Superintendentis dignitatem, ab urbe Lüneburgensi ad Pastoratum ædis suæ Michaelitanæ (11.), & ab Hamburgensibus tandem, d. 17. Junii, ad Jacobæum, in civitate sua, invitabatur. Ultimæ vocationi morem

(1.) V. ipsius *Ep. Dedic. Orationis de suspicione, Catalogosqve Præceptorum Scholæ Lubecensis,* editum Henr. Bangerti, & ineditum Jacobi a Mellen. (2.) *in Albo MS. f. 786.* (3.) *in Albo MS. Morsii l. c.* (4.) V. M. Georg Meisneri Poemation ad illum gratulatorium. (5.) Conf. Ant. Heimreichii *L. 3. Chronici Dithmarsici, c. 5., p. 262.* (6.) V. Casp. Danckwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 25.* (7.) V. Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Eccl. Hamb., ad A. 1600.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 877.* (8.) teste *Sermone funebri*, Helmstadii, in Eberh. Fabricii, nepotis ejus, habito exeqviis. (9.) Confer de hoc Colloqvio *P. II. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 7., p. 112. 113. 114.*, & Ant. Heimreichii *Hist. Eccl. Slesvic., L. 4., c. 4., p. 237-243.* (10.) V. Heimreichii *Chron. Frisiæ Borealis, c. 13., p. 317., Chron. Dithmars., L. 3., c. 5., p. 263., & L. 4. H. E. Slesv. c. 2., p. 180.* (11.) *teste Sermone funebri, n. 8. allegato.*

rem gessit, &, Rostochio Hamburgum profectus, docendi in æde Jacobæa d. 3. Aug. fecit initium (1.). Muneri huic (in qvo M. Lucæ a Côllen successit) Ecclesiastico, qvadriennio post, d. 22. Jan. A. 1614., adjecta est a Senatu Gymnasii, nuper aperti, Ephoria & professio Theologica, post M. Jac. Reneccii, Antistitis Catharinæi, obitum ipsi commissa (2.). Tergemino hoc officio Hamburgi functus est ad A. usqve 1616., qvo Joh. Adolphi, nuper defuncti, vidua, Augusta Danica, & filius atqve successor, Fridericus, ad pristinas eum dignitates, Phil. Cæsare deturbato, Gottorpium, missis, & ad ipsum, & ad Senatum Hamburgensem, ædisqve Jacobææ curatores, literis, revocarunt. Desiderio huic Principum, patriæqve (cui, a Calvinianis hactenus afflictæ, suo deesse nolebat auxilio) amori, obsecutus, Hamburgensibus d. 11. Oct. A. 1616. publice valedixit, &, Gottorpium reversus, Magistratus supremi auspiciis, Cimbriæ Ducalis Ecclesiis, per reformatores deformatis nuperos, faciem pristinam singulari prudentia restituit (3.). Nec ab hac statione deinceps potuit dimoveri, licet Stralsundenses Pastoratum ei A. 1617. offerrent Nicolaitanum, & Rostochienses, promissa denuo A. 1613. professione Theologiæ primaria, ad se qvoqve pertrahere eundem conarentur (4.). A. 1622. a Friderico Principe, ut filius sibi cognominis, in arduis, qvibus fungebatur, officiis, adjungeretur, parte aliqva laborum patrem levaturus senescentem, impetravit (5.), nec multo post in morbum incidit ancipitem, sed, divino tamen ex hoc eluctatus beneficio, sedecim adhuc annis fuit superstes, & Superintendentis interea Generalis titulo, eodem A. 1636., qvo D. Steph. Klotzius, Cimbriæ regiæ præfectus Ecclesiis, a Christiano IV., Monarcha Danico, hunc obtinuerat, a Principe suo est ornatus (6.). Theologus erat solide eruditus, prudens, moderatus, pacificus, & insignibus in patriam Ecclesiam meritis conspicuus. Hanc enim ille ingenti sollicitudine gubernavit, templorumqve Scholarum, ac Gymnasii Bordesholmensis, svasu suo a Friderico Duce A. 1635. instaurati (7.), emolumenta promovit. Heterodoxos pro virili ab hac Chersoneso arcuit, &, ne Remonstrantes, in ea commorandi, & Fridericopolin suam condendi, A. 1619. nacti potestatem, admitterentur, Scripto peculiari, d. 21. Sept. Principi exhibito, sed frustra, dissvasit (8.). Laudem inprimis meretur eximiam diligentia ipsius, in Actis suæ ætatis Ecclesiasticis annotandis, atqve ad posteros transmittendis, singularis, qvam Volumina istorum MSSta plurima, hæredibus relicta, sed incuria istorum turpiter dissipata, abunde testantur. Complura istorum in sua delitescere Bibliotheca, Otto Sperlingius Junior, Consiliarius Danicus, mihi significavit, qvi inter meas etiam chartas qvædam hujus generis λείψανα asservo. Obiit tandem noster, octuagenario major, die qvinto (non sexto, qvem Heimreichius substituit (9.)) Novembris A. C. 1640. (10.), & munerum Ecclesiasticorum 54to. Filios ex uxore priori, Agnete Petræa, septem sustulit, Parentis exemplo non lauream solum Rostochii promeritos Philosophicam, sed sacris etiam in Chersoneso patria functos muneribus, Jacobum scilicet, suum e Coadjutore successorem, Philippum item Ecclesiæ in Dithmarsia Londinensis, Georgium, Poppenbüllensis in Eiderstadia, Johannem Adolphum Jacobææ Hamburgensis, Johannem Steinbeccensis in Holsatia, & Petrum Witzwortensis in Eiderstadia, ministros, ac Ulricum tandem in juventute extinctum. Secundas A. 1608. nuptias celebravit cum Sara, Danielis Foppii, Cameræ Ducalis Secretarii, vidua, duas ipsi filias, Agnetem, Justo Valepagio, Scribæ tractus Stapelholmensis provinciali, elocatam, & Annam, Joh. Adolphi Beckeri, Ecclesiarum Ducalium Commissarii, Consulisqve Slesvicensis, conjugem, enixa, biennioqve post maritum, d. 15. Jan. A. 1643., extincta.

Vitam ejus fusius exposuit M. Joh. Melch. Krafftius in Historia illius Germanica, dem zweyfachen zweyhundertjährigem Jubel-Gedächtnisse *p. 366-431.*, Appendicis instar, A. 1723. adjecta.

Conferri de illo possunt, præter scripta aliorum jam allegata, *Homonymoscopia* nostra (sex ab eo Scriptores distingvens ὁμωνύμως), *Sect. II., c. 7., §. 40., p. 671-674., & Isagoge ad Hist. Cimbr., P. II., c. 5., §. 7., p. 112. 113. 114., ac P. IV., c. 10., §. 26., p. 613. 614. 618.*, istamqve secuti Casp. Sagittarius *in Introd. in Hist. Eccl., c. 33., Sect. 5., p. 829. 830.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dial. Menstr. Germ., M. Mart. A. 1694., p. 240. 241.*, Joh. Alb. Fabricius *in Centuria Fabriciorum p. 41. 42., ac P. II. Memor. Hamburg. p. 883. 884. 1067. 1070.*, & Joh. Christ. Blumius *in Jubilæo Theologorum emeritorum, c. 3., p. 79. 80.*, nec non D. G. Morhofius *in Veneribus novis p. m. 58.*, ac Georg Nic. Erasmi *L. 2. Anagramm. Emmetr., num. 81.*

ELOGIA.

Joh. Pistorii de illo judicium supra jam, in Vitæ historia, recitavimus.

D. Pet. Musæo (*in Programmate Disp. Inaugurali Pauli Sperlingii Jun. præmisso, p. 6.*) *Pater in Christo* audit *venerabilis, optime de hisce provinciis meritus.*

Marco Hassæo, Professori L. Hebr. Rostochiensi (*in Carmine de Præceptoribus & amicis suis ἐπαινετικῷ*), *Chytræus secundus:*

Henr. Muhlio (*Diss. I. Historico-Theol. de Reformat. relig. in Cimbria p. 120.*) *Vir de Ecclesiis Holsaticis bene insigniterqve admodum promeritus.*

Nicol. Scribonius (*Lib. II. Lusuum Gottorp. p. 42. 43.*) hoc in eum Anagramma sistit:

Magister Jacobus Fabricius, Aulæ Gottorpiensis Concionator, & Ecclesiarum adjacentium Superintendens.

*

En Germaniæ, en totius orbis ingens nomen ac decus, Cimbriæ Ducis pectus! Ita fatalis tua hora procul erit: O sit!

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Progymnasmatum Theologicorum, sanctione & autoritate Johannis Adolphi, Ducis Holsatiæ, pro Ministerii in Ducatibus Slesvicensi & Holsatico Candidatis institutorum, Agones Generales XLI., Theses Theologicas, partim e Patrum scriptis, partim e Confessionibus & Actis aliis Sec. XVI. Ecclesiasticis, excerptas, disputationi publicæ subjicientes. Slesvigæ A. 1603. 1604. 1605. 1606. & 1607. in 4.

Eorundem Progymnasmatum Agones speciales XXIV. Slesvigæ A. 1603 - 1607. in 4.

Litaniarum publicarum, jussu Joh. Adolphi & Friderici, Ducum Holsatiæ, ab A. 1599. ad 1609., & ab A. 1616. ad 1640.,

(1.) V. Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, & Heimreichii *L. 3. Chron. Dithm. c. 5., p. 263.* (2.) V. Anonymi *Catal. cit.*, Pet. Lambecii *Orats. p. 67.*, Rud. Capelli *præfat. Lectionum Bibliothecariarum*, J. A. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1067. 1070.*, & *P. IV. Isag. meæ ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 26., p. 614. 618.* (3.) V. Heimreichium *locis num. 10. pag. præc. allegatis.* (4.) *teste Sermone funebri, n. 3. allegato.* (5.) V. Heimreichii *L. 4. H. E. Slesvic., c. 2., p. 192., & Chronicon Frisiæ Borealis, c. 13., p. 318.* (6.) V. C. Danckwerthium *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 25.*, & Heimreichium *locis num. præced. allegatis.* (7.) V. Danckw. *l. c. P. III., c. 4., p. 191.* (8.) V. Heimreichii *L. 4. H. E. Slesv., c. 3., p. 226. 227., & P. II. Isag. meæ ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 5., p. 108.* (9.) *L. 4. Hist. Eccl. Slesv., c. 2. p. 192.* (10.) juxta Epitaphii, in æde Cathedr. Slesvic. erecti, inscriptionem, & Thomæ Sellii, Musici Hamb., *Memoriam* ejus *Musicam*, Hamb. A. 1641. *in 4.* editam.

1640., qvotannis institutarum, Diatyposes, singulis annis seorsim editæ. Slesvigæ in 8. (Ex his ad manum jam sunt *Suscitabulum conversionis*, A. 1621, editum, & *Analysis Theologica Psalmi CXXX.*, A. 1623 publicata.).

Progymnasmatum Theologicorum, εἰς τὴν τῆς εὐσεβείας γυμνασίαν Hamburgi propositorum, Agones XIV. Hamburgi 1615. in 4.

Sylvularum Theologicarum miscellanearum, ex variis Scriptoribus passim sparsimqve collectarum, & ad συζήτησιν sacras propositarum, Indice autem præfixo, & notis marginalibus, ad ordinem certum, Locorumqve methodum, revocandarum, Centuriæ duæ. Hamburgi, sine mentione anni, in 4.

Prælectiones Theologicæ, in Gymnasio habitæ Hamburgensi, qvas, mihi non visas, Catalogus qvidam libris accenset editis.

D. Pauli ab Eitzen Examen Catechismi, summa Christianæ pietatis capita succincte exhibens, pro schola illustri Gottorfiensi denuo, cum præfatione Fabricii, recusum. Slesvigæ 1605. in 8.

II. GERMANICA.

Summa Christlicher Lehre, auß der Augspurgischen Confession, und dem kleinen Corpore doctrinæ. Slesvigæ 1602. in 8.

Von JEsu Christi heiligem und hochwürdigem Abendmahle gottseelige und christliche Erinnerungen; in einer Gründonnerstagspredigt anfangs vorgestellet, hernach aber weiter ausgeführet. Hamburgi 1614. in 8. (*Jacobo Fabricio, Superintendenti Pomeranico, perperam tribuuntur a Joh. Alb. Fabricio in Centuria Fabriciorum p. 45.*).

Eines christlichen, alten, abgelebten Predigers wahrhaffter Bericht, wegen eines sonderbahren Werckes und Wohlthat, so GOtt der HErr an ihm gethan, aus erheischender Gewissensnoht, und geschehenem Gelübde, in Druck gegeben. A. 1640. in 4. Recudi scriptum hoc ἀδέσποτον, qvo divinum beneficium, sibi, A. 1623., magno ætatis Climacterico, febre decumbenti periculosa, vitæ in 15. annos prorogatione precibus suis concessa, præstitum, Autor, ex voto, celebravit, Eucharisticum, sub nostri, veri illius parentis (in *præfat.* sua detecti), nomine, curavit Joh. Alb. Fabricius *Volum. III. Memor. Hamburg.*, A. 1711. Hamburgi edito, *p. 131-164.* Legitur etiam in Joh. Melch. Kraftii zweyfachen 200 jährigen Jubelgedächtnisse (ed. Hamb. A. 1723.), *p. 416-430.*

INEDITA.

Das Gespräch vom Grunde des christlichen Glaubens und Wandels, welches er mit den Wiedertäuffern und Mennisten aus Eiderstatt, zu Schleswig, A. 1608., den 13. 14. 15. und 16. Sept., gehalten; sive Acta Colloqvii illius Germanica, a Notariis fide & diligentia singulari excepta Ducalibus, qvorum Apographum, Notis Fabricii auctum marginalibus, luceqve publica dignissimum, a me asservatur. V. qvæ de iis, & ipsius Colloqvii historia, supra (sub Joh. Clausenii nomine) *Parteqve II. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 7., p. 112. 113. 114.*, attulimus, atqve ex hac Casp. Sagittarius, W. E. Tenzelius & J. Chr. Blumius (editionem optantes), locis paulo ante allegatis, repetiverunt.

Volumen de Ecclesiarum Holsaticarum vitiis & defectibus, a se observatis, qvod MStum in Biblioth. sua superesse M. Georg. Henr. Burchardus, Præpositus Segebergensis, olim mihi significavit.

Causæ, cur Remonstrantes, e Batavia pulsi, in Ducatus Cimbricos non sint admittendi, Friderico, Duci Holsatico, d. 21. Sept. A. 1619. exhibitæ. V. Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 3., p. 226. 227.*

Appunctation etlicher Artickel und Fragen, nach und von welchen mit denen, in Eiderstätt, wegen der Wiedertäufferschen, und anderer Irrthümer, verdächtigen Unterthanen zu handeln seyn möchte, aus der Wiedertäuffer und andern Schriften, in 16. Artickeln verfasset. Schediasma duarum plagularum, qvod una cum Anabaptistarum Eiderstadiensium Confessione fidei, Friderico, Duci Holsatico, oblata, de singulis illius articulis horum exponente sententiam, possideo.

Kurtze Appunctation etlicher Christlichen Erinnerungen, warumb ein iedes gottfürchtiges Hertze, welches dieser Fürstenthümer Kirchenglied ist, bey derselben wohlhergebrachten Ceremonien solle beharren, und weder sich, noch andere, damit, oder daran, ärgern und irren. Schediasma V. plagularum, novatoribus, ceremoniarum aliqvot Eucharisticarum mutationem, in aula Gottorpiensi, Friderico IV. Principe patriam jam gubernante, molitis, oppositum, qvod itidem asservo.

XV. Epistolæ Latinæ ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, ab A. 1586. ad 1602. scriptæ, & in Volumine Epistolarum Pistorii atqve amicorum ejus mutuarum ἀνεκδότῳ, in Pet. Axenii, JCti Slesvic., Bibliotheca reliqvo, mihi olim lectæ.

M. JACOBUS FABRICIUS Junior, Slesvicensis, A. circiter 1589. natus, Senioris, modo celebrati, ex Agnete Petræa filius, laurea Rostochii Philosophica, cum fratrum triga, A. 1613. ornatus, Pastor, ab A. 1614., in Dithmarsia Boreali fuit Londinensis, cæterarumqve simul ejusdem provinciæ Ecclesiarum ab A. 1615. Præpositus, &, ab A. 1616., Augustæ Danicæ, Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, viduæ, Ecclesiastes in arce Husensi aulicus. Inde A. 1622., a filio hujus, Friderico, Gottorpium, ut sibi a concionibus itidem esset aulicis, Parentisqve simul, in suprema omnium Ecclesiarum Cimbriæ Ducalium Ephoria, Coadjutorem ageret & vicarium, est evocatus, eidemqve deinde, A. 1640. extincto, in Protecclesiastæ aulici & Superintendentis dignitatibus, subrogatus, sed, cum lustro vix unico iis præfuisset, d. 24. Apr. A. 1645. itidem extinctus, ac D. Joh. Reinbothium nactus successorem. E liberis ejus, e Catharina, Eberh. Rechelii, Senatoris Husensis, filia, d. 4. Sept. A. 1614. ducta, susceptis, mihi innotuere M. Frid. Fabricius, Pastor oppidi Fridrichstadiensis Lutheranus, duæqve filiæ, Agnes Catharina & Maria Dorothea. E qvibus illa D. Paulo Sperlingio Jun., Gymnasii Bordesholmensis Rectori, & Professori deinde Theologo Kiloniensi, A. 1643. a parente superstite, hæc autem M. Mart. Holmero, Pastori Husensi, A. 1652. post ejus obitum, est elocata. Nicol. Scribonius (*Lib. II. Lusuum Gottorp. p. 46. 47.*) hoc eum commendavit Anagrammate:

Magister Jacobus Fabritius Junior, Aulæ Gottorpiensis Ecclesiastes.

*

Fabriti, esne gravis? Sic sic, e voto, & magni & clari Patris viva soboles es.

Fusius vitam ejus enarrat Joh. Melch. Kraftius in der Husumschen Kirchen-Historie *p. 293-301.*

Confer de illo Sam. Rosenbohmii *P. I. Poem., Lib. 3., p. 198. 199. 200.*, M. Phil. Fabricii, fratris, *Syllogen Epicediorum Nannianorum, lit. D. 8. a. b.*, C. Danckwerthii *P. I. Chorogr. Cimbricæ, c. 4., p. 25.*, Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, c. 13., p. 318.*, *Chronicon Dithmarsicum, L. 3., c. 5., p. 258. 259.*, *& Hist. Eccl. Slesvic., L. 4., c. 2., p. 192.*, Georg. Nic. Erasmi *Lib. 2. Anagramm. Emmetr., n. 82.*, Joh. Alb. Fabricii *Centuriam Fabriciorum p. 42.*, & *Homonymoscopiam* meam (a sex Scriptoribus eum distingventem ὁμωνύμοις), *Sect. II., c. 7., §. 40., p. 671-674.*

Litaniæ publicæ, textus Biblicos, in feriis poenitentialibus Annorum 1641. 1642. 1643. & 1644. propositos, explanantes. Slesvigæ in 8.

Leich- und Ehrenpredigt über Joh. Nannen, Bürgern zu Lunden, auß Ecl. LVI. Hamburgi 1616. in 4.

JACOBUS FABRICIUS, Holsatus, Versionem Latinam Ἀπολογητικοῦ Eunomii Hæresiarchæ, Episcopiqve Seculo IV. Cyziceni, ἀνέκδοτον, Textui Græco, manu Frid. Lindebrogii, JCti πολυμαθεστάτου, e veteri Codice descripto, subjectam, Bibliothecæ urbis reliqvit Hamburgensis, mihi in ista olim perlectam. (Ejusdem Apologetici, tria alia MSSta Græca, in Bibliotheca Gudiana, teste *Catalogi ejus Appendice de MSStis Græcis in 4., n. 36. 37. 38.*, supersunt. Procemium ejusdem atqve Epilogum Gvil. Cavius, *in Historia Scr. Eccl. Literaria, p. 121-125.*, Græco-Latine exhibuit. Ἀντιρρητικὸν illi Basilius Magnus opposuit.) Versio hæc Latina unacum ipso textu Græco, e MSto Bibliothecæ Hamburgensis, juris haud ita pridem facta est publici a Joh. Alb. Fabricio (qvi versionem passim emendavit, & notulas qvasdam adjecit), *Volumine VIII. Bibliothecæ Græcæ, sive Libri V. Parte IV.*, Hamburgi A. 1717. *in 4.* excusa, *c. 23., p. 260-305.*

JOHANNES FABRICIUS, Hamburgensis, cujus notitiam Ott. Sperlingii Junioris *Indici Scriptorum Hamburgensium MSto* debeo.

Oratio de damnanda simulatione & dissimulatione. Hamburgi 1603. in 4.

Oratio de beatitudine Rerumpublicarum. A. 1603. in 4.

M. JOHANNES ADOLPHUS FABRICIUS, Slesvicensis, filius Jacobi Senioris (*supra celebrati*) ex Agnete Petræa primogenitus, d. 29. Mart. A. 1592. in lucem editus, Rostochii A. 1613. a Joh. Kirchmanno, una cum tribus fratribus junioribus, Jacobo, Georgio & Philippo, Philosophiæ Magister est creatus, nec multo post lauream etiam consecutus Poeticam. Rostochio Witebergam abiit, & inde A. 1614. ad Parochiæ Arensburgensis in Ducatu Megapolitano avocatus Pastoratum, hunc, cum vix semestri illi tempore præfuisset, cum Ædis Jacobææ Hamburgensis Diaconatu, d. 8. Jan. A. 1615. sibi decreto, & per Parentem, ejusdem tunc templi Pastorem, solenni inauguratione, prid. Kal. April. collato, commutavit. Per septem isto lustra functus, cum e conjuge, Anna Prætoria, Hieronymi, Musici Hamburg. celeberrimi, filia, & M. Lamb. Langemacii, Antecessoris, vidua (d. 8. Sept. A. 1615. ducta, & F. Mart. A. 1637. amissa), qvinqve liberos, &, hos inter, Jacobum, Parochum Grödensem, sustulisset, viduus ferme sexagenarius d. 28. Oct. A. 1650. vivis excessit (1.). Poeta fuit, in Jambicis imprimis Lyricisqve carminibus, nec incultus, nec infelix, a Vinc. Fabricio, *Elegia Libri secundi decima*, nomini ejus inscripta, *vatum gloria* salutatus *non ultima*, & hac compellatus προσφωνήσει:

Magne Dei Mystes, nec enim tua gloria sola est
Aonias sancte deperiisse Deas:
Qvi sacra Musarum pietati jungere monstras,
Utqve qveant recte numina bina coli.

Confer de illo ejusdem Fabricii *Miscellanea Poetica (in Editione Operum Lipsiensi) p. 605.*, Zachar. Lundii *Poemata juvenilia p. 86. 108. 109.*, Nic. Scribonii *Lib. V. Lusuum Anagramm. Gottorp. p. 118.* Georg. Nic. Erasmi *Lib. I. Anagramm. Emmetr., n. 100.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 888. 889.*, & Joh. Elfringii in eum Epigrammata & Anagrammata, in *Albo* Joach. Morsii *MSto, f. 787.*, obvia.

Vogleræum chartaceum, vitæ nunqvam satis laudatæ, morti æternum beatæ, Hieron. Vogleri, Consulis Hamburgensis, versibus Jambicis consecratum. Hamburgi 1642. in 4. Recusum ibidem A. 1710., in Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamburg., p. 163-175.*

Carmen Jambicum in obitum Ulr. Winckelii, J. U. L. & Consulis Hamburgensis. Hamb. 1649. in 4. Joh. Alb. Fabricius id, *l. c. p. 227-233.*, itidem curavit recudi.

Epicedia alia complura, memoriæ Optimatum civiumqve Hamburgensium consecrata, Carminaqve & Epigrammata gratulatoria haud pauca, diversis sparsim edita temporibus.

Epigrammata & Anagrammata complura in Viros ævi sui doctos ἀνέκδοτα, Avtographis & imaginibus illorum, in *Albo* Joach. Morsii, qvod V. C. Jac. a Mellen possidet, MSto, passim adjecta.

Davids güldnes Hertzlein, gefasset in seinem güldnen Kleinode des LVII. Psalms, im 8. verse, oder Leichpred. über Jungf. Anna Margareta Köllerinn. Hamburgi 1623. in 4.

M. JOHANNES CHRISTIANUS FABRICIUS, Tunderæ d. 23. Apr. A. 1624. natus, &, post supremos Philosophiæ honores Rostochii A. 1649. reportatos, Parochiæ in Præfectura Apenradensi Loydtensis Pastor constitutus primarius, Vir eruditus & lingvæ Hebrææ, cæterarumqve Orientalium, longe peritissimus, d. 9. Jul. A. C. 1686., & æt. 62., cum per septem lustra, & qvod excurrit, sacro præfuisset muneri, exspiravit. Filios complures reliqvit paternæ doctrinæ hæredes. E qvibus natu maximus, Willehadus Fabricius, defuncti successor, in Polymathia elegantiori, sacra pariter atqve profana, versatissimus, Observationum illius in S. Codicem universum Critico-Philologicarum, diligentia & judicio insigni congestarum, Volumina qvinqve, in Bibliotheca sua instructissima, sicut ab ipso edoctus sum, asservat ἀνέκδοτα.

LAURENTIUS FABRICIUS, Slesvicensis, J. U. C., & Poeta in sermone Germanico, pro ævi, qvo vixit, genio, haud infelix, a Zachar. Lundio (2.), Vinc. Fabricio (3.), Nicol. Scribonio (4.), aliisqve, commendatus.

Epigrammata ac Anagrammata qvædam Latina, Carmenqve Germanicum, in laudem Nicol. Scribonii, qvinqve hujus *Lusuum Anagrammaticorum Gottorpiensium Libris*, Slesvigæ A. 1634. *in 8.* excusis, subjecta.

Musa Germanica, seu Poematum vernaculorum Sylloge ἀνέκδοτος, Epigrammatis (qvæ in *Albo* Joach. Morsii MSto, *fol. 921. 922.*, supersunt) ab Ad. Oleario, Tob. Mœbio (JCto Lipsiensi), Mart. NessIelio, Moravo, M. Nicol. Glasero, M. Joh. Ad. Fabricio, Joh. Mautnero & Zachar. Lundio, celebrata Encomiasticis. E qvibus Lundius his Autorem Metris compellavit:

Omnia, Teutonica qvæ condis, carmina, lingva,
Idalios omnes surripuere sales.
Teutona Musa tua est longe conditior Umbra,
Peligna qvamvis ipsa nec Umbra minor.
Hæ binæ binas, sapiat cum qvælibet unam,
At tua sexcentas una sapit Veneres.
O digna, Laurens, dignum te gente Poetam!
O digno dignas vos qvoqve Vate nurus!

MARTINUS FABRICIUS, Wilstriæ Stormarsorum, patre Michaele, Pastore oppidano, matre vero Adelheida, Nicolai Hannemanni, Consulis, filia, d. 28. Aug. A. 1576. natus, literis humanioribus in scholis vacavit patria atqve Hamburgensi, studio autem Medico in Academiis Witebergensi (in qva integro hæsit qvadriennio), Lipsiensi, Tubingensi, Patavina, Ferrariensi, Bononiensi, Pisana, Florentina, Senensi atqve Romana. Laurea ejusdem A. 1602. suprema (cui Poetica deinde a Christ. Theod. Schossero, Com. Pal. Cæs., collata, A. 1617. accessit) Basileæ ornatus, utriusqve artis Phœbeæ, Medicæ & Melicæ, Praxi, in urbe patria, & Stormaria reliqva, per 38. annos inclaruit, &, post duplex cum Anna Rugia & Elisab. Prangeria conjugium, d. 3. Febr. A. C. 1640., & æt. 64., obiit, V. Mart. Boethii, Parochi

(1.) V. Epicedia ei scripta, & Anonymi *Catal. MS. Ecclesiastarum Hamburgensium.* (2.) *L. 4. Poem. Juvenil. p. 94.* (3.) *in Carmine ad ipsum, L. 3. Poem. p. 72. Ed. primæ, A. 1632. excusæ.* (4.) in qvinqve in eum Anagrammatis, *Lib. 2. Lusuum Gottorp. p. 58. sq. 60.*

Parochi Wilstriensis, Sermonem de illo funebrem Germanicum, Hamburgi A. 1641. *in 4.* excusum, & confer Sam. Rosenbohmii, (cui *celebris* audit *nostri temporis Machaon, pullusqve Phœbi generosus*) Odam in laudes ejus Sapphicam, *P. I. Poem., Lib. 3., p. 186-189.*, obviam.

Disp. Inaug. de Cancro non ulcerato, seu Apostemoso, Basileæ 1602. in 4.

Παράδοξον Λοιμῶδες; das ist: Eine absonderliche Meinung, daß die Form, Natur und Essenz der Pest, keinem Menschen, sondern GOtt alleine, bekandt sey, und dahero noch keine gewisse und specifica Remedia dagegen erfunden. Rostochii 1633. in 4.

Satyræ festivissimæ ἀνέκδοτοι in tonsores qvosdam ac Pharmacopœos rudes & circumforaneos, a Mart. Boethio *in Vita ejus*, & Joach. Morsio (*Romano eas sale respersas esse, & a posteris edendas*, perhibente) *in Albo MS. fol. 868.*, commendatæ.

Hippocratis Aphorismorum Versio metrica, variis carminum Latinorum concinnata generibus, sed itidem, teste Boethio, inedita, qvam Sam. Rosenbohmius, in Oda supra allegata, fuse commendat.

M. PETRUS FABRICIUS, Tunderæ, A. 1587. natus, in Acad. Rostochiensi (supremos ei A. 1608. Philosophiæ largita honores), præter Theologicum, studia etiam Mathematica, Pet. Laurenbergii ductu, feliciter tractavit, horumqve peritiam Ephemeridibus Astrologicis, sive Calendariis, annorum singulorum, ab A. 1605. (qvo Laurenbergius peculiari huic ejus instituto applausit Epigrammate), per semisæculum ferme integrum, ad obitum usqve, publicatis, ostendit. In patriam redux, Pastor A. 1613. ruralis, in Præfectura Tunderensi, factus est Bulderupensis, nec multo post, in Apenradensi, Warnensis, susceptisqve e Maria, M. Andr. Scerbecii, Parochi Scerbeccensis, filia, A. 1614. ducta, qvinqve filiis (e qvibus eidem vicinisqve Ecclesiis qvatuor sunt præfecti), A. C. 1651., & æt. 64., defunctus. M. Trog. Arnkielio, Antistiti (cui hanc de vita ejus narrationem debeo) Apenradensi, *Vir* audit *eximie doctus, artiumqve Mathematicarum peritissimus.* Epistolarum, a Georg. Calixto, Jac. Fabricio Sen., aliisqve Theologis & viris doctis, ad eum scriptarum, Fasciculus a Willehado Fabricio, Pastore Loydtensi, asservatur.

PETRUS FABRICIUS, ædis in civitate Slesvicensi Michaelitanæ, per annos 33., Pastor, V. 1689.

Der Christen Wissen und Sehnen, oder Leichpredigt über Joelem Langelott, Med. D. und Fürstl. Holsteinischen Leib-Medicum, aus 2 Cor. V. 1. 2. 3. Slesvigæ 1681. in 4.

M. PHILIPPUS FABRICIUS, Slesvicensis, Jacobi Senioris (*supra celebrati*) filius, &, postqvam ex Academiis Rostochiensi (in qva Magister A. 1613. a Joh. Kirchmanno, cum fratrum triga, creatus est) ac Witebergensi redierat, Jacobi Junioris, germani (*de qvo etiam supra dictum*), in sacro vici in Dithmarsia Londinensis ministerio, A. 1616. & seqq., collega, ante annum 1625. (qvo vidua ejus, Anna, D. Jac. Thomæo, Medico nupsit Eiderstadiensi) jam defunctus: Poeta venustus ac ingeniosus, sed in versibus suis ἀρχαΐζων. Odam ad eum, Jacobumqve fratrem & Collegam, Sam. Rosenbohmius scripsit Encomiasticam, *P. I. Poem., Lib. 3., p. 198. 199. 200.*, obviam. A. jam 1618. obiisse perhibetur a Joh. Melch. Kraftio in Append. der Husumschen Kirchen Hist., p. 369.

SCRIPTA EDITA.

Carmen de Excidio Hierosolymitano. Wit. 1612. in 4.

Publicum Sinceri cultus testamen, & amoris devotissimi monumen, sacrum memoriæ Joh. Nannii, Londinensis Dithmarsi, JCti & Theologi eximii, affinis & amici incomparabilis: Sine mentione loci A. 1617. in 8. excusum. Qvatuor exhibet Elegiarum, Odarum & Epigrammatum in Nannii obitum funebrium Decadas. Unde *Epigrammata XL.*, Hamburgi A. 1617. *in 8.* edita, qvæ Georg. Draudii *Bibliotheca* nostro tribuit *Classica*, eadem cum scripto hoc esse conjicio.

Kurtze Trostschrift über den betrübten und zeitigen Todesfall Herrn Johannis Nannen, an dessen nachgelassenen Wittibe. A. 1617. in 8.

Boni Principis imperium, & boni subditi obseqvium; der Regenten Vaterhertz, und der Unterthanen Kinderhertz, in einer Predigt über Gen. XLI. 43., bey der Friderico, Hertzogen zu Holstein, A. 1616. geschehenen Huldigung, vorgestellet. Sine mentione loci in 4.

INEDITA.

Problemata Poetica, in libros aliqvot digesta, & Poemata diversa, qvæ relicta ab eo esse Joach. Morsius (*in Albo MS. f. 785.*) testatur.

TOBIAS FABRICIUS, Neuenstätta Pinnebergicus, Parochiæ ruralis patriæ in Comitatu Pinnebergico Pastor, d. 10 Aug. A. 1696. extinctus, de qvo Georg. Richardi, Præpositi Pinnebergici, Pastorisqve Altonaviensis, Sermo Fun. Germ., in exeqviis ejus, e Matth. XXV. 21., habitus, & Altonæ A. 1696. *in 4.* excusus, plura docere poterit.

Christianorum Trophæum: Christliches Siegeszeichen, oder Leich-Sermon über Magdalena, Herren Gregorii Krögers, Königl. Dän. Rahtes und Pinnebergischen Amptmanns, Eheliebste. Altonæ 1676. in 4.

VINCENTIUS FABRICIUS, Hamburgensis, Petri Schmidii, mercatoris, ex Elisabetha Meieria filius, d. 28. Aug. A. 1612. in lucem editus, cum, post scholas patriam & Luneburgensem exiguo cum fructu freqventatas, domi privata industria αὐτοδίδακτος, sed Henrici Vagetii tamen, Gymnasii Hamburg. Professoris, subinde adjutus consiliis, eximios brevi in literis elegantioribus fecisset progressus, his, ac vena præsertim in fundendis versibus Latinis Poetica felicissima, & Acad. Leidensis (in qvam A. 1631. delatus Juris initio, deinde Medicinæ, ac tandem iterum Juris studio, se addixit) Bataviæqve universæ, & Angliæ Galliæqve, qvas itinere postea lustravit literario, viros qvosqve maximos in amorem sui rapuit & admirationem. Juris utriusqve Licentiati titulo in Acad. Bituricensi A. 1640. ornatus, in patriam rediit, inqve illa (ducta A. 1641. uxore Angela, D. Joh. Westhovii, Medici, filia, sex sibi liberos, &, hos inter, Fridericum, Consulem Gedanensem, enixa) seqventi hæsit triennio. A. 1643. in aulam ex ea migravit Johannis, Ducis Holsatici, Episcopiqve Lubecensis, qvi Consiliarium eum elegerat, Eutinensem, & inde A. 1644 in urbem Borussiæ Dantiscanam, munere Syndici, a Senatu sibi oblato, functurus. Loco & dignitate in Senatu Consulari, huic A. 1666. adjectis, haud diu est gavisus, sed seqventi 1667., d. 11. Apr., in triginta, qvas obierat, Legationum Polonicarum ultima, ipsisqve regni comitiis, Varsoviæ, 55. natus annos, febri expiravit. Plura de JCti hujus, Politici Oratorisqve celeberrimi, & Poetæ præsertim illustris, vixqve Latinorum ulli, inter recentiores, secundi, vita, dotibus, laudibus ac scriptis, Elogium ejus, Tomo exhibendum ultimo, fuse exponet. Consulantur interim Carminum adoptivorum Sylloge, tum *Poematum* solorum Editioni Amstelodamensi A. 1638., tum *Operum omnium* Lipsiensi A. 1685., adjectæ, D. G. Morhofii *Manes Fabriciani* Poemate celebrati Elegiaco, posteriori inserto, & seorsim antea Kilonii A. 1667. *in fol.* edito, *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jun. A. 1686., p. 278. 279.*, Pet. Baelii *Tomus II. Dictionarii Historico-Critici p. 1212. 1213.*

1213. *Ed. sec.*, Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII., ad A. 1667.*, Joh. Franc. Buddæi *Tomus II. Lexici Histori- ci p. 98.*, & Joh. Alb. Fabricii *Centuria Fabriciorum p. 74.*

WERNERUS FABRICIUS, Alberti, ædium sacrarum in urbibus Itzehoensi atqve Flensburgensi Organoedi, ex Elisabetha Michaelia, Pastoris Itzehoensis, gnata, filius, Itzehoæ d. 10. Apr. A. 1633. est natus, Flenopoli autem educatus, & in schola publica, cum literarum rudimentis, tum Musices scientia, a Paulo Mohtio, Cantore, eo imbutus successu, ut vix undecennis suæ in vocali pariter atqve organica peritiæ speciminibus Christianum IV., Daniæ Regem, aliosqve Principes, in conventibus Flensburgensi, Glückstadiensi & Norburgensi, oblectare jussus, omnium admirationem promeruerit. Hamburgum hinc delatus, Gymnasiiqve civibus adscriptus, ac variis a Senatu affectus beneficiis, majores in utraqve, Thomæ Sellii, Chori Musici Directoris, & Henr. Scheidemanni, Organœdi Catharinæi percelebris, ductu, fecit progressus. Hamburgo in Academiam A. 1650. migravit Lipsiensem, & in Philosophia Joh. Ad. Scherzerum (qvi Senior postea, & Professor jam Theologiæ primarius, discipulus vicissim nostri, in arte organa pulsandi minutiora, uti αὐτόπτης testari possum, esse non erubuit), ac in Jurisprudentia Johannem Philippi (a qvo Notarii publici Cæsarei reportavit titulum), aliosqve, Præceptores elegit, in Musicæ vero, ad qvam excolendam a natura destinatus videbatur, cum Theoria, consvetudine Joh. Kühnii, Mathematum Professoris, domestica, tum Praxi, ope conversationis cum Musicis urbanis celebrioribus assiduæ, ita profecit, ut brevi ipsemet hos inter emineret. Sexennio Lipsiæ exacto, a Senatu Academico Chori in templo Paulino Musici Director, simulqve ab urbano, Ædis Nicolaitanæ Organoedus, A. 1656. constitutus, subito per omnem inclaruit Saxoniam, & non in aulas solum ejus Electoralem ac Ducales, ad aures Principum oblectandas, Organaqve templorum dedicanda, sed a Civitatibus etiam aliqvot Germanicis ac Hanseaticis ad munera lautiora, sæpius est invitatus. Verum Lipsiam ille, tum qvod valetudinis imbecillæ metueret detrimentum, tum qvod Virorum in utraqve republica, urbana & Academica, summorum illic gauderet amicitia, relinqvere noluit, sed in urbe hac Misnicarum principe, licet cum Musicis Germaniæ reliqvæ, & regionum exterarum, nobilioribus (præsertim vero Henr. Schützio, Aulæ Electoralis Saxonicæ Orpheo) literarium absenti etiam intercederet commercium, ad finem usqve vitæ perstitit. Hunc, Phtisi diuturna confectus, d. 9. Jan. A. C. 1679., & æt. 46., attigit, cum e conjuge Martha, M. Joh. Corthumii, Pastoris ad Albim Bergerdorfiensis, filia, A. 1665. ducta, & qvinqvennio ante se defuncta, præter duas ævi brevioris puellas, filium sustulisset unicum, sed πολλῶν ἄλλων ἀντάξιον, Johannem Albertum, Theol. Doctorem, & Gymnasii Hamburgensis Professorem, de republica præclare hactenus meritum literaria. Plura de illo suggerent Programma Rectoris Acad. Lipf. funebre, Joh. Thilonis, Th. Lic. & Archidiac. Lipf. Nicolaitani, Sermo de Musica Davidica, in Pf. LXXI. 19-23., Germanicus exeqvialis, Lipsiæ A. 1679. *in 4.* editus, D. Georg. Lehmanni, Superint. Lipf., Homilia in Apoc. II. 10. similis, memoriæ uxoris ejus consecrata, & ibidem A. 1674. *in 4.* impressa, filiiqve Joh. Alb. Fabricii *Centuria Fabriciorum p. 76. 77.*

ELOGIA.

Imagini ejus, qvam ipsemet, cum aliis septendecim Musicorum celebriorum, Bibliothecæ Academiæ Lipsiensis donavit Paulinæ, hoc adjectum est Tetrastichon:

Hic est Wernerus Fabricius, Orpheus urbis,
Vivus qvi Pauli rexit in æde chorum;
Mortuus ast Musis Pauli se Musicus ipsum,
Ac alios septem, tradidit, atqve decem.

D. Val. Alberti, Theologus Lipf., ita in eandem lusit:

Fabricii facies hoc vivida sistitur ære,
Nescia sed sisti fama per ora volat.
Lipsia miratur dextramqve pedemqve sonantem,
Orbem at per totum cantica scripta sonant.

In Programmate Funebri Lipsiensi *Musicus* vocatur *ad amussim factus, & penes exteros etiam celebratissimus*; in Kiloniensi autem D. Joh. Frid. Mayeri, A. 1699. Disputationi filii ejus Inaugurali præmisso, *Vir, qvi cum Musicis, & antiqvissimis, & ætatis suæ, contendere poterat, atqve certo reportare palmam; literarum qvoqve, Poeseos cumprimis, peritissimus.*

Franc. Romanus, JCtus Lipf., *Deliciis* ejus *Harmonicis* hoc præfixit distichon:

Qvem tua non capiunt, Wernere, Melismata, nunqvam
Dulcore hunc tetigit Musica dia suo.

Phil. Müllerus autem, Math. Professor, seqvens Tetrastichon:

Qvis novus hic Orpheus? nova qvæ Symphonia nostras
Ingrediens aures cor animumqve rapit?
Non ego sim præco; sibimet symphonia laudi est:
Præfertur sapido nulla corona mero.

Wolfg. Casp. Prinzius, Musicus Soraviensis (in der Historischen Beschreibung der Singekunst, *c. 12., p. 148.*), Melopoeis eum modernis celebrioribus accenset.

SCRIPTA.

Deliciæ Harmonicæ, oder Musicalische Gemühtsergetzung; das ist: Allerhand Paduanen, Alemanden, Couranten, Balletten, und Sarabanden, von 5. Stimmen, nebst ihrem Basso continuo, auf Violen, und andern Instrumenten, füglich zu gebrauchen. Lipsiæ 1657. in 4. Præfixa sunt Elogia plerorumqve Professorum Lipsiensium metrica.

Geistliche Arien, Dialogen und Concerten, so zur Heiligung hoher Festtage, mit 4. 5. 6. und 8. Vocal-Stimmen, sampt ihrem gedoppelten Basso continuo, können gebrauchet werden. Lipsiæ 1662. in 4.

Ernst Christian Homburgs Geistlicher Lieder zwey Theile, mit zweystimmigen Melodeien Wern. Fabricii. Jenæ 1659. in 8.

MSSta Musica complura, qvæ a se, & amicis aliis, asservari Joh. Alb. Fabricius, ejus filius, *in Centuria Fabriciorum p. 76.*, testatur.

CHRISTOPHORUS FAHRENHORST, Lubecensis, Ecclesiastes, circa A. 1638., Basedoviensis (1.), & deinde, circa A. 1645., Teutewinkeliensis, in Ducatu Megapolitano (2.).

Suspiria in obitum luctuosum & præmaturum M. Georgii Stampelii, Superintend. Lubecensis, fusa, seu Oratio funebris, illi scripta. Regiomonti 1622. in 4.

Diss. de Bancorottorum pessimo & horrendo scelere Practico. Regiomonti 1624. in 4., Rostochii 1625. in 4.

Güldener Trostbecher, darauß Christliche Eltern, wegen frühzeitigen Hintrittes ihrer Kinder, erqvicket und erfrischet werden, auß dem lauteren Strome Göttliches Wortes eingeschencket: Mit einer Vorrede des Rostockischen Ministerii. Rostochij 1628. in 8.

Neujahrspredigt auß Gal. III. 25. Rostochii 1632. in 8. (*Catal.*)

Buß- und Hauß-Betstunden. Rost. 1640. in 12. (*Catall.*)

Experto

(1.) V. Epigr. ejus in D. Lucæ Bacmeisteri Jun. obitum, ap. Witteniuм *Dec. IV. Mem. Theol. p. 444.* (2.) V. Scriptum Germanicum de Invidia improborum, A. 1645. editum.

Experto crede Ruperto; das ist: Nöhtiger und sehr nützlicher Unterricht, mit welchem sich alle fromme Christen, wieder Neid, Feindschaft und Verleumbdung böser gottloser Leute, kräftiglich können trösten. Rost. 1645. in 4.

Raht gegen Unraht. Rost. 1658. in 8. (*Catal.*)

JOHANNES FARSENIUS, Ripensis, Oppidi in Jutia Vedelensis, circa A. 1595., Pastor, Scriptoribus Danicis a Claud. Lyschandro, *in Catalogo illorum ἀνεκδότῳ (lit. I.)*, ob Epithalamium in nuptias D. Andr. Lymvici, Prof. Med. Hafn., & Dorotheæ Petrææ, Hafniæ A. 1577. editum, annumeratur. Qvod an tanti sit momenti, *ἀυ]όπ]αι* disputant.

DAVID a FECHTE, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, Bibliothecæ locupletis possessor, d. 13. Jul. A. 1682. vivis exemptus.

Positiones Inaugurales Juridicæ. Basileæ 1663. in 4.

HARRO FEDDERSEN, Civitatis Husensis Consul, circa A. 1680., eruditus, Augusti Giesii, Secretarii ac Senatoris ejusdem eximii, gener.

Tractatus ineditus vom GOtt-gefälligem Frieden, a Joh. Melch. Kraftio (in der Husumschen Kirchen-Historie *p. 198.*) commendatus.

NICOLAUS FEDDERSEN, Flensburgensis, Theol. Stud.

Index Græcus Scriptorum, a Sexto Empirico in suis memoratorum & allegatorum Operibus, editioni horum novissimæ Græco-Latinæ, Lipsiæ A. 1718. *in fol.* per D. Joh. Alb. Fabricium juris factæ publici, subjunctus; cujus illum (qvem *Juvenem* salutat *egregium*) Autorem esse Fabricius, *Volum. X. Bibliothecæ Græcæ p. 93.*, testatur.

M. BARTHOLDUS FEINDIUS Senior, Classis in Schola Hamburgensi Johannæa sextæ Præceptor, d. 6. Jan. A. C. 1691., & æt. 58., defunctus, & ob fidem ac sedulitatem a V. Placcio (*T. I. Theatri Anon., c. 2., p. 197.*) commendatus.

SCRIPTA EDITA LATINA.

Antisophistica, sive solida & perspicua Sophismatum, e vulgaribus Logicorum regulis, enodatio, XV. Decuriis absoluta. Hamburgi 1667. in 12.

Gerræ Sociniani cujusdam de SS. Trinitatis mysterio dissipatæ. Lubecæ 1668. in 12. Oppositæ sunt *Disqvisitioni brevi inter duas de S. Trinitate disputantium partes, utri tandem, post longa certamina, victoria sit tribuenda?* per *Magnum Amicum Honesti* (i. e. Joach. Stegmannum Jun., Past. in Transylv. Claudiopolitanum) A. 1649. *in 8.* editæ, de qva Chr. Sandii Jun. *Biblioth. Antitrinit. p. 161. 162.*, & V. Placcius *l. c.*, possunt consuli.

Portula Lingvæ Latinæ nova, seu Florilegium mille selectissimarum brevissimarumqve sententiarum, in X. Centurias digestarum. Hamburgi 1669. & (*j. Catal. Nund.*) 1691. in 12., it., cum Continuatione M. Nicol. Bremeri Latino-Germanica, ibidem 1697. & (*j. Catal. Nund.*) 1706. ac 1720. in 8.

Hortus Comicus; i. e. Phraseologia Comica locupletissima, ex Plauto & Terentio summo studio collecta, & in sex Partes (1. sc. de rebus Physicis, 2. de Oeconomicis, 3. de Politicis, 4. de Ethicis, 5. de Scholasticis ac 6. de Theologia Gentilium) divisa: Cum Indice duplici Titulorum atqve capitum, & vocabulorum ac Phrasium. Hamburgi 1688. in 8. Commendatur a Nicol. Christoph. Lynckero *Lib. II. Instructorii forensis, P. I., c. 1., lit. O. 2. a.*, & D. G. Morhofio (hoc solum in eo desiderante, qvod *verba Comica a pura Latinitate non sint sejuncta*) *T. I. Polyhist., Lib. 3., c. 4., p. 624.*

Donatus Hamburgensis Latino-Germanicus. Hamb. 1688. in 8. (*Catal.*)

GERMANICA.

Astronomia Empirica; das ist: Gründliche Anweisung zur Sternkunst, wie nemlich einer, so der Lateinischen Sprache nicht kündig, auch in der Mathesi nicht erfahren, den Himmelslauf, vermittelst der Himmelskugel, aufs leichteste und kürtzeste fassen könne, in 2 Theile verfasset, und mit Exempeln erkläret: der erste Theil begreifet eine richtige Erklärung aller Wörter, so in der Sternkunst vorkommen, der andere 27. Aufgaben. Hamburgi A. 1665., & auctior ibid. A. 1683. 1690. 1707. in 12. Libellus ab Erh. Weigelio, Mathematico Jenensi, tanti, ut privatis eum explicaret prælectionibus, æstimatus, & a Christ. Theoph. Gravio, Philos. Prof. Herbornensi, *in Demonstratione Paradoxa de Lingvæ Germ. in docendis artibus atqve scientiis possibili usu*, Herbornæ A. 1692. edita, *p. 34.*, commendatus.

Geographia, oder gründliche Anweisung zur Beschreibung des Erdkreises, wie nemlich einer, so der Lat. Sprache nicht kündig, auch in Mathesi nicht erfahren, dessen Beschaffenheit, vermittelst der Erdkugel und Landkarten, aufs leichteste und kürtzeste fassen könne, in drey Theile verfasset, und mit Exempeln erkläret: der erste Theil begreift eine richtige Erklärung der Wörter, so in Beschreibung der Erdkugel vorkommen, der andere eine kurtze Beschreibung des Erdkreises, der dritte 43. Aufgaben auf der Erdkugel, und 17. auf Landkarten. Hamburgi 1682. 1690. 1696. & 1707., ac (*j. Catal. Nund.*) Erfurti 1690. in 12. Commendatur a C. T. Gravio *l. c. p. 36.*

Phraseologia Plautino-Terentiana, oder die zierlichste Redensarten des Plauti und Terentii, gesamlet, und ordentlich unter gewisse Titeln gebracht. Hamburgi 1698. in 8.

BARTHOLDUS FEINDIUS Junior, Hamburgensis, A. 1678. natus, Senioris, modo laudati, filius, J. U. Licentiatus, A. 1704., in Satyra adversus *φιλαγυρίαν*, versibus aliqvot, plebis Hamburgensis, a D. Christ. Krumholzio, Pastore Petrino, & Balth. Stilckio, opifice, adversus Magistratum concitatæ, rebellionem perstrinxit, &, ex itinere redux italico, A. 1705. relationibus suis hebdomadariis Joh. Wincleri, Ordinis Ecclesiastici Senioris, qvi cordate factioni se isti opposuerat, Elogium inseruit funebre Prosaico-Metricum. Hac *παρ᾽ ἔργῳ* Krumholzium adeo irritavit, ut non solum in duo hæc Schediasmata, tanqvam chartas famosas, in suggestu acerbe sit invectus, sed vulgi etiam tumultuantis importunitate, ut Satyra Relationumqve duo qvaterniones (IV. ac LI.), Autore in Gallia absente, inaudito, & ad causam dicendam ne qvidem citato, Senatuqve & XV viris frustra contradicentibus, d. 18 Mart. A. 1707., nocte intempesta, ante curiam, a Carnifice comburerentur, perfecerit. Cui processui injusto cum Feindius, in patriam denuo reversus, d. 6. Jul. A. 1707., libellum ad Senatum supplicem, & paulo post Castigationem Krumholzii vernaculam, opposuisset, in Apologias etiam hasce, pari præcipitantia, a Demagogis, d. 5. Aug., igne est sævitum. Nec hac illi pœna, Autorisqve relegatione, Senatui invito extorta, contenti, insuper habitis hujus monitis, mandatis Cæsareis, & Cancellariæ Svedicæ Stadensis protestationibus pro Feindio, Regis sui jam subdito, & ab Ottone, Barone a Welling, Stratego Svedico, filii sui, Ernesti Augusti, studiis Stadæ præfecto, contrariis, absentis effigiem e patibulo suspendi importune, septem Senatoribus, qvod in hoc consentire noluissent supplicium, dignitate sua privatis, sed frustra tamen, curarunt, donec A. 1708., rebus mutatis, Feindius patriæ, & Senatores Curiæ, restituerentur, ipsi autem in vincula

conjecti pœnas insolentiæ luerent. Fusius hæc in scriptis Feindii exponuntur Apologeticis, mox enumerandis, qvibus cum Schedæ Eristicæ, ipsi non a Krumholzio solum, sed Henr. Kummerfeldio etiam, Frid. Christ. Feustkingio, aliisqve partis adversæ patronis, opposita, possunt conferri. A. 1710. d. 9. Maji Decreto Commissionis, qvam vocant, Cæsareæ Hamburgensis, rescissis, velut irritis, qvæ a plebe seditiosa hactenus contra ipsum erant acta, in integrum est restitutus, sed Fisci tamen Advocato, iterum se accusaturo, respondere simul jussus. V. Decretum illud *in Protocollo causæ Krumholzianæ p. 803.* Cum deinde Svecis, bello inter Reges arctoos fervente, suam addixisset operam, schedasqve pro his nonnullas edidisset, Slesviga, qvo Hammopoli A. 1717. audacter in aulam excurrerat Danicam, jussu Friderici IV., Regis, Rendesburgum captivus abducebatur, & illic aliqvamdiu detinebatur. Obiisse traditur A. C. 1721. æt. 43.

Venæ, qva præcipue hactenus inclaruit, in Sermone Germanico Poeticæ laudes suas Menantes ψευδώνυμος, sive Chr. Frid. Hunoldus, ejus amicus, copiose admensus est in den Theatralischen Gedichten *p. 101-113.*, & in præfat. der allerneuesten Art zur reinen und galanten Poesie zu gelangen, *fol. c. 3. c. 4.*

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Carmen Panegyricum, qvo Vindobonæ Leopoldi Imperatoris de Turcis celebravit victorias, a Conr. Sam. Schurtzfleischio (*in Poem. Lat. p. 347.*) peculiari commendatum Epigrammate.

Geöfnete Schaubühne der vornehmsten Weltweisen, und deren Zünften, von Anfang der Welt bis auf unsere Zeit, in Deutschen Versen; mit Anmerckungen. Francof. & Lips. 1702. in 8. Poematis hujus (Stadæ A. 1708., *Parte I. Carminum Germanicorum, p. 563-590.*, sed absqve notis, recusi) recensum Encomiasticum invenies in Joh. Georgii Eccardi Monatlichem Auszuge auß allerhand Büchern, *M. Mart. A. 1702., p. 27-30.*

Das Lob der Geldsucht, eine Satyre, auß dem Holländischen des Herren von Deckers übersetzet: Samt einer weitläufftigen Vorrede vom Temperamente und Gemühtsbeschaffenheit eines Poeten. Hamburgi 1704. in 8. Recusa est hæc Satyra (de cujus fatis paulo ante dictum est adversis), Autore (sicut is passim in Apologia affirmat vernacula) ignaro, non multo post Coloniæ, ap. P. Marteau, A. 1709. emendatior, curante editionem Ferdinando Gastone a Perlensee, & A. 1708. tandem, *Parte I. Poem. Germ.*, sola illius de temperamento Poetico denuo exhibita. Præfatio, a M. Gotfrido Ludovici, Gymnasii Sleusingensis Rectore (cujus illa librum de Poesi vernacula acriori censura notaverat), in den bescheidenen Anmerckungen über die Satyre, Lob der Geldsucht, genandt, und deren Vorrede, qvæ (uti *in Nov. Lit. Germ., M. Nov. A. 1704., p. 431.*, refertur) Schleusingæ A. 1704. *in 8.* prodierunt, impugnata.

Das verwirrete Hauß Jacob; Drama Satyricum contra turbas Jacobitarum Hamburgensium A. 1704. in 4. impressum, recusum in *Protocollo causæ Krumholzianæ A. 1711.*, tribuitur ei a D. Christ. Krumholzio in der Wiederlegung der Fiscalischen Replic p. 681. *Protocolli* modo laudati, ubi illud eine Schand-Comœdie vocatur, additurqve Frid. Christ. Feustkingium peculiare schediasma, Feindium ejus esse Autorem probaturum, a se jussisse expectari.

Denckwürdige Begebenheiten, sive Relationes Historicæ vernaculæ, hebdomadibus singulis A. 1705. edi cœptæ, & aliqvamdiu continuatæ. Hamburgi in 4. De plebis Hamburgensis in eas sævitia paulo ante, de Hartw. Bambamii vero cujusdam Apologia contra easdem maledica supra *p. 30.*, est dictum.

Schedæ qvædam Eristicæ adversus Frid. Christ. Feustkingium. Hamburgi A. 1705. & 1706. in 4. editæ, in qvibus, sicut & contrariis adversarii, nimia styli mordacis ac scoptici peccatum est licentia.

Die Römische Unruhe, oder die edelmühtige Octavia, Musicalisch Schauspiel, zu Hamburg d. 5. Aug. A. 1705. præsentiret. Hamb. in 4. (Commendatur a Menante in den Theatralischen Gedichten *p. 88. 108. 113.*)

Die kleinmühtige Selbstmörderinn Lucretia, oder die Staats-Thorheit des Brutus, Musicalisch Trauerspiel, d. 29. Nov. A. 1705. præsentiret. Hamb. in 4.

Masagniello furioso, oder die Neapolitanische Fischer-Empörung, Musicalisch Schauspiel, im Junio A. 1706. præsentiret. Hamb. in 4.

La Constanza Sforzata, die bezwungene Beständigkeit, oder die listige Rache des Sveno, d. 11. Oct. A. 1706., am Geburtstage Friderici IV., Königs in Dannemarck, in einem Singspiele aufgeführt. Hamb. in 4. (Drama hoc, triaqve præcedentia, ἀνωνύμως primum edita, cum reliqvis Poematis suis vernaculis, Feindius, *Parte* illorum *prima*, Stadæ A. 1708. curavit recudi.)

Der Heldenmühtige Monarche von Schweden, Carolus der XIIte, in einem Heldengedichte kürtzlich beschrieben. Stadæ A. 1707.

Memorial an den Magistrat zu Hamburg d. 6. Jul. A. 1707., wegen des unförmlichen Processes wieder ihn, übergeben. A. 1707. in 4.

Gelinde und sanftmühtige Züchtigung D. Christ. Krumholzen. A. 1707. in 4.

(*De plebis Hamburgensis adversus utrumqve hoc scriptum* in Protocollo Causæ Krumholzianæ Germanico, Hamburgi A. 1711. in fol. impresso p. 192-196. p. 197-209. *furore jam ante est dictum. Posteriori Krumholzius, sed ἀνωνύμως, reposuit* die Beantwortung desselben, *A. 1707. in 4.*)

Der sich selbst zum Tode verurtheilende D. Christ. Krumholz, wieder dessen gründliche Ablehnung erwiesen. A. 1708. in 4. Recusum in *Prot. caus.* Krumh. p. 508-522.

Abgenöhtigte, in jure & facto wolgegründete, Schutz- und Verthädigungs-Schrift, wieder die gewaltsame proceduren, und unerhörte Illegal- und Iniqvitäten, einiger in der Hamburgischen Bürgerschaft sich aufgeworfenen Demagogen, worinn der klägliche und nunmehr gantz verfallene Staat von Hamburg entdecket, des Autoris, auf Anstiften D. C. Krumholzen, verbrandte Schriften vindiciret, die prætendirt gekränckete Ehre gerettet, und den redlichen, unter dem Tyrannischen Joche, der Tumultuanten stehenden, patrioten die Augen geöfnet werden: Samt gründlicher Beantwortung einer am 22. Sept. A. 1707. debitirten Schmäh-Charteqve (unter der Rubriqve Eines, aus den Reichsabschieden, dem Hamburgischen Stadt-Buche und *publicirtem Mandato, &c.*, hergenommenen, *negativen* und *positiven* Beweises, daß, wegen eines *Pasqvillanten*, kein *moratori*scher noch *ordinairer*, sondern ein schleuniger und unverzüglicher *rigoreus executiver, Process* zu *formi*ren, *&c.*; nebst rechtlicher Beantwortungsfrage: Ob, in allen Sachen, die gerichtliche *Citation* nöhtig, und ohne selbe kein *Delinqvent* verurtheilet werden könne?), und Anatomirung dreyer Predigten D. Krumholzen, cum Notis & Animadversionibus, und Beylagen der hohen Keyserlichen Commission übergeben. A. 1708. (*M. Jun.*) in 4.

Teutsche Gedichte, bestehend in Musicalischen Schauspielen, Lob- Glückwünschungs- verliebten und moralischen Gedichten, ernst- und schertzhaften Sinn- und Grabschriften, Satyren, Cantaten, und allerhand Gattungen: Erster Theil. Stadæ 1708. in 8. Exhibentur Parte hac prima: 1. Vorbericht vom temperamente und Gemühtsbeschaffenheit eines Poeten; 2. Ungebundene Gedancken von den Opern; 3. 4. 5. 6. Octavia, Lucretia, Masagniello und La Constanza Sforzata, vier, vorhin schon

schon gedruckte, Musicalische Schauspiele; 7. L'Amore ammalato, die Kranckende Liebe, oder Antiochus und Stratonica, ein Musicalisch Schauspiel; 8. Ehren-und Glückwünschungsgedichte; 9. Vermischte Gedichte; 10. Ernst-und schertzhafte Sinn-und Grabschriften; 11. Anhang vermischter Gedichte.

Vorstellung an die Keyserliche hohe Commission in Hamburg. Hildesiæ 1709. (*Catal.*)

Des Hamburgischen Fiscalis Peinlicher Klag-Libell wieder D. Chr. Krumholz, von Wahrmunden mit Anmerckungen erläutert. Hildesiæ A. 1709. & A. 1711. in *Protocollo causæ Krumholzianæ.* Tribuitur ei hoc scriptum ab Hier. Böckelio, J. U. L. & Krumholzii Advocato, *in præfat. Duplicarum p. 426. ejusdem Protocolli*, imo & *in Decreto Commissionis Cæsareæ de Feindio ibid. p. 803.*

Römisches April-Fest, oder Opera auf die Geburt des Keyserl. Printzen Leopoldi. Hamb. 1716. in 4.

Unstreitiges Recht eines Fürsten, Staats oder freyen Republic, einen Gesandten vom ersten, andern oder dritten Range, bey Schändung seines sonst inviolablen Characters, zu arrestiren und zurück zu schicken; oder Befugniß seiner Königlichen Hoheit, des Regenten in Franckreich, den Spanischen Ambassadeur, Printzen von Cellamare, jüngsthin in Versicherung zu nehmen: Hamburgi A. 1719. in 4.

INEDITA sive PROMISSA.

Satyræ complures Germanicæ. V. Præfat. des Lobes der Geldsucht.

Tractat von der närrischen Frage: Ob ein Niedersachse ein guter Poete seyn könne? V. *Præfat. P. I. Poem. Germ. p. 72.*

Singspiel vom verliebten Pedanten, oder dem galanten Aristoteles. V. *P. I. Poem. Germ. p. 308.*

Satyre vom Tartuffe, a Ferd. Gastone a Perlensee, in Ep. Dedic. Satyræ de φιλαργυρία ad Feindium, commendata.

JOHANNES DIETERICUS zum FELDE, Ecclesiastes Weddingstedensis in Dithmarsia Boreali.

Das redende Blut des Ermordeten, auß Gen. IV. 8-11., in einer schriftmäßigen Leichpredigt über den von seinem eigenen Vettern, d. 13. Jan. A. 1704., jämmerlich ermordeten Karsten Hargens, Dom. Qvinqvag. A. 1704., vorgestellet. Hamburgi 1707. in 4. V. P. A. Lehmanni Historische Remarqves des Jahrs 1707., *n. 41., p. 328.*

JOH. CHRISTIANUS FERBER, Arithmeticus Hamburgensis, agnomine Scrutantis (des Forschenden) in Societate ejusdem civitatis donatus Arithmetico-Technica.

Henr. Meisneri Arithmetisch-Algebraischer Kunstqvæstionen Erster Theil; das ist: Alle Zusätze, Beschlüsse und Uebungs-Exempla, auß H. Meisners Arithmetischer Kunstschule, biß an den Appendicem, excerpiret und solviret. Hamburgi 1699. in 8. V. *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1700., p. 96.*

JOHANNES FESTINGIUS, Lubecensis, lanii filius, Juris utriusqve Doctor in Academia A. 1678. creatus est Rinteliensi, ejusdemqve & Politices, in Rostochiensi, A. 1682., Christiani Ludovici, Ducis Megapolitani, beneficio, obtinuit professionem, Consiliarii postea Ducalis, Consistoriiqve Assessoris, auctam dignitatibus. Rectoratu Academico A. 1689. est functus, ac biennio post, A. 1691., & in urbe qvidem patria, d. 6. Aug., teste *Chronici Holsatici* Oleariani Continuatore, defunctus. V. *Continuationem αὐτόγραφον* Germanicam *Chronici Holsatici* Ad. Olearii *p. 71.*, D. Joh. Nicol. Qvistorpii *Programma de Acad. Rostoch. Sec. 17. Rectoribus p. 24.*, & Joh. Henr. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 29-35.*

ELOGIA.

D. Joh. Fechtio (*in Progr. fun. de vita D. Justi Christoph. Schomeri*) *Jurisconsultus* audit *in omni doctrinæ genere consummatissimus.*

D. Joh. Nicol. Qvistorpio (*l. c.*) *JCtus optimus.*

D. Zach. Grapio Jun. (*in Rostochio Evangelico p. 567.*) *JCtus celebris.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. I. de Jure Agrorum, exhibens agros Ecclesiasticos & religiosos, Præside D. Mart. Gottschalco. Rintelii 1677. in 4. (In Tractatum deinde excrevit integrum, paulo post memorandum.)

Semicenturia Inauguralis controversiarum civilium, Præside D. Engelberto Wippermanno proposita. Rintelii 1678. in 4.

Programma prælectioni Institutionum præmissum, qvo Doctorum vindicatur dignitas. Rostochii 1682. in 4.

Meditationes III. Academicæ de Disputationum utilitate, honoribus Jurisperitorum, eorumqve insidiatoribus, numero auditorum in Academiis, Doctore juvene, &c. Rostochii 1682. in 4. (V. Casp. Thurmanni *Biblioth. Academicam p. 6. 26. 28. 36. 38. 40.*) Recusæ ibidem 1687. in 4.

Disp. Jurid. de Actione inani, ad dicterium Germanorum: Wo nichts ist, da hat der Keyser sein Recht verlohren; Resp. pro gradu Joach. Zinckio, Wismariensi. Rostochii 1686. & 1698. in 4.

Oratio Academica de Judice imperito, in præfatione Lectionum publicarum A. 1682. recitata. Rost. 1688. in 4.

Disp. de conscribendis Disputationibus Juridicis Inauguralibus. Rost. 1688. in 4. (V. Thurmannum *l. c. p. 29.*)

Disp. de artificiis Advocatorum, Resp. pro gradu Joh. Joach. Beselino, J. U. L. & Senatore Rostochiensi. Rostochii 1688. in 4.

Disp. de reddita e cœlo terris Justitia. Rost. 1688. in 4.

Disp. de Domicilio. Rost. 1688. in 4. (Inauguralis Joh. Georg. Weidenkopfii Rostoch., J. U. D.)

Disp. de Successione ab intestato in genere. Rost. 1688. in 4.

Disp. de Motivis Studiorum, Cupidine lucri & honoris. Rost. 1690. in 4.

Epistola de Honoribus Doctoralibus ad Henr. Köneke, J. U. D. Rost. 1690. in 4.

Programma Disputationibus XVIII. Ludwellianis præmissum. Rostochii in 4. (*Idem forte cum Programmate ad Disputationes circulares, A. 1690. edito, qvod Thurmannus l. c. p. 28. allegat*, & de arduo Rectoratus Academici munere est scriptum.)

Relatio casuum Matrimonialium, in Consistorio Ducali Megapolitano, nec non in Facultate Juridica Rostochiensi ventilatorum. Lipsiæ 1691. in 4.

Tractatus de Jure Agrario, Seculari & Ecclesiastico. Lips. 1691. in 4. (*Catall. Nund.*)

Programmata, præter ea, qvæ jam memoravimus, alia complura.

INEDITA.

Meditationes de causis increscentium & decrescentium Academiarum, V. Casp. Thurmanni *Biblioth. Acad. p. 107.*

Meditatio Academica de Professorum filiis, V. *eandem p. 172.*

FRIDERICUS CHRISTIANUS FEUSTKING, Stellovia Holsatus, Parochiæ ruralis Tolckensis, in Præfectura Slesvicensi, ab A. 1706., Pastor, a Thoma Ittigio (perperam, *in præfat. Selectorum Hist. Eccl. Sec. I. Capitum, p. 82.*, & Theologiæ illum salutante Doctorem, & *Arnoldi ἐλεγχομένα, sive Appendicis Gynæcei Hæretico-Fanatici*, Autorem credente), hujusque erroris gemini Ittigiani plagiario, Jac. Frid. Reimanno (*P. III. Introd. vernaculæ ad Hist. Lit. Germ., Sect. III., p. 605.*, cum fratre Johanne Henrico, de qvo mox dicetur, confusus.

Disputatio, Gotfridum Arnoldum (*Hist. Eccl. Scriptorem*) ἀνιστορησίας in re sacra convictum exhibens, Præside D. Phil. Lud. Hannekenio. Witeb. 1699. 17 9. 4. Recensum ejus brevem invenies in Joh. Georg. Eccardi Monathlichem Auszuge aus allerhand Büchern, *M. Jun. A. 1700., p. 306.* Loca, qvæ in illa impugnantur, *Tomorum Hist. Eccl.* Gotfr. Arnoldi *Primi & Secundi*, A. 1699. editorum, paucula, ad priorum duorum Æræ Christianæ Seculorum spectantia historiam, Arnoldus ipse, in *Additamentorum* ad istos, *Tomo III.* (Francofurti A. 1700. *in fol.* edito) præfixorum, ultimo sive undecimo, *p. 17 - 24.*, vindicavit, & Vindiciis hisce, *p. 24. 25. 26.*, subjecit D. Joh. Wilh. Petræi προσφώνησιν ad Hannekenium Præsidem Germanicam, conjugis suæ, Johannæ Eleonoræ Merlaviæ, famam, contra ejusdem §. *10.*, defendentem. De hac Disputatione Feustkingio litem movit, ejusqve non ipsum, sed fratrem Johannem Henricum, fuisse Autorem affirmavit M. Gotfr. Balth. Scharfius, ad fratris provocans confessionem, & rumorem in Acad. Witeb. publicum, *in Monito contra in M. Io. Melch. Kraftium*, Val. Ern. Löscheri unschuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 2. A. 1715.*, inserto, *p. 333. 334.* Opposuit isti Feustkingius Epistolam, Hamburgi A. 1717. in M. Io. Melch. Kraftii anderem Anhange des *Prodromi continuati Historiæ Versionis Bibliorum Germanicæ* juris factam publici, sibiqve ipsi Diatriben hanc asseruit Academicam. Sed reposita mox est a Scharfio Responsio, Johanni Henrico fratri eam denuo vindicans, multorumqve eruditorum jactans consensum, in der abgedrungenen und letzten Antwort gegen M. J. M. Krafts anderen Anhang des *Prodromi continuati*, a Löschero, *l. c. Sect. 4. A. 1717.* exhibita, p. 650 - 653.

Geschichts-Calender vom Leben Philippi Melanchtonis. A. 1698. in 8. (Ἀνωνύμως prodiit.)

Das Antiqvitätenzimmer von allerhand Antiqvitäten, Inscriptionen, &c. Scriptum itidem ἀνώνυμον, *Parte II.* des eröfneten Ritterplatzes, Hamburgi A. 1702. & 1707. *in 12.* excusum.

Schedæ complures contra Barth. Feindium Jun. & Menantem (sive Chr. Frid. Hunoldum), Poetas vernaculos, Eristicæ, Germanice Hamburgi A. 1705. & 1706. *in 4.* editæ, in qvibus nimia Styli Scoptici licentia peccatum esse jam monui.

Der vom holden Glücke überschattete Baum, oder Leichpr. über Ove Lorentzen, Staller in Eiderstädt. Slesvigæ 1705. in fol.

Tr. affectus de Eruditis infelicibus.

Bibliotheca librorum obscœnorum, qvam itidem a se jubet expectari, non omnium forte candidos reportatura calculos.

JOHANNES HENRICUS FEUSTKING, Stellovia Holsatus, Henrici, Parochi illic ruralis, e Dorothea Molsdorfia filius, & M. Joh. Feustkingii, Pastoris Elmeshornensis, Nepos, d. 7. Mart. A. 1672. est natus. Puer tantum novennis, A. 1681., Dom. II. post F. Pasch., loco Parentis ægroti, qvi jocabundus officium hoc ab eo exegerat, Homiliam de bono Pastore, e Io. Mich. Dilherri Explicatione Periocharum Evangelicarum memoriæ mandatam, illo invito, in templo recitasse perhibetur Stelloviensi. V. Anonymi *Sect. 52.* des neuen Büchersaals *p. 322. 323.* Literarum rudimentis in scholis Itzehoensi & Crempensi, Theologiæ autem & Philosophiæ dogmatis in Academiis initiatus est Rostochiensi ac Witebergensi. E qvibus posterior, industriam alumni honoribus gradatim remunerata scholasticis, Philosophiæ eum A. 1692. creavit Magistrum, A. 1694. Ordinis Philosopici Adjunctum, & A. 1697. Theologiæ Doctorem. Hoc titulo ornatus, Superintendens eodem anno in Saxonia Electorali factus est Jessensis, &, qvinqvennio post A. 1702., Kembergæ D. Joach. Weickmanno, in eadem Ephori Ecclesiastici dignitate, templiqve simul Cathedralis Præpositura, subrogatus. Triennio hinc vix elapso, eidem Weickmanno, in civitatem patriam Dantiscanam ad sacrorum revocato Ephoriam, denuo successit, & a Carolo Wilhelmo, Duce Anhaltino, Aulæ suæ Servestanæ Protecclesiastes, simulqve ædis D. Bartholomæi urbanæ Pastor, ac Ducatus Superintendens, A. 1705. est constitutus. A qvo officio tergemino licet per Fridericum, Principem Saxo-Gothanum, ad Ecclesiarum Ducatus Saxo-Altenburgici Ephoriam, cum Consiliarii Ecclesiastici & Concionatoris Aulici primarii dignitatibus, ei annexis, aliqvoties oblatam, qvod Anhaltinus dimittere se nollet, haud potuisset abstrahi, in Academiam tamen Witebergensem A. 1710. revocatus, eodem permittente, cum hujus illud professione Theologica, dupliciqve munere, in templo arcis, & aula Annæ Sophiæ Danicæ, Johannis Georgii III., Electoris Saxonici, viduæ, Lichtenburgensi vicina, Ecclesiastico, commutavit. Qvanti Gotham tandem delatum, & Protecclesiasten suum aulicum, Consiliariumqve Ecclesiasticum, A. 1712. constitutum, Fridericus, Dux Saxo-Gothanus, fecerit, Numisma ostendit, hujus jussu, in superstitis honorem, paulo ante fata suprema, a R. Wahlio cusum, in uno latere imaginem ipsius, vitæqve annos, exhibens, in altero autem Codicem Biblicum, globo terrestri impositum, cum hoc elogio: *Pergratus Superis Principibusqve viris.* Gothæ vix per annum commoratus integrum, hydrope trimestri, d. 23. Mart. A. C. 1713., ac ætatis 41., expiravit. Uxori viduæ, Magdalenæ Elisabethæ, Joh. Henr. Meyeri, Senatoris ac Bibliopolæ Witebergensis, filiæ, d. 22. Apr. A. 1697. ductæ, & sex, qvos e denario pariqve marium & fœmellarum numero superstites reliqvit, liberis, de certis, unde sustententur, reditibus a Friderico, Principe Saxo-Gothano, prospectum est annuis, Bibliothecaqve defuncti instructissima justo ab eodem redempta pretio, ac Ducali suæ illata. Symboli loco vocibus his usus est Germanicis, easdem cum Nomine proprio literas habentibus initiales: *Jesu Hilf Ferner.*

Vitæ ejus historiam fusius exposuerunt Joh. Frid. Sommerus, Concionator aulicus Saxo-Gothanus, *in Sermone e Luc. II. 49. exeqviali*, & Joh. Andr. Planerus, Prof. Witeb., *in Panegyrico funebri* (seorsim Witebergæ etiam A. 1714. *in fol.* excuso), cum Epicediorum sylloge, sub *Funeralium Feustkingianorum* titulo, Witebergæ *A. 1715. in fol.* editis, Lipsienses (qvibus *singulare* audit *Ecclesiæ Lutheranæ ornamentum, Theologus celeberrimus, & Orator ecclesiasticus facundissimus*) in *Elogio* defuncti, *Actis Eruditorum, M. Junio A. 1713., p. 284 - 288.*, inserto, Halenses *Sect. 41.* der neuen *Bibliotheck p. 58 - 64.*, Autor der gelehrten *Fama, Parte XLIII., p. 494 - 499.*, & Christ. Grundmannus *in Ossibus & cineribus A. 1713. defunctorum (Tomo VII. Miscell. Lips.), p. 364 - 371.* Conferri qvoqve de illo possunt *Nov. Lit. Germ., M. Jan. A. 1704. p. 10 - 13.* Joh. Chr. Becmanni *Historia Anhaltina vernacula* P. VII. c. 3., Gvil. Turckii, hanc allegantis atqve secuti, *Bibliothecæ novæ Germanicæ*, Halæ A. 1710. editæ, Sectio VII., *p. 591. 592.*, M. Gothofr. Wagneri, Scholæ Witeb. Conrectoris, *Allocutio ad eum Nonis Martii A. 1711. genethliaca*, inter *Allocutiones* (Witeb. A. 1716. junctim editas), *num. I. p. 1 - 8.*, obvia, M. Joh. Christoph. Coleri, Ord. Philos. Witeb. Adjuncti, *Schediasma propempticum in ejus, Gotham vocati, abitum, de laude Theologi moderati*, Witebergæ A. 1712. impressum, Joh. Klefekeri *Bibliotheca Eruditorum præcocium p. 91. 92.*, & D. Joh. Fabricii *Pars V. Historiæ Biblioth. Fabricianæ p. 138. 139. 140.*

Moro-

Morositatis eum inhumanæ, ob colloqvium sibi conjugiqve, Joh. Eleon. Merlaviæ, in *Gynæceo hæretico fanatico* contumeliose traductis, Servestæ denegatum, accusat Joh. Wilh. Petræus *in Histor. Vitæ propriæ Germanica p. 322. 323. 324.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

α. PROPRIA.

Disp. de distinctione Theologiæ in Archetypam & Ectypam. Præside D. Casp. Löschero. Witeb. 1690. in 4.
Disp. de Peccato veniali, Præside D. Jo. Deutschmanno. Wit. 1691. in 4.
Disp. de cognitione Dei naturali & revelata. Præside eodem. Wit. 1692. in 4.
Disp. de Achitophelismo, tum aliorum, tum maxime Nicol. Machiavelli. Witebergæ 1692. in 4.
Disp. de Sufficientia demonstrationum ex hypothesi, ad convincendos θεομάχους. Witeb. 1693. in 4.
Disp. de Deo, ὄντως ὑπερόντως, ex mente Dionysii Areopagitæ. Wit. 1694. in 4.
Disp. de Gradibus cognitionis divinæ, contra Cartesianos. Wit. 1694. in 4.
Disp. de tribus Hypostasibus Plotini, contra Helmontium. Wit. 1694. in 4.
Disp. de Principio unitatis indivisæ divisibilis. Wit. 1694. in 4.
Disp. de principiis Philosophiæ Spinosianæ. Wit. 1694. in 4.
Disp. de diversificatione signorum rationis in Deo. Wit. 1695. in 4.
Sermo feralis de vita, rebus gestis & fatis Christiani Alberti, Ducis Holsatici. Witeb. 1695. in 4.
Disp. de Conversione Judæorum, ad Rom. XI. 25. & seqq., Præside D. Joh. Georg. Neümanno. Witeb. 1696. in 4. Recusa ibidem A. 1700., in Neumanni *Chiliasmo subtilissimo, num. 4.*
Disp. Theol. Inaug. de Reformatismo Ecclesiæ Lutheranæ intentato, Præside D. Joh. Georg. Neümanno. Witeb. 1697. in 4. Recusa ibidem A. 1700., in eodem Neümanni *Chiliasmo subtilissimo, num. 7.*
Hodegeticum Concordantiale; h. e. de recondito Concordantiarum M. Frid. Lankisii usu in arte Homiletica; ἀνωνύμως initio, sub literis F. G. S. S., Lipsiæ A. 1697. in 8., deinde vero auctius, præfixo Autoris nomine, cum Sylloge Dispositionum in Pericopas Evangeliorum Dominicales & festales Ecclesiasticarum, ei subjuncta, ibidem A. 1699. *in 8.* editum, ac A. 1715. *in 8.* recusum.
Historia Clerogamiæ Evangelicæ sive de primo Sacerdote marito Lutherano, Bartholomæo Bernhardi, Præposito Kembergensi, Schediasma. Witeb. 1703. in 4. Recensum ejus exhibent *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jul. A. 1703., p. 334. 335. 336.*, *Ephemerides Eruditorum Parisienses Anni 1705. Gallicæ, n. 15., p. 391-398.*, & *Nova Lit. Germanica, M. Nov. A. 1703., p. 417. 418.*
Disp. de Theologia unionis in Christo, in Synodo Kembergensi, e Ps. XLV. 8. proposita. Witeb. A. 1703. in 4. V. *N. L. Germ., M. Jan. A. 1704., p. 10.*
Historia Colloqvii Jeverensis, inter Lutheranos & Reformatos A. 1576. instituti, ex genuinis documentis adornata. Cui adjiciuntur Colloqvii ipsius Acta, cum incerti Autoris annotationibus, e MSS. promulgata. Servestæ 1707. in 4. Recensum V. *in Actis Erud. Lips., M. Febr. A. 1708., p. 83-87.*, *Diario Erud. Paris. A. 1709. Gallico, M. Apr.*, *Ephem. 14., p. 55. 56. 57.*, Val. Ern. Löscheri Unschuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 14. A. 1708., p. 803. 894.*, & H. Basnagii *Hist. des ouvr. des Scav., M. Jun. A. 1708., p. 276. 277.*
Memoria M. Gregorii Michaelis, Superintendentis Oldenburgici, renovata, & Henr. Pippingii *Triadi Decadum Memor. Theol. renov.*, Lipsiæ A. 1707. *in 8.* editæ, *Dec. VIII., p. 1162. 1163. 1164.*, inserta, amice cum iis, qvæ mea *ad Hist. Cimbr. Isagoge, P. III., c. 3., p. 335. 336.*, jam ante de eodem tradidit, conspirans.
Disp. Theol. de Synusia Ecclesiis nostris perqvam iniqve imputata. Witeb. 1710. in 4.
Examen libelli Joh. Georg. Wächteri de Hæresi circa mensas, Disput. peculiari propositum. Wit. 1710. in 4. V. de illo Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 14. A. 1710., p. 873. 874.*
Disp. de Philippismo Henoticorum (*in Controv. Eucharistica*), novissimis Irenicorum consiliis opposita. Witeb. 1710. in 4.
Disp. de legali sub peccatum conclusione, ex Rom. XI. 32. Gal. III. 22. Witeb. 1711. in 4.
Palinodia sacra seu Sched. de Retractationibus Theologorum in rebus fidei. Wit. 1711. 4. Recensum ejus exhibuere Lipsienses (a qvibus *Tractatus* vocatur *eruditus*) in *Actis Erud. M. Majo* A. 1712. p. 237-239.
Disp. de præpostera moralitate in rebus fidei. Wit. 1711. in 4.
Disp. de Custodia mentis & voluntatis in praxi assidue conjungenda, ex Phil. IV. 7. Witeb. 1711. in 4.
Disp. de Præsidiis Veritatis Evangelicæ, in Jure Canonico occurrentibus. Witeb. 1711. in 4. Hujus, & duarum præcedentium, σκιαγραφίαν *Parte X.* der gelehrten *Famæ, p. 752-756.*, invenies.
Disp. de Radice verbi divini ad tenorem Hebraicæ veritatis Job. XIX. 28. Wit. 1711. in 4.
Diss. de Theologia Ezechielis edita, qvæ illi ab Ott. Frid. Schützio, *Libro I. Comm. de Vita Dav. Chytræi p. 282.*, tribuitur.
Disp. de Symbibasmo Biblico ex Act. IX. 22. Wit. 1712. in 4. V. de illa Partem XIV. der gelehrten Famæ p. 110. 111.
[Disputatio Gotfr. Arnoldum αὐτοφωρίας in re sacra convincens, a Fratre illius, Frid. Christ. Feustkingio, Witebergæ A. 1699., Præside D. Phil. Lud. Hannekenio, proposita, ipsi etiam, tanqvam vero Autori, a M. Gotfr. Balth. Scharfio, aliisqve, vindicatur, sed fratre contradicente. Sub cujus nomine paulo ante plura de lite hac narravimus.]

β. ALIENA.

D. Nicolai Hunnii Principia Theologiæ Fanaticæ, qvam Paracelsus genuit, atqve Weigelius interpolavit, ex editione Anni 1619. Witebergensi, denuo ab ipso, cum præfatione sua, & D. Theod. Thummii Judicio de Theologia Weigelii Fanatica generali, publicata. Dresdæ 1704. in 4. V. *N. L. Germ., M. Nov. A. 1703., p. 416. 417.*, & *N. L. Lubec. A. 1704., M. Febr., p. 63. 64.*
D. Ægidii Hunnii Thesaurus Apostolicus, complectens Commentarios in omnes N. T. Epistolas & Apocalypsin Johannis, denuo editus, & novis, qvæ antehac deficiebant, Commentationibus (*D. Joh. Winckelmanni sc. in Epp. Jacobi ac Petri, & Apocalypsin, suis ipsius autem in posteriorem Epistolam ad Timotheum, secundam & tertiam Johannis, unicamqve Judæ*) auctus, Indiceqve instructus, a J. H. Feüstkingio. Witeb. 1705. in fol. V. recensum ejus in *Actis Erud. Lips., M. Jun. A. 1705., p. 241. 242.*, & Lösch. Unsch. Nachr., *Sect. 8. A. 1705., p. 479. 480.*
Thesaurus Evangelicus, Commentarios D. Æg. Hunnii in Matthæum & Johannem, D. Joh. Winckelmanni in Marcum & Lucam, & D. Dan. Arcularii in Acta Apostolica, complectens, ab eo editus. Præmittitur Æg. Hunnii Liber de Majestate, autoritate, fide & certitudine S. Literarum, subjungitur autem Leonh. Hutteri Or. Fun. de vita Æg. Hunnii. Witeb. 1706. in fol. V. de illo *Acta Erud. Lips., M. Majo A. 1707., p. 205. 206.*, & Löscherum *l. c., Sect. 7. A. 1707., p. 437. 438.*

D. Frid. Balduini Comm. in omnes Epistolas Pauli, denuo ab eo revisus, justo ordine dispositus, & a multis mendis, quibus priores Editiones scatebant, repurgatus. Witeb. 1710. in fol. (*Cat. Nund.*)

M. Mich. Emmerlingii, Superint. Mansfeldici, Propylæum Historiæ sacræ de statu Ecclesiæ Mansfeldensis, a tempore Reformationis, usqve ad A. 1580., ex editione anni 1646. Islebiensi denuo, cum præfatione, publicatum. Wit. 1710. in 8.

Urb. Regii Formulæ caute & citra scandalum loqvendi de præcipuis doctrinæ Christianæ locis, in usum Prælectionum denuo editæ, Witeb. 1711. in 8.

II. GERMANICA.

α. PROPRIA.

Pastorale Evangelicum; oder kurtzer Evangelischer Bericht, wie ein außerwehlter Prediger seine Gottgeheiligte Arbeit wol verrichten, und sich in allem einen rechtschaffenen unsträflichen Arbeiter GOtt darstellen solle, in einer Introductions-Predigt über Luc. V. 1-11., vorgestellet. Witeb. 1699. in 8.

Hyperaspistes Lutheri, oder Abgenöthigte Rettung einiger Stellen Lutheri, wieder das Ewige *Evangelium* eines liechtscheuenden Mitgliedes der Philadelphischen Societät. Lipsiæ 1699. in 8. Hunc Joh. Wilh. Petræus, *Evangelium* istud *æternum*, in *Mysterio ἀποκαταστάσεως πάντων* Germanico, A. 1700. ἀνωνύμως edito, defendere aggressus, *P. II. p. 69.*, responso se haud dignaturum esse est professus.

Heilige Sterbenslust, oder Uebung des Christenthums, auß Betrachtung der Sterbligkeit herfliessend. Witeb. 1700. in 8., & (*juxta Catal. nund.*) ibid. 1719. in 8.

Jessensches Mordgewinsel, oder Leichpredigt über Erhard Henning, einen A. 1699. ermordeten Rahtsverwandten, auß 2. Sam. III. 32. 33. 34. Witeb. 1700. in 4.

Instructio Sacerdotalis, was von einem Prediger, bey Antrettung und Niederlegung seines Amptes, erfordert werde. Wit. 1703. in 4.

Gynæceum Hæretico-Fanaticum, oder Historie und Beschreibung der falschen begeisterten Lehrprophetinnen, Qväckerinnen und Schwärmerinnen, auch anderer sectirischen und verdächtigen Weibespersonen, durch welche die Kirche GOttes verunruhiget worden: Samt einem Vorberichte und Anhange, entgegengesetzt den Adeptis Gotfridi Arnoldi. Francof. & Lipf. 1704. in 8. Scripti hujus, Gothofr. Arnoldi potissimum *Historiæ Ecclesiastico-Hæreticæ*, & *Historiæ Theologiæ Mysticæ*, mulieres istiusmodi Theologas passim commendantibus, oppositi, recensum, & fœminarum, in eo Fanaticis annumeratarum, indicem, V. *in N. L. Germ.*, *M. Oct. A. 1704.*, *p. 373-378.* & in V. E. Löscheri Theologischen Annalibus des ersten Decennii des XVIII. Seculi p. 157-160. Appendicem ejus, sive *Arnoldum ἐλεγχόμενον*, fratri Autoris a Thoma Ittigio & Jac. Frid. Reimanno perperam tribui, *supra* jam monuimus. Impugnavit illud D. Joh. Wilh. Petræus im Unfuge zweyer Superintendenten, opusculo Berolini A. 1709. *in 4.* edito.

Vindiciæ Encæniorum, oder kurtzer Beweiß, daß erbaute Kirchen, mit wolhergebrachten Christlichen Ceremonien, GOtt zu Ehren, können consecriret und eingesegnet werden; bey Einweyhung der Kirche zu Rottau, auß Esræ VI. 16., am Michaelis-Feste A. 1704., wieder Gotfr. Arnoldum, vorgestellet. Witeb. 1704. in 4.

Vindiciæ Templorum, oder der GOtt wolgefällige Tempelbau, bey Einweihung der Kirche zu Reinhertz, am 22. Sontage nach Trinit. A. 1704., erwiesen. Witeb. 1705. in 4. (*Cat. Nund.*)

Das Leben des ersten verehlichten Predigers, Barthol. Bernhardi, Probsten zu Kemberg, in einer Gedächtnißpredigt, auß Hebr. XIII. 7., am Tage Bartholomæi, vorgestellt: Samt einem Anhange derer, von Zeit der Reformation an, zu Kemberg gewesenen Pröbste. Witeb. 1705. in 4. Recensum ejus invenies in W. E. Tenzelii *Biblioth. Curiosa vernacula*, *Sect. 9. & 10. A. 1705.*, *p. 788-805.*, & Löscheri Jun. Unschuld. Nachr., *Sect. 11. A. 1705.*, *p. 672. 673. 674.*

Das Bußfertige Bochim, d. 7. Apr. A. 1707., am Bußtage abgehandelt, auß Judic. II. 1-5. Servestæ 1707. in 4.

Der Evangelisch-Luthersche Erlösungstag, am 22. Sontage nach Trin., oder dem 31. Oct., A. 1706., auß dem ordentlichen Evangelio, betrachtet. Servestæ 1707. in 4.

Hophni und Pinehas; das ist: die Sünden der Kinder Eli, in einer ernsten Bußbetrachtung, auß 1. Sam. II. 23. 24. 25., am Jährlichen Bußtage, entworfen. Lipsiæ 1708. in 8.

Orthodoxia Menzeriana, oder Erklärung der Lehre vom H. Abendmahle, auß D. Balth. Menzeri Schriften zusammengezogen. Servestæ 1709. in 12.

Fünf Worte unsers thätigen Christenthums, bey Antrettung des Hofpredigerampts, in der Churfürstl. Schloß-Capelle zu Liechtenburg, am 4. Sontage nach Trin. A. 1710., abgehandelt. Witeb. 1710. & 1718. in 4.

Friedensteinische Anzugs-Predigt, am Sontage Lætare, auß Joh. VI., gehalten, von dem allerweisesten Rahte des Herren in Leitung und Regierung der Frommen. Gothæ 1712. in 4.

Chrematismus Evangelicus, oder die Trost-volle Lehre von der besonderen Gnadenreichen Antwort und Zuspruche des H. Geistes. Gothæ 1712. in 4. (*J. Catal. nundin.*)

Tauf-Sermon von der Christen Geist- und Feur-Taufe, auß Matth. III. 11. Gothæ 1712. in 4.

Der nach seinem Wesen und Wercken Verborgene GOtt, in Gegenwart der Fürstl. Landes-Herschaft und getreuen Stände, auß Es. XLV. 15., in der Sloß-Kirche zu Altenburg, erörteret. Altenburgi 1713. in 4.

β. ALIENA.

Zerbstisches Gesangbuch, auf Fürstl. Befehl, vor die Luthersche Kirchen im Fürstenthum Anhalt-Zerbst, zusammengetragen. Servestæ 1707. in 12. obl.

Pauli Gerhards Geistreiche Hauß- und Kirchenlieder, nach des Autoris eigenhändigem revidirtem Exemplare, mit Fleisse übersehen, und, samt einem nöhtigen Vorberichte, wieder außgefertigt. Servestæ 1707. in 12. obl., & (*juxta Catal. nund.*) Witebergæ 1717. in 12.

Matæologia Fanatica, oder der Prediger zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, außführlicher Bericht von der neuen Propheten Religion, von ihm, mit seiner Einleitung, wieder außgegeben. Witeb. 1708. in 8. Ibid. 1721. in 8.

M. Georg. Schimmeri, Diaconi zu Wittenberg, Threnologia Prophetica, oder Erklärung der Klaglieder Jeremiæ, mit seiner Vorrede. Francof. ad Viadr. 1708. in 4.

J. H. Bericht vom innerlichen und äusserlichen Kleiderschmucke der ersten und heutigen Christen, mit seiner Vorrede. Lipf. 1708. in 4.

INEDITA ET PROMISSA.

Chronicon Ecclesiasticum. V. *Catal. Nund. Lipf. A. 1699. Vern. p. 58.*

Historia Prophetarum cœlestium, sive Schediasma de primis Lutheranismi Sectariis, qvod A. 1704. sub prælo sudasse *in N. Lit. Germ.*, *M. Jan. A. 1704.*, *p. 12.*, traditur.

Colle-

Collegium de Studiis Academicis, *in præf. Taubmannianorum*, A. 1703. editorum, allegatum.

Or. Synodalis de Fratribus Kalendariis Kembergensibus, Symbolo Ephesino, & D. Joh. Fabricii Jun. Consideratione Controversiarum cum Reformatis, in Synodo Kembergensi d. 26. Jun. A. 1704. recitata. V. *N. L. Germ.*, *M. Oct. A. 1704.*, *p. 372. 373.*

Or. Synodalis de triplici contemtorum Conjugii genere, Kembergæ d. 14. Jun. A. 1703. recitata. V. *N. L. Germ.*, *M. Jan. A. 1704.*, *p. 10.*

Lutherisch Christenthum, oder Catholischer Gottesdienst der Reformirten Christen, in den letzten Zeiten des Evangelii. V. *Catal. Nund. Lips. A. 1699. Vern. p. 60.*

Nova editio Anabaptismi D. Joh. Bugenhagii, ab eo promissa. V. *N. L. Lubec.*, *M. Febr. A. 1704.*, *p. 64.*

Anhalt-Zerbstische Geistliche Annales, qvi ἀνέκδοτοι in Bibliotheca Ducali Gothana, teste Ern. Salom. Cypriano *in Catalogo Codicum hujus MSStorum p. 117.*, asservantur.

M. ABEL FINCHIUS, Strandfrisius, Petri, Scribæ provincialis Nordstrandici, filius (1.), Scholæ Husensis, ab A. 1652., Conrector, deinde ab A. 1666., Rector, ad Lycei in urbe Slesvicensi Cathedralis gubernationem, post Joach. Rachelii obitum, A. 1670. avocatus, & muneri huic immortuus A. 1680. V. plura de illo apud J. M. Kraft in der Husumschen Kirchen-Historie *p. 337.*

Catechismus-Schatz auf alle Hauptstücke des Catechismi, wie auch die Haußtafel, auß den vornehmsten Sprüchen der H. Schrift hervorgesucht. Slesvigæ 1657. in 12.

THOMAS FINCHIUS, Flensburgensis, d. 6. Jan. A. 1561. patre natus Jacobo, matre vero Anna Thorsmeda, Consulum Senatorumqve cognatis & posteris, post prima literarum in patriæ Lyceo rudimenta, studia elegantiora, Philosophica, Mathematica & Medica, ab A. 1577., decennio integro, in Academiis Argentinensi, Basileensi, Patavina (cujus Nationis, qvam vocant, Artistarum Germanicæ Procurator fuit & Consiliarius, primusqve Bibliothecæ ejusdem conditor), & aliis, tam Italicis, qvam Germanicis, insigni & diligentia, excoluit, & successu. A. 1587., post titulum Doctoris Medici Basileæ reportatum, Praxin artis salutiferæ in patria est auspicatus, sed mox in aulam vicinam Gottorpiensem, ad Archiatri officium, a Philippo, Duce evocatus Holsatico. Hoc mortuo, Academia eum ad se pertraxit Hafniensis, cujus, ab A. 1590., fuit Mathematicus, ab A. 1602. Rhetor, ab A. 1603. Collegii Medici Professor primarius & Decanus perpetuus, simulqve Communitatis regiæ Oeconomus, Christiani IV., Regis Danici, Archiater, ac Canonicus Roeschildensis, &, ab A. 1614. tandem, totius ordinis Professorii (per annos 42.) Senior. Post plurima in Academiam hanc, 3000. a se Imperialibus, stipendio Medicinæ studiosorum inservituris perpetuo, & Theatro præterea Anatomico rerumqve naturalium palatio, donatam, merita, Apollo hic Parnassi Danici, Medicusqve & Mathematicus illustris, A. 1640. rude est donatus, &, per tria adhuc lustra superstes, raro longævitatis Medicæ exemplo, Anno demum æræ Christianæ 1656., ætatis 96., & muneris Professorii 66., d. 24. Apr., vivis exemptus, ac in Senioris Academici dignitate Jacobum filium, Physices Professorem, in Collegii autem Medici Decanatu Thomam Bartholinum, nepotem, ob ætatis præ Collegis prærogativam, adeptus successores. Plura de Senis θαυμασίῳ (a cujus qvinqve liberis superstitibus, e Sostrata Ivaria, Eiderstadiensi, A. 1590. ducta, nepotibusqve, pronepotibus & abnepotibus 79., qvos vivus spectavit, qvicqvid deinceps eruditorum in Acad. Hafniensi, & Dania reliqva, fama præ aliis effloruit literaria, suam derivavit originem) vita, in literas meritis, ingenii monumentis, & utrorumqve Encomiastis, Tomo fusius exponentur ultimo. Consulantur interim, præter nostra *ad Alb. Bartholini de Script. Dan. Librum* (Scripta edita *p. 144.* enumerantem) Hypomnemata (*p. 446 - 449.*), Biographi copiosius cæteris de illo commentati, Pet. Spormannus, Hist. Prof. Hafn., *in Programmate exeqviali*, &, qvi huic suam vitæ ejus debent historiam, Thom. Bartholinus *in Cista Medica Hafniensi, Loc. LVII.*, *p. 584 - 590.*, Er. Vindingius *in Acad. Regiæ Hafniensis Historia* (Finchianæ inscripta familiæ, Musarum ejus propagini) *p. 160 - 170.*, Henn. Wittenius *Dec. II. Memor. Med. renov. p. 189 - 193.*, & Paulus Freherus *in Theatro Erud. p. 1383. 1384. 1385.*, inprimis vero defuncti progener, in professione Medica successor, & laudator posthumus eloqventissimus, Christ. Ostenfeldius, *in Oratione in obitum ejus parentali*, Hafniæ A. 1656. *in 4.* excusa.

JOHANNES CONRADUS FIRNHABER, Hamburgensis, Philippi Friderici, Ecclesiastæ templi Michaelitani, filius, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disputatio Inauguralis, Dominum a vindicatione rei exclusum, secundum Statuta Hamburgensia, exhibens, Præside D. Christ. Wildvogelio proposita. Jenæ 1715. in 4. V. de illa *Partem L.* der gelehrten *Famæ p. 126. 127.*

ARNOLDUS FISCHERUS, Tunderensis, ædis Spiritus Sancti Flensburgensis Ecclesiastes, ab A. 1704., Danicus substitutus, Præpositusqve deinde ac Pastor, ab A. 1715., Hatherslebiensis.

Die noch fest stehende unumbstößliche Wahrheit unserer Lutherschen Kirchen, von der Kindertaufe, und dem so genandten äusserlichen Gottesdienste, wieder Herrn Otto Lorenzen Strandingers Bekäntniß von dem Kirchlichen, so genandten, Gottesdienste im Lutherthume, aufgesetzet. Flensburgi 1712. in 4. Responsum est illi in O. L. Strandingeri opusculo, A. 1714. *in 8.* sub titulo seqventi edito: Fischer wiederleget von Fischern.

Promissi sunt ab illo in scripto præcedenti: I. (*in Epist. dedic.*) Tractatus von dem Gnaden-Reiche Jesu Christi in seinen Gläubigen, samt einer Predigt von dem verborgenen Leben der Gläubigen mit Christo in GOtt; II. (*p. 154.*) Tractatus de abusu & vero usu Chemiæ in Theologia, Locisqve hujus singulis.

BENJAMIN FISCHERUS, Lubecensis, Med. D. & in patria initio Practicus, deinde vero præsidii in Metropoli Livoniæ Rigensi militaris Medicus, ante annum 1699. jam mortuus. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Jul. A. 1699.*, *p. 200.*

Disp. Inaug. de Scorbuto. Lugd. Bat. 1680. in 4.

DANIEL FISCHERUS, Lubecæ patre cognomine, matre autem Anna Westhovia, natus, post literarum in ludo patriæ rudimenta, Studiis Philosophicis in Gymnasio Hamburgensi, duce Joach. Jungio (cujus discipulis a Mart. Fogelio (2.) annumeratur ἐξοχωτέροις), Juridico autem in Academiis vacavit Julia ac Argentinensi, hujusqve Doctor, finito itinere in Galliam, Angliam, Belgium, Germaniam, Italiam, Hispaniam, Poloniam, Daniam, Sveciam, Livoniam & Prussiam, literario, Rostochii A. 1671. (3.) est renunciatus. Rudolpho Augusto, Duci Brunsvicensi, in aula Gvelpherbytana, ab Anno circiter 1665., fuit a Consiliis, deinde vero urbis Rostochiensis Consul d. 3. Aug. A. 1674. est electus (4.), & in hac A. 1690. defunctus, cum e conjuge Elisabetha Sophia, Martini Boeckelii, J. U. D. & Protosyndici

(1.) V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis*, *p. 205. Ed. Sec.* (2.) *sub initium Annott. ad Doxoscopias Physicas Jungii.* (3.) V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Jul. A. 1701.*, *p. 218.* (4.) V. Zach. Grapii Jun. Evangelisches Rostock, *c. 4.*, *p. 92. 105.*

syndici Lubecensis, Cancellariiqve postea Holsatici, filia, tum liberos alios, tum filium, JCtum Gryphiswaldensem, & Catharinam Christinam, D. Alb. Willebrando Jun., Acad. Rostochiensis JCto, A. 1683. elocatam (1.), sustulisset. V. de illo D. Christ. Woldenbergii *Programma Disputationi* ejus *Inaugurali* A. 1665. præmissum, & D. G. Morhofii *Venerem Piscatricem*, sive Inscriptionem in nuptias ipsius, cum duobus in easdem Elegidiis, *in Veneribus antiqvis p. 1-8.*, & *Operibus Poeticis p. 257-263.*, recusam.

Disp. Inaug. de Favore ejus, qvod publice interest, Præside D. Christ. Woldenbergio proposita. Rostochii 1665. in 4. Scazontas in eam Morhofii venustos V. *in Miscell. Poet. p. 40. 41.*, *& Opp. Poet. p. 732. 733.*

Lucii Spinedæ Consulatus maris, qvo omnia Statuta ac ordinationes, ab antiqvis ad qvemcunqve casum commerciorum ac navigationis dispositæ, tam nautarum, qvam mercatorum, commodo, una cum adjunctis Ordinationibus qvibusdam, Classes maritimas, & securitatem, accessum discessumqve navium, spectantibus, continentur; ex Editione Veneta Anni 1599. Italica Latine ab eo versus, notisqve necessariis & summariis capitum illustratus. Opus etiamnum (licet, *in Catal. Nund. Lips. A. 1699. Vern. p. 7.*, Halæ prodiisse falso perhibeatur) ἀνέκδοτον, sed prælo paratum, de qvo *Nova Literaria Lubecensia, M. Nov. A. 1698.*, *p. 199.*, possunt consuli. Plura de hac versione, *satis luculenta & latina* docebit Andr. Langii *Introductio ad notitiam Legum nauticarum*, *c. 4.*; *p. 34. 35.*

M. HENRICUS FISCHERUS, Slesvicensis (*uti, præter Coronæum, titulus Disputationis testatur Academicæ*), ab Heimreichio Nordstrandiæ suæ alumnis perperam annumeratus, post curriculum studiorum in Gymnasio Bordesholmensi & Acad. Rostochiensi absolutum, vici in Dithmarsia Londinensis, circa A. 1637., Diaconus, ac deinde Pastor, cæterarumqve simul Dithmarsiæ Borealis, per aliqvot annos, Præpositus Ecclesiarum, d. 26. Dec. A. 1679. defunctus. V. de illo Ant. Heimreichii *Lib. 4. Chronici Dithmarsici*, *c. 5.*, *p. 259.*, & Mart. Coronæi Jun. *Antiqvitates Bordesholmenses MSS.*

Disp. de DEO trinuno, Præside D. Steph. Klotzio. Rostochii 1635. in 4.

Sermo funebris in locum Ec. XXXV, 10. Germanicus. Slesvigæ 1670. in 4. (*M. T. A.*)

JOHANNES FISCHERUS, Lubecensis, post reditum ex Academiis, in Civitate aliqvamdiu vixit Stadensi, & controversiæ istic sacræ, ob versionem Germanicam Libelli Rich. Baxteri, de abnegatione sui ipsius, Anglici, a se concinnatam, & A. 1655. editam, cum qvibusdam hujus Censoribus plus justo rigidis, juvenis adhuc mature est implicitus. Hujus occasione cum Christiano Augusto, Comiti ad Rhenum lineæ Sultzbacensis Palatino, innotuisset, ditionum ab eo suarum, non multo post, constitutus est Superintendens, ex his autem a Carolo XI., Svecorum Rege, M. Sept. A. 1673., Rigam Livonorum, ad supremi Ecclesiarum Livoniæ universæ Antistitis, & Synedrii sacri Præsidis, avocatus, dignitates. Qvibus, d. 23. Jul. A. 1674., in solenni inauguratione, ipsi commissis, A. 1690. Academiæ etiam Dorpatensis, tunc instauratæ, & qvadriennio post Pernaviam translatæ, Professio Theologica primaria, cum Procancellariii ejusdem conjuncta officio, ac A. 1693. Doctoris Theologi titulus, absenti, & haud ambeunti, in Jubilæo Sveciæ sacro seculari, d. 4. Mart., in Upsaliensi, jussu ac sumptu regio, a Pet. Rudbeckio collatus, accessere. Novi autem ille Livoniæ, qvoad in ea vixit, Apostoli titulum (uti *Sect. I. Homonymoscopiæ c. 3.*, *p. 59. 60.*, jam est monitum) ob ingentem de rudibus incolarum illius, ac præsertim agricolarum, animis accuratiore Christianismi, plerisqve antea nomine tenus saltem cogniti, notitia imbuendis, & praxi ejusdem veræ assvefaciendis, sollicitudinem, meritus mihi esse videtur. Hoc enim fine, Caroli XI., Regis, auspiciis, plurima Ordinis Ecclesiastici & disciplinæ sacræ vitia saluberrimis emendavit constitutionibus, Scholas (præter novum Gymnasium Rigense regium) lingvarum genti huic vernacularum, ob causas Politicas hactenus neglectas, aperiri jussit qvam plurimas, &, cum συνέργοις, tres, pro lingvarum istarum numero, totius sacri Codicis concinnavit Versiones, Letticam scilicet, Esthonico-Dorpatensem, & Esthonicam, in usum Ecclesiarum Wyhriensium, Jerwensium & Oesiliensium, alteram. E qvibus duæ priores, A. 1689. circiter, Rigæ prodierunt, tertia vero, ob Cleri dissensum, lucem haud aspexit. Cum Livoniæ Ecclesiis, summa fide & industria, per qvinqve lustra, præfuisset, & turicolis etiam, fame, ob ingentem annonæ caritatem, ultimo istorum ferme confectis, de sustentatione in urbibus sollicite prospexisset, A. 1699. ex ea, nutum qvasi Numinis, calamitatibus temporum mox secutorum, πανωλεθρίαν toti ferme allaturis regioni, servum hunc suum fidelem, Lothi instar, erepturi, secutus, in urbem patriam Lubecensem, in qva consilia tunc a Senatu, qvamvis frustranea, de illo ad Superintendentis vocando dignitatem, agitabantur, discessit. A Friderico tandem, Rege Prussiæ, cujus postulatu Halam M. Majo A. 1700. profectus Magdeburgicam, Theologorum ejus Academicorum & Ecclesiastarum urbanorum auspicato composuerat dissidium, supremus Ecclesiarum totius Ducatus Magdeburgici Ephorus, Consistorii sui Halensis Consiliarius, & Cœnobii in urbe Magdeburgensi Mariani Præpositus, A. 1701. constitutus, qvadriennio post, d. 17. Maji A. 1705., expiravit. Fusius de Theologi hujus eximii, & doctissimi pariter atqve sanctissimi, ob *Zelum domus DEI, & merita in Ecclesiam præclara*, a Kortholto etiam nostro (*in Tr. de variis Editionibus S. Scripturæ, c. 30.*, *p. 371.*) commendati, vita (a nemine hactenus justo exposita studio), sacrisqve laboribus, scriptis & certaminibus, Tomo differemus ultimo. Paucula interim, huc spectantia, Phil. Jac. Speneri *Consiliorum Theologicorum Latinorum Partes prima & tertia*, *variis passim locis*, Christ. Kelchii *Historia Livonica*, *P. V.*, *p. 628. 629.*, & Jonæ Joh. Phragmenii Riga literata, Rostochii A. 1699. edita, *p. 12. 13.*, suggerent.

JOHANNES FISCHERUS, Musicus, ni fallor, Lubecensis, & Chori deinde in aula Sverinensi Præfectus.

Triumphirende Helden-Music der beyden Helden, Eugenii, Printzen von Savoyen, und Johannis, Hertzogen von Marlboroug, in der Hochstättischen Schlacht (Germanice & Gallice). Lubecæ 1706. in fol.

Musicalische Fürsten-Lust, bestehend in unterschiedlichen Ouverturen, Chaconen, lustigen Sviten, &c. (Germanice & Gallice). Lubecæ 1706. in fol.

M. LUDOVICUS FISCHERUS, Pastor ruralis, per 40. annos, in Wagria Hansvenensis. V. Joach. Frid. Fabricii *Serm. funebrem in obitum nepotis ejus*, *Ludov. Lübbekeri*, *Præpositi in Pomerania electorali Neugartensis*.

Geistlich Perspectiv, wie GOtt die Hertzogthümer Sleswig und Holstein vor Schaden gewarnet. Lubecæ 1635. in 4. V. *Partem I. Bibliothecæ Kielmannseggianæ p. 531.*

JOHANNES FITZMANNUS Senior, Lubecæ, d. 5. Jan. A. 1637., patre Chirurgo natus cognomine, Medicæ artis, cui, ab A. 1654., in Academiis Rostochiensi, Giessena, Tubingensi ac Patavina, vacaverat, Doctor Giessæ A. 1659. est creatus, & Praxin ejusdem, Leida ante salutata, A. 1660. in urbe aggressus patria. Poliatri ejus ordinarii dignitatem A. 1676. obtinuit, & septem liberis e conjuge priori, Maria, Joh. Henrici, Secretarii, gnata, A. 1663. ducta & A. 1671. extincta, duodecim vero e posteriori, Margareta, D. Henrici Michaelis, Protosyndici, filia, illi A. 1674. subrogata & A. 1693. amissa, susceptis, ipse etiam d. 27. Mart. A. C. 1694., & æt. 57., vivis excessit. V. Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma* de vita ejus *funebre*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 214-217.* Disp.

(1.) V. And. Dan. Habichthorstii *Rostochium A. 1699. Literatum p. 110. & N. L. Lub.*, *M. Majo A. 1700.*, *p. 135.*

Disp. Physica de efficientia & dependentia Causarum secundarum, Præside D. Georg. Balth. Metzgero, Prof. Physico. Giessæ 1655. in 4.

Disp. de Lacte, Præside eodem. Giessæ 1656. in 4.

Disp. Inaug. de Phtisi. Giessæ 1659. in 4.

JOHANNES FITZMANNUS Junior, Lubecensis, Senioris, modo laudati, e conjuge priori filius, d. 30. Jul. A. 1664. in lucem editus, & Medicinæ Doctor, post reditum ex Academiis Julia, Lipsiensi & Altorfina, itinereqve Italico, Trajecti ad Rhenum A. 1692. creatus, cum Praxin ejusdem in patria per annos exercuisset duodecim, & qvinqve ex Anna Juditha Kohlmetschia, uxore, sustulisset liberos, qvadragenarius d. 16. Dec. A. 1704. obiit. V. Historiam vitæ ejus prolixiorem *in Novis Lit. Lubec., M. Jan. A. 1705., p. 31. 32.*, & apud Seelenium *l. c. p. 217. 218.*

Disp. Inaug. de Epilepsia. Trajecti ad Rhenum 1692. in 4.

NICOLAUS FITZMANNUS, Lubecensis, Johannis Senioris itidem filius, Kal. Apr. A. 1679. natus, Med. D. & in patria, ab A. 1704., Practicus. V. de illo Seelenium *l. c. p. 218.*

Disp. Inaug. de Morbis Hydropicis. Lugd. Bat. 1703. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1704., p. 94.*

JOHANNES FLEGE, Lubecensis, Pastor, ab A. 1705., in Ducatu Megapolitano Kalkhorstensis. V. *N. L. Lub., M. Aug. A. 1705., p. 254. 255.* & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 312. 313. 314.*

Status fidelium sub V. & N. T., oder die zwiefache Führung der Gläubigen zum Geistlichen Canaan, in einer Neujahrs-Predigt, auß Gal. III. 23. & sq., vorgetragen. Lubecæ 1705. in 4. V. *N. L. Lub., M. Jun. A. 1705., p. 188.*

Messias GOtt für uns, oder der seine Kirche schützende Messias, in einer Predigt, auß Ps. II. 7. 8., vorgetragen. Lubecæ 1705. in 4.

Das Wolseyn einer bey Jesu beharrlich bleibenden Seele, oder Leichpredigt über Catharina von Bohten. Lubecæ 1706. in fol. V. *N. L. Lub. A. 1706. p. 383. 384.*

Einweihungspredigt der neuen Kantzel zu Kalckhorst, am Michaelis Feste A. 1714. aus dem Evangelio Matth. XVIII. 1-11. gehalten. Lubecæ 1715. in 4. teste *Cat. Nund.*

SIMON FLORIS, Tonningensis.

Oratio Panegyrica Augusto Friderico, Episcopo Lubecensi, & Duci Holsatico, dicta. in 4. (*Catal.*)

BERNHARDUS FLORUS, Risumensis Frisius, Parochus in tractu præfecturæ Tunderensis Frisico, circa A. 1623., & 1629. Niebüllensis.

Scriptum Mathematicum, Johanni & Petro Fabriciis, Jacobi, Antistitis Holsatici, filiis, dedicatum. Slesvigæ 1617. in 4.

Supputatio oppositionis Eclipsalis, & deinde Eclipsis lunæ, ad d. 4. Apr. A. 1623., ex ipsis fundamentis eruta. Slesvigæ 1622. in 4.

Prognostica Astrologica in annos complures Germanica, e qvibus vidi qvæ ad A. 1623. & 1662. spectant.

FRIDERICUS CHRISTOPHORUS FLORUS, e tractu Tunderensi Frisius, Med. D. & Practicus Husensis, circa A. 1692. mortuus.

Disp. de Colica, Præside D. Justo Vestio. Erfurti 1690. in 4.

Disp. Inaug. de Febre Hectica, Præside D. Georg. Christoph. Petri. Erfurti 1690. in 4.

OTTO FLORUS Senior, Hagiopoli Holsatus, Parochus ruralis in Wagria Neuenkirchensis.

Disp. de Inventione, Præside M. Joh. Slekero. Rostochii 1606. in 4.

Leichpredigt über Joach. Ranzou, Erbsassen auf Loerstorp, auß Ps. XXV. Lubecæ 1615. in 4.

OTTO FLORUS Junior, Neüenkircha Wagrius, Parochiæ natalis Pastor.

Musa Pastorum lugentium obitum Nicolai a Qvalen, Consiliarii Duc. Holsatici, Præfectiqve Cismariensis, Oldenburgensis & Femariensis. Lubecæ 1665. in fol.

M. CRISPINUS FLÜGGE, Diaconus, ab A. 1583., Lubecensis Jacobæus, A. 1599. (*teste Melleniano Ecclesiastarum Lubecensium Indice*) mortuus; Pater forte Crispini Flüggii Jun., cœtus Lutherani Leidensis, circa A. 1619., Ministri.

Epistola prolixa, ad M. Joh. Stolterfohtium, Lubecensem, d. 3. Maji A. 1588. scripta, qva illi, ut, munere Ecclesiastico Rostochiensi relicto, Diaconatum ædis in patria Marianæ acciperet, persvasit; edita a Jacobo a Mellen, *in Notitia Majorum*, Lipsiæ A. 1707. *in 4.* excusa, *p. 34-39.*

HENRICUS FOCKIUS, Lubecensis, Hermanni Senatoris filius, A. 1672. natus, J. U. D. & ædis in patria Cathedralis, ab A. 1698., Canonicus, simulqve Friderici IV., Regis Danici, in Cancellaria Slesvigo-Holsatica Glückstadiensi, ab A. 1699., Consiliarius, ab A. autem 1711. Holsato-Gottorpiensis. Vixit A. 1721. Uberiorem vitæ illius exhibent historiam Joh. Henr. Bergeri *Programma Disp. Inaug. præmissum*, & J. H. a Seelen *Pars II. Athen. Lubec. p. 29-38.*

Disp. de regno Austrasiæ, Præside Conr. Sam. Schurtzfleischio. Witeb. 1693. in 4. (Recusa in *Volumine Disputationum Historicarum civilium* Schurtzfleischii, Lipsiæ A. 1699. *in 4.* edito, *num. 4.*)

Disp. Inaug. Jurid. de Fructibus & impensis, qvoad bonæ malæqve fidei possessorem, Præside D. Joh. Henr. Bergero, Witeb. 1695. in 4.

NICOLAUS (Jani fil.) FOEDERUS, Kilonii Holsatorum A. 1511. natus, Bibliopola primus, post reformationem, Hafniensis, a qvo Lutheranorum libri in Daniam sunt illati. Hafniæ d. 27. Apr. A. C. 1584., & æt. 73., mortuus. In Epitaphio, in æde Sp. S. erecto, *Vir* salutatur *pietate, eruditione, multiplice rerum usu & experientia, clarus.* V. Inscriptionem illius (in qva *Nicolaus Foerdt* appellatur), in Pet. Resenii *Inscriptionibus Hafniensibus p. 130.* exhibitam, & confer ejusdem *Indicem Catalogi Biblioth. suæ tertium*, ac Alb. Thuræ *Ideam Hist. lit. Dan. p. 239.*

Leonhardi Northusani Hortus Christianorum (de Christnes Lystgaard), e lingva Germ. in Danicam ab eo translatus. Hafniæ 1579. & 1596. in 8., Christianiæ 1681. in 8. (*V. Catal. Biblioth. Resen. p. 234. 280. 329. 381.*)

CAROLUS JOHANNES FOGELIUS, Hamburgensis, Martini (*de qvo statim dicetur*) filius, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de Emptione & venditione. Aureliæ 1702. in 4. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1704. p. 9.*)

Woleingerichtetes Register des Hamburgischen Stadtbuches, über alle Wörter und Materien, welche in den Hamburgischen Statutis, in 4. Theilen, una cum locis parallelis, sind enthalten, &c. Hamb. 1719. V. *Catal. nundin. Lips. A. 1719. autumn.*

autumn. p. 22. 23. Scriptum hoc idem haud dubie est cum illius Bibliotheca Juris Statutarii Hamburgensis, qvam Hamburgi A. 1719. *in fol.* prodiisse tradit M. Joh. Christoph. Krüsickius in Carmine de D. Matth. Slutero funebri (*Vol. V. Memor. Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii) *p. 4 3. 462.*

MARTINUS FOGELIUS, Hamburgensis, Civis honesti, sibi cognominis, e Juditha Gailkirchia filius, d. 6. Apr. A. 1634. in lucem editus, in Gymnasio patrio, ab A. 1650., auditor fuit, tum Professorum cæterorum, tum Joach. Jungii, Philosophi excellentis, inter cujus discipulos, amicos interioris admissionis, sectæqve Philosophicæ asseclas, deinceps extra controversiam eminuit. Studium Theologicum, cui A. 1653., & triennio seqventi, in Academiis se applicuerat Germanicis, cum Medico postea commutavit, &, post qvinqvennium privatæ juventutis in scientiis Philosophicis institutioni, Jungii moribundi hortatu, in patria impensum, iter, Mart. Vevetzeri, civis sui, comes & Ephorus, in Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam & Belgium utrumqve, A. 1662. aggressus est literarium, inqve isto, per qvatuor annos continuato, supremos Medicinæ honores, d. 29. Jan. A. 1663., Patavii consecutus. Hujus Praxi, in patriam A. 1666. redux, non minus qvam πολυγλωττίᾳ insigni, & eruditione, in Philosophia inprimis, Physica experimentali, Mathesi, Philologia ac Historia literaria, rariore & multiplici, brevi inclaruit, &, cum privatæ simul juventutis in his institutioni per octennium denuo vacasset integrum, Gymnasii, a Senatu instaurati, Professionem Logico-Metaphysicam d. 11. Jan. A. 1675. obtinuit. Sed non diu huic Fogelii sui, a fatis sibi tantum ostensi, & mox erepti, incomparabili & πολυμαθείᾳ, & in docendo accuratione atqve dexteritate, frui licuit. Ejusdem enim anni autumno febris, qva laborantibus aliis medebatur, purpuratæ infectus contagio, istius virulentiæ d. 21. Octobris, sextum ætatis vix ingressus Climactericum, succubuit, &, e qvinqve liberis, filium tantum ac filiam, cum matre horum, Gesa Rademannia, A. 1669. ducta, reliqvit superstites. Accuratius Medicus hic atqve Philosophus πολυΐστωρ, insignisqve, non tantum Bibliothecæ (a Joh. Friderico, Duce Brunsvicensi, coemptæ & in Hannoveranam translatæ), sed rerum etiam naturalium Musei, ac Nummophylacii, possessor, Tomo ultimo, Scripta etiam ejus, tam edita (qvorum numerus est exiguus), qvam inedita atqve affecta longe plurima, enumeraturo, celebrabitur. Confer interim de vita ejus Mich. Kirstenii, Collegæ, *Programma funebre*, de monumentis vero ingenii ἀνεκδότοις, *præfationem & Epilogum Catalogi Bibliothecæ*, Hamburgi A. 1678. *in 8.* excusi, D. G. Morhofii *T. I. Polyhistoris, Lib. I., c. 7., p. 66. 67.*, & hunc secuti Theod. Jansonii *Bibliothecam promissam & latentem p. 20. 21. 22. 23.*

M. DAVID FOGIUS, Georgii filius, e Fogiorum in urbe Ripensi familia, ni fallor, oriundus, Pastor in Diæcef. Ripensi Alsensis. Vixit A. 1710. V. Alb. Thuræ Ideam Hist. lit. Dan. p. 305.

Disp. de Ciconiarum hybernaculis. Hafn. 1692. in 4.

Disp. de Arcanis Fontium. Hafn. 1693. in 4.

Disp. de fluxu & refluxu maris. Hafniæ circa A. 1696. in 4. V. Nova Lit. Lubec., M. Nov. A. 1701. p. 340.

Disp. de Loqvela Brutorum. Hafn. 1696. in 4.

ANTONIUS FOSSIUS, Ripensis, Davidis, Parochi Catharinæi, filius, Kal. Maji A. 1646. natus, scholæ patriæ, e qva A. 1669. in Academiam Hafniensem commigraverat, post reditum ex ista, ab A. 1673., Præceptor, &, ab A. 1674., Cantor, tandem vero Parochiæ ruralis, in Hatherslebiensi præfectura, Aggerschoviensis, ab A. 1676., per qvatuor lustra, Pastor, qvinqvagenarius d. 29. Apr. A. 1696. obiit. Ἀνεκδότους (teste V. C., Pet. Terpagrio, cui vitæ etiam ejus debeo notitiam) reliqvit

1. Metaphrasin Danico-Metricam Psalmorum Davidis, ad numerum cantionum Ad. Kriegeri, Andr. Hammerschmidii, Joh. Theilii, Joh. Pezelii, Joh. Rosenmülleri, aliorumqve in arte Musica Rosciorum, Appendice XLI. Hymnorum sacrorum auctam.
2. Tractatum de arte Musica.

ERASMUS FRANCISCI, Lubecæ, in qvam Parentes, e Ducatu Megapolitano, Wallensteniano hunc invadente exercitu, se receperant, d. 19. Nov. A. 1627. in lucem editus, pueritiæ annos in eadem urbe exegit (1.) Patrem habuit Franciscum Finxium, Ducis Brunsvicensis, aliorumqve Imperii Romani Ordinum (2.), Consiliarium, ac Vice-Drossetum Lauenstteniensem & Lauenaviensem, matrem vero Margaretam, Erasmi Reutzii, Christiani IV., Danorum Regis, Consiliarii intimi, matrisqve ejus Sophiæ, ac fratris Ulrici, Episcopi Sverinensis & Slesvicensis (neutiqvam vero Ducis, uti Feuerlinus & Pippingius falso tradunt, Megapolitani), Cancellarii, ex Anna a Binsou, conjuge, filiam, peste sibi, anno ætatis tertio, cum fratre natu maximo, ereptam (3.). Ipse, natu inter qvinqve parentum liberos minimus, &, qvoad prænomen, avo materno ὁμώνυμος, cognominis paterni ac gentilitii loco adultior, & ad exteros delatus, sive, ut nobilitatem generis, qvam tueri non poterat, occultaret (4.), sive, ut consvetudini nostratium, patronymica hujusmodi adamantium, obseqveretur, aliud, a Parentis derivatum prænomine, adscivit (5.). Qvi cognomine eum non *Finxii*, sed *Mynsichtii*, gavisum esse gentilitio, & hoc cum *Francisci* patronymico commutasse, cum Christ. Daumio (6.) & Vinc. Placcio (falsum etiam illi prænomen, modo Georgii, modo Christiani, modo Erasmi Christiani, affingente) (7.), crediderunt, rumore mendaci, & infida aliorum relatione, sunt decepti. Studiorum suorum, intra lares Lubecæ paternos, ac in scholis Lüneburgensi & Lauenburgensi, inchoatorum, in Gymnasio Lüneburgensi, ab A. 1641., & Stettinensi, ab A. 1644., gemino (qvod tribus eruditorum lingvis, Historiæ, ac Philosophiæ, impendit) continuatorum triennio, & tandem, post justa sepulturæ Parenti, Hamburgi defuncto, Lubecæ persoluta (8.), in Academiis diversis, ab A. 1647., lustro (qvo juris sibi publici pariter atqve privati paravit scientiam, &, superiorum permissu, populares in Poesi, Logica, Ethica ac Politica, Acroasibus instituit domesticis) seqventi, ad maturitatem perductorum, historiam, præter Biographos, ipsemet alicubi breviter exposuit (9.). A Joh. Ernesto Wallenrodio deinde, supremo Aulæ in Prussia Brandeburgicæ Magistro, patruelibus suis, juvenibus generosis, ad exteros abituris, Ephorus est adjunctus, sed, cum in medio itinere morbo corriperetur gravi ac diuturno, in patriam reverti, & provinciam hanc alteri committere, coactus. Post recuperatam tamen valetudinem plures regiones exteras, commoda se offerente occasione, perlustravit, &, ex istis redux, conjugem A. 1655. duxit Mariam Hedwigem Sibyllam, Lucæ Friderici, supremi Teloniorum ad Albim Lauenburgicorum Ephori, e Cæcilia Sophia Dancwerthia filiam, & Joh. Manhofii, Centurionis in exercitu Danico Ranzoviani, viduam, præter vernaculam lingvarum etiam

Latine

(1.) V. ipsius *Proteum infernalem, n. 97., p. 1062. 1063.* (2.) V. D. Joh. Graftii, Theologi Tubing., Carmen den Seelenlabenden Ruhestunden præfixum. (3.) V. de ejus morte, fideqve canis domestici in dominam posthuma, *Proteum infernalem, num. 92., p. 1006. 1007. 1008., & num. 97., p. 1062. 1063.* (4.) V. Joh. Frid. Krebsium *in Tr. de mutatione nominum Pontificum Romanorum p. 31.*, & Joh. Steph. Plitzium in der Lobrede Er. Francisci *p. 8.* (5.) V. eosdem, Tob. Winclerum *in Epigrammate funebri*, & Feuerlinum, Pippingium, cæterosqve Biographos. (6.) *in Epist. ad Christoph. Grafium, A. 1679. scripta, & a Gotfr. Zeunero in Novellis Orbis Literati Germanicis, M. Dec. A. 1695., p. 1004., allegata.* (7.) *in Theatro Anonymorum & Pseudonymorum, T. I. p. 465. 466., & T. II. p. 290. 612.* (8.) V. *Proteum* ejus *infernalem, n. 97., p. 1062. 1063.* (9.) *in Confutatione M. Joh. Matthæi, sive Appendice Catalogi scriptorum suorum vernaculi, p. 61-65.*

Latinæ, Gallicæ & Belgicæ, peritam (1.), sed nullam ex ea prolem sustulit. Hujus cum facultates, a debitoribus ei ingratis & decoctoribus profugis subtractas, opesqve simul, a Parentibus sibi relictas, sed calamitatibus bellicis, ac malis tutorum fide, valde imminutas, recuperare, institutis eo fine, non sine ingenti sumptu, diversis in Saxoniam inferiorem itineribus, frustra aliqvamdiu esset conatus, in Germaniam discessit superiorem, & Noribergæ, a Joh. Doppelmaiero Seniore hospitio exceptus, multisqve cumulatus beneficiis, ob morbum plus qvam annuum, substitit, vitæqve tandem sedem sibi elegit perpetuam. In hac urbe, ut vitam (cujus ex eruditorum ordine amasiis a Casp. Henr. Starckio (2.) merito est annumeratus) privatam eo toleraret commodius, scripta aliqvot vernacula, Endterorum impensis, juris cœpit facere publici. Qvæ cum ingenti exciperentur applausu, & brevi distraherentur, in hoc librorum scriptione & famam, & vitæ necessaria, sibi parandi instituto, Endterorum, & Bibliopolarum aliorum, liberalitate invitatus, ad obitum usqve, perrexit, &, abjecto pristino aulas (qvarum ministeriis vires corporis sui, post crurifragium duplex, morbosqve complures acutos, observabat esse impares) sectandi proposito, otii literarii deliciis dignitates Secretarii intimi a Principe Germanico, & Consiliarii Borussici, cum domicilio victuqve gratuito, A. 1677., Electoris Brandeburgici nomine, a Wallenrodio supra laudato, alias item ab aliis oblatas Magnatibus, posthabuit. A solo tamen Henrico Friderico, Comite familiæ Langenburgicæ Hohenloico, Consiliarii sibi titulum, post concessam Norinbergæ nihilominus porro habitandi potestatem, A. 1688. passus est obtrudi. Licet autem πολύγραφος fuerit, & ætatis annos Scriptorum, qvæ superstes edidit, ac A. 1691. peculiari ipsemet enumeravit Catalogo, LXIII. Germanicorum ferme æqvaverit numero, non tamen suis illa caruere dotibus atqve Veneribus, sed stylo, in vernaculi idiomatis oratione ligata pariter atqve soluta, perelegantі & arguto lectores allicuerunt plurimos, & Autoris præterea sui eruditionem sacram & profanam, insignemqve inprimis rerum naturalium, & historiæ omnigenæ, cum antiqvæ, tum recentioris, & Exoticæ non minus qvam domesticæ, peritiam, lectione multiplici ac indefessa acqvisitam, abunde demonstrarunt. Hinc factum, ut non pauca ex iis sæpius cusa sint atqve recusa, nec sui Autori (qvem Principes & Magnates commercio dignabantur literario, & peregrinatores curiosi, vel solam hanc ob causam Norinbergam profecti, spectare ac compellare certatim gestiebant) æmuli defuerint atqve obtrectatores, qvi, gloriam his ingenii fœtibus partam invidentes, prioribus parentem alium, Sigismundum a Bircken, Norinbergæ itidem commoratum, affingerent, ac deinde, Conjugi nostri literatæ, velut liberorum loco libros enixæ, magnam eorundem partem deberi, rumore spargerent publico. Cui temere credulus Joh. Jac. Zimmermannus, in *Orthodoxiæ Theosophicæ Teutonico-Böhmianæ*, sub M. Joh. Matthæi larva nostro oppositæ, Appendice (3.), censura seqventi in eum debacchatus est maledica: Herr Erasmus Francisci kan, mit seinem Irrwisch, womit er gegen die helle Stralen dieser Morgenröhte (*Jac. Böhmens*) auffahren wollen, nicht gäntzlich übergangen werden: unerachtet dieser Schreiber, weder in der Scriptur, noch Natur, grosse Erfahrung hat, ja weder die Academische, noch Piscatorische (oder Fischers) Theologiam, gründlich einsiehet; ob er gleich übrigens, durch Operation seiner Gehülfinn, auß einiger frembden Sprache allerhand Weltsachen, mit untermengter Aufschneiderey, außgeschrieben, und im Teutschen heraußgegeben; womit er sich bey einigen (die keinen leiblichen Umbgang mit ihm gepflogen) in einige æstime gebracht, *qvia mundus vult decipi, & opinionibus regitur*. Hæc ille, cui a nostro, pari styli mordacis & scoptici amarulentia, in confutatione libelli ejus (4.), est responsum, & falsitas rumoris istius ostensa, sed simul tamen significatum, inde eum ortum traxisse, qvod MSStorum suorum, prælo committendorum, relectio, & sphalmatum, in iis ob calami festinationem obviorum, emendatio, uxori a se, circa alia occupato, sæpe sit demandata. Virtutes, qvæ in vita ejus enituerunt, præclaras, inprimis autem pietatem, patientiam, promptitudinem aliis inserviendi, & benignitatem in pauperes, Encomiastæ certatim celebrarunt posthumi. Ad mortem, post obitum uxoris, d. 7. Mart. A. 1692. amissæ (5.), sola fere deinceps meditatus cœlestia, mature se præparavit, & Odas hoc fine tres funebres concinnavit vernaculas, vere cygneas, & non minus pias qvam elegantes, jussu moribundi excusas, & in exeqviis Epicediorum loco distributas, in æde sacra decantatas, Sermoniqve deinde Feuerlini exeqviali subjunctas. Asthmati tandem, qvocum diu erat colluctatus, gravissimo, A. C. 1694. & æt. 68., nocte diem (qvo in publicum adhuc prodierat, & cum Feuerlino, in templi Sebaldini choro, de Euthanasia, aliisqve rebus sacris, erat collocutus) Decembris vicesimum secuta, morte subita, inter preces ardentissimas, post recitatum Psalmum, qvo delectabatur, CIII., spiritu intercepto, anteqvam Ecclesiastes Medicusqve, jam accersiti, adesse possent, succubuit. Fusius celebratus est in Joh. Conr. Feuerlini, Ecclesiastæ Norinbergensis Sebaldini, Sermone de Animarum fidelium cum Christo desponsatione, in Hos. II. 19. 20., exeqviali Germanico, vitæ historia aucto, Wolfg. Christoph. Desleri Oratione parentali (sive dem *Contrefait* Christlicher Klugheit, nach dem Leben Er. Francisci), & Epicediis Sophiæ Eleonoræ, Comitis Limpurgicæ, M. S. Comitis de W. O., Conr. Feuerlini, Ordinis sacri Norib. Antistitis, Andr. Mühldorfii, Tob. Wincleri, Gotfr. Thomasii, W. C. Desleri, amicorumqve aliorum, maximam itidem partem vernaculis, junctim, præfixa defuncti Icone, Norinbergæ A. 1697. *in fol.* publicatis; nec non in Joh. Steph. Plitzii Neueröfneter Schaubühne eines rechtschaffen Christlichen und hochgelahrten Gemühtes, nach dem Leben Er. Franc., sive Oratiuncula de illo Panegyrica, Lipsiæ A. 1702. *in 4.* excusa.

Vitæ historiam, e Sermonis Feuerliniani Appendice (qvam & ego secutus sum, ac subinde auxi), repetiverunt Henr. Pippingius *in Appendice Sacri Decadum Memor. Theol. renov. Septenarii p. 1078-1084.*, *Novorum Lit. Germ.* Collectores, *M. Apr. A. 1705., p. 144. 145.*, Joh. Franc. Buddæus *T. II. Lex. Histor. Germ. p. 144.*, Erdmannus Uhseus in den Leben der Kirchenlehrer des XVI. und XVII. Seculi, *p. 637-641.*, ac *Parte III.* des gelehrten Critici (sub larva *Hermanni Sudii* Anagrammatica editi), *Qv. 43., p. 581-616.*, Joh. Conr. Zeltnerus *in Centuria Correctorum in typographeis eruditorum* (qvibus nostrum annumerat) *p. 194-202.*, & Joh. Casp. Wezelius (de vero inprimis nostri cognomine Finxiano, & Odis, qvæ in Hymnologiis leguntur, sacris vernaculis, consulendus) *P. I. Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 227-233.* Scriptorum Catalogum ipse A. 1691. publicavit vernaculum, suo infra loco memorandum, sed plerisqve editionis annos addere neglexit. Conf. de illo Vinc. Paravicini *Singularia de Viris eruditis, Cent. III., n. 39., p. 171. 172.*

ELOGIA.

Phil. Jac. Spenero (in der Freyheit der Gläubigen *p. 102.*) audit ein rechtschaffener und wolmeinender Mann.

Barth. Botsacco (*Disp. I. de fide in Christo, §. 42., p. 31.*) *Vir in Theologica eruditione non minus, qvam polita, non vulgaris.*

Joh. Andr. Schmidio, *in Diss. de tumba Servatoris, §. 17., p. 28.* (sicut & Timoth. Dan. Colbergio, in ipsius *Confut. Joh. Matthæi p. 83. 84.* allegato, *Nov. Lit. Germ.* Collectoribus, *M. Apr. A. 1705., p. 144.*, Joh. Lud. Hannemanno *in Ovo Hermetico p. 174.*, & Joh. Christoph. Oleario im Entwurf einer Lieder-Bibliotheck *p. 43.*), *Polyhistor celebris.*

Joh. Dan. Majori (*in Annott. ad Fab. Columnæ Tr. de Purpura p. 47.*) *Autor diligentissimus & politissimus*; it. (in der Vorstellung der Kunstkammern, *P. II., p. 9.*) ein sehr fleißig curieuser Autor, & (*P. III. p. 21.*) ein fleißiger Scribent.

(1.) V. *eandem Confutationem p. 54. 55. 56.* (2.) *in Tr. de Vita doctorum privata, c. 2., §. 41., p. 101. 102. 103.* (3.) *p. 315.* (4.) *p. 49-58.*
(5.) *V. Epistolam ejus de Senectute rara ad M. Car. Frid. Lochnerum, p. 7.*

Chr. Franc. Paulino (im Hochgelahrten Teutschen Frauenzimmer *p. 9.*) ein emsiger Scribente.

Casp. Sagittario (*in Introd. in H. E., c. 33., Sect. 19., p. 904.*) *Vir ob varia ac erudita scripta clarissimus.*

Georg. Casp. Kirchmaiero (*in Disp. de apparit. Spectrorum, c. 1., §. 8.*) *Vir famigeratissimus diligentissimusque.*

Joh. Christ. Frommanno (*Lib. I. de fascinatione p. 15.*) *Vir politioris doctrinæ.*

Joh. Cypriano (*in Diss. de signif. vocis* שׁאול *p. 6.*) *Vir solertissimus, exterorum pariter ac imprimis civium amorem honoremque meritus.*

Mich. Bernh. Valentino (*Diss. IX. Epist. de nova Matricis Anatome p. 218.*) *Vir multorum laborum, & omnium fere de rebus Indicis Scriptorum compendium.*

Rud. Capello (*in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani*) *Vir doctissimus & diligentissimus.*

Joh. Wolfg. Jägero (*in Examine Theol. Mysticæ p. 402.*) *Vir eleganter doctus.*

Henr. Pippingio (*l. c. p. 1078.*) *Politicus pientissimus, & e Scriptis quoque sacris undiquaque notissimus.*

Joh. Frid. Krebsio (*in Tr. de Mutatione nominum, inprimis Pontificum Romanorum, p. 31.*) *Vir multis doctissimis libris, Germanice in lucem editis, nostra ætate celebris.*

Gotfr. Zeünero (im Frühlings-Parnass A. 1692., *p. 131.*) ein aufrichtiger und accurater Scribente.

Joh. Casp. Eberto (*in præfat.* des Cabinets des gelehrten Frauenzimmers *p. 29. 30.*) ein wackerer, seiner vielen Belesenheit, ja netten und galanten Schriften wegen, bekandter, Mann.

Thomæ Crenio (*in præf. Volum. II. Thesauri Libb. Philol. & Hist. p. 57.*, ubi libri etiam ejus *amœni & compti* vocantur) *Vir egregiæ lectionis & doctrinæ.*

Sophia Eleonora, Comes Limpurgica, Epicedio suo in obitum illius vernaculo elegans defuncti inseruit Epitaphium, quod hoc inchoatur Tetrasticho:

Hie, leider, liegt, der an Verstand und hohen Gaben
Die meisten übertrift, von welchem iedermann
In GOttes Lieb' und Furcht ein Folgexempel haben,
Aus dessen Lebenslauf die Tugend lernen kan.

Gothofr. Thomasius, Med. Norib., Sequenti effigiem ejus ornavit Hexasticho:

Qui Francisciadæ placidos in imagine vultus
Suspicis, hic nullos porro require modos.
Hujus ab excessu squallet Parnassia collis,
Cumque meris lachrymis Castalis unda fluit.
Ipse sacri vatis casu turbatus Apollo
Justitium Musas jussit habere suas.

M. F. L. D. (i. e. Mich. Frid. Lochnerus, Doct. Med. Norib.), in oda funebri Germanica eleganti, postquam nostrum den Cicero der Teutschen Erden, Eusebiens zweyten Güldenmund, & paulo post, arguta ad cognomen ejus gentilitium allusione, einen FIXstern der Gelehrten von der ersten Grösse, salutasset, hac scripta ejusdem stropha celebravit:

Der Frantzmann lehrt aus seinen Schriften,
Den Britten sind sie Ruhmbekandt:
In Holland hat de Vriesen Handt
Sein ewig Denckmahl müssen stiften.
Erasmus hat unsterblich sich gemacht:
Francisci hats so hoch als er gebracht.

Christ. Thomasius (in der weiteren Erläuterung wieder Tenzelium, *c. 2., p. 86.*) omnibus *Conversationum*, quas vocant, sive Dialogorum hujus generis, Scriptoribus, tum antiquis (Platoni, Ciceroni, &c.), tum nuperis, ipsisque Gallis, verbis eum prætulit sequentibus: unter den Büchern, die ich gelesen, tragen in diesem Stücke, die Teutschen den Preiß davon. Rists Monate, die Er. Francisci continuiret, sind disfalls sehr anmuhtig: aber Er. Francisci selbst ist ein Meister hierinnen, und, unter vielen seinen Schriften, die er auf diese Art geschrieben, halte ich den ersten Theil seiner Schaubühne vor ein Meisterstück. So ungezwungene und artige Erfindungen hat er, den Leser von einer Materie auf die andere zu führen, und souteniret den Character, den er den Personen gegeben, sehr wohl.

Erdm. Neumeisterus (*in Specim. Diss. de Poetis Germanicis p. 34.*) hoc de Carminibus ejus vernaculis tulit Judicium: *Erasmus Francisci, Noricus ille πολυγραφώτατος, opera sua passim versibus, veluti stellis quibusdam, distinxit, quas inter ultimæ magnitudinis stellas numerare nefas esset.*

Casp. Neumannus, Antistes Uratislaviensis (a Plitzio *l. c. p. 17.* allegatus), in der Anleitung zu den Leichabdanckungen *p. 27.*, ita de illo: der fleißige Francisci zu Nürnberg ist wie ein Auszug aus allem, was einer nur begehret zu wissen.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Neu aufgerichtete Liebeskammer, darinn allerhand höflich-verliebte und annmuhtige Sendschreiben an das Frauenzimmer abgefasset und beantwortet sind: Samt einer Zugabe etlicher Schertz-und Lustschreiben. Noribergæ 1662. 1679. & 1694. in 12. Prodiit primum sub solis initialibus nominis Autoris sui literis E. F. De argumento illius ipse, *in Scriptorum suorum Catalogo p. 5. 6.*, consulatur. Censuram Gothardi Heideggeri, *in Mythoscopia Romantica*, Germanice Tiguri A. 1698. edita, scriptis eloquentia ad artem lenoniam abusis eam annumerantis; injustam esse, cum nihil in illa inhonestum, lascivum aut vituperio dignum, occurrat, Joh. Georg. Eccardus (im Monatl. Auszuge, *M. Dec. A. 1700., p. 888.*) & Nic. Hier. Gündlingius (in den neuen Monatl. Unterredungen, *M. Mart. A. 1702., p. 262.*) jampridem monuerunt.

Die herandringende Türckengefahr, oder wolgemeinte Erinnerung, in was hochbesorgtem und gefährlichem Zustande unser Teutsches Vaterland stecke, auch wie dem blutdürstigen Erb-und Ertzfeinde glücklich zu begegnen wäre, &c. (unter einem entliehenen Nahmen); A. 1663. in 4. V. *Catal. Script. ejus p. 7.*

Tischreden eines fürnehmen Türckischen Bassa mit einem Deutschen Connestabel, vom Türckischen und Deutschen Kriegeswesen (unter entliehenen Nahmen.) in 4. *V. Catal. Scr. p. 7.*

Unterredung eines fürnehmen Ungarn und Teutschen Cavalliers, obs rahtsamer mit den Türcken Frieden zu schliessen, oder den Krieg fortzusetzen? (unter entliehenem Nahmen). A. 1664. in 4. V. *Catal. Scr. p. 7.*

Türckische Staats-und Regiments-Beschreibungen. A. 1664. in 4. Titulum integrum, & contentorum recensum, V. in ejus *Catalogo Scriptorum suorum p. 7. 8.*

Discurs von den Ursachen des Geldmangels jetziger Läufften, &c. (unter entliehenem Nahmen). *V. Catal. Scr. p. 8.*

Neue und kurtze Beschreibung des Königreichs Ungarn, und dessen fürnehmster Städte und Festungen, auch vieler Belägerungen: Mit kleinen Landkarten und Kupfern (unter den Nahmensbuchstaben E. M.) Norib. 1664. in 12. V. *Catal. Scr. p. 8. 9.*, &, ex illo, V. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon. p. 466.*

Türckisches Städtbüchlein, darinn hundert und etliche der fürnehmsten Städte, Festungen und Schlösser, Ottomannischer Herschaft, beschrieben worden: (unter dem Nahmen Theophili Urbini). Norimbergæ in 12. V. *Catal. Scr. p. 9.*, &, ex illo, Placcium *l. c., T. II., p. 612.*

Historischer Lorbeerkrantz der Christlichen Rittersleute, so in Siebenbürgen, Ungarn, Steyermarck und Africa, für die Ehre Christliches Nahmens gestritten, zusammengeflochten von dem so genandten Erzehlenden. Norimbergæ, V. *Catal. Scr. p. 9.*, & Placcium *l. c., T. I., p. 466.*

Der

Der hohe Trauersaal; oder Steigen und Fallen grosser HErren, fürstellend, aus allen vier Welttheilen, hoher Standes- Staats- und Glückspersonen wunderbahre und traurige Veränderungen, so in den nechsten anderthalb hundert Jahren, und zum Theil bey unseren heutigen Läufften, sich gefüget; deren etliche aus andern Sprachen sind übersetzet, doch in Teutscher umbständlicher und völliger erzehlet, etliche aber aus gantz eigener Arbeit ans Licht gebracht. Erster Theil. Norimbergæ 1665. 1669. 1676. & 1687. in 8.

Ander Theil. Norimbergæ 1669. 1676. & 1687. in 8.

Dritter Theil. ibid. 1672. 1677. & 1687. in 8.

Vierdter Theil. ibid. 1681. in 8.

Neuer Polnischer Florus, oder kurtze Beschreibung der Kriege, welche König Johannes Casimirus wieder die Cosacken, Tatarn, Moscowiter, Schweden, Chur-Brandenburg und die Confœderirten, geführet, in 4. Büchern (unter dem Nahmen des Unpartheyischen) Norib. in 12. V. *Catal. Scr. p. 9.*, &, ex illo, Placcium *l. c.*, *T. I.*, *p. 465.*, ac Joh. Hübnerum *Cent. 2. Biblioth. Histor.*, *Art. 69.*, *p. 255. 256.*

Schauplatz denckwürdiger Geschichte, und seltzamer, mehrentheils aber trauriger, Fälle. Norib. in 8. V. *Catal. Scr. p. 10.*

Die alleredelste Rache der alleredelsten Gemüther, oder Heumonats-Unterredung. Francof. 1668. in 12.

Die alleredelste List der gantzen Welt, oder Augustmonats-Unterredung. Francof. 1669. in 12.

Die alleredelste Kunst der gantzen Welt, oder Herbstmonats-Unterredung. ib. 1670. in 12.

Das alleredelste Unglück der gantzen Welt, oder Weinmonats-Unterredung. ib. 1670. in 12.

Das alleredelste Pferd der gantzen Welt, oder Wintermonats-Unterredung. ib. 1670. in 12.

Die alleredelste Veränderung der gantzen Welt, oder Christmonats-Unterredung. ib. 1671. in 12. De sex hisce Colloqviis semestris posterioris menstruis, ad totidem Joh. Ristii in prioris menses (von dem alleredelsten Naffe, Leben, Thorheit, Belustigung, Erfindung und Zeitverkürtzung), qvæ Francofurti, ab A. 1663. ad 1668., *in 12.* prodierant, sed fui interrupta erant morte Autoris, continuanda, Methodo eadem, a Nostro concinnatis & editis, junctimqve una cum Ristianis, Augustæ A. 1703. *in 12.* (sub titulo des curieusen Recreationsjahres) recusis, plura in Ristii vitæ & scriptorum suo loco dicentur historia.

Ost- und Westindischer, wie auch Sinesischer Lust- und Staatsgarten, in 3. Bücher abgetheilet: Mit einem Vorgespräch von mancherley lustigen Discursen, Norimbergæ 1668. in fol. Liber I. de harum orbis partium floribus, plantis, arboribus, earumqve fructibus, II. de Aere, terra & aqvis, earumqve partibus & speciebus, sicut & fossilibus variis, III. vero de imperio Politico & re militari, potissimum commentatur V. *Catal. Scr. p. 10.* Laborem, qvo Autor, *in vastissimis Voluminibus Germanicis* (hoc scilicet, & dem Geschicht- Kunst- und Sitten-Spiegel), *ex itinerariis variis, Sinensibus inprimis & Indicis, omnia naturalia & artificialia collegit, ac sub unum conspectum produxit, utilissimum esse, & ob diligentiam laudandam*, D. G. Morhofius, *T. II. Polyhist.*, *Lib. II.*, *P. I.*, *c. 2.*, *p. 161.*, *& Lib. IV. p. 508.*, judicavit.

Geistliche Goldkammer der Bußfertigen, Gottverlangenden und JEsus-verliebten Seelen, deren Geschmeide und Juwelen durch klagende Reubegierde, heilige Wünsche und inbrünstige Seufzer, denen Liebhabern der himlischen Schätze zu Theile werden; mit 49. gottseligen Betrachtungen (so meistentheils aus den alten Kirchenvättern übersetzt, theils aber aus anderer Lehrer Schriften Perlenweise zusammengelesen, und mit einem Zusatz eigener Gedancken vermehret sind) bekleidet, und mit neuen Gebeten und Liedern ausgefertiget. Norib. 1668. & 1675. in 8. Magnam hujus scripti partem absolvere Herm. Hugonis, Jesuitæ, *Pia desideria*, a Joh. Henr. Ursino aucta, & Germanice a se versa, Autor *in præfatione* fatetur.

Gvineischer und Americanischer Blumenpusch, in 2. Theilen. Norib. 1669. in 8.

Die lustige Schaubühne allerhand Curiositaten, in einer Sprachhaltung einiger guten Freunde vorgestellet. Erster Theil. Norib. 1669. anderer 1671., und dritter 1673. in 8. Junctim denuo prodierunt ibid. A. 1690. in 8. Christ. Thomasii Elogium *Partis I.*, inter judicia de Autore honorifica, jam est recitatum,

Neupolirter Geschicht- Kunst- und Sittenspiegel außländischer Völcker, fürnehmlich der Sineser, Japonier und Indostaner, in 6. Büchern vorgestellet. Norib. 1670. in fol. Continuatio est (*teste ipsius Catalogo Scriptorum suorum p. 10. 11.*) & Pars secunda des Ost- und Westindischen, wie auch Sinesischen Lust- und Staatsgartens, Libroqve primo de historiis casibusqve variis rarioribus, specubus item, montibus & fluviis admirandis, secundo de institutis politicis ac militaribus, virtutibus & vitiis, tertio de sacris & Idololatria, qvarto de scientiis, artibus, opificiis ac ludis, qvinto de feris ac venationibus, & sexto tandem de funeribus atqve sepultura gentium variarum, commentatur. Joh. Christ. Frommanno (*Lib. I. de Fascinatione p. 15.*) *Speculum* audit *politissimum, prudenti elaboratum industria.*

Acerra Exoticorum, oder Historisches Rauchfaß, darinn enthalten mancherley frembde Fälle und Geschichte, nebst andern meldungswürdigen Erzehlungen, &c.: Erster Theil von 100. Titeln. Francofurti 1672. in 8.

Ander Theil von 100. Titeln. Francof. 1673. in 8.

Des Andern Theils Supplementum oder Nachgabe. Francof. 1673. in 8.

Dritter Theil von 100. Titeln. Francof. 1674. in 8.

Erinnerung der Morgenröhte, oder Geistliches Hahnengeschrey, an die im Schatten des Todes vertiefte Hertzen, in 63. Aufmunterungen der Menschlichen Seele zur wahren Bekehrung, Glauben und gläubigem Wandel: Mit vielen Kupfern. Norimbergæ 1672. 1676. 1689. & 1699. in 8.

Acerra Historico-Tragica nova; das ist: Neue Historische Gesicht- Geschicht- Liebes- und Traurkammer, darinn ein warhaftiger Vortrag vieler Liebes- und Traurgeschichte, so sich in unterschiedlichen am Meere gräntzenden Ländern zugetragen, ist enthalten. Francof. 1673. in 8. Ἀνωνύμως prodiit. & 27. historias hujus generis, fuse admodum enarratas, exhibet.

Kurtzer Bericht von mancherley Religionen der Völcker, auß Bernh. Varenii Büchlein von ihm verdeutschet, und Alexandri Rossens Tractate von unterschiedlichen Gottesdiensten der gantzen Welt beygefüget. Norib. 1674. in 8. *V. Catal. Scr. p. 12. 13.*

Deter nach der ewigen und beständigen Ruhe trachtenden Seelenlabende Ruhestunden, in denen unruhigen Mühen und Thränen dieser Welt: Erster Theil, 50. Betrachtungen über unterschiedliche Oerter der Schrift darstellend. Norib. 1675. in 8., Lipsiæ 1678. & 1679. in 8.

Dieser Seelenlabenden Ruhestunden Fortsetzung, oder Anderer Theil. Lipsiæ 1679. in 8.

Eben derselben Krone und völlige Außführung, oder dritter Theil, darinn das falsche und wahre Christenthum beleuchtet wird. Lipsiæ 1680. in 8.

Dreyfacher Anhang zu diesen dreyen Theilen der Ruhstunden, mit einem Spruchregister. Lipsiæ in 8. (Junctim hæ Partes deinde, testibus *Catalogis Nundinalibus*, & auctiores qvidem, Lipsiæ A. 1686. & 1699. *in 8.* sunt recusæ.).

Das eröfnete Lusthauß der Ober- und Niederwelt, worinn vor dismahl, so wol von der Natur, Welt, Himmel, und dem Gestirne ins gemein, gediscurriret wird, als auch insonderheit von dem Mond, der Sonnen, und übrigen Wandelsternen, im-

gleichen von den Cometen, Einflüssen des Gestirns, Stuffenjahren, Talismanen oder Kraftbildern, Würkungen und Vorverkündigungen auß dem Gestirne, auß den Cometsternen und den Geburtzeichen, gar curiöse Discurse geführet werden, und zwar so deutlich, daß es auch diejenige, so der Sternkunst unkündig sind, gar leicht verstehen können. Mit Kupfern. Norimbergæ 1676. in 4. Mundi inferioris historia, cujus in titulo itidem fit mentio, nondum prodiit, &, inter *ἀνέκδοτα* nostri, memorabitur.

Güttlicher Vergleich Apollinis und Mercurii, über die Vermählung der glorwürdigen Gelehrtheit mit der hochrühmlichen Kaufmannschaft, in der Person des edlen und hochgelahrten Zovicarpus: unter dem erdichteten Nahmen Freundlieb Ehrenreichs von Kaufleben publiciret. A. 1676. in 4. Schediasma hoc prosaicum, Frid. Bened. Carpzovii, Mercatoris, & deinde Senatoris ac Ædilis Lipsiensis eruditissimi, nuptiis cum Anna Elisabetha Jägeria A. 1676. consecratum, ei, postqvam id suum esse, *in Catalogo scriptorum p. 24.*, jam erat professus, Casp. Thurmannus etiam *in Biblioth. Acad. p. 66.*, Vinc. Placcius *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 407.*, & M. Ludov. Christ. Crellius, Scholæ Lips. Nicol. Rector, *in Orat. parentali*, Carpzovio scripta, publice vindicarunt.

Glantz, Kraft und Wirckung, der geistlichen Wandelsterne, nemblich der sieben Haupttugenden des wahren Christenthums, nebst den entgegengesetzten Lastern, in 64. Betrachtungen vorgestellet. Norib. 1678. in 8.

Brennende Lampen der Klugen, zu sorgfältiger Beleuchtigung der Sterbligkeit, vorsichtiger Bewachung der Seelen, und vorbereitlicher Rüstung des Gemühtes gegen den Todt, in 36. Betrachtungen und Sinnbildern, angezündet. Norib. 1679. in 12. Auctiores recusæ ibidem A. 1684. & 1701. in 8.

Der wunderreiche Uberzug unserer Niederwelt, oder Erd-umbgebene Luftkreiß, nach seinem natürlichen Wesen, mannigfaltigen Eigenschaften, Nutzen und Wirckungen, natür- und unnatürlichen, feuer- und wässerigen, Erscheinungen (als da sind Wassersonnen, Regenbögen, Nacht- und Meerlichter, &c., Luftwunder, Wolcken, Regen, Schnee, Wind, Stürme, Donner- und Blitzstrahlen), in unterschiedlichen Discursen abgehandelt, und mit merckwürdigen Exempeln und Geschichten erkläret: Nebst einer vorhergehenden lustigen Spatzier- und Tisch-Unterredung, und Anhange von dem Welt-Ort und Laufe, oder Stillstande der Luft-umbfangenen Erd-Kugel. Mit Kupfern. Norib. 1680. in 4.

Die letzte Rechenschaft ieglicher und aller Menschen, abzulegen zu den Füssen der ewigen Maiestät; in 64. Bedenckungen des sonderbahren Seelengerichts, und allmenschlichen Endgerichts, und eben so viel Sinnbildern, vorgestellet. Norib. 1681. & 1684. in 8.

Verwerfung des Cometen-Gespöttes, unter dem Nahmen Theophili Antisceptici außgegeben. Norib. 1681. in 4. V. *Catal. Scr. p. 14.*, & Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 60.*

V. D. B. Leben und tapfere Thaten der allerberühmtesten Seehelden, Admiralen und Landerfinder unserer Zeiten, angefangen mit Christoph. Columbo, und geendiget mit dem Admiral Mich. Adr. de Ruyter, auß der Niederteutschen Sprache in die Hochteutsche überbracht durch Matthiam Krämer, in zwey Theilen: Samt Er. Francisci Anhange vieler Denckwürdigkeiten zum Ersten Theile, welche der Niederländische Autor entweder außgelassen, oder nur kürtzlich berühret. Sultzbaci 1681. in 4. Recensum scripti hujus brevem sistit Gotfr. Zeüneri Sommer-Parnaß A. 1694. *p. 171. 172.*

Bericht von der Lappländer Wahrsager-Paucken und Hexereyen, auß Joh. Schefferi Lappowischer Beschreibung zusammengezogen, und mit andern merckwürdigen Erzehlungen vermehret: Beygefügt dem Aergerlichen Leben D. Joh. Fausti. Norib. 1681. in 8. V. *Catal. Scr. p. 14.*

Unfehlbahres Weh der Ewigkeit, für die Verächter der Gnadenzeit, in 51. Betrachtungen und Sinnbildern vorgestellet. Norib. 1682. & 1686. in 8.

Ehr- und Freudenreiches Wol der Ewigkeit, für die Verächter der Eitelkeit, in 52. Betrachtungen erwogen: Mit Sinnbildern. Norib. 1683. 1691. & 1717. in 8.

Die Waffen der Starcken am Thurme Davids; das ist: Allgemeine Gebete, in allen Anliegen zu gebrauchen, nebst einer Christlichen Kinderlehre: Christlichen Seelen zur Ergetzung, auf bekandte Kirchen-Melodeyen eingerichtet, und in kurtze Gesänge, nebst etlichen Abend- und Morgenliedern, verfasset. Norib. 1683. in 24. An revera (sicut *in Catal. Nund. Vern. A. 1683. Lips. p. 19.* traditur) prodierint, dubito, cum, in Scriptorum suorum Indice, ab Autore non memorentur.

Der Ottomannische Welthammer abgebildet, 1. durch eine Beschreibung der heutigen Türckischen Militz; 2. durch einen Unterredungs-Discurs vom vorigen Türckischen Kriege, und unsern damahligen Kriegesfehlern; 3. durch ein Schreiben von drey Fragen: Ob die drey iüngsten Cometen diesen Türckenkrieg bedeutet haben? Ob die Prophecceyung von Gog und Magog auf den Türcken gehe? und ob des Tekely ietzige Actiones mit der Religion sich entschuldigen lassen? ed. circa A. 1683. V. *Catal. scr. p. 14. 15.*

Vernünftige Unterredung zweyer Freunde, von den wichtigsten Actionen des vorigen Türckenkrieges in Hungarn. Norib. 1683. in 4. V. *Catal. scr. p. 15.*

Der sieghaft entzündete Adlerblitz, wieder den Glantz des Barbarischen Säbels. Norib. 1684. in 4.

Schau- und Ehrenplatz Christlicher Tapferkeit, darauf alle denckwürdige Belägerungen der Keyserl. Ansitz-Stadt Wien, und zwar die iüngste durch M. M. S. beschrieben, vorgestellet werden: Nebst einem Vorberichte vom Uhrsprung und Aufkommen dieser herlichen Stadt. Norib. 1684. in 4.

Türckischer Gubernator und Vasall, oder glaubhaftiger Bericht von den heutigen Gubernamenten und Lehnfürsten des Türckischen Reiches, imgleichen von ihren Roßschweifen und Standarten; zu mehrerer Erläuterung des so genandten Adlerblitzes. Norib. 1684. in 4.

Gegenstrahl der Morgenröhte Christlicher und Schriftmäßiger Wahrheit, wieder das Sterngleissende Irrliecht der Absonderung von Kirchen und Sacramenten; in gründlicher Erörterung der fürnehmsten Hauptfragen und Schein-Sätze der heutigen Böhmisten, wie auch beygefügter Untersuchung, was von Jac. Böhmen Schriften zu halten sey, hervorleuchtend. Norib. 1685. & 1690. in 12. Scriptum hoc (cujus se verum esse Autorem, contra M. Joh. Matthæi, adversarii, Theologo cuidam, ejus amico, partem illius deberi potissimam, temere suspicati, calumniam, in hujus *Confutatione*, mox memoranda, *p. 69-77.*, noster asseruit) commendarunt Casp. Sagittarius (cui *Liber* audit *non inelegans*) *in Introd. in Hist. Eccl.*, *c. 33.*, *Sect. 19.*, *p. 904.*, Ministri Ecclesiæ Lubecensis *in Responso de nova Juramenti Ecclesiastici Hamburgensis formula*, Aug. Pfeifferus *in Anti-Chiliasmo*, *c. 2.*, *p. 64. 65.*, Sev. Walth. Sluterus *in Propylæo Historiæ Christianæ p. 202. 203. ed. sec.*, Joh. Frid. Mayerus (Autorem fidis annumerans Ecclesiæ, qvi contra Jac. Böhmium scripsere, doctoribus) in der Schutzschrift des Hamb. Ministerii, wieder D. Spenern, *p. 72.*, & Joh. Wolfg. Jägerus (a qvo *labor* vocatur *non contemnendus*) in *Examine Theologiæ Mysticæ p. 402.*, & *T. II. Hist. Eccl. Sec. XVII.*, *P. I.*, *p. 245.* Impugnarunt contra, e Jac. Böhmii patronis, præter Qvirinum Kühlmannum, literis in Autorem (uti ipse in den zerbrochenen Spott- und Lästerpfeilen M. Joh. Matthæi *p. 90.* testatur) invectum privatis, & Anonymum (cujus *ibidem p. 7.* meminit) Autorem der wolgemeinten Gegenerklärung über Jac. Böhmens Theosophische Schriften, Joh. Molleri, Parochi Nohtlebiensis, fanatischem Atheisten A. 1685. oppositæ, Frid. Breclingius locis *Anti-Calovii* sui, A. 1688. pro Böhmio

Germanice

Germanice editi, compluribus (lit. *A. 4. a. b. A. 7. b. B. 1. a. b. B. 2. a E. 5. b.*), & Joh. Jac. Zimmermannus, in *Ortho-*
doxiæ Theosophiæ Teutonico-Böhmianæ, oder der Christlichen Untersuchung der Anmerckungen Joh. Christoph. Holtzhau-
sens über Jac. Böhmens Schriften, und insonderheit die Auroram, Francofurti A. 1691. *in 8.*, sub M. Joh. Matthæi larva,
publicatæ, Appendice. Huic noster, styli Scoptici & maledici ἀμετρία cum adversario certare haud veritus, Apologias
duas (de qvibus mox dicetur) reposuit vernaculas, A. 1691. scilicet die gründliche Wiederlegung der Verleumbdungen
M. Joh. Matthæi, scriptorum suorum subjunctam Catalogo, & A. 1692. die zerbrochene Spott-und Lästerpfeile M. Joh.
Matthæi; Breclingio autem, in posteriori hoc scripto, *p. 348-353. 427-430.*, obiter tantum & breviter respondit. Erro-
rem haud exiguum, qvo, D. Tob. Wagneri, Theolog. Tubingensis, *Judicii Propemptici Anti-Böhmiani* Autoris, e-
jusdem rei, incaute lubrica secutus vestigia, loco *Auroræ* Jac. Böhmii, qvam in hoc scripto refutare voluit, Pauli Fel-
genhaueri *Jebior*, sive *Auroram sapientiæ*, (qvam Böhmii esse fœtum, tituli deceptus similitudine, falso arbitrabatur),
impugnavit, a Zimmermanno (*in lib. cit.*), Gotfr. Arnoldo (*T. II. Hist. Eccl.*, *L. 17.*, *c. 19.*, *p. 680. 681.*), aliisqve,
notatum, *in Confut. M. Joh. Matthæi*, *p. 148-152.*, agnovit qvidem, sed extenuare, cum M. Lud. Melch. Fischlino,
Wagneri patrono (*in Supplem. Memor. Theol. Würtemb. p. 220.*) frustra est conatus.

Johann Weichard Valvasors, Baronen von Galleneck und Neudorf, Erbherren auf Wagensberg und Lichtenberg, Rie-
der-Kraynischen Landhauptmanns, Ehre des Hertzogthums und Keyserlichen Erblandes Crain in einer Historisch-Topo-
graphischen Beschreibung, in funfzehn, wiewohl in vier Hauptheile unterschiedenen, Büchern, ausgebreitet, und, auf des
Autoris Begehren, von Erasmo Francisci auf gut teutsch stylisiret, und mit manchen beygefügten Erklärungen erweitert.
Mit mehr als 500. Kupfern. Labaci & Noribergæ 1689. ac 1690. in fol.

[Operis hujus grandis atqve eximii, in libros XV., qvatuor inclusos Voluminibus, divisi, noster non stylum solum,
Autoris postulatu, expolivit Germanicum, & textum etiam ubiqve propemodum ratiocinationibus historiisqve parallelis,
ac observationibus atqve annotationibus Physicis, moralibus, Politicis, aliisqve, illustravit & amplificavit, sed & Li-
bros qvatuor (primum scil. de Carniolæ, & incolarum ejus, nominibus, qvintum de ejusdem habitatoribus, urbibus,
nummis & inscriptionibus antiqvis, decimum de Principibus, & decimum tertium de rebus sub Ducibus C. N. gestis) in Scia-
graphia illius prolixiori, Scriptorum suorum Catalogo vernaculo, *p. 16-25.*, inserta, sibi, una cum cæterorum disposi-
tione, vindicat ferme integros. Præter ipsum, recensus ejusdem Encomiasticos exhibuere Lipsienses, *in Actis Erudi-*
torum, *M. Nov. A. 1689.*, *p. 549-559.*, ac *M. Mart. A. 1690.*, *p. 105-115.*, & Wilh. Ern. Tenzelius in Dialogis menstruis
Anni 1690. Germanicis, *M. Jan. p. 65-102.*, *M. Febr. p. 103-141.*, *M. Jun. p. 511-599.*, *M. Sept. p. 875-*
1018-1062., & *M. Dec. p. 1109-1120.* Qvi cum, circa ætatem Boruthi, Carasti & Chetimari, Carinthiæ Sec: *M. Nov. p.*
pum, Virgiliiqve Episcopi, *M. Nov.*, nominisqve Carniolæ originem, *M. Jan.*, controversiam nostro genio Princi-
visset Chronologico-Criticam, utrinqve intricatissimam, objectionibus ejus ab illo, in Epistola ad adversarium mo-
d. 29. Dec. A. 1690. exarata, & ab hoc *M. Martio A. 1691.*, *p. 153-177.*, inserta, exceptionibus vero ibidem adjectis,
Catalogo Scriptorum suorum p. 17. 21. 22., est responsum, Tenzelioqve, nihil certi, ob monumentorum veterum de-
fectum, in priori definiri posse, *M. Dec. A. 1691.*, *p. 1029-1033.*, falso, satisfactum. Confer de eodem Opere Leonh.
Christoph. Sturmii (in nostrum, *cujus annotationibus opus alias optimum in molem injustam excrevisse, & adspersis*
hinc inde fabulis esse deformatum, non paucis monet *videri*, iniqvioris) *Tr. de nat. & constit. Matheseos*, *Sect. 2.*, *c. 10.*,
p. 279., B. G. Struvii *Biblioth. Histor.*, *c. 18.*, *p. 511. 512.*, Joh. Chr. Nevii *P. II. Accessionum ad D. Wheari Relectiones*
Historicas p. 100. 101., & Joh. Hübneri *Cent. IV. Biblioth. Histor.*, *Art. 39.*, *p. 152-157.*

Der höllische Proteus, oder tausendkünstige Versteller, vermittelst Erzehlung der vielfältigen Bilderverwechselungen, erscheinender Gespenster, werffender und polternder Geister, gespenstiger Vorzeichen der Todesfälle, wie auch anderer abentheurlicher Händel, arglistigen Possen und seltsamer Aufzüge, dieses verdamten Schauspielers, und von theils Gelehrten vor den menschlichen Lebensgeist irrig angesehenen Betriegers (nebst vorberichtlichem Grundbeweise der Gewißheit, daß es würcklich Gespenster gebe), abgebildet. Norihergæ 1690. & 1695. in 8. Commendatur a Georg. Casp. Kirchmaiero *in Diss. de apparitionibus spectrorum*, *c. 1.*, *§. 3.*, & Tenzelio (cui ein mit grossem Fleisse und Judicio ausgefertigtes, und mit vielen Wunder-und merckwürdigen Geschichten angefülletes, Buch audit) *in Dial. menstr. A. 1690.*, *M. Oct.*, *p. 918.* A. Pet. Rabo, magiam omnem & spectra inficiante, *in Bibliotheca Europæ Belgica*, *M. Majo & Junio A. 1700.*, *p. 531.*, asperius de illo ferri judicium, Autoremqve den Grooten Duitschen Grollisten vocari, nemo mirabitur.

Ehre der verblichenen alten Heiden, Jüden und Christen, in 4. Unterredungen von ihren Todten-und Leichengebräuchen verfasset: Nebst Erörterung der Frage: Ob, warumb, und welcher Meinung, die alten Christen vor die Verstorbenen gebetet und geopfert, und ob sie einen dritten Ort, oder Mittelstandt der abgesonderten Seelen geglaubet? Norib. 1690. in 4. Monita ejus qvædam de hoc Tractatu *in Catalogo Scriptorum*, *p. 26-29.*, invenies. Tenzelius, *in Dial. Menstr.*, *M. Febr. A. 1691.*, *p. 79.*, eum einen wolgefasseten Tractat appellavit.

Vorblitz des fortstralenden Adlerblitzes, einen gründlichen Vorbericht der ietzigen Türckischen und Frantzösischen Kriege, und der rechten Hauptqvelle derselben, wie auch eine Erzehlung der Keyserlichen Legation an den Sultan, und völlige Beschreibung der letzten Wienerischen Belägerung, mit vieler hoher Personen Conterfaiten, enthaltend. Norib. 1691. in 4. Argumentum ejus ipsemet fusius, *in Scriptorum Catalogo p. 29. 30.*, exposuit.

Verzeichniß seiner bißher gedruckten Schriften; Nebst beygedruckter gründlichen Wiederlegung der Verleumbdungen, womit der grobe Böhmistische Diffamante, welcher sich M. Johannem Matthæi nennet, dieselbe so wol, als ihn selbsten, angegriffen: Worinn zugleich, an statt eines Prodromi, etliche nichtige Schutzschlüsse solches Pasqvillanten, so er, für Jac. Böhmen, in seiner Orthodoxia Theosophica Teutonico-Böhmiana, vorgebracht, untersucht und gründlich vernichtet werden. Norib. 1691. in 8. (Catalogum hunc Scriptorum nostri, qvæ pro suis agnovit, ab eo, partim in Patronorum gratiam, partim vero, qvod aliena, sub fictis edita nominibus, ipsi a nonnullis cœpissent affingi, esse publicatum, præfatio testatur. De Appendice ejus, nec non scripto similis argumenti mox seqventi, in recensu des Gegenstrahls der Morgenröthe, cui patrocinantur, paulo ante dicta possunt relegi.).

Des, in der Person eines falschgenandten M. Joh. Matthæi, vereinigten Ismaels und Simei zerbrochene Spott-und Läster-Pfeile, welche er, im Appendice der fälschlich genandten Orthodoxiæ Böhmianæ, zur Vertheidigung Jac. Böhmens, und seiner Lehre, wieder die Christliche Wahrheit, und des Autoris Gegenstrahl der Morgenröthe derselben, hat verschossen. Norib. 1692. in 8.

Sendschreiben an M. Car. Frid. Lochnern, Past. zu Fürth, vom heutigen seltenen Alter, und unter andern dem Ruhmvermöglichen Ehrenalter Herren Joh. Ern. von Wallenrod, Churfürstl. Brandeb. Landhofmeisters in Preussen; beygedruckt Lochneri seltenem Alter, oder Tractate, warumb die Altväter so viele, und wir heute so wenig Jahre erreichen, edito Francofurti A. 1693. in 8. Utriusqve recensum V. in Tenzelii *Dial. Menstr.*, *M. Jan. A. 1693.*, *p. 91-106.*

Vorbereitliche Hertzensrüstung zu dem Ende, vor dem Ende, sive tres Odæ de præparatione sua ad mortem cygneæ Germanicæ posthumæ, seorsim Norihergæ A. 1694., & deinde, sub finem Sermonis funebris, Autori a Joh. Conrado

Feuerlin

Feuerlino habiti, ibidem A. 1697. *in fol.*, excusæ, Partiqve etiam tertiæ des gelehrten Critici, ab Herm. Sudio Lipsiæ A. 1706. *in 8.* editæ, *Qv. 43.*, *p. 594-611.*, insertæ, de qvibus in vitæ plura diximus historia.

Christliches Spatzierbüchlein, in 2. Theilen (unter entliehenem Nahmen Georgii Mynsichts.) Norbergæ 1668. in 12. V. *Catal. script. p. 31.*

[E Scriptis nostri sacris M. J. H. K. P. R. congessit der vortreflichen Schrifften Er. Francisci Saft und Kraft, oder herliche Realia, und anmuhtige Gleichnisse, auß denselben, unter gewissen Tituln, in alphabetischer Ordnung, zusammengetragen. Qvod opus, Francofurti & Lipsiæ *in 4.* edendum, promittitur *in catalogo Nund. Lips. A. 1718. Vern. p. 60.*]

INEDITA.

Das irdische Lusthauß, darinn von allerley curiösen Sachen des Erdbodens gediscurriret wird. V. *Catal. Scr. p. 31. 32.*

Tractat vom Müntzwesen, darinn zuvorderst die Müntz-Pfenninge der Alten, als der Hebräer, Griechen, Römer, alten Teutschen, hernach die Müntz-Sorten der heutigen berühmtesten Nationen, beschrieben, und dann weiter ein außführlicher Bericht vom Uhrsprunge und Verderbung der Müntz abgestattet wird. V. *Catal. Scr. p. 34.*

Das tapfere und gelehrte Frauenzimmer, Tractatus, non minus qvam duo præcedentes, eodem *Catalogo p. 34.* teste, prælo ferme maturus, qvem mentione honorifica Casp. Thurmannus *in Biblioth. Acad. p. 85.*, Christ. Franc. Paullinus im Hochgelahrten Teutschen Frauenzimmer *p. 9.*, Christ. Junckerus *in Centuria fœminarum eruditarum p. 13. 14.*, & Joh. Casp. Ebertus (in Bibliopolæ eum Noribergensis esse manibus, & ab hoc amico cuidam monstratum, referens) *in præfat.* des Cabinets des gelehrten Frauenzimmers *p. 29. 30.*, publice jam sunt dignati.

Heterodoxia Böhmiana, oder Böhmistische Irrlehre, durch unverwerfliche Beweißthümer, und exemplarische Gründe, vorgestellet; promissa in eodem Scriptorum Indice *p. 33.*, & *Catal. Nund. Lips. A. 1691. Autumn. p. 29.* Sed hæc eadem forte est cum scripto similis argumenti, sed diversi tituli (den zerbrochenen Spott- und Lästerpfeilen M. Joh. Matthæi), A. 1692. jam edito.

FALSO EI TRIBUTA.

Diss. de præstigiis magicis, in Svecia septentrionali exercitis, sub nomine Theophili Sinceri, Germanice Norbergæ A. 1677. *in 4.* publicata, qvam Christ. Gryphius, *in Diss. Isag. de Scr. Histor. Sec. XVII.*, *c. 12.*, *p. 553.*, ei vindicat, sed invito scriptore ejus, in qvo nulla istius mentio occurrit, Catalogo.

Anonymi Hegsheim, & alia qvædam Scripta vernacula, ab Autoribus suis sub fictis publicata nominibus, de qvibus ipsemet *in præfatione Catalogi* modo laudati *p. 4. 5.*, consulendus.

JOANNES FRANCISCI, Ripæ Cimbrorum A. 1532. natus, fundamentis studiorum in patriæ ludo, & Academia Hafniensi, feliciter jactis, Medico se inprimis addixit. In Germaniam, cum Alb. Beckio, Nobili, cujus Ephoria data ipsi erat, Dano, A. 1556. profectus (1.), Witebergæ Phil. Melanchthonem, Paulum Eberum, Casp. Peucerum, &, qvi hinc discessurum carminibus commendarunt Propempticis, Joh. Majorem & Joh. Schosserum, Tubingæ Leonh. Fuchsium, Jac. Schegkium & Joh. Seccervitium, Francofurti ad Viadrum Jodocum Willichium, Rostochii Nath. Chytræum (cujus ad eum superest *Botanoscopium*, carmen jocosum Heroicum (2.)), ac Heidelbergæ Pet. Lotichium, Poetarum Germaniæ Phœnicem, ingenii venæqve Poeticæ præstantia, & morum amoenitate, amicos e Præceptoribus sibi conciliavit. Laurea ab horum postremo (qvi, fraterno eum amore prosecutus, comitem in itinere ad Erasmum Neustätterum, patronum suum, Herbipolitano adsciverat (3.)) ornatus Poetica (4.), in Galliam discessit, iisdemqve philtris, præter Viros eruditos alios, e Medicis principibus, Lutetiæ Jac. Goupillum & Jac. Duretum, Monspelii Gvilh. Rondeletium, & Lugduni Jac. Dalechampium (cui Elegia de Præceptoribus suis in Germania & Gallia amicisqve, hactenus laudatis, valedixit nitida (5.)), facile ad sui amorem pellexit. In patriam tandem, reportatis jam supremis artis Medicæ honoribus, redux, publicus ejusdem, ab A. 1561., Hafniæ fuit Professor, simulqve scholæ trivialis, ab A. 1562., cum Nicol. Hemmingio, Theologo, Inspector, & Rector ternis vicibus (A. 1565. 1573. & 1574.) Academicus. Peritia trium artium Phœbearum, Medicinæ, Musicæ ac Poeseos, inter populares excelluit, & parem ferme ævo illo habuit neminem, istisqve dotibus amicitiam tum aliorum promeruit patriæ luminum, tum Nicol. Hemmingii, modo laudati, qvi suum *Institutionum Christianarum Syntagma* ejus A. 1574. inscripsit nomini (6.), & Tychonis Brahei, Astronomi perillustris, defunctum carmine dignati Epitaphio. Valetudine ad annum usqve ætatis qvinqvagesimum gavisus est integra, deinde autem in morbum incidit gravissimum, ejusqve cruciatibus, qvibus per menses aliqvot ita excarnificabatur, ut nec videri, nec audiri, sine συμπαθείᾳ, a piis posset hominibus, firma in Deum toleratis fiducia, d. 4. Jul. A. C. 1584., & æt. 52., succubuit. Effigies ejus Bibliothecæ Academiæ Hafniensis publicæ, exuviæ autem templo illatæ sunt Mariano, in qvo monumentum etiam spectatur Epitaphium, ab uxore superstite, Maria Laurentia (A. 1561. ducta), erectum, &, C. P. D. (i. e. Claudio Plumio, Doctore, Acad. Hafn. Antecessore, ipsiusqve e fratre nepote) curante, A. 1624. restitutum. Inscriptionem hujus geminam, alteram ἄμετρον (in qva *Vir ornatissimus, doctrina, pietate, virtute atqve prudentia, excellens, Facultatis Medicæ Doctor eximius, & Poeta atqve Musicus summus*, salutatur), alteram vero Tychonis Brahei Elegiacam (in Petri etiam Gassendi *Appendice Vitæ Tychonis, p. 261. 262.*, obviam), Laur. Asserous, *in Inscriptionibus Seelandicis, lit. B. 5. b. B. 6. a.*, Pet. Resenius *in Hafniensibus p. 76. 83. 84.*, & Er. Vindingius atqve Thom. Bartholinus, *locis mox allegandis*, legendam exhibent.

Vitæ ejus historiam, e Programmate funebri, Thomas Bartholinus, *in Cista Medica Hafniensi, Loc. VII.*, *p. 69-77.*, & Er. Vindingius, *in Acad. Regia Hafniensi, p. 110-114.*, exposuerunt, & ex hac Paulus Freherus, *in Theatro Erud. p. 1281. 1282.*, repetiit. Præter qvos conferri etiam de illo possunt Joh. Pet. Lotichius *P. IV. Biblioth. Poeticæ*, *n. 24.*, *p. 88. 89. 90.*, Conr. Aslacus *in Chronologia, Orationi adjecta Jubilææ, ad A. 1561. & 1584.*, Erasmus Michaelius Lætus *Lib. XI. Rerum Danicarum p. 102.*, Æg. Periander *in Germania p. 562. 563. 564.*, Thom. Bartholinus *in Diss. de Medicis Poetis p. 145.*, & *in Tr. de Med. Dan. domest. p. 364.*, Alb. Bartholinus *in Lib. de Script. Dan. p. 71.*, meaqve ad illum *Hypomnemata p. 268. 269.*, Joh. Is. Pontanus *in Descript. Chorogr. Daniæ, Historiæ Danicæ adjecta, p. 784.*, & Ol. Borrichius *Diss. IV. de Poet. Lat. p. 136.*, ac *Diss. V. p. 167.*

ELOGIA.

Tychoni Braheo (*in Epitaphio Elegiaco*) *Vir* audit *doctissimus & humanissimus, poeta & Musicus eximius, omnibusqve bonis charus;*

Qvem Musæ & Charites adeo coluere, qvod inter
Præcipuos vates nomen habere darent,
Et cui contribuit facundi cura Galeni,
Conspicuus Medica Doctor ut arte foret.

Erasmo

(1.) teste Epistola ipsius, ad Joh. Pistorium A. 1557. exarata. (2.) *in Poematis, f. 310-322.* (3.) V. Joh. Pet. Lotichii *P. IV. Biblioth. Poet., p. 88. & seqq.* (4.) V. Epigramma ejus, infra recitandum. (5) Recusam illam exhibet Thom. Bartholinus *in Cista Medica Hafniensi, Loc. VII., p. 75. 76.* (6.) V. D. Sam. Andreæ *Epist. Apolog. contra Daniam Orthodoxam Hect. Gotfr. Masii p. 63.*

Erasmo Michaelio Læto (*l. c. p. 502.*) *Vir ingenio præstante.*
Nathani Chytræo (*in Botanoscopio supra allegato, f. 319. b.*) *Vir Musis bonis longe carissimus,*

- - - qvi Phoebi geminas intelligit artes,
Et Medicus Vatesqve bonus, virqve optimus idem.

Pet. Lotichius lauream ei hoc contulit Epigrammate, *L. 2. Carm. p. 159.* obvio:

Laure, Palatini qvæ consita Principis horto
Ad Nicri liqvidas innuba surgis aqvas,
Cresce precor! non tu rigido violabere ferro,
Non in fumosos ibis adusta focos.
Aonio cinges juvenilia tempora vati,
Æternum servans fronde virente decus.
Hunc meus ingenio meruit Franciscus honorem,
Nobilius per qvem Dania nomen habet.

Joh. Schofferus, Acad. ad Viadrum Francofurtanæ Professor, in Propemptico, ad eum, Witeberga Heidelbergam decedentem, scripto (*Eleg. 1. Lib. II.*), Nicrum ita alloqvitur:

Nunc tua, Musarum stipatus, flumina, cœtu,
Magnus & ingenii dotibus hospes, adit:
Hospes adit, dulci qvo Dania gaudet alumno,
Dania, qvæ medias eminet inter aqvas.
Leucoris ingenii cultrix fuit: ipse Melanchton
Contulit huic animi nobilioris opes.
Unde simul faciles numeros & carmina fundit,
Atqve Machaonia nomen ab arte refert.
Pectus habet cassum fuco; mens, fraudis iniqvæ
Nescia, sincere, qvod facit, omne facit.
Testor Apollinei numen venerabile fontis,
Hic mihi perpetuo cultus amore fuit.

Thom. Mauerus (*in Ep. Dedic. Libri III. Poematum*) præcipuis eum Sec. XVI. Poetis annumeravit.
Æg. Periander, Bruxellensis (*in Horto fecundo Amorum f. 156.*), hoc illum celebravit disticho, ad patriæ nomen alludens:

Sub lauro satus, in ripa Permessidos umbra,
Unde nisi lauri spirat amore comas?

Casp. Conradus autem (*Millen. II. Prosopographiæ Melicæ p. 70.*) seqventi:

Phœbus utrumqve dedit, medicamine tollere morbos,
Atqve animum lepidis exhilarare modis.

Joh. Isacio Pontano (*l. c. p. 784.*) *Poeta* audit *simul & Medicus, Musicusqve, omnibus suis numeris absolutus, ut vere eum Apollinis fuisse pullum dicere liceat.*
Er. Vindingio (*l. c. p. 110.*) *Vir non egregie duntaxat literatus, sed pari prudentia, & candido animo.*
Thom. Bartholinus, *in Diss. de Medicis Poetis p. 145.*, in horum eum numerum retulit: Ol. Borrichius autem (ob singularem etiam Musicæ illum commendans scientiam), *Diss. V. de Poet. Lat. p. 107.*, Vatibus Daniæ accensuit potioribus.

SCRIPTA LATINA EDITA.

(pleraqve a Bartholinis & Vindingio *ll. cc.* memorata).

I. PROPRIA.

Elegiarum & Epigrammatum Libri duo. Witeb. 1554. in 8. (*Juxta Catal. Rosenkrantzianum & alios.*)
Carmen de Oculorum fabrica, qvis illorum positus, partes, forma, color, &c.? Witeb. 1556. in 8.
Hodœporicon itineris Franconici, qvod, Petro Lotichio comite, Herbipolin, ad Erasmum Neustätterum, suscepit, carmine expressum Elegiaco, Tubingæ A. 1559. in 8. excusum, & a Petro Lotichio, *Libro 2. Carm.*, peculiari (*qvod in mea editione frustra qvæsivi*) commendatum Epigrammate, uti Joh. Pet. Lotichius, *P. IV. Biblioth. Poet.*, *n. 24.*, *p. 89. 90.*, testatur. Recusum est hoc Hodœporicum, Friderico II., Regi Daniæ, inscriptum, Basileæ A. 1580., *Libro VI. Itinerum* Nicol. Reusneri, *p. 486-496.*
Carminum Liber (*vel potius, Pontano l. c. teste, Libri duo*), ad Fridericum II., Regem Daniæ. Lugd. Gall., apud Gryphios, A. 1561. in 12.
Propositiones Medicæ de Temperamentis. Hafniæ 1566. in 4.
Typus veri & sinceri amoris. Hafniæ 1579. (*vel, juxta Vindingium, 1575.*)
De conservanda valetudine. Hafniæ in 8.
Elegia de amoribus suis, ad Christiernum Ægelium, in Ægid. Periandri *Horto fecundo Amorum*, Francof. A. 1567. in 8. edito, *f. 156. 157.*, recusa.

II. ALIENA.

Hippocratis Liber de natura Hominis, Latine versus. Hafn. 1571.
Galeni de Curatione, seu ratione medendi, ad Glauconem, Lib. I. Hafn. 1572.
Ejusd. Liber de constitutione artis Medicæ. Hafn. 1573.
Ejusdem Liber de Ossibus, Latine versus. Hafn. 1579. (vel, juxta Vindingium, 1567.) [Hujus versionem Jac. Sylvio, a qvo A. 1561. est edita, potius adscribendam esse, judicat Paulus Freherus. V. ejus *Theatrum Erud. p. 1282.*, & V. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon. p. 290.*]
[Tres Epistolæ ἀνέκδοτοι, ad Joh. Pistorium, Præpos. Eiderstadiensem, Witeberga A. 1557. & 1558. a nostro perscriptæ, in MSto Epistolarum ad Pistorium Volumine, qvod Vir Consultiss., Pet. Axenius, asservabat, supersunt.]

AUGUSTUS HERMANNUS FRANCKIUS, Lubecæ d. 12. Mart. A. 1663. natus, patrem habuit Joh. Franckium, Consiliarium ex JCto Lubecensi Saxo-Gothanum (*postea celebrandum*), matrem vero Annam, Davidis Gloxini, J. U. Doctoris, Syndiciqve, & tandem Consulis Lubecensis, filiam. Post studiorum in scholis tyrocinia, Theologiæ, & lingvis (qvarum peritissimus est) sacris ac Orientalibus, stipendio urbis patriæ donatus Schabbeliano, operam, cum in Academiis Kiloniensi ac Lipsiensi (Magistri ei titulum A. 1685. largita), tum Hamburgi in Joh. Wincleri & Esdræ Edzardi, ac Luneburgi in Casp. Herm. Sandhagii, Collegiis, partim Hebræo-Rabbinicis, partim Biblico-Practicis, impendit sedulam pariter atqve felicem. Lipsiam reversus, cum A. 1688. Collegia pietatis similia Biblico-Practica aperire cœpisset, suoqve exemplo Magistros Academiæ Philureæ, ad exercitia hæc sacra imitanda, provocasset complures, post rumores de instituto hoc seqviores, Controversiæ cum Theologis nonnullis, qvibus invisa ista erant, Academicis (Joh. Ben. Carpzovio Jun. & Valentino Alberti) est implicitus, ab his coram Protosynedrio Dresdensi ἑτεροδιδασκαλίας A. 1689. accusatus aulico, &, in Lipsiensi, qvæ, mandato Electoris instituta, rumori de nova Pietistarum secta publico, & diuturno adversus hanc, ansam præbuit, certamini, inqvisitione, fidei suæ ac doctrinæ, cum συνέργοις reliqvis, reddere jussus rationem. Cum in hac Phil. Jac. Spenero qvidem, aulæ tunc Saxonicæ Architheologo, aliisqve moderatioribus, sed neutiqvam adversariis satisfactum ab eo esset Lipsiensibus, A. 1690. ineunte, templi Augustiniani in Civitate Erfurtensi obtinuit Diaconatum, sed, biennio nondum elapso, A. 1691., ob eadem Collegia privata Practica, Collegis plerisqve ingrata, a Magistratu, cum D. Joach. Justo Breithauptio, Ordinis Ecclesiastici Seniore, dimissus,

sus, Halam inde migravit Magdeburgicam. In hac urbe, a Friderico, Rege Prussico, A. 1691. Glauchensis Pastor suburbii, simulqve A. 1692. Lingvarum sacrarum & Orientalium, A. 1698. autem Theologiæ, in novella Academia, Professor, constitutus, ac regiæ etiam Scientiarum Berolinensis postea adscriptus Collegis, inter crebra cum Presbyterio urbano, Theologisqve vicinis Witebergensibus, ac aliis, certamina, non doctrina solum & scriptis qvamplurimis, sed exercitiis etiam sacris Practicis strenue continuatis, & fundatione scholæ pauperum A. 1695.; Orphanotrophei splendidissimi ac percelebris A. 1696., atqve Collegii XII. studiosorum Orientalis, A. 1702. in suburbio eodem, auspiciis facta regiis, per Europam universam hactenus inclarui. De qvibus dicendorum copia cum angustos Elogiorum Tomi hujus primi dedignetur limites, in ultimum Historia illorum necessario est rejicienda. Consuli interim de scriptis ejus poterunt *Catalogus scriptorum, a Professoribus editorum Halensibus, ἀδέσποτος*, A. 1704. (post primam Anni 1698. editionem) auctior recusus, *p. 11-15.*, & Anonymi Relatio de urbe & Academia Halensi Germanica, A. 1709. publicata, *c. 5.*, *p. 81-85.*; de Orphanotropheo, Scholisqve & Collegiis illi adjunctis, Narrationes variæ ipsius ac aliorum, itidem vernaculæ, sed in lingvas etiam Belgicam, Gallicam & Anglicam, translatæ; de sacris deniqve certaminibus, præter Schediasmata ejus Apologetica plurima, & Adversariorum contraria, *Protocollum*, qvod vocant, *Inqvisitionis Lipsiensis Germanicum*, cum Christ. Thomasii de illa *judicio*, & Franckii *Apologia*, A. 1692. *in 4.* excusum, Syntagma *Actorum Pietisticorum*, Francofurti A. 1691. *in 4.* editum, Jac. Andersoni (*de qvo p. 118. dictum*) *de Collegiis Biblicis Lipsiensibus Epistola*, A. 1690. publicata, Relationes de duplici compositione controversiarum, inter Theologos Halenses Academicos & Ecclesiastas urbanos agitatarum, auspiciis A. 1692. & 1700. instituta regiis, vernaculæ, Gerh. Crœsii *Historia Qvakerorum, Lib. III.*, *p. m. 719-740.*, &, qvæ hanc passim emendat, ac Francofurti A. 1697. *in 12.* Germanice prodiit, Phil. Jac. Speneri Narratio de Pietismo (*in præfatione* etiam *Vindiciarum dicti Luc. XVIII. 8.* Joh. Henrici Latine A. 1696. exhibita), §. *26-40. 56. 57. 58.*, *p. 54-94. 130-142.*, ejusdemqve Prolegomena Historica, Viti Lud. Seckendorfii Berichte und Erinnerung auf das Ebenbild des Pietismi A. 1692. præmissa, & Schediasmata judiciaqve varia, huc spectantia, *Consiliorum Theologicorum Germanicorum Partibus tertiæ & qvartæ*, *& Latinorum primæ tertiæqve*, passim inserta.

BERNHARDUS MATTHIAS FRANCKIUS, Kiloniensis, Christophori, Theologi Acad. Cimbricæ primarii, e Catharina Clausenia filius, diem 20. Aug. A. 1667. habuit natalem. Artis, cui Bernh. Mülleri, proavi, & Matthiæ Clausenii, avi materni, Medicorum Kiloniensium, qvibus ὁμώνυμος fuit, celeberrimorum, exemplo, in Academiis patria & Germanicis, ut ὁμότεχνος etiam esset, ab A. 1685., studia sua dicaverat, Medicæ Doctor in Altorfina A. 1691. est creatus, &, post triennium in Lugduno-Batava, Italia item, Anglia, aliisqve regionibus exteris, transactum, Professor ejusdem, in patria Kiloniensi, d. 17. Sept. A. 1694., constitutus extraordinarius. Verum, septennio hoc munere functus tantum unico, morte subita ac immatura d. 3. Sept. A. C. 1701., & æt. 34., decessit, filiumqve, ex Anna Maria Franckia, Joh. Wolfgangi Franckii, Civis Noribergensis, gnata, A. 1695. ducta, susceptum, reliqvit superstitem. Symboli loco hac usus est gnoma: *Nil temere, nil negligenter.* Plura de vita ejus suggerent *Nova Literaria Lubecensia*, *M. Oct. A. 1701.*, *p. 315.*, & Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Historicæ Anni 1701. Germanicæ*, *M. Sept.*, *n. 39.*, *p. 311. 312.*

Disp. de Gustu. Altorfii 1689. in 4.

Disp. Inaug. de Catarrho. Altorfii 1690. in 4.

Dissertatio de summa Theoriæ Medicæ, ad morborum curationem recte instituendam, necessitate, Kilonii, cum professionem Medicinæ auspicaretur extraordinariam, d. 17. Sept. A. 1694. habita. Kilonii 1694. in 8.

Disp. de Venæsectionem indicantibus. Kilonii 1701. in 4.

JOHANNES FRANCKIUS, Lubecæ, patre Pistore sibi cognomine, matre vero Elisabetha, Statii Wesselii, cerevisiarii, filia (A. 1664. defuncta, & ab Henr. Bangerto, Scholæ Lubec. Rectore, Panegyrico commendata funebri), d. 24. Febr. A. 1625., natus, & e novem horum liberis natu minimus, in pueritia, nec votis illorum, nec sua ipsius voluntate, studiis destinabatur, sed, nuncio istis misso, paterni tyrocinia jam auspicatus erat opificii. Mutavit tamen animum, cum a Joh. Kirchmanno, Scholæ patriæ Rectore, Latina ad literas revocaretur Epistola, nec invitis parentibus, qvibus, ut studio se addiceret Theologico, desiderantibus, per vocis ac laterum infirmitatem, obseqvi non potuit. Juridico, ei prælato, aliisqve simul Polymathiæ partibus, ut animum imbueret, e ludo urbis patriæ, A. 1641. in Gymnasium Dantiscanum, A. 1642., in Acad. Regiomontanam, 1643. in Rostochiensem, &, biennio post, Dania prius salutata, in Lugduno-Batavam, abiit, Doctorisqve titulum, finito itinere in Angliam & Galliam literario, Basileæ A. 1648. reportavit. In patriam redux, Ordinum paulo post Saxoniæ inferioris, & Collegii Canonicorum Ratzeburgensium, factus est Syndicus, & hujus qvidem (a qvo A. 1650. Noribergam ad Imperii proceres, & Vindobonam ad Imperatorem, ablegatus Bohemiam lustrabat & Hungariam), decennio post, uti in Panegyri Irenica Monasteriensi inter partes convenerat pacificentes, extincti, omnium ultimus. Syndicis etiam Lubecensibus eum, in V. C., Jacobi a Mellen, Catalogo illorum ἀνεκδότῳ, video annumerari, sed, cum Biographos, omnesqve alios, de munere hoc silere observem, per errorem id factum esse conjicio. Ratzeburgum e legatione reversus, Sibyllæ Hedvigi simul, Duci Saxo-Lauenburgicæ viduæ, ejusqve sorori, Annæ Elisabethæ, per annos complures, fuit a consiliis, ab A. 1658. autem (qvo Syndicatu se abdicabat Ratzeburgensi) causarum forensium Patronus, in civitate patria, omnium consensu integerrimus. Ex hac a Wilhelmo Christophoro, Landgravio Hasso-Bingenhemiensi, cui Anna Elisabetha nupserat, Bingenhemium A. 1665. ad Consiliarii avocatus est dignitatem, &, post scripta qvædam gravissima, jussu suo, illic & Francofurti elaborata, Gotham, ad Ernestum Pium, Saxoniæ ablegatus Principem. Huic ita se approbavit, ut sibi vindicatum Senatoribus A. 1666. adscriberet aulicis. Qva in statione, qvadriennio post, A. C. 1670., & æt. 45., noster expiravit, qvinqve filiis, tribusqve filiabus, ex Anna, Davidis Gloxini, J. U. D. & Consulis Lubecensis, gnata, d. 15. Jun. A. 1651. fœcundo sibi juncta matrimonio, Sexennio jam ante obitum, susceptis. E qvibus parenti, præter alios, David Balthasar, J. U. D. & Advocatus Gothanus, Augustusqve Hermannus, Theologus Acad. Halensis celeberrimus, fuere superstites. Fusius vitam ejus exponunt Henr. Bangertus (ad A. usqve 1664. ejus tantum pertexens historiam) *in Sermone* Ἐπιταφίῳ, memoriæ matris ejus, Elisabæ Franckiæ, A. 1664. scripto, ipsi inscripto, Lubecæqve *in 4.* edito, ac Casp. Sagittarius, *in Historia Gothana pleniore*, *c. 16.*, *p. 282. 283.* Confer ejusdem *Memorabilia Historiæ Gothanæ*, *c. 9.*, *p. 72.*, & Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athenarum Lubecensium p. 38-42.*

Disp. Jurid. de Legatis, Præside D. Henr. Rahnio. Rostochii 1644. in 4.

Disp. de Cumulatione actionum, Præside D. Bernh. Schotano. Lugd. Bat. 1647. in 4.

Disp. Inaug. de Stipulationibus. Basileæ 1648. in 4.

Planctus in funere Henr. Rahnii, JCti Rostochiensis. Lubecæ 1662. in 4.

Elegia prolixa ad Henr. Bangertum, Scholæ Lubecensis admotum Rectoratui, Gratulatoria, Præceptorem scholasticum

ſticum cum Magiſtratu comparans Politico, Epiſtolaqve ad eundem, Bangerti *Orationi* muneris hujus *auſpicali*, qvæ Lubecæ A. 1664. *in 4.* prodiit, ſubjunctæ, recuſæ autem *Parte II. Athenarum Lubecenſium* Joh. Henr. a Seelen (ed. A. 1720), *p. 42-58.*

WOLFGANGUS CHRISTOPHORUS FRANCKIUS, Kilonienſis, Chriſtophori, Profeſſoris S. Lit. primarii, longe celeberrimi, filius, templi in patria Nicolaitani, ab A. 1694., Eccleſiaſtes, & Theologiæ ſimul, in Academia, Profeſſor, ab A. 1709., extraordinarius, ac ab A. 1712. ordinarius. Conf. de illo Chr. Grundmanni *Oſſa & cineres A. 1716. defunctorum p. 50. 51.*

Diſſ. de Imputatione juſtitiæ Chriſti, Socinianis potiſſimum oppoſita, Præſide D. Chriſtoph. Franckio, parente, propoſita. Kilonii 1691. in 4. (Hujus examen M. Frid. Grammius, adverſarius Parentis pariter atqve ipſius maledicus, A. 1698., *in Epiſtola ad Presbyterium Lubecenſe, p. 8.*, eſt minatus.)

D. Chriſtoph. Franckii, Parentis, Brevis & liqvida Demonſtratio Deitatis Chriſti, ex immotis S. Lit. fundamentis deducta, qva ſimul Jonæ Schlichtingii argumentis & exceptionibus occurritur; ab eo, cum Epiſt. ſua Dedic. & præfatione, edita. Kilonii 1705. in 4.

Diſputationes de Scriptura Sacra. Kil. 1714. 1715. in 4.

Die an GOtt bleibende GOttesKinder; oder Leichpredigt über M. Gabriel Wedderkopfen, Paſtorem der Stadt Kiel, aus Pſ. LXXIII. 25. 26. Kil. 1696. in 4.

Leichpred. über Joh. Wern. Führſen von Hamburg, LL. Stud., A. 1712. gehalten. in 4.

CONRADUS GEORGIUS FRANTZKE, Holſatus, J. U. C.

Diſp. Jurid. de Teſtatore cauto, ab illo conſcripta, & Præſide D. Joh. Kleinio defenſa. Roſtochii 1699. in 4. Recuſa ibidem A. 1707. in 4. Recenſum ejus exhibent Pariſienſes (Præſidis mentione omiſſa) *in Diario Erud. Gallico Anni 1707., P. IV., Ephem. 50., p. 457, 458. 459.*, & Lubecenſes *in Nov. Lit. Septentr. A. 1699., M. Nov. p. 328., ac M. Dec. p. 354.*

HENRICUS FREDELAND, Eccleſiæ initio Schluckupienſis in agro Lubecenſi, & deinde Lubecenſis Jacobææ, aliqvamdiu miniſter (1.), ab officio hoc, una cum Joh. Beato, Diacono Mariano, qvod erroneam ejus (de qva *Tomus II.*, in vita Beati, plura docebit) de Symbolorum Euchariſticorum conſecratione ſententiam, cum Lamp. Fredelando, Med. Licentiato, cognato ſuo, approbaret, A. 1568. deturbatus, Roſtochium cum eodem commigravit, fidusqve ipſius, in controverſia, ob errorem jam memoratum, ab urbis hujus ei mota Theologis, per annos aliqvot, fuit Paraſtata (2.). Illinc itidem A. 1569. cum Beato ejectus, diverſis in locis vixit, donec, verno Anni 1575. tempore, Hamburgi Diaconatum Petrinæ obtinuit Eccleſiæ. Sed, biennio elapſo, cum compertum eſſet, eum non Beati ſolum, ſed & Matthiæ Flacii (cujus præcipuis a Conr. Schlüſſelburgio (3.) & Joh. Ern. Gerhardo (4.) annumeratur aſſeclis) abſurdo de peccato originis errore eſſe infectum, Senatus confeſtim remoto ſua itidem urbe A. 1577. interdixit (5.). Hamburgo in Bataviam migravit, & cœtui oppidi Wördenſis Lutherano, una cum Joh. Beato, usqve ad A. 1579., præfuit, qvo ambo, poſt turbas datas, exautorationem metuentes, ſponte ſua hoc etiam munere ſe abdicarunt, & templum, in qvo docuerant, Reformatis occupandum reliqverunt (6.). Confer qvæ, de utroqve, *Parte IV. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 5., §. 11., p. 475-478.*, in certaminum ſacrorum Lubecenſium hiſtoria, a me jam ſunt narrata.

Scriptum Apologeticum, mihi non viſum, cum Joh. Beato juris fecit publici, qvod a ſe lectum nuper eſſe Joh. Bernhardi, Præpoſitus noſtras Sünderburgenſis, in Epiſtola MS., ad Laur. Jacobi, Diac. Flensburg., Prid. Kal. Apr. A. 1570. exarata, teſtatur.

JOHANNES FREDERUS Junior, in Civitate Hamburgenſi, patre cognomine, ædis tunc illic Cathedralis Antiſtite, & Theologo poſtea Pomeraniæ celebri (*de qvo fuſius Tomo dicetur Secundo*), matre vero Anna, e gente Falckiorum in Miſnia nobili oriunda, A. 1544. feſto natus Epiphaniæ, ſcholas patriam ac Stralſundenſem puer freqventavit. Adultior Roſtochium eſt miſſus, & hoſpitem nactus Dav. Chytræum, Theologum Academiæ incomparabilem, Parentis amicum, vereqve paterno ſe amore proſecutum. Is, perſpecta noſtri indole, ab ipſa natura ſtudiis deſtinata elegantioribus, valdeqve egregia, autor ei, ut, cum Theologico, iſta etiam, & Poeſin inprimis, Parentis exemplo, conjungeret, extitit, &, in verſibus, cultis licet atqve venuſtis, intemperanter effundendis, juveniliter primum luxuriantem, ut *non tam multitudini illorum ſtuderet, qvam pauca, & bene elaborata, bonisqve & gravibus ſtipata noematis, ſcriberet*, prudenter eſt hortatus (7.). Idem ſtudia ejus non dextre ſolum moderatus eſt, ſed literarum etiam patronis, urbisqve præſertim patriæ Senatui, & Conſuli Eberh. Mollero, miſſis Hamburgum duabus Epiſtolis (8.), A. 1575. de nota commendavit optima, &, ut ſubſidiis proveherentur nummariis, facile impetravit. Ab eodem, a Maximiliano II., Imperatore, aliisqve Principibus, in regiones ſuas ac aulas ſæpius evocato, miniſter comesqve itinerum adſcitus, Germaniam in his ſuperiorem, Saxoniam, Weſtphaliam, Pruſſiam ac Poloniam, perluſtravit, ac cum Viris illarum doctiſſimis amicitiam contraxit, commercio deinde confirmatam literario. Ejusdem commendatione A. 1568. Scholæ Güſtrovienſis Rector (9.), & A. 1572. Eloqventiæ ac Catecheſeos in Acad. Roſtochienſi Profeſſor, conſtitutus, filiam patroni hujus ſui natu maximam, Margaretam, A. ſeqv. 1573., d. 28. Apr., conjugem obtinuit (10.), novemqve ex illa ſuſtulit liberos, e qvibus filiæ qvinqve, &, has inter, Margareta, M. Nicol. Rhodomanni uxor, & Anna, M. Henr. Varenio, Superintendenti in Ducatu Lüneburgico Ulzenſi, Hyperaſpiſtæ Joh. Arndii eximio, elocata, Auguſtumqve Varenium, Theologum magni nominis Roſtochienſem, enixa (11.), patri fuere ſuperſtites. In profeſſione Theologiæ ordinaria, & ſacra Eccleſiarum Diœceſeos Roſtochienſis Ephoria, Simoni Pauli A. 1592. ſucceſſit (12.) cum qvadriennio ante, d. 13. Jul. A. 1587., Brabeuta Luca Bacmeiſtero Seniore, Doctoris reportaſſet titulum Theologi, a ſe viciſſim A. 1594. Val. Schachtio & Dav. Lobechio, Collegis, Henricoqve Heshuſio, Antiſtiti Hildeſienſi, ac A. 1595. Balth. Masqvedelio, aulæ Danicæ Concionatori, collatum. Ordinis, & Philoſophici, & Theologici, ſæpius fuit Decanus, Academiæ autem totius A. 1584. Rector (13.), A. 1594., Auguſto Juniore, Duce Brunsvicenſi, ad Rectoratum evecto, Prorector (14.), & A. 1600. denuo Rector A. 1602., juſſu Ulrici, Ducis Megapolitani, *Ordinationem*, qvam vocant, Ducatus

(1.) V. Jac. a Mellen *Catal. MS. Eccleſiaſtarum Lubecenſium.* (2.) V. Nicol. Gryſii *Hiſtoriam vitæ Joach. Sluteri Saxonicam, ad A. 1569., lit. R. 3. b.* (3.) *Lib. 2. Catal. Hæret. p. 3.* (4) *in Diſſ. de Flacianiſmo, §. 31.* (5.) V. Anonymi *Catal. MS. Miniſtrorum Eccl. Hamb.*, & J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 865.* (6) V. qvæ, e Mart. Schookii *Tr. de Bon. Eccl. p. 400.*, Th. Crenius, *P. XI. Animadv., c. 1., p. 92. 93.*, retulit. (7.) *in Epiſtola ad eum*, inter reliqvas Chytræi *p. 444.* obvia. (8.) In eadem Sylloge has qvære *p. 171. 172. 205. 206. 207.* (9.) V. Frid. Thomæ *Appendicem Analectorum Güſtrovienſium p. 62.*, Nath. Chytræi Jambos ad eum, ſcholæ huic præfectum, *in Poematis, f. 340. b. 341. a.*, & M. Gotfr. Ludovici *P. III. Hiſtoriæ ſcholarum, p. 406.* (10.) V. Dav. Chytræi, ſoceri, *Epiſt. ad Sev.* Göbelium, *l. c., p. 527. 528.*, & Nath. Chytræi, fratris ejus, Epithalamium, *in Poem.*, *L. I. Epithal.*, *fol. 238.*, & O. F. Schützii L. 2. de vita D. Chytræi *p. 246.* (11.) V. *Programma* de vita Aug. Varenii, in H. Wittenii *Centuria Memor. Theol. renov. p. 2142. 2143.* (12.) V. Dav. Chytræi *Ep. ad Er. Marbachium, l. c., p. 808. 809.* (13.) V. Nic. Gryſii *Catal. Rect. Acad. Roſt.*, *Vitæ Joach. Sluteri adjectum.* (14.) *V. Orationes & Edicta, ab Auguſto in Rectoratu illo propoſita*, junctim Roſtochii A. 1594. edita in 4.

catus totius *Ecclesiasticam*, cum qvinqve Theologis aliis, revidit, & emendatam auctamqve Rostochii, sermone Germanico, eodem anno curavit excudi, Lüneburgi postea A. 1650. (1.) recusam (2.). Dav. Chytræi, soceri, A. 1600., se Rectore, extincti, obitum adeo graviter tulit, ut, nunqvam fere deinceps integra gavisus valetudine, qvadriennio post, d. 4. Maji A. 1604., ipse etiam vivis sexagenarius excesserit; Professionemqve Theologicam Eilhardo Lubino, Diœceseos autem Rostochiensis Ephoriam Lucæ Bacmeistero reliqverit Juniori (3). Fusius celebratur a Collegis, D. Valent. Schachtio, in Sermone exeqviali in Dan. XII. 1. 2. Germanico, Luca Bacmeistero Sen. in Programmate funebri (in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum* (4.) Lubecæ A. 1709. recuso), ac Joh. Possel io Jun., Eilh. Lubino & Joh. Simonio, in Epicediis. E qvibus, junctim Rostochii A. 1604. (*in 4.*) editis, aliisqve Scriptoribus jam allegatis, hæc vitæ ejus congesta est historia.

Conferri, præter istos, de illo possunt Dav. Chytræi, soceri, duæ ad eum Epistolæ, inter Chytræanas, Hanoviæ A. 1614. editas, *p. 444. 710. 711. 712.*, obviæ, unaqve Joh. Neovini, Superint. Sverinensis, Epicedio suo in Chytræi obitum Græco, Rostochii A. 1601., cum aliis Monumentis de eodem funebribus, impresso, præmissa, Alb. Wichgrevii *Centuria I. Anagrammatum*, *n. 55.*, *p. 68. 69.*, Dan. Crameri *Chronicon Pomeraniæ Ecclesiasticum*, *L. 4.*, *c. 34.*, Joh. Micrælii *P. III. Syntagmatis Hist. Eccl. p. 373.*, Steph. Hahnii *Threnologia de obitu Theologorum p. 7.*, & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1604.*

ELOGIA.

Dav. Chytræo, in Ep. ad Senatum Hamb. A. 1575. scripta (*l. c. p. 207.*), *Vir* audit *virtute, ingenio ac doctrina eximia, præditus.*

Lucæ Bacmeistero Sen. (*in Progr. fun.*) Vir, qvi *ingenio, memoria, & eleganti L. Lat. facundia, in prosa ac ligata oratione, ac fide & dexteritate in docendo, valuit, studiisqve artium & lingvarum Theologiæ cognitionem solidiorem conjunxerat.*

Eilh. Lubino (*in Programmate, Or. auspicali Joh. Slekeri, Phys. Prof. Rostoch., præmisso*) *Theologus, Poeta & Orator insignis.*

Pet. Lindebergio (*Lib. V. Chron. Rostoch.*, *c. 6.*, *p. 160.*) *Vir pietate, eruditione & virtute, ornatissimus, ardentiqve veritatis zelo;* nec non (*L. 5.*, *c. 11.*, *p. 171.*) *Vir maximi judicii & eruditionis.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

I. PROPRIA.

Poema de vita Parentis sui, M. Joh. Frederi, Elegiacum, & Epitaphium Annæ Falckiæ, matris, A. 1563. conscripta ac edita, & in Joh. Alb. Fabricii *Parte II. Memoriarum Hamburgensium*, *p. 973-982.*, A. 1710. recusa.

Epicedion Heroicum in obitum Joach. Westphali, Superint. Hamburg., & Epitaphia alia, scripta Viris aliqvot reverendis, & præclare de Ecclesia & Republica Hamburgensi meritis, qvi superioribus annis obierunt: Excusa, cum Jod. Methodii *Orat. Funebri de vita ejusdem Westphali*, Rostochii A. 1575. in 4. Epitaphia sola Joh. Alb. Fabricius Hamburgi A. 1710., *l. c. p. 915-922.*, recudi curavit. Epicedium Dav. Chytræus, in Epistola de illo Id. Apr. A. 1575. ad Senatum exarata Hamburgensem (*l. c. p. 207.*), suo refert scriptum esse hortatu, *diligentiaqve & fide singulari elaboratum* judicat.

Oratio de S. Augustino, in promotione Magistrorum, die Augustini, habita. Accedunt selectæ aliqvot Sententiæ, in Locos Catecheticos distributæ. Rostochii 1578. in 8. Recusa inter Dav. Chytræi *Orationes* (Hanoviæ A. 1614. *in 8.* editas) *p. 589-610.* Conf. de illa Chytræi Epist. ad Eberhardum, Episc. Lubec., inter *Epistolas* reliqvas, *p. 90. 91.*, obviam, & Ott. Frid. Schützii (Chytræo eam vindicantis) *Lib. 2. de Vita Dav. Chytræi p. 577. 578.*

Theses de Philosophiæ moralis origine, præstantia & usu. Rost. 1578. in 8.

Or. de Sedulitate, carmine Heroico scripta, & in promotione Magistrorum, d. 13. Mart. A. 1582., recitata. Rost. 1582. in 4.

Or. de dignitate & præstantia doctrinæ cœlestis, initio Prælectionum Catecheticarum habita. Rost. 1584. in 8.

Epicedion in obitum Elisabethæ, Ulrici, Ducis Megapol., conjugis. Rost. 1586. in 4.

Theses Inaugurales de Verbo Dei, seu S. Scriptura, Præside D. Luca Bacmeistero Sen. Rost. 1587. in 8.

Gratulatio, Johanni & Sigismundo Augusto, fratribus, Ducibus Megapolitanis, carmine de familiæ Megapolitanæ Genealogia Heroico facta. Rost. 1588. in 4.

Orationes & Edicta ab Augusto Juniore, Duce Brunsvicensi, A. 1594., in suo Acad. Rostoch. Rectoratu, proposita. Rost. 1594. in 4. (Hæc Fredero, Augusti Prorectori, magnam haud dubie partem debentur.)

Theses de Prædestinatione, Respondente M. Balth. Masqvedelio, Reginæ Danicæ Ecclesiaste, & Doctoratus Theologici Candidato. Rost. 1595. in 4.

Poema Heroicum de Ascensione Christi. Rost. 1604. in 4.

Periochæ Epistolarum, qvæ diebus Dominicis prælegununtur, singulis Tetrastichis Elegiacis, Evangeliorum autem singulis Distichis, comprehensæ. Sine anni lociqve mentione in 4.

Orationes de Helisæo, de Joh. Chrysostomo, de D. Georgio, & Synodica, singulatim (*teste Catalogo Zeidleriano*) *in 8.* editæ.

Poematia duo de Johanne, Duce Megapolitano, & Gothardo, Duce Curlandiæ, funebria Heroica, in Dav. Chytræi *Orationum illustrium Tomo*, Argentinæ A. 1600. *in 8.* impresso, *p. 223-228. & 350-353.*, recusa.

Carmina varii generis alia, sparsim diversis edita temporibus.

II. ALIENA.

Programmata in exeqviis uxoris, liberorum & affinium D. Dav. Chytræi, suorumqve liberorum, Rostochii proposita, cum suis aliorumqve in eorundem obitum Epicediis, collecta, & *Parti I. Libri* Dav. Chytræi *de morte ac vita æterna*, Appendicis instar, subjecta. Witeb. 1581. in 8.

Dav. Chytræi Summa doctrinæ de vera Dei agnitione, seu Descriptio Dei usitata, in Locis Theologicis Philippi explicata. Witeb. 1584. & Rost. 1588. in 8.

Ejusdem Explicatio Articulorum Symboli Apostolici de filio Dei, D. N. J. C., e Prælectionibus ejus collecta. Witeb. 1584. in 8.

Ejusd. Libellus de Sp. S. divinitate & beneficiis, e Prælectt. collectus. Rost. 1584. in 8.

Ejusd. Prælectionum de Baptismo & Eucharistia Excerpta. Witeb. 1584. in 8.

Ejusd. Capita doctrinæ cœlestis de patientia & consolatione in cruce. Rost. 1585. in 8.

Ejusd.

(1.) *in 4.* (2.) V. Zach. Grapii Jun. Evangelisches Rostock, *c. 10.*, *p. 351.* (3.) teste Joach. Cüstero *in Or. Fun. in obitum Bacmeisteri.* (4) *num. 2.*, *p. 5-11.*

Ejusd. Operum Tomus I., continens Enarrationes in V. Libros Mosis. Præfixa est Frederi ad Rudolphum II., Imperatorem, præfatio. Lipsiæ 1598. in fol.

Ejusdem Operum Tomus II., continens Enarrationes in Historiam Josvæ, Judicum & Ruthæ, Prophetas aliqvot minores, Psalmos aliqvot, & Siraciden, simulqve Onomasticon Theologicum. Cum præfatiuncula Frederi. Lips. 1599. in fol.

GEORGIUS (Germanis Jürgen) FRESE, Heidæ, vico Dithmarsiæ Borealis, d. 23. Apr. A. C. 1623., patre fabro natus ferrario, Scholam patriam, & deinde Itzehoensem, freqventavit, sed, svasu Cantoris hujus, Thomæ Sellii, ob ingenium studiis (licet summo horum amore flagraret) minus idoneum, mature ab iis est abstractus, & Hamburgum, ut mercaturæ assvesceret, a parente ablegatus. Urbem hanc, relicta navi, A. 1639., ipso die ingressus natali, triolido Alexandri, Ducis Holsato-Sünderburgici, qvo solo pater abeuntem, velut viatico, instruxerat, fœminæ pauperi, ejusqve tribus parvulis, ad ripam Albis sibi obviis, non sine indignatione nautæ, confestim donato, duobus fideliter, per octennium, famulatus est Dominis, ob pietatem & probitatem utriqve gratissimus. Exacto isto, jureqve civitatis A. 1647. Hamburgi impetrato, vasorum poculorumqve vitreorum ac fictilium venditione non vitam solum postea toleravit, sed mediocres etiam honeste sibi acqvisivit divitias. Qvorum cum apparatum conqvisiturus, die iterum natali A. 1647., ad officinas Holsatiæ abiisset vitriarias, discedens triolidum eundem, qvem mulieri ante octennium donarat pauperculæ, in suis reperit loculis, & de pecuniis, ad merces coemendas necessariis, qvas nec a parente, suæ opis, abunde postea ei præstitæ, indigo, sperare, nec ab aliis, subsidia antehac large pollicitis nummaria, ob illorum tenacitatem, impetrare, poterat, sollicitus, aurigæ Holsatici, adjutoris velut ἐκ μηχανῆς a numine submissi, non 400. solum sponte mutuo ipsi offerentis Imperiales, sed prædem se etiam fore mercium, mille constantium Uncialibus, promittentis, subitam expertus est benignitatem. Auxilio hoc inopino sublevatus, mercaturam, propitio numine, inchoavit, &, per 50. annos continuos, feliciter continuavit, tandemqve, susceptis e conjuge priori, A. 1649. ducta, & triennio post defuncta, filiis duobus, e posteriori autem, A. 1653. isti subrogata, tribus pueris ac qvinqve puellis (1.), M. Jan. A. C. 1697., & æt. 74., pie ac placide expiravit. Religionis, cui innutritus erat, Lutheranæ fuit tenacissimus, a Pontificia autem, sectisqve aliis, & Fanaticorum somniis, alienissimus, uti, e scriptis ejus, a Christ. Kortholto (2.) fuse est demonstratum. Non autem solo fidei nomine & schemate externo gloriabatur, sed singulari hanc vitæ sanctitate, morumqve integritate (cui falso adulterii, qvod publice est amolitus (3.), crimine maculam aspergere calumniatores frustra sunt annixi), beneficentia in egenos & Ptochotrophea (qvibus pecunia omnis, qva libri, sumptu editi proprio, vendebantur, cedebat (4.)) Hamburgensia insigni, sabbathi observatione religiosa (5.), aliisqve virtutibus, qvarum, præter Kortholtum (6.), testes sunt concives universi, ornabat, & ἀνυπόκριτον esse ostendebat. Peccata omnis generis uti ipse oderat, ita ab aliis, summis pariter atqve infimis, commissa acriter, tum in congressibus qvotidianis, tum in libellis suis, insectabatur, Censor vitiorum Magistratuum, Ecclesiastarum, mercatorumqve & opificum, urbis suæ utrobiqve severus ac intrepidus. Non dubitavit certe Ordinem Senatorium, in ipsa curia, aliqvoties sui admonere officii, & M. Gothofredum Gesium, Antistitem Nicolaitanum, ex ambone sacro, funera civium ditiorum atqve honoratiorum multis verborum ambagibus, inferiorum autem vix tribus verbis, auditoribus significantem in cœtu Ecclesiastico, A. 1666., voce sonora, ob προσωποληψίαν hanc, publice objurgare. Parem animi præsentiam in scriptis observes, ad animos populares movendos eloqventia qvadam extemporanea ac demagogica dextre satis accommodatis, sed in qvibus nervos ac συνάφειαν haud immerito qvis desideret. Imo tanta erat, in Heroe hoc Christiano, animi imperterriti magnitudo, ut ne ipsum qvidem formidaret Cacodæmonem, qvem puer etiamnum, per mulierem ἐνεργουμένην, rugitu se horribili verbisqve terrentem minacibus, ac in terram violenter prosternentem, responso animoso, & audaci digitorum in os fœminæ immissione, ita irritavit, ut, ad Parentem conversus, eum confestim filium abducere verbis hisce juberet Saxonicis: Du Schmitt nimm dinen Jungen, den Aesströten, strax weg, edder ick wil ehn in stücken toriten. Qvas minas cum hic itidem irrideret, & spiritui maligno suam exprobraret impotentiam, proverbium is de liberis patrissantibus Saxonico-Rythmicum (Alß de Ohlen sungen, so pipen de Jungen: Pack iß et avern Hupen) irarum plenus regessit, & paulo post hymni sacri decantatione est fugatus (7.). Adultior, majori animi robore, hostem hunc Tartareum, A. 1652., post conjugis obitum, & A. 1666., die gestationem annuli igniti innoxiam secuto, tumultibus præstigiisqve nocturnis terrorem sibi incutere conatum, audacter, ut, qvascunqve vellet, ferarum monstrorumqve larvas indutus, secum congrederetur, sibiqve, si qva posset ratione, noceret, provocavit, & Lutheri tandem hymno (Eine feste Burg ist unser GOtt), aliisqve telis mysticis, in fugam conjecit (8.) Fidem istam ac fiduciam in DEum heroicam Idiotæ hujus, qvem Hierarchæ Romani, si suarum fuisset partium, sanctorum cœlitum albo jampridem adscripsissent, alia comitata sunt Charismata divina rariora θαυματουργικά. Duos enim spiritus impuros ex obsessis ejecit, alterum ex ancilla vici in Ducatu Megapolitano Rhenensis (9.), alterum (d. 19. Mart. A. 1683.), cum sannis sibi ante protervis ob libros insultasset editos, e Catharina Grambeckia, puella Hamburgensi. Posterioris Energumenæ historiam ipse publicavit vernaculam, cum duobus Christ. Kortholti & Theologorum Kiloniensium judiciis, a temeritatis & ἀλλοτριοεπισκοπίας crimine gemino, per homines sibi objecto malevolos, suum hoc circa obsessos χάρισμα (a Phil. Jac. Spenero (10.) etiam celebratum) absolventibus. Alias ejus actiones miraculosas taceo, sola illa, reliqvis celebriore, excepta, qva, Popponis, Danorum Apostoli, æmulus, d. 11. Jan. A. 1666., prunas candentes, annulumqve ferreum ignitum, sine ullo & doloris sensu, & manuum noxa, gestavit. Carceri tunc civico honestiori (dem Winser Baume), ob παῤῥησίαν contra Virum præcipuæ dignitatis, per menses aliqvot, inclusus, in eodem degebat cubiculo cum Joh. Georgio Witzendorfio, Patricio Lüneburgensi, ex Ergasterio illuc publico, post hujus conflagrationem, deducto. Is fidem conjugii, virgini olim datam, chirographoqve, suo ipsius exarato sangvine, confirmatam, eam deserendo violarat. &, moerore ob perfidiam hanc lethali confectæ spectrum qvavis nocte oculis suis obversari, erat persvasus. Sera jam sceleris ductus pœnitentia, d. 11. Jan. A. 1666. maturius solito lectum relinqvebat, & desperabundus, voce sonora, spiritus furiasqve infernales, ut animam suam e corporis abriperent ergastulo, hortabatur, nulloqve istorum adventante, cultro, forte fortuna reperto, semet ipsum interimere parabat. Inhibitus a Fresio, subito accurrente, &, cum reluctaretur, in terram prostratus, qvid piaculi commisisset, enarrabat, &, peccatum hoc esse in Sp. S. persvasus, omnem veniæ ac salutis spem abjiciebat. Meliora a nostro e sacro edoctus Codice, solatiis tamen non acqviescebat, seqve, remitti peccatum istud posse, non ante affirmabat crediturum, qvam igni urendi, aqvæ ignem restingvendi, telluri fruges proferendi, aut aeri sese movendi, facultas novo miraculo, spectante se, esset adempta. Fresius, temeritate hominis objurgata, fiduciæ

(1.) Hanc vitæ suæ historiam ipsemet, *in Conspicilli Atheistici Appendice, p. 88-128.*, fusius exposuit. (2.) *in Thaumatographia p. 114-119.* (3.) in der Anweisung über die 10. Gebote *p. 138-143.* (4.) V. Korth. *l. c. p. 134.* (5.) V. die Anweisung *p. 87-93.* (6.) *l. c. p. 122.* (7.) V. die Anweisung *p. 58-62.* (8.) V. die Atheistische Brille *p. 104-107. 126. 127.*, die Europæische Friedenspofaune *p. 9. ac seqq.*, & Kortholti *Thaumatograph. p. 41-44.* (9.) V. *Præfat.* der Anweisung *p. 5-11.* (10.) *P. I. Consil. Theol. Lat., c. I., Art. I., n. 57., p. 147.*

fiduciæ in Deum plenus, prunas initio e fornace vicino candentes, & annulum deinde ferreum ingentem ignitum, qvem, e solo sublatum, eidem, ut candefieret, immiserat, animose tollebat, &, spectantibus, præter Witzendorfium, hospita, ejusqve filia, famulo, ancilla, & Joh. Mullenhauero, mercatore, conclave interea ingressis, manu sua, sine ulla (uti præsentes ocularis docuit inspectio) ejus læsione, aut doloris sensu, spatio temporis gestabat haud exiguo, istoqve desperabundum ad spem salutis erigebat miraculo. Annulus, in solum abjectus, limen januæ ligneum adussit, ac, Præfecti carceris, domum paulo post reversi, sputo madefactus, fumo & stridore, se etiamnum candere, demonstravit; Fresii autem manus postridie, cum instrumentum aliud ferreum ignitum incautius attrectaret, adusto digito, potentiam igni resistendi naturalem sibi non esse, est testata. Historia miraculi hujus plenior, ab ipso θαυματέργῳ, A. 1672. *in Tuba pacis Europæa* (1.), & A. 1673. *in Conspicilli Atheorum Appendice* (2.), est exposita, ac, in *præfatione* ejusdem, A. 1681. recusi, contra obtrectatores vindicata incredulos. A Christiano deinde Kortholto, Theologo Kiloniensi, de veritate ejus, tum ab ipso Fresio, tum a testibus cæteris αὐτόπταις, & coram a se ipso, & denuo, rogatu suo, ab Ott. Sperlingio Juniore, JCto tunc Hamburgensi, ac M. Hermanno a Petkum, Antistite Petrino (3.), accurate Hamburgi examinatis, edocto, A. 1677. eadem est repetita, & contra Atheos (Fresii temperamento singulari, affectuumqve & imaginationis vehementiæ Ecstaticæ, ἀναισθησίαν illius forte imputaturos) ac Pontificios, ulterius defensa, Tractatu peculiari vernaculo, Kilonii A. 1677. & 1698. (4.), cum annuli ipsius trilibris (Bibliothecæ Academicæ Kiloniensi, teste Gotfr. Arnoldo, illati) Icone, publicato, cujus hic est titulus: *Thaumatographia*, oder umbständliche Relation, was in Hamburg, mit einem glüenden eisernen Ringe, sich wundersames und merckwürdiges zugetragen: Samt angezeigten Nutzen, wie man dessen, wieder die Atheisten und Papisten, wie auch bey angefochtenen Personen, sich zu bedienen habe. Kortholto sua debent Autor Anonymus des kurtzen gründlichen Berichts von zweyer Kaufleute, Johann Thamsen und Georg. Fresens, Wunderglauben, opusculi Lipsiæ A. 1691. excusi (5.), ac Halæ A. 1701., in Gotfr. Arnoldi *Vitis fidelium* Germanicis (6.), recusi, Sectione secunda Fresiani narrationem sistentis miraculi, &, qvi brevius idem celebrarunt, Phil. Jac. Spenerus (7.), Christ. Scriverus (8.), Eberh. Gvern. Happelius (9.), istumqve allegans Gotfr. Arnoldus (10.). Naturæ illud vires excessisse merito jam olim (11.) affirmavi, suisqve suffragiis confirmarunt contra Philosophos ejus obtrectatores (qvibus D. Brandium, Chymicum Hamburgensem, Dethl. Cluveri fide, accenseo), Joh. Dan. Major, Prof. Med. Kiloniensis, scrutatorqve arcanorum naturæ sagacissimus (12.), & Sam. Reyherus, ejusdem Academiæ Mathematicus, *in Mathesi Mosaica p. 161.* Conf. Matth. Nicol. Kortholti in Annulum ejus ferreum Epigramma, *Libro I. Epigramm. p. 30.* obvium, & Joh. Wilh. Petræi *Historiam vitæ suæ Germanicam p. 64.*

ELOGIA.

Phil. Jac. Spenero (*P. I. Consil. Theol. Lat. p. 147.*) *pius* audit *mercator*.

Christ. Kortholto (*l. c. p. 122.*) ein recht frommer, redlicher und Gottfürchtiger Mann, dessen Christenthum nicht in blossem eusserlichen Scheine, sondern in der That, bestehet, und durch vielfältige Früchte sich zu erkennen giebt, wie gantz Hamburg kan zeugen, und auch auß seinen Büchlein zu sehen.

Joh. Dan. Majori (*l. c.*) *Vir certe probus & integer, sibiqve qvondam Hamburgi optime notus.*

Frid. Breclingius, in Testium veritatis contra Christianismum degenerem Catalogo, *Tomo IV. Hist. Eccl.* Gotfr. Arnoldi inserto, *p. 761.*, istis eum accensuit.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Europæische Friedensposaune, oder Discurs zweyer Brüder vom ietzigen Tumulte der Welt. Hamburgi 1672. in 12. (In opusculo hoc, sicut & seqventi, Autor, literis nominis retrogrado collocatis ordine, ESERF NEGRUI in titulo vocatur, uti a Vinc. Placcio, *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 459.*, jam est monitum.)

Atheistische Brille; wobey eine Erinnerung der H. Sabbathsfeyr, eine Frage, welche ietzt die grösseste und muhtwilligste Diebe in der Welt sind? und ein Anhang wieder die ietzt allzusehr einreissende Hoffahrt: durch Esert Negrui, Bürgern in Hamburg, A. 1673. 1676. & 1681. in 12. Invectiva est in Atheos, sabbathi profanatores, fures, fœneratores, monopolas monetarios, rabulas & litigatores forenses, Studiosos ἀσώτους, & Pontificiæ religionis asseclas. Præfatio Ordinum Politici atqve Ecclesiastici, nec non mercatorum & opificum, urbis Hamburgensis acriter perstringit vitia, sed A. 1681., in Editione tertia, invectivis haud paucis expunctis, est mutilata.

Christliche einfältige Anweisung über die heilige Zehn Gebote GOttes, zu Uebung eines gottseligen Lebens und Wandels aufgesetzt. Altonæ 1679. & (nova præfatione auctior) Hamburgi 1688. in 12. In vitiis itidem trium civitatis Hamburgensis Ordinum, Ecclesiastici (cui tamen passim adulatur), Politici & Oeconomici, freqventioribus παῤῥησιαστικῶς detegendis & objurgandis est occupata.

Kurtze, doch warhaftige, Relation von einem in Hamburg d. 16-19. Mart. A. 1683. besessenen Mägdlein, Catharina Grambecks: Samt einem Briefe D. Christ. Kortholts an den Autorem. Hamb. 1683. in 12. Seorsim ei accessit, der Theol. Facultät zum Kiel Beantwortung einiger Fragen, das in Hamburg vom Satan besessene Mägdlein betreffend; qvæ, a Kortholto itidem conscripta, A. 1683. *in 12.* Kilonii prodiit. De utraqve in vita nostri jam est dictum.

Treuhertzige Warnung vor der neuen Secte, so noch keinen gewissen Nahmen hat, aber mit diesem 1689sten neuen Jahre ans Tagelicht kommen. A. 1689. in 12. Hanc, *simplicitatem Autoris sui, magis etiam ac scripta priora, miris modis arguere*, vere Vinc. Placcius, *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 459.*, judicat.

HIERONYMUS FRESE, Hamburgensis, J. U. Licentiati titulum Basileæ A. 1631. adeptus, & A. 1641. in patriæ allectus Senatum, cum diversis ad Strategos Cæsareos, nec non (A. 1645.) in aulas Danicam ac Svecicam, functus esset legationibus, d. 2. Aug. A. 1662. vivis excessit. V. Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. Chronologicam, ad A. 1641., p. 49.*

Disp. Inaug. de jure Ususfructus. Basileæ 1631. in 4. Recusa ibidem A. 1658., *Volumine VIII. Dispp. Jurid. Basileensium, num. 35.*

M. CASPARUS FREYTAG, Hamburgensis, Pastor, ab A. 1678., templi in urbe Stadensi Johannei. Vixit A. 1680.

Disp. de officio Ministrorum Ecclesiæ Elenchtico, ex Ezech. III. 16. 17. 18., Præside D. Joh. Ad. Scherzero. Lipsiæ 1670. in 4. Recusa in *Volumine Dispp. Theol.* Scherzeri, ibid. 1682. in 4.

Der GOtt und Menschen wolgefällige Prediger, im Leben und Tode, auß ECLVII., 1. 2. nach dem Muster D. Casp. Mauritii, Pastoris zu S. Jac. in Hamburg, vorgestellet. Hamburgi 1675. in 4.

JOACHIMUS

(1.) *p. 9. & seqq.* (2.) *p. 108-128.* (3.) Horum testimonium in calce *Thaumatographiæ* Kortholti, *p. 171-176.*, legitur. (4.) *in 8.* (5.) *in 12.* (6.) *p. 1090-1121.* (7.) *P. III. Consil. Theol. Lat. p. 364. 412. 837.* (8.) *P. II.* des Seelenschatzes *p. 236.* (9.) *in Relationibus curiosis, P. I., p. 450-464.* (10.) T. III. der Kirchen- und Ketzer-Historie, *c. 24., p. 248.* (11.) *P. II. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 14., p. 76. 77.* (12.) *in Consideratione ferri radiantis, c. 3., §. 13.*

JOACHIMUS FREYTAG, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Successionibus ab intestato, Præside D. Joach. Volschovio. Gryphiswaldiæ 1639. in 4.

CHRISTIANUS HENRICUS FRICCIUS, JCtus.

Schleswig-Holsteinisches Corpus Testamentorum, Contractuum, und was mehr hieselbst, insonderheit unter der Noblesse, gebräuchlich, *in Catalogo nundin. Lipſ. A. 1715. autumn. p. 56.* promissum.

JOHANNES FRICKIUS, Hamburgensis, patre Andrea, mercatore, d. 5. Nov. A. 1671. natus, artisque Medicæ, cui, ab A. 1691., in Academiis Jenensi, Lipsiensi & Halensi, Chymiæ inprimis addictus secretiori, vacaverat, Doctor in Kiloniensi A. 1701. creatus, ac Praxin deinceps ejusdem in urbe aggressus patria; cujus vita in D. Günth. Christoph. Schelhammeri, Præceptoris ac cognati, Programmate *Disputationi* ejus *Inaugurali* præmisso, aurum, quod illa defendit, potabile impugnante, fusius exponitur.

Diatribe Inauguralis Medico-Spagyrica de Auro potabili Sophorum, & putabili Sophistarum, candide ἰατροσόφοις proponens artis Spagyricæ subjectum genuinum, modum operandi legitimum, & Medicamentorum revera Polychrestorum præparationem secretissimam; Præside D. Wilh. Huld. Waldschmidio exhibita. Kilonii A. 1701. in 4. Triplo mox auctior Hamburgi A. seq. 1702. *in 4.* est recusa, adjectis, præter alia Corollaria Chymica, Rami apud Virgilium aurei evolutione Spagyrica, & Syllabo LIX., qvæ, mox enumeranda, 30. tantum annorum juvenis, nimisqve forte largus promissor, expectari a se jussit, Manuscriptorum suorum. Recensum Diatribæ *Ephemerides Eruditorum Gallicæ Anni 1704. Parisienses, num. 4. (ad d. 28. Jan.); p. 94-99.*, exhibuerunt.

INEDITA sive PROMISSA.

1. Summarium V. & N. T. Metricum, singulorum capitum argumenta singulis versibus Heroicis includens.
2. Ἐυκληρίας unum necessarium, sive Concordantia universalis S. Scripturæ, Christi, hominis & naturæ, &c.
3. Speculum majestatis divinæ in Medicina.
4. Medicus ἰσόθεος, τὸ θεῖον Hippocraticum recte intelligens, & ægris inculcans.
5. Τῶ Urim & Thumim fabrica & usus.
6. Academia cœlestis, sive Christiana delineatio illuminatione divina perveniendi ad Encyclopædiam centralem, & scientiarum atqve artium vivam scaturiginem.
7. Cabala Arithmetico-Chymica, Specimen exhibens Philosophiæ per numeros Pythagoricæ, Methodumqve in arcana secretioris Chymiæ penetrandi.
8. Vera per ignem Philosophia Spagyrica.
9. Alchymiæ virus & virtus, sive dubiosa acqvisitio, tædiosa possessio, periculosa professio, & omnium dulcissima sanior meditatio.
10. Resurrectio per naturam demonstrabilis, contra Atheos.
11. Cornu Copiæ sive Pandocheum sapientiæ insipientis, sistens collectanea fabulosæ antiqvitatis, ad seriam veritatis indagationem coaptata.
12. Symbola aureæ mensæ XII. nationum continuata, sive Epitome Historiæ Chymicæ, notitiam Autorum insinuans, & inventa singulorum trutinans.
13. Curiosorum ἔυρημα, decem exhibens inventiones, qvæ sunt: 1. Lapis Philosophicus; 2. Liqvor Alkaheſt; 3. Lumen inextingvibile; 4. Vitrum malleabile; 5. Linea hyperbolica in speculo Caustico, sive sectio Parabolica; 6. Gradus longitudinis; 7. Qvadratura circuli; 8. Mobile perpetuum; 9. Accurata temporis notitia; 10. Futurorum præscientia.
14. Lapis Physicus Panchrestus, seu Tincturæ Physicæ multifarius usus.
15. Majestas aurifica, sive Elogia Imperatorum, Regum, Principum & Comitum, qvi seculis recentioribus Chrysopoeticam amarunt, exercuerunt & viderunt.
16. Specimen artis & Medicinæ auriferæ, per commercium literarium.
17. Elenchus Chymicorum aliqvot Germanorum, qvi Chrysopoeticæ insudarunt, inventiones illorum examinans, multorum errores notans, ac singulorum fata recensens.
18. Oedipus Basilianus, seu Clavis Clavium scriptorum & manipulationum F. Basilii Valentini, &c.
19. Lapis ignis Basilianus, sive artis Spagyricæ particulare regulinum.
20. Indagatio doctrinæ & excerptorum Philalethæ.
21. Tollius sapientiæ insanientis consultus, sive Demonstratio, exemplo Jac. Tollii, viri omnium literarum, qvam facile error obrepere possit in Theoria Chymiæ sublimioris, ubi ingenio magis, qvam judicio saniori, & praxi manuali inprimis absqve gratia divina singulari, confidere audeamus.
22. Epitome Laconica de reverberio Spagyrico, sive Practica Commentatio in Vitulum aureum Joh. Frid. Helvetii.
23. Collegium Practicum in Mich. Maieri Secreta naturæ Chymica, seu Emblemata.
24. Fimi Philosophici dignitas & utilitas.
25. Allegoria Chymica de gemma tergemina Medicinali, circa confinia Utopiæ felicis, in verticoso maris Erythræi gurgite, repertitia.
26. Syntagma de Tincturis gemmarum, Philosophica arte conficiendarum.
27. Tinctura coralliorum, Medica, Chymica & Spagyrica.
28. Aphorismi Acroamatici de Philosophia occulta, seu Alchymia.
29. Planetologia cœli Hermetico-Chymici, & Zodiacus Sophorum.
30. Artis Spagyricæ VII. reqvisita essentialia, sive VII. auri genera, ex sensu S. Scripturæ, Rabbinorum & Philosophorum.
31. Auri astrum θαυματουργον, &c.
32. Brevis expositio Summarii summæ, sive Luminis luminum Gebri MSti.
33. Particularia Chymica, inprimis de arcano Chrysopoetico Venetorum.
34. Anatomia Microcosmica Subjecti Philosophici.
35. Medicina Podagræ, homines & metalla infestantis.
36. Pharmacon ἀθανασίας, & de usu illius atqve abusu.
37. De Vita morientium, & morte viventium.
38. Hippocrates redivivus, seu Comm. in Medicinam Antipestilentialem Hippocratis, juxta ductum Helmontii in Tumulo pestis.

39. Medicus Trismegiſtus, ſeu Exegeſis triplicis Medicinæ, ſupernaturalis & Cabaliſticæ, Aſtralis Magicæ, & Spagyrico-Chymicæ.
40. Solvens Catholicum qvadruplex, ſive Explicatio IV. menſtruorum Mercurialium univerſalium, Mercurii Sophici, Alkaheſt, Alembrot Paracelſi, & Alembrot exiccati.
41. Qvaternarius Medicus Paracelſi, de ejus materia prima, lapide Philoſophico, Mercurio vitæ, & arcano tincturæ.
42. Helmontius enucleatus, de ejus Theoriæ & Praxeos Alkaheſticæ veritate & defectibus.
43. Diarium Chymicum, ſeu Praxis Alchymiæ & Spagyricæ, dietim perficienda.
44. Paradoxa Mathematica, per naturam facile explicabilia.
45. Conſilium pro artibus deperditis reſtituendis.
46. Pharmacia Vitriolica, Medica, Chymica atqve Spagyrica.
47. Strumarum curatio regia, Medica atqve Chirurgica.
48. Vitrum Uromanticum; h. e. Sympathetica affectuum humani corporis cognitio, præſervatio & curatio, per decoctionem Pharmacevticam urinæ in vitro appropriato.
49. Decades aliqvot Medicamentorum polychreſtorum, facile parabilium.
50. Raphael, ſive Benedictio Medica matrimonii, continens præcepta & remedia contra Asmothi dominium, diſcordiam conjugum & ſterilitatem.
51. Sancta Virginitas, de cœlibatu & vita monaſtica.
52. Succincta probatio unitatis eſſentialis morbi & Medicinæ.
53. Monarchia Germaniæ triplex: 1. Politica & majeſtatis Imperialis; 2. Theologica Evangelicæ religionis, per rationem etiam naturalem, præ omnibus aliis, eligendæ; 3. Medico-Chymica adeptæ ſcientiæ, cujus vix alibi uberiora monumenta extant.
54. Seculi XVIII. præludium, de appropinqvante Elia, & Prodromo illius atqve vicario, tria maxima rerum momenta adunaturo.
55. Conjecturæ de venturo Noah & Johanne.
56. Incrementa & ornamenta Hamburgenſia, qvæ æternitati conſecrant; 1. Epitome Chronologico-Hiſtorica, ab U. C. usqve ad hæc tempora; 2. Series Conſulum & Senatorum, in qva plurimorum inſignia Gentilitia ex MS. vetuſto eruuntur; 3. Anagrammata Patricia, viris in republica hac, a Sec. XVII. initio, illuſtribus dicata.
57. Paraphraſis Heroica Hiſtoriæ Tobiæ, Canticum Moſis Devt. 32., Parodiæ Horatianæ, & Carmina alia Juvenilia, ſacra & profana.
58. Crucis & lucis confinia, ſeu Commentationes de vita propria.
59. Nucleus Scriptorum primipilorum, per Indices & Collectanea olim digeſtus, nunc addita Syncriſi, & experientia propria, locupletatus.

Ohe, jam ſatis eſt! *Qvid tanto dignum dabit hic promiſſor hiatu?*

PAULUS FRICKIUS, Hamburgenſis, Med. Doctor & in patria Practicus.
Diſp. Inaug. de Medico obſtetricante. Trajecti ad Rhenum 1707. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 28.*

FRIDERICUS III., Dux lineæ Gottorpienſis Slesvigo-Holſaticus, Adolphi, iſtius Conditoris, Achillisqve Cimbrici, e Chriſtina, Philippi Magnanimi, Haſſorum Landgravii, gnata, filius, Friderici I. autem, Danorum Regis, nepos, Gottorpii d. 21. Jun. A. 1568. lucem aſpexit (1.). Præceptoris, qvem parens ipſi, fratriqve Philippo, præfecerat, Ant. Cautii, Nobilis Galli, ductu, in literis ita profecit, ut, 12. annos natus, Lingvam Latinam calleret, Gallicam non ignoraret, Græcam addiſceret, & alias etiam diſciplinas, una cum hiſtoria omnium gentium novantiqva, familiares ſibi redderet (2.). Tredecennis, eodemqve gaudens Ephoro, cum fratre Philippo, Academiam A. 1581. adiit Heidelbergenſem (3.), & ex illa, poſt Rectoratum ejus A. 1583. adminiſtratum (4.), in Argentinenſem tranſiit, publiceqve in hac recitata Oratione Latina omnium applauſum promeruit (5.). In patriam hinc reducem fata, defuncto Kal. Oct. A. 1586. parente Adolpho, gubernationi qvidem ejus admoverunt, ſed (qvæ Virgilii de præmaturo Marcelli exceſſu querat qverela) Cherſoneſo huic tantum oſtenſum ultra ſupereſſe haud ſiverunt. Poſt ſemeſtre enim imperium, vix 19. annos natus, morte præpropera, A. 1587., die Junii, non qvinta (qvæ in Cypræi *Annales* (6.), Nic. Heldvaderi *Sylvam Circuli Balthici Chronologicam* (7.), & Gvilh. Budæi, perperam illum, *FRIDERICUM ERB, in Norwegia, Ducemqve & Epiſcopum Slesvicenſem*, vocantis, *Thanatologiam Sec. XVI.* (8.), irrepſit), ſed decima qvinta, expiravit. Hanc enim & ipſe Heldvaderus (9.) paulo poſt ſubſtituit, & Herm. Schröterus, Eccleſiaſtes Slesvicenſis, ſeqventi in obitum Friderici Eteoſticho, apud eundem (10.), deſignat:

Poſt bIs qVInqVe DIes VbI qVInta reCessIt IVnI,
En, FrIDerICe potens, CœLICa teCta petIs.

Defuncto a D. Paulo ab Eitzen, Theologo aulico, ſermone *in c. 4. Libri Sapientiæ* parentatum eſt Germanico, Sles-
vigæ A. 1587. (11.) excuſo. Conferri de illo, præter jam allegatos, poſſunt duo in obitum ejus Epigrammata, ob eru-
ditionem eum etiam celebrantia, alterum Jonæ Elverfeldii, *Claſſe II. Carminum de Holſatia, ejusqve Ordinibus, lit. F.*
3. a. b., obvium, alterum Anonymi, ab Heldvadero, *l. c., P. II., p. 231.*, exhibitum, Nicol. Heldvaderi ipſius *Sylva*
Chronologica, P. I. p. 51. 52. 133., & P. II. p. 227. 231., Ad. Olearii *Comp. Chron. Holſ. p. 98. 150. 151.*, Caſp. Dancwerthii
P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 13., Phil. Jac. Speneri *Sylloge Hiſtorico-Genealogica p. 161.*, M. Jerem. Kreütteri, Phor-
cenſis, *Gratulatio in Rectoratum ejus Academicum Elegiaca*, Heidelbergæ A. 1583. *in 4.* edita, *Pars I. Iſagoges* meæ *ad*
Hiſt. Cimbr., c. 13., §. 3., p. 197., & Henr. Muhlii *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformat. relig. Cimbrica p. 118. 119. 202.*
203. 204.

ELOGIA.

Eberhardo a Weyhe, Parentis ipſius Conſiliario, & JCto deinde Witebergenſi (*in Or. cit.*), *Princeps* audit *omnibus virtutibus animi & corporis præſtantisſimus, qvi non tantum lingvarum, Latinæ & Gallicæ, cognitionem & uſum reliqvis diſciplinis exacte adjunxit, verum etiam, in hac nobilisſima ætatis parte, omnium gentium res geſtas promtisſima memoria tenet, & ſine cunctatione depoſitas reddit.*

Pet. Lindebergio (*in Comm. rerum memorab. p. 15.*) *Magnæ eruditionis, probitatis & virtutis Princeps.*

Phil. Jac. Spenero (*l. c. p. 161.*) *Princeps eruditus & pius.*

SCRIPTA.

(1.) V. Joh. Ad. Cypræi *Annales Epiſc. Slesv., L. 3., p. 427.* (2.) V. Matthiæ Paiſenii *Collationem hujus ſeculi cum antiqvis*, A. 1595. editam, *lit. E. 7. b.*; Eberh. a Weyhe *Or. de Jure Pontificio*, Witeb. A. 1588. excuſam. & Nic. Cornoperi *Or. Fun., fratri ejus, Philippo, habitam, lit. B. 2. a.* (3.) V. J. H. Hottingeri *Collegium Sapientiæ Heidelb. reſtitutum p. 84.* (4.) V. Melch. Adami *Vitas JCtorum Germ. p. 258.* (5.) V. Cornopæum *l. c.* (6.) *l. c.* (7.) *P. II. p. 227.* (8.) *p. 261.* (9.) *l. c. p. 231.* (10.) *P. I. Sylvæ Chronol. p. 51. 52.* (11.) *in 4.*

SCRIPTA.

Oratio Latina, in Acad. Argent. recitata, qvæ in Biblioth. Gottorpiensi (*teste ejus Catalogo*) MSta superest.

Programma breve, in exeqviis Nicol. Cisneri, JCti & Consiliarii Palatini, A. 1583. Heidelbergæ propositum, & in Melch. Adami *Vitis JCtorum Germanorum, p. 258. 259.*, recusum.

FRIDERICUS IV., Dux lineæ itidem Gottorpiensis Slesvigo-Holsaticus, Joh. Adolphi (Friderici præcedentis germani) ex Augusta, Friderici II, Danorum Regis, gnata, filius, Adolphi nepos, & Friderici I., Monarchæ Danici, Pronepos (cujus majores cæteros Casp. Dancwerthius (1.), & alii Scriptores Genealogici, longa enumerarunt serie (2.)), in arce Gottorpiensi, d. 22. Decembris (non vero, qvem Pet. Ambr. Lehmannus (3.) substituit, Novembris) A. C. 1597., sub eodem, qvo Christus servator, si Nic. Heldvadero (4.) credendum, signo natus est & horoscopo, a Mart. Horkio & Eman. Bocarro Commentationibus (qvæ in Bibliotheca Gottorpiensi ἀνέκδοτοι supersunt) illustrato Astromanticis. Lingvarum scientiarumqve, non Principi solum necessariarum, sed & eruditis propriarum, cognitione mature, in prima ætate, per magistros imbutus idoneos, iter in regiones instituit exteras, sed A. 1616., ob Parentis, d. 31. Martii, se absente, extincti, obitum, e Gallia a matre in patriam est revocatus (5.). In hanc M. Aug. reduci, finitoqve brevi, qvod sub tutela Christiani IV., Daniæ Regis, & Joh. Friderici, Archiepiscopi Bremensis, Avunculi illius, hujus autem patrui sui, exegerat, tempore (6.), & feudo Ducatus Slesvicensis a Rege, d. 2. Dec. A. 1616., per Godschalcum Wensinium & Joh. a Wisch, Legatos, Coldingæ impetrato (7.), ditionum avitarum Holsato-Gottorpiensium universarum, jure primogenituræ, aggresso gubernationem, Ordines illarum ac subditi solenne A. 1617. præstiterunt homagium (8.). Summa his cum laude, in pace, cujus studiosissimus erat, qvamqve ipso promittebat nomine, tranqvilla, primo præfuit decennio, & interea temporis multa in regimine prudenter emendavit Politico, Reformatosqve, qvi in aulam, aliaqve patriæ loca, irrepserant, Theologos, &, hos inter, Phil. Cæsarem, supremum Ducalium Ecclesiarum antistitem, a parente in Jac. Fabricii Senioris, Doctoris Lutherani, ab officio a se remoti, locum incaute subrogatum, revocato in aulam Fabricio, ejecit. Unionem inter regnum Daniæ Ducatusqve Cimbricos, A. 1533. sanctione stabilitam publica, A. 1623. ac 1637., cum Christiano IV., Rege avunculoqve suo, renovavit (9.), arcemqve avitam Gottorpiensem horto gemino ingenti ac pulcherrimo, ædificiis compluribus splendidissimis, aliisqve monumentis ac ornamentis eximiis (10.), sumptibus nullis parcens, magnifice adeo ampliavit, instruxit & exornavit, ut regiis etiam palmam possit reddere dubiam. A. 1619. Remonstrantes, e Belgio fœderato ferali Psevdosynodi Dordracenæ decreto ejecti, potestatem novam, in qva libero sacrorum exercitio (Pontificiis deinde & Mennonitis etiam concesso), aliisqve gauderent immunitatibus, ad Treni Eidoræqve confluentem, in Stapelholmia, Ducatus Slesvicensis provincia, extruendi civitatem ab illo impetrarunt, & condi A. 1621. cœptam a Principis hujus sui, cujus auspiciis pulcherrime exurgebat, & subita capiebat incrementa, nomine Fridericopolin appellarunt (11.). Qvam cum 7. Id. Nov. A. 1623. prima Fridericus vice inviseret, *Panegyricum* ei, nitidum sane & lectu dignum, *ad coram dicendum scriptum*, cum fieri hoc occupationes vetarent publicæ, incolarum nomine, obtulit, & paulo post Hamburgi (12.), permissu ejusdem, edidit, Marcus Gvaltherus, Scholæ Remonstrantium moderator. In bello inter Ferdinandum II., Imperatorem, & Christianum IV., Daniæ Regem, ferali, cum copiæ Chersonesum hanc A. 1627. invasissent Cæsareæ, Fridericus, ab his, cum neutri adhærere parti frustra desiderasset, non in oppida solum reliqva, sed arcem etiam Gottorpiensem, præsidium admittere coactus, Regem ita irritavit, ut ab ipso, in arce hac, M. Aprili A. 1629., obsidione, sed, læto pacis nuncio allato, mox soluta, cingeretur (13.). Qvæ tempestas bellica motibus etiam incolarum Nordstrandiæ, milites recipere detrectantium Cæsareos, adversus Principis mandata & ministros, occasionem præbuit seditiosis, ægre gemino ipsius in hanc insulam itinere, A. 1628. & 1629. suscepto, & carcere Demagogorum (qvorum neminem morte naturali decessisse, Olearius, Heimreichio, popularium suorum patrono, contradicente, perhibet) Gottorpiensi diuturno, compressis (14.). In magno tunc Principem vitæ versatum esse discrimine, cum Oleario, Spenerus (15.) testatur, de suo insuper addens, eum, cum, ob istud, ex insula recipere se cogeretur, ad indignationem commotum, diris, qvibus rebellibus, ut, qvantum undis jam eminerent, tantum illis mergerentur, esse fertur imprecatus, illam devovisse, qvinqvennio post, maxima ejus parte d. 11. Oct. A. 1634. a mari absorpta, Justo DEI judicio impletis, acceptoqve hujus infortunii nuncio, & animo, post primum terrorem discussum, recepto, exclamasse: *Justus est DEus, hæc ipse iis sum imprecatus.* Pace Cimbriæ A. 1629. restituta, Fridericus, hactenus cœlebs, ad conjugium animum appulit, &, nuptiis cum Maria Elisabetha, Joh. Georgii I., Electoris Saxonici, filia (per qvinqve sibi lustra superstite, ac A. 1684. defuncta), Dresdæ d. 21. Febr. A. 1630., pompa, qvam, præsentia sua, præter Imperatoris, & Electorum aliorum, Legatos, complures etiam augebant Principes, celebratis magnifica (16.), octo ex hac mares, & totidem fœmellas, sustulit. E qvibus lucem aspexere:

A. 1630., d. 15. Dec., Sophia Augusta, Johanni, Duci Anhaltino, A. 1649., d. 16. Sept., elocata, & d. 12. Dec. A. 1680. mortua.

A. 1631., d. 14. Nov., Magdalena Sibylla, Gustavi Adolphi, Ducis Güstrovio-Megapolitani, ab A. 1654., marita, d. 20. Sept. A. 1719. extincta.

A. 1632., d. 29. Sept., Joh. Adolphus. A. seqv. 1633. defunctus.

A. 1634., d. 6. Jun., Maria Elisabetha, Luduvici, Landgravii Hasso-Darmstattini, ab A. 1650., conjux, d. 17. Jun. A. 1665. extincta.

A. 1635., d. 17. Jul., Fridericus, Lutetiæ d. 2. Aug. A. 1654. vivis ereptus.

A. 1636., d. 23. Oct., Hedwigis Eleonora, Carolo Gustavo, Regi Sveciæ, A. 1654. nupta, & A. 1715. mortua.

A. 1637., d. 1. Sept., Adolphus Augustus, eodem Anno, d. 20. Nov., juxta Dancwerthium & *Tabulas Geneal. Tubingenses*, seqventi autem, juxta Olearium, extinctus.

(1.) *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 8-13.* (2.) V. Phil. Jac. Speneri *Syllogen Historico-Genealogicam, Famil. II., p. 108-174., Tabulas Geneal. Tubingenses*, & scripta hujus generis alia. (3.) *P. I.* des ietzt herschenden Europæ *p. 96.* (4.) *P. II. Sylvæ Chronologicæ Circ. Balthici p. 260.* (5.) V. Ad. Olearii *Compend. Chron. Holst., L. 10., p. 186. 187.*, & Spenerum *l. c. p. 163.* (6.) V. Spenerum *l. c. p. 162.* (7.) V. Nicol. Heldvaderi Narrationem hujus, qvam vocant, investituræ Germanicam, Slesvigæ A. 1616. *in 4.* excusam. Ad. Olearium (ad A. 1617. eam perperam referentem) *l. c. p. 187.*, & *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 5., p. 141.* (8.) V. Joh. Ad. Cypræi *Annales Episc. Slesvic., L. 3., c. 6., p. 432.* (9.) V. Olearium *l. c., L. 12., c. 21., p. 305.* (10.) V. de his Dancwerthium, *l. c., P. II., c. 9., p. 110. 111.*, & Olearium *l. c., L. 12., c. 22. & 23., p. 300-372.* (11.) V. de illa Cypræum *l. c. p. 433.*, Dancwerthium *l. c., P. II., c. 11., p. 136. 137.*, Olearium *L. 10., c. 2., p. 189. 190. 191.*, Henn. Henningi *Or. Paneg. in obitum Friderici, p. 8. 9.*, Mart. Zeileri *Descript. Dan., Norw. & Holst., P. II. p. 41. 42.*, Spenerum *l. c. p. 163.*, & *Isagoges meæ ad Hist. Cimbr. P. II., c. 5., §. 6., p. 108. 109. 110., ac P. III., c. 4., §. 5., p. 357. 358.* (12.) A. 1623. *in 4.* (13.) V. Spenerum, *l. c. p. 163., 164.*, & Olearium, *Lib. XI., c. 8., p. 230. 231. 232.* (14.) V. Olearium *Lib. XI., c. 6., p. 222-225.*, Ant. Heimreichium *in Chronico Frisiæ Borealis, c. 15., p. 374-400.*, & Spenerum *l. c. p. 163. 164.* (15.) *ibid. p. 163. 164.* (16.) V. Cypræum *l. c. p. 432. 433.*, & Olearium, *Lib. XI., c. 8., p. 233. 234.*

A. 1638., d. 8. Oct., Joh. Georgius, Episcopi Lubecensis Coadjutor, in regno, d. 25. Febr. A. 1655., defunctus Neapolitano.

A. 1640., d. 18. Febr., Anna Dorothea, Abbatissæ Qvedlinburgensis Coadjutrix.

A. 1641., d. 3. Febr., Christianus Albertus, Parentis in ditionum Holsato-Gottorpiensium imperio Successor, d. 27. Dec. A. 1694. vivis exemptus.

A. 1642., d. 16. Mart., Gustavus Ulricus, d. 23. Oct. ejusdem anni mortuus.

A. 1643., d. 11. Jul., Christina Sabina, A. seqv. 1644. extincta.

A. 1646., d. 16. Maji, Augustus Fridericus, Episcopus, ab A. 1666., Lubecensis, d. 2. Oct. A. 1705. defunctus.

A. 1647., d. 24. Aug., Adolphus & Elisabetha Sophia, gemelli, e qvibus hæc eodem anno, d. 16. Nov., ille vero seqventi 1648., d. 26. Dec., expiravit.

A. 1649., d. 6. Febr., Augusta Maria, Friderico Magno, Marchioni lineæ Durlacenæ Badensi, A. 1670. elocata (1.).

A. 1633. Dresdam ad socerum Fridericus iter instituit (2.), seqventi autem 1634., M. Oct., Christiani V., Danorum Principis, cum Magdalena Sibylla Saxonica, Conjugis suæ germana, nuptiis Hafniæ, Legatus Imperatoris, cum splendido comitatu interfuit (3.). Sub finem A. 1633., ut subditorum commercia in ipsam usqve Asiam propagaret, ingentibus (qvi debitis haud levibus provincias gravarunt (4.)) impensis, & nullo horum, ob Batavorum, aliarumqve gentium, molitiones contrarias, cum emolumento, Phil. Crusium & Ott. Brüggemannum (capite, post reditum, ob perperam atqve insolenter admissa, truncatum), Consiliarios suos, ad Mich. Fedrowizium, magnum Moscoviæ Ducem, ac denuo A. 1635., ad eundem, & Schach Sefi, Persarum Monarcham, ablegavit, &, post iter sexennale, in aulam suam, cum Legatis ad se Persico ac Russico, A. 1639. vidit reduces. Legationis hujus, a Joh. Joach. Bechero (5.), Commerciorum Holsatico-Persicorum difficultatem ostendente pene insuperabilem, stultitiæ sapientis insimulatæ, historiam Ad. Olearius, Secretarii in illa munere functus, in grandi *Hodæporici Moscovitico-Persici* Volumine Germanico, in lingvas etiam Gallicam, Anglicam & Belgicam, translato, fuse exposuit, & Pauli Flemmingii, qvi eidem interfuit, Poemata, Latina pariter atqve Germanica, passim non parum illustrant (6.) A. 1640., Ottone, ultimo Comite Holsato-Schaumburgico, extincto, partem Comitatus in Stormaria Pinnebergici tertiam (duabus Regi Daniæ, avunculo, relictis) suis qvidem adjunxit ditionibus, sed paulo post, Johanne fratre, Episcopo Lubecensi, invito & indignante, Christiano, Comiti a Ranzou, Proregi Cimbrico, vendidit (7.). In bello Svecico priori, A. 1644., Tonningam suam, Eiderstadiæ urbem, muniit (8.). In posteriori, cum, ἀδέτερον licet se professus, Caroli Gustavi, Svecorum Regis, generi sui, partibus haud obscure adhæsisset, hujusqve ope A. 1658., in pace Roeschildensi, Friderico III., Danorum Monarchæ, ad incitas fere redacto, supremum suæ Ducatus Slesvicensis partis, a nexu feudali liberatæ, & Collegii Canonicorum Slesvicensis, imperium, Præfecturamqve Svabstediensem, extorsisset, copiis fœderatorum Friderici auxiliaribus, post bellum a Svecis instauratum, suas invadentibus ditiones, ex arce Gottorpiensi (ab his paulo post occupata), in idem Eiderstadiæ propugnaculum, cum aula universa, d. 14. Sept. eodem A. 1658., profugit (9.). Illic, cum, semestri vix elapso, in morbum, cui D. Joel Langellottus, Archiater, & D. Dortmundius, e Batavia accersitus, mederi frustra conabantur, aliqvot hebdomadum incidisset gravissimum, testamento condito (10.), d. 10. Aug. A. C. 1659., ætatis autem non 63. (uti Henningius (11.) tradidit), sed 62., vivis est exemptus. Qvi defuncto, jure primogenituræ (in ejus gratiam, familiæ Holsato-Gottorpiensi, cum Serenissimi titulo, aliisqve privilegiis, a Ferdinandis II. & III., Imperatoribus, concessæ (12.)), in ditionum omnium successit imperio, Christianus Albertus, filius e superstitibus natu major, exuvias parentis, Tonninga, post obsidionem ejus solutam, & pacem patriæ restitutam universæ, abductas, anno demum 1661., d. 30. Jan., sepulchro in civitatis Slesvicensis Basilica ducali, pompa funebri, intulit, splendidissima, ab Ad. Oleario, Biblioth. Gottorpiensis Præfecto, scripto peculiari enarrata Germanico (13.). Nummi uncialis, memoriæ ejus in his consecrati exeqviis, & defuncti exhibentis imaginem, Ectypon Per. Ambr. Lehmanni *Observationes Anni 1707. Historicæ* sistunt vernaculæ (14.). De Symbolo, qvo delectatus est, gemino (1. *Virtutis gloria merces; 2. Non est mortale, qvod opto;*) Nic. Scribonius (15.) & Ad. Olearius (16.) consulantur. Virtutes qvæ in illo effulsere, Christianas, morales, Politicas, fuse complures celebrarunt, qvos paulo post enumerabimus, tam superstitis, qvam defuncti, Encomiastæ. Nos soli, qvæ proprius nostrum spectat institutum, & ob qvam A. 1642. in Ordinem illustrem Carpophororum Germanicum (die Fruchtbringende Gesellschaft), sub agnomine des Hochgeachteten, est receptus (17.), eruditioni paulisper adhuc immorabimur multiplici, Theologicæ, Medico-Chymicæ, Physicæ, Mathematicæ & Historicæ, cum lingvarum variarum, Latinæ, Græcæ, Hebrææ (qva Codicem V. T. legebat Biblicum (18.)), Gallicæ & Italicæ, peritia conjunctæ (19.). Curiositati suæ in singulis incredibili præclara & plane eximia, sumptu ingenti, paraverat subsidia, Bibliothecam insignem, a Parente qvidem fundatam, sed a se qvotannis liberaliter auctam, magnifice exornatam, & ordine, per Ad. Olearium, ei præfectum, meliori dispositam, qvam omnibus, præter Gvelpherbytanam, Henningius, Encomiastes justo benignior, prætulit Germanicis (20.), & Museum rerum naturalium, artificialium & Exoticarum rariorum, isti contiguum, Enchusæ a Bernh. Paludano, Medico in Batavia percelebri (21.), collectum, ab hujus hæredibus, A. 1651. per Olearium, istuc ablegatum, grandi ære coemptum, accessionibus deinde locupletatum innumeris, ab eodem Oleario Volumine peculiari (qvod Slesvigæ A. 1666. & 1674. (22) prodiit) descriptum vernaculo, & ab eruditis certatim celebratum hominibus (23.). Chymicis ejus studiis, qvorum amorem numismate etiam testatus est memorabili (cujus Iconem & descriptionem Wilh. Ern. Tenzelius,

(1.) De XVI. hisce liberis (e qvibus XVIII. superstiti nati sunt nepotes ac neptes) V. Olearium *Lib. 12., c. 24., p. 373. 374. 375.*, Dancwerthium, *l. c., P. I., c. 2., p. 13.*, Spenerum *l. c., p. 166.*, *Tabulas Genealogicas Tubingenses*, P. A. Lehmanni *P. I.* des ietzt herschenden Europæ, *p. 95. 96. 97.*, aliosqve Scriptores Genealogicos. (2.) V. Nic. Scribonii Eclogam in reditum ex illo, *L. 2. Lusuum Gottorp., p. 64-68.* (3.) V. Spenerum *l. c. p. 164.*, & den curieusen Geschichts Calender Dennemarks und Holsteins *p. 30.* (4.) V. Spenerum *l. c. p. 165.* Conf. de Legatione hac, ejusqve scopo, & fructus inde sperati impedimentis, Andr. Hoyeri Kurtz gefaßte Dennemärckische Geschichte *p. 367. 368.* (5.) in der Närrischen Weißheit und Weisen Narrheit, *P. II., n. 7., p. 102. 104.* (6.) Confer de eadem legatione Olearium *Lib. XI., c. 10. 11. 12. & 13., p. 241. 242. 245-257.*, H. Henningi *l. c p. 11.*, Spenerum, *l. c., p. 164. 165.*, & *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 7., p. 143. 144. 145.* (7.) V. Spenerum *l. c. p. 165.* (8.) V. Olearium, *Lib. XI., c. 10., p. 278.*, Henn. Henningi *p. 9.*, & Spenerum *p. 165.* (9.) V. Olearium, *Lib. 12., c. 17., p. 340.*, & Henn. Henningi *l. c. p. 9.* (10.) V. Henn. Henningi *p. 17.* (11.) *in titulo Orat. funebris Panegyricæ.* (12.) V. Olearium *L. 12., c. 21., p. 364. 365.*, Spenerum *p. 164.*, & Heimreichium *l. c., c. 10., p. 250.* (13.) Conf. de illa ejusdem Olearii *Compend. Chron. Holf., Lib. 13., c. 6., p. 302. 358* (14.) *n. 28., p. 217-220.* (15.) in Epigrammatis in illa Græco-Latinis, *Lib. 2. Lusuum Gottorp., p. 68. 69.* (16.) *l. c., Lib. 12., c. 21., p. 362. 363.* (17.) V. Georg. Neümarckii Neusprossenden Palmbaum *p. 276.*, & Christ. Gryphii Entwurf der Ritterorden *p. 311.* (18.) V. Olearium, *L. 12., c. 21., p. 363.* (19.) V. H. Henningi *Orat. p. 4. 5.*, *ejusqve Dedic. p. 5.* (20.) V. H. Henningi *Or. p. 6.*, Olearium *L. 12., c. 22., p. 368.*, & Dancwerthium *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 9., p. 110.* (21.) V. de illo, Museoqve ejus, Gotfr. Hegenitii *Itinerarium Frisio-Holland. p. 58-62.* (22) *in 4.* (23.) V. Olearium in *Comp. Chron. Holf., L. 12., c. 22., p. 368.*, Dancwerthium *l. c. p. 110.*, Henningium *p. 6. 7.*, Spenerum *p. 165.*, Joh. Dan. Majoris Seefahrt nach der neuen Welt, *lit. F. 1. b. F. 2. a.*, & *Bibliothecam sine libris p. 14.*, Sam. Reyheri *Diss. de Rege Mathematico, c. 2., n. 52.*, Casp. Sagittarii *Lib. de Januis Veterum, c. 34., p. 245.*, M. Salom. Schlegelii *Diss. de Pinacothecis*, Lips. A. 1668. editam, *§. 17.*, & *P. III. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 2., p. 352. 353.*

Tenzelius, in *Bibliothecæ Curiosæ Anni 1705. vernaculæ Sect. VIII.* (1.), exhibuit, sed perperam illud Friderico, Duci Holsato-Norburgensi, Symbolo nostri de *gloria Virtutis mercede*, illi insculpto, reclamante, vindicavit), Laboratorium inservuit instructissimum, cui Frid. Zobelius & Joel Langellottus, Archiatri, summam in iisdem adepti gloriam, præfuerunt. Nec silentio sunt involvenda duo admirandæ artis Avtomata Astronomico-Cosmographica, juxta delineationem ipsius ingeniosissimam, A. 1654. & seqq. ab Andr. Böschio, Limburgensi, Mechanico Dædaleo, & in Mathesi versatissimo, dirigente laborem Ad. Oleario, Principis hujus sui etiam Mathematico, fabrefacta, qvibus similia Europam, imo orbem majorem universum, non vidisse, præter Olearium, Henn. Henningi & D. G. Morhofius (*pignora* hæc imperii vocans Cimbrici, &, *fati iis aliqvid subesse*, arbitratus) sunt persvasi (2.). Alterum horum est globus anceps & grandis cupreus, XI. pedum gaudens diametro, in horto arcis Gottorpiensis boreali, ejusqve conclavi spatioso, collocatus, & tympani ope circa axem assidue rotatus aqvarii, in cujus horizonte ambulantes telluris faciem, partes & loca præcipua, in superficie convexa, in ventre vero mensæ, decem admittenti spectatores curiosos, assidentes cœli totius, ejusqve linearum, circulorum & siderum singulorum, ex argento, præter solem crystallinum, confectorum inaurato, non figuras solum, sed & motus, ortus atqve occasus veros, in superficie concava, qveunt contemplari. Alterum Sphæra est Systematis mundani armillaris orichalcea, longe maxima (IV. enim pedum habet Diametrum), & globum artificio superans admirabili, ad Nic. Copernici hypotheses stupenda accuratione adornata, & mundum universum clandestinis ordinariisqve, juxta illas, motibus agitatum, cum superimposita Ptolemaici sphærula Systematis, stupentibus sistens oculis. Utrumqve, præter ipsum (qvi & copiosam magis illorum descriptionem est pollicitus (3.)) Olearium (4.), fusius, partim adumbrarunt, partim celebrarunt, Sam. Reyherus (5.), Joh. Dan. Major (6.) & D. G. Morhofius (7.); globum solum Henn. Henningi (8.), Bernh. Varenius (9.), Joh. Dan. Major (10.), D. G. Morhofius (11.), Vinc. Coronellus (12.), Wilh. Ern. Tenzelius (13.), Eberh. Gvern. Happelius (14.), Georg. Paschius (15.), & Joh. Alb. Fabricius (16.); Sphæram autem Copernicanam Joh. Dan. Major (17.), aliqvoties jam laudatus. Curiositati deniqve, qva res gentium dignabatur & cognoscere avebat exterarum, laudabili Hodœporica tot, de qvibus suis locis est dictum, debemus egregia, Ad. Olearii Russico-Persicum, aliaqve Joh. Alb. Mandelslovii, Georg. Andersoni, Volqvardi Ivarii & Henrici ab Uchteriz, Ministrorum illius atqve subditorum, Orientalia, jussu ejus partim conscripta, partim ab Oleario juris facta publici. Tanta literarum varii generis peritia cum alios Fridericus ævi sui Principes superaverit, Mæcenatem etiam eum fuisse Cimbr. cum, summoqve amore & benignitate Musarum in ditionibus suis cultores amplexum rei, literariæ incrementa sollicite promovisse, nemo mirabitur. Hoc fine A. 1635., Jacobis Fabriciis duobus, Patre ac filio, Theologis suis aulicis, hortantibus, Gymnasium illustre alumnorum Ducalium Bordesholmense gratuitum, præfecto illi Paulo Sperlingio juniore, Viro longe doctissimo, instauravit, &, ab A. 1639., Juvenes XXXII., non in isto solum, sed & ex eo dimissos, & Ephori eruditi curæ concreditos, in Academiis Julia ac Rostochiensi, triennio integro, donec ad maturitatem sua perduxissent studia, singulis de victu, amictu, sumptibusqve cæteris necessariis, prospiciens, liberaliter sustentavit (18.). Imo in Academiam Gymnasium hoc immutare constituerat, & privilegia a Ferdinando III., Imperatore, jam obtinuerat necessaria, sed, paulo post, ingruente belli Svecici tempestate, ne effectum id daret, impeditus, & ante finem ejusdem mortuus, Academiæ hujus Kilonii A. 1665. conditæ gloriam Christiano Alberto, filio & Successori, reliqvit. In aula sua Gottorpiensi, præter ministros ordinis Politici ἐξοχωτέρως, qvorum pleriqve, ad exemplum Principis sui, literas non solum amabant, sed & præclare in iisdem erant versati, eruditos assidue aluit Ecclesiarum suarum Antistites, Oratores sacros, Archiatros, Mathematicos, Bibliothecarios, & liberorum suorum puerorumqve nobilium Præceptores, qvorum permulti, famam ingenii monumentis meriti posthumam, suis a nobis locis sunt celebrati. Sed & commercium ei literarium, non cum Ferdinandis solum II. & III., Imperatoribus, aliisqve Regibus & Principibus ævi sui potentissimis (19.), verum etiam cum Viris regionum exterarum ob doctrinam eximiam illustribus, intercessit perpetuum. Epistolarum ad eum, Hugonis Grotii unicæ (de rebus Lutetiæ, d. 27. Mart. A. 1622., exaratæ Gallicis, & in Gudianarum Appendice (20.) A. 1697. publicatæ), & Athanasii Kircheri qvaternarum, ipse olim apud Virum illustrem, Marqv. Gudium, vidi αὐτόγραφα. Complures ad se ab illo, & singulari qvidem benevolentia ac humanitate, esse perscriptas, Pet. Joh. Faber, Ludovici XIV., Galliæ Regis, Consiliarius & Archiater, in Dedicatoria MSti sui Chymici, voces Phrasesqve Chymicorum veterum obscuras explanantis, illi A. 1653. transmissi, & A. 1690., *in Appendice Anni VIII. Decuriæ II. Miscellaneorum Acad. Nat. Curiosorum* (21.), Noribergæ a D. Gabr. Claudero, Aulæ Saxo-Altenburgicæ Medico (a qvo jam ante, *in Diss. de Tinctura universali* (22.), idem, *ob curiositatem, & insolitam, in vocabulis ac terminis Chymicis explicandis, perspicuitatem*, erat commendatum), editi, testatur. Præter hunc, ut subditos ipsius & ministros (e qvibus Joh. Ad. Cypræus A. 1634. *Annales Episcoporum Slesvicensium*, Ad. Olearius A. 1647. *Itinerarium Russico-Persicum*, Casp. Dancwerthius A. 1652. *Chorographiam Cimbricam*, Joh. Vorstius A. 1658. *Philologiam Sacram*, Lev. Nicol. Moltkius A. 1659. *Consolationem Socratis*, aliiqve plures alia, tutelæ ipsius Epistolis commendarunt Encomiasticis) taceam, e celebrioribus exteris A. 1651. Herm. Conringius *Librum de Purgatorio*, & Andr. Tacqvetus, Jesuita Antwerpiensis μαθηματικώτατος, *Cylindricorum & Annularium Libros IV.* (23.), nomini ejus, velut judicis de studiis suis, ob doctrinam multiplicem, maxime idonei, inscripserunt.

Fusius celebratur in Marci Gvaltheri *Panegyrico* (de qvo in vita jam dictum est), *illi ad coram dicendum Scripto*, & Hambucgi A. 1623. *in 4.* excuso, Oswaldi Belingii *Pyramide* ei Poemate erecta Germanico (Slesvigæ 1643. *in 4.*), Matthiæ Wasmuhti, Theologi Kiloniensis, *Panegyrico, æternitati ejus consecrato* (Slesv. 1655. *in fol.*), Henningi Henningii, Husensis, Sobolis ejus illustrissimæ Præceptoris, *Oratione Panegyrica funebri Hebræa, Lessu Chaldaico, Epicedio Syriaco, Voto Arabico & Epitaphio Græco*, addita Versione singulorum Latina, junctim Lugd. Bat. A. 1660. *in 4. maj.* impressis, Pet. Musæi, Er. Mauritii, Casp. Marchii, D. G. Morhofii & Mich. Watsoni, Professorum Kiloniensium, *Orationibus*, in Acad. Kilon. inaugurationem habitis, & Alex. Jul. Torqvati, Chiliarchæ Svedici, *Declamatione Panegyrica*, istis, *in Historiæ suæ ejusdem inaugurationis Appendice*, A. 1666. *præmissa*, Ad. Olearii Historia exeqviarum

 illius

(1.) in frontispicio ejus, Iconem sistente, *& p. 749. 750.* (2.) *locis nam. seqq. allegandis.* (3.) in Præfat. der Beschreibung der Gottorp. Kunstkammer. (4.) *in Comp. Chron. Holst., Lib. 12., c. 23., p. 369-372.* (5.) *in Diss. de Rege Mathematico, c. 2. § 40.* (6.) in der Seefahrt nach der neuen Welt *lit. F. 2 a.* (7.) *Or. 1 in Acad. Kilon. Inaug. p. 10.* (8.) *in Or. Fun. Paneg. in obitum Friderici p. 7.* (9.) *in Geographia generali, Lib. III., c. 32., p. 747.* (10.) *in Genio errante, lit. F. 2. & seqq.* (11.) *in tribus in illum Epigrammatis, Primitiis Parnassi Kilon., in Opp. Poet. p. 613. 614., insertis.* (12.) *Lib. III. Epitomes Cosmographicæ, P. I., c. 2., in Actis Erud. Lips., M. Jul. A. 1694., p. 333., allegato.* (13.) *in Dial. Menstr. Germ., M. Jun. A. 1691., p. 443-447.*, ubi Latina etiam globi exhibetur inscriptio. (14.) *Parte II. Relationum Curiosarum Germanicarum (a Tenzelio citata) p. 105. 100* (15.) *in Tr. de curiosis hujus seculi Inventis, c. 7., p. 555. 556.* (16.) *L. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 14., p. 465.* (17.) *in Bibliotheca sine libris p. 44.* (18.) V. Casp. Dancwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr. c. 4., p. 192.*, H. Henningi *l. c., p. 7. 8. 24.*, & *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 1., p. 377.* (19.) V. Ad. Olearii *Comp. Chron. Holst., L. 12., c. 21., p. 364., & c. 23., p. 372. 373.* (20.) *num. 97., p. 183. 184.* (21.) *p. 73-117.* (22.) *c. 5. & 6.* (23.) V. Sam. Reyheri *Mathesin regiam, c. 1., p. 12.*

illius Germanica (Slesv. 1661. *in fol. reg.*), & *Compendii Chronici Holsatici*, itidem vernaculi, *Libris X. XI. XII. & XIII.* ferme integris, *p. 186-394.*, Nicol. Scribonii variis in ejus nomen, titulos singulos, Symbola, natalem & reditum, Anagrammatis & carminibus, *Libro II. Lusuum Gottorpiensium, p. 29-34. 64-70.*, exhibitis, & Joh. Ristii Carmine Encomiastico (qvod *in Parnasso Teutonico, p. 11-14.*, invenies) Germanico.

Conferri de illo, e tot aliis, ante allegatis, præsertim merentur Joh. Ad. Cypræus *in Annalibus Episcoporum Slesvicensium, Lib. III., c. 6., p. 432. 433.*, Casp. Danckwerthius *in Chorographiæ Cimbricæ Epist. Dedic., nec non P. I., c. 2., p. 13., & P. II. c. 9., p. 110. 111.*, Phil. Jac. Spenerus *in Sylloge Historico-Genealogica p. 161-167. 173. 174.*, Sam. Reyherus *in Rege Mathematico, c. 2., §. 40., & in Diss. de Mathesi regia, c. 2., p. 42.*, Jac. Wilh. Imhofius *in Notitia Procerum S. Rom. Imperii, p. m. 639. 640. 641.*, Joh. Franc. Buddæus *T. II. Lexici Historici Germanici p. 177.*, Pet. Ambr. Lehmannus in den Historischen Remarqves A. 1707., *n. 25., p. 217-220.*, & *Parte I.* des jetzt herschenden Europæ, *p. 95. 96. 97.*, ac *Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr. P. I., c. 8., §. 7., p. 143. 144. 145., & c. 13., §. 4., p. 199-202.*

ELOGIA.

(e plurimis paucissima, eruditionem ejus præcipue celebrantia).

Nicol. Scribonius (*l. c. p. 29*) hoc in eum exhibet Anagramma:

Fridericus, Hæres Norwegiæ, Dux Schleswicensis & Holsatiæ, Stormariæ & Dittmarsiæ,
Comes Oldenburgensis & Delmenhorstensis, &c. &c.

En Here, es Ducum ingens decus & laus, es artis & Martis lux, Themidos Sol, in omni
scientia absolutus; es fortis Heros; i Here, adde, rite rege, ac ita cresce.

Joh. Rutgersius, Consil. Svecicus, in Epistola ἀνεκδότῳ ad Joh. Meursium A. 1622. exarata, ita de illo: *Princeps est, ut breviter dicam. in qvem omnes & singulæ singulorum familiæ suæ Principum virtutes confluxerunt. Inter alia eruditione summa ipse & doctorum Mæcenas unicus, magnanimus, liberalis, sobrius. Nullum otium ab ipso, nisi honestissimis & Principe dignis exercitationibus, teritur.*

Pet. Joh. Faber, *in Ep. Dedic. MSti sui* (de qvo paulo ante dictum) *Chymici*, ejus peritiam Chymiæ deprædicat.

Marcus Gvaltherus (*in Paneg. cit., lit. d. 2. a. b.*) ita eum alloqvitur: *Tu, Princeps celsissime, non Latiæ tantum & Atticæ facundiæ penu instructus, sed & Theoricis Practicisqve disciplinis ita imbutus es, ut pauca in eo genere esse videantur, qvæ acumen tuum fugiant. Qvæ jura legesqve, ad probe administrandam humano generi justitiam, præscripsere, nec ista a cognitione tua aliena sunt. Rerum vero præteritis seculis gestarum qvanta notitia? qvam fida memoria? qvam apta cum præsentibus collatio? qvam pulchre ex omnibus istis in officina mentis adornata ad omnes usus concinnatio?* &c.

Joh. Adolpho Cypræo (*l. c. p. 432.*) *Princeps* audit *heroici ac generosissimi animi, multarum lingvarum ac diversarum regionum cognitione ac usu præclarus ac insignis, rerum gerendarum peritissimus, justitiæ ac pacis amantissimus.*

Joh. Henr. Meibomio (*in Ep. Dedic. Mæcenatis sui p. 5.*) *Principum literatissimus, & literatorum Princeps.*

Bernh. Varenio (*L. 3. Geographiæ generalis, c. 32., p. 747.*) *omnis eruditionis, imprimis Mathematices & Physices, non tantum fautor & promotor, sed etiam peritissimus & diligentissimus cultor.*

Pet. Dan. Huetio (*dans l'Histoire du Commerce des anciens, Prince plein de vertu.*

Lev. Nicol. Moltkius (*in Ep. Dedic., Consolationi* suæ *Socratis* A. 1659. præfixa) *vastam* illi tribuit, *non qvidem scholasticam, sed magno Principe dignissimam, eruditionem.*

Joh. Vorstius (*in Ep. Dedic. Philol. Sacræ*) ita ipsum compellat: *Non de literis tantum Latinis, verum etiam de ipsis Græcis atqve Hebraicis, raro inter viros principes exemplo, judicare vales, ipsosqve adeo librorum sacrorum fontes Græcos atqve Hebraicos versas.*

Joh. Ristius (*in Carm. ad eum Encomiastico Germanico, supra citato*) eum vocat einen hochverständigen, und in allen fürtreflichsten Wissenschaften viel und hocherfahrnen Herren, und sehr grossen Fürsten, fuseqve, ob lingvarum sacrarum, Physices, Chymiæ, Botanicæ & Matheseos, peritiam, extollit.

Henn. Henningii *in Orat. Fun. Paneg. Hebrææ versione Latina p. 4. 5.*) ita de illo: *Lingvas calluit plurimas: lingva Latina, Gallica, Italica, expedite scivit loqvi: lingva Græca & Hebræa ipsi qvoqve fuerunt notæ, sicut & disciplinæ Philosophicæ, nec non facultates superiores, Physica, Astrologia, Astronomia, Medicina, Jurisprudentia. Cum Italo, sine interprete, norat loqvi Italice, cum Gallo Gallice, & cum Latino Latine: cum Philosophis, cum Physicis, cum Astrologis, cum Astronomis, cum Medicis, cum JCtis, egregie potuit conferre sermones. Non reperti sunt multi Principes seculis jam decursis, neqve reperiuntur hodie multi, neqve futuris reperientur temporibus, qvi cum ipso, hoc qvidem in genere, possint conferri atqve comparari. Ita sectatus est literas, & ita, omni ex parte, per varias artes doctum extulit caput.*

Phil. Jac. Spenero (*in Sylloge Historico-Genealogica p. 165.*) *Princeps* audit *varia eruditione, Theologica, Politica, Chymica, & imprimis Mathematica, cultissimus.*

Sam. Reyhero, Principibus eum Mathematicis annumeranti (*in Diss. de istis, c. 2., §. 40., & in Mathesi regia, c. 2., p. 42.*), *Princeps, qvi, qvemadmodum prudentia imperandi multos Reges superavit, sic acumine ingenii multis Mathematicis palmam præripuit.*

Gabr. Claudero (*in Diss. de Tinctura universali, c. 5.*) *Mæcenas tam in genere rei literariæ, qvam in specie Medico-Chymicæ, incomparabilis.*

Jac. Wilh. Imhofio (*l. c.*) *Princeps clarissimus, atqve elegans liberalium studiorum, omnisqve doctrinæ, & autor & admirator.*

Mart. Zeilero (*in Descript. Dan., Norw., Slesv. & Hols., P. I., p. 14. 15.*) *Princeps laudatissimus;* it. (*P. II. p. 42.*) *Princeps virtutum omnium splendore eminentissimus.*

Georg. Henr. Götzius, *in Diss. de Principibus Græce doctis p. 26.*, his eum, *Partem I. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr. p. 199.* secutus, accensuit.

SCRIPTA.

Sibyllæ Erythrææ Sortilegium; opusculum paucarum pagellarum Geomanticum, *ἀνωνύμως in 8.* excusum, qvod, titulo destitutum, Joh. Mohtius, Consiliarius Danicus, Hafniæ mihi olim in sua ostendit Bibliotheca, & Principi huic deberi affirmavit, Clavem ejus addens in Bibliotheca Gottorpiensi asservari. Qvacum an eadem sit Geomantia ἀδέσποτος, qvam inter Bibliothecæ Gottorpiensis MSSta delitescere ex horum Catalogo didici, alii dispiciant.

Nicolai Episcopi Methonensis, Ἀναπτύξεως τῆς θεολογικῆς στοιχειώσεως Πρόκλου τοῦ Λυκίου, πλατωνικοῦ Φιλοσόφου, Editio Græco-Latina affecta, imo jam inchoata, sicut hæc Epistolæ Joh. Rutgersii, ad Joh. Meursium A. 1622. perscriptæ, & paulo ante laudatæ, verba testantur: *Ut parens* (Joh. Adolphus) *Theologiam Procli dedit, ita ejus liberalitate Nicolaum*

laum Methonensem expectamus, quem a suo Typographo Græce & Latine excudi curat, qvi gentilia Procli deliria e fundamentis JEsu Christi confutavit.

Epistolæ, qvas cum Athanasio Kirchero commutavit, prodierunt *in Reliqviis Manuscriptorum omnis ævi Diplomatum ac Monumentorum* Joh. Pet. Ludovici, *Tomo V.*, Francofurti & Lipsiæ A. 1723. in 8. edito V. *Acta Erud. Lips. M. Mart. A. 1724., p. 131.*

ANTONIUS FRIDERICI, Hamburgensis, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de Hæmorrhagia uteri. Lugd. Bat. 1665. in 4.

(An idem ille sit cum Antonio Friderici, Med. Doctore & Archiatro Svecico, ante A. 1699. mortuo, ac *in Novis Lit. Lubec., M. Jul. A. 1699., p. 206.* memorato, mihi haud constat.)

JOHANNES FRIDERICUS, Flensburgensis, M. Friderici Johannis, Ecclesiastæ Nicolaitani, filius, A. 1603. in lucem editus, in itinere ad exteros, cui novennium, Juvenum aliqvot nobilium Ephorus, impendit integrum, venæ Poeticæ præstantia Ferdinandum II., Imperatorem, sibi conciliavit, & ab eo, coram salutato, nobilitatis donatus est privilegiis, novisqve insignibus, hoc ab ipsomet descriptis Hexastichô:

Dat galeam lethi simulacrum, laurea cristam,
Lintea pro phaleris tensa MEMENTO MORI.
Littera Pythagoræ clypeum portæqve figurant:
Si sapis, æternum si cupis, arcta subi.
Hæc mea nobilitas, studium virtutis & artis:
Martis posthabui, fortis amore, notas.

In patriam redux, laurea Poetica a Willichio Westhovio, Com. Pal. Cæsareo, Philosophica autem Hafniæ, A. 1633. a Joh. Resenio, Logices & Metaphysices Professore, impetrata, Rectoris scholastici, in urbibus Daniæ Coagiensi, Malmogiensi ac Roeschildensi, functus est officio, &, in ultima, Gymnasii simul regii Professor fuit Poeticus, ædisqve Cathedralis Canonicus. Morte immatura, d. 9. Apr. A. C. 1641., & æt. 38., decessit, &, e conjugio cum Maria Globia (a qva Epitaphium, gemina inscriptione, Prosaica, & huic addita Will. Westhovii Metrica, ornatum, mariti, in æde Cathedrali Roeschildensi, dicatum est memoriæ), filiam unicam, Annam, reliqvit superstitem, Erasmo Bartholino, Medico & Mathematico Academiæ Hafniensis percelebri, A. 1661. elocatam (1.). Superest effigies ejus, æri eleganter A. 1636. insculpta, & sententiis Emblematisqve compluribus, Epigrammate in insignia proprio, paulo ante recitato, Elogiis D. Ludovici ab Hornigk, Medici Francofurtensis, & D. Joh. Henisii, Poliatri Augustani (cui *Gratiarum corculum* audit *ac Hiantidum, dives eruditionis atqve virtutis penu*), Metricis, ac Symbolis ipsius seqventibus, exornata, literas nominis ac patriæ exprimentibus initiales:

1. Jesu Favente { fiat! / fiet.
2. Justificante fide.
3. Jesu Favor Mea Gloria.
4. Jehova Fidelis: / Illi Fidam: / Ipse faciet.

Hymnus Latino-Danicus ἀνώνυμος de nova æstate Vitæ æternæ. Hafniæ 1629. in 8.

Hymnus Litanevticus, seu Pœnitentialis, Latino-Danico-Germanicus. Hafn. 1629. in 8.

Hymni hujusmodi complures alii Latino-Danici, adjectis, nominis omissi loco, Symbolis, sigillatim, diversis annis, *in 8.* editi.

Epithalamia, & carmina alia, non inelegantia, sparsim itidem publicata.

(An *Oratio Metrica in natalitia Jesu*, Hafniæ A. 1622. *in 4.* excusa, qvam Johanni Friderico Cervino Alb. Bartholinus, *in Lib. de Script. Dan. p. 71.*, & Ol. Borrichius, *in Dissertt. de Poetis p. 173.*, tribuunt, huic nostro, cujus alia vidi carmina, eodem anno Hafniæ edita, an vero alteri, debeatur, dubius hæreo.)

MICHAEL FRIDERICI, Wilstria Stormarsus, A. 1624., d. 15. Jan., Medicinæ Doctor Witebergæ creatus (2.), & paulo post, eodem anno, urbis Flensburgensis (uti ex Actis hujus didici publicis) Pharmacopola constitutus ac Poliater.

Disp. de Febre qvartana intermittente, Præside D. Henningo Arnisæo. Helmstadii 1618. in 4.

JOHANNES FRISCHIUS, Hamburgensis, Ecclesiæ urbis Altonaviensis vicinæ Lutheranæ, per annos XXXI., Diaconus, Novellarumqve Altonaviensium scriptor, M. Augusto A. 1692. exeunte defunctus.

Disp. Historico-Theologica de Waldensibus, Præside D. Æg. Strauchio Jun. Witeb. 1659. 1663. & 1675. in 4.

Schauplatz Barbarischer Schlaverey der 4. vornehmsten Raubstädte, Algiers, Tunis, Tripoli und Salee (unter den ersten Nahmensbuchstaben J. F.) Altonæ 1666. in 8. durch einen andern Autorem sehr vermehrt, und zum andern mahle gedruckt, Hamburgi 1694. in 8. Recensum ejus exhibuit Pet. Rabus, *in Bibliotheca Europæ Belgica, M. Mart. & Apr. A. 1695., p. 254-257.*, Autorem vero, e symbola mea, detexit Vinc. Placcius, *T. I. Theatri Anon. & Psevdon, c. 11., p. 463.*

Christliche Neujahrsgedancken, in gebundener Rede seiner Gemeine A. 1672. vorgetragen. Altonæ 1672. in 4.

Des Historischen Tagweisers oder der Anweisung dessen, was sich, in der Christenheit, von Tage zu Tage, zugetragen, Erster Theil, begreifend die Jahre 1670. 1671. 1672. 1673. Altonæ 1675. in 8.

Erbaulicher Ruhstunden, oder Unterredungen, darinn allerhand nützliche und erbauliche Materien abgehandelt, zugleich auch die fürnehmsten Begebenheiten unserer und der vergangenen Zeiten mit Gelegenheit angeführet werden, fünf Theile. Hamburgi 1676. 1677. 1678. 1679. 1680. in 8. In Belgicum eas deinde sermonem, sed alio a se dispositas ordine, novisqve locupletatas observationibus, traduxit Simeon de Vries, & junctim (sub titulo der Historischen, Philosophischen ende Politischen Rustuyten) Amstelodami A. 1681. *in 8.* denuo edidit. Georg. Haccio (in præfat. des Biblischen Lebensbrunnen) Dialogi hi Frischiani utilissimi audiunt & doctissimi (sehr erbaulich und gelahrt).

Unvorgreifliche Erörterung der Frage: Was von der Polygamie zu halten? Hamburgi 1677. in 4.

Historie der Erzbetriegerinn Fallsette, so in diesen Landen neulich bekandt worden. A. 1686. in 12. Scriptum ἀνωνύμως editum, qvod, sub finem des Schauplatzes der Betrieger, Hamburgi, A. seqv. 1687., *in 8.*, est recusum.

Nützliche Seelenlust, oder das bittere Leiden und Sterben unsers Herren JEsu Christi, nach den 4. Evangelisten, in deutschen Versen und die Musick gebracht, durch J. F. H. S. A. (i. e. Joh. Frischium, Hamb., Sacerd. Altonav.) Hamb. 1688. in 8.

Jesusbüchlein, in 12. (*Catal.*)

Gedenckspruche, in 12. (*Catal.*)

BERNHARDUS FRISIUS, Lubecensis, J. U. D. in patria M. Majo A. 1687. defunctus, cum annos 43. esset natus. Vitam ejus enarrarunt Frid. Gerdesius, *in Progr. Inaug. A. 1674.* En. Svantenius *in Progr. funebri*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 35. 36. 37.*

(1.) V. de illa Er. Vindingii *Hist. Acad. Hafn. p. 423. 424.* (2.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. Hhh. 2. a.*, & Andr. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 118.*

illius Germanica (Slesv. 1661. *in fol. reg.*), & *Compendii Chronici Holsatici*, iridem vernaculi, *Libris X. XI. XII. & XIII.* ferme integris, *p. 186-394.*, Nicol. Scribonii variis in ejus nomen, titulos singulos, Symbola, natalem & reditum, Anagrammatis & carminibus, *Libro II. Lusuum Gottorpiensium, p. 29-34. 64-70.*, exhibitis, & Joh. Risthi Carmine Encomiastico (qvod *in Parnasso Teutonico, p. 11-14.*, invenies) Germanico.

Conferri de illo, e tot aliis, ante allegatis, præsertim merentur Joh. Ad. Cypræus *in Annalibus Episcoporum Slesvicensium, Lib. III., c. 6., p. 432. 433.*, Casp. Danckwerthius *in Chorographia Cimbricæ Epist. Dedic.*, *nec non P. I., c. 2., p. 13., & P. II. c. 9., p. 110. 111.*, Phil. Jac. Spenerus *in Sylloge Historico-Genealogica p. 161-167. 173. 174.*, Sam. Reyherus *in Rege Mathematico, c. 2., §. 40., & in Diss. de Mathesi regia, c. 2., p. 42.*, Jac. Wilh. Imhofius *in Notitia Procerum S. Rom. Imperii, p. m. 639. 640. 641.*, Joh. Franc. Buddæus *T. II. Lexici Historici Germanici p. 177.*, Pet. Ambr. Lehmannus in den Historischen Remarqves A. 1707., *n. 28., p. 217-220.*, & *Parte I.* des jetzt herschenden Europæ, *p. 95. 96. 97.*, ac *Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr. P. I., c. 8., §. 7., p. 143. 144. 145., & c. 13., §. 4., p. 199-202.*

ELOGIA.

(e plurimis paucissima, eruditionem ejus præcipue celebrantia).

Nicol. Scribonius (*l. c. p. 29*) hoc in eum exhibet Anagramma:

Fridericus, Hæres Norwegiæ, Dux Schleswicensis & Holsatiæ, Stormariæ & Dittmarsiæ, Comes Oldenburgensis & Delmenhorstensis, &c. &c.

En Here, es Ducum ingens decus & laus, es artis & Martis lux, Themidos Sol, in omni scientia absolutus; es fortis Heros; i Here, adde, rite rege, ac ita cresce.

Joh. Rutgersius, Consil. Svecicus, in Epistola ἀνεκδότῳ ad Joh. Meursium A. 1622. exarata, ita de illo: *Princeps est, ut breviter dicam. in qvem omnes & singulæ singulorum familiæ suæ Principum virtutes confluxerunt. Inter alia eruditione summa ipse & doctorum Mæcenas unicus, magnanimus, liberalis, sobrius. Nullum otium ab ipso, nisi honestissimis & Principe dignis exercitationibus, teritur.*

Pet. Joh. Faber, *in Ep. Dedic. MSti sui* (de qvo paulo ante dictum) *Chymici*, ejus peritiam Chymiæ deprædicat.

Marcus Gvaltherus (*in Paneg. cit., lit. d. 2. a. b.*) ita eum alloqvitur: *Tu, Princeps celsissime, non Latiæ tantum & Atticæ facundiæ penu instructus, sed & Theoricis Practicisque disciplinis ita imbutus es, ut pauca in eo genere esse videantur, qvæ acumen tuum fugiant. Qvæ jura legesqve, ad probe administrandam humano generi justitiam, præscripsere, nec ista a cognitione tua aliena sunt. Rerum vero præteritis seculis gestarum qvanta notitia? qvam fida memoria? qvam apta cum præsentibus collatio? qvam pulchre ex omnibus istis in officina mentis adornata ad omnes usus concinnatio?* &c.

Joh. Adolpho Cypræo (*l. c. p. 432.*) *Princeps* audit *heroici ac generosissimi animi, multarum lingvarum ac diversarum regionum cognitione ac usu præclarus ac insignis, rerum gerendarum peritissimus, justitiæ ac pacis amantissimus.*

Joh. Henr. Meibomio (*in Ep. Dedic. Mæcenatis sui p. 5.*) *Principum literatissimus, & literatorum Princeps.*

Bernh. Varenio (*L. 3. Geographiæ generalis, c. 32., p. 747.*) *omnis eruditionis, imprimis Mathematices & Physices, non tantum fautor & promotor, sed etiam peritissimus & diligentissimus cultor.*

Pet. Dan. Huetio (*dans l'Histoire du Commerce des anciens, Prince plein de vertu.*

Lev. Nicol. Moltkius (*in Ep. Dedic., Consolationi* suæ *Socratis* A. 1659. præfixa) *vastam* illi tribuit, *non qvidem scholasticam, sed magno Principe dignissimam, eruditionem.*

Joh. Vorstius (*in Ep. Dedic. Philol. Sacræ*) ita ipsum compellat: *Non de literis tantum Latinis, verum etiam de ipsis Græcis atqve Hebraicis, raro inter viros principes exemplo, judicare vales, ipsosqve adeo librorum sacrorum fontes Græcos atqve Hebraicos versas.*

Joh. Ristius (*in Carm. ad eum Encomiastico Germanico, supra citato*) eum vocat einen hochverständigen, und in allen fürtrefflichsten Wissenschafften viel und hocherfahrnen Herren, und sehr grossen Fürsten, susegve, ob lingvarum sacrarum, Physices, Chymiæ, Botanicæ & Matheseos, peritiam, extollit.

Henn. Henningii *in Orat. Fun. Paneg. Hebrææ versione Latina p. 4. 5.*) ita de illo: *Lingvas calluit plurimas: lingva Latina, Gallica, Italica, expedite scivit loqvi: lingva Græca & Hebræa ipsi qvoqve fuerunt notæ, sicut & disciplinæ Philosophicæ, nec non facultates superiores, Physica, Astrologia, Astronomia, Medicina, Jurisprudentia. Cum Italo, sine interprete, norat loqvi Italice, cum Gallo Gallice, & cum Latino Latine: cum Philosophis, cum Physicis, cum Astrologis, cum Astronomis, cum Medicis, cum JCtis, egregie potuit conferre sermones. Non reperti sunt multi Principes seculis jam decursis, neqve reperiuntur hodie multi, neqve futuris reperientur temporibus, qvi cum ipso, hoc qvidem in genere, possint conferri atqve comparari. Ita sectatus est literas, & ita, omni ex parte, per varias artes doctum extulit caput.*

Phil. Jac. Spenero (*in Sylloge Historico-Genealogica p. 165.*) *Princeps* audit *varia eruditione, Theologica, Politica, Chymica, & imprimis Mathematica, cultissimus.*

Sam. Reyhero, Principibus eum Mathematicis annumeranti (*in Diss. de istis, c. 2., §. 40., & in Mathesi regia, c. 2., p. 42.*), *Princeps, qvi, qvemadmodum prudentia imperandi multos Reges superavit, sic acumine ingenii multis Mathematicis palmam præripuit.*

Gabr. Claudero (*in Diss. de Tinctura universali, c. 5.*) *Mæcenas tam in genere rei literariæ, qvam in specie Medico-Chymicæ, incomparabilis.*

Jac. Wilh. Imhofio (*l. c.*) *Princeps clarissimus, atqve elegans liberalium studiorum, omnisqve doctrinæ, & autor & admirator.*

Mart. Zeilero (*in Descript. Dan., Norw., Slesv. & Holsf., P. I., p. 14. 15.*) *Princeps laudatissimus*; it. (*P. II. p. 42.*) *Princeps virtutum omnium splendore eminentissimus.*

Georg. Henr. Götzius, *in Diss. de Principibus Græce doctis p. 26.*, his eum, *Partem I. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr. p. 199.* secutus, accensuit.

SCRIPTA.

Sibyllæ Erythrææ Sortilegium; opusculum paucarum pagellarum Geomanticum, ἀνωνύμως *in 8.* excusum, qvod, titulo destitutum, Joh. Mohtius, Consiliarius Danicus, Hafniæ mihi olim in sua ostendit Bibliotheca, & Principi huic deberi affirmavit, Clavem ejus addens in Bibliotheca Gottorpiensi asservari. Qvacum an eadem sit Geomantia ἀδέσποτος, qvam inter Bibliothecæ Gottorpiensis MSSta delitescere ex horum Catalogo didici, alii dispiciant.

Nicolai Episcopi Methonensis, Ἀνάπτυξις τῆς θεολογικῆς στοιχειώσεως Πρόκλου τοῦ Λυκίου, πλατωνικοῦ φιλοσόφου, Editio Græco-Latina affecta, imo jam inchoata, sicut hæc Epistolæ Joh. Rutgersii, ad Joh. Meursium A. 1622. perscriptæ, & paulo ante laudatæ, verba testantur: *Ut parens* (Joh. Adolphus) *Theologiam Procli dedit, ita ejus liberalitate Nicolaum*

laum Methonensem expectamus, quem a suo Typographo Græce & Latine excudi curat, qui gentilia Procli deliria e fundamentis JEsu Christi confutavit.

Epistolæ, qvas cum Athanasio Kirchero commutavit, prodierunt *in Reliqviis Manuscriptorum omnis ævi Diplomatum ac Monumentorum* Joh. Pet. Ludovici, *Tomo V.*, Francofurti & Lipsiæ A. 1723. in 8. edito V. *Acta Erud. Lips. M. Mart. A. 1724., p. 131.*

ANTONIUS FRIDERICI, Hamburgensis, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de Hæmorrhagia uteri. Lugd. Bat. 1665. in 4.

(An idem ille sit cum Antonio Friderici, Med. Doctore & Archiatro Svecico, ante A. 1699. mortuo, ac *in Novis Lit. Lubec., M. Jul. A. 1699., p. 206.*, memorato, mihi haud constat.)

JOHANNES FRIDERICUS, Flensburgensis, M. Friderici Johannis, Ecclesiastæ Nicolaitani, filius, A. 1603. in lucem editus, in itinere ad exteros, cui novennium, Juvenum aliqvot nobilium Ephorus, impendit integrum, venæ Poeticæ præstantia Ferdinandum II., Imperatorem, sibi conciliavit, & ab eo, coram salutato, nobilitatis donatus est privilegiis, novisqve insignibus, hoc ab ipsomet descriptis Hexasticho:

Dat galeam lethi simulacrum, laurea cristam,
Lintea pro phaleris tensa MEMENTO MORI.
Littera Pythagoræ clypeum portaqve figurant:
Si sapis, æternum si cupis, arcta subi.
Hæc mea nobilitas, studium virtutis & artis:
Martis posthabui, fortis amore, notas.

In patriam redux, laurea Poetica a Willichio Westhovio, Com. Pal. Cæsareo, Philosophica autem Hafniæ, A. 1633., a Joh. Resenio, Logices & Metaphysices Professore, impetrata, Rectoris scholastici, in urbibus Daniæ Coagiensi, Malmogiensi ac Roeschildensi, functus est officio, &, in ultima, Gymnasii simul regii Professor fuit Poeticus, ædisqve Cathedralis Canonicus. Morte immatura, d. 9. Apr. A. C. 1641., & æt. 38., decessit, &, e conjugio cum Maria Globia (a qva Epitaphium, gemina inscriptione, Prosaica, & huic addita Will. Westhovii Metrica, ornatum, mariti, in æde Cathedrali Roeschildensi, dicatum est memoriæ), filiam unicam, Annam, reliqvit superstitem, Erasmo Bartholino, Medico & Mathematico Academiæ Hafniensis percelebri, A. 1661. elocatam (1.). Superest effigies ejus, æri eleganter A. 1636. insculpta, & sententiis Emblematisqve compluribus, Epigrammate in insignia proprio, paulo ante recitato, Elogiis D. Ludovici ab Hornigk, Medici Francofurtensis, & D. Joh. Henisii, Poliatri Augustani (cui *Gratiarum corculum* audit *ac Hiantidum, dives eruditionis atqve virtutis penu*), Metricis, ac Symbolis ipsius seqventibus, exornata, literas nominis ac patriæ exprimentibus initiales:

1. *Jesu Favente* {*fiat!* / *fiet.*}
2. *Justificante fide.*
3. *Jesu Favor Mea Gloria.*
4. *Jehova Fidelis: Illi Fidam: Ipse faciet.*

Hymnus Latino-Danicus ἀνώνυμος de nova æstate Vitæ æternæ. Hafniæ 1629. in 8.

Hymnus Litanevticus, seu Pœnitentialis, Latino-Danico-Germanicus. Hafn. 1629. in 8.

Hymni hujusmodi complures alii Latino-Danici, adjectis, nominis omissi loco, Symbolis, sigillatim, diversis annis, *in 8.* editi.

Epithalamia, & carmina alia, non inelegantia, sparsim itidem publicata.

(An *Oratio Metrica in natalitia Jesu*, Hafniæ A. 1622. *in 4.* excusa, qvam Johanni Friderico Cervino Alb. Bartholinus, *in Lib. de Script. Dan. p. 71.*, & Ol. Borrichius, *in Dissertt. de Poetis p. 173.*, tribuunt, huic nostro, cujus alia vidi carmina, eodem anno Hafniæ edita, an vero alteri, debeatur, dubius hæreo.)

MICHAEL FRIDERICI, Wilstria Stormarsus, A. 1624., d. 15. Jan., Medicinæ Doctor Witebergæ creatus (2.), & paulo post, eodem anno, urbis Flensburgensis (uti ex Actis hujus didici publicis) Pharmacopola constitutus ac Poliater.

Disp. de Febre qvartana intermittente, Præside D. Henningo Arnisæo. Helmstadii 1618. in 4.

JOHANNES FRISCHIUS, Hamburgensis, Ecclesiæ urbis Altonaviensis vicinæ Lutheranæ, per annos XXXI., Diaconus, Novellarumqve Altonaviensium scriptor, M. Augusto A. 1692. exeunte defunctus.

Disp. Historico-Theologica de Waldensibus, Præside D. Æg. Strauchio Jun. Witeb. 1659. 1663. & 1675. in 4.

Schauplatz Barbarischer Schlaverey der 4. vornehmsten Raubstädte, Algiers, Tunis, Tripoli und Salee (unter den ersten Nahmensbuchstaben J. F.) Altonæ 1666. in 8. durch einen andern Autorem sehr vermehrt, und zum andern mahle gedruckt, Hamburgi 1694. in 8. Recensum ejus exhibuit Pet. Rabus, *in Bibliotheca Europæ Belgica, M. Mart. & Apr. A. 1695., p. 254-257.*, Autorem vero, e symbola mea, detexit Vinc. Placcius, *T. I. Theatri Anon. & Pseudon, c. 11., p. 463.*

Christliche Neujahrsgedancken, in gebundener Rede seiner Gemeine A. 1672. vorgetragen. Altonæ 1672. in 4.

Des Historischen Tagweisers oder der Anweisung dessen, was sich, in der Christenheit, von Tage zu Tage, zugetragen, Erster Theil, begreifend die Jahre 1670. 1671. 1672. 1673. Altonæ 1675. in 8.

Erbaulicher Ruhstunden, oder Unterredungen, darinn allerhand nützliche und erbauliche Materien abgehandelt, zugleich auch die fürnehmsten Begebenheiten unserer und der vergangenen Zeiten mit Gelegenheit angeführet werden, fünf Theile. Hamburgi 1676. 1677. 1678. 1679. 1680. in 8. In Belgicum eas deinde sermonem, sed alio a se dispositas ordine, novisqve locupletatas observationibus, traduxit Simeon de Vries, & junctim (sub titulo der Historischen, Philosophischen ende Politischen Rustuyren) Amstelodami A. 1681. *in 8.* denuo edidit. Georg. Haccio (in præfat. des Biblischen Lebensbrunnen) Dialogi hi Frischiani utilissimi audiunt & doctissimi (sehr erbaulich und gelahrt).

Unvorgreifliche Erörterung der Frage: Was von der Polygamie zu halten? Hamburgi 1677. in 4.

Historie der Ertzbetriegerinn Falsette, so in diesen Landen neulich bekandt worden. A. 1686. in 12. Scriptum ἀνωνύμως editum, qvod, sub finem des Schauplatzes der Betrieger, Hamburgi, A. seqv. 1687., *in 8.*, est recusum.

Nützliche Seelenlust, oder das bittere Leiden und Sterben unsers Herren JEsu Christi, nach den 4. Evangelisten, in deutschen Versen und die Musick gebracht, durch J. F. H. S. A. (i. e. Joh. Frischium, Hamb., Sacerd. Altonav.) Hamb. 1688. in 8.

Jesusbüchlein, in 12. *(Catal.)*

Gedencksprüche, in 12. *(Catal.)*

BERNHARDUS FRISIUS, Lubecensis, J. U. D. in patria M. Majo A. 1687. defunctus, cum annos 43. esset natus Vitam ejus enarrarunt Frid. Gerdesius, *in Progr. Inaug. A. 1674.* En. Svantenius *in Progr. funebri*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 35. 36. 37.*

(1.) V. de illa Er. Vindingii *Hist. Acad. Hafn. p. 423. 424.*

(2.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. Hhh. 2. a.*, & Andr. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 118.*

Disp. de Imperii magnæ Britanniæ hodierno statu, ab ipso conscripta, & Præside Georg. Greenio, Hist. Prof., defensa. Witeb. 1667. in 4.

Discursus Juridicus de Clamore violentiæ (vom Zettergeschrey), Præside D. Pet. Mascovio. Gryphiswaldiæ 1674. & 1678. in 4.

Disp. Inaug. de Jure præcedentiæ, Præside D. Frid. Gerdesio. Gryph. 1674. in 4.

CLAUDIUS FRISIUS, Risummohra Frisius, Pastor in exercitu Christiani IV., Regis Daniæ, Castrensis.

Poema retrogradum, Gratulatorium ac Paræneticum, de Pace vere Christiana, omnium Regum ac Principum amplissimo, Domino nostro JEsu Christo, sacrum, & ab hoc mystico qvodam jure secundo, Christiano IV., Regi Daniæ, consecratum, pro Marte ac arte fictum ac factum. Hafniæ 1629. in 4. Poema qvaternionum qvinqve Heroicum, cujus versus singuli, labore incredibili, sed (cum ægre sensum eorum assequi liceat) inglorio, concinnati, sunt retrogradi, ab Alb. Bartholino etiam (*in Lib. de Scr. Dan. p. 33.*) & Ol. Borrichio, *integram* illud *versuum retrogradorum sylvam* appellante (*in Dissert. de Poetis p. 173.*), memoratum.

Jubilum Evangelicum in memoriam Mart. Lutheri. Hafniæ in 4. (*Catal.*)

DETHLEVUS MARCUS FRISIUS, Holsatus, Colmariæ, ni fallor, vico Stormariæ, patre Marco, ejus Pastore, A. 1634. in lucem editus, & ex Acad. Argentinensi, ac Joh. Henr. Boecleri disciplina, in Sveciam digressus, filiorum Magni Gabrielis de la Gardie, Comitis regniqve Cancellarii, studia in Academia aliqvamdiu gubernavit Upsaliensi, ipsiqve deinde Parenti a secretis fuit & cura Bibliothecæ (1.). In patriam hinc redux, Proregis ejus, Dethlevi, Comitis Ranzovii, factus est Consiliarius, Aulæqve præfectus, & supremus ditionum hæreditariarum Ephorus. Quibus officiis cum per annos functus esset complures, & interea temporis Comes Palatinus a Cæsare creatus, Collegio Imperiali, ob insignem studiorum eo spectantium peritiam, adscriptus Historico, filiamqve Joh. Helmii, Cancellarii in Cimbria Regii, nactus conjugem, patriam, illis A. 1690. abdicatis, iterum reliqvit, &, Germania, Belgio, Gallia ac Italia, itinere senili perlustratis literario, Friderico tandem III., Prussorum Regi, a consiliis fuisse perhibetur.

Autori *præfationis*, qvartæ *Tabularum Genealogicarum Tubingensium* editioni A. 1685. adjectæ (qvem Joh. Ulr. Pregizerum Jun., Prof. Tubingensem, & Consiliarium Würtembergicum, esse, constat), *Vir* audit *edecumatæ doctrinæ, & solertis in rebus agendis prudentiæ, qvi inter alia rariora studia, quibus per celebriores Germaniæ Academias jam olim eminebat, familiarum qvoqve illustrium notitia excellit*; Christiano Francisco Paulino (qvi suum etiam *de Angvilla* A. 1689. ei inscripsit opusculum), in *Secunda de Collegii Imperialis Historici progressu Epistola* (2.), ein berühmter Holsteiner, und in Historischen Sachen wolverständiger Mann: Justo Chr. Böhmero autem (*Progr. I. Disputt. Grotianis præmisso p. 14.*) *Vir eruditus, atqve in humanitatis studiis, ex disciplina Boecleri, adprime versatus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

XI., Tabulæ Genealogicæ, qvibus præcipuæ hodiernorum Imperii Germanici Principum familiæ exhibentur, ἀνωνύμως editæ, Tubingæ A. 1655. in fol., auctiores autem, cum continuationibus novis, recusæ ibidem A. 1660. 1670. 1685. & 1692. (cui Editioni qvintæ, præter Spicilegium, ex MSStis Historicis Andr. Ruttelii, JCti & Archivarii Würtembergici, ad hunc Annum 1692. eas pertexens, Joh. Ulr. Pregizeri Jun., Consiliarii Würtembergici, Tabula XVta familiæ accessit Nassovicæ) in fol. Germanica illarum Versio, ad A. 1695. continuata, & Observationibus variis aucta Historicis, ibidem A. 1695., sine nomine itidem interpretis (qvem filium esse Pregizeri, Frisii nostri docet Epistola, a Vinc. Placcio, *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 5., p. 283. 284.* recitata), prodiit. De primis illarum Autoribus diu est disceptatum, cum Rauschio, sive potius Joh. Mart. Rauschero, Acad. Tubingensis Rhetori, Phil. Andr. Oldenburgerus (*in præfat. Limnæi enucleati*), eumqve secuti V. Placcius (*l. c., & in Tr. antiqviori de Scr. Anon. & Pseudon, c. 5., n. 159., p. 48.*) ac Joh. Deckherus, Molitorem qvendam *Additionatorem* barbara voce huic comitem adjungens (*in Conjecturis de Scriptis Adespotis, p. m. 96. 97.*), Borckio, Nobilis cujusdam Ephoro, Christoph. Daurerus, Joh. Ulr. Pregizero Jun. M. Lud. Joach. Stollius (*apud Placcium T. I. Theatri p. 284.*), & Tobiæ tandem Wagnero, Acad. Tubing. Theologo, alii (a Joh. Wolfg. Rentschio im Brandeburg. Cedernhain, *c. 7., p. 248.*, teste nonnemine memorati), falso illas vindicarent. Certiora tandem nos edocuit Joh. Ulr. Pregizeri Præfatio, Editioni qvartæ A. 1685. ἀνωνύμως, sub larva Typographi, præmissa, in qva, primum Autorem fuisse Georgium Christiani, Comitum Ostfrisiæ Juniorum in Collegio illustri Tubingensi Secretarium, & Consiliarium deinde Georgii Wilhelmi, Ducis Brunsvico-Cellensis, Cameralem, augmenta secundæ & tertiæ Editionis Ludovico du May de Saletes, Ord. S. Mich. Eqviti, Regisqve Gallici & Ducis Würtenbergici Consiliario, deberi, qvartam vero hanc a Frisio nostro suis XXVI. annorum observationibus esse illustratam, ad A. 1685. continuatam, & plus aliqvot mille locorum annotationibus auctam ac emendatam, testatur, simulqve supplementum Genealogiæ in eadem Würtenbergicæ sibimetipsi vindicat. Conferatur cum hac Frisii ipsius Epistola de iis Germanica, a Placcio *l. c.* exhibita, in qva, Editiones ac continuationes Annorum 1685. ac 1692. sibi, Præfationem autem illarum Pregizero, deberi indicavit, novamqve continuationem, ad A. 1700. perducendam, multisqve curiosis augendam observationibus, est pollicitus. A Val. Henr. Voglero (*in Introd. ad notit. bon. Scriptt., c. 11., p. 68.*) *insignes* appellantur *tabulæ*, & ab Ad. Rechenbergio etiam (*in Lib. de studiis Academicis, Sect. 4., c. 5., p. 145.*), Joh. Deckhero (*l. c. p. 96.*), Christ. Weisio (*in Sched. de lectione novellarum, c. 2., p. 9.*), Joh. Burch. Majo (*P. I.* der Einleitung zur Staatskunst *p. 101-105.*), aliisqve, commendantur. Plura de iis Placcius & Majus *ll. c.* suggerent.

Propositio Imperialis Collegii Historici, qva omnes sinceri & eruditi Germani, ad conscribendos patriæ Annales, a primordio gentis inter Collegas distribuendos, amice invitantur; ab eo, cum D. Christ. Franc. Paulini, de historia Collegii istius, ad se Epistola, denuo edita. Plönæ 1689. in 4.

Joh. Schefferi Hugo Grotius (*de jure belli & pacis*) enucleatus, succinctis Thesibus doctrinam Grotianam complectens, ab eo editus. Accedunt Schefferi Liber aureus Ciceronis de Officiis enucleatus, & Frisii ipsius Luctus in exeqviis Magni Gabrielis, Comitis de la Gardie. Stettini 1693. in 12. V. de illo *Acta Erud. Lips., M. Dec. A. 1693., p. 546.*, V. Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 293. 294.*, & *Epitomen Consilii de studio Philos. Pract. p. 38.*, ac J. F. Buddæi *Historiam Juris Nat. (inter Selecta J. N. & G.), §. 45., p. 61.*

Joh. Henr. Boecleri Historiæ Universalis Secula IV. a N. C. priora, cum præfatione D. Joh. Fechtii Isagogica, & Boecleri Oratione de C. Corn. Taciti historia, illo accurante edita. Stettini 1699. in 8.

II. GERMANICA.

Cara Mustapha, des Großveziers, Liebes- und Lebensbeschreibung, auß dem Französischen verdeutschet. Hamburgi 1685. in 12. Ἀνωνύμως hæc versio prodiit, qvam Frisio deberi Placcius (*T. I. Theatri Anon., c. 11., p. 463. 464.*) docuit.

Treuer

(1.) V. ejus *Ep. Dedic. Grotii enucleati Schefferiani.* (2.) in W. E. Tenzelii *Dial. Menstr. Germ., M. Majo A. 1690., p. 468. 469.*

Trauer-Rede, bey der zu Itzehoe, d. 5. Febr. A. 1690., geschehenen Beysetzung Fr. Catharinæ Hedwig Brocktorfinn, Gräfin von Ranzou, gehalten. Glückstadii 1690, (Allegatur a C. F. Paulino im Philos. Feyrabend, *c. 5.*, *p. 197. 198.*, & im Hochgelahrten Teutschen Frauenzimmer *p. 110.*)

INEDITA sive PROMISSA.

Exegesis Genealogico-Historica familiarum Slesvigo-Holsaticarum nobilium præcipuarum, inprimis autem Ranzoviæ & Alefeldiæ, qvam se, ab aliqvot jam annis, sub manibus habere, per literas, d. 7. Jan. A. 1690., mihi significavit, uti *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr.*, *c. 14.*, *§. 3.*, *p. 211.*, jam est monitum.

Joh. Henr. Boecleri Notæ utilissimæ in Justi Lipsii Politicorum libros, Argentinæ, e privatis illius prælectionibus, diligenter collectæ, qvarum editionem D. G. Morhofius (*T. I. Polyhist.*, *L. 2.*, *c. 12.*, *p. 464.*) ab eo jussit expectari.

M. LAURENTIUS FRISIUS, Abela (præfecturæ Tunderensis pago) Cimber, & Matthiæ, istius Parochi (*infra memorandi*), filius, Magister Kilonii, d. 22. Jan. A. 1666., a Morhofio creatus, eodemqve tempore Parochiæ tractus Ripensis præfectus Bredbroensi, M. Apr. A. 1684., filia Willehado Fabricio, Pastori Ecclesiæ Loidtensis doctissimo, elocata, vivis excessit. Lingvæ Hebrææ interiori præsertim excelluit atqve inclaruit peritia, ejusqve ope non in S. Codicis solum, & Prophetarum inprimis, feliciter (admisto tamen doctrinæ, cui favebat, Chiliasticæ fermento) versatus est Exegesi, sed Poesin etiam ac Prosodiam Hebræorum genuinam, tum in opere majori inedito, tum in *Epitome* hujus juris facta publici, primus omnium commonstravit, ac seculo nostro restituit. Cum enim observaret, vulgarem illam, qvam Rabbini, & Grammatici, horum simii, tyronibus inculcant, non solum rudem esse, incultam atqve imperfectam, sed & plane ridiculam, rejecta illa, & vestigiis Præceptorum desertis, ope collationis genuinorum Poeseos Græcæ, Latinæ ac Germanicæ, principiorum, naturæ Sermonis Hebræi, Musices genii, numerorum rationis, & Psalmorum canticorumqve Propheticorum constructionis, solerter institutæ, Poeticam Lingvæ sacræ novam adornavit, cultu suo & elegantia omnium applausum merituram, qvi glandibus, post fruges repertas, vesci stultum existimant. In hac, uti *Epitomes* fusius exponit *præfatio*, perspicue pariter atqve methodice, regulis & exemplis ostendit plurimis, tum qvænam Poeseos Propheticæ, hucusqve ignotæ, & incassum a tot eruditis vestigatæ, vera sit ratio, tum qvomodo facillime, ex eodem fundamento, plures qvam CXXX. carminum μονοκώλων (πολύκωλα enim innumera sunt) species elegantissimæ & jucundissimæ qveant exhiberi.

SCRIPTA EDITA.

Prosodiæ Hebraicæ Epitome bipartita, methodo facili breviter ostendens: 1. Præcipua Accentuationis Hebraicæ fundamenta, ejusqve usum primarium, præcipue Analyticum; 2. Veram Poeseos Propheticæ rationem, ac elegantem, ex hujus fundamento, carminum Hebræorum fabricationem. Hafniæ 1671. in 4. Compendium hoc operis, de qvo modo dictum, & mox iterum dicetur, majoris, præter Janum Bircherodium, Theologum Hafniensem (cujus Censura illi est præfixa), M. Joh. Henr. Hänerus, Philologus Jenensis eximius, *in Miscellaneis Philologico-Criticis*, *num. 7.*, hisce verbis commendavit: *Carmina Rabbinica floccifacimus, utpote inducta contra genium lingvæ Hebrææ tempore illo, qvo mos versus Leoninos faciendi invaluit. Ore rotundiore Musam Hebræam canere non ita pridem docuit Laur. Frisius, in Epitome Prosodiæ Hebr. bipartita.* Ab Adr. Baileto (*T. IV. des Jugem. des Sçavans*, *P. I.*, *p. 115.*) Frisius præcipuis Poetices Hebrææ Scriptoribus, ob istud, accensetur.

Matthiæ Frisii, parentis, Tabula Historiæ N. T. Apocalypticæ Synoptica, Lüneburgi A. 1683. *in fol.* ab illo edita, cum præfatione, in qva suum ab ea in aliqvibus dissensum, qvem *Meditationes* olim *Apocalypticæ* sint ostensuræ, est professus.

Der herlich gekrönte und wol belohnte Kampf eines gläubigen Christen, oder Leichpredigt über Catharina Clausens, auß 2 Tim. IV. 7. 8. Slesvigæ 1683. in 4.

Unmaßgebliche Muhtmassung, was, nach dem geoffenbahrtem Worte GOttes, in der noch hinterstelligen Zeit der Welt, vor dem Jüngsten Tage, sonderlich geschehen, und wie sich ein iegliches ordentlich nach einander zutragen werde; den Liebhabern der Historien und Prophezeyungen zu Lust und Dienst A. 1678. aufgesetzt von M. L. Fr. Amstelodami 1684. in 4. In scripto hoc posthumo, sub literis nominis edito initialibus, futuræ Papatus & imperii Turcici eversionis, Judæorum autem conversionis & in Palæstinam reductionis, aliarumqve, qvas Chiliastæ subtiliores ante diem expectant Pantocriticum, mutationum, probabilitatem multis S. Codicis vaticiniis modeste astruit, &, in horum versione, a Luthero, Accentuum & contextus ductu, se nonnunqvam recessisse, fatetur. Chiliasmi subtilioris amasiis recentioribus, ob istud, a me, *P. II. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 6.*, *§. 10.*, *p. 170.*, & hanc secutis Casp. Sagittario, *in Introd. in Hist. Eccl.*, *c. 33.*, *Sect. 22.*, *p. 922.*, ac Vinc. Placcio (Joh. Wilh. Petræi, cui tunc nondum mota erat controversia, Hyperaspisten eum fuisse, ob phrasin Sagittarii ambiguam perperam intellectam, falso credente), *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 11.*, *p. 422. 423.*, est annumeratus.

INEDITA.

Prosodiæ Hebraicæ Opus bipartitum, ultimam Autoris manum nondum expertum, cujus Parte prima Accentuationis doctrinam, Schindlerum, Helvicum, Bohlium, Ledebuhrium, Varenium & Wasmuhtum, duces secutus, faciliore, qvam illi, methodo, proposuit, & errores nonnullorum modeste notavit; secunda autem genuinam Poeseos Hebrææ rationem nemini hactenus exploratam, detexit, & invento hoc alios recte uti docuit. Plura de illo, præter jam ante a nobis allata, *Epitomes* ejus, A. 1671. editæ, *Epistola* suggeret *Dedicatoria*.

Meditationes & conjecturæ de Judicio extremo.

Apocalypsis Apocalypseos, oder Historische Erklärung der Offenbahrung Johannis (qvæ Rostochii A. 1706. prodiisse, *in Catalogo Nund. Lips. Anni illius vernali*, *p. 17.*, falso traditur).

Exegesis Apocalyptica. (Tria hæc scripta ultima Autor, *in Conjecturis de residuis mundi temporibus*, A. 1684. editis, passim promisit atqve allegavit.)

Reliqvisse eum complura istius argumenti, duobus primæ [*in fol.*] magnitudinis comprehensa voluminibus, a Casp. Herm. Sandhagio etiam, Antistite Holsatico, accepi, qvi sibi, in istis, suis subjectis censuræ, multa placuisse, nonnulla qvoqve displicuisse, profitebatur. Editionis illorum desiderium Frid. Breclingius, *in Catalogo testium veritatis* [*Tomo IV. Hist. Eccl. Gotfr. Arnoldi inserto*], *n. 118.*, *p. 772.*, est testatus.

MARCUS FRISIUS, Vici in Stormaria Colmariensis Parochus.

Köstliches bewehrtes Heilpflaster vor betrübte Hertzen, bey Absterben der ihrigen, oder Leichpredigt über Siegfried Ranzou, Erbherren auf Lonstorp, Königl. Dän. Hauptmann, aus Hos. II. 19. Hamb. 1629. in 4.

Leichpr. über Hans Horst, Adelichen Verwalter auf Colmar und Neuendorf, aus Rom. XIV. 7. 8. 9. Glückstadii 1647. in 4.

MATTHIAS FRISIUS, Cimber, & patria qvidem (si Lipenium (1.) audias) Flensburgensis, A. 1605. in lucem editus, Diaconus Föhrensis fuit ab A. 1629. (V. Kraftii zweyt. Jub.Ged.p.401.) & deinde Parochiæ in præfectura Tunderensi Abelensis, ab A. 1636., Pastor (2.), Vir egregie doctus, & filiorum patrissantium, hosqve inter Laurentii (*supra laudati*), parens, Wilstrupiæ, in ædibus generi, M. Apr. A. C. 1672., & æt. 67., mortuus (3.).

Disp. de Lingvæ sanctæ eximio usu, ejusqve discendæ remoris, Præside M. Steph. Cimdarso, Borusso. Gryphiswaldiæ 1626. in 4.

Tabula Synoptica Historiæ N. T. Apocalypticæ, qva, facem prælucente M. Andreæ Romdorphii, Canonici Ripensis, Paraphrasi Apocalyptica ἀνεκδότῳ, compendiaria ac Prophetica Historiarum N. T. Ecclesiasticarum, sub imperio cumprimis Romano, delineatio ὡς ἐν τύπῳ exhibetur, a Laurentio filio edita. Lüneburgi 1683. in fol.

Leichpredigt vom geistlichen Kampfe, und darauf erfolgenden Freudenkrone, der christgläubigen Gotteskinder, über Sara, Christ. Braunii, Past. zu Lugum, Ehefrau, aus 2. Tim. IV. 7. 8. Hamburgi 1641. in 4.

M. Andr. Romdorphii, Canonici Ripensis, Paraphrasis Apocalyptica, cujus, notis a se illustratæ, editionem, *in Catalogo Nund. Lips. A. 1665. Vern. p. 38.*, pollicitus est, sed absqve successu.

PAULUS FRISIUS, Lubecensis, idem, ni fallor, cum isto, qvi, in Reformatorum castra transgressus, ab horum in aula Gottorpiensi patronis M. Enocho Svantenio, a Gymnasii Bordesholmensis Rectoratu & Pastoratu remoto, in officiis istis A. 1612. datus est successor, sed nec ipse diu iisdem gavisus: V. Mart. Coronæi Jun. *Antiqq. Bordesholmenses MSS.*, & *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 7., p. 379.*

Tractatus brevissimus de tempore ministerii Christi, & ordine in lectione Evangelistarum observando. Witeb. 1604. in 4. (laudatus etiam ab exteris, Gvilh. Crowæo, Lutheranis Frisium accensente, *in Elencho Interpretum S. Script. p. 285.*, & Jacobo le Long *P. II. Biblioth. Sacræ, c. 14., p. 384.*)

[Diversus a nostro est Paulus Frisius, Laubanensis Lusatus, *Comparationum Dialecticarum inter Ramum & Melanchtonem, Libris III.* Francofurti A. 1590. *in 8.* editarum, scriptor, & utriusqve conciliator, qvem, in Joh. Christoph. Becmannii *Catalogo Biblioth. Francof. p. 185.*, perperam cum illo confundi, *in Homonymoscopia, Sect. II., c. 7., §. 45., p. 676.*, jam est monitum.]

VINCENTIUS FRISIUS, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Legibus in genere. Basileæ 1636. in 4. Recusa *in Volum. novo Dispp. Inaug. Jurid. Basileensium*, a Georg. Deckero, Typographo, A. 1653. ibidem impresso, *num. XI., p. 550-610.*

Carmen Jambicum prolixum, Joh. Angeli Werdenhagii *Operi de rebuspublicis Hanseaticis*, Francof. A. 1641. *in fol.* excuso, præfixum.

HENRICUS FROBENIUS, Hamburgensis, Georgii Ludovici, Typographi & Bibliopolæ eruditi, *Tomoqve II.* celebrandi, filius, & in officina utraqve, Typographica & libraria, successor.

Cum præfatione sua Hamburgi A. 1644. *in 12.* publicavit D. Bernh. Svevi, Poliatri Winshemiensis, Chirurgischen Wundenbericht (*Compendium de inspectione vulnerum*), in 2. Bücher abgetheilet, und durch einen Liebhaber dieser Künste verdeutscht. Cujus versionis ἀδεσπότου Autorem esse D. Bernh. Langwedelium, Medicum Hamburgensem, suo loco docebimus.

HIERONYMUS FROBENIUS, Hamburgensis, Georgii Ludovici itidem filius, J. U. Lic. & in patria Practicus, d. 19. Sept. A. 1639., sexennio ante parentem, extinctus. V. Epitaphium Parentis, in Theod. Anckelmanni *Inscriptt. Hamburg., n. 52.*, & Nic. Scribonii Phaleucos ad filium Anagrammatico-Encomiasticos, *Lib. V. Lusuum Gottorpiensium p. 103.*

Disp. Juridica miscellanea, Præside D. Jac. Gothofredo. Genevæ 1625. in 4.

Disp. Inaug. de Homagio. Argentinæ 1627. in 4.

GEORGIUS FROMMIUS, Hofgardiæ, prædio Civitati vicino Hatherslebiensi, patre Johanne, matreqve Cæcilia Georgia, V. Id. Oct. A. 1605. natus, studiis humanioribus in schola Hatherslebiensi ac Gymnasio Lüneburgensi, sublimioribus autem, & in his Mathesi, in Academiis Julia, Lipsiensi, Witebergensi, Francofurtana, Rostochiensi, & tandem Hafniensi, diligentia eximia, & non minori vacavit successu. Fratrum deinde Kragiorum, Ottonis ac Chilonis, studia in Athenæo, per annos aliqvot, moderatus Sorano, natu ex his majoris (regni postea Danici Senatoris) & Christiani Scheelii, qvinqvennio seqventi in Belgio, Anglia, Gallia & Italia, fuit Ephorus, istoqve finito, a Casp. Erasmio Brochmanno, Episcopo Seelandiæ inclyto, ut filium suum unicum, Christianum, ad exteros itidem deduceret, persvasus, biennio Leidæ ac Londini exacto, in metropoli hac Angliæ A. 1638. defuncti solas Hafniam reportavit exuvias. Qvadriennio seqventi filiorum Christiani Frisii, Cancellarii regii, juniorum, partim Hafniæ, partim vero Soræ, egit Præceptorem, hujusqve commendatione adjutus, A. 1643. Academiæ Hafniensis professionem Logicam, nec multo post Oratoriam, obtinuit, ac in Mathematica tandem Christ. Longomontano, Doctori suo, A. 1647. successit. Cui cum qvadriennio vix præfuisset unico, & interea temporis bis Ordinis (a qvo Magistri titulum A. jam 1641. impetraverat) Decanatu esset functus Philosophici, tresqve e conjuge Elisa, D. Laur. Scavenii, Seelandiæ Episcopi, filia, A. 1645. ducta, mares, & gnatam unicam, M. Petro Fossio, scholæ urbanæ Hafniensis, elocatam, Rectori, sustulisset, ipse etiam, morte immatura, d. 19. Aug. A. C. 1651., & æt. 46., est extinctus, Wilhelmumqve Langium successorem nactus haud imparem. Fusius vitam Mathematici hujus eximii D. Joh. Müllerus, Academiæ Hafn. Antecessor, in *Programmate funebri*, & Er. Vindingius, istud secutus, *in Acad. regiæ Hafn. Historia p. 359. 360. 361.*, exposuerunt. Epitaphii, in æde ei Mariana erecti, Epigraphen Pet. Resenius, *in Inscriptt. Hafn. p. 87.*, exhibet.

Conferri de eodem possunt Pet. Gassendi *Lib. VI. de vita Tych. Brahei, p. 206.*, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 47.*, meaqve *ad hunc Hypomnemata p. 186. 187. 220.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1651.*, & Pet. Winstrupii Jun. Tetrastichon in cognomen ejus ominosum, *Lib. III. Epigramm. p. 1072.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Diss. Astronomica de mediis ad Astronomiam restituendam necessariis, pro Christ. Longomontani Introductione in Theatrum Astronomicum Hafniense, cum Joh. Bapt. Morino, Math. Professore Parisino, instituta, ejusqve Coronidi Astronomiæ restitutæ opposita. Hafniæ 1642. in 4. Morini *Defensioni Astronomiæ restitutæ, contra G. Frommium*, Parisiis A. 1644. *in 4.* excusæ, eiqve repositæ, scripto responsum est seqventi.

Respon-

(1.) *P. I. Biblioth. Theol. p. 68.* (2.) V. *Effigiem ejus, Tabulæ præfixum Apocalypticæ.* (3.) V. M. Andr. Amderi Epicedium in obitum ejus Germanicum, *P. II.* der Tunderschen Unsterbligkeit, *p. 127. 128. 129.*

Responsio ad Joh. Bapt. Morini Defensionem Astronomiæ restitutæ. Hafniæ 1645. in 4. Hanc vicissim, teste Lud. Jacobo (*in Bibliographia A. 1648. Parisina*), impugnavit Anonymus, *in Epistola castigatoria adversus G. Frommium, circa fundamentalem Astronomiæ restitutionem*, Morino inscripta, & Parisiis A. 1648. *in 4.* edita.

Disp. Philol. de legendis cum fructu Latinis melioris notæ Scriptoribus. Hafn. 1643. in 4.

Exerc. Physico-Mathematica. Hafn. 1648. in 4.

Exercitationum Sphæricarum Prima de principiis. Hafn. 1648. in 4.

Secunda de Terræ & maris superficie. ib. 1649. in 4.

Tertia de Terræ parvitate. ib. 1650. in 4.

Arithmetica Danica, seu brevis & perspicua Institutio Arithmeticæ Astronomicæ, vulgaris & Geodæticæ, jussu regio; in usum Gymnasiorum & scholarum Daniæ, conscripta. Hafniæ 1649. & 1660. in 4.

GERHARDUS FROST, Lubecensis, J. U. Doctor.

Disp. Jurid. Inaug. de Consvetudine, Præside D. Frid. Gerdesio. Gryphiswaldiæ 1623. in 4.

LAURENTIUS FUCHSIUS, Kiloniensis, Johannis, JCti & Consulis urbani, filius, Joachimi ab Alefeld, Aulæ Holsato-Gottorpiensis tunc Præsidis, circa A. 1696., Secretarius.

Joh. Fuchsii, Parentis sui, Introductionem ad Processum Holsaticum, cum Epistola sua ad Alefeldium dedicatoria, Kilonii A. 1696. in 4. edidit.

JOHANNES FÜHRSEN, Hamburgensis, d. 23. Febr. A. 1606. in lucem editus, cum studio, cui a parentibus in prima consecratus erat infantia, Theologico operam Witebergæ, Rostochii & Gryphiswaldiæ, navasset haud infelicem, primus Palæomonasterii (des alten Klosters), in Archiepiscopatu Bremensi, Ecclesiastes Lutheranus A. 1634. hac lege est constitutus, ut, alternis eundem cum sacerdote Pontificio ambonem conscendens, moniales ejus a sacris Romanæ abducere conaretur Ecclesiæ. Qvadriennio post (d. 23. Sept. A. 1638.) a Friderico III., Archiepiscopo tunc Bremensi, & Rege postea Danico, in æde ipsius civitatis Bremensis Cathedrali, Reformatis nuper erepta, religionis Lutheranæ publicum instaurare exercitium, primumqve illius Antistitem agere, jussus, octodecim annis summa cum laude isti præfuit, & Lutheri doctrinam, voce pariter atqve scriptis, adversus Conradum Bergium, aliosqve Doctores Calvinianos, est tuitus. A. 1655. a Carolo Gustavo, Rege Sveciæ, ad ἐπισκοπὴν Ecclesiarum Episcopatus Verdensis vocabatur supremam, &, cum honorem hunc, gregis, cui jam præerat, sacri amore motus, detrectaret, d. 26. Oct. vel novam istam vocationem jubebatur amplecti, vel sacro apud Bremenses munere se abdicare. Hoc noster, qvam illud, facere maluit, &, ab auditoribus invitis in urbem patriam dimissus Hamburgensem, A. seqv. 1656., V. Kal. Jan., locum illic inter templi Catharinæi Ecclesiastas vicissim obtinuit. Sacro & hic officio singulari fide est functus & industria, strenuus pietatis & praxeos Christianæ Ergodioctes, censor vitiorum acerrimus, & Parrhesiastes, in probris & dedecoribus sui etiam ordinis cordate perstringendis & castigandis, imperterritus. Ex his illegitimam sacrorum munerum per connubia Simoniaca prensationem scripto peculiari detestatus est & improbavit vernaculo, adeo erudito, solido & nervoso, ut, qvid ad γυναικοκρατείας istius Ecclesiasticæ, & successionis in parochiis hæreditariæ, patronis reponi possit, non videam. E patria tandem terrena in cœlestem, d. 11. Sept. A. C. 1673., & æt. 68., translatus, filios illi virtutis suæ reliqvit æmulos, ac, in his, Casparum Theodorum, Chrysostomum Hamburgensem, Petrinæqve Ecclesiæ Archidiaconum, Johannem Henricum, Med. Doctorem, ac Johannem Fridericum, J. U. Licentiatum, cui vitæ paternæ debeo notitiam. Conf. de illo Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 881.*

Disp. prolixa de persona Christi, Præside D. Paulo Röbero. Witeb. 1631. in 4.

Lob- und Danckpredigt. Hamb. 1638. in 4. (*Catal.*)

Die Hoheit und Würde aller gläubigen Christen, oder Leichpred. über Ottonem Ascanium Fresen, des Stiftes zu Bremen Decanum, auß Rom. XIV. 7. 8. Bremæ 1641. in 4.

Der hocherfreuliche Wechsel unserer Sünden mit Christi Friede, oder Leichpred. über Alb. Heckenberg, J. U. D. und des Stifts Bremen Syndicum; Ib. 1641. in 4.

Anima Davidis benedicens, oder Leichpr. auß Ps. CIII. in 4.

Vale Bremense, oder Christl. Valetpredigt, auß Phil. II. 12., in der Thumkirche zu Bremen, gehalten. A. 1656. in 4.

Christl. und gründl. Unterricht vom Beruffe zum Predigamte, wie, sowol Patronen, als Candidaten, sich dabey gebührlich zu verhalten haben; insonderheit von der Frage: Obs recht sey, daß heutiges Tages die Predigerwahlen mit der Ehe also verknüpfet werden, daß man fast keinen mehr zum Dienste befordern wil, er habe denn die Ehe vorher mit dieser oder jener Frauenperson unwiederruflich versprochen? auß dem unfehlbahren Worte GOttes, und reiner Theologen Schriften, vorgestellet. Bremæ 1673. in 4. Scriptum egregium, omnibusqve ministerii Ecclesiastici Candidatis merito commendandum, qvo promotiones hujusmodi 1. ἀγράφως, 2. ἀνεγγράφως, 3. Ordini Ecclesiastico ac conjugio noxias & ignominiosas, 4. ædificationi Ecclesiæ contrarias, & 5. conscientiis Patronorum, Candidatorum, Sponsarum, aliorumqve, summopere graves esse atqve periculosas, solide ac ἀναντιῤῥήτως ostenditur. Conf. de illo *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 19., p. 596. 597.*

Scripta complura de Controversiis Lutheranorum cum Reformatis Polemica ἀμοιβαῖα, ab eo, & Conrado Bergio, Th. D. ac Antistite ædis Ansgarianæ Bremensis Reformato, sibi invicem opposita, qvæ Fuhrsenius editioni qvidem destinaverat, sed, cum inopina Adversarii morte συζήτησις, ad finem nondum perducta, interrumperetur, imperfecta in lucem protrudere noluit.

(An Joh. Fursenii Disp. de Officio Magistratus circa religionis & reip. defensionem, *in 4.*, teste Catalogo qvodam, edita, huic, an vero alteri ὁμωνύμῳ, debeatur, mihi non est exploratum.)

JOHANNES FRIDERICUS FÜHRSEN, Hamburgensis, (Bremensis vocatur in *Hamburgo Literato Anni 1716. p. 30.*) Johannis, modo laudati, filius, J. U. Licentiati titulum in Academia (cujus Universitatis JCtorum A. 1674., teste *Catalogo Lectionum anniversario*, erat Syndicus) adeptus Patavina, celebris postea causarum in patria forensium Patronus.

Theses Juridicæ Inaugurales. Patav. 1675.

Josiæ a Rheden, metallifodinarum Anhaltinarum Administratori, mercatorum aliqvot Hamburgensium, clientium suorum, nomine, scripta (de qvibus *Nova Lit. Germ., M. Jun. A. 1704., p. 236. 237.*, plura docebunt) opposuit seqventia:

Stellionatus circa metallifodinas Anhaltinas famosissimus, oder außführliche Relation von vielen, bey den Hochfürstl. Anhaltischen, zu Hartzgerode und Günteresberg gelegenen, Bergwercken, außgeübten erschrecklichen Betrieglichkeiten, welcher gestalt dieselbe, nachdem sie etliche hundert Jahre stille gelegen, A. 1692. wieder aufgenommen, reichlich gesegnet befunden, und

und mit grossen Kosten biß 1698. gebauet, nachmahls aber, wegen grosser in der Administration und Rechnungen verübter Betriegereÿ, wiederumb ins stecken gebracht, und, durch gewissenslose Practiques, mit einer 300000. Rthlr. übersteigenden Schuldenlast, auch andern unerträglichen Oneribus, wiederrechtlich beschweret worden: Opus ingens, excusum Hamburgi A. 1703. in fol.

Apologia pro Stellionatu circa metallifodinas Anhaltinas famosissimo, oder kurtze, iedoch gründliche, Vorstellung, daß die, A. 1703. gedruckte, Fürstl. Anhaltische Berg-Relation vor keinen Pasqvill (wie Gegentheil denselben an hohen Orten angeben w..en) geachtet werden könne, &c. Hamburgi 1704. in fol.

JO[H]ANNES WERNERUS FÜHRSEN, Hamburgi die 10. Sept. A. 1694., patre Johanne Friderico, J. U. Licentiato & Advocato celebri, natus, præcocis ingenii, sed brevis ævi, juvenis, præter Lingvarum Latinæ, Græcæ, Gallicæ, Italicæ Anglicæqve, peritiam, Historiæ etiam, ac literariæ præsertim, Geographiæ, Politicæ atqve Jurisprudentiæ, cognitionem sibi paraverat haud vulgarem. Verum, cum e Gymnasio urbis patriæ, ac Joh. Alb. Fabricii, doctoris eximii, convictu, in Academiam M. Augusto A. 1712. vix migrasset Kiloniensem, mensibus tantum duobus elapsis, die 23. Octobris, eodem anno æræ Christianæ, ætatisqve decimo nono ineunte, morte spem præclaram, de se conceptam, fefellit immatura. Vitam ejus, non sine laudibus plurimis, fusius exposuere Wolfg. Christoph. Franckii Sermo funebris Germanicus, Programma a Rectore Acad. Kilon. exeqviis præmissum, & Andr. Ludov. Königsmanni Parentatio vernacula (sub titulo der Philosophischen Verwunderung einer unvergleichlichen Seele edita). Qvæ una cum Joh. Burch. Maji Epistola ad Parentem, & Christoph. Henr. Amthorii (cujus Epicedia tria Germanica in obitum nostri encomiastica recusa sunt in illius Poetischem Versuche *p. 361-379.*), Joh. Alb. Fabricii, aliorumqve, Epicediis, junctim prodierunt. Addatur, qvæ suum Führsenii ex istis collegit Elogium, & Amthorii, Fabricii atqve Königsmanni, encom[i]a defuncti recitavit, Joh. Klefekeri *Bibliotheca Eruditorum præcocium p. 98-103.*

Collectiones MSStæ de rebus Achaicis, de Servis, & de Capitiis veterum; Notæ in L. Ampelium; & Additiones ad Christoph. Cellarii Geographiam antiqvam, e Scriptoribus ævi veteris & recentioris congestæ; qvas luce publica dignas esse Andr. Lud. Königsmannus *in Parentatione* judicavit. V. Joh. Klefekerum *l. c. p. 100.*

CHRISTIANUS FUNCCIUS, Lubecæ d. 8. Apr. A. 1659. natus, cum studiis, in Schola patria, & deinde, ab A. 1681., in Academia Rostochiensi, per triennium, incubuisset, ab A. 1687. Sophiæ Catharinæ, Antonii Güntheri, Comitum Oldenburgicorum ultimi, viduæ, Ecclesiastes fuit aulicus, ab A. 1692. urbis in Ostfrisia Auricensis Diaconus, simulqve, per annos aliqvot, Concionator aulicus, tandem vero, ab A. 1697., civitatis ejusdem Pastor. Plura de illius, A. 1720. adhuc superstitis, vita, certaminibus adversus Pietistas, & scriptis, mox enumerandis, in Joh. Henr. a Seelen *Athenis Lubecensibus, Parte II., p. 137-144.,* narrantur.

SCRIPTA EDITA.

Disp. de Novatianismo, Præside M. Arn. Paschio defensa. Rostochii 1682. in 4.

Poetische Leydens-Cypressen über die allerheiligste Traur- und Mord-Geschichte des erlösenden Mensch-GOttes. Oldenburgi A. 1686.

Entdeckung der Kennzeichen einiger Neulinge, die, unter dem Scheine der Gottseligkeit, sich bey den Gemeinen heutiges Tages einzudringen pflegen. Bremæ A. 1698. Cui scripto cum Enno Rudolphus Brenneisenius, J. U. Lic., & tunc Advocatus fisci, postea autem Procancellarius Ostfrisicus, se illo ob Collegia pietatis domestica notatum ratus, opposuisset ein Abgenöhtigtes Schreiben, reposita est illi seqvens Responsio.

Abgenöhtigte Antwort auf H. Lic. E. R. Brenneisen Un-abgenöhtigtes Schreiben, wegen seiner Schrift von den Kennzeichen einiger Neulinge. Embdæ 1698. in 4.

Eine in zwey Briefen verfaßte Ablehnung, so wol des ungebührlichen und unpriesterlichen Unternehmens, als auch der unwahren Beschüldigungen, M. Ennonis Lamberti, Predigern zu Aurich, ed. A. 1705. Opposita est hæc, una cum scripto seqventi, ab illo Collegæ sui, M. Enn. Lamberti, Parastatæ Brenneiseniani, concionibus adversus se publicis.

Erörterung sechs Theologischer Fragen (von gottlosen Predigern, und deren Beruffe und Predigten). A. 1705. in 4. Argumentum illius, additis laudibus, fusius exposuerunt Val. Ern. Löscherus in den Unschuldigen Theologischen Nachrichten, *Sect. 10. A. 1707., p. 654. 655. 656.;* & J. H. a Seelen *l. c. p. 141. 142.* M. Ennonis Lamberti Kurtzer Abfertigung, sive Apologiæ contra illam posthumæ, in scripto responsum est seqventi.

Der nichtige Schirm und die falsche Zuflucht M. Ennonis Lamberti, ed. A. 1706.

Poetische Andachten über die Kern- und Denck-Sprüche, so in den gewöhnlichen Sonn- und Fest-Täglichen Evangelien und Episteln enthalten. Hamburgi A. 1713. in 8.

Das erneuerte Gedächtniß der Prediger in Aurich, die, von der Zeit der Reformation her, biß auf den heutigen Tag, allda das Evangelium geprediget haben. Oldenburgi 1717. in 8. Recensionem illius exhibuere Val. Ern. Loscherus, *l. c., Sect. 5. A. 1717., p. 887-893.,* & Bremenses *in Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica, Class. I., Fascic. I., p. 160-166.*

Historischer Bericht von der Aller-heiligen-Fluht, die A. 1570. viele Oerter und Länder überschwemmet hat. Prodiit cum Joh. Christ. Hekelii, generi ipsius, & Pastoris Resterhavensis, Beschreibung der beyden grossen Wasser-Fluhten in Ostfrießland, und anderen Orten, von A. 1717. und 1718., Halæ A. 1719. in 4.

INEDITA, sed, Seelenio teste, prælo parata.

Chronica der Stadt Aurich, worinn die denckwürdigste Begebenheiten, die, von alten Zeiten her, so wol vor als bey der Hoch-Gräflichen und Fürstlichen Regierung, vorgefallen, beschrieben sind; Vastum primæ magnitudinis Volumen, VI. Tomis, in Libros XVIII. distinctis, constans, & historiam præsertim Reformationis Frisiæ orientalis diligenter enarrans.

Der Ostfriesische Regenten-stab, von wem, und wie, er von alters her geführet worden, sive Opus de vitis Comitum & Principum Frisiæ Orientalis.

Das erneuerte Gedächtniß aller Ostfriesischen General-Superintendenten und Hofprediger, cujus spem fecit im Gedächtnisse der Prediger in Aurich *p. 80.*

Poetische Sabbaths-Gedancken über die Sonn- und Fest-Tägliche Evangelia.

Poetische Sieges-Palmen über die Freuden- und Triumph-Geschichte des erlösenden Mensch-GOttes, sive Poema de Christi resurrectione, ascensione in cœlum, & effusione Spiritus Sancti.

JOHAN-

G.

JOHANNES GABELIUS, Hamburgensis, Martini, Secretarii urbani, ex Anna Wichmannia filius, Med. Doctor, post reditum e regionibus exteris, Helmstadii A. 1588. creatus, Poliater Stendaliensis, simulqve Palæomarchiæ Brandeburgicæ Physicus, d. 14. Mart. A. 1596. defunctus. V. Dan. Schalleri, Plaviensis, Past. Stendaliensis, *Serm. Fun. Germanicum*, in exeqviis ejus, e Joh. XI., habitum, & Magdeburgi A. 1595. *in 4.* excusum.

Theses Inaugurales de Epilepsia, ab eo & Greg. Günthero, Torgensi, Præside D. Joh. Bokelio, propositæ. Helmstadii 1588. in 4.

M. PHILIPPUS GABRIELUS, Slesvicensis, Parochus in vicinia Kalebyensis, 1628. superstes.

Modesta & accurata Docimasia IV. Conclusionum D. Christ. Sledani, Pastoris Slesvicensis, in Art. de persona Christi, Germanice instituta. MS. Vidi Hafniæ, in Biblioth. Beckeriana.

JOHANNES a GAILKIRCHEN, Hamburgensis, J. U. C., Witebergæ A. 1594. (1.), Jenæ autem A. 1599. & seqq., commoratus.

Selectæ Juris Civilis Qvæstiones. Jenæ 1599. in 4. (*Catal.*)

Miscellanearum Juris Qvæstionum Centuria, ab eo Præside proposita. Jenæ 1601. in 4.

(Diversus ab eo est Joh. Geilkircherus, Acad. Ingolstad. Antecessor, cujus Disputationes Juridicæ complures, A. 1576. 1577. & 1578. Ingolstadii publicatæ, in Nicol. Bassæi *Collect. Libb. Lat. p. 255.* enumerantur, ac *Tractatus de Testamento militari*, ibidem A. 1588. *in 4.* editus, a B. G. Struvio, *in Biblioth. Jur. Sel., c. 3., §. 48., p. 148.*, commendatur.)

JACOBUS GARBERS, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, ac, ab A. 1722., Poliater.

Disp. Med. Inaug. de Diureticis. Lugd. Bat. 1693. in 4.

REINHOLDUS GARLINGHOF, Hamburgensis, J. U. Lic. & Judiciorum Hamburgensium, circa A. 1701., Procurator. V. Lehm. *Hamb. Lit. A. 1704. p. 10.* Vixit A. 1716.

Disp. Inaug. de Societate omnium, sive universaliter Bonorum. Franeqveræ 1701. in 4.

JOHANNES GARMERS Senior, Lubecensis, J. U. D. Heidelbergæ A. 1617. creatus, urbis Hamburgensis, ab A. 1626. (*sive, juxta alios, a d. 21. Dec. A. 1625.*), Syndicus, & ad Christ. IV., Regem Daniæ, Ordines Belgicos, Principesqve Germanicos, sæpe Legatus (2.), d. 8. Dec. A. C. 1638., & æt. 51., mortuus (3.); parens Vincentii, patriæ Syndici, Johannis, ejusdem Protophysici, & Margaretæ, D. Joh. Placcio, Poliatro itidem Hamburgensi, elocatæ, avus autem Vinc. Placcii, Professoris Gymnasii patrii celeberrimi. A qvo in æde Cathedrali ei, Parentibusqve, monumentum erectum est Epitaphium, in cujus inscriptione (4.), perperam patriæ suæ vocatur Syndicus. Nicol. Scribonius (5.) nomen ejus ita ἀναγραμμαλίζει:

Johannes Garmeerus, Juris utriusque Doctor.

*

Tu in odore rite carus, Jurisque magnus heros.

A Vinc. Fabricio, in Epigrammate ad eum (6.), *Lumen Senatus, & civitatis antistes ingentis ingens*, salutatur.

Disp. Inaug. de Conventionibus successoriis, Præside D. Philippo Hofmanno. Heidelbergæ 1617. in 4.

Notæ reformatoriæ ἀνέκδοτοι in Jus Statutarium Hamburgense, ex ejus (illarum haud dubie Autoris) Avtographo a nepote Vinc. Placcio descriptæ, aliorum observationibus auctæ, & *in Idea JCti Hamburgensis perfecti, Musis inserta Juridicis, c. 3., p. 161.*, laudatæ. A D. Diet. Anckelmanno (*in Disp. Inaug. de pactis dotalibus, Sect. I., §. 5., p. 12.*) eædem (sed sub falso Vincentii Garmeri nomine) allegantur, &, nunqvam licet promulgatæ, vel autoritate publica confirmatæ, sæpissime in praxi judiciorum Hamburgensium, perhibentur, observari.

JOHANNES GARMERS Junior, Hamburgensis, Senioris, modo laudati, filius, d. 19. Sept. A. 1628. in lucem editus, & e Gymnasio patrio in Academiam dimissus Juliam, Herm. Conringium studiorum suorum ducem elegit, ejusqve hortatu & exemplo, per integrum, qvo illic hæsit, qvadriennium, cum Medico Historico-Politicum ea felicitate conjunxit, ut plus postea gloriæ scriptis hujus generis, qvam Medicis, adeptus esse nonnullis videatur. In itinere, qvo, A. 1651. & seqventibus, regiones exteras, Galliam præsertim & Italiam, curiosus rerum in singulis, & civilium, & naturalium, explorator, perlustravit, literario, in civitate Parisiensi biennium, in Academia autem (qvæ Syndicum eum & Consiliarium nationis elegit Germanicæ, Doctorisqve Medici A. 1653. ornavit titulo) Patavina triennium exegit integrum, & Lutetiæ Dn. Vicqvefortio ac Gvid. Patino, Romæ Paulo Zacchiæ, Archiatro Pontificio, Ferd. Fürstenbergio (Episcopo deinceps Monasteriensi), Lucæ Holstenio & Athan. Kirchero, ac alibi Viris famæ haud minoris aliis, familiariter innotuit. In urbem (in cujus æde Cathedrali Præbendam, qvam vocant, tertiam minorem anno jam 1651. obtinuerat (7.)) redux patriam, Praxi Medica, & in ista, & in aula Ducis Saxo-Lauenburgici, cujus Archiater fuit, vicina, brevi inclaruit, Poliaterqve a Senatu patriæ secundarius A. 1659. (8.), primarius autem A. 1672. , post Joh. Alb. Huswedelii in Sveciam abitum, est constitutus, & ab Electore tandem etiam Brandeburgico Medicis, absens licet, adscriptus aulicis. Autoritate, qva inter cives aliqvamdiu polluit, eximia prudenter usus, Collegii Medici dignitatem feliciter asseruit, & Medicastros Agyrtasqve Hamburgo penitus ejecit. Senex tamen complures, e primoribus etiam urbis, habuit adversarios, de qvorum adversus se molitionibus, & Sycophanta, qvi criminibus se oneraverit atrocissimis, ab illis, omnia ei auxilia, imo impunitatem, si hanc ob causam in judicium vocaretur, pollicitis, concitato, in Proemio Jungianæ *Vermium* conqveritur *historiæ*. Vixit d. 29. Maji anno seculari 1700., & æt. 72., exemptus, exuvias suas æde Petrinæ, opes vero conjugi, qvam A. 1669. duxerat, superstiti, Barbaræ Schröteringiæ, & cognatis, qvod liberos omnes vivus jam extulisset, reliqvit.

Vitæ ejus σκιαγραφίαν breviorem *Nova* exhibent *Literaria Lubecensia, M. Jun. A. 1700., p. 185. 186.*, magis autem copiosam Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Historicæ Anni 1700, curiosæ vernaculæ, num. 23., p. 183. 184.*

Conferri de illo possunt Georg. Abr. Merclini *Lindenius renovatus p. 587.*, & Vinc. Placcii *Epistola Libri II. Carminum ad avunculum hunc suum Dedicatoria, ac Epistola ad Anonymos suos augendos invitatoria p. 33.*

(1.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. Bb. 2. a.*, ubi *Joh. a Gailefkirchen* vocatur. (2.) V. Ad. Tratfigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. p. 47.* (3.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memor, Hamb. p. 441.* (4.) V. illam in J. A Fabricii *Auctario Inscriptt. Hamb. Theod. Anckelmanni, n. 126., p. 30.*, & *Vita Vinc. Placcii*, hujus *Theatro Anonymorum & Pseudonymorum A. 1708. præfixa.* (5.) *L. 4. Lusuum Gottorp. p. 98.* (6.) *in Poematis*, & qvidem *in Libro Sylvarum, p. 137.* (7.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 610.* (8.) V. Fabricium *l. c. p. 1044.*

ELOGIA.

Herm. Conringio (*in Tr. de prudentia civili, c. 14., p. 358. 359*) *Medicus* audit *Hamburgensium doctissimus.*

Joh. Nicol. Pechlino (*Lib. I. Observat. Physico-Med., Obs. 37., p. 88.*) *Proto-Medicus celeberrimus, Vir plurimorum annorum experimentis exercitatissimus;* it. (*in Ephemeride vulneris thoracici, Observationibus adjecta, p. 4.*) *celeberrimus in vicinia Protomedicus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

α. PROPRIA.

Diss. de Venæsectione, Præside Herm. Conringio. Helmstadii 1651. in 4.

Gratulatio ad S. P. Q. Hamburgensem, cum Nicolaus Jarre & Joh. Schröteringius, qvorum primus LXVIIIvum, alter LXXXIIIium annum ætatis excesserat, inaudito apud nos exemplo, reip. patriæ Præsides denominarentur. Hamburgi 1672. in fol.

Diss. I. de Theriaca. Hamb. 1678. in 4.

Diss. II. de Theriaca. Hamb. 1679. in 4.

Diss. III. de Theriaca. Hamb. 1689. in 4. (*commendantur illæ a Joh. Jac. Stolterfohtio, in Nov. Lit. Lubec., M. Dec. A. 1700., p. 381. 382.*)

Elogium funebre Ægid. Rulandi, Hamburgensis, Regi Poloniæ a negotiis. Hamb. 1680. in fol.

Diatriba de Qvæstionibus qvibusdam Physico-Medicis. Hamburgi 1683. in 4. Huic, Controversiam, a Medicis aliqvot Hamburgensibus Garmero, occasione casus circa uteri procidentiam obstetricii periculosi, in qvo ex ejus consilio omnia, sed eventu infelici, peracta erant, motam, ventilanti, D. David a Becke opposuit *Diss. Anatomico-Practicam de procidentia uteri, ab erroribus V. C., Joh. Garmeri, vindicata*, adjecta Garmeri Diatriba, Hamburgi A. 1683. *in 8.* editam, & ab illo seqventi impugnatam Auctario.

Auctarium Diatribæ de Qq. qvibusdam Physico-Medicis, contra D. Dav. a Becke. Hamb. 1684. in 4. Reposuit isti Beckius, eodem A. 1684., *Garmerum ex Garmero ad vivum & verbum descriptum.* Qvis e certamine hoc superior discesserit, ὁμότεχνοι dispiciant. Beckio victoriam adjudicat, & Garmerum erroris insimulat, D. Paulus Ammannus, Med. Prof. Lips., *in Irenico Hippocratis & Numæ Pompilii p. 116. 117. 118.* Garmero contra, adversus Beckium, procidentiam uteri, qvam obstetrices crepare solent, ceu falsam & imaginariam, cum Sylvio, Hornio & Kerckringio, explodentem, patrocinatur Joh. Nic. Pechlinus, Archiater Holsaticus, nomine licet utriusqve suppresso, *Lib. I. Observv. Medico-Phys., Obs. 20., p. 46. 47. 48.*

Elogium funebre Joh. Henr. Daureri, Med. D. & Practici Hamburgensis.

Tres Epistolæ Dedicatoriæ, Joh. Feldeni Elementis Juris universi, Francofurti & Lipsiæ A. 1664. *in 4.* editis, sub Feldeni ipsius nomine, præmissæ, qvas stylo Garmeri nitidissimo esse exaratas V. Placcius, *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 279.*, testatur.

β. ALIENA AB EO TRANSLATA ET EDITA.

Ludov. Septalii, Patricii Mediolanensis, de Ratione status Libri VII., ex Italico Latine versi. Accedunt breves Notæ, & accuratus rerum Index. Hamburgi 1659. (*non 1669., qvem Beüghemius, in Bibliogr. Jur. p. 89. 218., exhibet*) in 8. Recusi, cum Jac. Thomasii, Prof. Lips., Tabellis in eos Synopticis, Lipsiæ 1680. in 8. Versionem hanc, Herm. Conringii elaboratam hortatu, & ab illo (*in Tr. de Prud. civ., c. 14., p. 358. 359.*), ac V. Placcio, *nitidissimam* vocante (*in Tr. de Scr. Anon., c. 8., p. 63.*), commendatam, sub larva primum *Ignatii Gratiosi, Hammopolitani* (uti *Catal. Nund. Lips. A. 1656. Vern. p. 28.* ostendit), voluit edere, sed postea, mente mutata, verum illi nomen præfixit.

Franc. Rubei, Medici Genuensis, Exercitationes nocturnæ in Historias Medicas, qvæ plurimum conducunt & artem prædicendi in morbis acutis, Genuæ A. 1622. excusæ; cum sua præfatione, Notis & Indice accurato, denuo ab illo editæ, & Collegio Medico Hamburgensi inscriptæ. Hamburgi 1660. in 8.

Ludov. Zuccoli, Picentini, Diss. de Ratione status, ex Italico Latine versa, & Notis aucta. Accedunt Acta & controversiæ inter Urb. VIII. & Innoc. X., Pontifices, & Odoardum Farnesium, Ducem Parmæ, de Ducatu Castri. Hamb. 1663. in 8.

Scipionis Claramontii, Cæsenatis, Liber I. de Ratione status, ex Italico Latine versus. Hamb. 1679. in 4. In *præfatione* duorum etiam reliqvorum librorum versionem promisit.

Joach. Jungii Historia vermium, e schedis Autoris MStis a Joh. Vagetio, aliisqve Viris præclaris, eruta, post mortem autem Vagetii erudito orbi, qvantum per obvenientem calamitatem (*incendii ædium Vagetianarum, qvo pars illius periit ultima*) licuit, communicata a Garmero, cujus accessit Epistola Dedicatoria. Hamb. 1691. in 4.

II. GERMANICUM.

D. Joh. Alb. Huswedels und D. Joh. Garmers, Hamburgischer Physicorum, kurtzer Bericht, wie, bey einfallender Kranckheit, ein jeder sich verhalten solle. Hamb. 1663. in 4.

INEDITA.

Annales rerum Hamburgensium, ab A. C. 1645. ad 1688. deducti, qvos, *in Catal. Nund. Francof. A. 1688. Autumn. p. 27.*, est pollicitus. Horum qvaternio unicus, Procemium atqve Synopsin exhibens, prodiit, sed tantas Hamburgi dedit turbas, ut supprimere reliqva Autor fuerit coactus, uti ipse per literas, lucem ea tamen nihilominus aliqvando esse visura comminatas, mihi significavit. Patet autem ex illo, factioni eum fraternæ & Meurerianæ, qvæ patriam turbis implicuit plurimis, fuisse addictissimum, & hujus adversariis, in qvos acriter invehitur, infensissimum. Unde, opus ipsum perpetuo partium laborare studio, facillimum est conjectu.

Versio Librorum II. & III. Scipionis Claramontii de Ratione status Latina, paulo ante memorata.

Acta Controversiæ, qvæ inter Alexandrum VII., Pontificem, Ducemqve Mutinensem, ob convalles Comaclenses, A. 1663. adhuc vigebat, *in præf. Actorum Controversiæ de Ducatu Castri*, eodem anno promissa.

VINCENTIUS GARMERS, Hamburgensis, Johannis Senioris, Syndici, filius, & Junioris, patriæ Poliatri, frater, J. U. D., post reditum e regionibus exteris, Duci primum Saxo-Lauenburgico fuit a Consiliis, deinde vero, d. 5. Jul. A. 1659., patriæ Syndicus, in Joach. Petræi locum, a Senatu est electus (1.), &, eodem Anno, ad Reges Daniæ & Sveciæ, nec multo post bis in Angliam (2.), ac A. 1662. & 1665. ad Leopoldum Imperatorem (qvi Comitiva eum palatii

(1.) V. Mich. Kirstenii *Fausta ei, cum Syndicus crearetur,* dicta (Hamb. 1659. in f.), Vinc. Placcii *Poema de Syndicatu gratulatorium* (*L. 2. Carm. p. 122-127.*), Ad. Trasigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. p. 54.*, & J. Alb. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 441.* (2.) V. Vinc. Placcii *Propempticon in legationem Anglicam Secundam, L. 2. Carm. p. 127-133.*

tii Lateranensis nobilitatisqve donavit insignibus), atqve Comitia Ratisbonensia, ablegatus (1.). Has legationes cum e voto patriæ confecisset, haud difficulter summam sibi inter cives, variis usus artibus Pseudo-Politicis, conciliavit autoritatem, totamqve ferme rempublicam, cum paucis aliis, eidem secum addictis factioni, pro lubitu gubernavit. Postqvam vero, plus justo insolescens, & versutia sua abusus, non in concives solum fuerat injurius, sed &, molitionibus adversus Christianum V., Monarcham Daniæ, vicinum, clandestinis ac nefariis, indignationem hujus provocaverat justissimam, diuturniorem ei felicitatis tantæ usuram divina Nemesis, ac animus sui ipsius tortor, inviderunt. Cum enim inter chartas Joh. Adolphi Kielmanni, Ministri aulæ Holsato-Gottorpiensis primarii, jussu regio Hafniam abducti, a Danis literæ ejus essent inventæ, qvibus, Hamburgenses, adversus Regem Daniæ, cum Svecis & Holsatis fœdus esse inituros, promittebatur, Senatus Hamburgensis, de istis compellatus, absqve mandato aut consensu suo id factum esse, respondit, Garmerus autem, & hujus piaculi, & aliorum, sibi conscius, pœnæ metu, d. 9. Mart. A. 1677., ex urbe patria clam aufugit (2.). In profugum, cum de culpa ejus omnibus constaret, plebiscito remotionis ab officio, qvod deseruerat, publico, & perpetuæ ex urbe relegationis, lata est sententia. Exul locum qvidem, in aula Sverinensi, inter Christiani Ludovici, Ducis Megapolitani, obtinuit Consiliarios, sed ista etiam, cum turpe, uti fertur, patrasset flagitium, deinceps est ejectus, & privatus Bardovici, in Ducatu Lüneburgico, aliqvot post annos, mortuus.

Vinc. Placcius, e sorore nepos, *Librum I. Carminum juvenilium, sive Atlantidem retectam*, illi inscripsit. De filio ejus, Johanne, J.U.C., eodem, qvo ipse e patria aufugit, Anno 1677., M. Aprili, in duello Witebergæ trucidato, duæ Conr. Sam. Schurtzfleischii ad parentem Epistolæ, M. Majo A. 1676. & M. Apr. A. 1677. exaratæ, ac in Schurtzfleischianarum Syntagmate, Witebergæ A. 1700. excuso (*n. 340. & 391., p. 484-487. 578. 579. 580.*), obviæ, *Theatriqve Anonymorum & Pseudonymorum* Placciani *T. I., c. 8., p. 341., ac T. II. p. 335. 336.*, consulantur.

Disp. Jurid. de Collationibus bonorum, Præside D. Joh. Mehlbaumio. Helmst. 1644. in 4.

Documenta immedietatis Hamburgensis, Germanice, sine Autoris anniqve mentione, edita, in 4.

Documenta ulteriora immedietatis Hamburgensis, bey ietzigem Reichstage außgegeben, in 4. Ἀνωνύμως itidem, absqve loci & anni (qvi fuit 1663.) indicio, prodierunt. Utraqve recusa deinde sunt in Phil. Andr. Oldenburgeri *Limnæo enucleato* (Genevæ A. 1670. *in fol.* edito), *Lib. IV., c. 72., p. 240. & seqq.*, ac Christ. Gastelii Opere *de statu Europæ publico* (Norib. A. 1675. *in fol.* impresso), *c. 32., p. 1096-1114.*, Garmero autem vindicata a Vinc. Placcio *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 11., p. 457.*

Kräftiges Antidotum gegen Johann von Spreckelsen, removirten Rahtsverwandten zu Hamburg. in 4. (*Catal.*)

Unterricht, warumb Hamburg seine gehabte Neutralität, bey diesem Reichstage, nicht behalten, und der Syndicus Garmers daran gar nicht schuldig. R. 1677. in 4. Scriptum ἀνώνυμον, in Catalogo qvodam memoratum, cujus ipsum Autorem esse conjicio.

VINCENTIUS GARMERS, Hamburgensis, Hieronymi, Senatoris, filius, J. U. D. & Basilicæ patriæ, ab A. 1695., Canonicus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 609.* Obiit M. Oct. A. 1717.

Disp. Inaug. de jure Retentionis. Trajecti ad Rhenum 1692. in 4.

M. PETRUS GARPIUS, Itzehoensis, Parochiæ ruralis in Stormaria Bejenfletanæ, circa A. 1652., Pastor, ante A. 1669. (qvo vidua ejus, Gesa Wildenia, D. Joh. Lassenio, Theologo Hafniensi, nupsit) defunctus.

Progymnasma Philologicum de perfectione, utilitate, necessitate & præstantia Lingvæ Hebrææ, qvibus omnes omnino lingvas multis parasangis post se relinqvit. Rostochii 1639. in 8.

Disputationes III. pro veris punctis nominis τετραγραμμάτου יהוה. Rostochii 1641. in 4.

Qvæstiones miscellaneæ Philologico-Philosophicæ. Regiomonti 1642. in 4.

Disp. Physica de propagatione Animæ humanæ. Regiom. 1643. in 4.

Fasciculus Thesium Theologicarum, ex Conr. Dieterici Institutionibus Catecheticis, in Acad. Regiomontana XX. Disputationibus privatis propositarum. Thorunii 1643. in 4.

Leichpredigt über Christianum IV., König in Dennemarck, auß 1. Reg. II. 11. 12. 13. Glückstadii 1649. in 4.

Predigt über Luc. XXII. 46. Glückst. 1647. in 4. (*Catal.*)

Predigt über das Evangelium am Sontage Miseric. Domini. in 4. (*Catal.*)

DOMINICUS GARTZIUS, J. U. Lic. & Practicus Hamburgensis, A. 1703. mortuus. V. Lehmanni *Hamb. Liter. A. 1704., p. 37.*

Disp. Inaug. de Donationibus. Aureliæ 1659. in 4.

GILIANUS GARTZIUS, Hamburgensis, Johannis, mercatoris opulenti, filius, Elia Schedio (Scriptore *libri de Diis Germanorum* erudito) Præceptore in pueritia gavisus domestico (3.), Medicinæ Doctor, & Practicus in patria primum, ac deinde in urbe Güstroviensi, illic, filia Lucæ Hagemeisteri, Consulis, uxore ducta, A. 1653. est defunctus (4.). Hunc, e civibus ὁμοτέχνοις, & suis simul in Acad. Jenensi Præceptoribus, Gvernerus Rolfincius (5.) *Mystam* salutavit *artis Medicæ præcellentissimum*, Paulus Marqv. Slegelius autem, *in Epistola sui de Sangvinis motu Commentarii*, A. 1650. ei inscripti, *Dedicatoria*, *Anatomicum* vocavit *exercitatissimum*, hortatusqve est, *ut singulares ingenii dotes magis in publicum conferret, & in celebri Academia operam suam, in Anatomicis & Botanicis, egregie navaret.*

Disp. de Epilepsia, Præside D. Paulo Marqvardo Slegelio. Jenæ 1642. in 4.

PETRUS GARTZIUS, Hamburgensis, J. U. Doctor Witebergæ A. 1653., primo inter octo competitores loco, creatus. V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. Ggg. 1. b.*, & And. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 111.*

Puritanischer Glaubens- und Regiments-Spiegel, darinn die Früchte gezeiget werden, welche auß prætendirter Freyheit in Religions-Sachen, nicht allein zu glauben, sondern auch öffentlich zu lehren, was man wil, und in Regiments-Sachen das Oberhaupt den unbändigen Gliedmassen zu unterwerfen, hervorzuspriessen pflegen; der gegenwärtigen und zukünftigen Welt zur Warnung vorgestellet. Lipsiæ, sine anni (*qvi 1650. fuit, teste Catalogo nundinali, non 1658., a Lipenio, P. II. Biblioth. Theol. p. 620., substitutus*) mentione, in 12. A Joh. Andr. Bosio (*in Introd. ad notit. rerump., c. 30., §. 89., p. 263. & in subjecta illi Diss. III. de statu Europæ, §. 19., p. 306.*) scriptum hoc, velut, ad cognoscendam Puritanorum Angliæ doctrinam, ejusqve in rep. noxam, perutile, præ aliis ejusdem argumenti, commendatur.

(1.) V. Mich. Kirstenii *Gratulationem ad eum de reditu e Comitiis Ratisbonensibus*, A. 1665. *in fol.* excusam, & D. Joh. Garmeri, fratris, *Ep. Dedic. Dissertationi* Lud. Zuccoli *de Ratione status*, A. 1663. ipsi inscriptæ, præfixam. (2.) V. J. C *Memoires de Dannemark, & la vie de Roy Christ. V., traduit de l'Anglois, c. 5., p. 95. Edit. A. 1701. Ultrajectinæ.* (3.) V. Steph. Hahnii *Memoriam Schedii*, in G. H. Götzii *Elogiis præcocium p. 41. 42.* (4.) V. Frid. Thomæ *Append. Analectorum Güstrov. p. 140.* (5.) *in Carmine Disputationi de Epilepsia adjecto.*

HENRICUS CHRISTIANUS GEBHARDUS, venæ mediocris Poeta, in vico Comitatus Pinnebergici A. 1665. commoratus Uterſenſi.

Theatrum Emblematicum, ſive Similitudines CCXXXIV., res multiformes, nec lectu injucundas, ante oculos conſtituentes, diverſorumqve generum Metris Latinis concinnatæ, ac, juxta ſeriem Locorum Communium, in XXXIX. capita diſtributæ. Glückſtadii 1665. in 8.

MICHAEL GEHLINGIUS, Theologiæ Studioſus, idem, ni fallor, cum Judæo hujus nominis, religionis Chriſtianæ Proſelyto, de qvo ita Hugo Grotius *Epiſt. 311.* ad Gerh. Joh. Voſſium, Hamburgi d. 13. Mart. A. 1633. exarata (1.): *Eſt in hac urbe, Vir optime, Michael Gellingus, ex Judæo factus, ante annos hos XVII., bona fide, qvantum judicare licet, Chriſtianus. In Rabbinicis ſcriptis vertendis video eum feliciter verſari. Et velim ab eo verti librum Joſephi Albi de fundamentis. Hic non invenit, qvæ illi, ad vitam mediocriter ſuſtentandam, & ad labores tales, ſunt neceſſaria. Nec multis illi opus eſt, ἀγάμῳ καὶ ἀγόνῳ. Annos habet ætatis XXXVI. Rogavit explorarem, an opera ſua in Hollandia poſſet eſſe publico fructuoſa, ipſi non plane ſterilis.*

Hymnus Jambicus in nativitatem Jeſu Chriſti. Hamburgi 1631. in 4.

JACOBUS GENCKE, Hamburgenſis, ædis in patria Petrinæ, ab A. 1684. (M. Oct.), Diaconus, d. 14. Jan. A. C. 1693., & æt. 47., Colica ſubito extinctus. V. J. A. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 868.*

Der, nach ſeinem Kampfe, gekrönte Lehrer, oder Leichpredigt über M. Herm. von Petkum, Paſt. zu S. Petri in Hamburg. Hamburgi 1683. in 4.

Predigt von einem würdigen Prediger, bey ſeiner Einführung gehalten. Hamb. 1684. in 4.

Uterqve ſermo junctim ibidem A. 1686. *in 4.* eſt recuſus, addita præfatione, cujus cenſura de *Theologia Germanica ἀδεσπότῳ* temeraria a Vinc. Placcio, *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 11., p. 445.,* caſtigatur.

M. PETRUS GENERANUS, a Gennera, pago in Lugumenſi præfecturæ Apenradenſis Parochia natali, cognomen mutuatus, Witebergæ, octennio, Chriſtiani III., Danorum Regis, ſumptu, vixit, Lutheriqve convictu uſus eſt, integro, & ab hoc, Melanchtone, cæteriſqve Præceptoribus, d. 16. Febr. A. 1540., inſigni præclarorum in Theologia, Philoſophia & Philologia, profectuum inſtructus teſtimonio. Eorundem hortatu opuſcula aliqvot edidiſſe fertur propria, & Regi, ejusqve fratribus, Johanni ſeniori ac Adolpho, Ducibus Holſaticis, inſcripſiſſe, qvæ qvam grata ſibi fuerint, Heroes hi, & literis αὐτογράφοις, & donariis luculentis, Witebergam transmiſſis, ſint teſtati. A Johanne A. 1546. in aulam ſuam revocatus eſt Hatherslebienſem, ab Adolpho autem A. 1550. Hartwigo Freſio, in Paſtoratu & Præpoſitura, ſucceſſor datus, Apenradenſi. Officio hoc dextre aliqvamdiu functus in morbum incidit gravem ac diuturnum. Qvo cum vox ejus ita eſſet hebetata, ut auditorio non amplius ſufficeret, Adjutores adjuncti ei ſunt A. 1560. Fridericus Brunius, &, hoc A. 1580. defuncto, Joh. Brunius, ejus frater, biennio poſt itidem mortuus, tandemqve A. 1583. Joh. Generanus, filius, parenti, M. Martio ſeqventis 1584., prid. F. Paſch., defuncto, ſuperſtes. V. Ant. Heimreichii *L. 4. Hiſt. Eccl. Sleſvic., c. 3., p. 209. 210. 211.* Cujus narrationes M. Trogillus Arnkielius, Præpoſitus Apenrad., in ſua ad me confirmavit Epiſtola. Opuſculorum, qvæ ambo illi tribuunt, qvorumqve exempla omnia in Apenradenſi Anni 1610. incendio Cl. Arnkielius ita refert eſſe abolita, ut ne titulorum qvidem vel argumentorum ulla ſuperſit memoria, nullum vel vidi, vel alibi memoratum reperi. Innotuerunt mihi contra:

Articuli (*Smalcaldici*), a D. M. Luthero A. 1538. ſcripti, ut Synodo Mantuanæ, qvæ tunc indicta erat, proponerentur, a Pet. Generano Latine tranſlati, ac, cum præfationibus Viti Amerbachii, ipſiusqve Generani ad Joh. Hildebrandum, Ruris regii Abbatem, Witebergæ A. 1541. in 8. excuſi, de qvibus (XV. tantum Articulos Lutheri ipſius priores exhibentibus, qvæ autem de poteſtate Papæ iſtis a Melanchtone ſunt addita omittentibus) V. L. Seckendorfii Index ſcriptorum Lutheri, *Commentario de Lutheraniſmi hiſtoria* ſubjunctus, *ad A. 1537.,* & Herm. Hardtii *T. I. Monum. Autograph. Rud. Auguſti, Ducis Brunſvic., p. 412.,* ſunt conſulendi, hosqve ſecutus Henr. Muhlius *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformat. relig. Cimbrica, p. 43. 44.*

Epiſtolæ III. ἀνέκδοτοι ad D. Paulum ab Eitzen, Superintend. Holſaticum, A. 1569. 1570. & 1580. exaratæ, qvas in Volumine Epiſtolarum ad Eitzenium MSto inveni.

JOHANNES GENERANUS, Apenradenſis, Petri filius, &, in oppidi patrii Paſtoratu, ab A. 1583., Coadjutor, Annoqve ſeqv. 1584. defuncti, in eodem, & Diœceſeos vicinæ Præpoſitura, ſucceſſor, d. 11. Mart. A. C. 1624., æt. 65. officiiqve ſacri 41., extinctus; ſocer Georg. Hübſchmanni, Flensburgenſis, Præpoſiti itidem Apenradenſis. V. Heimreichium *l. c., L. 4., c. 3., p. 211. 212.*

Leichpredigt über Clauß Eſmarch, Bürgermeiſtern in Apenrade. A. 1610. in 4.

HENNINGUS GEORGII, ſive JÜRGENS, Itzehoenſis, J. U. Licenciati titulum Witebergæ A. 1665. adeptus (2.); diverſus ab Henningo Georgio, Hamburgenſi, cui de ſupremis juris honoribus, Roſtochii collatis, Vinc. Fabricius venuſto gratulatus eſt carmine (3.).

Diſp. de Jure beſtiali, Præſide D. Mich. Frid. Lederero. Witeb. 1663. in 4.

Diſp. Jurid. de Apannagio, Præſide D. Wilh. Lyſero. Witeb. in 4. Recuſa *Volum. III. Exerc. Juris publici*, ab Ahaſv. Fritſchio collectarum, Rudolſtadii A. 1670. *in 4.* edito, *num. IX.*

PAULUS GERBRAND, Hamburgenſis, Dieterici, tabellariorum præfecti, e Gertrude Rotenburgia filius, d. 18. Jul. A. 1641. in lucem editus, J. U. Licentiati titulo Baſileæ A. 1665. ornatus, &, cum, Italia, Gallia, Belgio, Britannia & Germania, peragratis, A. 1670. in patriam rediiſſet, illic M. Majo A. C. 1675., & æt. 34., vivis exemptus. V. Mich. Kirſtenii *Programma de vita ejus funebre.*

Diſp. Inaug. de Bonorum collatione, Baſileæ 1665. in 4.

PETRUS GERBRAND, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, 1705. ſuperſtes.

Diſp. Inaug. de Venditione neceſſaria. Franeqveræ 1696. in 4. (*V. Lebm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 10.*)

THOMAS FRIDERICUS GERCKEN, Lubecenſis, J. U. Doctor.

Diſp. Inaug., qva Juris Patronatus genuina repræſentatio ſiſtitur, Præſide D. Juſt. Henningo Böhmero propoſita. Halæ 1720. in 4.

GEORGIUS GERDESIUS, Lubecenſis, VI. Kal. Maji A. 1620., patre Chriſtophoro, J. U. D. & Conſule, natus, ipſe etiam J. U. D. Baſileæ A. 1646. creatus, Auguſtiqve, Ducis Saxo-Lauenburgici, Conſiliarius aulicus, d. 6. Maji A. C. 1655., & æt. 35., ante parentem, extinctus. V. Henr. Bangerti *Epicedium ei ſcriptum*. & M. Seb. Meieri *Orationem in obitum parentis funebrem.*

Diſp. Inaug. de Altero tanto, cum præmiſſo uſurarum jure. Baſileæ 1646. in 4.

M. CHRI-

(1.) *pag. 111.* (2.) V. Andr. Sennerti *Lib. I Athen. Witeb. p. 107.* (3.) *in Lib. Miſcell., in Operibus p. 614.*

M. CHRISTOPHORUS GERDNERUS, Latino etiam HORTENSII (uti ipsius pariter atqve Nath. Chytræi ostendunt carmina) delectatus cognomine, patria (testibus, præter ipsius Elegiam, Dav. Chytræo & Mich. Neandro) Lubecensis, Chytræorum in Academia, circa A. 1563., Rostochiensi fuit auditor, & in Tubingensi deinde itidem commoratus (1.). Rostochium, circa A. 1568., redux, Professionem, aliqvot post annis, Physicam obtinuit, & cum Anna Machenia A. 1572. nuptias celebravit. Aqva tandem intercute, sub initium Anni 1579. (in cujus locum 1575. a Georg. Frid. Neümanno (2.) perperam substituitur), teste Dav. Chytræo, in *Epistola* ad Frid. Stokium eodem scripta (3.), (vel d. 28. Dec. A. 1578., juxta Ott. Frid. Schützii *Lib. 2. de Vita Dav. Chytræi p. 178. 583.*) est extinctus, & Erasmum Stockmannum nactus successorem. V. de illo Dav. Chytræi Epistolam modo allegatam, & aliam, qva A. 1563. ei (elogio *juvenis ingeniosi & modesti* a se ornato) suas *de studio Grammaticæ & Dialecticæ recte instituendo* inscripsit *Admonitiones*, in *libro de Ratione discendi* (4.) recusam, Mich. Neandri *Carmen de Luthero Græcum*, ei ac Mart. Lydio, concivi, inscriptum, *Catechesique Lutheri*, qvæ Basileæ A. 1564. *in 8.* prodiit, *Græco-Latinæ* præfixum, & *Poema de miseria Pædagogorum* (in qvo illum *νέον ἄριστον*, *juvenem summo ingenio, sibiqve, Mart. Lydio & Mart. Crusio, carum*, appellavit), *Tomo I. Operis aurei* insertum, *p. 492.*, Nathanis Chytræi Epithalamium & Epitaphium, ei scripta, ad cognomen allegoria eleganti, e re deprompta hortensi, argute alludentia, in *Poematis* illius, Rostochii A. 1579. editis (*Lib. I. Amorum conjugalium, f. 236. 237., & Lib. I. Epitaphiorum f. 286. b.*), obvia, aliaqve Joh. Posselii, Matthiæ Flacii Junioris, Henr. Garberi & Dav. Penshornii, in nuptias ejus Carmina, junctim Rostochii A. 1572. *in 4.* excusa.

Monumentorum ingenii ejus nihil mihi innotuit, præter Elegiam in Nathanis Chytræi, Professoris Rostochiensis, nuptias unicam haud invenustam, qvæ in Chytræi *Poematis*, modo laudatis, *Lib. III. Amorum Conjugalium, f. 271. b. 272. a.*, est recusa.

HENRICUS GERDOVIUS, Civis Lubecensis literatus, Janiqve Gulielmii, Philologi ac Critici celeberrimi, sororis maritus.

Epistola ejus ad Suffridum Petri, JCtum Coloniensem, de Jani Gulielmii, affinis sui, laboribus in Ciceronem posthumis *ἀνεκδότοις*, A. 1595. exarata, in *Centuria II. Epistolarum Virorum eruditorum*, a Simone Abbes Gabbema collectarum, & Harlingæ A. 1664. *in 8.* editarum, locum (*num. 95., p. 472. 473. 474.*) invenit. Præcedunt ibidem eam & seqvuntur (*num. 91. 92. 94. 98., p. 464. 465. 467-472. 482. 483.*) Suffridi Petri qvatuor, de suo in MSta hæc Gulielmiana jure, A. 1594. & 1595. ad Gerdovium perscriptæ.

GERHARDUS, Comes HOLSATIÆ.

Hujus Chronico MSto se esse usum, multaqve inde in libellum suum *de magnificentia civitatis Lubecensis* vernaculum, A. 1666. editum, transtulisse, Conradus ab Höveln, in *præf.* scripti *de Urbis Lüneburgensis præstantia*, biennio post publicati, perhibet. Septem Comites, hoc nomine gavisos, Cimbriæ celebrant Historici:

1. Gerhardum I., Adolphi IV. filium, mortuum A. C. 1281.
2. Gerhardum II., Gerh. I. filium, m. A. 1312.
3. Gerhardum III., Gerh. II. F., m. A. 1320.
4. Gerhardum IV., Gerh. III. F., mortuum ante A. 1330.
5. Gerhardum Magnum seu Calvum, Henr. I. filium, A. 1339. occisum.
6. Gerhardum, Henrici ferrei filium, Gerhardi M. nepotem, in Dithmarsia A. 1404. cæsum.
7. Gerhardum, hujus filium, Embricæ A. 1433. extinctum.

Qvemnam istorum intelligat, haud indicavit Hövelius, Scriptor, & in stylo vernaculo, & in narrationibus ipsis, ineptiens, imo falso, Gerhardum Chronici istius Autorem esse, credidit. Reimarus enim Kockius, in Scriptorum, e qvibus *Chronicon* suum *Lubecense* congessit *ἀνέκδοτον*, Indice, verbis his illud describit Saxonicis: Eene olde, up Pergamene geschrevene, Chronica, mit schönen Figuren unn golde geschmücket, welke eenem Greven, mit Nahmen Gerdt van Holsteen, thohörig gewesen; worinne, am vörsten Blade, mit güldenen Bokstaven, staan disse Worde geschreven:

Dith Boock iß eenes Herren,	Det heft em eener siner Börger gesandt,
Vull Wißheit, Tucht unn Ehren;	De heet Johann van dem Barge:
Der iß Graf Gerdt van Holsteen genandt:	GOtt geve eenen beyden Herberge.

endiget sick, wo de Bischop Rudolph van Meydeborch A. 1260. aver Disch gestorven sy.

E qvibus, a V. C., Jacobo a Mellen, mihi communicatis, Gerhardum Chronici hujus, (non de solis suis rebus gestis conscripti, sed historiam, vel universalem, vel Germaniæ aut Cimbriæ particularem, complexi, sibiqve a Johanne van dem Barge, cive ac subdito, donati) possessorem tantum fuisse, neutiqvam vero Autorem, nemo non agnoscit.

M. NICOLAUS GERHARDUS, Hamburgensis, Conr. Rhederi, Civis sui, in Acad. Rostochiensi, circa A. 1575., Ephorus (5.), deinde vero Johannis Junioris, Ducis Holsato-Sünderburgici, Ecclesiastes, ab A. 1585. (d. 8. Febr.), in arce Sünderburgensi, aulicus, ac ditionum ejusdem Præpositus; Johannis Bernhardi, Pastoris Broackerani, Antistitisqve Sundevithensis, gener, & M. Joh. Mohtii, Parochi Flensburgensis Mariani, socer, paulo post annum, qvo superstes fuit, æræ Chr. 1597., ætatis 53tio, uti in monumento traditur Epitaphio, defunctus.

Leichpredigt über Elisabetha, gebohrne Hertzoginn von Braunschweig, Johannis des Jüngern, Hertzogen zu Holstein-Sünderburg, Gemahlinn, aus Ezech. XXXVII. Rostochii 1586. in 4.

M. HENRICUS GERLACHIUS, Hamburgensis, Conradi, Ecclesiastæ, per annos XLIX., Catharinæi, Ordinisqve sacri Senioris (d. 13. Jun. A. 1596. defuncti), filius, d. 25. Febr. A. 1557. in lucem editus, Academiam A. 1577. adiit Rostochiensem, &, post insignes in literis, præsertim elegantioribus, progressus, lauream in ea A. 1581. Philosophiæ supremam, nec multo post Scholæ in urbe Brunsvicensi publicæ Rectoratum, obtinuit. Officio hoc scholastico, post annos aliqvot, abdicato, Academias, Lipsiensem, Helmstadiensem & Rostochiensem, repetiit, & in hac, cum studia Udalrici, Friderici II., Danorum Regis, filii, Episcopiqve postea Sverinensis, ab A. 1592., esset moderatus (6.), Poeseos, cui excolendæ ab ipsa destinatus natura vates videbatur eximius, professionem, M. Aug. A. 1595., reportavit publicam. Qvam cum vix trimestri ornasset spatio, morte immatura, ante parentem grandævum, M. Novembri ejusdem Anni 1595., in ipso ætatis flore, est extinctus. Ab Henr. Camerario, Acad. Rostoch. JCto, in *Programmate* (cui hactenus relata, & a Seb. Bacmeistero, Presbytero Travemundensi, nobis communicata, debentur) de vita ejus *funebri*, *Vir* salutatur, *in qvo cum pietate doctrina certavit*, &, ob venæ Poeticæ præstantiam, a Sam. Rosenbohmio (*P. I. Poem., Lib. 3., p. 215.*) Oda peculiari celebratur Anagrammatico-Sapphica.

(1.) V. *ipsius Elegiam, mox laudandam.* (2.) *in Or. de favore Lubecensium in exteros p. 29.* (3.) V. illam in Syntagmate *Epistolarum* Chytræi *p. 307.* (4.) *lit. G. 1. & 2. Ed. Witeb. A. 1576. in 8.* (5.) V. Carmen ejus in discipuli obitum, D. Mich. Rhederi *Memoria Rhederiana*, Rostochii A. 1581. *in 4.* excusæ, adjectum. (6.) V. Joh. Simonii *Justa funebria, Udalrico facta, p. 12.*

Epicedia, Epithalamia, aliaqve non unius generis carmina Latina, arguta ac venustissima, σποράδην diversis edita temporibus, &, qvæ in unum colligantur fasciculum, dignissima.

IVARUS GERRITS, Eiderstadiensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de Collatione bonorum, Kilonii A. 1673. in 4., & seorsim, & in Pentade Disputt. Inaug. Jurid., Præside D. Magno Wedderkopfio habitarum, excusa.

M. DAVID GERTMANNUS, Hamburgensis, Collegii Philosophici Witebergensis, ab A. 1701., Assessor. V. Conr. Sam. Schurtzfleischii *ad illum Epistolam, qva studia ejus & merita delineantur*, Witebergæ A. 1702. *in fol.* editam, & *in Nov. Lit. Germ., M. Jul. A. 1703., p. 247., allegatam.* A. 1716. munere Ecclesiastico in Misnia, prope Dresdam, est functus.

Disp. de Infante Hebræo liberaliter educato, Præside Theod. Dassovio. Witeb. 1698. in 4.

Disputationes VII. de Hebræorum Altari suffitus, ab ipso Præside exhibitæ. Witeb. A. 1699. 1700. & 1701. in 4.

Diss. de Theologia V. T., Habac. II. 4. proposita. Witeb. 1702. in 4.

Exerc. Anti-Tilliana, Salomoni a Til, Theologo Leidensi, opposita, qva innocentia Lutheranorum a crimine, ab hoc ipsis imputato (*qvod revelationes rationi contradictorias statuant*), vindicatur. Bremæ 1707. in 4. Recensum ejus Lipsienses, *in Actis Erud., M. Aug. 1707., p. 347 - 351.*, Parisienses, *in Ephem. Erud. Gall. 1709., M. Apr., num. 16., p. 112 - 115.*, & Val. Ern. Löscherus, in den unschuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. XI. A. 1707., p. 712. 713.*, exhibuerunt.

INEDITA.

Anabaptistarum Embdensium cum Socinianis & Remonstrantibus, Sim. Episcopio, Steph. Curcellæo, Phil. Limburgio & Joh. Clerico, in præcipuis fidei capitibus, Consensus, contra Corn. van Huysen, Ecclesiæ Embdensium Ministrum, demonstratus, ac heterodoxiæ convictus. *V. Sect. 55.* des neuen Büchersaals p. 552.

AUGUSTINUS a GETELN (qvi Casp. Sagittario GÖTELIUS audit), Lubecensis (1.), Sacerdos, circa A. 1525., Hamburgi (2.), &, post sacrorum in urbe hac reformationem, Lüneburgi, fuit Pontificius. A. 1530. comitia Augustana in comitatu Bremensis adiisse videtur Archiepiscopi, & in XX. Doctorum Romano-Catholicorum, a qvibus Confessionis Augustanæ conscripta est refutatio, cœtu locum obtinuisse.. Qvem enim *Defensio Pupillæ Evangelicæ Saxonica* (3.) his accenset, *Augustinum a Cottelin*, Brema adductum, ab illo haud esse credo diversum. A. 1532. Lüneburgo etiam, qvod doctrinam Lutheranam amplecti nollet, ejectus, Urbanum Regium, Superintendentem, velut sui autorem exilii, incusavit, nec difficile sibi fore pro religionis Pontificiæ veritate cum eo disputare est gloriatus. Qvod ubi Regio, a qvo paulo ante omnes illius in hac urbe doctores ad disputationem erant provocati, est nunciatum, literis is nostrum amicis, ut in civitatem rediret, & de articulis secum conferret controversis, salvum conductum sumptusqve necessarios magistratus nomine pollicitus, invitavit. Ille vero, Luneburgi se parum fore tutum causatus, Colloqvio recusato, ad Cæsarem provocavit, & libellum tantum, pro dogmate qvodam a se conscriptum Pontificio, cum responsoriis, per Joh. Colerum, Præpositum, Regio curavit exhiberi, ab hoc Epistola prolixiori, *Tomo III. Operum* obvia, d. 11. Jun. mox refutatum. Fuere etiam, qvi Autorem illum (Regio licet dissentiente) crederent *33. Propositionum de S. Synaxi, communionem sub una defendentium specie*, clam in æde Johannea Lüneburgensi affixarum, & *Tomo II. Operum* Regii (4.), cum ejusdem responsionibus (titulo *Libelli contra vespertilionem qvendam, unam speciem Eucharistiæ tueri conantem*, donatis), pariter recusarum (5.). Plura de hoc certamine Herm. Hamelmanni *Historia Reformationis per Saxoniam inferiorem* (6.), istamqve secuti Casp. Sagittarii *Memorabilia Historiæ Lüneburgicæ*, §. 112., p. 38. 39. 40., suggerent. Qvorum ultimus an, e phrasi Regii, *Götelium ante se Lüneburgi in verbo Domini serviisse* scribentis, doctrinæ eum Lutheranæ initio fuisse præconem, sed ad Pontificios relapsum esse, recte collegerit, valde dubito.

Præter Opuscula Polemica, jam memorata, ἀνέκδοτος inter MSSta Bibliothecæ Academiæ Hafniensis Resenianæ (*teste hujus Catalogo p. 347.*) superest ejus Harmonia vulgaris IV. Evangelistarum, circa A. 1540. conscripta (*in 8.*)

CHRISTIANUS GHEVERDES de Hamburg, cujus libellum (incertum cujus argumenti), Moguntiæ A. 1508. (*in 8.*) collectum, in Biblioth. Cæsarea Vindobonensi MStum asservari Joh. Jac. Frisius, *in Epitome Biblioth. Gesneri aucta, p. 143.*, testatur.

OTTO GIBELIUS, Burgæ, oppido insulæ Femariensis, patre, ni fallor, Abrahamo, illius Pastore, & cæterarum Femariæ Ecclesiarum antistite, natus, Scholæ in Westphalia Mindensis Cantor, choriqve Musici Director; *Musicus Theoreticus*, judice Wolfg. Casp. Printzio (7.), *plane eximius.*

Introductio Musicæ Theoretico-Didacticæ, in qva præcipua ejus principia, imprimis vero Mathematica, ad veram scientiarum methodum concinnata, summa perspicuitate ac brevitate proponuntur, nec tantum ad Monochordum, sed alia qvoqve hodie usitatiora & nobiliora instrumenta, tum secundum veterem, tum novam Musices rationem, accurate applicantur. Pars Generalis, Bremæ 1660. in 4. (Partem ejusdem specialem, ob sumptuum penuriam, ab Autore publicari non potuisse, ex *Præf. Proposs. ejus Mathematico-Musicarum*, refert, & indignatur, Printzius *l. c.*

Propositiones Mathematico-Musicæ, A. 1666., teste Printzio *l. c.*, editæ.

Seminarium modulatoriæ vocis; das ist: Pflanzgarten der Singekunst, darinn etliche Tyrocinia vor alle 4. Menschen-Stimmen zugerichtet. Bremæ 1657. in 8. (*it., juxta Catalogos qvosdam fidei dubiæ, Cellæ 1645. in 8. & Hamburgi 1648. in 4.*)

Kurtzer, doch gründlicher, Bericht von den Vocibus Musicalibus, darinn von der Musicalischen Syllabication, oder (wie man gemeiniglich redet) Solmisation, gehandelt wird, &c. Bremæ 1659. in 8.

Erster Theil geistlicher Harmonien von 1. biß 5. Stimmen, theils ohne, theils mit Instrumenten, nach heutiger Manier gesetzet. Hamburgi 1671. in 4. (V. *Catal. Nund. Aut. A. 1671., p. 10., & Beügh. Bibliogr. Mathem. p. 325.*)

MOSES BEN GIDHON ABUDIENTE, Grammaticus & Poeta inter Judæos gentis Lusitanicæ Hamburgenses celebris, d. 24. Febr. A. 1688. Hamburgi, sicut gentilis ejus, Andr. a Castro, me edocuit, defunctus. Sermone Lusitanico edidit:

Grammatica Hebraica, Parte primeira: Onde se mostram todas as regras necessarias assim para a intelegençia da lingva, como para compor e escrever nella em proza e verso, com a elegançia e medida qve convem. Em Hamburguo, 3. de Elul, Anno da criasam 5393. (*sive A. C. 1633.*), in 8. In Præfatione Partis hujus primæ (Applausibus Metricis Judæorum aliorum Hamburgensium, Latino scil. Jacobi Rosales, Med. D., ac Lusitanicis D. Benedicti a Castro, Danielis

(1.) *teste Catalogo Biblioth. Resenianæ p. 347.* (2.) V. Steph. Kempii *Historiam reformationis Ecclesiæ Hamburg. Saxonicam.* (3.) *p. m. 55.* (4.) *fol. 81-89.* (5.) Confer de his Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 2., p. 174.* (6.) *P. II., in Operibus Hist. & Geneal. recensa, p. 901.* (7.) in der Historischen Beschreibung der Singekunst, *c. 12., p. 145.*

nielis Abudiente, Josephi Frances & Isaaci Abasao, commendatæ) Secunda, *Thesaurum Radicum Hebræarum admodum curiosum* exhibitura, ab Autore est promissa. Conf. de illa J. Chr. Wolfii *T. I. Biblioth. Hebr. p. 816.*

AUGUSTUS GIESE, Husensis, Joachimi Senioris e Salome Moldenitia filius, d. 29. Sept. A. 1620. natus, huic in Secretarii Senatorisqve urbis patriæ officiis A. 1644. successit, iisqve per annos 37. præclare functus, pietate singulari, Zelo gloriæ divinæ veræqve Christianissimi Praxeos promovendæ ardentissimo, ac meritis inprimis in pauperes (qvibus de sustentatione a Senatu civibusqve, hortatu ipsius, legibus prospectum est egregiis) immortalibus, inter concives inclaruit. Senex Mart. Holmerum, Parochum Husensem, habuit adversarium, liteqve inter hunc & Senatum exorta, cognatorum illius ac Patronorum in aula Gottorpiensi artibus, a munere publico injuste, una cum Consulibus, deturbatus (1.), reliqvam vitæ partem scriptis egregiis, partim sacris, partim aliis, ob stylum nervosum pariter atqve jucundum, Schuppianæqve παῤῥησίας feliciter æmulum, lectu dignissimis, in otio elucubrandis impendit literario. Pauca ex his prodiere, reliqva a Joachimo filio, Archidiacono Husensi, Holmeriqve successore, asservantur ἀνέκδοτα. Conf. de illo Frid. Breclingii (a qvo veritatis contra Christianisimum degenerem annumeratur testibus) *Catal. cit.*, & *Nova Lit. Lubec.*, *M. Maj. A. 1699.*, *p. 156. 157.* Vitam Giesii fusius ex ipsius Narratione hujus Germanica exposuit, eumqve simul ob dotes ingenii eximias, doctrinam insignem & multiplicem, pietatem, aliasqve virtutes plurimas, celebravit Joh. Melch. Kraftius in der Husumschen Kirchen-Historie *p. 256-260.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. de Legibus, Præside Herm. Conringio. Helmstadii 1643. in 4.

Spiegel des heutigen Christenthums, an unsern elenden Allmosen, erstlich der Stadt Husum alleine, nunmehr aber auch andern, vorgestellet; und was dafür und darwieder möchte gesagt werden, das eine außgeführt, und das andere beantwortet. Hamburgi 1687. & Slesvigæ 1699. in 8. Præfixæ ei sunt Epistolæ D. Christ. Kortholti & D. G. Morhofii, Professorum Kiloniensium, fratrisqve M. Joach. Giesii, Encomiasticæ. A Frid. Breclingio (*l. c. p. 772.*) *Speculum pulcherrimum*, & (*in Anti-Calovio, lit. G. 4. b.*) *Liber eximius*, appellatur. Scriptum hoc urbis Noribergensis Ecclesiastæ auditoribus suis e suggestu, ac duo, hos inter, Feuerlini, Pater & Filius, etiam in der schuldigen Liebe und Barmhertzigkeit in milder Vorsorge der Armen, libello A. 1699. edito, de nota meliore commendarunt. V. *præf.* der *IV. Tractaten p. 3. 4.*

Der Wehschreyende Stein über den Greuel, daß man die Diener der Justiz bißher nicht zu Grabe tragen, und nun auch ihrer etliche Frauen in Kindesnöhten niemand helfen wil: Zu Husum A. 1685. aufgerichtet von einem Haupt-Participanten der Leiden, die der Magistrat darüber eine gute Zeit außgestanden hat. Libellus ἀνώνυμος, sine loci mentione A. 1687., & deinde Slesvigæ A. 1699., *in 8.* excusus.

Scriptis ejus addantur:

I. Muster und Monster einer mit alten und neuen Vätern durch und durch gespickten Predigt und darinn grausamlich gemarterten und gerumpfreckten unschuldigen Textes Joh. XIX. v. 32. 33. 34. an seiner Söhne Einen vorgestellet.

II. Continuirte Vindiciæ des zur Seligkeit selbst-verständlichen und genugsamen und allein-kräftigen, lauteren, wahren und gewissen Wortes GOttes, abgegeben an einen vornehmen und gelahrten ihm vertrauten Prediger, und entgegen gestellt einer von demselben ihm communicirten Oration de Orthodoxia eines Mannes, dem GOtt vergebe und ihn bekehre. A. 1687.

III. Ein lebhaftes Conterfait des heiligen blinden Mums, auß der Antiqvitæt-Kammer zu Tripoli zu beschauen und vieler solcher Dinge davon eine Probe zu nehmen aufgestellet.

IV. Colloqvium ihrer dreyer über ein seltsahmes Schmacht- oder Hunger-Mahl, mit dem die alamodischen Predigten verglichen werden, sub titulo: Die Beschreibung eines seltsamen Gastmahls und dessen Effects, in Form etlicher Colloqvien vorgestellt.

Hæc qvatuor scripta, sub titulo vier Tractaten, omissa D. Melch. Zeidleri & D. Christ. Dreieri, Theologorum Acad. Regiomontanæ, qvorum Schediasmatis sunt opposita, mentione, junctim prodierunt *Plönæ A. 1711. in 8.* Accedit ein Anhang eines, vom Autore, an seinen Sohn, A. 1688. abgegebenen, Sendschreibens, oder Wahrhafte Erzählung dessen, was sich zu Husum A. 1680. und 1681., mit dem so genandten fremden Beter, und vermeintem Wundermann, Johann Thamsen (mit dem rechten Nahmen Jonas Trellund geheissen), zugetragen, auf Begehren eines seinen vornehmen Theologi anderswo, an seinen A. 1688. zu Helmstedt studierenden Sohn abgegeben. (Contra hanc Epistolam Thamsenio patrocinatus est Joh. Melch. Kraftius in der Husumschen Kirchen-Historie *p. 195-201.*) Præfixa est: Der Giesischen Erben Vorrede, worinn dem, des Autoris wegen, von Frid. Brecling abgestatteten, und Gotfried Arnolds vierdtem Theil der Kirchen- und Ketzer-Historie inserirtem unrichtigen Berichte gäntzlich wiedersprochen wird. In qva Narratio de fatis Giesii, qvam supra allegavimus, & partim secuti sumus, Breclingiana, in sensu diviso multa vera tradere, in composito autem fidem haud mereri, perhibetur, sed verior accuratiorqve haud substituitur.

INEDITA, partim ab ipso, partim ab amicis, mihi indicata.

Erster Einführung zu der Wissenschaft Christlicher Lehre, durch Fragen und Antworten; erstes Hundert, von der Schöpfung an, biß zum Durchgange durchs Rohte Meer.

Schrift wieder die falsche Bauchpriester, und derselben ärgerliches Leben. (Commendatur a Frid. Breclingio *in Catal. Test. verit.*, *l. c. p. 772.*)

Paradoxa Scholastica, oder Discurs vom Schulwesen, an Herm. Nottelmann, Lübeckischen Rectorem.

Tractat von Establirung des Regiments.

Bericht vom Bierbrauen.

Bericht vom Brodtbacken, oder Anleitung zu einer richtigen Brodt-Rolle. (Hæc tria non sine delectatione lecta sibi esse, Morhofius mihi retulit, & ultimi editionem ab Autore, in Epistola scripto de Eleemosynis præfixa, A. 1687. efflagitavit.)

Anzeige etlicher Mißbräuche im Teutschreden und Schreiben, in Form etlicher Anmerckungen über Justi Georg Schottels teutsche Sprachkunst an zwey seiner Söhne gerichtet.

Apud Kraftium l. c. scriptis ejus, ἀνεκδότοις, adjunguntur seqventia:

1. Diss. de Causalitate JCtorum triplici, Helmstadii a Studioso scripta, & ab Herm. Conringio approbata, sed, svasu ejusdem, ne universum Ordinem irritaret Juridicum, haud edita.

2. Vindiciæ eines aufrichtigen freyen Marckt-Ganges, für die, welchen ein Gewissen darob gemacht wird, daß sie für das ihre nehmen, was es gelten kan.

(1.) V. Frid. Breclingii de illo narrationem *in Catalogo testium veritatis, n. 117.*, apud Gotfr. Arnoldum *T. IV. Hist. Eccl. p. 772.*

3. Die bittere Wahrheit in Feststellung unserer Verdamniß, und Vernichtung alles dawieder vergeblichen Trostes, so lange wir uns nicht bekehren.
4. Von dem wahren selig-machenden Glauben, und dessen Unterscheide von dem andern und gemeinen, so genandten, Glauben.
5. Judicium von den Collegiis pietatis, daß sie in einer wolbestalten Kirchen nicht absolut nohtwendig seyn.
6. Erfordertes Bedencken an Fridericum Petri, Predigern zu Viöl, auf etliche von ihm an seine Mit-Prediger übergebene Puncta.
7. Weitläuftiges Sendschreiben an seine zwey, zu Lübeck freqventirende, Söhne, Christian Albert und Titum, von ihrem Studieren und Leben.
8. Sendschreiben, worinn erwiesen wird: 1. wie nützlich es sey, daß iunge Leute, bey den studiis, beyzeiten auch etwas anders handthieren lernen; 2. daß auf die bekandte Sage von den drey Ständen viel ungeschmacktes Zeuges bißher sey gebauet; 3. daß der Unterscheid zwischen dem so genandten geistlichen Stande, und dem Stande der gemeinen anderen Christen, zur Unmasse in die Kirche, durch einen Mißverstand, eingeschlichen; 4. daß ein Prediger, im Nohtfalle, sich ehrlich mit was anders möge nähren, und ein geschickter, aber in den Bürger-Stand und Nahrung getrettener, Studiosus zum Prediger, vor anderen, mit rechte könne erwählt werden.
9. Antwortschreiben an D. Christ. Kortholt, Kielischen Theologum, von etlichen teutschen Wörtern und Red-Arten.

Anmerckungen über etliche Jacob Böhmens halber in der Nachbarschaft zu Hamburg entstandene Fragen, und deren allzu gelinde Beantwortung. *V. præf.* der 4. *Tractate p. 13.*

M. JOACHIMUS GIESE, Husensis, Augusti frater, d. 4. Febr. A. 1631. in lucem est editus, patreqve cognomine, urbis Secretario, matre vero Salome, Erasmi Moldenitii, qvi a rationibus Eiderstadiæ publicis Duci fuit Holsatico, filia, gavisus. E Schola patriæ, alumnis adscriptus Ducalibus, A. 1645. in Gymnasium Bordesholmense, & inde A. 1650. in Academiam se contulit Rostochiensem, Magistriqve titulo in hac A. 1653. impetrato, seqvens in Lugduno-Batava exegit biennium. In patriam redux, recusato A. 1656. munere Ecclesiastico Hafniensi, A. 1657. Parochus in tractu Wagriæ Segebergensi ruralis Koldenkirchensis est electus, & Matthiæ deinde Burchardo A. 1678. in Archidiaconatu, A. 1679. vero in Pastoratu urbis successit Kiloniensis. Per tria hoc lustra functus, A. 1694., magno ætatis suæ Climacterico, d. 15. Mart., subita lateris dextri Paralysi, qvæ pridie, post finem sermoni sacro impositum, eum corripuerat, & vocis usu privarat, expiravit, & e novem liberis, ex Elisabetha, Marci Hahnii, Senatoris Rostochiensis, filia (d. 18. Febr. A. 1658. ducta), susceptis, qvinqve reliqvit superstites. Fusius vitam ejus exponunt M. Gabr. Wedderkopfii, Collegæ & successoris, Sermo in Sap. V. 16. funebris vernaculus, Kilonii A. 1694. *in 4.* (sub tit.: Treuer Lehrer herlicher Lohn und Himmelskron) excusus, & Programma exeqviale Prorectoris Academici, a qvo *Senex* vocatur *immortaliter de Ecclesia Kiloniensi meritus*, & ob doctrinam, vitæ sanctimoniam, perspicuitatem & zelum in docendo, sedulitatem in omnibus boni Pastoris partibus peragendis, in egenos beneficentiam, candorem, aliasqve virtutes, fuse extollitur. Testibus veritatis adversus Christianismum degenerem Frid. Breclingius, in Catalogi horum Prolegomenis (*T. IV. Hist. Eccl. Gotfr. Arnoldi, Sect. III., n. 18., p. 760.*), eum annumerat.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Danck-und Gedächtnispredigt vor GOttes Barmhertzigkeit, so, im 1667. Jahre, in diesen Reichen und Landen erschienen, aus Sir. LI. 37. 38., in der Schloßkirche zu Glücksburg, gehalten. Hamburgi 1668. in 4.

Aller Kinder GOttes beste Hertzstärckung; oder Leichpredigt über Catharina Polmanninn, aus Joh. III. 16. Hamb. 1668. in 4.

JEsus der Brunn des Lebens; oder Leichpr. über Matth. Burchardum, Kielischen Pastorem, aus Joh. IV. Kilonii 1679. in 4.

Christl. Danckseule, mit zugehörigen Bildern und Ueberschriften, GOtt zu Ehren, und zum Andencken seiner Wohlthaten, an dem wegen des Friedens angestelltem Dancktage (Dom. II. Epiph.), aus dem gewöhnlichen Evangelio Joh. II., aufgerichtet. Kil. 1680. in 4.

Hiobs, und aller Gläubigen, Trutz und Trost; oder Leichpr. über Joh. Phil. Rosmann, J. U. D. und Prof. Extraord., aus Job. XIX. Kil. 1680. in 4.

Stadtrecht der Bürger GOttes; oder Leichpr. über Joh. von Lengerke, Kielischen Bürgermeistern, aus Rom. XIV. 7. 8. 9. Kil. 1681. in 4.

Christlicher Freyer und Ehemann, aus G. W., nach Anleitung des Spruchs Prov. XVIII. 22., unterrichtet. Kil. 1682. in 8.

Der Todt der Gerechten; oder Leichpr. über J. Margar. Seestädinn, Conventualinn zu Pretz, aus Marci VII. 37. Kil. 1683. in 4.

Der Himmelsgeflissenen Beforderung zum Himmel; oder Leichpr. über Joh. Adolf Rosmann, Th. Stud., aus Phil. I. 21. 23. Kil. 1683. in 4.

Der Gläubigen Paß und Geleitsbrief ins ewige Leben, von unserm Hohenpriester J. C. ausgegeben; oder Leichpr. über Fr. Christina Kohlblattinn, aus Joh. XVII. 24. Kil. 1684., in 4.

Tauf-Sermon, bey der Tauffe eines Mohren gehalten. Kil. 1686.

Handbüchlein vor Dethlef Gottlieb, einen getauften Mohren, verfertigt. Kil. 1687. in 8.

Catechismus-Fragstücke. Kil. 1687. in 8.

Die Himlische Academie; oder Leichpr. über D. Matthiam Wasmuht, Theol. Prof. Kil. 1689. in 4. (*Commendata a Joh. Frid. Mayero P. II. Musei Min. Eccl., Sect. II., p. 233.*)

Des H. Geistes, als Göttlichen Professoris, Himlische Lection von der seligen Sterbekunst; oder Leichpr. über D. Georg. Ern. Heldberg, Log. und Eth. Prof., aus Apoc. XIV. 13. Kil. 1689. in 4.

Der selig Sterbenden Himmelswagen; oder Leichpr. über Ursula Möllerinn, D. Matthiæ Claussens, Fürstl. Leib-Medici, Wittwe, aus 1 Tim. I. 15. 16. Kil. 1692. in 4.

JOACHIMUS GIESE Junior, Husensis, d. 12. Oct. A. 1648. natus, Augusti (*supra laudati*) filius patrissans, Pastor solo A. 1680. Paledeckensis: postea in urbe patria, Mariæ Elisabethæ Saxonicæ initio, Viduæ Ducalis Holsaticæ, ab A. 1681., Ecclesiastes aulicus, & templi deinde oppidani, ab A. 1691. ad 1709. (qvo officio se sacro, ob valetudinem infirmam, abdicavit), Archidiaconus, d. 25. Jul. A. C. 1712., ac ætatis 64., mortuus. Fusius vitam Ecclesiastæ hujus pii, eruditi ac fidelis, exposuit Successor ejus, M. Joh. Melch. Kraftius, in der Husumschen Kirchen-Historie *p. 256. 265 - 271.*

Aug. Giesii Parentis IV. Tractätlein, mit seiner Vorrede ausgegeben. Plönæ 1711. in 8.

Disp.

Disp. de triga difficiliorum S. Scripturæ locorum (Gen. XXXVI. 24., Luc. I. 54. & Act. XIII. 48.), Præside D. Joh. Sauberto Jun. proposita, Helmstadii 1671. in 4. Recusa in Sauberti *Palæstra Theologico-Philologica*, Altorfii A. 1678. *in 4.* edita, *num. XIII.*

Catechismus-Fragen, MSS.

HENRICUS GILTERMANN, Lubecensis, Advocatus, circa A. 1624., Slesvicensis.

Tractatus de Interdictis, seu Actionibus extraordinariis, qvæ pro his competunt. Slesvigæ 1621. in 8.

M. HENRICUS GLADOVIUS, templi Cathedralis Slesvicensis Archidiaconus, d. 28. Febr. A. 1645., æt. 57., mortuus; qvem carminibus suis Willichius Westhovius (*P. II. Poem. f. 59. 60.*) & Nicol. Scribonius (*L. 2. Lusuum Anagramm. Gottorp. p. 52.*) commendarunt.

Deductio gravaminum wieder Christ. Sledanum, Th. D. und Thum-Pastorem zu Sleswig. MS. in Biblioth. Jac. Beckeri, Hafniensis Advocati.

THEODORUS GLAZERUS, Dithmarsus, JCtus & Reip. Lubecensis Secretarius, d. 27. Maji A. 1609. electus, ac d. 3. Oct. A. 1617. defunctus. V. Jac. a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis*, Sam. Rosenbohmii Epithalamium ei scriptum (*P. I. Poem., Lib. II., p. 113-116.*), & Alb. Wichgrevii in nomen ejus Anagramma (*Cent. I. Anagramm., n. 38., p. 45. 46.*).

Carmen Panegyricum ad Vinc. Mollerum, J. U. L., Proconsulem Hamburgi A. 1599. electum, A. 1599. in 4.

Epicedium prolixum, Elisabethæ, Eberh. Twestrengii, J. U. L. & Senatoris Hamburgensis, filiæ, scriptum. Marpurgi 1604. in 4.

Selectæ Juris qvæstiones, juxta ordinem Institutionum, Disputationibus publicis propositæ. Rostochii 1608. in 4.

Henningi Conradini, Conrectoris Hamburgensis, Poemata omnia, ab eo, sumptu Eberh. Twestrengii, Consulis Hamburgensis, cum Epistola sua ad hunc Dedicatoria, junctim edita. Rostochii 1607. in 8. (*V. de iis p. 111. jam dicta*)

ANTONIUS HENRICUS GLOXINIUS, Lubecæ, d. 16. Aug. A. 1645., patre Davide, Syndico, & tandem Consule, matre autem Anna, Jacobi Schabbelii, Consulis Wismariensis, filia, gavisus, lucem primam aspexit. Post studiorum in Athenæo patrio rudimenta, Juridico vacaturus, cum Ephoro suo, Ad. Tribbechovio (Theologo postea celebri), Academias Rostochiensem, Giessenam, Jenensem, Argentinensem ac Kiloniensem, adiit, Germaniaqve deinde, Belgio, Britannia & Gallia, peragratis, & titulo Doctoris Altorfii impetrato, ad Comitia Ratisbonensia, & in aulam Cæsaream, a patriæ juss . s Senatu, se contulit. In hac ad Leopoldi Imperatoris admissus alloqvium, Comitis ab eo Palatini & Consiliarii honores reportavit. Domum inde redux, vitam reliqvam in otio transegit literario, & pietatis veræ, qvam liberis etiam domesticisqve suis, monitis & explanationibus oraculorum S. Codicis qvotidianis, inculcabat, studio, ac singulari in S. Lit. studiosos, stipendio a se avito Schabbeliano, fide eximia, a Seb. Schmidio, Theologo Argentinensi, in opusculi cujusdam inscriptione, publice celebrata, distributo, donatos, aliosqve egenos, beneficentia, inclaruit. Cum Arthritide per annos complures conflictatus scorbutica, huic, Asthmatis accessione exasperatæ, d. 22. Jan. A. C. 1690., & æt. 45., succubuit, duosqve mares, ac totidem puellas, in triplici cum Anna Catharina, Dan. Ern. Derenthalii, Procancellarii Mindensis, filia, A. 1672. ducta, Maria Juliana, Joh. Henr. Beckeri, JCti Hannoverani, gnata, A. 1677. in thorum admissa, Annaqve Margaseta Steinia, Conrado, Senatore ac Scabino Francofurtano, patre gavisa, tertiisqve A. 1682. sibi sociata nuptiis, conjugio susceptos, reliqvit superstites. Ob pietatem singularem a Casp. Herm. Sandhagio (*Epist. 7. Theol. Partis I., p. 210. 211.*), ob *eruditionem* vero *rariorem* a Casp. Sagittario (*in Historia Gothana pleniori, c. 7., p. 190.*), commendatur, *grandisqve* a Joach. Fellero (*in Poem. de Brabeis Philosophicis p. 43.*) *Lubecæ* salutatur *Mæcenas*. Plura de vita ejus V. in Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programmate funebri*, & confer D. G. Morhofii in primas illius nuptias Epithalamion (*in Veneribus novis p. 42. 43. ac Opp. Poet. p. 375. 376*), Casp. Herm. Sandhagii scriptum in memoriam conjugis secundæ, e 1. Joh. IV. 5., funebre vernaculum (im werthen Tode der Heiligen *p. 233-310.*), & Epistolas, qvibus Mart. Lipenius A. 1682. *Bibliothecam Philosophicam*, ac Aug. Herm. Franckius A. 1687. Versionem *Manuductionis spiritualis* Mich. Molinosii Latinam, ei inscripsere, Dedicatorias.

Disp. Inaug. sistens materiam Appellationum ab interlocutoriis, imprimis iis, qvæ vim definitivarum habent, breviter delineatam. Altorfii (sine anni mentione) in 4.

BALTHASAR GLOXINUS, Burgæ, oppido insulæ Femariensis, d. 10. Jun. A. 1601., natus, Davidis, istius Consulis, & Margaretæ de Hövenstein, fuit filius, nepos vero M. Balth. Gloxini, Pastoris & Superintendentis in Neomarchia Brandeburgica Arenswaldensis. Cum, per novennium, ab A. 1618., integrum, in Academiis commoratus esset Germanicis, & Praxi in patria forensi seqventi vacasset biennio, Tractui Archiepiscopatus Bremensis Neohusano, ab A. 1628. ad 1632., præfuit. A. seqv. 1633., reportato Rostochii J. U. Doctoris titulo, Judicii aulici Gottorpiensis Advocatis, A. 1644. autem Consiliariis suis aulicis & Provincialibus, a Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, adscriptus est, nec multo post Canonicatu potitus Lubecensi. Obiit Kal. Aug. Anno & Seculi XVII., & ætatis suæ, 54., cum e Marg. Jügertia, uxore (qvæ octuagenaria A. 1683. vivis excessit), Fridericum Johannem, Consil. Holsato-Gottorp. & Danicum, ac filias aliqvot (e qvibus Dorothea Beata Henr. Schmidio, Consiliario in Cimbria regio, Hedwigis Ursula Dethlevo Heldio ac Henr. Seedorfio, J. U. Doctoribus, & Margareta Agnes Bernh. Balth. Soltovio, J. U. D. & Advocato Slesvicensi, nupserunt), sustulisset. V. *Programma* de vita ejus, A. 1633. Disputationi præmissum Inaugurali, ac Epicedia defuncto scripta. Confer etiam C. Danckwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 6.* & Anagrammata in eum Nic. Scribonii *Lib. I. Lus. Gottorp. p. 45. 46.*, ac Georg. Nic. Erasmi *L. 2. Anagr. Emmetr., num. 89.*

Disp. Inaug. de Renunciationibus successionum, Præside D. Nicol. Schutzio. Rost. 1633. in 4.

DAVID GLOXINUS, Burga Femariensis, iisdem cum Balthasare fratre, modo memorato, d. 16. Mart. A. 1597. natus parentibus, rudimentis studiorum domi, ac in Gymnasiis Berolinensi Joachimico Stettinensiqve, absolutis, in Academia Witebergensi, ab A. 1617., & in Rostochiensi, ab A. 1619., duce Thoma Lindemanno, tantos in Juris scientia fecit progressus, ut Pogwischios, Nobiles Holsatos, qvorum A. 1622. Ephoria ipsi obtigit, aliosqve, docere istud dextre satis paulo post potuerit. Doctor ejusdem Rostochii A. 1624. renunciatus, seqventi 1625. conjugem elegit Annam, Jac. Schabbelii, Consulis Wismariensis, filiam, a qva non pater solum novem liberorum (e qvibus Antonius Henricus, supra laudatus, tresqve filiæ, &, has inter, Anna, Joh. Franckio, J. U. D. ac Consiliario Saxo-Gothano, & Margareta Elisabetha, Valent. Heidero, J. U. D. & Syndico Lindaviensi (1.), elocatæ, defuncto tantum fuere superstites), avusqve 22. nepotum, sed & stipendii illustris Schabbeliani, cujus collatione de plurimis magni nominis præclare meruit Theologis, diribitor est redditus. Ducta jam uxore, & prole ex ea suscepta, A. 1626., generosis aliqvot

(1.) V. Pauli Freheri *Theatrum Eruditorum p. 1167.*

præfectus adolescentibus, Belgium, Angliam, Galliam, partemqve Hispaniæ, itinere peragravit literario, &, ex isto in patriam redux, locum inter Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarios obtinuit aulicos. Ex hujus aula Lubecam A. 1642. commigravit, & urbis istius inclytæ (Fœderisqve simul Hanseatici) mox (d. 5. Mart.) Syndicus, Consistoriiqve Præses Ecclesiastici, est creatus, deinde vero, legationibus plurimis ad Panegyrin (cui triennio, ab A. 1645., interfuit integro) Monasteriensem Irenicam, Ferd. III., Imperatorem (Consiliarii ipsum sui & Comitis Palatini dignatum honoribus), Reges Daniæ ac Sveciæ, Principes Germanicos, Comitia Noribergensia & Ratisbonensia, Conventusqve inferioris Saxoniæ, dextre expeditis, in Consulum, d. 23. Jul. A. 1666., in medio dissidiorum civilium æstu, evectus ordinem. In hoc cum primum brevi, Collegis partim defunctis, partim vero magistratu se abdicantibus, locum obtinuisset, die tandem Februarii 27mo (non 23., qvem Wittenius (1.) substituit), A. C. 1671., & æt. 74., vivis excessit, temploqve Cathedrali, in qvo Monumentum ejus Epitaphium ac imago spectantur, corporis reliqvit exuvias. Iconem illius, æri insculptam, Effigies etiam Legatorum ad Panegyrin Irenicam Monasteriensem exhibent, cum versu, qvem Symboli loco usurpavit, Horatiano:

Est aliqvid prodire tenus, si non datur ultra.

Fusius vitæ ejus exponunt Historiam Herm. Nottelmanni, Scholæ Lubec. Rectoris, *Programma funebre*, & M. A. T. P. (i. e. M. Adami Tribbechovii, Professoris tunc Kiloniensis) Abbildung einer seligen Heimfahrt auß dem Zeitlichen ins ewige Leben, nach dem Exempel Simeons, bey Leichbegängniß D. Dav. Gloxins vorgestellet, qvæ Lubecæ A. 1671. *in 4.* prodiit.

Confer de illo Mich. Jansenii, Parochi Palæo-gammensis, *Panegyrin Heroicam, Consulatui ejus consecratam*, & Hamb. A. 1668. *in fol.* editam, D. Joh. Ern. Gerhardi *Ep. Dedic. Patrologiæ* parentis sui, D. Joh. Gerhardi, ei inscriptæ, A. 1653., præfixam, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1671., Chronicon Lubec. Germ. Kirchringio-Mollerianum p. 305. 306. 308.*, Nic. Scribonii *Lib. V. Lusuum Gottorp. Anagramm. p. 110.*, M. Adr. Beieri *Syllabum Profess. Jen. p. 434. 435.*, *Nova Lit. Lubec., M. Majo A. 1700., p. 157.*, & Augustini Eberhardi Valetreden der Sterbenden, *num. 134.*

Disp. Inaug. de præferentiis & protopraxia Creditorum, Præside D. Thoma Lindemanno, Rostochii 1624. in 4.

Oratiuncula, qva d. 15. Mart. A. 1664. Henr. Bangertum Scholæ Lubec. Rectorem renunciavit, excusa, cum Bangerti Orat. muneris hujus auspicali, Lubecæ 1664. in 4.

FRIDERICUS JOHANNES GLOXINUS, Slesvicensis, Balthasaris (*supra laudati*) e Margareta Jügertia filius, d. 11. Maji A. 1635. in lucem editus, studiis humanioribus in schola patria & Gymnasio Bordesholmensi, Juridico autem, ab A. 1652., in Acad. Julia, &, ab A. 1654., in Altorfina, vacavit, tituloqve Doctoris in Rinteliensi d. 6. Maji A. 1657. impetrato, annos aliqvot Belgio, Angliæ & Galliæ, perlustrandis impendit. Post reditum in patriam, non Canonicatum solum Lubecensem, sed & Senatoriam A. 1666., in aula Christiani Alberti, Ducis Holsatici, Gottorpiensi, dignitatem, istaqve æmulorum ipsi artibus erepta, Regii in Cancellaria Cimbrica Glückstadiensi Consiliarii munus A. 1674., Christiani V., Monarchæ Danici, beneficio, obtinuit. Duas habuit conjuges, Sophiam Augustam, Eilhardi Schachtii, Secretarii Holsato-Gottorpiensis intimi, gnatam, A. 1661., & Mariam Elisabetham, Andr. Crameri, Consiliarii itidem Holsatici, filiam, A. 1676. ductam, sed, prole e neutra suscepta, ἄπαις catarrho Glückstadii, d. 7. Jul. A. 1684., & æt. 49., expiravit. V. M. Nicol. Nothelferi, Ecclesiastæ Glückstadiensis, Ruhm und Klagrede, sive Sermonem parentalem de vita ejus Germanicum, Glückstadii A. 1684. *in 4.* excusum. Joh. Dan. Majori (*in Ep. Dedic. Romæ in nummis Augustalibus Germanizantis*) *magnus* audit *literarum fautor, vir ad sublimia qvævis natus, & in nulla non parte historiæ novantiqvæ versatissimus.*

Disp. Inaug. de Asylis, Præside D. Dav. Pestelio Rintelii 1657. in 4.

Alloqvium Encomiasticum ad Joh. Ad. Kielmannum Sen., Aulæ Holsato-Gottorpiensis Præsidem. Slesvigæ 1665. in fol. (*Autorem hujus verum fuisse M. Pet. Petræum, Scholæ Slesvic. Rectorem, V. C. Dethl. Cluverus persvadere mihi voluit.*)

PETRUS BALTHASAR GLOXINUS (Balthasaris itidem filius), Slesvicensis, J. U. Doctor.

Disp. de Tutela testamentaria, Præside D. Huld. Eybenio. Giessæ 1661. in 4.

Disp. Inaug. de Juribus venandi Principum imperii. Argentinæ 1666. in 4.

JOHANNES GERHARDUS GÖBELIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus. Vixit A. 1716.

Disp. Inaug. de diverso jure Bonorum adqvisitorum & hæreditariorum, Præside D. Joh. Petro Ludovici proposita. Halæ 1714. in 4. V. recensum ejus *Parte XLII.* der gelehrten *Famæ p. 442 - 445.*

JOHANNES HENRICUS GOBELIUS, Lubecensis, D. Joh. Melch. Göbelii, Medici, filius, A. 1694. natus, & Doctor itidem Trajecti ad Rhenum A. 1717. artis creatus Medicæ, ejusdem in patria Practicus A. 1721. superstes. V. de illo J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 221. 222.*

Disp. Inaug. de Hæmorrhagia generatim, & speciatim Narium. Trajecti 1717. in 4.

JOHANNES GÖDENDORP, Ædis Cathedralis Lubecensis Vicarius, scriptor ætatis mihi nondum exploratæ.

Chronicon Lubecense ineditum, qvo se, in congerendo scripto suo *de urbis Lubecensis magnificentia* (der Lübeckischen Herlichkeit) vernaculo, usum esse Conr. ab Höveln, *in præf. libelli de Civitatis Lüneburgensis præstantia* (der Lüneb. Vortreflichkeit), testatur.

PETRUS GOLDSCHMID, Husensis, Aurifabri sibi cognominis filius, Scholæ Hatherslebiensis, circa A. 1690., Conrector, Parochus ruralis, ab A. 1691., in Diœcesi Flensburgensi, Sterupensis, ædis in urbe Ducatus Megapolitani Güstroviensi Cathedralis, ab A. 1707., Ecclesiastes, Pastorqve & Superintendens, in eodem Ducatu, ab A. 1709., Parchimensis. V. *Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1708., p. 40.*, & *Nova Lit. Germ., M. Sept. A. 1709., p. 356.* Munere Parchimensi, qvod largitione impetrasse fertur Simoniaca, gemino A. 1711. iterum privatus, Hamburgi dignitatem Pastoris templi cathedralis frustra ambiit, grandiqve ære alieno contracto caupo tandem in vicinia esse factus, ac A. 1713. obiisse perhibetur. Conf. de illo M. Georg. Caspari *Præfat. Schediasmatis* M. Joach. Mancelii *de Superintendentibus Parchimensibus §. 4 - 8.*

Das nützlichste Augenwerck der Seelen, oder heilsame Gedancken von der unendlichen Ewigkeit. Hamburgi 1689. in 12.

Die ewig erqvickende Ruhe der Frommen, so da bestehet im seligen Anschauen GOttes, in III. Betrachtungen vorgestellet. Slesvigæ 1693. in 8.

D. Joh-

(1.) *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1671.*

D. Joh. Lassenii, Prof. Theol. und Pastoris zu Kopenhaven, Sionitischer, auf alle Tage des Jahrs gerichteten Erqvickstunden völlige Ausführung über die 6. letzten Monate des Jahrs, oder dritter und vierdter Theile. Hamburgi 1696. 1699. 1709. 8. In priori Editione Partibus hæ sive Trimestribus geminis, a Lassenio elaboratis, sub illius nomine, velut foetus ejus posthumus, insciis adjectæ sunt hæredibus. Qvam audaciam Bibliopola Hamburgensis, cujus sumtu, sub hac larva, qvo magis essent vendibiles, prodierant, ab hæredibus Lassenianis coram magistratu suo accusatus, mulcta ingenti expiasse perhibetur. In posteriori Anni 1699. editione Goldschmidii nomen præferunt.

Höllischer Morpheus, oder Tractat von Erscheinungen der Gespenster und Poltergeister, wieder die Atheisten, Naturalisten, und nahmentlich D. Balth. Beckers Bezauberte Welt. Hamburgi 1698. & 1704. in 8. V. de illo *Nova Lit. Lubec., M. Majo A. 1698., p. 82. 83.*

Verworffener Hexen- und Zauber-Advocat, oder wolgegründete Vernichtung des thörichten Vorhabens Christ. Thomasii (in der Disput. de crimine Magiæ), und aller derer, welche dem Hexengeschmeisse das Wort reden wollen. Hamb. 1705. in 8.

Paulinisches Hahnengeschrey, oder Bußwecker Stend. A. 1711. in 8.

Tödtende Siren, oder Abmahnung von aller zuerst schmeichelnden, hernach aber tödtenden, fleischlichen Wollust. Stend. A. 1711. in 8.

Diss. de Transitu Populi Israelitici per Mare rubrum, *qvam Güstrovii qvidem, sed absqve titulo generali, imprimi curaverat, & in Academia Francofurtana, ad impetrandum Theologiæ Doctoris titulum, ventilasse postea incerto rumore ferebatur* teste Georg. Caspari *c. l. p. 8.* Vidi ego secundam istius editionem, sine loci anniqve indicio sub hoc (*in 4.*) excusam titulo: *Pet. Goldschmidii, Husensis, Th. D. & Superintendentis Parchimo-Sverinensis, Nova Demonstratio Transitus populi Israelitici per Mare rubrum, Schediasmate inaugurali proposita.* Epistola, qvæ ei præmittitur, ad Fridericum, Prussiæ Regem, dedicatoria A. 1711. est scripta.

Promittuntur a Scriptore hoc, exteris magis, qvam civibus suis, accepto:

Bodinus triumphatus, sive solida Vindicatio gloriæ SS. Trinitatis, & JEsu Christi, atqve omnis Philosophiæ sanioris, contra Joh. Bodini pestilentissimum Colloqvium Heptaplomeres de rerum sublimium arcanis; *im Hexen-Advocato, c. 14., p. 412. 413.*, & *in Catal. Nund. Lips. A. 1702. Autumn. p. 37.*

Lucianus in D. Balth. Beckero, ejusqve asseclis, redivivus; *in Morpheo infernali, c. 3., p. 81.*

JOHANNES MART. GOSSELIUS, Femariensis, J. U. Doctor, & Advocatus Slesvicensis, A. 1721. superstes.

Disp. Inaug. de eo, qvod justum est circa Sigilla Universitatum. Giessæ 1711. in 4. V. recensionem illius, *Parte XI.* der Gelehrten *Famæ p. 791. 792. 793.* obviam, & Matth. Nic. Kortholti in eam hexastichon *Lib. I. Epigramm. p. 16. 17.*

JACOBUS GOTSCHALCK, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Plönensis, Hortulanus aulicus.

Catalogus plantarum Horti Academici Lugduno-Batavi, Latino-Germanice ab eo editus. Lubecæ 1698. & 1704. in 8., ac Lipsiæ (*teste Catalogo nundin.*) A. 1718. in 8.

JACOBUS GÖTTENIUS, Anholdi filius, Lubecensis, d. 26. Jul. A. 1629. in lucem editus, post decennium in schola patria, annumqve in Gymnasio Stettinensi, exactum, Rostochii, ab A. 1649., Casp. Mauritium, Lipsiæ, ab 1650., Joh. Hulsemannum, Argentinæ, ab 1652., Joh. Georg. Dorscheum, & Basileæ A. 1653. Joh. Buxtorfium juniorem, & hospites, & studii duces Theologico-Philologici, habuit. Belgium deinde utrumqve pervagatus, Antwerpiæ Jesuitas freqventer accedebat, & ab his, indolem ejus admirantibus, atqve ad sacra eum sua traducere frustra conantibus, in conclavi eo fine custodiebatur obserato, e qvo tamen, ope divina, feliciter evasit, & in patriam M. Jul. A. 1653. rediit (1.). In ista templi Johannei Ecclesiastes d. 10. Jun. A. 1658. electus, huic, ducta eodem anno uxore Anna Bülchenia, septem sibi enixa liberos, ad fatalem usqve 1671., qvo, Kal. Febr., febre qvartana, cum mentis aliqvamdiu non satis fuisset compos, est extinctus, præfuit. Vir fuit doctus, & plurimæ, in antiqvitatibus præsertim Ecclesiasticis, lectionis, &, ob istam, *Polyhistoris & Antiqvarii egregii* a Friderico Thomæ (*in Append. Analectorum Güstroviensium p. 51.*) ornatus est elogio. Pontificiis eum Scriptoribus Joh. Georg. Leuckfeldius, *P. I. Antiqq. Walkenredensium, c. 6., p. 62.*, male annumeravit. Conf. de illo Epicedia, ab Amicis defuncto scripta, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1671.*, Jac. a Mellen *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 316-319.*

Observationum Historico-Theologicarum Decas. Lubecæ 1655. in 4. Tota, & auctior qvidem, *Libro* earundem *I.* A. 1661. est recusa.

Observationum Liber I., in qvo, ex Patribus Græcis & Latinis, Conciliis, Antiqvariis, Theologis, Historicis, Philologis, varia, ad condimentum studiorum graviorum, exhibentur. Lubecæ 1661. in 8.

Observationum earundem Liber II. Lubecæ 1667. in 8. (Tertius, *in præfat. primi*, & *Catal. Nund. A. 1660. Vern. p. 34.*, promissus, non prodiit.)

Spaarstunden gottseliger Betrachtungen, wie man gottselig gegen GOtt, züchtig gegen sich selbst, gerecht gegen den Nechsten, sich zu verhalten habe. Lubecæ 1663. & Lipsiæ 1691. in 12.

Der Spaarstunden Ander Theil, wie man sich in der täglichen Ubung des thätigen Christenthums zu verhalten habe; nach des Autoris Tode vollführet und außgegeben von Franc. Wörgero, Lübeckischem Prediger. Lubecæ 1671. & Lips. 1691. in 12.

JOHANNES GÖTZIGERODIUS, Slesvicensis, Med. D. & in Eiderstadia, circa A. 1625., Practicus, deinde vero Svecorum Reginæ, circa A. 1639. (2.), Archiater.

Disp. de Elementis, Præside M. Henr. Vulpio, Scholæ Rostoch. Rectore. Rostochii 1621. in 4.

Anatome Cornu Cervi Philosophica, sive Tractatuli bini Physico-Medici, qvorum prior de Cornu Cervi natura & causis, alter de ejusdem in Medicina usu, nec non de veteri & recentiori calcinationis ignitæ & non ignitæ modo, agit. Slesvigæ 1625. in 4. (*Epistola ad Fridericum, Ducem Holsatiæ, Dedicatoria Wolfsbyti ad Oyderam est scripta.*)

Anatomia des Hirschgeweyhes, qvæ MSta in Biblioth. Gottorpiensi asservatur, & scripti forsan præcedentis versio est Germanica.

JOHANNES GRAKE, Lubecensis, J. U. D. & in patria Practicus, cujus disceptationi, pro carnis Harengi piscis insalubritate, amicæ, in convivio secum institutæ, D. Paulus Neucrantzius, Poliater Lubecensis, *Exercitationem de Harengo Medicam*, Lubecæ A. 1654. editam, opposuit.

Disp. Inaug. de Remediis, qvibus Creditoribus contra debitores contumaces succurritur, Præside D. Nic. Schützio. Rostochii 1633. in 4.

(1.) Conf. Georg. Henr. Götzii *Diss. de Peregrinationibus periculosis ob doctrinæ Evangelicæ hostes p. 10.*, &, qvam is allegat, Joh. Köhnii *Descriptionem vitæ Göttenii*, A. 1671. editam. (2.) V. Joh. Schefferi *Sveciam Literatam, in Addendis, p. 312.*

Tractatus de Concursu & cumulatione actionum atqve exceptionum. Lubecæ 1639. in 4.

Tractatus Theoretico-Practicus de Autoritate privata, seu qvando liceat unicuiqve se & alios, & bona ac jura sua, sine judice vindicare. Lubecæ 1652. in 4.

CÆSO GRAMMIUS, Tonninga Eiderstadiensis, Christiani, Mercatoris, e Catharina, Cæsonis Haggii, Parochi Milstedensis, gnata, & Cæsonis ab Eminga, Canonici & Theologiæ Professoris Slesvicensis, nepte, filius, die Margaretæ sacro A. C. 1640. in lucem est editus. Post tyrocinia studiorum in scholis Husensi ac Johannea Luneburgensi finita, Medicinæ daturus operam, cum Alb. Balth. Bernhardidæ, Toparchæ Wandesbeccensis, filiis, condiscipulis suis, Ephoroqve istorum, D. Georg. Segero (Poliatro postea Thoruniensi celeberrimo), in Acad. Altorfinam, & Nicol. Rittershusii, JCti hujus inclyti, convictum concessit domesticum, Mauritiumqve Hofmannum & Christoph. Nicolai, Professores ejusdem Medicos, cum Segero, Præceptores integro habuit biennio. Hinc, comitibus iisdem, post lustratas urbes Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ & Helvetiæ, florentissimas, Basileam commigravit, &, Bauhino, Stupano atqve Joh. Zwingero, per triennium auditis, Magistri titulum, Zwingero Brabeuta, A. 1662., primo inter Competitores loco, reportavit. Gallia deinde, Lotharingia, & Germaniæ Belgiiqve parte, peragratis, supremis Medicinæ Lugduni Batavorum ornatus honoribus, ex itinere (cujus omniumqve rariorum, in eo sibi visorum atqve observatorum, historiam in peculiarem sedulo retulerat commentarium) in patriam redux literario, & Praxin Medicam, uxore ducta Dorothea Christina, D. Frid. Jessenii, Pastoris urbani, filia (gnatum sibi unicum, Fridericum, mox memorandum, tresqve puellas, enixa), in urbe Holsatiæ Kiloniensi est auspicatus. In novella hujus Academia primus A. 1665. geminam Physices & lingvæ Græcæ Professionem obtinuit, & utraqve per octennium functus, in supremo magistratu scholastico semestri, A. 1673. sibi delato, scorbuto, in ipso ætatis flore, morte immatura, d. 21. Sept., succubuit, primusqve Rectorum purpuram, 33. tantum natus annos, funestavit Academicam. Exeqvias viri hujus docti, Mediciqve insignis, a Societate Naturæ Curiosorum Leopoldina, ob προθυμίαν in observationibus rarioribus communicandis, suis annumerati Evergetis ac fautoribus (1.), d. 5. Oct. (qvo magistratu superstes se iterum fuisset abdicaturus), præsente Principis Legato, celebratas, Academiæ Vice-Prorector, Joh. Dan. Major, Prof. Medicus, Programmate, cui nostra debentur, de vita ejus indixit funebri, per D. G. Morhofium conscripto, ac in hujus *Programmatum* Syntagmate, *Orationibus* adjecto, *num. 45., p. 687-697.*, Henningiqve Wittenii *Decade IX. Mem. Philos. renov., p. 566-572.*, recuso. In isto *Vir* salutatur, *qvi, paucorum annorum decursu, ea doctrinæ suæ complevit spatia, ut in media etiam ætate grandævæ artis gloriam præciperet.*

Conf. de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1673.*, Joh. Dan. Majoris *Memoriam Sachsianam, c. 31., p. 56.* Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 136. 137.*, Corn. a Beughem *Syllabum recens exploratorum p. 41.*, & *P. IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 3. & 4., p. 365. 370.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. de Naturæ abortibus, seu Monstris, Præside Joh. Zwingero, PP. Basileæ 1661. in 4.

Disp. de rarioribus qvibusdam Problematibus, ab ipso Præside proposita. Basil. 1662. in 4.

Disp. Med. Inaug. de Syncope. Lugd. Bat. 166., in 4.

Kilonium novus Holsatiæ Parnassus, seu Descriptio (*Topographica, non Historica*) civitatis Kiloniensis, & tractus adjacentis, jussu Ducali (*cum Academia illic conderetur*) concinnata. Slesvigæ 1665. in 4.

Examen Problematis Hippocratici: An de liqvido in fistulam spiritualem aliqvid illabatur secundum naturam? secuturis Problematibus præmissum. Slesvigæ 1665. in 4.

Anatomia Nivis, publica Disp. proposita. Kil. 1666. in 4.

Qvæstiones Physicæ de metamorphosi Uxoris Lothi in statuam salis. Kilonii 1669. in 4. Alibi deinde recusæ.

Disp. de Stella Regis Judæorum, Resp. Trogillo Arnkielio, Apenradensi. Kil. 1670. in 4.

Disp. de esu Sangvinis, Resp. Joh. Uppendorfio, Tunderensi. Kil. 1670. in 4.

Disp. de definitione Temporis, Resp. Henn. Huhtmanno, Halberstadiensi. Kil. 1670. in 4.

Theses ex universa Philosophia, Resp. Dan. Lippio, Lubecensi. Kil. 1670. in 4. (*Hæ qvatuor Disputationes Respondentibus, Magisterii Candidatis, vindicandæ videntur.*)

Disp., qva Aqvæ supracœlestes, a multis hactenus Doctoribus supra cœlum sidereum locatæ, legitimæ sedi restituuntur. Kil. 1671. in 4.

Programma Pentecostale, sacram Ventorum atqve ignium speculationem exhibens. Kil. 1673. in 4.

Observationes duæ de Fœtu putrefacto, & per partes usu vini Medicati expulso, fonticulisqve in abdomine & thorace naturalibus, *Anno II. Miscellaneorum Acad. Nat. Curiosorum* (Jenæ A. 1671. edito), *num. 256. 257., p. 382. 383. 384.*, insertæ.

Observv. aliæ duæ de Fonticulis in capite, abdomine & thorace, naturalibus, calculoqve vesicæ pullum anserinum figura referente, *Anno eorundem Miscell. tertio* (A. 1673. Francofurti excuso), *num. 18. 19. & 81.*, obviæ.

M. FRIDERICUS GRAMMIUS, Kiloniensis, Cæsonis, modo laudati, filius degener, juvenis ingenii turbulenti & contentiosi, qvalicunqve sua Philosophiæ & Theologiæ, qvam Academiæ patriæ, una cum Magistri titulo, A. 1694. sibi collata, debebat, peritia, ad infamiam ei conciliandam, Professoresqve illius Theologos & Philosophos, Præceptores suos, Hæresium & errorum plurimorum, Orthodoxiæ adversantium Lutheranæ, schedis maledicis, audacter, sed falso, insimulandos, turpissima impudentia pariter atqve ingratitudine, est abusus. Nemini ex his magis erat infestus, qvam Christophoro Franckio, Theologo Athenæi hujus Cimbrici primario ac cordatissimo, perqve Germaniam universam, ob singularem ἀκρίβειαν, & animum a rixis alienum, pacisqve Ecclesiasticæ studiosissimum, celeberrimo. Qvem, tot juvenis protervi insultus generoso ultum contemptu ac silentio, cum ille, hoc irritatus, chartis famosis lacessendi finem non faceret, A. 1696. in vincula est conjectus, sed ex iis, vestes sororis, se invisentis, indutus fœmineas, aufugit. Absens tamen nihilo minus poenam, ingratitudini suæ & calamo maledico debitam, schedis istis infectis, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, jussu, Kilonii, d. 13. Jul. A. 1697., palam a carnifice combustis, reportavit. Hafniæ, qvo elapsus erat, cum inter cives Academicos locum qværeret, & Collegia aperiendi licentiam, non tantum non est admissus, sed &, Rege mandante, a sacris Musarum Danicarum abesse, suasqve sibi res habere, jussus (2.), potestasqve, qvam a Casp. Bartholino Juniore, Ordinis Decano Philosophici, petierat, schedas suas Anti-Franckianas cum ipsius illic approbatione publicandi, itidem denegata. Qvas cum nihilominus clam ederet ac spargeret, *Specimenqve Heterodoxiæ Franckianæ qvintum* A. 1698. ipsis Academiæ Hafniensis inscripsisset Theologis, fronteqve, in isto, perfricta, *hos, cum a se dogmata aliqvot hæretica, e Franckii scriptis deducta, censuræ ipsorum essent subjecta, & candorem suum, & Academiæ Kiloniensis iniqvitatem & Heterodoxiam, agnovisse, &, ut illius*

(1.) V. Georg. Wolfg. Wedelii *Progressum Acad. Nat. Cur. p. 27.* (2.) V. *Programma Hafniense, mox allegandum.*

illius contagio latius serperet, singulari Ecclesiarum Danicarum incolumitati prospexisse remedio, esset mentitus, Collegio huic sacro Programma extorsit contrarium, d. 29. Oct. valvis affixum Academicis (1.). In illo Theologi hi cordati, cum Grammii, *hominis ad fingendum* nati, *audaciam* detestati essent *& impudentiam,* mendacioqve de suo cum illo consensu contradixissent, gravem hanc de litibus ejus chartisqve Eristicis tulerunt censuram: *Ingenue testamur, nemini nostrum in mentem unqvam venisse, ut hunc scribendi ac cavillandi pruritum probaremus, ut potius toto animo atqve pectore eundem detestemur. - - - Eum in finem conficta sunt omnia, ut Academiæ matri, qvæ ipsum tamen formasse dicitur & aluisse, invidiam conflaret, & celeberrimos ejusdem loci Theologos, præsertim Excellentiss. Dn. D. Franckium, Universitatis suæ Procancellarium, Theologum grandævum, & de universa Christi Ecclesia voce & scriptis præclare meritum, & qvotidie adhuc merentem, in Heterodoxiæ suspicionem adduceret, &, qvantum in ipso est, Academias cum Academiis, Theologos cum Theologis, committens, intestino bello Ecclesiam Evangelicam ulterius implicaret. Hanc vero mentem, a pietate & concordia alienam, qvis ferre prudentior, non inter Theologos modo, sed & Christianos, posset? Sane, cum intestina certamina jam satis alioqvin lacerarint Ecclesiam, istæ lites magis etiam abominandæ sunt, qvæ, sine causa susceptæ, non veritati, sed affectibus, & juvenili ardori, originem debent. Exosa merito cordatis est protervia, cum seni juvenis, Præceptori discipulus, Patrono cliens, & Viris bene meritis tyrones, insultare non erubescunt. Procul a mea tuus sit furor omnis domo!* Ab Ordine Ecclesiastico Lubecensi, qvod in Epistola ad Collegium suum vernacula, illi, una cum *Septimo Heterod. Franckianæ Specimine,* A. 1698. inscripta, fabulam, de Franckio, anno præcedente, per Aug. Pfeifferum, Superintend. Lubecensem, Collegarum nomine, ut, si pro Theologo haberi vellet Orthodoxo, adversus justas Grammii accusationes doctrinam suam defenderet, monito, impudenter gloriabundus sparsisset putidissimam, simili Programmate Germanico, d. 29. Nov., eodem A. 1698., est objurgatus, & mendacii publice insimulatus (2.). Ille, invectivas has justissimas haud moratus, furiosiorqve istis redditus, Theologorum Hafniensium Programmati literas ad illos (d. 8. Nov. A. 1698.) Latinas, in sensum illud alienum detorqventes, suæqve contra Franckium causæ obscure favere falso jactantes, Lubecensi Epistolam secundam ad Ordinem Ecclesiasticum Germanicam, Novorumqve Literariorum Lubecensium de Hafniensi verissimæ relationi *Protestationem* adversus horum Collectorem, Jacobum a Mellen, maledicam opposuit. Theologos Rostochienses, in *Specimine Heterodoxiæ Franckianæ octavo,* A. 1699. iis inscripto, ejusdem cum Franckio accusavit ἑτεροδοξίας; & Collegii Hafniensis Professorii, ne schedas suas, sine Censorum approbatione Academicorum, edere pergeret, dehortationem, d. 4. Febr. A. 1699. factam, susqve deqve habuit. Tantam ne impune ferret ingenii turbulenti pertinaciam, postulatu D. Henr. Bornemanni, Episcopi, d. 12. Mart., in carcerem a Prætore Hafniensi conjectus est urbanum, in isto, cum atroces suas adversus Franckium calumnias serio monitus retractare nollet, per menses qvatuor detentus, &, M. Julio tandem A. 1699., a Christiano V., Rege Danico, urbe Hafniensi intra horas 24., regno autem universo intra octiduum, jussus excedere. Biennio seqventi incertis vagatus sedibus, clam A. 1701. Kilonium rediit, sed in ædibus mox maternis deprehensus est, &, Friderici Principis mandato, per milites, inde in insulam, ut perpetuæ atqve arctiori illic traderetur custodiæ, abductus Helgolandicam. In qva, novennio elapso, homo obstinatæ malitiæ, suiqve ipse faber infortunii, A. 1710. vivere pariter atqve furere desiit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Biga Qvæstionum Theologico-Philosophicarum: 1. Sitne de ratione Creaturæ essendi novitas? 2. Possitne Creatura per omnipotentiam divinam elevari, ut causa creationis sit principalis vel instrumentalis? Kilonii 1692. in 4.

Theses Ethicæ miscellæ, ad gradum Magisterii conseqvendum, Præside Georg. Paschio, propositæ. Kilon. 1694. in 4.

Disp. de Cogitatione Cartesiana, nobilissimam qvæstionem: Utrum huic Enthymemati: *Ego cogito, ergo sum;* honos demonstrationis, & primi principii cognitionis humanæ, sit deferendus? uberius explicatam & decisam, simul cum nonnullis Scepticismi redarguendi modis, exhibens. Kil. 1694. in 4.

Disp. qvæstionem: Possitne Deus creaturæ, qvæ deliqvit, citra præviam satisfactionem, & qvidem ab ipso Deo præstandam, ipsiusqve satisfactionis applicationem, peccatum remittere? e lumine naturæ decisam exhibens. Kilon. 1695. in 4.

Tractatus, D. Christoph. Franckii Atheo convicto, ejusqve argumentis pro existentia numinis imbellibus, ac Heterodoxiis aliis, oppositus, qvem, Rostochii A. 1696. excusum, Theologi Rostochienses, in Franckii gratiam, suppresserunt. V. ejus *Specim. VI. Heterodoxiæ Franckianæ, §. 14., p. 13.,* & Sonnenklaren Beweiß, *§. 1. & 69.*

Epistola ad Kilonienses Theologos *ἀνωνύμως* ipsorum clientis, qva iis M. Frid. Grammii Censuram Theologicam in dogma ipsorum, de cognitione divina hypothetice futurorum a re finita, non qvidem effective, sed objective tamen (juxta Chr. Franckii *Anti-Wendel., Exerc. I., §. 40., p. 58. 59.*), procedente, intentam, exponit, illosqve ad strenuam sui defensionem adhortatur. A. 1698. in 4. Autorem se illius esse, *Specim. VI. Heterod. Franck. §. 14., p. 13.,* stylo licet contradicente, negat, mentem tamen suam ac rationes in ea recte exprimi agnoscit.

Demonstratio, qva ostenditur, qvod Salvatoris nostri gloriosissimi corpus in cœlo non sit localiter, Mathematica Methodo concepta, & D. Chr. Franckii *Exercitationi IX. Anti-Wendelinianæ,* & *nonæ Anti-Limburgianæ,* opposita. Amstelod. 1698. in 4.

Specimen Qvintum Heterodoxiæ Franckianæ, ex ipsius doctrina de Concursu divino, qvem, non secus ac Reformati (*Exerc. II. Anti-Limburg., c. 6., §. 5., p. 122. 123.*), in motione propria & Physica collocat, desumptum, & Collegio Theologico Hafniensi inscriptum. Amstelod. 1698. in 4. (*De Collegii Theol. Hafniensis Programmate, ei opposito, in vita jam dictum est Autoris.*)

Epistola ad Theologos Hafnienses, de illorum contra se Programmate. A. 1698. (d. 8. Nov.) in fol. (*De illa itidem supra jam est dictum.*)

Specimen VI. Heterodoxiæ Franckianæ, ex *Exerc. IV. Anti-Wendel., §. 16.,* (humanæ Christi naturæ non alium, per omniscientiam divinam, sibi communicatam, cognoscendi actum, qvam productum, & ab omniscientia diversum, tribuente), desumptum, & D. Joh. Frid. Mayero dicatum. A. 1698. in 4.

Specimen VII. Heterodoxiæ Franckianæ (Corpus Christi in S. Cœna, sine extensione interna, indivisibiliter, per modum spiritus, existere), ex *Anti-Wendel. Exerc. IX., §. 14. 64. 87.,* & *Anti-Limburg. Exerc. IX., c. 4., §. 8. 9.,* desumptum; Ad Ministerium Lubecense. A. 1698. in 4.

Specimen VIII. Heterodoxiæ Franckianæ, qvo magnum impietatis mysterium illius (dum *Exerc. II. Anti-Limb., c. 7., §. 10., p. 113.,* personalitates divinas ratione qvidem saltem ab essentia divina differre statuit, sed novam tamen ei superaddere realitatem existimat), in venerandum SS. Trinitatis mysterium irruentis, revelat, & Facultati Theologicæ

(1.) Conf. de illo *Nova Lit. Lubec., M. Nov. A. 1698., p. 204.* Autor ejus fuit D. Joh. Wandalinus Jun., Th. Prof. primarius. (2.) Conf. & de isto *Nova Lit. Lubec., M. Jan. A. 1699., p. 18. 29.*

Tractatus de Concursu & cumulatione actionum atque exceptionum. Lubecæ 1639. in 4.

Tractatus Theoretico-Practicus de Autoritate privata, seu qvando liceat unicuiqve se & alios, & bona ac jura sua, sine judice vindicare. Lubecæ 1652. in 4.

CÆSO GRAMMIUS, Tonninga Eiderstadiensis, Christiani, Mercatoris, e Catharina, Cæsonis Haggii, Parochi Milstedensis, gnata, & Cæsonis ab Eminga, Canonici & Theologiæ Professoris Slesvicensis, nepte, filius, die Margaretæ sacro A. C. 1640. in lucem est editus. Post tyrocinia studiorum in scholis Husensi ac Johannea Lüneburgensi finita, Medicinæ daturus operam, cum Alb. Balth. Bernhardidæ, Toparchæ Wandesbeccensis, filiis, condiscipulis suis, Ephoroqve istorum, D. Georg. Segero (Poliatro postea Thoruniensi celeberrimo), in Acad. Altorfinam, & Nicol. Rittershusii, JCti hujus inclyti, convictum concessit domesticum, Mauritiumqve Hofmannum & Christoph. Nicolai, Professores ejusdem Medicos, cum Segero, Præceptores integro habuit biennio. Hinc, comitibus iisdem, post lustratas urbes Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ & Helvetiæ, florentissimas, Basileam commigravit, &, Bauhino, Stupano atqve Joh. Zwingero, per triennium auditis, Magistri titulum, Zwingero Brabevta, A. 1662., primo inter Competitores loco, reportavit. Gallia deinde, Lotharingia, & Germaniæ Belgiqve parte, peragratis, supremis Medicinæ Lugduni Batavorum ornatus honoribus, ex itinere (cujus omniumqve rariorum, in eo sibi visorum atqve observatorum, historiam in peculiarem sedulo retulerat commentarium) in patriam redut literario, & Praxin Medicam, uxore ducta Dorothea Christina, D. Frid. Jessenii, Pastoris urbani, filia (gnatum sibi unicum, Fridericum, mox memorandum, tresqve puellas, enixa), in urbe Holsatiæ Kiloniensi est auspicatus. In novella hujus Academia primus A. 1665. geminam Physices & lingvæ Græcæ Professionem obtinuit, & utraqve per octennium functus, in supremo magistratu scholastico semestri, A. 1673. sibi delato, scorbuto, in ipso ætatis flore, morte immatura, d. 21. Sept., succubuit, primusqve Rectorum purpuram, 33. tantum natus annos, funestavit Academicam. Exeqvias viri hujus docti, Mediciqve insignis, a Societate Naturæ Curiosorum Leopoldina, ob προθυμίαν in observationibus rarioribus communicandis, suis annumerati Evergetis ac fautoribus (1.), d. 5. Oct. (qvo magistratu superstes se iterum functus fuisset abdicaturus), præsente Principis Legato, celebratas, Academiæ Vice-Prorector, Joh. Dan. Major, Prof. Medicus, Programmate, cui nostra debentur, de vita ejus indixit funebri, per D. G. Morhofium conscripto, ac in hujus *Programmatum* Syntagmate, *Orationibus* adjecto, *num. 45., p. 687-697.*, Henningiqve Wittenii *Decade IX. Mem. Philos. renov., p. 566-572.*, recuso. In isto *Vir* salutatur, *qvi, paucorum annorum decursu, ea doctrinæ suæ complevit spatia, ut in media etiam ætate grandævæ artis gloriam præciperet.*

Conf. de illo Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1673.*, Joh. Dan. Majoris *Memoriam Sachsianam, c. 31., p. 56.* Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 136. 137.*, Corn. a Beüghem *Syllabum recens exploratorum p. 41.*, & *P. IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 3. & 4., p. 365. 370.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. de Naturæ abortibus, seu Monstris, Præside Joh. Zwingero, PP. Basileæ 1661. in 4.

Disp. de rarioribus qvibusdam Problematibus, ab ipso Præside proposita. Basil. 1662. in 4.

Disp. Med. Inaug. de Syncope. Lugd. Bat. 166., in 4.

Kilonium novus Holsatiæ Parnassus, seu Descriptio (*Topographica, non Historica*) civitatis Kiloniensis, & tractus adjacentis, jussu Ducali (*cum Academia illic conderetur*) concinnata. Slesvigæ 1665. in 4.

Examen Problematis Hippocratici: An de liqvido in fistulam spiritualem aliqvid illabatur secundum naturam? secuturis Problematibus præmissum. Slesvigæ 1665. in 4.

Anatomia Nivis, publica Disp. proposita. Kil. 1666. in 4.

Qvæstiones Physicæ de metamorphosi Uxoris Lothi in statuam salis. Kilonii 1669. in 4. Alibi deinde recusæ.

Disp. de Stella Regis Judæorum, Resp. Trogillo Arnkielio, Apenradensi. Kil. 1670. in 4.

Disp. de esu Sangvinis, Resp. Joh. Uppendorfio, Tunderensi. Kil. 1670. in 4.

Disp. de definitione Temporis, Resp. Henn. Huhtmanno, Halberstadiensi. Kil. 1670. in 4.

Theses ex universa Philosophia, Resp. Dan. Lippio, Lubecensi. Kil. 1670. in 4. (*Hæ qvatuor Disputationes Respondentibus, Magisterii Candidatis, vindicandæ videntur.*)

Disp., qva Aqvæ supracœlestes, a multis hactenus Doctoribus supra cœlum sidereum locatæ, legitimæ sedi restituuntur. Kil. 1671. in 4.

Programma Pentecostale, sacram Ventorum atqve ignium speculationem exhibens. Kil. 1673. in 4.

Observationes duæ de Fœtu putrefacto, & per partes usu vini Medicati expulso, fonticulisqve in abdomine & thorace naturalibus, *Anno II. Miscellaneorum Acad. Nat. Curiosorum* (Jenæ A. 1671. edito), *num. 256. 257., p. 382. 383. 384.*, insertæ.

Observv. aliæ duæ de Fonticulis in capite, abdomine & thorace, naturalibus, calculoqve vesicæ pullum anserinum figura referente, *Anno eorundem Miscell. tertio* (A. 1673. Francofurti excuso), *num. 18. 19. & 81.*, obviæ.

M. FRIDERICUS GRAMMIUS, Kiloniensis, Cæsonis, modo laudati, filius degener, juvenis ingenii turbulenti & contentiosi, qvalicunqve sua Philosophiæ & Theologiæ, qvam Academiæ patriæ, una cum Magistri titulo, A. 1694. sibi collata, debebat, peritia, ad infamiam ei conciliandam, Professoresqve illius Theologos & Philosophos, Præceptores suos, Hæresium & errorum plurimorum, Orthodoxiæ adversantium Lutheranæ, schedis maledicis, audacter, sed falso, insimulandos, turpissima impudentia pariter atqve ingratitudine, est abusus. Nemini ex his magis erat infestus, qvam Christophoro Franckio, Theologo Athenæi hujus Cimbrici primario ac cordatissimo, perqve Germaniam universam, ob singularem ἀκρίβειαν, & animum a rixis alienum, pacisqve Ecclesiasticæ studiosissimum, celeberrimo. Qvem, tot juvenis protervi insultus generoso ultum contemptu ac silentio, cum ille, hoc irritatus, chartis famosis lacessendi finem non faceret, A. 1696. in vincula est conjectus, sed ex iis, vestes sororis, se invisentis, indutus fœmineas, aufugit. Absens tamen nihilo minus poenam, ingratitudini suæ & calamo maledico debitam, schedis istis infecetis, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, jussu, Kilonii, d. 13. Jul. A. 1697., palam a carnifice combustis, reportavit. Hafniæ, qvo elapsus erat, cum inter cives Academicos locum qværeret, & Collegia aperiendi licentiam, non tantum non est admissus, sed &, Rege mandante, a sacris Musarum Danicarum abesse, suasqve sibi res habere, jussus (2.), potestasqve, qvam a Casp. Bartholino Juniore, Ordinis Decano Philosophici, petierat, schedas suas Anti-Franckianas cum ipsius illic approbatione publicandi, itidem denegata. Qvas cum nihilominus clam ederet ac spargeret, *Specimenqve Heterodoxiæ Franckianæ qvintum* A. 1698. ipsis Academiæ Hafniensis inscripsisset Theologis, fronteqve, in isto, perfricta, *hos, cum a se dogmata aliqvot hæretica, e Franckii scriptis deducta, censuræ ipsorum essent subjecta, & candorem suum, & Academiæ Kiloniensis iniqvitatem & Heterodoxiam, agnovisse, &, ne illius*

(1.) V. Georg. Wolfg. Wedelii *Progressum Acad. Nat. Cur. p. 27.* (2.) V. *Programma Hafniense, mox allegandum.*

illius contagio latius serperet, singulari Ecclesiarum Danicarum incolumitati prospexisse remedio, esset mentitus, Collegio huic sacro Programma extorsit contrarium, d. 29. Oct. valvis affixum Academicis (1.). In illo Theologi hi cordati, cum Grammii, *hominis ad fingendum nati*, *audaciam* detestati essent *& impudentiam*, mendacioqve de suo cum illo consensu contradixissent, gravem hanc de litibus ejus chartisqve Eristicis tulerunt censuram: *Ingenue testamur, nemini nostrum in mentem unqvam venisse, ut hunc scribendi ac cavillandi pruritum probaremus, ut potius toto animo atqve pectore eundem detestemur. - - - Eum in finem conficta sunt omnia, ut Academiæ matri, qvæ ipsum tamen formasse dicitur & aluisse, invidiam conflaret, & celeberrimos ejusdem loci Theologos, præsertim Excellentiss. Dn. D. Franckium, Universitatis suæ Procancellarium, Theologum grandævum, & de universa Christi Ecclesia voce & scriptis præclare meritum, & qvotidie adhuc merentem, in Heterodoxiæ suspicionem adduceret, &, qvantum in ipso est, Academias cum Academiis, Theologos cum Theologis, committens, intestino bello Ecclesiam Evangelicam ulterius implicaret. Hanc vero mentem, a pietate & concordia alienam, qvis ferre prudentior, non inter Theologos modo, sed & Christianos, posset? Sane, cum intestina certamina jam satis alioqvin lacerarint Ecclesiam, istæ lites magis etiam abominandæ sunt, qvæ, sine causa susceptæ, non veritati, sed affectibus, & juvenili ardori, originem debent. Exosa merito cordatis est protervia, cum seni juvenis, Præceptori discipulus, Patrono cliens, & Viris bene meritis tyrones, insultare non erubescunt. Procul a mea tuus sit furor omnis domo!* Ab Ordine Ecclesiastico Lubecensi, qvod in Epistola ad Collegium suum vernacula, illi, una cum *Septimo Heterod. Franckianæ Specimine*, A. 1698. inscripta, fabulam, de Franckio, anno præcedente, per Aug. Pfeifferum, Superintend. Lubecensem, Collegarum nomine, ut, si pro Theologo haberi vellet Orthodoxo, adversus justas Grammii accusationes doctrinam suam defenderet, monito, impudenter gloriabundus sparsisset putidissimam, simili Programmate Germanico, d. 29. Nov., eodem A. 1698., est objurgatus, & mendacii publice insimulatus (2.). Ille, invectivas has justissimas haud moratus, furiosiorqve istis redditus, Theologorum Hafniensium Programmati literas ad illos (d. 8. Nov. A. 1698.) Latinas, in sensum illud alienum detorqventes, suæqve contra Franckium causæ obscure favere falso jactantes, Lubecensi Epistolam secundam ad Ordinem Ecclesiasticum Germanicam, Novorumqve Literariorum Lubecensium de Hafniensi verissimæ relationi *Protestationem* adversus horum Collectorem, Jacobum a Mellen, maledicam opposuit. Theologos Rostochienses, in *Specimine Heterodoxiæ Franckianæ octavo*, A. 1699. iis inscripto, ejusdem cum Franckio accusavit ἑτεροδοξίας, & Collegii Hafniensis Professori, ne schedas suas, sine Censorum approbatione Academicorum, edere pergeret, dehortationem, d. 4. Febr. A. 1699. factam, susqve deqve habuit. Tantam ne impune ferret ingenii turbulenti pertinaciam, postulatu D. Henr. Bornemanni, Episcopi, d. 12. Mart., in carcerem a Prætore Hafniensi conjectus est urbanum, in qvo, cum atroces suas adversus Franckium calumnias serio monitus retractare nollet, per menses qvatuor detentus, &, M. Julio tandem A. 1699., a Christiano V., Rege Danico, urbe Hafniensi intra horas 24., regno autem universo intra octiduum, jussus excedere. Biennio seqventi incertis vagatus sedibus, clam A. 1701. Kilonium rediit, sed in ædibus mox maternis deprehensus est, &, Friderici Principis mandato, per milites, inde in insulam, ut perpetuæ atqve arctiori illic traderetur custodiæ, abductus Helgolandicam. In qva, novennio elapso, homo obstinatæ malitiæ, suiqve ipse faber infortunii, A. 1710. vivere pariter atqve furere desiit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Biga Qvæstionum Theologico-Philosophicarum: 1. Sitne de ratione Creaturæ essendi novitas? 2. Possitne Creatura per omnipotentiam divinam elevari, ut causa creationis sit principalis vel instrumentalis? Kilonii 1692. in 4.

Theses Ethicæ miscellæ, ad gradum Magisterii conseqvendum, Præside Georg. Paschio, propositæ. Kilon. 1694. in 4.

Disp. de Cogitatione Cartesiana, nobilissimam qvæstionem: Utrum huic Enthymemati: *Ego cogito, ergo sum*; honos demonstrationis, & primi principii cognitionis humanæ, sit deferendus? uberius explicatam & decisam, simul cum nonnullis Scepticismi redarguendi modis, exhibens. Kil. 1694. in 4.

Disp. qvæstionem: Possitne Deus creaturæ, qvæ deliqvit, citra prævium satisfactionem, & qvidem ab ipso Deo præstandam, ipsiusqve satisfactionis applicationem, peccatum remittere? e lumine naturæ decisam exhibens. Kilon. 1695. in 4.

Tractatus, D. Christoph. Franckii Atheo convicto, ejusqve argumentis pro existentia numinis imbellibus, ac Heterodoxiis aliis, oppositus, qvem, Rostochii A. 1696. excusum, Theologi Rostochienses, in Franckii gratiam, suppresserunt. V. ejus *Specim. VI. Heterodoxiæ Franckianæ*, §. 14., p. 13., & Sonnenklaren Beweiß, §. 1. & 69.

Epistola ad Kilonienses Theologos ἀνωνύμως ipsorum clientis, qva iis M. Frid. Grammii Censuram Theologicam in dogma ipsorum, de cognitione divina hypothetice futurorum a re finita, non qvidem effective, sed objective tamen (juxta Chr. Franckii *Anti-Wendel.*, *Exerc. I.*, §. 40., p. 58. 59.), procedente, intentam, exponit, illosqve ad strenuam sui defensionem adhortatur. A. 1698. in 4. Autorem se illius esse, *Specim. VI. Heterod. Franck.* §. 14., p. 13., stylo licet contradicente, negat, mentem tamen suam ac rationes in ea recte exprimi agnoscit.

Demonstratio, qva ostenditur, qvod Salvatoris nostri gloriosissimi corpus in cœlo non sit localiter, Mathematica Methodo concepta, & D. Chr. Franckii *Exercitationi IX. Anti-Wendelinianæ*, & *nonæ Anti-Limburgianæ*, opposita. Amstelod. 1698. in 4.

Specimen Qvintum Heterodoxiæ Franckianæ, ex ipsius doctrina de Concursu divino, qvem, non secus ac Reformati (*Exerc. II. Anti-Limburg.*, c. 6., §. 5., p. 122. 123.), in motione propria & Physica collocat, desumptum, & Collegio Theologico Hafniensi inscriptum. Amstelod. 1698. in 4. (*De Collegii Theol. Hafniensis Programmate, ei opposito, in vita jam dictum est Autoris.*)

Epistola ad Theologos Hafnienses, de illorum contra se Programmate. A. 1698. (d. 8. Nov.) in fol. (*De illa itidem supra jam est dictum.*)

Specimen VI. Heterodoxiæ Franckianæ, ex *Exerc. IV. Anti-Wendel.*, §. 16., (humanæ Christi naturæ non alium, per omniscientiam divinam, sibi communicatam, cognoscendi actum, qvam productum, & ab omniscientia diversum, tribuente), desumptum, & D. Joh. Frid. Mayero dicatum. A. 1698. in 4.

Specimen VII. Heterodoxiæ Franckianæ (Corpus Christi in S. Cœna, sine extensione interna, indivisibiliter, per modum spiritus, existere), ex *Anti-Wendel. Exerc. IX.*, §. 54. 64. 87., & *Anti-Limburg. Exerc. IX.*, c. 4., §. 8. 9., desumptum; Ad Ministerium Lubecense. A. 1698. in 4.

Specimen VIII. Heterodoxiæ Franckianæ, qvo magnum impietatis mysterium illius (dum *Exerc. II. Anti-Limb.*, c. 7., §. 10., p. 153., personalitates divinas ratione qvidem saltem ab essentia divina differre statuit, sed novam tamen ei superaddere realitatem existimat), in venerandum SS. Trinitatis mysterium irruentis, revelat, & Facultati Theologicæ

(1.) Conf. de illo *Nova Lit. Lubec.*, *M. Nov. A. 1698.*, p. 204. Autor ejus fuit D. Joh. Wandalinus Jun., Th. Prof. primarius. (2.) Conf. & de isto *Nova Lit. Lubec.*, *M. Jan. A. 1699.*, p. 28. 29.

gicæ Rostochiensi, eam ad errorem hunc, sibi cum Franckio communem, propugnandum provocans, proponit. A. 1699. in 4.

II. GERMANICA.

Sonnenklarer Beweißthum, daß D. Christoph. Francke, in Erklärung der Ewigkeit GOttes (*Exerc. II. Anti-Limb., c. 1.*) ein offenbahrer Socinianer sey. A. 1696. in 4.

Tr. Germanicus, qvo adversus opinionem de cultu Christi hominis, summo qvidem, sed cultui Patris subordinato, Franckio attributam, disputavit, A. 1696. vel 1697. editus, &, cum scripto præcedenti, Kilonii d. 13. Jul. A. 1697. a carnifice combustus. V. de illo *Spec. VI. Heterod. Fr., §. 13., p. 11.*

Sendschreiben an das Ministerium Lubecense, worinn demselben ein gewisses irriges dogma D. Chr. Francken (daß der Leib Christi im Himmel räumlich, und umbschriebener Weise, zugegen sey) vorgeleget, und dessen Judicium darüber ersuchet wird. A. 1698. in 4. (*De Programmate Ordinis Ecclesiastici Lubecensis, ei opposito, jam ante relata relegantur.*)

Zweytes Sendschreiben, und abermahlige Provocation, an das Lübeckische Ministerium, ihr Judicium von seiner Controvers mit D. C. Francken, und der Kielischen Academie, zu geben. A. 1698. in 4. (Franckianam loci Rom. VIII. 28. 29. 30. explicationem, *Exerc. VIII. Anti-Limb., c. 1., §. 12., p. 410.*, obviam, velut Calvinianam, impugnat.)

Protestation wieder die lügenhafte Zeitung, so M. Jac. von Mellen den Novis Literariis maris Balthici, M. Nov. A. 1698., vom Programmate Hafniensi wieder ihn, einverleibet. A. 1698. in f. pat.

INEDITA ET PROMISSA.

Collegium in Theologiam naturalem, Kilonii habitum. V. den Sonnenkl. Beweiß §. 3.

Academia Kiloniensis, in suis Professoribus, partim Synergistica, partim plane Pelagianizans. V. *Epist. II. ad Minist. Lubec. p. 12.*

Exercitationes plus qvam XXX., adversus totidem D. Christoph. Franckii dogmata hæretica, &c. V. *Spec. VI. Heterod. Franck., §. 14., p. 14.*, & *Ep. I. ad Minist. Lubec. p. 2.*

Examen singularum Exercitationum Anti-Wendelinianarum & Anti-Limburgianarum D. Chr. Franckii, &c. V. den Sonnenkl. Beweiß, *§. 1. & 69.*

Examen Disputationis D. C. Franckii de Justitiæ Christi imputatione. V. *Epist. I. ad Minist. Lubec. p. 8.*

Specimen IX. Heterodoxiæ Franckianæ, ad Presbyterium Hamburgense: Cum annexa, nomine Ecclesiæ Lutheranæ totius, Protestatione ad Academias Reformatas, Marpurgensem ac Viadrinam, de dogmatis Franckii hæreticis, præcipue Calvinisticis, illi haud imputandis. V. *Spec. VIII. p. 16.*

Acre scriptum, qvod se Ordinis Ecclesiastici Lubecensis Programmati contra se Germanico esse oppositurum, *Spec. VIII. p. 16.*, est minatus.

Examen Disputt. D. Henr. Opitii, Theologi Kilon., *de Jacobo dilecto ac Esavo odio habito, in Rom. IX. 10. & sq.*, & *de Viro a fœmina circumdato, in Jer. XXXI. 22.*, nec non Georg. Paschii, Philosophi, *de Principiis actionum humanarum.* V. *Spec. VI., §. 13., p. 11.*

PETRUS ANDREAS GRANNE, Arithmeticus, circa A. 1687., Hamburgensis, Societati ibidem novæ Arithmetico-Algebraicæ A. 1690., attributo *Virentis* (des Grünenden) agnomine, est adscriptus, &, decennio post (A. 1700.), artem suam in Emporio S. Michaelis Archangeli Russico professus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1700., p. 91.*

Speculum ignorantiæ; Spiegel der Unwissenheit, darinn gewiesen wird, wie ein rechtschaffener Ludimagister auch in Arithmeticis müsse fundiret seyn, und was von den selbstaufgeworfenen und untüchtigen Schulmeistern in Hamburg zu halten: Wobey einige Proben und Qvæstiones Arithmeticæ zu resolviren angehänget. Hamburgi 1687. in 8.

DANIEL GRANOVIUS, Plöna Wagrius, Johannis, oppidi illius Ecclesiastæ, filius, A. 1638. in lucem editus, in patria ludi literarii, ab A. 1662., Præceptor, Parentisqve, in Diaconatu, ab A. 1668., συνεργος, &, ab A. 1674., Successor, d. 14. Aug. A. C. 1704., & æt. 66., defunctus; cujus vitæ historiam *Nova Lit. Lubecensia, M. Oct. A. 1704., p. 314.*, e Joach. Schmidii, Conc. Aul. Plönensis, *Sermone in Dan. XII. 13. funebri*, exhibent.

Dreyfaches geistliches Heilpflaster, oder Leichpredigt über Wilhelm Venninghausen, Bürgermeistern in Plön, auß Apoc. III. 5. Plönæ 1679. in 4.

GERHARDUS GRANSIN, Lubecensis, J. U. Lic. V. de illo J. Schnobelii *Progr. Inaug.*, & J. H. a Seelen *P. III. Ath. Lub. p. 37. 38.*

Decas Conclusionum Inauguralium de Cessione actionum & jurium, Præside D. Joach. Schnobelio. Rost. 1645. in 4.

Disp. de Furto & rapina, Præside D. Nic. Schützio. Rost. 1636. in 4.

HENRICUS GRASMÜLLER, Hamburgensis, A. 1632. natus, Ædis in patria Michaelitanæ Archidiaconus d. 7. Aug. A. 1664. electus, & d. 12. Jan. A. 1683. mortuus. V. *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, Georg. Haccii Michaelischen Eintritt *p. 46.*, J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 893.*, & Hier. Pasmanni Hamb. Denckmahl *p. 108.*

Theses de peccato, Præside M. Ad. Spenglero. Berolini 1650. in 4.

Kranckenbuch, oder Gebete und Trostsprüche vor die Krancken, in VI. Theilen; deren I. ein Communionbuch, II. ein Trostbuch, III. ein Gebetbuch, IV. ein Sterbebuch, V. ein Pestbuch, und VI. ein Danckbuch, enthält. Hamburgi 1681. in 8.

HERMANNUS GRASSOVIUS, Hamburgensis, Phil. & J. U. D.

Disp. Inaug. ex *L. 2. Cod. de rescind. vendit.* Basileæ 1586. in 4.

Collegium Disputationum Juridicarum, qvarum qvintam vidi de tutelis, ex *Lib. I. Instit. Tit. 13-18.*, Francofurti ad Viadrum A. 1587. *in 4.* excusam.

M. MICHAEL GRASSOVIUS, Hamburgensis.

XI. Disputationes Ethicæ, ab eo Præside propositæ. Rostochii A. 1605. & 1606. in 4.

CHRISTIANUS GRAVIUS (qvis cujasqve incertum), Hamburgi A. 1674. commoratus, qvo, *in Catal. Nund. Lips. Autumn. p. 21.*, editurum se promisit:

1. Julii Ant. Brancalassi Labyrinthum Aulicum, e L. Hisp. in Germ. translatum, &, si Chr. Hendreichio (*in Pand. Brandeb. p. 702.*) credas, revera jam ab illo editum.

2. Neues Briefgärtlein, außgezieret mit allerhand schönen Materien: Nebst kurtzen und nachdrücklichen Sittlichen und Hof-Schlußreden, wie auch einem außführlichem Vortrage und Gespräche vom Kriege, darinn die gebräuchlichsten Kriegs-Wörter und Redensarten enthalten sind; Teutsch, Frantz., Ital. u. Spanisch.

[An diversus ab eo sit Christ. Gravius, Ling. Gall. Professor in Gymn. Luneburgensi, ab A. 1654., Extraordinarius,

a Casp. Sagittario, *in Memorabilibus Hist. Luneb.* §. *148.*, & Conr. ab Höveln, in der Lüneburgischen Vortrefligkeit *p. 15.*, memoratus, dubito. Extat hujus gründliche Anleitung zur Frantzösischen Sprache, Lüneburgi A. 1671. *in 8.* edita.]

JOHANNES GRAVIUS, Hamburgensis, Gerhardi, Cathedralis Basilicæ Pastoris, ex fratre nepos, reportatis Basileæ A. 1657. supremis Juris honoribus, Professionem ejusdem (qva A. 1666. jam est functus) in Acad. Tubingensi obtinuit publicam, & in ista, cum Ordinis Juridici jam esset Senior, Juris Canonici & Praxeos doctor, Ducisqve Würtembergici Consiliarius, A. 1689. vivis excessit (1.). Circuli Svevici Ordines Cameræ, qvam vocant, Imperialis Spirensis A. 1669. eum jam designarunt Assessorem, sed dimissionem illius a Principe haud impetrare potuerunt Würtembergico (2.).

SCRIPTA EDITA.

Disp. Inaug. de Cambiis. Basileæ 1657. in 4.

Facies Juris publici Hungarici, Resp. Joh. Andr. Lochnero, Sopronio Hungaro, Tubingæ 1666. in 4. (*V. de illa Dav. Czvittingeri Specim. Hungariæ literatæ p. 225.*)

Disp. de Investitura feudali. Tub. 1674. in 4.

Disp. de Felonia. Tub. 1676. in 4. (*V. Beügh. Bibliogr. Jur. p. 101.*)

Disp. ad *Can. Redintegranda*, selecta de indole Remedii possessorii exhibens (Resp. pro Gradu Joh. Langhansio, Hamburgensi.) Tub. 1684. in 4.

Disp. de Judicio Syndicatus (Resp. pro Gradu Godofr. Rulando, Düsseldorpiensi). Tub. 1685. in 4.

His addantur sine annorum editionis indicio a Wittenio *l. c.*, & Catalogis qvibusdam, memorata:

Spicilegium Juris, ex VII. Digestorum partibus congestum. Tubingæ in 4.

Sylloge assertionum ex Jure Civ., Can., Feud. & Publico.

Selectæ Conclusiones ex Processu judiciario.

Disp. de Austregis.

Disp. de commisso Emphyteuseos.

Disp. de Judicio diffamatorio. Tub. 1686. in 4.

Disp. de Jure Seqvestri.

Disp. de Receptatoribus.

Disp. de Condictionibus.

Disp. de Reconventione.

[Scriptores ὁμωνύμους, Joh. Gravium Lovaniensem, Jesuitam Sec. XVI. Romanum, & Joh. Gravium, Mathematicum sec. XVII. Oxoniensem, *in Homonymoscopia, P. I., c. 3., §. 11., p. 62.*, ab eo distinxi. Tertius his, ni fallor, est addendus Joh. Gravius, cujus *Disputatio de eo, qvod justum est circa Nivem*, Tubingæ A. 1693. *in 4.*, post obitum nostri prodiisse perhibetur.]

FRIDERICUS GRAWERT, Lubecensis, patriæ, ab A. 1509., Senator, Archithalassi in bello cum Danis ac Batavis functus officio, ac tandem, ab A. 1521., Consul, A. 1539. vel (juxta alios) 1538., die S. Luciæ, mortuus. V. *Compendium Chronici Lubecensis* Kirchringio-Mollerianum *p. 132.*, Jac. a Mellen Nachricht von Lübeck *p. 30.*, & alios Hist. Lub. Scriptores.

Superest Lubecæ Liber illius MS., ad Confraternitatem Circuli sive Patritiorum spectans, vulgo das Circkelbuch appellatus. V. J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec. p. 641.*

JOHANNES GREBBIN, qvem Pastorem fuisse Lubecensem Augustinus Eberhardus (3.) perhibet, sed nec in ullis Ecclesiæ Lubecensis Ministrorum Catalogis, nec in Actis Presbyterii MStis, ullibi memorari V. C. Jac. a Mellen me edocuit.

IV. Predigten über den XLV. Psalm. Lubecæ 1648. in 4. (*Catal. Zeidl.*)

Leichpred. über Fr. Elisabetha Roggenbachinn. A. 1650. in 4. (*V. Aug. Eberhardum l. c.*)

GEORGIUS GREENIUS, Lubecensis, patre Johanne, mercatore primario, matre vero Emerentia, Joh. Kirchmanni, scholæ patriæ Rectoris celeberrimi, filia, d. 13. Mart. A. 1631., natus, ex avi materni disciplina in Gymnasium Bordesholmense, & inde, post qvadriennium, ut Juri daret operam, in Academias Rostochiensem, Altorfinam & Juliam, transiit. Licentiati hinc titulo Rostochii A. 1660. ornatus, Argentina salutata, Lutetiæ per annum hæsit integrum, ac, Theodori deinde Lentii, Cancellarii Danici, præfectus filio, Galliam cum illo reliqvam, Germaniam & Italiam, peragravit, in ipsum etiam migraturus Orientem, nisi A. 1669. a Lentio Seniore ad Archivarii & Protonotarii Provincialis Slesvigo-Holsatici officium, nuptiasqve cum Marci Kohlblattii, Antecessoris, filia celebrandas, fuisset revocatus. Muneri huic, sede fortunarum Kilonii fixa, per annos XIV., ob singularem morum probitatem & integritatem omnibus gratissimus, præfuit, & febre tandem maligna, d. 18. Jan. A. C. 1683. & æt. 52., expiravit. Plura de vita & laudibus ejus suggeret D. G. Morhofii *Programma funebre*, in Sylloge *Programmatum, Orationibus* adjecta, *num. 55., p. 765-771.*, recusum.

Disp. Inaug. de Sententia Judicis, Præside D. Henr. Rahnio. Rostochii 1660. in 4.

GEORGIUS GREENIUS, Treemsbütta Holsatus, d. 8. Jul. A. 1636. in lucem editus, patrem habuit Michaelem, scribam præfecturæ Tremsbüttensis Ducalem, matrem vero Margaretam, Herm. Ostendorfii, Præfecturæ Barmstedensis Administratoris, filiam. Patrem vix qvatuor natus annos amisit, sed matris nihilominus, monitorum mariti moribundi, de filio vitæ a se destinato sacerdotali, memoris, ac vitrici, Franc. Ott. Crusii, Præfecturæ itidem Tremsbüttensis Notarii, curæ, literis domi, & in Gymnasio (ab A. 1651.) Bordesholmensi, imbutus est humanioribus, & in Academiam deinde A. 1654. ablegatus Witebergensem. In hac septennio commoratus integro, progressus in Philologia & Historia, Aug. Buchneri, Joh. Er. Ostermanni & Reinh. Franckenbergeri, in Philosophia Joh. Sperlingii & Mich. Wendeleri, in Mathesi Christoph. Notnagelii, Æg. Strauchii & Nicol. Pompeji, in Theologia autem Abr. Calovii & Joh. Meisneri ductu, fecit eximios, & Magisterii gradum, Brabeuta Franckenbergero, d. 25. Apr. A. 1661., primo inter 28. Candidatos loco, obtinuit. Hoc reportato, eodem A. 1661., in Acad. Lipsiensem, nec multo post in Argentinensem, abiit, & Seb. Schmidii, hospitis sui, Joh. Conr. Danhaueri ac Balth. Bebelii (qvibus J. G. Dorscheum, Argentina ante novennium digressum, & Rostochii biennio ante defunctum, Biographiæ Autor perperam adjungit vernaculæ), Theologorum, Bœcleri item Polyhistoris, & Balth. Scheidii, LL. Or. Doctoris, auditor aliqvamdiu admissionis fuit

(1.) V. Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 175.* (2.) V. Joh. Deckheri *Notas Vindiciis pro veritate & justitia rei Cameralis præmissas p. 177.* (3.) in den Valetreden der Sterbenden, *num. 116.*

fuit intimæ. A. 1662. exeunte iter in Belgium & Angliam aggressus est literarium, &, ex isto A. 1664. in patriam reversus, comite Bernh. Frisio, Lubecensi, suæ commisso ephoriæ, Rostochium, Gryphiswaldiam, Helmstadium & in Daniam, excurrit, ac Witebergam tandem A. 1666. repetiit. Illic juventutem studiosam, publico ei Rectoris Academici, D. Joach. Nergeri, JCti, commendatus Programmate, prælectionibus aliqvamdiu privatis instituit, & Ott. Prætorio, in professione Poetica, d. 5. Jun. A. 1668., Æg. Strauchio autem in Historica, d. 30. Apr. A. 1670., successit (1.), Ordinisqve Philosophici A. 1673. fuit Decanus (2.). Witeberga, Collegis (e qvibus Abr. Calovius, Theologiæ Prof. primarius & Superintendens, se illum, in utraqve Cathedra, Academica & Ecclesiastica, successorem sibi exoptasse, in carmine testatus est Propemptico) invitis, A. 1678. a Joh. Georgio II., Saxonum Electore, Dresdam est evocatus, & Ecclesiastes aulæ suæ infimus, secundus autem ab hujus filio, Joh. Georgio III., A. 1681. constitutus. Hunc, deinceps, non in itineribus solum ad thermas Carolinas & Toplizenses Bohemicis, aliisqve longinqvis compluribus, sed in expeditione etiam Anni 1683., ad Vindobonam a Turcarum obsidione liberandam, Austriaca, & qvatuor adversus Gallos Rhenanis, A. 1688. 1689. 1690. & 1691. institutis, est comitatus, lateriqve illius, in ipsis etiam præliis, assecla adhæsit individuus. Fide hac nostri insigni non minus, qvam doctrina & facundia (qvam humanitas etiam & vultus pulchritudo commendabant) singulari, permotus Elector, eum, post officium in civitate Hamburgensi Pastorale, Theologiæ professionem Witebergensem cum Superintendentis Generalis dignitate conjunctam, muneraqve in aulis Saxo-Gothana & Anhaltino-Servestana Ecclesiastica primaria, sui amore recusata, ad supremam sacrorum in Electoratu Saxonico, in locum Phil. Jac. Speneri, Theologi ἐξοχωτάτου, a se dimissi, A. 1691. evexit Ephoriam, & Protecclesiasten aulicum ac consiliarium designavit Ecclesiasticum. Verum, antеqvam in Misniam noster rediret, & munera hæc splendida posset aggredi, in ultima expeditione Rhenana, morbo (qvi, tribus post septimanis, ipsum etiam Electorem Tubingæ, d. 12. Sept., enecavit) castrensi, per qvatuor Medicos, ab Electore submissos, frustra oppugnato, Heidelbergæ, in ædibus M. Joh. Phil. Schlosseri, Pastoris Lutherani, d. 22. Aug. A. C. 1691., & æt. 56., est extinctus, & in æde Lutheranorum sacra sepultus. E Conjuge priori, Catharina Rebecca, D. Wolfg. Ern. Tunzelii, Superintendentis Torgensis, filia, A. 1669. ducta, puellam tantum ævi brevis unicam, e posteriori vero, Ursula Dorothea, patre nata D. Elia Sigism. Reinharto, Prof. Theologo & Præsule Lipsiensi, & A. 1673. in thorum adscita viduum, septem sustulit liberos. E qvibus tres filii, & hos inter, Georgius Sigismundus (Theologiæ postea Doctor & Superint. Chemnicensis), duæqve filiæ, D. Joh. Gottliebio Lucio, Superintendenti Bornensi, & M. Joh. Andr. Gleichio, Ecclesiastæ Electoris Saxonici aulico, elocatæ, Parenti defuncto fuere superstites.

Catalogus Bibliothecæ, a defuncto relictæ prodiit Dresdæ A. 1692. *in fol.*

Plura de illo suggerent Biographia vernacula, M. Joh. Phil. Schlosseri, Past. Heidelbergensis, Sermoni in Ps. XIII. 6. funebri, in exeqviis habito, & (sub titulo des dreyfachen Hertzens der Kinder GOttes), cum Epicediis, Dresdæ A. 1692. *in fol.* excuso, subjuncta, &, qvi hanc secuti sunt, Henr. Pippingius, *in Septenario Decadum Memor. Theol. renov. Dec. III., num. 8., p. 384-397.*, ac Erdmannus Uhseus, in den Leben der Kirchenlehrer des XVI. und XVII. Seculi, *p. 672-675.*

Confer etiam Conr. Sam. Schurtzfleischii *Dissertt. Academicas, Progr. 115., p. 236. 237. 238.*, & Carmina in nuptias priores, Professionemqve Poeticam, Gratulatoria, *in Poematis Latinis p. 51. 52. 53. 54. 72. 73. 74.*, Nic. Lud. Esmarchii Propempticon ad eum, Dresdam abiturum, Germanicum, *in Helicone p. 83-86.*, Georg. Henr. Götzii *Eclogam de Theologis sub auspiciis novorum officiorum demortuis, §. 9., p. 11.*, ac Joh. Andr. Gleichii *Diss. de Theol. Elect. Sax. p. 22. 23.*

ELOGIA.

Georg. Finwetterus (seu potius D. Gotfr. Wegnerus, Theol. Regiomontanus), *in Pio Desiderio p. 64.*, Viris eum in Patrum lectione versatissimis accenset.

D. Georg. Franco, Archiatro Danico (*in Epicedio*), *Vir* audit *de vera Christi Ecclesia, & bonis literis, adprime meritus.*

Conr. Sam. Schurtzfleischio (*Epist. 258., p. 365.*) *doctus sane modestusqve rerum divinarum Interpres*, nec non (*in Poem. p. 54.*) *præsignis Vatum gloria.*

Joh. Georg. Neumanno, in Epigraphe (qvam Pippingius *l. c. p. 393. 394. 395.* exhibet) funebri, *Geierus*, (qvocum fusius in eadem comparatur) *alter*, &, in *Programmate*, Georgii Sigismundi, filii, *Disputationi Inaugurali* A. 1700. præmisso, *Vir de Academia Witebergensi, & Orthodoxa Ecclesia, in exemplum præclare meritus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. Ethico-Politica de Morum atqve ingeniorum varietate, Præside M. Joh. Mich. Straussio, Ord. Philos. Adjuncto. Witebergæ 1656. in 4.

Disp. de Subditorum in certas classes distinctione, Præside D. Mich. Wendelero. Witeb. 165.. in 4.

Disp. de Imperatore Militari. Witeb. 1658. in 4. (*V. Lipenii Biblioth. Jurid.*)

Justa parentalia in honorem Christophori Johannis a Bülou, Consiliarii Holsatici, Præfectiqve Tremsbüttelensis & Steinhorstensis, sive Oratio funebris, illi dicta. Witeb. 1658. in fol.

Disputatt. III. de Sibyllis. Witeb. 1661. in 4. Aliqvoties deinde sunt recusæ, & commendatæ a Nic. Christoph. Lynckero, *Lib. II. Instructorii forensis, P. I., c. 2., lit. R. 2. a.*

Disp. de Imperio Magnæ Britanniæ, Resp. Bernh. Frisio, Lubecensi. Witeb. 1666. in 4.

Schediasma de Rusticatione & Villis veterum. Lipsiæ 1667. in 12. Commendatur a N. C. Lynckero *l. c., lit. R. 2. b.*, & Joach. Fellero (cui *libellus* audit *eximius*) *in Horatio ad Philosophiam exacto, Obs. 3. ad L. 3. Od. 6.* Recusum est *Tomo I. Novi Thesauri Antiqq. Rom.*, ab Alb. Henr. de Salengre collecti, Hagæ A. 1716. *in fol.* edito.

Disp. de natura Logicæ. Witeb. 1668. in 4.

Enneas Animadversionum in diversa Annalium Baronianorum loca, Resp. M. Joh. Diecmanno, Stadensi (*postea Th. D. & Duc. Brem. Superintendente*). Witeb. 1671. in 4.

Disp. de Carolo V. (*non Carolo Magno, qvi in Indice scriptorum nostri Pippingiano, l. c., substituitur*), Imperatore. Witeb. 1672. in 4.

Disp. de Republica Veneta. Witeb. 1672. in 4.

Τῶν Μοναχῶν τε καὶ μοναστικῶν ἐξερεύνησις, ex Patribus optimis eruta, & publica Disputatione proposita. Witeb. 1672. in 4.

Disp. de Ecclesia Bohemica. Witeb. 1673. in 4.

Exercc. II. Historicæ de rebus Herodis Magni. Wit. 1675. in 4.

Disp. de Ptolemæo Philadelpho, Ægypti Rege. Wit. 1676. in 4.

Disp.

(1.) V. Andr. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 147. 152.* (2.) V. Sennertum *l. c. p. 132.*

Disp. de Sacris Qvadragesimæ. Wit. 1677. in 4.
Disp. de destructione Imperii Occidentalis. Wit. 1678. in 4.
Disp. de Hæresi veterum Prædestinatianorum. Wit. 1678. in 4. Commendatur a Joh. Andr. Schmidio *in Contin. Introduct. Casp. Sagittarii in Hist. Eccl. p. 1113.*
Disputt. II. de Rugia insula, Resp. M. Georg. Christoph. Lemmio, Rugiano. Wit. 1678. in 4.
Disp. de Vandalis.
Disp. de Concilio Niceno. (*Hæ duæ in Biographia ipsi tribuuntur Germanica.*)
Theses miscellæ, e divite Historiarum penu depromptæ Wit. in 4.
(*M. Greenii Disp. Witebergensis de Aristophane, in Nov. Lit. Germ., M. Nov. A. 1704., p. 413., allegata, an illi, vel filio, debeatur, ambigo.*)

II. GERMANICA.

Die schwere schwartze Balcken des Chur-Sächsischen Wapens, oder die schwere Regiments-Last, in einer Leichpredigt über Joh. Georgium II., Churfürsten zu Sachsen, auß Num. XII. 1., zu Freyberg, d. 10. Oct. A. 1680., vorgestellet. Dresdæ 1680. in fol. Commendatur a Joh. Frid. Mayero *P. II. Musei Ministr. Eccl., Sect. II., p. 239.*
Der Erleuchtete, großmühtige und gerechte Chursächsische Ober-Hofprediger, oder Leichpredigt über D. Mart. Geierum, auß Phil. III. 7. 8. 9.: Samt D. Val. Alberti und M. Justi Gotfr. Rabeners Lateinischen Traur-Reden. Dresdæ 1681. in 4.
Die liebliche Schwärtze der Gläubigen GOttes, oder Leichpr. über Maria Rabinn, Herrn Diet. von Köttlinsky, Chur-Sächs. Kammer-Junckers, Gemahlinn. Dresdæ 1683. in fol.
Höchster Ruhm und Vollkommenheit eines rechtschaffenen Medici, oder Leichabdanckung über D. Theod. Bussium, Chur-Sächs. Leib-Medicum. Pirnæ 1683. in fol.
Die Herligkeit der Göttlichen Kammer, oder Leichpred. über Alb. Christ. von Kromsdorf, Chur-Sächs. Land-Kammer-Raht auß Es. XXXVIII. 17. Dresdæ 1684. in fol.
Vergleichung Monicæ, Augustini Mutter, und der Frau Gumprechtinn, in einer Leichabdanckung. Dresdæ 1684. in f.
Die Göttlichen Lichter der Welt, oder Leichpred. über D. Joh. Andr. Lucium, Chur-Sächs. Ober-Hofprediger, auß 2 Cor. IV. 5. 6. 7. Dresdæ 1686. in 4.
Davids gutes Außkommen unter Göttl. Regierung, oder Leichpr. über Joh. Georg. Butsky, Chur-Sächs. Raht, auß Ps. LXXI. 5. 6. 7. Dresdæ 1686. in fol.
Ehrengedächtniß Fr. Elisab. Sophien Arnimbs, Herrn Gotthelf Friderich von Schönberg, Chur-Sächs. Geheimen Rahts, Eheliebsten. Dresdæ 1688. in fol.
Die Medicin eine edle Profession, oder Leichabdanckung über D. Henr. Boezium, Chur-Sächs. Leib-Medicum. Dresdæ 1689. in fol. (*Conf. de Sermonibus hisce funebribus Pippingium l. c. p. 396. 397.*)

INEDITA.

Homiliæ Germanicæ in Epistolam ad Hebræos.
Homiliæ Germanicæ de Filiis Dei (von der Kindschaft GOttes). Et has, & istas, eum ἀνεκδότως reliqvisse, Biographia testatur vernacula.

NICOLAUS GREGORIUS, Holsatus, Phil. Mag. & Theol. Cand.
Disputationes VII. de S. Scriptura, Deo, persona Christi, creatione, invocatione Dei & Angelis, ab ipso Præside propositæ. Witeb. 1585. in 4.

NICOLAUS GREGORII, Wilstria Stormarsus, J. U. D. Jenæ a Christoph. Phil. Richtero d. 12. Oct. A. 1658. renunciatus. V. M. Adr. Beieri *Syllabum Professorum Jenensium p. 1080.*
Disp. Inaug. de Recompensatione stricte dicta, Præside D. Erasmo Ungepauero. Jenæ 1658. in 4.

M. ARNOLDUS GREVIUS, Hamburgensis.
Diss. Historico-Critica περὶ τῶν ἅπαξ λεγομένων, sive de Auctoritate unius Testis, Præside Joh. Gvilh. Bergero proposita. Witeb. 1722. in 4.
Diss. Tertulliani testimonium de 'Αποθεώσει, Christo a Tiberio decreta, adversus dissentientes, inprimis Joh. Clericum, defendens. Witeb. 1722. in 4.

HANSIUS GRIMMENSTEIN, Rendesburgi in Holsatia die S. Catharinæ A. 1554. natus, post reditum e regionibus exteris Patriæ Senator A. 1597., Consulqve A. 1617., electus, ac, liberis octo in duplici susceptis conjugio, d. 29. Sept. A. C. 1620., ætatisqve 66., mortuus; qvi, licet illiteratus, Hymnos sacros Germanicos concinnavit plurimos, partemqve istorum libello edidit peculiari. V. Gerh. Culemanni Junioris, Præpositi Rendesburgensis (pietatem ejus, virtutesqve alias, fuse celebrantis), Sermonem Germanicum, in defuncti exeqviis ex Apoc. VII. habitum, & Hamburgi A. 1621. *in 4.* excusum, Vitamqve cum Epicediis isti subjunctam.

JOHANNES FRIDERICUS GRONOVIUS, Senatus Critici ævo suo Dictator, Hamburgi d. 8. Sept. A. 1611. in lucem editus, Patrem habuit Dav. Gronovium, Wismariensem, J. U. D., Joh. Friderici, Ducis Hols. & Archiep. Brem., Consiliarium, Collegiiqve postea Canonicorum Hamburgensium, & urbis tandem Bremensis, Syndicum, matrem vero Margaretam, Laur. Langermanni, Canonicorum Hamburgensium Senioris, & Consiliarii Holsatici, filiam. E schola domestica qvindecennis A. 1626. (qvo Canonicis etiam adscriptus est Hamburgensibus) in publicam urbis Bremensis transiit, & in Gymnasiis deinde Bremensi pariter atqve Hamburgensi eximios in studiis fecit progressus. Academiis jam maturus, Jurisprudentiæ simul & literis elegantioribus, in Altorfina, ab A. 1631., &, cum Hugoni Grotio in patria A. 1633. familiariter innotuisset, in Groningensi, Lugduno-Batava, & Belgicis aliis, præsertim vero in Urbe Hagiensi, ab A. 1634., per integrum qvinqvennium, invidendo vacavit successu. Reformatam ibidem, deserta Lutherana, amplexus est religionem, &, iter deinde aggressus literarium, A. 1639. in Angliam, & inde in Galliam, trajecit, reportatisqve Andegavi A. 1640. supremis honoribus juris Academicis, M. Oct. in Italiam, & ex hac (cum Venetiis in Academiam receptus esset Incognitorum) A. 1641. in Germaniam, nec multo post iterum in Galliam, migravit, & ubiqve facilem ad Bibliothecas, Codicesqve illarum vetustos excutiendos, invenit accessum, Principumqve ordinis literarii meruit amicitiam. In Belgium, cum juvenibus, qvibus hactenus præfuerat, generosis, reversus, Eloqventiæ & Historiarum, in Gymnasio Daventriensi, ab A. 1643., Lingvæ autem & Historiæ Græcæ, ab A. 1658., in Academia (cujus etiam Bibliothecæ curam gerebat) Lugduno-Batava, ingenti cum famæ, incredibili literarum elegantiorum peritia, & immortalibus in tot scriptores antiqvos partæ meritis, incremento, summoqve hominum per Europam universam eruditorum applausu, egit Professorem, &, post Salmasii obitum, solus ferme, in hisce

 studiis,

ſtudiis, ſine æmulo, regnavit. Pari a ſummis etiam Principibus habitus eſt in pretio, qvos inter Ludovicus XIV., Rex Galliæ, annuo eum donavit honorario, & Dux Megapolitanus abſentem ſuis adſcripſit Conſiliariis. Finem vitæ ſexagenarius d. 28. Dec. A. 1671. attigit, &, e duplici cum Adelheide Tennulia ac Catharina Glagovia conjugio, filios duos, paternæ eruditionis ac famæ hæredes, Jacobum, Succeſſorem in munere Leidenſi Academico haud imparem, & Laurentium Theodorum, reliqvit ſuperſtites. Recenſum Vitæ ejus (a nemine hactenus juſto deſcriptæ ſtudio), meritorum in literas Scriptoresqve veteres eximiorum, monumentorum ingenii omnium, elogiorum, qvæ ab eruditis reportavit, plurimorum, & literariorum qvorundam certaminum, copioſum atqve accuratum Tomo exhibebimus ultimo. Aliqvam interim illorum ſuggerere notitiam poterunt Hiſtoria vitæ imperfecta, & ad A. 1650. tantum perducta, qvam Jac. Revii *Daventriæ illuſtratæ, Lib. VI., p. 712. 713.*, & Anonymi *Gloriæ Academiæ Incognitorum Italicæ, p. 236-240.*, ſuperſtes paſſus eſt inſeri, Joh. Franc. Buddæi *Tomus II. Lexici Hiſtorici p. 305.*, Thomæ Popebloune *Cenſura Autorum p. 1056, 1057. 1058.*, Vinc. Placcii *Prodromus triumphi famæ Gronovianæ, Libro III. Poem. Juvenilium, p. 300-303.*, obvius, & (ſi addi Scriptor ineptiens his meretur) Adolphi Clarmundi ψευδωνύμου *Vitæ Eruditorum Germanicæ, P. I., n. 19., p. 160-163.* Theod. Ryckii, Collegæ, Oratio funebris ab hæredibus eſt ſuppreſſa, nec unqvam, uti Ant. Teiſſerius, *P. II. Catalogi Catalogorum p. 251.*, falſo perhibet, lucem vidit publicam.

LAURENTIUS JOHANNES GRONOVIUS, Hamburgenſis, Joh. Friderici, modo celebrati, ex Laurentio fratre, Centurione Hamburgenſi erudito, nepos, J. U. Lic. & in patria Practicus, templiqve Cathedralis, ab A. 1665. (*teſte Joh. Alb. Fabricio P. II. Memor. Hamb. p. 625.*), Vicarius. Vixit A. 1683.

Memoria Cæciliæ Gronoviæ, amitæ ſuæ, Hamb. 1662. in f. pat.

Propoſitiones aliqvot illuſtres ex Jure Civili privato, Præſide D. Dav. Peſtelio. Rintelii 1670. in 4.

Diſp. Inaug. diverſa Juris themata exhibens. Aureliis 1671. in 4.

M. JOHANNES de GROOT, Hamburgenſis, Theol. Studioſus, ob peccata juvenilia graviora, poſt reditum ex Academiis, Ergaſterio patriæ incluſus publico, in iſto A. 1697. etiamnum hæſit, & libello ſacro, qvem mox memorabimus, vernaculo, pœnitentiæ teſte, illius inſcripto Ephoris, dimiſſionem petiit.

Qvæſtiones Selectæ, ex Philoſophia Practica depromtæ. Roſtochii 1676. in 4.

Die zu GOtt täglich ruffende Seele, in Betrachtung sechs nohtwendiger Uebungen und wahren Andachten vom Christlichen Leben und Wandel. Hamburgi 1697. in 12.

GOTHOFREDUS GROSSIUS, Hamburgenſis, Jacobi, Paſtoris Catharinæi, filius, Legum Studioſus.

Oratio valedictoria de Mutationibus & everſionibus Rerumpublicarum, Rintelii d. 24. Mart. A. 1651. habita. Rintelii 1651. in 4.

HERMANNUS GRUBE, Lubecenſis, Joachimi, ſutoris, ex Anna, Herm. Hudemanni, Civis Neoſtadienſis, gnata, filius, d. 10. Oct. A. 1637. in lucem editus, cum ſcholam freqventaret patriam, Alexandri ſimul & Pauli, Godeſchalci a Wickeden, Conſulis, filiorum, Pædagogus, ab A. 1652., fuit domeſticus. Ex his Alexandrum A. 1655. in Gymnaſium Bremenſe, & mox in Hamburgenſe, nec multo poſt Paulum in ſcholam Hannoveranam, & A. 1657. Alexandrum denuo in Academiam comitatus eſt Juliam, hujusqve Medicos (Herm. Conringium, Jac. Tappium & Val. Henr. Voglerum) ac Philoſophos ſeqventi audivit biennio. Ab A. 1659. Kilonii D. Matthiæ Clauſenii, Medici percelebris, filios, &, ab A. 1661., Lubecæ Andr. Bilderbeckium (J. U. poſtea Licentiatum), privatim inſtituit. Huic, in Acad. A. 1663. abeunti Jenenſem, Ephorus adjunctus, Gvern. Rolfincii, & Collegarum, ductu, ulteriores in Medicina fecit progreſſus, &, Magiſtri titulo, locoqve inter 27. competitores principe, impetratis, Diſputationibus & Collegiis Philoſophicis paulatim inclaruit. Triennio Jenæ exacto, Leidam A. 1666. abiit, & Franc. le Boe Sylvio, Johanni ab Horne. cæterisqve Medicis Academicis, ingenium ſuum atqve doctrinam ita approbavit, ut Doctoris gradum & ultro ipſi offerrent, & gratis, M. Octobri, conferrent. Hoc potitus, in Cimbriam rediit, &, cum ſpes Flensburgi Poliatri munus obtinendi, a D. Matth. Clauſenio ipſi facta, decollaſſet, Kilonii apud priſtinum hunc hoſpitem, per aliqvot menſes, ſubſtitit, Praxiqve inchoata, cum, ad obtinendam a Collegio Medico privatim Medicinam docendi poteſtatem, Diſput. *de Venenis non venenis* publicam meditaretur, Hatherslebiam, ut in urbe hac, & vicinia, artem ſuam exerceret, a Cajo Aleſeldio, Præfecto regio, A. 1667. eſt evocatus. Ex iſta A. 1675. Flenopolin qvidem diſceſſit, ſed, biennio poſt, Conrado, Comite a Reventlou, Præfecto itidem Hatherslebienſi, & Senatu urbano, annuum promittentibus ſtipendium, eandem repetiit, Phyſicusqve civitatis & Præfecturæ ordinarius a Chriſtiano V., Rege Danico, eſt deſignatus. Horas illic ſucciſivas Medicus hic doctiſſimus, in Academiam etiam Naturæ Curioſorum Germanicam A. 1685. receptus, & Palamedis donatus agnomine (1.), qvi ſtaturæ exiguæ damna dotibus rependebat ingenii, partim privatæ liberorum, aliorumqve juvenum ingenuorum, in bonis literis ac arte Medica inſtitutioni, partim vero librorum Phyſico-Medicorum, qvibus famam promeruit inſignem, impendit ſcriptioni. Laboribus his Hatherslebiæ, ſexagenario paulo major, M. Febr. A. 1698., eſt immortuus, tresqve gnatos, & puellas duas, e conjuge Beata Catharina, M. Joh. Baldovii, Lingvæ Hebrææ in Academiis Lipſienſi ac Julia Profeſſoris, & Superintendentis tandem ad Viſurgim Nienburgenſis, filia, d. 19. Jun. A. 1677. ducta, ſuſceptos, reliqvit ſuperſtites.

Conf. breviorem meam de Vita ejus (cujus hiſtoriam hæredes communicarunt vernaculam) ſcriptisqve narrationem, *in Novis Lit. Lubec., M. Mart. A. 1698., p. 37.*, exhibitam, Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 409.*, & Corn. a Beüghem *Bibliograph. Med. p. 105. 106.* Hiſtoria vitæ propriæ, Academiæ Naturæ Curioſorum Germanicæ d. 19. Jun. A. 1685. transmiſſa, a Joh. Henr. a Seelen *Parti III. Athenarum Lubecenſium* (Lubecæ A. 1721. editæ), *p. 222-237.*, additis Notis qvibusdam, inſerta eſt.

ELOGIA.

Joh. Chriſt. Frommanno (*in Tr. de Faſcinatione p. 811.*) *Vir* audit *doctiſſimus.*

Günth. Chr. Schelhammero (falſo, ante A. 1687. eum obiiſſe, perſvaſo), *in Additt. ad H. Conringii Introd. in artem Med. p. 350., Vir, dum viveret, non indoctus, fidusqve eorum, qvæ noverat, doctor.*

Vito Riedlino (*in Centuria Obſervv. Med., Obſ. 52.*) *Vir excellenter doctus.*

Novorum Lit. Lubec. Collectoribus (*l. c. p. 37.*) *Vir non artis tantum Medicæ, ſed elegantiorum qvoqve literarum, peritiſſimus.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Diſp. de Virtutibus in genere, Præſide D. Franc. Köhnio. Bremæ 1656. in 4.

Diſp. de primis Elementorum qvalitatibus, Præſide M. Andr. Rudolphi. Helmſtadii 1658. in 4.

Diſp. de Qvalitatibus occultis. Jenæ 1664. in 4. (*Allegatur ab ipſo in Analyſi mali citrei p. 58.*)

Diſp. de Odoratu. Jenæ 1664. in 4.

Diſp.

(1.) *V. Catalogum Collegarum Acad. hujus, Anno I. Decuriæ III. Miſcellaneorum illius præfixum.*

Disp. de Vita & sanitate plantarum. Jenæ 1664. in 4.

Disp. Inaug. de Gonorrhœa. Lugd. Bat. 1666. in 4.

Analysis Mali Citrei compendiosa, ad Botanices Philosophicæ juxta & Medicæ cynosuram redacta. Hafniæ 1668. in 8. *Scriptum nervosum & eruditum* a Thoma Bartholino, in Censura præfixa, vocatur, Morhofio autem (*T. II. Polyhist., L. 2., p. 464.*) Epitome esse videtur *Hesperidum*, sive Operis *de Malorum aureorum ac citrei cultura & usu*, a Joh. Bapt. Ferrario, Jesuita, Romæ A. 1646. *in fol.* publicati.

Commentarius de modo simplicium Medicamentorum facultates cognoscendi, ad Praxin Medicam directus, & nonnullis observationibus illustratus. Præfixa est Thomæ Bartholini Epistola de Medicamentis inqvilinis cognoscendis Hafniæ 1669. in 8. Recensum ejus V. in Henr. Oldenburgii (*variis* illum *utilibus observationibus, in usum juniorum Medicorum*, censentis *esse locupletatum*) *Actis Philosophicis, M. Jun. A. 1670., p. m. 230. & seqq.* Thomæ Bartholino *in præfat.*), & J. Chr. Frommanno (*in Tr. de fascinatione p. 811.*), *Opus* audit *egregium*, & a G. C. Schelhammero (*l. c. p. 356.*) hisce verbis laudatur: *Scriptum est præstans & doctum, unicumqve fere, qvod habemus ejus generis absolutum, qvove ostenditur, non tantum, qvid per rationem, sed & qvid per experientiam investigandum sit, qvomodo per odores præcipue & sapores innotescant pleræqve Medicamentorum vires. Qvare velim studiosa nostra juventus id scripti sibi commendatum habeat.*

De Arcanis Medicorum non arcanis Commentatio, ex inventis recentiorum Harvejanis, Bartholinianis, Sylvianis, Willisianis, & cæteris, breviter concinnata, Observationibus illustrata, & tota ad Praxin Medicam directa. Præfixa est Epistola Thomæ Bartholini de transplantatione Morborum. Hafniæ 1673. (*& juxta Beüghemium & Lipenium, etiam 1676.*) in 8. Editio anni 1669., qvam Beüghemius addit, haud dubie est chimærica. Sectio (teste Thoma Bartholino *Vol. I. Act. Med. Hafn. p. 305.*) tantum est prima operis integri, ac de Medicamento universali, ungvento armario, transplantatione morborum, amuletis, signaturis plantarum, ac curatione per literas, verba & characteres, differit.

De Transplantatione Morborum Analysis nova. Hafniæ 1674. in 8. Recensum V. *in Diario Erud. Gallico, Ephem. 2?. A. 1677. (ad d. 29. Nov.)*. Commendatur a Luca Schröckio Jun. (*libellum eruditum* vocante) *in Scholio ad Joh. Helwigii Observ. 162. Medico-Physicam*, & Salom. Reiselio *in Miscell. Acad. Nat. Cur. Germ., Decuriæ II. Anno IX., Observ. 33., p. 67.*

Conjecturæ Physico-Medicæ de ictu Tarantulæ, & vi Musices in ejus curatione. Accedit Erasmi Bartholini Diss. de Aere Hafniensi. Francofurti 1679. in 8. Recensus illarum *Ephem. 7. Erud. Ital. A. 1680.* (teste Corn. a Beüghem *in Apparatu ad Hist. Lit. noviss., Consp. I., p. 178.*) exhibetur.

INEDITA ET PROMISSA.

Tractatus de Usu & abusu Purgantium, ad Thom. Bartholinum, in *Catal. Nund. Vern. A. 1680. Lips. p. 41.*, & *Dan. Pauli Hafniensi A. 1681.*, promissus, qvem solum, e tot ἀνεκδότοις, ante obitum absolutum ab eo esse, præloqve maturum, ab hæredibus accepi.

Disp. de Venenis non venenis, de qva in vita Autoris jam dictum.

Commentationis de Arcanis Medicorum non arcanis Sectiones residuæ.

Observationes Medicæ, *in Analysi mali citrei p. 42.* promissæ.

Phlebotomia a contemtu recentiorum vindicata, &, cum rationibus, tum observationibus & experimentis, stabilita. V. *Catal. Nund. Vern. A. 1679. Lips. p. 46.*

Idea Febris Epidemiæ, qvæ Hatherslebiæ, & in vicinis locis, est grassata. V. *Catal. Nund. A. 1670. Vern. p. 29.*

Examen pulveris sympathetici, V. *Analysin mali citrei, p. 14.* & *Catal. Nund. A. 1668. Vern. p. 36.*

Comm. Physico-Medicus de Succino. V. *Catal. Nund. A. 1673. Vern. p. 33.*

Tr. de Umbra qvarundam arborum noxia. V. *Catal. Nund. A. 1681. Autumn. p. 25.*

Tr. de Formulis Medicamentorum præscribendis, qvem Joh. Crusius, Med. Slesvic., asservat.

JOHANNES GERHARDUS GRUBE, Hatherslebiensis, Hermanni, modo laudati, filius, Medicus.

Disputt. II. Chemico-Physicæ de natura & usu Salis. Hafniæ 1704. in 4. Recensum V. in *Nov. Lit. Lubec., M. Nov. A. 1704. 3 p. 344. 345., & M. Dec. p. 369.*

Disp. Med. de legitimo usu Repellentium. Hafn. 1705. in 4. V. *N. L. Lub., M. Dec. A. 1705., p. 367.*

Disp. Med. de Theoria ex Praxi. Hafn. 1706. in 4. V. *eadem, M. Nov. A. 1706., p. 346. 347.*

JOACHIMUS GRUNDIUS, Lubecensis, J. U. Lic.

Disp. de Potentia absoluta & ordinata, Præside Joh. Homborgio, Phys. Prof. Helmstadii 1650. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Privilegiis Creditorum. Franeqveræ 1657. in 4.

M. JOHANNES GRUNDIUS, Lubecensis, patre, d. 4. Nov. A. 1586., mercatore natus cognomine, scholarum patriæ atqve Brunsvicensis, & Academiarum Rostochiensis ac Regiomontanæ (qvam A. 1608. adiit), alumnus, Regiomonti A. 1611. Magister, & A. 1615. templi Kniphoviani Diaconus creatus, pesteqve post liberos tres e Catharina Harlemia, uxore, susceptos, d. 13. Aug. A. C. 1620., & æt. 34., extinctus. V. Rectoris Acad. Regiomontanæ *Programmma de vita ejus funebre.*

Anagrammata duo in eum, in Barth. Bilovii Lib. VII. Anagr. fol. 102. b. 103. a. invenies.

Disput. Anti-Calviniana de mysterio S. Cœnæ, ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Behmio, Prof. Theol., proposita. Regiomonti 1614. in 4. Opposuit huic, e Reformatis, Joh. Montanus ὁ ψευδώνυμος *Virgas in Joh. Behmium & Joh. Ungrundium*, A. 1616. *in 4.* editas, sed a Behmio Præside, *in Resolutione virgarum, qvas personatus Joh. Montanus in D. Joh. Behmium & M. Joh. Grundium expedierat, in medio veritatis foro suscepta*, ac Witebergæ A. 1618. *in 4.* excusa, est refutatus. In qva *Resolutione* cum Behmius, sub *Montani* larva D. Joh. Bergium, Protecclesiasten Electoris Brandeburgici aulicum, latere, ob cognominum convenientiam, falso esset suspicatus, nova hinc inter eum & Bergium orta est controversia, de qva Joh. Christoph. Becmanni *Notitia Universitatis Francofurtanæ, c. 7., p. 131. 136.* (*Ed sec.*), est consulenda.

GERHARDUS GRÜNEWALD, Johannis filius, Lubecensis, d. 19. Jun. A. 1590. natus, J. U. D. & in patria Practicus, d. 15. Sept. A. 1671., octuagenario major, obiit. V. *Epicedia*, & Christoph. Schraderi *Programma LI. Helmstadiense publicum, in filii ejus, Matthiæ, A. 1662. propositum exeqviis.*

Disp. Inaug. de Familia herciscunda. Basileæ in 4. (*Catal.*)

PAULUS GRÜNEWALD, Lubecensis, J. U. D. & in patria Practicus, Consulqve deinde (*juxta Georg. Frid. Neumanni Or. de favore Lubecensium in exteros p. 28.*), seu potius forte Consiliarius Frisicus. Vixit A. 1677.

Disp. Jurid. Inaug. de Præjudiciis, Præside D. Nicol. Martini, Kilonii 1674. in 4. (Autoritatem illorum in foro impugnat.)

Germania milite destituta, & literatis, sua ceu mole, laborans, Autore Germano, Germana fide, Germano in patriam amore, Germanos veteres redivivos sistente, modernos sopitos excitante. Cosmopoli, apud Theodorum Eleutherium, 1677. in 12. Opusculum ἀδέσποτον, in Batavia excusum, & in Henr. Andr. Groschusii *Novæ librorum rariorum Conlectionis Fasciculo II.*, Halæ A. 1709. *in 8.* edito, *num. V.*, *p. 283-331.*, recusum. Autorem, qvoad solum cognomen, detexere Casp. Thurmannus *in Biblioth. Acad. p. 59.*, & H. A. Groschusius (eundem illum esse cum Grünewaldo, cujus in Mart. Ruari *Ep. III. p. 15. 46. 47.* fit mentio, perperam suspicatus) *l. c. p. 284.* Nostro id deberi ab Achille Dan. Leopoldo, JCto Lubecensi, cive illius, sum edoctus. Opusculum ipsum commendarunt Wilh. Ern. Tenzelius (recensum ejus exhibens prolixiorem, & nonnulla etiam virgula notans censoria) *in Dialogis menstruis Germanicis, M. Mart. A. 1692.*, *p. 210-218.*, Vinc. Placcius (*non inficete scriptum esse* censens, & Autoris cognomen itidem indicans) *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 8.*, *p. 339.*, Gvilh. Saldenus *Lib. I. de Libris*, *c. 2.*, *p. 30. 31. 38.*, Christ. Franc. Paulinus in den *Philosophischen* Luststunden, *Tit. 82.*, *p. 538. 539.*, Joh. Christ. Itterus *in Lib. de Honoribus Academicis*, *c. 7.*, *§. 40.*, *p. 264. Ed. sec. A. 1698.*, & plures alii, nimia literatorum multitudine literas ipsas, in Germania, in contemtum adduci, virtutemqve gentis heroæ ac potentiam minui, vere arbitrati.

CYRIACUS GUDEWERTH, Pastor ruralis in Ducatu Slesvicensi Seestädensis.

Leichpredigt über Sam. Löscherum, 52jährigen Pastorem zu Hütten, auß Rom. VIII. 38. 39. Slesv. A. 1714. in 4. *Sermo valde doctus & luculentus* vocatur a Georg. Henr. Götzio *in Diptychis Exulum p. 122.*

HENRICUS LUDOVICUS GUDIUS, Michaelis, arcis Comitum Ranzoviorum Lindevithensis, Flensburgo vicinæ, Administratoris, filius, & Marqvardi, Polyhistoris inclyti, e fratre hoc nepos, finito itinere in regna Europæ præcipua literario, Secretarii, in Cancellaria Regis Danici Cimbrica Glückstadiensi, aliqvamdiu functus est officio. Hoc deinde atqve patria subito relictis, in Belgium denuo abiit, &, istinc in Academias Lipsiensem atqve Halensem profectus, otium vitæ privatæ scriptis Historico-Politicis Germanicis, novissimam Imperiorum regionum, aularumqve orbis ferme universi potiorum faciem haud ineleganter adumbrantibus, elucubrandis atqve sigillatim edendis, impendit literarium. Ex istis, qvibus Halæ Saxonum d. 27. Nov. A. 1707. est immortuus (1.) A. 1703. & qvinqvennio seqventi, absqve annorum locique, imo & Gudii Autoris (cui, præter *Statum Austriæ*, & *Introductionem Generalem*, fœtus Scriptoris alterius, post mortem ejus additos, omnia debentur), indicio, forma ὀκ[τ]απ[τ]ύχῳ, seorsim prodierunt, & partim aliqvoties sunt recusa:

STAAT: 1. des H. Römischen Reiches teutscher Nation.
2. der Keyserlichen und Ertzhertzoglichen Oesterreichischen Erbländer.
3. von Oesterreich, Steyermarck, Kärndten, Krayn und Tyrol.
4. vom Königreich Böhmen.
5. von Schlesien.
6. von Mähren.
7. von Preussen und Chur-Brandeburg.
8. von Chur-Bayern.
9. von Chur-Pfaltz.
10. von Chur-Sachsen.
11. der Fürstlichen Sächsischen Häuser Ernestinischer Linie.
12. der Chur- und Fürstlichen Häuser Braunschweig und Lüneburg.
13. der fünf teutschen Ertzbischöffe, der Churfürsten zu Maynts, Trier, und Cöllen, und der Ertzbischöffe zu Saltzburg und Besançon, wie auch des Hochmeisters des teutschen Ritterordens der Johanniter.
14. der Hertzogthümer Sleswig, Holstein, und des Bisthums Lübeck, in 3. Theilen.
15. der Hertzoge zu Meklenburg.
16. der Landgrafen von Hessen-Cassel und Darmstatt.
17. der Hertzogen von Würtenberg. (In hoc scriptum Animadversiones extant Joh. Ulr. Pregizeri Jun., Consiliarii Würtembergici, adjectæ den Historischen Ephemeridibus des Hauses Würtenberg, Ulmæ A. 1706. in 8. ἀνωνύμως ab eo editis, de qvibus J. C. Nevius *P. II. Accessionum ad Degor. Wheari Relect. Histor.*, *p. 381. 382.*, consulendus.)
18. der Marggrafen von Baden-Baden und Baden-Durlach.
19. der Fürsten von Anhalt; samt einem Anhange vom Hertzogthume Sachsen-Lauenburg.
20. von Franckreich.
21. von Spanien.
22. von Portugal.
23. von Groß-Britannien.
24. von Dennemarck.
25. von Schweden.
26. von Polen.
27. von Moskau.
28. von Hungarn.
29. von Siebenbürgen, Wallachey und Moldau.
30. des Römischen Pabstes.
31. der Spanischen Provinzen in Italien.
32. des Hertzogthums Savoyen.
33. von Florenz, Modena und Reggio.
34. von Mantua und Montferrat.
35. von Parma, Placenza, Mirandula, und anderen kleineren Ital. Fürsten.
36. des Maltheser oder Johanniter Ordens.
37. der Republiqven Venedig und Ragusa.
38. der Republiqven Genua, Luca und S. Marino.
39. der Schweitzerschen Eidgenossen, und ihrer Verbundenen.
40. der vereinigten Niederlande.

(Consu-

(1.) Conf. de eo Joh. Gotfr. Gregorii (ob πολυγλωττίαν & eruditionem Politicam eum commendantis, sed ob ebrietatem & vitam dissolutam, paupertatis tandem caussam, culpantis) Curieuse Gedancken von Land-Charten, *c. 8. p. 215. 216.*

(Consulantur de his Anonymi Beschluß der Europæischen Staaten, oder Einleitung, wie selbige mit Nutzen zu gebrauchen, ed. Halæ A. 1708. *in 8.*, & hunc secuti Jac. Frid. Reimanni Einleitung zur Hist. Lit. der Teutschen, *P. III., Sect. III., p. 279-284.*, nec non Joh. Hübneri *Centuria II.* der Historischen Biblioth., *Art. 100., p. 334-360.*) Successere.

STAAT: 41. der Türckey.
42. von Persien.
43. von Sina, & plura hujusmodi scripta, sed qvæ Autorem alium, qvam Gudium, agnoscere videntur.

Tribuuntur ei etiam, a nonnullis, seqventia itidem ἀνωνύμως edita:

Nachricht von des H. Röm. Reiches freyer Statt Nürnberg.

Nachricht von der Statt Bremen.

Nachricht von der Statt Lübeck.

Nachricht von der Statt Hamburg, in III. Theilen. (Qvæ de Urbibus Germanicis scripta, Methodi præcedentium æmula, Halæ A. 1707. in 8., sed absqve loci & anni mentione, prodierunt.).

Die Europæische Fama, welche den gegenwärtigen Zustand der vornehmsten Höfe entdecket; cujus, A. 1702. edi cœptæ, & singulis mensibus continuatæ, sub initium Anni 1706., Sectiones jam XLVIII. Lipsiæ *in 8.* erant publicatæ. Mihi, an horum Autor sit, certo nondum liqvet.

MARQVARDUS GUDIUS, Rendesburgensis, Petri, Consulari functi dignitate, filius, lucem primam ipsis Kal. Febr. A. 1635. aspexit, & vastissimæ suæ, in literis inprimis elegantioribus, eruditionis rudimenta scholæ patriæ, ejusqve moderatori tunc inclyto, Joh. Jonsio, optime, ab A. 1649., de suis merito studiis, & Gymnasio, qvod A. 1652. adiit, Hamburgensis, debuit, Professoribus. Exacto in hoc triennio, Jenæ, ab A. 1655., pari temporis spatio, Lipsiæ autem ac Erfurti A. 1658., substitit, & in Jure pariter atqve Polymathia universa progressus fecit incredibiles. Septimestri deinde integro Francofurti ad Mœnum, in Jonsii sui, Gymnasii illic urbani jam Prorectoris, iterum transacto convictu, A. 1659. in Bataviam est profectus, &, cum Leidæ ac Ultrajecti aliqvamdiu hæsisset, Sam. Sciasii, Hagiensis, juvenis nobilissimi, auspicato præfectus studiis. Hunc, mirifico sui, & elegantiorum, in qvibus ipse excellebat, literarum, amore inflammatum, in itinere comitatus literario, A. 1660. & 1661. Belgium regium atqve Galliam, seqventi vero biennio Italiam, perlustravit, & ubiqve locorum, non amicos solum sibi conciliavit Viros qvosqve eruditissimos, sed Bibliothecas etiam, privatas pariter atqve publicas, sedulo excussit, Codices Veterum Autorum MSS. vel descripsit, vel contulit, ingentemqve horum numerum emptione felici, sumptibus, qvos Sciasiana suppeditabat benignitas, haud parcens, cum Nummorum antiqviorum apparatu eximio, libenter ipsi vindicavit, & Inscriptionum simul, in Gruteriano Syntagmate, accurate a se emendato, haud obviarum, aliqvot ἀνεκδότων collegit, luciqve publicæ destinavit, Chiliadas. A. 1664. in Bataviam cum Sciasio rediit, Hagæqve, in ejus convictu, Professionibus, qvas Duisburgenses & Daventrienses offerebant, una cum Caroli XI., Regis Sveciæ impuberis, Ephoria, recusatis, seqvens exegit sexennium. A. 1671. in patriam a Christiano Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, retractus, & aulæ suæ Consiliariis adscriptus, illustriqve simul præfectus Bibliothecæ, Sciasium suum Slesvigam secum abduxit, & ab illo, cœlibe in domo sua non multo post extincto, omnium ferme bonorum hæres ex asse est designatus. Qvæ hæreditas lautissima, 70000 Imperiales excedens, accedente paulo post dote conjugis, Mariæ Elisabethæ Paulinæ, Petri Pauli, Consiliarii Holsatici ac Tractus Husensis Gubernatoris, filiæ (qvinqve marito liberos enixæ), luculenta, fortunas ejus, hactenus mediocres, adeo auxit, ut omnes propemodum Chersonesi patriæ homines eruditos non opum minus, qvam doctrinæ atqve famæ, amplitudine superaret. Aula Gottorpiensi A. 1678. relicta, seqvens Hamburgi in otio literario exegit qvadriennium, A. 1682. autem suam Christiano V., Regi Danico, vicissim addixit operam, & ab hoc non Cancellariæ solum Slesvigo-Holsaticæ, tam Glückstadiensis, qvam Slesvicensis, sed Status etiam non multo post publici, Provincialibusqve adscriptus est Consiliariis, Annoqve 1683. ad Ferdinandum Fürstenbergium, Episcopum Monasteriensem eruditissimum (qvi Codices suos MSS. universos moribundus præsenti donavit), ablegatus. Muneribus hisce Politicis, curisqve illorum (qvæ, ne tot scripta eximia, propria pariter atqve aliena, sæpius promissa, in lucem proferre posset, obstiterunt) multiplicibus ac arduis, Glückstadii d. 26. Nov. A. C. 1689., & æt. 55., est immortuus. JCtus fuit ac Polyhistor ævi nostri plane eximius, Historiæ atqve Archæologiæ, non Ecclesiasticæ minus, qvam profanæ, peritissimus, in Scriptoribus utriusqve lingvæ vetustis versatissimus, neminiqve Criticorum, Philologorum & Poetarum sermonis Latini pariter atqve vernaculi συγχρόνων, secundus. Bibliothecæ ejus locupletissimæ, libris rarioribus, ad literaturam inprimis elegantiorem spectantibus atqve Historicam instructissimæ, ac, ob MSStorum veterum, ferme qvingentorum, copiam, plerisqve etiam publicis præferendæ, qvam Morhofius (*privatarum omnium reginam* appellare illam, *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 7., p. 70.*, haud veritus), ac tot alii homines eruditi, invidendis publice dignati sunt elogiis, a filio hærede, Catalogi, Kilonii A. 1705. *in 4.* excusi, ductu, Hamburgi A. 1706. auctione noxia distractæ, jacturam nostra etiamnum deplorat Cimbria. MSSta, tunc, qvod emptores satis liberales non invenirent, haud divendita, A. 1710. Bibliothecæ Augustæ Gvelpherbytanæ, 3000. Imperialibus ab Antonio Ulrico, Duce Brunsvicensi, redemta, accesserunt, & in peculiari seorsim qvoqve recensita sunt Indice, A. 1706. (*in 8.*) publicato. Plura de Gudio nunc non addimus, cujus Vitæ, Scriptorum, in literas meritorum, ac Bibliothecæ, historia plenior *Tomo* a nobis reservatur *ultimo*. Qvædam, huc spectantia, interim suggerent Pet. Zitscheri, Arcis Glückstadiensis regiæ Pastoris, Sermo Exeqvialis de Eruditione, vanitatum nobilissima, Biographicus vernaculus, Glückstadii A. 1690. *in fol.* editus, D. G. Morhofii Epithalamion Germanicum (*P. I. Poem. Germ. p. 55-65.*) & Epicedium Latinum Elegiacum (*in Opp. Poet. p. 518-521.*), *Acta Erud. Lipsiensia, M. Mart. A. 1697., p. 139-146.*, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogi menstrui Germanici, M. Jul. A. 1690., p. 693. 694.*, & *M. Oct. A. 1697., p. 805-863.*, Petri Burmanni *Præfatio Epistolarum* ejus, a se editarum, & Joh. Franc. Buddæi *T. II. Lexici Hist. Germ. p. 315.*

MICHAEL THOMAS GUDIUS, Rendesburgensis, patriæ, circa A. 1707., Secretarius.

Discursus Docimasticus de sublimi futuræ Resurrectionis mysterio. Kilonii 167.. in 4.

PETRUS GUDIUS, Eiderstadiensis, JCtus & Ordinum Eiderstadiæ, circa A. 1638., Syndicus. V. Joh. Ristii Poetischen Lustgarten, *lit. E. 7. a.*, & Vinc. Barsicii Anagramma in eum, *in Florilegio Holsatico p. 7.*

Diss. de Consiliis, Præside D. Dominico Arumæo Jenæ proposita, & in Arumæi *Volumine V. Discursuum de Jure publico* (Jenæ A. 1623. *in 4.* edito), *num. 3., p. 218-242.*, recusa.

M. PETRUS GUDIUS, Rendesburgensis, Parochiæ ruralis in Dithmarsia Eddelakensis, circa A. 1649., Pastor, A. 1669. superstes.

Disp. Ethica de principiis actionum humanarum, ab ipso Præside, Respondente Joh. Colbergio (Academiæ postea Gryphiswaldensis Theologo), proposita. Regiomonti 1642. in 4.

Oratio de Octavii Augusti, Imperatoris, studio literarum, in Acad. Julia d. 28. Aug. A. 1639. recitata. V. Christoph. Schraderi *Programmata Helmstadiensia privata, num. 18.* An edita sit, ignoro.

JOHANNES PETRUS GUDIUS, Patria, ni fallor, Dithmarsus, J. U. C.

Disp. Juridica de Eventu consiliorum, Resp. Lud. Joh. Viethio proposita. Helmstadii 1701. in 4.

GVILHELMUS, Ecclesiæ Hamburgensis Decanus, Scriptor incertæ hactenus ætatis antiqvus; qvi an idem forte sit cum Wilhelmo Horburg, Decano circa A. 1366. Hamburgensi, *Parte II. Memor. Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii *p. 604.* laudato, aliis definiendum relinqvo.

Repetitio *C. Ad hæc, de Appellat.*, qvam MStam asservasse Ant. Augustinum, Archiepisc. in Hispania Tarraconensem, Georg. Draudius (*in Biblioth. Classica p. 665.*), Matthæum Dresserum vero, Prof. Lipsiensem, Continuatores *Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ* (Jos. Simlerus *p. 256.*, & Joh. Jac. Frisius *p. 304.*) testantur.

JANUS GULIELMIUS, Lubecæ A. 1555., patre Senatus urbani apparitore, natus, sub tutela Arnoldi Bonni, Consulis, agnati sui, adolevit, & Medicinæ initio, deinde vero Juri, in Academiis Germanicis, Rostochiensi & Coloniensi (in qvam A. 1579. est profectus), animum ita applicuit, ut, Musas utriqve nexu indivulso jungens amoeniores, literarum elegantiorum culturæ plus ferme, qvam illis, temporis, fratrum Chytræorum, Joh. Caselii, & Suffridi Petri, JCti Coloniensis, ductu impenderet. Suffridi hujus, Collegii Coronarum Juridici Præsidis, & Critici haud ignobilis, per qvadriennium, in isto, Coloniæ, post ἀποστασίαν ad Pontificios, fuit Convictor, duceqve illo Ciceronis operum e Codicibus MSStis aggressus emendationem, tanto huic deinceps, ad obitum usqve, vacavit studio atqve successu, ut editio illorum Hamburgensis, e schedis defuncti posthumis a Jano Grutero adornata, & A. 1618. demum (septem lustris a nostri excessu jam elapsis) juris facta publici, cæterarum omnium, communi eruditorum consensu, præstantissima censeatur atqve emendatissima. Colonia, M. Mart. A. 1583., Jac. Cujacium in Academia auditurus Bituricensi, in Galliam abiit, & Lutetiæ, collationi Codicum Ciceronis Gallicorum, *Qvæstionumqve Plautinarum* editioni, intentus, omnibusqve Literarum Mæcenatibus ac Mystis longe gratissimus, ad annum usqve seqventem 1584., substitit. Ineunte illo Avaricum Biturigum est digressus, & humanissime qvidem a Cujacio exceptus, sed perbrevi tantum institutione ejus ac convictu gavisus tempore. Morte enim immatura Juvenis hic præcocis ingenii ac doctrinæ πολυμαθέστατος, inter Philologos, Criticos, Antiqvarios & Poetas ævi sui principes jampridem merito relatus, & invidenda Lipsii, Thuani, Scaligeri, Casauboni, Dousæ, Gruteri, Caselii, Scioppii, totqve aliorum reip. literariæ procerum, meritus elogia, M. Junio anni ejusdem æræ Christianæ 1584., ætatisqve suæ 29., febri acutæ, ex nimiis contractæ caloribus, potuqve vini, Scaligero teste, exasperatæ, summo cum Musarum omnium luctu, succubuit. Consuli de illius, Tomo ultimo a nobis qvoqve longe copiosius celebrandi, Vita, scriptis & fama literaria insigni, merentur Jani Gruteri *Libellus Manium Gulielmianorum*, sive Carminum XXIV. in obitum ejus funebrium, in *Periculis* ejus *Poeticis* Heidelbergæ A. 1587. editus, & *Poematum* qvoqve Gulielmii, Lignicii A. 1603. excusorum, *Appendici adoptivæ (p. 139-180.)*, cum aliorum, insertus, Epicediis, Isaaci Memmii, J. U. D., *Elegia ad Arn. Bonnum, de obitu illius*, Rostochii A. 1585. *in 4.* impressa, Melch. Adami *Vitæ Philos. Germ. p. 317. 318. 319.*, Joh. Pet. Lotichii *P. IV. Biblioth. Poeticæ, n. 32.*, *p. 115. & seqq.*, Mart. Hanckii *Lib. I. de rer. Rom. Scriptoribus, c. 69.*, *p. 243. 244.*, Ant. Teiserii *Pars II. Addit. ad Elogia Thuanæa Gallicorum p. 3. 36. Ed. sec.*, J. F. Buddæi *T. II. Lexici Historici p. 324.*, & B. G. Struvii *Biblioth. Antiqva A. 1705.*, *M. Majo, p. 223. 224.* Qvos inter qvinqve posteriores sua fere omnia Melch. Adamo debent. Addantur, qvi varia ejus collegerunt Elogia, Thom. Popeblount *in Censura Autorum p. 830. 831.*, Chr. Wilh. Eybenius *in Eponymologio Critico Tob. Magiri aucto p. 412.*, & Th. Crenius *P. XVI. Animadv.*, *c. 2.*, *p. 132. 133. 134.*; nec non Epistolæ ipsius, Suffr. Petri, Arnoldi Bonni, Aug Kockerti, & aliorum, XXII. mutuæ, de Laboribus ejus Ciceronianis posthumis, inter *Epistolas Virorum illustrium*, a Simone Abbes Gabbema Harlingæ A. 1664. editas, *Cent. II.*, *n. 72. 73. 78. 79. 80. 82-98.*, obviæ, unaqve Hier. Groslotii Lislæi, Eqv. Gallici, de obitu ipsius, ad Jac. Lectium, Avarici V. Id. Jan. A. 1585. exarata, & a Melch. Goldasto, *in Centuria Philologicarum, num. 89.*, *p. 363-371.* publicata.

M. TOBIAS GÜNDERMANN, Hamburgi commoratus.

Kurtzer und einfältiger Bericht, auß GOttes Worte, von der Brüderlichen Liebe. Hamburgi 1655. in 4.

GUNNERUS, Episcopus Ripensis, &, ante Episcopatum, Cœnobii in Jutia Emmensis (qvod *Insulam Charam* Ericus, Rex Daniæ, appellat), ab A. 1222., Abbas, a Gunnero altero coævo, suo in Abbatia hac Antecessore, ad Episcopatum A. 1222. evecto Wiburgensem, & A. 1248. defuncto, probe est distingvendus (1.). In cathedra Ripensi Thuoni A. 1230., si Huitfeldium & Joh. Laurentium, vel A. 1231., si Pet. Resenium audias, successit, civitatis suæ Ripensis incendium 4. Non. Apr. A. 1242. spectavit, scholæqve publicæ Ephoriam, ab Elia prædecessore Canonicis A. 1148. collatam, Diplomate (qvod Huitfeldius exhibet (2.)) 11. Id. Sept. A. 1245. confirmavit Danico. Celeberrimus est ob laborem egregium, qvem A. 1240., cum cæteris Daniæ præsulibus (Offone Lundensi, Nicolao Roeschildensi, Ivaro Othoniensi, Petro Aarhusiensi, Gunnero Viburgensi, & Johanne utroqve, Aalburgensi ac Slesvicensi), aliisqve magnatibus, in Nomocanone Jutico colligendo ac conscribendo, Waldemari II., Regis, jussu, in Comitiis exantlavit Wordingburgensibus (3.). Qvo & mentionem, in Proemio Codicis istius Jutici, honorificam, & *Waldemari II., Regis, in condendis legibus Jurisconsulti* titulum ab Anonymo *Chronici Ecclesiæ Ripensis*, per Pet. Terpagrium A. 1708. editi, Autore (4.), & Elogium hoc Joh. Laurentii, Episcoporum Ripensium Encomiastæ (5.), metricum promeruit:

Qvi rata Pontificum decreta, Deiqve statuta,
Novit, Cæsarei strictaqve jura fori,
Regis & ad placitum Waldmari condere leges,
Qveis Cimbri justis stantqve caduntqve modis,
Ex Nemesis verna Gunnerum Ecclesia sensit
Patronum, studiis & schola cœpta suis:
Collegis curam cujus qvoqve postmodo sanxit,
Hinc sua membra LOCO contumulanda DEI.

Mortuus est, non A. 1245. (qvod σφάλμα est μνημονικὸν Huitfeldii (6.), a Joh. Svaningio juniore incaute in *Chronologiam* suam translatum Danicam), sed 1249. (qvo Esgerus ipsi successor obtigit), sepultusqve in Cœnobio Diœceseos suæ Lugumensi, qvod ab Odincaro juniore, secundo Episcopo Ripensi, fundatum esse veteres crediderunt, & LOCUM DEI vulgo appellarunt. Illic ipsi, ac duobus prædecessoribus, Homero atqve Olao, Successori item Esgero, & Aalburgensium Præsuli Nicolao, in eodem contumulatis, Monumentum commune Epitaphium est erectum, in cujus

(1.) De Gunnero, Præsule Wiburgensi, V. Erici R. Dan., *Narrat. de orig. & rebus gestis Danorum, ad A. 1222.*, & Har. Huitfeldii *Chronicon Episc. Daniæ p. 103.* (2.) *l. c. p. 22. 23.* (3.) V. Huitfeldii *P. II. Chron. Danici p. 206.*, & Pet. Resenii *Prolegomena versionis Nomocanonis Jutici Germanicæ Krabbianæ.* (4.) *p. 21.* (5.) *in Serie Episc. Ripensium, num. 14.*, *p. 03.* (6.) *P. II. Chron. Dan. p. 214.* Resenius enim, *ibidem p. 222.*, & *in Chronico Episc. Dan. p. 23.*, Annum 1249. substituit.

cujus Epigraphe Epica, a Poeta scripta coætaneo, & ab Huitfeldio (1.), Nicol. Heldvadero (2.) ac Casp. Danckwerthio (3.), exhibita,

- - - - sapiens audit *Gunnerus, pacis amator,*
Gemma sacerdotum, cunctaqve rei moderator.

V. de illo *Chronicon Ecclesiæ Ripensis* ἀδέσποτον & Joh. Laurentium *ll. cc.*, Har. Huitfeldium *P. II. Chronici Danici p. 197. 206. 214. 222., & in Chronico Episcoporum Daniæ p. 22. 23.*, Casp. Danckwerthium *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 79.*, & Pet. Resenium *in Proleg. Versionis Nomocanonis Jutici Germanicæ Krabbianæ, lit. c. 3. b.*

M. OVENUS GÜNTHERUS, (4.) in scriptis Holsatum se professus publicis, ex Eiderstadia, regione Ducatus Slesvicensis maritima, cujus incolis Oveni nomen est familiare, sicut ex ipsius, & amicorum, ad Joh. Pistorium, Ecclesiarum hujus Antistitem, colligo Epistolis, fuit oriundus. Philosophiæ Magistri titulum in Academia Witebergensi A. 1557. (5.), professionem Physicam in Rostochiensi M. Majo A. 1566. (6.), Logicam autem in Jenensi A. 1570. (7.), obtinuit. Ex ista, ob veritatem doctrinæ cœlestis defensam, uti ab Henr. Meibomio Sen. (8.) traditum video, ejectus, Helmstadii, Julii, Ducis Brunsvicensis, beneficio, in Acad. novella, ab hoc condita, Physicam denuo A. 1576., cum loco inter Philosophos primario (9.), impetravit, primusque istorum Decanus (10.), d. 16. Oct. anni ejusdem, promotionum Academicarum, laurea suprema Philosophica hujus ornando Candidatos, fecit initium (11.). Superstes illic fuit, non anno solum 1603, qvo Georg. Calixtum, Theologum postea incomparabilem, auditorem habuit (12.) sed Anno etiam 1614., uti e *Programmate* de vita filii Spormanniano Hafniensi, aliisqve monumentis didici. Mortis tempus nondum mihi innotuit. Conjugio vitam diu prætulit cœlibem, Collegis Rostochiensibus jocabundis incassum subinde versum hunc occinentibus:

O Venus, o qvando sponsus Ovenus erit?

Jenam tamen postea delatus mentem mutavit, & cum Sibylla, Bonaventuræ Theodorici, Johannis Friderici, Saxoniæ Electoris, filiorum Ephori, gnata, seras qvidem, sed haud infœcundas, celebravit nuptias, Nathanis Chytræi Carmine cohonestatas Epithalamio (13.) Ex hac enim conjuge Helmstadii, d. 17. Mart. A. 1581., natus ipsi est filius haud degener, Fridericus Oveni Güntherus, qvi, Germania, Italia & Gallia, peragratis, Rupellæ in hac Græcas, ab A. 1607. per qvinqvennium, munere fungens Professorio, docuit literas, triennio seqventi, in aula Gvelpherbytana, Annæ Sophiæ, Principi, fuit a consiliis, & in Danicam tandem A. 1615. evocatus, Cancellariæqve initio Germanicæ, ac deinde Senatus Regii intimi, Secretarius, Canonicusqve simul Lundensis & Roeschildensis, constitutus, perpetua Christiani IV. & Friderici III., Monarcharum augustissimorum, ad annum usqve emortualem 1655. (æt. 75.), effloruit gratia (14.). Horum ille jussu, non solum plurima magni momenti negotia assidue expedivit publica, & legationibus ad Panegyrin Irenicam anni 1629. Lubecensem (15.), Belgii fœderati Ordines (16.), & Ferdinandum II., Imperatorem (qvi invitum ferme nobilitatis privilegiis, & Comitiva Palatina, donavit), est functus, sed scripta etiam pene omnia, qvæ, intra annos, qvos in Dania exegit, qvadraginta, regio nomine, de bellis & controversiis temporum istorum illustribus, prodierunt, publica, prudentia & dexteritate singulari, concinnavit. Qvanto idem in pretio, ob dotes ingenii præclaras, & insignem πολυμάθειαν, a Viris ævi sui eruditis fuerit habitus, Epistolæ ad ipsum Aug. Buchneri (17.) & Casp. Barlæi (18.), Carmina ejusdem Barlæi (19.), Willichii Westhovii (20.), Pet. Winstrupii Jun. (21.), & Nicol. Scribonii (22.), & judicia Is. Casauboni (23.), aliorumqve, honorifica, abunde testantur. Joh. Cluvero hinc (24.) *exemplum* audit *maximæ eruditionis, cum civili prudentia certantis,* Aug. Buchnero (25.) *homo civilis prudentiæ callidissimus, & plane πολιτικώτατος*, Pet. Winstrupio (26.) *Vir multijuga eruditione excellens*, Casp. Barlæo autem (27.) *regni Danici decus ac ornamentum.* Qvorum ultimus, in Carminibus etiam suis (28.), his cum metris venerabundus compellavit:

Maxime Vir, qvem Gallorum stupuere docentem	*Cui Clariæ valles, totaqve Cyrrha patet,*
Pulpita, & antiqvo Cecropis ore loqvi.	*Græca Charis, Romane lepos, facundia cujus*
Maxime Vir, cui Pegasei patuere recessus,	*Pro Cimbrum toties Principe verba facit.*

Sed justo diutius filii, cujus memoria resuscitanda hoc loco & ab oblivione vindicanda videbatur, laudibus sumus immorati. Ad Patrem Ovenum revertimur, qvi Philosophiæ, præsertim Aristotelicæ, singulari inclaruit peritia, ejusqve strenuus, non adversus Ramæos solum, sed Collegam etiam, Danielem Hofmannum, Theologum Acad. Juliæ primarium, fuit Hyperaspistes. Is cum *in Dissert. de DEo, Christiqve persona & officio*, A. 1598. a Collega, Casp. Pfafradio, M. Febr. ad titulum Doctoris obtinendum, defensa, ejusqve inprimis Proœmio, S. Lit asserere vellet autoritatem, τῇ ἀμελείᾳ τῆς ἀνθολκῆς abreptus, plurima in θεογνωσίαν naturalem, ac Philosophiam, perqvam injuria, suisqve ipsius scriptis prioribus, præsertim vero *Thesibus de notitiis DEi, & voluntatis ipsius, humanis animis natura insitis*, A. 1593., Respondente eodem Pfafradio propositis, e diametro contraria, incaute admiscebat. Philosophiam certe, velut *hostem doctrinæ fidei omnium sævissimam, hæresium matrem, & in rebus sacris ac mysticis, secundum sua principia, alias laudatissima, prædatricem*, traduxit, *Sorbonamqve, qvod idem in Philosophia & Theologia sit verum, pessime definivisse, & Dialecticam, seu Philosophiam, in sua sphæra relinqvendam*, nec ad articulos fidei disceptandos admittendam, e locis qvibusdam Lutheri, inculcavit. Hisce thesibus Professores Acad. Juliæ Philosophi, Joh. Caselius, Duncanus Liddelius, Corn. Martinus & Ovenus noster, cum, in publico conflictu, occasio dissensum suum profitendi defuisset, ejusqve iteratio, per Collegas duos, frustra ab Hofmanno esset postulata, in Synedrio se paulo post Academico, & disputatione cum illo privata, hujus jussu instituta, acriter opposuerunt. Ovenus, cujus Exercitationem qvandam Academicam ἑτεροδοξίας, ante 20. jam annos, Hofmannus temere insimularat (29.), primus, in brevi, qvo prælectiones d. 11. Mart. A. 1598.

(1.) *in Chronico Episc. Daniæ p. 24.* (2.) *P. I. Sylvæ Chronol. Circuli Balthici p. 47.* (3.) *P. II. Chorograph. Cimbr., c. 4, p. 82.* (4.) *in Catalogo Biblioth. Jac. Golii, p. 40.*, perperam *Ovenus Gvaterus* vocatur. (5.) V. Adr. Beieri *Syllabum Rectorum & Professorum Acad. Jen. p. 985. 986.* (6.) V. *Programma ejus auspicale.* (7.) V. Beierum *l. c.* (8.) *in Or. de Acad. Juliæ primordiis, Opusculis inserta Historicis, p. 524.* (9.) V. *Descript. inaugurationis Acad. Juliæ, A 1576. factæ*, Helmst. A. 1579. *in 4.* editam, & Meibomium *l. c.* (10.) V. Christoph. Heidmanni *Or. de beneficiis Ducum Brunsvic. in Acad. Juliam, lit. G. 1. a.*, & Beierum *l. c.* (11.) V. *Or.*, in hoc actu habitam, & in *Descriptione*, modo allegata, obviam. (12. V. Christoph. Schraderi *Programma de Vita Calixti funebre.* (13.) Legitur illud in Nath. Chytræi *Poematum Libris XVII.*, Rostochii A. 1579. editis, *Lib. I. Amorum Conjugalium, f. 236.* (14.) V. Pet. Spormanni, Prof. Hafn., *Programma* de vita illius (d. 30. Jun. A. 1655. defuncti) *funebre.* (15.) V. Joh. Cluveri *Lib. X. Epit. Hist., ad A. 1629., p. 676.* (16.) teste Dav. a Willem *in Epist. MS. ad Joh. Meursium*, A. 1631. exarata. (17.) *P. II. Epistolarum, n. 50., p. 161. 162. 163.* (18.) *P. I. Epistolarum p. 505. 506.* Confer Epistolas ad alios, *P. II., p. 534. 623. 624.* (19.) *P. II. Poem., L. 3. Eleg., p. 118., & L. 2. Miscell. p. 460.* (20.) *P. II. Poem. p. 133. 134., & Lib. 2. Epigramm.* (21.) *Lib. 3. Epigramm. p. 1096. 1097.* (22.) *Lib. I. Lusuum Gottorp. p. 20.* (23.) *in Epistolis p. 440., & in Notis ad Sveton. p. 478.* Qvæ loca P. Colomesius, *in Clave Epp. Casauboni, Opusculis literariis inserta, p. 167.*, allegat. (24.) *loco num. 15. citato.* (25.) *in Ep. n. 17. citata.* (26.) *loco num. 21. citato.* (27.) *in Ep. ad Henr. Arnisæum, P. II. Epp. p. 534.* (28.) *locis num. 19. allegatis.* (29.) V. Epistolam nostri ad Hofmannum, d. 15. Martii A. 1598. scriptam, & *Declarationi Programmatis* subjunctam.

A. 1598. indicebat Physicas, Programmate, publice illi, suppresso tamen nomine, contradixit, &, præmissa notitiarum naturalium ac Philosophiæ commendatione, hanc *criminantium, & ex Ecclesiæ territorio, ut hostem cœlestis veritatis, eliminantium, assertionem* Σκυθῶν ῥῆσιν *esse, & a Theodidactis Theologis non inscitiam, sed furorem, appellari,* affirmavit. Velitationibus privatis, a Joh. Caselio, per Epistolas qvatuor, & Corn. Martino, per scripta duo Eristica, totidem Hofmannianis, sibi transmissis, opposita, aliqvamdiu A. 1598. continuatis, inprimis vero Oveni *Programmate* (qvod *occasionem potissimam* adversario *attulisse, ut Philosophos omnes multarum accusaret hæresium,* præfatio Anonymi, illi adjecta, haud diffitetur), Hofmannus indies magis irritatus, vehementius, qvam antea, & in Philosophiam, & in Philosophos Acad. Juliæ, cœpit invehi. Hinc sæpius, in Colloqviis, prælectionibus scriptisqve iterata ab illo sunt φορτικὰ ista ἀξιώματα: *Philosophos patriarchas esse Hæreticorum, pestilentiora dogmata per Philosophiam introducentes, qvam ullus Carpocratianismus, Mahometismus, Manichæismus, unqvam sparserit; Philosophiam Gal. V. 21. operibus carnis accenseri; eandem, in vero, veriore, verissimo suo usu, & qvando in suo officio est, in Theologia esse damnandam, & a Paulo Col. II. 8. damnatam; Qvando Philosophia docet, esse DEum, ipsum esse justum, bonum, omnipotentem, æternum, causam boni in natura, &c., tum omnia hæc in Theologia esse mendacia; Philosophos homines esse non regeneratos, ideoqve omnia, qvæ de DEo Philosophia dicit, esse mendacia; duplicem esse veritatem, Theologicam & Philosophicam, hanc autem in Theologia falsam; Diabolos nescire esse DEum, &, si vel maxime sciant, tamen non credere esse Deum; sceleratissimo totius orbis nebuloni tolerabilius fore in extremo judicio, qvam præstantissimo & modestissimo omnium Philosopho; Logicam ex doctrina Ecclesiæ ejiciendam,* & alia hisce similia. Collegæ Philosophi non solum *Caseliani*, a Joh. Caselio, Coryphæo ordinis sui inclyto (*tanto,* uti in consessu Academico criminatus est, *Hæretico, qvantus 1200. annis nemo extiterit*), ipsi audiebant, sed *Hæretici* etiam *fœdissimi, Pelagiani, Schwenckfeldiani, scelerati, sacrilegi, DEi inimici, Satanica docentes, opus redemtionis criminantes, Turcicam impietatem præparantes, labes seculi postremi & Acad. Juliæ flagitiosa ac abominanda, per qvos Diabolus blasphemias ferat, qvorum Philosophia patrona sit omnium Ecclesiæ hostium, qvi Philosophiam Satanizantem in scholam inducant, causam omnium Ducatus Brunsvicensis malorum, imo Satanas ipse, qvem Dominus increpare debeat.* Taceo alia fœdissima zeli Theologici degeneris ἐκτρώματα & excrementa, a Corn. Martino (1.), aliisqve, ut juste ἀντιλοιδορεῖν viderentur, collecta. Præ cæteris autem Oveno erat infestus, qvem, d. 14. Mart. A. 1598., *in fide haud sincerum esse, Corporiqve doctrinæ Julio adversum sentire, nec aliqvoties admonitum resipuisse, sed, ante 20. jam annos, suam & Collegæ, Tilem. Heshusii, admonitionem declinasse,* in Senatu Academico publice, sed, si nostro credas, falso, est conqvestus, & speciatim, ob loca qvædam nuperrimi *Programmatis,* causæ peccati in DEum rejectæ, peccati originalis extenuati, totalis, qvam vocant, hominum in spiritualibus mortis sive impotentiæ negatæ, ac plenæ arbitrii libertatis iisdem, cum Pelagianis, attributæ, accusavit, imo *hominem omnibus Turcis & Ethnicis neqviorem* appellare non est veritus (2.). In nostri sane *Programmate* qvidnam Theologis jure qveat esse suspectum, præter verba, *in voluntate humana, etiam post lapsum, libertatem, vel, rationi sese jungendo, æterna & cœlestia perseqvendi, vel, appetitui indulgendo, ad terrena, caduca & turpia, desciscendi superesse,* docentia, in *Declaratione* postea, per *bona cœlestia & æterna, non Theologica & supranaturalia, sed Philosophica, animam hominis carnalis perficientia, habitus scil. intellectuales & morales, intelligi,* asserente, explicata & emollita, hactenus non video. Cætera enim illius loca, ambiguitate aliqva verborum subinde occasionem suggerente, in alienum ab Hofmanno sensum esse detorta, & ipse demonstravit, & αὐτοψία ostendit. Ne tamen pertinax noster, & monitoribus asper, videretur, seqventi mox die 15. Martii, missis Hofmanno, ad Principem se ipsius errores delaturum esse minato, literis, amice & humaniter scriptis, hos sibimetipsi indicari petiit, emendaturum se istos, & *flexis poplitibus revocaturum,* si legitime eorundem convinceretur, pollicitus, sed nec hac ratione placare adversarium potuit. Exulceratis ergo utrinqve animis, Philosophi, die Bartholomæi A. 1598., Hofmannum coram JCtis & Medicis Academicis, judicibus a Principe constitutis, libello exhibito, accusarunt, &, ut ob injurias multiplices sibi satisfaceret, ac Philosophiæ, literarumqve bonarum, dignitatem, atqve in Theologicis utilitatem, declaratione publica juventuti commendaret, postularunt. Sed & ista actio fuit frustranea, nec controversiæ finem imponere potuit, biennio seqventi longe vehementius scriptis partis utriusqve Eristicis ἀμοιβαίοις, felle & veneno conviciorum magnam partem imbutis, qvibus extranei etiam alterutrius fautores sua admiscebant, publice agitatæ, & Oveni qvoqve *Concordia Theologiæ ac Philosophiæ mutua,* qvæ, huic plus justo tribuens, A. 1600., inscio Autore, prodiit, & ab Hofmanno, cui opposita erat, notis mox est confutata Elenchticis, haud parum exasperatæ. Litigiis his, & scandalis inde ortis, remedium allaturus Henricus Julius, Dux Brunsvico-Gvelpherbytanus, A. 1601 ineunte, & controversiæ ipsius, & actionis injuriarum reciprocæ, cognitionem sibimetipsi, & Protodicasterio aulico Gvelpherbytano, vindicavit, ac, parte utraqve sæpius audita, Actisqve Processus accurate examinatis, imo Academiæ qvoqve Rostochiensi transmissis, & judicio hujus explorato, sententiam, die 16. Februarii anni ejusdem, definitivam, qvam vocant, promulgavit, a se ipso conscriptam, proprioqve chirographo & sigilli ectypo confirmatam. In hac Hofmannus, ceu primus certaminis noxii & scandalosi autor scripto publico, a Principe ipso ante editionem revidendo atqve approbando, veræ Philosophiæ, Logices & bonarum literarum, præstantiam & utilitatem juventuti commendare jussus est Academicæ, &, qvæ durius a se, adversus illas, *in Disp. de DEo,* atqve alibi, scripta aut dicta erant, de abusu tantum Philosophiæ, in Theologiam imperium affectantis, intelligenda esse, profiteri, cum IV. Philosophis, ab omni crimine objecto absolutis, pacem posthac colere, ἀμνηστία injuriarum mutua stabilitam, Joh. Caselio autem, gravissime a se læso, publica deprecatione satisfacere. Oveno nostro in eadem injunctum est, ut *Programmatis* sui, A. 1598. publicati, locorum obscuriorum, qvibus animi multorum essent offensi, *Declarationem,* privatim jam factam, scripto publico, Principis itidem censuræ subjiciendo, repeteret, & in posterum verbis phrasibusqve ambiguis & suspectis, in docendo pariter atqve scribendo, abstineret. Huic ille mandato paulo post, *Programmate,* cum *Declaratione* ista, & Epistola d. 15. Mart. A. 1598. ad Hofmannum missa, iterum edito, obtemperavit, &, sub finem *Declarationis,* monitum de *Concordia sua Theologiæ & Philosophiæ mutua* peculiare adjecit. In isto, scriptum hoc a se luci publicæ non esse destinatum, sed, cum immaturum adhuc furtim sibi fuisset subreptum, inscio se atqve invito per *alienatorem,* post fugam frustra a se coram Prorectore accusatum Academico, mendosissime in eam protrusum, conqvestus, pro *fœtu* illud *immaturo, abortivo, lacero & male efformato,* nec revisionem Autoris experto, ab omnibus jubet haberi, seqve ea solum pro suis agnoscere, qvæ Philosophiam Theologiæ, velut pedisseqvam Dominæ, subjiciunt, cætera autem, si qvæ forte S. Literis vel Corpori doctrinæ Julio repugnent, *pro abjectis & desertis habere,* &, ut ab aliis itidem improbentur, serio cupere, profitetur. Hofmannus haud pari promptitudine sententiæ, cujus executionem variis exceptionibus libellisqve supplicibus sufflaminare per biduum est conatus, obseqvium præstitit. Novo tamen eoqve gemino Principis decreto, d. 18. Febr. publicato, ad istud adactus, eodem die, publica deprecatione, non ore solum prolata, sed scripto etiam exhibita, & chirographo suo atqve sigillo confirmata, in curia arcis Gvelpherbytanæ, non Caselio tantum, verum Johanni qvoqve Jagemanno, J. U. D. & Cancellario Ducali (qvem,

missis

(1.) *in Statibus litis Hofmannianæ p. 32. 33. 37. 38.* (2.) V. Corn. Martinum *l. c. p. 37.*

missis d. 4. Febr. A. 1599. ad Principem literis, studii partium injusti, & collusionis cum Philosophis adversus veram doctrinam, insimulaverat), invitus, eaqve verborum formula, qvam Princeps ipse præscripserat, uti jussus, satisfecit. Deprecationem geminam publica excepit de Philosophia asperius dictorum Declaratio, Programmate ad Studiosos Helmstadienses, Henricopoli d. 7. Mart. scripto, & biduo post valvis affixo Academicis, Autorisqve subscriptione & sigillo itidem munito, comprehensa. Qvæ, ut certamini infausto finem esse impositum publice innotesceret, cum Ducali sententia, geminoqve Decreto, Latine pariter atqve Germanice publicatis, duplici item Hofmanni deprecatione, & Oveni Declaratione Programmatis sui, jussu Henrici Julii, Principis, e Typographeo aulico Gvelpherbytano, eodem A. 1601. (I.), in lucem prodiit. Nos historiam hujus controversiæ partim Actis istis debemus Gvelpherbytanis, partim scriptis utriusqve partis, qvorum pleraqve ad manum sunt, Polemicis, editis pariter atqve ἀνεκδότοις. E qvibus Hofmanno, ejusqve doctrinæ de Philosophia seqviori, patrocinantur:

1. Hofmanni ipsius (qvi longe diversa antea docuerat, *in Qvæstione, qvis sit veræ ac sobriæ Philosophiæ usus in Theologia, non tantum legis, sed etiam Evangelii, respectu*, cum *Responsione* ipsius Helmstadii A. 1581. edita, & in *Thesibus de notitiis Dei, & voluntatis ipsius, humanis animis natura insitis, & disciplina excultis*, qvæ ibidem A. 1593. *in 4.* prodierunt):

α. Propositiones de Deo, & Christi, tum persona, tum officio, Respondente pro Doctoratu M. Casp. Pfafradio, Montensi, Theol. Professore. Helmstadii A. 1598. (M. Febr.) in 4. Recusæ cum Joh. Caselii IV. Epistolis ad Hofmannum, contra easdem, & Hofmanni Responso, Magdeburgi 1601. in 4.

β. Consensus & Dissensus inter D. Dan. Hofmannum, & Philosophos Acad. Juliæ, qvorum partes defendendas M. Corn. Martini, Prof. Log., contra Hofmannum sibi sumpsit, huic M. Mart. A. 1598. transmissus. MS.

γ. Responsio ad Corn. Martini Consensum & dissensum Hofmanni & Philosophorum Acad. Juliæ, IV. Philosophis d. 3. Apr. A. 1598. transmissa. MS.

δ. Theses de Viribus humanis, seu libero arbitrio, in rebus spiritualibus per peccatum deperdito, illo Præside, pro gradu Doctoratus obtinendo, M. Majo A. 1598., defensæ a M. Joh. Pandocheo, Past. Northusano, & M. Gotfr. Slutero, Past. Göttingensi. Helmst. 1598. in 4.

ε. Commentatio de Rationis loco in regno fidei. Cui accedunt Henrici Zutphaniensis, Martyris, Theses de habitudine Philosophiæ ad Evangelium. Magdeb. 1600. in 4.

ζ. Notæ in Oveni Güntheri *Programma* & *Concordiam Theologiæ ac Philosophiæ*, Magdeburgi A. 1600. in 4., cum istis, editæ.

η. Pro duplici Veritate Lutheri, a Philosophis impugnata, & ad pudendorum locum ablegata, Disputatio, ad Acad. vicinæ Philosophum missa, qvæ de necessitate certaminis, adversus Caselianos suscepti, lectorem admonet. Magdeb. 1600. in 4.

θ. Tractätlein von des unschüldigen Adams, verzweifelten Cains, gerechten Abrahams, und verdammten Teufels, Glauben. MS. in 4.

2. D. Joh. Olearii Sen., Superint. Halensis, Apologia pro Dan. Hofmanno, cui oppositi sunt A. 1600. *Status litis Hofmannianæ, e Corn. Martini Refutatione illius excerpti.*

Ejusd. Disp. Theol. de Philosophiæ pio usu, multipliciqve abusu, pro Dan. Hofmanno contra Corn. Martinum. Halæ Sax. 1601. in 4.

3. D. Gotfr. Sluteri, Superint. Göttingensis, Explicatio certaminis, qvod de Philosophiæ in regno & mysteriis fidei actione & usu, deqve Veritate duplici, humana & spirituali, inter Dan. Hofmannum aliosqve Theologos, & inter Corn. Martini & Philosophos, in Acad. Julia est agitatum. Göttingæ 1601. in 4.

4. Joh. Angelii a Werdenhagen, Helmstadiensis, Acad. patriæ Professoris, Relatio hujus certaminis, qvam *Appendici ad Psychologiam veram Jac. Böhmii*, Amstelod. A. 1632. *in 24.* editam, *p. 510. & seqq.*, inseruit, & Oda Jambico-Rythmica pro Hofmanno, contra Philosophos, *ibid. p. 529. & seqq.*, obvia; utraqve a Gotfr. Arnoldo, Odam integram recitante, *T. III. Hist. Eccl. p. 468. 469. 470.*, commendata.

5. M. Jac. Olvenstedii, Burgensis, Scholæ antehac Goslariensis Rectoris, Zeugnisse D. Mart. Lutheri von der Vernunft, und dero Meisterinn Philosophia, wie sie sich beyderseits in Sachen, so GOtt, GOttes Wort, und der Menschen Bekehrung, belangen, ihrer natürlichen angebohrnen Art nach, haben und verhalten; auß seinen Schriften zusammengetragen, und mit H. Schrift bewähret und erkläret. Magdeb. 1600. in 4.

6. Gottfr. Arnoldi de hoc certamine Narrationes Germanicæ, *in Hist. Eccl., T. II., Lib. XVII., c. 6., p. 483. 484., & T. III., Sect. III., num. 3., p. 468-471.*, obviæ.

Pro Philosophis contra militant:

1. Philosophorum Acad. Juliæ Accusatio contra Hofmannum, Commissariis Academicis D. Barthol. A. 1598. exhibita, & edita A. 1600. in 4.

2. Oveni Güntheri: α. Programma prælect. Physicis d. 11. Mart. A. 1598. præmissum; β. Epist. ad Hofmannum d. 15. Mart. A. 1598. exarata; γ. Proposit. de Rerum causis, A. 1600. editarum, Corollaria; δ. Concordia Theologiæ & Philosophiæ mutua, A. 1600. excusa. De qvibus jam dictum, & mox iterum dicetur.

3. Joh. Caselii: α. Carmen ad Laur. Scheurlium, Theologum Helmstadiensem.

β. IV. Epistolæ ad Hofmannum, A. 1598. exaratæ, qvæ *Accusationi* Philosophorum A. 1600. sunt præfixæ, & A. 1601. Magdeburgensi etiam *Disp. de Deo*, ab Hofmanno habitæ, editioni, cum hujus *Responso*, adjectæ.

γ. Epistolæ ad amicos variæ, *Libro XIV.* Dransfeldianæ Caselianarum editionis obviæ. (V. Jac. Burchardi *Epist. de Caselii erga bonas literas meritis p. 60.*)

δ. Διαμαρτυρία adversus duos sycophanticos libellos, in contumeliam aliqvot Acad. Juliæ Philosophorum Lemgoviæ editos. Helmst. 1600. in 4. (V. Henr. Ernstii *Catal. script. Caselii p. 13.*, & Burchardum *l. c.*)

4. Corn. Martini: α. Consensus & dissensus Hofmanni & Philosophorum Acad. Juliæ, Hofmanni scripto ejusdem tituli A. 1598. oppositus. MS.

β. Confutatio Responsioni Hofmanni ad scriptum præcedens A. 1598. reposita. MS.

γ. Responsio adversus Joh. Olearium. *in 4.* (*V. Becmanni Catal. Biblioth. Francof. p. 298.*)

5. Malleus impietatis Hofmannianæ (*qvem Becmannus l. c. Corn. Martini tribuit, alii vero, tanqvam ἀνώνυμον, allegant*). Francofurti 1604. in 4.

6. Status litis Hofmannianæ, qvam movit Philosophis & studiis liberalibus, excerpti e scripto, qvod Joh. Olearii pro Hofmanno Apologiæ Corn. Martinus opposuit. Helmst. 1600. in 4. Joh. Müllero, Helmstadiensi, a Becmanno *l. c. p. 319.* tribuuntur, cujus nulla in exemplo meo occurrit mentio.

(I.) *in fol. & 4. maj.*

7. D. Alb. Graueri, Theologi Jenensis, Libellus de una & simplici Veritate. Vinariæ & Erfurti 1619. in 8.
8. Ott. Casmanni: α. Philosophiæ, & Christianæ, & veræ, adversus insanos hostium ejus, & nonnullorum Hierophantarum, morsus & calumnias modesta Assertio. Francof. 1600, in 8.; β. Disp. an Theologo Logica sit negligenda, an vero eidem utilis & necessaria? Hamburgi 1600. in 4.
9. Pauli Sleevogtii, Philos. Prof. Jenensis, Pervigilium de dissidio Theologi & Philosophi, in utriusqve principiis fundato, Autore inscio a L. N. S. D. editum. 1623. 4.
10. Relationes de controversia hac Georg. Calixti, *Parte II.* der Wiederlegung des Cryptopapismi Helmstadiensis Statii Buscheri, *p. 95-99.*, &, qvem is allegat, Leonh. Hutteri, *in Locis Theol.*, *Art. X.*, *c. 2.*, *n. 3.*, *p. 388.*

Medias partes amplexus esse videtur D. Wolfg. Mamphrasius, Superint. in Misnia Wurcensis, cujus *scriptum Conciliatorium de statibus controversis primi & accessorii, Helmstadii inter D. Hofmannum & IV. Philosophos agitatis*, J. H. Hottingerus, *L. 3. Biblioth. Qvadrip.*, *c. 3.*, *p. 405.*, allegat.

De Oveno ipso, præter Adr. Beierum, aliosqve, in Vitæ jam allegatos historia, conferri possunt Joh. Caselii tres ad eum Epistolæ, duæ scil. familiares, A. 1588. & 1614. scriptæ, ac una officiosa, qva de nuptiis ei, præmisso Carmine de nummo amicitiæ, gratulatus est, ab Henr. Ernstio, *in Catalogo scriptorum Caselii p. 26. 34. 37.*, memoratæ. Prima harum *in Mantissa Epistolarum Caselii Rostochiensium*, *n. 32.*, *p. 111. 112.*, ab Henr. Vagetio A. 1643. est edita. Adde his Joh. Casp. Zeumeri *Vitas Philoss. Jenensium p. 23.*

ELOGIA.

Nathan Chytræus, in *Epithalamio* supra allegato, ita eum alloqvitur:

Docte vir, & celebris non ultima fama Lycei,
Sala qvod Aoniis alluit auctus aqvis.

Ad. Luchtenius, Prof. Med. Helmst. (*in Progr. de vita Franc. Parcovii, Collegæ*, A. 1611. edito) *Senem* eum vocat *clarissimum & doctissimum*; D. G. Morhofius (*T. I. Polyhist.*, *L. 2.*, *c. 7.*, *p. 382.*) *Virum doctissimum*, Henr. Jul. Scheürlius autem (*in Bibliographia Morali p. 67.*) præcipuis Scriptoribus Ethicis accenset.

CENSURÆ.

Autoribus ab Ecclesia Romana damnatis primæ classis annumeratur in Indicibus librorum prohibitorum, tum *Romano* Clementis VIII. *p. 83.*, & Franc. Magdaleni in hunc *Elencho p. 477.*, tum *Hispanico* Ant. Sotomajoris, Inqvis. Gen., A. 1667. edito, *p. 810.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Programma Rostochiense Physicæ professionis auspicale, d. 6. Maji A. 1566. propositum, & *Parte II. Scriptorum Acad. Rostoch. publicorum*, Rostochii A. 1567. a Joh. Posselio editorum, *f. 369. 370. 371.*, recusum.

Or. de dignitate Juris, ad Henr. Ranzovium, Vicarium Regis Daniæ, & fratrem Paulum. Rost. 1567. in 8.

Disp. de Felicitate, seu fine hominis. Rostochii 1569. in 4.

Oratio, Helmstadii, in primæ Magistrorum promotionis actu, d. 16. Oct. A. 1576., habita, & *Descriptioni Inaugurationis Acad. Juliæ*, ibidem A. 1579. *in 4.* editæ, inserta.

Propositiones Ethicæ, ordine ex Aristotelis libris ad Nicomachum desumtæ, & XII. Disputt. comprehensæ. Helmstadii 1582. in 4.

Disp. de Justitia. Helmst. 1583. in 4.

Ethicorum Aristotelis Libri X. ad Nicomachum, Latinis versibus, Disputationum exercitio accommodatissimis, comprehensi. Helmstadii A. 1585. (*juxta Bassæum ac J. C. Becmannum*) vel 1595. (*juxta Bolduanum & Draudium*) in 4.

Tractatus duo Methodorum, continentes totius artis Logicæ medullam, facultatem nimirum, seu animi δύναμιν, omnium scientiarum & demonstrationum principia inveniendi, dijudicandiqve rationem: Sapientiæ ac Philosophiæ studiosis inprimis lectu utiles. Helmstadii A. 1587. in 8. Hanc Editionem vidi, non autem antiqviorem, qvam ibidem A. 1585. Bassæus & alii, A. 1586. autem Morhofius (*l. c.*) prodiisse perhibet. De iis tale Barthol. Keckermannus, *Tr. II. Præcogn. Log. p. 189.*, fert judicium: *A. 1587. M. Ov. Güntherus Helmstadii edidit Methodorum Tractatus duos, eruditionis Logicæ plenos, ex qvibus fateor me, in doctrina definitionis ac divisionis, non parum profecisse.* Fusius eosdem D. G. Morhofius, *T. I. Polyhist.*, *Lib. II.*, *c. 7.*, *p. 382. 383.*, & *T. II. Lib. V. p. 514.* commendat, loco priore ita scribens: *Ov. Güntherus, Vir doctissimus, & cui multa se debere ait in Prætognitis suis Logicis Keckermannus, Methodorum Tractatus duos scripsit, Helmstadii A. 1586. in 8. editos: qvi mibi in hoc genere ita semper placuerunt, ut parum a Novatoribus hac in re novi præstitum existimem, nisi qvod applicatione ad Mathematica ac Physica exempla negotium hoc optime illustrarint. Hæc est illa, qvæ libris τῶν Ἀναλυτικῶν Aristotelis doctrina continetur. - - Hanc partem Logices εὑρετικὴν & κριτικὴν, ab usu non modo populari remotam, sed multis etiam parum erudite usurpatam, suis Methodorum libris illustrare conatus est Güntherus, junctis illis, qvæ apud Platonem ac Galenum (cujus exstat de optimo genere docendi liber) occurrunt.*

Programma, Pet. Rami doctrinæ oppositum, incertum qvo anno; cui Joh. Marianus, Neapolitanus, *Antigramma* reposuit, *respondens Programmati Oveni Güntheri, qvo P. Ramus legitime vindicatur, & Ovenus ad causæ disceptationem provocatur*, editum Francofurti A. 1589. *in 8.* V. Nic. Bassæi *Collect. Libb. Lat. p. 43.*, P. Bolduani *Biblioth. Philos.* & G. Draudii *Classicam*, Adr. Bailleti *Tr. des Satyres personelles*, *T. II.*, *p. 337.*, & Nicol. Toppii (Marianum perperam forte e regno Neapolitano oriundis, cum nec Germaniæ suæ desint Neapoles, accensentis) *Biblioth. Neapolitanam p. 121.*

Solida ac rationibus fundata Historiæ explicatio, tribus Disputationibus comprehensa: Prima de fine hominis, ac Historiæ speciebus & definitione, Secunda de ordine, qvo in finem istum constituentibus disciplinis versandum sit, ab historiane, an Philosophiæ studio, exordiendum? Tertia de utilitate ac jucunditate ejus. Helmst. 1593. in 4.

Aphorismorum Ethicorum Libri VII., ita scripti, ut ad Politicam doctrinam aditum muniant. Francof. 1598. in 8.

Programma Prælectionibus Physicis d. 11. Mart. A. 1598. Helmstadii præmissum, & Dan. Hofmanni in Philosophiam convitiis oppositum. Recusum, cum *Concordia Theologiæ & Philosophiæ*, ac Dan. Hofmanni Notis marginalibus Elenchticis, Magdeburgi A. 1600. *in 4.* (sub titulo *Programmatis publici, e qvo nati, aucti, & in hunc usqve diem protracti, in Acad. Julia, certaminis initia & progressus conspiciuntur*); cum ipsius vero Autoris Declaratione locorum ejus obscuriorum atqve suspectorum, Henrici Julii, Ducis Brunsvic., jussu scripta, Epistola ad Hofmannum, & Protestatione de *Concordia sua Theologiæ ac Philosophiæ*, Gvelpherbyti, in Typogr. Ducali, A. 1601. *in fol.* & 4. Loca illius ambigua, dextra explicatione, Corn. Martinus etiam, *in Confut. MS. responsionis Hofmannianæ*, §. 52. & 53., vindicat. Plura de illo in vita Autoris diximus.

Theologiæ

Theologiæ & Philosophiæ mutua concordia (*contra Dan. Hofmannum*), ipso inscio edita. Lemgoviæ 1600. in 4. Recusa, cum *Programmate* modo memorato, & Dan. Hofmanni Notis in illud & hanc marginalibus Elenchticis, Magdeburgi, eodem A. 1600., in 4. Quæ ad hujus, ab Autore ipso A. 1601. publica Protestatione improbatæ, pertinent historiam, e vitæ illius itidem repeti possunt narratione.

Propositiones Physicæ de Rerum causis. Helmst. 1600. in 4.

INEDITA.

Methodus Logica, quam MStam in Biblioth. Ducali Holsato-Gottorpiensi asservari Catalogus hujus testatur. An diversa sit a *duobus Methodorum Tractatibus* editis, αὐτόπται dispiciant.

Epistolæ aliquot ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, in Volumine Epistolarum ad hunc MSto, quod Pet. Axenius, JC. Slesvic., asservabat, mihi olim lectæ.

BARTHOLOMÆUS GUSTIUS, Parochiæ ruralis Ralesstedianæ, in Præfectura Holsatiæ Trittoviensi, circa A. 1585., Pastor.

Epistola Consolatoria ad D. Vitum Winshemium, Decanum Hamburgensem, & Consiliarium Danicum, super obitu filii ipsius Georgii, in Acad. Witeb. defuncti, scripta. Hamb. 1585. in 4.

FABIANUS GUSTMEIER, Eutino Wagrius, urbis Gedanensis circa A. 1669. Secretarius.

A Joh. Christiano, Barone a Boineburg, in Epistola ad Zach. Prüeschenckium, A. 1663. exarata (apud B. G. Struvium *Fascic. VIII. Actor. Literar. p. 63.*) Germanis annumeratur, *quibus nemo Historiarum peritior.*

SCRIPTA.

Fecialis Germanicus, seu Diss. de Summo regimine bellico Imperii Romano-Germanici, Carolo Æmilio, Principi Brandeburgico, inscripta. Amstelodami 1662. in 12.

Epistola Mercatoris cujusdam ad Equitem Polonum, statum modernum rei monetariæ concernens. Ἀνωνύμως prodiit A. 1669. in 4. Gustmeierum ejus esse Autorem testis est Gabr. Groddeckius *in Schediasm. de Scriptoribus Historiæ Polonicæ §. 56.*

M. JOHANNES GUTBROT, Oppidi in Stormaria Wilstriensis Pastor.

Certitudo gratiæ & salutis, oder Leichpredigt von Gewißheit der Gnaden und des Heils, über Abel, Alberti Francken, Bürgermeisters zu Wilster, Witwe, auß Rom. VIII. 38. 39. Glückstadii 1649. in 4.

Gratuitum constantis fidei præmium, oder Leichpred. über Margareta, Reimari Dorns, J. U. D. und Königl. Dänischen Rahts, Ehfrau, auß Apoc. II. 10. Glückst. 1652. in 4.

Beata Justorum translatio, oder Leichpr. über D. Reimarum Dorn, Königl. Raht, auß Es. LVII. 1. 2. Glückst. 1656. in 4.

JOHANNES STEPHANUS GUTTURPHIUS, Gutturphiæ, Parochiæ Eckensis in Alsensi insula pago, in lucem editus, oppidi Palæo-Landsbergensis in Marchia Brandeburgica Pastor.

Thränenpredigt Christi, auß Luc. XIX. 41. sqq. Berolini 1677. in 4.

Scharfe Zucht und süsse Frucht; oder Leichpredigt über Helena Dorothea von Schwerin, auß Es. XXXVIII. 17. Berolini 1677. in 4.

H.

HERMANNUS CONRADUS HACCIUS, Hamburgensis, Georgii, Pastoris Michaelitani, filius, Med. Doctor, & in patria, circa A. 1716., Practicus.

Disp. Inaug. de Causis Morborum. Hardervici 1696. in 4. V. *Hamburgum A. 1716. literatum p. 27.*

Eröffnetes Chymisches Laboratorium, worinn die vornehmste wenig bekandte Medicamenta, insonderheit die Cur der Sympathie, welche vermittelst des Urins bißhero practiciret und verborgen gehalten worden, mit allen Handgriffen, imgleichen einige geheime Sachen und Original Briefe eines Adepti, von der Transmutation der Metallen und Verbesserung der Diamanten, nebst einem profitablen particular, dadurch man sein Außkommen haben kan, ans Licht gestellet worden: Nebst einer Methode, wie man sich selbst, ohne Gegenwart eines Medici, vor der so gemeinen Galanterie-Seuche præserviren und curiren könne. Hamburgi A. 1716.

HEINO ab HACHTEN, Paridami filius, Hamburgensis, J. U. Lic., 1663. superstes.

Disp. Jurid. de Nuncio, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio. Tubingæ 1660. in 4.

Disp. Inaug. Jurid. de Epistola. Tubingæ 1661. in 4. (Ambæ recusæ sunt *Vol. I. Disputt. Jurid., Præside Lauterbachio habitarum,* Tubingæ *in 4.*, sine anni mentione, edito.)

LAURENTIUS HAGE, Holstenius (*i. e. Holsatus*), Claudio Lyschandro (*in Catalogo Scriptorum Danicorum ἀνεκδότων, lit. L.*) teste, commentatus est:

1. de nativitate, vita & resurrectione Christi.
2. de Trinitate, ad M. Georg. Boethium, Præpos. Hatherslebiensem, A. 156..

(Quo sermone hæc scripta sint, & an in lucem jam edita, ignoro.)

JOACHIMUS HAGEMEIERUS, (*in Haginocinum* a Phil. Labbeo (1.) transformatus), Hamburgensis, Joh. Hagemeieri, Patritii Ulmensis, civitate Hamburgensi donati, & A. 1634. mortui (2.), fuit filius, publicorum vero Scholæ ac Gymnasii Hamburgensis Doctorum, &, hos inter, Joach. Jungii, utriusque Rectoris, in juventute auditor. Themidi litaturus, Rostochium A. 1636., ac inde, impetrato testimonio Professorum honorifico (3.), Witebergam A. 1637. commigravit, convictuque Dan. Sennerti, Germaniæ Hippocratis, domestico, & consvetudine Aug. Buchneri, ejusdem Tullii, quotidiana, per biennium, est gavisus. A. 1639. in Belgium excurrit, proximumque biennium in Academia exegit Julia, luminibus hujus, Calixto, Hornejo & Conringio, uti Buchneri Epistolæ, ad eum tunc exaratæ, ostendunt, perquam familiaris. Helmstadio Marpurgum digressus, defensa Justi Sinoldi Schützii, Acad. Procancellarii, *Disput. IV. de pace publica,* Collegiis privatis tyrones in utroque jure instituendi potestatem, nec multo post A. 1644. Doctoris titulum, obtinuit. Hoc ornatus, duobusque patritiis præfectus Hamburgensibus, iter, M. Sept. A. 1645., in Belgium, Galliam & Italiam, exorsus est literarium, &, ex isto, post annos aliquot, redux, in aula Antonii Guntheri, Comitis Olden-

(1.) *in Mantissa supellectilis Antiquariæ, Biblioth. Bibliothecarum adjecta, p. 624. Ed. Lips.* (2.) V. Inscriptionem Epitaphii, in æde Petrina illi erecti, in Th. Anckelmanni *Inscr. Hamb., n. 46., p. 19.* (3.) Adjectum est illud *Legibus XII. Tabb.*, Rostochii ab ipso A. 1637. publicatis.

Oldenburgici, & locum inter hujus Consiliarios (1.), & Conjugem Perpetuam Kopfiam, Philippi, Consiliarii itidem Oldenburgici, filiam, & Joh. Frid. Derrii, Quæstoris aulici, viduam, A. 1649. ductam (2.), invenit. Relicta deinceps aula Oldenburgica, tempus vitæ reliqvum, ab Imperatore suis adscriptus Consiliariis, & a Comitum Wetteravicorum (qvi Ratisbonam qvoqve ad Comitia eum ablegarunt (3.)) Collegio Procancellarii Syndiciqve sui ornatus dignitatibus, Francofurti ad Moenum transegit, & istic, M. Aprili A. 1681., *ἄπαις*, post Meditationem de statu animarum fidelium posthumo cygnæam paulo ante publicatam, vivis excessit. Hæredibus JCti hujus, literarum qvoqve elegantiorum & historiæ peritia conspicui, Hamburgensibus cum Anna Ursula Faustia, Georg. Joach. Faustii ab Aschaffenburg filia, Conjuge ejus secunda, defuncto superstite, lites (uti ab Ott. Sperlingio Jun. sum edoctus) intercesserunt immensæ, A. 1689. demum sopitæ, & magna lautæ hæreditatis parte, viduæ huic, loco nobili natæ, relicta, redemptæ.

Confer de illo Aug. Buchneri sex ad eum Epistolas, A. 1639. 1640. & 1641. exaratas, & *Parti II. Epistolarum*, Dresdæ A. 1680. excusæ, *num. 10-15., p. 36-52.*, insertas, Joh. Ristii (laudes ejus fuse decantantis) Carmina vernacula, modo allegata, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1681.*, & Corn. a Beüghem *Bibliogr. Juridico-Polit. p. 108. 109.*

ELOGIA.

Aug. Buchnero, in Epistolis ad Joh. Ravium & Zach. Lundium, qvibus eum his commendavit, A. 1637. scriptis (*P. I. Epp., n. 27. & 28., p. 87. 88. 89.*), *juvenis* audit *eruditissimus, post cæteras eximias dotes animi, & moribus longe compositissimis, &, si qvis alius, modestus*; in carmine autem, *Inscriptionibus Witebergensibus* eodem anno præfixo:

- - - - Themidos, cuncta regentis, amor,
Et pariter Musæ, qvam multa laude fatigat;
Ingenii felix, & simul arte potens.

Joh. Christoph. Wagenseilio (*in Tr. de S. Rom. Imp. summis Officialibus & Subofficialibus, c. 9., §. 44., p. 130.*) *Vir insignis.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. Logica de necessitate Propositionum nominalium, Præside D. Joach. Jungio, Hamb. 1635. in 4.

Variæ Lectiones & Notæ in Ciceronis Orat. pro Dejotaro, Frid. Lindebrogio inscriptæ. Witeb. 1636. in 4., Rostochii 1638. in 8.

Disp. de Regalibus, Præside D. Joach. Luschovio. Rostochii 1637. in 4.

Leges XII. Tabularum, cum Elogiis veterum, ab eo recensitæ. Rostochii 1637. in 4.

Inscriptiones Witebergenses. Witeb. 1637. & 1638. in 4. (*Commendatæ in Carminibus Dan. Sennerti & Aug. Buchneri præfixis.*) Conf. de iis Joh. Hübneri *cent. 2. Biblioth. Histor., Art. 10., p. 77 - 80.*

Disp. Inaug. de Restitutionibus in integrum. Marpurgi 1644. in 4.

Exercitationes ad Bernh. Sutholti Dissertationes priores de autoritate Juris Civilis & Canonici. Marpurgi 1644. in 4.

Synopsis Juris Feudalis, qva universum hoc Jus e principiis explicatur. Marpurgi 1644. in 12. Consensu Autoris, cum Additionibus & Indicibus, denuo publicata a Casp. Qvestelio, Uratislaviensi, Consiliario Holsato-Plönensi, Jenæ 1681. & (*juxta Catal. Nund.*) 1699. in 12.

Comm. de Fœdere Civitatum Hanseaticarum. Francof. 1662. in 4. Hanc vasto de iisdem civitatibus volumini Werdenhagiano, *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 12., p. 516.*, prætuli.

Comm. de autoritate Juris Civilis & Canonici, ad Christianum, Comitem a Ranzou. Francofurti 1663. in 4. (Beüghemius, qvi, *l. c. p. 108.*, Anno jam 1655. ibidem illum prodiisse, perhibet, a *Catalogo nundinarum anni istius autumnali p. 9.* est deceptus.) Commendatur a D. G. Morhofio *T. III. Polyhist., Lib. VI., Sect. IV., p. 85.*

De Imperio Maris variorum Dissertationes, junctim cum præfat. ejus editæ, Francofurti 1663. in 12. (Exhibentur in hoc Syntagmate: 1. Julii Pacii Diss. de Imperio maris Hadriatici, inter Regem Hispaniæ & rempublicam Venetam controverso; 2. Hug. Grotii Mare liberum; 3. Jac. Gothofredi de Imperio maris Hypomnema; 4. Mart. Schoockii Imperium maritimum, in qvo cuiqve genti, maxime autem Belgis fœderatis, suus honos vindicatur.)

Tractatus de Comitiis Imperii Germanici. Francof. 1676. in 4. (Hujus *Pars II.*, qva non pauca de singulis Statibus trium Imperii Romano-Germanici Collegiorum noviter explicantur, *in Catal. Nund. Lips. A. 1680. Autumn., p. 23.*, est promissa.)

JURIS PUBLICI EUROPÆI Epistola I., de statu trium Regnorum Septentrionalium, Daniæ, Sveciæ & Norwegiæ, ad Joh. Paulum Hocherum, Cancell. Aul. Cæsareum. Francof. 1677. in 4. (Beüghemius, *l. c. p. 262.*, & Catalogi aliqvot, *Epistolam* memorant *Juris publici Europæi primam, de statu regni Daniæ*, Francofurti, Anno jam 1659., *in 4.*, sed *ἀνωνύμως*, editam. An illa cum hac sit eadem, vel Hagemeiero debeatur, cum non viderim, haud definio.)

Epist. II. de statu Galliæ, ad Georg. Frid., Com. Waldeccensem. Francof. 1678. in 4.

Epist. III. de statu Angliæ, Scotiæ & Hyberniæ, ad Nic. Jarre, Consulem. Hamb. ib. 1678. in 4.

Epist. IV. de statu Imperii Germanici, ad Sim. Henr., Com. a Lippe. ib. 1678. in 4.

Epist. V. de statu provinciarum Belgicarum, ad Joh. Franc., Bar. a Landsee. ib. 1679. in 4.

Epist. VI. de statu Italiæ, ad Alb. Antonium, Com. Schwartzburgicum. ib. 1680. in 4.

Epist. VII. de statu Bohemiæ & Hungariæ, ad Frid. Casim., Com. Hanovicum. ib. 1680. in 4.

Epist. VIII. de statu Poloniæ & Imperii Moscovitici, ad Antonium, Com. Oldenburg. ib. 1680. in 4.

Epist. IX. de statu Hispaniæ & Portugalliæ, ib. 1681. in 4. (Post Enneadem hanc Epistolarum editam, pensum istud Hagemeieri morte est interruptum, sed non multo post tamen pertexi cœptum ab Henr. Günth. Thulemario, Acad. Heidelbergensis Antecessore, qvi, testibus *Catalogis nundinalibus*, A. 1681. Epistolam X. de statu Helvetiæ, A. 1682. Epist. XI. de statu Turciæ Europææ, & XII. de statu Tartariæ Præcopensis, ac A. 1686. XIII. de statu Rhætiæ ac Genevæ, nec non XIV., cujus argumentum haud exprimitur, Francofurti *in 4.* itidem publicavit.)

De statu Animarum, præcipue fidelium, postqvam a corporibus discesserunt, Meditatio Sabbathina. Francof. 1680. in 4. Recusa (*juxta Catal. Nund.*) ibidem A. 1685. in 4.

Disputationes in Institutiones Juris, qvas Henn. Wittenius *l. c.* ei tribuit.

Dissertationes variarum Juris materiarum, Jenæ *in 4.* (teste Beüghemio *l. c. p. 109.*) editæ. (Qvæ, sicut & præcedentes, an revera prodierint, dubito.)

II. GERMA.

(1.) V. Joh. Ristii Carm. Germ. de illo gratulatorium, im Teutschen Parnasso, *p. 132 - 144.* (2.) V. Epithalamium Joh. Ristii, *l. c. p. 362 - 371.* & similia Pauli Marqv. Slegelii, atqve aliorum, carmina, seorsim excusa. (3.) V. die Verzeichniß der Gesandten nach dem Regenspurgischen Reichstage, editam A. 1689., *p. 19.*

II. GERMANICUM.

Tractat von Reichsausschüssen, Deputationen und Conventen. Norimbergæ 1691. in fol. Tribuitur illi ac commendatur in B. G. Struvii *Biblioth. Jur. Sel.*, *c. 11.*, *§. 20.*, *p. 407.*

INEDITA ET PROMISSA.

Tractatus de Comitiis Imperii Germanici Pars II., de qva paulo ante est dictum.

Syntagma Tractatuum & Actorum publicorum nostri temporis, ad A. usqve 1677. Latine excusorum, cujus editio, Francofurti *in fol.* publicanda, *in Catal. Nund. Vern. A. 1677. Lipſ.*, *p. 39.*, est promissa.

Liber Jurisprudentiæ Practicæ, seu Additamenta ad Classes VII. Actionum forensium Joh. Oldendorpii. V. *Catal. Nund. A. 1676. Autumn. p. 23.*

[Falso ei tributæ sunt a Gotfr. Zeunero, Professorem etiam Lüneburgensem eum perperam appellante, im Frühlings-Parnasso A. 1692. *p. 155.*, Tabulæ Genealogicæ Principum Europæorum vernaculæ, sub titulo der Historischen und Genealogischen Erläuterung der Europæischen Reiche, a Georg. Lohmeiero, Gymn. Lüneb. Professore, Lüneburgi A. 1690. *in fol.* editæ. V. J. F. Reimanni *Hiſt. Lit. de fatis Studii Genealogici p. 83. 84. 85.*, & Chr. Franc. Paulini anmuhtige lange weile, *Tit. 107.*, *p. 429.*]

M. HERMANNUS tor HAGEN, Insulæ in Albi Neogammensis, Hamburgo vicinæ, Parochus.

Versio Saxonica Euchologii Misnici (des Christlichen Gebetbuchs) D. Joh. Habermanni sive Avenarii, Egrani, Superintendentis Cizensis, Rostochii A. 1591., Lubecæ A. 1608. & Hamburgi A. 1625., in 12.

NICOLAUS ab HAGEN, Eqves Holsatus, Nübelæ in Sundevithia (patre forte Henningo, Dynasta Nübelensi, Philippi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliario & Præfecto Lugumensi, A. 1590. superstite (1.)), die Jovis post festum Antonii A. 1566., natus, prædio hoc avito A. 1618. Johanni Juniori, Duci Holsato-Sünderburgensi, vendito, alia Cimbriæ loca deinceps incoluit, & d. 5. Febr. tandem A. C. 1641., ac æt. 75., defunctus est, Henriciqve a Qvalen, Viri nobilis, sepulchro, in æde Parochiæ Flemhudensis, Kilonio vicinæ, sacra, d. 12. Febr. illatus (2.). Inter Poetas patriæ Latinos Carminibus haud paucis locum ævo suo promeruit haud infimum, qvæ, ob pietatem ac elegantiam, a Nicol. Scribonio (3.), gemino Epigrammate, vere & merito esse celebrata, complurium ejus ad Joach. Morsium, Hamburgensem, Philologum clarissimum, aliosqve homines eruditos, Epigrammatum, in *Albo* Morsii (qvod Lubecæ a Jacobo a Mellen, Pastore Mariano, asservatur) *MSto*, *f. 253. 416. 417. &c.*, obviorum, argutiis pariter atqve venustate, cum ista olim legerem, abunde sum convictus. An in lucem publicam e Carminibus suis prodire qvædam sit passus, mihi non constat.

GEORGIUS HÄGERUS, Neostadio Wagrius, oppidi natalis, circa A. jam 1610., Pastor, A. 1637. superstes.

Leichpredigt über Sigfrid Pogwischen, Erbherrn auf Ovelgönne, aus Sap. IV. Rostochii 1610. in 4.

Rachael rediviva, oder Leichpred. über Elisabeth Sophia, gebohrne Hertzoginn zu Holstein, und vermählte zu Sachsen-Lauenburg, aus Gen. XXXV. 16-20. A. 1628. in 4.

Hortulus Natalitius, oder Christliche und anmuhtige Erklärung der Historie von der gnadenreichen Geburt und Menschwerdung unsers Erlösers, JEsu Christi, unter dem Bilde eines Lustgartens, und der mancherley Blümlein desselben, vorgestellet. Hamburgi 1637. in 4.

JOHANNES HALCKE, Arithmeticus Uetersensis, simulqve Calendariographus, ab A. 1700., in Ducatibus Cimbricis Danicus, ac Societatis Arithmeticæ Hamburgensis (a qva agnomine des Harrenden, sive *Expectantis*, est donatus), ab A. 1690., Collega. Superstes fuit A. 1720.

Speculum Mathematicum der grossen Sonnenfinsterniß, so d. 13. Sept. A. 1699. über gantz Deutschland zu sehen seyn wird; wie auch etliche Geographische und Astronomische Aufgaben, nach Trigonometrischer Rechnung calculiret und beschrieben. Hamburgi 1699. in 8.

Calendaria vernacula, A. 1700. edi cœpta, & qvotannis deinde continuata. Altonæ in 4. 8. & 12.

Kurtzes, aus wahren Astronomischen Fundamenten eingerichtetes, Examen über D. Sam. Reyheri nohtwendige Erinnerung, des verbesserten Calenders Beybehaltung betreffend. Altonæ 1703. in 4. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1703.*, *p. 238. 239.*

JOHANNES de HAMBURGO, sive Hamburgensis, RODII cognomine, teste Theod. Petrejo (4.), est gavisus, & Ordinis Carthusiani, in Horto B. Mariæ, Cœnobio Bohemico, Pragæ vicino, circa A. 1403., fuit Monachus. Scriptor hic pius, devotus, &, pro ævi sui genio, non indoctus, inqve Patrum monumentis versatissimus, hortatu Johannis de Dutterstatt, sodalis sui moribundi, Epistolam prolixam ad amicum illius, Henr. Olemannum, Canonicum Northunensem, sermone Latino, A. 1404. (*in octava Aſſumpt. B. Mar. Virg.*) scripsit Paræneticam. In hac, occasione obitus sodalis sui, de vitæ humanæ fugacitate initio disserit, ejusqve intuitu veræ pietati, morumqve integritati, monet esse studendum, & abstinentiam imprimis in cibo ac potu, fugam consvetudinis mulierum, hominumqve carnis obseqventium desideriis, assiduam lectionis Biblicæ & precum iterationem, ac ἐαυτοσκοπίαν tandem sedulam, fuse omnibus commendat. Ad ordinem deinde progressus Ecclesiasticum, in eo viventibus, tum, qvid officii sui sit, cordate inculcat, tum vitia ingenti Zelo exprobrat. Patrum, Scriptorumqve ævi medii Ecclesiasticorum, loca allegat plurima, & nonnullas etiam Poetarum sententias, sed maximam partem adulterinas. Qvis enim credat, e vena Ovidii, Juvenalis ac Prudentii, limpidissima, tria hæc profluxisse disticha male tornata, & fæces ævi longe inferioris redolentia, qvorum primum in illius *Metamorphoſeos rerum hiſtoria*, alterum in istius *libro*, qvem fingit, *Sexto*, tertium vero in hujus *de conflictu virtutum & vitiorum Poemate*, legi falso perhibetur?

Cruciat & terret ſummi nos judicis horror:
Nam dignum morte jam noſtrum qvisqve peregit.

**

Gravida præſcimus vitæ tormenta ſeqventis;
His uri pœnis peccator horreat omnis.

**

Horreo peccare, qvoniam torqventur amare
Qvi peccaverunt, jamqve dolore luunt.

Duæ exstant Epistolæ hujus Editiones, qvarum prior ante aliqvot jam secula, sine anni mentione, prodiit. Hanc secutus Joh. Georg. Dorscheus, Theologus Argentinensis, illam (una cum Joh. Raulini *Orat. de Religionum reformatione*),

Mmm 2

(1.) V. de illo Jonæ ab Elverfeld *Claſſ. II. de Holſatia, ejusqve Ordinibus, lit. O. 4. a.*, & Andreæ Angeli Lib. I. der Holsteinischen Adel Chronica *p. 54.* (2.) teste Joach. Morsio *in Annott. ad Album ſuum MS.*, *f. 416. 417.* (3.) *L. 2. Luſuum Anagr. Gottorp.*, *p. 41. 42.* (4.) *In Biblioth. Carthuſiana p. 213.*

tione), sub finem *Parallelorum* suorum *Monasticorum & Academicorum* (*p. 169-311.*), titulo *Epistolæ de corruptissimis Ecclesiasticorum moribus* præfixo, Argentorati A. 1644. *in 12.* curavit recudi.

Præter hanc, duæ aliæ ejusdem *Epistolæ notabiles* (*ni potius libros appellare velimus*) *ad qvosdam Ecclesiarum prælatos, nec non & Studiosos qvosdam Hamburgenses, lectu suaves, & inter cætera magis securitatem bonorum religiosorum inculcantes*, MSStæ in Bibliotheca Carthusiæ Coloniensis, atqve alibi etiam, impressæ, teste Theod. Petrejo (*l. c.*), reperiuntur.

HENRICUS HAMELOVIUS, Hamburgensis, J. U. D. & Practicus in urbe Slesvicensi, ejusdemqve, ab A. 1694., Consul. Obiit 1724. in custodia obstagii.

Imperatores Cæsares Romano-Germanici, carmine perpetuo descripti & celebrati; Poema in Gymnasio Hamburgensi (*Mich. Kirstenii ductu*) recitatum. Hamburgi 1673. in 4., Trajecti ad Rhenum 1696. in fol. & 4., ac (cum *Historia Augusta Imperatorum Romanorum, Tetrastichis Joh. Pet. Lotichii ac Joh. Jac. Hofmanni expressa, Supplementisqve Henr. Christ. Henninii aucta*) Amstelod. 1707. & 1710. in fol. Recensum Artisius, *in Diario Eruditorum Hamburgensi Gallico, T. IV.* (*ad d. 30. Mart. A. 1696.*), *p. 190. 191. 192.*, & Joh. a Gavern, *in Biblioth. Europæ Belgica, M. Jan. A. 1707., p. 183., & M. Mart. p. 195. 218.*, exhibuerunt. Commendatur hoc Poema a Pet. Rabo, *in eadem Bibliotheca Europæ Belgica, M. Nov. & Dec. A. 1695., p. 459-463.*, Artisio (versus tamen qvosdam, legibus Metricis minus congruos, & mentionem restitutionis Christiani Alberti, Ducis Holsatici, in ditiones suas, sub finem ἀκαίρως factam, culpante) *l. c.*, & M. Mich. Filizio (a qvo Autor perperam Belgis accensetur, Poemaqve *nec illi, nec Musis, esse* judicatur *inficiandum*, sed ob styli tamen inæqvalitatem notatur) *in Specimine Analectorum ad Ol. Borrichii Dissert. de Poetis p. 25. 26.*

Disp. Inaug. Jurid. de Assignatione. Trajecti ad Rhenum 1693. in 4.

Carmina qvædam minora, seorsim diversis annis edita.

M. JOHANNES HAMERUS, cui Casp. Dancwerthius (1.) *Henrici* prænomen, Rud. Hospinianus autem (2.) *Jammeri* Cognomen, perperam affinxit, Husæ, d. 7. Mart. A. 1529. est natus, patremqve habuit Franciscum Hamerum, oppidi istius Diaconum, A. 1553. defunctum (3.). Juvenis (uti *in Epistolis ad Joh. Pistorium* ipsemet testatur) Gymnasium freqventavit Lüneburgense, & in Witebergensi deinde ab A. 1550. Academia Phil. Melanchtonem (cujus nomini & doctrinæ per omnem postea vitam erat addictissimus) audivit, ex hac autem A. 1552. in Rostochiensem, cum Joh. Tastio (Hermanni, Pastoris Husensis, filio), discessit (4.). In patriam redux, templi initio oppidani, per complures annos, ab A. 1562. uti Epistolæ tam ejus, qvam aliorum, me docuerunt, fuit Diaconus, ac in Diaconorum proinde Catalogo a Mart. Holmero (5.) male est omissus, in Pastoratu vero ejusdem, Anno demum 1576. (qvo Pauli etiam ab Eitzen Censura de Libro Concordiæ vernacula suis, per illum, & 76. Pastores alios Holsaticos, approbata d. 21. Sept. est chirographis (6.)), Petro Bockelmanno successit. Qvo cum per 18. annos esset functus, d. 13. Jan. A. 1594., Apoplexia in sacro correptus ambone, ac rude paulo post, ob senectutem infirmam, a suis donatus auditoribus, M. Joh. Neocorum Successorem obtinuit, perqve duo adhuc lustra superstes, A. C. 1604., & ætatis 76., eodem die 29. Aug., qvo Neocori, munere sacro deturbati, ex urbe discessum per fenestras spectaverat, vivis subito excessit (7.). De filiis qvibusdam, ex uxore Maria Petræa, A. 1564. (uti *Epistolæ* testantur) ducta, susceptis, mox dicetur. Fusius vitam ejus exposuit M. Joh. Melch. Kraftius in der Husumschen Kirchen-Historie, Hamburgi A. 1723., im zweyfachen Jubel-Gedächtniß, edita, *p. 130-141. 144. 145. 455-460. 277.*

XII. ejus Epistolæ ἀνέκδοτοι Latinæ, ad D. Paulum ab Eitzen, Superintend. Holsaticum, ab A. 1568. ad 1591., exaratæ, in Volumine Epistolarum, ad hunc Theologum a Viris doctis missarum, MSto, XIII. autem, ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, ab A. 1564. ad 1592., scriptæ, in simili Epistolarum, ad hunc datarum, Sylloge, qvam Pet. Axenius, J. C. Slesvicensis, asservabat, olim mihi sunt lectæ. IX. harum ad Pistorium A. 1723. a Kraftio, l. c. p. 455-460., sunt editæ.

HENRICUS HAMERUS, Husensis, Johannis, modo memorati, filius, Oppidi in Wagria Eutinensis per decennium Diaconus, A. 1633., d. 28. Jun., una cum Pastore, Valent. Breitenhertio, ob simultates diuturnas mutuas, a Joh. Friderico, Archiepisc. Bremensi & Episcopo Lubecensi, auditoribus invitis, & frustra pro eo, velut insonte, intercedentibus, a sacro remotus officio.

Warhafftiger Bericht, wie und warumb er von H. Joh. Friderich, Ertzbischoffen zu Bremen, von seinem zehnjährigen Capellandienste zu Eutin entsetzet sey worden. (Apologia vernacula, qvam MStam inter schedas meas inveni.)

PETRUS HAMERUS, Husensis, Johannis itidem filius, Parochiæ Tetenbüllensis, in Eiderstadia, ab A. 1605., Diaconus. V. Jac. Fabricii Sen. *Agonem Theol. Generalem XXIII.*

Epos Magorum, ex Persia Hierosolymam, qvæsitum Salvatorem, venientium, historiam continens. Rostochii 1599. in 4.

CHRISTIANUS HAMERICH, Rendesburgensis, Johannis, scholæ urbanæ Rectoris, filius, templi in patria Palæopolitani Diaconus, Archidiaconus, & tandem, ab A. 1690., Pastor, A. 1710. mortuus.

Der bald vollkommen gewordene Gerechte, aus Sap. IV. 13., in einer Leichrede über Ida Sophia, Laurentii Nissens, Königl. Dänischen Justiz-Rahts und Ober-Commissarii, Ehfrau, vorgestellet. Altonæ 1703. in fol.

Gläubiger Christen Gleichmühtigkeit gegen Leben und Todt, oder Leichrede über Christina Brunsfeldinn, Herren Andreæ Fuchsen, Kön. Dän. Geheimen Rahtes, und Amptmanns zu Rendesburg, Eheliebste. Flensburgi 1704. in fol.

HENRICUS HAMERICH, Senior, Rendesburgensis, Johannis, scholæ publicæ Rectoris, itidem filius, Johanni Jonsio, civi celeberrimo, in eadem scholæ patriæ gubernatione A. 1656. datus successor, &, cum annis huic qvinqvaginta præfuisset, Anno 1705. exeunte defunctus; Vir doctus, Poeta elegans, & artifex præsertim Inscriptionum ingeniosus.

Smetius contractus, seu Spicilegium Poeticum, qvantitatem Syllabarum, autoritate dignoscendam, exhibens; recusum Glückst. A. 1710. in 8.

Γλυκύπικρον matrimoniale, seu Carmen de Conjugii oneribus ac dignitate Heroicum. Kilonii 1675. in fol.

Eidora nuptiis D. Christiani a Stöcken, Superint. Cimbriæ regii, & Idæ Walteriæ, applaudens. Rendesburgi 1683. in fol.

Inscriptiones ac Carmina alia complura, sigillatim edita.

Leichre-

(1.) *P. II. Chorograph. Cimbr., c. 11., p. 141.* (2.) *In Concordia Discorde f. 71.* (3.) V. de illo Matt. Holmeri Præfat. der Husumschen Brunpredigt *p. 11.* (4.) Teste Georg Selmero, Husensi, *in Epist. MS. ad Joh. Pistorium.* (5.) *l. c. p. 11.* (6.) V. Rud. Hospinianum *l. c.*, falso A. 1572. factum id esse perhibentem. (7.) V. Holmerum *l. c. p. p. 10.*

Leichenrede von der Unruhe des gegenwärtigen, und Ruhe des andern F euen-Lebens, über Fr. Margareta von Stöcken. Glückstadii 1682. in 4.

Klag-und Ehrenrede bey Leichbestattung D. Christiani von Stöcken, Königl. Gen. Superintendenten, aus den Worten Marci VII. 37. Er hat alles wol gemacht. Glückst. 1684. in 4.

HENRICUS HAMERICH Junior, Rendesburgensis, Henrici Senioris, modo laudati, filius, Henningi Petræi, soceri, Ecclesiastæ aulici ac Præpositi Ducalis Holsato-Glücksburgensis, in utroqve munere Coadjutor primum, & postea A. 1693. defuncti successor, d. 4. Apr. A. 1710. vivis exemptus.

Oratio de Officio boni ludimagistri, *ἀνωνύμως* edita. in fol.

Die entlastete Kamelinn, oder eine, nach Anleitung des adelichen Wapens, gehaltene Leichenrede über Elisabetha, Frid. Augusti von Worgewiz, Fürstl. Glücksburgischen Hofmeistern, Ehliebste; der Leichpredigt Phil. Weyseri, aus 1. Tim. I. 15., beygedruckt. Plönæ 1683. in 4.

Seliger Tausch GOttes mit den Menschen, oder Leichpredigt über Friderich Wilhelm, Holstein-Glücksburgischen Prinzen, aus dem Evangelio am IV. Adventssontage, Joh. I. 19-28., A. 1688. gehalten. Slesvigæ 1689. in fol.

Das vor und nach dem Tode ungetrennte Fürstenpaar, oder Leichpred. über Christianum, Hertzogen von Holstein-Glücksburg, und dessen Gemahlinn, Agnes Hedwig, gebohrne Hertzoginn von Holstein-Plön, aus Rom. XIV. 7. 8. Plönæ, 1699. in fol.

Ein Rohr, so vom Winde hin und her gewehet wird, oder Betrachtung der weltlichen Eitelkeit, bey Leichbegängniß der adelichen Jungfer von Rohr. Flensburgi 1705. in 4.

Verthädigte Kindertauffe, oder kurtzer Extract, aus des Hamburgischen Ministerii A. 1561. edirten Qväckergreuel, von derselben, wieder Ottonis Laurentii Strandingers Bekäntniß vom kirchlichen so genandten Gottesdienste im Lutherthum. Flensb. 1708. in 8.

Glücksburgischer Spruch-und Reim-Catechismus; oder kurtze Anleitung, wie der kleine Catechismus Lutheri, durch bündige Schrift-und kernhafte Reimsprüche, den Einfältigen könne eingeflösset werden, hiebevor, in öffentlichen Kinderlehren, der Glücksburgischen Gemeine erklaret. Flensburgi 1708. in 12. Libellus *ἀνώνυμος*, de qvo V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1708., p. 152.*

Carmina complura Germanica, venusta & arguta, sparsim excusa.

JACOBUS HAMPE, Civis Lubecensis, Chronici Lubecæ Saxonici Reimari Kockii, Pastoris Petrini, compilator & continuator, sed cujus Continuatio MS. delitescit. V. J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec. p. 621.*

CORNELIUS ab HAMSFORT Senior, qvem Cimbrum Claud. Oehrnhialmius (1.) appellat, e Ducatu autem Slesvicensi fuisse oriundum multa mihi persvadent, ob Medicæ artis peritiam singularem a Christiano III., Daniæ Rege, curæ valetudinis suæ A. 1538. (2.) est admotus, A. 1539. Civibus Academiæ Hafniensis ab ejus Rectore, Joh. Bugenhagio, adscriptus, A. 1544. Medicinæ Doctor in eadem a Christierno Torchilli Morsiano, hujus Professore, creatus (3.), Archiaterqve eodem circiter tempore primarius aulæ constitutus (4.). A. 1559. Regi suo, Coldingæ in Jutia mortuo, adfuit (5.), nec multo post Christiani II., Exregis, in arce Callundburgensi eodem anno extincti, cadaver, cultro dissectum Anatomico, condivit, lapidemqve, teste Joh. Svaningio (6.), in fellis reperit vesicula. Coldingæ deinde, biennio seqventi, ac forte diutius, substitit, &, aula tandem relicta, in Metropoli Fioniæ Ottoniensi Praxi inclaruit Medica, dieqve 8. Mart. A. 1580., teste Epitaphii, in æde ipsi Canutiana istic erecti, inscriptione, a Thoma Bartholino (7.) exhibita, vivis excessit. Duæ in eadem ipsi tribuuntur conjuges, Maria A. 1560., & Anna Soltovia, A. 1578. defuncta. E priori non filiam solum sustulit, Hieronymo Thennero, J. U. D., & Friderici II., Monarchæ Danici, Cancellario Germanico (A. 1566., cum gratia excidisset regia, in vincula, testibus soceri ad Joh. Pistorium literis, conjecto), elocatam, sed filium etiam sibi cognominem ac superstitem, Medicinæ Licentiatum, urbisqve patriæ Ottoniensis Poliatrum, ipso Pentecostes festo A. C. 1627. denatum (8.), & a Claudio Lyschandro (cui *Antiqvitatum Danicarum indagator* audit *sagacissimus*) in *ἀνεκδότῳ Scriptorum Daniæ* celebratum *Catalogo* (9.).

Parentis (qvem Melch. Adamus (10.) *Cornelium Amsfortum* perperam appellat), a Thoma Bartholino (11.) ante me celebrati, & Medicis Daniæ annumerati celebrioribus, a Claud. Lyschandro (12.) autem *Medici & Philosophi celeberrimi*, ac a Jona Coldingensi (13.) *Medici peritissimi*, elogiis ornati, scriptorum nihil mihi innotuit, præter:

1. Consilium perbreve adversus Pestem Saxonicum, cum alio ejusdem argumenti, Hamburgi A. 1596. *in 8.*, sub hoc excusum titulo: Twee korte eenfoldige Recepten tegen de Pestilentz: dat erste eenes olden, hochgelarden, wolerfahrnen der Königl. Maiestät to Dennemarck Liif-Medici, D. Cornelii van Hamsfort, vör den gemeenen Mann gestellet; dat ander Mosis Staffelsteiners, Jöden-Medici, to Weimar wahnhaft.
2. Tres ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, Epistolas, Coldingæ A. 1553. 1561. & 1556. scriptas, mihiqve, in Volumine Epistolarum Pistorii (qvod Pet. Axenius, JC. Slesvicensis, asservabat) MSto, cum hujus lectas responsoriis.

Filio cognomini debentur:

1. Disqvis. brevis de Menstruis, Basileæ *in 4.* (teste Pet. Resenii *Appendice Catalogi Biblioth. suæ p. 359.*) edita.
2. Historia Holsatiæ & Dithmarsiæ *ἀνέκδοτος*, A. 1579. scripta, qvæ in Andr. Hoyeri Dennemarck. Geschichten *p. 107. 193. 263.* laudatur.
3. Chronologia Danica MS., qvam Steph. Joh. Stephanius, Prof. Soranus, sui *Chronographorum Regni Daniæ Systematis ἀνεκδότῳ* Volumini primo inseruit, hujusqve possessor, Claud. Öhrnhialmius, Historiographus Svecicus, *Lib. IV. Hist. Eccl. Sveo-Goth., c. 1. & 3., p. 385. 418. 441. 448. 450. 458.*, & Claud. Lyschander (*Annalium Danicorum* ei tribuens titulum) *in Catalogo MS. Scriptt. Dan.* (*sub nomine M. Joh. Langii*), honorifice allegant.
4. Series Episcoporum in Fionia Ottoniensium, qvæ MS. in Bibliotheca Hafniensi Academica, teste ejus Catalogo, asservatur, & ab Haraldo Huitfeldio (*in præfat. Chronici Episcoporum Daniæ*), Cl. Lyschandro (*in Catal. cit.*), Pet. Resenio (*in Append. ad Christierni II., Regis, Leges Ecclesiasticas atqve Politicas, Hafniæ A. 1684. Danice editas*), aliisqve, est laudata.
5. Documenta Antiqvitatum Danicarum, e congestis ab eo per Cl. Lyschandrum excerpta, qvæ in Bibliotheca Acad. Hafn. itidem MSta superesse Catalogus MSStorum illius testatur.

(1.) *L. 4. Hist. Eccl. Sveo-Gothicæ, c. 1., p. 385.* (2.) V. Conr. Aslaci *Tabulam Chronologicam, Orationi Jubilææ adjectam.* (3.) V. Thomæ Bartholini *Cistam Med. Hafn., Loc. VIII., p. 77. & seqq.*, ac Er. Vindingii *Acad. Regiam Hafn. p. 62.* (4.) V. Bartholinum *l. c.* (5.) V. Jonæ Coldingensis *Descriptionem Daniæ p. 88.* (6.) *Sub finem Historiæ Christ. II.* (7.) *l. c. p. 78. 79.* (8.) V. Pet. Resenii *Indicem III. Catalogi Biblioth. suæ.* (9.) *Lit. C.* (10.) *In Vitis Theol. Germ. p. 789.* (11.) *l. c., & Diss. VIII. de Med. Dan. Domest. p. 308.* (12.) *l. c.* (13.) *l. c.*

M. BALTHASAR GERHARDUS HANNEKENIUS Junior, Lubecensis, parente d. 28. Apr. A. 1678. natus cognomine, ædis Marianæ Pastore: Philosophiæ Magister A. 1703. in Academia renunciatus est Witebergensi (1.), templi autem cathedralis in patria Ecclesiastes A. 1705. d. 8. Jan. & Pastor A. 1719. electus.

V. *Nov. Lit. Lubec.*, *M. Jan.*, *A. 1705. p. 32.*, Enochi Svantenii *Progr. de vita Parentis ejus funebre* & Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec.*, *p. 329. 330.*

Disp. de numero Sacramentorum N. T., & natura Sacramenti, Præside D. Christoph. Franckio. Kilonii 1701. in 4.

Disp. de Oraculo Johanneo 1 Epist. c. II. v. 1. 2., ab ipso conscripta, & Præside D. Henr. Opitio proposita. Kilonii 1702. in 4. V. de illa *Nova Lit. Lubec.*, *M. Jun. A. 1702.*, *p. 176.*

M. MENO HANNEKENIUS Junior, Menonis, Superintendentis Lubecensis, filius e Justina Eleonora Menzeria natu minimus, Lubecæ d. 28. Dec. A. 1646. natus, ac ibidem, post reditum ex Acad. Giessena, Kal. Nov. A. C. 1673., ac æt. 27., denatus.

Maria certans, seu Oratiuncula in memoriam Mariæ Elisabethæ Holsaticæ, Ludovici, Hassiæ Landgravii, conjugis, cum IV. Declamationibus commilitonum aliorum de eadem funebribus, *in Theatro principalis pulchritudinis*, cum fratris Phil. Lud. Hannekenii, Prof. Giessensis, præfatione, edita, Giessæ 1665. in fol.

MENO NICOLAUS HANNEKENIUS, Lubecensis, Nicolai, Poliatri primarii, & Mariæ, D. Pauli Neucrantzii, eodem munere functi, gnatæ, filius, d. 17. Mart. A. 1682. natus, Med. Doctor Jenæ d. 8. Jan. A. 1704. a Georg. Wolfg. Wedelio creatus, Praxinqve artis suæ in patria mox exorsus, & ibidem d. 14. Maji A. 1717. æt. 35. mortuus. Plura de vita ejus V. in D. Rud. Wilh. Krausii *Propemptico Inaugurali*, istudqve secutis *Novis Literariis Germanicis A. 1704.*, *M. Apr. p. 152. 153.*, & *M. Jun. p. 228.* Fusius eam ex Anonymi Memoria illius Latine pariter atqve Germanice Lubecæ A. 1717. in fol. publicata, J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec.*, *p. 244 - 250.* exposuit.

Disp. de Ventriculi per æstatem imbecillitate, ab ipso scripta, & Præside Georg. Alb. Hambergero, Prof. Math., proposita. Jenæ 1702. in 4.

Disp. de Musco terrestri clavato, Præside D. Georg. Wolfg. Wedelio. Jenæ 1702. in 4.

Disp. Inaug. de Cancro mammarum, Præside eodem. Jenæ 1704. in 4.

Kurtzer Begriff des wahren Christenthums auß dem Catechismo zu seiner Privat-und Hauß-Andacht. Ratzeburgi.

Otiorum Geographicorum tomos duos eum luci publicæ destinasse, aliaqve sacri argumenti Scripta & Analecta ἀνέκδοτα reliqvisse, Seelenius, sigillatim ea *l. c.* enumerans, perhibet.

MENO PAULUS HANNEKENIUS, Lubecensis, D. Nic. Hannekenii, Poliatri, filius, d. 17. Dec. A. 1677. natus, e schola patria A. 1697. in Academiam profectus Witebergensem, Lugduni Batavorum Med. Doctor A. 1701. creatus, in Belgio, Gallia, Helvetia & Germania, seqventi peregrinatus biennio, & Lubecæ, post reditum, A. 1703. praxin exorsus Medicam; Musei rerum naturalium instructissimi, a Jacobo a Mellen (*in Diss. de Lapidibus figuratis agri Lubecensis p. 44.*) celebrati, possessor. Plura de Vita illius retulit J. H. a Seelen *Parte III. Athen. Lubec. p. 241-244.*

Disp. Inaug. de Febribus malignis. Lugd. Bat. 1701. in 4.

FRIDERICUS ADOLPHUS HANSENIUS, Grumbya (Præfecturæ Slesvicensis pago) Cimber, Toparcha hæreditarius Böhlensis, Schubyensis & Grumbyhofensis, in Academia Rostochiensi A. 1672., in Kiloniensi A. 1673., & in Jenensi A. 1674., est commoratus, Belgiumqve postea, Angliam, Galliam, & alias Europæ cultioris partes, itinere, in qvo perqvam curiosus, non rerum solum Politicarum, sed & naturalium, fuit scrutator, peragravit literario. Ex isto in Germaniam reversus, Carolo XI., Svecorum Regi, in Pomeraniæ primum Ducatu, sede fortunarum Gryphiswaldiæ fixa, aliqvamdiu fuit a consiliis, deinde vero, cum a Christiano V., Monarcha Danico, in patriam esset revocatus, Cancellariæ Regiæ Slesvigo-Holsaticæ curiæqve supremæ Glückstadiensis, ad obitum usqve, Senator. Ab eodem deinceps Justitiæ, regiminisqve & Status publici, adscriptus est Consiliariis, A. 1697. ad conventum de controversiis Holsaticis Pinnebergensem, A. 1698. autem in aulam Svecicam, & paulo post in Hispanicam, ablegatus, nobilitatisqve simul insignibus & EHRENKRONII donatus cognomine. In Hispania integrum fere exegit qvadriennium, &, amissa illic priori conjuge, Walteria, Glückstadium A. 1702. redux, secundas cum Catharina Beata Heldia, Christ. Gudii, Consiliarii Danici, Dithmarsiæqve Australis Præsidis, vidua, A. 1704. celebravit nuptias. Sublimiores, qvæ a Friderico IV., Rege Danico, Viro huic, non Juris solum & Politices, sed Philosophiæ etiam naturalis, Matheseos & Historiæ, peritissimo, insignisqve Nummophylacii, ac Bibliothecæ libris rarioribus, in Hispania præsertim excusis, instructissimæ, possessori, destinabantur, dignitates mors bonis omnibus luctuosa, qva d. 19. Martii A. 1711. patriæ est ereptus, ei invidit. V. M. Sim. Gerckenii, Ecclesiastæ Glückst., Leichabdanckungsrede, ed. Glückst. A. 1711. *in fol.*

Bibliothecæ ejus locupletissimæ & selectissimæ duplex prodiit Catalogus, alter ab hæredibus defuncti, A. 1717. *in 4.*, alter a Christ. a Lom, Bibliopola Batavo, a se emtam Hagæ auctione distracturo publica, Hagæ A. 1718. in 8. editus. V. de posteriori Joh. Gottl. Krausii neue Zeitungen von gelehrten Sachen, num. 62., A. 1718., p. 492. 493.

Conf. de illo *Epistolas Dedicatorias*, qvibus Christoph. Woltereckius A. 1709. *Electa rei nummariæ*, & Nicol. Lud. Esmarchius A. 1707. *Heliconem* suum Germanicum, ei inscripserunt, hujusqve in nuptias illius secundas Epithalamia, in eodem *Helicone*, *p. 40. 41. 42.*, & Woltereckianum in den Holsteinischen Musen, *p. 6 - 10.*, nec non Epicedium, ibidem *p. 41 - 46.* obvium.

Disp. Jurid. de Nummo, ejusqve corruptione & reductione, ab ipso conscripta, & Præside D. Henr. Rud. Redekero proposita. Rostochii 1673. (*in cujus locum 1663. in titulum irrepsit*) in 4. Commendatur a Sam. Reyhero *in Diss. de nummis e metallo Chymico factis*, *c. 31.*, *p. 114.*

Disp. Jurid. de Revisione, Præside D. Sam. Rachelio. Kilonii 1674. in 4.

Fragmentum Epistolæ Gallicæ de corporibus naturalibus Musæi Vischeriani Amstelodamensis rarioribus, ad Abbatem de la Roqve Oxonio scriptæ, in hujus *Diario Erud. Gallico Anni 1681.*, *n. 4.* (*ad. d. 17. Febr.*), *p. 50. 51.*, publicatum.

Fragmentum aliud Epistolæ ad eundem, de Anglo qvodam plumbum, nummos, aliaqve insolita, per vomitum rejiciente, Gallicæ, Londino d. 27. Mart. A. 1682. datæ, in *Diario* Roqviano Anni *1682.*, *n. 10.* (*ad. d. 13. Apr.*), *p. 147.*, editum.

MELCHIOR HANSENIUS, Slesvicensis, d. 3. Apr. A. 1633. in lucem editus, Juris utriusqve, cui Helmstadii & Argentinæ vacaverat, Licentiatus Rostochii A. 1658., Doctor autem A. 1664., est creatus, Augusto Friderico, Episcopo Lubecensi, ab A. 1666., fuit a consiliis, simulqve Canonicus Eutinensis, dieqve tandem 21. Febr. A. C. 1675.

&æ.

(1.) V. Conr. Sam. Schurtzfleischii Ep. gratul. & encomiast. ad eum, *T. II. Epistolarum arcanarum*, (Halæ A. 1712. edito). *num. 315. p. 475-476.*

& æt. 42., obiit. V. Historiam vitæ ejus, Bened. Martini, Past. Slesvic., *Sermoni funebri vernaculo*, Slesvigæ A. 1675. in 4. edito, adjectam.

Disp. Jurid. de Qvasi Usufructu, Præside D. Greg. Biccio. Argentinæ 1654. in 4.

Disp. Inaug. Juridica. Rostochii 1658. in 4.

M. PETRUS HANSENIUS, Pastor in Wagria, circa A. 1724., Plönensis (idem forte cum M. Pet. Hansenio, Slesvicensi, cujus Diss. Philos. Inaug. de Intellectus humani æqualitate, & in demonstranda veritate certitudine, Præside Alb. Feldenio proposita, Kilonii A. 1709. prodiit.)

Betrachtungen von einem tugendhaften Leben rechtgläubiger Christen, nach Vernunft und Schrift. Erster Theil von den Tugenden und Pflichten gegen GOtt. Plonæ A. 1724. in 8. prodiit, testibus Novellis Holsaticis. Seqventur duæ Partes aliæ, de Virtutibus haud dubie & officiis erga seipsum & proximum.

HERMANNUS HARBART, Senator urbis Hamburgensis a Civibus, Senatu invito, d. 20. Junii A. 1698. electus, & d. 22. Sept. demum introductus, ob plebis tumultum d. 7. Febr. A. 1708. munere se abdicavit, sed die 14. Junii illi est restitutus. Obiit d. 18. Junii A. C. 1709., ac ætatis 55.

Prætor edidit Speciem facti, & Acta Protocolli Testiumqve examinis, von Wilhelm Adrian Bürgers (einem von den *tumultuirenden Bürgern der Stielckischen Partey*), der, auf seinen Befehl, wegen der, bey seiner Auspfändung, an den Gerichtsdienern verübten Gewaltthätigkeit, gefangen gesetzet worden, den Lästerungen der Stielckischen Partey entgegen gesetzet. V. Barth. Feindii Junioris Schutzschrift *p. 90*.

M. BERNHARDUS HARDERUS, Hamburgensis Ecclesiæ initio Windaviensis, deinde autem Hasenpotensis & Zyraviensis, in Curlandia, Pastor, ac Superintendens demum in eadem Pilteusis, A. C. 1639., & æt. 63., teste Henn. Wittenio (*T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1639.*), defunctus. Tribuuntur illi ab eodem Scripta qvatuor seqventia, in lucem edita, non addito lingvæ, lociqve ac temporis, qvo prodierunt, indicio.

Synopsis Controversiarum Theologicarum inter Calvinianos & Lutheranos. (*Hanc Germanice Lubecæ A. 1615. in 4. esse excusam, Catalogus qvidam testatur.*)

Hortensia Passionalia, seu Conciones XII. in passionis Christi historiam (*Germanice itidem Rigæ A. 1639. in 4., teste Ephr. Prætorio, in Continuatione Biblioth. Homileticæ, publicatæ.*)

Argumenta Biblica in singula Bibliorum capita, Poemate Heroico.

Resticula Spiritualis.

HENRICUS HARDERUS, Poeta præstantissimus, in Epicis gravis & numerosus, in Elegis tersus ac facilis, & in Epigrammate inprimis argutissimus, nulliqve recentiorum, imo vix ipsi Martiali, secundus, Flenopoli (uti Frid. Rostgaardus, in Vita ejus, Poematis præfixa, cum familiarium, tum ipsius, *Epigrammate Libri II. 3tmo*, D. Joh. Mullero de consulatu illius gratulato, plus semel urbem hanc *suam*, civesqve ejusdem *municipes suos*, salutantis, testimoniis abunde demonstravit), primam A. 1642. lucem est intuitus, patreqve Claudio, Friderici III., Regis Daniæ, Phrygione gavisus aulico. Hafniam ab hoc Danorum (qvam patriam ejus fuisse Ol. Borrichius (1.), Pet. Resenius (2.) & Henn. Wittenius (3.), a Rostgaardo confutati, falso tradiderunt) puer A. 1652. deductus, scholam ejus, Rectore Georg. Hilario, freqventavit publicam, & in Academia deinde studia inchoata feliciter est prosecutus. Circa A. 1663., in prædio Fioniæ Finstrupensi, Schultiorum, Juvenum nobilium, functus est Ephoria, & in Anglia deinde Christoph. Lindenovio, Legato Danico, aliqvamdiu fuit a secretis. Ab illo A. 1670. dimissus, alia regna extera peragravit, Hafniamqve inde reversus, & Nicolao Frisio, Comiti, studiorum illic adjunctus moderator, morte immatura, d. 8. Jan. A. C. 1683., ac æt. 42., teste Rostgaardo, decessit, Ædiqve Petrinæ suas reliqvit exuvias.

Poemata ejus Latina (1. Hafnia arctiori obsidione liberata, Poema Heroicum, A. 1660. scriptum; 2. Panegyris Heroica in honorem Petri, Comitis a Greiffenfeld, magni Daniæ Cancellarii, seorsim antea Hafniæ A. 1675. *in fol.* edita; 3. Canum cum Cattis certamen, versibus, qvorum voces singulæ a litera C. inchoantur, Hexametris, sub larva C. Catulli Caninii, descriptum; 4. Epigrammatum libri III., seorsim Hafniæ A. 1679. *in 8.* excusi) junctim prodierunt in Frid. Rostgaardi *Deliciis VI. Poetarum Danorum*, Lugd. Bat. A. 1693. *in 12.* publicatis, inqve Actis Erud. Lipsiensibus (*M. Jan. A. 1694., p. 27-34.*), & Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogis Germanicis menstruis* (*M. Nov. A. 1694., p. 938. 939. 940.*), recensu adumbratis prolixiori, *Tomo II., p. 209-368.* De his ita Ol. Borrichius *l. c. Henr. Harderus, Hafniensis, Heroici carminis gloria paucis hodie cedit, ut, qvem nec in inveniendo copia deficit, nec facultas in eloqvendo. Argumento est non modo ejusdem Hafnia arctiori obsidione liberata, sed & recentiores ejus Panegyrici, & Epici, & Elegiaci, ita nervis & spiritu colligati, ut clare manum Apelleam fateantur. Nec minus artis ingeniiqve est in tribus ejus Epigrammatum libris.* Epigrammatis idem hanc A. 1679. præfixit Censuram: *Lectissima hæc Clarissimi viri, Dn. Henr. Harderi, Epigrammata Musis propitiis nata sunt, & vibrantibus argutiis provocant lectores, digna, qvæ publicis typis in manus plurium perveniant.* Lipsienses, *l. c. p. 31. 32., Epigrammata* Harderi *arguta profecto & tersa esse, eleganticaqve & ingenio nullis recentium Poetarum cedere, Epica autem, qvorum gravitate non minus excelluerit, qvam argutiis Epigrammaticis, insignia numeros Poeticos argumenti exæqvare dignitati,* judicarunt. Confer de laudibus eorundem Pet. Resenium (cui noster *Poeta* audit *insignis*) *l. c.*, Pet. Rabum (omnia ob inventionum & verborum copiam, Epigrammata vero ob acumen, varietatem castitatemqve, commendantem) *in Bibliotheca Europæ Belgica, M. Sept. & Oct. A. 1693., p. 275. 276.*, Anonymum (a qvo *une grande vivacité d'esprit dans ses Epigrammes* celebratur) en *la Defense de Danemarck, ed. A. 1696., c. 16., p. 188., Præfat.* nostram *Bibliothecæ Septentrionis eruditi*, §. *31., p. 51.*, & Sev. Lintrupii (cui Autor *Martialis* audit *Danicus*) *Præf. Supplem. L. Lat. Falsteriani p. 33.*

JOHANNES HARDERUS, Hatherslebiensis.

Threnodia Holsatiæ in obitum Johannis Senioris, Ducis Slesvicensis & Holsatici, edita A. 1581. in 4. (*M. C. K.*)

DIETERICUS HARDKOPF, Hamburgensis, Nicolai, Pastoris Nicolaitani, filius, J. U. Lic. & in patria Practicus, superstes A. 1698.

Oratio, qva, personam Richardi, Electoris Trevirensis, indutus, Franciscum I., Regem Galliæ, in Romanum Imperatorem eligendum esse svasit, cum duabus contrariis Henr. Ulneri, Cassellani, & Joh. Phil. Wittstenii, Waldecci (qvorum prior Legati, a Carolo V., Rege Hispanico, missi, posterior vero Alberti, Archiepiscopi Moguntini, personam sustinuit), sub titulo *Consultationis de electione Caroli V., Imperatoris*, edita Giessæ A. 1651. in 4.

(1.) *Diss. V. de Poetis Latinis, §. 218., p. 167.* (2.) *In Catalogi Bibliothecæ suæ Indice tertio.* (3.) *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 129.*

M. FRANCISCUS HARDKOPF, Hamburgensis, Georgii (*statim memorandi*) filius, laurea Witebergæ d. 13. Oct. A. 1681. potitus Philosophica (1.), Vici initio in Comitatu Pinnebergico Elmeshornensis, ab A. 1688., deinde autem templi Hornensis & Hammensis, recens, in patriæ conditi vicinia, ab A. 1693., Pastor, ac Diaconus tandem patriæ ipsius, ab A. 1698. (d. 13. Maji), Jacobæus, A. 1707., die 22. Dec., sibi olim natali, extinctus (2.).

Disp. de Messia, ut salvato Salvatore, ad Zach. IX. 9., Præside D. Abr. Calovio. Witeb. in 4. (*Catal.*)

Heilige Passions-Gartenlust, in VII. Predigten, auß der Passions-Historie, vorgestellet. Hamburgi 1697. in 12.

GEORGIUS HARDKOPF, Hamburgi A. 1626., patre Nicolao, Antistite Nicolaitano, matre autem Anna a Göhren, Dieterici mercatoris filia, in lucem editus, Ædis Nicolaitanæ in patria Diaconus d. 8. Jul. A. 1649. electus, ac d. 23. Jul. A. C. 1679., & æt. 53. (cum in duplici cum Anna Catharina, M. Francisci Simonis, Ecclesiastæ Georgiani, gnata, ac isti substituta M. Casp. Mülleri, Diaconi Petrini, vidua, vixisset matrimonio), defunctus. V. *Epicedia*, Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, & J. A. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 873.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Disp. de S. Scriptura, Præside D. Joh. Qvistorpio Seniore. Rostochii 1648. in 4.

Gottselige Nachtgedancken über die Worte Hiobs, c. VII. v. 3.: **Elender Nächte sind mir viel worden.** Hamburgi 1661. in 12.

Zwey Christliche Danckpredigten zu GOtt; die eine vor erlangte Gesundheit, auß Jer. XXXIII. 11.; die andere zum Beschlusse des alten Jahres, auß Ps. CXVI. 12. 13. 14. Rostochii 1674. in 12.

Heilfliessender Jacobsbrunn, nach Anleitung des wunderschönen Gesprächs Christi mit dem Samaritischen Weibe Joh. IV. in XIV. Predigten eröfnet. Hamburgi 1676. in 12. (*Nicol. Hardkopfio, parenti nostri, perperam tribuitur ab Ephraimo Prætorio, in Indice Autorum, Bibliothecæ adjecto Homileticæ.*)

II. ALIENA M. Nicol. Hardkopfii, parentis, cum suis ab illo publicata præfationibus:

Nachdenckender Leichengänger. Hamburgi 1664. in 12.

Christliche Buß- und Warnungspredigt, auß Matth. XXI. 8. Hamburgi 1664. in 12.

Geistliche Kampf- und Siegesschule, auß Luc. II. 46. Hamb. 1668. in 12.

Geistlicher Brodtkorb, mit zwölf heilsamen Brocken angefüllet; oder XII. Lehr- und Trostreiche Predigten M. N. H., wieder von ihm übersehen, und zusammen außgegeben. Hamb. 1675. in 12.

GEORGIUS HARMINIUS, Musicus, circa A. 1580., Lubecensis.

Edidit Melismata sacra Musica, a Nath. Chytræo Epigrammate Encomiastico (*melle magis mellita mele* ista appellante, Senatuiqve Lubecensi inscripto) commendata. V. *Lib. II. Epigrammatum, in Poematis illius, f. 149.*

M. PETRUS HARRINGUS, Hattstedia (Præfecturæ Husensis vico) Cimber (3.), Melanchtonis, & Collegarum ejus Calvinizantium, A. 1559. & seqq., Witebergæ fuit auditor, sententiæqve eorundem, in Controversiis Eucharistica & Ubiqvitaria, strenuus postmodum, cum ad Pastoratum & Ephoriam sacram urbis in Ducatu Anhaltino Cothenensis esset evectus, assecla & defensor. A. 1570., M. Majo, Colloqvio de temporis istius controversiis Servestano interfuit (4.). A. 1577. seqvius Theologorum Anhaltinorum de Libro Concordiæ Judicium, cujus Articulo octavo doctrina de communicatione Idiomatum, una cum Ubiqvitate, rejicitur, subscriptione sua Prid. Kal. Sept. approbavit (5.), A. 1578. autem Wolfg. Amlingi, Reformatorum in Ducatu Anhaltino Promachi, Parastata, M. Augusto, fuit, in Colloqvio cum Libri Concordiæ Autoribus (Mart. Chemnitio, Nic. Selneccero, Andr. Musculo, Christoph. Cornero & Jac. Andreæ), de plerisqve articulis controversis, Hertzbergensi, in qvo acriter ab utroqve cum istis est disputatum (6.). Generos habuit Wolfg. Frantzium, Theologum Acad. Witebergensis celeberrimum (7.), & Andr. Ursinum, J. U. D. Curiæqve & Consistorii Elect., in eadem urbe Witebergensi, Advocatum (8.). Commendavit illum, nisi fallor, M. Phil. Fabricius hoc suæ ad Dithmarsiam Elegiæ (9.) Tetrasticho:

Tu qvondam Harringum gremioqve sinuqve fovebas, | Harringum illum, inqvam, Latiæ Grajæqve loqvelæ
Prognatum antiqva stirpe Georgiadum, | Fovisti exundantem Oceanum in gremio.

Carmen de causis amoris conjugalis, nuptiis M. Petri Svelundii, Flensburgensis, & Margaretæ Hackmanniæ, sacrum. Witebergæ 1563. in 4. (*2. pl.*)

MUMMIUS HARSEN, Parochus in Nordstrandia, circa A. 1587., Ilegrofiensis, A. 1624. mortuus. V. J. M. Kraftii Zweyfaches Jubel-Gedächtniß *p. 406.*

Cantilena lugubris Saxonica de ingenti, qvi magnam Nordstrandiæ partem A. 1615. absorpsit, Cataclysmo, excusa A. 1616. in 4., & Slesvigæ A. 1617. in 8.

ISAACUS HARTWICH, Not. Publ. Cæsareus, Scholæqve in civitate Lubecensi Catharinææ Arithmeticus.

Tyrocinium Arithmeticum. Lubecæ 1644. in 8. (*Germ.*)

Rechenkunst. Lubecæ 1646. in 8. (*Memoratur in Catalogis qvibusdam, haud diversa forte a Tyrocinio præcedenti.*)

Viva demonstratio in Arithmeticam mercatoriam, oder richtiger Wegweiser zu den Kaufmannsrechnungen. Lubecæ 1673. in 8.

M. PAULUS HARTWICH, Hamburgensis, Henrici, Ecclesiæ Petrinæ Diaconi, filius, & in sacro isto munere, ab A. 1565. (M. Oct.), Successor, abdicato illo, e patria Rigam Livonorum d. 30. Jul. A. 1572. migravit, triennio autem post Hamburgi denuo privatus vixit, &, Ecclesiæ tandem in Hadelia, sive Otterndorfiensi oppidanæ, sive (qvam Fabricius substituit) Oldebrocensi, præfectus, A. 1593. vivis excessit. V. Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis*, Joach. Degeneri & Ad. Lennisii *Epistolas MSS. ad D. Paulum ab Eitzen*, & J. A. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 865.*

Apocalypsin Johanneam compluribus illustravit Tractatibus ἀνεκδότοις, e qvibus *Commentarium in Cap. III. Apoc.*, & *Tractatum de novissima Ecclesiæ Dei, ante finem mundi, per Lutherum divinitus facta restauratione, e Cap. XII. Apoc.*, Hamburgi, A. 1682., in Bibliopolii Naumanniani angulo reperi obscuro. In posterioris *præfatione* in Theolo-

(1.) V. Conr. Sam. Schurtzfleischii *Carm. Gratulatorium, in Poematis p. 116. 117.* (2.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 890.* (3.) V. *Titulum Carminis ejus, mox laudandi.* (4.) V. Val. Ern. Löscheri Unschuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. I. A. 1704. p. 26.*, ubi male *Pet. Herringus* vocatur. (5.) V. M. Dan. Sachsii *Scrutinium Ubiqvitatis, P. II., c. 8.* (6.) V. Joh. Forsteri Jun. *Hypotyposin Colloqviorum Theolog.*, *Tractatui de Conciliis præfixam*, Ad. Contzenii *Jubilum jubilorum p. 105-108.*, & Hier. Kromayeri *Hist. Eccl., Cent. XVI., p. 617.* (7.) V. D. Jac. Martini *Progr. funebre Frantzianum*, in H. Wittenii *Dec. III. Memor. Theol. renov. p. 19.* (8.) V. Inscript. Epitaphii, in Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., f. Aaaa. 3. a. b.* (9.) Legitur illa in Fabricii *Syllogæ Epicediorum Joh. Naumi scriptorum, lit. B. 5. 6. 7.*

Theologos qvosdam, laborum suorum contemptores, invehitur, seqve *Hierophantarum horum judicia spernere, ac sperare, sua in Apocalypsin Meletemata plus emolumenti Ecclesiæ esse allatura, qvam omnes illorum Commentarios,* arroganter profitetur.

JOHANNES CONRADUS HASE, Altonaviensis, a Reformatis, cum matre Maria Tilemannia, ad cœtum asseclarum Antoniæ Bourignoniæ fanaticum transgressus, cum, jussu magistræ, A. 1674. ineunte, Epistolam ejus in Senatum Ordinemqve Ecclesiasticum civitatis Flensburgensis invectivam, de scriptis suis violenter ablatis, fiscoqve addictis, expostulantem, Flenopolin attulisset, & Laur. Faustio, Consuli, exhibuisset, carcere audaciam hanc luit semestri, &, ex isto d. 30. Maji in forum protractus, publicæ, & Epistolæ illius, & librorum Bourignoniæ, exustionis, jussu regio per carnificem factæ, fuit spectator. Menstruo post tempore, d. 6. Jul., non urbe solum, & illius finibus, sed tota etiam Chersoneso Cimbrica, lata ejectus est sententia. Qvam tamen a Christ. Vto, Rege Daniæ, paulo post esse rescissam, Scriptor *Vitæ Antoniæ Bourignoniæ* Gallicus ἀνώνυμος (Pet. Poiretus), fata hæc ejus, *c. 25., p. 380-401.*, fuse enarrans, perhibet. Confer de iisdem Georg. Henr. Burchardi *Præfationem iteratæ editionis Animadversionum in errores Bourignoniæ vernacularum*, A. 1674. excusæ, *lit. e. 1. b. e. 2. a.*, ac Wiederholten Bericht wieder Ant. Bourignon *p. 37. 38. 39. 414. 415 - 420.*, Gotfr. Arnoldi (nomen illius supprimentis) *T. III. Hist. Eccl.*, *c. 16.*, *p. 162.*, & *Partem II. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr.*, *c. 6.*, *§. 7.*, *p. 155. 157. 158. 164.* superstes fuit A. 1676.

Edidit, cum *præfatione* sua contra Ministros Ecclesiæ Reformatæ Altonaviensis Apologetica prolixa, Husæ d. 20. Aug. A. 1673. conscripta, XXIV. Epistolas, & LX. alia Testimonia honorifica de vita, moribus, virtutibus librisqve Bourignoniæ, undiqve a se collecta, & Joh. Berkendalii, fabri cultrarii Altonaviensis Reformati, Wahrer Abbildung der Antonetta Bourignon, auß ihren eigenen Schriften und Worten, ac Nochmahliger Abbildung A. Bour., auß dem extract ihres neugebackenen Sohnes, J. C. Hasen, auß einer unter der Drucker Händen schwebenden Schmachschrift seiner Mutter, &c., Altonæ A. 1672. & 1673. *in 8.* publicatis, opposita. Prodierunt illa Germanice initio A. 1673. *in 4.*, sub hoc titulo: Gezeugniß der Wahrheit, gegeben durch eine grosse Anzahl glaubwürdiger Leute, in unterschiedlichen Briefen und Testimoniis über das Leben, Sitten, Tugenden und Schriften J. Antonetta Bourignon, von dero Kindheit biß auf ietzige Zeit; zur Vernichtung der Lügen und falschen Beschüldigungen Joh. Berkendals wieder dieselbe, in zwey, unter dem Titul Wahrer Abbildung *A. Bourignon*, zu Altona gedruckten Schmachschriften. Belgice deinde eadem sunt edita Amstelodami A. 1680. *in 4.*, Gallice autem (sub tit.: *Le Temoinage de verité, touchant la Demoiselle Antoinette Bourignon*), tribus inclusa voluminibus, seorsim ibidem A. 1682., &, cum reliqvis Bourignoniæ Operibus, in XIX. Tomos digestis, A. 1686., *in 8.* Reposita iis est a Joh. Berkendalio die dritte Abbildung Antonettæ Bourignon, auß ihrem Gezeugnisse der Wahrheit, Altonæ A. 1674. *in 8.* excusa.

JACOBUS HASEBARDUS, patre Chirurgo Hamburgensi cognomine, matre vero Abigaele, Bonifacii filia, Lubecæ (in cujus locum Claud. Lyschander solus (1.) Hatherslebiam substituit) A. 1552. est natus, ac in Dania, qvam pater, a Christiano III., Rege, evocatus, anno seqv. 1553. adiit, &, hoc A. 1556. defuncto, Hatherslebiæ, ab Ant. Batto, Pharmacopola, vitrico suo, educatus. A. 1563. Dorothea, Christiani III., Regis, vidua, suis adscriptum alumnis domi initio curavit institui, & ad generum postea, Augustum, Saxoniæ Electorem, profecta, ipsi, in comitatum assumpto, locum in schola Misniæ Portensi gratuitum impetravit. Sexennio in hac ab Electore sustentatus integro, A. 1569., cum Paulo Matthiæ, affini suo, Episcopatum Ripensem cum Roeskildensi, ac Professione Hafniensi Theologica, commutaturo, Acad. Hafniensem petiit, cœptumqve illic studiorum Medicinæ ac Philosophiæ curriculum Rostochii, ac Witebergæ (A. 1580.) continuavit. In Italia, stipendio instructus regio, triennium, in Anglia autem, titulo Doctoris Basileæ jam ante A. 1583. impetrato, sexennium seqvens exegit. In Daniam A. 1590. reversus, uxore A. 1591. Hafniæ ducta Christina, Nicol. Paschasii, scribæ in arce regia primarii, filia, (septem ipsi liberos, &, hos inter, Jacobum, Antistitem Hafniensem e Professore Matheseos Marianum, enixa), Archiatri dignitatem a Christiano IV., Rege, A. 1593. obtinuit, multisqve in itineribus hunc comitatus periculosis, Slaglosiæ tandem in Jutia, d. 3. Sept. A. C. 1607. (2.) (non vero 1606., qvi a Thoma Bartholino (3.) substituitur), ætatisqve suæ 54., exspiravit. Vitam ejus fusius adumbravit M. Joh. Stephanius, Prof. Hafniensis, in *Programmate funebri*, A. 1607. excuso, ac in Thomæ Bartholini *Cista Medica Hafniensi, Loc. XIV.*, *p. 141 - 145.*, recuso, indeqve repetiit Paulus Freherus *in Theatro Erud. p. 1322. 1323.* Conferantur de illo Cl. Lyschander, Conr. Aslacus & Joh. Svaningius, *ll. cc.*, Thom. Bartholinus *Diss. II. de Med. Dan. domest. p. 41.*, Alb. Bartholinus *in Tr. de Script. Dan. p. 60.*, meaqve ad hunc *Hypomnemata p. 251.*, Er. Vindingius in Vita filii cognominis, *Academiæ Hafniensi p. 281. 282. 283.* inserta, Pet. Resenius *in Inscriptt. Hafn. p. 65. 66.*, & Henn. Wittenius *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 11.* Qvos inter Lyschander *Virum magni ingenii, summæ eruditionis & excellentis judicii, Germaniæ & Galliæ Doctoribus plurimis merito anteferendum,* Vindingius autem *Virum solidæ eruditionis*, eum appellavit.

Carmen in nuptiis Joh. Aurifabri, Prof. Hafn., & Helenæ. Hafniæ 1577.

Epitaphium Mariæ, Reginæ Scoticæ, ab Elisabetha, Angliæ Regina, securi percussæ, Hafniæ impressum. (*Ob duo hæc Poematia, mihi non visa, Scriptoribus Danis, ab utroqve Bartholino ll. cc. est annumeratus.*)

Panegyris in honorem Christiani IV., Regis Daniæ, recens nati. Hafniæ 1577. in 4. (*V. Catal. Biblioth. Resen. p. 235.*)

Epitaphia Georg. Hvitfeldii, Absal. Rosenkrantzii & Erici Litle, Nobilium Danorum, lue epidemia extinctorum. Basil. 1582. in 4. (*Catal.*)

M. DANIEL HASENMÜLLER, Eutino Wagrius, Viti, Diaconi oppidani, e Margareta Frantzia, Volcmari, Canonici Eutinensis, gnata, filius, d. 3. Jul. A. 1651. in lucem editus, e scholis patria ac Lubecensi A. 1670. in Acad. Kiloniensem, & A. 1675. in Lipsiensem, abiit, reportatoqve illic Magistri titulo Kilonium reversus, in professione Græca A. 1682. Henr. Opitio, Præceptori, in Homiletica A. 1688. (qvo Rectoratu etiam fungebatur Academico) Joh. Georgio Wasmuhtio, & in Hebræa tandem A. 1689. eidem Opitio, successit, sed biennio post, d. 29. Maji A. 1691., qvadragenarius vivis excessit. V. *Programma* de vita ejus *funebre* Kiloniense, inter *Programmata* D. G. Morhofii, *Orationibus* A. 1698. adjecta, *num. 72.*, *p. 892 - 899.*, & *in Elogiis Philologorum Hebræorum*, a G. H. Götzio Lubecæ A. 1708. junctim *editis*, *num. 6.*, *p. 32 - 38.*, recusum, ac Joh. Henr. a Seelen *Partem III. Athen. Lubec. p. 426. 427. 428.*

Disp. Philol. de Lingvis Orientalibus. Lipsiæ 1677. in 4.

Psalmi Poenitentiales Syriaci, cum versione Latina Thomæ Erpenii; punctis vocalibus, atqve Latina interlineari expressione, in usum facilioris lectionis, ab eo instructi: Editi, cum seorsim, tum sub finem *Syriasmi* Henr. Opitii, Lipsiæ A. 1678. in 4.

(1.) *In Catal. MS. Scriptorum Danicorum, lit. I.* (2.) Testibus Conr. Aslaco *in Chronologia, Orationi adjecta Jubilæa*, & Joh. Svaningio *in Chronol. Danica.* (3.) *in Cista Med. Hafn.*, *Loc. XIV.*

Biblia parva Græca V. T., ex versione LXX. Interpretum exhibentia omnia illa dicta, qvæ Henr. Opitius ex textu Originali Bibliis suis parvis Hebræo-Latinis inseruit. Kilonii 1686. in 12.

Michaelis Pselli Dialogus Græcus περὶ τῆς ἐνεργείας τῶν δαιμονίων, sive de operatione Dæmonum, cum Versione Latina & Notis Gilb. Gaulmini, Molinensis, Regis Galliæ Consiliarii, denuo ab illo recensitus. Kilonii 1688. in 12. Editionem hanc mendis plurimis & textum Pselli, & Notas Gaulmini, deformasse, Joh. Clericus, *T. XV. Biblioth. Univ. Histor.*, *M. Oct. A. 1689.*, *p. 117. 118.*, recte observavit.

Janua Hebraismi aperta, cujus Parte I. præcepta Grammatica breviter & solide traduntur; II. Vocabularium Buxtorfianum, sic satis plenum, exhibetur; III. Textus Biblici continentur, IV. difficiliora omnia accurate resolvuntur, V. deniqve Institutio Accentuationis succincte & clare, cum duplici Accentuatione Decalogica, proponitur. Kilonii 1691. in 8. obl. Eam, tanqvam *commode dispositam*, Nicol. Christoph. Lynckerus, JC., *Lib. II. Instructorii forensis*, *Membr. I.*, *Sect. I.*, *P. I.*, *Cap. I.*, *§. 12.*, *lit. I. 2. a.*, commendat.

M. VITUS HENRICUS HASENMÜLLER, Wagria Holsatus, morte immatura extinctus. V. de eo Jo. Henr. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 428. 429.*

Disp. Philologico-Historica de operibus Sabbathum depellentibus, ex mente Hebræorum. Jenæ 1708. in 4. V. *Nova Lit. Germ.*, *M. Oct. A. 1708. p. 389.*

Epistola de Annis Ministerii Christi propemptica ad Joh. Ritterum, Ecclesiasten Lubecensem, Lub. A. 1711. in 4. in qva, IV. Paschata a Christo esse celebrata, probare est conatus.

Exerc. de Theologia Latronis Luc. XXIII. 42. Præside D. Georg. Henr. Götzio, Lub. 1712. in 4.

NICOLAUS CHRISTIANUS HASSINGIUS, Ecclesiæ ruralis Brarupensis Holsato-Glücksburgicæ, Flensburgo vicinæ, circa A. 1610., Parochus, A. 1623. superstes.

Trostschrifft uth Gades Worde, an Johannis des Oelderen (1.), Erven to Norwegen, und Hertogen to Sleswig Holsteen, hochgebahrne Förstliche Kinder, Herren und Früwlin. Slesvigæ 1623. in 4. L. Saxon. (*1. Alphab.*)

CHRISTIANUS ab HATTEN, Segebergensis, Henrici, Cancellarii Provincialis Cimbrici, filius, J. U. D. (Gryphiswaldiæ A. 1633. creatus), Christ. IV. & Frid. III., Regum Daniæ, Frid. IV., Ducis Holsato-Gottorp., & Antonii Güntheri, Comitis Oldenburgici, Consiliarius, Oldenburgi d. 9. Jan. A. 1656. mortuus. V. D. Matthiæ Cadovii, Superint. Oldenb., Bildniß des Todes der Gerechten, sive Sermonem ex Es. LVII. 1. 2. funebrem, ei habitum, ac Oldenburgi A. 1656. *in 4.* excusum.

Disp. Inaug. de jure Patronatus Ecclesiarum, Præside D. Frid. Mevio. Gryphisw. 1633. in 4.

HENRICUS ab HATTEN Senior, Segeberga Holsatus, Christiani, arcis regiæ atriarii, filius, curriculo studii Juridici in Academiis Witebergensi (A. 1603. salutata (2.)), & Rostochiensi (Doctoris ei largita titulum), absoluto, Christiani IV. & Friderici III., Regum Daniæ, Friderici qve IV., Ducis Holsato-Gottorpiensis, per annos XXII. (3.), Consiliarius fuit intimus, & Cancellarius Slesvigo-Holsaticus provincialis, simulqve Canonicus Slesvicensis. Ferdinandus II., Imperator, ad se ablegatum Comitem creavit Palatinum, & in S. Rom. Imperii Nobilium ordinem, una cum posteris, evexit (4.). Superstes fuit A. 1652., & defunctus, inqve æde Cathedrali Slesvigæ sepultus, Christianum, modo memoratum, aliosqve liberos, e filia Joach. Reichii, Consiliarii Regii, susceptos, patriæ reliqvit.

Disput. Juridica Inauguralis. Rostochii in 4.

Die Sleswig-Holsteinische Policeyordnung Christiani IV., Königs in Dennemarck, und Friderici, Hertzogen von Holstein. Glückstadii 1636. & 1665. in 4. De scripto hoc publico, cujus ille verus fuisse Autor perhibetur, V. *P. I. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 15.*, *§. 19.*, *p. 278.*

Die revidirte Sleswig-Holsteinische Landgerichtsordnung. Glückstadii 1637. 1665. & 1690. in 4., & Slesvigæ 1701. in fol. & 4. *Ordinationis* hujus, qvam vocant, *judicii Provincialis Slesvigo-Holsatici*, cum A. 1573., Friderici II., Regis Danici, & Johannis Adolphiqve, Ducum Holsatiæ, jussu, congereretur primum ac publicaretur, Scriptorem præcipuum D. Ad. Trassigerum, Cancellarium Holsato-Gottorpiensem, revisionis autem ejusdem, cum A. 1636., Christiani IV., Regis, & Friderici IV., Ducis Holsato-Gottorpiensis, auspiciis, a nonnullis horum Consiliariis, Ordinumqve patriæ Legatis, expunctis, qvæ fori usus non amplius admittebat, additisqve edictis recentioribus, & dubiorum, ab Ordinibus propositorum, decisionibus, emendaretur ac augeretur, factæ, Directorem Hattenium, fuisse, a Viro Illustri, Marqv. Gudio, sum edoctus, suisqve locis fusius exponetur. Confer interim *Partem I. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 15.*, *§. 18.*, *p. 276. 277. 278.*

MSSta complura de Legatione in aulam Cæsaream, qvæ a se asservari, sed, ob ductus literarum intricatissimos, legi vix posse, nepos ejus, Henr. Georg. ab Hatten, mox laudandus, olim mihi retulit.

[Confer de Hattenio Anagrammata in nomen ejus Encomiastica Nicol. Scribonii *Lib. I. Lusuum Gottorp. p. 12.*, & Georg. Nicol. Erasmi *L. 2. Anagramm. Emmetr.*, *n. 17.*]

HENRICUS ab HATTEN Junior, Christiani (*de qvo supra dictum*) filius, Holsatus, Juris utriusqve, cui, ab A. 1660., in sex vacaverat Academiis Germanicis, Licentiati titulum in Rostochiensi A. 1668. adeptus.

Disp. de Inqvisitione criminum, Præside D. Henrico Michaelis. Kilonii 1666. in 4.

Disp. Inaug. de Contumacia, Præside D. Georg. Radovio. Rostochii 1668. in 4.

HENRICUS GEORGIUS ab HATTEN, Tunderensis, Henrici, Consulis Urbis illius, filius, Henriciqve, Cancellarii totius patriæ provincialis, nepos, JCtus eruditus & per cultiorem peregrinatus Europam, qvi, stationum hospitiorumqve Legionis Danicæ eqvestris Bassianæ militarium metator supremus (Regiments-Qvartiermeister) a Rege suo constitutus, Flensburgi d. 23. Jun. A. 1694. vivis excessit.

Disp. de Jure majestatico Imperii Romano-Germanici, Præside D. Gerhardo a Stöcken. Argentinæ 1671. in 4.

Disp. de Justitia, sine Præside proposita. Argentinæ in 4.

Disp. de Nuptiis & jure Virginum, sine Præside itidem defensa. Basileæ in 4.

JOHANNES ab HATTEN, Rendesburgensis, J. U. D., & Christiani Alberti, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, A. 1683. superstes.

Disp. Inaug. de Crimine læsæ majestatis, Præside D. Joach. Schnobelio. Rostochii 1645. in 4.

FRIDERICUS HAUCKE, Gardinga Eiderstadiensis, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgensis, & A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. de Vi Medicinali. Basileæ 1680. in 4. (*V. Hamb. Lit. A. 1716.*, *p. 25.*) HER-

(1.) Johannis sc., Ducis Holsato-Sünderburgici, qvi vulgo *Junior* rectius a nostratibus vocatur, ut distingvatur a Joh. Seniore, Christ. III. Regis fratre. A. 1580. Hatherslebiæ mortuo. (2.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb.*, *lit. Ll. 2. a.* (3.) Teste Matth. Cadovio *in Serm. funebr.* (4) V. Casp. Danckwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c. 3.*, *p. 17.*

HERMANNUS HAVEMANN, Lubecensis.

Virgiliocento de Angelodracontomachia, sive infelici Angelorum lapsorum certamine (ex Apoc. XII.), publice in Schola Lubecensi recitatus. Lubecæ 1608. in 4. V. J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec., c. 13., p. 243. 244.*

GEORGIUS HAUWELMEYER, Hamburgensis, J. U. Doctor, & in patria Practicus, A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. ad Tit. Instit., qvibus modis Testamentum infirmetur. Lugd. Bat. 1713. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 22.*

M. HIERONYMUS HECHT, seu LUCIUS, Ecclesiastes oppidi in Stapelholmia Fridrichstadiensis, circa A. 1632., Lutheranus.

Christliches Bedencken und Erörterung zweyer Fragen: 1. Ob man einen wahren Christen zur Annehmung falscher Lehre nöhtigen und zwingen könne? 2. Ob derjenige, so seinen Abfall mit einem Eidschwure betheuret, hernach vor GOtt zu entschüldigen sey, wenn er saget: Gezwungener Eid ist GOtt leid? Hamburgi 1635. in 12. (*Catall.*)

JOHANNES BAPTISTA ab HECKEN, Hamburgensis, J. U. Doctor, A. 1696. mortuus.

Theses Juris Inaugurales miscellaneæ. in 4.

HIERONYMUS HEERE, Hamburgensis, J. U. Lic. & Collegii XIIvirorum urbis patriæ Secretarius, circa A. 1654.

Disp. Jurid. Inaug. de Legitima, Præside D. Henr. Hahnio. Helmstadii 1644. in 4. Recusa in Volumine Disputt. Juridicarum, Præside Hahnio habitarum, ibidem A. 1656. in 4.

JOHANNES CHRISTIANUS HEERE, Hamburgensis, J. U. D. & in patria, circa A. 1698. & 1704., Practicus.

Disp. Inaug. de jure connubiorum. Aureliæ 1672. in 4. (*V. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701., p. 12.*)

HEERTJE, sive HERTHA, Sibylla Frisiæ nostræ Borealis decantatissima, A. C. 1400. ex uteri materni carcere ferri ope esse liberata, partuqve Cæsareo in lucem edita, perhibetur. Patria ejus a plerisqve fuisse creditur Nomarchia præfecturæ Tunderensis Widingica, ab aliis autem Nordgoesensis Flenopolitanæ, in cujus vico principe, Bredstadia, & partem vitæ exegit potissimam, & vivis tandem post A. 1420. excessit. Scientia futurorum atqve occultorum admiranda eam valuisse, vulgus Frisiæ nostræ sibi persvadet. Cujus cum Principes periculum facturi in arcem illam Gottorpiensem evocassent, & sellæ, sub cujus pulvinari ova complura erant abscondita, insidere jussissent, honorem hunc, subdole sibi delatum, fertur recusasse, seqve ovis excludendis a natura haud esse destinatam, respondisse. Circumferuntur Vaticinia ejus plurima de futuris Frisiæ Borealis inundationibus, & aggeribus contra istas exstruendis, aliisqve rebus minoris momenti, a M. Alb. Meiero, Parocho Lindholmiensi, in Articulos XXV. digesta, sed etiamnum ἀνέκδοτα. Nonnullis eorum eventus respondit; de cæterorum veritate secula futura posteros nostros edocebunt. V. de illa Ant. Heimreichii, qvædam recitantis vaticinia, *Chronicon Frisiæ Borealis Germanicum, Lib. II., c. 9., p. 156. 157. Editionis posterioris.*

M. ANDREAS Petræus HEGELUND, Ripensis, Petri (de qvo mox dicetur), Diœceseos Ripensis Episcopi, nisi fallor, filius; Scholæ Slaglosianæ in Seelandia Danica, circa A. 1625. (qvo Magister Hafniæ a Wolfg. Rhumanno creabatur), ac deinde Hafniensis, circa A. 1638., Rector, tandem vero Stegensis in Monensi Insula Ecclesiæ Parochus. V. Pet. Resenii *Inscriptt. Hafnienses, p. 254.*, & Alb. Thura *Ideam Hist. Lit. Dan. p. 30.*

Nucleus Terentianus, A. 1634. congestus, MS. in 8. Superest in Biblioth. Pet. Resenii, Academiæ Hafniensi donata. V. *Catalogum illius p. 307.*

M. PETRUS HEGELUND, sive HEGELIUS (1.), Ripis Cimbrorum d. 9. Jun. A. 1542. natus, patrem habuit Janum Hegelund, Wiburgensem, urbis Ripensis Consulem, matrem vero Mariam, Petri Ibsonii, Senatoris ejusdem, filiam, ac inter XI. horum liberos natu fuit maximus. E schola, qvam M. Joh. Thomæus tunc moderabatur, patria A. 1561. in Academiam Hafniensem, & Nicol. Hemmingii, Theologi celeberrimi, convictum, digressus, insignes in doctrina sacra, Philosophia, & literis elegantioribus, triennio seqventi, fecit progressus. A. 1564. in Germaniam abiit, & Lipsiæ biennium exegit integrum, Witebergæ autem, qvo, Hafniam reversus, ab hospite pristino, Nicol. Hemmingio, cum filio degenere, Johanne (Professore postea Hafniensi), ceu Ephorus illius, ablegabatur, inqve aliis scholis Germaniæ illustribus, triennium. Inde, post impetratos Witebergæ, ab ipso pariter atqve Hemmingio juniore, A. 1568. Magisterii honores, Hafniam A. 1569. denuo rediit, & Rectoratum scholæ patriæ Ripensis, eodem anno susceptum, per decennium, summa cum laude, administravit. Non enim solum reditus scholæ antiqvos novis, a Friderico II., Rege, impetratis, auxit, sed ex illa etiam, tanqvam eqvo Trojano, viros eruditos qvamplurimos, ac, hos inter, Joh. Pauli Resenium, Theologum Daniæ illustrem (2.), ad palæstram ablegavit Academicam. E Scholæ Rectore A. 1579. Lector ejusdem, post M. Laur. Ægidium, factus est Theologus, A. 1584. ædis Cathedralis Canonicus, A. 1588. (abdicato Lectoris officio) ejusdem Basilicæ, post M. Jacobum Matthiæ Vellejum, Pastor, & A. 1595. tandem, d. 4. Mart., M. Joh. Lagonii, in totius Diœceseos Ripensis Episcopatu, Successor (3.). Episcopatu hoc, regia sibi autoritate, cum Parochi, Præsulem electuri, bis, re, ob discordiam, infecta, discessissent, & ipse ab iisdem, cum tribus aliis Pastoribus, Hafniam esset ablegatus, commisso, per lustra propemodum functus est qvatuor, eodemqve tandem, cum vita, d. 18. Februarii (Luthero etiam emortuali) A. C. 1614., & ætatis 72. (4.), defunctus, pedum sacrum successori suo, D. Ivaro Hemmettæo, reliqvit. Tres habuit uxores, qvarum prima, Anna, M. Joh. Canuti Holmii, Theol. Lectoris & Canonici Ripensis, filia, A. 1571. ducta, puerpera A. 1573. decessit; secunda Margareta, Georg. Petræi, Pastoris ac Præpositi Tunderensis, gnata, A. 1579. in thorum admissa, tres ipsi mares (ac, hos inter, M. Georgium, ludi Ripensis moderatorem), ac qvatuor puellas, est enixa, Annoqve 1591. mortua; tertia vero Anna, Andreæ Severini, Senatoris Ripensis, filia, qvacum A. 1594. nuptias celebravit, mariti familiam sex nobilioris ac tribus seqvioris sexus auxit liberis, extinctoqve superstes, A. 1640. demum obiit.

Vitæ ejus historiam Biographiæ Danicæ, a M. Pet. Terpagrio, V. C., Ripis transmissæ, maximam partem debeo, & ex aliis passim auxi Autoribus.

Conferri de illo possunt, præter Epitaphii Ripensis, in Æde Cathedrali ab ipso superstite A. 1608. sibi suisqve erecti, Inscriptionem elegantem duplicem, Metrico-Prosaicam & Latino-Danicam, satis prolixam, a Pet. Terpagrio, *in Inscriptionibus Ripensibus, p. 42-47.*, exhibitam, eædem *Inscriptiones p. 3. 4. 7. 16. 17. 19. 148.*, Jonæ Coldingensis in nuptias ejus secundas Epithalamium, *Descriptioni Daniæ* A. 1594. adjectum, Har. Huitfeldii & Henn. Wittenii scripta jam

(1.) Ita se ipsum appellat *in Epicedio, Christiani III., Regis, memoriæ sacro.* (2.) V. Er. Vindingii *Acad. regiam Hafniensem. p. 176.* (3.) V. Har. Huitfeldii *Chronicon Episcoporum Daniæ p. 35.*, & Pet. Terpagrii *Inscriptt. Ripenses p. 3. 4. 7.* (4.) Confer Henn. Wittenii *Appendicem Tomi I. Diarii Biographici Seculi XVII., ad A. 1614.*

jam citata, Claud. Lyschandri *Catalogus MS. Scriptorum Danicorum, lit. P.*, Alb. Bartholini *Tr. de scriptis Danorum p. 117.*, meaqve ad illum *Hypomnemata p. 375.*, Pet. Terpagrii *Series Metrica Episcoporum Ripensium Joh. Laurentii continuata p. 34.*, & Alb. Thura *Idea Hist. Lit. Dan. p. 65.*

ELOGIA.

Haraldo Huitfeldio (*l. c.*) *Vir* audit *probus & pius*;

Claud. Lyschandro (*l. c.*) *Vir praeclaro ingenio & morum integritate ornatissimus, Philosophus & Theologus insignis, in explicandis S. Literis elegans & perspicuus.*

M. Andr. Scerbecio, Praeposito Gviddingherdensi (*in Epistola de morte ejus, A. 1614. exarata*) *Vir veteris seculi, rarae eruditionis, sedulitatis, pietatis, & multae lectionis.*

Ol. Borrichius, *Diss. V. de Poetis p. 167.*; ita de illo: *Pet. Hegelundius, Episc. Rip., non modo in enarrandis Phil. Melanchtonis Epigrammatibus versatus est pie & erudite, sed, in Scenico etiam genere felix, Susannam repraesentando decorum artis mire custodiit.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Epicedium de Christiano III., Rege Daniae, in schola Ripensi recitatum, & Joh. Thomae, hujus Rectoris, *Orationi* de eodem Rege *parentali*, Basileae A. 1560. *in 8.* editae, adjectum, recusum vero *Tomo III. Orationum & Elegiarum in obitus Principum Germaniae funebrium*, Francofurti A. 1567. *in 8.* impresso, *fol. 23-43.*

Carmen gratulatorium ad Joh. Albertium, Seelandiae Episcopum, cum Theol. Doctor Hafniae d. 28. Jan. A. 1565. crearetur. in 4.

Susanna, Tragico-Comoedia. Hafniae 1578. in 4. Hanc, Danice etiam ibidem A. 1578. *in 4.* editam, Ol. Borrichius elogio insigni, paulo ante recitato, est dignatus.

Epitome sive Compendium Orthographiae Aldi Manutii. Antwerpiae 1579. in 8. *Index Hispan. Expurgatorius* Ant. Sotomajoris, A. 1667. publicatus, *p. 827.*, lectionem ejus permittit, sed A. 1597. illam prodiisse facili errore perhibet.

Epigrammata Philippi Melanchtonis selectiora, formulis precum, historiis, Paraphrasi dictorum divinorum, & sententiis gravissimis, maxime insignia; ex edito Epigrammatum libello, & aliunde, excerpta, ac, ut pueris in pia institutione proponi & inculcari possint, seorsim, cum indicatiunculis argumentorum ad capita certa, ordine aliqvo collecta, a M. Pet. Hegelundio, Iconibus autem, argumento convenientibus, illustrata a Sigism. Feyrabend, Bibliopola Francofurtano. Francofurti 1583. in 4. Commendata sunt ab Ol. Borrichio *l. c.*

Homagium, Christiano IV., Regi Daniae, praestitum. A. 1610 in 4. *V. Catal. Biblioth. Mulen. Hafn. p. 307.*)

Formula movendi comparandiqve nomina Adjectiva. Hafniae 1631. in 8. (*V. Alb. Barthol. l. c.*)

II. DANICA.

Diabola personata, seu Calumnia. Hafniae 1579. in 4. *V. Catal. Biblioth. Resen. p. 167.*

Elogia Mulierum. Slesvigae 1587. in 8. (*Catall.*)

Epicedium in obitum Annae Parsbergiae. Slesvigae 1587. in 8.

A. B. C. af Bibelske Ordsprocke (i. e. Sylloge dictorum S. Scripturae classicorum Alphabetica). Slesvigae in 8. Hafniae 1627. in 8.

INEDITA.

I. LATINA.

Epitome Historiae Danicae, qvae MS. in Bibliotheca Acad. Hafn., teste MStorum ejus Catalogo, superest.

Explicatio Evangeliorum Dominicalium Latina, & Praelectiones in Epist. ad Galatas, qvas M. Joh. Pouchium, Diaconum Ripensem, possedisse, Index MSStorum ejus, a Cl. Terpagrio transmissus, testatur.

Vita M. Joh. Petri Grundith, Pastoris Ripensis, a Cl. Lyschandro *l. c.* memorata.

II. DANICA.

Historia belli inter Frid. II., Regem Daniae, & Ericum XIV., Regem Sveciae, qvae in Biblioth. Acad. Hafn., teste Catalogo, itidem asservatur, eademqve est, ni fallor, cum *Historia Friderici II. MSta*, qvae a Pet. Resenio, *in praef. Chronici sui ejusdem vernaculi*, Hegelundio tribuitur.

Homiliae in Periochas dierum dominicorum & festorum Evangelicas & Epistolicas, Historiamqve passionis Christi, Litanevticae item, & de educatione puerorum, qvas M. Joh. Pouchius, paulo ante laudatus, possedit.

MStum de passione Christi, in Biblioth. Acad. Hafniensis Reseniana reliqvum. V. *Catalogum illius* (A. 1586. exaratum id esse tradentem) *p. 268.*

Qvinqve Comoediae sacrae, Rythmis scriptae Danicis (1. om Abel oc Cain; 2. om Abraham; 3. om Lazari Opstandelse; 4. om de X. Spedalsse; 5. om den rige Mand oc Lazaro), qvas eadem Bibliotheca Reseniana, *Catalogo p. 326. teste*, asservat.

ADOLPHUS AUGUSTUS HEICKIUS, Plöna Wagrius.

Schuldige Thränen, der Hochfürstlichen Leiche Friderici, Hertzogen zu Holstein-Gottorf, gewidmet. Kilonii 1702. in fol. Poema 5. plagularum Germanicum, de qvo V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1703.*, *p. 237.*

M. ANTONIUS HEIMREICHIUS WALTHERUS, in Parochia Nordstrandiae Trindermarsensi, patre Johanne (*deinde celebrando*), matre autem Magdalena, Ant. Brunsii, Parochi Evensbüllensis, filia, anno circiter 1625., natus, rudimentis studiorum domi, ac in Gymnasio Lüneburgensi, absolutis, in Academiis vixit Julia & Lugduno-Batava (1.), Germaniamqve, Belgium, Angliam, Galliam, Italiam, Hungariam & Bohemiam, itinere peragravit literario. Domum ex isto redux, Mohrensi in tractu insulae natalis Beltringico Parochiae, ab A. 1652. (2.), ad fatalem 1684., praefuit, &, cum sexagenario proximus isto decederet, munus sacrum Henrico filio, ex uxore Helena, Petri Finckii, Scribae Nordstrandici provincialis, gnata, suscepto (3.), reliqvit. Locum inter historiae provinciarum Cimbriae Frisicarum, gentisqve Dithmarsicae, scriptores jure sibi vindicat haud postremum, ob libros vernaculos, qvibus ingentem illi lucem, ex Annalibus monumentisqve variis ineditis, magno numero, uti Autorum indices, istis praefixi, ostendunt, conqvisitis, est foeneratus, multaqve Casp. Hoyero, Christiano Cilicio, Matthiae Boethio & Casp. Danckwerthio, haud male licet de eadem ante se meritis, vel ignota, vel praetermissa, primus ab oblivione vindicavit. Majorem tamen haud dubie laudem reportasset, si in minutiarum recensu fuisset parcior, &, Ubbonis Emmii, scriptoris Historiae Frisicae universalis egregii, exemplo, judicio, in narrationibus veris ac fabulosis discernendis, usus accuratiori, a putidissimis Annalium malae fidei Frisicorum commentis, per Suffridum Petri ac Bernh. Furmerium recoctis, sibi temperasset, nec istis originum Chersonesi nostrae, maritimarumqve ejus provinciarum, foedasset historiam. Confer qvae de illo a nobis, *in Isagoge ad Hist. Cimbr.*, *P. I.*, *c. 4.*, *§. 7.*, *p. 38.*, *& c. 5.*, *§. 12.*, *p. 59.*, *P. II.*, *c. 2.*, *§. 1.*, *p. 12. 13.*, *P. III.*, *c. 2.*, *§. 3. & 6.*, *p. 240.*

(1.) V. *Chronicon* ejus *Dithmarsicum p. 230.* (2.) V. ejus *Prolegomena Juris Nordstrandiae provincialis.* (3.) V. *Chronicon Frisiae Borealis p. 295. Ed. prima.*

p. 240 - 244. 250. 251., ac *P. IV.*, *c. 12.*, *§. 1.*, *p. 627.*, fuse jam dicta sunt, & partim a Casp. Sagittario, *in Introduct. in Hist. Eccl.*, *c. 19.*, *§. 49.*, *p. 468. 469.*, repetita. Conferri etiam potest ipsius Epistola Latina de suo Historiæ patriæ studio, ad Pet. Saxium, Senatorem Eiderstad., A. 1653. scripta, & A. 1721., in J. H. a Seelen *Parte III. Athen. Lubec. p. 137 - 141.*, edita.

Symboli loco duabus his usus est voculis: Τὰ ἄνω.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Nordfresische Chronica, darinn von denen, dem Slesswigischen Hertzogthume incorporirten Fresischen Landschaften wird berichtet. Slesvigæ 1666. in 12. Biennio post, sed alio in libros III. digesta ordine, ac qvadruplo pene auctior, sub hoc recusa est titulo: Erneuerte Nordfrisische Chronica, darinn die Beschreibung derer dem Slesswigischen Hertzogthume incorporirten Fresischen Landschaften, Heiligland, Eiderstede, Nordstrandt, Süder- und Norgesharde, Karr- und Böckingharde, Fören, Silt und Amrum, und der in selbigen weiland gelegenen, längst zerstörten, auch neuerbauten, Städte, Flecken und Schlösser, und derselben hohe und niedrige Obrigkeit, Religion und Gottesdienst, Privilegien, Rechte, Gesetze und Beliebungen; wie auch, wie dieselben Oerter nach gerade aus der See geholet, nach abgeschaffetem Heidenthume Kirchen und Klöster in denselben erbauet, und letzlich seyn reformiret worden; auch was sich in denselben, zu Friedens- und Kriegeszeiten, merckwürdiges begeben, und durch Wasserfluhten vor Schaden geschehen sey; mit Fleisse wird vorgestellet, und zugleich mit eingeführet die Genealogie der Könige in Dennemarck, der Schauenburgischen und Oldenburgischen Grafen, und Historie des benachbahrten Dithmarischen Landes: Samt besondern Landtafeln. Opus hoc, Slesvigæ A. 1668. *in 4.* excusum, Libro I. Frisiæ nostræ Borealis, sub Ducibus Frisicis adhuc Ethnicæ, libro II. ejusdem, sub Ducibus Danicis ac Schauenburgicis Pontificiæ, tertio autem Lutheranæ sub familiæ Oldenburgicæ Ducibus, faciem, statum atqve historiam, exponit. Præfixa sunt carmina Encomiastica Ad. Olearii, & aliorum, e qvibus Bernh. Laurentius, Ecclesiastes Föhrensis, hoc ad Autorem Tetrasticho illud celebravit:

Non labor in tenui fuit hic tibi: sed tenuis nec,
Qvæ vel nolentem, fama, seqvetur, erit:
Ut, qvantum Ennuiadæ communis Frisia, tantum
Debeat ingenio Frisia nostra tuo.

Plura de illo loca *Partium Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr. primæ & tertiæ*, paulo ante allegata, suggerent. Avtographum Autoris, curis auctum tertiis, M. Joh. Melch. Kraftius, V. C. MStum Husæ asservat.

Beschriebenes Landrecht des Nordstrandes, damit Johannes der ältere, Hertzog zu Slesswig und Holstein, die Unterthanen dieses seines Landes A. 1572. begnadet hat: Nunmehr, nebst kurtzem Auszuge unterschiedlicher, zur Erklärung desselben dienenden, Königlichen und Fürstlichen Constitutionen, Decreten, Sentenzien und Bescheide, und den neuen Nordstrandischen Gerichts-Executions- und zwiefachen Vormundsordnungen, wie auch dem Spadelandes- und Strandrechte, und Anfügung vieler alten Friesischen Gesetze, auch unterschiedlicher neuen Beliebungen und denckwürdigen Urtheile, ausgegeben. Slesvigæ 1670. in 4. De Jure hoc Strandiæ provinciali, ejusqve Autoribus & historia, *P. III. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 2.*, *§. 6.*, *p. 250. 251.*, jam est dictum.

Dithmarsische Chronica, darinn, nebst der Landsbeschreibung, die Geschichte, so sich vor erlangter, bey gehabter, und nach verlohrner Freyheit des Dithmarscher Landes, begeben, in drey Büchern, aus allerhand glaubwürdigen geschriebenen und gedruckten Nachrichtungen, ordentlich verfasset werden. Slesvigæ 1683. in 12. Libro I. Dithmarsia, ante libertatem impetratam, suis subjecta Comitibus, IIdo sub Aristocratico regimine libera, ac IIIio deniqve sub Ducum Holsaticorum potestatem, amissa libertate, redacta, exhibetur.

Slesswigische Kirchenhistorie, darinn die Abschaffung der Heidnischen Abgötterey, und Einführung der Römisch-Catholischen Religion, Stiftung des Bistums Slesswig, und der Bischöffe Leben, die Reformation und nach derselben entstandene Ketzereyen, samt andern Kirchenhändeln, aus glaubwürdigen Schriften, in vier Büchern, sind verfasset. Slesvigæ 1683. in 12. In sacra hac Ducatus Episcopatusqve Slesvicensis historia, justo breviore, Autor acta temporum, reformationem antegressorum, *libris III. prioribus* exhibita, pene omnia e Joh. Adolphi Cypræi *Episcoporum Slesvicensium* depromsit *Annalibus*, de recentioribus autem *Libro IV.* complura, Cypræo, aliisqve, indicta attulit. V. *P. II. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 1.*, *§. 2.*, *p. 3.*, ac *c. 2.*, *§. 1.*, *p. 12. 13.*, & C. Sagittarium l. c.

INEDITUM.

Ἡμερολόγιον, oder Tagbuch, darinn, nach Ordnung der Tage, verzeichnet wird, was ihm merckwürdiges, auf seiner Reise, in Niederland, Engelland, Franckreich, Italien, Teutschland, Hungarn, Böhmen, &c. ist vorgekommen. Promissum ab eo est, cum in Prolegomenis *Chronici Frisiæ Borealis* & *Juris Provincialis Nordstrandici*, tum in *Catalogo Nundin. A. 1652. Autumn. Lipsiensi.*

JOHANNES HEIMREICHIUS, Flensburgensis, A. 1585., patre M. Henrico Johannis, Pastore Nicolaitano, matre vero Angela a Bergen, Sebastiani, Consulis Hamburgensis, sorore, natus, studiorumqve curriculum in scholis patria atqve Hamburgensi, & Academiis Germanicis, emensus, in Nordstrandia Ecclesiæ Trindermarsensis, ab A. 1611., & Pilwormiensis, ab A. 1639., fuit Parochus, simulqve totius insulæ Commissarius, ab A. 1637., Ecclesiasticus, &, ab A. 1638. (d. 9. Mart.), Præpositus. Senex pene octuagenarius d. 3. Nov. A. 1664. obiit, filiumqve Antonium (qvem modo laudavimus), e Magdalena, Ant. Brunsii, Pastoris Evensbüllensis, filia, A. 1612. ducta, &, post annorum 52. convictum conjugalem, sibi superstite, susceptum, Nordstrandiæ suæ reliqvit. V. Ant. Heimreichii, filii ipsius, *Chronicon Frisiæ Borealis*, *c. 13.*, *p. 318.*, *& c. 19.*, *p. 491. 492. Edit. primæ*, ac *Hist. Ecclef. Slesvic.*, *L. 4.*, *c. 3.*, *p. 207. 208.*, & J. M. Kraftii zweyfaches Jubel-Gedächtniß *p. 406.*

Apologia Ulyssis, qva arrogantiæ ac convitiis Ajacis, qvæ in ipsum effuderat, occurritur, ductu *Lib. XIII. Metamorph.* Ovidii conscripta. Hamburgi 1608. in 4. Præfixa sunt Encomia Metrica, tum Thomæ Segethi, V. C., tum Autoris in Schola Hamburgensi condiscipulorum, Henr. & Joach. Vagetiorum, Mart. Ruari, Joach. Morsii & Dethl. Wolderi, ob eximiam postea doctrinam celeberrimorum.

MSSta qvædam & Annotationes Historicæ, qvæ a filio, in Catalogis Autorum, libris modo laudatis præfixis, allegantur.

REINHOLDUS HEIMREICH, sive HENRICI, Flensburgensis, Johannis, modo laudati, frater natu major, iisdem, qvibus ille, A. 1584. natus parentibus, Scholæ Hamburgensis publicæ, per annos 38., Præceptor, d. 26. Mart. A. C. 1647., & æt. 63., defunctus. V. Inscriptionem Epitaphii, in æde illi Nicolaitana erecti, in Theod. Anckelmanni *Inscriptionibus Hamburgensibus*, *num. 77.*

Oratio in commendationem Frugalitatis & temperantiæ, in schola Hamburgensi habita. Adjecta sunt Soteria in felicem reditum Sebastiani a Bergen, Senatoris Hamburgensis, e Comitiis Ratisbonensibus. Hamburgi 1608. in 4.

ANDREAS HEINEKE, Bredstadia (Præfecturæ Flensburgensis vico) Cimber, J. U. D.

Disp. Inaug. de Vindicta prætextu defensionis adumbrata, Præside D. Sam. Henr. Musæo. Kilonii 1702. in 4. Recensum V. *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Jun. A. 1702.*, *p. 179. 180.*

MATTHIAS HEINIUS, Husensis, Theologiæ initio in Academiis Rostochiensi ac Tubingensi, deinde vero Jurisprudentiæ, cultor, hujus Doctor Jenæ, d. 24. Aug. A. 1624., cum ædis jam Blasianæ in urbe Brunsvicensi esset Canonicus, est creatus (1.). A Sam. Rosenbohmio, in Epithalamio, nuptiis ejus & Magdalenæ Lappiæ dicato (2.), his compellatur Hendecasyllabis:

Tu, clarissime sponse, litterarum
Lumen, Theiologæ medulla Peithus,
Romanæ Toemidos severe cultor,
Insignis patriæ corona gentis,
Et jucunda mei lubido cordis, &c.

Christoph. Helvicus, Theologus Giessensis (3.), eum *SS. Theol. studiosissimum, & linguæ Hebrææ fidelem cultorem*, appellat, Venetiisqve cum Rabbinis testatur esse conversatum.

Theoria Theologica de Christi hominis tum gratiosa, tum universali, præsentia, Præside D. Joh. Georgio Sigwarto proposita. Tubingæ 1610. in 4.

VALENTINUS HEINSIUS (sive potius HEIENS), Hamburgensis, d. 15. Maji A. 1637. in lucem editus, Arithmetices e Theologiæ studioso in patria Doctor, scholæqve trivialis Michaelitanæ, ab A. 1670., moderator, A. 1662. templi Cathedralis adscriptus Vicariis, A. 1690. autem in novellam Societatem patriæ Arithmeticam receptus, *Sperantisqve* (des Hoffenden) agnomine, ac Con-Senioris titulo, ab ea donatus, d. 17. Nov. A. C. 1704., & ætatis 68., qvindecim liberis in duplici sublatis conjugio, expiravit. Qvo morbi genere sit extinctus, catarrhone Apoplectico, uti D. Andr. Christ. Dietericus, curationi adhibitus, opinabatur, an vero febre ardenti, uti Collegium Medicum judicabat Hamburgense, scriptis inter hujus Præsidem, D. Joach. Biesterum, Poliatrum, illumqve vernaculis est disceptatum, de qvibus *p. 141.* jam est dictum, & prolixior *Novorum Liter. Germanicorum* narratio (*M. Dec. A. 1705., p. 478. 479. 480.*) potest consuli. Plura de vita ac scriptis ejus *Nova* eadem *Literaria Germanica, M. Dec. A. 1704., p. 480., Nova Lit. Lubecensia, M. Mart. A. 1700., p. 91. 92. 93.*, & Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Historicæ Anni 1704. vernaculæ, num. 50., p. 408.*, suggerent.

Gazophylacium Mercatorio-Arithmeticum, oder Schatzkammer der Kaufmannsrechnungen, darin allerhand, ietzt bey der Kaufmannschaft vorfallende, Rechnungsarten kürtzlich und deutlich angezeiget werden. Hamburgi 1686. in 8. Abermahl gedruckt, und vermehret mit dem Hauptschlüssel derselben, in welchem die schwerere Aufgaben aufgelöset sind. Hamb. 1701. in 8.

Dreyfaches Alphabet grosser einzügiger Teutschen, so wol so genandten Fractur-, als auß der laufenden Feder fliessenden, Anfangsbuchstaben. Hamb. 1689. in 4.

Grosses siebenfaches Alphabet solcher Anfangsbuchstaben, dergleichen vor diesem im Römischen Reiche niemahls herauß gekommen. Hamb. 1689. in fol.

Informatorium Arithmetico-Problematicum, ex regula alligationis adornatum; oder gründliche Anweisung, wie ein getreuer Informante, auß dem unerschöpflichen Brunnen der regulæ alligationis, seinen Discipulis allemahl diensame, und im Kaufhandel auf allerhand vorfallende Rechnungen sich wol fügende, Problemata, ohne sondere Mühe, zu berechnen aufgeben könne. Hamburgi 1691. in 8.

Deliciæ Mercatorio-Arithmeticæ, oder Appendix des vorhergehenden Informatorii, darinn, als im andern Theile, nach denen im Informatorio angegebenen Inventionibus, nur bloß allerhand, bey grossen Handlungen, in allen Kaufmännischen Rechnungsarten, vorfallende Exempla aufgegeben, und auf eine neue wundersam-künstliche Art beantwortet werden. Hamb. 1693. in 8.

Tyrocinium Mercatorio-Arithmeticum, oder ordentliche Grundlegung zur Kaufmännischen Rechnung. Hamb. 1694. in 8.

Abyssus Mercatorio-Arithmetico-Problematica, oder eine gantz neue, auß der unerschöpflichen regula alligationis fliessende, Informations-Art in der Kaufmännischen Rechnung, &c. Hamb. 1698. in 8. Recensum ejus ac laudes V. in Dethl. Cluveri *Novæ Criseos temporum Tomo I., sive Anno 1700., num. 46., p. 366. 367. 368.*

GEORGIUS HEINZIUS, Hamburgensis, mercatoris sibi cognominis ex Maria Elisabetha, Edvardi Beckeri, Senatoris Lipsiensis, gnata, filius, d. 17. Mart. A. 1644. natus, studiis humanioribus in patria, Juridico autem, aliisqve sublimioribus, ab A. 1661., Jenæ, Witebergæ, Argentinæ (qvæ Joh. Conr. Danhauerum, Theologum, ipsi dedit hospitem) & Lipsiæ, incubuit, & in Gallia deinde, Anglia & Belgio, Valesiis, Bigotio, Bulialdo, aliisqve seculi luminibus, familiariter innotuit. Lipsiam redux, in altera hac patria sua, A. 1666. Baccalaurei, A. 1667. vero Licentiati & Doctoris titulos, ab Ordine Juridico, una cum Aug. Bened. Carpzovio & Frid. Geislero, suis in eodem deinceps Collegis, impetravit, Brabeutamqve suum, Georg. Tob. Schwendendörferum, senio pressum, sublevare triennio post, extraordinarius A. 1670. Juris Professor designatus Canonici, ab Electore jussus est Saxonico. A. 1676. locum in Scabinorum Lipsiensium collegio, A. 1679. professionem Juris civilis ordinariam, & A. 1681. dignitatem Rectoris Academici semestrem, JCtus hic, elegantiorum etiam literarum peritus, obtinuit, sed, biennio post, die 24. Aug. A.C. 1683., ætatis autem suæ non 41. (qvi calculi est error Witteniani), sed 39., morte immatura est extinctus. V. *Programma* de vita ejus *Lipsiense* funebre, & D. Frid. Rappolti, Theologi Lipsiensis, *Themidem Pythagoræam*, sive Poema in Academicam ejus, & Competitorum, promotionem Heroicum, seorsim Lipsiæ A. 1667. *in fol.* excusum, ac A. 1679., inter reliqva ejus *Poemata, p. 234-247.*, recusum. Conferri etiam de illo possunt Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biographici Seculi XVII., ad A. 1683.*, & Christoph. Frid. Bucheri in eum Epigramma, *in Pietate in Professores Lipsienses privata p. 9.*

Disp. de Simulatione, Præside D. Balth. Bebelio, Ordinis tunc Philos. Witeb. Adjuncto. Witeb. in 4.

Annona Augustorum, seu Diss. de Annona sub Imperatoribus Romanis, Præside Joh. Henr. Bœclero. Argentinæ 1662. in 4. Recusa in Bœcleri *Dissertationum Academicarum Tomo posteriore*, Argentinæ A. 1710. *in 4.* impresso, *p. 512-541.*

Disp. de Comitiis, Præside D. Jac. Schallero. Argentinæ in 4.

Disp. Jurid. de Solutione tutoribus & pupillis tuto facienda, Præside D. Jac. Bornio. Lipsiæ in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Actione funeraria. Lipsiæ 1666. in 4.

Oratio auspicalis de Arbore consangvinitatis & affinitatis. Lipsiæ 1670. in 4. (*O. Sp.*)

Disp. de Lucro dotis & dotalitii. Lips. 1673. & 1703. in 4.

Disp. de Transactionibus. Lipsiæ in 4. (*Catal.*)

(Diver-

(1.) V. Wolfg. Heideri applausum Metricum, *Lib. III. Poem., p. 194. 195.* (2.) *P. I. Poematum, p. 167-170.* (3.) *in Tr. de Chaldaicis Bibliorum Paraphrasibus p. 67.*

(Diversus ab illo est Georg. Hintzius, J. U. D., cujus *Diss. de Conjugio feudalitio* Jenæ A. 1689. in 4. prodiit.)

BALTHASAR HELDIUS, Londino Dithmarsus (Dethlevi, J. U. D. & Advocati, filius), J. U. Lic., Cancellariæ in urbe Slesvicensi Danicæ, ab A. 1688., Assessor, ac Ducalis Holsato-Gottorpianæ postea ibidem Consiliarius, A. circiter 1720. mortuus.

Disp. Jurid. Inaug. de Condominio, Præside D. Jac. Lembkio. Rostochii 1683. in 4.

Dyas Orationum, in Acad. olim recitatarum Kiloniensi, de necessitate studiorum in republica, ac educatione populorum. Slesvigæ 1685. in 4. De priori V. D. G. Morhofii *Programma*, A. 1679. ei præmissum, & inter *Programmata* reliqva, *num. 89., p. 910-913.*, recusum.

Pietas Heldiana, æternitati Friderici IV., Ducis Holsato-Gottorp., sacra, sive Epigraphe in obitum ejus ἀμετρος. A. 1702. in fol.

Analecta (*incertum qvalia*) ad Nomocanonem Juticum, Ordinationem Judicii provincialis Slesvigo-Holsatici & Joh. Henr. Bœcleri Notitiam Sacri Romani imperii, qvæ ante multos jam annos est minatus.

GEORGIUS HELDIUS, Hamburgensis, d. 28. Dec. A. 1644. natus, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1690. (d. 29. Jul.), Senator, simulqve Præfectus, ab A. 1694. Ritzbüttelensis, Gesæ Rademanniæ, D. Mart. Fogelii, Medici & Professoris Hamburgensis celeberrimi, viduæ, maritus, d. 25. Sept. A. 1716. mortuus. V. Georg. Eliez. Edzardi Programma de vita illius funebre, recusum Hamburgi A. 1723., *Volumine V. Memor. Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii, *p. 398-412.*

Disp. Inaug. de Stipulatione. Aureliæ 1672. in 4.

HENRICUS HELDIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, Vir doctus & in patriæ historia versatissimus.

Disp. de Successione liberorum in feuda, Præside Nicol. Dan. Stemanno, J. U. C. Helmstadii 1666. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Fructibus. Basileæ 1670. in 4.

Chronicon Hamburgense Germanicum ἀνέκδοτον, Chronicon Ad. Trafsigeri ad nostra pertexens tempora, a D. Matth. Slutero (im Tr. von den Erben in Hamburg, *P. III., Tit. II., p. 600.*) laudatum, & mihi qvoqve olim ab Autore ostensum.

JOHANNES NICOLAI HELDVADERUS, Ecclesiarum in præfectura Ducatus Slesvicensis Apenradensi ruralium, Heldowattensis & Eckwattensis, ab A. 1561., per sex fere lustra, Pastor, undecimqve liberorum, & hos inter Nicolai successoris, ex Metta, Laur. Dithmari, Antecessoris sui, filia, parens, Theologiæ, Astronomiæ, Astrologiæ, Mechanicæ & Medicinæ, teste filio (1.), fuit peritissimus, &, d. 24. Oct. A. C. 1590., ac æt. 56., defunctus, hoc reportavit Epitaphium, ab eodem recitatum (2.), elegans qvidem & argutum, sed cujus sex versus priores e Regiomontano Ambrosii Lobwasseri, Lipsiensis, Acad. Borussicæ JCti, A. 1585. mortui (3.), verbis plane iisdem, descriptos esse observo:

Expertus mundi vanas res esse nihilqve,
Hic qvoqve nunc jaceo pulvis & umbra, nihil.
Sed, qvi de nihilo cœlum terramqve creavit,
Me, cum carne mea, non sinet esse nihil.
Hac spe nil mortem feci, nihil omnia feci,
Nil nihili vermes posse nocere scio.
Qvisqvis es, humanis noli confidere rebus:
Tam magnum nihil est, qvin qveat esse nihil.
Vita qvid est? ventus; qvid ventus? flabilis umbra;
Umbra qvid est? nihil est: Vita qvid ergo? nihil.

Inedita, teste Viri doctissimi, Petri Jani Lucoppidani, Pastoris in Thorsingia, insula Danica, Landensis, de illo ad me Epistola, reliqvit:

1. Aeromanticam Astrologiam, sive Diarium, observationes aeris, cœli & ventorum, aspectusqve Planetarum, ad dies singulos, cum monitis de cujusvis anni fertilitate & sterilitate, aliisqve argumentis cognatis, studiose annotans, ab A. 1573. ad 1589. ab ipso perductum, & deinde aliqvantisper a Nicolao filio continuatum; cujus se αὐτόγραφον possidere Lucoppidanus testatur.
2. MSSta varia Medica, qvæ idem Lucoppidanus, cum juvenis esset, in Laur. Heldvaderi, nepotis ejus, Parochi in Fionia Svenoburgensis, Bibliotheca reperit ac evolvit.

NICOLAUS HELDVADERUS, Johannis, Parochi ruralis in tractu Apenradensi Heldowattensis & Eckwattensis, modo laudati, e Metta, Laurentii Dithmari, Antecessoris, gnata, filius, in Parochia hac, cui cognomen suum debuit, cuiqve avus maternus, parens ac ipse, continuo successionis ordine, per integrum, ab A. 1514., præfuerunt seculum (4.), primam d. 27. Oct. A. 1564. lucem aspexit (5.). Studiorum rudimentis in schola Hatherslebiensi, ab A. 1576., nec multo post in Lüneburgensi a Luca Lossio, deinde autem in Lubecensi, ab A. 1584., ac Rigensi Livoniæ (cui M. Henr. Mollerus præerat), ad A. usqve 1587., imbutus (6.), biennio seqventi (ab A. 1587. ad 1589.) in Academia transacto Rostochiensi (7.), Parenti, A. 1590. defuncto, in gemino munere sacro, seqventi 1591. successit (8.). Hoc dum fungitur, ipsi etiam Principi suo, Johanni Adolpho, Duci Holsato-Gottorpiensi, se ac doctrinam suam, ita approbavit, ut sumptus is ad *Chronici*, qvod noster moliebatur, *Ducum Slesvicensium* editionem necessarios benigne ipsi promiserit (9.), liberisqve ejus successionis in officio paterno spem certam simul fecerit (10.). Verum spes ejus istas ac fortunas omnes Johannis Wouwerii, Hamburgensis, viri de literis ac orbe erudito optime, de ipso autem pessime, meriti, in aulam Gottorpiensem adventus plane subvertit. Ille enim, qvi præcipua autoritate inter Principis pollebat ministros, & Synedrii Præses erat Ecclesiastici, ubi Heldvaderum Astrologiæ intellexit esse peritum, ab eo, ut Thema sibi Genethliacum erigeret, nec qvicqvam se eorum, qvæ ab astris portenderentur, qvamvis seqviora essent, celaret, postulavit. Morem noster ejus gessit voluntati, &, artis suæ secutus principia, nonnulla Themati inseruit, ob qvæ Wouwerius, vitia iis sua notari suspicatus, totus excanduit, odiumqve in Autorem Vatinianum verbis hisce prodidit amarulentis: Heldvaderus hat mir meine Nativität gestellet; Ich sol und wil ihm eine wiederumb stellen: der Teufel sol ihn holen (i. e.: *Heldvaderus Thema mihi conscripsit Genethliacum; ego aliud illi condam, non admodum faustum: Dii deæqve omnes eum perdent*). Qvas minas haud frustraneas fuisse, exeunte eodem, qvo hæc contigerant, anno 1609., Heldvaderus est edoctus. Appropinqvante enim die Servatoris natali, indicta causa, Wouwerii jussu, sacro deturbatus est officio, domoqve violenter ejectus, & Georgio Lundio, homini flagitioso, armisqve magis, qvam libris, assveto (qvi, ipso illo festo, a Scriba præfecturæ, inscio Præposito, in ædem sacram introductus, Ecclesiæ

PPP 2 invitæ

(1.) *in Annott. MSS. ad Abr. Bucholzeri Chronologiam.* (2.) in der Beschreibung der Statt Sleswig, *lit. I. 1. b.* (3.) Exhibet istud Melch. Adamus *in Vitis JCtorum Germaniæ p. 260.* (4.) V. ejus *Relationem Germanicam de remotione sua p. 7. 8. 9.* (5.) *V. P. II. Sylvæ ipsius Chronologicæ p. 174.* (6.) E scholis his solius Lüneburgensis, a se freqventatæ, ipsemet, *P. II Sylvæ Chronol. p. 89. 214.*, mentionem injecit. Reliqvas, Lüneburgensi omissa, Pater ejus, in *Diario MS.*, teste Viro admodum reverendo, P. J. Lucoppidano, enumeravit. (7.) teste Patre in eodem *Diario.* (8.) V. ejus *Relat. cit. p. 9.* (9.) *V. Ep. Dedic. ad illum, Descriptioni urbis Slesvicensis præfixam.* (10.) *V. Relat. de remot. p. 2.*

invitæ obtrudebatur), & hanc, & istud, coactus relinqvere. Noster injuriam, sibi factam, qverelis Principi exposuit supplicibus, &, in vitæ atqve doctrinæ suæ examine, jussu illius instituto, innocentiam suam, contra testes, adversus se productos, liqvido demonstravit. Qvorum præcipuus, Jac. Petræus, æditus Heldovattensis, qvi Pastorem hunc suum, velut nebulonem, mendacem, adulterum, sacrilegum & homicidam, A. 1607., in foro rustico, jam traduxerat, in jus autem idcirco coram Dicasterio Gottorpiensi vocatus, calumniarum poenam fuga M. Dec. evitarat, cum jam, afflicto insultaturus, criminationes istas, Wouwerii in adversarium fretus odio, actione forensi coram judicio Gottorpiensi iterasset aulico, sed probare non potuisset, lata d. 7. Nov. A. 1609. sententia (mihi lecta), criminum horum, lege talionis, reus, ac infamis, est declaratus, virgis a carnifice cæsus, poena relegationis affectus perpetuæ, &, si in Ducatus unqvam reverteretur Cimbricos, capitale jussus expectare supplicium. Heldvaderus tamen, Wouwerio obnitente, supremoqve magistratui potestatem ministros suos, etiam sacri ordinis, pro lubitu dimittendi competere clamitante, recuperare officium tunc non potuit, sed mandatum Ducale tantum, qvo rustici stipendia ipsi residua persolvere jubebantur, impetravit. Anno autem 1611., cum Lundius, in locum suum a Wouwerio, intrusus, non illegitimæ solum muneris sacri prensationis, sed homicidii etiam, in isto commissi, convictus, morte hoc piasset, restitutus qvidem jussu Principis, præter expectationem, sacro est officio, sed haud diu eodem gavisus. Æs enim Lundii alienum a Wouwerio, contra fas omne, jubebatur confestim dissolvere, &, cum tergiversaretur, instinctu ejusdem, a Matthia Simonio, agricola, coram judicio accusabatur pagano. Qvi cum falso, Heldvaderum pecuniam, a se Lundio creditam, ab hoc accepisse, contenderet, mendacii a nostro publice est insimulatus, totaqve deinde causa coram Protodicasterio, ad qvod idem provocarat, Gottorpiensi cecidit. Qvod ubi Wouwerio est nunciatum, totus is in fermento jacens, Heldvaderum a tribunali Politico ad Ecclesiasticum, cujus ipsemet erat Præses, mox evocavit, &, ob mendacium rustico objectum, velut criminis læsæ majestatis, in hunc commissi (si credere fas est), reum, lata sententia, munere suo, spreta D. Nic. Jungii, Cancellarii, & Consiliariorum Ducalium, intercessione, denuo privavit. Istam enim iteratæ remotionis causam, cum sibi non alia, qvam Principis, dimittendi se potestate gaudentis, voluntas, fuisset indicata, A. 1619. Christiano IV., Regi Daniæ, de ista cum Friderico IV., Duce Holsato-Gottorpiensi, Walsbüllæ, d. 15. Aug., colloqvi haud gravato, hujus jussu, a judicii Assessoribus, ex Actis forensibus, d. 28. Sept., per literas, Cancellariæ sigillo munitas, esse detectam, noster, in scheda qvadam αὐτογράφῳ, perhibet. Ita Astrologus infelix, qvi, Wouwerio infortunium prædicens, grande sibimetipsi conciliavit, M. Dec. A. 1611., laribus suis denuo, insuper habita Auditorum, testimonium doctrinæ vitæqve ἀνεπιλήπτως ei perhibentium, apud Principem intercessione, est ejectus, & his Georg. Boethius qvidam, in ejus locum vicissim obtrusus. Exul ille, cum alia Wouwerii, aliqvot post latam sententiam mensibus A. 1612. extincti, injurias ulciscendi ratio haud superesset, narrationem geminæ suæ per illum (in *Epistola* etiam *Sylvæ Chronologicæ Dedicatoria* A. 1623., acerbe, suppresso licet nomine, traductum) remotionis vernaculam, convitiis in eum scatentem, juris fecit publici, e qva, sicut & Danica, huic gemina, *Prognostici in Annum 1616. Astrologici præfationi ad Stenonem Brabeum* inserta, & schedis qvibusdam ἀνεκδότοις, qvæ hactenus de eadem narravimus, sunt deprompta. Qvorum si qvis Wouweriani nominis cultorum fidem in dubium velit vocare, & Heldvadero nimium vindictæ studium, aliarumqve remotionis causarum, ac, has inter, incuriæ, qva templum Heldovattense, columbas, in turri ejus nidulantes, fumo perseqvens, incendisse a Parochiæ suæ hodienum perhibetur incolis, callidam objicere dissimulationem, per me id illi esto integrum. Nec enim diffiteor, ex qvo publici, qvi etiamnum circumfertur, de nimia vitæ nostri licentia, in ordinis Ecclesiastici hominibus vix toleranda, rumoris, a Viro Clarissimo, Trogillo Arnkielio (injustitiam tamen Wouwerianæ illius persecutionis simul agnoscente), mihi factum est indicium, fidem relationum istarum dubiam mihi, in nonnullis, videri cœpisse atqve suspectam. A sacro ille munere, ob πολυπραγμοσύνην ἀστρομαντικήν, aliasqve forte causas, iterato sortis adversæ deturbatus insultu, relicta Chersoneso Cimbrica, Svenoburgum Fioniæ migravit, &, cum ingenio esset faceto, πολιτικῷ atqve versatili, brevi favorem sibi conciliavit & gratiam non Magnatum solum regni Danici, sed & Regis ipsius, Christiani IV., qvi Svenoburgo Hafniam, Anno circiter 1616., evocatum, Astrologi sui & Calendariographi titulo, stipendioqve, donavit, annuo. Dignitate hac ad annum usqve ætatis gavisus est septuagesimum, æræqve Christianæ 1634., qvo Hafniæ d. 23. Aug. vivis excessit (1.), inqve Coemiterio Nicolaitano, prope uxorem, Gertrudem Georgii, Slesvicensem (A. 1591. ductam, ac A. 1631., æt. 55., mortuam), est sepultus. Tres ex hac, in 40. annorum conjugio, filias, totidemqve filios, sustulit. E qvibus Laurentius, Præpositus ac Pastor Svenoburgi in Fionia Nicolaitanus, d. 28. Mart. A. C. 1677., æt. 78., & officii 52., defunctus, pater fuit Nicolai, nobilitate & Silbersteinii cognomine a Friderico III., Daniæ Rege, donati, sed in Norwegia, nulla prole relicta, extincti. Arma nostri gentilitia, qvibus frontem sui *Historiarum sacrarum* exornavit *Encolpodii*, in spatia tria, novem decorata stellulis, distingvuntur, duosqve sistunt canes latrantes, & anchoram ore suo mordicus prensantes, serto cinctam rutaceo, cum hoc, qvod ipse adjecit, disticho:

Ecce canes vigili latratu qvemlibet urgent:
Ergo tuum, qvæso, Zoile, siste gradum.

Symbolis delectatus est duobus, Latino altero, altero Germanico, in calce *Morsus Diaboli* ab ipso exhibitis, & in Albo etiam mihi lectis Morsiano. Sunt autem illa seqventia:

Optima sub tristi concepta dolore voluptas:
Ridendum, Satanas si qvando irascitur atrox.
Frisch auf in Unlust, und lache, wenn der Teuffel zornig ist.

Singulari inclaruit peritia, non Astrologiæ solum, a parente haustæ, cui & infortunium suum in patria, & fortunam inter Danos, debuit, sed historiæ etiam rerum patriarum, sive Cimbricarum. Qvarum Chronico, qvod molitus est, majori licet careamus, suo tamen pretio æstimari etiam merentur observationes illæ σποραδικαὶ, qvas, multa ἀξιομνημόνευτα, aliisqve omissa, exhibentes, *Sylvæ circuli Balthici* inseruit *Chronologicæ*. In qvibus, ut obiter hoc moneamus, uti de Pontificia religione, ejusqve asseclis, benignius Lutheranis aliis passim judicat (2.), Reformatis longe est infensior, eam forte ob causam, qvod, hujus sectæ in aula Gottorpiensi Doctores exautorationem suam duplicem, cum Wouwerio, promovisse, sibi persvaderet.

Historiam vitæ propriæ, qvam ab ipsomet esse conscriptam, & ἀνέκδοτον a posteris Svenoburgi in Fionia asservari, a Petro Jani Lucoppidano, Thorsingiæ, insulæ Danicæ, Pastore, sum edoctus, videre hactenus non licuit. Qvæ hic sistitur, e Relationibus ejus de gemina sua remotione, scriptisqve aliis, ac amicis M. Trogilli Arnkielii, Præpositi Apenradensis, Lucoppidaniqve doctissimi, modo laudati, symbolis, est congesta.

Confer de illo Claudii Lyschandri *Catalogum MS. Scriptorum Danicorum, lit. N.*, Willichii Westhovii *Partem II. Poematum*

(1.) V. Pet. Resenii *Indicem III. Catalogi Bibliothecæ suæ*, & Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 43.* (2) *Præpostero cum partium Pontificiarum studio sæpius addictum videri*, Henr. Muhlius etiam, *in Or. de Henrico Zutphaniensi*, inter *Dissertationes Historico-Theologicas* edita, *p. 434.* est conqvestus.

Poematum p. 134. 135., Alb. Bartholini *Tr. de Scriptoribus Danis p. 104. 105.*, meaqve ad illum *Hypomnemata p. 340.*, Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 43.*, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogos menstruos, M. Jan. A. 1692.*, *p. 53.*, ac, qvam is (Wouwerium aulæ Holsato-Gottorpiensis fuisse Protecclesiasten falso tradens) secutus est, *Isagogen* meam *ad historiam Chersonesi Cimbricæ, P. I., c. 7., §. 6., p. 122. 123. 124.*, & *P. III., c. 4., §. 1., p. 348.*

ELOGIA.

Claud. Lyschandro (*l. c.*) *Vir* audit *eruditione & morum suavitate clarissimus, in habendis ad populum declamationibus elegans, in rebus Mathematicis solers & industrius, & in antiqvitatibus indagandis laboriosus & felix.*

Henr. Paschasio, Med. D. & Practico Hafniensi, (*in Carmine, Encolpodio ejus præfixo*),

Admirandus homo, cœli terræqve peritus.

Willichio Westhovio (in Carmine ad illum *l. c.*) & Joh. Sebast. Mitternachtio (*in Dissertt. ad Joh. XXI. 22., p. 408.*) *Mathematicus insignis.*

Matth. Zubero, in Epigrammate, *Sylvæ Chronol.* adjecto, plus justo ei, veritate invita, assentato, *primus in Holsatia, fortassis & ultimus, ora Mathematicus.*

SCRIPTA (*) EDITA.

I. LATINA.

Amphitheatrum fidei Catholicæ & ceremoniarum Ecclesiæ JEsu Christi. Hamburgi 1622. in 8. Germanice etiam (uti suo mox loco indicabitur) prodiit.

Ænigma sincere inventum anni melioris spei 1645. in 4. (*V. Catal. Bibl. Resen. p. 278.*)

II. GERMANICA.

Conciliatio Calendarii veteris ac recentis Astronomica. Slesvigæ 1597. in 4.

Tractat von den VII. Wunderwercken der Welt. A. 1598. in 4. (*Catal.*)

Kurtze und einfältige Beschreibung der alten Stadt Sleswig, in Cimbrica Chersoneso belegen, nebst kurtzer Succession der Hertzogen und Bischöffe zu Sleswig; aus allerhand Documenten zusammengefasset. Slesvigæ 1603. in 4. Recusa, juxta Catalogos nonnullos, ibidem A. 1615. & 1673. in 8.

Relation, warumb, aus was Ursachen, und welcher gestalt, Joh. von Wouwern, Holsteinischer Kirchen-Præsident, ihn aus seinem Pfarrdienste unschuldiger weise abgedrungen. Sine mentione loci ac anni in 4. (1½ pl.)

Kurtze Relation, was sich bey der Fürstl. Lehnempfängniß zu Coldingen, d. 2. Dec. A. 1616., zugetragen, &c. Slesvigæ 1616. in 4. De hac scheda qvaternionis unici V. *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 5., p. 141.*

Amphitheatrum fidei Catholicæ & ceremoniarum Ecclesiæ JEsu Christi; das ist: Herlicher Schauplan der H. Christlichen, Apostolischen und Catholischen Kirchen, zu allen Zeiten; darneben die Zeit, Stätt, Weise und Maß, wann, wo, wie, von wem, und warumb, dero Gotteshäuser, Kirchen und Klöster, bey den Christen, aufgerichtet und erbauet: Darnach die Ankunft und Stiftung aller Ceremonien und Kirchen-Agenden, auch Titul und Aempter der hochwürdigen Priesterschaft; zuletzt vom Unterscheid der Lehre und Streit-Puncten der Lutheraner, Calvinisten und Papisten; in Frag und Antwort gestellet. Hamburgi 1622. in 8. (*De Latina ejus editione jam est dictum.*)

Sylva Chronologica Circuli Balthici; das ist: Historischer Wald und Umbkreiß des Balthischen Meeres, oder der Ostsee, in II. Theile unterschieden: In deren erstem, neben Beschreibung der umb die Ostsee gelegenen Länder und Oerter, und den vornehmsten in Dennemarck und Holstein befindlichen Grabschriften, die ordentliche Succession aller Könige in Dennemarck, und Hertzogen zu Holstein, biß auf K. Christ. IV., und Hertz. Frid. III. Gottorfischer Linie, richtig an den Tag gegeben; Im Andern aber die denckwürdigsten Geschichte, so sich in Dennemarck, Norwegen, Schweden, Liefland, Churland, Preussen, Pommern, Mecklenburg, Holstein, Sleswig, und dero anstossenden Ländern, Städten und Oertern, von A. C. 1500. biß 1623., zugetragen, beschrieben sind. Hamburgi 1624. & 1625. in 4. (*Editio Hamburgensis Ann. 1623. in fol., a Mich. Hertzio, P. IV. Biblioth. Germ., lit. P. 4. a, allegata, haud dubie est chimærica.*) De libri hujus, (sub vitæ Autoris finem a nobis jam commendati) in Germania superiori raritate conqveritur Vitus Ludov. Seckendorfius, *in Comm. de Lutheranismo, Lib. I., Sect. 57., §. 149., p. 269.*

Beschreibung aller Könige in Dennemarck. Hamb. 1641. in fol. (*Catal.*).

Tractat von der seligen Sterbekunst. in 8. (Hic, mihi non visus, in sola *Bibliotheca Libb. Theol. Germ., a Protestantibus editorum, Endteriana, p. 82.*, ei tribuitur. An ei debeatur, dubito.)

III. DANICA.

Prognostica Astrologica in annos singulos, Danice, ab A. 1590. ad emortualem 1634., Ripis (*teste Lyschandro*) ac Hafniæ edita *in 4.*, pleraqve etiam in lingvam translata Germanicam.

Coronula Rosea mœstorum omnium, pœnitentiumqve peccatorum, ad Petronellam Güldensterniam, Jac. Rosenkrantzii conjugem. Hafniæ 1616. in 4.

Calendariographia sacra, in qva 1. Calendarium vitæ JEsu Christi, e IV. Evangelistis; 2. Vitæ Johannis Baptistæ & Apostolorum; 3. Narratio de Evangelii per orbem universum annunciatione; 4. Calendarium martyria sanctorum, qvorum nomina in fastis comparent, enarrans; exhibentur. Hafniæ 1618. in 4.

Tr. Astrologicus de Cometa A. 1618. viso. Hafniæ 1618. in 4.

Liber novus Formularum (Nye Formular-Boeg), vocum glossarumqve Juridicarum, Latinarum, Germanicarum ac Juticarum, sensum atqve usum commonstrans. Hafniæ 1624. 1632. (*teste Alb. Bartholino l. c.*) & 1650 in 8.

Trifolium Theologicum de fide & doctrina Pontificio-Jesuitica, Lutherano-Evangelica & Zwinglio-Calviniana. Accedunt Pontificum errores, Lutheriqve strigilis (Pavens Fauter oc Lutheri Kratteborst). Hafniæ 1626. in 8.

Morsus Diaboli, sive Veritas amara de Judæ Ischariotis, Christi proditoris, sodalitate. Hafn. 1629. in 8. Lingva etiam Svecica, in qvam a Nicol. Krookio est translatus, Gothoburgi A. 1674. *in 8.* (*teste Catalogo Biblioth. Resen. p. 382.*), prodiit. Scriptum est bipartitum, Parte I. calumniatores, adulatores, aliosqve homines subdolos ac bilingves, vivis adumbrans coloribus, IIda autem rationem eos cavendi, ac patientia superandi, ostendens.

XV. Meditationes in historiam vitæ passionis ac mortis Christi. Hafniæ 1629. (*V. Præf. Prognostici A. 1630.*)

Onomasticon Etymologicum de nominum propriorum, virilium ac muliebrium, originibus. Hafniæ 1630. in 8.

Tract. Physico-Theologicus de Terræ motu, in regnis Borealibus d. 29. Febr. A. 1632. observato. Hafniæ 1632. in 4.

Historiarum sacrarum Encolpodion, Vitas Christi, Apostolorum, Confessorum & Martyrum, annorum, mensium dierumqve, ordine digestas, ac doctrinæ Christianæ per orbem universum annunciatæ, Regni Danici ad eam conversi, Danicorumqve Episcopatuum, historiam, exhibens. Hafniæ 1634. in 4. Liber hic (cui Will. Westhovii, Henr. Paschasii,

(*.) Conferri potest Index, in qvo ipsemet scripta sua pleraqve, edita ac inedita, breviter enumeravit, Danicus, *præfationi Prognostici in A. 1630. Astrologici insertus.*

chaelii, aliorumqve, Elogia præfixa sunt metrica), si non idem plane est, in eodem certe argumento occupatur, cum *Calendariographia sacra*, supra memorata.

Armamentarium Davidicum, arma suppeditans, qvibus, absqve peccato, adversus hostes ac persecutores uti qvis potest. Hafniæ A. 1641. in 8. (V. *Catal. Biblioth. Resen. p. 293.*).

Elucidarius Evangelicus, Evangeliorum totius anni Dominicalium ac festalium singulorum historiæ annos, menses ac dies, ordinisqve eorum caussam, exponens, qvem editum a se esse ipse, *in præf. Prognostici in A. 1630. Astrologici*, testatur.

Paranymphus nuptialis, sive Liber de Societate conjugali, Hafniæ, apud Salom. Sartorium, teste eadem *præfatione*, excusus.

INEDITA.

Chronicon magnum Slesvigo-Holsaticum, a temporibus æra Christiana prioribus, Germanice, ad A. C. 1624., perductum, qvod se propediem *in fol.* esse editurum, A. 1624., *in Ep. Dedic. & Epilogo Sylvæ Chronol.*, & A. 1630., *in præfat. Prognostici*, est pollicitus, hæredesqve ejus Svenoburgi in Fionia MStum olim, teste Cl. Lucoppidano, asservarunt, sed perire sua passi sunt incuria. A qvo diversum haud esse credo Chronicon magnum Ducum Slesvicensium, cujus editioni sumptus necessarios a Johanne Adolpho, Duce Holsato-Gottorpiensi, esse promissos, ipsemet, anno jam 1603., *in Ep. Dedic.* ad illum, *Descriptioni Slesvigæ* præmissa, retulit. Confer *P. I. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 7.*, *§. 14.*, *p. 133.*

Cantiones Germanicæ, e Psalmis concinnatæ Davidicis, modisqve cantionum Germaniæ profanarum usitatiorum Musicis accommodatæ.

Sacra Eleusinia, seu Liber Danicus de Ceremoniarum, in Ecclesiis Aug. Conf. receptarum, origine ac usu.

Stella navigantium, sacris illorum exercitiis Danice accommodata. (MStum hoc, duoqve præcedentia, prælo A. 1630. jam fuisse matura, *in præfat. Prognostici anni illius*, ipse testatur.)

Joh. Heldvaderi, parentis, Aeromantica Astrologia, ab A. 1573. ad 1589. perducta, & a nostro deinceps aliqvamdiu continuata; de qva, sub Parentis allata nomine possunt relegi.

HERMANNUS HELMIUS, Dithmarsus, J. U. Licentiati titulum Witebergæ A. 1653. adeptus, V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb.*, *lit. Ggg. 2. b.*, & And. Sennerti *L. I. Athen. Witeb. p. 106.*

Disp. de Bello, Præside Mich. Wendelero, Phil. Pract. Prof. Witebergæ 1649. in 4.

Disp. de Jure pangendi Fœdera, Præside eodem. Witeb. 1650. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Commerciorum navalium jure singulari, Præside D. Augustino Stranchio. Witeb. 1652. in 4.

Disp. de Moneta, ab ipso Præside proposita. Witeb. 1654. in 4.

JOHANNES HELMIUS Senior, Brunsbütteliæ, Dithmarsiæ australis vico, d. 7. Nov. A. 1599., natus, patrem habuit cognominem, matrem vero Margaretam, Petri Tetenii, Parochi in Eiderstadia Witzwortensis, filiam. Jactis intra lares patrios studiorum fundamentis, Juridici sibi scientiam Gryphiswaldiæ, Rostochii, ac Jenæ, paravit, titulumqve Licentiati ejusdem illic A. 1627., Brabevta Valent. Riemero, obtinuit. A. seqv. 1628. Joh. Friderici, Archiepiscopi Bremensis, factus est Consiliarius, &, postqvam Friderico III., hujus successori, in eadem statione, inservierat lustris compluribus, ab illo, ad regnum Daniæ evecto, A. 1649. Cancellariæ suæ Slesvigo-Holsaticæ Senatoribus adscriptus, hujusqve Procancellarius A. 1661., Cancellarius autem A. 1665., post obitum Theod. Reinkingii, designatus. Vivis Cato hic Cimbricus, d. 6. Jun. A. 1678., Glückstadii, senex fere octuagenarius, excessit, cum tres conjuges, Margaretam Düppeliam, Annam Catharinam Gronoviam (Davidis, J. U. D. & Syndici Bremensis, filiam), ac Adelheidem Catharinam Kelleriam, duxisset, atqve ex illarum secunda liberos qvinqve, &, hos inter, Fridericum, J. U. D. Cancellariæqve regiæ Glückstadiensis Consiliarium, sexennio ante se extinctum, sustulisset. Symboli loco verba usurpavit Paulina 1. Tim. VI. 6.: Ἔστι πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετ᾽ αὐταρκείας. V. de illo M. Nicol. Nothelferi, Ecclesiastæ Glückstadiensis, Parentationem vernaculam, Glückstadii A. 1678. editam, Ordinis Juridici Jenensis Testimonium, qvo discedentem A. 1627. instruxit, Biographico-Encomiasticum, typis itidem excusum, Casp. Dancwerthii *P. I. Chorograph. Cimbr.*, *c. 2.*, *p. 6.*, & D. G. Morhofii Epicedium ei scriptum, ac *in Operibus Poeticis, Lib. II. Manium*, *p. 514. 515.*, recusum. E qvo hos in laudem ejus addimus Hendecasyllabos:

Vixit Helmius, ille juris Atlas,
Qvi firmo stetit usqve & usqve talo,
Nunqvam flexanimo reclinis auro:
Vixit Helmius ille, qvi Catonem
Expressit stabili Numamqve vultu,
Nunqvam jus sceleri dedisse visus.

Vixit Helmius, Helmius suorum
Exemplum speculumqve posterorum;
Cujus ipsa sonabat ore virtus,
Ipso pectore consecrata virtus;
Qvo non castius ipsa sanctiusqve
Falli nescia jus Themis locuta est.

Disp. Jurid. de Intercessionibus mulierum, Præside D. Ant. Woltreichio, Dicast. Megap. Advocato. Rostochii 162.. in 4.

Disp. Inaug. de Protopraxia Creditorum, Præside D. Dominico Arumæo. Jenæ 1627. in 4.

JOHANNES HELMIUS Junior, Senioris, modo laudati, filius, J. U. Cand., Parisiis A. C. circiter 1669., & ætatis 28., defunctus. V. Caji Arndii *Sermonem funebrem in fratris ejus, D. Frid. Helmii, exeqviis habitum, p. 52.*

Disp. de præjudiciali Pacto remissorio majoris partis Creditorum, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio. Tubingæ 1667. in 4. Recusa ibidem *Volumine I. Disputt. Juridicarum, Præside Lauterbachio habitarum,* sine anni mentione *in 4.* publicato.

HELMOLDUS, qvi Scriptoribus Cimbriæ indigenis, qvamdiu de patria nihil nobis constat, probabiliter poterit accenseri, S. Vicelini & Geroldi, Episcoporum Aldenburgensium, discipulus, posterioris, Seculo XII. declinante, in Holsatorum Slavorumqve Wagriæ nostræ ad sacra Christiana conversione, fidelis σύνεργος, Parochiæqve ruralis in Wagria Bosoviensis, ad lacum Plönensem, Presbyter, neutiqvam vero (uti falso a plurimis est traditum) Canonicus A. C. 1164. (ceu e *Chronici* ejus *Lib. I. c. 94.* patet) adhuc fuit superstes, &, sexennio post, A. 1170., obiisse ab Henr. Bangerto, aliisqve, sed conjectura tantum incerta, perhibetur. Historici hujus Chersonesi nostræ eximii atqve integerrimi, omniumqve ferme cæterorum vetustissimi, *Chronicon Slavorum* (Wagriæ præsertim nostræ), Geroldi scriptum hortatu, in libros duos, historiam illorum, civilem pariter atqve sacram, a Caroli M. imperio, ad A. usqve 1170., pertexentes, divisum, Canonicisqve inscriptum Lubecensibus, ab Arnoldo, Abbate Cœnobii Lubecensis Johannei Benedictino, *in sex Supplementi derelictorum Helmoldi libris*, ab A. C. 1171. ad A. 1209., ab Anonymo autem Diœceseos Bremensis Presbytero, in *Chronico Holsatiæ veteri* (per G. G. Leibnitium, *Tomo I. Accessionum Historicarum*,

ricarum, A. 1698. demum publicato), ab A. 1164. ad 1448., est continuatum. Qvinqve ejus exstant Editiones; in qvarum duabus prioribus, a Sigism. Schorckelio, Numburgensi, Med. Doctore, Francofurti A. 1555. & 1573. *in 4.* publicatis, *Lib. I. Supplementi* Arnoldini novem tantum capita priora, in tertia, a Reinero Reineccio, Acad. Juliæ Prof. Historico, Francofurti A. 1581. *in fol.* evulgata, sex qvidem ejusdem libri universi, sed qvinqve tamen ultimis sexti capitibus mutilati, in qvarta autem, omnium accuratissima & elegantissima, ab Henr. Bangerto, scholæ Lubecensis Rectore, Lubecæ A. 1659. *in 4.* curata, Notisqve suis eruditissimis ac variis lectionibus aucta, & qvinta, hanc secuta, ac, *Tomo II. Scriptorum de rebus Brunsvicensibus*, Hannoveræ A. 1710. a G. G. Leibnitio publicata, Libri VI. integri, simul prodierunt. Cætera, qvæ tum ad Helmoldi ipsius, tum ad Chronici, notitiam spectant accuratiorem, post Reineccium & Bangertum (*in Prolegomenis*), fuse, *Parte I. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *cap. VI.*, *§. 5-9.*, *p. 70.-81.*, & *in Diatriba de Helmoldo, ejusqve Chronico Slavorum, & hujus continuatoribus atqve editoribus, Historico-Critica* peculiari, Lubecæ A. 1702. *in 4.* edita, aliosqve Scriptores etiam, de iisdem consulendos, enumerante, fuse sum persecutus, ac Tomo hujus operis ultimo auctiora denuo exhibebo.

M. ADAMUS HELMSIUS, (*Johannes* perperam vocatus a Mart. Lipenio *P. II. Biblioth. Theol. p. 419.*) Lubecæ d. 18. Jul. A. 1579., patre Georgio, matre autem Sophia Mülleria, natus, e scholis patria ac Rigensi, impetrata a Parente, qvi mercaturæ eum destinaverat, studia proseqvendi potestate, A. 1601. in Acad. Witebergensem, & A. 1604. in Rostochiensem, abiit, Magisteriiqve in hac honores d. 22. Oct. A. 1607., Brabevta Joh. Simonio, Rhetore publico, reportavit. In patriam redux, A. 1610. Diaconus Jacobæus, A. 1613. vero, d. 26. Aug., Pastor Petrinus, in locum Georg. Stampelii, Superintendentis, est electus, &, cum Ordinis simul totius Ecclesiastici, per annos complures, fuisset Senior, rude ob senectutem donatus, paulo post, A. C. 1653., & æt. 74., nocte diem 27. Maji antegressa, expiravit. Duas habuit conjuges, qvarum prior, Sophia, M. Mart. Glambecii, Pastoris Jacobæi, filia, A. 1610. ducta, & A. 1626. defuncta, qvatuor mares (&, hos inter Georgium, Ecclesiæ in Holsatia Hagiopolitanæ, ac Davidem, Lubecensis Jacobææ, ministros), totidemqve filias (e qvibus Sophia Johanni Nicolai, Pastori Petrino Lubecensi, Anna Justo Tribbechovio, scholæ publicæ Præceptori, Adamiqve Tribbechovii, Theologi Saxo-Gothani percelebris, parenti, Elisabetha M. Erasmo Möllenhofio, ædis Sp. S. Ecclesiastæ, nupsit), est enixa. E posteriore, Christina Hagedornia, in locum prioris A. 1627. subrogata, qvatuor itidem sustulit liberos, &, ex his, Christinam Joach. Wendio, templi Cathedralis Antistiti, ac Dorotheam Joach. Schevio, Præceptori scholæ publicæ, elocavit. V. M. Sebast. Meieri, Rect. Lubec., Programma de vita ejus funebre, in G. H. Götzii *Elogiis LXXX. Theoll. Germ.*, A. 1709. editis, *p. 222-235.*, recusum, & confer de illo Will. Westhovii *P. II. Poem. f. 51.*, Henr. Bangerti (cui *Vir* audit, *& S. literarum, & omnis elegantioris doctrinæ, cognitione, non ut vulgus doctorum, instructus*) *Programma memoriæ M. Seb. Meieri sacrum p. 18.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1653.*, & J. H. a Seelen (Epitaphii recitantis epigraphen) *P. I. Athen. Lubec. p. 330. 331. 332.*

Diss. de Conciliis. (*V. Wittenium l. c.*)

Ehrengedächtniß und Leichpredigt über Fr. Anna Sophia von Fölckersamb, auß Ps. LXXIII. 25. 26. Lubecæ 1639. in 4. (*V. Götzium l. c. p. 234.*)

Conciones aliæ funebres, a Wittenio *l. c.* memoratæ.

Unterricht und Trost vor schwangere und gebährende Frauen, vor 30. und mehr Jahren, von M. Jac. Zadero, Pastore zu Zeitz, in 5. Capitteln verfasset und außgegeben, nun aber von M. Ad. Helmsio, biß auf 17. Capittel, auß GOttes Worte, und reinen Scribenten, vermehret. Lubecæ 1645. in 8.

MARTHA HELWIGIA, Fridricopoli, Ducatus Slesvicensis oppido, commorata, illic, teste Frid. Breclingio, descripsit, & postea, sub titulo der Augensalbe, edidit ihren Göttlichen Glaubenskampf, wieder alle Höllenpforten, biß zur frölichen Uberwindung. V. Breclingii *Catalogum testium veritatis* (in Gottr. Arnoldi *T. IV. Hist. Eccl.*, *Sect. III.*, *n. 18.*) *p. 779.*

CHRISTOPHORUS HEMMER, Ripensis, Castani Tonnisoni, sive Antonidis, Flensburgensis, Consulis Ripensis, e Margareta, Christoph. Hemmeri, Consulari itidem Aalburgi dignitate functi, gnata, filius, A. 1664. natus, & a Vitrico, Matthia Wormio, Præside urbis Ripensis regio, educatus, Medicinæ, ab A. 1684., in Academiis Hafniensi ac Lugduno-Batava, & itinere qvinqve annorum per Belgium, Angliam & Galliam, literario, incubuit, patriæqve a Christ. V., Rege Daniæ, A. 1694. designatus Poliater, A. 1695. locum etiam inter ædis ejusdem Cathedralis Canonicos, Doctorisqve titulum (Hafniæ M. Julio sibi collatum), obtinuit. V. D. Oligeri Jacobæi, Prof. Med. Hafn., *Programma de vita ejus, Disp. Inaugurali præmissum.* Obiit A. 1715.

Disp. Med. Inaug. de Spina ventosa. Hafniæ 1695. in 4.

ERICUS HENNINGIUS, Kiloniensis, Johannis, urbis illius, ac qvatuor Holsaticarum, Syndici, filius, &, in officio hoc, ab A. 1694., Successor, J. U. D. Jenæ d. 7. Nov. A. 1689. creatus. Vixit A. 1699.

Collatio Processus judiciarii provincialis Holsatici cum Processu Juris communis & Saxonici, ad titulum Doctoris obtinendum, Præside D. Nicol. Christoph. Lynckero, proposita. Jenæ 1689. in 4.

FRIDERICUS HENNINGIUS (qvem *Fridericum Han* Val. Ern. Löscherus (1.) & Phil. Jul. Rictmeierus (2.) perperam appellant), templi in civitate Hamburgensi Petrini (3.), non autem Cathedralis (in locum illius ab Anonymo Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis nomenclatore male, cum D. Barth. Mollerus tunc ei præfuerit, substituti), Pastor Pontificius, inter Papatus illic hyperaspistas, sub reformationis Ecclesiasticæ initia, inclaruit. Cui cum incassum se patrocinari, post disputationem inter partis utriusqve Promachos publicam, A. 1528. institutam, & plerosqve sacerdotes Pontificios, hac finita, urbe ejectos, cerneret, ipse etiam, cum Bartholdo Mollero, sponte sua eodem anno discessit (4.), & seqvente 1529. ædi apud Lüneburgenses Nicolaitanæ est præfectus (5.). Illic A. 1530. non ipse solum sacris Ecclesiæ Romano-Catholicæ misit nuncium, sed primus etiam Pastorum omnium in suo ea templo abrogavit, &, cum civium applausu, Lutheri docere dogmata, Hymnosqve vernaculos in Latinorum locum substituere, initio aggressus, tandem etiam, Dom. I. Qvadrag., plebem Christianam panis pariter atqve calicis Eucharistici fecit participem. In qva sacrorum mutatione Parastatas mox nactus est Henr. Ottonem, Joh. Lampadium ac Hartwigum Eckenbergium, horumqve ope viam stravit omnium in tota urbe Ecclesiarum reformationi, ad qvam paulo post a magistratu Steph. Kempius, Antistes Hamburgensis, eoqve digresso Urb. Regius, ex aula Cellensi, est evocatus (6.). In Superintenden-

(1.) in den Unschuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Dom. 27. A. 1702.*, *p. 636.* (2.) *P. III. Hist. Eccl. Brunsvic.*, *c. 6.*, *p. 230.* (3.) teste Dav. Chytræo, *P. I. Chron. Sax. p. 631.* (4.) V. Chytræum *l. c.*, & Steph Kempii *Historiam MS. Reformationis Hamburg.* (5.) V. Nicol. Grysii *Vitam Joach. Sluteri vernaculam, ad A. 1529.* (6.) V. Dav. Chytræi *P. II. Chron. Saxon. p. 157. 158. 159.*, Abr. Sculteti *Dec. II. Annalium Evangelii renovati p. 321. 322.*, Casp. Sagittarii *Memorabilia Historiæ Luneburgicæ*, *§. 106. 108.*, Gotfr. Arnoldi *T. II. Hist. Eccl.*, *L. 16.*, *c. 7.*, *p. 68.*, ac H. Hamelm. *Opp. Hist. p. 900.*

tendentis officio, cui Lüneburgi A. 1553., teste Presbyterii *de bonis operibus Confessione*, primo nomen ejus loco exhibente, jam erat admotus, successit Christoph. Hegendorphino, J. U. Doctori, & ex Syndico Reipublicæ Ordinis sacri, Ambrosii exemplo, Antistiti (1.), istudqve, cum ultra duo ei lustra præfuisset, d. 5. Dec. A. 1563. mortuus (2.), M. Joh. Eckenbergio reliqvit (3.), in diuturno, qvod Ecclesiam Lutheranam Seculo XVI. misere distraxit, Theologorum molliorum atqve rigidiorum dissidio, horum partes secutus, subscriptione sua A. 1557. octo Articulos, Interimistis atqve Adiaphoristis oppositos, ac Melanchtoni transmissos, A. 1561. autem, in conventu Lüneburgensi, Anathematismos adversus Philippistas, sive molliores Lutheranos, approbavit, geminamqve insuper, de Bonis operibus, contra Georg. Majorem, & de S. Cœna, contra Joh. Calvinum, confessionem, publico Ordinis Ecclesiastici Lüneburgensis, A. 1553. & 1557., conscripsit nomine. Doctrinæ de Bonorum operum ad salutem necessitate jam ante etiam in conventu se opposuerat Lubecensi, ad qvem A. 1551., ut controversia, inter Laur. Mœrskenium, huic patrocinatum, cæterosqve Ecclesiastas, exorta, componeretur, cum Theologis aliis (uti sub Mœrskenii narrabitur nomine), erat evocatus. Lucas Losfius, Scholæ Lüneburgensis Rector, Epitaphium ei scripsit, & *in Epitaphiis Saxoniæ inferioris* (4.) exhibuit, Elegiacum, in qvo hisce commendatur versibus:

Vir gravis & doctus, multos venerandus ob annos,
Eloqvio præstans, judicioqve gravis,
Candidus & prudens, fastu semotus ab omni,
Pastoris Christi vera & imago, fuit.

Confer ejusdem *Lüneburgam Saxoniæ p. 44. 45. 48.*, & J. G. Bertrami Evangelisches Lüneburg.

Presbyterii Lüneburgensis Confessio, seu Epistola Responsoria, A. 1553, scripta ad Matth. Flacium & Nicol. Gallum, contra Georg. Majoris de Bonorum operum ad salutem necessitate doctrinam, cui ipse (illius haud dubie Autor) primo loco subscripsit: Inserta Conr. Schlüsselburgii *Catalogi Hæreticorum Libro VI. de Majoristis*, Francof. A. 1599. *in 8.* excuso, *p. 636-612.*

Confessio de S. Cœna, publico Ord. Eccl. Lüneburgensis nomine, A. 1557. ab eo, postulatu Joach. Westphali, Past. Hamburg., conscripta, & ab hoc, inter *Confessiones Ministrorum Saxoniæ inferioris* de hoc Sacramento (*fol. Q. 5. 6. 7.*), Magdeburgi A. 1557. *in 8.* edita.

HENNINGUS HENNINGI, Husensis, in Academia A. 1641. vixit Regiomontana, & Belgium deinde, Angliam, Galliam, Italiam, Hungariam ac Germaniam, peragravit, lingvarumqve præsertim Orientalium eximiam sibi peritiam in itinere hoc paravit literario (5.). Ex isto A. 1653. in patriam redux, filiorum Friderici, Ducis Holsatici, studiis in aula Gottorpiensi, præfuit (6.), &, Conrectoris deinde Gymnasii Bordesholmensis functus est officio. Professionis Lingvarum Orientalium in Acad. novella Kiloniensi, a Christiano Alberto, Friderici filio & successore, suoqve discipulo, aliqvoties sibi promissæ, spe excidit, illamqve Matthiæ Wasmuhto, competitori suo, a ministro aulæ principe commendato, videns esse collatam, Principum clientes Magnatum aulicorum cultoribus non raro posthaberi, damno suo est edoctus. Bordesholmia tandem Gottorpium remigrasse, & eruditioni eximiæ vitæ, in qvam prolapsus est, dissolutæ licentia, obituqve infausto, hujus pedissequo, labem aliqvam affricasse, perhibetur.

Georg. Matth. Kœnigio, *in Biblioth. Veteri & nova p. 531.*, *Vir* audit *Arabicarum literarum atqve rerum callentissimus.*

SCRIPTA EDITA.

Oratio Panegyrica Hebræa, cum adjecto Lessu Chaldaico, Epicedio Syriaco, Voto Arabico & Epitaphio Græco, junctaqve singulis versione Latina, in funere Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Tonningæ d. 10. Aug. A. 1659. defuncti, conscripta. Lugd. Bat., typis Joh. Georg. Nisselii, 1660. *in 4. maj.*

Muhammedanus precans; i. e. Liber precationum Muhammedicarum Arabicus MStus, in illustri Bibliotheca (*cui Ad. Olearius, e Persia redux, eum, cum aliis similibus, intulerat*) Gottorpiana inventus, Latinitate nunc donatus, & Notis (*præcipua doctrinæ Muhammedanorum capita, aliaqve ad eos, sectasqve Judæorum & Christianorum, spectantia, exponentibus*) illustratus. Slesvigæ 1666. in 8. *Scriptum doctissimum* vocatur a Sam. Schulteto *in Hodomoria Muhammedana p. 29.*, ab Aug. Pfeiffero autem, *in Exercitationibus Biblicis p. 37.*, ob textus Hebræi corruptionem in loco Gen. XLI, 45. concessam, virgula notatur censoria.

INEDITA, in præfatione Muhammedani precantis promissa.

Alii Precationum Muhammedico-Arabicarum libri, edito longe prolixiores, e Bibliotheca itidem Gottorpiensi, cum versione Latina & Notis, publicandi. *Conf. de his Ep. Dedic. & p. 6. Muhamm. prec.*

Harmonia IV. Evangelistarum Græca.

Decapla in Genesin, in qvibus loca Geneseos difficiliora & dubia, e decem lingvis, Hebræa, Chaldæa, Syriaca, Arabica, Æthiopica, Græca, Latina, Italica, Hispanica & Gallica, ea Methodo explicantur & illustrantur, qvam Joh. Viccarsius, Anglus, in *Decaplis* suis in *Psalmos*, est secutus.

JOHANNES HENNINGIUS, Föhrensis, Scholæ Flensburgensis, ab A. 1631., Cantor, &, ab A. 1634., Conrector, tandemqve Diaconus, in eadem urbe, ab A. 1635., Nicolaitanus, d. 21. Maji A. C. 1645., & æt. 44., defunctus, cui Symbolum hoc fuit familiare: *JEsus Hæreditas Fidelium.* V. D. Steph. Klotzii Sermonem, e 2. Reg. XIII. 14., funebrem, in ejus habitum exeqviis, ac in *Sertis* hujus *Cupressinis, Decade V.*, obvium, & *Schediasma* meum *de Scholæ Flensburg. historia Germanicum p. 18.*

Homiliæ Saxonicæ in Threnos Jeremiæ, & alia S. Codicis loca complura, MStæ, qvas, a B. Parente, Olao Mollero, ejus successore, relictas, asservo.

JOHANNES HENNINGIUS, Kiloniensis, J. U. D. (Rostochii A. 1655. creatus (7.)), Ordinis in Ducatu Holsatico Eqvestris, ac qvatuor ejusdem civitatum, jure utentium Lubecensi, hasqve inter patriæ præsertim, per qvinqve lustra, & qvod excurrit, Syndicus, Judiciiqve provincialis Slesvigo-Holsatici Advocatus, qvinqve liberorum a conjuge, Anna Margareta, Erici Mauritii Senioris, Procancellarii regii, filia (A. 1663. ducta, & A. 1685. extincta), parens est redditus. A. 1692. ineunte, ob æris alieni, cui dissolvendo impar erat, magnitudinem, Kilonio clam discessit, sed, non multo post reversus, anno circiter 1693. in patria hac sua obiit.

Confer de illo D. G. Morhofii *Programma LXIV. in uxoris ejus exeqvias, p. 822-828.*, & *Nova Lit. Germ., M. Oct. A. 1709., p. 391.*

Discursus

(1.) V. Chytræum & Sceltetum *ll. cc.*, Sagittarium *l. c. §. 113.*, & Henr. Meibomium Sen. *in Historia Bardovici, Opusculis Historicis inserta, p. 150.* (2.) testibus Luca Losfio *in Epitaphiis Saxoniæ inferioris p. 45.*, Joach. Degenero, Past. Hamburg., *in Epist. MS. ad Paulum ab Eitzen*, & H. Hamelmanno *l. c.* (3.) V. Meibomium & Sagittarium *ll. cc.* (4.) *p. 46. 47.*, nec non *in Lüneburga Saxoniæ p. 44. 45.* (5.) V. de illo ipsius *Muhammedanum precantem p. 123.*, & *Ep. Dedic. Orationis Panegyricæ.* (6.) V. *eandem Ep. Dedic.* (7.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1701., p. 219.*

Discursus Academicus de Duellis, & eo præcipue, qvod defensionis gratia suscipitur, Præside D. Jac. Mæstertio. Lugd. Bat. 1653. in 4.

Oratiuncula, publico Senatus Kiloniensis nomine, M. Oct. 1665., in Academiæ inauguratione, habita, & Alex. Jul. Torqvati *Historiæ Inaugurationis illius, A. 1666. in fol. excusæ, p. 70. 71. 72.*, inserta.

JOHANNES HENNINGS, Flensburgensis, Nicolai (de qvo infra dicetur) filius, Civis in Borussia Regiomontanus, A. 1714. superstes.

Extract über die in seinem Handels-Memorial befindliche Handels-Posten, wie solche, nach dem Italiænischen Stylo, per Debet & Credit, zu journalisiren. Flensburgi A. 1704. in fol. In præfatione promisit Opus ejusdem argumenti majus, sub titulo der Licht- und klar-scheinenden dreydächtigen Comptoir-Lampe proditurum.

JOHANNES FRIDERICUS HENNINGSEN, Slesvicensis.

Oratio Panegyrica in nuptias Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, cum Hedwige Sophia, Svecorum principe hæreditaria, contractas, d. 6. Jul. A. 1698. in Acad. Lipsiensi dicta. Slesvigæ 1698. in fol.

JOHANNES FRIDERICUS HENNINGS, Kiloniensis, patriæ Advocatus, J. U. Doctor in Academia illius Kal. Maji A. 1708. creatus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1708., p. 189.*

Disp. Inaug. de Mutuo præsumpto, Præside D. Nicolao Martini. Kilonii 1696. in 4.

NICOLAUS HENNINGSEN, patria, ni fallor, Rendesburgensis, Civis atqve mercator urbis Flensburgensis, ab Antonia Bourignonia, in hanc A. 1673. delata, cum hospitio eam aliqvamdiu excepisset, ut asseclarum sectæ suæ augeret numerum, qvod pietati serio studeret, sed in δοκιμασίᾳ τῶν πνευμάτων minus exercitatus ab erroribus Magistræ sibi non caveret, brevi temporis spatio permovebatur. Hanc, cum ea Flensburgo aufugisset, Slesvigam postea A. 1675., uxore atqve liberis desertis, est secutus, & in domesticorum illius admissus numerum, cum Flensburgi interim in castra Christiani V., Regis Daniæ, Wismariam obsidentis, ad mercaturam istic exercendam, svasu conjugis, abiisse credetur. Vixit Slesvigæ, in familia Bourignoniæ, per menses tantum qvatuor, &, teste Poireto mox allegando, labores hortenses, aliaqve servitia viliora, sponte ac promtissime, præ aliis, sibi deposcens, piarum ex istis meditationum arripuit materiam, & hoc pacto, medios inter labores, mentem ad Deum assidue elevavit. Qvadrimestri illo nondum elapso, in febrem incidit continuam, &, frustra adhibitis a D. Joh. Svammerdammio, Medico Batavo ejusdem sectæ celeberrimo, in Cimbriam tunc, ad Bourignoniam invisendam, profecto, remediis præstantissimis, die morbi duodecimo Slesvigæ A. 1675. expiravit, cum decumbens assidua hymnorum eucharisticorum decantatione suam testatus esset lætitiam, seqve nec de uxore & liberis (qvos accersi nolebat), nec de rebus mundanis aliis, sollicitum esse, professus. Mortuum Bourignonia insigni ornabat elogio, seqve duos jam filios, illum nempe & Christianum de Cordt, in cœlos ad Deum præmisisse asserebat. Cadaver Slesviga Flensburgum ad viduam est deportatum, & illic, die 4. Novembris, in æde Mariana, non sine pompa exeqviarum solenni sermoneqve funebri, suo illatum tumulo. Longe fusius, qvæ hactenus narravimus, exposita sunt a Pet. Poireto, sectæ ejusdem doctore, in *Vita Antoniæ Bourignoniæ* Gallica, ἀνωνύμως Amstelodami A. 1683. edita, *cap. 25., §. 10., p. 389. 390. 391., & c. 28., §. 7., p. 433-436.*

Wiederlegung der LXXVI. Puncten und vermeinten Irrthümer, die M. Georg. Henr. Burchardus, Prediger am Thume zu Sleswig, in seinen Anmerckungen über J. Antoniæ Bourignon Schriften, und insonderheit das Gezeugniß der Warheit, wieder dieselbige hat zusammengeraft und ausgegeben: denn auch eine unparteyische Probe derer durch Burchardum verkehrten und fälschlich angezogenen Oerter, so wohl aus der H. Schrift, als J. Bourignon ihren Schriften, womit er seine also genandte christliche gründliche Anmerckungen über die gemeldete LXXVI. Puncten zu behaupten gemeinet. Inscripta est ipsi Antoniæ Bourignoniæ, & ἀνωνύμως, præfixis tantum literis N. H. B., illius *Lapidis Lydii* contra easdem M. Georg. Henr. Burchardi *Animadversiones* Gallici (*La Pierre de touche*) Versioni Germanicæ, sub titulo des Probiersteins Amstelodami A. 1676. *in 4.* publicatæ, Appendicis instar, adjecta. Respondit illi pariter atqve *Lapidi* Bourignoniæ ipsius *Lydio* Burchardus, in der nothwendigen wiederholten Erzehlung dessen, welches mit der bekandten Schwermerinn, der Antonia Bourignon, in den Landen der Fürstenthümer Sleswig-Holstein, biß hieher vorgegangen, &c., Slesvigæ A. 1677. *in 8.* excusa. In qva *p. 37. 38.* fœtus hic ἀδέσποτος, sive Appendix *Lapidis Lydii* Bourignoniani, Henningio haud obscure vindicatur, dum Autor illius esse traditur einer von den Leuten, die Antonia Bourignon zu Flensburg mit ihrer Schwermerey angestecket: der, nach der Zeit, das Flensburgische Sodom und die tausend Welten verlassen, wie er schreibet, umb dieser Frauen zu folgen.

NICOLAUS HENNINGS, Dithmarsus, J. U. D. & Judicii in patria Meldorpiensis Advocatus.

Positiones CV. Inaugurales, ex universa Juris privati prudentia selectæ, Præside D. Nicolao Martini. Kilonii 1706. in 4.

PETRUS HENNINGS, Meldorpii in Dithmarsia A. 1688. natus, & Medicinæ Doctor A. 1721. Kilonii creatus, ejusdem in patria Practicus. V. Wilh. Huldar. Waldschmidii *Programma* de vita illius, Diatribæ seqventi Inaugurali præmissum.

Disp. Inaug. de Fractura Ossium, sine causa violenta externa, Præside D. Wilh. Huld. Waldschmidio proposita. Kilonii 1721. in 4.

HENRICUS, Monasterii in Wagria Cismariensis Benedictini, Seculo XV. exeunte, Abbas, Albertum Krummendikium, Episcopum Lubecensem, cum cœnobium monialium ejusdem Ordinis Benedictini Prezense A. 1486. visitaret, est comitatus. Ubi cum Anna Buchwaldia, virginum Antistita, flexis Episcopo genibus exposuisset, laboribus illas cantus nocturni atqve diurni assiduis plus justo, supraqve vires, esse oneratas, Henricus, ab isto jussus, *Ordinarium*, qvem vocant, Cœnobii revidit, &, pro concessa sibi potestate, plurimis in locis, emendavit, immutavit atqve mitigavit, nonnullaqve superflua plane expunxit. Qvem laborem, in gratiam sui exantlatum cœnobii, ipsa Buchwaldia, in narratione de rebus istius inedita, sigillatim tum mutata, tum abrogata, enumerans, fusius deprædicat. Confer *P. IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 14., p. 409.*

HENRICUS LUBECENSIS, Ordinis Prædicatorum monachus, incertæ ætatis scriptor.

Qvodlibetum ejus MStum in sua Seculo XVI. asservabat Bibliotheca Matthæus Dresserus, Prof. Lipsiensis, testibus Josia Simlero, *in Epitome Bibliothecæ Conr. Gesneri aucta p. 279.*, & Joh. Jac. Frisio, in tertia ejusdem Editione, a se continuata, *p. 330.* Memoratur etiam illud ab Ant. Possevino, Jesuita, ingrato utriusqve compilatore, *T. II. Apparatus sacri p. 19.*, sed, ne Hæreticum laudaret, absqve possessoris indicio.

HENNINGUS HENRICHS, Lubecensis, Johannis, Secretarii urbani, filius, d. 14. Dec. A. 1616. in lucem editus, Juris, cui in Germaniæ, Belgii ac Galliæ, vacaverat Academiis, utriusqve Licentiati titulum Gryphiswaldiæ A.

1647. adeptus, &, cum Praxi ejusdem in patria concivibus inserviisset forensi, qvatuorqve in conjugio duplici sustulisset liberos, d. 29. Apr. A. C. 1667., ac æt. 51., mortuus. Anagramma in nomen ejus a Georg. Nicol. Erasmi, *L. 2. Anagr. Emmetr.*, *n. 113.*, exhibetur.

Disp. de Injuriis & famosis libellis, Præside Hermanno Hermes, LL. Lic. & Prof. Coloniæ 1639. in 4.

Disp. Inaug. de Fidejussoribus, Præside D. Joach. Volschovio. Gryphiswaldiæ 1647. in 4.

M. HENRICUS HENRICI, Hamburgensis, Ecclesiarum Hadeliæ Superintendens, Pastorqve simul in eadem Neüenkirchensis.

Regentenspiegel des Königlichen Propheten Davids, oder der CI. Psalm von Gnade und Recht aufs einfältigste erkläret: An Christinam, Königinn von Schweden. Stadæ 1652. in 4.

Der Christlichen Kirchenengel Amptswerck und Leiden, erforderte Treue, Trost, und herliche Lebenskrone; oder Leichpredigt über Nicolaum Freytag, Predigern zu Neuenkirchen, auß Apoc. II. 8. 9. 10. Hamburgi 1653. in 4.

JONAS HENRICHSON, Meldorpio Dithmarsus (qvem Alb. Bartholinus (1.) perperam *Johannem*, *Bibliothecæ autem Thuaneæ Catalogus* (2.) *Jo. Meldorpianum* appellat), boni civis functurus officio, qvæ in diuturna peregrinatione Italica expiscatus erat, Pontificiorum adversus regiones septentrionales, & Daniam præsertim, consilia, scripto detexit seqventi.

Relatio de ratione & via regiones Septentrionales ad cultum Romanæ sedis reducendi; item de causis, propter qvas Daniæ suspecta esse debeat regnorum Poloniæ & Sveciæ conjunctio. Latine hæc seorsim initio (qvo anno locoqve incertum) prodiit, & recusa deinde est, tum in J. M. *Speculo Consiliorum Hispanicorum, in qvo Regis Hispaniarum machinationes variæ contra Evangelicos, pro nova Monarchia fundanda, a diversis Autoribus, tanqvam in tabella, repræsentantur*, Lugd. Bat. A. 1617. *in 8.* publicato, tum (*teste Bibliothecæ Thuaneæ Catalogo p. 100. & 433.*) *in Sica Jesuitarum tragica.* Svecica illius versio, jussu Caroli IX., Regis Sveciæ, a Johanne Thomæ Agrivilliensi Buræo, Uplando, Secretario illius & Antiqvario, concinnata, Holmiæ A. 1604. & 1656. *in 8.* lucem vidit publicam. V. Joh. Schefferi *Sveciam literatam p. 50.*

PETRUS HENRICHS, Civis Hamburgensis, Qvakerorum sectæ addictus, de qvo supra, *p. 134.* (sub Henr. Dehnii, socii ejus, nomine), narrata possunt relegi.

An idem is sit cum Petro Henrichs, Qvakero, qvi, teste Gotfr. Arnoldo (*T. II. Hist. Eccl.*, *Lib. 17.*, *c. 20.*, *p. 686. 710.*), Amstelodami A. 1674. edidit *Copiam* vom Schlusse oder Urtheile des Rahts zu Dantzig, wieder die Qväcker, Georg. Foxi etiam Epistolæ ad Senatum & Presbyterium Dantiscanum (sub tit.: die Christliche Freyheit gerühmt, und die Verfolgung verurtheilet), ibidem A. 1676. excusæ, annexam, mihi nondum est exploratum.

M. SIMON HENRICI, Kilonii d. 30. Jan. A. 1597., patre cognomine, Senatore, & IV. Civitatum Holsaticarum Syndico, matre vero Anna, Franc. Schröderi, Consulis Kiloniensis, filia, natus, in Academia, qvam A. 1621. adiit, Rostochiensi Joh. Affelmanni, Theologi celeberrimi, non domesticus solum fuit, sed & eodem in Museo contubernalis, titulumqve Magistri A. 1625. reportavit. A. seqv. 1626., d. 5. Sept., Scholæ Flensburgensis Rector (sed annuus tantum, uti Acta civitatis testantur publica), in locum Joh. Mohtii, electus, annoqve 1627., d. 15. Jan., in eam introductus, aliqvot saltem illi præfuit mensibus, hisqve elapsis, exercitus Cæsarei metu, in Oesiliam, maris Balthici insulam, fuga delatus subita, Scholæ illic itidem præfecturam, cum munere Ecclesiastico conjunctam extraordinario, obtinuit. Pace Cimbriæ reddita, Flenopolin A. 1630. reversus, Joh. Mohtio denuo in ædis Nicolaitanæ successit Diaconatu, &, qvadriennio hoc tantum functus unico, A. 1634. exeunte vivis excessit. Conf. de illo *Schediasma* nostrum *de Historia Scholæ Flensburg. Germanicum p. 13.*

Lemmatum, Scemmatum, Pemmatumqve Ethicorum Hexas miscella, Præside M. Jac. Breigero. Rostochii 1622. in 4.

Oratio de nobilissima consultandi dexteritate. Rostochii 1626. in 4. (*Catal.*)

Civis Christianus, oder Beschreibung eines rechtgläubigen Christen, und wahren Himmelsbürgers, auß dem XV. Psalm, in II. auf Oesel A. 1630. gehaltenen Valet-Predigten verfasset. Rost. 1634. in 12.

MICHAEL HENTSCHELIUS Junior, Lubecensis, Patre A. 1660. d. 21. Jun. natus cognomine, Cœnobii Annæi Præceptore, ædis in patria Jacobææ Diaconus d. 24. Jul. A. 1690., ac Pastor deinde d. 30. Sept. A. 1706., electus (V. Jacobi a Mellen *Lubecam Anni 1698. Literatam p. 6.*, & *Nova Lit. Lubec.*, *M. Dec. A. 1706.*, *p. 375.*). Obiit d. 25. Jan. A. 1711.

Plura de eo docebunt Enochi Svantenii, Scholæ Lubec. Rectoris, *Programma de vita illius funebre*, Zach. Stampelii, Subrect., *Memoria* ejus Germanica, Lub. A. 1711. in fol. edita, & Joh. Henr. a Seelen, (Epitaphii etiam recitantis Epigraphen) *Pars I. Athen. Lubec. p. 333-334.*

Disp. de Melchisedeco, Præside D. A. D. Habichthorstio. Rost. in 4.

Disput., qva de Presbyterorum & Clericorum dignitate, ac potestate ordinandi, &, hac occasione, de Episcopis, Presbyteris, Chorepiscopis, disseritur, Præside D. Aug. Varenio proposita. Rostochii 1682. in 4.

Diss. de ceremonia Exorcismi. Wit. in 4. Allegatur a Dan. Hartnaccio *P. III.* des Anweisenden *Bibliothecarii p. 345.*, & Seb. Edzardo (*Commentarium præclarum & pereruditum* eam vocante) *in Vindiciis contra D. Joh. Fabricii Defensionem p. 120.* Dubito vero an Autor hujus Disp. sit Hentschelius, si ea, teste *Catalogo* qvodam, Witeb. A. 1670. (qvo decennis ille tantum erat) *in 4.* jam prodiit.

Dreyfaches Wort GOttes, zu Jeremia, und allen getreuen Lehrern und Predigern, gesprochen, auß Jer. I. 7. 8., in drey Predigten vorgestellet. Hamburgi 1683. in 4.

MICHAEL MARTINUS HENTSCHELIUS, Lubecensis, Michaelis, Pastoris Jacobæi, filius, d. 23. Mart. A. 1697. natus, Med. Doctor Jenæ A. 1721. creatus, & phtisi, A. seqv. 1722., d. 20. Jun., in patria extinctus. V. Joh. Henr. a Seelen, Rect. Lubec., Programma de vita illius funebre.

Disp. de Potu frigido salubri, Præside D. Joh. Jac. Fickio defensa. Jenæ 1718. in 4.

Disp. Inaug. de Plethora, Præside D. Joh. Hadr. Slevogtio proposita. Jenæ 1721. in 4.

JOHANNES GEORGIUS HERMANNUS, Plöna Wagrius, Philos. & Med. Doctor, aulæqve Holsato-Plönensis, circa A. 1722., Medicus.

Disp. Inaug. de Modo operandi Remediorum Physico-Mechanico, Præside D. Frid. Hofmanno proposita. Halæ 1718. in 4. Recensum illius exhibet Halensium *Bibliotheca Academica*, *Sect. VII.*, *num. 7.*

GVILHEL-

(1.) *In Tr. de Scr. Dan. p. 72.* Confer mea *ad illum Hypomnemata p. 070.* (2.) *p. 100.*

GVILHELMUS de HERTOGHE, Hamburgensis, J. U. Licentiatus (in Academia A. 1721. creatus Jenensi) & in patria Practicus, Joh. Alb. Fabricio (1.) teste, *exqvisita Juris pariter & elegantiorum literarum scientia commendatissimus.*

Carmen Sapphicum seculare Latinum in Jubilæum Gymnasii Hamburgensis, A. 1713. celebratum, qvod legitur in Joh. Alb. Fabricii *Jubilæo Gymn. Hamb. primo* (Hamburgi A. 1715. *in 8.* excuso), *p. 93. 94. 95.*

Choricii, Scriptoris Seculi VI. Christiani, Oratio funebris in summum Ducem militarem, Græce, cum illius Versione Latina, edita in Joh. Alb. Fabricii *Bibliothecæ Græcæ Volumine VIII., sive Parte IV. Libri V.* (Hamb. A. 1717. *in 4.* impressa), *cap. 31., p. 863-876.*

Diss. de Privilegio Præscriptionis centum annorum Ecclesiæ Romanæ non competente. Jenæ 1720. in 4. (V. J. A. Fabricii *Vol. III. Biblioth. Lat. p. 820.*)

Specimen Juris Novellarum, compendio exhibiti. Hamburgi 1722. in 4. (*V. Fabricium loco n. 1. citato.*)

JOHANNES BAPTISTA de HERTOGHE, Hamburgensis, J. U. Doctor, in patriæ Templo Cathedrali Canonicus minor, simulqve, circa A. 1723., Consiliarius Justitiæ Holsato-Gottorpiensis.

Disp. Inaug. de Præstatione doli, culpæ & casus, in Contractibus. Trajecti ad Rhenum 1705. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 20.*

THEODORUS PETRUS HERWEG, Hamburgensis, natus A. 1638., liberorum Antonii Ulrici, Ducis Brunsvic. ab Anno 1667. fuit Præceptor, ædis autem D. Magno sacræ, in civitate Brunsvicensi, ab A. 1671., Pastor, d. 16. Sept. A. 1696. defunctus. V. Christoph. Jac. Blumii Braunschweigisches Prediger-Gedächtniß *p. 39.* E Christiana Magdalena, D. Joach. Lutkemanni, Superint. Gvelpherbytani filia, in conjugio minime pacato, 8. suscepit liberos. Vitam ejus D. Christ. Lud. Ermischius in Serm. fun. e 2 Tim. IV. 7. 8. (in den Leichpredd. *p. 90. & seqq.* istumqve secutus P. I. Rethmeierus, *P. IV. Hist. Eccl. Brunsv. c. 9., p. 690. 691.* fusius enarrarunt.

Leichpredigt über Georg. Ludov. Rahtgen, Past. zu Braunschweig an S. Magni Kirche, auß Nehem. XIII. 31. Brunsvigæ 1690. in 4. (*V. Blumium l. c.*)

CONRADUS HESSE, Kiloniensis, J. U. D. Altorfii A. 1653. creatus, &, post diuturnam cum Cornificio Trollio, Nobili Dano, suæ commisso fidei, peregrinationem, Cancellariæ aulæqve suæ Consiliariis a Friderico III. ac Christiano V., Daniæ Regibus, adscriptus; Dynasta Uhrndsholmiensis, & Theod. Lentii, Cancellarii regii (qvi Annam Catharinam, filiam, ei elocavit), gener, A. 1686. superstes.

Disp. II. ad libros Digestorum, Præside D. Henr. Ernstio defensa. Soræ 1646. in 4.

Oratio de Republica Noribergensi, in promotione Doctorali Altorfii A. 1653. habita. A. 1653. in 4. *Intimiori* hæc *eruditione* est *refertissima,* judice Joh. Georg. Richtero, Reip. Norib. Consiliario, *in Vita parentis sui, Georg. Richteri* (*Dec. III. Memor. JCtorum renov.* Henn. Wittenii recusa), *p. 279.*

M. PETRUS HESSELIUS, Hamburgensis, Martini, civis tenuioris, filius, d. 15. Dec. A. 1639. natus, e schola patria in Academias A. 1662. migravit, supremaqve Philosophiæ laurea Giessæ A. 1667. reportata Hamburgum redux, Prochei sive Nosodochii suburbani Pastoratum, A. 1671. ineunte, obtinuit, finem autem vitæ pariter atqve persecutionum, a superbis qvibusdam patriæ toleratarum Hierophantis, febri maligna correptus, d. 26. Dec. A. C. 1677., & æt. 38., attigit. Posthumis civium (qvorum plures millenis ejus comitati sunt exeqvias) Hamburgensium laudibus etiamnum celebratur pietas ejus infucata, & singularis in pauperes (qvibus nummos etiam a peccata confessis oblatos distribuebat) benignitas, imitatione multorum, longe lautioribus ibidem stationibus gaudentium Ecclesiasticis, dignissima. Celebrantur etiam insignis αὐτάρκεια, qva motus, tenuem istam in Procheo functionem aliis splendidioribus ac opulentioribus, qvinqvies sibi oblatis, prætulit, & φιλοπονία atqve diligentia in studiis sacris Historicisqve assidua. Fusius istas ejus virtutes deprædicavit ipsius in choro pariter atqve thoro successor, M. Joh. Mich. Dölerus, in Sermone Patentali Biographico prolixo, Hamburgi A. 1678. (*in 4.*) excuso, & titulo hoc superbiente allegorico: *Arboretum,* oder Geistlicher Baumgarten, in sechs unterschiedlichen Bäumen bestehend, und, auß dem schönen Lustgarten des Königs Salomons (Prov. X. 17.), in den Baumgarten der Lazareths-Kirche zu Hamburg, zum immerwehrenden Gedächtnisse M. Pet. Hesselii, Pastoris desselben, versetzet. Inseruit is huic Indicem scriptorum nostri ἀνεκδότων LXII., perqvam prolixum, in qvo, paulo post a nobis itidem exhibendo, numerum illorum, qvicqvid homiliarum in suggestu recitatum erat, luce publica dignum, cum multis ordinis sui hominibus, stolide judicando, plus justo auxisse mihi videtur. Historia vitæ ejus, illi subjuncta, a Joh. Alb. Fabricio A. 1711. *Volumini III. Memoriarum Hamburgensium, p. 407-429.,* est inserta. Aliam de eadem Narrationem vernaculam Altonæ A. 1685. *in 4.*, tecto nomine, edidit Otto Sperlingius junior, JC. celeberrimus, teste B. Raupachio *in Notis ad Commentat. de præsenti rei sacræ & literariæ in Dania statu p. 80.* Historiam obitus nostri, e scripto Dölcriano, repetiit Augustinus Eberhardus in den Valet-Reden der Sterbenden, *num. 143.*

Symboli loco ipsi fuit Acrostichon hoc Onomasticum: *Magnam Posthac Hæreditatem Possidebo.*

A Joh. Alb. Fabricio (*P. II. Memor. Hamburg. p. 914.*) *sedulus* vocatur *antiqvitatum Hamburgensium indagator.*

In Societ. Liligera Zesiana der Flüssende fuit appellatus.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Hertzfliessender Betrachtungen vom Elbstrome Erster Theil; mit Kupfern. Altonæ 1675. in 4. Meditationes has (qvarum partes aliæ qvinqve supersunt ineditæ) Theologicas potius esse, qvam Physicas aut Historicas, *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 1., p. 11.,* jam monui.

Sancta Amatoria, oder Verliebte Gedancken der Jesus-Liebhaber, auß dem Liebesgespräche Christi und des Apostels Petri (Joh. XXI. 15. 16. 17.), in fünf Büchlein, vorgestellet. Hamburgi 1676. in 8.

SCRIPTA INEDITA ET AFFECTA,

a Dölero *l. c.* enumerata.

I. LATINA.

Vitæ illustrium Virorum, qvi, in S. Bibliis, ab Adamo, usqve ad Apostolorum tempora, commemorantur.

Antiqvitates sacræ & profanæ, qvotqvot eruditus orbis agnoscit primarias, compendiose & remissive tractatæ.

Chronicon nummarium.

Tr. de Armis veterum bellicis.

Astronomia sacra.

 Diss.

(1.) *Vol. XII. Biblioth. Græcæ p. 402.*

Diss. Historica de Conversione gentium, ejusqve mediis legitimis.
Antiqvitates Judaicæ.

II. GERMANICA.

Der Hertzfliessenden Betrachtungen vom Elbstrome Anderer, Dritter, Vierdter, Fünfter und Sechster Theil.
Hamburger Palmbaum, oder Chronica der Stadt Hamburg; Opus, cui Autor, ab A. 1668. ad emortualem 1677., insudavit, ἀνέκδοτον, libris editis *in Catalogo Bibliothecæ Ott. Sperlingii Junioris* (Altonæ A. 1674. *in 4.* id prodiisse perperam tradente), *p. 259.*, falso annumeratum. De M. Joh. Mich. Döleri Continuatione illius, itidem inedita, fabulam vetustam de Hamburgo Anno O. C. 2217. per Gambrivium condito, & a Jove Hammonie nomen adepto, recoqvente, & e tabulæ Orichalceæ, per hortulanum, qvi e terra illam effoderat, decrepitum Hessclio donatæ, inscriptione ridicule confirmante, *Tomo seqventi*, sub Döleri plura dicentur nomine.
Historia Ecclesiastica Hamburgensis oder Christliche Kirchen-Chronica des Ministerii zu Hamburg.
Evangelischer Magnetstein von den irdischen und vergänglichen zu den Himmlischen und Göttlichen Dingen, auß den jährlichen Evangeliis.
Bewährte Hertzstärckung vor alle betrübte und angefochtene Kreutzträger.
Reisepostill.
Patriarchen-Postill, auß dem ersten Buche Mosis.
Lügen über Lügen deren, die in der Welt gläntzen von aussen.
Der entheiligte Beichtstuel, mit Seufzen betrachtet, und mit lebendigen Farben, den heutigen Christen zum Denckmahle, abgemahlet.
Alte Gedächtnisse, auß H. Schrift zusammengetragen, und zur Uebung der wahren Gottseligkeit abgezeichnet.
Das Urtheil der blinden Welt, welches sie fället gerade gegen das Gute, auß Luc. XXIII. 18.
Seelenarbeit, die allen Christen auferleget ist, biß zum Abend dieser Welt.
Biblischer Lustgarten.
Der Göttliche Sabbath.
Das Contrafait aller falschen Propheten, Ketzer und irrigen Lehrer.
Der geistliche Thiergarten, auß H. Schrift.
Das Königliche Priesterthum aller gläubigen Kinder GOttes.
Der geistliche Rosenstock des Kreutzes.
Himlischer Vorschmack.
Die geistliche Kaufmannschaft.
Spiegel der Erkäntniß des höchsten GOttes, der bösen Welt, und unser selbst.
Die reiche Fundgrube des theuren Verdienstes JEsu.
Die geistliche Bürgerwacht in der Stadt GOttes.
Der Hamburger Pesthof.
Die heilsame Baukunst eines Gottseligen Wesens, in den Hertzen der Menschen.
Das Sündenreich des menschlichen Hertzens.
Tägliche Bußglocke, die sich vom Himmel hören läst.
Seelenpostill.
Der Aufrührer Rotte, Kore, Dathan und Abiram, die annoch im Leben sind, und das H. Predigampt, samt aller wahren Gottseligkeit, aufheben, eigentlich erkläret.
Biblischer Erqvickstunden erster Theil.
Die geistliche Ethica und Tugendlehre.
Christi, und aller Christen, Marterwoche, auß dem Calender des Göttlichen Wortes hervorgesuchet.
Civitates Biblicæ.
Cosmographia Biblica.
Das geistliche Kornhauß Göttlicher Güte.
Judas-Spiegel, oder die Historie vom Verrähter Juda, allen, in welchen er noch lebet und webet, vorgebildet.
Biblische Geschichte erkläret.
Christianismus agonizans, oder das todtkrancke Christenthum, in dieser letzten Zeit.
Geistliche Wasserkunst der heiligen Andacht.
Ueberfluß alles Heils und Trostes im Nahmen JEsu.
Die Politick wahrer Christen.
Das herliche Nahmenbuch aller Gläubigen, wie sie vom H. Geiste im Worte GOttes aufgezeichnet stehen.
Der sonderbahre Lebenslauf Davids.
Das Himlische Leben.
Das irdische Leben, eigentlich abgerissen.
Biblische Apotheck vor die Krancken.
Das geistliche und weltliche Müntzwesen, mit ihren Schaupfenningen, betrachtet und umbgegossen.
Der Heiden Blindheit, Historisch besichtiget.
Die geistliche Raritat-Kammer der H. Schrift.
Biblische Sprichwörter.
Die irdische Weltkugel, mit ihrem gantzen Wesen, abgerissen.
Sonderbahre Gedenckzettel, die uns vorgeleget werden in dem Leiden und Kreutzgange Christi, und zu desselben Nachfolge dienen.
Die wolklingende Seelen-Musick, auß Eph. V. 19. und Col. III. 16. beschrieben.
Chronicon admirabile, inprimis qvoad res Germaniæ, historiarum amatoribus exhibitum.
Astronomia Sacra; das ist: Himmelslauf, mit Sonne, Mond und Sternen, nach H. Schrift ordentlich beschrieben, und mit reichen Lehren abgemessen.

JOHANNES HESSIUS, Lubecensis, ædis in patriæ suburbio Laurentianæ Ecclesiastes d. 24. Nov. A. 1692., Petrinæ autem in urbe ipsa Diaconus d. 3. Aug. A. 1693., & A. 1713. Pastor electus obiit d. 11. Nov. A. 1715. V. Jac. a Mellen *Lubecam A. 1698. literatam p. 6., & Seriem MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 335. 336.*, ac Enochi Svantenii *Programma funebre*.
Disp. de fluxu Sangvinis & aqvæ Christi laterali, Præside D. Abr. Calovio. Witebergæ 1679. in 4.

JOACHIMUS

JOACHIMUS HESTERBERG, Hamburgensis, Theol. Candidatus, *Vir*, teste Joh. Conr. Danhauero, Præceptore (*in præfat. Dissert. ejus*), *pietatis & eruditionis harmonia insigniter præcellens, qvi e S. Lit. fontibus limpidissimis os sacrum proluit cupidissime, in studio Polemico ad bella sacra incaluit flagrantissime, Historiæ qvoqve Ecclesiasticæ thesaurum sibi comparavit diligentissime.*

Ecclesia Waldensium, orthodoxiæ Lutheranæ testis & socia, sive Diss. Historico-Theologica de illa, ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Conr. Danhauero proposita. Argentinæ 1659. & 1668. in 4. Recusa etiam *in Appendice Voluminis Disputationum Theologicarum* J. C. Danhaueri, Lipsiæ A. 1707. *in 4.* excusi. Commendatur a Danhauero Præside (cui *specimen* audit, *passim rosos ungves, & industriam inusitatam, redolens*) *in præfatione*, J. H. Hottingero *P. IV. Bibliothecarii qvadripartiti, c. 6., p. 448.*, & Elia Vejelio (*eruditam* eam vocante) *in Diss. Isagogica in Natalis Alexandri Selecta Hist. Eccl. capita, Art. XI., p. 298.* Confer de illa Phil. Jac. Speneri letzte Theol. Bedencken, *P. I., cap. 2., Art. I., Sect. 1., p. 328.*, ubi, eam a se, sub Hesterbergii nomine, esse conscriptam profitetur.

JOHANNES HENRICUS HEUBELIUS, Christiani Augusti, Ducis Holsatiæ, Episcopiqve Lubecensis, filiorum, in civitate Hamburgensi, circa A. 1717., Ephorus, Juris A. 1723., Professor in Acad. Kiloniensi, ac Historicus Holsato-Gottorpiensis, designatus, sed paulo post remotus.

Confer de illo J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec., c. 16., p. 448. 449.*, & *Memoriam Stadenianam, c. 5., p. 163. 164.*, ubi etiam Societatis Scientiarum Borussicæ Collegis accensetur.

Bibliotheca Germaniæ Historica, seu Scriptorum Rerum Germanicarum omnium Notitia Chronologica & Geographica, in qva eorum Vitæ & scripta, edita, inedita vel deperdita, exponuntur, dijudicantur, emendantur: Cui inserta sunt Fragmenta qvædam Historici potissimum argumenti, maximam partem vel nunc primum in lucem prolata, vel auctiora, & Diplomatum, chartarum, sigillorum, nummorum, hinc inde dispersorum, vel etiam adhuc latentium, & Antiqvitates atqve res Germanicas illustrantium, Indices absoluti, una cum Disqvisitionibus necessariis. Opus ineditum, Lipsiæ *in fol.* proditurum, & *in Catalogo nundin. Lips. A. 1720. autumn. p. 60.* promissum.

Oratio auspicalis de Pedantismo Juridico, in Acad. Kilon. d. 14. Apr. A. 1723. recitata, ob cujus παῤῥησίαν professionem amisisse traditur.

ROBERTUS HEUSER, Bergerdorpiensis, Pastor, circa A. 1683. & 1701., in Eiderstadia, Tetenbüllensis, cujus uxoris Epitaphii in æde cathedrali Hamburgensis epigraphen vernaculam Joh. Alb. Fabricius, *in Auctario Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium (num. 130., p. 41.)*, recitat.

JEsus natus & datus, seu Meditatio Oratoria de Nativitate Christi, ejus certitudinem & effectum proponens, in Schola Ratzeburgensi A. 1666. recitata. Ratzeburgi 1667. in 4.

FRIDERICUS HEYE, Holsatus, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de natura & dolore Dentium, Præside Herm. Conringio. Helmstadii 1662. in 4.

PETRUS HEYLINGIUS (qvi *Holingius* perperam in Grotiana ad illum vocatur Epistola), Lubecensis, probe, uti in *Homonymoscopia* (1.) jam monitum, a Petro Heylino, Burfordiensi Anglo, Th. D., aulæ regiæ Ecclesiasta, ac Præbendario & Subdecano Westmonasteriensi, A. C. 1662., & æt. 63., d. 8. Maji, defuncto, Viro de historia regni patrii Ecclesiastica præclare merito (2.), est distingvendus. Patre natus est gemmario Lubecensi, &, scholam freqventans publicam, simulqve Joh. Feldhusii, Senatoris, privatim instituens liberos, invidendos brevi in literis fecit progressus. E Lyceo patriæ, anno circiter 1627., non in Academias, uti nostrates solent, Germanicas, sed Parisios, IV. juvenibus præfectus patriciis, discessit, & Hug. Grotium, istic tunc exulem, ita sibi conciliavit, ut, in intimam admissus familiaritatem, ejus rheda, eqvis ac famulis, tanqvam suis, uteretur. Id qvod Joh. Marqvardus, JCtus, Civis ejus, & patriæ tandem Consul, qvem, Lutetiam delatum, Grotianis comitatus pedisseqvis, nummisqve abundans, ea, qvæ loco natos illustri decet, pompa, salutavit, narrare amicis est solitus. E Gallia in Italiam digressus, inde in Melitam trajecit, &, cum non ea, qvæ antehac, nummorum copia suppeteret, vestitu pristino splendido cum viliori, peregrinatoribus familiari religiosis, commutato, pompa omni abstinuit, monachos autem insulæ, homines rudes & indoctos, crebris disputationibus in sui rapuit admirationem, &, cum pares ipsi haud essent, ut has intermitteret, se obtestari coegit. Ulterius deinde, ut peritiam lingvarum Orientis eximiam, qvam doctrinæ Theologicæ solidiori junxerat, in ipso Oriente augeret, Constantinopolin, & hinc in Palæstinam, est profectus, sepulchrumqve Dominicum, cum Hieronymo a Dorne, cive suo, illic reperto, devote veneratus. In Ægyptum A. 1634. pervenit, ac Memphi (unde ad Grotium d. 28. Aug. dedit literas) diutius commoratus, Coptitas illius Christianos pietate ac modestia brevi ita sibi conciliavit, ut maximi ab iis fieret, tituloqve *Mualim*, sive Doctoris Petri, a plerisqve ornatus Arabico, libris eorundem, etiam vulgo minus cognitis, facile potiretur. Qvibus accurate perlectis, qvænam illorum de duabus Christi naturis sit doctrina, Eutychianismi vulgo insimulata, perspexit, &, qvæ ejus in controversiis sacris erat moderatio, dissensum inter hos atqve Europæ Christianos magis in metu seqvelæ, qvam re ipsa, consistere, judicavit (3.). Incidit illic in novum Abyssinorum Patriarcham, a Rege horum, Basilide, qvi Alph. Mendezium, Lusitanum, Antecessorem ejus Pontificium, cum Jesuitis suis, regno A. 1632. jusserat excedere, Alexandria, sicut antea moris fuerat, ut veterem in eodem religionem instauraret, evocatum. Huic, ad Abyssinos abituro, eodem A. 1634., comitem se junxit, &, in transitu Svaqvenæ insulæ, cum Mendezio, illic reperto, disputatione congressus publica, dogmata Ecclesiæ Romanæ summa dexteritate impugnavit, Lutherana autem animose defendit, ac singula, qvæ dicebantur, adstantibus Arabice est interpretatus. Qva explicatione cum Mendezius, lingvæ ignarus Arabicæ, ac proinde sermones ejus cum auditoribus colloqvii non intelligens, illum abstinere juberet, cordate, se hunc in finem, ut auditores instruantur, disputare, mox regessit. Finita disputatione, Mendezius, ad suos conversus Jesuitas, qvantum ab Heylingio religioni immineret Pontificiæ periculum, gemebundus hisce verbis exposuit: *Si Doctor iste in Habessiniam pervenerit, in extremam hæresin illam præcipitabit* (4.). Noster, iras haud moratus adversarii, iter inchoatum continuavit, &, exeunte anno 1634., Germanorum primus in Habessiniam pervenit. Eo delatus, eloqventia flexanima, cum singulari vitæ conjuncta sanctitate, non solum plurimos incolarum ad suam pertraxit religionem, sed summum etiam favorem meruit Procerum aulicorum, ipsiusqve Monarchæ Basilidis, qvi juvenum nobilium vacantem institutioni plurimis cumulavit beneficiis, tentorio, aliisqve rebus necessariis, donavit (5.), imo, si Joh. Marqvardi, Consulis Lubecensis, ad Æthiopis, qvi, Lubecam

(1.) *Sect. I., c. 4., §. 1., p. 84. 85.* (2.) V. Georgii Vernon *Vitam* illius, Anglice Lond. A. 1682. editam, Thomæ Popeblountii, hanc allegantis, *Censuram Autorum, p. 1008. 1009. 1010.*, Ant. Woodii *Antiqq. Acad. Oxon.*, Pauli Freheri (Woodium seqventis) *Theatrum Eruditorum p. 631. 632. 633.*, & Henr. Lud. Benthemii (Epitaphium etiam Westmonasteriense recitantis) Engelländischen Kirch- und Schul-Staat, *c. 5., p. 47. 48.* (3.) V. Jobi Ludolphi *Lib. 3. Hist. Æthiop., c. 8., num. 48., & c. 14., n. 4. ac seqq.* (4.) V. Ludolphum *Lib. 3. Hist. Æthiop., c. 14., n. 4-11., & in Comm. ad Hist. Æthiop., L. 3., c. 14., n. 135.* (5.) V. Ludolphum *locis num. 4. citatis.*

cam delatus, Dn. Wesselium nostri verbis salutavit, provocantis testimonium, tuto credi potest relationi, cognatam suam ei dedit uxorem. Qvamdiu deinde apud Habessinos fuerit superstes, qvave fortuna gavisus, & qvo tempore mortuus, diversæ diversorum narrationes plane reddiderunt incertum. Chowagia Morad, Armenus, Abassinorum ad Gubernatorem in India Batavicum A. 1693. Legatus, in sua de rebus Abassinicis ad hunc relatione, a Ludolpho eodem anno edita (1.), superstitem fuisse nostrum apud Æthiopas, tradidit, sub imperio etiam *Jaso Adjam Sagedi*, A. 1680. regno admoti, &, cum controversia de duabus Christi naturis inter Theologos gentis indigenas acriter disceptaretur, sententiam orthodoxam nonnullos, ingenti Regis, eandem amplexi, in se favore fretum, docuisse, plures tamen in antiqva Coptitarum & sedis Alexandrinæ, de una in Christo natura, perstitisse, Regemqve tandem, litium pertæsum, moderatioribus silentium injunxisse, rigidiores carcere multasse, Heylingio autem, ut e regno abiret, mandasse, illumqve, cum voluntati regiæ obtemperaret, in itinere esse defunctum. Sed merito de narrationis Moradi certitudine Ludolphus dubitat (2.), Petrum diu ante Regis modo dicti tempora vivis excessisse, ab aliis edoctus. Pari incertitudine laborant, qvæ Joh. Marqvardus, de ipso Jesuitarum sublato insidiis, alii autem, vel de morte in Habessinia, vel de Europa, post dimissionem a Basilide Rege impetratam, ab eo, a latronibus Arabiæ in itinere trucidato, incassum repetita, vanis nixi rumoribus, retulerunt (3.). Notitiam vitæ ejus partim locis scriptorum Jobi Ludolphi, Consiliarii Cæsarei & Saxonici, jam allegatis, partim vero D. Joh. Marqvardi, Consulis Lubecensis, Relationi MStæ, Ludolpho transmissæ, & ab hoc per literas amicas A. 1692. mihi communicatæ, debeo. Conferri de eadem possunt Joh. Mich. Vanslebii, Erfurtensis, Apostatæ, Relatio in Anglia impressa, qvam Ludolphus subinde allegat, &, *in Comm. ad Lib. 3. Hist. Æth.*, *c. 14.*, *n. 131.*, mire qvidem Heylingium laudare, sed multa simul vana atqve falsa tradere, testatur, nec non Excerpta e scriptis Ludolphi, tam Lipsiensium, *in Actis Erud.*, *M. Aug. A. 1691.*, *p. 373.*, *& M. Jun. A. 1693.*, *p. 282.*, qvam Wilh. Ern. Tenzelii, *in Dialogis menstruis Germanicis*, *M. Jul. A. 1691.*, *p. 566.*, *& M. Jun. A. 1693.*, *p. 492. 493.*, obvia. Ludolphus eum, *Lib. 3. Hist. Æthiop.*, *c. 8.*, *n. 48.*, *Virum* salutat *ex nostratibus insignem*, &, *L. 3.*, *c. 14.*, *n. 4.*, *insignem eruditione & probitate juvenem, Augustanæ Confessioni addictum, qvi Arabice communiter MUALLIM, i. e. Doctor Petrus, vocatus fuerat.*

Epistola ad Hug. Grotium, de Melchitarum & Jacobitarum in Oriente dissidiis, Memphi d. 28. Aug. A. 1634. scripta, & in Jobi Ludolphi *Commentario ad Historiam Æthiopicam*, Francofurti A. 1691. *in fol.* excuso, *Lib. III.*, *c. 8.*, publicata. V. Tenzelium *l. c.*, *M. Jul. A. 1691.*, *p. 554.* In Grotii *Epistolarum* Volumine Amstelodamensi (qvod eandem exhibere Ludolphi ad me perhibet Epistola) frustra illam qvæsivi, duas autem Grotii ad Heylingium responsorias, unam de componendis dissidiis Ecclesiarum Orientalium & Occidentalium intestinis, & religione ritibusqve Abyssinorum, Parisiis Kal. Aug. A. 1635. scriptam, *num. 444.*, *p. 165. 166.*, alteram vero de rebus itidem Orientalium Ecclesiasticis, d. 11. Apr. A. 1637. exaratam, *num. 748.*, *p. 319.*, inveni.

CHRISTOPHORUS WILLEHADUS HILCKEN, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, Judiciiqve simul inferioris, circa A. 1707., Assessor, a Vinc. Placcio, Professore Hamburgensi celeberrimo, in testamenti sui Executorum A. 1699. allectus numerum; qvi a C. H. E. D., *in Relatione de itinere suo Anglicano & Batavo*, A. 1710. edita, *p. 13.-20.*, fuse laudatur, & A. 1716. etiam XVvirorum patriæ fuit Secretarius. Obiit A. 1717.

Disp. Inaug. de Residentibus, eorumqve Juribus, Præside D. Pet. Müllero. Jenæ 1690. in 4.

JOHANNES STEPHANUS HILDERMANN, Parochus ruralis, in Wagria, Altencrempensis. Conf. de illo J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 336. 337.*

Jesussprüche, welche, nach Anleitung der Sontäglichen Evangelien, das Erkäntniß JEsu Christi vorstellen. Plönæ 1700. in 12.

Die Evangelische Glaubenslehre, aus Sprüchen H. Schrift, nach Anleitung der Fest- und Sontäglichen Evangelien, vorgestellet Lauenburgi 1702. in 12. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Dec. 1702.*, *p. 378.*

Die Pflicht der Zuhörer gegen ihre verstorbene Lehrer, in einer Leichenrede über Gottfridum Pohlen, Past. zu Schönwolde, vorgestellet. Lubecæ 1706. in 4. V. N. L. Lubec. A. 1706. p. 376.

Leichpredigt über Joh. Langemake, Past. in Neustadt ed. A. 1712.

Pauli Gewißheit von seinem Glauben und Seligkeit, oder Leichpred. über 2 Tim. I. 12. Lub. 1715. in 4.

JOHANNES CHRISTOPHORUS ab HILLEN, Johannis ab Hillen, Osnabrugensis, J. U. D. & Consiliarii Danici atqve Saxo-Lauenburgici, ex Elisabetha, Mart. Gerdesii, J. U. D. & Consulis Güstroviensis, gnata, filius, Lubecæ, teste Aug. Varenio (non autem Güstrovii, ceu a Seb. Bacmeistero (4.) perperam est traditum), primam, d. 27. Dec. A. 1620., lucem aspexit. Literis humanioribus, in scholis Güstroviensi, Lubecensi & Osnabrugensi, Juris autem utriusqve scientia, in Academiis Rostochiensi, Lugduno-Batava, Franeqverana & Trajectina, imbutus, hujusqve Doctor, post iter in Belgium, Galliam & Germaniam, literarium A. 1650. finitum, Rostochii creatus, ibidem, loco inter Dicasterii provincialis Megapolitani impetrato Advocatos, consedit, & in civitate tandem patria, in qvam excurrerat, Lubecensi, M. Aug. A. C. 1665., & æt. 45., vivis excessit. Conjugem habuit Annam Elisabetham Cothmanniam, Friderici, J. U. Doctoris, filiam, & Ernesti, Antecessorum Academicorum Rostochiensium celeberrimi, neptem, post obitum suum Casp. Thurmanno, JCto celebri, ac Consiliario Saxo-Lauenburgico, secundis A. 1666. sociatam nuptiis. Filiam ex hac sustulit, matri cognominem, Joh. Jac. Döbelio, Med. Doctori & Professori Rostochiensi, elocatam. V. D. Aug. Varenii, Theologi Rostoch., *Programma de vita ejus funebre.*

Disp. de Feudis, Præside D. Bernh. Schotano. Lugd. Bat. 1644. in 4.

Disp. Inaug. *ad L. Sancimus Fin. C. de reb. alien. non alien.*, sive de prohibitione alienationis, Præside D. Nicol. Schützio. Rostochii 1647. in 4.

JOHANNES HILMERS Lubecensis, oppidi Burgensis in Insula Femariensi ab A. 1702. Archidiaconus & Diaconus deinde ab A. 1720. Catharinæus Hamburgensis.

V. de illo Nova Literaria Lubecensia M. Majo A. 1704. p. 158. & Joh. Henr. a Seelen P. I. Athen. Lubec. p. 337. 338. ac P. IV. c. 13. p. 241.

Die von GOtt gewürdigte Lob-Eck, als die heilsame Reformation Lutheri, in der Keyserlichen freyen Reichs-Stadt Lübeck, im Jahre Christi 1529. einen wunderbahren Anfang genommen, jedoch in folgenden Jahre herlich hinausgeführet: Nebst Benennung derer Lutherischen Prediger, von der Zeit an, biß auf den heutigen Tag. Lubecæ 1716. in 8. V. de hoc libello Val. Ern. Löscheri unschuldige Theolog. Nachrichten, *Sect. I. A. 1717.*, *p. 89. 90.*

Femaria Historica, oder Historisches Andencken der Insul Femern; Scriptum ἀνέκδοτον, cujus XXIV. Capitum argumenta a J. H. a Seelen *l. c.* sigillatim indicantur.

CHRI-

(1.) *in Appendice Historiæ Æthiopicæ, & Commentarii in eam*, Francofurti A. 1693. *in fol.* excusa, *p. 26.* (2.) *in Notis ad Append. cit. p. 20-31.*
(3.) V. Ludolphum *locis num. 4. pag. prac. citatis.* (4.) *in Syllabo Rostochii promotorum, in Nov. Lit. Lubec.*, *M. Jul. A. 1701.*, *p. 219.*

CHRISTIANUS HILTEBRAND, Civitatis Hamburgensis fidicen.

Auserlesene liebliche Paduanen und Galliarden, mit fünf Stimmen. Pars harum secunda Hamburgi A. 1609. *in 4.* (*teste Catalogo Nund. Francof. A. 1609. Vern. p. 25.*) prodiit.

DIETERICUS PETRUS HINNERKING, Arithmeticus, circa A. 1700., Hamburgensis, in societate urbis istius Arithmetica *Cumulantis* (des Häuffenden) insignitus agnomine. V. *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1700., p. 92.*

Kurtzes Probier-und Repetier-Rechenbüchlein, worinn sonderlich die Interesse-Rabatt-und Wechselrechnungen gründlich tractiret werden. Hamb. A. 1708.

CHRISTIANUS HINTSCHIUS, Hamburgensis, Ptochei patriæ (post sacros sermones, in Ergasterio ejusdem, per qvadriennium jam habitos), A. 1701. (d. 23. Jun.), Pastor, ac Oppidi deinde in Wagria Plönensis, ab A. 1705., Ecclesiastes, A. 1719. mortuus.

V. Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Anni 1701. Historicas vernaculas, n. 27., p. 216., Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1701., p. 213., & Nova Lit. Germ., M. Mart. A. 1705., p. 120.*

Das Göttliche Moral-und Sittengesetz, sofern es ist unser Spiegel, Regul und Riegel, von Christo, nach dem Vten Gebote, im Evangelio des VI. Sontages nach Trinit. (Matth. V. 20-26.), schön erkläret, und in einer Predigt, auf dem Hamb. Pesthofe vorgestellet: Samt einer Apologetischen Vorrede wieder die Lästerer derselben. Hamburgi 1704. in 4. V. *Nova Lit. Germ., M. Mart. A. 1704., p. 120.*

Der geistliche Gnadenhimmel aller gläubigen Kinder GOttes hier auf Erden, worinn sie, nebst anderen himlischen Herligkeiten, GOttes seliges Anschauen, zum Vorschmacke des zukünftigen Freudenhimmels, in gewisser masse, haben, aus Biblischen Sprüchen betrachtet. Plönæ 1710. in 8.

JACOBUS HINTZELMANN, Hamburgensis, J. U. L. & in patria Practicus circa A. 1716.

Disp. de dissonantia Juris Civilis & Hamburgensis, in contractibus, Præside D. Matthia Steinio. Rostochii 1703. in 4. V. *N. L. Lubec., M. Jul. A. 1703., p. 146.*

Disp. Inaug. de Pretio eminente. Leidæ 1704. in 4.

BARTHOLDUS GÜNTHERUS HINTZIUS, Hamburgensis, J. U. Doctor & in patria Practicus, A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. de Dotium concurrentium antelatione, Giessæ 1710. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 21.*, & Matth. Nic. Kortholti in eam Hexastichon *Lib. I. Epigramm. p. 9.*

PETRUS ANDREAS HOECKIUS Flensburgensis.

Dissertatio Historica de Confessoribus veritatis in Papatu, ad D. Thomam Clausenium. Witebergæ A. 1721. in 4.

M. ANANIAS HOETENSLEBEN, Parochiæ ruralis Steinbeccensis, in præfectura Trittoviensi, Pastor, generum suum Salomonem Petri, legationis in Persiam Holsaticæ antea Ecclesiasten, A. 1639. nactus successorem.

Leichpredigt über Augusta, Herrn Hildebrands von Horn Töchterlein, aus Sap. IV. Hamburgi 1629. in 4.

ANDREAS HOFFMANN, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Phlebotomia. Halæ 1701. in 4. (*V. Lehmanni Hamb. Lit. A. 1704., p. 13.*)

CHRISTIANUS HOFFMANN, Joachimi Ernesti, Ducis Holsato-Plönensis, Ecclesiastes aulicus.

Rechtgläubiger Evangelischer Fürsten, und aller wahren Kinder GOttes, unsterblicher Ehrenruhm auf Erden, und unverwelckliche Lebenskrone im Himmel; oder Leichpredigt über Joachimum Ernestum, Hertzogen zu Holstein-Plön, aus Rom. XIV. 8. Ratzeburgi 1672. in 4.

JOHANNES ADOLPHUS HOFFMANN, Plönensis Wagrius, Theol. Candidatus, Joh. Millio, Acad. Oxoniensis Theologo, cum in ista viveret, perqvam familiaris, a Millio (1.), suppresso licet nomine, *Vir haud vulgaris in literatura Coptica eruditionis, & incredibilis diligentiæ, qvi edendis, & Latine reddendis, libris N. T. Copticis horas suas lubens insumeret*, teste Christ. Frid. Börnero, diligentiæ ejus, in describenda Oxoniæ, e Codicibus Bodlejanis, Versione ista N. T. Coptica, spectatore (2.), est appellatus. In Chersonesum patriam ex Anglia A. 1707. reversus, aliqvot, Versionis ejusdem N. T. Copticæ capita, e MStis Bodlejanis descripta, secum attulit, & editioni, translatione Latina notisqve illustrandæ, paravit. Vid. Joh. Alb. Fabricii *Lib. IV. Bibliothecæ Græcæ, P. I., c. 5., p. 192.* Conf. *Lib. V., P. I., c. 2., p. 320. 321.*, ubi *Vir* vocatur *doctissimus*, & Ephremi Homiliæ, partim Syriacæ, partim Græcæ, e Codd. Oxoniensibus ab eo descriptæ, laudantur.

Thomæ qvoqve Watsoni Operum sacrorum Partes tertiam & qvartam (cum duæ priores Hafniæ jam ante, ab alio, ni fallor, interprete, Germanice essent publicatæ), e Lingva Anglica in Teutonicam a se translatas, sub hoc Hamburgi A. 1705. *in 4.* edidit titulo: Thomæ Watsons Uebung der Gottseligkeit, begreiffend mehr denn 176. Predigten, theils über alle Articel der Gotteslehre, theils über den kleinen Catechismum; nebst einer Zugabe unterschiedener anderer Reden; und also seiner Schriften dritter und vierdter Theil, aus dem Englischen verdeutschet.

Observationum Politicarum, sive de Republica, Libri X. Trajecti ad Rhenum 1719. in 8. De eorum methodo atqve argumento Lipsienses (ob *exempla selectissima & dictionem comptam atqve elegantem, eos commendantes*) in *Actis Erud., T. VII. Supplem., Sect. 10. p. 472.*, Autores der *Republyk* der Geleerden, *M. Jul. & Aug. A. 1719. num. 8.* & der Maendelyken Uittreksels, *M. Nov. A. 1719. num. 2.*, hosqve secuti Halenses, *Parte XCII.* der neuen Bibliotheck *p. 127. 128. 129.* & J. G. Kraufius in den neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 75. A. 1719. p. 597. 598.* plura docebunt. Versio ejus Germanica prodiit Hamburgi 1725. in 8. sub hoc titulo: Politischen Anmerckungen über die wahre und falsche Staatskunst, worin aus den Geschichten aller Zeit bemercket wird, was einem Lande zuträglich oder schädlich sey.

Zwey Bücher von der Zufriedenheit, nach Anleitung der Vernunft und Glaubens-Gründe verfasset. Hamburgi bis A. 1722. in 8. & tertia editio auctior Hamb. 1725. in 8.

M. Aurelii Antonini, Römischen Kaysers, erbauliche Betrachtungen über sich selbst aus dem Griechischen verteutscht und mit kurtzen Anmerckungen und seinem Leben vermehret. Hamburgi 1723. in 8.

Operibus ejus promissis addatur nova Operum Justini Martyris omnium Editio Græco-Latina, textum Stephanianæ exhibitura, & Londini *in fol. maj.* cum plurimis proditura accessionibus, cujus, hortatu Joh. Ern. Grabii susceptæ, Σκιαγραφίαν jam A. 1715. publicavit peculiarem. De hac, Anglorum invidia hactenus sufflaminata, præter Joh. Gottl. Krausii *Novellas anni 1716. literarias Germanicas Lipsienses, num. 2., p. 10. 11., & n. 40. p. 313.*, Halensium siebende Nachlese der neuen Bibliotheck *p. 643.*, & Joh. Alb. Fabricii (Commentarios Hofmanni, qvibus, cum Oxonii versaretur,

(1.) *In Prolegomenis in suam N. T. Græci editionem p. 152.* (2.) *In Notis ad Jacobi le Long Biblioth. Sacram p. 292.*

tur, Justinum *egregie illustravit*, prælo paratos, sibiqve visos, velut *eruditos* laudantis) *Bibliothecæ Græcæ Vol. IX., sive Lib. V. P. V., c. 38., p. 414.*, consuli possunt Lipsienses, *in Actis Erud., M. Majo A 1716., p. 237.*, verbis illam adumbrantes commendantesqve seqventibus: *Nunc omnium, quæ feruntur, Justini Martyris Operum editionem plenissimam pariter & elegantissimam parat Joh. Adolphus Hofmannus, Germanus, Fragmentis noviter repertis, Notisqve variorum & suis, nec non Dissertationibus de Vita ac martyrio Justini, ejusqve scriptis, variis eorum editionibus, Codicibus MSS., de interpretatione V. T. qva usus est, defensione item contra criminationes malevolorum, amplificandam. Scripta singula in Sectiones minores distinxit, argumentis instruxit, ordine chronologico disposuit, versionemqve qvadringentis amplius locis emendavit.*

Inedita ab Hofmanno adhuc asservantur:

1. Versio Germanica Librorum Ciceronis de Officiis.
2. Comm. in Epist. ad Romanos.
3. 180. theils eigene, theils übersetzte moralische Poesien in 4. Büchern. 1. von GOtt und der Weißheit. 2. von der Welt und ihrer Thorheit. 3. von dem Menschen. 4. von der Selbsterkentnis auch vom Guten und Bösen.

GEORGIUS JACOBUS HÖFFTIUS, Hamburgensis, J. U. Doctor & in patria Practicus, Societatisqve Philo-Teutonicæ Hamburgensis (der teutsch-liebenden Gesellschaft) Collega. Vixit. A. 1716.

Disp. de Cessione Literarum Cambialium, Præside D. Melchiore Dethmaro Grollmanno proposita. Giessæ 1711. in 4. Recusa Lipsiæ A. 1718. in 4. V. Recensum illius in Halensium *Bibliotheca Academica anni 1718., Sect. 2., p. 77 - 82.*, & confer *Partem XI.* der gelehrten *Famæ p. 793. 794.*

Disp. Inaug. de Virgine stuprata a stupratore non dotanda. Giessæ 1712. in 4. Matth. Nic. Kortholti in eam Hexastichon *Libro I. Epigramm. p. 9.* legitur.

M. JOHANNES HÖGELKE, ab Hamburgensibus A. 1541. ædis Georgianæ Ecclesiastes, A. 1542. Petrinæ Diaconus, & A. 1548. ejusdem (post Joh. Garcæum) Pastor, est electus, ac d. 5. Jul., non a Superintendente, Joh. Æpino, (qvocum simultates ei intercedebant gravissimæ), sed ab Henr. Brockio, Consule, Senatoribus, & templi curatoribus, exemplo hactenus inusitato, in istam introductus. In sacro de Christi ad inferos descensu certamine, qvod A. seqv. 1549. inter Ecclesiæ Hamburgensis exarsit ministros, Antagonistarum D. Joh. Æpini facile princeps fuit, nec tamen ab officio sacro (qvo Synaspistæ ipsius, Joh. Garcæus, Casp. Hackrahtius & Tilem. Eppingius, hanc ob causam, A. 1551. privabantur) per eum potuit deturbari. Cum cæteris etiam Collegis lites ei fuere perpetuæ, ad A. usqve 1555., qvo Senatus illas, Æpino (cui nunqvam reconciliatus est) jam defuncto, d. 27. Aug. consopivit. A. 1557. Presbyterii Hamburgensis de Eucharistia confessionem, a D. Paulo ab Eitzen conscriptam, sua approbavit subscriptione, &, seqventi 1558., Kal. Nov., extinctus, Joh. Crusium habuit successorem. V. Anonymi *Catalogum MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 862. 864. 913.*

Utbleggin̄ge över dat Evangelium van des Könningschen Amptmannes Gelooven, Joh. IV. Rostochii 1546. in 8. L. Saxon. (*Catal.*)

ERNESTUS HOHENHOLZ, Vici in Wagria Neomonasteriensis Archidiaconus.

Christl. Valet-Predigt, bey Hochfürstlichem Abschiede Ludovici, Landgrafen von Hessen, und dessen Gemahlinn, Mariæ Elisabethæ, gebohrner Hertzoginn von Holstein, auß Tob. X. 11. 12. 13., gehalten. Slesvigæ 1651. in 4.

Christl. Trostpredigt, bey der Leichbegängniß Fr. Magdalenæ von Sallern, auß Cant. II. 10. 11. 12. 13. Hamburgi 1667. in 4.

M. JOHANNES ERNESTUS HOHENHOLZ, Gettorpio, pago Sylvæ in Ducatu Slesvicensi Danicæ, Cimber.

Disp. de veris Ideas dividendi distingvendiqve fundamentis. Kilonii 1718. in 4.

Oratio inedita de Anno Veteris Testamenti Jubilæo, Kilonii, anno Lutheranorum Jubilæo 1717., M. Nov., recitata. V. *Progr. Jubil. Kilon.*

HIERONYMUS HOHUSEN, Joh. Fil., Hamburgensis, J. U. Lic., patriæ Senator d. 21. Febr. A. 1621., Prætor autem A. 1624., electus, & d. 10. Aug. A. 1626. defunctus. V. Ad. Trasigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamburg. p. 44.*

Disp. Jurid. de Urbanis servitutibus, Præside D. Phil. Hoffmanno. Heidelbergæ 1609. in 4.

M. JOHANNES HOLLÄNDER, Flensburgensis, Parochiæ Sörupensis, ab A. 1667. in Anglia Cimbrica, patriæ vicina, Pastor, Senex eruditus, A. 1724., ætatisqve 88., adhuc superstes.

Theologus eruditissimus audit J. M. Kraftio, *in Hist. Eccl. Husensi p. 275.*

Disp. Historico-Philologica de בת קול, seu filia vocis. Hafniæ 1666. in 4.

JACOBUS HOLLANDUS STROZZÆUS, Flensburgensis (filius forte Petri Hollandi Strozzæi, Med. Doctoris, & ex Archiatro Danico-Holsatico Poliatri Lubecensis), J. U. Doctor.

Positiones Inaugurales de possessionibus, earumqve acqvirendarum, amittendarum & retinendarum, modis, Basileæ 1628. in 4.

M. MARTINUS HOLMER, Slesvigæ, patre Georgio, Senatore, d. 26. Maji A. 1619. natus, sumtuqve Ducali in Gymnasio Bordesholmensi, & deinde, ab A. 1642., in Academia Rostochiensi (Magisterii A. 1648. ei largita honores), sustentatus, Civitatis Husensis, ab A. 1652. (qvo nuptias etiam cum Maria Dorothea, M. Jac. Fabricii Jun., Superintend. Holsatici, filia, celebravit), Archidiaconus, & ab A. 1653. Pastor, d. 10. Mart. A. C. 1685., & æt. 66., mortuus. V. Historiam vitæ ejus, *Sermoni* Sim. Rechelii, successoris, e Gen. XXXII. 9. 10., *funebri vernaculo*, Slesvigæ A. 1685. *in fol.* excuso, subjunctam, ipsius præfationem der Feurpredigt, *p. 11.*, & Joh. Melch. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie, Hamburgi A. 1723., in dem Zweyfachen Jubel-Gedächtnisse, editam, *p. 181 - 203.*

Disp. de Intellectu & voluntate, Præside M. Joach. Crellio, Rugiano. Rostochii 1643. in 4.

Leichpredigt über Anna Maria Zimmermannina, auß Ps. XXXI. 6. Hamb. 1656. in 4.

Feurpredigt, oder Christlicher Bericht von dem, in der Nacht des 27. Apr. A. 1669., zu Husum entstandenen erschrecklichem Donnerwetter, und gefährlichen Feuersbrunst in der Kirchen, auß Amos VII. 4. 5. 6., den folgenden 30. Apr. vorgetragen. Slesvigæ 1669. in 4. Accedit præfatio prolixa, Templi Husensis historiam, & ministrorum illius, a reformationis tempore, Catalogum, exhibens.

Gezeugniß der Unwahrheit Jungfer Antonettæ Bourignon, sive Refutatio errorum hujus vernacula, publico Ordinis Ecclesiastici Husensis A. 1674. scripta nomine, & A. 1723. Hamburgi a J. M. Kraftio, in Hist. Eccl. Husensi, modo citata, *p. 507 - 563.*, edita.

ADOL-

ADOLPHUS JOHANNES ab HOLSTEIN, Nobilis Holsatus, A.1649. Witebergam studiorum causa profectus (1.), & A. 1653. in Carpophororum Germaniæ Societatem inclytam receptus, *Dilectiqve* (des Beliebten) donatus agnomine (2.), A. 1657. Christiani Augusti, Ducis Holsato-Norburgensis, in Academia Daniæ Sorana, præfuit studiis, ac a Friderico III., Daniæ Rege, aulæ postea suæ adscriptus est Consiliariis. Uxorem d. 10. Nov. A.1665. duxit Annam Margaretam, Dionysii a Pudewels, Christiani IV., Regis, Consiliarii intimi, ex Catharina Hedwige Alefeldia filiam, d. 14. Aug. A. seqv. 1666. extinctam (3.).

Discursus Juridico-Politicus de Religione, & summi magistratus circa eam jure & autoritate, ab ipso conscriptus, & Præside D. Augustino Strauchio propositus. Witebergæ 1652. in 4.

Minervalia Sorana; seu Plausus votivus, honori eloqventiæqve augustæ Christiani Augusti, Ducis Holsatiæ, simulacrum Palladis publica Oratione memoriter illustrantis, datus dicatusqve Soræ 1657. in fol. Inscriptio est ἀμέτρως prolixior.

CASPARUS HOLSTENIUS, ædis in civitate Lubecensi Petrinæ Ecclesiastes A. 1600. electus, & Rostochii, Senatu sic volente, ordinationis ritu inauguratus (4.), A. 1638. autem d. 9. Apr. mortuus (5.).

Jubilæus Evangelicus, seu Carmen seculare, in laudem Dei T. O. M., & memoriam Viri divini, Mart. Lutheri. Lubecæ 1617. in 4. Emendatius recusum Hamburgi A. 1618. in 4.

Einfältige Trostschrift, auß GOttes Worte, einem, wegen schleunigen Abganges guter Freunde, und sonst, betrübten Hertzen, bevorab armen verlassenen Witwen und Waysen, gantz tröstlich zu lesen. A. 1594. in 4. (*V. Henn. Grossii Indicem librorum ab A. 1592. ad 1600. editorum, lit. C. 4. a. b.*)

D. Leonh. Hutteri Compendium Theologicum, oder kurtzer Begriff der vornehmsten Artickel Christlicher Religion, durch ihn verdeutscht. Lubecæ 1611. in 8.

Wolverdienter Ehrenschild, dem theuren Manne GOttes, D. Mart. Luthero, welcher, durch Göttliche Schickung, das Antichristische Raub- und Mord-Schloß A. 1517. zu debelliren hat angefangen, und, gantze 29. Jahre, den geistlichen Schriftkrieg ritterlich geführet, und A. 1546. triumphirend geendet hat, gegeben von Käyseren, Königen, Chur- und Fürsten, auch vielen hochgelahrten Theologis, so wol Freunden als Feinden; ietzo, zum Ende des ersten Evangelischen Jubel-Jahres, aus vielen Winckeln hervorgesuchet und gezeiget. Hamburgi 1618. in 4.

M. JOHANNES HOLSTENIUS, Lubecensis, Chirurgi cognominis filius, parente utroqve mature amisso, 18. natus annos, Petroqve Vincentio, civi suo, studiorum adjunctus moderator, in Acad. Witebergensem (in qva Justi Jonæ, JCti, fuit convictor, Philippoqve Melanchtoni carissimus), ac deinde in Lipsiensem & Rostochiensem, commigravit. In harum ultima A. 1568. Secretarii munus Academici, & A. 1593. professionem Lingvæ Latinæ, isti adjectam, obtinuit; ac, liberis aliqvot (e qvibus Elisabetha M. Georg. Dasenio, Mathematum Professori, A. 1604. a superstite est elocata) ex Helena Cramayeria, uxore, A. 1573. ducta, susceptis, Peripnevmonia tandem pituitosa febriqve acuta, d. 14. Jan. A.1609., est extinctus. V. D. Joh. Ahasveri Ampsingii, Prof. Medici Rostochiensis, *Programma* de vita ejus *funebre*, in qvo *Vir* audit *bonus, &, si qvisqvam alius, antiqvæ virtutis & fidei, ac eruditione virtuteqve nulli secundus.*

Edidit, cum Epistola sua ad fautores qvosdam Lubecenses Dedicatoria, libellum Autoris alterius (ob tituli, in exemplo, qvod vidi, defectum mihi ignoti) de Medicina spirituali Germanicum, A. 1597. in 8.

LUCAS HOLSTENIUS, Hamburgensis, A. 1596. natus, Joh. Huswedelii, V. C., & Collegarum, in schola patria fuit discipulus, simulqve, ob paupertatem, Præceptor Pauli Marqvardi Slegelii, civis sui, Mediciqve postea celeberrimi, domesticus. Medicinæ initio animum applicuit, eiqve, & literis elegantioribus, in Academia, circa A. 1617., Lugduno-Batava, operam impendit, uti sedulam, sic admodum felicem, comiteqve deinceps Phil. Cluverio, Geographo inclyto, post regiones Europæ alias jam ante peragratas, Italiam & Siciliam universam, ut locorum singulorum eo accuratius pervestigaret antiqvitates, A. 1618. pedes est pervagatus. Inde redux, Leidæ, privigno præfectus Vosbergiano, sua continuavit studia, ad A. usqve 1620., qvo, muneris in ludo patriæ Johanneo scholastici repulsam, æterno huic futuram dedecori, sibi autem, non minus qvam Catoni Romano, gloriosam, immerito passus, in Bataviam denuo A. 1621., in Angliam A. 1622., & in Galliam A. 1624., discessit. In hujus Metropoli, Lutetia, cum eruditione multiplici ac recondita orbis jam literati provocasset applausum, Bibliothecæ Henrici Memmii, curiæ supremæ Præsidis, locupletissimæ, per aliqvot annos, præfuit, &, mutata deinde religione, sacra Romanæ amplexus Ecclesiæ, inqve familiam Franc. Barberini, Cardinalis ac Legati in Gallia Pontificii, Nic. Claud. Fabricii Peirescii, eruditorum Mæcenatis, commendatione, receptus, cum isto Romam A. 1627. commigravit. Novo huic patrono non a Bibliothecæ solum (cujus augendæ gratia in ultimam A. 1630. excurrit Sarmatiam) cura illic fuit, sed intimæ etiam, præ ministris reliqvis, admissionis, & consiliorum omnium particeps. Ab eodem Urbano VIII., Pontifici, cognato suo, commendatus, hujus beneficio, post dignitatem Præpositi ædis in civitate patria Hamburgensi Cathedralis Diplomate sibi peculiari, A. 1628., sed frustra, Collegio Canonicorum Lutherano obnitente, collatam, Protonotarii Apostolici titulum, & Basilicæ D. Petri Vaticanæ Canonicatum, reportavit, jussuqve ejusdem, ab A. 1639., Congregationi Theologorum, ad conciliationem Ecclesiæ Græcæ, cæterarumqve Orientalium, cum Romana tentandam coactæ, interdum, vel potius, cum Leone Allatio, præfuit, istamqve, qva erat animi, in sacris etiam certaminibus, moderatione, mitioribus enixe studuit promovere consiliis. Successor Urbani, Innocentius X., ei, Bibliothecæ Vaticanæ a se præfecto, post dissidia inter se & Barberinos auspicato felici ipsius composita studio, purpuram etiam destinasse, paulo ante obitum, perhibetur Cardinalitiam. Alexander VII. tandem, Innocentio subrogatus, commensalem eundem elegit, Consultoribus Sacræ Indicis Romani Congregationis adscripsit, curisqve aulæ implicitum altioribus A. 1655. Oenipontum, ad Christinam, Svecorum reginam, excipiendam, & in Ecclesiæ Romanæ gremium, religione Lutherana ejurata, recipiendam, ablegavit. Tot, tamqve splendidis, per septem fere lustra, Romæ gavisus dignitatibus, & universi simul orbis eruditi, peritia literaturæ sacræ atqve profanæ omnigenæ, inprimis vero antiqvitatum Ecclesiasticarum, Philosophiæ omnium sectarum veteris, Historiæ & Geographiæ antiqvioris, Lingvarum Græcæ & Latinæ, ac studii circa Autores utriusqve Critici, incomparabili, scriptisqve plurimis, in singulis hisce Polymathiæ partibus, plane eximiis, summam meritus admirationem, die tandem secundo Februarii A. C. 1661., & ætatis 65., non sine publico Musarum omnium luctu, expiravit. Facultatum omnium patronum suum, Franciscum Barberinum, Cardinalem (a qvo exuviæ defuncti sepulchro, in æde Germanorum Romana, solennibus illatæ sunt exeqviis, & splendido cohonestatæ Epitaphio,

(1) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb.*, *lit. Yy. 2. a.* (2.) V. Georg. Neumarckii Neusprossenden Palmbaum, *p. 392.* (3.) V. Epitaphii, in uxoris memoriam, in æde Petrina Hafniensi, erecti, Epigraphen, in Pet. Resenii *Inscriptionibus Hafniensibus p. 225. 226.* (4.) V. Zach. Grapii Jun. Evangelisches Rostock, *c. 7., p. 164.* (5.) teste Jacobo a Mellen, *in Catalogo MS. Ecclesiastarum Lubecensium.*

taphio, scriptaqve complura deinceps publicata posthuma), ex asse, Petro Lambecio, Polyhistore inclyto, suoqve ex sorore nepote, cujus moribus minus delectabatur, præterito, scripsit hæredem. Bibliothecam privatam (e qva, sicut & Vaticana atqve Barberina, suæ commissis fidei, tot aliis hominibus eruditis, qva erat humanitate, benignitate, ac omnibus inserviendi promtitudine, superstes crebro submiserat, nec raro sponte obtulerat, laborum suorum subsidia), longe instructissimam, & Codicibus MSStis, Græcis præsertim ac Philosophicis, abundantem, a qvibusdam eidem Cardinali, ab aliis vero Bibliothecæ Collegii Sapientiæ Ordinis Augustiniani Romanæ, legasse perhibetur. Codices XXIX. majoris formæ ac molis MStos, & maximam partem Græcos, moribundi in patriam, etsi turpiter olim in se ἄστοργον, affectui Bibliotheca debet Hamburgensis publica. Hanc vitæ ejus, a nemine hactenus ex professo justoqve expositæ studio, Epitomen Historiæ ejusdem præmittimus prolixiori, e variis ipsius & aliorum congestæ scriptis ac Epistolis, Tomoqve operis hujus, una cum Elogiis eruditorum plurimis, monumentorumqve ingenii, tum editorum, tum ἀνεκδότων atqve affectorum, indice copioso atqve accurato, exhibendæ ultimo. Consuli interim de illo, præ aliis, merentur Pet. Lambecius, *in Comm. de Biblioth. Cæsarea Vindobonensi, Lib. I., p. 11. 12., Additamentoqve hujus secundo, Lib. IV. p. 320., & Lib. VI. p. 235.*, Thom. Popeblount *in Censura Autorum p. 1053. 1054. 1055.*, Leo Allatius *in Apibus Urbanis p. 181. 182.*, D. G. Morhofius *T. I. Polyhist., L. I., c. 7., p. 68. 69. 70.*, Lipsienses *in Actis Erud., M. Nov. A. 1684., p. 487. 488.*, Parisienses *in Diario Erud. Gallico A. 1709., M. Aug., Ephem. 34., p. 336-339.*, & Joh. Franc. Buddæus *in Appendice Lexici Historici p. 14.*

NICOLAUS ab HOLSTEIN, Centurio in Exercitu Christiani IV., Regis Danici, Holsatico, adversus Georg. Fridericum ab Hornberg, Argentinensem, Centurionem itidem regium, edidit:

Instrumentum insinuatæ retorsionis wieder G. F. von Hornberg, injurianten. A. 1631. in 4.

Antilogiam, oder wahrhafftige, in jure & facto wolbegründete, Hintertreibung der wieder ihn, und sein Instrumentum insinuatæ retorsionis, von G. F. von Hornberg, A. 1631. in Druck außgestreueten, mit groben falschen Calumnien erfülleten, vermeinten Apologie. A. 1633. in 4. (Repositus huic A. 1634. ab Hornbergio est Cuneus Antilogicus wieder die von Claus von Holstein seiner Apologie entgegengesetzte Antilogie.)

HENRICUS HOLSTIUS gente Cimber fuit, uti *Epistola* Phædri ad Fridericum, Comitem ab Alefeld, Chersonesi nostræ Proregem, docet *Dedicatoria*, in qva hujus erga se, in eandem, patriam suam, A. 1663., negotiorum aliqvot expediendorum causa, reversum, eximiam deprædicavit humanitatem. Taubio, nobili Dano, peregrinaturo, præfectus, &, cum illo, Heidelbergæ a Joh. Freinshemio, Professore honorario, Electorisqve Palatini Consiliario, in convictum admissus domesticum, discipulo istic mortuo, in Palatinatu substitit, ductaqve Freinshemii, hospitis sui (cui, Prid. Kal. Sept. A. 1660. expiranti, adfuit (1.)), vidua, Elisabetha, Matthiæ Berneggeri, Professoris Argentinensis inclyti, filia, Bibliothecæ ejusdem hæres evasit (2.), ac vel Heidelbergam ipsam, vel civitatem vicinam (in qva *Epistola*, qvam modo laudabamus, *Dedicatoria* A. 1664. est exarata) Wormatiensem, fixam sibi fortunarum sedem elegit. Si Alb. Thuræ *Ideæ Hist. lit. Dan. p. 321.* credas, in Norwagia, munere illic fungens publico, obiit. Ab Abrah. Freinshemio (3.) *Vir summæ, & humanitatis, & doctrinæ*, salutatur.

Phædri Fabularum libri qvinqve, a Joh. Freinshemio emendatione textus, historiis parallelis, singularum fabularum calci adjectis, Notis, tum propriis, tum alienis, & Indice, illustrati, ab Holstio autem e defuncti Bibliotheca editi. Argentinæ 1664. in 8. Commendatur hæc editio ab Ol. Borrichio *Diss. II. de Poetis Latinis p. 16.*, D. G. Morhofio (Indicem *luculentum* vocante) *in Prælectionibus Polyhistoricis MSS., c. 6.*, & *T. I. Polyhistoris, Lib. IV., c. 12., p. 171.*, ac Thoma Crenio *P. V. Animadvers., c. 1., p. 21.*

JACOBUS HOLSTIUS, Tonninga Eiderstadiensis, Med. D. & initio Husæ, deinde in patria civitate, per qvatuor circiter lustra, Practicus, interiori artis salutiferæ ac Matheseos peritia, partim Hafniæ, circa A. 1653., ductu Thomæ Bartholini & Wilh. Langii, partim vero apud exteros, ab aliis hausta Præceptoribus, & proprio deinceps aucta studio, literarumqve elegantiorum cognitione haud vulgari, famam, qvam hactenus habuit, majorem est promeritus. Magna certe & ardua qvamplurima mente agitabat, &, in his, ipsam Astronomiæ instaurationem, fretus cum singulari ingenii solertia, tum Heliolabio, aliisqve machinis & instrumentis Uranometricis accuratissimis, a se ipso inventis, qvorum nonnulla, una cum Observationibus, qvas Heliolabio isto sagaciter venatus est, egregiis, fusius in *Etologii* vernaculi describuntur Prolegomenis. Fructum, qvem, ex his aliisqve conatibus, Medicina sibi & Astronomia pollicebantur, insignem mors, qva ante annum, ni fallor, 1680. patriæ jam est ereptus, utriqve invidit, omnesqve illius turbavit circulos pariter atqve calculos.

ELOGIA.

Thom. Bartholinus Senior, in trium ad eum (de qvibus mox dicetur) Epistolarum prima (*Cent. III. Epp. Med., n. 71., p. 293. 294.*), illum hominem appellavit *publico natum, cujus qvæcunqve calamus doctior adumbret, sibi perplaceant*; in tertia autem (*Cent. IV., n. 47., p. 312. 315.*) *Virum eruditissimum, qvi in Mathesi excellat.*

D. G. Morhofius (*T. I. Polyhist., Lib. IV., c. 12., p. 174., ac T. III., Lib. VII., p. 116.*) *Medicum doctissimum.*

D. Gotfr. Wegnerus, Theol. Prof. Regiomont. (*in Diss. de emendatione Calendarii, §. 46., p. 56.*), *Virum Astronomiæ valde peritum.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Exercitationes VII. Mathematicæ de annua emendatione & motu Apogæi Solis, &c., Præside Wilh. Langio, Math. Prof., defensæ. Hafniæ 1653. in 4.

Epistola Medica de Lymphæ usu, ad Thom. Bartholinum, Husæ 3. Kal. Jan. A. 1656. scripta, & in Bartholini *Centuria II. Epistolarum Medicinalium* (*excusa Hafniæ A. 1663. in 8.*), *num. 68., p. 620-624.*, edita.

Protropium doctrinæ novæ de Febribus. A. 1657. in 4. V. de hoc Thomæ Bartholini ad Autorem Epistolam d. 4. Nov. A. 1661. exaratam, & *Cent. III. Epp. Med.* (Hafniæ A. 1667. publicata), *num. 71., p. 292-295.*, obviam. In ea Bartholinus hoc istud ornat elogio: *Non possum non laudare ingentes, in re Medica promovenda & illustranda, conatus, tuis humeris pares, qvorum specimen Protropium exhibet. Ex ungve leonem cognovi, autorqve sum, ut brevi in publicum emittas, qvæ brevibus ibi signasti; ita certe optime de publico mereberis, cui natus es.* Impugnatur tamen ab eo sententia Holstii, calorem auctum signum febris esse Pathognomonicum, ac de illius essentia, statuentis, contrariaqve Joh. Walæi & Franc. Sylvii, id negantium, defenditur. Nata hinc est amica inter utrumqve disceptatio, in Epistolis qvatuor, mox memorandis, instituta, non de ista solum qvæstione, sed & altera, huic cognata: An rigor & horror pars febris sint? Qvod Bartholinus, cum Walæo, affirmavit, Holstius vero negavit.

Epistola

(1.) V. Abr. Freinshemii *Laudationem Joh. Freinshemii posthumam*, in Henn. Witteníi *Dec. VII. Memor. Philos. renov. p. 358.* (2.) V. Joh. Schefferi *præf. suæ Fabularum Phædri editionis.* (3.) *l. c.*

Epistola ad Th. Bartholinum altera, Tonningæ d. 24. Febr. A. 1662. scripta, in qva sententia de Calore febrili defenditur, ac de flammula cordis, lienisqve exectione, nonnulla adduntur. Publicata est A. 1667. a Th. Bartholino, *in Centuria III. Epp. Med., num. 72., p. 295-303.*, cum sua ad illam responsoria, d. 7. Sept. A. 1662. data, ac ei, *num. 73., p. 303-308.*, subjuncta.

Epistola ad Th. Bartholinum tertia, Kal. Dec. A. 1662. finita, in qva & Bartholinianæ, modo laudatæ, & Francisci le Boe Sylvii, Bartholino ὁμοψήφϐ, *Exercitationi primæ de febribus*, fuse respondetur. Prodiit A. 1667. in Bartholini *Cent. IV. Epp. Med., num. 46., p. 262-292.*, præmissa Bartholini Confutationi illius Epistolicæ, d. 13. Mart. A. 1663. nostro transmissæ, ac ibidem, *num. 47., p. 292-319.*, obviæ.

Diss. de flammula cordis, cum Thomæ Bartholini Epistola ejusdem argumenti, & alia D. Dan. Puerarii, Prof. Med. Genevensis, de Carnibus lucentibus. Hafniæ 1667. in 8. Argumentum ejus ipse, in Epistola ad Bartholinum altera (*l. c. p. 298. 299.*), hisce verbis exposuit: *Hæc summa est, veram flammulam ex humore qvodam cordis pingvi, qvem Arabes Humidum radicale indigitant, in sinistro cordis ventriculo, non aliter ardere, qvam ex spiritu vini, in linteo qvodam imbuto, flammam videmus lucem simul & calorem in sensus nostros emittere. Non meam hanc esse audeo dicere sententiam, qvæ tota primi autoris, Hippocratis, est; a qvo hac in parte nullatenus dissentio, nisi qvatenus in dextro ventriculo ille infirmiorem inesse ignem vult, sinistro validiorem; cum ego nullum in dextro admittam, nisi calorem, qvi ἐπίκτητος solum est, & a sinistri igne per septum transpirat. Latius in Schediasmate hæc persecutus sum, primo ex Hippocrate omnia, qvæ huc faciunt, deinde ex natura, ratione & experientia, in medium proferens.* Bartholinus Autori, suæ illam censuræ subjicienti, hoc (*Lib. VIII. Carm. p. 236.*) respondit disticho:

A me si poscis lumen, male fidis amico:
Lux mea sunt tenebræ; lux tua lumen habet.

Epistola ad Marqv. Gudium Critica de editione sua Corn. Celsi affecta, in *Epistolarum* Gudii, qvæ Trajecti A. 1697. in 4. prodierunt, *Appendice, num. 21., p. 58. 59. 60.*, juris facta publici.

II. GERMANICUM.

Jahrbuch. Hamburgi 1665. in 4. Scriptum Astronomicum, in qvo de vulgaris Anni defectibus, veraqve, istis emendatis, qvantitate (365. dierum, 5. hor., 49. min., 2. sec.) ei restituenda, disseritur, ac, in Prolegomenis, Autoris in Astronomia instauranda conatus, atqve Observationes, Heliolabio, per ipsum invento, institutæ, exponuntur. Commendatur a D. Gottfr. Wegnero, *in Diss. de emendat. Calendarii, §. 46., p. 56.*

INEDITA.

Commentarius de Febribus, in qvo, ex novis principiis succi nervei, & flammulæ cordis, febrium causas & symptomata deduxit, velut in *Protropio* ejus, A. 1657. publicato, est monitum. Excudendum hunc Autor, anno jam 1662. (*teste Epistola ad Bartholinum tertia, l. c., Cent. IV., p. 290.*), Amstelodamum ablegaverat, &, cum istic Bibliopolæ spem ejus essent frustrati, Hafniam, ad Thom. Bartholinum, cujus inscriptus erat nomini, transmiserat, ut, cum hujus præfatione, imprimeretur. Asservatus illic aliqvamdiu est in Bibliotheca Bartholini, sed, in tristi hujus incendio, igni A. 1670. consumptus. V. Bartholini (*titulum qvidem illius fuisse trivialem, sed nihil eum plebeji continuisse*, judicantis) *Diss. de Bibliothecæ suæ incendio p. 81. 82.*

Cornelii Celsi Libri VIII. de re Medica, ab eo emendati, & triplici Commentario, Medico, Philologico & Grammatico, illustrati. Labores hos ejus D. G. Morhofius, qvi partem illorum aliqvam penes se habuit, luce publica, licet Autor, ob MSStorum defectum, conjecturis & emendationibus suis scopum non semper attingat, censuit esse dignissimos, idemqve Joh. Georg. Grævium, data inspiciendi potestate, judicasse, ac editionem vehementer ursisse, est testatus. V. *T. I. Polyhist., L. 4., c. 12., p. 174., & T. III., Lib. 7., p. 116.* Grævius ipse, in Ep. ad Morhofium, Hamburgo d. 22. Jul. A. 1678. data, & in *Append. Differtt. Acad.* Morhofii, *p. 43. 44.*, obvia, suam Autori operam, in promovenda Commentarii hujus apud Batavos editione, sponte obtulit. Plura de illo V. in ipsius Holstii Epistola ad Gudium, paulo ante laudata, nec non in altera ad Thom. Bartholinum (a qvo Joh. Rhodii Meletemata in Celsum inedita sibi postulavit communicari), A. 1662. exarata (*l. c., Cent. III., n. 72., p. 302.*) Emendationes criticæ librorum IV. priorum Celsi, ex avtographo Holstii accurato studio descriptæ, ac duo Alphabeta, & qvod superest, implentes, in D. Balth. Krisingii, Medici Lubecensis, asservantur Bibliotheca. V. Joh. Henr. a Seelen (magnam Emendationum in Lib. I. partem, loco speciminis, e MSto exhibentis) *Partem III. Athenarum Lubecensium p. 267-290.*

JOHANNES HOLSTIUS, Flensburgensis, A. 1652. natus, ædis in patria Johanneæ, ab A. 1676., Nicolaitanæ autem, ab A. 1680., Diaconus, hujusqve tandem, ab A. 1703., Pastor, d. 4. Jul. A. 1707. æt. 55. mortuus.

Disp. Philol. de Corona Christi spinea, Præside D. Casp. Sagittario (illius Autore) defensa. Jenæ 1672. in 4.

Des menschlichen Lebens Kürtze und Mühseligkeit, oder Leichpredigt über Margareta, Joh. Jessenii, Pastoris zu Wibe, Wittwe, auff Ps. XC. 11. Altonæ 1683. in 4.

Rechter Wittwen Tugendkron und Gnadenlohn, oder Leichpred. über Fr. Lucia Meinckinn, auff Matth. VI. 33. Slesvigæ 1686. in 4

RUDOLPHUS HOLSTIUS, Kiloniensis, Henrici, Consulis, filius, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Separatione, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio. Tubingæ A. 1653. in 4. Recusa Volum. II. Disputt. Jurid., Præside Lauterbachio habitarum, ibidem, sine mentione anni, in 4.

ALBERTUS ab HOLTEN, Hamburgensis, d. 13. Mart. A. 1637. natus, in Academiis, ab A. 1657., Rostochiensi, Lipsiensi, Salana, Altorfina, aliisqve pluribus, studiis incubuit sacris & Philologicis, Stutgardiæ, in aula Würtembergica, A. 1668. Georgii Philippi, Comitis Ortenburgici, Ephoriam, nec multo post professionem lingvæ (cujus adyta Esdræ Edzardi & Aug. Varenii ductu penetraverat) Hebrææ in Stipendio Academiæ Tubingensis Theologico extraordinariam, obtinuit, &, d. 17. Maji A. C. 1677., qvadragenarius, uti ab Ulr. Winckelio Jun., JCto, cognato ejus, significatum mihi est, obiit. Sorores habuit duas, lingvarum Græcæ & Hebraicæ, qvas ab ipso addidicerant, peritas, fœminisqve idcirco eruditis ab Ott. Sperlingio juniore, in *Tractatu* de his ἀνεκδότῳ (*num. 528.*), annumeratas.

Defensio Horologii Lingvæ Hebrææ Schickardiani, contra Censorem illius, M. Henr. Opitium, Oratione extraordinaria proposita. Tubingæ 1675. in 8. In hac hyperaspisten agit Wilh. Schickardi, L. Hebr. Prof. Tubing. celeberrimi, & accusationes ἀμεθοδείας, imperfectionis, aliorumqve defectuum, qvibus Opitius, Prof. Kiloniensis (*P. I. Atrii L. Hebr.*), illius *Horologium*, in plerasqve Germaniæ scholas introductum, φιλεβραίοις suspectum reddere erat conatus, non solum diluit, sed & in ipsius adversarii Atrium, detectis ejusdem erroribus, retorsit.

Grammatica cylindria edita, de qva V. G. G. Leibnitii Epistolam, in J. F. Felleri *Monum. ined., Trim. II., p. 117. 118.*

THEODORUS ab HOLTEN, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de rescindendis & non servandis Contractibus, Præside D. Joh. Frid. Böckelmanno. Heidelbergæ 1665. in 4. Recusa in Tetrade Disputt. Inauguralium, Præside Böckelmanno habitarum, ibidem, sine mentione anni, in 4. Ostendit in ea fontes exceptionum contra qvosvis contractus, sed laboris hujus primam tantum partem exhibuit, cæteras autem alio tempore a se jussit expectari.

DIETERICUS HOLTING, Ecclesiæ ruralis Tellingstedensis, in Dithmarsia Boreali, Seculo XVI. Parochus; e cujus libello (incertum cujus tituli atqve argumenti) Historico Erpoldus Lindebrogius, Canonicus Hamburgensis, excerpta qvædam congessit de rebus Holsaticis, in Analectis ejus miscellaneis MStis, in Bibliotheca Hamburgensi publica, mihi perlecta.

JOHANNES SIMON HOLTZBECHER, Pictor Hamburgensis, Seculi XVII. ob artificium singulare fructus, flores, plantas ac arbores, vivis exprimendi coloribus, a Rud. Capello, *in Nummophylacii Lüderiani Sciagraphia*, commendatus.

Herbarium, arbores, frutices, flores ac herbas plerasqve, coloribus suis, penicillo ejus artificioso accuratissime atqve elegantissime expressis, adumbratas, IV. voluminibus exhibens, in Bibliotheca superest Ducali Gottorpiana; aliud autem, qvinqve voluminibus comprehensum membranaceis, *opus*, teste Capello (qvi diligenter illud perlustravit), *aliqvot annorum rarum, & pretii non vulgaris*, in privata Bartholdi Molleri, J.U.Lic. & Consulis Hamburgensis, olim asservabatur.

NICOLAUS ALBERTUS vom HOLTZE, Hamburgensis, J. U. Doctor & Basilicæ patriæ, ab A. 1718., Canonicus. V. Anonymi *Hamburgum anni 1719. literatum p. 23.*

Theses Inaugurales miscellaneæ. Hardervici 1717. in 4.

THEODORUS von HOLTZE, Hamburgensis, J.U. Doctor.

Disp. Inaug. de Dominio eminenti. Hardervici 1723. in 4.

JOHANNES HOLTZKAMPIUS, Hamburgensis, Caroli Gustavi Wrangelii, Comitis, & Archistrategi Svecici, Ecclesiastes, in Svecia & Pomerania, aulicus.

Disp. de Comitate. Lipsiæ 1649. in 4.

Ἐπίνομις, oder Neujahrsverehrung, aus Matth. XXIII. 37. Gothoburgi 1654. in 4.

Raguelis Reisewunsch, oder Christliche Predigt, darinn den Reisenden zu Wasser und Lande die Beywohnung der H. Engel gewünschet, und, wie dieselbe erlanget werde, angezeiget wird; aus Tob. X. 13., in der deutschen Kirche zu Gottenburg gehalten. Gothoburgi 1654. in 4.

Geistliches Weinachtbild, in dem Gleichnisse der Gluckhennen, und ihrer Küchlein, von Christo selbsten vorgestellet, oder Predigt über Matth. XXIII. 37. 38. 39. Gryphiswaldiæ 1656. in 8.

M. THOMAS HONSTEDIUS, Lubecensis, patre mercatore cognomine, matre autem Catharina Schultzia, d. 11. Jun. A. 1642., natus, literis humanioribus in schola patria, studiis autem sacris & Philosophicis in Academia, ab A. 1662., Witebergensi, & deinde, cum Magistri in hac titulum A. 1665., stipendiumqve Schabbelianum, impetrasset, in Giessena, ab A. 1668., per biennium, incubuit. Pastoratum urbis Wormatiensis, sibi, Giessæ viventi, svasu D. Joh. Nicol. Misleri, Professoris Theologi, oblatum, patronorum jussu, est deprecatus, in patria vero, anno seqventi 1670., templi Burgensis Ecclesiastes, & A. 1684. (d. 13. Nov.) Joachimi Wendii, in Cathedralis Pastoratu, successor, electus, A. 1699. in Candidatorum Ephoriæ Ecclesiarum Lubecensium a Collegis relatus indicem, ac tandem, A. 1700., d. 4. Nov., ordinis Ecclesiastici Senior, post M. Bernh. Krechtingii obitum, constitutus. Morbo Plevritico, d. 5. Febr. A. C. 1704., & ætatis 62., obiit, cum e conjuge Elisabetha, gnata Joach. Wendii, Antecessoris, unica, A. 1671. ducta, filium unum & qvatuor sustulisset filias.

V. de vita ac laudibus illius Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma funebre* (in Henr. Pippingii *Triade Decadum Memor. Theol. renov.*, *p. 1519-1528.*, recusum), Georg. Henr. Götzii, Superint. Lubec., Sermonem parentalem Germanicum, sub titulo der eröfneten Todten-Bibliotheck, Hamburgi A. 1704. *in 4.* editum, *Nova Literaria Lubecensia, M. Dec. A. 1700., p. 384., M. Oct. A. 1702., p. 300. 301., M. Apr. A. 1703., p. 94. 95., & M. Mart. A. 1704., p. 94. 95. 96.*, ac Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 339-343.*

ELOGIA.

D. Aug. Pfeifferus, *in præfat. Antichiliasmi*, ob peritiam Philologiæ sacræ excellentem, eum commendat.

Novorum Literariorum Lubecensium Collectores (*M. Mart. A. 1704., p. 94. 96.*) *Virum* vocant *pietate, doctrina, virtute & autoritate, conspicuum, cum paucis comparandum, ac præclare de Ecclesia meritum.*

D. Joh. Frid. Mayerus, *P. IV. Musei ministrorum Ecclesiæ p. 35.*, eum appellat einen gottseligen, gelahrten und eifrigen Pastorem, Zelumqve ipsius & diligentiam indefessam, in Catechetico pauperum, non solum Juniorum, sed & provectæ ætatis, examine, deprædicat.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Christo, Archiatro spirituali, ad Es. LIII. 4., Præside D. Pet. Haberkornio. Giessæ 1669. in 4.

Disp. de Caussis Corporis naturalis in genere, Præside D. Const. Ziegra. Witeb. 1664. in 4.

Sylloge positionum Philologico-Philosophicarum, Resp. Joh. Dan. Arculario (*Ord. Eccl. Francof. deinceps Seniore*). Giessæ 1669. in 4.

Diss. Theol. de Vita fidei. Lubecæ 1684. in 4. (*Perinsignis eruditaqve* hæc vocatur ab En. Svantenio, *in Progr. funebri.*)

II. GERMANICA.

Palæstra vere Christiana, oder 30. Christliche Burgpredigten, darin von der Gläubigen Kinder GOttes in der geistlichen Zions-Burg Streite und Kampfe, geistlichem und leiblichem Frieden, Wehr und Waffen, der rechten Streiter Beschaffenheit, Sieg und Ueberwindung, und den herlichen brabeis oder Kleinoden, so allen Ueberwindern verheissen, nach Anleitung unterschiedlicher Oerter der H. Schrift, gehandelt wird: Samt beygefügten Hypomnematis gegen die Wiedersacher. Lubecæ 1675. in 8. Denuo, primo tantum octernione mutato, venum exposita A. 1680. sub hoc titulo: Wahrer Kinder GOttes gläubiges Kämpfen und fröliches Siegen; A. 1686. autem sub seqventi: der Gläubigen Kinder GOttes Last und Lust.

Göttliche Catechismus-Einfalt. Lubecæ 1686. (*s. Catal. Nund.*)

Des

Des Lübeckischen Ministerii treuhertzige Warnung an die Christl. Gemeine zu Lübeck, sich vor der Reformirten Predigten wol zu hüten, auf Veranlassung einer von Joh. Melch. Füeslin, Frantzösischem Prediger daselbst, unter dem Titul: *Pauli Hertzenswunsch vor seine geliebte Epheser;* ausgegebenen Predigt, gestellet. Rudolstadii 1701. in 8.

Des Lübeckischen Ministerii Theologisches Responsum von der entstandenen Streitigkeit, wegen des von GOtte gesetzten Gnaden-Termins; excusum in Appendice, Collegii Theol. Rostochiensis Beschirmung des in causa Bösiana gegebenen Responsi adjecta, Rostochii 1701. in 4.

Schriftmäßige Rettung des Lübeckischen Responsi in der Streitigkeit wegen des Gnaden-Termins, D. Ad. Rechenbergii schriftmäßiger Prüfung desselben (in der Vorrede vor *M. T. K.* Christlichen Bescheid und Unterricht auf *D. Alb. Joach.* von *Krakewiz* Antwort gegen *D. Rechenbergs* dritte Beylage, vom *Termin* der von GOtt bestimmten Gnadenzeit, zu Leipzig, *A. 1702.* gedruckt) entgegen gesetzet. Lubecæ 1702. in 4.

Einfältige, doch gründliche, Catechismus-Erklärung des Lübeckischen Ministerii, nach den Worten des Catechismi aus H. Schrift vorgestellet, und auf Obrigkeitliche Verordnung zum Drucke befordert. Lubecæ 1702., & 1707. in 12. Libellus Catecheticus, publica autoritate in Ecclesiis scholisqve Lubecensibus receptus, qvem, sicut & tria scripta præcedentia, publico Ordinis Ecclesiastici Lubecensis edita nomine, Honstedio deberi, *Nova Literaria Lubecensia, M. Oct. A. 1702., p. 300. 301.*, testantur.

Gründlicher und deutlicher Beweiß, daß, in der Schriftmäßigen Rettung des Lübeckischen Responsi über der Streitigkeit wegen des Gnaden-Termins, die Wahrheit und Unschuld nicht sey beleidiget worden, wieder D. Ad. Rechenbergii der Zeitzischen Schrift Ferd. Helfr. Lichtscheidii beygefügte Vorrede; samt der verlangten Vorstellung aller, in diesen Streit zusammen gehöriger, und an einander hängender Wahrheiten: Auf Gutbefinden des Lübeckischen Ministerii verfasset. Lubecæ 1703. in 4. (*V. Nova Lit. Lubec., M. Apr. A. 1703., p. 94. 95.*) De duobus scriptis Ferd. Helfr. Lichtscheidii, Præpositi Svevo-Colon., de Termino gratiæ vernaculis, contra Honstedianum hoc de eodem ultimum, Lipsiæ A. 1703. *in 4.* editis, V. Joh. Fabricii *Partem IV. Historiæ Biblioth. Fabric. p. 421. 422.*

FRANCISCUS HOPPIUS, Hamburgensis, Phil. & Med. Doctor Patavii 4. Id. Nov. A. 1663. creatus, Bibliothecæ in patria publicæ A. 1672. præfectus, & d. 19. Aug. A. 1679. mortuus. V. J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1119.*, & Vinc. Placcii *Carmen in laurum ejus Medicam gratulatorium, Lib. II. Carminum, p. 264.* A qvorum ultimo, in literis ad me A. 1689. exaratis, *homo rudis* vocatur *& indoctus, atqve ad nihil minus, qvam ad functionem publicam, idoneus.*

Catalogus Scriptorum Hamburgensium Alphabeticus ἀνέκδοτος, a Dav. Fechtio, J. U. D., in sua Hamburgi (uti Dn. Winckelius me edocuit) asservatus Bibliotheca, & cum ista A. 1686. divenditus. Fragmentum illius, solam literam W. exhibens, in Bibliotheca olim Hamburgensi offendi, & ex isto, imperfectum esse, rhapsodicum, crebrisqve erroribus fœdatum, ac omnes Disputationum Academicarum, a Præsidibus licet elaboratarum, Respondentes, qvos vocant, Scriptoribus perperam accensere, perspexi. Confer de illo *P. IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 13., p. 548.*

HILDEBRANDUS ab HORN, Kiloniensis, Petri Hornii, Senatoris, filius e Catharina Büllenia unicus, abavo, ob religionem e Batavia in Holsatiam profugo, cognominis, d. 16. Aug. A. 1655. est natus, &, scholæ Academiæqve patriæ Doctorum, ac, hos inter, D. G. Morhofii præsertim, commissus institutioni, mira ingenii præcocis, & ad omnes facti elegantias, felicitate Præceptorum de se expectationem non implevit tantum, sed etiam superavit. Vix ex ephebis egressus, Poeseos ac literarum elegantiorum peritia commilitones superabat universos, nec minori alacritate in curriculo Juridico-Politico ea jam spatia confecerat, qvæ cum stupore alii intuebantur. Hinc factum, ut, ea ætate, qva alii in umbra adhuc versantur Academica, non aulæ tantum Danicæ luci assveverit, sed Christiani etiam V., Regis, jussu in Russiam (jam ante in Frid. Gabelii, Antecessoris, cui a secretis fuit, salutatam comitatu) A. 1682. legatus abierit, & in metropoli ejus, Moscua, triennio legationem istam continuo, summa cum laude, magnatibus aulicis, cæterisqve incolis, gratissimus, obierit. Nec enim adeo gens hæc obbrutuerat, qvin Musas, qvas, cum Flemmingio inde digressas, noster eodem reduxerat, &, metris, qvæ sermone Germanico, aliisqve cultioris Europæ lingvis, fundebat, perelegantibus atqve eximiis non contentus, Russorum etiam assvefaciebat vernaculæ, admirabunda veneraretur. Adeo scilicet igneus erat vigor indolis Hornianæ, ut, in oris etiam hisce frigidissimis, Enthusiasmo Phœbeo assidue incalesceret, &, de pomœriis Heliconis extendendis sollicitus, rudi idiomate, felix Simeonis Polocensis, primi atqve argutissimi Russorum Poetæ, a Morhofio (1.) celebrati, æmulus, carmina scriberet venusta ac politissima. E triennali legatione in aulam A. 1685. Danicam reversus, militiam Palladis togatam cum sagata commutare, consilio infelici, decrevit, veniaqve a Rege impetrata Venetias profectus, Reipublicæ hujus auspiciis, annuo, contra Turcas, non sine gloria, militavit tempore. Cerones enim & Naupliæ in Peloponneso expugnationi, ac præliis aliqvot, interfuit, & ea utrobiqve fortitudinis edidit specimina, qvibus favorem, & Franc. Mauroceni, Venetorum Archistrategi ac postea Principis, & Eqvitum Ordinis Johannei Melitensium, a qvibus in numerum heroæ suæ militiæ est allectus, ac Eqvitis peregrini honestatus titulo, provocavit eximium. Verum, dum majora animo agitat, ac a Rege Daniæ ad amplissimos, qvos virtute & ingenio meruerat, honores domum revocatur, d. 8. Oct. A. 1686. morbo, in classe Veneta, correptus & extinctus Epidemio, exuvias Cytheræ, sedi Veneris antiqvæ, patriæ autem, Reip. Literariæ, & Musarum Poeticarum cultoribus, triste sui desiderium, reliqvit. Nec enim dubitandum erat, qvin juvenis hic, studiis istis ornandis ab ipsa natura destinatus, & meritis in ea præclaris jam conspicuus, si fata diuturniorem lucis ei usuram indulsissent, &, inter Germaniæ Poetas, paria cum principibus facturus, & Gallis atqve Italis palmam, vel in vernaculo idiomate, redditurus fuisset dubiam. Vitæ ejus historiam Dan. Georg. Morhofii debeo tum Programmati, qvo Petri, parentis illius, exeqvias A. 1685. indixit, funebri, *in Syntagmate Programmatum*, *Orationibus* subjunctorum, *num. 63., p. 816. 822.*, recuso, tum Inscriptioni, qva monumentum sepulchrale marmoreum, filio huic unico, a matre septuagenaria superstite, in Æde Kiloniensi Nicolaitana, erectum, ornavit, prolixæ & pereleganti, *in Novis Literariis Lubecensibus, M. Jul. A. 1702., p. 204. 205.*, recitatæ. In ea *Vir* noster audit, *ætatem ingenio, ingenium felicitate, felicitatem virtutibus, supergressus, qvi, ad omnes a natura elegantias factus, omnes studiorum Veneres, Eloqventiam, Poesin, in Lingva Latina, Germanica, Gallica, Italica, incredibili solertia exhauserat, Matheseos civilis, militaris, nauticæ, Mechanicæ, artibus, Historiæ qvoqve & civilis prudentiæ doctrinis, ornatissimus, moribus præterea svavissimis, & meras Charitas spirantibus, amabilis; magna patriæ spes & ornamentum, decusqve literarum elegantium præclarum.* In literis ad me suis idem A. 1687. hoc illum ornavit elogio: *Non omitti in tuis debebat Hildebrandus ab Horn, nuper Regis Daniæ in Moscoviam Ablegatus; qvo ego nullum promptius vidi ingenium. Meæ olim informationi commissus, non bibere illos Musarum fontes, sed plane exhaurire, visus est. Vidi ab illo in itinere scripta carmina Germanica, Gallica, Italica, qvæ certare cum optimis illarum*

(1.) *In Tr. de lingva & Poesi Germanorum Germanico P. III., c. 17., p. 755. 756.*

rum gentium Poetis possunt. Descripsit iter suum Moscoviticum Germanicis versibus, adeo elegantibus, ut Flemmingius in illis qvasi spirare videatur. Russica etiam carmina, cum viveret, ostendit, qvæ ipsis Russis admirationi fuere. Autor ero matri, ut, qvæ supersunt ab illo carmina, in lucem edat. Morhofianis hisce elogiis addo aliud Sebast. Kortholti, qvi, *in Programmate de Poetis, itinera sua carmine complexis*, A. 1702. edito, *p.6.*, Hornium *Poesin Gallicam, Germanicam, Latinam, Italicam, Russicam & Slavonicam, incredibili exhausisse*, testatur, *solertia*, nihilqve Carminum ejus Kilonii dolet superesse, præter *Iter Moscoviticum, versusqve nonnullos Gallicos, in qvibus omnis flos venustatis enitet*, sibi a matre defuncti communicatos, hujusqve permissu publicandos. Conf. de illo Eberh. Gvern. Happelii Ungarische Krieges-Romain, *L.I.*, *c. 1.*, *p.3.*, & alibi passim, ac M. Gothofr. Wagneri (obitum ejus ad A. CIↃIↃCXXVI. falso referentis) *Semicenturiam eruditorum Militum* (inter *Disputationes* reliqvas Witebergæ A. 1716. recusam) *p. 130.*

Nihil ejus hactenus prodiit, præter pauca, qvæ vidi, Epicedia & Epithalamia Germanica, in prima scripta juventute. Itineris Moscovitici (der Moskowitischen Reise), Poematis octo circiter qvaternionum Germanici, editionem, cum suo de Vita Autoris prodituram Proœmio, V. C. Sebast. Kortholtus pollicetur, titulumqve, A. jam 1702., Kilonii (*in 4.*) curavit excudi. Cætera Carmina, Germanica, Gallica, Italica, Russica & Slavonica, Viro perillustri, Frid. Gabelio, Gubernatori Norwagiæ Regio, & Autoris cognato atqve hæredi, esse transmissa, Russicaqve ex his & Italica naufragio, cum supellectile Gabeliana, in Norwagiam transportanda, periisse, Kortholtianis sum edoctus literis. Obsidionem Urbis in Peloponneso Coronensis, cui interfuit, versibus Gallicis, & Itinera Italicum atqve Græcum, soluta oratione Gallica descripta, Kortholtus asservat.

JOHANNES CHRISTOPHORUS HORNUNGUS, Rendesburgensis, Theol. C.

Diss. de Conversione Paganorum, sigillatimqve illa, sub Friderici IV., Daniæ Regis, auspicio, apud Indos Orientales, tum & in Finnmarchia, nuper gloriosissime instituta, Præside D. Henr. Muhlio proposita. Kilonii 1717. in 4. V. de illa *Partem LXVII.* der gelehrten *Famæ p. 758. 759. 760.*

PETRUS van der HORST, Lubecensis.

Beschreibung von der Kunst der Schiffahrt, darinn, durch gewisse Grundregeln, wird angewiesen, wie man ein Schiff über See, von einem Lande nach dem andern, bringen solle. Prodiit, præfixis solis literis nominis Autoris sui initialibus P. V. D. H., Lubecæ A. 1676. in 4., dialecto Saxonica. V. de illa Andr. Langii Introd. ad notit. legum nauticarum, c. 11., p. 98.

CONRADUS ab HÖVELN in agro, uti ipse (1.) testatur, civitati Hamburgensi vicino A. 1630. est natus, &, in ipsa urbe, a parentibus, militaris licentiæ metu profugis, educatus. A Philippo a Zesen in Societatem Rhodophororum Poeticam d. 31. Dec. A. 1661. (2.), & a Joh. Ristio (cujus Comitivæ Vicarius etiam fuit Palatinæ (3.)) in Ordinem suum receptus Cygnæum, in illa *Urbani* (des Höflichen), in hoc autem *Candorini*, agnomen (sub cujus larva pleraqve ab eo scripta sunt edita) obtinuit. Homo fuit scribax, sibimet ipsi qvidem locum, inter Poetas vernaculos, Cimbriæqve & Saxoniæ inferioris Historicos, mereri visus haud infimum; sed Rythmopœis potiori jure vulgaribus, ineptis Historiarum compilatoribus, & lingvæ Germanorum heroæ, veræqve illius Orthographiæ, corruptoribus, Zesii, novatoris temerarii, vestigia secutis, annumerandus. In libellis sane, a Scriptore hoc, non nisi vulgariter docto, cum Lubecæ viveret, catervatim in lucem protrusis, præter Phraseologiam inepte affectatam, & metathesin atqve permutationem literarum in plerisqve vocibus ridiculam, a Georg. Neümarckio (4.), aliisqve sermonis patrii Vindicibus, jure damnatam, ἀταξία etiam atqve ἀμεθόδεια perpetua, Autorisqve tum ἀκρισία, digna & indigna relatu miscens, tum αὐθάδεια intolerabilis, nemini non cordato illorum lectori nauseam movebunt. Vere enim de illo Erdmannus Neümeisterus (5.): *Hövelen ingenio maximus, arte rudis. Nos qvidem a prima statim lectione abhorruimus, ὀρθογραφίαν istam κακόγραφον vel semel conspicati.* Confer censuras de eodem nostras, *in Isagoge ad Hist. Cimbr., P. I., c. 6. §. 16., p. 89., P. II., c. 8., §. 2., p. 203. 204., ac P. IV., c. 4., §. 1. & 4., p. 431. 436. 437., c. 8., §. 9., p. 543., in Diatriba de Helmoldo, §. 39., p. 39.*, & in Vinc. Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 158.*, obvias.

Symbolo hoc usus est ἀκροστίχῳ: *Candore, Virtute, Honore.*

SCRIPTA GERMANINA EDITA.

Geistliche Tagübung, in sich begreifend Morgen- und Abendsegen, mit drey Danck- und Tischliedern, samt Melodeyen. Hafniæ 1653. in 8.

Rationes Orthographicæ. A. 1656. in 8. (*Catal.*) De Orthographia illius, sive σκολιογραφίᾳ potius, Germanica ipse Sodalis ejus, Andr. Dan. Habichthorstius, in der Bedenck-Schrift über die Zesische sonderbahre Art zu reden und zu schreiben *p. 24.*, hoc tulit judicium: Endlich kam mit ins Sprach-Spiel der gelehrte und vielerfahrne Conrad von Höveln, welcher unterschiedliche Schriften von der Deutschen Recht-schreibung zu Liechte gegeben; wiewol er der Dänischen Mundart, und zum theil auch der Niedersächsischen, sehr nachhänget

Die wieder auflebende Adelrune; oder des Alt und Neuietzigen Schwedens Herligkeit, in einem Schauspiele zu Stockholm A. 1663. vorgestellt. A. 1663. (ab ipso, *in præfat.* der Ratzeburgischen Merckwürdigkeit, & in der Lübeckischen Herligkeit *p. 70.*, allegatur.)

Candorins Entwurf der Ehren- Dantz- und Singe-Schauspiele, in fünf Theilen. A. 1663. in 8. obl.

Der 1. Freuden- 2. Traur- 3. Freuden-Traur- 4. Traur-Freuden-, und 5. Schertz-Schauspiele Entwurf. A. 1664. in 8. obl.

Heldenlust-üben und Geschichtspiel-üben. Halberstadii 1665. (Hunc de Comœdiis libellum Monarchis potentissimis, Politicis, Theologis, aliisqve viris doctis, admodum esse probatum, Autor ipse, in der Lübeck. Herligkeit *p. 70.*, gloriatur.)

Abgefasseter Cometen-Entwurf Candorins. A. 1665. in 4.

Candorins weitaussehende Wunder über Wunder, samt den neuen Stern-Erscheinungen des 1665. Jahres. Lubecæ 1665. in 4.

Candorins Zimberschwan, darinn des hochlöblichen edlen Schwanordens Anfang, Zunehmen, Bewandniß, Gebräuche, Satzungen, Ordensgesässe, samt der hochansehnlichen Gesellschafter Ordensnahmen, sind entworfen. Lubecæ 1665. in 8. obl. (Commendatur a Chr. Franc. Paulino, *P. II.* der Poetischen Erstlinge, *p. 103. 104.*)

Der Käyserlichen Freyen Reichsstadt Lübeck glaub- und besehenswürdige Herligkeit, samt verhandener Alterthums nützlichen Gedächtniß, entworfen von des Schwanenordens Gesellschafter, dem Getreuen. Lubecæ 1666. in 8. Scriptum hoc, ab alio

(1.) *in Ep. Dedic.* der Hamburgischen Hoheit. (2.) V. Zesii Hochdeutschen Heliconischen Rosenthal, & Catalogum Collegarum Societatum Zesianarum Witebergæ A. 1685. editum, in qvo Architectus bellicus fuisse traditur. (3.) V. Christ. Franc. Paulini *Tr. de Talpa p. 190.*, & Zeitkürtzende Lust, *n. 241., p. 715.* (4.) im neusprossenden teutschen Palmbaume, *p. 51. 52. 88. 89. 90. & seqq.* (5.) *in Diss. de Poetis Germanicis p. 51.*

alio passim interpolatum atqve continuatum, novaqve X. narrationum ex historia Lubecensi vetustarum auctum Appendice, nomine Autoris omisso, Lubecæ denuo A. 1697. *in 8.* (sub novo titulo der beglückten und geschmückten Stadt Lübeck, oder kurtzer Beschreibung derselben, &c.) prodiit. XV. Chronica MSta, præter libros impressos, in eo congerendo, a se adhibita, Hövelius ipse, *in præfat.* der Lüneburgischen Vortrefligkeit, enumeravit.

Der Hochfürstlichen Stadt und Stiftes Ratzeburg glaub- und besehenswehrte Merckwürdigkeiten, samt verhandenen Alterthums seltenen Gedächtnissen, entworfen. Lubecæ 1667. in 8.

Candorins Grundbewehrtes Messe-üben. Lubecæ 1667. in 8.

Der uhralten deutschen Handelstadt, Hamburg, altvorige, und noch ietzt zunehmende, Hoheit, samt allerhand verhandener glaub- und besehenswehrten Alterthums herlicher Gedächtnisse. Lubecæ 1668. in 8. (Historia urbis, ad A. C. 1300., ab eo tantum est perducta.)

Einige der weltberühmten See- und Handelstadt, Hamburg, sonderbahre nützliche Gedächtnisse, der Hamburgischen Hoheit angefüget. Lubecæ 1668. in 8.

Der weitberühmten Alt-Deutsch-Sächsischen Reichs- und Hanseestadt, Lüneburg, ansehnliche Vortreflichkeit, samt unterschiedlichen Alterthums Gedächtnissen und Merckwürdigkeiten, kürtzlich entworfen. Lubecæ 1668. in 8.

Thränfliessender Zimberschwan, welcher aller des Schwanenordens, zu des Uhrhebers, Joh. Ristii, Lebezeit rühmlichst gewesenen Lobwürdigen Mitglieder Ordensnahmen, nebst sonderlichen Merckwürdigkeiten, und anderen Ordensbewandtnissen, eröfnet. Lubecæ 1669. in 8. obl.

Candorins vollkommener deutscher Gesandter, nach allen dessen genauesten Eigenschaften vorgestellt. Francof. 1679. in 12.

INEDITA VEL AFFECTA.

Rostocks Ansehnligkeit, Stralsundische Tapferkeit, Wismarische Nutzbahrkeit, aliaqve de reliqvis urbibus Vandalico-Hanseaticis scripta Historica, qvæ & ipse, *in præfat.* der Hamburgischen Hoheit, est pollicitus, & Maur. Rachelius, sodalis ejus, in Epistola der Lüneburgischen Vortreflichkeit adjecta, ab illo jussit expectari.

GOTHARDUS ab HOVELEN II., Patritius Lubecensis, Gothardi, Tremonia Westphali, Viri Consularis (d. 4. Maji A. C. 1555., & æt. 86., defuncti (1.)), filius, patriæ Senator d. 6. Maji A. 1578. (2.), Consul autem d. 15. Febr. A. 1589. (3.), est electus, &, difficillimis, ob intestina civium dissidia, & seditiosas 66. Demagogorum contra Senatum molitiones, temporibus, summa cum constantiæ laude, illi præfuit. Qvamvis enim reliqvi omnes ipsius Collegæ, plebi furibundæ cedendum rati, Demagogos istos, eorumqve Consiliarium, D. Henr. Reiserum, JCtum, socios sibi, in gubernanda republica, morbisqve ejus civilibus tollendis, adjungi paterentur, ipse tamen, vulgi minis & calumniis haud perterritus, hanc regiminis patriæ mutationem constanter improbavit, causasqve dissensus sui scripto A. 1605. exposuit publico. Qvo animi robore, & petulanti hominum seditiosorum obicem posuit audaciæ, & auspicatissimæ dissidii istius civilis sexennalis compositioni, d. 14. Jun. A. 1605. factæ, viam stravit, ordinisqve Senatorii autoritatem asseruit (4.). Anno tandem 1609., d. 16. Mart., cum bonorum omnium luctu, defunctus (5.), posthumum Patris patriæ, consensu eorundem, reportavit elogium. Epitaphii, defuncto in æde Mariana erecti, inscriptionem in Joh. Henr. a Seelen *Athenis Lubecensibus, P. I., p. 120.*, invenies.

Apologie, oder Hintertreibung eines Schandgedichtes. Lubecæ 1605. in 4. De hoc scripto, turbarum sui temporis civilium exponente historiam, ac seditiosorum opposito molitionibus, V. *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum vernaculum p. 258.*

GOTHARDUS ab HÖVELEN III., Christiani filius, Gothardi Senatoris nepos, & Gothardi I., Consulis, pronepos, Toparcha Moislingensis hæreditarius, primam Lubecæ, d. 21. Oct. A. 1603., Angela, Herm. Klevornii, Senatoris, filia, matre gavisus, lucem aspexit. Ex Academiis Regiomontana, Groningensi & Argentinensi, & itinere ad Anglos, Belgas ac Gallos, literario, in patriam A. 1628. reversus, dignitatem senatoriam d. 21. Dec. A. 1640., Consularem autem festo D. Thomæ A. 1654., obtinuit. In dissidio, qvod urbem Lubecensem A. 1663. cœpit affligere, civili, parem cum cognato, qvem modo laudavimus, cognomine fortunam, civiumqve ingratitudinem, expertus, cum Senatus autoritatem strenue aliqvamdiu defendisset, turbarum tandem istarum tædio Consulatu se, d. 27. Mart. A. 1669., abdicavit, patriaqve relicta Tychopolin Holsatorum contulit. Istic a Friderico III., Danorum Rege, eodem anno 1669., d. 9. Junii, non Consiliarii solum sui, sed & Procancellarii Slesvigo-Holsatici, dignitate fungi jussus, d. 14. Febr. A. C. 1671., & æt. 68., obiit, dieqve 21. Martii monumento in æde Mariana Lubecensi gentilitio, qvod Epitaphio hæredum ornavit pietas, est illatus. Liberos, e ternis conjugibus, Cæcilia, Hieron. Lüneburgii, patriæ Senatoris, Catharina, Henr. Brockesii, Consulis, & Magdalena, Diet. Brœmsii, Senatoris, filia, A. 1632. 1650. & 1656. ductis, sustulit complures, e qvibus Margareta Hieronymo a Dorne, urbis Lubecensis Consuli, A. 1671., Catharina vero Godschalco Antonio a Wickeden, ejusdem Patritio & Toparchæ Castorfiensi, A. 1681., est elocata. Plura de vita ejus V. in Caji Arndii, Arcis Tychopolitanæ Pastoris, Sermone in locum Ef. LVII. 1. funebri, & Hugonis Lentii, Secretarii Danico-Holsatici, Parentatione, sermone Germanico junctim Glückstadii A. 1671. *in fol.* excusis, & confer *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 304.*, Jac. a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis*, ac *P. IV. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 11., p. 449. 450. 451.* Epitaphii Lubecensis epigraphen J. H. a Seelen, *P. I. Athen. Lubec. p. 120. 121.*, recitat.

Asservantur ab hæredibus, teste Arndio (*l. c.*), sed lucem non aspexerunt, ejus Causæ abdicati Consulatus, patriæ Senatui exhibitæ, scriptaqve alia de turbis, qvæ isti occasionem præbuerunt, Lubecensibus Apologetica.

GOTHARDUS ab HOVELEN IV., Patritius Lubecensis.

Oratio in laudem Lubecæ, Witebergæ A. 1697. habita, ibidem *in fol.* edita, & a J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec. p. 624.* allegata.

ANNA OVENA HOYERIA, Coldenbüttelæ, vico Eiderstadiæ nostræ, anno circiter 1584. (6.), in lucem edita. In Actis Erud. Germanicis *Lipsiensibus, Parte XXXV., p. 896.*, perperam appellatur die bekandte Engelländische Qväckerinn, cum Angliam nec patriam habuerit, nec unqvam adierit. Patrem habuit Johannem Oveni, incolam istius opulentum ac præcipuæ inter reliqvos dignitatis, inqve Astronomicis exercitatissimum, Oveni Tetenii, Advocati Eiderstadiæ provincialis celeberrimi, filium, Teteni Jonæ nepotem, & Jonæ Harringi, coloni Alversumensis, pronepotem

(1.) V. hujus Epitaphium, in Joh. Regkmanni *Chronico Lubecensi p. 206.* (2.) V. *Chron. Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 241.* (3.) teste Jac. a Mellen *in Serie MS. Senatus Lubec.* (4.) V. de turbis his urbis Lubecensis, ab A. 1599. ad 1605. civilibus *Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 257-261. 280-290.* (5.) testibus lapide ædis Marianæ sepulchrali, Kirchringio *l. c. p. 241.*, & Mellenio *l. c.* (6.) V. *Poemata ejus p. 281.*, ubi, A. 1648. se annum ætatis 64. egisse, testatur.

tem (1.). Hermanno Hoyero, supremo Eiderstadiæ Præsidi, d. 15. Apr. A. 1599. nupta, marito dotem 100000 Marcarum attulit Lubecensium, &, præter filias Mariam & Christinam (sculptoris deinde conjugem Svecici), tres filios, Casparum, Christianam & Fridericum Hermannum, est enixa (2.). E qvibus, Ott. Sperlingio teste (3.), Casparus in prædiolo Sveciæ materno Sittwicensi cauponem egit, Christianus e mineris ferri, qvarto ab Holmiensi regia lapide conductis, victum qvæsivit, Fridericus Hermannus autem sculpturæ peritia Holmiæ inclaruit. Impositum proinde fit necesse est Georg. Henr. Burchardo nostro, sterilem eam fuisse falso tradenti, &, *cum liberos non posset, libros peperisse*, jeculariter argutanti (4.). Post mariti (qvocum, heterodoxiæ suæ, a parentibus forsan in filiam derivatæ, indignante, haud admodum concorditer eam vixisse, Sperlingius (5.) perhibet), d. 13. Sept. A. 1622. defuncti (6.), excessum, in prædio illius commorata Hoyerswortano, librorum lectione assidua, & carminum vernaculorum scriptione, cui jam ante assveverat, thori vidui fefellit tædia. Eodem A. 1623. Nicol. Tetingium, civem Flensburgensem, Clero ab errores invisum Enthusiasticos, Chymiæqve studiosum, ut liberis ægrotantibus mederetur, evocavit, animumqve suum, muliebri curiositate prurientem, ab eo passa fascinari, in eorundem paulo post larium societatem cum tota admisit familia, imo Prophetæ etiam dignata est titulo. Ex eo tempore, non Anabaptistarum solum Eiderstadiensium privatis interfuit cœtibus, sed Tetingio etiam tales in suo instituendi prædio, inqve istis baptizandi, fecit potestatem, imo ipsa qvoqve ad sectam hanc novellam alios invitavit, ac, Eiderstadiam, intra biennii spatium, desolatum iri, est vaticinata. Laboratum qvidem est de illa ad Ecclesiam reducenda Lutheranam, tum a Pastoribus aliis, tum a M. Nicol. Wedovio, Præposito Eiderstadiensi, qvi jussu Principis, d. 24. Maji A. 1623., peculiare cum ea, & Tetingio, in arce Hoyerswortana, instituit colloqvium, sed absqve ullo successu (7.) Ecclesiastas enim deinceps aversata, Tetingii, in exilium licet ejecti, errores mordicus defendit, Fanaticorumqve scripta manu nocturna & diurna versavit, ac maximo habuit in pretio. Casp. certe Schwenckfeldii libellum de Verbo divino peculiari commendavit Poematio (8.), cui Rythmi hi pro autore Apologetici sunt præfixi:

C.
S.
C. S. E. S. C. Casparus Schwenckfeldius Est Sanctus Christianus.
S. Caspar Schwenckfeld Ein Seeliger Christ,
C. Und Zeug der reinen Wahrheit ist:
Sein Gedächtniß bleibt zu jeder Frist,
Wird nicht gedämpft durchs Teuffels List.
Der Frommen Lob breitet aus mit Reden und Schreiben:
Der Gerechten Gedächtniß wird im Segen bleiben.
Kein Teuffel, oder böser Mensch, wird sie vertreiben.

Sed & Davidi Georgio, sub finem Satyrici de symposio Pastorum aliqvot Danicorum Dialogi (9.), nomine licet ejus dissimulato, metris his patrocinata est Saxonicis:

Dit heft iuw gesecht de trüw GOttes Knecht, den gy verdömen.
Siin Lif iß verbrandt, siin Seel in GOttes Hand: Ick darf ehn nich nömen.

Has ob causas cum patriæ clero esset exosa, opesqve ingentes liberalitate prodiga dilapidasset, prædio Hoyerswortano Augustæ, Johannis Adolphi, Ducis Holsatici, viduæ, vendito (10.), in Sveciam A. 1632. exulatum abiit, spontene sua, an jussu Friderici, Principis sui (a qvo Reginæ se Svedicæ esse refert (11.) commendatam), incertum. Illic, Westervici, Urbe Gothiæ, initio, circa A. 1633. (12.), commorata, & deinde in tractum Laagardensem, Holmiæ vicinum, prædiolumqve istius, ab Eleonora Maria, Regina Svecorum vidua, sibi donatum, Sittwiciqve a semet ipsa ornatum nomine, digressa (13.), partem vitæ exegit reliqvam, & Pythagoræam, qva κρεωφαγία damnatur, doctrinam resuscitavit. Cui adeo, ad superstitionem usqve, fuisse fertur addicta, ut nullum animal auderet occidere, nec pisces alios, qvam mortuos, fœtidos & rancidos, comederet, canesqve complures hoc solum fine aleret, qvo pediculi ac pulices e cute humana, sospites ac illæsi, in istorum tergora possent transportari (14.). Finem vitæ A. C. 1656., & æt. 72., attigit (15.), & moritura (16.) in locum se solitarium, neminem mortalium excessus sui habitura arbitrum, contulit. Memoriam ejus ad posteros propagabunt Poematia, qvæ reliqvit, Germanica ac Saxonica, sacri pleraqve argumenti, & crebris in Theologos Academicos, Ecclesiastasqve Lutheranos, invectivis, ulcera illorum satis duriter tangentibus, referta. Qvæ licet ad leges modernæ Poeseos Teutonicæ Prosodicas non sint exacta, & merito proinde, tum a Timoth. Dan. Colbergio (17.) Archaismi insimulentur, tum ab Erdm. Neumeistero (18.) ob *numerum* culpentur, *haud facile lectores delectaturum*, suis tamen non carent argutiis & Veneribus, tanto pluris, qvod a muliebri profecta sint ingenio, æstimandis. Pleraqve istorum, in peculiarem collecta Syllogen, Amstelodami A. 1650. junctim, curante (uti Sperlingius (19.) detexit) editionem Domino le Blond, Legato Svecorum in Anglia ordinario, sectæ Schwenckfeldianæ assecla, prodierunt, & a J. A. W. (i. e. Joh. Angelo Werdenhagio, Imperatoris Consiliario atqve ad urbes Legato Hanseaticas) carmine brevi vernaculo, frontispicio libelli adjecto, haud parce sunt commendata. Plura de Hoyeria suggerent Ott. Sperlingii Junioris (fuse de illa commentati) *Tr. de Fœminis doctis MStus, num. 99.*, Gotfr. Arnoldi (de vita paucula tantum narrantis, plurimas vero ejus de Ecclesiæ Lutheranæ, & Ordinis Ecclesiastici, corruptelis recitantis qverelas) *Tomus Hist. Eccl. Tertius, c. 10., p. 102. 103. 104.*, & *Pars Secunda Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., cap. 6., §. 5., p. 141-144.* Conferantur, qvi hujus secuti sunt narrationes, Casp. Sagittarius *in Introduct. in Hist. Eccl., c. 33., Sect. 26., p. 932. 933.*, Christ. Franc. Paulinus im Philosophischen Feyrabend, *c. 5., p. 175. 176.*, & im Hochgelahrten Teutschen Frauenzimmer, *p. 74. 75.*, Joh. Franc. Buddæus *T. III. Lexici Historici p. 13..*, Joh. Henr. Feustkingius *in Gynæceo Hæretico-Fanatico p. 61. 356-361.*, M. Car. Gottlobius Zeidlerus, *in Disp. de Historia Dav. Georgii*, Lipsiæ A. 1701. edita, *c. 2., §. 17., p. 39. 40.*, & Georg. Chr. Lehmsius in Teutschlands galanten Poetinnen, *p. 85. 86. 87.* Taceo alios, jam ante allegatos, qvibus addatur Joh. Melch. Kraftius, *in Historia Husensi Ecclesiastica*, dem Zweyfachen 200jährigen Jubel-Gedächtnisse adjecta, *p. 165. 171-176. 498-501.*, tum alia congerens, historiam ejus illustrantia, tum acta duplicis

(1.) Hos ejus majores Otto Sperlingius Jun., *in Tr. MS. de fœminis doctis, num. 99.*, enumerat. (2.) Qvinqve his liberis Poemation A. 1643. inscripsit *de aurea Christi corona* vernaculum. (3.) *l. c.* (4.) *in Epistola ad Joh. Henr. Kielmannum, Animadversionibus contra Bourignoniam præfixa.* (5.) *l. c.* (6.) V. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 150.*, & Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis p. 209.* (7.) Hactenus, de seductione ejus per Tetingium, relata M. Nicol. Wedovii duabus Epistolis ad M. Jac. Fabricium Sen., Superint. Holf., ineditis, A. 1623. exaratis, & partim etiam Tetingii ipsius literis MSS. ad Frid., Ducem Holf., supplicibus, debeo. Confer Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, Lib. 3., c. 8., p. 286.*, & *Hist. Eccl. Slesvic., L. 4., c. 4., p. 250. 251.* (8.) *in Poem., p. 157. & seqq.* (9.) *in Poem. p. 262.* (10.) teste Sperlingio *l. c.* (11.) *in Poem. p. 290.* (12.) V. *Poem. p. 74. 75.* (13.) V. Sperl. *l. c.* (14.) V. Timoth. Dan. Colbergii Platonisch-Hermetisches Christenthum, *c. 5., §. 9., p. 245.* Gemina Cognatus ejus celeberrimus, Vinc. Placcius, olim mihi narravit. (15.) teste Sperlingio *l. c.* (16.) teste Placcio, modo laudato. (17.) *l. c.* (18.) *in Diss. de Poetis Germanicis p. 57.* (19.) *l. c.*

plicis controversiæ, cui, in civitate, ab A. 1624. ad 1632., commorata Husensi, cum hujus & Senatu, ob denegatum tributum extraordinarium, & Presbyterio, ob sacra publica neglecta, domesticaqve his prælata, implicabatur.

ELOGIA.

Otto Sperlingius Junior (*l. c.*) ita de illa: *Cum Ovena non minus ingenium vivum & valens, qvam judicium, ad lectionem rerum sacrarum attulerit assiduam, doctrinæ non vulgaris laudem est assecuta. Qvotqvot illam viderunt, nihil ruris aut inficetiarum, sed supra fœminam aliqvid, ex vultu, gestu, vel sermone, qvod laudarent, inveniebant. - - Ex Poematis de genio, & vena felici, fœminæ judicare licet. - - Mores fuere spectati & probi, vita pudice, &, per tot discrimina rerum, fortiter, exacta, in qvibus Theologiæ ac Philosophiæ præcipuus usus consistit. - Tanqvam in ipsa paupertate dives, in omnes munificam se præstitit, qva de re gloriari solebat, se sæpe non nisi duobus onustam obolis domo exiisse, qvibus in obvios erogatis, aliunde statim, priusqvam domum rediret, argenti talentum obvenisse. Gener & pater, ob hanc prodigalitatem, eam in judicium vocarunt, ne postea minus excusati hæredibus forent.*

Gotfr. Arnoldo (*T. II. Hist. Eccl., Lib. 16., c. 20., p. 256., & c. 21., p. 287.*) audit eine berühmte Holsteinische Poetinne.

Frid. Breclingius testibus eam veritatis contra Christianismum degenerem, in horum *Catalogo (apud Arnoldum, l. c. T. IV., Sect. 3., num. 18., p. 779.)*, accenset.

SCRIPTA GERMANICA.

I. SEORSIM EDITA.

Süßbittere Freude; oder eine wahrhafftige Historie von zwey liebhabenden Personen, unter verdeckten Nahmen Euryali und Lucretiæ, durch Æneam Sylvium Lateinisch beschrieben, durch Nicolaum von Weil, Stadtschreibern, verdeutscht, jetzt aber in Deutsche Reimen gestellt durch Anevo Hireijo zu Horstrowey in Testredey. Slesvigæ 1617. in 4. Sub larva hac Anagrammatica latet Ovena Hoyeri zu Hoyerswort in Eiderstet, sicut Vinc. Placcius, a me edoctus, *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 363.*, jam indicavit.

Gespräch eines Kindes mit seiner Mutter, vom wege der Gottseligkeit. A. 1628. & 1634. in 12. Recusum A. 1650. *in Poematis, p. 1-40.*

Frauenpflicht, zu lernen GOtt und ihren Männern zu gehorsamen, geschrieben durch eine tugendhafte Frau und Liebhaberinn Christi. Amstelodami 1636. in 12. Scriptum ἀδέσποτον, a Typographo Hoyeriæ dedicatum, & eidem, *qvod superstitionem & stylum ejus redoleat*, a Sperlingio, *l. c., n. 99. & 464.*, recte vindicatum, ac *in Catalogo* qvoqve *Bibliothecæ Bened. Bahnsii Amstelodamensis* attributum.

Zwey geistliche Lieder. Amstelod. 1644. in 8. (*Catal.*)

II. JUNCTIM PUBLICATA.

Geistliche und weltliche Poemata. Amstelodami, apud Ludov. Elzevirium, A. 1650. (*&, juxta Catalogum Mohtianum, 1661. etiam*) in 12. In hac Carminum Germanicorum & Saxonicorum Sylloge, cujus historiam, cum variis de eadem judiciis, Vita nostræ jam exhibuit, continentur:

α. (p. 1-40.) Geistlich Gespräch zwischen Mutter und Kinde, von dem Wege zur wahren Gottseligkeit, A. 1628. gestellet.

β. Johannis Osanaveri (*qvod nomen larvam esse Hoyeriæ Anagrammaticam, P. II. Isag. ad Hist. Cimbr. p. 142., & in Theatro Anon. ac Pseudon. Placciano, T. II., p. 476.*, jam *docui*), Theosophiæ Amat., Einfältige Wahrheit, kurtz schlecht und recht A. 1630. beschrieben (Invectiva in Pastores Lutheranos, & eorum methodum concionandi); *p. 41-67.*

γ. (p. 67-74.) Schreiben von J. O. T. A. an die Herren Titelträger von hohen Schulen, M. F. J. (*i. e. M. Frid. Johannis, Diac. Flensburg. Nicolaitanum*) und M. F. D. P. (*i. e. M. Frid. Damium, Præpositum Flensburg.*), auf das Büchlein wieder Nicolaum Teting.

δ. (p. 74. 75.) Schriven an Peer Nielßön, to Westerwick, A. 1633.

ε. (p. 77-125.) das Buch Ruth, in Deutsche Reimen gestellet, und Mariæ Eleonoræ, Königinn in Schweden, A. 1634. zugeschrieben.

ζ. (p. 125-131.) Trost im Trauren, auß der Fürsehung GOttes.

η. (p. 131-145.) Christi güldne Kron, treuer Kämpfer Lohn, an ihre fünf Kinder A. 1643. geschrieben.

θ. (p. 145-153.) Guter Raht, allen alten Wittiben gegeben, daß sie sich nicht wieder sollen verheyrahten, A. 1645.

ι. (p. 153-156.) Kurtz Bedencken von der alten Weiber Heyraht, da GOtt nichts mit zu schaffen hat, A. 1643.

κ. (p. 157-168.) Judicium über des Gottseligen Herren, Caspar Schwenckfelds, Buch vom Worte GOttes, A. 1642. gestellt.

λ. (p. 169-181.) Deutsche Wahrheit, A. 1644.

μ. (p. 181-231.) Posaunenschall vom Abendmahl, ins Königs Saal, nach Babels Fall; oder Aufmunterung und Einladung zur Hochzeit des Lammes, auf der Burg Zion, am Tage aller Heiligen, an alle, die GOtt fest vertrauen, und auf seine Verheissung bauen, in unterschiedlichen Liedern, A. 1643. gestellt.

ν. (p. 231-246.) Schreiben von J. O. T. A., an die Gemeine im Lande Holstein, A. 1642. abgelassen, wieder ihre Priester, und die von selbigen erregete Verfolgungen.

ξ. (p. 247-263.) De Dänische Dörppape, in kortem Tüche up Düdsch uthstafferet van J. O. T. A., A. 1630. Dialogus Satyricus ac facetus, historiam sympofii Pastorum aliqvot ruralium Danicorum cum rusticis suis, rythmis, exhibens, Saxonicis.

ο. (p. 263-276.) Ein Schreiben übers Meer gesandt, an die Gemein in Engelland, auß einer alten Frauen Hand, die ungenandt GOtt ist bekandt. Invectiva in Anglos Regicidas.

π. (p. 276-278.) Lobliedlein, zu Ehren der Schwedischen Krone, zu Stockholm, d. 7. Sept. A. 1644., an die Königinn Christina gestellet.

ρ. (p. 279-281.) Freudenliedlein über die Ankunft der verwittibten Königinn in Stockholm, d. 29. Aug. A. 1648.

σ. (p. 282-294.) Zwey geistliche Lieder, auf den Nahmen J. Catharinæ Ottersen, und von Betrachtung der ietzigen Wunder GOttes.

τ. (p. 294-298.) Liedlein von Geldliebenden Weltfreunden.

υ. (p. 298-304.) Ein geistliches Lied, und ein Neujahrslied.

M. ANDREAS HOYERUS, Bukarkiæ, pago Tractus Tunderensis, patre Tychone Svenone Hoyero, Parocho istius, natus, Magistrique titulum Regiomonti Nonis Apr. A. 1646. adeptus, Urbis Itzehoensis, ab A. 1652. (qvo uxorem etiam duxit Agnetem, D. Steph. Klotzii, Superint. Regii, filiam), Pastor, ac Comitatus simul Pinnebergici, ab A. 1678., Præpositus, M. Nov. A. 1693., festo D. Mart. Lutheri, extinctus. V. Nic. Lud. Esmarchii Epicedium in obitum ejus Germanicum. *in Sione p. 130. 131.*

Disp. de Syllogismis infinitis, horumqve difficultatibus anticipandis. Regiomonti 1645. in 4.
Disputt. II. de natura Metaphysicæ. Regiom. 1646. in 4.
Disp. de Critica. Regiom. 1647. in 4.
Exerc. Metaph. de Causa & causato. Rostochii 1649. in 4.

Kirchweyhungsgedancken, als die, A. 1657. den 8. Aug., durch Feindes Hand eingeäscherte, Hauptkirche S. Laurentii zu Itzehoe, mehrentheils wieder erbauet, und den 29. Mart. A. 1661. wieder eingeweihet ward; darinn der rechte Gebrauch der Gotteshäuser, und der Einweihung derselben, neben Christgebührender Application, aus H. Schrift, und der ersten und folgenden Kirchen Gewohnheit, ausführlich angezeiget wird; in eine Predigt über Esræ VI. 16. 17. 18. gefasset. Rost. 1661. in 4.

Eines gläubigen Menschen bester Reichthum; oder Leichpredigt über Georg. Reichen, Königl. Dänischen Raht, aus Eccl. VII. 1. 2. Glückstadii 1663. in 4.

Leichenrede bey Begräbniß M. Herm. Erdmanni, Königl. Holstein. Gen. Superintendenten; beygedruckt Pet. Zitzscheri Leichpredigt über denselben, aus Gen. V. 24. Glückst. 1688. in 4.

(Coævus illi fuit, ac ab eo est distingvendus, M. Andr. Hoyerus, Cimber, Lollandiæ, insulæ Danicæ, Præpositus, cujus variæ Disputationes Philosophicæ in Alb. Bartholini *Tr. de scriptis Danorum p. 5.* enumerantur.)

ANDREAS HOYERUS, Parochiæ patriæ Carlumensis, in Diœcesi Tunderensi, post parentem, Pastor, A. 1689. defunctus, testibusqve veritatis contra Christianismum degenerem a Frid. Breclingio, in illorum Catalogo (*T. IV. Hist. Eccl. Gotfr. Arnoldi, Sect. III., n. 18., p. 772.*), annumeratus.

Læta congregatio, frölische Versamlung, oder Leichpredigt über Peter Sönnichsen, Hardesvogt in Karrharde, aus Gen. XLIX. 33. Slesvigæ 1661. in 4.

ANDREAS HOJERUS Carlumia, præfecturæ in Ducatu Slesvicensi Tunderensis pago, Cimber, Johannis, Pastoris Carlumensis, filius, Medicinæ Cand. &, ab A. circiter 1718., Practicus Hafniensis, in Historia etiam Boreali universa, ac polymathia elegantiori, egregie versatus, & hanc ob causam, a Friderico IV., Rege Daniæ, A. 1722. ad Historiographi sui evectus dignitatem.

Diss. Medico-Practica de Febre petechizante epidemia, jussu regio, ab ipso Præside, & Professionis Medicæ Hafniensis Candidato, d. 8. Julii A. 1717. proposita. Hafniæ 1717. in 4.

Diagramma de Nuptiis Propinqvorum Jure divino non prohibitis. Lemgoviæ 1719. in 4. Virgula notatur censoria ab Autoribus der fortgesetzten Samlung von Theol. Sachen, *Sect. I. A. 1720., p. 168. 169.*

Anonymi Continuatio Annalium Alberti Stadensis, ab A. C. 1264. ad 1324., e membranis Academiæ Juliæ ab illo edita, cum Præfatione sua, Notis, & Disqvisitione de Origine Sophiæ Langelandicæ. Hafniæ 1720. in 4.

Nova literaria Daniæ, & vicinarum regionum, ab A. 1721. sigillatim & ἀνωνύμως, bis singulis mensibus, Hafniæ *in 8.* edita.

Kurtz-gefaßte Dennemärckische Geschichte, von Anfang dieses mächtigen Reiches, biß zum Ausgange des XVII. Seculi, in Fragen und Antworten verfasset, und mit nöthigen allegationibus versehen. Flensburgi 1718. in 8., & Erfurti A. 1719. in 8. Recensum libri hujus exhibuere Lipsienses (*Danis eum adeo displicuisse, ut scriptis hanc in rem editis errores illius demonstraverint*, narrantes, titulumqve secundæ editionis, in qvo Erfurti recusus perhibetur, lectores fallere conjicientes) *in Actis Latinis Erud., M. Sept. A. 1720., p. 428 - 431.*, ac *in Germanicis, Parte LXV., num. 2.*, & Halenses *Parte XC.* der Neuen Bibliotheck, *p. 877 - 885.*

CASPARUS HOYERUS, Husensis, d. 28. Jul. A. 1540. natus, nobilitatem, ejusqve insignia, picturam Monocerotis dimidiatam exhibentia, familiæ suæ, eqvestribus Cimbricis a Jona Elverfeldio (1.), Andr. Angelo (2.) & Casp. Danckwerthio (3.), annumeratæ, vel ipse primus intulit, vel solis parentibus, non autem reliqvis majoribus, debuit. Pater ipsi fuit Hermannus Hoyerus (qvem nostrates vulgo Lange Harmen Hoyer, ob staturæ proceritatem, appellarunt, cujusqve nomen plateæ Husensi, der langen Harmens-Gasse, hodienum adhæret), Friderici I., Regis Daniæ, Strategus bellicus, in nobilium evectus ordinem, mater autem Catharina, Monarchæ hujus filia, sed extra thorum regium ac legitimum progenita (4.). Pueritiam in aula transegit Danica, filiorum Christiani III., Regis, qvi a Casp. Mulenio bonis literis ac moribus imbuebantur, condiscipulus, ac Lüneburgi deinde, ab A. 1555., cum fratre, Lucæ Lossii ductu, ulteriores in studiis fecit progressus (5.). Juris & rerum civilium prudentiam in Academiis sibi paravit Witebergensi, Coloniensi, Argentinensi & Francofurtana ad Viadrum, Hodegos potissimum secutus Ludolphum Schraderum, Viadrinæ, & Franc. Hotomannum (cui omnes suos in legum studio profectus referre solebat acceptos), Argentinensis Antecessorem. E peregrinatione in Daniam redux, locum inter ministros regios honestum obtinuit, & legationes aliqvot ad principes feliciter obiit exteros. Qvinqve deinde lustra natus, ducta uxore, ministeria sua Adolpho addixit, Duci Holsato-Gottorpiensi, a qvo in Consiliariorum admissionis interioris allectus est numerum, ad Reges Brittanniæ, Poloniæ, aliosqve Magnates, ablegatus, militatum, in castra Hispanorum Belgica, A. 1572. secum abire jussus (6.), ac A. 1578., d. 20. Sept., suprema Eiderstadiæ (cui, per 16. annos, summo cum incolarum præfuit emolumento) Præfectura, Sivardo Sivardi ademta, donatus (7.). Provinciæ huic, vicinæqve illi Dithmarsiæ Boreali, cujus itidem aliqvamdiu fuit gubernator (8.), assiduam ejus præsentiam amor Adolphi, qvo virum proseqvebatur, incredibilis, & negotia publica, hujus jussu, in aula Gottorpiensi freqventissime expedienda, inviderunt. Tanta enim illius, non apud Ordines solum provinciales & subditos, sed ipsum etiam Principem, erat autoritas, ut omnia is ad nutum & consilia ejus gereret, totamqve fere gubernationis molem huic ministrorum suorum primicerio, velut Atlanti cuidam, imponeret (9.), imo Ducatum ipsum, cum conjuge & liberis, fidei curæqve ejusdem moribundus A. 1586. commendaret. Post Adolphi excessum, pari apud filios ejus, Fridericum, Philippum & Johannem Adolphum, qvi intra qvadriennium sibi invicem succesere, gratia & autoritate floruit, ac A. 1590., Joh. Adolphi legatus, feudum Ducatus Slesvicensis a Christiano IV., Rege Danico, pompa solenni petiit atqve obtinuit (10.). Uxorem habuit Annam Wolfiam (11.), Consulis Kiloniensis, Theod. Pistorio teste, filiam, & ex illa, præter filium Hermannum, suum in præfectura Eiderstadiæ successorem, Annæqve Ovenæ Hoyeriæ (*supra celebratæ*) maritum, filias etiam aliqvot, e qvibus Margareta A. 1598. Vinc. Mollero, J. U. Lic. & Consuli Hamburgensi (12.), Magdalena autem Thomæ thor Smede, Senatori Flensburgensi, est elocata, sustulit. Liberis hisce, qvinqvagenario major, in urbe patria Husensi, A. 1594., d. 19. Nov. (13.), non sine luctu Cimbriæ,

(1.) *Classe II. Epigramm. de Holsatia, lit. P. 4. a.* (2.) *Lib. I.* der Holsteinischen Adel-Chronica *p. 60.* (3.) *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 3., p. 15.* (4.) De parentibus his V. Theod. Pistorii (matris obliti) *Poema parentale*, Danckwerthium *l. c.*, & Ant. Heimreichii *Lib. III. Chron. Dithmarf., c. 4., p. 247.* (5.) Hæc ipse narrat, *in Epist. MS. ad Joh. Pistorium* (6.) *Teste ipsius Epistola ad Joh. Pistorium.* (7.) V. Danckw., *l. c., P. II., c. 13., p. 150.*, & Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, c. 12., p. 290. Ed. primæ.* (8.) V. Heimreichii *Lib. III. Chron. Dithm., c. 4., p. 247. 248.* (9.) V. Angelum *l. c.*, & Danckw., *P. II., c. 13., p. 150.* (10.) V. Elverfeldium & Angelum *ll. cc.* (11.) V. Joh. Ristii teutschen Parnassum *p. 822.* (12.) V. Ristium *l. c.* (13.) Teste Pistorio *l. c.* Heimreichius, *in Chron. Fris. Bor., c. 12., p. 290.* diem 9. Nov. male substituit.

briæ, doctrinam ejus ac merita in se insignia veneratæ, publico, mortuus, tria reliqvit prædia eqvestria (1.), Wolfsbütteliam, Husemam, & arcem, qvam ipse A. 1564. condiderat, cognominisqve sui fecerat participem, Hoyersworta- nam (2.).

Plura de illo docebunt Theod. Pistorii, Diaconi in Eiderstadia San-Petrini, *Poema*, qvo defunctum celebravit, *Heroicum*, Slesvigæ A. 1595. *in 4.* excusum, scriptaqve aliorum, jam allegata, ac *Pars III. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 5., p. 245. 246. 248. 249.*

ELOGIA.

Henr. Ranzovio, Proregi Cimbrico (*in Exegesi Historica Epigrammatum Elverfeldii de Holsatia, Cl. II., lit. P. 4. a.*), *Vir audit, ut doctrina & studiis excultissimus, ita etiam consilio atqve prudentia celeberrimus.*

Dav. Chytræo (*P. I. Chronici Saxoniæ p. 86.*) *Vir nobili genere ac ingenio, & excellenti virtute, doctrina & humanitate, ornatus.*

D. Paulo ab Eitzen (*in Epist. MS. ad M. Theod. Grawium, Past. Tonning., A. 1584. exarata*) *omnium concionatorum, & eruditorum patronus.*

Andr. Angelo (*Lib. I.* der Holstein. Adel-Chronica *p. 60.*) ein gelahrter und verständiger Mann, der, zum Theil seiner Kunst und Geschicklichkeit, zum Theil seines Ampts halber, bey dem Holsteinischen vom Adel in grossem Ansehen gewesen.

M. Jac. Fabricius Sen. Superint. Holsat. (*in Epist. ἀνεκδότῳ ad Joh. Pistorium, Præpos. Eiderstad., A. 1589. scripta*), ita de illo: *De hoc honestissimo & nobilissimo Viro vix habeo, qvod dicam, nisi hoc, qvod vix persvaderi antea potuissem, negotiis aulicis, & gravissimis gubernationis oneribus, occupatos tales tantosqve esse aliqvos posse. Tanta est D. Caspari eruditio in literis omnibus, tam excellens & maturum de pietatis qvæstionibus omnibus judicium, tanta orationis copia, ubertas, venustas, tanta humanitas, morumqve mista gravitati svavitas, ut, an parem habeat, dubitem, superiorem vero desperem.*

Casp. Danckwerthius (*P. II. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 150.*) eum vocat einen klugen und fleißigen Mann, der das Land Eiderstätt zu gutem Aufnehmen gebracht.

SCRIPTA.

Casp. Hoyers kurtze und förmliche Beschreibung des Eiderstädtischen Landes, in Lateinischer Sprache von ihm beschrieben, jetzo aber, nicht allein ins Deutsche übersetzt, sondern auch in Niedersächsische rythmos componiret, von Jacobo Sachsen, Eiderstadiensi. Hamburgi 1610. in 8.

Johann Adolfs, Hertzogen zu Sleswig und Holstein, Landrecht, welches er seinen getreuen Unterthanen, in den drey Landen, Eiderstädt, Everschop und Utholm, aufs neue gnädigst gegeben, confirmiret, verbessert und bestättiget hat. Slesvigæ 1591. in 4. Jus hoc ἐπιχώριον Eiderstadiæ novissimum ab Adolpho qvidem, Duce Holsatiæ, Anno jam 1572., d. 10. Jul., est promulgatum, & Hamburgi A. 1573. *in 4.* excusum, sed, qvod in eo multa loca obscura & ἐναντιοφανῆ occurrerent, jussu filii ejus, Johannis Adolphi, ab Hoyero A. 1591. revisum, correctum, &, retentis Frisonum, qvæ tolerabiles videbantur, consvetudinibus, ex Jure Dithmarsiæ provinciali auctum, adjectaqve nova de rebus Politicis Constitutione denuo publicatum. V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, c. 11., p. 260. 261.*, & *Partem III. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 5., p. 248. 249.*

Epistola ad Henr. Ranzovium, Cimbriæ Proregem, de Caji filii obitu, consolatoria, A. 1591. scripta, & *in Sylloge Epistolarum, ad Ranzovium a Principibus & viris doctis datarum*, qvæ Francofurti A. 1593. *in 8.*, curante G. L. Frobenio, prodiit, *p. 141. 142. 143.*, edita.

IX. Epistolæ Latinæ ἀνέκδοτοι, ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, ab A. 1555. ad 1591., scriptæ, qvas, cum tribus Pistorii responsoriis, in Volumine Epistolarum ad hunc MSto, qvod Pet. Axenius, JCtus Slesvicensis, asservabat, olim perlegi.

JONAS HOYERUS, Flensburgensis, urbis patriæ XXIVvir A. 1624., Senator autem A. 1627., d. 29. Jan., electus, eodemqve anno, Kal. Aug., civium, Regi adversus hostes patriæ militaturorum, designatus Centurio, A. C. 1640. autem, & æt. 53., defunctus.

Historischer Bericht vom Hertzogthume Sleswig und der Stadt Flensburg, A. 1628., in seinem Exilio zu Malmoe, zur Zeit des Keyserlichen Krieges, zusammengetragen. MStum in usus congestum privatos, &, hanc ob causam, nec perfectum, nec methodicum, mentione tamen honesta, ob complura de urbe Flensburgensi, qvæ alii rerum illius scriptores præterierunt, annotata, haud defraudandum.

Kurtze Beschreibung des, A. 1603. zu Hamburg gehaltenen, Einzugs Christiani IV., Königs zu Dennemarck, und Johann Adolfs, Hertzogen zu Sleswig und Holstein, der daselbst ihnen geschehenen Huldigung, und darauf erfolgten Ringrennen und Turnieren. MStum A. C. 1603., & æt. 16., qvo scholam freqventabat Hamburgensem, exaratum.

JOHANNES HOYNUS, Ripensis, M. Matthiæ Hoyni, scholæ oppidanæ Rectoris, filius, scriptoribus Danicis ab Alb. Bartholino (*in Lib. de illis p. 72.*) annumeratus.

Oratio de Angelis. Witebergæ 1550. in 8.

Orat. funebris in memoriam M. Christierni Morsiani, Med. D. & Prof. Hafniensis, in schola Hafniensi recitata: Cum Epitaphiis, in honorem ejus, & aliorum clarissimorum in Dania virorum, scriptis. Witebergæ 1564. in 8.

GEORGIUS HÜBSCHMANN, Flensburgensis, opificis filius, scholæ patriæ, ab A. 1630., Cantor, ab A. 1631. vero (post Joh. Generanum, socerum) Pastor & Præpositus, per octo lustra, Apenradensis, M. Junio A. C. 1672., & æt. 69., extinctus. V. Ant. Heimreichii (qvo teste & nomen & omen Hübschmanni, Vir qvippe probus & candidus, habuit) *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 3., p. 212.*, & C. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 6., p. 95.*

Sermones aliqvot Germanici funebres editi.

Manuale Ministrorum Ecclesiæ ἀνέκδοτον, a Successore ejus, M. Trogillo Arnkielio, *in Tr. Germ. de Confirmatione, c. 9., p. 105. 116., & c. 28., p. 249.*, laudatum.

HENRICUS HUDEMANNUS Senior, e Diacono Ecclesiæ in Stormaria ruralis Bejenflethanæ Pastor A. 1600. factus vicinæ Wevelsflethanæ (3.), Henrici & Johannis, mox memorandorum, parens; qvem Joach. Morsius (4.) *Poetam haud mediocrem salutat*, ac Poemata posthuma ἀνέκδοτα filio cognomini reliqvisse testatur.

HENRICUS HUDEMANNUS Junior, Holsatus, Senioris, modo laudati, filius, A. 1617. in Academia commoratus Rostochiensi (5.), & Ecclesiæ deinde in Stormaria Wevelsflethanæ præfectus.

(1.) V. Jac. Saxii *præfat. Descriptionis ejus Eiderstadiæ.* (2.) V. Ant. Heimreichii *Chron. Fris. Bor., c. 6., p. 108.* (3.) Teste Christoph. Vortmeiero. *in Carminum piorum primitiis.* (4.) *In Albo MS. fol. 841.* (5.) Teste Joach. Morsio *in Albo MS., f. 841.*

Poeta fuit in sermone Latino, qvam vernaculo, felicior, ac justo proinde benigniora de carminibus suis Germanicis expertus est judicia, cum Joh. Weitzii, a qvo (1.) præcipuis Mart. Opitii in Poesi Teutonica æmulis, *qvorum in corde lepos, svadaqve in ore sedet*, annumeratur, tum Mich. Clenovii junioris (2.), Poemata ipsius, tam Germanica, qvam Latina, haud parce deprædicantis, illa Reusnerianis, Taubmannianis & Frischlinianis, in patrio idiomate, metris præferentis, & hoc tandem ipsum compellantis disticho:

Antea Romanus, nunc es Germanus Apollo:
Mirum, qvam terse rythmica metra sones!

Mart. Ruari aliqvot ad eum Epistolæ, in *Centuria Epistolarum* illius *prima*, Amstelodami A. 1677. *in 8.* edita, leguntur.

SCRIPTA EDITA.

Joh. Caselii Carmina Gnomica, Græca & Latina, e musæo Henr. Hudemanni edita. Hamburgi 1624. in 8. (Editionem horum *Hermanno Heidmanno* perperam tribuit Herm. Conringius, *in Epistola*, *Caselianarum Epistolarum Syntagmati*, A. 1687. per Justum Dransfeldium edito, præmissa.)

Divitiæ Poeticæ. Hamburgi 1625. in 8. Exhibent illæ: 1. Odarum libros duos, 2. Epodon libros totidem, 3. Anacreontem Latinum, 4. Phalæcia, 5. Epigrammata, 6. die teutsche Musam, 7. Mart. Ruari, de studiis suis, ad Heinonem Voglerum, Epistolam, 8. Dan. Heinsii & Joach. Morsii Epistolas ad Autorem Encomiasticas.

Hirnschleifer; das ist: Außerlesene teutsche Emblemata, oder Sinnenbilder, welche zur Schärfung des Verstandes, Besserung des sündlichen Lebens, und Erlustigung des gantzen Menschen, mit Versen gezieret sind. A. 1626. in 8. Adjecta sunt Emblematis hisce (qvorum versus duriusculi in leges metricas sæpissime impingunt) Encomia Poetica, Germanicum Mart. Ruari, & Latinum Mich. Clenovii junioris.

INEDITA.

Tres ad Joh. Meursium Sen. Epistolæ, in Volumine Epistolarum ad hunc, qvod, a Zach. Lundio editioni destinatum, Joh. Mohtius, Consil. Danicus, Hafniæ asservabat, mihi lectæ.

Prophetia Jonæ Rythmis Germanicis ab eo (teste Epistola ad Meursium) reddita.

Carmina Latina ac Germanica propria ἀνέκδοτα.
Joh. Caselii Poemata, ab eo collecta.
Henr. Hudemanni, parentis, Poemata posthuma, ab eo collecta.
} Qvæ Joach. Morsius, *in Albo MS.*, *f. 841 - 844.*, ab eo jussit expectari.

Joh. Caselii Monumentorum omnium Editio, ab eo, *in præfat. Carminum illius Gnomicorum*, promissa. V. Jac. Burchardi *Epistolam de Joh. Caselii erga bonas literas meritis p. 62.*

M. JOHANNES HUDEMANNUS, Wevelsflethæ, pago Stormariæ, d. 12. Oct. A. 1606., patre Henrico, illius Parocho, natus, e scholis Wilstriensi atqve Itzehoensi in Gymnasium Hamburgense, & hinc A. 1624. in Acad. Rostochiensem, A. 1626. autem in Lipsiensem, abiit, supremamqve illic Philosophiæ lauream A. 1628. obtinuit. A. 1629. parenti, in Ecclesiæ Wevelsflethanæ, A. 1645. autem Wilhelmo Alardo, socero, in Crempensis oppidi Pastoratu, successit. Cui officio dignitates sacræ aliæ Præpositi Münsterdorfiensis & Segebergensis A. 1652., Pinnebergiciqve A. 1653., supremi sacrorum militiæ in Holsatia regiæ Inspectoris A. 1659., ac Superintendentis Ducatus Holsatici, Consiliariiqve Ecclesiastici, d. 15. Nov. A. 1668. (post D. Steph. Klotzii excessum), a Friderico III., Rege Daniæ, sunt adjectæ, ac ab hujus tandem filio, Christiano V., suprema qvoqve Ecclesiarum Ducatus Slesvicensis regiarum ἐπισκοπὴ, post obitum M. Bonavent. Rehefeldii, d. 25. Jul. A. 1673., est superaddita. Morte subita Crempæ, d. 27. Mart. A. C. 1678., & æt. 72., expiravit, & D. Christianum a Stöcken, in omnibus ferme dignitatibus sacris, nactus est successorem. E liberis XII., ex uxore unica, Walpurgi, Wilh. Alardi, Pastoris Crempensis, filia, A. 1630. ducta, in 48. annorum conjugio, susceptis, Wilhelmus J. U. fuit Doctor, & Senator Crempensis, Henricus Consiliarius in Comitatibus Oldenburgico & Delmenhorstano Danicus, Johannes Pastor Abbenhusanus & Borsfletanus, ac Fridericus Christianus Legatus cohortis militaris Danicæ; filiarum autem nonnullæ Ludov. Pinciero, J. U. D. Canonicoqve Lubecensi, & Alexandro Christiani, Dithmarsiæ regiæ Præposito, sunt elocatæ. V. Matthiæ Bornholti, Archidiac. Crempensis, *Sermonem funebrem vernaculum*, e Gen. XXXII. 10., in illius habitum exeqviis, & Glückstadii A. 1685. *in 4.* excusum, & confer de illo Joh. Ristii teutschen Parnass *p. 232.*, ac Andr. Gödekii Holsteinsches Turteltäublein *p. 11. 12. 13. 14.*

A Matthia Knutsio, Empæcta profano (*in Colloqvio cauponis cum tribus hospitibus vernaculo*), sarcastice *Hudelmannus, & Papa Danicus*, appellatur.

SCRIPTA.

Disp. de Philosophia in genere. Rostochii 1625. in 4. (*V. Bornholtum l. c.*)

Disp. de Universali Dei gratia. Lipsiæ 1627. in 4. (*V. eundem.*)

Leichpredigt über Georg von Steinbergen, Kön. Dän. Obristen Leutenant, auß 2. Sam. III. 31-34. Glückst. 1645. in 4.

Leichpred. über Fr. Dorothea zur Mühlen, auß 2. Tim. IV. 7. 8. Glückst. 1647. in 4.

Leichpred. über Gerh. Beckern, Advocatum, auß 1. Tim. I. 12. Hamburgi 1653. in 4.

Christliche Sterbekunst, auß Luc. XVIII. 13., in einer Leichpredigt über Joh. Ristium, Com. Pal. Cæs. und Pastorem zu Wedel vorgestellet. Hamburgi 1657. in 4.

LUCAS HÜLSING, Hamburgensis, Gerhardi, Arithmetici civitatis istius filius, A. 1619. superstes.

Arithmeticam Parentis, Saxonice ab illo Hamburgi A. 1605. editam, revidit, auxit, &, ordine commodiori dispositam, ibidem A. 1619. *in 8.* recudi curavit. V. qvæ de illa *Tomo II.*, sunt dicta.

BARTHOLDUS HUSWEDELIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. Regis Sveciæ, in patria, circa A. 1698. & 1704., Commissarius & tabellariorum Præfectus. V. P. A. Lehmanni *Hamburgum Literatum A. 1698. p. 7., & A. 1701. p. 12.*

Disp. Jurid. de Actionibus præjudicialibus, Præside D. Joh. Henr. Böttichero. Helmst. 1676. in 4.

Disp. Inaug. de Actionibus judicialibus, Aureliæ in 4. (*V. Lehm. l. c.*)

CONRADUS HUSWEDELIUS, Hamburgensis, Hansii Huswedelii, Steinfelda Westphali, e patria ob Hispanorum digressi sævitiam, Pistorisqve deinde primo Hamburgensis, ac postea in Franconia Onolsbacensis, e Margareta Gravia filius, Johannisqve, Professoris Rostochiensis, germanus, Jurisprudentiæ, qvam in Academia Jenensi, circa A. 1609., privatim jam docere, & Disputationibus publicis Præses illustrare, cœperat, Professor in Altorfina aliqvamdiu fuit extraordinarius, ac deinceps Marchionis Onolsbaco-Brandeburgici, aliorumqve Franconiæ & Sveviæ Principum atqve Ordinum, Consiliarius. Vivis anno circiter 1630. excessit, cum e conjuge, Anna Maria Keyseria,

(1.) *In Poemate ad Christoph. Colerum, de Bibliothecæ Uratislav. cura gratulatorio.* (2.) *In Carmine, Emblematis ejus subjecto Germanico.*

ſeria, Chriſtoph. Keyſeri, Marchionis Onolsbacenſis Conſiliarii Cameralis, filia, duos ſuſtuliſſet filios, Conradum, Cameræ (qvam vocant) in aula Onolsbacenſi itidem Conſiliarium, ac Johannem Chriſtophorum, J. U. D. & Protodicaſterii Ducum Megapolitanorum Parchimenſis Vice-Præſidem, A. C. 1701., & æt. 83., defunctum. V. Joh. Barnſtorfii, Acad. Roſtoch. JCti, *Programma* filii hujus A. 1702. conſecratum memoriæ, & Frid. Thomæ *Appendicem Analectorum Güſtrovienſium p. 93. 94.*

Diſcurſus de rebus in Principum conſilium deducendis, ex ſelectiſſimis Autoribus Politicis, Philologicis & JCtis, excerptus. Jenæ 1609. in 4. Recuſus *Volumine III. Diſcurſuum de Jure publico*, a Dominico Arumæo, JCto Jenenſi, junctim editorum, qvod Jenæ A. 1621. *in 4.* prodiit, *num. 22., p. 895-909.*

Diſſ. de fine Conſiliorum Principis, mediisqve ad eum pertinentibus, ab Arumæo eidem *Volumini III.*, *num. 23., p. 909-961.*, inſerta.

(Diverſus ab illo eſt M. Conr. Huswedelius, Boitzenburgo Megapolitanus, Parochi filius, templi Roſtochienſis Georgiani Eccleſiaſtes, A. 1636. extinctus, de qvo Joh. Chriſtoph. Huswedelius, *in Orat. Parent. Joh. Huswedelio dicta*, Zach. Grapius Jun., *in Roſtochio Evangelico, c. 7., p. 210. 211.*, aliiqve, conſulantur.)

JOHANNES HUSWEDELIUS, Hamburgi (non Roſtochii, uti *in Programmate de vita D. Simonis Pauli, Archiatri Danici, Hafniæ A. 1680.* publicato, falſo traditur) A. 1575. (in cujus locum annus 1545. in Joh. Barnſtorfii, JCti Roſtochienſis, *Programmate de vita Joh. Chriſtoph. Huswedelii*, paulo ante allegato, *p. 4.*, perperam ſubſtituitur,) in lucem editus, iisdemqve cum Conrado fratre, modo laudato, gaviſus parentibus, qvinqvennis ſcholam freqventare cœpit patriam, ac, in iſta jam ætatula, eximiæ ſuæ indolis & diligentiæ admiratores illius Præceptores pariter atqve Ephoros habuit. E qvibus Bernh. Vagetius, Antiſtes Nicolaitanus, in examine anniverſario, valde ejus laudavit induſtriam, &, cum, in ſcriptura, verſus illum, ab initiis inchoatos humilioribus, in altum duxiſſe, obſervaſſet, re in jocum verſa, *Tu qvidem*, dixit, *ad altiora videris contendere*, iſtoqve celeuſmate, a puero ominis inſtar arrepto, currenti calcar addidit. In ſuperiores deinde claſſes translatus, tantos, in utriusqve lingvæ, Græcæ & Latinæ, ſermone, cum ſoluto, tum ligato, Chriſtoph. Sylvii, ac Præceptorum cæterorum, ductu, viciniqve ſui, Joh. Wouwerii, viri celeberrimi, æmulatione, brevi fecit progreſſus, ut jam tum aliis, ætate multo provectioribus, Autores claſſicos cum fructu prælegeret & interpretaretur. In Roſtochienſem hinc a matre ablegatus Academiam, præter Theologiam & Philoſophiam, literas etiam elegantiores deperiit, Dav. Chytræo, Mart. Braſchio, Nicol. Willebrando (qvo Decano Magiſtri A. 1598. reportavit titulum), aliisqve Profeſſoribus, gratiſſimus. Iter deinde Germanicum ingreſſus, Witebergæ A. 1599. ſubſtitit, literisqve ſacris & Hebræis incredibili vacans diligentia, Æg. Hunnio, Frid. Taubmanno, Er. Schmidio, aliisqve viris doctiſſimis, familiariter innotuit. Seculo XVII. ineunte Germaniam reliqvam, & Helvetiam, pervagatus, amicitia Gruteri, Caſelii, & cæterorum ordinis principum literarii, ſibi parata, & munere Conrectoris in ſchola Sverinenſi ſuſcepto, ſed non multo poſt relicto, Lugdunum Batavorum acceſſit, & Joſ. Scaligeri, Bonav. Vulcanii, Dom. Baudii & Pauli Merulæ (qvi ipſi, in ædes ſuas recepto, filios commiſit erudiendos), aſſidua, per annos aliqvot, ſe oblectavit conſvetudine. A. 1605. a patriæ Senatu ad Conrectoris evocatus officium, Hamburgum M. Nov. repetiit, literasqve Dom. Baudii, tum ad Joh. Wouwerium (1.), tum ad Seb. a Bergen, Senatorem, commendatitias, d. 6. Nov. exaratas, ſecum attulit, in qvibus is, & præceptorum ſcholaſticorum dignitati, operam illorum laboribus fructuoſiorem eſſe agnoſcens Profeſſoriis, contra vulgi patrocinatus eſt errorem, & noſtro Duumviros hosce, cæterosqve urbis proceres, patronos conciliare allaboravit. In harum poſteriore, qvæ in Bibliotheca Hamburgenſi latet ἀνέκδοτος, verbis Bergio commendatus eſt ſeqventibus: *Ornatiſſimus vir, Joh. Huswedelius, cui haſce literas perferendas dedi, qvamdiu in hiſce locis egit, ita ſe geſſit, ut omnium recte judicantium ſententia dignus videretur meliore fortuna, qvam qva fungebatur. Vos optimi virtutis & doctrinæ æſtimatores detuliſtis ei provinciam maxime utilem, imo neceſſariam reipublicæ, ſed non perinde ſpecioſam ſtulta opinione vulgi. Leniendum eſt fructu & honorario, qvicqvid hic videtur incommodi, ut tanto alacrius bono publico incumbat.* Provinciam hanc noſter, ingenti cum omnium recte judicantium applauſu, per decennium ſuſtinuit integrum, & numeroſam e ludo ſuo diſcipulorum præſtantium dimiſit cohortem, qvi non Hamburgi ſolum, ſed in Cimbria etiam reliqva, aliisqve regionibus longius remotis, eruditione ſolida ac multiplici inclaruerunt. Qvorum facile princeps, Lucas Holſtenius, Joh. Chriſtoph. Huswedelio, illius ex fratre nepoti, ſe, qvicqvid bonarum literarum noverit, Præceptori huic referre acceptum, Romæ, in Bibliotheca, cui præerat, Card. Barberini, eſt confeſſus. Diutius haud dubie ſpartam eandem ornaſſet ſcholaſticam, niſi faſtus Eccleſiaſtarum qvorundam intolerabilis ac dictatorius deſerere illam invitum coegiſſet. Cum enim hi (verbis utor nepotis modo laudati (2.)), *omnis veræ prudentiæ ſcholaſticæ rudes, ejus modum informandi carperent, præcepta ac rationem docendi præſcriberent, & invidioſa ad populum commemoratione, aliisqve modis, autoritatem illius ſubruerent*, officio ſe A. 1615. abdicare, & Roſtochium cum familia diſcedere, qvam impotenti Clericorum ambitioni ulterius eſſe obnoxius, maluit. Roſtochium ubi advenit, a magiſtratu non ſcholæ ſolum urbanæ, qvam ſolo gubernavit qvinqvennio, eſt præfectus, ſed Academicæ etiam, qvam diutius ornavit, Literarum Græcarum ac Philoſophiæ Practicæ profeſſioni confeſtim admotus. A. 1627. ab urbis Hamburgenſis proceribus, juſtiori merita civis eximii lance, qvam ordinis Eccleſiaſtici homines, æſtimantibus, ad Gymnaſii pariter atqve ſcholæ publicæ regimen honorifice revocatus, &, bellicarum, qvibus Ducatus opprimebatur Megapolitanus, calamitatum tædio, reditum in eam, velut aſylum qvoddam, perſvaderi ſibi paſſus, in utroqve Zach. Scheffero ſucceſſit munere, laboresqve ſcholaſticos publica *de boni Rectoris officio* Oratione, d. 24. Maji, denuo eſt auſpicatus (3.). Sed diuturniorem diligentiæ & eruditionis ejus fructum juventuti ſtudioſæ Hamburgenſi eadem, qvæ antehac, iterum invidit Clericorum arrogantia, & malevolorum, qvam hi ipſi conflaverant, invidia, juſtiſſimam hanc ipſius Joh. Frid. Mayeri, Paſtoris Hamburgenſis, merita invectivam (4.): *Ægre ferat poſteritas omnis, Hamburgum incomparabilem Huswedelium, civem ſuum, honeſtis conditionibus invitaſſe, &, cum abunde officio ſatisfaceret, deſeruiſſe, neceſſaria vitæ ſubtraxiſſe ſubſidia, & miſiſſe nuncium.* Adverſitatum iſtarum, & calumniarum, qvibus innocens onerabatur, noſter denuo pertæſus, invito Senatu, geminum, cui per biennium præfuerat, munus, poſtrid. Kal. Mart. A. 1629., ſponte deſeruit (5.), &, Roſtochium e patria reverſus ingrata, Græcas iterum literas, ac Philoſophiam moralem, eadem, qva antehac, dignitate ornatus Profeſſoria, per annos complures tradidit, tandemqve Ordinis Senior factus Philoſophici, ab Academiæ patronis, ob merita in illam egregia, rude eſt donatus. Diſciplinæ Academicæ rigidus, cum Rectoratu A. 1623. 1633. & 1638. fungeretur, fuit cuſtos atqve aſſertor. Prælectionibus ſuis (in qvibus, uti & qvotidianis ſermonibus, ſingularis erat & cunctabunda qvaſi loqvelæ ipſius tarditas) ſolos antiqvos fere illuſtrabat Autores, &, ex his, Græcos atqve Latinos, Oratores ac Poetas, ſimilia tractantes, inſti-

(1.) Editæ hæ ſunt *Cent. I. Epiſtolarum* Baudii, *n. 87., p. 202-210.* (2.) *Ex Orat. parentali, noſtro habita.* (3.) V. *Orat. illam*, Pet. Lambecii *Orationes p. 69.*, & J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1068. 1181.* (4.) *In Orat. fun., Joh. Schulzio, Conſuli, ſcripta, p. 15.* (5.) V. Lambecium *l. c.*

instituto utilissimo, sollicite conferebat. Inter Græcos Platonem præcipue admirabatur & Epictetum, hujusqve Commentatores, Simplicium & Arrianum, inter Latinos autem Senecam, perpetuum suum in itineribus comitem, & imitatoris ejus, Justi Lipsii, scripta, præ recentioribus aliis, habebat in deliciis. Eruditio ejus, qvam, civibus ingratis neglectam, exteri suo admirabundi æstimabant pretio, varia fuit & multiplex. Interiori enim studii Philologico-Critici, & Græcarum præcipue literarum, cognitioni, venæqve Poeticæ in utroqve sermone eleganti, comitem junxerat accuratiorem, cum Philosophiæ, tum Theologiæ Polemicæ, notitiam. Qva fretus, cum, teste Ord. Philos. Decano (1.), *sæpe, de industria, nasutulorum arrogantiæ reprimendæ ergo, adversariorum theses rigidius defenderet, parum abfuit ab odio & calumnia imperitorum.* Qvi, si posthumas ejus atqve Mart. Ruari, Sympatriotæ atqve amici, ad Socinianos transgressi, Epistolas legissent amœbæas, Socinismi illum haud dubie itidem fuissent insimulaturi. Ne enim de cæteris dicam, vel sola illa, qvæ, sub Huswedelii tantum cognomine, prænomine omisso, *Centuriæ Epistolarum* Ruari *secundæ* est inserta (2.), & huic, cæterisqve S. Trinitatis hostibus, ne Ecclesiæ Lutheranæ communione utantur, dissvadet, uberrimam suspicionibus eorum ac criminationibus materiam suggerit, & aliqvam ἑτεροδοξίας notam Autori suo inurit. Qva tamen ego nostrum onerare non ausim, cum alias ob causas, tum qvod Epistola hæc Noribergæ A. 1614. sit exarata, qvo ille, fine peregrinationi jampridem imposito, in patria scholastico fungebatur officio, ac proinde alii potius Autori, ipsi ὁμωνύμῳ, videatur vindicanda. Amplissimum præterea ipsi eruditionis pariter atqve ὀρθοδοξίας Theologicæ testimonium perhibuisse sunt existimandi Paulus Tarnovius & Joh. Qvistorpius, Professores S. Lit. Rostochienses eximii, a qvibus illum sæpe ad supremos honores Theologiæ Academicos capessendos esse invitatum, Nepos ex fratre, supra laudatus, *in Oratione* testatur *funebri*. Matrimonium noster A. 1607. iniit cum cive sua, Jescha Simeria, Johannis filia, parensqve in isto factus trium sexus virilis duorumqve fœminei liberorum, solum ex his Johannem Albertum, Med. D. & Poliatrum Hamburgensem, aulæqve tandem Svecicæ Archiatrum, reliqvit superstitem. In hoc conjugio novem pene lustra, summa cum αὐταρκείᾳ (licet, parciorem paulo, atqve ad rem attentiorem, fuisse, Encomiastes non diffiteatur posthumus), pie ac placide transegit, A. C. demum 1651. (in cujus locum seqvens 1652. a Joh. Alb. Fabricio (3.) perperam substituitur), & ætatis 76., d. 22. Oct., defunctus. Corpus, singulari naturæ beneficio, qvoad vixit, habuit vegetum, nec ullis pene morbis, si langvorem, extremæ senectutis comitem, cum aliqvo ingenii & rationis decremento conjunctum, excipias, obnoxium. Aurium tamen sensu, ad extremum usqve halitum, gavisus est incolumi, & hunc, morti propior, remotis omnibus Scriptoribus profanis, sola Codicis sacri, ac Psalmorum inprimis Davidicorum, prælectione voluit refocillari, nec, ad trigesimi noni atqve octuagesimi sexti recitationem, a lacrymis sibi, veræ devotionis indicibus, temperare potuit.

Vitæ ejus historiam e gemino D. Nicol. Schützii, JCti, & Acad. Rostoch. Rectoris, ac Ordinis Philosophici Decani, *Programmate funebri*, nepotisqve e fratre Conrado (*supra laudato*), Joh. Christoph. Huswedelii (a nostro educati atqve eruditi, parentemqve illum potius alterum, qvam patruum, experti), *Oratione parentali*, Rostochii A. 1652. *in 4.* excusa, congessi. Extant etiam Epicedia, memoriæ illius ab octo Professoribus Rostochiensibus, Reinholdo item Blomio, Joh. Vorstio, Mich. Watsono, aliisqve viris doctis, consecrata. Mart. Ruari aliqvot ad illum Epistolæ, cum ipsius responsoriis, *in Centuria Epistolarum* Ruari *secunda*, Amstelodami A. 1681. *in 8.* edita, occurrunt.

Confer de illo Dom. Baudium & P. Lambecium *ll. cc.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1651.*, Joh. Wouwerii *Cent. I. Epistolarum, Ep. 60. & 61.*, Sam Rosenbohmii *P. I. Poem., Lib. II., p. 147. 148.*, Zach Grapii Jun. *Rostochium Evangelicum, c. 8., p. 222.*, J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1068. 1073. 1121. 1124. 1125.*, *Partem IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 24. & 26., p. 609. 610. 615. 618.*, & M. Joach. Mancelii *Gloriam Acad. Rostoch. e Professoribus longævis p. 21.*

ELOGIA.

Decano Ordinis Philosophici Rostochiensis (*in Programm. funebri*) *Thesaurus* audit *veteris & recentioris literaturæ, Philologus præclarus, qvi in Græcis literis regnum obtinuit, qvem tota novit Germania, & ubicunqve bonis literis adhuc locus est.*

Eilh. Lubino (*in Ep. Dedic. Paraphraseos Libri IV. Odarum Horatii*) *Eruditissimus.*

Dom. Baudio (cujus aliud Encomium, in vita nostri jam recitavimus), *Cent. I. Ep. 90. ad Joh. Kirchmannum, p. 216.*, *Vir ornatissimus, eaqve probitatis & eruditionis indole præditus, ut omnium bonorum amicitia dignissimus esse videatur.*

Sam. Rosenbohmio (*l. c.*) - - *genii melioris provida proles,*
Et columella sui prima sodalitii.

Pet. Lambecio (*in Oratt. p. 69.*) *Magnum patriæ ornamentum, & ætatis suæ decus, vir solidissime doctus, & cum eruditissimis cujusqve seculi hominibus comparandus.*

Mart. Ruarus (*Cent. II. Ep. 28. ad Sam. Neranum*), se in eo *eruditionem non hujus ævi, fidem, libertatem animi, prudentiam, constantiam, gravitatem, omnia summa, semper suspexisse,* profitetur.

Andr. Tscherningius, Prof. Rostoch., hoc defuncto destinavit Epitaphium:

Qvære foris, qvanti tegat hic lapis ossa magistri:
Carpit enim livor maxima qvæqve domi.

Casp. Mauritius, Theologus Rostoch., hoc ejus obitum luxit disticho:

Ordinis occubuit nostri decus: inclyta luget
Mater; majorem vix habet illa virum.

Aug. Varenio (*in Lessu funebri*) *literarum* audit *Græcarum stator & assertor incomparabilis,* ac (*in Programmate qvodam*) *Vir primariæ virtutis & famæ.*

Thomæ Stegero (*in Justitio publico D. El. Sig. Reinharti p. 11.*) *summus Philosophus, ingens nomen.*

Joh. Christoph. Huswedelio (*in Orat. parentali*) *antiqvæ eruditionis Vindex & assertor inimitabilis, veræ disciplinæ scholasticæ fundator, perpetuus moralis & antiqvæ Politicæ scientiæ Dictator, in Criticis, sine controversia, absqve æmulo & rivali, princeps, verum patriæ & seculi ornamentum.*

Joh. Frid. Mayero (*in Or. fun., Joh. Schultzio, Consuli Hamb., scripta, p. 15.*) *Vir incomparabilis, qvem nulla silebunt secula.*

S. N. Parentationi J. C. Huswedelii hoc nominis ejus adjecit Anagramma:

Magister Johannes Huswedelius. * *Os Grajum, vel Atheniense sidus.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. de duarum Christi naturarum unione personali, Præside D. Dav. Rungio. Witeb. 1600. in 4.

Oratio scholastica, qva Conrectoris munus est auspicatus, Senatui Hamburg. inscripta. Hamb. 1609. in 4.

Περὶ

(1.) *in Programmate funebri.* (2.) *num. 5.* (3.) *P. II. Memor. Hamb. p. 1073. 1121.*

Προβλήματα Ῥητορικὰ εἰς στάσεις, sive Anonymi Quæstiones & controversiæ Rhetoricæ, ad status declarandos, e veteri MS. Græco Bibliothecæ Frid. Lindebrogii ab eo editæ, & Latine versæ. Hamburgi 1612. in 8.

Laudatio funebris Margaretæ Elisabethæ, Johannis Alberti, Ducis Megapolitani, conjugis, cum Azariæ Sturzii, Ern. Cohtmanni & Joh. Simonii, Orationibus parentalibus, eidem habitis, edita Rostochii A. 1617. in 4.

Disputationes duæ de summo Bono civili. Rost. 1618. in 4.

Oratio de doctrina Academiæ Rostochiensis Philosophica, in festo illius seculari A. 1619. habita, &, inter Orationes ac Disputationes cæterorum Professorum Jubilæas, Rostochii A. 1620. *in 4.* junctim excusas, *p. 146-160.*, edita. In ea, judice Joh. Barnstorfio, Acad. Rostoch. JCto (*in Programm. de vita Joh. Christoph. Husvedelii*, A. 1702. publicato, *p. 5.*) *fata & genus Philosophiæ, & morum civilium, tanta doctrinæ ubertate, & eloqventiæ vi, auditorum oculis exposuit, ut omnes numeros solidæ atqve ad Christianam honestatem directæ eruditionis, qvæ in hujus generis atqve professionis virum cadere potest, explevisse sit censendus.*

Or. de Rectoris officio, in Gymnasio Hamburgensi recitata, cum ejus & scholæ Rector d. 24. Maji A. 1627. introduceretur. Hamb. 1627. in 4.

Luctus Facultatis Philosophicæ Rostochiensis, propter obitum Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ. Rost. 1633. in 4.

Epistolæ aliqvot ad Mart. Ruarum, in hujus *Epistolarum Centuria secunda*, Amstelod. A. 1681. *in 8.* publicata, obviæ.

Programmata complura, diversis Rostochii, præsertim cum Rectoratu Academiæ A. 1624. 1633. 1639. & 1642. fungeretur, publicata temporibus.

Carmen prolixum, Editioni Operum Ciceronis Gruterianæ, Hamb. A. 1618. *in fol.* excusæ, præfixum.

Alia Poematia varii argumenti plurima, sparsim diversis annis edita.

INEDITA (*in Joh. Christoph. Husvedelii Or. Parent. recensita*).

Anthologia Græcorum Epigrammatum, magna sui parte Latino carmine reddita.

Commentationes, Annotationes & castigationes variæ Philologico-Criticæ in multos utriusqve lingvæ, præsertim Græcæ, Autores.

Qvæstiones Morales & Monita Politica, qvæ partim, ad exemplum aliorum, collegit, partim ipse adinvenit.

Carmina plurima, qvæ, si seorsim jam impressa iis adjungantur, non nisi justo exhiberi poterunt volumine.

I.

EBERHARDUS JACOBI, Hamburgensis, J. U. Lic.

Positiones Inaugurales Juridicæ miscellaneæ. Basileæ 1633. in 4.

ELIAS JACOBI, Hamburgensis, scholæ Crempensis in Stormaria, ab A. 1686., Rector, præsidii autem in civitate Hafniensi militaris, ab A. 1695., simulqve Ecclesiæ in eadem Christian-Hafniensis, ab A. 1697., Concionator Germanicus, A. 1710. extinctus.

Davids Gesang von drey Partheyen; das ist: Aufmunterung zur allgemeinen Danckbahrkeit, von einem Englischen Theologo dem Parlamente, auß Ps. XCV. 1., in einer Predigt, vorgetragen; durch ihn verdeutscht. Hafniæ 1697. in 12.

JOHANNES JACOBI, Flensburgensis, Henrici, urbis nostræ Consulis, e Dorothea Jebsenia, filius, e schola patria, studiis vacaturus Juridico-Politicis, A. 1666. in Acad. Kiloniensem, A. 1667. (Belgio antea fœderato in comitatu Legati perlustrato Danici) in Juliam, ac A. 1670. in Jenensem, abiit, & in hac, d. 24. Nov. A. 1674. (Brabevta Georg. Ad. Struvio), Licentiati, nec multo post Doctoris, reportavit titulum. Curiæ deinde provincialis Jenæ aliqvamdiu egit Advocatum, & privatum simul tyronum Jurisprudentiæ Hodegum, donec ordinariæ ejusdem professioni in Gymnasio admoveretur Coburgensi. Ex hoc A. 1682., a Friderico, Duce Saxonico, in aulam suam evocatus Gothanam, locum initio inter Assessores supremi Senatus Ecclesiastici, breviqve post A. 1683. inter Consiliarios, qvos vocant, Camerales, & A. 1684. inter aulicos, obtinuit. In aulam deinde Cæsaream ab eodem A. 1690. est ablegatus, &, hinc redux, ipsum, in itinere ad exteros, comitatus, annuo. A filio & successore Friderici, A. 1691. defuncti, cognomine pari habitus est in pretio, &, post legationes in aulas Brandeburgicam & Danicam (qvam A. 1694. adiit) feliciter expeditas, ac Consiliarii titulum a patruo ejus, Henrico, Duce Saxo-Römhildensi, sibi itidem collatum, Proto-Synedrii Gothani Vicepræses, ac regiminis Senator publici, designatus, geminaqve hac dignitate A. 1703. jam gavisus, A. autem 1717. sublimiore Procancellarii ornatus aulici, Consiliariiqve intimi, qvibus officiis A. 1721. adhuc fungebatur.

Uxorem duxit Mariam Elisabetham, Joh. Volckii, Med. D. & Poliatri Gothani, ex Maria Gerhardia filiam, D. Joh. Gerhardi, Theologi Jenensis eximii, neptem, ac Christ. Chemnitii, S. Lit. in eadem Academia Professoris, privignam, e qva, d. 31. Jan. A. 1720. extincta, præter Susannam Mariam filiam, D. Georg. Henr. Bachovio, Medico & Consuli Gothano Ducaliqve Consiliario, elocatam, qvinqve sustulit filios. E qvibus A. 1720. M. Fridericus Henricus Pastor erat & Adjunctus Molschlebiensis, Johannes Gottliebius J. U. Lic. ac Præfectus Tonnensis, & Fridericus Wilhelmus Med. D. atqve Medicus aulicus Saxo-Gothanus. V. Georg. Nitschii, Superint. generalis Saxo-Gothani, Sermonem Germanicum in exeqviis uxoris ejus, ex Hos. II. 19. 20., funebrem, Gothæ A. 1720. *in fol.* excusum.

Symbolum hoc, teste Theod. Crusio (in *Symbolotheca docta p. 94.*) elegit: *Decus cuiqve suum Posteritas rependet.*

V. de vita ejus D. Joh. Volcm. Bechmanni, Antecessoris Jenensis, *Programma, Disput. Inaugurali* A. 1674. præmissum, & Casp. Sagittarii *Memorabilia Historiæ Gothanæ, c. 9., p. 72. 73. 75.*, *Historiamqve Gothanam pleniorem, c. 16., p. 284. 285., c. 18., p. 413.* Huic, *in Hist. Goth. plen., c. 16., p. 284. 285.*, *Vir audit eruditionis exqvisitæ, singularis humanitatis, & in expediendis etiam gravissimis negotiis rarioris felicitatis, publica olim professione Jenæ dignissimus habitus, &, ob varias virtutes, a Friderico, Duce Saxo-Gothano, gratiose semper æstimatus, cui multum debeat Gothana hæc historia*; ibidem vero, *c. 18., §. 46., p. 413.*, & *in Memorabb. Hist. Goth., c. 11., §. 12., p. 95.*, *Decus qvondam & delicium Acad. Salanæ, nunc autem civitatis Gothanæ.* A Wilh. Ern. Tenzelio, *in Dial. Menstr. Germ. A. 1695., M. Nov., p. 923.*, itidem salutatur ein Mann, den GOtt, die Natur und das Glück, mit treflichen Gaben außgerüstet, und dessen Prudence man, in wichtigen Expeditionen, am Keyserlichen und vielen Fürstlichen Höfen, in und ausserhalb Teutschland, allbereit verspüret.

Disp. Jurid. Inaug. de Dispensationibus, Præside D. Georg. Ad. Struvio. Jenæ 1674. in 4.

Disp. de Dote ante consummatum matrimonium lucranda. Jenæ 1679. in 4.

Disp. Jurid. de Luctu. Jenæ 1680. in 4.

Specimen differentiarum Juris Civilis Romani & Statutarii Ulmensis, Respond. Marco Tobia Neübronnero, Ulmensi. Jenæ 1680. in 4.

Diss. de Obstagio, qvam *elegantissimam* Casp. Sagittarius, *in Memorabb. Hist. Goth., c. 11., §. 12., p. 95., & in Hist. Goth. plen., c. 18., §. 46., p. 413.*, appellavit.

Orationes tres Germanicæ, duæ scil. ad Christ. V., Regem Daniæ, & una ad Fridericum juniorem, Ducem Saxo-Gothanum, A. 1694. habitæ, cum, post obitum Friderici senioris, insignia, qvibus is donatus fuerat, Ordinis Elephantini Regi restitueret, & ab hoc filio iterum collata Gotham Hafnia reportaret. Leguntur in den Reden grosser Herren und vornehmer Ministres, qvæ, a Joh. Christ. Lünigio collectæ, Lipsiæ A. 1707. *in 8.* prodierunt, *P. II., cap. VII., n. 198. 199. & 200., p. 825-841.*

LAURENTIUS JACOBI, Flensburgensis, Matthiæ Friderici, peste defuncto, in templi patriæ Nicolaitani A. 1565. subrogatus Diaconatu (1.), cum d. 4. Oct. A. C. 1594., & æt. 59. (2.), decederet, generos suos, M. Frid. Damium & M. Frid. Johannis, in eodem habuit successores.

Summarien över de Evangelia der Söndage und Feste, und Lehrpünctlin uth denselven, in Sächsische Rimen verfatet. Slesvigæ 1605. in 8.

Eenfoldige Betrachtingen, Gebede, Lehren unde Danckseggingen, uth den Söndags-unde Fest-Evangelien, in Nedderdüdsche Rimen körtlick verfatet. Rostochii 1616. in 8.

MATTHIAS JACOBÆUS Senior, Ripensis, M. Jacobi Matthiæ Velleji, scholæ initio oppidi istius Rectoris, ac Episcopi deinde in Fionia Ottoniensis, A. 1606. defuncti, Catharinæqve, patre Baggæo Jani, Senatore Ripensi, natæ, filius (3.), primam d. 3. Sept. A. 1567. lucem aspexit. Ex Acad. Hafniensi ad exteros digressus, tantam in Patavina sibi existimationem virtute & eruditione acqvisivit, ut Artistarum, sive Theologorum, Medicorum & Philosophorum, Syndicus atqve Prorector A. 1597. eligeretur (4.), & munere hoc defuncti memoriæ, ob merita egregia, inscriptio, in Acroaterio maximo, dicaretur publica (5.). A. seqv. 1598. ibidem Philos. & Med. Doctor ab Alexandro Massaria, præsentibus Lycei Professoribus, d. 9. Maji, creabatur (6.). In patriam reverso, &, ob Medicæ artis peritiam, Praxeosqve Aarhusiensis felicitatem, famam adepto præclaram, A. 1613. professio Medica Hafniensis, qvamvis incassum, est oblata (7.), A. 1614. autem dignitas Archiatri a Christiano IV., Danorum Rege, collata, ac Prælaturæ Aarhusiensis accessione splendida deinceps aucta (8.). Substitit in aula regia Hafniensi ad A. usqve 1620., qvo missionem consecutus Aarhusiam remigravit, & istic tandem septuagenarius A. 1637. vivis excessit. E conjuge Ingeburga, M. Joh. Ægidii, Episcopi Aarhusiensis, gnata, A. 1614. mortua, filium suscepit Jacobum Matthiæ, Theol. Doctorem, & Episcopum itidem Aarhusiensem, eruditione multiplici, sacra pariter atqve profana, inclytum (9.), Matthiæ atqve Oligeri Jacobæorum, Interpretum Philosophiæ ac Medicinæ in Acad. Hafniensi celebrium, parentem. E filiabus Magdalenam Erasmo Nicolai Brobergio, Consuli Aarhusiensi, Catharinam autem Nicolao Fossio, Med. D. & Canonico Lundensi, elocavit. In memoriam conjugis, annuam 500. Coronatorum Danicorum usuram XV. honestioribus, sed tenuioris fortunæ, viduis legavit Aarhusiensibus, ipso Johannis Baptistæ festo, qvo, morte illius, in aula absens regia, in viduitatem A. 1614. erat conjectus, qvotannis iis erogandam (10.).

Thomæ Bartholino (11.) *magnus* audit *Archiater*, Jac. Phil. Tomasino (12.) *vir eximio rerum usu pollens*, Sever. Lintrupio autem (13.) *Vir, ut eximia artis Asclepiadeæ peritia, summaqve medendi dexteritate, qva Augusto, & domui augustæ, verus Æsculapius, & felicissimus sanitatis regiæ custos, diu prospexit, ita insigni plurimæqve celebritatis prosapia (Matthiadum, Jacobæorum, Vindingiorum, Scaveniorum, Fossiorum, Stephaniorum, Drachardorum, Bordingorum), immortalem in orbe Arctoo memoriam dudum consecutus.*

Scriptorum ejus nihil mihi innotuit, præter Gryphum, nuptiis Mart. Bentzii, Pastoris, ac Mariæ Bögvadiæ, consecratum, Hafniæqve A. 1629. *in 4.* excusum, cujus, *in Catalogo Biblioth. Reseniana, p. 297.*, occurrit mentio.

JOHANNES JÄGERUS Junior, Hamburgensis, Joh. Jägeri, Archidiaconi per annos 50. Jacobæi, filius, J. U. Lic. & aulæ Sverino-Megapolitanæ Secretarius. A. 1666. superstes.

Disp. de Infamia & infamibus, & his qvi notantur infamia, Præside D. Christ. Woldenbergio. Rostochii 1656. in 4.

Discursus de Ratificatione, Præside D. Henr. Hahnio. Helmst. 1662. in 4.

Disp. Inaug. de primo & secundo Decreto, Præside D. Joh. Eichelio. Helmstadii 1662. in 4.

(Diversus ab Hamburgensi hoc est Joh. Jägerus, Stralsundensis, cujus exstat Disp. Inaug. de Jure deliberandi, Præside D. Joh. Pomereschio Gryphiswaldiæ A. 1656. proposita.)

PETRUS JANI (sive JENSON), qvi *Petrus Barous* ab Anonymo (14.) & Joh. Alb. Fabricio (15.) perperam appellatur, patria, juxta Ol. Borrichium (16.), fuit Ripensis, juxta Pet. Resenium autem (17.), & alios, duos forte ὁμωνύμως confundentes, Roeschildia Zeelandus, ac, teste eodem Resenio, Parochiarum Lyndessæ & Häsingæ Occidentalis, in Fionia, Pastor.

Bucolica Virgilii, rythmis Danicis reddita. Hafniæ 1639. & (*adjecta Michaelis Christiani Ravn Versione Danico-Metrica Georgicorum ejusdem*) 1680. in 8. *In Rythmis ejus*, judice Ol. Borrichio (*l. c.*), *Poesis Danica adhuc balbutit.*

Metaphrasis Georgicorum Virgilii Danica ἀνέκδοτος, qvam, cum præcedenti Bucolicorum, commendat Pet. Syvius, *in Meditationibus de lingva Cimbrica Danicis, p. 141.*

(An idem cum hoc sit Petrus Jenson, Roeschildensis, cui *Laurus Danica* Thomæ Bangii versio e sermone Latino Danico-rythmica, Hafniæ A. 1641. *in 8.* excusa, *in Catalogo Biblioth. Resenianæ p. 384.*, tribuitur, alii dispiciant.)

WENCESLAUS JANNIBAL, Scholæ trivialis Catharinææ Hamburgensis, circa A. 1690., Ludimagister.

Chronicon Civitatis Hamburgensis Germanicum ἀνέκδοτον, qvod a D. Matth. Slutero, in Tr. von den Erben in Hamburg (A. 1698. edito), *P. II., Tit. II., p. 120. 121., & Tit. III., p. 123. 124.* honorifice allegatur.

CHRISTOPHORUS JANSENIUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., & 1716. Hamburgensis.

Disp. Inaug. de manuali operatione Obstetricum in partu difficili. Hardervici 1688. in 4. (*V. Lehmanni Hamburgum literatum A. 1701. p. 13.*)

MICHAEL JANSENIUS, sive JOHANSEN, Bergerdorpio Saxo, Ecclesiæ Palæogamensis, Hamburgo vicinæ, Pastor, Poeta vernaculus venustissimus.

Panegyris Heroica in Consulatum reipublicæ Lubecensis, Davidi Gloxino, JCto, collatum. Hamburgi 1668. in fol.

Ecloga

(1.) teste Joh. Bernhardi, Præposito Alsensi, *in Epistolis MSS.* (2.) teste lapidis sepulchralis inscriptione. (3.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 124. 125.* (4.) V. Jac. Phil. Tomasini *Gymnasium Patavinum, Lib. IV., p. 435.* (5.) Exhibet eam Tomasinus *l. c., Lib. V., p. 474.* (6.) V. Tomasinum *l. c., Lib. IV., p. 436.* (7.) V. Vindingium *l. c., p. 444.*, & Thomæ Bartholini *Cent. III. Epp. Med. p. 111.* (8.) V. Vindingium *l. c., p. 321. 444.* (9.) V. de illo Vindingium *l. c., p. 321. 322. 323.* (10.) V. Sever. Lintrupii *Programma Hafniense, neptis ejus, Ingeburgis Brobergiæ, M. Laur. Bordingi, Theol. Lect. Aarhusiensis, viduæ, A. 1709. consecratum exequiis.* (11.) *l. c.* (12.) *L. IV. Gymn. Patav. p. 436.* (13.) *in Progr. cit.* (14.) *en la Defense de Danemark, c. 16., p. 187.* (15.) *Lib. I. Biblioth. Lat., c. 12., p. 220.* (16.) *in Differtt. de Poetis p. 174.* (17.) *in Indice III. Catalogi Biblioth. suæ.*

Ecloga ad Joh. Schultzium, J. U. Lic., de Consulatu civitatis Hamburgensis, gratulatoria. Hamb. 1668. in fol.
Geistliches Trauerspiel von Cain dem Brudermörder, nebst etlichen nothwendigen Anmerckungen. Hamb. 1652. in 8. (Commendatur a Nic. Chr. Lynckero, *Lib. II. Instructorii forensis, P. I., c. 1., lit. P. 1. a.*)
Sulamithische Christ- und Freudenküsse einer gläubigen Seele, in Betrachtung der Geburt und Menschwerdung JEsu Christi, besungen. Hamb. 1662. in 12.

M. FRIDERICUS AUGUSTUS JANUS, Glückstadii Holsatorum d. 9. Dec. A. 1646., patre D. Jac. Jano, Archiatro Danico, natus, Philos. Baccalaureus A. 1667., & Magister A. 1668., Lipsiæ renunciatus (1.) e Pastore ab A. 1675. Schmiedebergensi, & Præpositturæ Kembergensis Adjuncto, templi Halæ Saxonum Mariani, ab A. 1683., Diaconus, & ab A. 1693., Archidiaconus, Ordinis Ecclesiastici Senior ibidem, d. 11. Jul. A. C. 1716., & ætatis 69., obiit. Gener fuit D. Joh. Olearii, Theologi Acad. Lips. primarii. V. Chr. Grundmanni, fusius Vitam ejus enarrantis, sed loco priore Halensem eum fuisse falso tradentis, posteriore vero errorem hunc emendantis, *Ossa & cineres A. 1716. defunctorum p. 46.*, *Appendicemqve Ossibus & cineribus A. 1717. defunctorum adjectam p. 35. 36.*

SCRIPTA.

Disp. Historico-Physica de Pluvia prodigiosa, Præside D. Valent. Alberti. Lipsiæ A. 1667. & 1674. in 4.
Exerc. Physica de Visu. Lipsiæ 1669. in 4.
Der geistliche Adler JEsus, aus Ps. XLVII. 6. 7. Witebergæ 1682. in 4.
Altare fidei Hieroglyphicum; das ist: der am neuen Schmiedebergischen Altar abgebildete Glaube. Witeb. 1682. in 4.
Das güldne Stück eines wahren Christen, als ein auserlesener und herlicher Schmuck, aus Col. III. 12. sqq. Witeb. 1682. & 1699. in 12.
Abdanckungsrede, bey Beerdigung Catharinæ Flemmings. Witeb. 1682. in 4.
Geistlicher Pfingstregen, aus Act. II. 1. sqq. Witeb. 1683. & 1690. in 4.
Verbum Jehovæ tonantis; oder das donnernde Machtwort des allerhöchsten GOttes, aus Hiob XXXVII. 5. betrachtet: Samt alten und neuen Donnergeschichten, und einem Wetterbüchlein. Jenæ 1689. in 12.
Drey Leichenreden. Lips. 1692. in 8.
Meletemata Mortis saluberrima, oder heilsame Todes-Gedancken, in einer Predigt aus dem Evangelio Matth. XI. 2. seqq. vorgestellt. Halæ 1699. in 4.
Erste Königliche Krone in Preussen, oder Predigt, aus Dan. II. 20. 21., am Krönungstage Friderici, Königs in Preussen, gehalten. Lipsiæ 1701. in 4. V. de illa J. G. Eccardi Monatl. Auszug aus allerhand Büchern, *M. Jul. A. 1701., p. 92.*
Das zur Ungebühr beschimpfte Ministerium; oder Predigt über 2 Cor. III. 4. 5. scriptum Lipsiæ anno 1699. in 12. editum, & ab auditore qvodam Christ. Thomasii refutatum.
Das Preußische Reichs-Schwerdt und Reichs-Panier, in zwey Predigten am Gedächtnis-Tage der Königlichen Krönung vorgestellt. Lipsiæ 1715. in 4.
(An huic, vel alteri Jano, die Erklärung des Vater unsers, Witeb. A. 1689. *in 8.*, teste *Catalogo* qvodam, edita, debeatur, anceps hæreo.)

JACOBUS EUGENIUS JANUS, Glückstadio Holsatus, Medicus & Pharmacopœus in Misnia Fribergensis, *Vir*, teste Misandro (*in Theatro Tragico p. 525.*), *eruditus & præstans.* Vixit A. 1694.
Diss. Medica de Polypo narium. Lipsiæ 1672. in 4. (*M. C. K.*)

NICOLAUS JARRE, Hamburgensis, Senatore, d. 19. Nov. A. 1603., natus cognomine; e Gymnasio patrio, ut Themidi litaret, in Academias Witebergensem, Marpurgensem, Tubingensem & Argentinensem, se contulit, tituloqve Licentiati Basileæ A. 1631. impetrato, Galliam, Italiam ac Germaniam, peragravit. In patriam A. 1632. reversus, dignitatem Senatoriam A. 1639., Prætoriam A. 1642., & tandem, post legationes in aulam Danicam, atqve ad Principes Germanicos Ordinesqve Belgii fœderati, complures, Consularem d. 21. Febr. A. 1650., obtinuit, collegiiqve Consularis Senior, d. 2. Aug. A. C. 1678., & æt. 75., vivis excessit. E duabus uxoribus, Anna Schröteringia Georgii, XIIviri patriæ, filia, A. 1632. ducta) tres ei gnatas, Margareta autem Morlia filios duos, est enixa. E filiabus Annam Dieterico Müllero, J. U. Lic. & Consuli, Dorotheam autem Danieli a Campen, J. U. L. & Senatori, elocavit. V. Eberh. Anckelmanni, Prof. Hamb., Programma, in qvo, ob nominum affinitatem, cum Jairo Gileadita, Israelitarum judice, comparatus est, de vita ejus funebre, A. 1678. editum, & A. 1710., in Joh. Alb. Fabricii *Parte I. Memor. Hamburg.*, *p. 278-290.*, recusum, ac confer Ad. Trasigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam p. 48. 49.*, Christ. Woldenbergii, JCti Rostoch., *Carmen ad eum de dignitate Consulari votivum*, Hamb. A. 1650. in 4., cum Notis, editum, Joh. Ristii Gedächtnisseule, Poema ejusdem argumenti Germanicum, *in Parnasso Teutonico, p. 298-331.*, recusum, & Joach. Hagemeieri *Epistolam de statu Angliæ, Scotiæ & Hyberniæ*, ipsi A. 1678. inscriptam.
Disp. Inaug. de Homicidio, ejusqve pœnis. *Basileæ* 1631. in 4.

CHRISTOPHORUS JASTRAM Lubecensis, natus d. 6. Nov. A. 1662., patre Johanne, Pistore, & matre Judita, D. Barth. Botsacci, Superint. Brunsvic. sorore; Brunsvici post discessum ex Acad. Witeb., A. 1686. Scholæ Ægidianæ, & A. 1697. Catharinianæ (cujus ædificium novum A. 1700. inauguravit) præfectus, & hanc egregie moderatus, donec A. 1712. M. Majo dimitteretur.
V. de eo Jo. Henr. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 429. 430. 431.*, & istic allegati Phil. Jul. Rehtmeieri *Hist. Eccl. Brunsvic. supplem. P. IV., c. 10. p. 262. & seqq.*

SCRIPTA.

Disp. de Reformatione Josiæ Regis ab Idolo אשרה, in templo facta, e 2. Reg. XXIII. 6. 7., ab ipso conscripta, &, Præside D. Joh. Frid. Mayero, proposita. Witeb. 1685. & 1701. in 4.
Programma de D. Paulo. Brunsvici in 4.
Programma de abusu Criticæ vitando. Brunsv. in 4.
Programma in locum Ps. XCVI. 10. Brunsv. 1705. in 4. V. *Nova Lit. Germ.*, *M. Aug. A. 1705.*, *p. 320.*
Tria Programmata de Poetis Prophetis, Prophetiarum imprimis Homericarum propugnatoribus opposita, Brunsv. 1708. in 4. V. de iis *N. L. Germ.*, *M. Febr. A. 1709.*, *p. 58.*
Edidisse qvoqve a Seelenio perhibetur:
1. Orat. in Scholæ Brunsvicensis Catharinianæ inauguratione habitam & Actis Inaugurationis insertam.
2. Programma de conversione Gentilium majorum.
3. Diss. de felicitate & infelicitate literatorum.

(1.) V. Joh. Ad. Scherzeri *Programmata p. 448. 449.*, & Jac. Thomasii *Dissert. 46. p. 548.*

Diss. de Obstagio, qvam *elegantissimam* Casp. Sagittarius, *in Memorabb. Hist. Goth.*, *c. 11.*, *§. 12.*, *p. 95.*, *& in Hist. Goth. plen.*, *c. 18.*, *§. 46.*, *p. 413.*, appellavit.

Orationes tres Germanicæ, duæ scil. ad Christ. V., Regem Daniæ, & una ad Fridericum juniorem, Ducem Saxo-Gothanum, A. 1694. habitæ, cum, post obitum Friderici senioris, insignia, qvibus is donatus fuerat, Ordinis Elephantini Regi restitueret, & ab hoc filio iterum collata Gotham Hafnia reportaret. Leguntur in den Reden grosser Herren und vornehmer Ministres, qvæ, a Joh. Christ. Lünigio collectæ, Lipsiæ A. 1707. *in 8.* prodierunt, *P. II.*, *cap. VII.*, *n. 198. 199. & 200.*, *p. 825-8..*

LAURENTIUS JACOBI, Flensburgensis, Matthiæ Friderici, peste defuncto, in templi patriæ Nicolaitani A. 1565. subrogatus Diaconatu (1.), cum d. 4. Oct. A. C. 1594., & æt. 59. (2.), decederet, generos suos, M. Frid. Damium & M. Frid. Johannis, in eodem habuit successores.

Summarien över de Evangelia der Söndage und Feste, und Lehrpünctlin uth denselven, in Sächsische Rimen verfatet. Slesvigæ 1605. in 8.

Eenfoldige Betrachtingen, Gebede, Lehren unde Dancksegginge, uth den Söndags- unde Fest-Evangelien, in Nedderdüdsche Rimen körtlick verfatet. Rostochii 1616. in 8.

MATTHIAS JACOBÆUS Senior, Ripensis, M. Jacobi Matthiæ Velleji, scholæ initio oppidi istius Rectoris, ac Episcopi deinde in Fionia Ottoniensis, A. 1606. defuncti, Catharinæqve, patre Baggæo Jani, Senatore Ripensi, natæ, filius (3.), primam d. 3. Sept. A. 1567. lucem aspexit. Ex Acad. Hafniensi ad exteros digressus, tantam in Patavina sibi existimationem virtute & eruditione acqvisivit, ut Artistarum, sive Theologorum, Medicorum & Philosophorum, Syndicus atqve Prorector A. 1597. eligeretur (4.), & munere hoc defuncti memoriæ, ob merita egregia, inscriptio, in Acroaterio maximo, dicaretur publica (5.). A. seqv. 1598. ibidem Philos. & Med. Doctor ab Alexandro Massaria, præsentibus Lycei Professoribus, d. 9. Maji, creabatur (6.). In patriam reverso, &, ob Medicæ artis peritiam, Praxeosqve Aarhusiensis felicitatem, famam adepto præclaram, A. 1613. professio Medica Hafniensis, qvamvis incassum, est oblata (7.), A. 1614. autem dignitas Archiatri a Christiano IV., Danorum Rege, collata, ac Prælaturæ Aarhusiensis accessione splendida deinceps aucta (8.). Substitit in aula regia Hafniensi ad A. usqve 1620., quo missionem consecutus Aarhusiam remigravit, & istic tandem septuagenarius A. 1637. vivis excessit. E conjuge Ingeburga, M. Joh. Ægidii, Episcopi Aarhusiensis, gnata, A. 1614. mortua, filium suscepit Jacobum Matthiæ, Theol. Doctorem, & Episcopum itidem Aarhusiensem, eruditione multiplici, sacra pariter atqve profana, inclytum (9.), Matthiæ atqve Oligeri Jacobæorum, Interpretum Philosophiæ ac Medicinæ in Acad. Hafniensi celebrium, parentem. E filiabus Magdalenam Erasmo Nicolai Brobergio, Consuli Aarhusiensi, Catharinam autem Nicolao Fossio, Med. D. & Canonico Lundensi, elocavit. In memoriam conjugis, annuam 500. Coronatorum Danicorum usuram XV. honestioribus, sed tenuioris fortunæ, viduis legavit Aarhusiensibus, ipso Johannis Baptistæ festo, qvo, morte illius, in aula absens regia, in viduitatem A. 1614. erat conjectus, qvotannis iis erogandam (10.).

Thomæ Bartholino (11.) *magnus* audit *Archiater*, Jac. Phil. Tomasino (12.) *vir eximio rerum usu pollens*, Sever. Lintrupio autem (13.) *Vir, ut eximia artis Asclepiadeæ peritia, summaqve medendi dexteritate, qva Augusto, & domui augustæ, verus Æsculapius, & felicissimus sanitatis regiæ custos, diu prospexit, ita insigni plurimæqve celebritatis prosapia (Matthiadum, Jacobæorum, Vindingiorum, Scaveniorum, Fossiorum, Stephaniorum, Drachardorum, Bordingorum), immortalem in orbe Arctoo memoriam dudum consecutus.*

Scriptorum ejus nihil mihi innotuit, præter Gryphum, nuptiis Mart. Bentzii, Pastoris, ac Mariæ Bögvadiæ, consecratum, Hafniæqve A. 1629. *in 4.* excusum, cujus, *in Catalogo Biblioth. Reseniana*, *p. 297.*, occurrit mentio.

JOHANNES JÄGERUS Junior, Hamburgensis, Joh. Jägeri, Archidiaconi per annos 50. Jacobæi, filius, J. U. Lic. & aulæ Sverino-Megapolitanæ Secretarius. A. 1666. superstes.

Disp. de Infamia & infamibus, & his qvi notantur infamia, Præside D. Christ. Woldenbergio. Rostochii 1656. in 4.

Discursus de Ratificatione, Præside D. Henr. Hahnio. Helmst. 1662. in 4.

Disp. Inaug. de primo & secundo Decreto, Præside D. Joh. Eichelio. Helmstadii 1662. in 4.

(Diversus ab Hamburgensi hoc est Joh. Jägerus, Stralsundensis, cujus exstat Disp. Inaug. de Jure deliberandi, Præside D. Joh. Pomereschio Gryphiswaldiæ A. 1656. proposita.)

PETRUS JANI (sive JENSON), qvi *Petrus Barous* ab Anonymo (14.) & Joh. Alb. Fabricio (15.) perperam appellatur, patria, juxta Ol. Borrichium (16.), fuit Ripensis, juxta Pet. Resenium autem (17.), & alios, duos forte ὁμωνύμως confundentes, Roeschildia Zeelandus, ac, teste eodem Resenio, Parochiarum Lyndesse & Hasingæ Occidentalis, in Fionia, Pastor.

Bucolica Virgilii, rythmis Danicis reddita. Hafniæ 1639. & (*adjecta Michaelis Christiani Ravn Versione Danico-Metrica Georgicorum ejusdem*) 1680. in 8. *In Rythmis ejus*, judice Ol. Borrichio (*l. c.*), *Poesis Danica adhuc balbutit.*

Metaphrasis Georgicorum Virgilii Danica ἀνέκδοτος, qvam, cum præcedenti Bucolicorum, commendat Pet. Syvius, *in Meditationibus de lingva Cimbrica Danicis*, *p. 141.*

(An idem cum hoc sit Petrus Jenson, Roeschildensis, cui *Laurus Danicæ* Thomæ Bangii versio e sermone Latino Danico-rythmica, Hafniæ A. 1641. *in 8.* excusa, *in Catalogo Biblioth. Reseniana p. 384.*, tribuitur, alii dispiciant.)

WENCESLAUS JANNIBAL, Scholæ trivialis Catharinææ Hamburgensis, circa A. 1690., Ludimagister.

Chronicon Civitatis Hamburgensis Germanicum ἀνέκδοτον, qvod a D. Matth. Slutero, in Tr. von den Erben in Hamburg (A. 1698. edito), *P. II.*, *Tit. II.*, *p. 120. 121.*, *& Tit. III.*, *p. 123. 124.* honorifice allegatur.

CHRISTOPHORUS JANSENIUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., & 1716. Hamburgensis.

Disp. Inaug. de manuali operatione Obstetricum in partu difficili. Hardervici 1688. in 4. (*V. Lehmanni Hamburgum literatum A. 1701. p. 13.*)

MICHAEL JANSENIUS, sive JOHANSEN, Bergerdorpio Saxo, Ecclesiæ Palæogamensis, Hamburgo vicinæ, Pastor, Poeta vernaculus venustissimus.

Panegyris Heroica in Consulatum reipublicæ Lubecensis, Davidi Gloxino, JCto, collatum. Hamburgi 1668. in fol.

Ecloga

(1.) teste Joh. Bernhardi, Præposito Alsensi, *in Epistolis MSS.* (2.) teste lapidis sepulchralis inscriptione. (3.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 124. 125.* (4.) V. Jac. Phil. Tomasini *Gymnasium Patavinum, Lib. IV.*, *p. 435.* (5.) Exhibet eam Tomasinus *l. c.*, *Lib V.*, *p. 474.* (6.) V. Tomasinum *l. c.*, *Lib. IV.*, *p. 436.* (7.) V. Vindingium *l. c.*, *p. 444.*, & Thomæ Bartholini *Cent. III. Epp. Med. p. 117.* (8.) V. Vindingium *l. c.*, *p. 321. 444.* (9.) V. de illo Vindingium *l. c.*, *p. 321. 322. 323.* (10.) V. Sever Lintrupii *Programma Hafniense, neptis ejus, Ingeburgis Brobergiæ, M. Laur. Bordingi, Theol. Lect. Aarhusiensis, viduæ, A. 1709. consecratum exeqviis.* (11.) *l. c.* (12.) *L. IV. Gymn. Patav. p. 436.* (13.) *in Progr. cit.* (14.) *en la Defense de Danemark, c. 16.*, *p. 187.* (15.) *Lib. I. Biblioth. Lat.*, *c. 12.*, *p. 220.* (16.) *in Dissertt. de Poetis p. 174.* (17.) *in Indice III. Catalogi Biblioth. suæ.*

Ecloga ad Joh. Schultzium, J. U. Lic., de Consulatu civitatis Hamburgensis, gratulatoria. Hamb. 1668. in fol.

Geistliches Trauerspiel von Cain dem Brudermörder, nebst etlichen nothwendigen Anmerckungen. Hamb. 1652. in 8. (Commendatur a Nic. Chr. Lynckero, *Lib. II. Instructorii forensis, P. I., c. 1., lit. P. 1. a.*)

Sulamithische Christ-und Freudenküsse einer gläubigen Seele, in Betrachtung der Geburt und Menschwerdung JEsu Christi, besungen. Hamb. 1662. in 12.

M. FRIDERICUS AUGUSTUS JANUS, Glückstadii Holsatorum d. 9. Dec. A. 1646., patre D. Jac. Jano, Archiatro Danico, natus, Philos. Baccalaureus A. 1667., & Magister A. 1668., Lipsiæ renunciatus (1.) e Pastore ab A. 1675. Schmiedebergensi, & Præpositurae Kembergensis Adjuncto, templi Halæ Saxonum Mariani, ab A. 1683., Diaconus, & ab A. 1693., Archidiaconus, Ordinis Ecclesiastici Senior ibidem, d. 11. Jul. A. C. 1716., & ætatis 69., obiit. Gener fuit D. Joh. Olearii, Theologi Acad. Lips. primarii. V. Chr. Grundmanni, fusius Vitam ejus enarrantis, sed loco priore Halensem eum fuisse falso tradentis, posteriore vero errorem hunc emendantis, *Ossa & cineres A. 1716. defunctorum p. 46., Appendicemque Ossibus & cineribus A. 1717. defunctorum adjectam p. 35. 36.*

SCRIPTA.

Disp. Historico-Physica de Pluvia prodigiosa, Præside D. Valent. Alberti Lipsiæ A. 1667. & 1674. in 4.

Exerc. Physica de Visu. Lipsiæ 1669. in 4.

Der geistliche Adler JEsus, aus Ps. XLVII. 6. 7. Witebergæ 1682. in 4.

Altare fidei Hieroglyphicum; das ist: der am neuen Schmiedebergischen Altar abgebildete Glaube. Witeb. 1682. in 4.

Das güldne Stück eines wahren Christen, als ein auserlesener und herlicher Schmuck, aus Col. III. 12. sqq. Witeb. 1682. & 1699. in 12.

Abdanckungsrede, bey Beerdigung Catharinæ Flemmings. Witeb. 1682. in 4.

Geistlicher Pfingstregen, aus Act. II. 1. sqq. Witeb. 1683. & 1690. in 4.

Verbum Jehovæ tonantis; oder das donnernde Machtwort des allerhöchsten GOttes, aus Hiob XXXVII. 5. betrachtet: Samt alten und neuen Donnergeschichten, und einem Wetterbüchlein. Jenæ 1689. in 12.

Drey Leichenreden. Lips. 1692. in 8.

Meletemata Mortis saluberrima, oder heilsame Todes Gedancken, in einer Predigt aus dem Evangelio Matth. XI. 2. seqq. vorgestellt. Halæ 1699. in 4.

Erste Königliche Krone in Preussen, oder Predigt, aus Dan. II. 20. 21., am Krönungstage Friderici, Königs in Preussen, gehalten. Lipsiæ 1701. in 4. V. de illa J. G. Eccardi Monatl. Auszug aus allerhand Büchern, *M. Jul. A. 1701., p. 92.*

Das zur Ungebühr beschimpfte Ministerium; oder Predigt über 2 Cor. III. 4. 5. scriptum Lipsiæ anno 1699. in 12. editum, & ab auditore qvodam Christ. Thomasii refutatum.

Das Preußische Reichs-Schwerdt und Reichs-Panier, in zwey Predigten am Gedächtnis-Tage der Königlichen Krönung vorgestellt. Lipsiæ 1715. in 4.

(An huic, vel alteri Jano, die Erklärung des Vater unsers, Witeb. A. 1689. *in 8.*, teste *Catalogo* qvodam, edita, debeatur, anceps hæreo.)

JACOBUS EUGENIUS JANUS, Glückstadio Holsatus, Medicus & Pharmacopœus in Misnia Fribergensis, *Vir*, teste Misandro (*in Theatro Tragico p. 125.*), *eruditus & præstans.* Vixit A. 1694.

Diss. Medica de Polypo narium. Lipsiæ 1672. in 4. (*M. C. K.*)

NICOLAUS JARRE, Hamburgensis, Senatore, d. 19. Nov. A. 1603., natus cognomine; e Gymnasio patrio, ut Themidi litaret, in Academias Witebergensem, Marpurgensem, Tubingensem & Argentinensem, se contulit, tituloqve Licentiati Basileæ A. 1631. impetrato, Galliam, Italiam ac Germaniam, peragravit. In patriam A. 1632. reversus, dignitatem Senatoriam A. 1639., Prætoriam A. 1642., & tandem, post legationes in aulam Danicam, atqve ad Principes Germanicos Ordinesqve Belgii fœderati, complures, Consularem d. 21. Febr. A. 1650., obtinuit, collegiiqve Consularis Senior, d. 2. Aug. A. C. 1678., & æt. 75., vivis excessit. E duabus uxoribus, Anna Schröteringia (Georgii, XIIviri patriæ, filia, A. 1632. ducta) tres ei gnatas, Margareta autem Morsia filios duos, est enixa. E filiabus Annam Dieterico Müllero, J. U. Lic. & Consuli, Dorotheam autem Danieli a Campen, J. U. L. & Senatori, elocavit. V. Eberh. Anckelmanni, Prof. Hamb., Programma, in qvo, ob nominum affinitatem, cum Jairo Gileadita, Israelitarum judice, comparatus est, de vita ejus funebre, A. 1678. editum, & A. 1710., in Joh. Alb. Fabricii *Parte I. Memor. Hamburg., p. 278-290.*, recusum, ac confer Ad. Trasigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam p. 48. 49.*, Christ. Woldenbergii, JCti Rostoch., *Carmen ad eum de dignitate Consulari votivum*, Hamb. A. 1650. in 4., cum Notis, editum, Joh. Ristii Gedächtnisseule, Poema ejusdem argumenti Germanicum, *in Parnasso Teutonico, p. 298-331.*, recusum, & Joach. Hagemeieri *Epistolam de statu Angliæ, Scotiæ & Hyberniæ*, ipsi A. 1678. inscriptam.

Disp. Inaug. de Homicidio, ejusqve pœnis. *Basileæ* 1631. in 4.

CHRISTOPHORUS JASTRAM Lubecensis, natus d. 6. Nov. A. 1662., patre Johanne, Pistore, & matre Judita, D. Barth. Botsacci, Superint. Brunsvic. sorore; Brunsvici post discessum ex Acad. Witeb., A. 1686. Scholæ Ægidianæ, & A. 1697. Catharinianæ (cujus ædificium novum A. 1700. inauguravit) præfectus, & hanc egregie moderatus, donec A. 1712. M. Majo dimitteretur.

V. de eo Jo. Henr. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 429. 430. 431.*, & istic allegati Phil. Jul. Rehtmeieri *Hist. Eccl. Brunsvic. supplem. P. IV., c. 10. p. 262. & seqq.*

SCRIPTA.

Disp. de Reformatione Josiæ Regis ab Idolo תפתה, in templo facta, e 2. Reg. XXIII. 6. 7., ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Frid. Mayero, proposita. Witeb. 1685. & 1701. in 4.

Programma de D. Paulo. Brunsvici in 4.

Programma de abusu Criticæ vitando. Brunsv. in 4.

Programma in locum Ps. XCVI. 10. Brunsv. 1705. in 4. V. *Nova Lit. Germ., M. Aug. A. 1705., p. 320.*

Tria Programmata de Poetis Prophetis, Prophetiarum imprimis Homericarum propugnatoribus opposita. Brunsv. 1708. in 4. V. de iis *N. L. Germ., M. Febr. A. 1709., p. 58.*

Edidisse qvoqve a Seelenio perhibetur:

1. Orat. in Scholæ Brunsvicensis Catharinianææ inauguratione habitam & Actis Inaugurationis insertam.
2. Programma de conversione Gentilium majorum.
3. Diss. de felicitate & infelicitate literatorum.

(1.) V. Joh. Ad. Scherzeri *Programmata p. 448. 449.*, & Jac. Thomasii *Dissert. 46. p. 548.*

4. Programma de resurrectione mortuorum e scriptis Gentilium minime demonstranda. A. 1710.

Joh. Boys, Th. D. und Dechanten zu Cantelberg, Stern und Kern aller Episteln und Evangelien, durchs gantze Jahr, aus dem Englischen verdeutscht. Brunsv. 1683. in 4.

Ejusd. Boylii Schrift-Laterne über unterschiedliche Biblische Sprüche, aus dem Engl. verdeutscht. Brunsv. 1685. in 4. De versionibus his, ἀνωνύμως, cum præfationibus D. Barth. Botsacci, editis, confer supra, sub Botsacci allata nomine.

Tractatum de Poetis Psalmorum Davidis metaphrastis a se jussit expectari, teste Joh. Andr. Schmidio *in Diss. de modo propagandi religionem per carmina §. 20. p. 32.*

JOHANNES JEBSENIUS, Sünderburgo Alsensis, Rostochii A. 1644. Magister creatus, Præpositus & Pastor, ab A. 1649., Rendesburgensis, Stephaniqve Klotzii, Cimbriæ Regiæ Superintendentis, gener, A. 1677. extinctus. V. de illo Joh. Ristii Epithalamium in nuptias ejus Germanicum, *in Parnasso Teutonico, p. 344-350.*

Disp. in Ps. XXXIV. 8., Præside D. Christ. Grossio, Prof. Theologo. Stettini 1636. in 4.

Dodecas Qq. Physicarum de anima, Præside M. Mart. Leuschnero, Pædagogii Rectore. Stettini 1637. in 4.

Carmen Heroicum de sorte & morte divitis Epulonis & pauperis Lazari, d. 20. Jun. A. 1636. Stettini recitatum. Stettini 1636. in 4.

Discursus de Lapide Philosophico, D. Georg. Calixto, Theologo Helmstadiensi, inscriptus. Rostochii 1645. in 4.

Der Christen bester Ruhm und Trost, oder Leichpredigt über Sabina, Christophori von Bühren, Med. D., Wittwe, aus 2. Tim. IV. 7. 8. Glückstadii 1662. in 4.

Milder Gnadenlohn der Gläubigen im Himmel, oder Leichpred. über Abigail Culemannin, aus Matth. V. 12. Magdeburgi 1664. in 4.

Trostflecken, oder Leichpredigt über Fr. Abel von Stöcken, aus Ps. XXX. 5. 6. 7. Ratzeburgi 1665. in 4.

Der heimlich nachschleichende Todt; oder Leichpred. über Catharina, Claus Jönsens, Bürgermeistern in Rendesburg, Wittwe, aus Eccl. IX. 12. Kilonii 1676. in 4.

Homiliæ Germanicæ in Genesin ineditæ.

STEPHANUS JEBSENIUS, Johannis (modo laudati) filius, Rendesburgensis, ædis Marianæ, Flensburgensis ab A. 1693. Diaconus, &, ab 1694., Pastor, d. 19. Nov. A. C. 1720., & æt. 69., cœlebs defunctus. Vitæ ejus Historiam uberiorem in Joh. Henr. a Seelen *Athenis Lubecensibus* P. II. p. 146 - 153. invenies.

Disp. de primariis & secundariis cognoscendi principiis, Præside D. Val. Alberti. Lips. 1672. in 4.

Ordnung der Evangelischen Geschichte von Christo, aus den IV. Evangelisten. A. 1693. 1715. in 4. Schediasma *ὑπομνηματικὸν*, cui similia in reliqvos etiam libros Biblicos pollicetur.

D. Steph. Klotzii Bildnis des gekreutzigten JEsu, oder VIII. Passionspredigten, von ihm ausgegeben. Flensburgi 1705. in 4.

Ejusd. Klotzii Praxis pietatis, von ihm wieder ausgegeben. Flensb. 1709. in 8. Avi etiam hujus sui Meditationes de æternitate, e Periochis Evangelicis anniversariis, Germanicas, aliaqve posthuma, editum a se iri promisit.

Ejusd. Klotzii JEsus der Himlische Kaufmann, oder VIII. Passionspredigten, mit seiner Vorrede von ihm ausgegeben. Flensb. 1714. in 4.

M. JOHANNES JACOBUS JENSENIUS, Thomæ Jensenii, Flensburgensis, Parochi in Wagria Grubensis, filius, &, post reditum ex Academia (in qva, Joh. Andr. Bosii inprimis ductu, insignem sibi comparaverat πολυμάθειαν) Jenensi, in munere isto sacro rurali, successor, deinde vero vicini oppidi Oldenburgensis Pastor, A. 1692. etiamnum superstes, sed ante A. 1697. (qvo vidua ejus alteri nupsit) defunctus.

Ἀτκημα Historicum (*eruditum & lectu dignum*) de Herodianis. Jenæ 1668. in 4.

M. WILHELMUS THEODORUS a JERUSALEM, Hamburgensis, Ædis Marianæ Osnabrugensis, ab A. 1699., Pastor, d. 31. Oct. Hamburgi a Joh. Winclero, Ord. Eccl. Seniore, inauguratus, ac deinde, circa A. 1716., simul Superintendens.

V. Joh. Wincleri *Serm. Inaug. vernaculum de prudentia Pastoris Ecclesiæ Lutheranæ, Pontificiis vicinæ*, P. A. Lehmanni *Observv. Historicas A. 1699., n. 46., p. 368.*, & Zach. Götzii *Disserti. de Nummis p. 223.*

Disp., utrum Immortalitas Animæ rationalis ex lumine naturæ ostendi possit? Witeb. 168. in 4. (*Catal.*)

MARTINUS JESKIUS, Eppendorfio Holsatus, Parochus in Ducatu Bremensi Otterstedensis.

Passions-Gedancken über das XVIII. und XIX. Capittel Johannis, aus H. Schrift, den Kirchenvättern, und andern Scribenten, erkläret und bewähret. Bremæ 1688. in 4.

CLEMENS JESSÆUS, Ripensis.

Disp. de Salariis Clericorum, sex prioribus post C. N. seculis, in Collegio Medicceo proposita. Hafniæ 1701. in 4.

An illi debeantur Disputationes Hafnienses de Notariis & de ritibus convocandi ad sacra publica, sub solo Jessæi nomine in Catalogo qvodam allegatæ, qvi illas viderunt, dispiciant.

ANDREAS a JESSEN, ex familia Cimbriæ antiqvissima & inde a qvatuor fere seculis inclyta, oriundus, cujus majores partim spartas forenses ornarunt, partim vero, post reformatam religionem, muneribus ecclesiasticis, ordine non interrupto, sunt functi. Natus A. 1610. d. 20. Martii: patrem habuit Volcmarum a Jessen, Andreæ a Jessen, Parochi in Eiderstadia Witzwortensis ex uxore Magdalena, filium, A. 1570. in lucem editum, Diaconum initio in Dithmarsia Oldenwördensem, & ab A. 1605. usqve ad emortualem 1644. Pastorem Jevenstedensem, virum doctissimum; matrem vero Annam, Pauli Egardi, Theologi cordatissimi & optimi (*de qvo supra egimus*), sororem germanam. A. 1642. parenti suo in officio sacro datus est Coadjutor, &, biennio post, successor. Uxor ejus Anna Schmidia (Petri Schmidii, Mercatoris Rensburgensis, & Annæ filia, Nicol. autem Schmidii & Margarethæ neptis) XIII. eum liberorum (& qvidem 6. nobilioris & 7. seqvioris) e qvibus 5. filii & 3. filiæ admodum juvenes obierunt, 4. filiæ autem reliqvæ postea sunt elocatæ, fecit parentem; obiit A. 1668., neutiqvam vero 1666., qvem lapidis sepulchralis inscriptio perperam substituit.

Svavia sacra, cum annexis meditationibus, ligata & prosa oratione. Hamb. 1637. in 8.

Poemata diversa inedita, a Joach. Morsio, *in Albo MS. f. 877. 878.* laudata.

MSSta varia reliqvit, ejus in Mathematicis disciplinis, & præsertim Astronomia, testes.

BENEDICTUS JOHANNES JESSEN, Andreæ a Jessen, modo laudati, nepos & M. Henr. Petri Jessen, infra memorandi filius, natus A. 1670. 1. Dec. Fundamentis literarum in Schola Lubecensi ab A. 1687. positis, Academiam A. 1690. adiit Kiloniensem, in qva Christ. Kortholti, Christoph. Franckii & Henr. Opitii in Theologicis fuit auditor, ab A. 1694. Witebergæ usus hospitio & mensa D. Krausii, &, lustratis etiam aliis Germaniæ Academiis, A. 1696. in patri-

patriam est reversus. Ineunte A. 1699. Hafniam se contulit ac non solum studia sacra summorum virorum ductu continuavit, sed etiam Historiæ Literariæ sedulam navavit operam. A. 1700. vitrico suo in Parochiæ patriæ Jevenstedensis Pastoratu jussu regio successit, &, ducta A. 1704. 19. Nov. Dorothea Elisabetha, Erici Eilers, cui a Danorum Monarcha rerum bellicarum cura commissa erat, ex Magdalena Dorothea Zimmermannia, filia, trium postea filiorum, uniusqve filiæ, ex eo matre. A. 1712. 29. Mart. Fer. III. Pasch. obiit.

Præter Poemata, latina pariter atqve germanica, lectu digna & elegantia, ineditam reliqvisse dicitur Introductionem in Historiam tam Politicam, qvam Ecclesiasticam & Literariam, ad seculi XVII. initia perductam.

FRIDERICUS JESSENIUS, Husensis, d. 15. Febr. A. 1613. in lucem editus, patrem habuit cognominen, urbis Senatorem, matrem vero Christinam, Theophili ab Eminga, senatoria itidem dignitate functi, filiam, neptemqve Csesonis ab Eminga, Canonici Slesvicensis. A. 1629. in scholam missus est Lüneburgensem, & biennio post in Acad. Witebergensem, in qva, uti & deinceps in Lipsiensi ac Marpurgensi, Philosophiæ pariter atqve Theologiæ studiis vacavit, Magistri etiam in ultima A. 1635., a M. Theod. Vietore, Lingvæ Græcæ interprete, ornatus titulo. A. 1638. domum redux, muneri Ecclesiastæ aulici, a Friderico, Duce Holsato-Norburgensi, bis, sed incassum, sibi oblato, Diaconatum Parochiæ ruralis in Eiderstadia Oldenswortensis A. 1640. prætulit, sed, semestri vix elapso, cum eodem in vicina urbe Tonningensi permutavit officio. In hac, uxore eodem A. 1640. ducta Anna, M. Joh. Moldenitii, Pastoris Tonningensis, Præpositiqve Eiderstadiensis, filia, duos sibi mares, & gnatas aliqvot, D. Cæsoni Grammio, Physices & L. Gr. Professori, ac D. Matthæo Stolterfohtio, Advocato, Kilonii elocatas, enixa, decennio vixit integro, &, cum socero, contra Davidis Georgii asseclas, eam incolentes, voce pariter atqve calamo, eo depugnavit successu, ut hi impostoris illius doctrinam ejurare, libros igni tradere, certæqve confessioni subscribere, a Friderico, Duce Holsatiæ (uti in vita fusius exponetur Moldenitii), juberentur. A. 1650. Tonninga Kilonium ad templi urbis primarii Pastoratum advocatus, secundas illic A. 1655. cum Anna Engelia, M. Viti Barbarossæ, Præpositi Itzehoensis, vidua, celebravit nuptias, Doctoris titulum a Theologorum Collegio A. 1673. impetravit, Assessor ejusdem a Christiano Alberto, Principe, d. 24. Aug. A. 1675., est designatus, & febri tandem hectica, d. 8. Nov. A. C. 1677., ac ætatis 65., exstinctus. V. D. Christoph. Franckii, Theologi & tunc Prorectoris Kiloniensis, *Programma funebre*, A. 1708. in Georg. Henr. Götzii *Elogiis X. Theologorum Germanorum, p. 149-156.*, Lubecæ recusum, ac M. Gabr. Wedderkopfii, Collegæ ejus, Sermonem vernaculum, in 1 Reg. XIX. 4., exeqvialem, Kilonii A. 1677. *in 4.* (sub tit. Heiliges Verlangen der Diener GOttes) editum. Conferantur etiam Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1677.*, Pauli Sperlingii, Joh. Dan. Majoris, D. G. Morhofii (cujus Jambi, *in Opp. Poet., L. 3. Manium, p. 567.*, sunt recusi), aliorumqve Professorum Kiloniensium, Epicedia, ac *Pars II. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 8., p. 117. 118.*

Paulo Sperlingio, Theologo Kiloniensi (*in Lessu*), audit

— Mysta sanctus, flos, medulla divinæ
Svadæ, perenne mellis optimi flumen,
Et vita cujus ipsa ab ore stillavit:

D. G. Morhofio autem (*in Programmatis p. 813.*) *Vir, ob pietatem, singularemqve eruditionem, omnibus spectatus.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. Theol. Inaug. de arduo Regenerationis mysterio, Præside D. Pet. Musæo proposita. Kilonii 1673. (*non 1678., qvi apud Götzium l. c. substituitur*) in 4.

GOttes väterliche Schickung zum besten, oder Leichpredigt über Margareta Brocktorfinn, auß Rom. VIII. 28. Kilonii 1665. in 4.

Kielische Lob- und Danckpredigt, von der Academien Würde und Lob, Nohtwendigkeit und Nutzbahrkeit, bey Stiftung der Kielischen, d. 8. Oct. A. 1665., am XX. Sontage nach Trinit., auß dem Evangelio (Matth. XXI. 1-10.), gehalten. Kilonii 1666. in fol. Inserta etiam est *Appendici Historiæ Inaugurationis Acad. Kiloniensis*, ab Alex. Jul. Torqvato Slesvigæ A. 1666. *in fol.* publicatæ, ac a Joh. Frid. Mayero, *in Museo Ministr. Eccl., P. II., p. 428.*, commendata.

Selige Hofnung der gläubigen Kinder GOttes, oder Leichpred. über Dethlef von Alefeld, Amptmann zu Tundern, auß Apoc. VII. und Joh. V. 14-17. Kil. 1667. in 4.

Christlicher Eltern Trost und Hofnung, wegen ihrer selig verstorbenen Kinder frölichen Auferstehung zum E. L., oder Leichpr. über Alex. Spiessen, LL. Stud., auß Luc. VII. 14., sqq. Kil. 1667. in 4.

Spiegel und Muster eines Studiosi, oder Leichpr. über M. Joh. Huldar. Heidern, auß Hebr. XI. 13-16. Kil. 1668. in 4.

Rechte Wittwenfreude, oder Leichpr. über Metta Ranzouinn, auß Ps. LXXIII. Kil. 1670. in 4.

Larva Davidi Georgio detracta; Aufgedeckte Larve Davidis Georgii, oder außführlicher und augenscheinlicher, in IV. Theilen abgefasseter, Beweiß, daß David Georg kein reiner, Evangelischer und Christlicher Lehrer gewesen, wie ihn seine Adhærenten verbitten wollen, sondern ein Ertzketzer, Gotteslästerer und Verführer, der den Grund des Glaubens umgerissen, die allergreulichste Ketzereyen und Gotteslästerungen, unter dem Scheine grosser himmlischen Offenbahrung, und einer neuen Geburt des Geistes, herfürgebracht und außgestreuet: Auß seinen eigenen Schriften herfürgesuchet, und hin und wieder mit nützlichen Erinnerungen fürgestellet. Kil. 1670. in 4. Præmittuntur operi huic, jussu Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, concinnato: 1. Epist. Dedic. ad Christ. Albertum, ejus filium; 2. Prolegomena, in qvibus χρηστοφυγία Davidianorum pro Davide Apologetica refelluntur; 3. Historia vitæ, mortis & scriptorum Dav. Georgii, e variis collecta autoribus, qvam soceri sui, M. Joh. Moldenitii, Analectis maximam partem deberi Autor, *in præfat.*, testatur, & e qva Indicem scriptorum Davidis prolixum Vinc. Placcius, *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 12., p. 488-499.*, exhibuit; 4. Theologorum Acad. Kiloniensis de illo Judicium, in qvo Autor, dum, omnibus scriptis Davidis sedulo perlectis & collatis, veram ejus de singulis fidei capitibus sententiam, remoto phraseologiæ intricatioris involucro, detexit, perversamqve ejusdem Theologiam in justi systematis formam redegit, laborem exantlasse censetur utilissimum. Præter hos idem opus & alii commendarunt, Joh. Musæus scil. *in Tr. Germ. adversus Conscientiarios p. 35. 36. 37.*, Christ. Kortholtus (*singularem* Jessenii laudans *diligentiam & dexteritatem*) *in Hist. Eccl. p. 785.*, D. G. Morhofius *T. III. Polyhist., Lib. V., p. 70.*, Joh. Gvilh. Baierus *in Diss. contra Tr. de regno Ecclesiæ glorioso, c. 1., §. 13., & in Compendio Theologiæ Historico, Loco V., p. 167.*, Casp. Sagittarius *in Introd. in Hist. Eccl., c. 33., p. 932.*, Aug. Pfeifferus *in Anti-Enthusiasmo, c. 4., p. 255.*, Josva Schwartzius in præfat des Berichts vom Sabbath, *lit. a. 5. a.*, Georg. Henr. Burchardus *in Animadvv. Anti-Bourignonianis p. 113.*, Ant. Heimreichius *L. IV. Hist. Eccl. Slesvic., p. 249.*, Chr. Laur. Meelführerus *in Diss. de Chiliasmo p. 33.*, & G. H. Götzius (*scriptum* vocans *mira conscriptum diligentia, cui in historia doctrinæ Dav. Georgii præprimis fides habenda*) *in Elogiis X. Theol. Germ. p. 156.* Impugnarunt contra illud, a Matthia

thia Knutzio, Empæcta profano, *in Dialogo vernaculo*, Joh. Musæi *Tractatui contra Conscientiarios* adjecto, *p. 13.*, obiter jam ante sugillatum, Gotfr. Arnoldus, *T. II. Hist. Eccl.*, *Lib. XVI.*, *c. 21.*, *p. 289-293.*, & Joh. Wilh. Petræus, in Μυστηρίῳ ἀποκαταστάσεως πάντων, Germanice ac ἀνωνύμως A. 1700. edito, *P. II.*, *§. 6-10.*, *p. 31-34.* E qvibus ille, prolixo locorum, qvibus, Davidem Messiæ sibi ac Christi titulum vindicasse, confirmatur, examine, hic autem, exemplis aliis compluribus, multos Jessenium Davidi Georgio errores, e scriptis ejus, a se vel (qvod nec ipse, *in præfat. p. 25. 33. 34.*, plane diffiteatur) non intellectis, vel in sensum detortis alium, affinxisse, conatus est ostendere. Contra Arnoldum ei patrocinatur Frid. Arnkielii Rettung des Nord. Christenth., *c. 7.*, *p. 79-129.*

Vera mortis insultatio; Wahrhafftiger und Christlicher Todestrotz, oder Leichpred. über Fr. Margareta Bluminn, Herrn Joh. Adolphs von Buchwald Eheliebste, auß Joh. XI. 25. 26. Kilonii 1672. in 4. & Hamburgi 1672. in fol.

Rechter Ehrenpreiß aller gläubigen Christen, oder Leichpr. über Hans Ranzou, Erbherrn auf Puttloß, General Majoren, auß Phil. I. 21. Kil. 1673. in 4.

Geistliche Wallfahrtsgedancken, oder Leichpr. über Susanna Elisabeth, D. Joh. Christoph. Schönbachs, Holstein. Land-Cantzlern, Eheliebste, auß 2 Cor. V. 1. 2. Kil. 1673. in 4.

Das GOttesgelassene Hertz, oder Leichpred. über Philip Jacob Stevens, Bürgermeistern in Kiel, auß Ps. LV. 23. Kil. 1674. in 4.

Aller treuer Lehrer Standt, Ampt und Glantz, oder Leichpred. über D. Pet. Musæum, Theol. Prof. primarium, auß Dan. XII. 1. 2. 3. Kil. 1675. in 4.

M. HENRICUS PETRUS IESSEN, Andreæ a Jessen, supra laudati, ex Anna, Petri Schmidii, Mercatoris Rendsburgensis, gnata, filius, natus Jevenstedæ A. 1644. 13. Dec. Ex disciplina parentis in scholam Lubecensem missus, hac relicta, A. 1665. Academiam Kiloniensem (in qva D. Petrum Musæum studiorum suorum moderatorem elegit), A. 1666. Lipsiensem & tandem etiam Witebergensem (qvæ eum A. 1667. 17. Oct. Magistri ornavit titulo) adiit. Mortuo parente in patriam est revocatus, ejusqve a Rege Daniæ successor constitutus ac Dominica XVIII. post Trinitatis F. introductus. Obiit A. 1690. d. 29. Sept., ipso Michaelis Archangeli festo, postqvam ex Catharina, Wolffii Schultzii, civis Kiloniensis & Catharinæ Brun filia, decem suscepisset liberos.

Disp. de evidentia atqve inevidentia, de facilitate atqve difficultate, pro gradu Magistri conseqvendo. Præside M. Georg. Wagnero. Wit. 1667. in 4.

Tuba Reformationis Lutheranæ prima, seu Disp. de perpetuo Christianorum Jubilæo. Præside Jo. Deutschmanno. Wit. 1667. in 4.

MATTHIAS IESSENIUS, Wihæ, pago Flensburgensis Diœceseos, patre Johanne, istius Pastore, matre autem Margareta, Joh. Langii, mercatoris Flensburgensis, filia, A. 1642. natus, schola Flensburgensi relicta, in Academiam A. 1661. abiit Rostochiensem, & haud contemnendos, biennii spatio, in Theologia lingvisqve Orientalibus, Aug. Varenii, Matth. Wasmuhtii, aliorumqve Professorum, ductu, fecit progressus. In eodem studiorum sacrorum curriculo, biennio seqventi, Helmstadii, D. Gerh. Titii convictor, perrexit, &, in prædium deinde Angliæ Cimbricæ Rundtoftense ab Hansio Ruhmorio, Eqvite Holsato, evocatus, Henningi, filii ejus unici, per qvatuor annos, fuit Ephorus. Studii postea Theologici loco Juridicum amplexus, hujusqve elementis a Thoma Balthasare, germano, domi imbutus, in Academia illud Jenensi, Antecessores publicos, ac Joh. Frid. Georgium, J. U. D., hospitemqve suum, Duces secutus, eo successu excoluit, ut Doctoris ipse qvoqve titulum A. 1673. reportaret, &, Eva, Christ. Chemnitii, Prof. Theologi, filia, viduaqve D. Joh. Frid. Gerhardi, Superintendentis Eisenbergensis, uxore ducta, Curiæ provincialis Saxonicæ ibidem adscriberetur Advocatis. Decennio Jenæ exacto, A. 1680. a Christiano V., Danorum Rege, in Holsatiam est revocatus, & urbis Altonaviensis Præses, nec multo post Cancellariæ Cimbricæ ac Justitiæ, tandemqve Status etiam publici, Consiliarius designatus. Septuagenarius M. Febr. A. 1712. obiit. V. D. Joh. Volcm. Bechmanni, JCti Jenensis, *Programma* de vita ejus, *Diss. Inaugurali* A. 1673. præmissum.

Disp. Inaug. de Re integra, Præside D. Joh. Christoph. Falcknero. Jenæ 1673. in 4.

Disp. de Mitigatione pœnarum. Jenæ 1675. in 4.

Decas Disqvisitionum Juridicarum, unica Disputatione exhibita. Jenæ 1678. in 4.

Disp. de Successione in feudis. Jenæ 1679. in 4.

Disp. de Philallelia connubiali (von ehlicher Gegenliebe). Jenæ 1679. in 4.

Disp. de Novatione in specie sic dicta. Jenæ 1680. in 4.

Disp. de prærogativa Creditorum in pignore. Jenæ 1680. in 4.

THOMAS BALTHASAR a IESSEN, Wiha Cimber, Matthiæ, modo laudati, germanus, iisdem, qvibus ille, gavisus est parentibus, ac falso proinde a Scriptore *Hodœporici Danici* Anglo Anonymo, cognatorum sortis humilioris contemptum ipsi affingente, Bredstadiæ esse natus, rusticumqve patrem habuisse, perhibetur (1.). Juris utriusqve Licentiati titulo A. 1671. Argentinæ impetrato, in patriam e regionibus reversus exteris, & Hafniam delatus, Conrado Biermanno ab Ehrenschild, socero, præcipuæ in aula regia dignitatis Ministro, viam ad honores ipsi sternente amplissimos, tantum Christiani V., Monarchæ Danici, meruit favorem, ut, anno jam 1679., Secretarii supremi Germanici, deinceps vero Cancellariæ Germanicæ, Justitiæ statusqve publici, Consiliarii, ornaretur dignitatibus, Danebrogiciqve Ordinis Eqvitibus d. 8. Nov. A. 1693., & Senatoribus tandem intimis A. 1695., adscriberetur. Rege hoc mortuo, cum ex aula in prædium Holsaticum Nienhofense (una cum Klixbüllensi ac Binnenoviensi jure sibi comparatum hæreditario) secessisset, splendidis nihilominus, Friderici IV., successoris, jussu, A. 1701. in aulam Cæsaream, & A. 1705. in Polonicam, functus est legationibus, aliisqve negotiis magni momenti adhibitus publicis, & postea Cancellariæ ac Protodicasterii Gottorpiensis Danici Præses regius constitutus.

Ab ipso Rob. Molesworthio, Hyberno, Legato ad Danos Britannico, parum licet in eum, aliosqve aulæ Danicæ ministros, æqvo, & laudibus censuras miscente asperiores (2.), ob humilitatem, civilitatem, diligentiam in officiis, negotiorumqve publicorum, & qvatuor vel qvinqve lingvarum, peritiam insignem, est commendatus. Symbolum sibi hoc elegit: *Obseqvio & integritate.*

Disp. Inaug. de Jure præcedentiæ, edita Argentinæ A. 1671. *in 4.*, cum seorsim, tum in *prima Disputt. Argentinensium Juridicarum Inauguralium Decade, num. IX.*

Omnes Christiani V., Regis Danici, cum exteris Principibus, de negotiis controversiisqve publicis, conventiones ac transactiones ab eo, cum in illius aula versaretur, esse conscriptas, Molesworthius *l. c.* testatur.

Oratiuncula in Legatione Polonica ad Regem & Proceres regni A. 1704. habita, in Orationibus Procerum Europæ, eorun-

(1.) *V. la Relation d'un Voyage, faite in Danemarc, T. I.* (Roterodami A. 1707. *in 8.* edito), *Epist. V.*, *p. 566. 567.* (2.) *V. l' Etat de Danemarc de l' An, 1692.*, *c. XI.*, *p. 191. 192. 193.*

eorundemqve Ministrorum, Latinis, a Joh. Christ. Lunigio Lipsiæ A. 1713. *in 8.* editis, *Parte III.*, *num. 260.*, *p. 468-471.*, prodiit.

TYCHO a JESSEN, Flensburgensis, A. 1633. in Academiam Witebergensem (1.), nec multo post in Lipsiensem, ac deinde in Galliam (2.), profectus, vici Prezensis, cœnobio vicini, ab A. 1639., Pastor, & Rich. Beunichii, soceri sui, in sacro isto munere Collega, A. 1656. superstes; Poeta in lingva Germanica eximius, binisqve a Paulo Flemmingio, amico intimo, celebratus Epigrammatis, Latino altero (3.), altero vernaculo (4.), in qvorum posteriori Metra ipsius Teutonica suis præferre non dubitavit. Symboli vicem ipsi vox unica VIENDRA (i. e. *Veniet*) præstitit, a Zacharia Lundio, populari amicissimo (5.), carmine peculiari Latino ingeniose illustrata.

Spicilegium Qvæstionum Hebræo-Syrarum, Præside D. Jac. Wellero, Autore illius, defensum. Witebergæ 1633. in 4.

Disp. Philosophica, Præside M. Andr. Reyhero. Lipsiæ in 4.

Geistlicher Krieges- und Wandersleute Christliche Ritter- und Pilgerschaft, wie auch derselben darauf folgende Christliche Kron und Lohn; oder Leichpredigt über Jungf. Heilwig Ranzouinn, auß 2. Tim. IV. 7. 8. Glückstadii 1654. in 4.

Leichpredigt über Jungf. Margareta Brocktorfinn. Slesvici 1656. in 4. (*Catal.*)

Duo Germanica Tessaradecasticha (Sonnette) ad Paulum Flemmingium, Lipsiæ A. 1633. argute pariter atqve eleganter scripta, ac in Flemmingii *Libro VI. Sylvarum* (der Poetischen Wälder), *p. m. 250. 251.*, publicata. Præter qvæ an carmina ejus alia supersint vernacula, ignorare me fateor.

R. ISAACUS JESURUN, filius R. Abrahami Chaim, domus judicii Synagogæ Lusitanicæ Hamburgensis Antistes, sive Archisynagogus, die 13. mensis Nisan anno æræ Judaicæ 5425., vel d. 19. Martii A. C. 1665. (uti Ulr. Winckelius, JC., me edocuit), mortuus; Pater forte Mosis Jesurun, ad eandem A. 1675. a Judæis Hamburgensibus dignitatem evecti, & A. 1689. ista etiamnum functi.

ספר הזכרונות, i. e. Liber recordationum, scriptum Hebræo-Rabbinicum, Judæorum ritus, constitutiones & consvetudines, complectens, ἀνωνύμως, & absqve loci editionis (urbis Pragensis) indicio, *in 4.* excusum. Vindicarunt hoc nostro R. Schabtai Ben Joseph (in שפתי ישנים), Laur. Normannus, Georg. Eliezer Edzardus, &, qvi hos allegat, Gabr. Groddeckius *in Spicilegio Scriptt. Rabbin. Anon. & Pseudon.*, *Tomo I. Theatri Anonymorum Vinc. Placcii Subjuncto*, *n. 139.*, *p. 691. Tomo I. Bibl. Hebr.* Jo. Christ. Wolfii p. 645. 663. fœtus esse traditur Incerti Autoris, ab illo tantum editus. Scripta vero seqventia propria ei tribuuntur:

I. פנים חדשות, Facies novæ, seu Liber, omnes observationes novellas in Judæorum ritus & constitutiones, qvæ in scriptis JCtorum Judaicorum, post librum בית יוסף editis, leguntur, ordine Arba Turim, exhibens. Venetiis A. M. 5411. (sive A. C. 1651.) in 4.

II. לקט הקמח, Collectio farinæ, sive Epitome Orach Chajim & Jore Dea. Amstelod. 1707. in 8.

III. Liber Lusitanicus, da Providencia divina, sine loci mentione A. M. 5423. (sive A. C. 1663.) *in 4.* editus, Partibusqve constans duabus; qvarum Prior 16. capitibus Providentiam astruit, & ad dubia respondet opposita, Posterior autem 24. Tractatibus Virtutes varias, cum præmiis suis, vitiaqve opposita cum pœnis, recenset.

JOHANNES SIGISMUNDUS INTELMANN, Hamburgensis.

Vereinigung der Gläubigen mit Christo, auß 1. Cor. VI. 17. Stadæ 1668. 4. (*O. Sperl.*)

JOACHIMUS, Abbas Cœnobii in Wagria Reinfeldensis, Elogia duo Johannis Ranzovii, trium Daniæ Regum Archistrategi, a M. Mart. Coronæo seniore (vero illorum haud dubie Autore) sibi transmissa, cum præfatione sua, A. 1566. excudi curavit. V. qvæ de iis supra, sub Coronæi dicta sunt nomine.

JOACHIMUS ERNESTUS, Dux Slesvigo-Holsaticus, primusqve familiæ Holsato-Plönensis Conditor, primam, A. C. 1595., die mensis Augusti vigesimo nono (in cujus locum decimus nonus a Pet. Ambr. Lehmanno (6.), vigesimus qvintus autem ab Henr. Lud. Gudio (7.), perperam substituitur) lucem Sünderburgi, in Alsensi insula, aspexit. Patrem is habuit non Philippum (uti *in Novis Literariis Germaniæ* (8.) falso est traditum), sed Johannem Juniorem, Ducem Holsato-Sünderburgicum, Christiani III., Danorum Regis, filium, Fridericiqve II., successoris hujus, fratrem natu minorem, matrem vero Agnetem Hedwigem, gnatam Joachimi Ernesti, Ducis Anhaltini, & Eleonoræ Wurtembergicæ, secundis, post obitum prioris mariti, Augusti, Saxonum Electoris, Johanni A. 1588. sociatam nuptiis. Reliqvos prosapiæ paternæ, e familiis Danica ac Oldenburgica, majores Casp. Dancwerthius (9.), Phil. Jac. Spenerus (10.), aliiqve scriptores Genealogici, fuse enumerant. Fine pueritiæ tyrociniis in aula paterna imposito, A. 1608., tredecim natus annos, cum germano natu majore, Joh. Georgio, & utriusqve Ephoro, Georgio a Goltz, ac Præceptore, Joh. Renzelio, Hamburgensi, in Academiam ablegatus est Giessenam, hujusqve Rectoratu, Kal. Jan. A. 1610. sibi delato, fratris successor, Balth. Menzero, Theologo, Prorectore designato, perfunctus (11.). Ex Acad. Giessena A. 1611. in Tubingensem, cum fratre, variolis in hac biennio post extincto, transiit, &, in Collegium illustre receptus, *Orationem pro Gallia*, moderatore Thoma Lansio, recitavit publicam. Viginti natus annos, Goltzio, Ephoro suo, comite, iter ad exteros aggressus, Germaniam, Belgium, Angliam, Galliam & Italiam, peragravit, peritiaqve lingvarum exoticarum, Politices, Matheseos, Physicæ ac artium Mechanicarum, insigni in hoc sibi comparata, Venetorum castra aliqvamdiu est secutus. Qvi cum bello adversus Austriacos, & Imperatorem, non multo post essent impliciti, missionem petiit, &, in Angliam reversus, Jacobo I., Regi, hospes fuit longe gratissimus. A. 1621. in patriam revocatus, Legionis 3000. militum pedestris præfecturam a Christiano IV., Daniæ Rege, obtinuit, seqventi autem 1622., parente mortuo, ditionum Holsaticarum, ab hoc sibi (cum reliqvæ Slesvicenses qvatuor fratribus attributæ essent natu majoribus) relictarum, tractuum scilicet Plönensis, Ahrensböcensis & Reinfeldensis (12.), gubernationem est aggressus, feudiqve Slesvicensis collationem A. 1623. Hafniæ, a Rege modo laudato, una cum fratribus reliqvis, per Legatos, impetravit. A. 1624. (vel, juxta Christ. Gryphium (13.), A. 1625.) in illustrem Carpophororum societatem receptus Germani-cam,

(1.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb.*, *lit. Uu. 2. b.* (2.) V. Zach. Lundii *Elegiam ad eum in Gallia* viventem, *in Poem. Juvenil.*, *Lib. I.*, *El. IV.*, *p. 10. 11. 12.* (3.) *Lib. X. Epigrammatum*, *lit. N. 8. b.* (4.) *in Poem. Germ.*, *Lib. II. Tessaradecastichorum* (der Sonnetten,) *p. 5.* (5.) *l. c.*, *Lib. III. Eleg.*, *p. 76. 77. 78.* (6.) *P. I.* des ietzt herschenden Europæ *p. 93.* (7.) im Staat von Sleswig und Hollstein, *P. I. p. 58.* (8.) *M. Nov. A. 1708.*, *p. 426.*, ubi frater ejus, Philippus, Dux Holsato-Glücksburgensis, in parentis locum videtur substitui. (9.) *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c. 2.*, *p. 8-16.* (10.) *in Sylloge Historico-Genealogica*, *p. 173. 174.* (11.) V. Joh. Georgii, fratris, *Regimen Giessense Academicum*, Giessæ A. 1610. *in 4.* editum, *p. 130. 131. 132.*, Christoph. Arn. Vogtii, Eqv. Brem., *Orat. Panegyricam*, *Principum, qvi primum Acad. Ludovicianæ seculum illustrarunt, honori consecratam*, Giessæ A. 1707. *in fol.* excusam, & in *Novis Lit. Germ.*, *M. Nov. A. 1708.*, *p. 425. 426.*, memoratam, ac Henr. Albertii, Dani, duo ad eum Epigrammata de Rectoratu gratulatoria, *in Clio regia*, *Tomo I. Deliciarum Poetarum Danorum* Frid. Rostgaardi inserta, *p. 20. 21.* (12.) V. Dancwerthium, *l. c.*, *P. I.*, *c. 2.*, *p. 6.*, *P. II.*, *c. 7.*, *p. 99.*, & *P. III.*, *c. 9.*, *p. 231.* (13.) im Entwurfe der Ritterorden *p. 310.* Conf. G. Neumarckii Palmb. *p. 241.*

cam, Emblematis loco laurum reportavit, cum agnomine *Securi* (des Sichern), ob animum ipsi assignato Heroicum. Uxorem, d. 12. Maji A. 1633. (in cujus locum præcedens 1632. a Joh. Adolpho Cypræo (1.) & C. Dancwerthio (2.) substituitur), auspicatissimis sibi junxit nuptiis Dorotheam Augustam, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, filiam, & ex hac (sibi superstite, Annoqve demum 1682., d. 31. Mart., vivis exempta), in 38. annorum conjugio, qvinqve hos nobilioris, & qvatuor seqvioris sexus, sustulit liberos (3.):

1. Joh. Adolphum, d. 8. Apr. A. 1634. natum, parentis sui in Ducatu successorem, copiarumqve Brunsvicensium, Danicarum & Batavicarum, Archistrategum, d. 2. Jul. A. 1704. defunctum.
2. Augustum, N. d. 9. Maji A. 1635., Producem electoris Brandeburgici Magdeburgicum, supremumqve rei tormentariæ Præfectum, ac Ducem tandem Holsato-Norburgensem, d. 17. Sept. A. 1699. mortuum.
3. Ernestinam, N. d. 10. Oct. A. 1636., qvæ innupta d. 18. Mart. A. 1697. obiit.
4. Joachimum Ernestum, N. d. 5. Oct. A. 1637., Equitem aurei velleris, & supremum peregrini in Belgio Hispanico Equitatus præfectum, ad Pontificios A. 1673. transgressum, ac Madriti d. 4. Jul. A. 1700, extinctum.
5. Bernhardum (qvem Spenerus *Georgium Bernhardum* perperam appellat), N. d. 31. Jan. A. 1639., Strategum Danicum, d. 3. Jan. A. 1676. mortuum.
6. Agnetem Hedwigem, N. d. 29. Sept. A. 1640., Christiano, Duci Holsato-Glücksburgico, d. 10. Maji A. 1672. nuptam, & d. 20. Nov. A. 1698. defunctam.
7. Carolum Henricum, N. A. 1642., & Viennæ d. 20. Jun. A. 1655. extinctum.
8. Sophiam Eleonoram, N. d. 31. Jul. A. 1644., Wolfg. Julii, Com. Hohenloici, ab A. 1666., conjugem, d. 22. Jan. A. 1689. mortuam.
9. Puellam, qvæ, anteqvam nasceretur, in utero materno jam decesserat.

Princeps cætera fuit virtutibus heroicis, aliisqve, isto dignis fastigio, ornatissimus, subditorum, qvibus, in bellis Cimbricis, impensis de suo haud exiguis, securitatem a Strategis obtinuit hostilibus, amantissimus, Ducatus hæreditarii, cujus arces Plönensem, sedem aulæ suæ splendidam, ac Ahrensböcensem, ipse condidit (4.), reditusqve parsimonia & prudentia Oeconomica insigni haud parum auxit, gubernandi peritissimus, fide in Imperatorem semper illibata, & ab hoc aliqvot laudata epistolis, conspicuus, & in commercio cum isto, aliisqve Principibus ac magnatibus, literario assiduo diligentissimus. Dux illi, ab A. 1667., cum Daniæ Regibus, & Christiano Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, intercessere controversiæ, scriptis (e qvibus pro ipso militantia Viro debentur illustri, Christoph. Gentschio, ejus tunc Consiliario) utrinqve ventilatæ qvamplurimis, alibi a nobis (5.) fuse enumeratis, ac ad judicium tandem Imperiale aulicum delatæ, hujusqve definitiva sublatæ sententia. Priori dissidia occasionem subministravere de jure supremi dominii, & collectarum, qvas vocant, seu ex actionum, qvod Ducibus Holsatiæ (uti audiunt) regentibus in ditiones, parenti suo, Johanni Juniori, apannagii loco attributas, competere Joachimus Ernestus negabat. Controversia hac nondum decisa, alteri, de successione in Comitatibus Oldenburgico & Delmenhorstano, ansam præbuit obitus Antonii Güntheri, Comitum Oldenburgicorum ultimi, A. 1667. extincti. Hanc enim successionem, qvam Fridericus III., Rex Daniæ, & Christianus Albertus, Dux Holsato-Gottorpiensis, ob expectativam, qvam vocant, Cæsaream, pactumqve cum defuncto initum, & testamento ipsius confirmatum, sibi jam armis asseruerant, noster, ceu proximus Antonii Güntheri agnatus, familiæ suæ ab illis, gradu uno remotioribus, restitui postulabat, & A. 1676., post obitum, Dicasterii aulici imperialis sententia, in Comitatus utriusqve immittebatur possessionem. Ambobus tamen filii confestim Christiano V., Regi Daniæ, qvocum anno jam 1671., sibi emortuali, parens de iis amice transegerat, pecunia certa sibi numerata, aliisqve in Ducatibus Slesvicensi ac Holsatico ditionibus, compensationis loco, acceptis, sponte cesserunt (6.). Symbolo noster delectatus est gemino, Gallico altero, qvod ipse A. 1619. albo inscripsit Joach. Morsii: *Tous jours le meme;* altero (qvod sermo Hofmanni recitat funebris) Biblico (*e 2 Cor. XII. 9.*): *Sufficit mihi gratia tua, Domine;* HErr, ich lasse mir an deiner Gnade begnügen. Senex tandem grandævus, liberisqve parentis sui (qvorum viginti duos ille in gemino procrearat conjugio) omnibus superstes, cum dolore cruris, morbo Colico & obstructione interna, aliqvamdiu laborasset, d. 5. Oct. A. C. 1671., ac ætatis 77., rebus humanis est ereptus, posthumoqve hoc, in monumento, qvod hæredum illi erexit pietas, Epitaphio, celebratus elogio:

Serenissimus Princeps ac Dominus, Dn. JOACHIMUS ERNESTUS, Hæres Norwagiæ, Dux Slesvici, Holsf., Storm. & Dithm., Com. in Oldenb. & Delmenh., &c., Princeps pius, justus, magnanimus, prudens, beneficus, &, qvod rarissimum, in rebus prosperis & adversis semper idem, vixit ultra annos 76., qvod Principum non multi, rexit patriam 49. annos, qvod pauci, ubiqve inculpatus & æterna laude dignus, qvod vix alius. Suis desiderium, subditis amorem, Principibus exemplum, malevolis invidiam, mundo qvatuor sui æmulos, reliqvit. Princeps optime, cælo dignissime, cælo etiam recepte, æternum ave & vale. Natus Sunderburgi d. XXIX. Aug. A. MDLXXXXV., denatus Plönæ d. V. Oct. A. MDCLXXI. Vixit LXXVI. annos, V. septimanas, III. dies.

Recitat hoc, cui magnam etiam vitæ, e Scriptoribus aliis, jam allegatis, auctæ, partem debemus, Christianus Hofmannus, Ecclesiastes ipsius Plönensis aulicus, in Sermone e Rom. XIV. 8. exeqviali vernaculo, Ratzeburgi A. 1672. in 4. (sub tit.: Rechtgläubiger Fürsten Ehrenruhm auf Erden, und Lebenskrone im Himmel) excuso.

Oratiuncula, cum Rectoratus Acad. Giessenæ, Kal. Jan. A. 1610., a Joh. Georgio, fratre, in eum transferretur, habita, & in fratris hujus *Regimine Giessensi Academico*, Giessæ A. 1610. *in 4.* edito, *p. 130. 131. 132.*, publicata.

Oratio pro Gallia, in illustri Collegio Tubingensi, Thomæ Lansii ductu, scripta & recitata, qvæ prodiit in Friderici Achillis, Ducis Würtembergici (sive potius Lansii) *Consultatione de principatu provinciarum Europæ,* Tubingæ A. 1626. 1655. & 1678. *in 8.* impressa, *pag. (Ed. primæ) 168-257.*

JOHANNES I. Episcopus Ecclesiæ Lubecensis septimus, Decanus Canonicorum ejusdem fuit, circa A. 1226., qvo novæ Monasterii Prezensis fundationi, ac dotationi ab Adolpho IV., Comite Holsatico, factæ, cum Episcopo suo, Bartholdo, aliisqve magnatibus, ceu testis, interfuit, Adolphiqve literis de ista nomen suum adjecit publicis (7.). Bartholdo in Episcopatu succesit, testibus Alberto Stadensi (8.), & *Annalium Slavicorum* Autore (9.), A. C. 1230., non autem 1235., qvem Alb. Krummendikius, Joh. Petræus, Herm. Bonnus, Joh. Regkmannus, Conr. ab Höveln, & alii, se mutuo

(1.) *in Annal. Episc. Slesvic., L. 3., c. 6., p. 434.* (2.) *l. c., P. I., c. 2., p. 15.* (3.) Conf. de liberis Dancw., *l. c., P. III., c. 9., p. 232.*, Spenerum *l. c. p. 157. 158.*, *Tabb. Geneal. Tubingenses*, & J. W. Imhofii *Notitiam Procerum S. R. I. p. 635-639.*, de iisdem vero simul ac posteris reliqvis Anonymi Souverainen von Europa, *p. 865. 866. 867.*, P. A. Lehmanni Jetzt herschendes Europa, *P. I., p. 93. 94. 95.*, H. L. Gudium (sæpe impingentem) *l. c. p. 58-62.*, & Genealogicos scriptores alios. (4.) V. Dancwerthium *l. c., P. III., c. 9., p. 232. 233.* (5.) *Parte I. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 9., §. 5. & 6., p. 155-159.*, (6.) De Controversia hac de successione Oldenburgica confer, præter locum *Isagoges* meæ, jam allegatum, Speneri *Syllogen Historico-Genealogicam p. 157.*, & Jac. Wilh. Imhofii *Notitiam procerum S. Rom. Imp. Lib. IV., c. 9., p. 335. 336. 337. Edit. noviss. Tubing.* (7.) V. illas *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 7., p. 306.* (8.) *in Chronico, f. 208. b.* (9.) in Erp. Lindebrogii *Scriptoribus rer. Germ. Septentr. p. 258.*

tuo exscribentes, substituunt, nec 1237., qvi *Chronici Slavici prioris* arrisit scriptori (1.). Anno certe 1232. hoc eum jam fuisse functum, Diploma demonstrat, qvo, VI. Id. Sept. ejusdem, in ipso Cœnobio Prezensi, privilegia, huic a Bartholdo Antecessore, partim collata, partim vero confirmata, præsentibus Adolpho IV., aliisqve optimatibus, rata habuit, adjecto Anathematis adversus istorum contemptores fulmine (2.). Epponi, hujus Præposito, qvi Diploma istud & obtinuit ab illo, & sua manu Avtographum ejus, qvod superest, exaravit, decennio post, circa A. 1241., literis aliis potestatem dedit congregationem Virginum monasterii sacrarum Erpesvelda, qvo, Preza relicta, haud ita pridem commigraverat, Lutterbecam, in locum commodiorem, transferendi (3.). Monasterii eum Reinfeldensis ædem sacram, Adolphi IV. rogatu, cultui divino dedicasse, & *memoriam Cœnæ Dominicæ instituisse memorabilem*, Lubecæ suo qvotannis sumptu celebrandam, Alb. Krummendikius, *Chronici Slavici* Autor *ἀνώνυμος*, & Krantzius, referunt, Adolphum autem ipsum, Monachum ex Comite Holsatico Franciscanum, in Presbyterorum ab illo A. 1244. admissum esse ordinem, *Annalium Slavicorum* scriptor (4.) testatur. In numero annorum Episcopatus illius definiendo, Casp. Dancwerthius & Jac. a Mellen, XII. tantum annos huic assignantes, a Krummendikio, Chronicographo Slavico & Krantzio, XXII. annis Ecclesiæ eum suæ præfuisse asserentibus, abeunt diversi. Sed facilis erit conciliatio, si observaveris, ab illis eos solum annos computari, qvibus noster in Episcopatu fuit superstes, hos autem decem etiam seqventes addidisse, qvibus de successore ejus inter Canonicos, ad A. usqve 1254., acriter est disceptatum, & gubernatio Ecclesiæ temporaria Alberto, Episcopo Rigensi designato, commissa. Qvem computum utrorumqve, amice conspirantem, si seqvamur, & ab A. 1231. inchoemus, Johannem A. C. circiter 1244., non autem 1247. (pro qvo Mellenius, Kirchringius & Hövelius, militant), defunctum esse edocebimur.

V. de illo Anonymi *Chronicon Slavicum prius, c. 37., ap. Lindebrogium l. c., p. 204.*, incerti *Annales Slavicos, ibid. p. 258. 259.*, Alb. Krummendikii *Chronicon Episcoporum Lubecensium (T. II. Rer. German. Henr. Meibomii Jun.) p. 397.*, Alb. Krantzii *L. 7. Metropoleos, c. 47.*, Joh. Petræi *P. II. Chronici Holsatici p. 71.*, Herm. Bonni *Lib. 2. Chron. Lubec., ad A. 1235.*, C. Dancwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 8., p. 227.*, Jac. a Mellen *Disp. III. de Historia Lubecensi, c. 1., §. 7., & c. 2., §. 6.*, *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 29.*, & *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr., ll. cc.*

De duobus ejus Diplomatis *ἀνεκδότοις*, qvorum prioris Avtographum, posterioris autem Apographum vetustum, a Conrado a Bocholt *Registri* sui *Præposituræ Prezensis MSti Sectioni Diplomaticæ, num. 13.*, insertum, in Monasterii Prezensis Archivo superest, in Vita jam diximus. Præmittitur posteriori, in eodem *Registro, num. 12.*, tertium, qvo, Anno Episcopatus tertio (1233), Epponi, Præposito Prezensi, templum in villa Hemminghstorpiensi condendi potestas ab eo est concessa.

JOHANNES, Episcopus Lubecensis trigesimus octavus, Duxqve familiæ Gottorpiensis Slesvigo-Holsaticus, Johannis Adolphi, Principis Holsato-Gottorpiensis, ex Augusta, Friderici II., Regis Danici, gnata, filius, cujus reliqvos prosapiæ paternæ, e familiis Oldenburgica, Danica & Holsatica, majores, Casp. Dancwerthius (5.), Phil. Jac. Spenerus (6.), aliiqve, enumerant, in arce Gottorpiensi A. 1606., die Martii decimo nono, si Ad. Olearium (7.), Joh. Ad. Cypræum (8.), & Genealogos plerosqve cæteros, seqvaris, præcedenti autem decimo octavo, si Dan. Janum (9.) audias, in lucem est editus. Parente A. 1616. mortuo, primus omnium familiæ Holsato-Gottorpiensis principum, ut hæreditariam portionem, accepto apannagio, non exigeret, sibi passus est persvaderi (10.), & decennis a matre vidua Husam secum abductus, ibiqve educatus ac literarum imbutus rudimentis, A. 1621. Episcopatus Lubecensis Subcoadjutor designatus, qvadriennio post (A. 1625.), comite Ephoro suo, Conrado ab Einsiedel (Administratoris postea Magdeburgici Consiliario intimo ac primario), itineri se ad exteros commisit, Galliaqve (qvam ter adiit), Anglia, Italia & Belgio, peragratis, obsidioni Sylvæducensi, in comitatum Principis admissus Auriaci, A. 1629., nuptiisqve Friderici fratris Dresdensibus A. 1630., interfuit. Gottorpium cum hoc vix reversus, secundum mox iter per Gallias in Hispaniam instituit, Madritiqve periculose decubuit, &, per Germaniam ad suos remigrans, Adolphi, fratris alterius, in pugna Lipsiensi occisi, in cujus locum A. 1631. Episcopi Lubecensis electus est Coadjutor, secum in patriam reportavit exuvias. A. 1632. Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ, castra secutus, in Bavariam usqve, est Germanica, duas etiam, jussu illius, legiones, pedestrem & eqvestrem, collecturus, nisi, Rege paulo post mortuo, collectione hac supersedere, & militiæ valedicere, consultius putasset. A. 1634. Johanni Friderico, patruo, in ipso Episcopatu subrogatus Lubecensi, Utinum, sedem Episcoporum, aulam suam transtulit, tribusqve annis elapsis (A. 1637.), in illustrem Carpophororum Germaniæ ordinem a Ludovico, Principe Anhaltino, illius Præside, est receptus, ac titulo *Utilis* (des Nützlichen) ornatus honorifico (11.). A. 1647. Christianum Cassium, Ministrum intimum, ad Panegyrin Monasteriensem ablegavit Irenicam, suaqve & fratris Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, intercessione, ne Episcopatus Lubecensis, Regi Daniæ, novam hanc ditionum suarum accessionem mente generosa accipere dedignato, jam oblatus, in Principatum, instar aliorum, mutaretur Politicum, impedivit. Ob qvod beneficium Canonici Lubecenses familiæ Gottorpiensi, sex ejus principes, serie haud interrupta, Episcopos, post Johannem, electum a se iri, Friderico, eodem A. 1647., pacto inito, sunt polliciti (12.). A. 1648. Hafniæ Christiani IV., Regis Daniæ, exeqviis, & Friderici III., successoris, coronationi, interfuit, A. 1653. autem, Cassio suo ad Comitia iterum ablegato Ratisbonensia, jus sessionis, qvam vocant, suffragiiqve in senatu Principum, qvo antecessores in Episcopatu, per integrum ferme seculum, uti neglexerant, recuperavit. Conjugem A. 1640. duxit Julianam Felicitatem, Julii Friderici, Ducis lineæ Weiltingensis Würtembergici, filiam, qvæ, non multo post nuptias tempore, Melancholia gravi correpta, usuqve rationis orbata (13.), anno tandem 1661., die 3. Jan., marito superstes, rebus valedixit humanis (14.). Qvatuor hæc ipsi, sed brevis ævi, enixa est liberos:

1. Christianam Augustam Sabinam, d. 4. Jun. A. 1642. natam, qvæ, literarum jam elegantiorum, patris jussu, studiis assvefacta, ministræ culpa in balneo excoriata fervidiori (15.), d. 20. Maji A. 1650. animam efflavit.
2. Julium Adolphum Fridericum, d. 2. Oct. A. 1643. natum, & d. 3. Jan. A. 1644. mortuum.
3. Joh. Julium Fridericum, d. 17. Febr. A. 1646. in lucem editum, & d. 28. Jun. A. 1647. extinctum.
4. Johannem Augustum, d. 3. Aug. A. 1647. natum, in tenera jam ætate ob singularem commendatum indolem, peregrinatione deinceps excultam diuturna, sed, annitente nihilo minus patruo Gottorpiensi, Episcopatu Lubecensi, filio hujus collato, licet Rex Daniæ ipsi faveret, post mortem parentis, A. 1655. haud potitum, imo deinceps etiam, velut prædiorum bonorumqve hæreditariorum administrationi, ob debilitatem ingenii, imparem, sub perpetua pa-

 truelis,

(1.) *c. 37., ap. Lindebr., l. c. p. 204.* (2.) V. *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 9., p. 399.*, & qvæ supra. *p. 104.*, de Bartholdo sunt dicta. (3.) *V. P. IV. Isag., l. c., p. 400.* (4.) *ad A. 1244., apud Lindebr., l. c., p. 259.* (5.) *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 8-13.* (6.) *in Sylloge Historico-Genealogica, p. 173. 174.* (7.) *in Compendio Chronici Holsatici Germanico, Lib. IX., c. 8., p. 181.* (8.) *in Annalibus Episcc. Slesvic., L. 3., c. 6., p. 434.* (9.) *in Vita ejus, sermonibus adjecta funebribus.* (10.) V. Spenerum *l. c. p. 167.* (11.) V. Georg Neumarckii Neusprossenden Palmbaum, *p. 263.*, & Christ. Gryphii Entwurf der Ritterorden *p. 310.* (12.) V. Henr. Lud. Gudii Staat des Bistums Lübeck *p. 7. 8.* (13.) V. Olearium *l. c. p. 183.* (14.) V. Christoph. Sesemanni, Parochi Schönewoldensis, Sermonem funebrem de illa, in Rom. VIII. 17., Germanicum, Lubecæ A. 1661. *in 4.* excusum. (15.) V. Olearium *l. c. p. 184.*, & Joach. Viti Wigandi (sive Joh. Val. Willii) *Dissert. I. de Philiatrorum Germanorum itineribus p. 55.*

truelis, Augusti Friderici, Antistitis Lubecensis, donec Hamburgi, d. 29. Jan. A. 1686., expiraret, detentum tutela (1.)

Episcopatum noster, de subditorum perqvam sollicitus salute ac commodis, pacisqve perpetuo studiosus, per lustra qvatuor, summa cum laude administravit, &, Constitutione Ecclesiastica pariter atqve Politica sub initium statim publicata regiminis, novum illi Superintendentem, D. Danielem Janum, A. 1643. præfecit, & per eum singularum visitationem Ecclesiarum qvotannis jussit institui, primæqve A. 1645. ipse interfuit. Templum oppidanum Utinense A. 1647. (2.), & pleraqve etiam ruralia, curavit reparari, causas forenses subditorum ipse sæpius cognovit, singularique prudentia Oeconomica, a Spenero (3.) celebrata, non contemnendas opes collegit, &, cum tribus prædiis eqvestribus Holsaticis, filio unico reliqvit superstiti. Pietatis perqvam studiosus, a scriptis qvidem abhorrebat Polemicis, Codicem vero sacrum, & libros Asceticos, atqve ad praxin Christianismi veram manuducentes, habebat in deliciis, comitesqve in itineribus etiam assiduos. Episcopatui jam admotus, literas, præsertim humaniores, Lingvasqve Græcam & Latinam, in juventute, ob itinera (in qvibus Gallicæ, Italicæ & Hispanicæ eximiam sibi acqvisivit peritiam) maturiora, justo minori habitas in pretio, & deinceps aliqvamdiu neglectas, a Viris, qvos, hoc fine in aulam evocatos, benigne alebat ac remunerabatur, eruditis, istosqve inter Henr. Vagetio, Professore postea Hamburgensi (4.), demuo addiscere haud est pigratus, tantumqve in iis profecit, ut non solum Autores utriusqve legeret ac intelligeret, sed Latina etiam, cum in colloqviis, tum in commercio cum doctissimis hominibus Epistolico, dextre satis uteretur (5.). Reliqvarum etiam eruditionis partium amator fuit curiosus, & in Historia præcipue, tam antiqviori, Græca & Romana, qvam recentiori, & scientiis plerisqve Mathematicis, versatissimus, uti non MSta solum ipsius, qvæ Olearius laudat, posthuma αὐτόγραφα testantur, huc spectantia (6.), sed Horologia etiam, qvæ a Dan. Jano (7.) memorantur, aliqvot artificiosa, ab ipsomet inventa, Globi Systematum Copernicani ac Tychonici majores, Lubecæ a Nicol. Siebenhaario, jussu ejus, fabrefacti, & complura, qvæ reliqvit, instrumenta alia Mathematica argentea. Surgebat plerumqve, cum recte valeret, hora qvarta matutina, & studiis sacris ad horam usqve sextam, Historicis autem, Politicis & Mathematicis, usqve ad nonam, incumbebat. Utrisqve inserviit Bibliotheca librorum præcellentiorum, Mathematicorum inprimis & Historicorum, undiqve non sine magnis conqvisitorum sumptibus, post conditoris obitum, jussu Christiani Alberti patruelis, A. 1667. Kiloniensi illata Academicæ (8.). Non autem eruditus solum Princeps hic fuit, sed eruditorum etiam, qvorum complures in aula sua aluit, patronus, perqvam in eos beneficus, qvi scholam, in ipso palatio suo, puerorum aperuerat nobilium, nec paucos illorum, suis deinceps aliorumqve Magnatum admotos ministeriis, sumptu, in Academiis vicinis, regionibusqve exteris, sustentavit haud exiguo (9.). Dolores, qvibus, ab ipso nuptiarum tempore, ad obitum usqve, autumno potissimum & hyeme, excruciabatur, qvibusqve iter ad fontes Hornhusanos A. 1646. mederi haud potuerat, Podagricos & Chiragricos, rupturamqve brachii, qvam, currum, animi causa, gubernans exiguum, erat passus, & ob qvam cibus potusqve ori dextram illi admovere non valentis propriam a ministro postea ingerendus erat, insanabilem, non minus qvam gravissimas conjugii ærumnas, summa, per tot annos, toleravit patientia (10.). Medicinam tandem istis mors (ante qvam mensibus aliqvot cruciatus cessarunt arthritici) attulit placida, qva, post multa nummorum millia templis, Ptochotropheis, scholis, egenis & ministris suis, in tabulis voluntatis legata ultimæ, qvinqvagenario proximus, d. 18. Febr. A. 1655., in arce sua extinctus Utinensi, exuvias monumento majorum, in Slesvicensi Basilica, sepulchrali (cui d. 20. Apr. sunt illatæ) asservandas reliqvit. Defunctum celebrarunt:

1. Ad. Olearius (cui, & Dan. Jano, partem vitæ debemus maximam), *in Compendio Chronici Holsatici Germanico, Lib. IX., c. 8., p. 181-185.*
2. Daniel Janus, Pragensis, Th. D. & Ecclesiastes ipsius aulicus atqve Superintendens, in Sermonibus binis (e 2 Paral. XXI. 1. & Gen. XLVII. 9.) funebribus Germanicis, cum subjuncta vitæ historia, sub titulo des Lob- und Ehrengedächtnisses, A. 1655. *in 4.* editis.
3. D. Joh. Henr. Meibomius, Archiater ejus ac Poliater Lubecensis, *in Carmine* (qvod moribundus scripsit) *in obitum ejus Panegyrico*, Lubecæ 1655. in 4.
4. Hieron. Prætorius, Hamburgensis, Scholæ Cellensis Rector, *in Poemate in obitum illius Heroico*, Lub. 1655. in fol.
5. Matthias Johansen, Dithmarsus, *in Justis Elegia funebri ei factis*, Lub. 1655. in fol.
6. Andr. Cassius Junior, Slesvicensis, *in Tumulo illius* (Poemate Heroico), Lub. 1655. in fol.

Confer de illo, præter Autores alios, vel jam allegatos, vel mox allegandos, *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 13., §. 6., p. 203. 204., & P. IV., c. 3., §. 2., p. 420.*, & Dan. Lipstorpii Epistolam, qva Specimina Philosophiæ Cartesianæ A. 1653. ipsi inscripsit, dedicatoriam.

ELOGIA.

Joh. Adolpho Cypræo (*in Annalibus Episc. Slesvic., L. 3., c. 6., p. 434.*) *Princeps* audit *generosæ & heroicæ indolis, multarum lingvarum ac regionum peritissimus.*

A Joh. Henr. Meibomio, in Epigrammate (qvod *Album MS. Morsianum f. 47.* exhibet) Anacreontico, salutatur

Par ille Diis supremis *Exemplar ille vivum*
Benignitate Princeps, *Heri boni piiqve,*
Exemplar omnium unus;

In *Epistola* autem, qva *Mæcenatem* ei suum A. 1653. inscripsit, *Dedicatoria*, non solum *Musarum* vocatur *Hercules & Mæcenas, literarum & literatorum patronus sine pari, Princepsqve eruditissimus*, sed & hac compellatur προσφωνήσει: *Licet omnia abunde tibi suppetant, qvæ in Principe aut possint, aut debeant, optari; apicem tamen gloriæ tuæ constituit maximus in studiis progressus, atqve incredibilis in literas literisqve operantes favor. Itaqve & ipse studia non interrupto amore perseqveris, & totos sæpe dies in illis transigis, nullisqve insuper parcis sumptibus, ut, illorum, qvi iniqvioris sunt fortunæ, paupertatem levando, studia literasqve promoveas.*

Herm. Conringius *in Epistola librorum de Medicina Hermetica ad illum Dedicatoria*, A. 1648. ejus *excellentem peritiam omnium, cum aliarum, tum Mathematicarum imprimis artium, & insignes progressus in exercitiis Chemicis*, deprædicavit.

Ad. Olearius (l. c.) illum appellat einen löblichen, frommen, sanftmühtigen, glückseligen und gewünschten Herren, der zu allerhand, dem Fürstlichen Stande wol anstehenden, Wissenschaften nach Wunsch ist gelanget, und sonderlich in studio Historico und Mathematico excellirte, wie solches seine hinterlassene eigene Manuscripta Zeugniß geben können.

Sam.

(1.) V. de filio hoc unico superstite Olearium *l. c., p. 184. 185.*, Spenerum *l. c., p. 167.*, & H. L. Gudium *P. II.* des Staats von Sleswig und Holstein, *p. 53.*, ac im Staate des Bisthums Lübeck *p. 8.* (2.) V. Frid. Cogelii Uthinisches Stadtgedächtniß *p. 32.* (3.) *l. c., p. 167.* (4.) V. Henr. Vagetii *Ep. Dedic. Commentarii in* Νυχθήμερον *Joh. Caselii.* (5.) V. Olearium *l. c. p. 182.*, & Seb. Kortholti *Diss. de studio senili, num. 20., p. 36. 37.* (6.) V. Olearium *l. c., p. 182. 183.*, & S. Kortholtum *l. c.* (7.) *in Vita, supra citata.* (8.) V. Seb. Kortholti *Diss. de Bibliotheca Acad. Kilon. p. 5. 8.*, & Programma de eadem *p. 4.* (9.) V. Dan. Janum *l. c.*, & Joh. Henr. Meibomium *in Epistola Mæcenatis sui Dedicatoria.* (10.) V. Dan. Janum *l. c.*, & Olearium *p. 183.*

Sam. Reyherus, *in Diss. de Rege Mathematico, c. 2., §. 44., p. 24.*, ita de illo: *Quantam habuerit omnium disciplinarum Mathematicarum peritiam, abunde testantur instrumenta pretiosissima & libri selectissimi, qvi nullam non Matheseos scientiam complectuntur.*

Tabularum Genealogicarum Tubingensium Autori *Literatorum* audit *amor & deliciæ*.

Sebast. Kortholtus, *in Diss. de studio senili, num. 20., p. 36. 37.*, τοῖς ὀψιμαθέσιν eum annumeravit, Olearium secutus fuse celebravit, *maximisqve in rem literariam meritis nulli Principum*, affirmavit, *extitisse secundum*.

Nicol. Scribonius, *Lib. II. Lusuum Anagramm. Gottorp.*, *p. 34.*, hoc nominis ejus Anagramma A. 1634. exhibuit:

Johannes, Hæres Norwegiæ, Dux Schleswicensis & Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Comes Oldenburgensis & Delmenhorstensis, &c. &c.

En Heroum maximus Achilles es, en artis & Martis soboles es; en, addo, dignus es, ut te cantet ingentis Æneidos author: ohe sic rite serus claresce.

SCRIPTA.

Fragmenta duarum, qvas A. 1647. ad Joh. Hevelium exaravit, Epistolarum, a Joh. Erico Olhoffio, *in Excerptis e literis Virorum illustrium ad Hevelium*, Gedani A. 1683. *in 4.* excusis, *num. 5. & 8.*, publicata.

Neue Kirchen- und Policeyordnung des Bistums Lübeck, qvam, sub ipsa Episcopatus initia (circa A. 1635.), jussu ac auspiciis illius, prodiisse, Dan. Janus, *in ejus Vita*, restatur.

MSSta Historica & Mathematica, de qvibus paulo ante Ad. Olearii recitavimus testimonium.

JOHANNES LUBECENSIS, incertæ ætatis scriptor.

Ejus Tractatus de Antichristi adventu, & Messia Judæorum (cujus in *Bibliotheca Gesneriana continuata* Jos. Simleri *p. 392.*, & Joh. Jac. Frisii *p. 468.*, etiam occurrit mentio), libris prohibitis & damnatis accensetur in *Indicibus* istorum, cum *Romano* Clementis VIII., *p. 68.*, tum *Hispanico* Ant. Sotomajoris, *p. 633.*, ac Franc. Magdaleni *Elencho librorum in Indice Romano prohibitorum p. 343.*

JOHANNES I., Episcopus Slesvicensis, juxta calculum Hvitfeldii, decimus septimus, Tychoni Dano A. 1240. (in cujus locum 1238. a Pet. Resenio substituitur) successit, & ab Offone (qvem Christophorum alii vocant), Archiepiscopo Lundensi, est inauguratus. Codicem Legum Juticarum, Waldemari II., Regis Daniæ, jussu, una cum cæteris Præsulibus, nonnullisqve magnatibus, A. eodem 1240., in Wordingburgensibus comitiis, e Jure Canonico & Cæsareo, priscisqve patriæ institutis, congessit, nomenqve hoc labore, inter Danorum Nomothetas, haud ignobile, ac honorificam etiam sui in Prolegomenis mentionem, promeruit. Joh. Ad. Cypræus, aliiqve nostrates, hunc secuti, Ecclesiæ eum Slesvicensi, ad A. usqve 1250., præfuisse perhibent. Sed, cum ab Huitfeldio, Successorem illius, Eschillum, Synodo Ottoniensi, ab Offone indictæ, anno jam 1245. interfuisse, sim edoctus, cum hoc, aliisqve Daniæ Historicis, ad annum potius 1244. obitum ejus referendum esse, censeo. Sepultus est in choro Basilicæ Slesvicensis, lapidiqve sepulchrali duæ tantum voces, JOHANNES EPISCOPUS, sunt insculptæ.

V. de illo Joh. Ad. Cypræi *Annales Episcoporum Slesvicensium, Lib. 2., c. 5., p. 244. 245. 260.*, Hier. Cypræi *Tetrasticha de Episcopis Slesvicensibus*, Har. Huitfeldii *P. II. Chronici Danici p. 206. 212.*, *& Chronicon Episc. Daniæ p. 11.*, Pet. Resenii *Prolegomena versionis Germanicæ Nomocanonis Jutici Krabbianæ, lit. c. 4. a.*, C. Dancwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 9., p. 121.*, & Ant. Heimreichii *Lib. II. Hist. Eccl. Slesvic., c. 1., p. 63.*

JOHANNES GEORGIUS, Dux lineæ Sünderburgensis Slesvigo-Holsaticus, Sünderburgi d. 9. Febr. A. 1594. in lucem editus, Johannem Juniorem, conditorem lineæ istius, & Agnetem Hedwigem, Joachimi Ernesti, Ducis Anhaltini, filiam, secundam Johannis conjugem, parentes habuit, avum vero paternum Christianum III., Monarcham Danicum. Absolutis tyrociniis studiorum domesticis, A. 1608., cum Joachimo Ernesto, fratre (*qvem supra celebravimus*) natu minore, & Ephoro suo, Joh. Renzelio, Hamburgensi (J. U. postea Doctore, & curiæ provincialis Lipsiensis Advocato celebri), in Academiam ablegatus est Giessenam, &, Rector illius, Kal. Jan. A. seqv. 1609., Professorum, e qvibus Conr. Dieterico, Philosopho, Prorectoris committebatur officium, renunciatus suffragiis, eandem dignitatem, post administrationem annuam, in fratrem Oratiuncula eleganti, Kal. Jan. A. 1610., transtulit. Giessa A. 1611. Tubingam commigravit, &, in Collegium Ducale receptus, studia, lingvis Exoticis Gymnasmatisqve eqvestribus haud neglectis, strenue illic continuavit, donec variolis, aeris hyberni exasperatis inclementia, in medio istorum curriculo, morte immatura, d. 25. Jan. A. C. 1613., & æt. 19., succumberet. Exuviæ, Ducum Würtembergicorum jussu, in horum Mausoleum d. 11. Febr. deportatæ gentilitium, resurrectionem illic expectant. Encomiastas habuit & Biographos:

1. Thomam Lansium, Acad. Tubing. JCtum, cujus *Laudatio funebris*, & seorsim Tubingæ A. 1613. *in 4.* prodiit, & in *Mantissa Consultationum atqve Orationum* illius, ibidem A. 1656. *in 8.* excusa, denuo comparuit.
2. 3. Matthiam Hafenrefferum & Joh. Georg. Sigwartum, Professores ejusdem Academiæ Theologos, qvorum duo Sermones (ex Es. XL. 6. 7. 8. & Ps. CIII.) exeqviales Germanici, cum exeqviarum historia, Mich. Ziegleri, Log. & Phys. Professoris, Programmate, iis præmisso, & Epicediis, Tubingæ A. 1613. *in 4.* sunt publicati.
4. Christoph. Arn. Vogtium, Eqvitem Bremensem, a qvo, in *Orat. Panegyrica, Principum juventutis, qui primum Academiæ Giessensis Ludovicianæ seculum illustrarunt, honori consecrata*, Giessæqve A. 1707. *in fol.* edita, itidem (uti *Nova Literaria Germanica, M. Nov. A. 1708., p. 425. 426.*, testantur) est celebratus.

Confer de illo Abr. Bucholzeri *Indicem Chronol., ad A. 1613.*, Henr. Albertii, Dani, duo ad eum Epigrammata de Acad. Giessenæ Rectoratu gratulatoria, *T. I. Delic. Poet. Dan.* F. Rostgaardi, *p. 20. 21.*, obvia, Nic. Heldvaderi *P. II., Sylvæ Chronol. circ. Balth. p. 282. 318.*, J. A. Cypræi *Annales Episc. Slesv., l. 3., c. 6., p. 430.*, C. Dancwerthii *Chorogr. Cimbr., P. I., c. 2., p. 14. 15., & P. II., c. 7., p. 99.*, P. J. Speneri *Syllogen Historico-Genealogicam p. 153. 154. 174.*, & *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 13., §. 7., p. 205.*

Exstat ejus Regimen illustris Academiæ Giessenæ A. 1609., Giessæ A. 1610. *in 4.* editum, in qvo exhibentur: 1. Ipsius Epistola ad Ludovicum, Philippum & Fridericum, Hassiæ Landgravios, Dedicatoria; 2. Jos. Lautenbachii, Med. D. & Prof., Oratio, qva, Kal. Jan. A. 1609., ei Rectoratum commisit, ipsiusqve Responsio; 3. Oratio, ante recitationem legum, Kal. Jul. A. 1609., memoriter ab eo habita; 4. XXXIV. Programmata Academica; 5. Oratio ipsius, qva, Kal. Jan. A. 1610., Rectoratum in fratrem Joachimum Ernestum transtulit; 6. Joachimi Ernesti Oratiuncula responsoria; 7. Acclamationes Professorum & Studiosorum votivæ; 8. M. Conr. Matthiæ Panegyris in laudem ipsius Poetica.

M. CHRISTIANUS JOHANNIS, Ripensis, A. 1567. natus, supremis Philosophiæ Honoribus in Academia A. 1594. reportatis Hafniensi, apud exteros aliqvamdiu sumptibus vixit regiis, & in eandem A. 1602. redux, Professioni initio Pædagogicæ, ac eodem mox Anno Mathematicæ, post M. Joh. Erasmium, est admotus. In Græca deinde A. 1607.

1607. Conr. Aslaco, & in Ethico-Dialectica A. 1608. Joh. Stephanio, successit, bisqve (A. 1606. & 1609.) Ordinis Decanus fuit Philosophici. A. 1610. M. Jac. Holmio in Episcopatu Jutiæ subrogatus Aalburgensi (1.), in sacra hac dignitate consenuit, ac, præmissa ad superos, d. 25. Mart. A. 1630., Metta Matthiæ, conjuge, Vedelensium Consulis filia, d. 11. Apr. A. C. 1642. (in cujus, in Epigraphe Aalburgensis Epitaphii, ipsi conjugiqve in æde erecti Bothildiana, expressi, locum seqvens 1643. a Vindingio & Wittenio perperam substituitur), ætatisqve 75., rebus humanis valedixit.

V. de illo Er. Vindingii (qvem potissimum secuti sumus) *Acad. Hafniensem p. 202.*, Har. Huitfeldium *l. c.*, Conr. Aslaci *Chronologiam, Orationi Jubilææ adjectam, ad A. 1602 & 1610.*, Ol. Wormii *Literaturam Danicam, c. 7., p. 51.* (ubi *industria* ejus, *in antiqvitatibus patriis eruendis*, commendatur, aliisqve imitanda proponitur), & *Lib. V. Monument. Danicorum, p. 398.* (ubi bacillus Runicus, ab eo transmissus, describitur), Alb. Bartholini *Tr. de Scriptis Danorum p. 25.*, meaqve ad illum *Hyponmemata p. 183. 184.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1643.*, Henr. Albertii in eum Anagrammata (*T. I. Delic. Poet. Dan.* Frid. Rostgaardi *p. 63. 64.*), & *Nova Lit. Lubecensia, M. Sept. A. 1706., p. 269.*

Casp. Er. Brochmanno (*in præf. System. Theol.*) *Vir* audit *optimus, & de Academia Hafniensi pariter & Ecclesia bene meritus.*

SCRIPTA EDITA LATINA.

Theses de Sphæræ definitione & divisione. Hafniæ 1604. in 4.
Theses de Circulis sphæræ. Hafniæ 1605. in 4.
Theses de Zonis. Hafn. 1606. in 4.
Theses Philosophicæ, in promotione Magistrorum propositæ. Hafn. 1607. in 4.
Theses de Climatibus & Parallelis. Hafn. 1608. in 4.
Disp. de definitione & divisione Logicæ. Hafn. 1609. in 4.
Disp. de artium Logicarum origine, progressu & constitutione, in genere. Hafn. 1609. in 4.

DANICA.

Sermones funebres, habiti in exeqviis nobilium:
Cæciliæ Lungiæ. Hafn. 1614. in 4.
Ingeburgis Jueliæ (e Ps. XXXI. 1-7.). Hafn. 1616. in 4.
Georgii Lungii. Hafn. 1619. in 4.
Annæ Maltiæ Seestadiæ. Hafn. 1623. in 4.
Axelii Rosenkrantzii. Hafn. 1625. in 4.
Annæ Podebuschiæ (e Phil. I. 23.). Hafn. 1627. in 4.
Ott. Scheelii (e Ps. LXXXIV. 9-14.). Hafn. 1635. in 4.
Margaretæ Rosenkrantziæ (e Ps. XXVII. 1-7.). Hafn. 1636. in 4.
Oveni Lungii (e Sap. IV. 7-15.). Aarhusiæ 1638. in 4.
Sophiæ Braheæ (e Joh. XI. 25. 26.). Ibid. 1639. in 4.
Canuti & Johannis Scheeliorum. Hafn. 1640. in 4.

(Falso ei ab Alb. Bartholino, *l. c. p. 25.*, tribuuntur *Syllabus Lemmatum Mathematicorum, imprimis de doctrina Eclipsium*, Witebergæ A. 1622. *in 4.*, & *Disp. de Peccato originali*, ibidem A. 1623. *in 4.* edita. Hæc enim duo Schediasmata Pet. Resenius, *in Catalogo Biblioth. suæ, p. 320.*, & *Indice ejus tertio*, Christiano Johannis alteri. Londinensi Scano, Lingvæ Græcæ in Ottoniensi Gymnasio Professori, A. 1595. nato, & A. 1672. mortuo, deberi testatur.)

CLEMENS JOHANNIS, Husensis, J. U. Lic. & in Patria, circa A. 1653., Practicus.

Disp. Jurid. de Nuptiis, Præside D. Pet. Theodorico. Jenæ 1634. in 4.

Disp. (*Inauguralis, ni fallor*) de Donatione inter vivos, Præside D. Christoph. Phil. Richtero. Jenæ 1647. in 4. Recusa in Richteri *Velitationibus Academicis*, Jenæ A. 1667. *in fol.* publicatis, *num. 20.*

M. CORNELIUS JOHANSEN, Bergerdorfiensis, oppidi patrii, Hamburgæ vicini, Pastor.

Disputatio, continens explicationem qvæstionis vexatæ: An, & qvo sensu, Lutherani a Pontificiis dici qveant qvinti Evangelii Professores? Præside D. Joh. Cohtmanno. Rostochii 1626. in 4.

Die Breite, Länge, Tieffe und Höhe, der allgemeinen, treuhertzigen und unwandelbahren Liebe GOttes, in einer Pfingst-Predigt über Joh. III. 16., vorgestellet. Hamburgi 1639. in 4.

Ars Christiane vivendi & beate moriendi, oder Leichpredigt über Fr. Magdalena, Ern. Aug. Schuwarts, Med. D. und Practici zu Hamburg, Haußfrau, auß Ps. LXXIII. Hamb. 1658. in 4.

M. FRIDERICUS JOHANNIS Ladelundæ, pago præfecturæ Tunderensis, lapide sepulchrali teste, non autem Flensburgi, uti a Melch. Junio, ejus, cum, in Academia Argentinensi, A. 1594. ac 1595., Thorsmediorum, Patriciorum Flensburgensium, sumptu (2.), studiis imcumberet, Præceptore, est traditum (3.), lucem primam aspexit. Argentina tamen, post plurima eloqventiæ, & solutæ, & ligatæ, specimina, ductu Junii, publice exhibita, in Cimbriam reducem Flenopolis sibi vindicavit, & scholæ initio publicæ, d. 28. Oct. A. 1597. (4.), præfecit Rectorem, deinde autem A. 1600. M. Frid. Damio in ædis Nicolaitanæ subrogavit Diaconatu. XXVI. annis hoc functus, liberis XII., &, hos inter, M. Joh. Friderico, Gymnasii Roeschildensis Rectore, ex Anna conjuge, Laur. Jacobi, Prædecessoris, filia, A. 1601. ducta, susceptis, d. 19. Jun. A. 1626. vivis excessit. A. 1623. certamini cum Nic. Tetingio & Hartw. Lohmanno, civibus Heterodoxis, implicitus, in viam illos reducere pro virili, tum privatim, tum in Colloqvio publico, sed incassum, allaboravit (5.). Hanc ob causam, ab Anna Ovena Hoyeria, Tetingii patrona, convitiis variis, una cum Collega, M. Frid. Damio, est oneratus, in Poematio peculiari, Syllogæ Carminum ejus vernaculorum (6.) inserto, & hunc præferente titulum: Schreiben J. O. T. A. an die Herren Titul-Träger von Hohen Schulen, M. F. J. und M. F. D. P., auf das Büchlein wieder Nicol. Teting. Lapidi ejus Sepulchrali, in æde Nicolaitana, hoc insculptum est Distichon:

Cui vitam Ladelund, artem Argentina, cathedram
Flensburgum, Domino sic statuente, dedit.

Melch. Junius, in *Programmate, Orationi* ejus *de prodigiis* A. 1595. præmisso, illius, adhuc juvenis, *ingenii præstantiam, discendi ardens, acre, constans studium, eruditionem ac doctrinam minime vulgarem, morum amabilitatem, & in leges ac Professores observantiam*, commendavit.

Conf. de illo Schediasma nostrum de scholæ Flensb. historia Germanicum *p. 10. 11.*

Ora-

(1.) V. Har. Huitfeldii *Chronicon Episcc. Daniæ p. 110.* (2.) Teste Joh. Calixto, mox allegando. (3.) *In Programmatis ad Orationes ejus invitatoriis.* (4.) Teste Joh. Calixto, *in Gratulatione metrica*, A. 1597. excusa. (5.) V. M. Frid. Damii *Relation* vom *Colloqvio* zu Flensburg, *lit. C. 4. b. C. 7. b. D. 1. a.* (6.) *p. 67-74.*

Oratio parentalis, Viris clarissimis, in Ecclesia, Republica & Schola Argentinensi, A. 1594. defunctis, eodem anno Argentinæ habita, & *Tomo IV. Orationum Argentinensium, ductu Melch. Junii habitarum*, in Editione Anni 1603. Argentinensi, *p. 200-226.*, *Tomo* autem *I.*, *p. 234-251.*, in altera, ibidem A. 1620. excusa, obvia.

Or. pro sententia Chilonis, qvod ii Reges & Principes maxime probandi, qvi nihil mortale meditantur, illæ respublicæ & civitates commendandæ, in qvibus maxime leges, minus Oratores, audiuntur, amanda domus urbi similis, qvæ sub Rege est. Legitur in Orationum earundem Editione anni 1603. priori, *T. IV.*, *p. 576-598.*, in posteriori vero anni 1620., *T. I.*, *p. 373-384.*

Oratio pro Significatione prodigiorum, Argentinæ A. 1595. habita, qvæ ibidem, *Tomo V.* Edit. Argent. A. 1600., *p. 157-184.*, & *T. I.* Edit. A. 1620., *p. 425-440.*, occurrit.

Poema de Ascensione Christi, A. 1594. Argentinæ recitatum. An editum sit ignoro. Extat tamen Melch. Junii Programma ad illud invitatorium, typis excusum.

Emblemata qvædam Epithalamia in nuptias Joh. Davidis & Dorotheæ thor Smeden. Argentinæ 1595. in 4.

Carmina alia, diversis annis sigillatim edita.

GEORGIUS JOHANNIS, Ripensis, Scholæ in Fionia Ottoniensis Præceptor.

Christoph. Cellarii Libellus memorialis Latinitatis probatæ, in Sermonem translatus Danicum. Hafniæ 1702. in 8.

JOHANNES JOHANNIS, Ripensis.

Comment. ἀνέκδοτος in Epistolam ad Romanos, A. 1595. scriptus, qvem M. Joh. Pouchius, Diac. Ripensis, teste *Catalogo Bibliothecæ ejus MSto*, possedit.

MATTHIAS JOHANSEN, Dithmarsus, Johannis Augusti, Ducis Holsatiæ, in itinere ad exteros, circa A. 1656., Secretarius, Fisci in civitate Hafniensi regii A. 1664. Curator, & Dithmarsiæ tandem Australis, sive regiæ, ab A. 1670. (1.), Præfectus, A. 1680. mortuus; Vir literarum elegantiorum peritissimus, & Poeta venustus atqve ingeniosus.

Justa Johanni, Episcopo Lubecensi, Ducique Slesv. & Holst., Elegia funebri persoluta. Lubecæ 1655. in fol.

Elegia memoriæ Georg. Calixti, Theologi Helmstadiensis, sacra. Argentinæ A. 1656. & Helmstadii 1658. in 4.

Carmina alia Latina, sparsim publicata, nitida & arguta.

(An ei, sicut nonnulli perhibent, debeatur Matthiæ Johnsons Liebesgeschichte Damons und Lisillen, Fabula Erotica, Francofurti A. 1663. & 1672. *in 12.* edita, certo nondum rescivi. Carmina Bucolica, aliaqve, illi inserta, *dictionem*, judice Erdm. Neumeistero [*in Diss. de Poetis Germanicis p. 58.*], *produnt succiplenam, licet non semper eandem, summatimqve Poetam spiritus haud mediocris.*)

NICOLAUS JOHANNIS, Dithmarsus.

Disp. de Sacramentis in genere, & in specie Baptismo ac S. Cœna, Præside D. Qvirino Reutero. Heidelbergæ 1610. in 4.

NICOLAUS JOHANNIS, Anglo-Cimber, Pastor, ab A. 1705., ruralis in Wagria Hohensteniensis.

Der den Kindern GOttes gegebene Friede, am Oster-Dingstage A. 1705., auß Luc. XXIV. 36-47., in Gegenwart J. Kön. Mai. von Dennemarck, zu Glückstadt vorgetragen. Glückstadii 1705. in 4.

PETRUS JOHANNIS, Ripensis, idem forte cum illo, qvem Philos. Magistrum Rostochii A. 1572. esse creatum Acta Ord. Philos. Rostochiensis testantur (2.).

Huic Claud. Lyschander, *in Catalogo Scriptorum Danicorum ἀνεκδότων*, tribuit:

1. Odam Tetracolon Octostrophon de Incarnatione Christi, ad juventutem scholæ Triverisburgensis.
2. Hymnum Danicum de usu nativitatis Christi, ad Joh. & Frid. Munckios, Hafniæ A. 1575. editum.

JACOBUS JOHNIUS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, Senator ejusdem Kal. Apr. A. 1721. electus.

Disp. de Domicilii mutatione, Præside D. Elia Augusto Strykio. Kilonii 1695. in 4.

Disp. Inaug. de Apprehensione debitoris fugitivi, Præside eodem. Kil. 1695. in 4.

HUNO JONAS, Eiderstadiensis, J. U. D. & in patria circa A. 1623. Practicus. V. C. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr.*, *c. 13.*, *p. 150.*

Disp. de Tutela ac Curatela, Præside D. Joachimo Andreæ. Franeqveræ 1618. in 4.

VOLQVARDUS JONAS A. 1544. (qvo Casp. Danckwerthius (3.), & Ant. Heimreichius, hunc secutus (4.), Holsaticarum illi Ecclesiarum Ephoriam esse commissam falso perhibent), & biennio seqventi, Gymnasii se etiamnum Lüneburgensis fuisse alumnum, atqve ob bibacitatem male audivisse, in Epistolis ad Joh. Pistorium, suum in isto commilitonem, testatur. In Academiis haud diu substitit, sed muneribus sacris gravissimis mature admodum est admotus. Anno enim 1549. Concionator jam fuit Adolphi, Ducis Holsatiæ, in arce Gottorpiensi, aulicus, Ecclesiarum illius omnium Slesvigo-Holsaticarum Præpositus generalis, & in Diœcesi sitarum Gottorpiensi specialis. Tergemino hoc officio, non solum ad A. usqve 1555. (qvo Danckwerthius & Heimreichius (5.) eum obiisse perperam tradiderunt), sed triennio etiam seqventi, ad A. usqve 1558., est functus, qvo Præpositura generali est liberatus, & ista D. Paulo ab Eitzen, Hamburgo ad Superintendentis evocato dignitatem, destinata. Ecclesiastæ tamen aulici munus, cum Visitatoris Ecclesiarum titulo, integro adhuc ipsi relictum est octennio, atqve, ut Præposituræ jacturam eo facilius concoqveret, 50. Marcæ Lubecenses stipendio adjectæ annuo. Lubecam qvidem paulo post ad Pastoratum est vocatus, sed spartam Gottorpiensem illi prætulit, ac A. 1559. Adolphum in expeditione Dithmarsica, (in qva Rendesburgi, d. 10. Nov. A. 1559., cum Joh. Grevenbrochio & M. Georg. Boethio, Constitutionem de sacris Dithmarsiæ condidit Saxonicam, ab Henr. Muhlio A. 1715., *in Addit. Dissert. I. Historico-Theologicæ de Reformat. Cimbrica*, *p. 174-178.*, juris factam publici.) A. 1560. autem in itineribus Belgico & Anglico, est comitatus. Domum reduci diuturnæ cum Canonicis Slesvicensibus intercessere controversiæ. A. 1566. gratia Principis, ni fallor, excidit, & Gottorpio in Eiderstadiam est translatus, hujusqve Ecclesiarum Inspector, ac vici simul Gardingensis Pastor (uti ejus ad Eitzenium testantur Epistolæ), constitutus. Gardinga (qvam, ob molestias & lites plurimas, suum alicubi appellat purgatorium) A. 1570. Rendesburgam commigravit, urbisqve istius, per tria circiter lustra, & qvod excurrit, Parochum egit, vicinæqve Diœceseos Præpositum. Post mortem tandem Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, circa A. 1587., Kilonium a vidua ejus, Christina Hassiaca, ut a concionibus sibi denuo esset aulicis, est accersitus, inqve isto munere A. 1591. etiamnum fuit superstes.

 Debeo

(1.) V. Ant. Heimreichii *Lib. 3. Chronici Dithmarsici, p. 230.* (2.) V. Ott. Frid. Schützii *Lib. II. de Vita Dav. Chytræi p. 243.* (3.) *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c. 4.*, *p. 25.* (4.) *in Hist. Eccl. Slesv.*, *L. 4.*, *c. 1.*, *p. 188.* (5.) *ll. cc.*

Debeo hanc vitæ ipsius qvalemcunqve historiam Epistolis ejus, e qvibus, mox laudandis, collecta est, ad Eitzenium & Pistorium ineditis. Confer de illo Henr. Muhlii *Diss. I. Historico-Theol. p.94-97.178-182.*, & J. M. Kraftii *Hist. Eccl. Hus. p. 230. 231.*

XXXII. Epistolæ ad D. Paulum ab Eitzen, Superintendentem Holsaticum, ab A. 1562. ad A. 1591., de sacris istorum temporum certaminibus, aliisqve negotiis Ecclesiasticis & privatis, scriptæ, qvæ in Volumine Epistolarum ad Eitzenium ἀνεκδότῳ, qvod e mea in Christoph. Krahei, Præpositi Hatherslebiensis, Bibliothecam transiit, supersunt.

XXIV. Epistolæ argumenti haud dissimilis, ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, ab A. 1544. ad 1574. exaratæ, qvæ, cum qvinqve Pistorii responsoriis, in Volumine Epistolarum ad hunc MSto, qvod Pet. Axenius, JCtus Slesvicensis, asservabat, olim mihi sunt lectæ. Qvatuor ex his ab Henr. Muhlio, *l. c., p. 178-182.*, sunt editæ, & una a Kraftio *l. c. p. 573.*

FRIDERICUS JONSIUS, Rendesburgensis, Med. D. & in patria Practicus, simulqve Senator, M. Sept. A. 1712. peste extinctus.

Disp. Med. de Fonticulis (*Fontanellen*), Præside D. Günth. Chr. Schelhammero, Kilonii 1696. 4.

Disp. Inaug. de Spina ventosa, Præside eodem. Kil. 1698. in 4. V. *Nova Lit. Lubec. A. 1699., p. 83. 350. 351.*

HENRICUS JONSENIUS, Rendesburgensis, J. U. D., & Protodicasteriorum Provincialis Slesvigo-Holsatici regiiqve Glückstadiensis Advocatus, A. 1719. superstes, non ob doctrinam minus eximiam, qvam dexteritatem atqve integritatem in patrocinio forensi singularum, & Tychopoli (qvam inhabitat), & per Cimbriam reliqvam universam, merito suo celeberrimus.

Disp. Inaug. de jure Senum singulari, Præside D. Nicol. Martini, Kilonii 1689. in 4.

M. HENRICUS JONSEN, Kiloniensis, Parochus initio, in patriæ vicinia, ab A. 168.., Schönkirchensis, & Cœnobii postea Prezensis, ab A. 169.., Pastor, M. Jan. A. 1712. mortuus.

Allerbeste Wahl eines rechtschaffenen Lehrers und Predigers, oder Leichpredigt über Christoph. Langen, Past. zu Elmeschenhagen, auß Phil. I. 21. Kilonii 1695. in 4.

JOHANNES JONSIUS, sive JONSENIUS, Rendesburgensis, urbi (cujus frater ejus, Georgius, A. 1699. defunctus, Consul fuit) patriæ æternam ortu suo, d. 20. Oct. A. 1624. (1.), fœneratus gloriam, scholas ejusdem, ac vicinæ deinde (ab A. 1641.) Kiloniensis, choro adscriptus Symphoniaco, juvenis freqventavit, Hamburgumqve hinc, M. Sept. A. 1644., profectus, illic, sicut & Crempæ postea, Musices vitam toleravit peritia. In Academia, qvam autumno anni 1645. adiit, Rostochiensi Joh. Huswedelium, Professorem Philologumqve inclytum, & M. Joh. Herberdingium, ædis Sp. S. Pastorem (cujus filios instituebat), habuit hospites, Casp. vero Mauritium, Joach. Lütkemannum, Aug. Varenium, aliosqve, in Philosophia, & literis lingvisqve sacris, Præceptores. Ut in Oratoria proficeret Ecclesiastica, IV. studiosorum, qvi hebdomadatim in Cœnobio concionantur Rostochiensi, M. Jul. A. 1647. auxit numerum, nec multo post laurea ornatus est Philosophica, ac A. 1648., d. 27. Jul., in ipsum Philosophorum admissus ordinem. A. 1649. Rostochio (post defensam publice *Disp. I. Anti-Calvinianam* Casp. Mauritii) in urbem rediit patriam, Conrectorisqve scholastico, per annum integrum, functus officio, & discipulis cæteris, & horum principi, Marqvardo Gudio, Musagetæ postea Cimbrico, meritorumqve Præceptoris in se ac literas præconi indefesso, viam ad veram solidamqve eruditionem commonstravit regiam. A. 1650., relicta, ob stipendii tenuitatem, sparta hac scholastica, in Acad. Regiomontanam se contulit, &, Collegii Philosophici adscriptus Adjunctis, juventutem scholis privatis erudiit Academicam, A. 1652. autem, licet spes illic facta ipsi esset muneris Professorii, in patriam se, ad labores scholasticos, Joh. Hamerici in Rectoratu successor a Senatu designatus, passus est retrahi (2.), &, triennio post (A. 1655.), Itzehoæ cum Christina Alberti, virgine honesta, celebravit nuptias. A. 1656. Slesvigam, ad scholæ Cathedralis Rectoratum, Rendesburgensi lautiorem, invitatus, eo qvidem se contulit, & spartam hanc ornare cœpit, sed mutationis istius statim captus est tædio, tum qvod locus esset paludosus, aerisqve temperies insalubris & plane scorbutica teneræ suæ valetudini infensissima, tum qvod aliæ adversitates accederent domesticæ. His, atqve turpissimo literarum elegantiorum in patria neglectu, motus, & spe præterea Professionis Academicæ Jenensis irrita (qvam Thom. Reinesius (3.) frustra eximere ei allaborabat) inescatus, venia ad aqvas proficiscendi Medicas impetrata, Chersonesum natalem, bona sua, qvo par erat, pretio æstimare nesciam, verno anni 1657. tempore reliqvit, & in Germaniam commigravit. Lipsiam (qvo Gudium etiam suum Jena evocarat) in hoc delato itinere Reip. ad Moenum Francofurtanæ Senatus Prorectoris (non Rectoris, uti nonnulli (4.) falso tradidit) in Gymnasio suo munus, eodem A. 1657., obtulit (5.), & in suam illum hoc pacto pertraxit civitatem. Sed & illi usum fructum doctrinæ Jonsii summæ atqve multiplicis diuturniorem valetudinis, qvæ assidue eum affligebat, invidit imbecillitas. Morbus enim, qvem e Cimbria secum extulerat, scorbuticus, biennio post (A. 1659.) vehementius recrudescens, & ab æstu hujus irritata totius massæ sangvineæ fermentatio, continua novem dierum atqve noctium hæmorrhagia, corpusculi ejus vires, eo ipso tempore, qvo in edendo eximio *de Historiæ Philosophicæ scriptoribus* opere erat occupatus, penitus prostraverunt. Qvo rerum statu cum mortem sibi imminere præsagiret, X. Kal. Apr. A. 1659. Epistolam ad Senatum Francofurtanum dedicatoriam, scripto huic præfigendam ultimo, amicis e lectulo dictavit emortuali, & conjugem suam, ad exteros se secutam, curæ illius commendavit atqve patrocinio. Paucis ab hac scriptione diebus vix elapsis, familiæ suæ, patriæ & universæ reip. literariæ, fato tristi atqve immaturo, M. Apr. A. C. 1659., & ætatis 35., est ereptus. Adr. Bailetum enim, qvi, *in Judiciis de eruditis Gallicis* (6.), haud multo ante hæc a se A. 1685. edita, vivis eum demum excessisse, credidit, Ægid. Menagius (7.) veriora jam edocuit. Qvanto cum detrimento Polymathiæ elegantioris mors ejus fuerit conjuncta, facile intelligent, qvotqvot scripta ejus, paucula licet, accuratius inspexerunt, & in iis eruditionem omnigenam, lectionem Scriptorum veterum omnium, Græcorum inprimis, diffusam, judicium acre, & peritiam Historiæ Philosophicæ, literaturæqve antiqvioris, qva coævos omnes superavit, incomparabilem, sunt admirati.

Vitæ ejus partem magnam Marqv. Gudii, viri summi, tum narrationibus, tum schedis de illa, a Pet. Axenio, JCto doctissimo, communicatis, debeo.

Confer de illo, præter Autores jam citatos, Val. Henr. Vogleri *Introduct. ad notitiam bonorum Scriptorum, c. 9., p. 57.*, H. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1659.*, G. M. Königii *Biblioth. Vet. & novam p. 421.*, J. G. Eccardi *Excerpta e libris variis menstrua Germanica, M. Febr. A. 1702., p. 53.*, Joh. Alb. Fabricii *Lib. IV. Biblioth. Græcæ*,

(1.) *V. Ep. Dedic. Diss. I. de Historia Peripatetica.* (2.) V. Marqv. Gudii Εὐφημίαν, *sive Vorsam Panegyricam, in hunc Rectoratum,* Hamburgi A. 1652. editam. (3.) *Ep. XXI. ad Joh. Vorstium p. 40.* (4.) J. F. Reimannus, *P. I. Introd. Germ. ad Hist. Lit. p. 43. 44.* Burch. Gotth. Struvius, *in præfat. Librorum ejus de Hist. Philos. Scriptoribus Ienensis Dornianæ editionis,* & Lipsienses *in Actis Erud., M. Aug. A. 1716. p. 391.*; (5.) *V. Ep. Dedic. Librorum de Hist. Philos. Scriptoribus.* (6.) *T. II., P. I., p. 232.* (7.) *in Anti Baileto, T. I., p. 71. 264.*

ce, P. I., c. 19., p. 601., Anonymi Neuer Bibliothek XVdes Stück, p. 381. 382. 383., & Chr. Aug. Heumanni *Acta Philosophorum Germanica, P. I., c. 7.*

ELOGIA.

Joh. Christ., Baro a Boineburg, in Epistola ad Joh. Henr. Hottingerum, (a Joh. Henr. Heideggero, *in Vita Hottingeri, lit. E. 4. a.*, allegata), præcipuis eum ἐμπειρίας βιβλιακῆς magistris annumerat. Ab eodem in Epistola ad Zach. Pruschenckium A. 1665. exarata (apud B. G. Struvium *Fasc. 8. Act. Lit. p. 64.*), merito inter *homines* refertur *Germanos, supra vulgus interiores literas exqvisite doctos, præclaraqve nomina, qvalia superioris seculi fiduciæ non immerito æqvari, qvin opponi, imo vero etiam anteferri, mereantur.*

Val. Henr. Voglerus, *l. c.*, ita de illo: *Jonsium, statim ab operis sui de Historiæ Philosophicæ scriptoribus editione absoluta, veluti supremo monumento relicto, immatura mors occupavit: magna cum reip. literariæ jactura, & omnis ulterioris fructus, qvi sat uber a præclaro isthoc ingenio proficisci potuisset, spe penitus intercepta.*

Æg. Menagio (*in Historia mulierum Philosophorum, n. 68., p. 40.*) *Scriptor* audit *Historiæ Philosophicæ diligentissimus & doctissimus.*

Mart. Schookio (*P. II. Fabulæ Hamelensis, c. 3., p. 52.*) *diligentissimus.*

Jac. Thomasio (*in Tr. de Plagio literario, §. 454.*) *Vir doctus.*

Joh. Scheffero (*in Addendis Notarum ad Var. Hist. Æliani p. 446.*) *Vir diligentissimus.*

Ol. Borrichio (*in Sapientia Hermetis & Ægyptiorum p. 24.*), & Joh. Franc. Buddeo (*in Veritate relig. Christ. Philosophorum gentilium obtrectationibus confirmata, §. 12., p. 74.*) *Eruditissimus.*

Henr. Meibomio Jun. (*in Epist. de historia Medicorum p. 9.*) *Vir eruditus.*

Gvilh. Cavio (*in Hist. Lit. Scr. Eccl., T. I., p. 94.*) *Vir doctus.*

Marqv. Gudius, in Εὐφημίᾳ supra allegata, eum *sublime caput columenqve Sophorum, progeniem cœlo debitam, & lumen patriæ nitidum*, salutavit, in *Epistola* autem *XIII. ad Pet. Blockium, p. 14. 15.*, verbis obitum ejus deploravit seqventibus: *Joh. Jonsius, nuper admodum, inter magnas operas & expeditiones, insigni literarum damno, τὰ κοινὰ reliqvit. - - In uno isto funere totus literatus orbis jacturam certe singularem fecit. Magna ubiqve solitudo eorum est, qvi literis cupiunt, qvas ille egregia voluntate a multis annis fovit. Neqve dubito, qvin majora semper præstitisset; sed obiit non qvidem ἀκλειῶς & inglorius,*

Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Scripsit enim libros IV. de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ, eosqve jam in προθύροις θανάτοιο prælo absolvit.

Joh. Georg. Grævius (*Præfat. 35., Syntagmati Dissertationum præmissa, p. 203.*) ita de illo: *Doctus ille Jonsius, cum multa præclara minaretur, in ipso ætatis flore exstinctus, qvi pulcherrimam commentationem de Hist. Philos. Scriptoribus emisit in lucem, qvam homines doctiores ubiqve gentium magno cum applausu exceperunt.*

D. G. Morhofius, *Orat. VIII., p. 243.*, illustribus eum orbis literati e Cimbria sideribus accenset, &, *T. II. Polyhist., Lib. I., c. 1., p. 4.*, ita de illo scribit: *Si diutius vixisset, omnes Historiæ Philosophicæ scriptores superasset. Diligentissimus enim & accuratissimus fuit Scriptorum veterum scrutator. Multa illi Menagius debet in Commentariis Laertianis, apud qvem utramqve ille paginam facit.*

Adr. Bailetus (*dans les Jugemens des Sçavans, T. II., P. I., p. 230.*) eum vocat *un Escrivain exact & sçavant, & Critiqve fort judicieux*, moxqve seqventia addit: *Qvoiqve sa maniere d' ecrire soit un peu seche, & un peu obscure mesme, il faut tomber d' accord, qv' il a surpassé de beaucoup par sa diligence, & par son industrie, tous ceux, qvi avoient voulu traitter la mesme matiere avant luy.*

Henr. Dodwellus (*in Append. Dissertt. ad Irenæum p. 494.*) eum appellat *doctissimum.*

Georg. Greenius (*in Diss. de Ptolomæo Philadelpho, p. 30.*) *Scriptorem circumspectum.*

Ludolphus Küsterus (*in Historia Homeri Critica, Sect. III., p. 36.*) *Virum raræ eruditionis & diligentiæ.*

Joh. Alb. Fabricius (*in Notis ad Marini Vitam Procli p. 110.*) *Virum doctissimum*, & (*in Centuria Plagiariorum, n. 11., lit. C. 2. b.*) *Virum doctissimum, deqve Historia Philosophica optime meritum, cui & Menagius ad Laertium, & alii, plurimum debent, cujusqve celebritati maxime obfuit, qvod fatis concederet, anteqvam opus de Scriptoribus Hist. Philos. a typographo perficeretur.*

Pet. Rabus (*in Excerptis librorum recentiorum menstruis Belgicis, M. Mart. & Apr. A. 1702., p. 349.*) eenen Mann van groote Geleerdheid.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Discursus Philologicus de vocis Ἀκρίδες (Matth. III. 4. Marc. I. 6.) significatione. Regiomonti 1651. & (*juxta Catal. Nund.*) Hamburgi 1653. in 4.

Disp. de Syllogismo, ex mente Aristotelis. Regiom. 1651. ac (*testibus Catalogo nundinali & Lipenio*) Hamb. 1653. in 4. *Valde*, judice Marqv. Gudio, *est accurata.*

Dissertationum de Historia Peripatetica Partis primæ prima, in qva recensentur, qvi Aristoteli fuerunt homonymi, &, unde ejus secta Peripatetica fuerit appellata, indicatur, Hamburgi 1652. in 4. Diss. hanc, a Marqv. Gudio editam (cujus Indicis Aristoteli cognominum supplementum ipse postea, *Lib. I. de Scriptt. Hist. Philos., c. 12.*, exhibuit), commendarunt Æg. Menagius (*a J. A. Fabricio, Lib. IV. Bibl. Gr., P. I., p. 601., allegatus*) *in Notis ad Diog. Laertium*, & D. G. Morhofius, *T. II. Polyhist., Lib. I., c. 8., p. 43.* Denuo prodiit Witeb. A. 1720. in 8. adjecta Joh. de Launoy Libro de varia Aristotelis in Academia Parisiensi fortuna, & Joh. Herm. ab Elswich, editoris, Schediasmati de varia Aristotelis in scholis Protestantium fortuna.

Epistola ad Marqv. Gudium de Spartis, Cadmi sociis, aliisqve nonnullis. Accessit Fragmentum de ordine librorum Aristotelis; edente Gudio, Jenæ 1655. in 4. Recusa est in *Syntagmate variarum Dissertationum*, qvod, e Museo suo, Joh. Georg. Grævius Trajecti ad Rhenum A. 1702. *in 4.* edidit. Differitur in ea de lancea, nota Spartorum genitiva, hosqve a Greg. Nazianzeno Spartiatas, & ab aliis Spartanos, perperam vocari ostenditur. Confer de illa *Acta Erud. Lips., M. Mart. A. 1702., p. 106., Diarium novum Eruditorum Anni 1702. Pariense, num. 8., p. 202.*, & Pet. Rabi *Excerpta Belgica, M. Mart. A. 1702., p. 349. 350. 351.*

De Scriptoribus Historiæ Philosophicæ Libri IV., Senatui Francofurtano inscripti. Francofurti ad Mœnum 1659. in 4. Novam editionem, a se emendatam, auctam, & ad hæc usqve tempora continuatam, M. Joh. Christoph. Dornius, Schleusingensis, Jenæ A. 1716. *in 4.* publicavit. Occasio operis hujus egregii concinnandi Autori nata est ex *Epistola de Historiæ Pythagoricæ scriptoribus*, A. 1656. publice promissa. Hos enim colligere aggresso cæteros etiam Historiæ Philosophicæ universalis, sectarumqve singularum particularis, scriptores simul recensere placuit. Exhibentur autem Libro I., qvi ab Homeri temporibus ad imperium usqve Ptolomæi Philadelphi, Lib. II., qvi ab hoc ad ævum usqve

Julii Cæſaris, Lib. III., qvi a Julii Cæſaris imperio ad noſtra usqve tempora, inclaruerunt, & Lib. IV. deniqve Scriptores ætatis incertæ. Qvæ de recentioribus Libro afferuntur tertio, & pauca ſunt, & vulgaria, qvod lima iſtis forſan ultima ab Autore, labori immortuo, non potuerit admoveri. Selectisſimæ contra ſunt, & perqvam accuratæ, ejus de Scriptoribus antiqvis obſervationes, hisqve immiſtæ digresſiones, plurima, hactenus ignota, detegentes, in ſingulorum Autorum ætatem ſollicite inqvirentes, errores circa eosdem Svidæ, Wouwerii, Vosſii, Meurſii, Georg. Hornii, & aliorum, imo ipſius nonnunqvam Diogenis Laertii, modeſte notantes, ſolideqve refellentes, & *τῶν ὁμωνύμων* inprimis, inſtituto laudabili, & ad lapſus varios præcavendos utilisſimo, egregios & locupletes ubiqve propemodum addentes Catalogos. Qvos, præter Phil. Labbeum (*in qvinto Bibliothecæ Bibliothecarum Indice*) & Pet. Bælium (*T. I. Dictionarii Hiſtorico-Critici, p. 1024. Edit. ſec.*), mea qvoqve *Homonymoſcopia, P. I., c. 3., §. 3., p. 42-45.* (ubi, Jonſium, *in Homonymorum indagine, omnibus aliis ſolertiorem pariter atqve feliciorem eſſe*, monui), *P. II., c. 3., §. 30., p. 312., ac P. IV., c. 1., §. 5., p. 899., &, c. 3., §. 9., p. 912.*, juſtis ornavit laudibus. Elogia Operi huic a J. C. Boyneburgio, V. H. Voglero (*in Introduct. etiam, c. 5., p. 30., & c. 9., p. 57.*, idem commendante, & *eruditis merito carum* eſſe affirmante), Æg. Menagio, M. Gudio, J. G. Grævio, D. G. Morhofio (*in Prælectionibus etiam de Hiſt. univerſali MStis, c. XI.*, Jonſium, *in nominibus, genealogiis, temporibus & ſcriptis, aſſignandis, omnibus Hiſt. Philoſ. ſcriptoribus eſſe accuratiorem, & in multis a Voſſio, ac reliqvis, abire*, obſervante), A. Baileto, J. A. Fabricio (*Lib. 2.* qvoqve *Biblioth. Græcæ, c. 12., p. 449.*, *eximium*, &, *in præfat. Supplementis variorum ad Voſſii de Hiſt. Gr. & Lat. libros* A. 1709. præmiſſa, *præclarum, caſtigatæqve, reconditæ & uberis doctrinæ* plenum, idem appellante), ac aliis, tributa, paulo ante, inter judicia de Autore honorifica, recitavimus. Præter hos illud commendarunt Joh. Schefferus (ea, qvæ de claris Pythagoris Jonſius collegit, *eximia* eſſe, *rariſſimæqve titulo diligentiæ, ſi qvid aliud, commendanda, ſed augeri tamen alicubi & emendari poſſe*, judicans) *in præf. libri de natura & conſtitutione Philoſophiæ Pythagoricæ*, Nicol. Antonius (*accurate* noſtrum *ſcriptores Hiſt. Philoſ. collegiſſe & illuſtraſſe* profeſſus) *in præf. T. I. Biblioth. Hiſpanicæ*, Phil. Labbeus *l. c.*, & B. G. Struvius *in Biblioth. Philoſ., c. 1., §. 3., p. 6.* Commendarunt Joh. Franc. Buddæus (*in Introd. ad Hiſt. Philoſ. Hebr., p. 174.*) *doctiſſimum*, Ludolphus Küſterus (*in Hiſtoria Homeri Critica, Sect. III., p. 86.*) *eruditiſſimum*, & Lipſienſes (*in Actis Erud., M. Mart. A. 1702., p. 106.*), *commentationem pulcherrimam*, idem ſalutantes. Æg. Menagii, qvi ſuas, *in Comm. in Diogenem Laertium*, areolas e fontibus large rigavit Jonſianis, ex illo plagia, poſt Morhofium & Joh. Alb. Fabricium, qvorum loca ſupra recitavimus, Thom. Crenius etiam, *P. VII. Animadv., c. 2., §. 5., p. 114.*, obelo notavit. Ejusdem criminis Mart. Schookius, qvia, *P. II. Fabulæ Hamelenſis, c. 12.*, obſervationes qvasdam noſtri de Ariſtotele elegantes, *Lib. I., p. 98. 99.*, obvias, nulla illius facta mentione, de verbo ad verbum deſcripſit, a Pet. Bælio (*T. I. Dictionarii Hiſtorico-Critici, P. I., p. 354.*) inſimulatur. Vanam Henr. Dodwelli conjecturam, qva, *in Diſſ. de ætate Pythagoræ p. 190.*, opus hoc Jonſii diſcipulo ejus in amœnioribus hiſce literis, Marqv. Gudio noſtrati, Polyhiſtori eximio (ita ſcribens: *Hoc etiam probavit Cl. Jonſius, vel, Jonſii nomine, verius fortaſſe Marqv. Gudius*), vindicare voluiſſe videtur, e loco Epiſtolæ Gudii ipſius ad Pet. Blockium, ſupra recitato, Joh. Alb. Fabricius (*Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 19., p. 601.*) jam refutavit, ac merito exploſit. In ſchedis de vita Jonſii idem Gudius, ſe, A. 1658. integro Francofurti, apud Præceptorem hunc ſuum, ſeptimeſtri commoratum, illi valetudinario, *in adornandis* qvidem *atqve edendis his libris, qvantum per alias occupationes licebat, libenter & re præſto fuiſſe, & conſilio*, haud diſſimulat, ſed neutiqvam opus iſtud ſibi aſſerit eximium, qvod Jonſiani fœtum eſſe ingenii candide fatetur. Bernhardum a Mallincrot, Decanum Monaſterienſem, cujus *Paralipomena ad libros de Hiſtoricis Græcis Voſſianos*, Coloniæ A. 1656. edita, Jonſius, in illo, errorum aliqvoties inſimularat ac convicerat, cenſuris hiſce *Anti-Jonſium*, ſibi viſum atqve lectum, oppoſuiſſe, ac *ἀνέκδοτον* reliqviſſe, idem Gudius olim mihi retulit. Periocham *cap. 4. Libri tertii*, Platonismum Philonis Judæi in dubium vocantem, Joh. Alb. Fabricius, in Diatriba pro hoc Academica peculiari, Lipſiæ A. 1693. *in 4.* edita, impugnavit. Thomæ Reineſii tandem Epiſtola ad Marqv. Gudium prolixa, multas in opus Jonſianum annotationes, de Leontiis inprimis & Pythagoris, egregias exhibens, inter alias illius, Jenæ, in Bibliotheca Joh. Andr. Boſii (teſte W. E. Tenzelio, *in Dialogis menſtruis Germanicis, M. Oct. A. 1697., p. 835.*), inedita ſuperfuit.

De nova & auctiori editione Dorniana conferantur illius recenſus, in Lipſienſium *Actis Eruditorum Latinis, M. Aug. A. 1716., p. 391. 392.*, nec non Germanicis, *Parte XLII., p. 381-400.*, Pariſienſium *Diario Erud. Gallico, M. Dec. A. 1716., p. 643-655.*, Jeſuitarum Trevoltianorum *Memoriis Gallicis, M. Oct. A. 1716., Art. 127.*, Batavorum *Republiik* der Geleerden, *M. Maj. & Jun. A. 1717., Art. 6.*, Halenſium Neuer *Bibliotheck, Sect. 55., p. 355-359.*, & Chriſtoph. Aug. Heumanni *Actis Philoſophorum Germanicis, Parte I., c. 7., p. 159. & ſeqq.*, *ac Parte VIII., c. 7.*, obvii.

AFFECTA ET PROMISSA.

Liber de Anthropothyſia Gentilium, & ſacrificiis veterum expiatoriis, *in Catal. Nund. Lipſ.* A. 1654. vernali promiſſus, qvem M. Lipenius (*in Biblioth. Philoſ., & P. II. Bibl. Theol. p. 705.*), & Joh. Alb. Fabricius (*in Bibliogr. Antiqvaria, Cap. XI., p. 250.*), editis falſo accenſet, & Hamburgi A. 1654. *in 4.* prodiiſſe perhibet.

Hiſtoria Pythagorica. V. *Lib. I. de Scr. Hiſt. Philoſ., c. 14., p. 75.*

Epiſtolæ de Scriptoribus Pythagoricis, de variis Pythagoris, & de ætate Pythagoræ. V. *Catal. Nund. Lipſ. A. 1656. Autumn. p. 26.*

Hiſtoria Socratica, *Lib. I. de Scr. Hiſt. Phil., c. 7., p. 37.*, promiſſa, cujus jacturam J. Alb. Fabricius, *L. 2. Biblioth. Græcæ, c. 23., p. 784.*, deplorat.

Hiſtoria Stoica, *V. L. 2. de Scr. Hiſt. Philoſ., c. 18., p. 208.*

Syſtema Hiſtoriæ Peripateticæ, ibidem, *L. I., c. 7., p. 56., & c. 12., p. 60. 68.*, promiſſum, cujus *Partis I. Diſſert. primam* Hamburgi A. 1652. prodiiſſe jam indicavimus, jacturamqve Fabricius, *L. 3. Bibl. Gr. c. 6., p. 175.* itidem dolet.

Spicilegium de Scriptis Theophraſti Ereſii, poſt Joh. Meurſium. V. *L. I. de Scr. Hiſt. Phil., c. 14., p. 72.*

Lib. de Scriptoribus ſacris Gentilium, Orpheo, Muſæo, &c. V. *L. IV. de Scr. Hiſt. Phil. p. 334.*

Liber de Grammaticis. V. *Lib. I., c. 16., p. 90., & Lib. II., c. 5. p. 142.* In eo forte exhibere voluit, qvæ de Svida *Lib. III., c. 20., p. 308.*, eſt pollicitus.

Lib. de Commentatoribus Homeri & Heſiodi. V. *Lib. III., c. 6., p. 237. 238.*

Joh. Papyrii Maſſoni Notitiæ Epiſcopatuum Galliæ editio nova, de qva Th. Reineſius, *Ep. 22. ad Joh. Vorſtium, p. 51.*, hoc A. 1657. tulit judicium: *Jonſenius Francofurti mihi ſignificavit, ſe Notitiam Epiſcopatuum Galliæ Papyrii Maſſoni (editam Pariſiis A. 1610.) iterato vulgare velle. Reſpondi, Galli hominis potius has partes eſſe, nec intelligere me, cui bono.*

M. MARCUS **JORDANUS**, Crempa Holſatus, non vero (qvi Claudii Lyſchandri eſt error (1.)) Friſius, Matheſeos in Acad. Hafnienſi Profeſſor, d. 14. Jun. A. 1550., commendatione factus regia (2.), ſed poſt annos aliqvot in

(1.) *in Catal. MS. Scriptorum Danicorum.* (2.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 90.*

in civitatem, in qva A. 1571. adhuc fuit superstes (1.), reversus patriam; *Vir*, teste Lyschandro (2.), *omnibus Philosophiæ disciplinis cultissimus, Astronomiæ & Geometriæ studiosissimus, eloqvio clarus, judicio subtilis, vita & moribus spectabilis, Christianoqve III., Regi Daniæ, carissimus.* Confer de illo Vindingium *l. c.*, & Conr. Aslaci *Chronologiam, Orationi Jubilææ adjectam, ad A. 1550.*

Mappa Geographica Daniæ, Christiano III., Regi, inscripta. Hafniæ 1552. (*V. Ifr. Spachii Nomenclat. Philos. p. 419.*, *P. Bolduani Biblioth. Philos. p. 297.*, *G. Draudii Biblioth. Class.*, *& Lyschandrum l. c.*)

Mappa Geographica Ducatuum Holsatiæ & Slesvici, Hamburgi A. 1559. (*uti Spachius, Bolduanus & Draudius, ll. cc., testantur*) edita. Ab hac, ni fallor, diversa haud est *Descriptio Cimbricæ Chersonesi, sive Jutiæ*, Antverpiæ, curante Abr. Ortelio, A. 1595. publicata, qvam Jordano Lipenius, *in Bibliotheca Philosophica*, tribuit. Conf. de illa *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 9., p. 9. 10.*

Mappa Geographica itineris D. Pauli, nec non Abrahami Patriarchæ. Witebergæ 1567. (*V. Spachium, Bolduanum & Draudium, ll. cc.*)

Hodœporicon D. Pauli Apostoli, qvo itinera & profectiones ejus, tam maritimæ, qvam terrestres, in charta Autoris Geographica punctis expressæ, carmine Heroico describuntur & declarantur. Accedit Index nominum propriorum Geographicus. Witeb. 1572. in 8. Commendatur a Gerh. Meiero, *Lib. II. Biblioth. Theol. contractæ, c. 4., p. 213.*, & Abr. Calovio (scripti hujus, sibi non visi, Autorem Jesuitam falso appellante), *Lib. II. Isagoges ad SS. Theol., c. 2., p. 127.*

EBERHARDUS ISBRAND IDES, Glückstadio Holsatus, Johannis & Petri Alexowiziorum, magnorum Moscoviæ Principum, ad Chinæ Imperatorem Legatus, tres annos (1692. 1693. & 1694.) longinqvo huic per Russiam, Ustigam majorem, Siberiam, Dauriam, Tartariam Mongulensem, Chinamqve ipsam, impendit itineri. Cujus historia fusius ab ipsomet, in Hodœporico, de qvo mox dicetur, prolixiori, brevius autem jam ante ab Adamo Brandio, Lubecensi, comite ipsius præcipuo, in *Descriptione* ejus Latina, a G. G. Leibnitio, *in Novissimis Sinicis* (*p. 164-168.*), A. 1697. exhibita, & scripto peculiari Germanico, Hamburgi A. 1698. publicato, Belgiceqve postea, Gallice & Anglice recuso (*de qvo supra in Elogio Brandii allata possunt relegi*), est enarrata. Vixit A. 1700.

Charta Russiæ Tartariæqve majoris Geographica, Amstelodami, sumptu Franc. Halmæ, A. 1701. publicata, & in Pet. Ambr. Lehmanni *Observv. Historicis anni 1701. Germanicis, n. 31., p. 248.*, memorata.

Hodœporicum itineris sui in Chinam triennalis, cum tabulis æneis & mappis Geographicis, Belgice initio Amstelodami A. 1699. 1704. & 1710. *in 4.* excusum, deinde vero Anglice Londini A. 1706. in 4., & Germanice (sub titulo einer Dreyjährigen Reise nach China zu Lande, welcher eine Beschreibung des Reiches China, auß dem Chinesischen übersetzet, ist beygefüget) Francofurti A. 1707. *in 8.*, recusum. V. recensum ejus in Wilh. Sewelii Maandelyke Uyttreksels, *M. Nov. & Dec. A. 1704., p. 389-407.*, & *Diario Eruditorum Parisiensi anni 1708. Gallico, M. Apr., num. 18., p. 194-206.*, exhibitum, & confer *Diarium* idem, *M. Dec. A. 1710., p. 694-697.* Prodiit etiam Gallice Amstelod. A. 1699. in 8.

Iter per Tartariam Gallico sermone exhibetur in Corn. Brunii *Voyages par la Moscovie, en Perse, & aux Indes Orientales*, Tomis II. Amstelodami A. 1718. *in fol.* editis, *Tomo I., capp. 17-29.* V. *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jun. A. 1719., p. 234.*

VOLQVARDUS IVERSEN, Husensis, artem libros compingendi in juventute edoctus, post hujus tyrocinia, Bibliopegi Amstelodamensis, ad A. usqve 1655., fuit συνεργος. Cum vero a nautis, domum ex India reversis Orientali, hujus præstantiam summis extolli audiret laudibus, divitiasqve mediocres non adeo magno illic labore posse parari rescisceret, deserto opificio, a Gubernatoribus Societatis Indicæ, ut militibus, propediem illuc ablegandis, adscriberetur, impetravit. Horum jussu a navi (cui *Principis* nomen inditum erat *regii*), M. Apr. A. 1655., ad Indos deportatus Batavica, qvinqvennio mercatoribus Batavis integro, in Moluccensibus insulis, Amboina præsertim, Ceramia & Banda, inserviit. Isto finito, & potestate Europam repetendi impetrata, in Javam majorem A. 1661. trajecit, &, literis missionis testibus, post moram in metropoli hujus, Batavia, septimestrem, a Joh. Maatzuykero, supremo Gubernatore, Senatuqve instructus Indico, navem, cui nomen erat *Arnhemii*, in Hollandiam cum classe remigraturus Indica, d. 23. Dec. eodem anno 1661., conscendit. Iter hoc maritimum tempestas, M. Febr. A. 1662., sufflaminavit subita, nostrumqve, & 149. comites (e qvibus tredecim vivi a reliqvis in mare sunt præcipitati), naufragium d. 12. Febr. passos, lembo, velis instructo, se vitamqve suam coegit committere. Per novem in hoc dies jactati, fameqve ac siti (qvam urina restingvebant propria), pene confecti, d. 20. Febr. ad D. Mauritii insulam, 120. milliaribus a loco naufragii dissitam, paulo ante, qvam turbo vehementissimus, exitio omnibus, si in alto eos deprehendisset, haud dubie futurus, ingrueret, pervenerunt. In ista, rerum omnium inopes, sed ab ipsa egestate artes edocti varias, vitam, in rupe primum concava, deinde vero in tentoriis, piscium, avium ac ferarum, carne (cruda initio, vel a radiis exsiccata solaribus, postea autem, cum ignem sclopeto, salemqve artificio, per Volqvardum commonstrato, sibi parassent, cocta), potuqve, qvem palmæ subministrabant, vini æmulo, satis commode, trimestri sustentarunt tempore. In navim tandem Anglicam, illuc delatam, noster d. 24. Maji A. 1662. est receptus, & hac in Madagascaram initio, ac deinde, insidiis comitum Lusitanicorum, mortem ipsi, qvod Batavorum, hostium suorum, meruisset stipendia, minitantium, vix evitatis, in Cambajam, deportatus, tandemqve ad Hollandos Suratam evasit. Inde in Hollandiam, Cimbriamqve natalem, post annos XIII. continuos in Orientali transactos India, anno demum 1668., est reversus. Reducem Christianus Albertus, Dux Holsato-Gottorpiensis, in aulam suam evocavit, &, de gentibus ac locis Indiæ singulis, horumqve institutis, ea, qvorum αὐτόπτης fuerat, exponere jusso attente, cum V. C., Ad. Oleario, Bibliothecæ suæ Præfecto, auscultavit. Relationes ejus utriqve lucem visæ sunt mereri publicam, inprimis, postqvam a Georgio Andersono, Nomarchiæ Croppensis judice, in India itidem olim peregrinato, in colloqviis cum Volqvardo, Principis jussu, Oleario præsente, institutis, fuerunt confirmatæ. Calamum igitur arripuit Olearius, & Historiam itineris ac fatorum nostri, qvæ ab ipso, homine illiterato, non poterat expectari, concinnam sermone literis mandavit Germanico, ac, cum simili Andersoni Hodœporico vernaculo, libris III. comprehenso, ceu librum hujus qvartum, Slesvigæ A. 1669. *in fol.* juris fecit publici. Titulum illius, cum eodem *Itinerario* Andersoni *Orientali* Hamburgi A. 1696. *in fol.* recusæ, & lingva etiam (in qvam Joh. Henr. Glasemakerus utrumqve scriptum transfudit) Belgica Amstelodami A. 1670. in 4. editæ, integrum supra, sub Andersoni, recitavimus, nomine. Ex ista narrationem nostri de suo, qvod A. 1662. passus est, naufragio Eberh. Gvern. Happelius excerpsit, & *Tomi II. Relationum curiosarum Parti I.*, Hamburgi A. 1684. *in 4.* excusæ (*num. 83. & 84., p. 663-672.*), insertam seorsim exhibuit. Volqvardus interim, ante Itinerarii sui editionem, post brevem in patria & Batavia moram, Indiam, eodem, qvo ex ea redierat, anno 1668., Batavorum illic iterum meriturus stipendia, secunda vice adiit. V. Ad. Olearii *præfationem Hodœporici ejus.*

Cccc 2 FRAN-

(1.) teste Joach. Degeneri *Epistola ad D. Paulum ab Eitzen MSta.* (2.) l. c.

FRANCISCUS **JÜGERTUS**, Hamburgensis, J. U. Doctor Heidelbergæ A. 1589. est creatus, in civitate A. 1602. commoratus Spirensi (1.), ac Protodicasterii illius Imperialis Assessor, qvamvis Calvini in religione partes seqveretur, A. 1615. constitutus, dieqve 8. Nov. (ut voce utar forensi) præsentatus (2.).

Centuria Inauguralis Conclusionum de Pactis. Heidelbergæ 1589. in 4.

Disp. de fide Instrumentorum & testibus, *in Catalogo* memorata *Rosenkrantziano*.

Scriptum ἀνέκδοτον, Cameræ exhibitum Imperiali, in qvo (*teste Joh. Deckhero l. c.*), Calvinianos Assessorum illius Collegio excludi non posse, ostendit.

Votorum Cameralium Tomi VIII., *in fol.*] Hos MStos a se asservari Balth. Heldius, J.U. Lic. & Consiliarius aulicus Holsato-Gottorpiensis, mihi retulit.
De Collectis Tomus I., *in fol.*]

HENRICUS ANTONIUS **JUNGIUS**, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus circa A. 1698.

Disp. Jurid. Inaug. de Simulatione, Præside D. Henr. Coccejo. Trajecti ad Rhenum 1693. in 4.

HERMANNUS **JUNGIUS**, in tractu Stormariæ natus Wilstriensi, in Rostochiensi, circa A. 1638., vixit Academia, & inter Sam. Bohlii, Theologi istius ἑβραϊκωτάτε, discipulos potiores eminuit. In Bataviam postea delatus, Ecclesiæ oppidi Monchendamensis Lutheranæ, per annos 36., præfuit, & septuagenario proximus, M. Junio A. 1678., morte placida, qvam præsagiens auditoribus, in ultimo sermone publico, die Pentecostes secunda, paulo ante valedixerat, decessit. Chiliasticum ejus errorem, in scheda vernacula (Hofnung und Sinn von den letzten Zeiten) A. 1663. proditum, post Christoph. Laur. Meelführerum (3.), ipse etiam alibi (4.) jam notavi. Cætera vir fuit, uti familiarius illo usi testantur, summæ & pietatis & doctrinæ, præter Theologiam Philosophiæ etiam sanioris, & linguæ Hebrææ (qvam uxor qvoqve ac liberi, non secus ac vernaculam, callebant), aliarumqve Orientalium, a Bohlio haustarum, longe peritissimus. Doctrinæ suæ thesauros prompte, absqve invidia, communicabat, & gratis qvotidie juvenes, aliosqve discendi cupidos, lingvarum, artium, dogmatumqve Christianorum, cognitione imbuebat, ac tanto qvidem feliciori cum successu, qvod Didacticus esset eximius, ipsoqve Joh. Amoso Comenio, amico suo, superior. Intra triennium certe, aliqvot capacis ingenii discipulos ad eam perduxit lingvarum, Latinæ, Græcæ & Hebrææ, peritiam, qvam alii vix totidem sibi lustris acqvirunt, & hominibus qvoqve illiteratis, lingvæqve Latinæ ignaris, Hebræam adeo reddidit familiarem, ut V. T. libros, ista conscriptos, absqve interprete legerent. Memoriam discentium præceptis lingvarum artiumqve ediscendis non onerabat, sed, methodo usus Socratica, crebris has illi interrogationibus, assiduo styli exercitio, Autorum sedula lectione ac Analysi, versione textuum Latinorum Græca Græcorumqve Latina, & colloqviis qvotidianis sermone institutis Romano, paulatim, absqve labore tædioso, imprimebat. In Theologiæ & disciplinarum tractatione, subsidiis variis eidem succurrit Mnemonicis, a se inventis, præsertim autem versibus Alphabetico dispositis ordine, qvorum ope singula S. Codicis capita atqve commata, & ipse in numerato habebat, & aliis haud difficulter inculcabat. Πάρεργα hæc erant muneris Ecclesiastici, cujus laboribus summa vacans fide ac sollicitudine, auditores, non demegoriis solum publicis, sed privatis etiam Collegiis Biblico-Practicis, Catecheticisqve examinibus, ad veram Christianismi Theoriam pariter atqve Praxin assidue manuduxit. Ob has, qvas vocabant, innovationes, calumniis traductas variis, Consistorii Lutheranorum Amstelodamensis Assessores, litem illi moverunt, eumqve, concitatis adversus ipsum auditoribus, templi aditu arcuerunt, stipendio aliqvamdiu privarunt annuo, & ab ipso deturbare officio, sed incassum, sunt conati. Cum enim Hagæ illum, hoc fine, coram ipsis Ordinibus accusassent fœderatis, causæ ab his cognitio Reformato oppidi Mönchendamensis commissa est magistratui, qvi, perspecta Jungii innocentia, & adversarios, Amstelodamenses, & auditores, ab his irritatos, compescuit, ac, ne in posterum nocere illi possent, providit. Licet autem tot ipsi ab ejusdem secum doctrinæ sacræ præconibus, in Batavia, crearentur molestiæ, noluit tamen, ad Superintendentis qvamvis dignitatem a Principibus Saxo-Gothano & Sultzbacensi invitatus, locum mutare, sed Ecclesiæ Mönchendamensi exiguæ, ad obitum usqve, qva erat ἀυταρκείᾳ, inservire perrexit. V. de illo Frid. Breclingii, amici ipsius & adversus Synedrium Amstelodamense Synathletæ (cui pleraqve, hactenus relata, debeo), *Libertatem & potestatem Ecclesiæ vindicatam p. 27.*, *Pharisaismum detectum p. 8. 91. 92. 93.*, *Anti-Calovium, lit. G. 5. a.*, *& Catalogum testium veritatis* (*Tomo IV. Hist. Eccl. Gotfr. Arnoldi insertum*), *num. 6.*, *p. 761. 762.*

ELOGIA.

Vinc. Fabricius (in carmine ad eum, *Miscellaneis, sive Poematum libro tertio, p. 70., in editione horum Leidensi anni 1633., ac in Lipsiensi Operum omnium p. 606. 607.*, inserto) *amiculorum suorum summum* eum salutavit.

Joh. Schelhammerus, Past. Luth. Hagiensis (*in Sermone de M. Henr. Cordesio, Collega, funebri, p. 3.*), einen frommen und eifrigen Prediger.

Phil. Jac. Spenerus (*P. I.* der Theol. Bedencken, *c. II.*, *Art. II.*, *Resp. 29.*, *p. 582. 583. 587.*), scripta Jungii solida qvidem esse, monet, & emphatica, sed ob Belgicismos simul, nimiamqve styli Germanici brevitatem, obscuriora, sibiqve, & Germanis aliis, intellectu difficilia, paucosqve idcirco emptores inventura ominatur.

Frid. Breclingius, *in Friderico resurgente p. 13.*, *& Voce e Septentrione p. 68.*, eum vocat einen treuen Zeugen GOttes und der Wahrheit, *in AntiCalovio* autem, *lit. G. 5. a.*, einen freymühtigen Bekenner der Wahrheit, und rechten von GOtt gelehrten Pansophum. In *Catalogo* præterea *testium veritatis, l. c. p. 761.*, ita de illo scribit: Er war ein rechter von GOtt gelehrter Theologus, Philologus und Philosophus, und informirte, bey seinem schweren Ampte, allezeit gerne die Jugend, catechisirte mit ihnen die gantze H. Schrifft durch, hielte alle Tage Collegia Biblica, umb seinen Zuhörer zu dem vollkommenen Sinn des Geistes, auß dem gantzen Worte GOttes, beyzubringen; war so erfahren in arte memoriæ, daß er die gantze Hebräische Bibel dadurch, per methodum Alphabeticam, nach Davids Weise Ps. XXV., außwendig konte, &c.

A Gotfr. Arnoldo (*T. III. Hist. Eccl.*, *c. 15.*, *p. 149.*) veritatis, contra Christianismum degenerem, testibus itidem annumeratur.

SCRIPTA EDITA.

Optima Politica, in divinis literis lucide diffusa, breviter adumbrata, ad Frid. III., Regem Daniæ. Amstelod. 1660. in 4. Principibus commendatur a F. Breclingio, in der Ruffenden Stimme auß Mitternacht *p. 68.*

Schriftrost tot iegelifs Heyl; ofte Leere der heyligen Skrift, tot salige Verlichting en Gewißheit des Heyls, vor elck, tegen William Ames Verwirring in Verdoeming, en Bericht op diens 20. pointen tegen twee Breve; de geschreven waren, op eenes Vriendes versoeck, over der so genoemden Qvacker gevoelen. Amstelod. 1661. in 12. Scriptum Belgicum, cui Wilh. Amesius, Qvakerus (*teste Gotfr. Arnoldo, T. II. Hist. Eccl., L. 17., c. 20., p. 686.*), de Wederlegginge des Berichts Herm. Jungii reposuit, Amstelodami A. 1662. *in 4.* Belgice editam.

Bedencken

(1.) V. Joh. Wouwerii *Epistolam 34. Centuriæ II. ad Janum Gruterum.* (2.) V. Joh. Deckheri *Notas in Ordinationem Cameralem, Vindiciis juris reiqve Cameralis præfixas, p. 139. 140.* (3.) *in Disp. Inaug. de Chiliasmo veterum & recentiorum*, Giessæ A. 1678. edita, *c. 5.*, *p. 46.* (4.) *P. II. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 6.*, *§. 10.*, *p. 170.*

Bedencken über das Flensburgische Urtheil wieder Frid. Brecling, subjunctum a Breclingio Editioni secundæ *Triumphi veritatis contra Steph. Klotzium, p. 188. 189. 190.*

Hofnung und Sinn von den letzten Zeiten. Schediasma octernionis unici, Chiliasmo patrocinans, & F. Breclingii *Christo Judici*, Amstelod. A. 1663. *in 8.* edito, adjectum, de qvo in vita jam dictum est Autoris.

Dänsche Gemeent-Stichting, A. 1664. Apologia Belgica pro cœtu hominum e Dania piorum, Amstelodami degentium, qvi, cum sermones Pastorum Lutheranorum Belgicos & Germanicos, ob lingvæ utriusqve imperitiam, freqventare non possent, Ecclesiasten sibi elegerant Danicum, potestatemqve sacris suis seorsim vacandi impetrare allaborabant, sed in hoc, qvod Jungius & Breclingius approbabant, instituto a Consistorio Lutheranorum Amstelodamensi, decrementum inde suæ metuente Ecclesiæ, impediebantur. V. Breclingii *Pharisaismum detectum p. 102.*

Jungius Onschuld, op Gotfried Artus sijn Boeckschen tegen Frid. Brecling, genoomt de Eere van het *Consistorium* van Amsterdam gereddet, &c., dat, onder andern, Jungium mede beschuldiget. Amstelod. 1669. in 12. De hoc scripto Belgico, Cœtui itidem Danico, suisqve & Breclingii, in certamine de isto, adversus Synedrium Amstelodamense, actis, patrocinato, V. Breclingii *Anti-Calovium, lit. G. 5. a.*

Dobbelde Verantwoording tegen dat Consistorium to Amsterdam, en dessen Eerenredder. (*Catal.*)

INEDITA.

Versus Mnemonici, qvorum ope singula totius S. Scripturæ capita ac commata memoriæ possunt imprimi, Latino-Germanici, Alphabetico ordine, Acrostichorum instar, concinnati.

Gründl. Bericht von der rechten Theologie und Religion, und den entgegengesetzten falschen, als der Papistischen, Reformirten, &c.

Einfältige Kinder-Catechisation.

Tractat von des Glaubens und der Wercke Gerechtigkeit.

Dialogus von Hertzensfreude und Hertzeleid.

Versio nova Bibliorum Germanica, qvam ipse, M. Justus Brauius (Ecclesiastes initio Campensis, & Superint. deinde Sultzbacensis), Joh. Jac. Fabricius (Past. Zwollensis ac Sultzbacensis) & Herm. Drudius, Viri pie eruditi, inqve lingvis sacris versatissimi, e Sam. Bohlii progressi disciplina, cum in Batavia una viverent, meditati qvidem sunt, sed non absolverunt.

JOACHIMUS JUNGIUS, M. Nic. Jungii, scholæ Lubecensis Præceptoris, ex Birgitta, Joach. Holmanni, templi Cathedralis Pastoris primarii, gnata, filius, Lubecæ A. 1587., nocte diem 21. Octobris secuta, in lucem est editus, & infans adhuc Parente, A. 1589. cæde fortuita occiso, orbatus. E schola patria A. 1606, in Academiam Rostochiensem, & A. 1608. in Giessenam, profectus, in hac, seqventi 1609., non Magistri solum titulum, sed professionem etiam Matheseos publicam obtinuit. Ista anno 1614. abdicata, & triennio seqventi in patria ac Rostochii exacto, Italiam ingressus, supremos artis Medicæ honores Patavii d. 22. Dec. A. 1618. reportavit, atqve, inde in Academiam reversus Rostochiensem, huius A. 1624. (qvo nuptias etiam cum Catharina Hasemannia, conjuge sterili ac melancholica, A. 1638. extincta, celebravit) Professor factus est Mathematicus, & A. 1625. Helmstadiensis Juliæ Medicus. Qvæ cum, post menses aliqvot, bello dissiparetur Danico, Brunswigæ Praxin aliqvamdiu exercuit Medicam, &, ab A. 1626., Mathesin Rostochii iterum docuit. A. 1629. Hamburgum est evocatus, & d. 19. Martii, a Senatu, tum scholæ Johannææ (cujus se præfectura, anno jam 1640., d. 16. Jul., abdicavit), tum Gymnasii (cui ad obitum usqve præfuit), Rector, Logicesqve simul ac Physices in hoc Professor, constitutus. Septuagenarius tandem d. 23. Sept. A. 1657. vivis excessit, cum facultatum partem maximam Philosophiæ & Matheseos studiosis, ἀνέκδοτα sua editioni præparaturis, Bibliothecam autem Johanneæ Hamburgensi publicæ, in tabulis ultimæ voluntatis legasset. Vir fuit sublimis ingenii, Philosophus excellens, & in scientiis Theoreticis Mathematicisqve omnibus longe, qvam vulgus Philosophantium, accuratius versatus, ac a servitute istas Aristotelica vindicare, ab opinionum & sophismatum tricis repurgare, & ad expeditam ac Epistemonicam Apodixeos firmitatem, Matheseos opere ducere, haud infeliciter est aggressus. Vitam ejus, scripta tam edita (e qvibus ab ipso superstite publicata plerisqve posthumis, per discipulos qvosdam, nimia Præceptoris veneratione in servitutem Philosophicam, Aristotelicæ, ab illo rejectæ, haud dissimilem, denuo prolapsos, in lucem sine delectu protrusis, longe sunt accuratiora), qvam ἀνέκδοτα (maximam partem ab igne, in tristi ædium Joh. Vagetii, Prof. Hamburgensis, editionem illorum moliti, incendio, M. Majo A. 1691., consumpta), inventa & certamina, additis haud paucis eruditiorum, qvæ promeruit, elogiis, fuse Tomo hujus operis enarrabimus ultimo. Evolvi interim de istis merentur D. Mart. Fogelii, Professoris Hamburgensis, discipulorumqve ejus principis, *Historia vitæ* illius brevior, prolixiori justæqve magnitudinis, qvod pollicitus is est, de eadem Volumini præmissa, seorsimqve Hamburgi A. 1657. & Argentinæ A. 1658. *in 4.* edita, in *Memoriis* autem *Philosophorum* Henn. Wittenii, *Decade VI., p. 261-279.*, A. 1679. recusa, & *Prolegomena, Doxoscopiis* nostri *Physicis minoribus*, Hamburgi A. 1662. a se publicatis, præfixa, Mich. Kirstenii, Collegæ, *Memoria illius*, Hamburgi A. 1657. *in fol.* excusa, *Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr. Pars IVta, c. 10., §. 15. 24. 26. 27., p. 585-589. 610. 611. 615. 618. 619. 620.*, Pet. Lambecii *Orationes p. 63. 70.*, & J. F. Buddei *Tomus III. Lexici Historici Germanici, p. 241. 242.*

JOHANNES CHRISTIANUS JUNGIUS, Hamburgensis.

Narratiuncula Latina juvenilis, picturam Calumniæ Appelleam, & Lucianicam ejus descriptionem, declarans, cum Epilogo D. Rud. Capelli. Hamburgi 1682. in fol.

JOHANNES CHRISTOPHORUS JUNGIUS, Glückstadio Holsatus, Med. D. & in patria initio Practicus, deinde vero Medicus, ab A. 1709., copiarum Danicarum in Scania castrensis, A. 1710. illic defunctus.

Disp. de Coloribus objectis coloratis non inexistentibus, Præside D. W. H. Waldschmidio. Kil. 1703. in 4.

Disp. Inaug. de Consvetudinis efficacia generali in actibus vitalibus secundum naturam, & præter naturam, Præside D. Georg. Ern. Stahlio. Halæ 1705. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Germ., M. Jul. A. 1705., p. 269. 270.*

THOMAS JUNGIUS, Dithmarsus, J. U. C., & Scriba Dithmarsiæ Arctoæ, circa A. 1702., provincialis.

Disp. de convenientia & differentia Juris civilis ac Dithmarsici, Præside D. Georg. Engelbrechtio. Helmstadii 1672. in 4.

MICHAEL JÜRGENS, Lubecensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Fidejussoribus delinqventium, Præside D. Henr. Balth. Rohtio. Jenæ 1677. in 4.

K.

ANTONIUS KAHLE, J. U. Lic. & Practicus in patria Lubecensis, A. 1719. mortuus.

Disp. Jurid. Inaug. de Conditionibus, Præside D. Joh. Henr. Meyero, Erfurti 1695. in 4. V. J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 40. 41.*

JACOBUS KALDE, Pharmacopola Hamburgensis.

Dispensatorium Hamburgense, juxta qvod Medicamenta, tam Chymica, qvam Galenica, hodie usu recepta, in Officina ad insigne Cervi, dispensanda ac præparanda sunt. Hamburgi 1716. in fol.

M. ABRAHAMUS KALL, Flensburgensis, in Academia Halensi supremis Philosophiæ a Christoph. Cellario, d. 12. Jul. A. 1706., ornatus honoribus, & in Collegium receptus Orientale Theologicum, per annos complures, cum Collegis ejusdem reliqvis, editioni novæ Bibliorum V. T. Hebræorum Halensi emendatissimæ, cum Masora & Codicibus MSS. antiqvis plurimis sollicite collatæ, variisqve horum lectionibus, locis Parallelis, notisqve Philologico-Theologicis marginalibus, instructæ, ac Halæ A. 1720. in fol. 4. & 8. maj. a D. Joh. Henr. Michaelis publicatæ (1.), insudavit, oppidiqve in Marchia Brandeburgica Charlottæburgensis novelli Pastoratum A. 1709. primus obtinuit. Inde A. 1720., M. Dec., Flensburgum, ad Templi Mariani Diaconatum, revocabatur.

Disp. Theol. de perfectione partium, Præside D. Joach. Justo Breithauptio, Autore, defensa. Halæ 1704. in 4.

Disp. de Codicibus MSS. Biblico-Hebraicis, maxime Erfurtensibus, Præside Joh. Henrico Michaelis, LL. Or. Professore, proposita. Halæ 1706. in 4.

Notæ in vaticinium Ezechielis Philologico-Theologicæ, textui laudatæ Bibliorum editionis substractæ; qvas ei maximam partem deberi, Joh. Henr. Michaelis *in præf.* p. 3. not. d. gratus fatetur.

MICHAEL KAMPHERBECK, Scriptor incertæ ætatis, cujus Chronico urbis Lubecensis inedito se, cum de eadem commentaretur, esse usum, Conr. ab Höveln, *in præfat.* der Lüneburgischen Vortrefligkeit, A. 1668. est testatus. *V. P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 1., p. 431.*

JOHANNES KARGARDUS, Hoyera, tractus Tunderensis pago, Cimber.

Μέλος Græcum, Vitæ humanæ descriptionem continens, in schola Flensburgensi, moderatore M. Jac. Nesbauero, Conrectore, recitatum. Hamburgi 1626. in 4.

JOACHIMUS FRIDERICUS KARSTENS, Lubecensis, Joachimi, JCti & Syndici, ex Elisabetha a Wickeden filius, d. 20. Mart. A. 1632. in lucem editus, post reditum ex Academiis, & itinere per Galliam, Italiam, Hispaniæ partem, Belgium & Germaniam, cui A. 1654. finem imposuit, literario, J. U. D. Rostochii A. 1657. est creatus, urbisqve patriæ Secretarius M. Apr. A. 1669., Senator vero d. 21. Febr. A. 1687., electus, ac septuagenarius tandem, filiis tribus, ac, hos inter Joachimo Ludero, Protonotario Lubecensi, e conjuge susceptis, d. 23. Apr. A. 1701. extinctus. V. Vitæ ejus historiam, *in Novis Lit. Lubec., M. Majo A. 1701., p. 160.*, Henr. Rahnii, JCti Rostoch., *Programma* de eadem, *Disput. Inaugurali* A. 1657. præmissum, & En. Svantenii *Programma funebre.*

Disp. Inaug. de Decretis in contractibus minorum necessariis, Præside D. Henr. Rahnio. Rostochii 1657. in 4.

JOH. GODOFREDUS KARSTENS, Möllensis, Med. Doctor, & Practicus, ab A. 1706., Lubecensis, d. 11. Mart. A. C. 1720., ac ætatis 39., mortuus. V. Joh. Henr. a Seelen *Programma de illo funebre*, & *P. III. Athen. Lubec. p. 205-210.*

Disp. Inaug. de Ἐμπειρία rationali Medica, Præside D. Georg. Ern. Stahlio. Halæ Sax. A. 1704. in 4. V. de illa *Nova Lit. Germ., M. Apr. A. 1704., p. 146. 147., & M. Oct. p. 381.*

THOMAS FRIDERICUS KARSTENS, Lubecensis, Joachimi Friderici, J. U. Licentiati & Senatoris, filius, Joachimi autem, J. U. D. & Syndici, nepos, post curriculum studiorum, in schola patria, Academiisqve Rostochiensi, Francofurtana & Regiomontana, absolutum, a Bielckio, Comite Svecico, cohortis suæ Judex militaris, ac postea filiorum Ephorus, constitutus, Germaniam, Galliam & Bataviam, cum his peragravit. Lubecam deinde redux, urbisqve hujus patriæ Secretarius d. 28. Jan. A. 1702., Protonotarius autem & Legationum Syndicus A. 1715., electus, Hafniam, Berolinum, Trajectum, Antwerpiam, & in loca alia, sæpe Legatus abiit.

V. de illo *Nova literaria Lubecensia, M. Febr. A. 1702., p. 57.*, & Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 243. 244. 245.*

Diss. Juridica de Jure majoris partis Votorum, & Calculo Minervæ, absoluta qvidem, sed nondum edita. V. J. H. a Seelen *l. c. p. 244.*

HENRICUS KASTORP, Consul urbis Lubecensis, historiæ ejusdem scriptoribus, e qvorum Chronicis ineditis suum *de magnificentia Reip. Lubecensis* libellum (die Lübeckische Herligkeit), A. 1666. editum, congessit, a Conr. Hövelio (2.) accensetur. Duos autem Lubeca nominis hujus habuit Consules, qvorum prior, patria Westphalus, A. 1452. in Senatum est cooptatus, A. 1455. sacellum Cantorum in æde extruxit Mariana, largisqve dotavit reditibus, scholæ publicæ post reformationem assignatis, & A. 1488. obiit (3.); posterior vero, Lubecensis, ordini patriæ A. 1500. adscriptus est Senatorio, & d. 9. Oct. A. 1512. defunctus (4.). Uter horum Autor sit Chronici istius, ille haud indicavit, egoqve ignoro. Confer *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 1., p. 431.*

JOHANNES KEDINGIUS, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Cameræ, circa A. 1634., Magister, a Nicol. Scribonio (*Lib. II. Lusuum Anagrammat. Gottorp. p. 49.*) septem in nomen ejus celebratus Anagrammatis, &, in Elegidio, istis adjecto, ob juris, lingvarum ac Poeseos, peritiam; hujusqve testes Tragœdias (haud dubie ineditas), commendatus.

ANDREAS KELLINGHUSEN, Flensburgensis, Ecclesiæ in metropoli Hyberniæ Dublinensi Lutheranæ Pastor, d. $\frac{3}{14}$ Febr. A. 1707. (Angl. 1706.) constitutus, qvem, civem meum, auditorem atqve amicum longe charissimum, ac scrutatorem historiæ antiqvitatumqve Cimbriæ nostræ, & Septentrionis vicini (sicut, *in Spicilegio Hypommematum ad Alb. Bartholini Tr. de Script. Dan. p. 4. 12.*, jam indicatum), solertissimum pariter atqve felicissimum, e Chersoneso patria ad exteros migrasse doleo.

Liturgiam Hybernorum Ecclesiasticam, lingvis Anglica & Germanica (qva jam ante illa A. 1704. *in 8.* Francofurti ad Viadrum prodierat), παραλλήλως, Dublini A. 1710. in 8., sed absqve nominis sui mentione, sub hoc recudi curavit titulo: *The Book of common Prayer, and administration of the Sacraments, and other rites and ceremonies of the Church, according to the use of the Church of Ireland: Together with the Psalter or Psalms of David, pointed as they are to be sung or said in churches.*

CHRI.

(1.) V. de illa *Acta Erud. Lips., M. Febr. A. 1721., p. 49-58.* (2.) *in præf.* der Lüneburgischen Vortrefligkeit. (3.) V. Herm. Bonni *L. II. Chron. Lubec. lit. F. 2. & 3.*, ac *Chron. Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 105-108.* (4.) V. Kirchring. *l. c. p. 125.*

CHRISTOPHORUS KELLINGHUSEN, Hamburgensis (Christophori forte, urbis istius Senatoris, A. C. 1597. & æt. 87. defuncti (1.), filius), in Academia A. 1566. vixit Lovaniensi (2.), J. U. Doctor Basileæ A. 1576. est creatus, &, Comitis non multo post Ostfrisici (uti ab Ulr. Winckelio Jun., JCto, cive ejus ac cognato, accepi) factus Consiliarius, in cœlibatu ac flore ætatis obiit. Legum scientiæ literarum humaniorum haud vulgarem adjunxit peritiam, locumqve inter Poetas Cimbriæ honestum, *Poemate de rebus Joh. Ranzovii gestis Heroico*, gravi, culto atqve ingenioso, promeruit (3.). Symboli loco hoc usus est Pentametro:

Unica sis vitæ regula, Christe, meæ.

De præcipuis rebus gestis Illustris Viri, Joh. Ranzovii, Eqvitis aurati (*Archistrategi Danici*), A. 1565. defuncti, Poema Heroicum Panegyricum, libris III. comprehensum, & filio ejus, Henr. Ranzovio, Proregi Cimbrico, inscriptum. Francofurti ad Mœnum 1567. in 4. Recusum *Tomo* Syntagmatis Scriptorum Historiæ Germanicæ, a Sim. Schardio collectorum, Basileæ A. 1574. & Giessæ A. 1673. *in fol.* editi, *tertio*.

Narratio de Sepultura & exeqviis Joh. Ranzovii; in ejusdem Syntagmatis Schardiani *Tomo III.*, *p. 80. & seqq.*, Henr. Ranzovii *Sylloge Epitaphiorum, cognatis suis scriptorum*, Lipsiæ A. 1584. *in 4.* edita, *p. 51-59.*, Hier. Henningii *Genealogiis familiarum Saxoniæ, qvæ Episcopos protulere, nobilium*, Hamburgi A. 1590. *in fol.* excusis, *f. 22-26.*, & *Epistolis ad Henr. Ranzovium Consolatoriis*, a Georg. Lud. Frobenio Francofurti A. 1595. *in 8.* publicatis, *p. 39-47.*, lectoribus obvia.

Positiones Inaugurales Juridicæ de Usucapionum & præscriptionum jure. Basileæ 1576. 4.

Carmina complura, in honorem Henr. Ranzovii scripta, qvæ passim in Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzoviana*, Rostochii A. 1590., Hamburgi A. 1591. & Francofurti A. 1592., *in 4.* excusa, leguntur.

(Belli Dithmarsici, A. 1559. gesti, veram Descriptionem, sub Christiani Cilicii larva, libris II., Basileæ A. 1570. & Argentinæ A. 1574. *in 8.* editam, sæpiusqve deinde recusam, fallaci conjectura, e suo exemplari, parenti olim per Kellinghusium transmisso, manuqve ejus notato, desumpta, nostro, a Vinc. Placcio (*T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 183.*) perperam tribui, in veri Autoris, Henr. Ranzovii, Elogio fusius a nobis est ostensum.)

CHRISTOPHORUS KELLINGHUSEN Junior, Hamburgensis, J.U. Lic.

Disp. Inaug. de Cautione Mutiana. Argentinæ 1653. in 4.

HENRICUS KELLINGHUSEN, Hamburgensis, J. U. D. & Basilicæ patriæ, ab A. 1697. (d. 22. Apr.), Canonicus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 608.* Vixit A. 1716.

Disp. Juridica de Discrimine Tempestatis marinæ, Præside D. Justo Henningo Böhmero proposita. Halæ 1709. in 4. Laudatur ab Andr. Langio *in Introduct. ad notitiam Legum nauticarum, c. 1., p. 143.*

Disp. Inaug. de Origine & Usu Jurisdictionis Ecclesiasticæ. Halæ 1710. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 21.*

BARTHOLDUS KEMPE, Lubecensis, natus d. 31. Martii A. 1655., Pastor & Superintendens Parchimensis constitutus A. 1685. d. 6. Sept., a Christiano Ludovico Duce Megapolitano, cum paulo ante Theologiæ Doctoris titulum Kilonii impetrasset: cœlebs calculi doloribus d. 14. Junii A. 1691., ac ætatis 37. est extinctus. Vitæ ejus Historiam integram Joh. Wiezii, Rectoris Parchimensis, Parentatio excusa, M. Joach. Mancelii *Schediasma de Superintendentibus Parchimensibus p. 111-117.*, istudqve secuti Joh. Henrici a Seelen *Pars I. Athenarum Lubecensium p. 344. 345.*

Conf. de illo G. H. Götzii *Bibliothecam Anti-Calvinianam Lubecensium*, *§. 9.*, *p. 16. 17.* & *Nova Lit. Lubec.*, *M. Jan. A. 1705.*, *p. 7.*

Disp. Inaug., Andr. Wissowatii, Sociniani, Tractatui de Religione rationali, seu rationis usu in controversiis etiam Theologicis adhibendo, opposita, Præside D. Christ. Kortholto. Kilonii 1685. in 4.

Der selige Grund-Greiffer, sive Sermo funebris in exeqviis Dav. Grundgreiferi, Consiliarii Ducalis Megapolitani, e 1 Joh. I. 7. habitus; teste Mancelo, prodiit.

M. STEPHANUS KEMPE (cui *Gigantis* cognomen, vernaculo haud satis respondens, a Joh. Pauli Resenio (4.) tribuitur) patria, testibus utroqve Joh. Fredero ac Henr. Knaustino (5.), fuit Hamburgensis, ac Rostochii studiis sacris a D. Barth. Mollero, cive suo, aliisqve Professoribus, est initiatus, ordinem Capuccinorum ingressus monasticum, & Lutheri novissime doctrinam, qvam istic Joach. Sluterus proponebat, amplexus (6.). Inde A. 1523. (in cujus locum 1524. ab Heldwadero (7.), 1525. ab Ad. Trafsigero (8.), ejusqve compilatoribus (9.), 1532. autem, metathesi numerorum erronea, Typographi imputanda incuriæ, in mea *ad historiam Cimbricam Isagoge* (10.), perperam substituitur) in urbem patriam Hamburgensem non (uti a J. P. Resenio (11.) est traditum) aufugit, sed, sicut ipse perhibet, ob negotia qvædam excurrit, Rostochium, his expeditis, rediturus. Hamburgum delatus, in cœnobium ordinis sui, D. Mariæ Magdalenæ sacrum, se contulit, & concionibus aliqvot, doctrinam Lutheri inculcantibus, in templo ejusdem habitis, tantum civium meruit applausum, ut a curatoribus istius Laicis, ne patriam desereret, exoratus, Pastor ordinarius, ipso corporis Christi festo, A. 1523. eligeretur. Vocatione hac fretus, M. Ordonis Stifelii, Parochi Catharinæi (qvi primus A. 1521. Hamburgi in indulgentiarum imposturas cœperat invehi, simulqve Cleri tum doctrinam, tum vitam, acriter reprehenderat, sed, ætate, morbis ac persecutionibus, fractus, officio non multo post abdicato, A. 1528. vivis excessit), vestigiis alacriter institit, tantoqve ardore, facundia ac successu, dogmata Pontificia oppugnavit, & Lutherana defendit, ut plebs pene universa, relictis templis reliqvis, ad Cœnobium ejus convolaret, & ipse, hanc ob causam, ab utroqve Fredero, Joh. Ritzenbergio, & aliis, primi Ecclesiæ Hamburgensis Reformatoris sit ornatus elogio. Applausu civium in suo confirmatus instituto, Canonicorum & sacerdotum Pontificiorum (qvos inter Joh. Engelin, Theol. Lector, &, qvi isti successit, Barth. Mollerus, ipsius olim Præceptor, Henningus item Kissenbrügge, Antistes Nicolaitanus, & Henr. Wendius, Doctores Theologi, eminebant, Nicol. autem Burstorpius, Canonicus, Joach. Vischbekius, Past. Catharinæus, Augustinus a Geteln, Henr. Rensborgius, Vathammerus, Fabianus, &, qvi cæteris fuere modestiores, M. Frid. Henningus, templi Cathedr. Ecclesiastes, ac M. Henr. Schröterus, illorum seqvebantur autoritatem) odia, persecutiones, calumnias, & publicas in se, tanqvam hæreticum, invectivas, sprevit, ac solus, integro triennio, mira superavit constantia. Qvos enim postmodum, in certamine hoc, habuit Synathletas, Joh. Zegenhagius & Joh. Fritzius, A. demum 1526. Parochiis Nicolaitanæ & Jacobææ sunt præfecti. Historiam reformationis hujus Ecclesiæ Hamburgensis, a se inchoatæ, Colloqviorumqve omnium, tam privatorum cum D. Barth. Möllero, qvam publicorum, cum omnibus adversæ partis Promachis, in curia, de capitibus religionis controversis, a se ac Pa-

(1.) V. Ad. Trafsigeri Jun *Seriem Senatus Hamburg. p. 31.* (2.) *V. Ep. Dedic. Poematis de rebus gestis Joh. Ranzovii.* (3.) Conf. *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbricam, c. 14., §. 8., p. 225.* (4.) *in Luthero triumphante, lit. H. 7. b.* (5.) *in Epitaphiis & Elogiis Metricis, infra allegandis.* (6.) V. Nic. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronologicæ circuli Balthici, ad A. 1524., p. 75.* (7.) *l. c.* (8.) *in Chron. Hamb. MS.* (9.) V. Hier. Pasmanni Hamburgisch Denckmahl *p. 64.*, & alios. (10.) *P. IV., c. 10., §. 1., p. 568.* (11.) *l. c.*

Parastatis habitorum, ipse libello (de qvo postea dicetur) comprehendit peculiari, & ex illo Dav. Chytræus (1.), Abr. Scultetus (2.) ac Vitus Ludov. Seckendorfius (3.), repetierunt. De certamine cum Nicol. Burstorpio, Canonico, præ cæteris memorabili, qvæ supra, sub hujus nomine, *p. 82.*, retulimus, possunt relegi. A. 1527., festo D. Michaelis appropinqvante, Kempius, ædis Catharinææ, cui Joach. Vischbekius hactenus præfuerat, Pastor electus, Cœnobium, in qvo præcedenti vixerat qvadriennio, Magdalenæum reliqvit, vestem monasticam abjecit (4.), &, Heldvadero (5.) teste, vitæ cœlibi, ducta uxore, misit nuncium. Annus seqvens 1528., &, qvæ istum nobilitavit, Disputatio de capitibus religionis controversis, civium rogatu, & Senatus jussu, in curia, e S. Literis, publice, cum Doctoribus Pontificiis, M. Aprili, a nostro, ejusqve Parastatis, Zegenhagio ac Fritzio, eventu felici, instituta, finem certaminibus eorum contra adversarios assiduis imposuerunt. Qvi enim, ex his, dogmata sua S. Codicis autoritate tueri haud potuerant, Burstorpius, Rensborgius, Matthæus qvidam, Vathammerus & Vischbekius, urbe confestim plebiscito sunt ejecti; cæteri vero, his eruditiores atqve modestiores, Mollerus, Schröterus, Fabianus & M. Frid. Henningus (Superintendens deinde Lüneburgensis Lutheranus), sponte eandem, triduo post, reliqverunt. Disputationem excepit sacrorum Pontificiorum in omnibus templis abrogatio, ad Joh. Bugenhagii, Theologi Witebergensis, Hamburgum evocati, & Kempii, mentem a Senatu instituta. A. 1529. noster, cum Bugenhagio, Flenopolin nostram adiit, & Colloqvio, qvod istic, præsente Christiano III., Daniæ postea Rege, cum Melch. Hofmanno, Anabaptista, ac Zwinglianæ de S. Cœna sententiæ patrono, habebatur, solenni non tantum interfuit, sed collocutoris etiam partes, una cum Herm. Tastio, Parocho Husensi, sustinuit (6.). A. seqv. 1530. Lüneburgum a Senatu evocatus, sacrorum in urbe ista mutationem suo promovit consilio, & prima hodierni in Ecclesia illa ordinis jecit fundamenta (7.). Hamburgi tandem, cum XVII. illic annos docuisset, d. 23. Oct. A. 1540. est extinctus, & Joach. Westphalum in Pastoratu Catharinæo habuit successorem. Epitaphium ipsi auditores, in æde Catharinæa, prope chorum, erexerunt, qvod A. 1648., cum turris templi in istam partem a ventis deturbaretur, & fornicem superimpositum præcipitaret, singulari providentiæ divinæ, uti D. Joh. Corfinius, Pastor itidem Catharinæus (8.), censet, documento, ruinæ istius impetu haud est violatum, & hanc legendam exhibet Epigraphen (9.):

Anno 1523. Venerabilis Dominus, Stephanus Kempe, purum Dei verbum annunciare cœpit in monasterio S. Magdalenæ. A. 1527. electus est in Pastorem Parochiæ S. Catharinæ; ubi, cum fideliter præfuisset annos XIII., obiit A. 1540., d. 23. Octobris, & nunc cum Christo vivit.

Effigiem ejus Joh. Frid. Mayerus A. 1694. præfixit *Hamburgo* suo, de qvo paulo post dicetur, *Evangelico*.

Confer de illo, præter Autores jam allegatos, H. Hamelmanni *Opera Historica p. 900.*, Joh. Frederi Sen. *Poema de laudibus Hamburgi, lit. C. 3. a. b.*, Joh. Ritzenbergii *Epitaphia virorum urbis Hamburgensis celebrium, lit. E. 4. a.*, Lucæ Lossii *Epitaphia Saxoniæ inferioris p. 119.*, Ad. Tratzigeri *Chronicon Hamburgense MS., ad A. 1525. & 1527.*, Pet. Lambecii *Lib. II. Rerum Hamburg. p. 61.*, V. L. Seckendorfii *Comm. Hist. de Lutheranismo, Lib. I. Sect. 55., §. 139., p. 244. 245., & Supplementum Indicis Historici, toti operi subjuncti, num. 43.*, Georg. Haccii *Append. Serm. Germanici de Ergasterio Hamburgensi, A. 1670. editi*, J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 876. 905.*, & *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 1., p. 568. 569.*

ELOGIA.

Joh. Fredero Sen. (*l. c.*), fuisse eum, ob gravitatem, doctrinam, prudentiam & facundiam, commendanti, primumqve Ecclesiam reformasse Hamburgensem contendenti, audit

Hamburgi patriæ laus, gloria, fama salusqve.

Joach. Westphalus, Successor, in Hexasticho Epitaphio (a Luca Lossio & V. L. Seckendorfio *ll. cc* recitato), & Joh. Ritzenbergius, Secretarius Hamburgensis, in duobus Epitaphiis, Elegiaco & Sapphico, memoriæ defuncti (*l. c.*) consecratis, ad nomen utrumqve alludentes, eum, ceu fortissimum Christi, contra Pontificios, militem, corona ornandum ac laurea, celebrarunt.

Joh. Frederus Junior, Theol. Prof. Rostoch., suum ejusdem Epitaphium, *Poemati de vita Joach. Westphali Heroico* A. 1575. subjunctum, his inchoavit versibus:

Propugnare DEI pro laude paratus & acer,
Kempius, & patriæ profiteri fortiter ausus
Integra salvifici, primus, mysteria verbi,
Condidit hanc, mundo discedens, ossa sub urnam.

Henr. Knaustinus, Hamburgensis, JC. Erfurtensis, in Carmine de laudibus illius, *versioni suæ Confessionis Lutheri de Sacramento Latinæ*, A. 1539. editæ, adjecto (qvod V. L. Seckendorfius, *in Supplem. Ind. Historici, n. 43.*, recitat), his eum Jambis compellavit:

Hoc Stephane, tu, qvi cultor es DEI pius,
Fac spiritu qvoqve ingenti afferas opus!
Dudum qvod egisti: tuam qvando patriam
Vera, pia, Christoqve digna maxime
Fide refinxisti, proqve ea cum impiis
Acerrimo congressus es certamine;
Qvos, spiritu plenis libris, tandem, DEO
Dante & juvante, rubore confudisti; ut es
Miles tui fortissimus Christi. - -

Dav. Chytræus (*P. I. Chron. Sax. p. 626.*), & Abr. Scultetus (*Dec. I. Annal. Evang. renov. p. 160.*), eum *Ordone Strifelio*, qvi ante ipsum Hamburgi Pontificiis se opposuerat) *superiorem fuisse*, asserunt, *ingenio, & facundia, & animi magnitudine*.

Georg. Haccio (*l. c.*) *secundus* audit *civitatis Hamburgensis Evangelista*.

SCRIPTA SAXONICA.

Antwort up des Abts van S. Michael to Lüneborg, und sines Provestes, Provebock, an M. Frid. Hennings, und de andere Prediger dasülvest: Sampt eener Vörrede D. Joh. Bugenhagii, Edita A. 1531. in 8. V. Herm. ab Hardt *T. III. Monumentorum Autographorum Rud. Aug., Ducis Brunsvic., p. 212.*

Scripta alia contra Pontificios, ab Henr. Knaustino, in Jambis, modo recitatis, commendata.

Wahrhaftiger und korter Bericht, wor der Papen eere Messe, Predigten, und andere Ceremonien, to Hamborg sind afgekamen,

(1.) *P. I. Chronici Saxoniæ, p. 626-631.* (2.) *Decade I. Annalium Evangelii renovati, p. 160., & Decade II., p. 151. 152.* (3.) *in Comm. de Lutheranismo, Lib. I., Sect. 55., §. 139., p. 244. 245.* Conf. Gotfr. Arnoldi *T. II. Hist. Eccl., Lib. 16., c. 7., p. 69.*, & Herm. Hamelmanni (a qvo totus ejus libellus, Latine versus, exhibetur) *P. II. Hist. Eccl. Evang. renati, in Opp. Histor., p. 944-974.* (4.) V. Ad. Tratzigeri *Chron. Hamburg. MS., ad A. 1527.* (5.) *l. c., ad A. 1527., p. 80.* (6.) V. *Acta Colloqvii*, a J. Bugenhagio Wittebergæ A. 1529. edita, Christoph. Wilh. a Valla *Consignationem Actorum controv. Sacramentariæ, P. I., Sect. II., p. 21-55.*, Herm. Hamelmanni *Chron. Oldenburg., P. III., p. 344.*, Joh. Ad. Cypræi *Annales Episcc. Slesvic., Lib. 3., p. 420.*, & *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 6., §. 2., p. 131. & sqq.* (7.) V. Dav. Chytræi *P. II. Chronici Sax. p. 158.*, Abr. Sculteti *Dec. II. Annal. Evang. renov. p. 322.*, Henr. Meibomii Sen. *Bardovicum (in Opusc. Histor.) p. 150.*, Casp. Sagittarii *Memorabilia Lüneburgica, §. 108.*, Gotfr. Arnoldum *l. c., p. 68.*, & Conr. ab Höveln Lüneburgische Vortreflichkeit *p. 27.* (8.) in der Hamburgischen Thurnzierde, *p. 44.* Conf. H. Pasmannum *l. c. p. 64.* (9.) V. Theod. Anckelmanni *Inscriptiones Hamburgenses, num. 80., p. m. 29.*

lamen, und de hüdige Messe, Predigten und Ceremonien, angenommen worden; der Papisten eeren Calumnien entgegen gesettet. Historia hæc reformationis Ecclesiæ Hamburgensis Saxonica ἀνέκδοτος, qvæ Ad. Tratsigeri *Chronico Hamburgensi MSto* in plerisqve subjungitur Apographis, & a P. Lambecio (*Lib. II. Rer. Hamburg. p. 61., ac in Indice Autorum*), V. L. Seckendorfio, compendiariam, post Dav. Chytræum (*P. I. Chron. Sax. p. 626-631.*), narrationum ejus, e MSto Biblioth. Gothanæ, exhibente Synopsin (*in Comm. de Lutheranismo, Lib. I., Sect. 55., §. 139., p. 244. 245.*), V. Placcio (*T. I. Theatri Anon., c. 11., p. 466.*), J. Alb. Fabricio (*P. II. Memor. Hamburg. p. 876.*), aliisqve, laudatur, Misnica Dialecto in D. Joh. Frid. Mayeri Evangelischem Hamburg, libello Hamburgi A. 1694. *in 12.* excuso, *p. 1-156.* prodiit. Recusa est postea, accessionibus qvibusdam aucta, Hamburgi A. 1717. in 12. sub hoc titulo: **Evangelisches Hamburg, mit einem Nachrichte vom andern Lutherischem Jubel-Fest daselbst und andern Beylagen.** Latina illius versio ab Herm. Hammelmanno, *Parte II. Hist. Eccl. Evangelii renati, in Opp. Historicis*, Lemgoviæ A. 1711. *in 4.* editis, recusa, *p. 944-974.* exhibetur. Continuatio ejus MSta, Ecclesiastarum Hamburgensium sistens Catalogum, ab aliis postea ulterius pertextum, M. Joach. Degenero, Pastori Petrino Hamburgensi, in J. A. Fabricii *præfat. Partis II. Memor. Hamburg. p. 12.*, tribuitur.

Ordinatio Ecclesiastica urbis Lüneburgensis, qvam A. 1530. ab eo conscriptam esse, solus Conr. ab Höveln, in der Lüneburgischen Vortreflichkeit, *p. 27.*, innuit. Cui an tuto credi possit, dubito.

BERNHARDUS KENCKEL, Tunderensis, d. 5. Oct. A. 1655. natus, Stephani Senioris, parentis sui, in urbis patriæ Pastoratu & Præpositura, ab A. 1686. Coadjutor, &, ab A. 1691., Successor, biennio post, d. 7. Jul. A. C. 1693., & æt. 38., defunctus. V. Goth. Joh. Zwergii, Diaconi Tunderensis, Sermonem de illo, in Ecl. XLIX. 4. 5., funebrem, sub titulo der Predigtamptsgedancken, una cum Epicediis, Slesvigæ A. 1694. *in 4.* excusum.

Theses Theologicæ D. Gerh. Titii, illo Præside, Disputationibus subjectæ publicis. Helmstadii 1679. in 4. V. *Diss. seqv., c. 2., §. 4., p. 17.*

Diss. de Veritate unicæ Religionis Christianæ, & aliarum, qvæ præter hanc in mundo sunt (*Ethnicæ, Judaicæ, Muhammedanæ & naturalis*), falsitate, Præside Paulo Heigelio, Theol. Prof., proposita, Helmstadii 1681. in 4.

STEPHANUS KENCKEL Senior (qvem *Crenckelium* perperam vocavit Joh. Ben. Carpzovius (1.)), Flensburgi, d. 13. Mart. A. 1624., patre Stephano, mercatore primario, matre vero Catharina, Joh. Klöckeri, Consulis, filia, natus, scholis patria, Lubecensi, Hamburgensi ac Stadensi, freqventatis, ac itinere in Bataviam breviori finito, ex Academiis A. 1643. Juliam, A. 1645. Regiomontanam, Hafniensem, & iterum Juliam (Georg. Calixti futurus auditor pariter atqve convictor), A. 1648. Saxonico-Thuringicas & Hafniensem, A. 1649. autem Soranam & Argentinensem, adiit. In harum ultima Joh. Schmidium, hospitem suum, J. G. Dorscheum & J. C. Danhauerum, in studiis sacris habuit Præceptores, Magisterqve Philosophiæ creatus, in vicinas etiam Molshemiensem ac Basiliensem excurrit. Annum 1651., in patriam redux, apud Joach. Brocktorfium, Gartzæ & Wensini Dynastam, exegit, seqventi autem 1652., Sigfridi Rantzovii præfectus studiis, Academiam tertia vice repetiit Juliam. Vix in hanc delato a Nobilibus Schulenburgiis suarum in Marchia Brandeburgica Ecclesiarum Ephoria, a Friderico autem, Duce Holsato-Gottorpiensi, Diœceseos geminæ Tunderensis & Lugomonasteriensis Præpositura, cum urbis Tunderensis Pastoratu, offerebatur. Hanc illi, patriæ amore, noster prætulit, soceroqve suo, Bernh. Mauritio, in ea subrogatus, per octo fere lustra administravit, ac supremos interea temporis honores Theologicos, jussu Christiani Alberti, Principis, a Collegio, qvod eosdem offerebat, novellæ Academiæ Kiloniensis Theologico petiit, &, in prima omnium promotione Academica, sumptu instituta Ducali, d. 22. Jan. A. 1666., a D. Pet. Musæo, Brabevta, obtinuit. Duas duxit uxores, Annam, Bernh. Mauritii, Antecessoris, filiam, & Elisabetham, gnatam Olai Georgii, Parochi in Jutia Aschlefensis, ac M. Wolfg. Ouwii, Pastoris Johannæi Flensburgensis, viduam. Ex hac nullos, ex illa autem qvinqve sustulit liberos, filiisqve tribus cum filia unica superstitibus, nocte diem Aprilis septimum secuta, A. C. 1691., & ætatis 68., calculi confectus tormentis, opes ingentes reliqvit.

Symboli loco Gnomam hanc sacram usurpabat: *Devota oratio est certa conservatio.*

V. de vita illius Casp. Herm. Sandhagii, Superint. Duc. Holsatici, Sermonem in Act. VII. 59. 60. funebrem vernaculum, Slesvigæ, cum Epicediis, A. 1692. *in 4.* impressum, ac D. Pet. Musæi, Theologi Kiloniensis, *Programma Disputationi Inaugurali A. 1666. præmissum.* Confer Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 3., p. 21.*, & G. M. Königii *Biblioth. Vet. ac novam p. 444.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de triplici primæ Causæ efficientia, creatione, conservatione & cooperatione, Præside Joh. Homborgio, Prof. Physico. Helmstadii 1647. in 4.

Exerc. de Autoritate S. Scripturæ, & numero librorum V. T. Canonicorum, adversus Pontificios, Præside D. Georg. Calixto (*autore illius*) defensa. Helmst. A. 1648. & (cum Appendice, novitati, qva Bibliorum lectione populus prohibetur, opposita) 1654. in 4.

Panegyricus Christiano Ranzovio, S. Rom. Imp. Comiti creato, scriptus. Hafniæ 1648. in 4.

Diss. Historico-Theologica de Hæresi Novatiana, eiqve oppositis Conciliis, Carthaginensi & Romano, qva Articulus XII. Augustanæ Confessionis, qvantum ad alteram Antitheseos partem spectat, exponitur, ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Schmidio proposita. Argentinæ 1651. in 4. Commendatur a Schmidio, J. G. Dorscheo & J. C. Danhauero, *in carminibus adjectis*, Joh. Bened. Carpzovio Sen. *in Isagoge ad libros Symbolicos p. 378. 379.*, & Sev. Walth. Slutero *in Propylæo Historiæ Christianæ p. 176.*

Disp. Inaug. de JEsu Christi duabus naturis, personaliter unitis, & officio satisfactorio, Præside D. Pet. Musæo. Kilonii 1666. in 4.

II. GERMANICA.

Der geistliche Renn- und Jägermeister, S. Paulus; oder Leichpredigt über Dorothea, Henrichs von Hatten, Bürgermeisters zu Tundern, Ehfrau, aus Phil. III. 13. 14. Hamburgi 1657. in 4.

Die verliebte Seele, oder Leichpr. über Fr. Botilda Thomsens, aus Cant. III. 4. Hamb. 1659. in 4.

Der Gläubigen unverzagter Muht; oder Leichpr. über Bernhard von Bähr, Rahtsherren zu Tundern, aus Ps. XXXI. 25. Rostochii 1662. in 4.

Die Lebenskron ein grosser Lohn; oder Leichpr. über M. Joh. Esmarch, Past. zu Klicksbüll, aus Jac. I. 12. Slesvigæ 1666. in 4.

Himmelland das beste Land; oder Leichpr. über Catharina, Hans Thomsens, Bürgermeisters zu Tundern, Wittwe, aus Ps. XXVII. 13. Slesv. 1667. in 4.

(1.) *in Isagoge ad libros Ecclesiæ Luth. Symbolicos p. 379.*

Himlisches Lebensbuch, oder Leichpr. über Jürgen Jürgensen, Fürstl. Amptschreiber zu Tundern, aus Luc. X. 20. A. 1671. in 4.

Bitter-Todvertreiber, oder Leichpr. über Bertram Pogwisch, Fürstl. Amptmann zu Tundern, aus 1. Thess. IV. 13. & sqq. Ratzeburgi 1673. in 4.

Geistlicher Wanderstab, oder Leichpr. über Johann Preuß, Bürgermeistern zu Tundern, aus Ps. XXXIX. 9. & sqq. Kilonii 1674. in 4.

Gekrönte Treue, oder Leichpr. über Metta Preußinn, aus Apoc. II. 10. Slesvigæ 1674. in 4.

STEPHANUS KENCKEL Junior, Senioris, modo laudati, filius, Tunderensis, post operam sedulam studiis sacris pariter atqve profanis in Academiis Germaniæ impensam celebrioribus, professionem Oratoriam & Historico-Politicam, in novella Eqvestri, Hafniæ a Christiano V., Daniæ Rege, d. 15. Apr. A. 1692. fundata, eodem anno obtinuit, Directorqve ejus secundarius A. 1694. est constitutus. Utriqve huic muneri Academico A. 1695. valedixit, & A. 1697. telonio ad Hellespontum Danicum Helsingorensi est præfectus, posteaqve Consiliariis suis Justitiæ ac Status publici a Friderico IV. adscriptus. Vixit A. 1725.

Disp. Theologica de propositione primi & tertii generis Idiomatica 1. Pet. IV. 1., Præside D. Joh. Oleario. Lipsiæ 1687. in 4.

Inscriptio, Christiano Alberto, Duci Slesvici & Holsatiæ, civium suorum plausus, ob pacem Altonaviensem, d. 20. Jun. initam, d. 5. Jul. confirmatam, & d. 13. ejusdem plenissime restitutam, devotissima gratulatione interpretans. Hamb. 1689. in f.

JOHANNES KENTZLER, Hamburgensis, J. U. Lic., qvadragenarius in patria A. 1697. defunctus.

Disp. Jurid. de Silentio, Præside D. Henr. Coccejo. Heidelbergæ 1682. in 4.

Disp. Inaug. de Bodmeria. Aureliæ 1683. in 4.

JOHANNES KESLERUS, copiarum initio Holsato-Gottorpiensium Ecclesiastes, circa A. 1662., castrensis, deinde autem Parochus ruralis in Holsatia Sampsensis, M. Mart. A. 1675. extinctus. V. *Ep. Dedic. Funiculi triplicis.*

Ovis ruminans; das ist: Evangelische Schluß- und Reimgebetlein, auf alle Son- und Festtage des gantzen Jahres, dadurch ein Liebhaber des Wortes GOttes die angehörte Predigt kürtzlich wiederholen kan. Hamburgi 1656. & Slesvigæ 1662. in 12.

Evangelischer Wegweiser recht zu glauben, Christlich zu leben und selig zu sterben, auß den Sonn- und Festtags-Evangelien vorgestellt: Mit kurtzen, auf dieselben gerichteten, Reimgebetlein. Hamb. 1664. in 8.

Ewig Wol und ewig Weh, oder kurtzer Bericht vom Zustande der Seelen nach dem Tode. Ratzeburgi 1673. & Hamburgi 1682. in 12.

Evangelische und Epistolische dreyfache Schnur; das ist: Gründliche und schriftmäßige Erklärung der Evangelien und Episteln, auf alle Sonn-, hohe Fest- und Apostel-Tage, durchs gantze Jahr, worinn gezeiget wird, wie man recht glauben, und Christlich leben, solle, damit man auch dermahleins selig sterben könne: Nebst nützlichen memorial-Reimen und Verslein. Hamburgi A. 1675. & Lipsiæ 1704. ac 1723. in 4.

M. FRIDERICUS KETELSEN, Husensis.

Disp. Moralis de officio Parentum in liberos. Witebergæ 1686. in 4.

M. ANTONIUS KEYSER (qvi Can. Bramtio *Cæsarius* audit), primus urbis Hatherslebiensis Pastor Lutheranus, & Diœceseos ei vicinæ (in cujus Ephoria Vinc. Alberti A. 1549. illi successit), tractusqve simul Apenradensis, Præpositus, qvi A. 1537. *Ordinationem regnorum Daniæ & Norwagiæ Ecclesiasticam*, Christiani III., Regis, promulgatam auspiciis, sua, sicut prima Editio ejusdem anni Hafniensis ostendit, subscriptione, cum Antistitibus aliis, approbavit, Cimbricis, & A. 1542., uti e scripto constat mox laudando, fuit superstes.

V. Canuti Bramtii Hexastichon, qvo illum celebravit, Epitaphium, *in Næniis*, Witebergæ A. 1569. editis, *p. 12.*, & Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 3., p. 208.*

Informatio pro Parochis simplicioribus ἀνέκδοτος, in suorum usum A. 1542. ab eo conscripta, in visitatione Ecclesiarum observanda, reditusqve singularum, Heimreichio (*l. c.*) teste, recensens. MSta superfuit in M. Joh. Pouchii, Diaconi Ripensis, Bibliotheca.

JOHANNES FRIDERICUS KEYSERUS, Kilonio Holsatus, non autem (uti Val. Ern. Löscherus, mox allegandus, perperam tradidit) Giessensis, J. U. Licentiatus, & Academiæ Halensis, circa A. 1722., uti traditur, Professor: ab aliis Giessæ Juris Professor esse perhibetur.

Diss. Inaug. de Jure Principis Evangelici circa Divortia, Præside D. Justo Henningo Böhmero proposita. Halæ 1715. in 4. Huic, Matrimonium, in se & sua natura, nihil aliud esse qvam negotium civile humanum, nec aliter in foro considerari debere, asserenti, licentiæqve divortiorum audacter patrocinanti, e Theologis Lutheranis, D. Val. Ern. Löscherus, in den Unschuldigen Theologischen Nachrichten, *Sect. 6. A. 1715., p. 1028-1031.*, paucis contradixit, D. Joh. Mich. Langius autem, Ecclesiæ in Marchia Brandeburgica Prentzlovianæ Antistes, scriptum opposuit peculiare, Berolini A. 1715. *in 4.* sub hoc editum titulo: Gründlicher Beweiß, daß die Divortia oder Ehescheidungen jure naturæ verboten seyn, und nur erst nach dem Sündenfalle, im kläglichen Statu legali, ihren Platz bekommen. Schediasmati isti Langiano (de qvo *Pars XLIX.* der Gelehrten *Famæ p. 7.* conferatur) Keyserus seqvens reposuit apologeticum.

Abgenöhtigter Gegen-Beweiß, daß die Ehescheidungen in dem natürlichen und geoffenbahrtem Göttlichem Rechte nicht gäntzlich verboten, sondern auß vielen Uhrsachen erlaubet seyn, folglich auch von einer Christlichen Obrigkeit wol können, und in gewissen Fällen müssen, verstattet werden; wieder D. Joh. Mich. Langens so genanden gründlichen Beweiß &c., zu Behauptung seiner Inaugural Disputation, ans Liecht gestellet. Kilonii 1716. in 4. Sed & huic a Langio responsum est in der Göttlich triumphirenden Wahrheit seines Gründlichen Beweises, daß die Ehescheidungen jure naturæ verboten seyn, wieder J. F. Keysers, J. U. L., Abgenöhtigten Gegen-Beweiß, Berolini A. 1717. *in 4.* juris facta publici. Confer de scriptis hisce contrariis M. Mich. Henr. Reinhardi *Meletema pro Matrimonii Christiani sanctitate*, in V. E. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1717.* editum, *p. 1055. 1056.* Junctim Halæ A. 1722. *in 4.* recusa esse traduntur sub titulo: Streitschriften, die Rechte der Ehescheidung betreffend.

Summa doctrinæ de Divortiis. Halæ 1722. in 4. Defendit ea Disputationem Autoris inauguralem, contra Menckenii, Prof. Witeb., objectiones, *in Diss. de sana de jure Principis Evangelici circa Divortia doctrina* propositas.

JOHANNES CONRADUS KIEFFERUS, Kuhosii, prope Oldenburgum, Wagriæ oppidum, d. 30. Oct. A. 1644., patre cognomine, Præfecturæ Oldenburgensis scriba, natus, curriculo studiorum in Gymnasio Bremensi, Academiisqve Julia & Kiloniensi, absoluto, Parochus initio Eckensis, in agro Trittoviensi, ab A. 1676., fuit ruralis; simulqve

mulqve Christiani Alberti, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Ecclesiastes Hamburgi (ubi tunc is exulabat) domesticus. A. 1690. a Principe hoc, Gottorpium reduce, eodem evocatus, ejus, filiiqve successoris, Friderici, Concionatorem, per octennium, egit aulicum, & Consiliarium Ecclesiasticum, tandemqve A. 1698. Petro Zitzschero, in Pastoratu & Præpositura Tunderensi, successit. Obiit d. 5. Oct. A. C. 1702., & ætatis 58., cum e conjuge priori, Elisabetha, D. Conr. Schmiedlingii, Archiatri Holsatici, gnata, sex, e posteriori autem, Augusta Maria, Joh. Adolphi Beselini, Consiliarii Danici, filia, nullos sustulisset liberos.

V. de vita ejus Goth. Joh. Zwergii, Diaconi Tunderensis, Urim und Thumim des Evangelischen Priesterthums, sive Sermonem e 2. Cor. IV. 5. 6. 7. funebrem, Slesvigæ A. 1704. *in fol.* excusum, Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Historicas anni 1702. Germanicas, n. 46., p. 366. 367., Nova literaria Lubecensia, M. Nov. A. 1702., p. 341. 342.*, & Henr. Muhlii in nuptias ejus secundas *Epithalamium*, A. 1693. scriptum, *Convivioqve erudito*, in Editione anni 1693. Kiloniensi, *p. 57-80.*, subjunctum.

Disp. de Vero & falso, Præside M. Andr. Frölingio proposita. Helmst. 1665. in 4.

Per aspera ad astra, oder der seligste Leid- und Freudenwechsel Christiani Alberti, Hertzogen zu Holstein-Gottorf, d. 26. Febr. A. 1695., auß seinem Symbolo, nach Anleitung der Worte Rom. VIII. 18., in einer Leichrede vorgestellet, Slesvigæ 1695. in fol.

Die von GOtt zwar bestimmte, aber glückliche, Todesveränderung, oder Leichpredigt auß Job. XIV. 5-14., über Otto Johann von Grothusen, General Lieutenant und Commendanten in Hamburg, und Joh. Christoph. von Düring, Fürstl. Holsteinischen Obristen. Slesvigæ A. 1698. in fol. Recusa, anno eodem, in Syntagmate seqventi.

Vier sonderbahre Predigten (über Luc. XXIV. 32., Eph. V. 15. 16., Hiob XIV. 5-14. und Luc. XIX. 41. & seqq.), sampt einer Trostschrift an Herrn Otto Ranzouen, Fürstl. Holst. Hofmarschalls, Wittwe; vorhin einzeln, ietzt zusammen, gedruckt. Slesvigæ 1698. in 4. V. de iis *Nova Lit. Lubec., M. Majo A. 1698., p. 83. 84.*

M. JANUS KIELDSON, Ripensis, Chiliani Georgii, Consulis, filius, scholæ patriæ, ab A. 1623. ad 1630., Rector, Pastorqve deinceps in Scania Landskronensis, & Præpositus simul Ronnebergensis.

V. Pet. Terpagrii *Inscriptiones Ripenses p. 148.*, & Pet. Winstrupii Jun. Epigramma ad eum, *Lib. III. Epigramm. p. 979.*

Sermo funebris Danicus, in exeqviis Mettæ Hvitfeldiæ, e Ps. LXXIII. 25. 26., habitus. Hafniæ 1633. in 4.

Sermo funebris Danicus, in Elisab. Hvitfeldiæ exeqviis, e Ps. CIII. 15-19. Hafn. 1638. in 4.

FRIDERICUS CHRISTIANUS, Baro a KIELMANSEGG, Dynasta Satrupholmii, Kohövedæ & Wandesbeckæ, hæreditarius, Johannis Adolphi, Ministri (*de qvo postea dicetur*) Ducum Holsato-Gottorpiensium principis, filius, Slesvigæ primam, ni fallor, lucem aspexit. Eruditionis variæ, prudentiæqve interioris Politicæ, prima intra lares patrios jecit fundamenta, & utramqve postmodum, cum nobiliores Europæ peragraret provincias, assidua aularum freqventatione, & cum magnatibus virisqve eruditis conversatione, multipliciqve experientia, mirum in modum auxit & confirmavit. Domum reduci locus inter ædis Lubecensis Cathedralis Canonicos (qvorum A. 1705. evasit Senior) est attributus, &, non multo post, Ephoria Augusti Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Episcopiqve Lubecensis designati, iter ad exteros meditantis, a fratre Serenissimo, Christiano Alberto, commissa. Qvo in munere cum utriusqve Principis de se expectationi abunde satisfecisset, Christianus Albertus in aulam suam reverso Gottorpiensem Consiliarii primum intimi atqve Cameralis, ac deinde Vice-Præsidis, dignitates contulit amplissimas. Nec obscura spes jam affulgebat, fore, ut ab eodem ad summum aliqvando dignitatum aulicarum eveheretur fastigium, parentiqve in isto subrogaretur. Sed irritam hanc reddidere tempora, qvæ secuta sunt, & patriæ, dissidia Principum suorum intestina lugentis, tranqvillitatem turbarunt, infelicia. Qvibus cum noster Principis sui causam, parentis exemplo, justo acrius tueretur, Augustissimi Danorum Regis, Christiani V., incurrit indignationem, hujusqve jussu Hafniam A. 1676., in custodiam liberiorem, cum genitore (in illa mortuo), germanisqve duobus, est abductus. Ex ista, annuo demum post tempore, aliqva facultatum parte multato, discedendi, & in Cimbriam redeundi, a Rege, jam placato, facta est potestas. Illuc reversus, mari vitæ aulicæ turbido atqve infido valedixit, &, a Leopoldo Imperatore S. Rom. Imperii Baronibus adscriptus, ac Consiliarii Imperialis donatus titulo, Hamburgum secessit, vitam illic reliqvam in otio transacturus literario, nunqvam non negotioso. Bibliothecam enim, sumptu ingenti, collegit locupletissimam, & copia librorum vix ulli Cimbricarum secundam, horumqve lectione assidua insignem sibi paravit, cum reliqvarum Polymathiæ partium, tum historiæ omnium gentium ac seculorum, inprimis autem patriæ, peritiam. Strena, qva D. G. Morhofius A. 1674. applausum ei suum est testatus, Elegiaco-Encomiastica, in *Operibus* illius *Poeticis, Lib. III. Charitum, p. 185. 186. 187.*, est recusa. Senex Hamburgi, M. Sept. A. 1714., morbo extinctus est podagrico, a pedibus ad caput, dentesqve præsertim & maxillas, qvarum is usum decumbenti plane intercluserat, derivato, teste Autore *præfationis, Parti I. Catalogi Bibliothecæ* præmissæ. Filium reliqvit, Georgii Ludovici, Magnæ Britanniæ Regis, supremum in provinciis Germanicis stabuli Præfectum ac Cubicularium, Londini A. 1717. itidem mortuum.

Bibliothecæ ejus numerosissimæ, plura qvam 50000. complexæ volumina, Hamburgi, post obitum possessoris, auctionibus publicis distractæ compluribus, Catalogi ingentis ac vasti, in qvinqve Partes divisi, & Autorum atqve argumentorum Indicibus, aliisqve accessionibus literariis, ab editore in Proœmio promissis, illustrandi, Pars Prima, 33 constans octernionum Alphabetis, & 12703. enumerans volumina, cum Anonymi de laudibus ipsius Præfatione, Hamburgi A. 1718., Secunda autem A. 1719., & reliqvæ annis seqventibus, ibidem *in 8.*, prodierunt.

Oratiuncula, qva Principis sui in novellæ Academiæ Kiloniensis Professores affectum, in illius inauguratione, d. 5. Oct. A. 1665., est testatus, in Alex. Jul. Torqvati *Historia inaugurationis istius*, qvæ A. 1666. *in fol.* prodiit, *p. 73. 74.*, obvia.

Acta in Sachen der Herren Gebrüder von Kielmansegge, Kläger, wieder Ægidii Hennings Wittwe, Beklagte, ab eo, & fratribus, A. 1680. *in fol.* edita.

MSta complura Historica, studio elaborata proprio, qvorum aliqvot volumina in Bibliotheca ejus asservari domesticorum nonnemo mihi retulit.

JOHANNES ADOLPHUS (1.) KIELMANNUS a KIELMANSEGG Senior, Dynasta Satrupholmii, Obdorfii, Kronshagæ & Bundesbüllæ, hæreditarius, Itzehoæ, urbe Stormariæ nostræ Danica, A. 1612. (2.), d. 14. Octobris (3.), in lucem editus, Johannem, Cœnobii Virginum nobilium Itzehoensis ministrum, sive prætorem, parentem habuit (4.). Loco hoc natus humiliori, studia scholastica Lubecæ, Joh. Kirchmanni (cujus Epistolas aliqvot ad

(1.) Adamus perperam vocatur a J. F. Reimanno, *in Idea historiæ Ascaniensis p. 60.* (2.) teste Ad. Oleario, *in Panegyrico, Joh. Woweris scripto, sub fin.* (3.) teste D. G. Morhofio *in Poemate in natalem ejus Heroico, in Opp. Poet., L. 3. Charitum, p. 140.* (4.) V. Nobilis Dani *Epistolam de captivitate ejus Germanicam*, A. 1676. editam, *p. 2.*

ad eum αὐτογράφως Marqv. Gudius olim asservabat) ductu, Juridico-Politica autem in Academiis Germanicis, felici adeo, cum dotibus ingenii gauderet eximiis, tractavit successu, ut, titulo Doctoris Jenæ A. 1633. (æt. 21.) reportato, & Batavia, Gallia Germaniaqve, peragratis (1.), postqvam Advocatum in patria, Syndicumqve deinceps provincialem Slesvigo-Holsaticum, brevi egerat tempore (2.), ad summas, ope illorum, in aula Gottorpiensi, mature admodum viam sibi straverit dignitates. Consiliariis enim a Friderico, Duce Holsatico, anno jam 1636., adscriptus aulicis, sexennio, qvo Collegium hoc ad altiora festinantem detinuit, proximo variis, non ad Reges solum, Electores & Principes, sed Ferdinandum etiam III., Imperatorem, Comitiaqve Imperii Germanici Ratisbonensia, prospere, & e voto Principis, obiit legationes (3.). Cui sicut, in Ratisbonensi, A. 1640. ac 1641., jus primogenituræ in successione familiæ Ducalis Holsato-Gottorpiensis hæreditaria perpetuum (4.), titulum Serenissimi augustiorem (5.), & Academiam condendi potestatem (6.), ita sibi etiam nobilitatis hæreditariæ privilegia (a Christiano IV., Daniæ Rege, ac Principe suo, confirmata atqve aucta), locum inter S. Rom. Imperii Exemptos, Comitivæ, qvam vocant, Palatinæ honores (7.), & insignia, Herculem laureatum, clavamqve manu tenentem, cum cuneis tribus, duabusqve columnis, exhibentia (8.), a Ferdinando obtinuit. In Cimbriam redux, & Cancellarii, Consiliariiqve Cameralis, Provincialis ac intimi, sublimibus non multo post admotus officiis, Præfecturisqve insuper Barmstedensi, Reinbeccensi, Morkirchanæ, Trittoviensi & Dolradensi, annis seqventibus, datus Gubernator, Friderici Principis gratia in se ferme solum brevi derivata, summam in aula pro lubitu omnia administrandi potestatem haud difficulter, munera illius non aliis, qvam cognatis, clientibus, aut ob animi lenitatem haud nocituris, conferendo publica, sibi asseruit, ingentesqve simul & fidem ferme superantes, partim munificentia Ducum in se plus qvam regia, partim vero artibus variis aulicis, coacervavit divitias (9.). In Cœnobii Virginum nobilium Slesvicensis Johannei Præpositura Cajo successit Alefeldio, Præfecto Flensburgensi, filiumqve natu maximum, Johannem Henricum, in hac habuit successorem (10.); Præpositus autem ædis Cathedralis Hamburgensis, d. 18. Jul. A. 1650., renunciatus est in locum Christiani, Comitis a Ranzou, qvi hac ipsi dignitate, ad jacturam Præfecturæ tractus Barmstedensis, cum parte Comitatus Pinnebergici Ducali a Friderico sibi Principe venditi, compensandam, sponte cesserat (11.). A. 1658., M. Martio, ad Conventum Irenicum Hafniensem, pacis inter duos Reges Arctoos conciliandæ gratia institutum, ablegatus, itinere per glaciem freti Balthici majoris pedestri, admodum periculoso, eo festinavit, & Friderico III., Danorum Monarchæ, solutionem Principis sui, & posterorum ejus, a vasallagio, qvod vocant, sive nexu, qvoad Ducatum Slesvicensem, Feudali, Præfecturæqve Svabstedensis, ac jurisdictionis in Collegium Canonicorum Slesvicense, cessionem, vi Svecorum armata suffultus, minis belli instaurandi importunissimis, extorsit. Non enim veritus est Ministros Danicos, de duris adeo ac iniqvis postulationibus conqvestos, harumqve intuitu, spatio deliberandi petito, tergiversatos, venerationis, qvam Regi, cui nascendi sors se subjecerat, debebat, immemor, verbis insolenter alloqvi seqventibus: Ich wil Categorische Resolution in 24. Stunden haben, oder ich sende die Königliche Schwedische Ordre, die ich bey mir im Sacke trage, ohne Verzug der Armee zu, daß sie wieder rumpiren und aufs neue feindlich agiren sol (12.). Qvi Friderico Duci, A. seqv. 1659. defuncto, in ditionum regimine successit Cimbricarum, Christianus Albertus, filius, ob tot in familiam Ducalem (qvam necessitudine etiam cum Rege Sveciæ, Principibusqve Anhaltino, Hassiaco & Meclenburgico, conjugiis horum filiabus Friderici procuratis, devinxit (13.)) merita, nostrum, supremum mox regiminis, Senatus sanctioris Cameræqve, Præsidem constitutum, longe majori, ac filiali ferme, amore est prosecutus ac veneratione, nec raro a se jam decreta aut promissa per eum passus rescindi. Qvam ob causam autor *Inscriptionis in duos Septentrionis Sejanos, Pet. Schumacherum & J. A. Kielmannum*, A. 1677. editæ, incertus, Kielmannum *Principis majorennis avarum* non dubitavit appellare *tutorem*, & Constantinus Germanicus (sive Phil. Andr. Oldenburgerus), *Itinerarii Germaniæ Politici* scriptor, splendidis, qvibus eum dignatus est, elogiis hæc subjecit (14.): *Princeps ipse si qvando ad preces subditorum rescripsit, hic Minister tamen revidere solet & inqvirere, num preces veritate nitantur. De qvo si constet, ire solet ad Dominum suum, ipsumqve, rationibus propositis, rogare, ut rescriptum annullet.* Autor illi fuit præcipuus Academiæ novæ Kiloniensis (cujus condendæ potestatem Parenti, ante qvinqve lustra, a Ferdinando III., Imperatore, obtinuerat) A. 1665. erigendæ, & d. 5. Octobris pompa, in qva ab ipso, Legati & Commissarii personam sustinente Cæsarei, aliqvot memoriter recitatæ sunt Orationes, solenni inaugurandæ (15.). Ipsemet Xenodochium, in suburbio, fundasse & dotasse perhibetur, Slesvicensi. E tam sublimi dignitatum, qvibus ultra 40. hactenus annos in aula gavisus erat Gottorpiensi, plurimarum, & felicitatis summæ, culmine justissima eum tandem Christiani V., Daniæ Regis, qvem, non minus, qvam parentem Fridericum, ingratus utriusqve subditus, & Svecorum contra, Daniæ hostium, fautor perpetuus, ἀσπόνδῳ proseqvebatur odio, deturbavit indignatio. Sæpissime noster ambos hactenus Monarchas, ab anno inprimis 1654., qvo Carolus Gustavus, Rex Sveciæ, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, filiam duxit uxorem, offenderat, clam cum Svecis colludendo, hos, Danos A. 1657. bello aggressos, consilio, ope & pecunia Ducali, adjuvando, Danisqve, in isto ad incitas pene redactis, hostium auxilio, pacis conditiones, uti supra jam est narratum, præscribendo & extorqvendo iniqvissimas. Pace septentrioni restituta, simultates nihilominus inter eos ac Christianum Albertum, Principem suum, aluerat perpetuas, & huic, ut nova subinde cum Svecis, adscitis tandem in societatem etiam Hamburgensibus, contra Danos iniret fœdera, tributorum provincialium rationes turbaret pristinas, edicta, communi promulgata nomine, solus retractaret, literis Monarchas hosce vicinos, qvoties controversiæ leviores erant subortæ, asperioribus lacesseret, amicam Controversiæ cum Plönensibus Oldenburgicæ compositionem aversaretur, pactum cum Christiano V., de illa tollenda, coram Hafniæ A. 1671. initum, domum redux rescinderet, copiasqve, Svecis, Holsatiam invasuris, auxilio futuras, A. 1675. conscriberet, turbulentis persvaserat consiliis. Taceo conatus ejus in ordine Eqvestri Cimbrico a Regibus abalienando privatos, & Satyram Alex. Jul. Torqvati, Chiliarchæ Svedici, qva, sub *Visionis Jovialis* titulo, aulam contumeliose traduxit Danicam, ipsius auspiciis, sumptuqve Ducali, Slesvigæ A. 1666. publicatum, & *Inaugurationis Academiæ Kiloniensis* insertam *Historiæ*. Harum aliarumqve injuriarum, diuturna hactenus a Parente ac se toleratarum conniventia, memoriam Christiano V., Regi Danico, novæ refricabant, qvibus, M. Majo A. 1675., in comitiis Provincialibus Holsaticis, postulationi tributorum majorum æqvissimæ, a se, vim, qvam Sveci minabantur, vi bellica repulsuro, & exercitus, proprias illorum invasuri ditiones,

(1.) V. Morhofium *l. c. p. 148. 149* (2.) *V. Epist. Nobilis Dani p. 2.* (3.) V. Inscript. Epitaphii Hamburgensis, infra allegandam. (4.) V. C. Dancwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 6.* (5.) V. Morhofium *l. c. p. 157.*, & Chr. Kortholti *Ep. Dedic. Valeriani Confessoris.* (6.) V. Korth. *l. c.* (7.) V. C. Dancwerthium *l. c., P. I., c. 3., p. 17.* (8.) V Sim. Henr. Musæi *Gnomoglyphica ex his insignibus, Panegyrico, ei dicto, A. 1673. adjecta*, & Joh. Dan Majoris *Ep Dedic. Memorialis Anatomico-miscellanei.* (9.) *V. Epistolam Nobilis Dani p. 3. 4.* (10.) teste Ulr. Petræo *in Descript. urbis Slesvicensis Germanica MS., P. I., c. 8.* (11.) Confer *Catalogum Præpositorum Hamburgensium*, in Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 600.* (12.) V. *Epist. Nobilis Dani p. 5. 6.*, & confer Ad. Olearii *Compend. Chron Holst., Lib. 12., c. 15., p. 340. 341.*, ac Morhofium *l. c. p. 157. 158.* (13.) V. C. Kortholtum *l. c.* (14.) *p. 436. 437.* (15.) V. Alex Jul Torqvati *Historiam inaugurationis illius*, A. 1666. *in fol.* editam, & Anonymi *Relationem de eadem Germanicam*, in W. E. Tenzelii *Dialogis menstruis vernaculis, M. Nov. A. 1694., p. 956-968.*, recusam.

nes, ope præventuro, Ordinibus propositæ, per filios præfracte, nec sine crebris vindictæ, ab armis metuendæ Svecicis, comminationibus, obnitebatur, imo ipsa comitia, solius Ducis abusus autoritate, se inscio atqve invito, dissolvebat. Ferre istas ulterius, patientia sua toties jam denuo læsa, Monarcha juvenis ac generosus detrectabat, nostræqve Chersoneso, antequam expeditionem adversus hostes susciperet, de tranqvillitate & securitate prospecturus domestica, Christianum Albertum, Ducem, Rendesburgam, ut controversiæ inter se atqve illum amice illic componerentur, seqventi mense Junio, invitabat. In hoc conventu, cum Holsatis nulla amplius ab exercitu Svecico, per Electorem, eo ipso tempore, victo atqve fuso Brandeburgicum, speranda essent auxilia, Dux ipse, ut Regi Jura atqve loca Cimbriæ, A. 1658. vi & ope Svecorum extorta, restitueret, fœderi cum his renunciaret, & propugnacula sua eidem traderet, Kielmannus autem, ac tres ejus filii, qvos secum adduxerat, ut, se in posterum nihil contra Regem, ejusqve regna ac commoda, vel factis, vel verbis, vel scriptis, molituros, sineqve illius venia e Cimbria haud discessuros, ac, si secus qvid a se fieret, famæ & bonorum subituros dispendium, Chirographis, Juramenti loco, pollicerentur propriis, periculorum majorum metu, haud difficulter, M. Julio, sunt persvasi. Verum vix Rendesburgo Gottorpium noster reversus, Pacta Rendesburgensia, ceu vi ac metu extorta, literis, horrendas in Regem eructantibus criminationes, varia in loca ad sibi addictos ablegatis, minis, calumniis falsisqve rumoribus passim sparsis, relationibusqve maledicis Francofurti Germanice, ac Londini Anglice, editis, &, cum Rex de iis qverelas ad Ducem suas deferret, ab hoc defensis, acerbe traduxit, impugnavit, & rescindere pro virili est conatus. Principi suo, ut Consiliarios complures, amicitiæ cum Danis pristinæ svadentes redintegrationem, aliaqve consilia saniora, sed suis haud congrua, suggerentes, dimitteret, ac, velut in Ducatu haud tutus patrio, Hamburgum se reciperet, Autor erat, ipseqve, cum Consiliarii titulum intimi, qvo Danis impune nocere posset, a Regibus Ducibusqve ambivisset peregrinis, fugam, prætextu valetudinis, thermarum indigentis auxilio, adornandam, promissorum immemor, itidem jam meditabatur. Qvæ aliæqve ipsius molitiones periculosæ, cum Christiano V., Regi Daniæ, innotuissent, anno is seqventi 1676., ut turbas novas, patriæ hinc imminentes, præcaveret, illum, d. 25. Martii, una cum tribus filiis, Hafniam Slesviga captivum jussit abduci (1.), ac eidem inclusit castello, in qvo Petrus, Comes a Griffenfeld, jam asservabatur, regni Danici Cancellarius, ad perfidiam & proditionem a nostro, si Conr. Sam. Schurtzfleischium audias, seductus. Ita enim ille (2.): *In Dania Greiffenfeldius in custodiam datus est propterea qvod consilia Regis hostibus enunciavit, ac eidem domi invidiam, foris exitium, paravit. Qvod consilium multo perditissimum instruxit K., vir unus omnium Cimbrorum versutissimus, qvi, ostentato proditionis præmio, novum hominem, nullis imaginibus decorum, a Regis sui fide, pessimus certe artibus, avertit, atqve huc fortunæ deduxit, in exitiumqve conjecit.* Causas, qvibus Monarcha augustissimus, ut in custodiam nostrum, cum filiis, daret, est permotus, injurias nempe multiplices, veteres pariter atqve recentes, easqve admodum atroces, ipsi, parenti, ac utriusqve regnis, provinciis & subditis, illatas, breviterqve hactenus a nobis adumbratas, fusius, auspiciis haud dubie regiis, Scriptor exposuit Anonymus, in *Epistola* Germanica, sub hoc A. 1676. publicata titulo (3.): Sendschreiben eines Dännemarckischen vom Adel, an seinen guten Freund in Deutschland, des Fürstlichen Schleswig-Holstein-Gottorfischen Regierungs-Præsidenten, Johann Adolf Kielmanns von Kielmanseck, und seiner drey Söhne, gefängliche Hafft betreffend. A qvo, sicut & Autore incerto *Inscriptionis in duos Septentrionis Sejanos, Petrum Schumacherum, Danum, & Joh. Ad. Kielmannum, Holsatum*, A. seqv. 1677. (4.) evulgatæ, aliorum etiam idem criminum, ambitionis scilicet, *avaritiæ*, in congerendis, artium variarum aulicarum illicitarum ope, divitiis immensis, & ferme regiis, *insatiabilis, injustitiæ, peculatus, perfidiæ & ingratitudinis*, stylo mordaci insimulatur. Olaus Borrichius, *in Epigrammate in eum discordiæ satorem, carceri mandatum*, qvod Frid. Rostgaardi *Poetarum Danorum Deliciæ* (5.) exhibent, ad cognomen Kielmanni alludens, cuneo ipsum comparavit, nodum dissidiorum, inter Regem principemqve suum, feralium vere Gordium impulsu suo arctius astringenti, nodosqve in nodis nectenti, sed a gladio vindice ejecto. In castelli Hainiensis custodia trimestri tantum superstes fuit tempore, ac eodem A. C. 1676., cum Climactericum ætatis magnum jam superasset, d. 8. Julii subito expiravit, locumqve sepulturæ, qvem in æde Cathedrali Hamburgensi A. 1670. frustra sibi delegerat, ac monumento (cujus inscriptionem Joh. Alb. Fabricius (6.) recitat) Epitaphio ornaverat magnifico, in Petrina Hafniensi (7.) obtinuit. Slesvigam abductum esse a filiis cadaver ejus, ibiqve sepultum, traditur ab Andr. Hoyero, plura de morte illius, qvam veneno hausto rumor imputabat publicus, subita narrante, in den Dännemärckischen Geschichten *p. 540. 541.*

E filiis tribus, anno seqventi 1677., e custodia a Christiano V., Daniæ Rege, dimissis, & paulo post a Leopoldo Imperatore in Baronum evectis ordinem, ac Consiliariis suis aulicis Imperialibus adscriptis, natu maximus, Johannes Henricus, Dynasta Satrupholmensis, Cronshagensis & Qvarnebeckensis, Christiani Alberti initio, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius fuit intimus ac Provincialis, simulqve Præfecturæ Gottorpiensis Satrapa, Canonicus Lubecensis, ac Cœnobii Johannei Slesvicensis Præpositus, deinde vero Monarchæ Danici, modo laudati, Senator intimæ admissionis, supremusqve Commissarius bellicus, ac A. 1686., relicto suis ingenti ære alieno, obiit. De secundo, Friderico Christiano, jam est dictum. Tertius, Johannes Adolphus, Toparcha Satrupholmensis, supremus olim Christiani Alberti, Ducis Holsatici, Cubicularius, Canonicusqve Lubecensis, e custodia dimissus Hafniensi, in civitate Husensi otio vitæ privatæ se oblectavit literario. Filia unica Johanni Samueli Heistermanno a Zielberg, Consiliario Holsato-Gottorpiensi intimo atqve aulico, ac Eiderstadiæ ab A. 1651. Præsidi, a parente est elocata.

Imago nostri (Symbolo: *Prudenter & sincere;* Morhofio teste (8.), delectati), æri insculpta, præfixa est Alex. Jul. Torqvati *Historiæ Inaugurationis Academiæ Kiloniensis*, Slesvici A. 1666. *in fol.* editæ, &, una cum insignibus, in numismatis qvoqve spectatur, in ejus honorem cusis, argenteo pariter atqve aureo. E qvibus posterius, sibi donatum, D. G. Morhofius Elegia celebravit peculiari (9.), & octo Ducatos suo æqvare pondere comperi.

Mortuus nullos, superstes plurimos, ex ordine inprimis Academiæ Kiloniensis, sibi cognominis, Professorio, Encomiastas habuit, cultum ei suum Orationibus Carminibusqve Panegyricis, aut Epistolis Dedicatoriis, non sine adulatione in nimiis laudibus in Patronum hunc congerendis effusa, testatos. Eminet inter reliqvos Dan. Georg. Morhofius, in cujus *Operibus Poeticis Latinis*, Lubecæ A. 1697. *in 8.* junctim excusis, Carmina, qvæ huc spectant, se offerunt seqventia, omnia fere seorsim etiam antehac edita:

1. Prosphonema prolixum Heroicum in natalem ejus, A. 1667. scriptum, *Libro III. Charitum, p. 131-165.*
2. Elegia in nummum aureum, ejus insignitum imagine, sibiqve donatum, *ib. p. 165-168.*
3. Poemation in torqvem illius aureum, Friderici III., Regis Daniæ, munus, *ib. p. 169-174.*
4. Nænia funeralis in Annum 1668. exspirantem, Lusus Epigraphicus ad illum, *ib. p. 174-179.*

(1.) V. Joh. Laurentii Logregister über Christ. V., Königs in Dennemarck, Lebens- und Regierungsgeschichte, *p. 85. 86.* (2.) *Epist. 341. ad Henr. Bar. a Frisen* (d. 31. Maji A. 1676. exarata), *p. 487. 488.* (3.) *in 4.* Recusa *Tomo 33. Diar. Europ.* (4.) *in 4.* (5.) *T. II., p. 547.* (6.) *in Append. Inscript. Hamburg. Theod. Anckelmanni, n. 122., p. 38.* (7.) teste Autore des Historischen Kerns, ad A. 1676. (8.) *loco sup. citato, p. 154.* (9.) V. illam *in Opp. Poet., Lib. III. Charitum, p. 165-168.*

ad eum αὐτόγραφος Marqv. Gudius olim asservabat) ductu, Juridico-Politica autem in Academiis Germanicis, felici adeo, cum dotibus ingenii gauderet eximiis, tractavit successu, ut, titulo Doctoris Jenæ A. 1633. (æt. 21.) reportato, & Batavia, Gallia Germaniaqve, peragratis (1.), postqvam Advocatum in patria, Syndicumqve deinceps provincialem Slesvigo-Holsaticum, brevi egerat tempore (2.), ad summas, ope illorum, in aula Gottorpiensi, mature admodum viam sibi straverit dignitates. Consiliariis enim a Friderico, Duce Holsatico, anno jam 1636., adscriptus aulicis, sexennio, qvo Collegium hoc ad altiora festinantem detinuit, proximo varias, non ad Reges solum, Electores ac Principes, sed Ferdinandum etiam III., Imperatorem, Comitiaqve Imperii Germanici Ratisbonensia, prospere, & e voto Principis, obiit legationes (3.). Cui sicut, in Ratisbonensi, A. 1640. ac 1641., jus primogenituræ in successione familiæ Ducalis Holsato-Gottorpiensis hæreditaria perpetuum (4.), titulum Serenissimi augustiorem (5.), & Academiam condendi potestatem (6.), ita sibi etiam nobilitatis hæreditariæ privilegia (a Christiano IV., Daniæ Rege, ac Principe suo, confirmata atqve aucta), locum inter S. Rom. Imperii Exemptos, Comitivæ, qvam vocant, Palatinæ honores (7.), & insignia, Herculem laureatum, clavamqve manu tenentem, cum cuneis tribus, duabusqve columnis, exhibentia (8.), a Ferdinando obtinuit. In Cimbriam redux, & Cancellarii, Consiliariiqve Cameralis, Provincialis ac intimi, sublimibus non multo post admotus officiis, Præfecturisqve insuper Barmstedensi, Reinbeccensi, Morkirchanæ, Trittoviensi & Dolradensi, annis seqventibus, datus Gubernator, Friderici Principis gratia in se ferme solum brevi derivata, summam in aula pro lubitu omnia administrandi potestatem haud difficulter, munera illius non aliis, qvam cognatis, clientibus, aut ob animi lenitatem haud nocituris, conferendo publica, sibi asseruit, ingentesqve simul & fidem ferme superantes, partim munificentia Ducum in se plus qvam regia, partim vero artibus variis aulicis, coacervavit divitias (9.). In Cœnobii Virginum nobilium Slesvicensis Johanneï Præpositura Cajo successit Alefeldio, Præfecto Flensburgensi, filiumqve natu maximum, Johannem Henricum, in hac habuit successorem (10.); Præpositus autem ædis Cathedralis Hamburgensis, d. 18. Jul. A. 1650., renunciatus est in locum Christiani, Comitis a Ranzou, qvi hac ipsi dignitate, ad jacturam Præfecturæ tractus Barmstedensis, cum parte Comitatus Pinnebergici Ducali a Friderico sibi Principe venditi, compensandam, sponte cesserat (11.). A. 1658., M. Martio, ad Conventum Irenicum Hafniensem, pacis inter duos Reges Arctoos conciliandæ gratia institutum, ablegatus, itinere per glaciem freti Balthici majoris pedestri, admodum periculoso, eo festinavit, & Friderico III., Danorum Monarchæ, solutionem Principis sui, & posterorum ejus, a vasallagio, qvod vocant, sive nexu, qvoad Ducatum Slesvicensem, Feudali, Præfecturæqve Svabstedensis, ac jurisdictionis in Collegium Canonicorum Slesvicense, cessionem, vi Svecorum armata suffultus, minis belli instaurandi importunissimis, extorsit. Non enim veritus est Ministros Danicos, de duris adeo ac iniqvis postulationibus conqvestos, harumqve intuitu, spatio deliberandi petito, tergiversatos, venerationis, qvam Regi, cui nascendi sors se subjecerat, debebat, immemor, verbis insolenter alloqvi seqventibus: Ich wil Categorische Resolution in 24. Stunden haben, oder ich sende die Königliche Schwedische Ordre, die ich bey mir im Sacke trage, ohne Verzug der Armee zu, daß sie wieder rumpiren und aufs neue feindlich agiren sol (12.). Qvi Friderico Duci, A. seqv. 1659. defuncto, in ditionum regimine successit Cimbricarum, Christianus Albertus, filius, ob tot in familiam Ducalem (qvam necessitudine etiam cum Rege Sveciæ, Principibusqve Anhaltino, Hassiaco & Meclenburgico, conjugiis horum filiabus Friderici procuratis, devinxit (13.)) merita, nostrum, supremum mox regiminis, Senatus sanctioris Cameræqve, Præsidem constitutum, longe majori, ac filiali ferme, amore est prosecutus ac veneratione, nec raro a se jam decreta aut promissa per eum passus rescindi. Qvam ob causam autor *Inscriptionis in duos Septentrionis Sejanos, Pet. Schumacherum & J. A. Kielmannum*, A. 1677. editæ, incertus, Kielmannum *Principis majorennis avarum* non dubitavit appellare *tutorem*, & Constantinus Germanicus (sive Phil. Andr. Oldenburgerus), *Itinerarii Germaniæ Politici* scriptor, splendidis, qvibus eum dignatus est, elogiis hæc subjecit (14.): *Princeps ipse si qvando ad preces subditorum rescripsit, hic Minister tamen revidere solet & inqvirere, num preces veritate nitantur. De qvo si constet, ire solet ad Dominum suum, ipsumqve, rationibus propositis, rogare, ut rescriptum annullet.* Autor illi fuit præcipuus Academiæ novæ Kiloniensis (cujus condendæ potestatem Parenti, ante qvinqve lustra, a Ferdinando III., Imperatore, obtinuerat) A. 1665. erigendæ, & d. 5. Octobris pompa, in qva ab ipso, Legati & Commissarii personam sustinente Cæsarei, aliqvot memoriter recitatæ sunt Orationes, solenni inaugurandæ (15.). Ipsemet Xenodochium, in suburbio, fundasse & dotasse perhibetur, Slesvicensi. E tam sublimi dignitatum, qvibus ultra 40. hactenus annos in aula gavisus erat Gottorpiensi, plurimarum, & felicitatis summæ, culmine justissima eum tandem Christiani V., Daniæ Regis, qvem, non minus, qvam parentem Fridericum, ingratus utriusqve subditus, & Svecorum contra, Daniæ hostium, fautor perpetuus, ἀσπόνδῳ proseqvebatur odio, deturbavit indignatio. Sæpissime noster ambos hactenus Monarchas, ab anno inprimis 1654., qvo Carolus Gustavus, Rex Sveciæ, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, filiam duxit uxorem, offenderat, clam cum Svecis colludendo, hos, Danos A. 1657. bello aggressos, consilio, ope & pecunia Ducali, adjuvando, Danisqve, in isto ad incitas pene redactis, hostium auxilio, pacis conditiones, uti supra jam est narratum, præscribendo & extorqvendo iniqvissimas. Pace septentrioni restituta, simultates nihilominus inter eos ac Christianum Albertum, Principem suum, aluerat perpetuas, & huic, ut nova subinde cum Svecis, adscitis tandem in societatem etiam Hamburgensibus, contra Danos iniret fœdera, tributorum provincialium rationes turbaret pristinas, edicta, communi promulgata nomine, solus retractaret, literis Monarchas hosce vicinos, qvoties controversiæ leviores erant subortæ, asperioribus lacesseret, amicam Controversiæ cum Plönensibus Oldenburgicæ compositionem aversaretur, pactum cum Christiano V., de illa tollenda, coram Hafniæ A. 1671. initum, domum redux rescinderet, copiasqve, Svecis, Holsatiam invasuris, auxilio futuras, A. 1675. conscriberet, turbulentis persvaserat consiliis. Taceo conatus ejus in ordine Eqvestri Cimbrico a Regibus abalienando privatos, & Satyram Alex. Jul. Torqvati, Chiliarchæ Svedici, qva, sub *Visionis Jovialis* titulo, aulam contumeliose traduxit Danicam, ipsius auspiciis, sumptuqve Ducali, Slesvigæ A. 1666, publicatum, & *Inaugurationis Academiæ Kiloniensis* insertam *Historiæ*. Harum aliarumqve injuriarum, diuturna hactenus a Parente ac se toleratarum conniventia, memoriam Christiano V., Regi Danico, novæ refricabant, qvibus, M. Majo A. 1675., in comitiis Provincialibus Holsaticis, postulationi tributorum majorum æqvissimæ, a se, vim, qvam Sveci minabantur, vi bellica repulsuro, & exercitus, proprias illorum invasuri ditiones,

(1.) V. Morhofium *l. c. p. 148. 149* (2.) *V. Epist. Nobilis Dani p. 2.* (3.) V. Inscript. Epitaphii Hamburgensis, infra allegandam. (4.) V. C. Danckwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 6.* (5.) V. Morhofium *l. c. p. 157.*, & Chr. Kortholti *Ep. Dedic. Valeriani Confessoris.* (6.) V. Korth. *l. c.* (7.) V. C. Danckwerthium *l. c., P. I., c. 3., p. 17.* (8.) V Sim. Henr. Musæi *Gnomoglyphica ex his insignibus, Panegyrico, ei dicto, A. 1673. adjecta*, & Joh. Dan Majoris *Ep. Dedic. Memorialis Anatomico-miscellanei.* (9.) *V. Epistolam Nobilis Dani p. 3. 4.* (10.) teste Ulr. Petræo *in Descript. urbis Slesvicensis Germanica MS., P. I., c. 8.* (11.) Confer *Catalogum Præpositorum Hamburgensium, in* Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 600.* (12.) V. *Epist. Nobilis Dani p. 5. 6.*, & confer Ad. Olearii *Compend. Chron. Holst., Lib. 12., c. 15., p. 340. 341.*, ac Morhofium *l. c. p. 157. 158.* (13.) V. C. Kortholtum *l. c.* (14.) *p. 436. 437.* (15.) V. Alex. Jul. Torqvati *Historiam inaugurationis illius*, A. 1666. *in fol.* editam, & Anonymi *Relationem de eadem Germanicam*, in W. E. Tenzelii *Dialogis menstruis vernaculis, M. Nov. A. 1694., p. 956-968.*, recusam.

nes, ope præventuro, Ordinibus propositæ, per filios præfracte, nec sine crebris vindictæ, ab armis metuendæ Svecicis, comminationibus, obnitebatur, imo ipsa comitia, solius Ducis abusus autoritate, se inscio atqve invito, dissolvebat. Ferre istas ulterius, patientia sua toties jam denuo læsa, Monarcha juvenis ac generosus detrectabat, nostræqve Chersoneso, anteqvam expeditionem adversus hostes susciperet, de tranqvillitate & securitate prospecturus domestica, Christianum Albertum, Ducem, Rendesburgam, ut controversiæ inter se atqve illum amice istic componerentur, seqventi mense Junio, invitabat. In hoc conventu, cum Holsatis nulla amplius ab exercitu Svecico, per Electorem, eo ipso tempore, victo atqve fuso Brandeburgicum, speranda essent auxilia, Dux ipse, ut Regi Jura atqve loca Cimbriæ, A. 1658. vi & ope Svecorum extorta, restitueret, fœderi cum his renunciaret, & propugnacula sua eidem traderet, Kielmannus autem, ac tres ejus filii, qvos secum adduxerat, ut, se in posterum nihil contra Regem, ejusqve regna ac commoda, vel factis, vel verbis, vel scriptis, molituros, sineqve illius venia e Cimbria haud discessuros, ac, si secus qvid a se fieret, famæ & bonorum subituros dispendium, Chirographis, Juramenti loco, pollicerentur propriis, periculorum majorum metu, haud difficulter, M. Julio, sunt persvasi. Verum vix Rendesburgo Gottorpium noster reversus, Pacta Rendesburgensia, ceu vi ac metu extorta, literis, horrendas in Regem eructantibus criminationes, varia in loca ad sibi addictos ablegatis, minis, calumniis falsisqve rumoribus passim sparsis, relationibusqve maledicis Francofurti Germanice, ac Londini Anglice, editis, &, cum Rex de iis qverelas ad Ducem suas deferret, ab hoc defensis, acerbe traduxit, impugnavit, & rescindere pro virili est conatus. Principi suo, ut Consiliarios complures, amicitiæ cum Danis pristinæ svadentes redintegrationem, aliaqve consilia saniora, sed suis haud congrua, suggerentes, dimitteret, ac, velut in Ducatu haud tutus patrio, Hamburgum se reciperet, Autor erat, ipseqve, cum Consiliarii titulum intimi, qvo Danis impune nocere posset, a Regibus Ducibusqve ambivisset peregrinis, fugam, prætextu valetudinis, thermarum indigentis auxilio, adornandam, promissorum immemor, itidem jam meditabatur. Qvæ aliæqve ipsius molitiones periculosæ, cum Christiano V., Regi Daniæ, innotuissent, anno is seqventi 1676., ut turbas novas, patriæ hinc imminentes, præcaveret, illum, d. 25. Martii, una cum tribus filiis, Hafniam Slesviga captivum jussit abduci (1.); ac eidem inclusit castello, in qvo Petrus, Comes a Griffenfeld, jam asservabatur, regni Danici Cancellarius, ad perfidiam & proditionem a nostro, si Conr. Sam. Schurtzfleischium audias, seductus. Ita enim ille (2.): *In Dania Greiffenfeldius in custodiam datus est, propterea qvod consilia Regis hostibus enunciavit, ac eidem domi invidiam, foris exitium, paravit. Qvod consilium multo perditissimum instruxit K., vir unus omnium Cimbrorum versutissimus, qvi, ostentato proditionis præmio, novum hominem, nullis imaginibus decorum, a Regis sui fide, pessimis certe artibus, avertit, atqve huc fortunæ deduxit, in exitiumqve conjecit.* Causas, qvibus Monarcha augustissimus, ut in custodiam nostrum, cum filiis, daret, est permotus, injurias nempe multiplices, veteres pariter atqve recentes, easqve admodum atroces, ipsi, parenti, ac utriusqve regnis, provinciis & subditis, illatas, breviterqve hactenus a nobis adumbratas, fusius, auspiciis haud dubie regiis, Scriptor exposuit Anonymus, in *Epistola* Germanica, sub hoc A. 1676. publicata titulo (3.): **Sendschreiben eines Dännemarckischen vom Adel, an seinen guten Freund in Deutschland, des Fürstlichen Schleswig-Holstein-Gottorfischen Regierungs-Præsidenten, Jo**hann Adolf Kielmanns **von Kielmanseck, und seiner drey Söhne, gefängliche Hafft betreffend.** A qvo, sicut & Autore incerto *Inscriptionis in duos Septentrionis Sejanos, Petrum Schumacherum, Danum, & Joh. Ad. Kielmannum, Holsatum*, A. seqv. 1677. (4.) evulgatæ, aliorum etiam idem criminum, ambitionis scilicet, *avaritiæ*, in congerendis, artium variarum aulicarum illicitarum ope, divitiis immensis, & ferme regiis, *insatiabilis, injustitiæ, peculatus, perfidiæ & ingratitudinis*, stylo mordaci insimulatur. Olaus Borrichius, *in Epigrammate in eum discordiæ satorem, carceri mandatum*, qvod Frid. Rostgaardi *Poetarum Danorum Deliciæ* (5.) exhibent, ad cognomen Kielmanni alludens, cuneo ipsum comparavit, nodum dissidiorum, inter Regem principemqve suum, feralium vere Gordium impulsu suo arctius astringenti, nodosqve in nodis nectenti, sed a gladio vindice ejecto. In castelli Hafniensis custodia trimestri tantum superstes fuit tempore, ac eodem A. C. 1676., cum Climactericum ætatis magnum jam superasset, d. 8. Julii subito expiravit, locumqve sepulturæ, qvem in æde Cathedrali Hamburgensi A. 1670. frustra sibi delegerat, ac monumento (cujus inscriptionem Joh. Alb. Fabricius (6.) recitat) Epitaphio ornaverat magnifico, in Petrina Hafniensi (7.) obtinuit. Slesvigam abductum esse a filiis cadaver ejus, ibiqve sepultum, traditur ab Andr. Hoyero, plura de morte illius, qvam veneno hausto rumor imputabat publicus, subita narrante, **in den Dännemärckischen Geschichten** *p. 540. 541.*

E filiis tribus, anno seqventi 1677., e custodia a Christiano V., Daniæ Rege, dimissis, & paulo post a Leopoldo Imperatore in Baronum evectis ordinem, ac Consiliariis suis aulicis Imperialibus adscriptis, natu maximus, Johannes Henricus, Dynasta Satrupholmensis, Cronshagensis & Qvarnebeckensis, Christiani Alberti initio, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius fuit intimus ac Provincialis, simulqve Præfecturæ Gottorpiensis Satrapa, Canonicus Lubecensis, ac Cœnobii Johannei Slesvicensis Præpositus, deinde vero Monarchæ Danici, modo laudati, Senator intimæ admissionis, supremusqve Commissarius bellicus, ac A. 1686., relicto suis ingenti ære alieno, obiit. De secundo, Friderico Christiano, jam est dictum. Tertius, Johannes Adolphus, Toparcha Satrupholmensis, supremus olim Christiani Alberti, Ducis Holsatici, Cubicularius, Canonicusqve Lubecensis, e custodia dimissus Hafniensi, in civitate Husensi otio vitæ privatæ se oblectavit literario. Filia unica Johanni Samueli Heistermanno a Zielberg, Consiliario Holsato-Gottorpiensi intimo atqve aulico, ac Eiderstadiæ ab A. 1651. Præsidi, a parente est elocata.

Imago nostri (Symbolo: *Prudenter & sincere;* Morhofio teste (8.), delectati), æri insculpta, præfixa est Alex. Jul. Torqvati *Historiæ Inaugurationis Academiæ Kiloniensis*, Slesvici A. 1666. *in fol.* editæ, &, una cum insignibus, in numismatis qvoqve spectatur, in ejus honorem cusis, argenteo pariter atqve aureo. E qvibus posterius, sibi donatum, D. G. Morhofius Elegia celebravit peculiari (9.), & octo Ducatos suo æqvare pondere comperi.

Mortuus nullos, superstes plurimos, ex ordine inprimis Academiæ Kiloniensis, sibi cognominis, Professorio, Encomiastas habuit, cultum ei suum Orationibus Carminibusqve Panegyricis, aut Epistolis Dedicatoriis, non sine adulatione in nimiis laudibus in Patronum hunc congerendis effusa, testatos. Eminet inter reliqvos Dan. Georg. Morhofius, in cujus *Operibus Poeticis Latinis*, Lubecæ A. 1697. *in 8.* junctim excusis, Carmina, qvæ huc spectant, se offerunt seqventia, omnia fere seorsim etiam antehac edita:

1. Prosphonema prolixum Heroicum in natalem ejus, A. 1667. scriptum, *Libro III. Charitum, p. 135-165.*
2. Elegia in nummum aureum, ejus insignitum imagine, sibiqve donatum, *ib. p. 165-168.*
3. Poemation in torqvem illius aureum, Friderici III., Regis Daniæ, munus, *ib. p. 169-174.*
4. Nænia funeralis in Annum 1668. exspirantem, Lusus Epigraphicus ad illum, *ib. p. 174-179.*

(1.) V. Joh. Laurentii **Togregister über** Christ. V., **Königs in Dennemarck, Lebens- und Regierungsgeschichte**, *p. 85. 86.* (2.) *Epist. 341. ad Henr. Bar. a Frisen* (d. 31. Maji A. 1676. exarata), *p. 487. 488.* (3.) *in 4.* Recusa *Tomo 33. Diar. Europ.* (4.) *in 4.* (5.) *T. II., p. 547.* (6.) *in Append. Inscripti. Hamburg. Theod. Anckelmanni, n. 122., p. 38.* (7.) teste Autore **des Historischen Remus**, ad A. 1676. (8.) *loco sup. citato, p. 154.* (9.) V. illam *in Opp. Poet., Lib. III. Charitum, p. 165-168.*

5. Elegia ad eum e Gambriviis ad Cimbros reducem, *ib. p. 179-182.*
6. Gratulatio Alcaica de restituta valetudine, *ib. p. 182. 183. 184.*
7. Epigramma de inscriptione monumenti funeralis, *ib. p. 185.*
8. Epigramma Dedicatorium, Veneribus antiqvis præfixum, *p. 254.*
9. Epigramma Dedicatorium Primitiarum Parnassi Kiloniensis, *p. 582. 583.*
10. IV. Epigrammata & Anagrammata ad illum, Legatum in Acad. Kiloniensis inauguratione Cæsareum, *in Primitiis istis, p. 585-588.*
11. Duo Epigrammata in ejus effigiem, *ib. p. 596. 597.*
12. Pegasus pro strena illi oblatus, *ib. p. 606-609.*
13. Epigramma ad eum, Phosphorum Cimbricum, Soli suo tædas accendentem nuptiales, *in Autoschediasmatis Poeticis, p. 622. 623.* His addantur
14. Oda ad eum, in civitatem A. 1669. delatum Kiloniensem, vernacula, *Parte I. Poem. German., p. 46-49.,* obvia.
15. Programma LXXXVIII., Sim. Henr. Musæi *Panegyrico, ei dicto,* A. 1673. præmissum, & *Orationum* (in qvarum *prima p. 13.*, & *tertia p. 78.*, itidem celebratur), Hamburgi A. 1698. excusarum, *Appendici, p. 945-950.*, insertum.
Morhofianis succedant schediasmatis:
1. Frid. Joh. Gloxini, Consiliarii Holsatici, Alloqvium ad eum Encomiasticum, Slesvigæ A. 1665. *in fol.* editum.
2. Hier. Prætorii Hamburgensis, scholæ Cellensis Rectoris, Laurus Kielmannia 1665. in f.
3. Sim. Henr. Musæi, Acad. Kilon. JCti, Panegyricus, ei dictus, cui accedunt Gnomoglyphica, ex gentilitiis ejusdem insignibus deducta, & Aphorismis Politicis illustrata; Kilonii 1673. in 4.
4. Epistolæ Dedicatoriæ, qvibus illi A. 1655. Lamp. Alardus *Librum I. Poematis regii Davidici,* A. 1666. Christ. Kortholtus *Valerianum Confessorem,* A. 1675. idem *Commentarium in Justinum Martyrem,* A. 1666. Sam. Rachelius *Disp. Inaug. de Duellis,* & Henn. Henningi *Muhammedanum precantem,* A. 1667. Ad. Olearius *Panegyricum, Joh. Wouwerio scriptum,* A. 1669. Joh. Dan. Major *Memoriale Anatomico-miscellaneum,* Ad. Tribbechovius *Exercitationes Anti-Baronianas,* & Joach. Rachelius *Panegyrin Epigrammatum Menippeam,* aliisqve temporibus alii ferme innumeri, fœtus suos literarios inscripserunt.

Joh. Kirchmanni, Præceptoris, Epistola ad eum gratulatoria, A. 1638. exarata, Parte IV. Athen. Lubec. Joh. Henr. a Seelen, c. 14., p. 278. 279. 280., prodiit.

Conferantur Casp. Danckwerthius, *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 6., & c. 3. p. 17.*, Alex. Jul. Torqvatus *in Declamat. Panegyrica, Historiæ inaugurationis Acad. Kilon. præfixa, p. 40. 50.*, Constant. Germanicus *in Itinerario Germaniæ Politico p. 436. 437.*, Jac. Henr. Pauli (Epigramma in ejus exhibens effigiem) *in Libello Epigrammatum promiscuorum p. 36.*, Pet. Poiretus, *in Vita Ant. Bourignoniæ Gallica p. 130.*, &, qvi hunc seqvitur, Gottfr. Arnoldus, *T. III. Hist. Eccl., c. 16., p. 163.* (a qvibus, ob mansvetum erga Bourignoniam animum, *Lapidis* ejus *Lydii* approbationem, & indignationem contra Ecclesiastas Holsaticos, ejusdem adversarios, commendatur), Autor *Præfationis, Parti I. Catalogi Bibliothecæ filii ejus, Friderici Christiani,* A. 1718. præmissæ, aliiqve plures, passim mentionem illius injicientes honorificam.

ELOGIA paucula, ex his, aliisqve, excerpta.

Christ. Kortholtus, *in Ep. Dedic. Valeriani Confessoris,* fuse eum, A. 1666., cum Mæcenate comparavit, ingeniumqve præterea illius, eruditionem omnigenam, & eloqventiam Tullianæ æmulam, celebravit.

Joh. Dan. Major, *in Memoria Horti Medici Kiloniensis initiati p. 3., summum* eum vocat *Musarum Kiliensium, sibi cognominum, Mæcenatem & promotorem,* in *Epist.* autem *Memorialis Anatomico-miscellanei dedicatoria, Seculi nostri miraculum.*

Ad. Olearius, *sub finem Panegyrici, Joh. Wouwerio scripti, lumen Holsatiæ incomparabile.*

D. G. Morhofio, *in Opp. Poet. Lat. p. 182., magna* audit *gentis gloria Cimbricæ; p. 254. Musarum communis amor, lux, gloria Cimbrum; p. 582. Vir summus, Cimbriæ suæ decus summum, qvem cognomines suum Musæ vocant parentem, publicumqve patronum omnes salutant; p. 555. literarum literatorumqve præsidium & decus summum, Mæcenas Musarum publicus; p. 606. magnum seculi ornamentum; Orat. I., p. 13., Vir acris consilio, & potens eloqvio, prudentiaqve incomparabili; Or. III., p. 78., magnus Principis & Cimbriæ suæ Nestor & Cyneas;* & *Programm. 88., p. 948., Nestor & Mæcenas redivivus, in qvo uno ea, & virtutis, & industriæ, & fortunæ, reperiuntur ornamenta, qvæ in multis qvis haud temere inveniat.*

Henr. Bangertus (*in Comm. de vita Ant. Coleri, lit. D d. 4.*) *præclarissimas animi dotes, & incomparabilem prudentiam,* ei tribuit.

Constantinus Germanicus (sive Phil. Andr. Oldenburgerus), *in Itinerario Germaniæ Politico p. 436.*, ita de illo: *In splendida aula Holsato-Gottorpica hodie magnæ est autoritatis Joh. Ad. Kielmannus a Kielmanseck, sublimissimi ingenii & acerrimi judicii; magnaqve in eo solidioris doctrinæ vis ac copia, juncto sinceri pectoris candore, incomparabilem, & regno cuivis administrando parem, tot annorum negotiis, in serenissimæ domus Holsaticæ majus incrementum feliciter expeditis, comparavit prudentiam.*

Scriptori Gallico de *la Suite de l'Europe vivante* (*ed. Genevæ A. 1671. in 4.*), *p. 494.*, audit *un Chevalier brave & genereux, d'un genie relevé, & qvi entend parfaittement les affaires domestiqves & étrangeres.*

J. W. Relfendso (sive Joh. Wolfg. Rosenfeldio), *in Tr. de summa Principum Germaniæ potestate p. 259., vivum fortunæ ac eruditionis exemplar.*

Georg. Henr. Burchardo (*in Epigraphe, Encæniis Acad. Kilon. consecrata*) *Vir vere principalis, & regnis par moderandis.*

SCRIPTA.

Oratio de Bello & pace. Lugd. Bat. A. 1629. in 4. (*Catal.*).

Disp. de Qvarta legitima, Præside D. C. Carpzovio proposita. in 4. (*Catal.*)

Epistola Latina prolixa ad Ad. Olearium, Itinerarium Persicum edentem, huic, Slesvigæ A. 1647. & 1663. *in fol.* excuso, præfixa.

Orationes duæ, in Acad. Kiloniensis inauguratione, ab eo, Legati & Commissarii Cæsarei sustinente personam, d. 5. Oct. A. 1665. memoriter recitatæ, & ab Alex. Jul. Torqvato, *in Historia inaugurationis illius,* Slesvigæ A. 1666. *in fol.* impressa, publicatæ.

Relatio in causa Holsato-Slesvicensi, contra Ducem Holsato-Plönensem, de successione in Comitatibus Oldenburgensi & Delmenhorstano hæreditaria, A. 1673. *in 4.* ἀνωνύμως edita, qvam illi deberi Vinc. Placcius, a domesticis ejus edoctus, *Tomo I. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum, p. 460.*, testatur.

Oratio-

Orationes Politicæ, in actibus habitæ solennibus, qvas se possidere Balth. Heldius, Consiliarius Holsato-Gottorpiensis, editionem simul pollicitus, mihi retulit.

Scripta alia inedita, qvorum partem maximam, cum in Daniam noster captivus abduceretur, periisse, &, qvæ ex naufragio isto forsitan remansere, talia esse, ut sine periculo in publicam lucem non possint protrudi, Frid. Christianus, Autoris filius, Chr. a Stammen, amico, per literas significavit.

CHRISTOPHORUS FRIDERICUS KIENE, Ernesti e Margareta Hannia filius, Lubecæ (non vero Halæ Saxonum, qvi Erdm. Neumeisteri (1.) est error) d. 12. Martii A. 1655. in lucem editus, e schola patria A. 1675. in Academiam Rostochiensem, & ex ista (Professione Poetica, qvam Gustavus Adolphus, Dux Megapol., juveni, post lectum Poema illius de Incendio Rostochiensi elegans vernaculum, jam tunc offerebat, recusata) A. 1677. in Lipsiensem, studiorum caussa, migravit. Germania deinde, Belgio, Gallia & Britannia, perlustratis, praxi in patria vacavit forensi, & Cœnobii in patria Johannei circa A. 1688. fuit scriba (2.) donec A. 1693., in aulam evocatus Sverino-Megapolitanam Referendarii primum, ac postea Consiliarii Justitiæ, obtineret dignitates. Obiit Sverini A. circ. 1724. V. Joh. Henr. a Seelen (carmina etiam illius de Herm. Nottelmanno & Abr. Hinckelmanno, Præceptoribus suis Lubecensibus, encomiastica, ac D. Justi Christoph. Schomeri Epigraphen ad ipsum προπεμπτικὴν, recitantis) *Partem II. Athen. Lubec. p. 60-67.*

Inter Poetas Germaniæ vernaculos eminet, & in *Inscriptionibus* præsertim, *Politico illo poetandi genere, ad stuporem usqve*, Joach. Fellero (3.) judice, *excellit*, sed nimio, uti Morhofius olim monebat, argutiarum studio ad ineptias subinde prolabitur. Erdm. Neumeisterus (4.) hoc de illo tulit judicium: *Cultissimus est Poeta, gravis sententiarum verborumqve copia freqvens, cujus πάρεργα* (Poetische Nebenstunden) *neqvaqvam oscitanter sunt legenda. Artis enim Poeticæ, si qvisqvam alius, bene peritus, scribendi perspicuitate, majestate ac pondere, lectorem facile qvemvis alliciat. Omnibus omnino numeris absoluta essent ipsius Otia ista Poetica, si nævulos maculasqve crebriores, in συντάξει orationis animadvertendas, eluere studuisset. Liber IV. inscriptiones continet, acumen Autoris solertiamqve mirifice commendantes.*

Christoph. Arnoldus, Prof. Noriberg., in Epistola ad Christ. Weisium d. 14. Febr. A. 1679. exarata, & in Appendice Weisianarum edita, *p. 284.*, ita de illo: *Dici vix potest, qvantopere C. F. Kienen Inscriptionum sacrarum secunda & octava (reliqvas adhuc desidero) legentem ac relegentem me oblectarint. Miror illius ingenium juxta ac veneror: utinam vero is se amari a me qvoqve pateretur.*

SCRIPTA EDITA.

Inscriptio Latina, memoriæ Justi Tribbechovii, Scholæ Lubecensis Præceptoris, sacra. Lubecæ 1674. in fol.

Bethränung der Rostockischen, d. 11. Aug. A. 1677. entstandenen, grausamen Feuersbrunst, in gebundener Rede. Rostochii 1677. & (*qvæ tertia est editio*) 1710. in 4. Ein wolgesetztes Reimgedichte vocatur a Zach. Grapio Jun., im Evangelischen Rostock, *p. 565.*

Poetische Nebenstunden, zu Belustigung heroischer Geister außgegeben, in IV. Büchern. Lipsiæ 1681. in 8. Lib. I. Poemata Heroica, II. Elegias, III. Sonulos (die Sonnetten), IV. Inscriptiones Germanicas, exhibet.

I. Poematis sacri, sive Credendorum, Liber I. A. 1703., & II. A. 1710., in 4. editi, de qvibus ita J. H. a Seelen *l. c. p. 67.*: *Cœpit carmine Heroico, ad modum Æneidos Virgilii, fuse explicare Symbolum Apostolicum, usus qvidem ad sacrum hoc argumentum phrasibus ex sanctissimo Codice & Patrum scriptis desumptis, ita tamen, ut genium & decus poeticum simul observarit. Initiis his explicavit tantum verba: CREDO IN UNUM DEUM.*

PROMISSA & INEDITA.

Der Poetischen Nebenstunden zweyter Theil. V. *Catal. Nund. Lips. Autumn. A. 1687., p. 33. 34., & Vern. A. 1688. p. 40.*

Religio Jurisjurandi contra verborum artem, in depositionibus testium, rerum interrogatoriis, aliisqve actibus civilibus & criminalibus, e Gallico Demaresti in Latinum Sermonem translata, & Commentario illustrata perpetuo. V. *eosdem Catalogos ll. cc.*

Scriptorum Lubecensium Catalogus, qvem eum molitum esse Dethl. Cluverus, V. C., mihi retulit, sed fide, uti ab aliis comperi, ambigua.

Volumen Poematum Latinorum ac Germanicorum ἀνεκδότων, qvod prælo paratum reliqvit, teste Seelenio *c. l. p. 67.*

ALEXANDER KIRCHMANNUS, Lubecensis, Johannis, scholæ publicæ Rectoris (*infra celebrandi*), filius ex Emerentia Scheelia, conjuge, natu minor, d. 18. Sept. A. 1619. in lucem editus, Argentinæ A. 1648. J. U. Doctor creatus, &, sede fortunarum ibidem fixa, mortuus.

V. de illo Jac. a Mellen *Notitiam majorum suorum p. 27.*, & Jac. Stolterfohtii *Or. in obitum parentis ejus, lit. E. 3. a. b.*

Disp. Jurid. Inaug. de Mora. Argentinæ 1648. in 4.

Tractatus Genealogico-Historicus, in qvo, præmissa cujusqve illustris familiæ brevi Genealogia, Principatuum Germaniæ, adjacentiumqve regnorum, origo & progressus, ad nostra usqve tempora, exponuntur, qvem Argentinæ a se editum iri, *in Catalogo Nundin. A. 1650. Vern. Lips., p. 27.*, est pollicitus.

BERNHARDUS CASPARUS KIRCHMANNUS, Slesvicensis, D. Joh. Kirchmanni junioris, Consulis urbani, filius, J. U. D. & civitatis Husensis, ab A. 1691., Syndicus sive Secretarius. Husa deinde digressus, Hamburgi A. 1723. adhuc fuit superstes, teste Autore des ietzt lebenden Hamburgs (anno isto editi) *p. 6.* A qvo Consiliarius Justitiæ Holsato-Gottorpiensis, & Præses (*titulo-tenus tantum*) *urbis* Husensis salutatur.

Commentarii Historici duo, hactenus inediti; alter de Regibus vetustis Norwagicis, a Theodorico Monacho Sec. XII. concinnatus; alter de profectione Danorum in terram sanctam, circa A. C. 1185. suscepta, eodem tempore ab incerto Autore conscriptus; cura olim & opera V. C. Joh. Kirchmanni Sen., Rect. Lubec., e MSS. Bibliothecæ Lubecensis eruti, & editioni destinati, nunc autem primum a nepote ejus, B. C. Kirchmanno, publicati, cum sua, de rebus Normannorum gestis, ad Fridericum, regni Danici hæredem, præfatione, & notis ad loca obscuriora marginalibus, e schedis Avi collectis. Amstelodami 1684. in 8. Amborum (luci jam publicæ A. 1633. a Joh. Kirchmanno Sen., Christ. Frisii, Cancellarii Danici, hortatu, uti Epistolæ illius ad Joh. Meursium me docuerunt ἀνέκδοτοι, destinatorum), uti & editionis hujus (qvam Joh. Kirchmanno juniori G. G. Leibnitius, *in Introd. ad Scriptores rerum Brunsvic. p. 2.*, perperam tribuit), recensum ac historiam V. *in Actis Erud. Lips., M. Sept. A. 1684., p. 431. 432., Diario Erud. A. 1685. Gallico, Ephem. 13., p. 203-207.*, Pet. Bælii *Novellis Reip. lit. Gallicis, M. Febr. A. 1685., Art. 2., p. 137-144.*, Casim. Oudini *Supplemento de Scr. Eccl. p. 449. 450.*, & Joh. Hübneri *Cent. III. Biblioth. Histor., num.*

Ffff 2 54.,

(1) *in Diss. de Poetis Germanicis p. 60.* (2) V. P. A. Lehmanni *Append. Hamburgi Literati A. 1701. p. 59.* (3.) *sub initium Epistolæ contra Frid. Ulr. Calixtum Apologeticæ*, A. 1679. ei inscriptæ. (4.) *l. c.*

54., p. 214. 215. Comm. prioris, a Theodorico scripti, editionem novam emendatiorem, notisqve suis illustratam, Arnas Magnæus, Islandus, Professor Hafniensis, est pollicitus.

JOHANNES KIRCHMANNUS Senior, Lubecæ, patre Gerhardo, mercatore, d. 18. Jan. A. 1575., natus, e schola patria A. 1593. in Academiam se ad Viadrum Francofurtanam, &, qvadriennio illic exacto, in Jenensem atqve Argentinensem, contulit, eximiaqve, cum Polymathiæ elegantioris, tum Theologiæ, peritia utrobiqve sibi parata, Galliam & Italiam, Francisco Witzendorfio (Consuli deinde Lüneburgensi) præfectus, annis aliqvot peragravit. Ex itinere hoc, viris singulorum locorum doctissimis, sibi conciliatis, in patriam, & Academiam vicinam Rostochiensem, A. 1602. reversus, Poeseos in hac professionem A. 1603., Scholæ autem in civitate Lubecensi (cui per 30. annos præfuit) publicæ Rectoratum d. 23. Nov. A. 1613., obtinnit, ac non spartam solum utramqve egregie ornavit, sed scriptis etiam doctissimis, & publico eruditorum omnium exceptis applausu, Philologum se esse, Criticum, Antiqvarium, Poetam ac Oratorem eximium, paucissimisqve ævi sui secundum, abunde ostendit. Hemiplexia tandem & febri maligna, d. 20. Mart. A. C. 1643., & æt. 69., in patria extinctus, filios e tribus duos, Johannem & Alexandrum (de qvibus *supra* dicta consulantur), totidemqve filias, ex Emerentia Scheelia, Joachimi, Senatoris Rostochiensis, gnata, qvam conjugem A. 1606. elegerat, susceptos, cum vidua hac reliqvit superstites. Vitæ ejus, scriptorumqve (tam editorum, qvam ineditorum) ac meritorum in literas insignium, historiam, plurimis eruditorum illustratam elogiis, fusius Tomo operis hujus exponemus ultimo. Plura interim sciendi cupidis M. Jac. Stolterfohtii, Pastoris Lubecensis Mariani, *Orationem* de socero hoc suo *funebrem*, cum Epicediis Lubecæ A. 1643. *in 4.* excusam, sine istis autem Francofurti A. 1677., in Henn. Wittenii *Memoriis Philosophorum, Dec. IV., p. 516-553.*, recusam, Mart. Hanckii *de Scriptt. rer. Rom. Lib. I. p. 286-289., & Lib. II., p. 412. 413.*, Jul. Cæs. Capaccii *Elogia hominum illustrium, Lib. II.*, Pet. Bælii *Tomum II. Dictionarii Historici & Critici, p. 1717. 1718. Ed. sec.*, Thomæ Popeblount *Censuram Autorum p. 975. 976. 977.*, Joh. Franc. Buddæi *Tomum III. Lexici Historici p. 256.*, & Jacobi a Mellen, ejus pronepotis, *Notitiam majorum suorum p. 25-28.*, licebit evolvere.

JOHANNES KIRCHMANNUS Junior, Senioris, modo laudati, filius, Lubecæ d. 24. Oct. A. 1615. in lucem editus, & J. U. D. Rostochii A. 1642. creatus, Slesvigæ A. seqv. 1643. Praxin inchoavit forensem, ac in urbis deinde ejusdem Consulatu Bernh. Mündenio, socero, successit, Judiciiqve simul provincialis & fisci Ducalis Holsato-Gottorpiensis, donec d. 22. Apr. A. C. 1687., & æt. 72., vivis excederet, egit Advocatum. V. de illo Jac. Stolterfohtium *in Or. cit., lit. E. 3. a.*, & Jac. a Mellen *l. c. p. 27.*

Disp. Inaug. de pacto Obstagii, Præside D. Henr. Schuckmanno. Rostochii 1642. in 4. Vulgatissima juris tradita tantum affert, judice C. H. Amthorio, in Tr. de Obstagio, c. 1., §. 3., p. 5.

Joh. Kirchmanni Sen., parentis, Liber de Annulis, recognitus, auctus, & cum nova Epist. Dedic. ab eo editus. Slesvigæ 1657. in 8.

JOHANNES HIERONYMUS KIRCHOF, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1716. superstes.

Disp. de Separatione Liberorum per elocationem & divisionem, *ad Statutorum Hamburgensium P. III. Tit. III. Art. II. IV. & VI.*, Præside D. Melch. Dethm. Grollmanno proposita. Giessæ 1711. in 4. V. *Partem XI.* der gelehrten *Famæ p. 790. 791.*

Disp. Inaug. de Immunitatis a muneribus realibus amissione. Giessæ 1712. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 34.*

GOTHARDUS KIRCHRING, Lubecensis, A. 1639. natus, J. U. D., urbis patriæ Senator d. 12. Jun. A. 1680., Consul autem Kal. Maji A. 1697., electus, ac d. 16. Jun. A. C. 1705., & æt. 66., defunctus. V. *Nova Literaria Lubecensia, M. Aug. A. 1705., p. 253. 254.*, Jac. a Mellen *Lubecam A. 1698. literatam p. 7.*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 170. 171. 172.*

Disp. Inaug. de Repressaliis. Basileæ 1665. in 4.

GOTSCHALCUS KIRCHRING, Patricius & Canonicus Lubecensis, A. 1702. superstes (1.)

Juvenis, cum Gotschalco Müllero, cive suo ac commilitone, privati, uti fertur, Præceptoris ductum secutus, edidit Compendium Chronicæ Lubecensis, oder Außzug und Historischen Kern Lübischer Chronica, auß verschiedenen Autoribus aufs fleißigste contrahiret, und biß A. C. 1663. continuiret. Hamburgi 1678. in 8. Actorum, e qvibus historia recentior est illustrata, publicorum index ei est subjectus, non autem ipsa Actorum, qvæ præfatio pollicetur, Apographa. Jac. a Mellen, V. C., in Epistola ad me A. 1698. exarata, nullius illud aut perexiguæ esse autoritatis, judicat. Confer *Partem IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 4., p. 437. 438.*

HENRICUS KIRCHRING, Patricius Lubecensis, & Toparcha Brandenbaumensis, Parentis ὁμωνύμε, & Agnetis, Antonii Coleri, Procancellarii Borussici, gnatæ, Henrici autem & Antonii junioris Colerorum, Consulum Lubecensium, sororis, filius, d. 28. Oct. A. 1610. in lucem editus, studiis in schola patria, Academiis Rostochiensi, Regiomontana & Groningensi, ac itinere ad exteros literario, incubuit. Lubecam redux, A. 1654., d. 19. Dec., Senator, &, post legationes complures, d. 14. Apr. A. 1671., Consul reip. patriæ, est electus, tandemqve d. 23. Maji A. C. 1693., ac ætatis 83., ἄπαις, etsi in gemino cum Elisabetha Plönnisia & Agnete a Stiten vixerat conjugio, defunctus. V. Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma* de vita illius *funebre*, & Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 169. 170.*; ubi Epitaphii qvoqve, in æde Mariana ipsi erecti, recitatur inscriptio.

Verzeichniß von den Adelichen Familien der Zirckel-Gesellschaft in Lübeck, edita A. 1689. in 4. Scriptum ἀδέσποτον, qvod Kirchringio tribuitur a J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec. p. 624.*

JOHANNES KIRSTENIUS, Hamburgensis, Michaelis, Medici Professorisqve Physices ac Poeseos inclyti, filius unicus, artisqve Medicæ itidem cultor, A. 1668. natus, & Witebergæ M. Sept. A. 1689. extinctus, cujus vitæ perbrevis historiam Conr. Sam. Schurtzfleischius, *in Dissertationibus Academicis, Programmate 206., p. 542-546.*, exposuit. Conf. D. Casp. Löscheri Sermonem in exeqviis ejus (e Sap. IV. 13. 14.) funebrem, sub tit. der besten Promotion, Hamburgi A. 1691. in 4. editum.

Poematum Parentis, qvam promisit, editio morte ejus est intercepta. V. Vinc. Placcii *T. I. Theatri Scr. Anon. & Pseudon., c. 10., p. 395.*

JOHANNES KLEFEKERUS, Hamburgensis, J. U. Lic.

Exerc. Critica de Religione Erasmi Roterodami, Præside D. Joh. Alb. Fabricio defensa. Hamb. 1717. in 4.

(1.) V. Jac. a Mellen *Lubecam anni 1702. literatam p. 7.*

Biblio-

Bibliotheca Eruditorum præcocium, sive ad Scripta hujus argumenti Spicilegium & accessiones. Hamburgi 1717. in 8. Hujus, ab Autore, qvatuor ætatis lustris nondum completis, editæ, recensum laudesqve invenies in Parisiensium (errores illius qvosdam simul emendantium) *Diario Erud. Gallico, M. Sept. A. 1717., Art. I.*, & Halensium Neuer Bibliotheck, *Sect. 59., p. 721. 722. 723.*

Schediasma de Titulis Librorum obscuris atqve ridiculis, *in Bibliotheca Erud præcoc. p. 415.* promissum.

M. PHILIPPUS MARTINUS KLEINIUS, Hamburgensis, Pastor, in Ducatu Bremensi, circa A. 1693., Himmelpfortensis, &, circa A. 1704. (*teste Götzio mox allegando*), Steinkirchensis.

Disp. Theol. contra Nicolai le Maire Sanctuarium profanis occlusum, Laicis S. Scripturæ lectionem concedendam esse evincens, Præside D. Joh. Frid. Mayero proposita. Witeb. 1687. in 4. Commendatur ab eodem Mayero (Kleinio, tanqvam Autori, eam tribuente, huncqve *juvenem* salutante *eruditissimum*) *in Diss. de salute majorum sub Papatu, Th. V. p. 13.*, & G. H. Götzio (auctiorem ab illo jubente expectari editionem) *in Diss. de conversis Pontificiis p. 7. 8.*

Exerc. de Religionum tolerantia, Scriptorum qvorundam recentissimorum (*Pet. Jurieu, Huetii Arminiani, &c.*) sententiam recensens, ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Frid. Mayero defensa. Kilonii 1691. in 4. Recusa est in J. F. Mayeri *Dissertt. selectis Kiloniensibus & Hamburgensibus*, Francofurti A. 1693. *in 8.* junctim editis, *p. 477-535.*

FRIDERICUS KLEINKIRCH, LL. Studiosus.

Sceleton oder Entwerffung aller geistlichen und weltlichen Geschichte, von Anfang der Welt, biß A. 1633. Hamburgi 1636. in 12.

PAULUS KLINGENBERG, Hamburgensis, Commissarius initio in Cimbria bellicus, deinde vero Friderici III. & Christiani V., Daniæ Regum, Consiliarius status publici, supremusqve tabellariorum præfectus, A. 1676. (qvo, M. Augusto, Christiani V. jussu, homagium a Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorstani exegit incolis (1.)) superstes.

Fruchtbringende Gesellschaft; scriptum ἀνωνύμως, lingvis Germanica & Danica, Hafniæ A. 1653. in 4. excusum. Delineationem societatis, Danis in eo pariter atqve Cimbris, ut pecunias conferrent necessarias, instigatis, serio, sed frustra, commendatæ, V. in Ad. Olearii *Compendio Chronici Holsat. Germanico, Lib. 12., c. 5., p. 302. 303.*, & apud A. Hoyerum *l. c. p. 495. 499.*

DAVID KLÖCKERUS, Hamburgensis, A. 1629. in lucem editus, picturæ amorem, qvo in tenera jam flagraverat infantia, adultior, cum Legatorum ad Panegyrin Irenicam Osnabrugo-Monasteriensem Svecicorum scribam ageret, haud deposuit, sed illi, haustis a pictore Osnabrugensi artis rudimentis, horas impendit succisivas, & totum se tandem dicavit. In Bataviam hinc profectus, Georgii Jacobi, aliorumqve artificum, ductu, brevi ita profecit, ut, in Sveciam a Dynasta qvodam inter magnates haud infimo evocatus, artis suæ speciminibus Mariæ Eleonoræ, Reginæ, gratiam promeruerit. Iter deinde aggressus Italicum, biennium Venetiis, qvinqvennium vero Romæ, in Cardinalis cujusdam, exegit, familia. Unde cum in Sveciam, a Carolo Gustavo Rege, esset revocatus, Galliam, Angliam & Belgium prius perlustravit, &, post obitum demum illius, Holmiam A. 1661. pervenit, Caroliqve XI., filii ejus, beneficio Pictor & Inspector constitutus aulicus, nobiliumqve postea privilegiis, & EHRENSTRALII agnomine, donatus, summam sibi penicillo, Apellei æmulo, non in Svecia solum, sed & alibi, acqvisivit gloriam. Sexagenario tandem proximus, anno circiter 1698., obiit, &, cum ipse nullos e conjuge, M. Joh. Gerdesii, Holmiensis Germanorum Ecclesiæ Antistitis, vidua, sustulisset liberos, privignum, Franc. Joach. Gerdesium ab Ehrenstral, Cancellariæ regiæ Secretarium, Rich. Hardtio teste, adoptavit, bonorumqve suorum scripsit hæredem, (Filiam tamen Annam Mariam ei tribuunt, & hanc, Zach. Wattrangio, Judicii summi regii Holmiensis Vice-Præsidi, elocatam, ob artificium pingendi singulare paterniqve æmulum, celebrant, *Acta Sveciæ* (a qvibus noster *ævi sui sive Parrhasius, sive Apelles*, salutatur) *literaria, Trimestri IV. A. 1721., p. 231. 232. 233.*)

Vitæ ejus historiam exhibet Anonymus, qvi Pilesii Vitas pictorum Gallicas (*Abregé de la vie des Peintres*), Germanice a se versas, Hamburgi A. 1710. *in 12.* edidit, & hac (*Lib. VI., p. 635-639.*, obvia), alisqve Germanorum, auxit, sed nostrum minus accurate *Klöcknerum* vocavit. Sophiæ Elisabethæ Brenneriæ, Poetriæ Svecorum inclytæ, Carmen Germanicum, in laudem picturæ ipsiusqve, prolixum & elegans, novæ tabularum, qvibus noster palatia exornavit regia, præfigendum editioni, qvod Lubecenses, *in Novis Lit. Septentr., M. Febr. A. 1701., p. 42-47.*, exhibuerunt integrum, & Jesuitæ Trevoltiani, *in Diario suo Gallico, M. Jan. A. 1702., p. 114.*, commendarunt, his eum metris celebrat:

> Gantz Schweden weiß sich groß mit einem Ehrenstraal,
> Den keiner übertrifft, dem tausend sind gewichen.
> Hat nicht sein hoher Geist, durch die geschickte Hand,
> Auch über die Natur sich öfters hoch geschwungen?
> Was keinem Meister noch vollkommen ist gelungen,
> Dadurch wird er so sehr bewundert, als bekandt:
> Denn, da die Mahler sonst meist eine Art erwehlen,
> Hats unserm Künstler nie in keiner müssen fehlen.

Non minoribus eum cumulat laudibus Interpres Pilesii, paulo ante allegatus, *p. 638. 639.*, ita scribens: Er war in dem, was seine Kunst anlanget, in allen Stücken universal, -- in der Historie wol belesen, und in den Antiqven sehr erfahren. Er hat nicht allein den Ruhm, daß seines gleichen in den Nordländern, in der Mahlerkunst, nie gewesen, sondern daß er auch der gröste Mahler, zu seiner Zeit, von Europa, mit Recht kan genennet werden.

Confer de illo Lubecenses (a qvibus *Pictor* vocatur *regius celeberrimus*) *l. c. p. 42. 47.*, Rich. ab Hardt (cui *pictor* audit *regius excellentissimus, & artifex nostri temporis celebratissimus*) *in Holmia Literata, p. 10. Ed. primæ, & p. 14. 42. 112. Ed. sec.*, Joh. Gröningium in den Statischen Schriften, *P. I.*, im vollkommenen Baumeister, *p. 46.*, & Anonymum Autorem Der Baumeister-Academie (*P. I.* des eröffneten Ritterplatzes) *p. 88.*

Scripta ei seqventia a Lubecensibus, *l. c. p. 47.*, & Rich. ab Hardt, *l. c. p. 112. Ed. sec.*, tribuuntur:

Certamen eqvestre, cæteraqve solennia, Holmiæ Svecorum, M. Dec. A. 1672., celebrata, cum Carolus XI. aviti regni regimen capesseret; seorsim Latine, ac seorsim Germanice, in fol. edita (*9. Pl. & 62. Figg. æn.*).

Explicatio duarum tabularum ingentis magnitudinis, in qvibus extremum ipsemet repræsentaverat judicium.

Picturæ præcipuæ, in palatiis regni Sveciæ obviæ, qvas ipse invenit & perfecit: Die vornehmste Schildereyen, welche in den

(1.) V. Joh. Laurentii Tagregister des Lebens Christiani V. *p. 96.*, & Andr. Hoyeri Dennemärckische Geschichte *p. 509.*

den Pallästen des Königreiches Schweden zu sehen sind, von ihm inventiret, verfertiget und beschrieben. Holmiæ 1694. in fol. Novam illarum editionem a Sophia Elisabetha Brenneria A. 1701. esse promissam, Lubecenses, *l. c. p. 42.*, testantur.

M. GERHARDUS KLÖCKERUS, Flensburgensis, laurea Philosophica Kilonii, d. 29. Mart. A. 1667., a D. G. Morhofio ornatus, Pastor ruralis, in tractu Wagriæ Plönensi, Gleschendorfiensis, M. Nov. A. 1692. extinctus.

Centuria Epigrammatum (non invenustorum). Jenæ 1661. in 12.

Theses de Potentia libera, ad gradum Magisterii obtinendum, Præside D. Christoph. Franckio, propositæ. Kilonii 1667. in 4.

JOHANNES zur KLUES, oppidi in Wagria Oldenburgensis Archidiaconus.

Einer gläubigen Seelen höchste Befriedigung, oder Leichpredigt über Joachim Engel, Pastorem zu Oldenburg, auß den Worten des Kirchenliedes D. Phil. Nicolai: Herr GOtt Vater, du starcker Held, &c. Lubecæ 1675. in 4.

HIERONYMUS KNAKKERÜGGE, Hamburgensis, XIIvir patriæ, ab A. 1610., Nicolaitanus, scholæqve pauperum, in platea a rosis appellata A. 1612. apertæ, fundator, anno præcedenti 1611. defunctus.

V. de illo Wolfg. Henr. Adelungii Beschreibung der Stadt Hamburg *p. 101.*, & Verzeichniß der Hamburg. Oberalten *p. 8.*, J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1130. 1131.*, & Hier. Pasmanni Hamburgisches Denckmahl *p. 118.*

Kinderlehre, oder Fragstücke auß dem Catechismo genommen, wie dieselbe, in der Armenschule, von Seel. Hier. Knakkerüggen, und seinem Eydam, Johann Sylm, sind angeordnet; mit Gebeten, Sprüchen und Reimen, außgegeben von Henningo Krohnen, Præceptore derselben. Hamburgi A. 1643. 1652. & 1668. in 8.

HENRICUS KNAUSTINUS sive (uti in scriptis sese prioribus appellavit) KNUSTIUS (cui *Johannis* prænomen ab Herm. Conringio (1.), *Enustini* autem cognomen a Mart. Zeilero (2.), & Catalogis qvibusdam, falso tributum), Hamburgensis, J. U. fuit Doctor, Comes Palatinus ac Poeta Laureatus Cæsareus, causarumqve forensium patronus, Berolini initio, circa A. 1541., deinde Bremæ, ad A. usqve 1557. (3.), & in civitate tandem (in qva A. 1575. erat superstes) Erfurtensi, percelebris. Ab Henn. Conradino, cive, peculiari, *in Poematis* (4.), celebratus est Epigrammate, in *Indice* vero *librorum prohibitorum Hispanico*, per Ant. Sotomajorem, Inqvisitorem Generalem, Madriti A. 1667. edito (5.), damnatis annumeratus Autoribus.

Confer de illo *Bibliothecæ Univers. Gesnerianæ* Continuatores, Jos. Simlerum *p. 279.*, & Joh. Jac. Frisium *p. 330.*, Ant. Verdierium *in Supplemento ejusdem p. 22.*, Suffr. Petri *Dec. XII. Scriptt. Frisiorum, n. 2.*, & alios Catalogorum scriptores.

Andr. Lymvico, Prof. Hafniensi (*in Itinere Romano*), Vir audit *magnus, defensor pietatis & æqvi.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

I. PROPRIA.

Introductio in Geometriam & Sphæricam. Berolini A. 1541. in 8. (*V. J. Chr. Becmanni Catal. Biblioth. Francof. p. 107.*)

Fortunæ varium & inconstans regnum, duobus Dialogis descriptum. A. 1553. in 8. (*j. Catal. Mulen.*), & Francofurti 1567. in 8.

Enchiridion Procuratorum; i. e. Regulæ aliqvot communes, sive Observationes Procuratorum & Postulatorum, in judiciis & actionibus forensibus, velut limites, custodiendæ. Francofurti ad Moenum 1561. in 8. *Arti* deinde *Notariatus*, de qva mox dicetur, in plerisqve editionibus, est adjectum.

Lingva, seu Ars loqvendi & tacendi. Francof. 1566. in 8. (*V. P. II. Biblioth. Carpzov. p. 181.*)

Judicium de Joh. Placotomi Scholæ Latinæ constitutione, cum illa excusum, Francof. A. 1566. in 8. (Confer de illo Vitam Placotomi, in Ephr. Prætorii *Athenis Gedanensibus p. 31. 32.*)

Artis Notariatus liber elementarius, in qvæstiones scholasticas redactus, cum Appendice de Notariorum excessibus, erroribus & peccatis, ac Enchiridio Procuratorum. Francof. 1567. 1572. & 1580. in 8., ac ibidem 1591. 1612. 1622. 1629. 1651. & 1653. in 12. Germanica versio, Francofurti A. 1665. in 12., sub hoc prodiit titulo: *Ars Notariatus*, oder Notariat-Kunst, mit dem Examine Notariorum immatriculandorum, per qvæstiones & responsiones; benebst einem vollkommenen Titular- und Formular-Buche, nach ietzo üblichem Cancelley-Stylo eingerichtet, wie auch einem Tractätlein von Commissarien und Commissionen, am hochlöblichen Kammergerichte gebräuchlich, und noch zwey unterschiedlichen Gerichts-Processen, in erster und anderer Instantz, am Kammergerichte gebräuchlich.

Epitome, seu Breviarium Latino-Germanicum, in qvo Institutiones Imperiales in Isagogen contractæ sunt brevissimam. Erfurti 1572. in 8. Subjunctum deinde Christoph. Phreislebii *Erotematis in Institutiones*, Germanice ab eo redditis, sæpiusqve recusis, de qvibus paulo post dicetur.

Dialogus in repetitionem de Tractatu navigationis & naufragii, cum intertexto Encomio civitatis Hamburgi. Erfurti 1573. in 4.

Propædia in leges & præcepta Prosodiæ, facillimis versibus, memoriæ adjuvandæ gratia, reddita. Erfurti 1573. in 8.

Officia scholastica, seu regulæ discentium. A. 1574. in 8. (Hæ, judice Burch. Gotth. Struvio, *in præf. ad Bapt. Gvarini Lib. de ordine docendi, p. 38., generaliores sunt, qvam ut usum aliqvem præstare possint.*)

Repetitio de Ludo, ex fontibus juris, qvid & qvomodo judicandum sit in controversiis ludorum, aleæ, chartarum, & similium. Erfurti 1574. in 8. Commendatur a B. G. Struvio *in Biblioth. Juris Selecta, c. 3., §. 25., p. 99.*

Repetitio de Philosophica regula juris: *Qvilibet præsumitur vivere centum annos, L. f. in Cod. de SS. Eccl.*; cum legibus Corbejensis monasterii, & Hoxariæ civitatis laudibus. Accedit Vehiculum vitæ humanæ Pythagoricum. Francof. 1574. in 8. (*Catall.*)

Numeratio graduum consangvinitatis & affinitatis, secundum arborem Civilem & Canonicam. Erfurti 1575. in 8.

Tentator, Dialogus lepidissimus, multa pia & salutari doctrina refertus. Erfurti 1575. in 8. Recusus (*juxta P. Bolduani Biblioth. Philos. p. 616.*) ibid. A. 1616. in 8.

Agapetus Pædagogiæ commendatus, at corruptus, Comœdia de recta Institutione, & contra corruptelas juventutis. Coloniæ 1600. in 8.

Dido, Tragœdia. 1566. in 8. (*Catall.*)

Pecuparumpius, seu Paupertas læta. in 8. (*Catal.*)

II. ALIENA.

Confessiones fidei duæ, altera D. Mart. Lutheri, altera D. Joh. Bugenhagii, Pomerani, denuo recognitæ, & jam primum

(1.) *in Introduct. ad artem Medicam, p. 233.* (2.) *P. II. Sylloges de Historicis p. 52.* (3.) V. ejus *Ep. Dedic. Enchiridii Procuratorum.* (4.) *p. 131.*, teste J. Alb. Fabricio, *P. II. Memor. Hamburg. p. 1128.* (5.) *p. 485.*

mum Latine editæ: Interprete Henr. Knustio Argyrocopo. Cum ejusdem Epistolis ad Nicol. Rodenburg, Patritium Hamburgensem, & M. Steph. Kemponum, Ecclesiasten Hamburg. Witeb. 1539. in 8. (*V. Herm. ab Hardt T. I. Autographorum Rud. Aug., D. Brunsvic., p. 378.*)

Andr. Gärtneri, Mariæmontani, amanuensis ejus, Dicta proverbialia rythmica, cum versione Germanica; qvibus ipsius adjecta est præfatio. Francof. 1598. in 8.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

I. PROPRIA.

Schauspiel von der Geburt Christi. Berolini 1541. in 8. (*Catal. Biblioth. Hafn.*)

Tractat vom geringen Herkommen, schändlichem Leben, und schmählichen Tode, des Türckischen Abgotts Mahomet, und seiner verdammlichen Lehre. Berolini 1542. in 8. Ab hoc diversa haud est, uti credo, *Genealogia Mahometis*, oder wahre Beschreibung von Mahomets Herkommen und Absterben, darinn der gantzen Türckey Gelegenheit, und deren Völcker Sitten, &c. erzehlet werden. Berolini A. 1576. & 1596. *in 4.* edita, qvam ei Ifr. Spachius (*in Nomenclat. Philos. p. 510.*), P. Bolduanus (*in Biblioth. Hist. p. 32. 37.*) & Henn. Grossius (*in Ind. Gen. librorum*), tribuunt.

Laus Concordiæ, Lobrede der Einigkeit, aus den Historien mit vielen Exempeln bewehret: an die vereinigten Hansestädte. Lubecæ 1555. in 8.

Feurzeug gerichtlicher Ordnung und Processes, aus allen im teutschen Reiche gewöhnlichen Rechten, gleichwie in Tabellen, kürtzlich und richtig verfasset; item wie man sich in Supplicationen, Arresten, Seqvestern und Repressalien, verhalten solle: Samt einem Büchlein vom Morde der Zungen. Erfurti A. 1558., & Francof. A. 1564. 1568. 1572. ac 1594., in 8. gebessert und von neuen revidiret durch Pet. Friderum Mindanum, J. U. D. und Advocaten zu Franckfurt, Francof. 1601. und 1616. in 8.

Tractat von Injurien. Francof. 1562. in 8. (*Catal.*)

Hoffarbe und Kleidung Christi, vom Kreutze und Leiden der Christen. A. 1564. in 8.

Encomion Senectutis, Herligkeit und Freude des Alters, an die Jugend: Eine schöne Vermahnung. Samt 2. Tractatlein vom Unterschied aller Alter des Menschen, und Leben der Jugend. Francof. 1567. in 8. (*V. Bassæi & Draudii Catalogos.*)

Hüte dich vor Ausborgen und Schulden; eine hochnöthige Warnung an alle Stände. Francof. 1567. in 8.

Erinnerung wieder den Neidhardt, von der holdseligen Einigkeit, und Barbarischen Uneinigkeit; aus allerley Historien zusammengebracht. Francof. 1569. in 8.

Tractat wieder den Geitz der Reichen. Francof. 1569. in 8. (*V. Lipenii P. I. Bibl. Theol. p. 107.*)

Wieder die Spitzbuben, so hin und wieder in Landen irre lauffen, und manchen ehrlichen Mann betriegen und betrüben, etliche nothwendige Fragen der Rechten, mit ihren Resolutionibus. Erfurti 1575. in 8. (*V. Catal. N. Bassæi.*)

Fünf Bücher von der Kunst Bier zu brauen, item von den Nahmen, Natur, Temperament und Qvalitäten der vornehmsten Biere in gantz Deutschland. Erfurti 1575. in 8., ibid. 1614. in 4. De his ita Herm. Conringius, *in Introd. ad artem Medicam p. 233.: Singularum cerevisiarum vires nemo Medicorum explicavit. Fecit tamen id, libello Germanico, qvidam JCtus, Joh. Knaust, sive Cnaustinus, cui titulum præfixit* von der Philosophischen Braukunst des Biers. *Verum, ut titulus ineptit, ita etiam libellus ipse multa ridicula continet. Autor tamen strenuus potator fuisse, multarumqve cerevisiarum Germaniæ experientiam habuisse, videtur.*

II. ALIENA, Germanice reddita.

Vom Leben und Unsterblichkeit der Seelen ein schöner Bericht Phil. Melanchtonis, verdeutscht: item Trostsprüche von Auferstehung der Todten und ewigem Leben, aus der Schrift und den Vätern zusammen getragen. Berolini 1540. in 8. (*V. H. ab Hardt Monum. Autogr. Rud. Aug., D. Brunsv., T. II., p. 233.*)

Klagrede vom Glauben eines frommen und geistlichen Pfarrherrn, für unserer Zeit, neulich gefunden, und durch ihn verdeutscht: Mit einer Vorrede D. Mart. Lutheri. Witeb. 1544. in 8. (*V. Hardtium l. c., T. I., p. 460.*)

Luciani Samosatensis Oration de Calumnia, daß man den Afterreden auf andern nicht leichtlich glauben solle, verdeutscht. Francof. 1569. in 8.

Die IV. Bücher der Institutionum oder Unterweisungen des Keysers Justiniani, verdeutscht, und mit Summarien erkläret, durch D. Justinum Goblern; ietzt auch in, am Ende beygefügte, Fragen und Antworten verfasset durch D. Henr Knaustinum. Francof. 1569. in fol., & deinde (*testibus Catalogis Elzeviriano atqve aliis*) Latino-Germanice, Francof. A. 1602. & 1628. in 12., Genevæ 1625. in 24., Lovanii 1647. in 12., & Lugd. Bat. 1670. in 12.

Christoph. Phreislebii, JCti, Erotemata in Institutiones juris (*qvæ Latine tantum Francofurti ad Viadrum A. 1551., & Lovanii in 12., teste Simleri Bibliotheca p. 123., prodierant*), Germanice ab eo translata, & Latino-Germanice edita. Accessit ejus Breviarium, in qvo Institutiones in Isagogen brevissimam sunt contractæ. Francof. 1569. & 1572. in 8., Basileæ 1594 in 8., sine mentione loci 1594. in 12., Basileæ (*juxta Draudium*) 1602. & 1614. in 12., Darmstadii 1614. in 12., Coloniæ (*j. Draud.*) 1622. in 8., sine mentione loci 1628. in 12., Francof. 1651. in 12. (In plerisqve Editionibus posterioribus Chr. Phreislebii, primi Autoris, nomen est omissum.)

PAULUS KNOBLAUCH, Lubecæ commoratus, qvi, sub literis nominis initialibus P. K., Saxonice seqventia edidit, a Paulo Bolduano (*in Biblioth. Theol. f. 238. a.*) & Georg. Draudio (*in Biblioth. Classica*) ipsi vindicata:

Een schön kleene Bedeboock, in dissen fahrliken Tiden to gebruken sehr nütte und deenstlick. Lubecæ 1599. in 8.

Passional, edder dat Lydent unsers Herren JEsu Christi, uth den IV. Evangelisten tosamengebracht, mit schönen Figuren, und andächtigen Gebeden. Lubecæ 1602. in 8.

JOHANNES KNOLLIUS, Kiloniensis, Athenæi regii in Livonia Rigensis Conrector, Narva illuc A. 1694. vocatus, & d. 21. Apr. muneri admotus scholastico. V. M. Adr. Preusmanni *Rigam anni 1698. literatam p. 9.*

Florilegium Biblicum, ἀνωνύμως editum Rigæ A. 1696. in 8. V. *Nova Lit. Lubecensia, M. Sept. A. 1700., p. 260.*

Les Fables Heroiqves, imitées de celles d'Esope, qvæ itidem ἀνωνύμως, Rigæ A. 1697. in 8., prodierunt. V. *N. L. Lubec. l. c.*

Vocabularium Novi Testamenti Biblicum, ita secundum seriem capitum atqve versuum adornatum, ut, in lectione sacrorum N. T. Græci librorum, usum præbere possit extemporalem. Rigæ 1697. & Rudolstadii 1700. in 8. V. *N. L. Lub., M. Majo A. 1699., p. 147., & M. Sept. A. 1700., p. 260.* Recusum Lipsiæ A. 1713. in 8., & auctius ibid. 1717. in 8. Conf. de illo *Acta Erud. Lips. Germ., P. LIII., n. 7.*, & Joh. Alb. Fabricii *Vol. X. Biblioth. Græcæ p. 96, 97.*

Manuale formularum & sententiarum, in loqvendo usualium, ἀνωνύμως editum Rigæ A. 1699. in 8. *V. N. L. Lub., M. Sept. A. 1700., p. 260.*

Lexicon Cornelii Nepotis tripartitum, qvo, secundum excellentium Imperatorum Vitas, 1. Vocabula simplicia, 2. Phrases atqve formulæ, 3. Vocum difficiliorum enucleationes, continentur. Rudolstadii 1699. in 8. Lipsiæ 1713. & 1723. in 8. V. *N. L. Lub., M. Majo A. 1699., p. 147.*

Oratio parentalis, in funere Caroli XI., Svecorum Regis, d. 25. Nov. A.1697., Rigæ habita. V. *N. L. Lub., M. Jan. A.1698., p. 11. 12.*

PETRUS KNOLLIUS, Kiloniensis, Athenæi Rigensis in Livonia regii, ab A.1698., Præceptor, &, circa A. 1704., Subrector. V. M. Adr. Preusmanni *Rigam anni 1698. literatam p. 9., & Nova Lit Lubec., M. Jan. A.1704., p. 27.*

Disp. de Immortalitate Animæ, qvatenus ex ratione demonstrari potest, Præside Mich. Dauwio, Eloqv. Prof., proposita, Dorpati 1697. in 4. V. Gabr. Siöbergii *Pernaviam literatam p. 8.*

Formulæ ex Colloqviis Maturini Corderii usitatiores, ad faciliorem eorum expositionem apprime utiles, in usum Lycei regii Rigensis congestæ, Lauenburgi 1704. in 8. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jan. A. 1704., p. 27.*

MICHAEL KNUSTIUS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus circa A. 1716.

Theses Inaugurales ex Jure selectæ, Franeqveræ 1705. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 20.*

IVENUS KNUTSEN, Agricola Eiderstadiensis illiteratus, A. 1582. superstes. V. Casp. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 12., p. 142.*

MSStam, teste Ant. Heimreichio (*in Catalogo Autorum, Chronico Frisiæ Borealis præfixo*), reliqvit Beschreibung, wie Eiderstätt mit der Geest landvest geworden.

Chronicon Eiderstadiense vernaculum ἀνέκδοτον in Catalogo qvodam eidem tribuitur, qvod a scripto præcedenti haud credo esse diversum.

MATTHIAS KNUTSEN, Oldensworta Eiderstadiensis, Empæcta Atheus, patrem habuit Bernhardum, ædis vici istius sacræ Organœdum, M. Martio A. 1646. defunctum, matrem vero Elisabetham, e Dithmarsia oriundam. Ingenio a natura donatus capaci, sed novaturiente simul ac malitioso, post utriusqve parentis obitum, tutorum svasu, studiis animum applicuit, & ludum initio vici natalis, cui Zach. Fabricius præerat, freqventavit trivialem, postea autem scholam civitatis in Borussia Regiomontanæ, qvam frater Organœdus incolebat, Palæopolitanam. Ex hac, ob fratris in se rigorem, 15. natus annos, itinere terrestri, in patriam aufugit, nullo instructus viatico, nisi qvod mendicando per tot regiones conqvirebat. Pristino illic Præceptori, Fabricio, denuo est traditus, sed non multo post, cum juvenili arrogantia æqvare istum literarum peritia sibi videretur, Regiomontum ad fratrem maritimo remissus itinere, curriculum studiorum scholasticum in Lyceo Palæopolitano absolvit, Philosophico-Theologicum autem in Academia, circa A. 1664., inchoavit. Pædagogus postea Parochorum aliqvot, in Curlandia & Eiderstadia, per annos complures, fuit domesticus, δοκησίσοφος pariter atqve φιλόκαινος, Hafniaqve, qvo excurrerat, ad suos reversus, ut muneri eo citius admoveretur Ecclesiastico, Magistri sibi titulum in Academia collatum esse Danica finxit, sed, qvod testimoniis, qvæ furto sibi ablata esse contendebat, destitueretur necessariis, nemini popularium persvasit. Annos aliqvot seqventes in Polonia, aliisqve regionibus exteris, vagabundus exegit. E qvibus cum rerum omnium inops A. 1673. in Holsatiam rediisset, Parochiæ Süderoviensis Diacono suam, in pueris rusticis informandis, locavit operam, sacrosqve subinde, tum illic, tum in vicino oppido Crempensi, habuit sermones. Qvi cum in ordinem Ecclesiasticum, cujus vitia acrius perstrinxerat, perqvam injurii Joh. Hudemanno, Pastori Crempensi, ac Superintendenti regio, esse viderentur, ab hoc, anno eodem exeunte, & sacro ipsi ambone est interdictum, & pædagogia Süderoviensis vicaria ablata. Sub initium anni 1674. Tonningam, urbem Eiderstadiæ, ad fratrem, ejus civem, delatus, summa premebatur egestate, sed adeo tamen erat κενόδοξος, ut Licentiati Theologiæ sibi arrogaret titulum. Cujus collati testimonia cum Henr. Brummerus, oppidi Parochus, post auditam concionem ejus in ministros Ecclesiæ iniqviorem, ab ipso postularet Academica, naufragio hæc periisse respondit, & paulo post, M. Jan. A. 1674., e patria denuo, non Romam, uti ipse falso perhibet, sed in Germaniam, discessit. Hujus urbes atqve Academias A. 1674. mendicus ac pedes est pervagatus, ac Atheismum infamem, in cujus patronum, e Theologiæ studioso, vel a Dav. Georgii in patria asseclis, uti Joh. Musæus conjecit, seductus, vel infelici consiliorum tot suorum successu ad desperationem adactus, degeneraverat, schedis ac centonibus MStis, blasphemis pariter atqve infectis (Epistola scil. ad amicum Latina, S. Codicis autoritati opposita, duobusqve Dialogis Germanicis), M. Septembri, Jenæ, Coburgi & Altorfii, clam sparsis, plebi & studiosis inculcare allaboravit. In his, qvarum titulos infra exhibebimus, chartis, non Theologos solum Cimbriæ, sibi olim adversatos, Joh. Hudemannum, Henr. Brummerum & Frid. Jessenium, scommatis insectatur variis, sed universam etiam Christianorum, qvos *Unctos* contumeliose vocat, religionem irridet, Atheorum autem dogmata tanta proponit impudentia, qvanta in nullo ferme gregis istius Empæcta hactenus est observata. Negat enim verbis disertis Dei pariter atqve Cacodæmonis existentiam, mortuorum resurrectionem, & vitam ac damnationem æternam; Codicis sacri autoritatem impugnat, & Chaos hunc esse inconditum, sibi ipsi, non in rebus solum minoris momenti, sed fidei etiam doctrina, sæpe repugnans, plurimisqve scatens absurdis & amphiboliis, pronunciat: Narrationes Biblicas, & universam vitæ ac mortis Christi historiam, meras clamitat esse fabulas: Nihil vult credi, nisi qvod rationi congruat: Præadamitis Is. Peyrerii patrocinatur: Adversus Magistratum & Clerum seditiose insurgit, & utrumqve e mundo cupit exterminari: Preces, & cultum numinis publicum, irridet: nullum inter conjugium & scortationem agnoscit discrimen, & in omnes pene vitæ humanæ ordines, scholastico, qvem summis extollit laudibus, excepto, est injurius. Ne autem solus delirare videretur, asseclarum & gregalium suorum Lutetiæ, Amstelodami, Londini, Hafniæ, Holmiæ, Hamburgi, Romæ, aliisqve in locis, numerum jactavit esse innumerum, nomenqve istis Conscientiariorum (der Gewissener), qvod solam rationem & conscientiam credendorum pariter atqve agendorum normam agnoscerent, sed perperam (cum nulla, uti a Joh. Musæo recte est monitum, conscientia, Dei, peccatorum vindicis, metum incutiens, in Atheis esse qveat), imposuit. Licet autem hæc Knutsii de Conscientiariorum suorum secta chimærica (qvam veris a Sev. Walth. Slutero (1.), & aliis, miror esse annumeratam) gloriatio falsissima esset, seqviori tamen aliqvamdiu de Academia Jenensi, in qva schedas ille suas, in templum etiam projectas oppidanum, M. Sept. A. 1674. sparserat, qvamqve Octobri seqvente repetierat, rumori præbuit occasionem. Addiderat scilicet ille exemplo Dialogi sui inter cauponem & tres hospites vernaculi, clam, d. 6. Sept., in Joh. Ludov. Neuenhahnii, Bibliopolæ Jenensis, projecto officinam, literas ad ipsum Neuenhahnium, in qvibus, studiosos & cives, in sola urbe Jenensi, septingentos doctrinæ Conscientiariorum astipulari, falso tradebat, simulqve significabat, velle istos, ut Dialogum hunc Novellis, qvarum editor sit, hebdomadariis qvamprimum inserat. Qvod si facere negligeret, curatum ab his iri, sclopeti ope manuarii, minabatur, ut somnus ipsi perpetuus in platea propediem obreperet publica. Mendacem hanc fabulam Studiosi qvidam, plus justo creduli, juvenili temeritate, per literas Ratisbonam, ac aliorsum, missas, divulgarunt, & incautioribus, ut veri aliqvid subesse isti suspicarentur, propemodum persvaserunt. Qvorum credulitas ne Academiæ Salanæ læderet existimationem, Joh. Musæus, Professor Theol. primarius, scriptum rumori huic A. 1675. opposuit vernaculum, qvo, & vanitatem illius ostendit, & Knutsii schedas blasphemas singulari, qva coævos superabat Theologos, accuratione confutavit, locorum-

qve

(1.) *in Propylæo Historiæ Christianæ p. 170.*

qve simul S. Scripturæ, ab hoc adductorum Spermologo, vindicias, ac brevem doctrinæ ejus & Dav. Georgii Parallelismum, exhibuit. Inscriptio libri hæc est: Ableinung der außgesprengeten abscheulichen Verleumbdung, ob wære, in der Fürstlichen Sächsischen Residentz und gesamten Universität Jena, eine neue Secte der so genandten Gewissener entstanden, und derselben eine nicht geringe Anzahl von Bürgern und Studiosis beygethan; nebst umständlichem Berichte von etlichen, am 5. und 6. Sept. A. 1674., daselbst außgestreueten Gotteslästerlichen und aufrührischen Charteqven, von welchen solche Calumnie ihren Uhrsprung genommmen, und von der vermeinten Gewissener Secte. Duæ hujus scripti editiones Jenæ A. 1675. (1.) prodierunt, qvarum posteriori, præter auctaria alia, tres schedæ Knutsii blasphemæ, & Musæi Defensio sacri Codicis adversus illas vernacula (Nohtwendige Verthädigung der H. Schrift, wieder die in Matth. Knutsens Charteqven enthaltenen Lästerungen derselben), accesserunt. Apologiæ isti Musæanæ, & Knutsii ipsius centonibus, qvicqvid hactenus de vita ejus relatum est, debere nos fatemur. Ubinam ille locorum post annum 1674. delituerit, qvibusqve deinceps fatis fuerit obnoxius, nec mihi, nec aliis, explorare licuit.

Post Joh. Musæum refutare eum sunt aggressi:

1. M. Valent. Greissingius, Corona Transsylvanus, *in Exercitationibus de Atheismo duabus*, Cartesio illiqve oppositis, & Witebergæ A. 1677. *in 4.* excusis.
2. D. Joh. Olearius Junior, Prof. Theol. Lipsiensis, in *Animadversionibus in errores ejus bipartitis* ἀνεκδότοις, in privato propositis Collegio, qvas edi Val. Ern. Löscherus (in den unschuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 10. A. 1703., p. 572. 573.*) jampridem optavit.

Conferri de illo possunt, præter *Partem II. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 8., p. 164-167.*, istamqve secutos, Casp. Sagittarium (*in Introd. in Hist. Eccl., c. 33., Sect. 14., p. 879. 880.*) & Pet. Bælium (*T. II. Dictionarii Historico-Critici, P. I., p. 242. 243. Ed. primæ, & T. II. p. 1724. Ed. secundæ*), Tob. Wagnerus *in Examine Atheismi speculativi p. 11. 12. 16. 21. 50.*, Joh. Dieemannus *in Diss. de Naturalismo Joh. Bodini p. 22. 23.*, Sev. Walth. Sluterus *in Propylæo Historiæ Christianæ p. 170.*, Tob. Pfannerus *in Systemate Theologiæ Gentilis purioris, c. 2., §. 2., p. 35. 36.*, Joh. Barth. Niemeierus *in Diss. de existentia DEI & Atheismo, §. 25.*, Gotfr. Arnoldus *T. III. Hist. Eccl., c. 18., p. 190. 191.*, Ant. Heimreichius *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 4., p. 213.*, Joach. Fellerus *in Continuatione Historiæ Joh Læti p. 641. 642.*, Joh. Franc. Buddæus *T. III. Lexici Historici p. 260.*, Imman. Weberus in Beurtheilung der Atheisterey *p. 141-145.*, Mart. Lipenius *P. I. Biblioth. Theol. p. 412.*, Dan. Hartnaccius *in Continuat. Syntagm. Hist. Eccl. Joh. Micrælii p. 1261.*, And. Carolus (Hartnaccium secutus) *in Memorab. Eccl. Sec. XVII., T. II., Lib. 8., c. 32., p. 110., & c. 39., p. 134-137.*, Joh. Pet. Grünebergius *in Diss. de Atheorum religione prudentum*, &, qvi hanc allegat, Henr. Asc. Engelke *in Disp. de Sententiis in S. Scripturam injuriis, p. 4.*, Val. Ern. Löscherus in den unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. X. A. 1703., p. 570-574.*, Nathaneel Falckius *in Dæmonologiæ recentiorum falsæ Diss. præliminari, §. 6., & Disp. II. §. 32.*, Joh. Upmarckius, Eloqv. Prof. Upsal. (*in Novis Lit. Germ. A. 1709., p. 396.*, allegatus), *in Atheomastige*, Upsaliæ A. 1709. edito, *c. 1.*, Joh. Melch. Kraftius in der geretteten Unschuld zweyer Fürstl. Holst. Superintendenten, *c. 2., p. 29. 30.*, Dn. de la Croze, Biblioth. regiæ Berolin. Præfectus, (a Lipsiensibus, *in Actis Erud., T. IV. Supplem., Sect IX., p. 402.*, laudatus) *dans les Entretiens sur divers sujets*, ἀνωνύμως Coloniæ A. 1711. *in 8.* editis, *Dial. IV. de Atheismo*, Jenkinus Thomasius *in Historia Atheismi, c. 10., p. 245-249.*, & J. F. Buddæus in *Thesibus de Atheismo, c. 1., §. 27., p. 198. 199. 200.*

CENSURÆ.

Tob. Wagnero (*l. c. p. 16. & 21.*) *Tenebrio* audit, *non dignus qvi nominetur*, & *Atheisticum neqvitiæ stabulum.*

Joh. Musæo, in scripto ipsi opposito, *p. 6.*, *Apostolus Satanæ lucifuga, p. 16. nebulo infamis, omnisqve pudoris expers, p. 48. Conscientiarius nullius conscientiæ*, & *p. 102. homo blasphemus, a Satana excæcatus.*

Joh. Dieemanno (*in Diss. de Lingva primigenia Hebræa p. 26.*) *famosus ex Empæctarum* ἀθέων *grege nebulo.*

Tob. Pfannero (*l. c. p. 35.*) *Homo moribus inqvies, ingenio turbidus, qvi Atheorum omnium improbitatem æqvavit & vicit.*

Joh. Barth. Niemeiero (*l. c.*) *Empæcta Atheus recentior.*

Nath. Falckio (*l. c., Disp. II., §. 32.*) *Atheorum in Germania antesignanus.*

SCRIPTA EDITA.

Schediasma (*qvaternionis unici*) de Lacrymis Christi Germanicum, a Joh. Musæo, *in Apologia contra eum p. 22.*, memoratum, qvod A. 1667., juxta Kraftium (*l. c. p. 30.*), vel potius A. 1668., Hafniæ *in 4.* (*teste Catalogo Biblioth. Ott. Sperlingii Jun., p. 143.*), prodiit.

Epistola amici ad amicum Latina, Romæ (*uti finxit*) VI. Kal. Mart. scripta, in qva sacrum Codicem plurimarum contradictionum, æqvivocationum, narrationumqve falsarum, ineptarum atqve absurdarum, & styli præterea incomti atqve ἀμεθόδου, corrasis hinc inde exemplis, convincere allaboravit. Latine hæc A. 1675. prodiit, sub initium secundæ Editionis Jenensis scripti (de qvo supra dictum) Germanici, a D. Joh. Musæo ei oppositi, & A. 1702. in Joh. Groningii *Tomo I. Relationum reip. Literariæ*, Hamburgi *in 8.* impresso, *Sect. II., Relat. III., p. 23-28.*, est recusa. Latine pariter atqve Gallice Dn. de la Croze eandem A. 1711., in *Dialogis* suis Gallicis (*les Entretiens sur divers sujets*), paulo ante allegatis, *Dial. IV.*, exhibuit, uti Lipsienses *l. c.* testantur.

Gespräch zwischen einem Lateinischen Gastgeber, und drey Gästen ungleicher Religion (P. Ursino, einem Bäbstler, Brummer, einem Lutherschen, und Bähr, einem Reformirten), zu Altona, nicht weit von Hamburg, gehalten.

Gespräch zwischen einem Feldprediger, D. Henrico Brummern, und einem Lateinischen Musterschreiber, A. 1673. gehalten. Duo hæc Colloqvia, perqvam impia, Joh. Musæus itidem A. 1675. scripto suo contra Empæctam hunc, in editione altera, præfixit vernaculo. Qvæ ad illorum, & Epistolæ Latinæ, spectant historiam, in vita Autoris jam sunt exposita.

DIETERICUS KOCHIUS, Lubecensis, Scholæ templi Cathedralis Præceptor Lubecæ initio primarius, & Pastor deinde, ab A. 1698., in agro vicino, Geninensis. V. *Nova Lit. Lubec., M. Oct. A. 1698., p. 196.*, Jac. a Mellen *Lubecam anni 1699. literatam p. 14.*, & Anonymi Nachricht von Lübeck, *c. 36., p. 223.*

Das von David abgestattete Danckopfer, bey dem Leid- und Freudenwechsel seines verlohrnen und wieder erlangten Hauses, bey Christl. Einweihung der, durch einen heftigen Sturmwind, A. 1703. fast gantz zernichteten, und nun wieder aufgerichteten, Geninischen Kirche, auß Ps. XXX. 12., erwogen. Lubecæ 1707. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1707., p. 64.*

JOHANNES JOACHIMUS KOCHIUS, Hamburgensis, Johannis, Senatoris, filius, J. U. Lic. Argentinæ A. 1686., Doctor autem Kilonii A. 1688., creatus, patriæ, ab A. 1708., Secretarius, &, ab A. 1721., Protonotarius.

Disp. Jurid. de Venenis & veneficiis, Præside Dan. Bütnero, PP. Hamb. 1682. in 4.

Disp. de Observantia Imperiali, Præside J. G. Kulpisio. Argentinæ 1685. in 4.

(1.) *in 4.*

Disp. Inaug. de Jure braxandi (vom Braurechte). Argent. 1686. in 4.

M. NICOLAUS KOCHIUS, Dithmarsus, vici in patria Heidensis, circa A. 1661., Ecclesiastes, &, post remotionem ab hoc officio, Parochiæ in eadem alterius minister.

O Dithmarschen gedencke mein; das ist: Der Gerechten und Heiligen Leich- und Grabstein, oder Leichpredigt über Fridericum, Hertzogen zu Holstein-Gottorf, d. 31. Jan. A. 1661., zu Heide, auß Es. LVII. 1. 2., gehalten. Hamburgi 1661. in 4.

AUGUSTINUS KOCKERTUS, Lubecensis, studii Juridici curriculo in Academiis Germanicis, Gallicis (&, has inter, Bituricensi, in qva Jac. Cujacii fuit auditor) Italicisqve, absoluto, Doctoris titulum Basileæ 9. Kal. Apr. A. 1590. reportavit (1.). In patriam redux, Praxi in illa, ac Holsatia vicina, forensi præ aliis inclaruit, liberos aliqvot (&, in his, Jacobum, Scholæ Lubecensis Subrectorem doctissimum, ac Elisabetham, D. Joh. Neucrantzio, Medico Lubecensi atqve Stralsundensi, elocatam) ex Anna Petræa, conjuge, Christiani, Senatoris patriæ, filia, A. 1591. ducta, sustulit, & A. tandem 1620., sexagenario major, imo fere septuagenarius, vivis excessit (2.).

Symboli loco JCtus hic, elegantiorum etiam literarum peritus, usurpavit, & Joach. Morsii albo inscripsit, hoc distichon:

Summæ Christus opes mihi, qvem si mente serena
Intuear, mundus cætera cuncta habeat.

Georg. Remus, Reip. Norib. Consiliarius, in Epistola ad Joh. Kirchmannum A. 1605. scripta (*in Append. Gudianarum, n. 128., p. 212.*) *JCtum eximium*, & in alia, A. 1617. data (*ibid. n. 132., p. 216.*), *JCtum insignem* eum vocavit, in tertia autem, A. 1621. exarata, defunctum verbis celebravit seqventibus: *Dolorem ingentem in animo meo excitasti nuncio obitus V. Cl., D. Aug. Kockerti, JCti summi, qvem, ob doctrinæ præstantiam, morum candorem, & varias ingenii dotes, mirum in modum adamaveram annos præterpropter duodeqvadraginta, cum in Galliis & Germania familiarissime vixerimus; eiqve, in Italiam abeunti, σύγχαρμα scripseram. Vixit mihi carissimus, & qvasi antesignanus in stadio & studio juris nostri. - - Habuit amicos magnos in Galliis, Italia, Helvetia, Germania, Belgio, Dania, ac forte etiam in Svecia. Nemo non virtutem tanti viri, qvi oderat cane & angve pejus ambitionem θυμομαχίαν τε, admiratus fuit.*

Qvinqve illius Epistolæ de Jani Gulielmii, civis sui inclyti, Avarici Biturigum A. 1584., qvo ipse in Galliis vivebat, extincti, Castigationibus Ciceronianis, aliisqve scriptis posthumis, ad Suffridum Petri, JC. & Canonicum Coloniensem, A. 1585. 1586. & seqq. exaratæ, inter *Epistolas clarorum Virorum*, a Simone Abbes Gabbemah, Frisio, patriæ Historiographo, Harlingæ A. 1664., & denuo A. 1669., *in 8.* editas, *Centuria II., num. 83. 86. 88. 90. 96., p. 441-482.*, lucem una cum tribus Suffridi responsoriis (*num. 84. 89. & 97.* obviis), viderunt publicam.

JACOBUS KOCKERTUS, Lubecensis, Augustini, modo laudati, ex Anna Petræa filius, Philologus & Poeta præclarus, V. Non. Oct. A. 1596. lucem primam aspexit, literisqve elegantioribus in schola, cui D. Otto Gvaltperius tunc præerat, patria, Theologiæ autem, studiisqve Academicis, Rostochii per triennium, & deinceps Witebergæ, Joh. Georg. Dorscheo, Jac. Wellero & Menone Hannekenio, Theologis postea celeberrimis, commilitonibus gavisus, operam impendit sedulam. Domum A. 1620., ob parentis, revocatus, obitum, decennio post, M. Junio A. 1630., in officio Subrectoris scholæ patriæ M. Sebast. Meiero successit, duasqve uxores, Saram scil. Engelbrechtiam A. 1631., & Catharinam, M. Joh. Reichii, Pastoris Ægidiani, filiam (qvinqve liberorum, &, hos inter, Johannis, Med. D. & Practici Lubecensis, matrem), A. 1637., vitæ fortunarumqve adscivit socias. Assiduis muneris scholastici fractus laboribus, d. 21. Febr. A. C. 1654., & æt. 58., cum, paucas ante horas, epuli, in æde Jacobæa, cum discipulis Parochiæ istius adultioribus, more apud Lubecenses recepto, particeps factus esset Eucharistici, & Apoplexia mox vehementi oppressus, morte subita atqve inopinata expiravit. V. M. Sebast. Meieri, Rect. Lubec., *Programma de vita ejus funebre*, Lubecæ A. 1654. *in 4.*, cum Joh. Henr. Meibomii, Henr. Bangerti, & aliorum, Epicediis excusum Encomiasticis, & confer ejusdem Bangerti *Catalogum Præceptorum scholæ Lubecensis*, *Orationi Rectoratus auspicali* A. 1665. adjectum, Joh. Henr. a Seelen *Athenas Lubecenses, P. I., p. 16. 17. 102. 103. 104.*, ac *P. III. p. 356. 357. 358.*, G. M. Königii *Biblioth. Vet. & novam, lit. K.*, ac Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII. ad A. 1654.*

Bangertus defunctum hoc celebravit Decasticho:

Doctrina insignis, Romanæ doctior usus
Lingvæ, Cecropiis ora referta favis,
Virtutis studium, candor, qvi fallere nescit,
Insontesqve manus, mens inimica dolis,
Pubis cura gravis, qvæ limina nostra freqventat
Gymnasii, officii sedulus atqve labor,
Demisere caput, qvo tu, Kockerte, sepulchro;
Et tecum (o factum!) contumulata jacent.
Fallor! perpetuis etenim te laudibus ornant,
Atqve in cœlestes te retulere choros.

Abr. Hinckelmanno (*in Progr. de vita Johannis, ejus filii*) *Philologus* audit & *Poeta excellentissimus.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Scanderbegus decantatus, seu Carmen Encomiasticum de vita & morte Georg. Castrioti, Ducis Epirotarum. Lubecæ 1643. in 4. Aug. Buchneri in hunc Jambos (in qvibus *Musæ* nostri *politæ* vocantur & *perqvam elegantes*), *in Poematis* ejus, *p. 494. 495.*, invenies.

Poema Heroicum (*prolixum atqve elegans*) in obitum Joh. Kirchmanni, scholæ Lubecensis Rectoris, Jac. Stolterfohtii *Orationi de vita ejusdem parentali*, Lubecæ A. 1643. *in 4.* editæ, subjectum.

Poema de Pace publica Monasteriensi. Lubecæ 1653. in 4.

P. Terentii Comœdiæ VI., ex recensione Dan. Heinsii, ab eo, cum Indice suo Philologico & Collectaneis, editæ. Accedunt etiam Variæ Lectiones M. Ant. Mureti & Gabr. Faerni. Lubecæ A. 1651. & 1667. (*imo, juxta Catal. Nundinalem, 1663. qvoqve*) in 8. Præfixa sunt huic ejus editioni Elogia Jac. Welleri, Joh. Henr. Meibomii, Jac. Stolterfohtii, Aug. Buchneri, Seb. Meieri & Henr. Bangerti, metrica. Indicem ejus Terentianum, Joh. Freinshemii & Joh. Henr. Bœcleri exemplo, Joh. Kirchmanni autem hortatu, concinnatum, commendarunt Joh. Andr. Bosius *in Diss. de prudentia & eloqventia civili p. 74.*, G. M. Königius (Autorem illo *optime de re literaria* judicans *esse meritum*) *l. c.*, J. G. Walchius *in Historia L. Lat. Critica, c. 5., p. 257.*, & Casp. Sagittarius, *in Comm. de vita Terentii p. 67.*, ita scribens: *Non spernenda est Jac. Kockerti opera, qvi Indicem locupletissimum, & qvi instar Commentarii esse possit, in Comicum nostrum scripsit, ac optime propterea de studiosa juventute meritus est. Ante hunc tamen Augustinum Champarellum Indicem in Terentium Bergomi edidisse accepimus.* D. G. Morhofius, *T. I. Polyhist., Lib. IV., c. 11., p. 134.*, Indicem qvidem J. H. Bœcleri Terentianum Kockertiano præfert, sed hunc tamen, itidem laudatum, *primæ ætati utiliorem esse* fatetur.

JOHAN-

(1.) V. Carmina gratulatoria Joh. Lehmanni, Georg. Remi, J. U. D., Jac. Arminii, Hollandi, & Val. Thilonis, Ligii, Basileæ A. 1590. *in 4.* excusa. (2.) V. Georg. Remi *Epistolam* (e qva mox plura recitabimus) ad Joh. Kirchmannum A. 1621. scriptam, & Joach. Morsii *Album MS. f. 701.*

JOHANNES KOCKERTUS, Lubecensis, Jacobi, modo celebrati, filius, d. 14. Mart. A. 1640. in lucem editus, & Medicæ artis, cui Witebergæ qvinqvennio vacaverat continuo, Doctor Basileæ A. 1665. creatus, Practicus ejusdem, post reditum ex itinere Italico ac Germanico, in patria, ab A. 1667., fuit haud inglorius, ac d. 3. Jan. A. C. 1677., & æt. 37., rebus humanis valedixit. V. Abr. Hinckelmanni (a qvo multis ornatur laudibus) *Programma funebre*, vitæ ejus fusius exponens historiam, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 252. 253. 254.*

Disp. de Morbo comitiali. Witebergæ 1664. in 4.

Disp. Inaug. de Renum & vesicæ calculo. Basileæ 1665. in 4.

FRIDERICUS KOESSEN, Kiloniensis, Mathematicus in Acad. patria, ab A. 1721., Professor, ingeniosus.

Glückwünschungsrede, auf Carl Friederichs, Hertzogen zu Holstein, Geburtstag, am 19. Apr., A. 1705., zu Kiel gehalten. Kilonii 1705. in fol. V. *Nova Lit. Lubec., M. Aug. A. 1705., p. 251.*

Tractatus de Analysi Æqvationum differentialium, vel expedienda in numeris universalibus; vel constructionibus Geometricis efficienda. Kilonii A. 1715. in 4.

ALBERTUS KOHLIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1702. defunctus. V. P. A. Lehmanni *Hamburgum anni 1704. literatum p. 36.*

Disp. Jurid. Inaug. de Pauperie. Basileæ 1663. in 4.

JOHANNES PETRUS KOHLIUS, Kiloniensis, Prof. ab A. 1725. Petroburgensis in Russia.

Ecclesia Græca Lutheranizans, seu Exercitatio de Consensu & dissensu Ecclesiæ Orientalis Græcæ, speciatim Russicæ, & Occidentalis Lutheranæ. Accedit Joh. Qvistorpii Diss. de Christianismo Græcorum hodiernorum, contra Leonem Allatium. Lubecæ 1723. in 8.

Theologiæ Gentilis Cimbricæ purioris Specimen I., seu Dissertatio, qva testimoniis disertis, sepulchralibus cerimoniis, intrepido mortis contemptu, diligenti futuræ mortis recordatione, aliisqve argumentis, probatur, Cimbros gentiles doctrinæ Immortalitatis Animæ, & Resurrectionis corporum, non fuisse expertes. Kilonii 1723. in 4. Recensum ejus ac laudes V. *in Actis Erud. Lips., M. Febr. A. 1724. p. 95. 96.*

PAULUS RUDOLPHUS KÖHLBLATT, Kiloniensis, Marci, Protonotarii Slesvigo-Holsatici provincialis, filius, J. U. Cand., in Gallia, anno circiter 1668., mortuus. V. D. G. Morhofii *Programma funebre, parenti ejus scriptum, in Orationum Appendice, num. 43., p. 682.*

Disp. de tacito pacto remissorio, ex redditione chirographi præsumpto, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio. Tubingæ 1667. in 4. Recusa ibidem, *Volumine III. Disputationum, sub Lauterbachii propositarum præsidio.*

M. HUBERTUS KÖHNIUS, Senior; Lubecæ d. 26. Febr. A. 1607. natus, & mercaturæ initio, deinde vero studiis, destinatus, his, tum in schola patria, tum in Academiis, Rostochiensi scil. ab A. 1627., Witebergensi (Magistri largita titulum) ab A. 1630., & Lipsiensi, ab A. 1632., vacavit, Præsesqve in ultima Disputationes aliqvot habuit publicas. In patriam redux, ædis Marianæ Diaconatum d. 30. Jun. A. 1639., ac deinceps Archidiaconatum, obtinuit, & ex Elisabetha Grünewaldia conjuge, A. 1639. itidem ducta, qvinqve filios totidemqve sustulit filias. Apoplexia d. 27. Febr. A. 1665. in sacro correptus ambone, hunc nunqvam deinceps conscendit, sed, triennio post, d. 28. Aug. A. C. 1668., & æt. 61., iterato ejusdem insultui succubuit. V. Henr. Lubberti, generi ejus, Pastoris Böhlendorfiensis, Carmen de Vita ejus funebre Germanicum, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 345. 346.*

Disputationes Lipsienses, paulo ante memoratæ.

Corona fidelium gloriosa, der Getreuen Ehrenkrone, zum Gedächtnis Henr. Wolfii, Pastoris zu Oldesloe, aus Apoc. II. 5., schriftlich verfaßt. Lubecæ 1644. in 4.

Christl. Lehrpredigt von Gastereyen, aus Luc. VII. 36. Lubecæ 1645. in 4.

HUBERTUS KÖHNIUS, Junior, Senioris, modo laudati, filius, Lubecæ VI. id. Jul. A. 1643. natus, e schola patria, cum profectuum suorum in lingvis Græca & Latina insignium specimina dedisset, metrica pariter atqve ἄμετρα, typis exscripta, in Academiam A. 1659. abiit Lipsiensem, inqve illa a Theologicis ad Medicorum castra est transgressus. Arti horum salutiferæ, ab anno deinde 1661., in Jenensi etiam (in qva *Poëma de passione Christi, usuqve ejus salutari, Græcum* publice ab eo est recitatum), ab A. 1664. in Lugduno-Batava, &, titulo Doctoris in hac M. Junio A. 1665., reportato, in itinere per Galliam, Italiam & Germaniam, literario, incubuit. Praxin ejusdem in patria A. 1666. est auspicatus, sed vix annuo continuavit spatio, febriqve d. 8. Jan. A. C. 1668., & æt. 24., decessit. V. Joh. Luderi, Med. D., *Justa honoraria, ei facta*, Lubecæqve A. 1668. *in 4.* excusa, Frid. Rappolti Jambos ad eum Encomiasticos, *in Poematis p. 387. 388.* obvios, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 254-257.*

Specimina, de qvibus modo dictum est, scholastica.

Disputt. II. de principatu partium in corpore animalium, qvarum prima sententiam Aristotelicam, altera sententias Aristotelicæ contrarias exhibet, Præside Casp. Posnero, Prof. Physico, propositæ. Jenæ 1662. & 1663. in 4.

Disp. de Podagra, Præside D. Ant. Günth. Hellenio, Archiatro Anhaltino. Jenæ 1663. in 4.

Disp. Med. Inaug. de Syncope. Lugd. Bat. 1665. in 4.

JOHANNES KÖHNIUS, Lubecensis, Huberti, Ecclesiastæ templi Mariani, filius, d. 29. Mart. A. 1641. natus, studiorum gratia A. 1657. Lipsiam, 1659. Witebergam, & 1663. Jenam, profectus, Ecclesiæ ruralis in ditione Lubecensi Schlukupensis Pastor d. 22. Jan. A. 1673. electus, ac d. 29. Junii A. C. 1676., ætatisqve 36., mortuus. V. *Epicedia.*

Carmen Epicum de Angelo Studiosorum tutelari, in Acad. Lips. recitatum Lipsiæ 1658. in fol.

Disp. de Agno. Lipsiæ in 4. V. Jac. Henr. Pauli Epigramma in illam, *in Libello Epigrammatum promiscuorum p. 21.*

Exegesis loci Joh. VIII. 56., Præside D. Seb. Niemanno proposita. Jenæ 1663. in 4.

JOHANNES KÖHNIUS, Lubecensis, J. U. Doctor.

Discursus Inaug. Theoretico-Practicus ad Juris Lubecensis Lib. II. Tit. 2. de Successione ab intestato, & divisione hæreditaria, Præside D. Henr. Coccejo. Heidelbergæ 1684. & 1706. in 4.

JOACHIMUS KOLLIUS, Holsatus, J. U. D. (Basileæ A. 1585. creatus), Urbis Crempensis, ab A. 1586., Advocatus, & deinde Consul, A. 1606. (qvo Gvilh. Alardus *Decadem* ei octavam *primæ Excubiarum sacrarum* inscripsit *Centuriæ*) superstes.

Conclusiones Inaugurales de Successione feudi. Basileæ 1585. in 4.

Rechtbuch, darinnen die Artickel, so man Lübisch Recht nennet, und in den Manuscriptis gefunden werden, nicht allein in

eine bequeme richtige Ordnung gebracht, sondern auch das Keyserliche, Sächsische und Göttliche Recht zugleich mit angezogen werden. Hamburgi 1586. in 4. Scriptum hoc omnium in Jus Lubecense Exegeticorum est antiqvissimum, & eodem A. 1586., qvo prima istius editio, publicatum. Nec desunt, qvi illud ipsam ejus editionem promovisse existimant, uti Er. Mauritius Jun. (suum suspendens judicium), *in Introduct. ad Praxin, Specimini Consiliorum Kiloniensium præfixa*, testatur. Cujus verba perperam intellexit Joh. Georg. Kulpisius, horum fide, *Parte II. Commentatt. Acad. ad Sever. de Monzambano p. 102.*, Kollio Juris Lubecensis editionem, inter cæteras præcellentem, falso tribuens. Conf. de scripto hoc *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 5., p. 500.*

M. ANDREAS LUDOVICUS KÖNIGSMANN, Slesvicensis, laurea Francofurti ad Viadrum Philosophica d. 27. Apr. A. 1706., in solennitate Academiæ ornatus seculari, & Professor Philosophiæ, in Athenæo Kiloniensi, A. 1709. constitutus extraordinarius, Gymnasii deinde Osnabrugensis, ab A. 1713., Doctor publicus, Parochiæ ruralis Danico-Hagensis, Kilonio vicinæ, ab A. 1716., Pastor, & ab A. 1725. Templi Præsidiariorum Hafniensis Germanicus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Friderico Ænobarbo, Imperatore, ab Alexandro III., Pontifice, pedibus non conculcato, Præside Joh. Burch. Majo, PP., defensa. Kilonii 1701. in 4.

Disp. de scopo & sensu Parabolæ de malis Pastoribus Joh. X., Præside D. Henr. Muhlio. Kilonii 1703. in 4.

Mæcenatum Slesvici & Holsatiæ monumentum pietatis, qvo, cum aliis, Eilhardus Schachtius, Secretarius Ducalis Holsato-Gottorpiensis, instituta cum Mæcenate Romano comparatione, solenni in Panegyri est laudatus, & simul prædicata Sam. Schassii munificentia. Kil. 1706. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Lubec., M. Oct. A. 1707., p. 307. 308.*

Disp. an Aristoteles doctrinæ moralis demonstrationem in incerto statuerit, ad gradum Magisterii obtinendum, Præside Joh. Burch. Majo, proposita. Kil. 1706. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Sept. A. 1706., p. 275.*

Disp. de Rerum moralium demonstrationibus, locum Aristotelis diu vexatum *Nicom. I. 3.* adversus ψευδεπιγράφου Halensem (*Observv. vernac. P. II., Obs. II.*) vindicans. Kil. 1707. in 4. Recensum V. *in N. L. Lub., M. Jul. A. 1707., p. 216-219.*

Paradoxon Philosophicum, qvod omnium horribilium horribilissimum Mors natura non sit, sapienti inprimis, Joh. Ad. Axenio, causarum patrono Slesvicensi, cum parenti suo, Petro, JCto & Polyhistori, justa faceret, oblatum. Kil. 1707. in fol. V. *N. L. Lub., M. Oct. A. 1707., p. 308.*

Diss. Historica de origine Literarum apud Germanos, ad celebrem locum Taciti Germ. XIX. 1. Kil. 1707. in 4. Recensum V. *in N. L. Lub., M. Mart. A. 1708., p. 59. 60.*

Disp. de antiqvitate & usu Betulæ Pentecostalis, frondiumqve sacrarum universe. Kil. 1707. in 4. Recensum V. *in N. L. Lub., M. Oct. A. 1707., p. 310. 311. 312.*

Diss. Rhetorica de Parabolis Christi Propheticis. Kil. 1708. in 4. V. *N. L. Lub., M. Apr. A. 1708., p. 83. 84.*

Paradoxon de divite Epulone a Christo immisericordiæ non accusato, & de ejus orationis vero scopo ac argumento, ad Luc. XVI. 19. & seqq. Kil. 1708. in 4.

Disqvisitio de optima philosophandi ratione, juventuti Academicæ accommodata. Kil. 1708. in 4. V. de illa *N. L. Lubec., M. Majo A. 1708., p. 123. 124.*

Diss. Historico-Moralis ad Taciti Germ. XIX. 1., de Literarum amatoriarum apud veteres Germanos ignoratione. Kil. 1709. in 4.

Disp. de Regno Dei morali in homines, ad recte jacienda Philosophiæ moralis fundamenta. Kil. 1710. in 4.

Disp. Eclectica de eo, qvod justum est in Regno Dei morali. Kil. 1710. in 4.

Disp. ad Matth. XXII. 11. & seqq., de Homine nuptiali veste non induto, tanqvam imagine Antichristi. Kil. 1711. in 4.

Animadversiones Homileticæ, in Acad. Kilon. publice primum propositæ, ac deinde privatis Disputationibus excussæ. Kil. 1711. in 4.

Prodromus Clavis Propheticæ, Triade Dissertationum de Emblematis Propheticis aditum ad interiorem S. Scripturæ intellectum patefaciens. Kilonii 1712. in 4.

Diss. de rationali Metaphysices, tanqvam universalis Scientiæ, cultu. Kil. 1712. in 4. V. de illa *Partem XX.* der gelehrten *Famæ p. 618. 619.*

Disp. de Judicio Regis Christi adversus rebellem Ecclesiam Judæorum, ut typo Judicii in Ecclesiam Antichristianam, & universam terram, ex Matth. XXIV. 29. & seqq., Marci XIII. 24. & seqq. ac Lucæ XXI. 25. & seqq. Kilonii 1712. in 4. V. *Partem XIX.* der gelehrten *Famæ p. 484. 485.* Recusa est Osnabrugæ A. 1716. in 4., cum novis accessionibus & modestis Vindiciis contra D. Gottliebii Wernstorfii, Theologi Witebergensis *Diss. in Textum Evangelicum Dominicæ II. Advent., de adventu Christi ultimo accipiendum*, Witebergæ A. 1714. ei oppositam. V. *Partem XLVI.* der gelehrten *Famæ p. 732.*, & *Catal. nundin. Lips. A. 1715. vern. p. 73.*

Controversia de Amore Dei puro & mercenario. Kil. 1713. in 4.

Diss. de Meritis nostratium in studium Mythicum, Osnabrugæ A. 1714. edita, & a Zach. Götzio *in Dissertt. de Nummis p. 403.* allegata.

Specimen Recreationum Osnabrugensium de consensu Parabolarum Virgilianarum cum Symbolis Hebræorum & Ægyptiorum, una cum Indice Scriptorum Autoris editorum & edendorum, qvod Osnabrugæ A. 1716. *in 4.* imprimebatur. V. *Partem XLVI.* der gelehrten *Famæ p. 793.*, & *Catal. nundin. Lips. A. 1715. vern. p. 73.*

II. GERMANICA.

Die mitten in der Verwelckung grünende Maien, oder Trauer-Rede über den Todt Annæ Luciæ Maien, Joh. Burch. Maji, Kielischen Professoris, Eheliebsten. Kilonii 1703. in fol.

Teutsches Programma zu den Lectionen von der Wahrheit der Göttlichen Philosophie, gegen die Falschheit der Lehre Bened. Spinosæ und Christoph. Wittichii. Kil. 1710. in 4.

Vernünftige Untersuchung, ob zu rahten sey, daß die Studierende, insonderheit künftige Theologi, die so genandte Metaphysick, und Kunstwörter der Schul-Lehrer, nohtwendig alle, und gleich anfangs, auf Academien erlernen? welche Frage mit nein wird beantwortet. Kil. 1712. in 4. V. *Partem XX.* der Gelehrten *Famæ p. 619.*

Philosophische Verwunderung einer unvergleichlichen Seele, in einer Standrede, beym Leichenbegängniß Joh. Werneri Führsen von Hamburg, LL. Stud., vorgestellet. Kil. 1712. V. Joh. Klefekeri *Bibliothecam eruditorum præcocium p. 100.*

INEDITA

INEDITA ET PROMISSA.

Diff. de bonis operibus Latronis in cruce. V. *Or. Parent. Annæ Luciæ Majæ habitam p. 17.*

Diff. de D. Pauli matrimonio. V. *N. L. Lubec., M. Dec. A. 1703., p. 253.*

Or. de Paradoxo, Panem magnum mortuum non Christum fuisse, sed Dæmonem, Kilonii A. 1703. recitata, qvam, Commentationibus qvibusdam de Oraculorum origine & duratione, Antonio a Dale oppositis, auctam, sub titulo *Dissertationum Paradoxarum* edere voluit. V. *N. L. Lub., M. Majo A. 1703., p. 118., & M. Dec., p. 283.*

Introductio ad scientias Philosophicas. V. *Progr. Germ. contra Ben. Spinosam, A. 1710. editum.*

Diff. de duplici lingvæ & morum Barbarie, *in Programmate eodem* promissa.

Or. Auspicalis de Philosophiæ sacræ excellentia, contra Bened. Spinosam, & ejus sectatores. V. *Diss. de regno Dei morali in homines p. 22.*

Oratio, qva Pet. Musæum, Christ. Kortholtum, Paulum Sperlingium, Matth. Wasmuhtium & Christoph. Franckium, Acad. Kilon. Theologos, d. 18. Jul. A. 1707. laudavit, & cum Basilio, Gregorio, Athanasio, Hieronymo & Augustino, comparavit, Vitæqve D. Christoph. Franckii historiæ. V. *N. L. Lub., M. Oct. A. 1707., p. 312.*

MATTHIAS KONOU, Hamburgensis, J. U. Lic., in patria A. 1680. defunctus, ob Matheseos, Mechanices curiosæ, artiumqve tornatoriæ & vitriariæ, peritiam singularem, a D. Alb. Meyero, Gymnasii Bremensis Mathematico (fragmentum Epistolæ ejus de thermoscopio a se invento, ad D. Sam. Reyherum, Prof. Kiloniensem, M. Jan. A. 1677. scriptæ, simul exhibente), *in Diss. de observationibus Aerometricis*, Kilonii A. 1681. edita (1.), celebratur. Joh. Dan. Majori (2.) *Vir* itidem audit *integerrimus, inqve arte vitriaria parva vel compendiaria, qvæ ad lucernæ flammam peragitur, versatissimus.*

Disp. Jurid. Inaug. de Incendio. Argentinæ 1659. in 4.

ZIMBERTUS KONOU, Hamburgensis, J. U. D. & Advocatorum patriæ, cum viveret, facile princeps, d. 19. Jun. A. C. 1690., & æt. 54., cœlebs extinctus.

Disp. Inaug. de Electione. Argentinæ in 4. *(Catall.)*

DAVID KÖPKE, Urbis in Wagria Oldesloensis Pastor.

Homo disce mori; Güldene Sterbekunst, oder Leichpredigt über Claus Boutwetts, Rahtsherren zu Oldesloe, auß Luc. II. 29-32. Lubecæ 1655. in 4.

GERHARDUS KORBMACHER, Nauta e tribu Bergensium Lubecensis, A. 1535. infelici interfuit expeditioni Lubecensium navali, ad suppetias Hafniæ rebelli, a Christiano III., Rege Danico, obsessæ, ferendas institutæ, & Historiam illius, d. 20. Nov. ejusdem anni, scripto exposuit Germanico, qvod a Joh. Regimanno *Coronici* sui *Lubecensis vernaculi*, Spiræ A. 1619. *in fol.* editi, *Libro IV., p. 191-204.*, est insertum.

CHRISTIANUS KORTHOLTUS, Burgæ, insulæ Femariensis oppido, d. 15. Jan. A. 1633., patre mercatore cognomine, matre autem Dorothea, Petri Pechlini, Senatoris, filia, natus, e scholis patria ac Slesvicensi, Gymnasioqve Stettinensi, sacris vacaturus studiis, A. 1652. in Academiam (in qva Magistri titulum, qvadriennio post, est consecutus) Rostochiensem, & A. 1656., stipendio Schabbeliano impetrato, in Jenensem ac Joh. Musæi, Ordinis Theologici Senioris, convictum, transiit. Jena, cum Ordinis illic Philosophici, ab A. 1657., fuisset Assessor, scriptisqve jam inclaruisset variis, Rostochium A. 1660. reversus, post Colloqvia tria cum Pontificiis solennia, Christiani Ludovici, Ducis Megapolitani, habita auspiciis, A. 1663., & Doctoris Theologi titulum, & lingvæ Græcæ professionem, A. 1664. autem locum in Theologorum collegio, obtinuit. Seqventi 1665. in Academiam Chersonesi patriæ novellam Kiloniensem evocatus, sacrarum illic literarum itidem, per sex ferme lustra, egit Interpretem, & ab A. qvidem 1675. primarium, simulqve, ab A. 1680., Antiqvitatum (qvarum peritia vix ulli Theologorum ævi sui Lutheranorum erat secundus) Ecclesiasticarum Professorem, &, ab A. 1689., Academiæ Procancellarium. Kilonii, licet undecies aliorsum, ad munera, vel splendidiora, vel Kiloniensi haud inferiora, invitaretur, ad obitum usqve, substitit, &, ingentem in Ecclesia Lutherana, doctrina insigni, scriptorum multitudine, serioqve & perpetuo Praxeos Christianismi genuinæ inculcandæ, & pacis Ecclesiasticæ, inter tot certamina aliorum domestica, conservandæ, studio, consecutus autoritatem, febri continua, in qvinto Academiæ Rectoratu, Kal. Apr. A. C. 1694., & æt. 62., expiravit. Uxorem Rostochii A. 1664. duxit Annam, Henrici Kirchovii, mercatoris, filiam, & qvinqve ex hac filias, totidemqve sustulit filios, qvorum trigam paulo post laudabimus. Copiosior vitæ ejus, scriptorum & meritorum in Ecclesiam atqve literas, qvæ multi publice etiam celebrarunt, insignium, historia Tomo a nobis reservatur ultimo. Consuli interim poterunt *Programma* Rostochiense, *Disputationi* ejus *de Nestorianismo inaugurali* A. 1662. præmissum, & Kiloniense, in exeqviis defuncti A. 1694. propositum, D. Joach. Lindemanni, Professoris & Ecclesiastæ Rostochiensis, generiqve ipsius, *Memoria Theologi vere Christiani, sive Oratio parentalis*, Rostochii A. 1694. *in 4.* edita, & A. 1705. Lipsiæ, in Henr. Pippingii *Sacro Decadum memoriæ Theologorum renovatæ Septenario, Dec. V., n. 2., p. 571-597.*, recusa, M. Gabr. Wedderkopfii, Past. Kilon., *Sermo in locum Matth. XXV. 21. 23. funebris vernaculus*, Kilonii A. 1694. *in 4.* impressus, Pet. Bælii *Dictionarii Historico-Critici Tomus II., p. 1749. 1750. Edit. secundæ*, Joh. Franc. Buddæi *Tomus III. Lexici Historici p. 264.*, & ipsius *Catalogus scriptorum propriorum*, septies publicatus.

HENRICUS CHRISTIANUS KORTHOLTUS, Kiloniensis, Christiani, modo celebrati, filius, Medicus Hamburgensis, & postea Batavicus A. 1694. superstes.

Exegema qvoddam in Caput XX. Apocalypseos Germanicum edidisse perhibetur.

MATTHIAS NICOLAUS KORTHOLTUS, Kiloniensis, alter Christiani filius, Philos. Magister, d. 6. Maji A. 1698., in Academia Halensi, ab Aug. Herm. Franckio, LL. Or. tunc Doctore, creatus, Eloqventiæ autem & Poeseos professionem in Giessena publicam A. 1700. adeptus, & hanc Oratione pro Eloqventia veterum, adversus Car. Perraltum, Apologetica d. 22. Jun. auspicatus. Obiit Giessæ A. 1725.

V. *Nova Literaria Lubecensia, M. Jul. A. 1700., p. 184.*, &, qvæ istic allegatur, Joh. Burch. Maji, Prof. Kiloniensis, *Epistolam de vitæ & studiorum ejus ratione gratulatoriam*, Kilonii A. 1700. *in 4.* editam.

Disp. de primo Principe Christiano, Præside Christoph. Cellario. Halæ 1698. in 4.

Disp. de Vitioso amore sui, seu Philavtia. Kilonii 1698. in 4.

Oratio de antiqva Eloqventia recentiori a Car. Perralto *(in Libro Parallele des anciens & des modernes)* perperam postposita. Giessæ 1700. in 4. De illa ita Pet. Bælius, *in Addendis Tomi II. Dictionarii Historico-Critici p. 8. Ed. sec.*: *Cette harangve m' a paru tres bonne.* Sebastiano fratri perperam tribuitur a Joh. Fabricio *P. IV. Hist. Bibl. Fabric. p. 438.*

(1.) *c. 4., p. 16. 17.* (2.) *in Consideratione ferri radiantis, c. 3., §. 24.*

Oratio Leopoldi Magni, Imperatoris Romani, æternæ memoriæ, & successoris, Josephi I., initiis Cæsarei regiminis auspicatissimis, consecrata ab Academia Hasso-Giessena. Giessæ 1705. in fol. V. de illa *Nova Literaria Germanica, M. Dec. A. 1705., p. 465. 466.*

Oratio solennis, in festo seculari Academiæ Giessenæ, d. 18. Oct. A. 1707., habita. V. *N. L. Germ., M. Febr. A. 1708., p. 67.*

Laudatio funebris Elisabethæ Dorotheæ, Landgraviæ Hassiacæ. Giessæ 1711. in fol. (*Catal. Nund.*)

Programmata varia, annis diversis, præsertim vero seculari Academiæ Giessenæ 1707., publicata; e qvibus funebre, D. Joh. Ern. Gerhardi Jun., Prof. Theologi Giessensis, A. 1707. dicatum exeqviis, *in Novis Literariis Germanicis A. 1707., M. Apr., p. 119. 120. 121.*, est recusum.

D. Christ. Kortholti, parentis, Opusculum de Pastore fideli, seu officio Ministrorum Ecclesiæ, posthumum, cum Epistola sua dedicatoria editum. Kilonii 1696. in 12.

Ejusdem Historia Ecclesiastica N. T., a C. N. ad Seculum XVII. perducta, cum Epistola sua dedicatoria, & præfatione, ab eo publicata. Lipsiæ 1697. in 4.

Disp. de Cicerone Christiano, seu Eloqventia Lactantii. Giessæ 1711. in 4. Commendatur a Joh. Georg. Walchio *in Historia Lingvæ Latinæ critica, c. 10., p. 427.*

Epigrammatum & Inscriptionum Liber primus. Giessæ 1712. in 8. Plures in præfatione promittuntur.

Theses miscellaneæ, illo Præside, a VII. Ministerii Candidatis defensæ. Giess. 1717. 4. V. *Partem LXV.* der gelehrten *Famæ p. 594.*

Oratio Secularis de Luthero, Ecclesiæ Angelo, æternum Domini verbum annunciante, atqve sic divina Poenitentiæ & svavissima Evangelii voce orbem christianum ad Christum feliciter vocante; Giessæ A. 1717. festo Lutheranorum Jubilæo habita, & in Ern. Sam. Cypriani *Hilar. Evangelicis*, Gothæ A. 1719. *in fol.* excusis, *Parte II.* juris facta publici. V. Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theol. Nachrichten, *Sect. I. A. 1719., p. 88.*

D. Christ. Kortholti, Parentis, Disputationes Theologicas, Philosophicas & Historicas, Autoris manu emendatas & auctas, se junctim editurum esse, *in Catal. Nund. Lips. A. 1712. vern. p. 59.* est pollicitus.

SEBASTIANUS KORTHOLTUS (qvem *Christianum Kortholtum juniorem* Corn. a Beughem (1.) perperam appellat), Kiloniensis, filius Christiani, Theologi celeberrimi, tertius, A. 1675. natus, non vena solum Poetica, eaqve eximia, sed & peritia literaturæ elegantioris reliqvæ, ac historiæ inprimis literariæ, minime vulgari, in patria pariter atqve regionibus exteris, jampridem inclaruit. Post reditum ex itinere Batavico & Anglico, in qvo Viris doctissimis familiariter innotuit, qvodqve ipsemet ἀνεκδότῳ descripsit Poemate, literario, A. 1696. suscepto, in Academia urbis patriæ A. 1699. Magistri titulum, A. 1701. Professionem, qvam d. 24. Febr. auspicatus est, Poeticam (2.), simulqve A. 1704. Bibliothecæ Academicæ præfecturam, & A. 1706. professionem Ethicam obtinuit, in illa Henr. Muhlio, in ista Christoph. Franckio, & in hac Georg. Paschio, affini, datus successor.

Nuptiis ejus cum Anna Lobetantzia, Matthiæ, Præfecturæ Flensburgensis Administratoris regii, filia, A. 1704., præter alios, ex amicis Batavis, applauserunt Pet. Francius & Janus Broukhusius. Epithalamion illius *in Operibus posthumis, Lib. V. Eleg. 22.*, hujus vero *Libro IV. Poem. Eleg. 16.*, est recusum. Conjugi huic, post liberos qvatuor in lucem editos, Kilonii, d. 3. Mart. A. 1711., in puerperio extinctæ ultimo, ipsemet Poematio parentavit Latino Elegiaco, Odaqve Germanica prolixa, Kilonii A. 1711. *in fol.*, & seorsim, & cum Bernh. Burchardi *Sermone exeqviali in 1. Thess. IV. 14. vernaculo, Programmate funebri*, & *Epicediis* aliorum impressis. Francii, Broukhusii aliorumqve Epithalamia & Chr. Woltereckii Carmina, tam nuptiale, qvam funebre, conjugi ejus scripta V. in den Holsteinischen Musen p. 13-19. 37-40.

Confer de illo Diarium Eruditorum Lipsiense Germanicum, sub titulo des außführlichen Berichts von neuen Büchern publicatum, *Sect. V., p. 508-512.*, Matth. Nic. Kortholti fratris *Lib. I. Epigramm. p. 23. 24. 25.* & *Partem IV. Historiæ Biblioth. Fabricianæ p. 437. 438.* Ubi & ipse Kortholtum, ejusqve scripta, celebrat, & consuli de iisdem jubet Jani Brouckhusii *Poemata p. 31. 108.*, Pet. Francii *Posthuma p. 257. 312.*, Joach. Justi Breithauptii *Miscellanea p. 54. 64.*, Pet. Bælii *Dictionarii Historico-Critici editionem tertiam T. I., p. 640. 784. 786., & T. II. p. 616. 624.*, Pet. Burmanni *Dialogum contra Joh. Clericum p. 23.*, Mich. de la Roche *Memoirs of Literature, M. Oct. A. 1711., p. 332.*, & *Gundlingiana, T. III. p. 142.*

ELOGIA.

Lipsiensibus (*in Actis Erud., M. Sept. A. 1698., p. 420.*) *Juvenis* audit *clarissimus, filius parentis haud degener.*

Pet. Francius, in Elegia de Poetica professione gratulatoria, A. 1701. ita eum compellavit:

Æmule Pierio patri, fratri æmule frater,
Aonio magnum nomen adepte jugo,
Salve Musarum vindex, Phœbiqve sacerdos,
Qvo duce Kila suum tollet ad astra caput.

Pet. Bælius, *T. II. Dictionarii Historico-Critici p. 1750.*, Ed. sec., multam ei lectionem tribuit, &, *in Addendis Tomi II. p. 8.*, denuo honorificam ejus injecit mentionem.

Jano Broukhusio, in Elegia de Professione Kiloniensi gratulatoria, A. 1702. edita, *clara* audit *patris clari soboles.*

Georg. Henr. Götzio (*in Diss. de odio Pontificiorum in Hymnos Lutheranos, §. 1., p. 5.*) *Vir clarissimus, & paternarum virtutum æmulus felicissimus, in Academia Holsatorum magna cum laude docens.*

Novorum Germaniæ Literariorum Collectoribus (*M. Jul. A. 1703., p. 245.*) *Vir elegantissime doctus.*

Joh. Christoph. Wolfio (*in Or. de præcocibus eruditis p. 3.*) *Vir egregiis in rem literariam meritis pridem inclytus*, & (*in Diss. de Carcere eruditorum museo p. 5.*) *Academiæ Kiloniensis decus.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

α. LATINA.

Diss. de Enthusiasmo Poetico, Præside D. Henr. Muhlio proposita. Kilonii 1696. in 4.

Diss. de CLV. Poetis Episcopis, ad gradum Magisterii obtinendum, Præside eodem H. Muhlio, exhibita. Kil. 1699. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Lubec., M. Majo A. 1699., p. 157. 158.* A Pet. Bælio, *l. c., T. II., p. 1750. Ed. sec.*, vocatur *une piece tres curieuse, & qui fait voir la grande lecture de l' Auteur; Diss. elegans* autem a Joh. Andr. Schmidio in Diss. de modo religionem propagandi per Carmina, *§. 19., p. 30.*

Disp. de XIII. Poetriis puellis, ab Adr. Baileto, Galliæ Polyhistore, *in Libro des Enfans devenus celebres par leurs etudes, ou par leurs écrits*, omissis. Kil. 1700. in 8. Recensum V. *in Nov. Lit. Lubec., M. Febr. A. 1700., p. 53. 54.* Auctorem

(1.) *Conspect. V. Apparatus ad Hist. Lit. noviss. p. 79.* (2.) V. *Carmina gratulatoria* Pet. Francii, Jani Broukhusii, Günth. Chr. Schelhammeri, & aliorum, Kilonii A. 1701. & 1702. excusa.

rem illam, sub titulo *Opusculi de Puellis tenerrima ætate literatis*, Ἀνδρόπαιδι suo, teste ejus titulo, A. 1703. excuso, est adjecturus.

ΟΨΙΜΑΘΗΣ, sive Disp. de studio senili, Kil. 1701. in 4. Appendicem illa *des Esprits tardives*, quam Adr. Bailletus libro suo *des Enfans celebres* adjecerat, XXIV. novis exemplis, ab eo omissis, auget, & passim prterea emendat. Auctior itidem, sub titulo Ὀψιμαθὴς, *i. e. Discipuli senis, sive Dissertationis de Viris illustribus, qvi ad studia se tarde contulerunt*, Ἀνδρόπαιδι, *sive Puero docto*, uti ex istius patet titulo, subjungetur. Recensum ejus V. *in N. L. Lubec.*, *M. Jan. A. 1702.*, *p. 21. 22.* Commendatur a B. G. Struvio *in Introd. ad notit. rei literariæ*, *c. 2.*, *§. 6.*, *p. 45.*, & Joh. Christ. Wolfio *in Historia Lexicorum Hebræorum p. 213.* Jesuitæ Trevoltiani, *in Memoriis suis Gallicis*, *M. Febr. A. 1703.*, *p. 146.*, Autoris studium Bailleto, in illa, scriptisqve aliis, contradicendi perpetuum hisce verbis notarunt: *Il se plâit à critiqver Mr. Baillet en toutes rencontres.*

Epicedium Heroicum, manibus Friderici IV., Ducis Holsato-Gottorpiensis, in pugna prope Cracoviam d. 19. Jul. A. 1702. occumbentis, dicatum consecratumqve ab Academia Kiloniensi. Accedit Epistola ad D. Henr. Muhlium, de ejusdem obitu, Elegiaca. Kil. A. 1702. & (præfixo Kortholti Autoris nomine) 1705. in fol.

Programma de Poetis, Itinera sua carmine complexis, recitationi Itineris sui Belgici & Anglici, versibus descripti, M. Apr. A. 1702. præmissum. Kil. 1702. in 4. V. de illo *N. L. Lubec.*, *M. Majo A. 1702.*, *p. 149. 150.*

Disqvisitio, utrum Petrus Lotichius Secundus obsidionem urbis Magdeburgensis prædixerit. Kil. 1703. in 4. Affirmativam in hac, cum D. G. Morhofio, contra Pet. Bælium, in secunda *Dictionarii Historico-Critici* editione (*in Artic. de Lotichio*), prædictionem istam in dubium vocantem, tuetur. Recensum ejus Lubecenses, *l. c.*, *M. Mart. A. 1703.*, *p. 63 - 66.*, & Chr. Franc. Paulinus, in den *Philosophischen Lustſtunden*, *n. 18.*, *p. 140 - 147.*, exhibuerunt. Conf. Joh. Hübneri *Cent. I. Biblioth. Hist.*, *Art. 30.*, *p. 102. 103. 104.*

Poetica vetus, Romana æqve ac Græca, a contemtu scriptoris Parrhasianorum (*Joh. Clerici*) vindicata, cujus Disput. I. tantum prodiit Kilonii A. 1703. in 4. Recensum V. *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Nov. A. 1703.*, *p. 258 - 262.*

Ἀνδρόπαις, i. e. Puer doctus, sive de præcocibus eruditis, ab Adr. Bailleto in scripto ejusdem argumenti omissis, Liber. Accedet altera editio Opusculi de puellis tenerrima ætate literatis, itemqve Ὀψιμαθὴς, i. e. Discipulus senex, sive Diss. de Viris illustribus, qvi ad studia se tarde contulerunt. Hujus tantum titulus & præfatio, varios Bailleti errores, in *libro des Enfans devenus celebres* obvios, detegens (de qva Lubecenses *l. c.*, *M. Majo A. 1704.*, *p. 153. 154.*, & Car. Ancillonius, Bailleto contra eam patrocinatus, *en les Memoires des Vies & ouvrages des modernes*, *p. 279. 280. 281.*, consulendi), Kilonii A. 1703. *in 8.* prodierunt. Liber ipse (in qvo puerorum eruditorum, in Bailleti libro prætéritorum, aliqvot Centuriæ, teste *Diatriba de studio senili p. 1.*, exhibebuntur, & 420. hujusmodi docti præcoces, uti *in Diss. de doctrinæ morum Scriptoribus p. 18. 19.* traditur, jam sunt collecti) etiamnum latet ἀνέκδοτος, & a B. G. Struvio *in Supplem. Introd. in notit. rei lit. p. 39. 40.*, J. Chr. Wolfio *in Historia Lex. Hebr. p. 135.*, & *Or. de præcocibus eruditis p. 3.*, Collectoribus *Novor. Lit. Germ.*, *M. Jun. A. 1703.*, *p. 245.*, aliisqve viris doctis, cupide jampridem est desideratus.

Epithalamium Heroicum, nuptiis Christiani Augusti, Ducis Holsatiæ, & Albertinæ Fridericæ, Marchionis Badensis filiæ, nomine Academiæ Kiloniensis consecratum. Kil. 1704. in fol.

Epicedium Heroicum, memoriæ Augusti Friderici, Episcopi Lubecensis & Ducis Holsatiæ, nomine Acad. Kilon. dicatum. Kil. 1705. in fol.

Diss. de Bibliotheca Academiæ Kiloniensis, viros literatos, inprimis cives Academicos, in eandem invitans. Kil. 1705. in 4. Recensum ejus V. *in Nov. Lit. Lub.*, *M. Jul. A. 1705.*, *p. 222. 223. 224.* Addendum illi Programma ejusdem argumenti, Kilonii A. 1709. *in 4.* publicatum.

Poema Elegiacum, tertio Academiæ Viadrinæ natali, cum is d. 26. Apr. A. 1706. magnificentissime concelebraretur, dicatum. Kil. 1706. in fol. Recusum est in *Sacrorum Academiæ Viadrinæ secularium*, Francofurti ad Viadrum A. 1707. *in fol.* editorum, *Parte IV.*, *p. 139 - 142.*

Diss. de Scriptoribus, qvorum virtus singularibus in morum doctrinam meritis illustratur, Prælectionibus Ethicis præmissa. Kil. 1706. in 4. Recensum V. in *N. L. Lubec. A. 1707.*, *p. 159. 160.*

Diss. de insufficientia Ethices Aristotelis, specimen primum de summo bono exhibens, Resp. Matthia Bützero, Magisterii Candidato. Kil. 1706. in 4. V. de illa *N. L. Lub.*, *M. Apr. A. 1707.*, *p. 122. 123. 124.*

Disp. utrum de Poetica recte judicare possit, qvi non est Poeta? qvæstionem hanc negans. Kil. 1708. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Literariis Germanicis*, *M. Mart. A. 1709.*, *p. 108. 109.*

Programmata varia Kiloniensia, annis publicata diversis, e qvibus A. 1702. & 1703. edita *in Novis Liter. Lubec. A. 1702.*, *p. 149 - 151. 202. 203. 373. 374. 375.*, *& in Novis A. 1703.*, *p. 137.*, recensentur.

Præfatio de lingvæ Italicæ laudibus, Joh. Baptistæ de Vergeriis *Bilanci Politicæ*, Italico-Germanice Kilonii A. 1703. *in 8.* editæ, præfixa.

Carmina variorum generum plurima, singulatim diversis excusa temporibus.

β. GERMANICA.

Traurgedicht über den Todt Fridericæ Amaliæ, Hertzoginn zu Holstein-Gottorf, im Nahmen der Kielischen Universität geschrieben. Kilonii 1704. in fol.

Carmina alia Germanica, seorsim sæpius publicata.

II. ALIENA, *cum suis ab eo edita præfationibus.*

D. Christ. Kortholti, parentis, Paganus obtrectator, seu de calumniis Gentilium in veteres Christianos Libri III. posthumi. Kil. 1698. in 4.

Ejusd. Liber de tribus Impostoribus magnis (*Edv. Herberto, Thoma Hobbesio & Bened. Spinosa*). Hamburgi 1700. in 4. Præfationis, qvam noster præfixit, partim pro libro hoc, contra Adr. Bailletum, Apologeticæ, partim de triumviris istis historicæ, recensum & excerpta Lipsienses, *in Actis Erud.*, *M. Mart. A. 1701.*, *p. 104. 105. 106.*, Lubecenses, *in Novis Lit. Septentr. A. 1701.*, *p. 89. 90.*, & J. G. Eccardus, im Monatlichen Auszuge aus allerhand Büchern, *M. Majo A. 1701.*, *p. 64 - 67.*, exhibuerunt.

Ejusd. Historiæ Ecclesiasticæ N. T. editio altera. Hamb. 1708. in 4.

Ejusd. Disqvisitiones VII. Anti-Baronianæ, & alia argumenti haud disparis. Lipsiæ & Hamburgi 1708. in 4. De præfatione nostri, pro illis, contra Adr. Bailetum, Apologetica V. *Acta Erud. Lips.*, *M. Jul. A. 1709.*, *p. 306. 307.*, & den ausführl. Bericht von neuen Büchern, *Sect. V.*, *p. 508 - 512.*

Ejusd. Femaria desolata, Opusculum Historicum Germanicum. Kil. 1695. in 12.

Ejusd. Vorbereitung zur Ewigkeit, oder gründliche Anweisung, wie ein Mensch recht glauben, christlich leben, und selig sterben, solle. Kil. 1701. in 8.

Ejusd. Theologische, zur Beforderung der Gottseligkeit ausgefertigte, Tractätlein, zum andern mahl vermehrter ausgegeben. Kilonii 1704. in 8. V. de illis *Nova Lit. Lub., M. Jun. A. 1704., p. 189. 190.*

SCRIPTA INEDITA ET PROMISSA.

Ἀνδρόπαις, sive Puer doctus, ejusqve duæ Appendices de puellis tenerrima ætate literatis, & Viris illustribus, qvi ad studia se tarde contulerunt; de qvibus supra jam dictum.

Diss. de XLIV. Poetis pueris, ab Adr. Baileto, *in Libro des Enfans celebres*, omissis, qvam, *sub finem Diatribes de Poetriis puellis*, & in literis ad me, est pollicitus.

Recensus Poetarum qvamplurimorum præstantissimorum, ab Adr. Bailleto, in qvinqve suis de Poetis voluminibus, præteritorum, A. 1700., *in præfat. libri de tribus Impostoribus magnis paterni*, promissus.

Liber de Poetis Imperatoribus. V. *Diss. de studio senili p. 24.*, & *Programma de Poetis, itinera sua carmine complexis, p. 2.*

Diss. de Poetis Pontificibus. V. *idem Programma p. 2.*

Oratio auspicalis professionis Poeticæ, d. 24. Febr. A. 1701. recitata, qva Poeseos, tam veteris, qvam recentis, præstantiam, contra novatorum qvorundam, imprimis Joh. Clerici (*in Parrhasianis*), objectiones, vindicavit. V. *Nova Lit. Lub., M. Febr. A. 1701., p. 54.*

Diss. de usu Rythmorum in Poesi. V. *Disp. I. Poeticæ veteris vindicatæ p. 34.*

Diss. de magnorum Poetarum lapsibus Prosodicis. V. *Diss. de Poetis Episcopis p. 16.*

Poema de Itinere suo anni 1696. Anglico & Belgico, Kilonii d. 8. Apr. A. 1702. recitatum. V. *Programma*, qvod supra memoravimus, *illi præmissum.*

Tractatus de Bibliothecis potioribus, earundemqve curatoribus. V. *Diss. de Bibliotheca Acad. Kilon. p. 4.*

Indices Bibliothecæ Academicæ Kiloniensis. V. *Diss. eandem p. 14.*

Hildebrands von Horn, Königl. Dänischen Abgesandten, Moscowitische Reise, in deutschen Versen beschrieben, cujus titulus Kilonii A. 1702. *in 4.* jam prodiit. V. qvæ de Hodœporico hoc metrico, ejusqve autore, *supra*, jam diximus.

His addantur:

1. Poema Heroicum seculare de laudibus virtutibusqve Lutheri, ac Principum, qvi sacra in Cimbria repurgare cœperunt, Kilonii d. 4. Nov. A. 1717. recitatum.
2. Diss. de Optimo Poetarum Judice.
3. Historia Vitæ Viri Illustris, Gothofr. Gvilh. Leibnitii, Polyhistoris celeberrimi, eadem, qva Pet. Gassendus Vitam Nic. Claud. Fabricii Peirescii descripsit, accuratione concinnanda. V. J. G. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 10. A. 1719., p. 80.*
4. Oratio de Veteris corruptæ Vitæ Academicæ causis, optimaqve eandem emendandi ratione.
5. Oratio de Rectoribus Academiarum, durante hoc magistratu defunctis.

Pleraqve horum jam laudavit, sed editis incaute, una cum aliis ἀνεκδότοις, immiscuit D. Joh. Fabricius *Parte IV. Hist. Bibl. suæ p. 437. 438.*

M. EUSTATHIUS KOTEN, Hamburgensis, Parochiæ in patria Michaelitanæ, ab A. 1683., Diaconus.

Disp. de Poena innocentis, Præside Christ. Röhrensee, P.P., defensa. Witebergæ 1680. in 4.

Disp. de Jure innoxiæ utilitatis. Witeb. 1680. in 4.

ANDREAS KRAGIUS (qvem *Cista* Joh. Hornungi Medica *Krugium*, in Epistolarum ejus inscriptione, falso, sicut Bartholini fratres jam monuere (1.), appellat, Joh. autem Antonides Lindanus (2.), ista deceptus, a *Krugio* hoc Hornungiano male distingvit) Medicus & Philosophus fuit, Ripis Cimbrorum A. 1558., patre Petro, cive honesto, matre autem Catharina Clinia, natus. Scholam puer freqventavit patriam, ac, post obitum parentis, benignitate sublevatus est Casp. Mulenii, Ædis Cathedralis Ripensis Præpositi, & D. Pauli Matthiæ, Episcopi, qvi orphanum, bonisqve paternis fere ejectum, in suam receperunt familiam, & liberaliter educarunt. Posteriorem ex istis, affinem suum, imo parentem alterum, Hafniam, ad Episcopatum Seelandiæ & professionem Theologicam, vocatum, A. 1569. est comitatus, &, convictu ejusdem gavisus domestico, studiis sublimioribus animum applicuit. Præceptoris deinde in schola Hafniensi inferiore, per biennium, functus officio, Witebergam abiit, &, Magistri illic ornatus titulo, stipendioqve regio Episcopi ope impetrato, discipulis aliqvot præfectus nobilibus, post annos complures arti Medicæ ibidem, Tubingæ, Basileæ, Argentinæ ac Genevæ, impensos, Doctoris Axioma Monspelii, Kal. Aug. A. 1585., speciminibus peritiæ istius plurimis, in *Laurea* junctim editis *Apollinea*, exambiit. Hafniam redux, Professionem Academiæ Pædagogicam A. 1587., Mathematicam A. 1589., & Physicam tandem A. 1590., obtinuit, &, ut salario hujus 300. Imperialium annuo 120. Joachimici adjicerentur, a Friderico II., Rege, amicis aulicis intercedentibus, impetravit (3.). Decanus ordinis Philosophici fuit A. 1592. & 1598., Rector Academiæ A. 1595., & templi D. Virginis, ab A. 1595. ad 1600., Ædilis sive curator. Qvicqvid a muneribus his subsecivi relinqvebatur temporis Chymiæ, cujus peritissimus erat, & remediorum Chymicorum præparationi, impendit. A. 1600. ineunte destillationes, pectori gravius incumbentes, per semestre officio eum fungi prohibuerunt, & die tandem 8. Junii, annos, non 47. (uti Vindingius aliiqve tradiderunt), sed 42. saltem (uti computus, ab anno inchoatus natali, ostendit), natum enecarunt, cum liberos duos, ex Helena Martinia, conjuge (M. Joh. Alano, Collegæ, secundis deinde sociata nuptiis), susceptos, vivus jam ante extulisset. V. D. Andreæ Christiani, Prof. Hafn. Medici, *Programma* de vita ejus funebre, &, qvi huic suam ejusdem debent historiam, Er. Vindingium *in Academia regia Hafniensi p. 154-157.*, Paulumqve Freherum *in Theatro Erud. p. 1306. 1307.*

Conferri de illo possunt Joh. Jac. Frisius *in Biblioth. Gesneri aucta p. 45.*, Claud. Lyschander *in Catal. MS. Scriptorum Danicorum*, Conr. Aslacus *in Chronologia, Orationi de Reformatione Danica Jubilææ adjecta, ad A. 1589. 1590. & 1600.*, Joh. Ant. a Linden *l. c. p. 28.*, Thom. Bartholinus *ll. cc.*, *& in Cista Medica Hafniensi, Loc. XI.*, *p. 109-113.*, Alb. Bartholinus *l. c.*, meaqve *in illum Hypomnemata p. 159. 160.*, Ol. Borrichius *Diss. V. de Poetis Latinis p. 158.*, Georg. Abr. Merclinus *in Lindenio renovato p. 45. 46.*, & Henn. Wittenius *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1600.*

ELOGIA.

Joh. Is. Pontano (*in Descript. Chorogr. Daniæ p. 785.*) *Vir* audit *Philosophicis diatribis exercitatus, mireqve felix & dexter in enucleandis sophismatis, qvi ei qvoqve rei excellentis ingenii sui fœtus studiosæ juventuti reliqvit.*

Claud.

(1.) V. Thomæ Bartholini *Cent. IV. Epp. Med. p. 378.*, *Diss. II. de libris legendis p. 44.*, & *Diss. de Medicis Poetis p. 145.*, ac Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 5. 6.* (2.) *Lib. I. de Scriptt. Med. p. 28.* (3.) V. *Epist. ad Sigism. Schnitzerum, mox memorandam.*

Claud. Lyschandro (*l. c.*) *Vir doctus, felix, affabilis, liberalis, & præsentis ætatis quasi moribus natus, Ramææ Philosophiæ assertor, & scholæ Aristotelicæ impugnator acerrimus.*

Joh. Riolano Juniori (*dans les Curieuses recherches sur les escoles en Medecine de Paris & Montpelier*, A. 1651. editis, *p. 125.*) *Homme Sçavant aux lettres humaines.*

Thom. Bartholinus, *in Diss. de Medicis Poetis p. 145.*, & D. Georg. Francus, *in Epist. de Medicis Philologis p. 24.*, utrisqve eum annumerant.

M. Ulr. Bollingerus, *in elegia de vera antiqva Medicina Philosophica, seu Chemia*, Osw. Crollii *Basilicæ Chymicæ* adjecta, Mystis hujus eum accenset præcipuis, ita canens:

Hasnia Cragæa genitum de stirpe celebrat.

SCRIPTA LATINA EDITA.

I. PROPRIA.

Scholæ Ramææ, & Defensio Pet. Rami contra Georg. Liebleri, Prof. Tubing., calumnias, in Epitomen octo librorum ἀκροαματικῶν aspersas, in qva deteguntur & dissipantur Liebleri errores, & Ramus a calumniis, ex sententia legum antiqvissimarum, veritatis, justitiæ, sapientiæ, liber pronunciatur. Basileæ 1582. in 8. Scriptum hoc prohibitis, *in Indice Librorum prohibitorum & expurgandorum Hispanico*, ab Ant. Sotomajore Madriti A. 1667. edito, *p. 17.*, accensetur. Sub Kragii, Liebleriani qvondam convictoris, larva illud a Nicod. Frischlino esse publicatum, Mart. Crusius, apud Frischlinum, *Dial. I. p. 105. 135. & 178.*, arbitratur, Frischlinus autem strenue negat, teste Laur. Normanno, apud V. Placcium *T. II. Theatri Anon. & Pseudon., p. 204. 408.*

Q. Horatii Flacci Ars Poetica, juxta Pet. Rami Dialecticam & Rhetoricam resoluta. Basileæ 1583. in 4. Analysis hæc, judice Th. Bartholino, *in Diss. de Med. Poet. p. 145.*, *ingenium & eruditionem Autoris sui prodit*, ab Ol. Borrichio autem, *l. c. p. 168.*, verbis commendatur seqventibus: *Ita ex disciplina Ramæa accurate resolvit Horatium de arte Poetica, ut somniasse ipsum in bicipiti vertice non dubitemus, qvanqvam opuscula, qvæ in hoc genere concinnavit ipse, ostendere hodie non liceat.*

Aristotelica & Ramæa; de insidiosis Sophistarum simulationibus Institutiones breves: qvibus additur Disceptatio, in qva, utramqve institutionem ad catholicas de materia & forma artium leges referri posse, demonstratur. Basileæ 1584. in 4. Vindingius, *l. c. p. 157.*, Tractatum *de Elenchis Aristotelis Sophisticis*, velut ab hoc scripto diversum, Kragio tribuit, qvem ego eundem cum illo esse arbitror.

Laurea Apollinea Monspeliensis, Andr. Kragio contexta & conserta Qvæstionibus difficillimis XIII., Problematibus paradoxis variis LXVI., consultatione & curatione morborum duorum, Orationibus IV. (J. A. a Linden, *l. c. p. 28.*, male *IX. Orationes* substituit), & Prælectionibus II.; Studiosis Acad. Hafniensis dedicata. Basileæ 1586. in 4. V. qvæ fuse de illa Joh. Riolanus Jun., *l. c. p. 125 - 128.*, disseruit.

Theses de Artium principiis & legitima conformatione. Hafniæ 1593. in 4.

Theses Physicæ de Angelis & anima humana. Hafn. 1598. in 4.

Epistolæ aliqvot Medicæ, in Joh. Hornungi *Cista Medica*, Noribergæ A. 1625. *in 4.* publicata, obviæ.

Epistola de Chymicis qvibusdam remediis, ad D. Sigism. Schnitzerum A. 1600. scripta, qvam Thom. Bartholinus, *Cistæ Medicæ Hafniensis* (Hafniæ A. 1662. *in 8.* excusæ) *Loculo XI.*, *p. 109. 110. 111.*, exhibuit.

II. ALIENA.

D. Jacobi Matthiæ Aarhusii, Theol. Prof. Hafn., Prælectiones in Ecclesiasten & Joelem. Basileæ A. 1589. (*V. Alb. Bartholinum l. c. p. 61.*)

Ejusdem Tr. de ratione concionandi, & caufis eloqventiæ. Basileæ 1589. in 4. (*V. Nic. Bassæi Collect. Libr. Lat. p. 45.*)

Platonis Parmenides, seu Dialogus de Ideis, seorsim editus, & notis illustratus brevioribus, uberius Prælectionibus publicis explicandis. Hafniæ 1598. in 4.

NICOLAUS **KRAGIUS**, Ripensis, Petri filius (1.), & Andreæ, modo celebrati, frater, ni fallor, germanus, civibus Academiæ Hafniensis A. 1567. est adscriptus, & decennio post, A. 1577., Collegii suffragiis Professorii, non Magistri solum titulum, sed ludi etiam literarii Hafniensis Rectoratum, qvem duo hactenus Professores aliqvamdiu, jussu regio, administraverant, obtinuit. Doctor postea Juris utriusqve creatus, eruditione multiplici, & eximia imprimis, qva populares fere universos superavit, Historiæ ac literaturæ Græcæ peritia, & Historiographi regii dignitatem, Canonicatumqve Ripensem, Andreæ Severini Vellejo antecessori, ob nimiam in Historia Danica perficienda cunctationem, ereptum (2.), & Lingvæ Græcæ in Academia Hafniensi professionem, A. 1592. a Christiano IV., Danorum Rege, promeruit. Cujus etiam jussu legationibus functus est diversis, &, has inter, Gedanensi, ad Senatum reipublicæ illius A. 1598. suscepta (3.). Ordinis Philosophici Hafniæ Decanum egit A. 1596., Rectorem autem Academiæ A. 1601., qvo ipse Rex Christianus IV., cum fratre Udalrico, & proceribus aulicis, tum solenni illius inaugurationi, tum novi Acroaterii Academici, suis extructi sumptibus, dedicationi, sermone per eum paulo post factæ Panegyrico, interfuit (4.). Rectoratu hoc vix defunctum Rex augustissimus Cœnobii Sorani, & ludi illius literarii, præfectura, ipsis Kal. Jan. A. 1602., donavit honoraria, ut, otio illic fruens literario, Historiam Danicam, jussu suo inchoatam, pertexeret. Verum obstitit votis hisce regiis fatorum inclementia, qvæ Virum doctissimum, & præcipuis gentis suæ annumerandum luminibus, huic atqve orbi literato, sub ipsa Ephoriæ istius auspicia, d. 14. Maji A. 1602. eripuerunt. Religioni addictus fuit Lutheranæ, in patria receptæ, ac falso proinde Calvinianis ab *Indicis Expurgatorii Hispanici*, per Ant. Sotomajorem, Inqvisitorem Generalem, A. 1667. editi, compilatoribus (5.) accensetur. Duas habuit uxores, qvarum primam, Kionnam, duos sibi filios (qvorum unus in Hispaniam A. 1604. cum Jesuitarum literis abiit systaticis) enixam, facto repudiavit divortio. E posteriore, Elisa Mulenia, M. Ivari Bartholini, Præfecti Sorani, vidua, liberos itidem complures sustulit, &, hos inter Ivarum, Parochum in Fionia ruralem, ac Mariam, M. Jac. Jacobæi, Professoris in Gymnasio Ottoniensi Theologi, conjugem.

Vitæ ejus partem maximam Er. Vindingii *Academia regia Hafniensis, p. 192. 193.*, suggessit.

Confer de illo Joh. Is. Pontani *Descript. Daniæ Chorographicam p. 785.*, Conr. Aslaci *Chronologiam, Orationi Jubilææ adjectam*, *ad A. 1592. 1601. & 1602.*, Henr. Ernstii *Lib. II. Observatt. c. 27.*, Alb. Bartholini *Lib. de scriptis Danorum p. 107.*, meaqve *ad istum Hypomnemata p. 345. 346.*, ac Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1602.*

ELOGIA.

Joh. Is. Pontano (*l. c.*) *Legum audit ac Juris consultus clarissimus, nec minus lingvarum, & Græcæ præsertim, haud proletarie peritus.*

(1.) Nicol. Kragium Petrejum se vocat *in inscriptione Sententiose dictorum T. Livii.* (2.) teste Christ. Wormio, Seelandiæ Episcopo. (3.) V. Sam. Schelgvigii *Diss. de incrementis Bibliothecæ Gedanensis p. 10.* (4.) V. Er. Vindingii *Academiam regiam Hafniensem p. 12. 13.* (5.) *p. 800.*

Casp. Barthio (*Lib. 42. Adverſar., c. 3., p. 1870.*) *Vir eruditisſimus*, & (*in Animadv. in Claudianum p. 149.*) *doctisſimus.*

Henr. Ernſtio (*l. c.*) *Anima elegantisſima.*

Thomæ Bartholino (*Diſſ. II. de legendis libris p. 44.*) *Autor doctisſimus.*

Joh. Clerico (*T. VIII. Biblioth. Univerſ. Historicæ, M. Febr. A. 1688., p. 261.*) *Un ſavant Danois.*

Thormodo Torfæo (*Lib. I. Seriei Dynaſtarum & Regum Daniæ, c. 6., p. 60.*) *Vir doctus & prudens.*

Joh. Meurſio (in *Miſcellaneis Laconicis*) *magnum Daniæ ornamentum.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Grammatica Latina. Hafniæ 1578. in 8. (Memoratur *in Catalogo Biblioth. Reſen. p. 341.*, & paſſim etiam in Thomæ Bangii *Obſervationibus* allegatur *Philologicis.*

T. Livii Patavini ſententioſe dicta, ex libris Hiſtoriarum ejus, qvi ſuperſunt, excerpta. Accedunt Sententiæ Salluſtianæ. Hafn. 1582. & (*juxta Catal. qvendam*) 1657. in 12.

Differentiæ Ciceronis, a Grammatico qvodam in Dania olim conſcriptæ, e MSto per illum editæ. Hafn. 1589. in 8.

Theſes Phyſicæ. Hafn. 1592. in 4.

De Republica Lacedæmoniorum Libri IV., ad Nicol. Kaaſium, Cancellarium Danicum. Adjectus eſt Heraclidis Pontici Libellus de Rebuspublicis Græco-Latinus, ab ipſo primum Latine translatus, una cum Joh. Stobæi Excerptis ex Nicolai Damaſceni de moribus gentium Hiſtoria univerſali, itidem Latinitate donatis; ad Fridericum atqve Oligerum Roſenkrantzios. Genevæ, apud Petrum Santandreanum, A. 1593. in 4., & Lugduni Batavorum A. 1670. in 8. Recuſi etiam ſunt, ſed ſine Appendicibus, *Volumine V. Theſauri Antiqvitatum Græcarum*, a Jac. Gronovio collecti, ibidem A. 1699. *in fol.* excuſo, *P. I., p. 2497. & ſeqq.* Heraclidæ libellus (cujus editionem hanc, anno jam 1493., a Kragio, nondum tunc nato, publicatam eſſe Corn. a Beughem, *in Incunabulis Typographiæ p. 50.*, ridicule perhibet) ſeorſim, teſte Paulo Bolduano (*in Biblioth. Hiſtor. p. 267.*), cum interpretatione Kragii Latina, Francofurti A. 1599. *in 8.*, eſt recuſus, & a Jac. Gronovio etiam, *Volumine VI. Theſauri modo laudati*, Leidæ A. 1699. edito (uti Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Dec. A. 1704., p. 555., & M. Jan. A. 1705., p. 26.*, referunt), exhibitus. Excerpta e Nic. Damaſceno Stobæana denuo itidem Græce, cum verſione noſtri Latina, recenſuerunt Henr. Valeſius, in ſua *Excerptorum* Conſtantini Porphyrogenneti editione, e Biblioth. Peireſciana, Pariſius A. 1634. *in 4.* publicata, & Jac. Gronovius, *Volumine VI. Theſauri Antiqq. Græcarum*, Leidæ A. 1699. impreſſo, *p. 3843. & ſeqq.* V. M. Hanckii *Lib. II. de Rerum Rom. Scriptoribus p. 43. 44.*, & Lipſienſes *l. c.* Libros ipſos *de Republica Lacedæmoniorum*, qvorum recenſum uberiorem Georg. Beierus, *Specimine III. Notitiæ Autorum Juridicorum, p. 50-57.*, exhibuit, exemplum autem, notis ab Autore MSStis auctum, in Bibliotheca Muleniana, Hafnienſi Academicæ donata, ipſemet olim inſpexi, eruditi certatim commendant. Joh. Iſ. Pontanus ita de iis *l. c.*: *Peritiæ ſuæ lingvæ Græcæ egregium ſpecimen edidit, publicando IV. de Republ. Laced. libros, multiplici, ut lectione, ita eruditione, refertos, qvibus ille eam adeo multis jam ſeculis everſam peſſundatamqve præclaram imprimis rempublicam, ex veterum monumentis, Græcis Latinisqve, ſed illis præcipue, poſtliminio luci reſtituit.* Joh. Meurſius (a Joh. Alb. Fabro, *in Centuria Plagiariorum, lit. D. 3. a.*, allegatus) *opus* eos vocat *egregium*, Sam. Pufendorfius autem (*in Ep. Dedic. Miſcellaneorum Laconicorum J. Meurſii*) *ſcriptum eruditum, qvod pleraqve reipublicæ Laconicæ inſtituta ſatis dedit explicata.* Jo. Alb. Fabricius, fuſius (*in Bibliographia antiqvaria, c. 2., p. 34. 35., & c. 14. p. 475.*) illos commendans, *pereruditos*, Jo. Henr. Böclerus (*Diſſ. XX. Politica, Inſtitutt. Politicis ſubjecta, p. 480.*) *eruditum opuſculum.* Idem (*in Bibliographia curioſa, lit. H. 3. a.*), Kragium *non ineleganter, imo diligentius, qvam Keckermannum, de Rep. Laced. ſcripſiſſe*, judicat. Taceo Caſp. Barthium, a T. Crenio (*Diſſ. I. de Furibus Librariis p. 72.*) allegatum (*in Animadv. in Claudianum p. 149.*), Joh. Andr. Boſium (*in Diſſ. de Prudentia & eloqventia civili p. 31.*), Nic. Chr. Lynckerum (*Lib. II. Inſtructorii forenſis, lit. cc. 2. a.*), Joh. Clericum (*T. VIII. Bibl. univ. Hiſtor., M. Febr. A. 1688., p. 261.*), Conr. Sam. Schurtzfleiſchium (*Ep. 327., p. 466.*), aliosqve viros doctos, idem opus commendantes. Solum addo Barthol. Keckermannum, qvi, *in præfat. Diſp. IV. Politicæ ſpecialis*: *Unus eſt*, ait, *ante alios Nic. Kragius, Danus. Is de Rep. Laced. Commentarium perutilem ſcripſit, qvo ſcripto nos ultro fatemur plurimum adjutos eſſe.* Conatus qvidem ille poſtea eſt, aliorum, homini Dano palmam iſtam invidentium, relatione deceptus mendaci, libros hosce, *in Syſtem. Polit., Lib. II., c. ult.*, Jac. Cujacio verbis vindicare ſeqventibus: *De Spartana republica Plutarchus ex profeſſo ſcripſit, & Xenophon ante eum; qvæ omnia ex Xenophonte, Plutarcho, & aliis autoribus, diligenter & judicioſe collecta ſunt peculiari libro, qvem Nic. Cragius edidit, clarisſimus vero JCtus & Hiſtoricus, Jac. Cujacius, ut qvidem audivi, ſcripſit.* Sed, vanam eſſe criminationem iſtam (a Dav. Abercombio, *furibus* noſtrum *Academicis*, *in Tractatu de iſtis, Sect. 44., p. 304. 305.*, temere accenſente, omiſſa licet Cujacii mentione, recoctam), Henr. Ernſtius, JCtus Daniæ nobiliſſimus, *Libro II. Obſervationum, c. 27., p. 136. 137.*, oſtendit, cujus verba adjicio: *Narrationi huic tamdiu fidem habui, donec vir incomparabilis & ſtupendæ eruditionis, Oligerus Roſenkrantz, mihi ipſius Kragii de rep. Laced. Avtographum monſtravit, &, aliis elegantisſimæ iſtius animæ monumentis in medium prolatis, omnem ſuſpicionem, ex parum modeſto Keckermanni rumore obrepentem, exemit. Cui accedit, qvod nemo ex Cujacii familiaribus, in qvos ego incidi, ſit, qvi, Cujacium illorum librorum de Rep. Laced. ſcriptorem eſſe, non prorſus abjuret.* Ernſtio, Kragianæ innocentiæ patrono, Thom. Bartholinus, *Diſſ. II. de leg. libris p. 44.*, Theod. Janſonius *in Syllabo plagiariorum. Amœnitatibus adjecto, p. 12.*, Thom. Crenius *Diſſ. I. de Furibus librariis p. 53. 54.*, & Joh. Alb. Faber in *Centuria plagiariorum*, *lit. d. 3. a.*, applauſerunt. Qvibuſcum & ego a plagii crimine noſtrum abſolvo, nec Keckermanni hanc relationem, nec rumorem, de Carolo Sigonio (cujus *libri V.* alii *extant de Rep. Athenienſium, eorumqve ac Lacedæmoniorum temporibus*, Venetiis A. 1565., ac Francofurti A. 1583., *in 4.*, teſte Conringio, eos commendante, editi, ac cum his forte ab ignaris confuſi) operis Kragiani autore, αὐτόπτῃ, a Marqv. Gudio, in eandem ſuſpicionem juſto procliviori, mihi olim indicatum, moratus. Iniqvius etiam mihi merito videtur Herm. Conringii judicium, *in Lib. de Prudentia civili, c. 14., p. 308.*, Kragium, *circa remp. Laconicam, nonnihil, qvamvis infeliciter, tentaſſe*, pronunciantis, & unanimi tot eruditorum de laboris ipſius præſtantia contradicentis conſenſui. *Indicis Expurgatorii Hiſpanici*, ab Ant. Sotomajore A. 1667. editi, *p. 800.* e libris his nonnulla jubentis expungi, Cenſura vix digna eſt, qvæ memoretur. Conferri de iis poteſt Vinc. Placcii *Tomus II. Theatri Anon. & Pſevdon., p. 204.*

Panegyricus, Chriſtiano IV., Daniæ Regi, in dedicatione novi Auditorii Academici dictus. Hafniæ 1601. in 4.

INEDITA.

Hiſtoria Danica, qvam, in ſeceſſu Sorano, a Chriſtiano IV., Rege, ad colophonem juſſus eſt perducere, ſed non abſolvit. V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 192.*, & Joh. Iſ. Pontani *Deſcr. Chorogr. Daniæ p. 785.* Hujus λείψανα *Obſervationes Chronologicæ, ſeu Paralipomena ad Hiſtoriam Danicam*, eſſe videntur, qvæ MSStæ in Bibliotheca Academiæ Hafnienſis, teſte Codicum illius ineditorum Catalogo, ſuperſunt.

Hiſto-

Historia Christiani III., Daniæ Regis, qvam in eadem Bibliotheca asservari Catalogus modo dictus testatur. Allegarunt eam qvoqve Er. Vindingius *l. c. p. 193.*, & Steph. Joh. Stephanius, *in Indice Autorum, suæ ejusdem Regis historiæ præfixo.* Confer de illa *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 4., p. 183.* Ejus editionem, Notis suis auctam, Christ. Reitzerus, Acad. Hafn. Antecessor, pollicetur, teste Bernh. Raupachio *in Or. de utilitate itineris Danici, p. 32.*

Annotationes in Florilegium Græcorum Epigrammatum MSStæ, Margini editionis Henr. Stephani, qvæ A 1566. *in 4.* prodiit, ab ipso adjectæ, qvas, in Bibliotheca Muleniana, Academicæ Hafniensi illata, olim asservatas, jam desiderari Catalogus istius me docuit.

PETRUS FRIDERICI KRAGLUND, Ripensis, Scholæ in Norwagia Bergensis Præceptor qvartus A. 1701. constitutus, sed eodem mox anno, munere hoc abdicato, in Academiam reversus Hafniensem. V. de illo *Nova Literaria Lubecensia, M. Nov. A. 1701., p. 340.*

Disp. de cultu Molochi, Præside Paulo Poulsonio. Hafniæ in 4.

Disp. de fluxu & refluxu Maris, Præside M. Dav. Fogio. Hafn. in 4.

Heptas Thesium, & Pentas dubiorum, ex historia Philosophiæ Pythagoricæ, Præside M. Enewaldo Dalhusio. Hafn. 1696. in 4.

Diss. Historico-Philologica de Scytala apud Corn. Nepotem. Hafn. 1697. in 4.

Diss. Historica de Oraculorum Ethnicorum, circa Christi adventum, defectu (*eum negans*). Hafn. 1698. in 4. V. de illa *N. L. Lubec., M. Jan. A. 1699., p. 21.*

Diss. Historica de Serra, martyrii instrumento, ex Hebr. IX. 35. Hafn. 1700. in 4. V. *N. L. Lubec., M. Jan. A. 1701., p. 20. 21.*

Disp. de trina Terræ injectione super mortuos. Hafn. 1701. in 4. V. *N. L. Lub., M. Febr. A. 1702., p. 48.*

BONAVENTURA KRAHE, Christophori, Rectoris initio Meldorpiensis, & Præpositi deinde Hatherslebiensis, filius, Meldorpiæ Dithmarsorum in lucem editus, Ecclesiastes Legati in aula Gallica Danici, ab A. 1693., domesticus, & Comitatus deinde Oldenburgici, ad annum usqve fatalem 1709., Præpositus, simulqve oppidi Oldenburgensis Pastor, ab A. 1702. his jam functus officiis. V. de illo Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachr., *Sect. I. A. 1716., 160. 161.*

Disp. Theologica, qva Historia sacra contra nonnullos pictorum errores vindicatur, Præside D. Joh. Fabricio Jun. proposita. Altorfii 1684. in 4. Recusa in Fabricii Præsidis *Amoenitatibus Theologicis,* Helmstadii A. 1699. *in 4.* editis, *n. 2., p. 87-112.*

ALBERTUS KRANTZIUS, e familia antiqva & honesta in urbe ortus Hamburgensi, & lingvis atqve artibus in schola imbutus patria, juris his utriusqve ac Theologiæ scientiam in Academiis superaddidit accuratiorem, & felices adeo, pro ævi istius genio, in omni literarum genere, fecit progressus, ut Magistri primum Philosophiæ titulum, & postea, circa A. 1490., supremam Doctoris Theologiæ pariter atqve Juris Pontificii dignitatem facile exambierit Academicam. Doctrinam, qvam sibi paraverat, eximiam, in itinere aliqvot annorum auxit literario, tum in alias Europæ cultioris partes, tum in regna Borealia, & provincias Germaniæ Arctoæ vicinas, instituto, apparatumqve simul historiæ horum, qvam meditabatur, necessarium diligenter conqvisivit. Finito isto, in Academia consedit Rostochiensi, in qva Philosophiæ initio, & deinceps Theologiæ, Professor fuit publicus, supremoqve A. 1482. Magistratu functus est Academico. Rostochio, post lustra aliqvot, in civitatem patriam Hamburgensem revocatus, & Canonicorum templi Cathedralis adscriptus ordini, Prælectionibus Theologicis, sacrisqve ad populum sermonibus, Lectoris Theologi, cui admotus erat, officio egregie satisfecit. Decanus tandem totius Canonicorum Collegii A. 1508., in locum Nicol. Hugii, electus, vitia Cleri sui, in duabus, qvas A. 1508. & 1514. instituit, visitationibus Ecclesiasticis, emendare qvidem pro virili est conatus, sed, qvod licentia illius Pontificum esset munita autoritate, parum profecit. Non autem soli inserviit Canonicorum coetui, sed civibus etiam reliqvis, qvod juris excelleret peritia, qvoties de controversiis consulebatur forensibus, operam respondendo navavit perutilem, &, Syndicatu urbis Hamburgensis functus extraordinario, vel (qvod nonnulli malunt) ordinario, multas, illius & Foederis Hanseatici nomine, legationes, Wismariensem scilicet A. 1489., Coloniensem ad magnates Anglicos, & Gallicam, A. 1497., Brugensem A. 1499., aliasqve plures, dexterrime obiit. Qvanti a Principibus factus sit vicinis, vel inde colligas, qvod Johannes, Rex Daniæ, & Fridericus, Dux Holsatiæ, arbitri supremi honorarii partes, in controversiis, qvæ cum Dithmarsis sibi intercedebant, decidendis, deferre ipsi A. 1500. non dubitaverint. In vita privata, pie ac integre transacta, *morum ac virtutum specimen & exemplar,* uti Epitaphii testatur inscriptio, aliis extitit. Doctrinæ tandem & soliditate, & varietate, plerosqve superavit coævos, Polyhistor qvippe, pro temporum istorum genio, eximius, & non in Theologia solum ac jure utroqve, sed Philosophia etiam, eloqventiaqve & Philologia sermonis Latini, uti scripta ostendunt plurima, haud vulgariter versatus, nec a Musis Poeticis alienus. Ex omnibus certe, qvos Chersonesus nostra, ante ipsum, vel protulit, vel aluit, Scriptoribus, indigenis pariter atqve adoptivis, nemo, vel πολυμαθείας laude, vel dictionis cultu, illi potest conferri, qvem Phosphorum auspicatissimæ literarum in Cimbria παλιγγενεσίας fuisse, & ingenia præclara ad sui imitationem excitasse, haud immerito dixeris. De nullo tamen studiorum genere Vir patriæ amantissimus præclarius est meritus, qvam de Saxoniæ inferioris, regionum Germaniæ in littore maris Balthici Vandalicarum, vicinorumqve regnorum Borealium, Historia sacra pariter atqve profana, tot egregiis a se operibus e caligine densissima in lucem protracta, &, a primis gentium initiis, ad suam usqve ætatem, labore & studio incredibili, judicio accurato, candore summo, & παῤῥησίᾳ adversus vitia Ordinum omnium laudabili, ne ipsis qvidem Pontificibus parcente ac principibus, pertexta. Religioni tandem & sacris Ecclesiæ Pontificiæ, anno reformationis illorum, qvam toties desideraverat, initiali 1517., d. 7. Dec., immortuus, exuvias suas, extra portam templi Cathedralis australem, sub stillicidio, jussit humari, monumentumqve, eodem primum in loco, & deinde in ipsa æde sacra, pietate successorum laudabili, obtinuit Epitaphium. Historiam (qvam Basilius Faber etiam & Otto Sperlingius Junior meditati sunt) vitæ ejus, scriptorum meritorumqve in patriam & literas, ac plurimorum, qvæ hisce promeruit, elogiorum, una cum Vindiciis eorundem adversus censuras variorum, maximam partem injustas, fuse jam, *in Isagoge ad Historiam Cimbricam, P. I., c. 4., §. 5., p. 34. 35., & c. 6., §. 19-28., p. 94-116.*, exhibui, ac longe auctiorem Tomo hujus operis inseram ultimo. Conferri cum illa, præter plerosqve Scriptorum Ecclesiasticorum & Historicorum Nomenclatores, poterunt, qvi copiosius aliis de illo sunt commentati, Joach. Mollerus in *Metropoleos* ejus, Joh. Wolfius *in Metropoleos & Chronici trium regnorum Borealium,* ac Nicol. Cisnerus *in Saxoniæ* Prolegomenis, sive *Epistolis Dedicatoriis,* Simon Pauli, Theologus Rostochiensis, *in Orat. de vita illius,* a solo Pet. Lindebergio (*Lib. V. Chronici Rostoch., c. 8., p. 166.*) memorata, sed nec mihi visa, nec ab aliis allegata, Dav. Chytræus *in Proœmio Continuationis Metropoleos illius, Parti II. Chronici*

sui

sui Saxoniæ adjecto, p. m. 490 - 496., Henr. Pantaleon *P. II. Prosopograph. p. 476. 477.*, Melch. Adamus *in Vitis Philos. Germ. p. 33. 34. 35.*, Joh. Alb. Fabricius (hujus legens vestigia) *P. II. Memor. Hamburg. p. 787 - 794.*, &, qvi meam præcipue secuti sunt *Isagogen*, Pet. Bælius *T. II. Dictionarii Historici & Critici p. 1736. 1737. Ed. secundæ*, Casp. Sagittarius *in Introd. ad Hist. Eccl.*, *c. 20.*, *§. 116.*, *p. 516. 517. 518.*, ac Joh. Franc. Buddæus *T. III. Lexici Historici p. 265.*

OTTO KRANTZIUS, Flensburgensis, Centurionis Danici filius, Urbis Glückstadiensis, circa A. 1690., Secretarius. V. Nic. Lud. Esmarchii Epigrammata in nuptias ejus Germanica, *in Helicone p. 16. 17.*

Atheistengrab des Herren de la Serre, aus dem Frantzösischen verdeutscht. Francofurti 1674. & 1684. in 12.

JOHANNES KRAUTHAUSEN, Oppidi, in Lubecæ vicinia, Möllensis Ecclesiastes.

Klag- und Trostrede, bey der Leichbegängniß Joh. Frid. Pelgermanns, eines durch einen unvermuthlichen Schuß umbgekommenen Jünglings, gehalten. Ratzeburgi 1664. in 4.

HIERONYMUS KREBS, Hamburgensis.

Disp. de Cancro, Præside D. Greg. Nymmanno, Prof. Med. Witeb. 1595. in 4. (*O. Sp.*)

JOHANNES KRESSIUS, Hamburgensis.

Διηγημάτιον de D. Mart. Luthero, & divino reformationis opere, cujus ille Organum cœlitus constitutum extitit, in Gymnasio Hamburgensi d. 9. Nov. A. 1682. recitatum. Accedit 1. Insignium Lutheri, 2. Symboli Lutheri & Lutheranorum, V. D. M. I. Æ., 3. initiorum Reformationis Ecclesiæ & scholæ, A. 1516. & 1517. factorum, evidens & accurata demonstratio. Hamburgi 1683. in fol. D. Rudolpho Capello, Prof. Hamburgensi (qvi *Programma* illi præmisit), ab Eberh. Anckelmanno, Collega, *in Programmate de vita ejus funebri*, vindicatur.

Qvæstiones Juridicæ. A. 1689. in 4. (*Catal.*)

PAULUS KRETZER, Bibliopola Hamburgensis, teste Ott. Sperlingio Juniore (*in Tr. MS. de fœminis doctis, num. 24.*), Isabellæ Cortesiæ *Secreta*, Italice antea Venetiis A. 1565. & 1574. *in 8.* edita, Germanice transtulit, & Henr. Ranzovio inscripta, sub hoc publicavit titulo:

Frauen Isabelle Cortese verborgene und heimliche Künste und Wunderwercke, in der Alchymia, Medicina, und allerley Sachen. Francof. 1596. in 8.

JACOBUS KRÖGERUS, cui Eiderstadiam pleriqve alii patriam assignant, si Joh. Alb. Fabricium audias (1.), Hamburgensis fuit, &, cum sacro in Eiderstadia aliqvamdiu functus esset officio, in urbem hanc natalem est revocatus. Obtinuit autem Hamburgi A. 1558. Diaconatum ædis Jacobææ, cum cujus Pastore, M. Joh. Bodeckero, Zelotarigidiori, ipsi, Philippistarum, sive Theologorum molliorum, addicto partibus, male convenit, donec dissidium istud A. 1563. duris hisce a Magistratu componeretur conditionibus, ut Krögerus posthac molliorum scriptis calculum suum & Chirographum haud adjiceret, ac, si denuo adversus Pastorem delinqveret, loco moveretur (2.). Obiit tandem d. 19. Sept. A. 1582. (3.), viduæqve, & VII. Orphanis, ingens æs alienum, teste Joh. Hennichio, Collega (4.), reliqvit. Epitaphii, qvod Annæ, maritæ priori, tribusqve filiabus, peste A. 1565., una eademqve nocte, extinctis, in æde erexit Jacobæa, Epigraphe Elegiaca a Theod. Anckelmanno in *Inscriptionibus* recitatur *Hamburgensibus* (5.).

III. Osterpredigten över de gewanlicke Evangelia. Hamb. 1578. in 8. (*L. Sax.*)

Inwyhungspredigt der wedder erbuweden Kercken S. Gertrudis, am Donnerstage na Qvasimodogen., uth Gen. XXVIII. 22 - 26., A. 1581. geholden. Hamburgi 1581. in 8. (*L. Sax.*)

Historia von dem herlichen Triumpf- Lehn- und Ehrentage, so durch Fridericum II., König in Dennemarck, und Johansen den ältern, Adolphen und Johansen den jüngern, Hertzoge zu Schleswig und Holstein, zu Odensee in Fünen, d. 3. Maji A. 1580., ist gehalten; allwo ietztgedachte Fürsten das Hertzogthum Schleswig, und die Insul Femern, vom Könige zur Lehn empfangen, und dagegen gebührliche Pflicht gethan haben: Mit einem Anhange von dem kurtz darauf erfolgtem Tode und Begräbniß Hertzogs Johansen den älteren. Hamburgi 1581. in 4.

MEINARDUS KRÖGERUS, ædis Georgianæ, in suburbio Hamburgensi, Pastor A. 1542., circa F. Mich., electus, munere hoc, ob ætatem ingravescentem, eodem anni 1569. tempore abdicato, d. 21. Apr. A. 1571. vivis excessit. V. Anonymi *Catal. MS. ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 913. 1128.*, &, qvæ ille allegat, Henn. Conradini Epigrammata in tumulum nostri ac insignia, *Lib. II. Epigrammatum p. 167. 168.* obvia.

Illi forte debentur, qvæ, diu licet post ejus edita obitum, in Catalogis qvibusdam Meinardo Krögero tribui observo, ipse autem non vidi:

Anführung zum Catechismo. Glückstadii 1665. in 12.

XXV. Anfechtungen des Teufels, dadurch er uns gerne am Gebete hinderte, und wie ihm zu begegnen. A. 1667. in 12.

M. HERMANNUS KROGMANNUS, Hamburgensis, Ecclesiastes, ab A. 1702., Catharinæus Osnabrugensis, Hamburgi, ante abitum, die 13. Junii a Joh. Winclero inauguratus. V. Joh. Wincleri Ordinations-Rede vom Troste eines Lehrers, den GOtt, auß seinem Vaterlande, in die Frembde, zum Dienste des H. Evangelii beruffet, auß Joh. IV. 43. 44., Hamburgi A. 1702. *in 8.* editam.

Die heimliche Weißheit GOttes, 1. an einem auß dem Grabe Christi mit Christo auferstehenden Christen, 2. an der allerseligsten Gemeinschaft mit Christo, auch zur Zeit, wann er scheinet von uns zu scheiden, 3. an einem geistlichen Fürläuffer Christi; in drey Predigten vorgestellet. Hamburgi 1715. in 4. V. *Catal. nundin. Lips. A. 1715. autumn. p. 13.*

HERMANNUS KROHNE, Lubecensis, J. U. D. & in patria, ab A. 1703. c. 1723. Practicus. V. de illo J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 47. 48. 49.*

Disp. Inaug. de Testamentis privilegiatis, Præside D. Sam. Strykio. Halæ 1702. in 4. Recusa in Strykii *Tr. de Cautelis testamentorum*, ibidem A. 1703. in 4.

M. JOHANNES KROHNE, Hamburgensis, Henningi, scholæ pauperum Præceptoris, filius, laurea Witebergæ d. 10. Oct. A. 1654. ornatus Philosophica, Pastor Ecclesiæ Grödensis in præfectura Ducatus Bremensis Ritzbüttelana.

Disp. de Lingva Sancta, Præside Christoph. Schradero habita. Helmst. 1638. in 4. (V. *Melch. Schmidii Or. Parent. Schradero habitam p. 27.*)

Armatura

(1.) *P. II. Memor. Hamb. p. 887.* (2.) Refert hæc Joach. Degenerus, Past. Hamb., in Epist. MS. ad D. Paulum ab Eitzen, d. 29. Nov. A. 1563. exarata. (3.) V. Anonymi *Catal. MS. ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, & Fabricium *l. c.* (4.) *in Epist. MS. ad P. ab Eitzen.* (5.) *num. 104., p. 34. 35.*

Armatura Christianorum contra Turcam optima; das ist: Die allerbeste Waffen der Christen, wieder die beyden Erzfeinde, Pabst und Türcken; vorgestellet in VII. Predigten über den Kirchengesang: Erhalt uns HErr bey deinem Worte, Hannoveræ 1664. in 12. Hos sermones Joh. Christoph. Olearius, im Entwurffe einer Lieder-Bibliotheck, *p. 93.*, eosdem esse cum Dav. Crenii in Hymnum eundem Concionibus, Hanoviæ excusis, perperam conjecit.

Unicum Christianorum Testamentum, oder Leichpredigt über Anna Sylminn, Georgii von Holten, J. U. Lic., Ehefrau, auß Ps. XXXI. 7. Hamburgi 1664. in 4.

Die Ruthe GOttes beym schrecklichen Donnerschlage, damit er die Thurmspitze zu Gröden heimgesucht, oder Predigt über Matth. XXIV. 15-28. Stadæ 1699. in 4.

JOHANNES ADOLPHUS KROHNE, Lubecensis, d. 17. Nov. A. 1674. natus & J. U. Doctor Rostochii d. 10. Oct. A. 1699. renunciatus, Advocatorum ibidem auxit numerum, & A. 1701. Procurator Consistorii ducalis ordinarius, A. 1706. autem urbis Syndicus est constitutus. Qvo officio, per decennium gesto, cum, in bellis motibusqve temporis istius Meclenburgicis, crebras obiisset legationes, multaqve, ob jura & privilegia civitatis animose, voce pariter atqve scriptis defensa, a Principe & aulicis esset perpessus, A. 1716., invito senatu, abdicavit, Lubecamqve reversus otium illi prætulit literarium.

Vitæ illius historiam uberiorem, post D. Joh. Kleinium (in *Programmate* A. 1698. *Disp. Inaug.* præmisso) Joh. Henr. a Seelen, *P. III. Athen. Lubec. p. 42-47.* exhibuit.

Conf. de illo *Nova Lit. Lubec.*, *M. Majo A. 1698.*, *p. 70.*, & *M. Nov. A. 1699.*, *p. 326. 327.* ac Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochium A. 1699. literatum, p. 301. 302. 303.*

SCRIPTA.

Disp. de Mulierum innoxia juris ignorantia; Præside D. Joh. Kleinio. Rost. A. 1697. in 4. Recusa in Kleinii *Volumine Dissertt. Jurid.*, Güstrovii A. 1706. in 4.

Disp. inaug. de probatione debiti, qvæ fit per libros mercatorum, Præside D. Joh. Kleinio, Rost. 1698. in 4. Recusa iisdem Güstrovii A. 1706. inter *Dissertt.* Kleinianas.

Multa pro Civitate Rostochiensi scripta, qvæ JCti Protocolla & Recessus vocant, inserta passim operi de motibus Meclenburgicis, A. 1719. *in fol.*, sub titulo des Historischen Acten-mäßigen Berichtes edito.

Tr. de Jure Assecurationum in foro mercatorum. Rost. 1725. in 8.

Annotationes ad Wolfg. Ad. Lauterbachii Compendium juris theoretico-practicæ, ad finem nondum perductæ & ἀνέκδοτοι.

VINCENTIUS KROHNE, Scholæ templi Cathedralis, in urbe Hamburgensi, Præceptor & Arithmeticus circa A. 1660.

Teutsch Spruchbüchlein, darinn andächtige Lehr- und Trostsprüche auf die Sontags- und Fest-Evangelia, mit andern Christlichen Gebeten, vor die Jugend, verfasset sind. Hamburgi (sine mentione anni) in 8.

HENRICUS RUDOLPHUS KRULLIUS, Urbis Crempensis, circa A. 1701., Archidiaconus, &, circa A. 1710., Pastor.

Eröfnete Gnadenfenster GOttes, bey einem, nach funfzigjähriger Ehe, wiederholten Hochzeitfeste, auß Mal. III. 10., vorgestellet. Hamb. 1711. in 4. *(Catal.)*

ALBERTUS KRUMMENDICK, Eqves Auratus, e familia Cimbriæ nobili perantiqva, a pago Krummendick, Itzehoæ vicino, cognomen mutuata, & in Henrico, Toparcha Beckensi, A. 1598. extincta (1.), oriundus, studiis animum felici adeo successu applicuit, ut Magistri etiam titulum, qvi ævo isto non nisi dignis conferebatur, sit adeptus (2.) In aula, per annnos complures, vixit Romana, Notariiqve in Rota, teste Anonymo *Chronici* ejus continuatore, functus est officio, in patriam vero redux Collegio Canonicorum adscriptus Lubecensium, magna hos inter polluit autoritate, negotiisqve difficillimis, &, hæc inter, dissidii inter Ordinis Teutonici Eqvites ac civitates Borussicas compositioni, ab Arn. Westphalo, Episcopo suo, ob solertiam, sæpe est adhibitus. Westphalo tandem huic, A. 1466. defuncto, in ipso Episcopatu successit Lubecensi, intercedente pro eo apud Paulum II., Pontificem, Christiano I., Daniæ Rege, qvi Diœcesi isti, intra Ducatus sui Holsatici sitæ terminos, e subditis aliqvem cupiebat præfici (3.), Michaelisqve Archangeli profesto, ab Episcopis Sverinensi & Ratzeburgensi, Præsulisqve Bremensis suffraganeo, est inauguratus (4.). Ipse vicissim Regi perqvam fuit obseqviosus, multasqve, jussu ejus, sumptibus vero, non Regiis, sed suis atqve Ecclesiæ, obiit legationes, A. 1466. scil. Trajectinam, ad fœdus cum Carolo Burgundo, Ducibusqve sociis, ineundum, A. 1467. Belgicam, ad pacem inter hunc & Gallos componendam, A. 1469. Anglicam, ad inducias cum Edvardo Rege paciscendas, & A. 1477. Saxonicam, ad nuptias inter Johannem, Regis sui primogenitum, ac Christinam, Ernesti, Electoris Saxoniæ, filiam, conciliandas (5.). In tribus prioribus Canutum, Episcopum Wiburgensem, & Wernerum Pasbergium, in ultima vero Ericum Rosenkrantzium, Aulæ Danicæ Præfectum, & Alb. Klitzingium, Præpositum Hamburgensem, habuit Collegas. Legationibus hisce, aliisqve negotiis publicis, qvibus ipse, rebus assvetus gerendis, nonnunqvam, cum qviescere posset, ingerere sese videbatur, operibus item sumptuosis, & largitionibus, qvibus cognatos, familiæ suæ justo studiosior, clientesqve alios, ditabat, immodicis, Ecclesiæ opes impendit, imo, cum hæ non sufficerent, ære 20000. Marcarum alieno eandem oneravit. Qvoties frustra, ut pecuniæ, sibi debitæ, persolverentur, Reges Daniæ, Christianum I. & Johannem (a qvo præfectura arcis Segebergensis, per Christianum sibi collata, est privatus), interpellarit, ipsemet interim Creditoribus Ecclesiæ arces, prædia, reditus & cimelia, imo mitram etiam ac baculum Episcopalem, oppignorare coactus, & in summa tandem paupertate mortuus, in vita ejus, a *Chronici* illius continuatore fuse est expositum. *Argentum*, inqvit Krantzius (6.), *formatum, qvod duo ejus prædecessores donavere magno pondere, ad decorem & instructionem Pontificalis mensæ, cum ceteris avolavit. Non est qvod glorietur Ecclesia, ejus temporibus aucta Ecclesiæ prædia, ditatam mensam Episcopalem, extructas ædes, vel in curia Lubecensi, vel in arce Utinensi. Bene haberet, si, qvæ habuit ante, etiam post illum teneret. - - Memoriam sui reliqvit apud multos creditores, qvi qvererentur, & optarent, unde suum reciperent.* Adde his Herm. Bonnum, cui (7.) *Vir audit sumptuosus ac prodigus, qvi hoc vitio plurimum gravavit Collegium.* Prodigalitas tamen hæc aliqvatenus forte excusari poterit, qvod ab ingenio ejus profluxerit miti, benigno, munifico, & ad sublevandos alios adeo proclivi, ut majora sæpe viribus polliceretur. Erat enim, uti *Chronici* Autor *Slavici*, in Catalogo Episcoporum,

(1.) V. C. Danckwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c. 3.*, *p. 20.* (2.) V. *Chronicon* Anonymi *Slavicum, ad A. 1466.*, & Har. Huitfeldii *P. V. Chronici Danici p. 900.* (3.) V. Huitfeldium *l. c.* (4.) V. *Chron. Slav.*, *ad A. 1466.* (5.) V. de iis Huitfeldium *l. c. p. 909. 910. 923. 955.*, de sola vero Saxonica Joh. Petræum *P. III. Chron. Hols.*, *p. 159. 160.* (6.) *Lib. XII. Metropoleos, c. 4.* (7.) *Lib. II. Chronici Lubec. p. 68.*

rum, annotavit, Lubecensium, *Vir benignus, dapsilis & munificus*, &, teste Continuatore *Chronici* ipsius *eorundem Episcoporum*, *Vir a natura munificus, & alta cupiens, liberalisqve, qvi Ecclesiæ utiliter prodesse, & vitam instituere honestam, sibi proposuit, Christierno, Regi Daciæ (cujus ferme cuncta publica & privata negotia ejus ingenio & dexteritate adimpleta fuerunt) percarus, ac nimium fortassis obseqviosus.* Nec dissentit ab his Alb. Krantzius, ita scribens (1): *Pii cordis videbatur Pontifex, cunctis benevolus, nulli negans audientiam, ad omnia verbo promptus, ut nemo duritiem ejus qvereretur. Constantia aliqvando desiderata est.* De Ecclesia certe sua, ejusqve Clericis, a qvibus, teste eodem Krantzio, valde est dilectus, bene pro virili mereri studuit, non solum Jure in templa oppidorum Oldenburgensis & Lütkenburgensis Parochialia, Cœnobiumqve (qvo tamen Christiano I., Regi, cedere mox est coactus) Reinfeldense, Episcopatui restituto, ac ædificiis qvibusdam in arce Utinensi, & Aqvæ Frigidæ palatio, extructis (2.), sed novo etiam Breviario, in usum sacerdotum A. 1477. typis excuso, *Chronicoqve* suorum in Episcopatu antecessorum, de qvibus mox dicetur, posteritati relictis. Ædem vero urbis Lubecensis Cathedralem imagine ornavit Christi crucifixi, suiqve ipsius, ad pedes illius procumbentis, lignea inaurata, A. 1467., ante chorum, supra sepulchrum suum, cœpta extrui, & 6000. olim Marcis, ob artificium, & Cimeliorum, qvibus superbiebat, præstantiam, æstimata (3.). Qvæ utrum, in signum pœnitentiæ seriæ, ab ipso & concubina, genua coram illa flectentibus, postqvam vitæ emendationem in morbo promiserant ancipiti, actæ, sit erecta, uti scriptor sive interpolator des beglückten und geschmückten Lübecks, nullum, qvem seqvatur, allegans Autorem, perhibet (4.), alii dispiciant. Tumulo, subter imaginem hanc, suo, cum, post annos XXIII. gubernationis Ecclesiasticæ, mœrore, qvo, ob Ecclesiam culpa sua ingenti ære oneratam alieno, se discruciabat, mortem, uti credebatur, accelerante, vivis excessisset, funere illatus est adeo splendido, ut Andr. Angelus (5.), rumorem secutus publicum, hujus forte impensas cum sumptibus fabricæ imaginis confundentem, 6000. Marcas Lubecenses in apparatum lugubrem testetur esse insumtas. Obiit autem, uti *Chronici* ipsius Continuator, aliiqve, tradunt, septuagenario major, d. 27. Oct. A. C. 1489. In cujus locum a Johanne Cornando de la Crose (6.) annus 1476., qvo *Chronici* scriptoni finis ab eo est impositus, a Frid. Cogelio autem (initium etiam Episcopatus ejus ad A. 1475. male referente) (7.) Seculi XV. antepenultimus, sive 1498., perperam substituitur. Successor ipsi Canonicorum datus est suffragiis Thomas Grotius, longe aliis, qvam ille, præditus moribus, homo qvippe parcus, morosus ac μισάνθρωπος, qvem frugalitate sua res Ecclesiæ, nostri prodigalitate collapsas, esse restauraturum Collegæ, uti eventus eos docuit, incassum sperarunt. V. de illo, præter alios Autores jam allegatos, Anonymum Continuatorem *Chronici* ipsius, mox memorandi, in ejus Vita, *p. 403. 404. 405.*, Incertum *Chronici Slavici prioris*, ab Erp. Lindebrogio, inter *Rerum Germ. Septentr. Scriptores*, editi, compilatorem, *p. 221. 227.*, & Alb. Krantzium *Lib. 12. Metropoleos, c. 4.* Cum hisce triumviris, qvibus nostras potissimum debemus narrationes, conferri possunt Joh. Petræus *P. III. Chronici Holsatici p. 145. 159.*, Herm. Bonnus *l. c.*, Andr. Angelus *Lib. I.* der Holsteinischen Adel-Chronica *p. 9. 26. 66.*, Jonas ab Elverfeld *in Tr. de Holsatia, ejusqve ordinibus, lit. M. 3. a.*, Melch. Neofanius *in Elegia de Episcopis Lubecensibus p. 8. 9.*, Har. Huitfeldius *P. V. Chronici Danici p. 909. 910. 923. 955. 999.*, C. Danckwerthius *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 8., p. 228.*, Rob. Gherius *in Append. ad Gvilh. Cavii P. II. Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 314.*, J. F. Buddæus *T. I. Lexici Historici p. 73.*, Joh. Gotfr. Olearius *T. I. Bibliotb. Scriptt. Eccl. p. 26.*, Joh. Christ. Nevius *P. II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Historicas p. 179. 180.*, *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 3., §. 16., p. 81. 82.*, *P. IV., c. 3., §. 3., p. 423. 424. 425.*, ac Gottfr. Hechtii *Germania Sacra & literata, P. II., Lib. 16., c. 17., p. 704 - 707.*

Breviarium Ecclesiæ Lubecensis, jussu ejus A. 1477. excusum, de qvo ita *Chronici Slavici prioris* Autor, *l. c. p. 227.*: *Hic* (Albertus) *permisit imprimere libros Horarum Canonicarum A. D. 1477., ne qvisqvam a debita & vera solutione ordinis Lubecensis se excusaret, juxta omne mandatum Libri Ordinarii Ecclesiæ majoris, hoc ipsum dispensante & ordinante qvodam Vicario Ecclesiæ B. M. V. in Lubeke.* Allegatur etiam a Joh. Bollando *in Prolegomenis ad Acta SS. M. Jan., p. 54.*, Bonnoqve & Kirchringio *ll. cc.*

Chronicon Episcoporum Aldenburgensium & Lubecensium Latinum, A. 1476. conscriptum, & ad obitum usqve Arn. Westphali, Antecessoris sui, sive A. 1466., perductum. Accedit Anonymi (qvi *præfationem* etiam adjecit) Continuatio, ad Episcopatum usqve Wilh. Westphali, sive A. 1505., seriem narrationum pertexens. Edidit utrumqve scriptum, cum Notulis suis, Henr. Meibomius Junior, *Tomo Rerum Germanicarum secundo*, Helmstadii A. 1688. *in fol.* excuso, *pag. 389 - 412.* Congessit suum Krummendickius (uti ipsemet sub initium, *p. 393.*, testatur) e *Chronicis variis* antiqvioribus, & *Registro mensæ Episcopalis Lubecensis*, speciatim vero ex Adamo Bremensi, Helmoldo & Arnoldo Lubecensi, qvorum ipsis sæpe verbis utitur. Pleræqve narrationes in *Chronico* Anonymi *Slavico*, & Alb. Krantzii *Metropoli*, iisdem pene verbis repetitæ, occurrunt. Ante editionem ab Henr. Bangerto A. 1659., *in Notis ad Helmoldum p. 214. & 310.*, est allegatum. Confer de illo *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 3., p. 424. 425.*

PETRUS **KRUNANDER**, Organœdus Ducis Holsatici aulicus, qvi a Wolfg. Casp. Printzio, Musico Soraviensi (8.), Musicis ac Componistis, qvos vocant, sive Melopoeis Seculi XVII. accensetur celebrioribus, & ein Mann von hurtigen Füssen auf dem Pedal, und manierlicher Faust auf dem Manual, appellatur.

M. JOHANNES CHRISTOPHORUS **KRUSICKE** Hamburgensis, Pauli Georgii Conrectoris filius, in Societate Zesiana Poetico-Teutonica Philothei (des Gottliebenden) titulo est ornatus & Witebergæ d. 30. Apr. A. 1704., Magister, ab Henr. Leonh. Schurtzfleischio, primo inter 41. Candidatos loco ei attributo creatus (9.); ædis postea in patria Petrinæ Diaconus d. 7. Apr. A. 1715. electus.

Helicon pullatus, sive Poemation Elegiacum in obitum Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis. Kilonii 1702. in f.

Poemata duo Heroica inedita de D. Mart. Lutheri morte & die natali, in Gymnasio Hamburgensi & Acad. Kiloniensi recitata. V. Seb. Kortholti *Programma* posteriori A. 1702. præmissum, & *Nova Lit. Lubec., M. Nov. A. 1702., p. 373.*

Oratio de Nummis moribundi Servatoris historiam illustrantibus, Witebergæ d. 2. Apr. A. 1706. recitata. V. Conr. Sam. Schurtzfleischii *Programma* ei dicatum, & *Nova Lit. Germ., M. Jul. L. 1706., p. 226.*

Sacrum Seculare, memoriæ beneficii divini in repurgata doctrina, D. Martini Lutheri ministerio, annis abhinc 200., præstiti, inter festos solemnesqve ritus & gaudia publica, Senatui Hamburgensi inscriptum: Poema Elegiacum, Notis illustratum & Hamburgi A. 1717. in 4. editum.

Elogiæ

(1.) *l. c.* (2.) V. *Continuatorem Chronici ipsius, in ejus vita.* (3.) V. de illa Krantzium & H. Bonnum *ll. cc.*, And. Angeli *Chronicon Nobilitatis Holsaticæ, Lib. I., p. 66.*, & *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 109. 110.* (4.) *p. 160. editionis anni 1697., & in Appendicis Historia III., p. 220 - 225.* (5.) *l. c.* (6.) *T. XI. suæ ac Joh. Clerici Bibliothecæ Universalis Historicæ, lingva Gallica Amstelodami editæ, M. Nov. A. 1688., p. 186.* (7.) im Uthinischen Stadtgedächtniß, *c. 8.* (8.) in der Historischen Beschreibung der Singe-Kunst, *c. 12., p. 149.* (9.) V. *Nova Lit. Germ., M. Aug. A. 1704., p. 286.*

Elegiæ duæ in obitum D. Matth. Sluteri, Senatoris Hamburg., A. 1719., & D. Dav. Sluteri, A. 1720., editæ, Notisqve historicis illustratæ, recusæ A. 1723. *Volum. V. Memor. Hamburg.* J. A. Fabricii, p. 440-479.

Athenæ florentes, seu Carmen Elegiacum ad Georg. Gvilh. Kirchmaierum, Prof. Witeb. Hamb. 1722. in 4.

BALTHASAR KRÜSING, Flensburgensis, d. 16. Martii A. 1668. natus, Med. D. &, ab A. 1700., in urbe patria, ab A. 1710. vero in Lubecensi, Practicus. Obiit Flensburgi 17. Jun. 1725. morbo colico.

Ejus vitæ historia in Wilh. Huld. Waldschmidii *Programmat*, *Disput. Inaugurali* A. 1701. præmisso, fuse exponitur, nec non in Jo. Henr. a Seelen *Athenis Lubecensibus, P. III. p. 257-268.*

Disp. de Temperie aeris Kiloniensis, & salubritate Athenæi Cimbrici, Præside D. Wilh. Huld. Waldschmidio. Kilonii 1701. in 4.

Disp. de Principiis Chymicis, Præside D. Günth. Christoph. Schelhammero. Kil. 1701. in 4.

Disp. Inaug. de Odontalgia solo tactu sedanda, Præside eodem. Kil. 1701. in 4. Ob inventi novitatem a Præside, in *Epistola* adjecta, & W. H. Waldschmidio, in *Programmate* præmisso, commendatur. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Lubec., M. Nov. A. 1701., p. 351. 352.*

INEDITA.

Hodœporicon, seu Descriptio sui ad metallifodinas sylvæ Hercyniæ Brunsvicenses, aliasqve, itineris, tripartita, una cum Topographia Historiam qvoqve naturalem & metallurgicam, varias observationes Physicas, multasqve figuras æneas exhibens, cujus, prælo (Seelenio teste) jam maturæ, editionem Schelhammerus & Waldschmidius, *ll. cc.*, desiderarunt.

Tabulæ VI. Philosophiæ metallicæ, itidem ἀνέκδοτοι, Hodœporico jungendæ.

Wilhelms von Saluste, Herrn zu Bartas, erste und andere Woche: ehmals durch ein Mitglied der Fruchtbringenden Gesellschaft auß dem Frantzösischen in Hochteutsche Reime übersetzet, und zu Cöthen A. 1640. außgegeben; nunmehr aber durch ihn von neuem übersehen, und nach dem Hauptwercke in die heutige Reim-Art gebracht, auch mit Anmerckungen erläutert.

Historia naturalis Ducatuum Slesvicensis & Holsatici.

Observationes qvædam Medicæ, Miscellaneis Academiæ Naturæ Curiosorum inserendæ.

MAGNUS KUHMANN, Hamburgi postridie F. Mich. A. 1598. in lucem editus, scholæ parochialis in patria Nicolaitanæ, ab A. 1619., Arithmeticus, generqve M. Bernh. Vagetii, Antistitis Nicolaitani, d. 4. Nov. A. C. 1656., & æt. 58., defunctus.

Die güldne Schule vom Unterricht des Italiänischen Buchhaltens, in zwey Theilen. Hamburgi 1639. in 4. Totum titulum V. *in Catalogo nundinarum A. 1640. vernalium Lipsiensi, p. 32.*

HENRICUS KUMMERFELD, Hamburgensis, Hafnia, ubi diu hæserat, ad professionem Gymnasii patriæ, d. 9. Apr. A. 1695., vocatus Mathematicam, hanc recusavit, & Regis postea Danici, inter cives suos, circa A. 1698., fuit Commissarius. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1095.*, & P. A. Lehmanni *Hamburgum A. 1698. Literatum p. 6.*

Tribuuntur huic a Barth. Feindio Jun. in *Apologia vernacula* (der Schutzschrift), A. 1708. publicata, *p. 1. & 4.*, scripta qvædam de turbis, qvæ Hamburgam tunc affligebant, civilibus, sibi opposita, sed Magistratus jussu publice, uti jactat, concremata.

JOHANNES KUNCKELIUS, in præfecturæ Ducatus Slesvicensis Gottorpianæ Parochia rurali Hüttensi (uti a Dethl. Cluvero, V. C., accepi) in lucem editus, Chymiæ, inter cujus Mystas eminebat, artis vitriariæ, aliarumqve Mechanicarum, curiosis naturæ scrutatoribus familiarium, peritia admirabili inclaruit, & Principum sibi gratiam conciliavit. Minister initio fuit cubicularius, Chymicusqve Dresdensis aulicus, Johannis Georgii II., Saxonum Electoris, ac Laboratorii simul ejusdem Annæbergensis Inspector (1.). E Saxonia (in qva Witebergæ etiam A. 1676. juvenes studiosos Chymiam privatim docuerat (2.)), in aulam suam Berolinensem, a Friderico Wilhelmo, Electore Brandeburgico, ad officia eadem obeunda, anno circiter 1679., est evocatus, & Berolino tandem (ubi illum decessisse Gotfr. Gvilh. Leibnitius (3.) falso credidit) in Sveciam, Caroli XI., Regis, qvi Consiliarii eum metallici ornavit titulo, & in nobilium evectum ordinem *Löwensternii* donavit agnomine, circa A. 1693., pertractus benignitate. In Svecia, cum prædium sibi Prendense comparasset hæreditarium, & locum inter Academiæ Naturæ Curiosorum Germanicæ obtinuisset Collegas (4.), ad A. usqve 1702. circiter fuit superstes, hoc autem vel appropinqvante, vel decurrente, tempore, post Georg. Casp. Kirchmaieri, Acad. Leucoreæ Rhetoris, in rerum etiam naturalium scrutinio versatissimi, amicorumqve suorum intimi, qvem secularis 1700. terris eripuerat, obitum, annuo, est extinctus (5.)

Præter scripta Physico-Chemica, compluribus etiam ejusdem generis inventis inclaruit, e qvibus Vitrum rubrum pellucidum, & Auri in tria sua principia, salem, terram & Mercurium, resolutio, ductu *Epistolæ* Jac. Tollii *Itinerariæ secundæ*, addito hujus de posteriori judicio, a Jac. Bernhardo (6.) verbis celebrantur seqventibus: *Mr. Tollius confera à Berlin avec un célèbre Chimiste, nommé Kunkelius, à qvi l' on doit l' invention du Verre rouge transparent. Il lui dit, qv' il avoit trouvé le secret de resoudre l' Or en ses trois principes, le Mercure, le Sel, & la Terre. Qv' en rëünissant deux de ses principes ensemble, il n' en resultoit rien: mais, qv' en les rëünissant tous trois, il avoit eu de l' Or tres pur; d' où il concluoit, qve l' Or n' est composé, qve de ces trois principes. L' Auteur pretend, qve Mr. Kunckelius se trompoit, qvant au Mercure Philosophiqve, qv' il croyoit corporel, de même qve les autres Chimistes, au lieu qve c' est un pur esprit; mais, qvant au luy, il se persvadoit d' avoir trouvé cette pretendüe pierre Philosophale, qv' on cherche inutilement depuis tant de tems.* Majorem tamen cæteris famam illi peperit Noctiluca vel Perenniluca constans & fulgurans, sive Phosphorus geminus, liqvidus sc., & hoc longe perfectior siccus, qvem, monitis G. C. Kirchmaieri amicis excitatus, A. circiter 1676., auspicato invenit, & ex urina humana, uti nunc omnibus constat, licet ipse & Kirchmaierus, de materia αἰνιγματικῶς locuti, in scriptis id dissimulaverint, paravit. Est ille, siccus præsertim, ad perfectionem, cujus in liqvido rudimenta tantum observantur, deductus, & succino ex flavo albescenti simillimus, teste Kirchmaiero (7.), *corpus luce interna præditum, ex mirabili naturæ sale constans, volatilis, mobilis & spirituosæ operationis, intensissimo calore ignis solitum elaborari, in aqva communi, frigida, fontana, imo & in corrosivis, oleisqve & liqvoribus aliis, sine noxa semper durans, hisqve vim suam luciferam, & per vices fulgurantem, si in vase servetur vitreo, atqve agitetur, communicans, motu inflammabile levissimo, objectum proximum illuminans, in particulas minimas, sive scintillas & stellulas innume-*

LlII 2

(1.) V. Joh. Galloesii *Ephem. Erud. Gall. A. 1678., ad d. 7. Mart., p. 97.* (2.) V. Georg. Casp. Kirchmaieri *Diss. de Noctiluca, c. 3., p. 20.* (3.) *in Historia inventionis Phosphori,* paulo post laudanda, *p. 94.* (4.) V. *Observationem* ejus, *Miscellaneis* hujus Academiæ A. 1694. insertam, infra memorandam. (5.) V. Adolphi Clarmundi P. II. der Lebensbeschreibung hauptgelahrter Männer. *p. 200. 201.* (6.) *in Novellis reip. Lit. Gallicis, M. Apr. A. 1700., p. 370. 371.* (7.) *in Commentat. de Phosphoris, c. 1., p. 11-18.*, & *in Diss. de Noctiluca, c. 3., p. 18-22.*

innumerabiles, multiplicabile, & insignem valetudini usum præbens humanæ. Pilulas enim, Phosphori hujus ope, Kunkelius paravit, & *miraculosarum* ornavit titulo, luminosas, stomachum confortantes, & usu in Medicina se commendantes multiplici, qvas & ipse, in scripto de iis Germanico, & Anonymus, cujus Epistolæ de illis, ad se d. 16. Febr. A. 1683. exaratæ, excerpta Gallica Abbas Roqvius (1.) publice legenda exhibuit, summis extollunt laudibus, & Sim. Phil. a Klettwiz, Med. Lic. ac Practicus in Thuringia Longosalissanus (2.), suarum de iis *Observationum* editionem pollicitus, sibi ipsi Apoplectico, aliisqve non unius generis ægrotis, salutares fuisse testatur. Sed nec minus ab eo damni, si abutare, metuendum, ob comburendi vim, sub ipsis licet aqvis, soloqve Sole incendente, inextingvibilem, oleo suo plus noxæ humano generi, qvam qvodvis pulveris pyrii artificium, teste Kirchmaiero, de abusus ratione silere merito consultius arbitrato (3.), allaturam. Phosphori hujus, qvem cum Vitro suo, Hermetice sigillato, spatio temporis æqvali duraturum esse, Otto a Gvericke, Consul Magdeburgensis, & naturæ mysta egregius, censuit (4.), parandi modum Kunckelius & Kirchmaierus detegere noluerunt. Sagaci tamen conjectura, vel eundem, vel haud dissimilem, lumen perpetuum ex urina humana producendi, indagarunt ac publicarunt Rob. Boylius, Physicæ Phosphorus, *Noctilucæ aereæ*, attactu aeris, licet ipsa non splendeat, lumen immediate spargentis, libello a se peculiari, Anglice A. 1680., & Latine A. 1682., Londini edito, descriptæ, inventor (5.), Claud. Comirius, Math. Prof. Parisinus, *Tractatus de Phosphoris, & secreta illorum compositione*, Gallici, A. 1683., *M. Jun. & Julio Mercurii Gallici*, in lucem editi (6.), Autor, & Hombergius, Acad. Scientiarum Parisiensis socius, cujus methodus *Commentariis* Acad. hujus *Mathematico-Physicis anni 1692.*, & *Actis* qvoqve *Eruditorum Lipsiensibus*, est inserta (7.). Inventi gloriam Kunckelio eripere plagio turpi conatus est Joh. Dan. Kraftius, Med. D. Germanus, in Europa & Asia peregrinatus, cui ipse secretum suum incaute detexerat. Is enim, e Saxonia a nostro vix digressus, Phosphorum hunc, velut a se inventum, in aula initio Berolinensi, Friderico Wilhelmo, Electori Brandeburgico, & in Anglia deinde Rob. Boylio, aliisqve viris eruditis, ostendit, atqve a Boylio (8.), Joh. Sigism. Elsholtzio (9.), Nehem. Grewio (10.), Claud. Comirio (11.), aliisqve, furti hujus Philosophici, per G. C. Kirchmaierum (12.), Lipsienses (13.), D. G. Morhofium (14.) & Georg. Paschium (15.), nostro sua vindicantes, detecti, ignaris, tanqvam inventor ejusdem, est celebratus. Gallis suis Claud. Comirius, in scripto paulo ante laudato, A. 1683. Phosphorum siccum fulgurantem asserere, Johannemqve Fernelium, Henrici II., Regis, Archiatrum, eum invenisse, & Henrico, sub schemate lapidis Indici lucidissimi, Thuano etiam memorati, Bononiæ offerri curasse, eruditis persvadere, sed incassum, est conatus. Pari successu novissime Joh. Gothofr. Bergerus, Prof. Med. Witebergensis, *in Commentatione de thermis Carolinis*, Lipsiæ A. 1709. edita, & Kunckelium, & reliqvos, Phosphori sibi vindicantes inventum, plagii in Pet. Mariam Canepariam, Italum, insimulavit, a qvo illius e lotio putrefacto, vitriolo Romano, & lapillis fluminis, præparatio jamdudum sit descripta (16.). Nec deerunt famæ Kunckelianæ patronis, qvæ Viro illustri, Gothofr. Gvilh. Leibnitio, in *Historia inventionis Phosphori, Miscellaneis Academiæ Scientiarum Berolinensis regiæ*; Berolini A. 1710. publicatis, inserta (17.), idem Phosphori inventum Henr. Brandio, Chymico Hamburgensi, a qvo & noster, & Kraftius, Hamburgum profecti, ejus præparationem didicerint, operose asserenti, regerant. Plura de utroqve Phosphoro Kunckeliano, cum brevitatis nos studium subsistere hic jubeat, suggerent:

1. Kunckelii ipsius Schediasma (de qvo suo dicetur loco) Germanicum, A. 1678. editum.
2. Georg. Casp. Kirchmaieri, Prof. Witeb., Noctiluca constans, & per vices fulgurans, diutissime qvæsita, nunc reperta, qvæ Witebergæ A. 1676. *in 4.* prodiit, inprimis *Cap. III.*
3. Ejusdem Commentatio Epistolica de Phosphoris, natura lucis & igne, ibidem A. 1680. *in 4.* excusa, &, qvæ illi subjunguntur, Georg. Hier. Welschii, Henr. Oldenburgii, Joh. Mich. Fehrii, atqve aliorum, Elogia Noctilucæ Kunckelianæ, ex illorum ad Kirchmaierum excerpta literis. E qvibus unicum Fehrii, Acad. Naturæ Curiosorum Germanicæ Præsidis, nobis sufficiet, ita scribentis: *Nonne vel unico hoc invento palmam Germania præripit omnibus aliis regnis & provinciis? Liceat mihi Beroaldino isto παρῳδεῖν elogio:*

   O Germania, luminis repertrix,
   Qvo nil rarius aut dedit vetustas,
   Aut mirum magis afferent nepotes!

4. D. Joh. Sigism. Elsholtzii, Archiatri Brandeburgici, de qvatuor Phosphoris (*Bononiensi, Hermetico sive Balduiniano, Smaragdino, & fulgurante Kraftiano, seu potius Kunckeliano*) Observatio, Berolini A. 1676., &, cum nova Appendice de Phosphoro liqvido, ibidem A. 1677., *in 8.* publicata, *Annoqve* deinde *Octavo Decuriæ I. Miscellaneorum Acad. Nat. Curiosorum* A. 1678., una cum *Noctiluca* Kirchmaieri, subjuncta, cujus recensum *Ephemeris I. Erud. Ital. A. 1677.*, & *XXIma Gallicarum* Joh. Gallœsii, A. 1678. editarum (*ad d. 20. Jun.*), *p. 249-255.*, exhibent.
5. D. Bernh. Albini, Prof. Medici Acad. Viadrinæ, Disp. de Phosphoro liqvido & solido, Francofurti ad Viadrum A. 1688. *in 4.* impressa.
6. Rob. Boylii & Claud. Comirii scripta, de qvibus paulo ante est dictum.
7. Gothofr. Gvilh. Leibnitii Historia inventionis Phosphori, itidem jam laudata.
8. Olai Borrichii (Kunckelio Phosphori sui inventum merito vindicantis, illumqve aliis omnibus præferentis) Oratio de variis excitandi Ignis modis, & Phosphoro, *Tomo I. Dissertationum Academicarum*, Hafniæ A. 1714. *in 8.* excuso, *p. 489-524.*, obvia, imprimis *p. 498-513.*

Addi his possunt, qvi breviores de utroqve duxerunt lineas, Joh. Gallœsius, Lipsienses, D. G. Morhofius & G. Paschius, *locis jam citatis*, Joh. Christoph. Sturmius *T. I. Physicæ Eclecticæ seu Hypotheticæ, p. 389. 390.*, Christoph. Wegleiterus *in Notis ad Orat. de palmariis seculi nostri Inventis p. 46.*, Joh. Jac. Waldschmidius (a Paschio laudatus) *in Disput. Marpurgensi de Igne perpetuo*, & Car. Frid. Lochnerus in *præfat. Tractatus* vom seltenen Alter, *lit. c. 3. b.*

De ipso Kunckelio, ejusqve scriptis, præter alios, in Vita jam allegatos, conferantur Georg. Abr. Merclinus *in Lindenio renovato p. 623.*, & Corn. a Beüghem *in Bibliographia Medico-Physica p. 146. 403. 404. 412.*, *in Bibliogr. Mathematica p. 341. 342.*, & *in Appar. ad Hist. Lit. noviss. Conspectu I. p. 220.*, ac *Consp. II.*, *p. 171.*

ELOGIA.

(1.) *in Ephem. Erud. Gall. A. 1683., n. 7., p. 86. 87.* (2.) in Epist. ad G. C. Kirchmaierum, d. 19. Nov. A. 1679. scripta, & inter *Virorum Clarissimorum ad hunc Epistolas*, Witeb. A. 1703. editas, *num. 15., p. 23. 24.*, obvia. (3.) V. *Diss. de Noctiluca, c. 3., p. 21.*, & *Comm. de Phosphoris, c. 1., §. 8., p. 12.* (4.) teste Kirchmaiero, *in Diss. de noctiluca, c. 3., p. 19.* (5.) V. Excerpta libri *in Actis Erud. Lips., M. Febr. A. 1682., p. 53. 54. 55.* (6.) Recensum ejus, cum modo Phosphorum siccum præparandi, V. *in Actis Erud. Lips., M. Majo A. 1684., p. 245. 246. 247.* (7.) *T. II. Supplem., Sect. V., p. 232. 233.* (8.) *in Noctiluca aerea, V. Acta Erud., M. Febr. A. 1682., p. 54.* (9.) *in Sched. de IV. Phosphoris.* (10.) *in Museo Soc. Reg. Angl.*, Londini A. 1681. edito. V. *Acta Erud., M. Febr. A. 1682., p. 37.* (11.) *in Tr. de Phosphoris. V. Acta Erud., M. Majo A. 1684., p. 246.* (12.) *in Diss. de noctiluca, c. 3., p. 19.* (13.) *l. c., M. Febr. A. 1682., p. 5?.* (14.) *T. II. Polybist., Lib. II., P. II., c. 22., p. 408.* (15.) *in Tr. de Curiosis seculi hujus Inventis, c. 7., §. 51., p. 721. 722. Ed. sec. Lips. A. 1700.* (16.) V. *Novam Bibliothecam* ἀδέσποτον, Halæ A. 1709. edi cœptam, *Sect. I., p. 72.* (17.) *P. II., num. I., pag. 91-98.*

ELOGIA.

Joh. Galloesio (*Ephem. 35. Erud.Gall. A. 1678., p. 443.*) audit *un Philosophe Hermetique, qv' un long travail a rendu habile & sçavant dans cette science.*

Ol. Borrichio (*in Conspectu Scriptorum Chemicorum*, §. *68.*, *p. 43.*) *Chymicus dextræ exercitatissimæ*, & (*T. II. Dissertt. Acad. p. 227.*) *Vir experimentis clarissimus.*

Joh. Dan. Majori (*in Genio errante, c. 24.*) *Chymicus in Misnia experientissimus*, & (*c. 33.*) *Pyripragmon Laboratorii Electoralis Dresdensis versatissimus.*

Georg. Wolfg. Wedelio (*in Progressu Acad. Nat. Curiosorum p. 27.*) *Chymicus insignis.*

Frid. Hofmanno (*in Exerc. de Cinnabari Antimonii, c. 6., p. 24.*) *Chymicus industrius.*

Joh. Andr. Stissero (*Specim. I. Actorum Laboratorii Chymici p. 28.*) *Vir rerum Chymicarum probe gnarus.*

Jac. Bernhardo (*in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Apr. A. 1700., p. 370.*) *Un célèbre Chimiste.*

Georg. Casp. Kirchmaiero (*in Diss. de Noctiluca, c. 3., p. 18. 19.*) *Vir in palæstra Vulcani, seu vitra, seu metalla, species, diutissime exercitatus, & a celebri Chymiatro, D. Langellotto, non parum æstimatus & laudatus*; ac (*in Diss. Epist. de passionum animæ, ac corporis morborum, traduce, p. 23.*) *Rerum naturalium & artificialium omnino curiosus observator.*

SCRIPTA EDITA.

Observatio de Aqva forti in Laboratorio compendiose destillanda, & spiritibus gradationis accurate servandis, qvæ legitur *in Miscellaneis Academiæ Naturæ Curiosorum Germanicæ, Decuriæ II. Anno I.*, Noribergæ A. 1694. edito, *num. 158., p. 292. 293. 294.*

Nützliche Observationes von den fixen und flüchtigen Saltzen, Auro und Argento potabili, spiritu mundi, und dergleichen, wie auch von den Farben und Geruche der Metallen, Mineralien und anderer Erdgewächse. Hamburgi A. 1676. in 8. Latine versæ a Carolo Aloysio Ramsayo sub hoc, Londini & Roterodami A. 1678. *in 8.*, prodiere titulo: *Observationes utilissimæ de Salibus fixis & volatilibus, auro & argento potabili, Spiritu mundi, & aliis; item de colore & odore metallorum, mineralium, aliarumqve rerum, qvæ e terra producuntur.* Recensum illarum suum Joh. Galloesius, *Ephem. 35. Erud. Gall. 1678., p. 443. 444. 445.*, hoc inchoavit elogio: *Aucun Philosophe Hermetiqve n'avoit encore jamais parlé si clairement, de la nature, de la couleur, de l'odeur, & de tout le reste, qvi regarde les metaux, qve celuy-cy, qv' un long travail a rendu habile & sçavant dans cette science.*

Chymische Anmerckungen, darinn gehandelt wird von den principiis Chymicis, Salibus Acidis, Alcalibus, fixis, und volatilibus, in den dreyen regnis, minerali, vegetabili und animali, wie auch vom Geruche, Farben &c.; Mit Anhange einer Chymischen Brille, wieder die Non entia Chymica. Alles aus eigener Experienz beschrieben, und mit unterschiedlichen Experimentis bewähret. Hamburgi & deinde Witebergæ A. 1677. in 8. Has etiam, G. C. Kirchmaiero inscriptas, idem Car. Aloys. Ramsayus Latine redditas, Londini A. 1678. *in 8.*, sub hoc recudi curavit titulo: *Observationes Chymicæ, in qvibus agitur de Principiis Chymicis, Salibus acidis & alcalibus, fixis & volatilibus, in tribus regnis, Minerali, Vegetabili & Animali, nec non de odore & coloribus, &c.; Annectitur Conspicillum Chymicum contra Non entia Chymica, &c.* Qvæ Versio, præfixo alio *Philosophiæ Chemicæ experimentis confirmatæ* titulo, Amstelodami denuo A. 1693. *in 12.* prodiit, nec non (*teste Catalogo nund.*) Jenæ A. 1719. in 12.

Oeffentliche Zuschrift an die Chur-Sächsische Medicos, vom Phosphoro mirabili, und dessen leuchtenden Wunderpillen: Sampt einem Discurse vom nitro, oder also genandten Blute der Natur. Lipsiæ 1678. in 8. Huic qvidam Christoph. Grummeten opposuit Defensionsschrift über das nitrum, und seine Person, wieder die in Joh. Kunckels Phosphoro mirabili ausgestossene injurien, A. 1679. *in 8.* excusam.

Artis Vitriariæ Experimentalis, oder der vollkommenen Glasmacherkunst, erster Theil, begreiffend einen Commentarium experimentalem über Ant. Neri VII. Bücher de arte vitriaria, und Christoph. Merretti Noten über dieselbe, darinn die allerkurtzbündigste Manieren das reineste Chrystallglas, alle tingirte Gläser, künstliche Edelsteine oder Flüsse, Amausen, Doubletten, Schmeltz- und Spiegelwerck, nebst dem schönsten Ultramarin, Lack, und andern nützlichen Mahlerfarben, item die Saltze zu dem besten Chrystallgute, an allen Orten Teutschlandes, mit geringer Mühe und Unkosten, in der Menge zu machen, angewiesen werden: Nebst Erklärung aller zur Glaskunst gehörigen Materialien, Anzeigung der nöthigsten Kunstgriffe, dienlicher instrumenten und Gefässe, auch, nebst andern, des Autoris sonderbahrer Oefen: Mit vielen Kupferfiguren gezieret. Francofurti & Lipsiæ 1679. in 4.

Der vollkommenen Glasmacherkunst, ander Theil, bestehend in dreyen Büchern, und mehr als 200. Experimenten, darin vom Glasmachen, Vergülden und Glasbrennen, von Holländischer Kunst, und Porcellan-Töpferwercken, vom kleinen Glasblasen mit der Lampen, von einer Glasflaschen-Forme vor die Glasmacher, die sich viel tausendmahl verändern läst: item wie Kräuter und Blumen in Silber abzugiessen, rare Spiel- und Lackfürnisse, auch der schöne Nürnbergische Gold-Sträuglantz, und viele andere bißher ungemeine Sachen, zu machen, ausführlich gelehret wird. Francof. & Lips. 1679. in 4.

Der vollkommenen Glasmacherkunst Anhang, darinn von allen natürlichen Edelgesteinen, Perlen, &c., wie solche gefunden werden, wie sie zu erkennen, wie sich die köstlichsten derselben, nach dem Gewichte, an ihrem Preise verhöhen, auch wie man Rubinen und Smaragden nachkünstlen solle, gezeiget wird: Aus dem Englischen verdeutscht. Francof. & Lips. 1679. in 4. Opus hoc tripartitum (cujus editiones, qvæ in *Catalogis* qvibusdam memorantur, Amstelodamensis A. 1679. & Francofurtana A. 1689., *in 4.* excusæ, chimaricæ videntur), ob præstantiam suam, merito in Joh. Cypriani (Notas ad Ant. Neri librum *luculentissimas* vocantis) *Diss. de Arte naturæ æmula, Membr. II., p. 14.*, nostrisqve *ad T. II. Polyhistoris Morhofiani Hypomnematis, p. 531. 532.*, est commendatum.

Epistel vom Spiritu vini sine acido, an D. Joh. Vogten, Berlinischen Medicum, A. 1681. in 8. Recusa A. 1686., sub finem des Chymischen Probiersteins, ei, contra Vogtii *Spiritus vini sine acido adversus Kunckelium vindicationem*, A. 1683. *in 8.* editam, patrocinantis.

Chymischer Probierstein de acido & urinoso salibus, calido & frigido, wieder D. Joh. Vogts Spiritum vini vindicatum, an die Königliche Societät in Engelland, als hierüber erbetenen Richter. Es ist wieder beygedruckt die Epistel contra Spiritum vini sine acido, an D. Vogten. Berolini 1686. in 8. Recensum ejus *in Actis Philosophicis Soc. Reg. Angl., n. 168.*, exhiberi, testatur Corn. a Beughem, *in Appar. ad Hist. Lit. noviss., Consp. II., p. 171.*

Collegium Physico-Chymicum Experimentale curiosum, oder das so genandte Laboratorium Chymicum, in welchem deutlich von den wahren Principiis in der Natur und denen gewirckten Dingen, so wol über als in der Erden, nebst der Transmutation und Verbesserung der Metallen, gehandelt wird. Hamburgi A. 1716. & 1722. *in 8.* a Joh. Casp. Engelledero, Med. D. & Practico Hamburgensi, cum præfatione sua, est editum. In Scripto hoc qvadripartito posthumo, manum haud experto ultimam, variasqve, præsertim in parte prima, ab editore passo mutationes, Autor Kunckelius

primus omnium, rejectis veterum Chymicorum autoritate ac dogmatis, nova principia rerum naturalium Chymica, experientiæ ductu propriæ, in hactenus receptorum locum substituit, multaqve alia innovavit. V. Halensium recensum illius Sect. LIII. der neuen Bibliotheck p. 172-178.

INEDITA.

Laboratorium Chymicum, de qvo ita Ad. Clarmundus, *P. II.* der Lebensbeschr. hauptgelahrter Männer, *n. 30., p. 290. 291.*: Er hat sein Laboratorium Chymicum, mit grösstem Vergnügen der curieusen Welt, vollkommen zurück gelassen, und darinnen gantz unvergleichliche, nicht eitele Speculationes, sondern höchst kostbahre Experimenta, zu grossen Vortheil beydes Physicorum, und Medicorum, vorgestellt, und manchen, so sich hierinnen gar viel dünckele zu seyn, also in die Schule geführet.

NICOLAUS HENRICUS KÜSELIUS, Holsatus, J.U.D. & Dicasteriorum in Ducatibus Bremensi ac Verdensi Svecicorum, circa A. 1671., Advocatus.

Disp. Inaug. de Inrotulatione Actorum, Præside D. Magno Wedderkopfio proposita. Kilonii 1671. in 4. Recusa *in Fasciculo Disputationum Inauguralium Juridicarum, sub Wedderkopfii habitarum præsidio,* ibidem A. 1673. in 4.

L.

ADAMUS HENRICUS LACMANNUS, Oldenburgo Wagrius, Scholæ Eutinensis, circa A. 1722., Rector.

Oratio de Meritis illustribus Ordinis Eqvestris Cimbrici in rem Christianam, tam ante qvam post Reformationem religionis, in Acad. Kiloniensi A. 1716. recitata, nunc vero Notis documentisqve illustrata. Lubecæ 1717. in 4. Sub finem Tractatus ejusdem argumenti major promittitur.

Consilium de edendis tum Lucæ Lossii, tum doctorum Virorum ad illum, Epistolis, doctrinam & historiam Seculi XVI. illustrantibus; cui inspersa est D. Lucæ Bacmeisteri Epistola de morte Caroli V. hucusqve inedita. Hamburgi 1719. in 4. V. *Catal. nund. Lipf. A. 1719. vern. p. 41.*, & J. G. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 27. A. 1719., p. 211. 212.* Recusum est A. 1721. *Capite IX. Miscellan. literar.* Conf. de illo J. Hübneri *Cent. VII. Biblioth. Hist. p. 125. 126. 127.*

Miscellanea Literaria, cum Thomæ Erpenii de Peregrinatione Gallica utiliter instituenda Tractatu, item brevi totius Galliæ Descriptione, & Justi Lipsii Epistola de peregrinatione Italica; Hamburgi A. 1721. in 8. Recensum illorum *in Actis Erud. Lipf., M. Jul. A. 1721., p. 312-315.*, invenies.

Disqvisitio, an una eademqve Comœdia, per intervalla dierum, repræsentari possit ac debeat? A. 1723. in 4.

INEDITA.

Opus Genealogicum de Familiis Ducatuum Slesvicensis & Holsatici eqvestribus, propediem edendum, qvod, M. Jan. 1722., in Novellis a se expectari jussit Holsaticis.

Opus Etymologicum in Historiam Slesvigo-Holsaticam, in iisdem A. 1723. promissum.

Tomi aliqvot Chronicorum Holsatiæ vetustiorum ac rariorum, partimqve hactenus ineditorum.

PETRUS LACMANN, Oppidi in Wagria Oldenburgensis, circa A. 1704., Pastor, qvem ob eruditam pietatem commendavit, simulqve studii Apocalyptici & Chiliasmi fuisse amasium, indicavit Joh. Melch. Kraftius in der Husumschen Kirchen-Historie, dem zweyfachen Jubel-Gedächtnisse adjecta, *p. 215.*

Trostrede bey Beerdigung seines erstgebohrnen Söhnleins. Hamburg 1686. in 4.

Betrachtung des seligen Wolstandes zweyer Kinder, in einer Leichpredigt, auß Marci V. Hamburgi 1687. in 4.

Millenarii Sancti immota veritas, & immunitas a conseqventiis temporariis, ac instantiis secularibus. Francof. & Lipf. 1692. in 8. Scriptum hoc pro Chiliasmo, adversus *Anti Chiliasmum* D. Aug. Pfeifferi, Germanicum, Lacmannus sub larva P. Christiani edidit, teste Kraftio *c. l.* Plura de eo, uti & contrario Pfeifferi, sub titulo des Unchristlichen P. Christians Ratzeburgi A. 1692. in 8. excuso, *Tomo II.*, sub Joh. Jac. Zimmermanni (cui alii illud vindicarunt) nomine, dicentur.

Erklärung des Hohen Liedes Salomonis, qvam in *Catal. nund. Lipf. A. 1718. autumn. p. 43.* promisit.

HEINO LAMBACHIUS, Hamburgensis, Med. Doctor.

Theses Doctorales de Peste. Basileæ 1597. in 4.

Consilium pro cujusdam Senis vita, ad multos annos in vigore conservanda. A. 1606. in 8.

Consil. Med. de Raphanis, carne leporina & halecibus. in 8. (*Catall.*)

(Heinonis Lambachii Consilium, non esse judicandum secundum consvetudinem, sed secundum leges, qvod Hamburgi A. 1609. *in 4.* prodiisse *Catalogus Biblioth. Ott. Sperlingii Jun. p. 262.* testatur, an hunc, vel alium ὁμώνυμον, Autorem agnoscat, ambigo.)

HEINO LAMBECK, A. 1586. in lucem editus, scholæ trivialis Jacobææ, in urbe Hamburgensi, per annos 51., fuit Arithmeticus, tantiqve, ob singularem artis suæ peritiam, a civibus est habitus, ut, doctorem illius, ipsi parem, civitatem suam nunqvam denuo esse habituram, hodienum profiteantur, uti Henr. Meisnerus, ei ὁμότεχνος, indignabundus retulit (1.). Uxorem duxit sororem Lucæ Holstenii, Polyhistoris eximii, ac Bibliothecæ Vaticanæ Ephori, tresqve ex hac sustulit filios, eruditione insigni conspicuos. E qvibus Lucas, Doctor Medicus, vulnere lethali qvintuplici, qvod ipse, melancholia laborans, triduo ante sibi infixerat, d. 4. Maji A. 1661. est extinctus, Johannes Romæ mortuus ac sepultus, Petrus autem, de qvo mox dicetur, felix doctrinæ Avunculi æmulus, nomen illustre in universa republica meritus literaria. Lucæ Holstenii Epistola ad affinem hunc suum, de Vesuvii incendio, qvod A. 1632. accolas terruit, vernacula a Joach. Morsio A. 1635. (2.) est edita. A Joh. Balth. Schuppio, *in Explanatione Litaniæ Germanica* (3.), ein alter, wolverdienter, ehrlicher Mann salutari meruit.

Compendium Sciatericorum; das ist: Kurtze und gründliche Beschreibung allerhand Sonnenuhren, auß natürlichem Lauffe der Sonnen, und Mathematischem Grunde, mit Circkeln und Linialen unfehlbahr zu machen. Hamburgi 15⁶²⁵ (i. e. 1625.) in 4.

Compendium Arithmeticæ, darinn begriffen etliche Arithmetische, Geometrische, Algebraische und Polygonalische, Qvæstiones und Exempla, dem Scioterischen Tractätlein beygefüget. Hamb. 1625. in 4.

Arithmetica, oder neues wolgegründetes Rechenbuch. Hamburgi 1643. 1656. (qvo anno qvarta prodiit editio) & 1661. in 8., Plönæ 1677. in 8.

Een Schoolreeckenboock. Hamburgi in 8. (*Sax.*)

Nahmenbüchlein, wie die Wörter recht zu schreiben und zu lesen. Hamburgi in 8.

PETRUS

(1.) *in præfat.* der Arithmetischen Kunstkette, A. 1690. editæ. (2.) *in 4.* (3.) *in Opp. Germanicis p. 913.*

PETRUS LAMBECIUS, Hamburgensis, Heinonis, modo laudati, ex Lucæ Holstenii, Viri incomparabilis, sorore filius, A. 1628. in lucem editus, e Gymnasio patriæ in Amstelodamense atqve Academias abiit Batavicas, ac in istis, itinereqve per Galliam & Italiam literario, studia Jurisprudentiæ & Polymathiæ elegantioris, sumptu Holstenii avunculi, atqve ad nutum ejusdem, summa tractavit, cum industria, tum felicitate. Præcox ejus ingenium, *grandibus seculi nostri*, in peculiari de illo Gabr. Naudæi Epigrammate, annumeratum *miraculis, Lucubrationum* ostendit *Gellianarum Prodromus*, anno ætatis 19., æræ autem Christianæ 1647., Parisiis editus, & eruditorum applausum promeritus haud vulgarem. Romæ, in aula Franc. Barberini, Cardinalis, & Holstenii convictu, integro hæsit biennio, Tolosæ autem, in palatio Caroli de Montchal, Archiepiscopi, octo menses exegit continuos. In patriam redux, Historiarum in Gymnasio illius professionem d. 13. Jan. A. 1652., Rectoratum autem ejusdem d. 12. Jan. A. 1660., cum aliqvot ante annos J. U. D. in Galliis esset creatus, obtinuit. Patriam deinde, & officium simul hoc geminum, inobedientiæ auditorum, malevolorum hominum, acerbe se traducentium, multitudinis, & conjugii infelicis, cum vetula divite, sed parca atqve avara (A. 1690. demum extincta), A. 1662. contracti, tædio, Christinæqve, Svecorum Reginæ, hortatu, duabus post nuptias hebdomadibus vix elapsis, d. 14. Apr. A. 1662., deseruit, ac Vindobonam commigravit. Salutato illic Leopoldo Imperatore, in Italiam denuo abiit, atqve istic, cum ab Alexandro VII., Pontifice, Christina Augusta, Ferdinando II. & Leopoldo, Hetruriæ Ducibus, aliisqve Principibus ac Cardinalibus, humaniter esset exceptus, cœtui Ecclesiæ Romanæ publice se aggregavit. Sacris enim ejus diu ante jam erat initiatus, cum in Batavia a Barth. Nihusio, Apostata, studiorum suorum Ephoro, tum in Gallia a Jac. Sirmondo, Jesuitarum doctissimo, uti Marqv. Gudius noster, amicus ejus, me edocuit, sed externa Lutheranismi professione cives incautos hactenus fefellerat. Ex Italia Viennam, A. 1662. exeunte, reduci a Leopoldo Imperatore, incredibili eum favore, ad obitum usqve, complexo, d. 27. Nov. præfectura Bibliothecæ Augustæ vicaria, anno autem seqventi 1663., d. 26. Maji, suprema ejusdem, qva Matth. Mauchterus, Th. D., se abdicaverat, Ephoria, cum Consiliarii atqve Historiographi Cæsarei titulo, est collata. Tergemino huic muneri satisfacturus Vir stupenda literarum pene omnium, & triplicis imprimis historiæ, peritia coævis plerisqve superior, ac orbis literati meritus admirationem, præter scripta alia plurima, Opera de Historia Literaria, rebus Germanicis, Austriacis atqve Hamburgensibus, & Bibliotheca Vindobonensi, vastissima, partim pertexuit, partim vero inchoavit, sed omnia tamen, qvod hominis unius ætas atqve vires tot tantæqve molis laboribus non sufficerent, imperfecta moriens reliqvit. Obiit autem, teste Dan. Nesselio, Successore, d. 2. Apr. A. C. 1680., & æt. 52., non peste, uti Henr. Meibomius Jun. (*in Introd. ad Hist. Sax. Infer. p. 62.*) tradidit, Viennensi Epidemia, sed morbo hydropico. Privata defuncti Bibliotheca, 3000. Voluminibus constans impressis, ducentisqve Codicibus MSStis, qvam Leopoldus Imperator a superstite jam emerat, Cæsareæ facta est accessio. Fusius vitam ejus & scripta, additis eruditorum Elogiis pariter atqve Censuris, Tomo operis hujus recensebimus ultimo. Consulantur interim de iis *Isagoge* nostra *ad Historiam Cimbricam*, *P. IV., c. 8., §. 6. 7. 8., p. 537-543., & c. 10., §. 26., p. 616. 618.*, ac, qvi hanc sunt secuti, Casp. Sagittarius *in Introd. in Hist. Eccl., c. 12., §. 48., p. 205-208.*, Pet. Bælius *T. II. Dictionarii Historico-Critici p. 1751. 1752. ed. secundæ*, ac Joh. Franc. Buddæus *T. III. Lexici Historici p. 271.* Qvibus cum conferri possunt ipsius Lambecii ad Renatum Franciscum Slusium Epistola, *Tomo I. Comm. de Biblioth. Vindobonensi A. 1665. præfixa*, ac *Catalogus scriptorum suorum*, A. 1659. *Prodromo Historiæ literariæ*, & A. 1661. *Libro II. Rerum Hamburgensium*, præmissus, longe vero auctior seorsim Vindobonæ A. 1673. *in 4.* excusus, &, sub initium Editionis *Rerum Hamburgensium* secundæ, a Joh. Alb. Fabricio (cum Prolegomenis suis, huc itidem spectantibus) Hamburgi A. 1706. *in fol.* publicatæ, recusus, Lucæqve Holstenii *Epistolæ ad eum XXII.*, studiorum nostri juvenilium illustrantes historiam, *Libro VI. Comm. de Biblioth. Vindob.* A. 1674. insertæ, seorsimqve ab Henr. Chr. Crügero, Jenæ A. 1708. *in 8.*, evulgatæ.

M. FRANCISCUS LAMBERTUS, Hamburgensis, templi ruralis Barchteheidensis, in præfectura Stormariæ Trittoviensi, circa A. 1608., Parochus,

Christliche Predigt von GOttes Versehung und Gnadenwahl, d. 7. Aug. A. 1606. in Hamburg gehalten. Hamburgi 1608. in 4.

ÆGIDIUS a LANCKEN Junior, e familia Lanckiorum nobili, nomen a stagno in Wagria Lanckensi mutuata, Leone, trigæ stellarum superimposito, insignium loco gavisa (1.), & in Cimbria nostra (cujus familiis eam indigenis esse accensendam, contra Casp. Danckwerthium (2.), Pomeraniæ illam vindicantem, nec qvenqvam ex eadem, ante nostri parentem, in hac vixisse persvasum Chersoneso, in *Isagoge ad Hist. Cimbr.* (3.), ostendi), ante annos jam 400. celeberrima, fuit oriundus. Patre, d. 27. Aug. A. 1580., natus est cognomine, Alberti filio, Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, aulæ Præfecto, Consiliario & Gubernatore Bordesholmensi, e Pomerania, in qvam majores ejus commigraverant, ad Cimbros reverso (4.), matre autem Gertrude Wittorfia, Jaspari, Toparchæ Neomonasteriensis & Pronstorfensis, ac Annæ Ukiæ (Nicolai, Dynastæ Schubylgardensis, gnatæ), filia. Parente utroqve præmature orbatum Christina, Adolphi, D. Hols., vidua, benigne educavit, studiisqve vacantem, in Gymnasio primum (cum Johanne fratre) Bordesholmensi (5.), deinde, ab A. 1597., in Acad. Tubingensi, & in Gallia tandem, per biennium, suis sustentavit sumptibus. A. 1603. in Cimbriam reversum Christinæ filius, Joh. Fridericus, Archiep. Bremensis & Episc. Lubecensis, Consiliarium mox, A. seqv. 1604., elegit ac Cubicularium, Præfecturaqve postea donatum haud ignobili, & a Canonicis Lubecensibus Præpositum sui electum Collegii, a consiliis sibi esse voluit intimis. Ex hujus aula, in Gottorpiensem suam, Fridericus, Dux Holsatiæ, A. 1618. eum pertraxit, & Magistri ejus supremi, Senatorisqve intimi, aulici ac provincialis, ornatum dignitatibus, in Præfecturis etiam Kiloniensi & Bordesholmensi Joachimo a Schwerin, in Gottorpiensi A. 1629. Godschalco Wensinio (6.), in Prezensis autem Cœnobii Præpositura A. 1625. Dethl. Seestadio (7.), dedit successorem. Officiis hisce tanta, non solum prudentia, sed & integritate, præfuit, ut moribundus, illæsam se in iis administrandis servasse conscientiam, affirmare non dubitaverit. Principis jussu gravissimas sæpe obiit legationes, & patriæ, in fatali belli Cæsarei tempestate, ingens fuit præsidium. Literarum uti peritissimus, ita & amantissimus, erat, Principiqve Gymnasii, qvod olim freqventaverat, Bordesholmensis, post bellum istud, instaurandi autor A. 1630. extitit præcipuus (8.). Duas qvidem habuit uxores, Luciam scil. Blomiam, Matthiæ Ranzovii viduam, A. 1616. ductam, A. 1624. defunctam, & a D. Mart. Chemnitio Juniore, Cancellario Holsato-Gottorpiensi, *in Alloqvio ad ipsum de hujus obitu*, Slesvigæ A. 1625. (9.) excuso, celebratam, ac Margaretam Reventloviam, Ivonis, Dynastæ Neverstorpiensis, filiam, isti A. 1625. subrogatam, sed e neutra prolem sustulit. Qvam ob causam stirps

(1.) V. Andr. Angeli *Lib. I* der Holsteinischen Adel-Chronica *p. 68.* (2.) *in Chorogr. Cimbr., P. I., c. 3., p. 20.* (3.) *P. I., c. 14., §. 14. p. 244. 245.*
(4.) V. de illo Jonæ ab Elverfeld *Tr. de Holsat., lit. Q. 4. a.*, Angelum *l. c.*, & Danckwerthium *l. c.*, *P. I. c. 3., p. 20.*, ac *P. III., c. 4., p. 174.*
(5.) V. Elverfeldium & Angelum *ll. cc.* (6.) V. Mart. Coronæi Jun. *Antiqq. Bordesholmenses MSS.*, & Danckw. l. c., *P. II., c. 8., p. 111.*
(7.) V. *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 15., p. 410.* (8.) V. Pet. Musæi *Programma, Disput. Inaugurali D. Pauli Sperlingii A. 1666. præmissum, p. 6.* (9.) *in 4.*

Lanckiorum universa, cum ipso, ultimo illius surculo, dysenteria Kilonii, post legata pauperibus ac urbis presbyteris aliqvot Imperialium millia, A. C. 1631., & æt. 52., d. 15. Nov., extincto, est intermortua (1.). Exeqvias, ibidem celebratas, Fridericus, Dux Holsatiæ, ingenti illum amore complexus, non solum legato ad eas misso cohonestavit, sed & sumptus earundem omnes e suo erogari jussit ærario. Plura de vita ejus suggeret M. Petri Crügeri, Pastoris Kiloniensis, Sermo funebris in 2 Tim. IV. 7. 8. Germanicus, A. 1632. in 4. editus.

Epistola de Educatione nobilium (*cordata atque elegans*), ad Joh. Christenium, JCtum postea Hardervicenum, Gottorpii d. 20. Nov. A. 1627. scripta. Adjecta est a Joach. Morsio *Trigæ Consiliorum* Ign. Hannielis, Hug. Grotii & Joh. Henr. Alstedii, *de studio Politico*, A. 1636. *in 4.* a se editæ, ab Herm. Conringio autem editioni suæ *Bibliographiæ Politicæ* Gabr. Naudæi, Francofurti A. 1673. *in 12.* excusæ (2.), & tandem a Thoma etiam Crenio exhibita, *inter Tractatus variorum de Eruditione comparanda*, Leidæ A. 1699. *in 4.* junctim publicatos, *p. 406. 407. 408.*

ANDREAS LANGE, Andreæ filius, Lubecensis, d. 15. Jan. A. 1680. natus, D. Pauli Neucrantzii, Poliatri, e filia nepos, e schola patria in Academiam A. 1699. profectus Juliam, civem suum, D. Johan. Werlhofium, ducem curriculi studiorum Juridico-Politicorum habuit præcipuum, ex hac vero in Lipsiensem A. 1702. migravit ac Trajectinam, in qva A. 1704. J. U. Doctor creabatur. In patriam hinc reversus, non solum praxi forensi, sed studiis etiam Juridico, Historico, Philologico & Poetico felici vacavit successu, donec A. C. 1713., & ætatis 34., qvo, in Curiam a Senatu evocatus, vix huic a consiliis esse cœperat, d. 13. Oct. morte immatura Reipublicæ Lubecensi eriperetur, spemqve hujus præclaram, de se conceptam, destitueret.

Vid. de eo D. Georg. Henr. Götzii, Superint. Lubec., Schediasma, qvo defuncto parentavit, biographico-encomiasticum, sub titulo der Leichenbetrachtung Lubecæ A. 1713. *in fol.* editum, & sub alio des Ehrengedächtnisses Lipsiæ A. 1714. *in 8.* (teste *Catalogo nundinali*) recusum, Excerptaqve ex isto, Parte XXXII. der gelehrten *Fama p. 629-632.* obvia; &, qvi fusius vitam ejus enarrant, doctrinamqve multiplicem ac virtutes celebrant, Enochum Svantenium *in Programmate funebri* & Joh. Henr. a Seelen *P. III. Athen. Lubec., p. 49-78.*

Conf. *Epistolam*, qvam ei Thom. Crenius scripsit, de Tortura maleficorum, A. 1704. exaratam, & in D. Georg. Pet. Schultzii *Diss. II. de claris Marchicis*, Francofurti ad Viadrum A. 1706. excusa, p. 35. 36. 37. editam.

SCRIPTA

I. EDITA.

Diss. de æqvitate Juris Lubecensis, Præside D. Gothofr. Christ. Götzio proposita, Lipsiæ A. 1703. in 4. Recensum V. *in Novis Lit. Germ., M. Oct. A. 1703., p. 379. 380.*

Disp. Inaug. de Erroribus, qvi circa Qvæstiones per tormenta committuntur. Trajecti 1704. 4.

Introductio in notitiam Legum Nauticarum, & Scriptorum Juris reiqve maritimæ Lubecæ A. 1713. *in 8.* ἀνωνύμως edita, nomine autem ejus præfixo recusa ibid. A. 1724. *in 8.* Σκιαγραφίαν ejus Lipsienses in Actis Erud. M. Sept., A. 1713., p. 402-405. exhibuerunt.

Poematia Germanica sacra, eaqve prolixiora, numeris & legibus compositionis Musicæ adstricta, & in templo Lubecensi decantata Mariano, edidit seqventia:

Weynachts-Gedancken. Lubecæ A. 1707. in 4.
Die Historie der ersten Eltern. Lub. 1708. in 4.
Die Aufopferung Isaacs, wie solche von GOtt befohlen und wiederruffen worden. Lub. 1709. in 4.
Die Erniedrigung und Erhöhung Josephs, als ein Bild der Erniedrigung und Erhöhung Christi. Lub. 1710. in 4.
Die Ausführung der Kinder Israel aus Egypten. Lub. 1711. in 4.
Die Einführung ins Land Canaan durch Josua, als ein Bild der Einführung ins ewige Leben durch JEsum. Lub. 1712. in 4.
Der irrdische Simson, der in vielen Stücken ein Bild des himlischen ist. Lub. 1713. in 4.

II. INEDITA.

Carmen Heroicum (*500. versuum*) de Lubecæ laudibus ἀνέκδοτον, in schola patria, ante discessum, d. 17. Oct. A. 1698. recitatum. V. *Nova Lit. Lubec., M. Nov., A. 1698., p. 220.*

Ipse, in laudata *Introductione*, A. 1713. promisit:

1. Scripta alia, cum ad Jus Lubecense, tum ad Jurisprudentiam maritimam pertinentia, *in præfat.* Affecta hæc tantum eum reliqvisse Götzius *l. c.* testatur.
2. Tr. de Formula instrumenti contractus locatæ conductæqve Navis (*Certe-partey*), *cap. 15. p. 138.*
3. Lib. de Jactu & contributione ob jactum, *cap. 15., p. 141.*
4. Leges Rhodiorum Nauticas, Notis illustratas, & cum aliarum gentium maritimis collatas, *cap. 2. p. 19.*
5. Versionem Latinam Juris Maritimi Wisbyensis, *cap. 5., p. 44.*
6. Versionem Latinam Juris Maritimi Oleronensis, *cap. 6. p. 49.*
7. Versionem Latinam Consulatus maris, Hispanice a Lucio Spineda scripti, *cap. 4. p. 34. 35.*

Supersunt qvoqve, cum jam memoratis, sed affecta pleraqve & imperfecta, seqventia, a J. H. a Seelen αὐτόπτῃ, *l. c.* enumerata & commendata:

1. Institutiones Juris Lubecensis, sive Annotationes ad istud.
2. Jus Hanseaticum illustratum.
3. Leges maritimæ Westcappellenses, e Lingva Belgica in Latinam translatæ.
4. Variæ Lectiones Ecclesiastico-Juridico-Politico-Historico-Philologicæ.
5. Compendium Historiæ Lubecensis Germanicum, ad A. C. 1164. tantum perductum.
6. Bibliotheca selecta Juridica.
7. Historische Beschreibung der vornehmsten Reiche und Länder.
8. Nachricht von den Chur-Fürsten.
9. Theses Juris fundamentales.
10. Theses Politicæ fundamentales.
11. Poetische Gedancken über die Geburt und Beschneidung Christi.
12. Poetische Gedancken bey dem Creutze Christi.
13. Etliche Capittel aus Thomæ von Kempen Buche von der Nachfolge Christi, in teutsche Verse gebracht.
14. Torqv. Tassi Amyntas, aus dem Italiänischen verdeutschet.
15. Etliche Fabeln Aesopi verdeutschet.

16. Rätzel.

(1.) V. Danckw., *l. c., P. I., c. 3., p. 80.* (2.) *p. 156-161.*

16. Rätzel.
17. Grabschrifften.
18. Poemata alia, tam Latina, qvam Germanica, digna, qvæ colligantur, junctimqve edantur.
Götzius etiam *c. l.* Syllogen Carminum ejus de Historiis qvibusdam Biblicis Germanicorum ἀνέκδοτον memorat.

DAVID LANGE, Ludimagister Hamburgensis.

Der deutsche Psalter Davids, in kurtze Reimen verfasset. Hamb. 1610. in 8.
Eine schöne und bewehrte Artzneykunst auß dem Psalter Davids. Ib. 1612. in 4. (*Catal.*)
Spiegel und Erinnerung einer frommen Obrigkeit. Hamb. 1613. in 4. (*Catal.*)
Tr. wie GOtt einem ieden Menschen einen besondern Engel habe verordnet, dadurch er werde beschützet. Hamb. 1614. in 8. (*Catal.*)
Qvitantz des Sohnes GOttes. A. 1621. in 8.
Tractätlein von der Menschwerdung Christi. Hamb. in 8. (*Catal.*)

M. HARDOVICUS LANGIUS junior, Hemma Dithmarsus, laurea A. 1626. Philosophica ab Academia (uti Acta hujus testantur) ornatus Rostochiensi, Scholæ in Dithmarsia Meldorpiensis, circa A. 1624., Rector, deinde vero Pastor ruralis in Stormaria Borsfletanus, ac Wilh. Alardi, Antistitis Crempensis, gener, A. 1629., Parochia sua a militibus expulsus Cæsareis, Hamburgi exulavit.

Oratio de Temporis natura, deqve iis, qvæ olim in & cum tempore evenerunt, nunc eveniunt, hincqve eventura colliguntur; ad Christ. IV., R. Daniæ, Hamburgi A. 1629. in 4.

NICOLAUS LANGIUS, Crempæ in Stormaria, Prid. Kal. Febr. A. 1586., patre Hardovico Langio Seniore, Parocho in Dithmarsia Meldorpiensi, matre autem Catharina Lesemia, natus, Dithmarsus, & in *Disputationibus de Rerum divisione Contractibusqve propriis*, & in Henn. Wittenii *Diario Sec. XVII. Biographico* (1.), non patriæ, sed prosapiæ paternæ ac educationis, intuitu, appellatur. E schola, qvam per biennium freqventaverat, Hamburgensi, Themidi pariter atqve Musis litaturus, Academias Rostochiensem (in qva integro hæsit triennio), Witebergensem, Lipsiensem, Heidelbergensem, Lugduno-Batavam (in qva jura privatim docendi A. 1612. ei facta est potestas) & Lovaniensem, adiit, Belgium, Galliam, Angliam, Cimbriam suam atqve Daniam, seqventi peragravit qvadriennio, & in Athenæo tandem Groningensi A. 1618., cum Collegia Juridica privata instituere ipsi esset permissum, consedit. In hoc, post Doctoris titulum, d. 4. Febr. A. 1620., Brabevta Joh. Huniga, reportatum, Juris, ab eodem A. 1620. (qvo, d. 17. Febr., Orationem recitavit auspicalem), Professor fuit extraordinarius, ab A. 1633. vero ordinarius, & simul ab A. 1620., ad obitum usqve, Academiæ Secretarius. Rectoratu ejusdem A. C. 1642. functus, seqventi 1643. (ætatis 57.) calculi doloribus, d. 23. Julii, succubuit, &, e septem, qvos uxor Margareta Elisabetha Brochusia, A. 1620. ducta, enixa ipsi erat, liberis, filium unicum, & tres filias (qvarum natu maximam D. Joh. Christoph. Schönbachio, Cancellario provinciali Slesvigo-Holsatico, jam elocarat), reliqvit superstites. V. de JCto hoc doctissimo, & in Poesi etiam, literisqve elegantioribus, præclare versato, *Vitas Professorum Groningensium*, Groningæ A. 1654. *in fol.* editas, *p. 79. & seqq.*, ac, qvi has mecum sunt secuti, Paulum Freherum *in Theatro Eruditorum p. 1100.*, Joh. Franc. Buddeum *T. III. Lexici Historici p. 278.*, & Henr. Lud. Benthemium im Holländischen Kirchen- und Schulstaat, *P. II., c. 4., p. 214-217.* Conferantur etiam de illo Georg. Matth. Königius *in Biblioth. Vet. & nova, lit. L.*, H. Wittenius *l. c.*, & Joach. Vagetius, Hamburgensis, *in Epistola* ad eum *Dedicatoria*, *Asmatum* φιλικῶν *Decadi*, *Disqvisitionibus de stylo* (Francofurti A. 1613. editis) annexæ, præfixa, & *Asmate* hujus *octavo*, A. 1612. ad illum, Leidam iturientem, scripto. Qvorum ultimus (*in Epist. cit. Dedic.*) ipsum *Philologum* vocavit & *JCtum præstantissimum*, verbisqve compellavit seqventibus: *Novi, qvantus sis in facultate metrica, cum omnibus aliis, qvi hoc ævo id unum agunt, jure contendendus. Acce. qvod rarissimum est, & cum paucis tui ordinis tibi commune, mitiores istæ Musæ, cum ardua & divina juris scientia, in te sese conjungunt, qvi præter hoc, qvod illos commendat, etiam istud nosti.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. de Jure Connubiorum, Præside D. Helfr. Ulr. Hunnio. Witeb. 1611. in 4.
Disp. de Jure dotium, Præside D. Corn. Pynackero. Lugd. Bat. 1612. in 4.
Disp. de Rerum divisione, & acqvirendo earum Jure naturæ dominio. ib. 1613. in 4.
Jus controversum, ex Pandectarum & Codicis præcipuis legibus compilatum, secundum titulorum & legum ordinem dispositum, ac Disputt. XXII. excussum, moderantibus D. Corn. Pynackero & D. Nic. Langio, Acad. Groning. Antecessoribus. Groningæ 1620. in 8.
Exercitationes Juridicæ, ad Institutiones accommodatæ. Groningæ 1623. in 8.
Discursus Legales (*qvorum secundum de Lege Aqvilia vidi*). Gron. 1624. in 4.
Disputationes ad Instituta. Gron. 1627. in 4. (*Catall.*)
Compendium Institutionum majus & minus, tyronibus, ob descriptiones & divisiones accuratas, maxime commodum. Gron. 1627. in 12. (*V. Lipenii Bibl. Jurid.*)
Disp. de Servitutibus realibus. Gron. 1641. in 4.
Disp. de omni genere Contractuum, Præside illo, ad gradum Doctoris conseqvendum, ab Augustino Rechelio, Husensi, proposita. Gron. 1643. in 4.
Disp. de Contractuum præstationibus. (V. Wittenium *l. c.*)

ADOLPHUS CONRADUS LANGELLOTT, Slesvicensis, Joelis, Archiatri Holsato-Gottorpiensis celeberrimi, filius, Med. D. & in patria Practicus, A. 1688., sub initium Februarii, Eidoræ fluvii, qvem eqves transibat, glacie fracta, undis submersus. Joh. Nic. Pechlino, affini (*Lib. I. Observ. 4. Medico-Phys., Obs., p. 8.*), *Medicus* audit *Chirurgicæ artis dotibus supra fidem instructissimus, certe meliore fato dignus.*

Exerc. Anatomico-Medica de fabrica & usu Cordis, Præside D. Joh. Nicol. Pechlino. Kilonii 1676. in 4.
Disp. Inaug. de Plevritide vera. in 4. (*Catal.*)

FRIDERICUS JOACHIMUS LANGELLOTT, Slesvicensis, Joelis itidem filius, rei frumentariæ in exercitu Brandeburgico, circa A. 1676., Curator, Fridlandiæ, in Ducatu Megapolitano, defunctus. V. Pet. Fabricii *Sermonem in memoriam Parentis funebrem.*

Observationes Theoretico-Practicæ ad titulos priores Libri I. Institutionum, Præside D. Magno Wedderkopfio. Kilonii in 4.
Disp. de adoptato Pisone, ad Taciti *Lib. I. Histor.*, Præside M. Joh. Christoph. Fugmanno. Witebergæ 1671. in 4.
Oratio in laudem Cimbriæ, in Acad. Witeb. A. 1671. habita. Witeb. 1672. in fol.

(1.) *T. I., ad A. 1643.*

M. GREGORIUS LANGEMAK, Uterſenſis Stormarſus, Scholæ in Pomerania Gryphiswaldenſis (poſt impetratum ibidem A. 1701. Magiſtri titulum), ab A.1702., Conrector, Eccleſiæ autem Nicolaitanæ in urbe Stralſundenſi, ab A.1703. (d. 15. Aug.) Diaconus (1.) A. 1722., qvo Gryphiswaldiæ Theol. Doctor ab Alb. Joach. Krakevitzio, Programmate de Vita ipſius per hunc præmiſſo, creabatur, civitatis Stralſundenſis Superintendens jam fuit, Paſtorqve ſimul Nicolaitanus, Profeſſor Theologus, & Conſiliarius eccleſiaſticus Sveco-Pomeranicus.

Diſp. de Hymno Lutheri: Erhalt uns HErr bey deinem Wort, Præſide D. Joh. Frid. Mayero. Kilonii 1701. in 4.

Diſp. de Pontificibus Romanis uxoratis, Præſide eodem. Kil. 1699. in 4.

Diſp. de Jeſuatis a Jeſuitis longius diſtinctis. Gryphiswaldiæ 1702. in 4. (eodem Præſide.)

Leichpredigt über Carl Bucken. Stralſundiæ 1707. in fol. (*Catal.*)

Diſp. Inaug. de perpetua duratione ſupplicii infernalis. Gryph. 1722. in 4.

M. HENRICUS LANGEMAKE, Kilonienſis, templi patriæ Parochialis, circa A. 1612., Diaconus, &, circa A. 1630., Archidiaconus.

Diſp. de Baptiſmo, Præſide D. Phil. Marbachio. Argentinæ 1601. in 4.

Liikpredigt över M. Detherum Mauritium, Præpoſitum unde Paſtorem tum Kiel, uth 2. Tim. IV. 7. 8. Roſtochii 1612. in 4. (*L. Sax.*)

Leichpredigt über Virgilium Rohtfeld, Paſtorem zu Brügge, aus Joh. X. 10-18. Hamburgi 1630. in 4.

JOHANNES LANGEMAKE, Kilonienſis, patriæ Archidiaconus, & tandem Paſtor, A.1645. (*uti Programma qvoddam Kilonienſe teſtatur*) mortuus.

Leichpredigt über Fr. Anna von Buchwald, Herren Dionyſii von Pudewels, des Däniſchen Printzen Hofmarſchalls, Ehfrau, aus Pſ. XXXI. 6. A. 1630. in 4.

JOHANNES LANGEMAKE, Kilonienſis, Cœnobii & vici in Stormaria Uterſenſis, circa A. 1665., Paſtor, A. 1680. extinctus.

Klag-Lob-Grab-und Troſtſchrift über den Todt Frau Mette von Buchwald, Herren Goſche von Buchwald, Königl. Dän. Landrahts, Ehfrauen. Kil. 1668. in fol.

Nützlichſte und nöthigſte Seelenſorge, oder Leichpred. über J. Magdalena von Uken, Conventualinn zu Uterſen, aus Pſ. XXXI. 6. Glückſtadii 1671. in fol.

JOHANNES LANGEMAKE, Vici in Stormaria Colmarienſis Eccleſiaſtes, a Joh. Caſp. Wezelio (P. II. Hymnopœographiæ p. 58. 59.) cum Paſtore Neoſtadienſi ejusdem nominis, de qvo ſtatim dicitur, confuſus.

Erkäntniß der Wahrheit zur Gottſeligkeit, nach der Lehre des Catechiſmi: Nebſt einem Gebetbuche. Glückſtadii 1705. in 8. (*Catal. Nund.*)

Sieben geiſtliche Geſänge, davon vier die Nahmen des HErrn Chriſti, zwey die Nahmen der Chriſten, und einer die Nahmen der Himliſchen Herligkeit, nach dem Alphabete, auß H. Schrift, mit einer kurtzen Erklärung, vorſtellen. Glückſtadii 1706. in 8.

Außlegung des Catechiſmi, Bibelverhör, Krancken-Unterricht, und Gebeter. Glückſt. 1707. in 8.

Glaube, Leben und Sterben des Königs Davids. Glückſt. in 8.

Das Geheimniß, Chriſtus für uns, und in uns, mit Sprüchen der H. Schrift, und darnach gemachten Liedern, vorgeſtellt: Nebſt einem Anhange vom göttlichen Uhrſprunge der H. Schrift. Glückſt. 1708. in 8.

Einfaltige Feſtfragen. Lubecæ 1711. in 12. (*Catal. Nund.*)

JOHANNES LANGEMAKE, Neoſtadii Wagriorum d. 7. Apr. A. 1655., patre Michaele, oppidi Paſtore, natus, eodemqve officio ab A. 1681. illic functus, & iſto pariter atqve vita d. 27. Sept. A. C. 1712., ac ætatis 58., defunctus, gener M. Joach. Gieſii, Paſtoris Kilonienſis. Plura de vita ejus, e Sermone funebri Joh. Steph. Hildermanni, Parochi Palæo-Crempenſis, narrantur a Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 153. 154.* Conf. de illo *Nova literaria Lubecenſia, M. Sept. A. 1699., p. 283.* Joh. Caſp. Wezelii *Partem II. Hymnopoeographiæ p. 58. 59.* ubi male Diaconus tandem Colmarienſis fuiſſe traditur, & ita cum cognato (cujus ſcripta ei etiam tribuuntur) ὁμωνύμῳ confunditur.

Anzeige der JEſus-Sprüche, ed. A. 1703.

Catechismus-Fragen und Anworten; deren erſter Theil die Fragen und Antworten, den Einfältigen zum beſten, in Nebenfragen zerleget; der andere aber den Catechismum Lutheri, ſeinem eigentlichen Verſtande nach, erkläret, mit Sprüchen der H. Schrift bewähret, und von den Sleswigiſchen und andern Druckfehlern gereiniget. Lubecæ 1710. in 12. V. Seelenium *l. c.*

M. LAMBERTUS LANGEMACIUS, Huſenſis, Roſtochio A. 1607., poſt impetratam illic ſupremam Philoſophiæ lauream, ad ſcholæ in urbe patria evocatus eſt Rectoratum (2.), A. 1609., d. 8. Dec., Diaconus ædis Jacobææ Hamburgenſis, in locum Pauli Keyſeri, electus, & d. 2. Maji A. 1614. mortuus. V. Anonymi *Catal. MS. miniſtrorum Eccleſiæ Hamburg.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 888.*, & J. M. Kraftii Huſumſche Kirchen-Hiſtorie *p. 331.* Uxor illius Anna, Hieron. Prætorii, Muſici Hamburg. celeberrimi, filia, ſucceſſori ejus, M. Joh. Adolpho Fabricio, itidem nupſit, & A. 1637. vivis exceſſit.

Acclamatio ad concentum Angelorum: *Gloria in excelſis Deo*, &c., qvalicunqve ſono Oratorio dimenſa, in ſchola Bordesholmenſi dicta, ac natalitiis Salvatoris dicata. Slesvigæ 1604. in 4.

Diſp. de principio Religionis Chriſtianæ, Præſide D. Luca Bacmeiſtero. Roſtoch. 1604. in 4.

Theſes de formula verborum, qvæ baptiſmo, declarationis cauſa, præmitti apud qvosdam ſolent, qvam Exorciſmum vocant, Theſibus D. Ægid. Hunnii oppoſitæ, Præſide D. Eilhardo Lubino, Autore. Roſtochii 1607. in 4.

Inſtitutionum Dialecticarum Libri II., ad veterum præceptorum Ariſtotelicorum veritatem, methodo perſpicua & facili, conſcripti, & regulis, notionibus atqve exemplis, uſum partium ſingularum, præſertim doctrinæ de argumentorum inventione, demonſtrantibus, illuſtrati, aucti ac inſtructi. Lubecæ 1610. in 8. (*Cui Editioni Lipenius Hamburgenſem A. 1611., & alii Lubecenſem A. 1625., addunt*). Scripti ſunt, teſte *præfatione*, Senatus juſſu, in uſum ſcholæ Huſenſis, & methodo qvidem Eclectica.

DETHLE-

(1.) V. *Nov. Lit. Lubec., M. Jan., A. 1701., p. 8., & M. Oct. A. 1703. p. 222.* (2.) V. *Ep. Dedic. Inſtit. Dialect.*

DETHLEVUS LANGENBECIUS, Hamburgensis, JCtus haud ignobilis, & Franc. Balduino, aliisqve Mystis Themidos celebrioribus, familiaris, in patria A. 1574. (qvo *Annotationes in Leges perdifficiles* Henr. Ranzovio inscripsit) superstes.

V. de illo Biblioth. Gesnerianæ continuatores, Jos. Simlerum *p. 163.*, ac Joh. Jac. Frisium *p. 149.*, & Henn. Conradini Epigramma in eum *in Poematis p. 131.* obvium.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Andr. Alciati Libri de verborum significationibus, in tabulas ab eo redacti. Accedunt ipsius nova & vera Explicatio in duas difficillimas leges, nempe L. *Si is qvi pro emptore*, & L. *Gallus Aqvilius, in §. forsitan & §. fi.*, præter omnium, qvi hactenus scripserunt, sententiam excogitata, ac de capitibus Legis Vellejæ nonnulla. Coloniæ 1555. in 8.

Schemata seu Tabulæ in Institutionum Imperialium singulos titulos, in qvibus & definitiones nonnullæ, & decisionum vis & potestas, nec non ordinis methodus, &c., declarantur. Coloniæ 1555. in fol., Lovanii 1577. in 4., & (cum Hug. Pelletarii, qvi eas denuo recensuit, *Miscellaneis*) Francofurti A. 1613. in 4.

Annotationes novæ in Leges aliqvot Juris civilis perdifficiles, & nondum satis intellectas. Basileæ, apud J. Oporinum, A. 1564. in 8. Recensitæ autem denuo, & Indice auctæ, a Joach. Cluteno, JCto Acad. Argentinensis, Francofurti A. 1609. in 8. Passim notant Accursii, atqve aliorum, errores.

Responsum de Qv.: An filii, ad repetenda bona materna, omnibus creditoribus, in bonis paternis, præferantur? *Tomo IV. Consiliorum, ab Academiis & JCtis Germaniæ scriptorum*, & a Laur. Kirchovio editorum, Francofurti A. 1572. *in fol.* excuso, *p. 141. & seqq.*, obvium.

Epistola ad Franc. Balduinum, de causis corruptæ Jurisprudentiæ antiqvæ, & Indice suo Juris Civilis generali affecto, præfixa Balduini *Notis ad Lib. I. & II. Digestorum*, Basileæ a Joh. Oporino excusis. V. B. G. Struvii *Biblioth. Antiqvam A. 1705.*, *M. Nov.*, *p. 526. 527.*

II. GERMANICUM.

Regentenbuch de Justitia, jure & æqvitate, von der Rechtfertigkeit, auch was Recht und Billigkeit sey und heisse; in 2. Theilen. Witebergæ 1572. in fol.

INEDITUM.

In *præfatione Annott. in LL. perdifficiles*, ad Henr. Ranzovium A. 1574. scripta, refert, se, annis superioribus, de textu Juris Civilis, singulari ac mirabili qvadam ratione, notis numerariis illustrando, perfectoqve ejusdem Indice conficiendo, Epistolam (*paulo ante laudatam*) ad Franc. Balduinum, JC., postulatu ejus, scripsisse, ac postea, eruditorum & studiosorum precibus motum, laborem hunc A. 1560. exantlandum suscepisse, Indiceqve jam absoluto, operi etiam ipsi manum propediem impositum iri ultimam. Prodromi illius vicem sustinere voluit *Annotationes* istas, cum, in eo occupatus, *Corpus Juris* sæpius legeret ac relegeret, sibi natas.

GEORGIUS LANGENBECK, Hermanni (*infra laudandi*) filius, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, circa A. 1716.

Disp. Inaug. de Transactione calumniosa. Giessæ 1694. in 4.

HENRICUS LANGENBECK, Hamburgensis, Johannis, XIIviri, & ædis Nicolaitanæ curatoris, filius, Garlevi, Senatoris, nepos, & Hermanni, J. U. D. ac Consulis, pronepos, d. 4. Maji A. 1603. in lucem editus, juventutem studiis non unius generis, inprimis tamen Juridico, impendit, hujusqve Doctor Argentinæ A. 1631. est creatus. Adultior Ducum Brunsvico-Luneburgensium familiæ suam addixit operam, & qvinis hujus e lineis Cellensi ac Calenbergica Principibus, Friderico (cujus, ad A. usqve 1648., fuit Procancellarius & Consiliarius intimus atqve bellicus), Georgio, Christiano Ludovico, Georgio Wilhelmo ac Johanni Friderico, per annos 38., in aula ipsorum Hannoverana, splendidissimis functus officiis, inserviit. Non enim solum consiliis, qvæ vocant, Cameralibus & secretioribus est adhibitus, sed Cancellarii etiam ac Synedrii Ecclesiastici Præsidis gavisus dignitate, Decanusqve insuper A. 1651. (1.) Bardovicensis Canonicorum Collegii, ac Capituli Hamelensis Bonifaciani Antistes, constitutus. Inter Legationes, qvibus ad Comitia Ducatuum provincialia, Ordinumqve Saxoniæ inferioris circularia, ac Principes haud paucos, functus est, plurimas eminet Osnabrugo-Monasteriensis Irenica, in qva A. 1646., & biennio seqventi, non paci solum Germanis restituendæ operam impendit sedulam, sed & Protestantium jura, contra insidiosas Pontificiorum molitiones, cum Wolfg. Conr. Thumschirnio ac Jac. Lampadio, Legatis Saxo-Altenburgico & Brunsvico-Gvelpherbytano, animose defendit, feliciterqve conservavit ac amplificavit (2.). Prudentiam ejus insignem, & in negotiis publicis expediendis dexteritatem, pietatem item, humanitatem, doctrinam in omni literarum genere eximiam, aliasqve dotes & virtutes, clientes ipsius in Acad. Julia, qvi suas ei certatim inscripsere lucubrationes, adeo effuse celebrarunt, ut Patrono sæpius adulati esse videantur. Ἄπαις tandem, d. 28. Oct. A. C. 1669., & æt. 67., Cellis mortuus, 150000. Imperialium, qvæ reliqvisse fertur, partim cognatis Hamburgensibus, partim vero egenis, in tabulis, teste Henn. Wittenio (3.), voluntatis destinavit ultimæ. Bibliothecam, pluris, qvam octo Joachimicorum millibus, sicut idem refert, æstimatam, sibiqve legatam, Bibliotheca urbis patriæ (cujus templo Cathedrali exuviæ defuncti d. 19. Dec. A. 1669. sunt illatæ) publica, post qvatuor demum ab excessu ejus lustra, Henr. Meurero, Consule, cognatoqve ipsius, a qvo detinebatur, mortuo, ab hujus hæredibus, Senatus edicto voluntati testatoris satisfacere jussis, A. 1691. obtinuit.

Imagini ejus, inter Effigies Legatorum ad Conventum Irenicum Monasteriensem, junctim publicatas, obviæ, hoc adjectum est Symbolum: *Tempore pacis cogitandum de bello, & vicissim.*

Confer de illo, præter Georg. Greflingeri, & aliorum, Epicedia, Christ. Wilh. Eybenii *Eponymologium Tob. Magiri Criticum auctius redditum p. 504.*, & scripta Sagittarii, Oldenburgeri ac Wittenii, jam allegata, Epistolas de laudibus ejus Dedicatorias, qvibus illi Gerh. Titius A. 1658. *Ostensionem summariam contra Pontificios*, Dan. Clasenius *Compendium Politicum*, Herm. Conringius A. 1656. *libros* Joach. Hopperi *de vera Jurisprudentia*, a se recensitos, Gvern. Rolfincius *Ordinem & Methodum Medicinæ consultatoriæ*, Fridemannus Bechmannus A. 1664. *Institutiones Logicas*, Henr. Meibomius Jun. A. 1668. Joh. Henrici parentis *librum de Cerevisiis*, Joh. Hornejus A. 1654. Conradi parentis *in Epistolas Johannis ac Judæ Commentarios*, aliiqve viri eruditi lucubrationes alias, inscripserunt.

ELOGIA.

Herm. Conringius, *in Epist. cit. Dedic.* (*in Syntagmate Epistolarum p. 286-323.*, recusa), post prudentiam ejus vo- μεθοδικὴν fuse celebratam, his eruditionem verbis extollit: *Omnis literaturæ elegantioris, ac universæ Philosophiæ, cumprimis*

(1.) V. Casp. Sagittarii *Hist. Bardovic. p. 241.* (2.) V. D. Gerh. Titii *Ep. Dedic. Ostensionis summariæ contra Pontificios*, ac Phil. Andr. Oldenburgeri *Discursus ad Instrum. pacis*, sub Burgoldensis larva editos, *P. I.*, *p. 148.*, atqve *Itinerarium Germaniæ Politicum* Constant. Germanici, sive potius ejusd. *Oldenburgeri, p. 402. 403. 404.* (3.) *T. I. Diar. Biogr. Sec. 17., ad A. 1669.*

cumprimis veræ, non autem plebejæ illius, civilis doctrinæ, peritiam ad maximorum difficillimorumqve reip. negotiorum longum felicemqve usum adjunxisti.

Fridem. Bechmannus, *l. c.*, ita eum compellat: *Sive illam Philosophiæ partem spectemus, quæ ad exqvisitam rerum scientiam perducit, sive alteram, quæ mores nobis format, universus literatorum cœtus in te admiratur acumen ingenii, cum summo judicio conjunctum.*

Dan. Clasenio, *l. c.*, *Vir* audit *in omnibus scientiis sic eruditus, ut nihil ignorare videretur.*

Henr. Meibomio Juniori, *l. c. Vir ingenio promptissimo, maximo rerum usu, incomparabili prudentia, & eruditione selectissima, pollens; Cancellarius similis antiqvis, qvalis ante eum vix unus & alter; qvi, cum doctrina sit inexhausta, augeri tamen eam semper desiderat, cumqve nihil fere nesciat, tanta tamen cura omnia, etiam in literarum studiis, inqvirit, ac si nil omnino sciret; cujus si qvis laborum catenam consideret, nullam horam, studiis impendendam, reliqvam esse, videat, si variam scientiam, nihil aliud, qvam literas, per totam vitam tractasse, judicet.*

Constantinus Germanicus, sive Phil. Andr. Oldenburgerus, *in Itinerario Germaniæ Politico, p. 402. 403. 404.*, ei fuse assentatur, & *stupendam ingenii magnitudinem, jurisqve, cum publici, tum privati, Theologiæ ac Philosophiæ, scientiam, eruditionis opes, ac judicii pondus & gravitatem,* tribuit.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. Mathematica, A. 1623. edita, qvam Lud. Georg. Lundenius, *in Prolegomenis in Mathesin*, §. *13.*, allegat.

Disp. Jurid. Inaug. de Cessione actionum. Argentinæ 1631. in 4.

Carmina & Epigrammata complura, non inculta, in laudem Augusti Junioris, Ducis Brunsvic., scripta, in Mart. Goskii *Arbusto Augusto*, A. 1650. & 1693. *in fol.* excuso, *f. 90. 108. 162. 189. 190. 299.*, obvia.

HERMANNUS LANGENBECK, Hamburgensis, J. U. D., & urbis patriæ, ab A. 1479. (juxta Ad. Tratsigerum Jun.), vel 1478. (juxta Gerh. Schröderum), Senator, ab A. 1482. autem (teste Tratsigero), vel (si Schröderum audias) 1481., Consul (1.), optime de illa multis nominibus est meritus. Legatus abiit A. 1482. Kilonium, ad dissidia inter Johannem, Daniæ Regem, & Ordinem eqvestrem Holsaticum, componenda, A. 1484. 1486. & 1487. Lubecam, ad Civitatum Hanseaticarum & Vandalicarum conventus, A. 1491. Antwerpiam, ad Urbium Hanseaticarum cum Legatis Anglicis congressum (2.), A. eodem 1491. & 1498. Lubecam, ad alia urbium earundem comitia, & A. 1500. tandem pacificationi inter Holsatos ac Dithmarsos Hamburgensi, A. 1506. autem Segebergensi inter Danos ac Lubecenses, interfuit (3.). Domi non minoribus in cives inclaruit meritis, qvorum & Jus Municipale notis illustravit, & motus seditiosos A. 1483., pro virili, sopivit, & commercia deniqve consiliis prudentissimis promovit atqve amplificavit. Cum enim A. 1510. urbs Lubecensis, & Vandalicæ reliqvæ, Johanni, Regi Daniæ, bellum intulissent, Hamburgenses, ad ejusdem societatem frustra invitati, toto, qvo illud gerebatur, octennio seqventi, nostri hortatu, qvieverunt, &, qvoniam *soli fere interea tuto in Dania, Norwagia, & cum Hollandis, Anglis atqve Flandris, negotiabantur, magnopere, & commerciorum freqventia, & opibus, aucti, creverunt* (4.). Defunctus tandem est ipsis Maji Kalendis, A. 1517. (5.), & patriæ filium, sibi cognominem, J. U. Doctorem, reliqvit. In cujus, qvod Lucas Lossius (6.) exhibet, Epitaphio, per Henn. Conradinum conscripto, noster *Doctor & Consul clarus* salutatur,

Qvo non majorem hæc Saxona terra tulit.

Eum celebrant duo Carmina Henr. Bogeri, Th. D. & Decani Rostochiensis Jacobæi, in ejus *Etherologio*, seu Poematum volumine (Rostochii A. 1506. *in 4.* excuso), obvia: I. *Sertum in laudem ipsius* (qvi *Herm. Longirivius* vocatur), *adhuc juvenis, e 27. diversis Carminum generibus complexum,* qvod *Distinct. V., fol. 101. b. - 106. a.*, legitur; II. *Zelosa illi, Proconsuli in urbe Hammonia, Panegyris elegiaca, grassante murmure data,* in qva, Distinct. IX., fol. 166. b. - 168. b., occurrente, *Trismegistus alter* salutatur, *verbo, virtute, dote salisqve valens.*

Prologus atqve Commentarius in Jus vetus municipale Hamburgensium, A. 1497. editum, sive Notæ potius in illud, sermone conscriptæ Saxonico, & circa A. 1509. finitæ, qvæ MSS. in Bibliotheca Civitatis publica, privatisqve compluribus, supersunt, & a Pet. Lambecio (*in Indicibus Autorum, utriqve Rerum Hamburgensium libro adjectis*, nec non *Lib. II., p. 244.*), atqve aliis, passim allegantur. Ex istis, suisqve additamentis, Comm. prolixiorem vernaculum in Jus idem Hamb. Statutarium congessit M. Joh. Wetkenius, Hamburgensis, patriæ itidem Consul. In qvo cum Langenbeckii plerumqve verba retinuerit, & ne loca qvidem, in qvibus iste in prima de se persona est locutus, mutaverit, hunc etiam Langenbeckio qvidam, errore haud exiguo, per Ott. Sperlingium Jun., in Monito (qvod, sub Wetkenii nomine, e Vinc. Placcii *Ideæ Jurisconsulti Hamburgensis perfecti c. 3. p. 160.*, recitabimus) peculiari, detecto & confutato, vindicare sunt conati. Conf. *P. IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., cap. XI., §. 2., p. 623.*

HERMANNUS LANGENBECK, Hamburgensis, d. 14. Apr. A. 1637. natus, &, titulo Licentiati Juris (cui Altorfii & Argentinæ vacaverat) utriusqve A. 1658. Basileæ reportato, in Gallia, Hispania, Italia, Germania, Belgio, Anglia & Septentrione, peregrinatus, in patria tandem consedit, &, sublatis e Catharina ab Holten, A. 1667. ducta, filiis duobus ὁμολέχνοις, Hermanno & Georgio, totidemqve filiabus, d. 31. Maji A. C. 1701., ac æt. 64., decessit. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1701., p. 190.*, & P. A. Lehmanni *Observatt. Historicas anni 1701. Germanicas, n. 24., p. 191.*

Disp. Jurid. de ludo Alex & aleatoribus, Præside D. Wilh. Ludwello. Altorfii 1657. in 4.

Disp. Inaug. de Citatione. Basileæ 1657. in 4.

HERMANNUS LANGENBECK, Hamburgensis, Hermanni (*modo laudati*) filius, J. U. D., urbis patriæ, ab A. 1699., Secretarius, ab A. 1708., Protonotarius, & ab A. 1721. (d. 17. Apr.) Senator.

Disp. Inaug. de Castigatione moderata, occasione Articuli 48. Partis IV. Statutorum Hamburgensium conscripta. Altorfii 1692. in 4.

DAVID LANGERMANN, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, ædisqve Cathedralis, circa A. 1700., Canonicus, gener Diet. Langermanni, J. U. L. & Senatoris, ipse etiam in Senatorium d. 13. Dec. A. 1714. allectus ordinem.

Disp. Inaug. de SCto Vellejano. Lugd. Bat. 1692. in 4.

DIETERI.

(1.) V. Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam p. 19.*, & Gerh. Schröderi *Fastos Proconsulares & Consulares Hamburgenses, ad A. 1478. & 1481.* Pet. Lambecius, *in Indice Autorum, Libro II. Rer. Hamb. adjecto,* Consulatus ejus initia ad A. 1482., cum Tratsigero, retulit. (2.) V. Har. Huitfeldii *P. VI. Chronici Danici p. 961. 989. 993. 1005.*, & Tratsigerum *l. c., p. 20. 21.* (3.) V. Huitfeldium *l. c. p. 1006. 1024. 1035. 1067.* (4.) V. Dav. Chytræum *P. I. Chron. Sax., ad A. 1510., p. 429.*, & Huitfeldium *l. c. p. 1077. 1078.* (5.) V. Tratsig. *l. c. p. 19.* (6.) *in Epitaphiis Saxoniæ inferioris p. 122. 123.*

DIETERICUS LANGERMANN, Senior, Hamburgensis, Dieterici mercatoris e Margareta Holtenia, filius, A. 1638. in lucem editus, J. U. Licentiati titulum A. 1663. in Academia Heidelbergensi (in cujus locum Tubingensis a Joh. Alb. Fabricio perperam substituitur), Senatoriam autem in patria dignitatem d. 19. Martii A. 1673., obtinuit. A. 1688. Scholarcha primarius, primusque A. 1691. ex ordine Senatorio, Bibliothecæ publicæ Inspector, est constitutus, &, post aliquot ad Leopoldum Imperatorem, Principesque alios, legationes, d. 9. Aug. A. C. 1693., ac æt. 55., defunctus. Plura de vita illius suggeret Joh. Alb. Fabricii breve illius Elogium, *Parte I. Memoriarum Hamburgensium, p. 574. 575.*, obvium.

A Vinc. Placcio, in *Epigraphe Musarum Juridicarum*, A. 1693. illi inscriptarum *dedicatoria*, *DEus* salutatur *Musarum Hamburgensium tutelaris ex majorum gentium maximus.*

Disp. Inaug. de Jure Auxilii, Præside D. Joh. Frid. Böckelmanno. Heidelbergæ 1663. in 4. Recusa *in Pentade Disputt. Inauguralium*, sub præsidio Böckelmanni propositarum, ibidem A. 1664. in 4.

DIETERICUS LANGERMANN Junior, Hamburgensis, Senioris, modo laudati, ex Magdalena Stuhria, filius, d. 15. Jan. A. 1671. in lucem editus, J. U. Doctor (Patavii d. 11. Sept. A. 1696. creatus), & templi in patria Cathedralis, ab A. 1686., Canonicus, d. 14. Nov. A. C. 1701. (in cujus locum seqvens 1702. a Fabricio substituitur), & æt. 30., mortuus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1701., p. 384.*, P. A. Lehmanni *Observatt. Historicas anni 1701. Germanicas, n. 47., p. 375.*, & J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 606.*

Disp. de modo exercendi Jus Episcopale, ejusque in terris Protestantium prætensa reviviscentia Episcoporum Catholicorum, Præside D. Henr. Linckio. Altorfii 1693. in 4.

EBERHARDUS LANGERMANN, Hamburgensis, Med. D. & in patria, circa A. 1698. & 1716., Practicus.

Disp. Inaug. de Excrementis corporis nostri, secundum naturam, ratione conservationis individui, inutilibus. Lugd. Bat. 1694. in 4. (*V. Lehm. Hamb. lit. A. 1701. p. 15.*)

GEORGIUS LANGERMANN, Hamburgensis, Med. D. & in patria, circa A. 1698., Amstelodami autem, circa A. 1704., & 1716. Practicus. V. Pet. Ambr. Lehmanni *Hamburgum literatum A. 1701. p. 15., & A. 1704. p. 40.*

Disp. Inaug. de fraudibus & erroribus circa lapidem Bezoar. Lugd. Bat. 1696. in 4.

GERHARDUS LANGERMANN, Hamburgensis, Laurentii, Canonicorum Collegii Senioris, filius, d. 26. Aug. A. 1603. natus, J. U. Licentiati titulum Basileæ A. 1629. obtinuit, Augustoqve deinceps, Duci Brunsvico-Gvelpherbytano, & Friderico Holsato-Gottorpiensi, fuit a consiliis. Obiit d. 26. Apr. A. C. 1646., & æt. 43., privignumqve habuit Joachimum Gödersen, J. U. D. & Decanum Hamburgensem. V. Joh. Ristii Epicedium Germanicum Encomiasticum, im Teutschen *Parnasse, p. 331-337.*

Disp. Inaug. Theoretico-Practica de Juramentis. Basileæ 1629. in 4. Recusa *Vol. VIII. Disputt. Jurid. Basileensium, A. 1658. in 4.* ibidem impresso, *num. 12.*

M. JOH. LAUR. LANGERMANN, Hamburgensis, Pauli, Aromatarii & XIIviri, (1.) filius, Laurentiiqve, Canonicorum Senioris, nepos, d. 2. Oct. A. 1640. in lucem editus, studiis in patriæ primum schola & Gymnasio incubuit, ac deinceps, eadem continuaturus, A. 1662. Gymnasium Bremense, &, ex Academiis, A. 1663. Lugduno-Batavam, A. 1664. Jenensem, A. 1665. Lipsiensem, A. 1666. Rostochiensem, atqve A. 1667. Giessenam, adiit. A. 1670. (qvo ultimæ Pastor & Professor a Ludovico VI., Principe Hasso-Darmstattino, frustra destinabatur) Hanoviam a Comite evocatus Hanoviensi, Concionatoris illic aulici atqve urbani primarii, Consiliarii ecclesiastici, Comitatusqve Müntzenbergici Superintendentis, munera obtinuit amplissima, & per 46. annos administravit continuos, donec d. 22. Febr. A. C. 1716., & ætatis 76., expiraret. Liberis XII., in qvadruplici susceptis conjugio, sed ante se mortuis, superstes, opes, qvibus abundabat, Libris Nummisqve colligendis impendit, &, præter Bibliothecam insignem, Cognatis legatam Hamburgensibus, Nummophylacium instructissimum, 15000. Joachimicis venale, reliqvit. V. Narrationes de illo biographicas Christ. Grundmanni *in Ossibus ac cineribus A. 1716. defunctorum p. 27. 28. 29.*, Joh. Gottliebii Krausii in den neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 9. A. 1717., p. 71.*, Halensium (a qvibus d. 22. Febr. A. C. 1717., ac ætatis 67., obiisse perperam traditur) *Sect. 66.*, der neuen *Bibliotheck p. 153.* & *Partem LV.* der gelehrten Famæ *p. 544.*

Πολεμογραφία Hussitica, Disput. publica proposita. Giessæ 1667. in 4. (Hanc Lucæ Langermanno, Decano Hamburgensi, male tribuit Mart. Lipenius *in Biblioth. Philosophica.*)

Der Hanauische Buß- und Feurprediger Amos, aus cap. VII. 4. 5. 6., in einer Predigt, nach ausgestandener Feursbrunst, vorgestellt. Hanou 1681. in 4.

Hanauischer Buß- und Wasserprediger Nahum, aus c. I. v. 8., in einer Predigt, nach der grossen Wasserfluht, vorgestellet. Hanoviæ 1682. in 4.

Hanauischer Buß- und Cometenprediger Joel, aus c. II. v. 30. Francof. 1682. in 4.

Hanauischer, wieder die Hurerey und Lustseuche eifernder, Paulus, oder Predigt über 1. Thess. IV. 3. 4. 5. Francofurti 1683. in 4.

Gläubiger Kinder GOttes Kreutz- Angst- und Errettungshaus, oder Leichpredigt aus Ps. XCIV. 19. Hanoviæ 1683. in 4.

LAURENTIUS LANGERMANN, Senior, Hamburgensis, Pauli, civis honesti, & Margaretæ Niebueriæ, (Laur. Niebueri, Consulis, gnatæ) filius (2.), d. 27. Nov. A. 1556. lucem aspexit, &, d. 16. Sept. A. 1587., in numerum Canonicorum Basilicæ patriæ, qvorum tandem Senior evasit, est receptus. A consiliis simul fuit Joh. Adolpho, Duci Holsato-Gottorpiensi, Adolphoqve & Ernesto, Comitibus Schauenburgicis, ac, ob pietatem & integritatem eximiam, civibus universis gratissimus, die tandem 13. Aug. A. C. 1620., ac æt. 64., placide expiravit. Ex uxore Anna Moilkenia, Henrici, Civis Hamburgensis, filia, complures sustulit liberos, &, hos inter, Laurentium, J. U. D. & Decanum Hamburgensem (Lucæ, eadem dignitate functi, ac infra celebrandi, genitorem), Gerhardum, J. U. Lic. & Consiliarium Brunsvicensem atqve Holsaticum, Paulum Aromatarium ac XIIvirum Hamburgensem (Christiani, Med. D. Ducisqve Brunsvic. Archiatri, ac Joh. Laurentii, modo memorati, parentem), ac Margaretam, D. Dav. Gronovio, Archiepisc. Brem. Consiliario, Collegiiqve Canonicorum Hamburgensis Syndico, nuptam, istiqve Joh. Frid. Gronovium, filium tot meritis in rem literariam illustrem, enixam. Epitaphii, qvod proneptis, Lucæ filia, ipsi, avoqve & parenti, erexit, Epigraphen, sub Lucæ paulo post nomine recitabimus. Sam. Rosenbohmii Epigramma in nomen ejus atqve cognomen Encomiasticum, *Parte Poematum* ejus *prima* (3.), invenies. Laudes etiam meruit Frid. Breclingii, veritatis eum contra

(1.) Elogium Pauli hujus biographicum V. in Ad. Tratsigeri Jun. *Serie Senatus Hamburg. Genealogica, p. 51. 52.* (2.) Reliqvos ejus majores V. apud Tratsigerum, *l. c. p. 51. 52.* (3.) *Lib. I., p. 42.*

contra Christianismum degenerem testibus, in *Catalogi* horum, accensentis, Proœmio (1.), & Joh. Alb. Fabricii (2.), *singularem* ejus *cum dexteritate integritatem posteritatis etiamnum judicio*, perhibentis, *celebrari*.

Schola Crucis & tessera Christianismi, oder ausführlicher christlicher Unterricht vom lieben Kreutze, &c.; zusammengetragen von Lorentz Langermann, einem wolversuchten Kreutzbruder und Nachfolger Christi, jetzt aber aufs neue übersehen, mit etlichen Capiteln vermehret, und in richtige Ordnung gebracht, durch M. Valentinum Wudrian, der Kirchen zu S. Petri in Hamburg Pastorem. Hunc libellum, piis omnibus merito commendatissimum, Hamburgi A. 1627. *in 8.* a Wudriano editum, sæpissimeqve postmodum, sub solo Wudriani editoris nomine, recusum, ipsi, tanqvam primo Autori, tribuunt *Catalogi* (e qvibus titulum, modo recitatum, deprompsi) qvatuor *nundinales Lipsienses* (*Vernalis sc. A. 1641. p. 44.*, *Vernalis A. 1642. p. 13.*, *Autumnalis A. 1646. p. 18.*, *& Vernalis A. 1649. p. 26.*), Sam. Rosenbohmius *in Carmine ad illum, libello præfixo*, Mart. Lipenius *P. I. Biblioth. Theol., p. 278.*, & Otto Sperlingius Jun. *in Indice MS. Scriptorum Hamburgensium*. Qvi si vera tradunt, errat utiqve Gener Wudriani, M. Joh. Neucrantzius, Pastor Kirchwerderanus, qvi, in præfatione sua libello eidem A. 1651. adjecta, *Scholæ* hujus *Crucis* materiam congestam esse, refert, a Nobili qvodam Pomerano, Ducis sui Consiliario, cum variis conflictato tentationibus, istiusqve postulatu a Wudriano (Ecclesiasta ipsius, antequam ad alia promoveretur munera, domestico) in ordinem digestam ac locupletatam. Plura de ejus historia, editionibus ac versionibus, *Tomus II.* in Wudriani suggeret elogio.

Laur. Langermanni Schola pietatis Catecheticæ; das ist: Catechismus-Schule, oder Gottselige, andächtige, schöne Meditationes und Betrachtungen über die Hauptstücke des Catechismi Lutheri, aus vielen alten und neuen Lehrern zusammengetragen. Hamburgi 1628. & (*juxta Lipenium P. I. Biblioth. Theol. p. 249.*) 1646. in 4. Emendatior auctiorqve recusa, cum nova Præfatione Erdm. Neumeisteri, Past. Hamb. Jacobæi, Hamburgi A. 1721. in 4. Volumen grande, & ultra 1000. excurrens paginas, præfatione peculiari a Presbyterio Hamburgensi, carmine autem Encomiastico a D. Joh. Müllero, Pastore Petrino, commendatum; qvod an nostrum hunc, an vero filium ejus cognominem (*statim celebrandum*), Autorem agnoscat, jam non recordor. A Mart. Lipenio (*P. I. Biblioth. Theol. p. 256.*) Catecheticis Pontificiorum scriptis perperam annumeratur.

LAURENTIUS (*Johannes* male vocatur a Mart. Hanckio, *Lib. II. de Rerum Rom. Scriptoribus p. 193.*) LANGERMANN Junior, Hamburgensis, Senioris, modo laudati, ex Anna Moilkenia filius, J. U. D. & Comes Palat. Cæsareus, d. 9. Sept. A. 1595. in lucem est editus. In Canonicatu Basilicæ patriæ, d. 31. Mart. A. 1621., parenti defuncto, in Decanatu vero ejusdem (fallitur enim Mart. Hanckius (3.), Decanum eum fuisse Osnabrugensem persvasus), d. 23. Sept. A. 1624., Ottoni Schultio, Joh. Friderici, Archiep. Brem., Cancellario, licet A. æt. 29. tantum ageret, & Canonicorum infimus esset omnium, datus est successor. Dignitate hac per VII. fere lustra gavisus, Christiano simul IV., Regi Daniæ (a qvo A. 1646. ad comitia Osnabrugensia ablegabatur Irenica), Duciqve Brunsvicensi, fuit a consiliis. Finem tandem vivendi fecit d. 13. Dec. A. C. 1658., ac æt. 63., & successorem in Decanatu nactus est D. Joach. Godersenium, Gerhardi fratris privignum. Uxorem A. 1622. elegit Cæciliam Beckmanniam, Lucæ, Senatoris Hamburgensis, filiam (4.), præter liberos alios, Lucam sibi, J. U. D. ac Decanum itidem Hamburgensem (*statim celebrandum*), Cæciliamqve, Barth. Wichmanni, J. U. Licentiati, conjugem (qvæ ante patrem A. 1645. obiit), enixam. Epitaphii, ipsi, patriqve & filio, communis, inscriptio infra exhibebitur. Symboli loco hac usus est Gnoma, Joach. Morlii Albo (5.) αὐτόχειρι inscripta: *Prodesse, qvibus possis*.

Confer de illo J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 605. 801.*

Schola Pietatis Catecheticæ, Hamburgi A. 1628. in 4. Germanice publicata, de qva *supra* fusius jam est dictum, locum ei inter Scriptores nostrates asseruit. Hujus enim vel Autor est, vel certe editor.

LUCAS LANGERMANN, Laurentii Junioris, Decani Hamburgensis (*modo celebrati*), e Cæcilia, Lucæ Becmanni, Senatoris, gnata, filius, Hamburgi, d. 17. Oct. A. 1625., primam lucem est intuitus. Cum lingvarum, literarumqve elegantiorum, peritiam in patria sibi jam parasset eximiam, Juridico una cum istis vacaturus studio, Academias A. 1645. adiit Belgicas, & Juliam postea (in qva Henr. Hahnii ac Herm. Conringii fuit auditor) atqve Coloniensem itidem salutavit. Itineri se hinc Italico (in qvo Nicol. Heinsium habuit comitem (6.)) & Gallico commisit, & hominum ubiqve eruditorum amicitiam ac applausum ingenii doctrinæqve promeruit elegantia. In Belgium ex isto A. 1653. reversus, Amstelodamo confestim in Sveciam trajecit (7.), & Christinæ, Semiramidis Arctoæ (cujus natalem Oratione celebravit Panegyrica), sibi conciliavit gratiam. A. 1655. (non 1645., qvi a Joh. Alb. Fabricio (8.) in locum hujus substituitur), in Germaniam profectus, Doctoris titulum in Academia reportavit Tubingensi, &. in patriam deinde redux, seqventi 1656., & locum in Canonicorum Collegio, ante decennium sibi jam (A. 1646.) decretum, occupavit, & causis forensibus, tanto cum civium applausu, cœpit patrocinari, ut primas inter Advocatos ei Hamburgenses deferre pleriqve non dubitarent. Studia hæc forensia, qvæ animum ærugine infecerunt, orbi, Marqv. Gudio, & Joh. Frid. Gronovio (qvorum prior mihi, posterior autem Vinc. Placcio, indignationem suam est testatus), amicisqve aliis, frustra succensentibus, plurimum nocuere literato. Lucri enim, sibi haud necessarii, captus dulcedine, literis elegantioribus, Criticæ & Poesi, in qvibus palmam hactenus doctioribus etiam Philologis reddiderat dubiam, pene omnino valedixit, &, mole laborum, ad obitum usqve, oppressus forensium, monumentis, qvorum spem fecerat, literariis perficiendis manum admovere non potuit. Vinc. Placcius sane, cum defuncti MSSta, generi rogatu, perlustrasset, & horum, & famæ, qvam ista pollicebantur, fuisse incuriosum deprehendit, & hisce Epistolæ, A. 1689. ad me datæ, verbis deploravit: *Langermanni MSSta nuper lustravi, cum blattis & tineis, ut vereor, luctatura maximam partem. Sane jam gliribus adesæ reperiebantur schedæ Græcæ complures, sed derelictæ ipsis iterum. - - Vix aliqvid de MSStis ejus sperandum. Miserrime enim jacent dispersa, nec signatis foliis, ut recolligi possint, nec inscriptione ulla, qvorsum pertineant pleraqve; nec unde, aut ubi, vel qvibus ex MSStis, Collationes illæ variarum lectionum ad Autores plurimos factæ sint, significatur. Omnia ἀνάντα, καράντα, κάταντα.* Occupationibus istis immerso Syndici etiam officium A. 1664. a Canonicorum Hamburgensium commissum est Collegio, locus autem inter Consiliarios suos a Christiano Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, A. 1680. demum attributus. Megapolitano qvoqve Principi a consiliis eum fuisse, Nicol. Heinsius (9.) & Henn. Wittenius (10.) perhibent. In aula Cæsarea Legatum egit, vel Canonicorum Hamburgensium Collegii, vel Principis Holsatici, ac senex in Sveciam denuo excurrit. In Decanatu tandem ædis Metropolitanæ Hamburgensis, qvo parens etiam erat functus, Günthero Erico ab Eitzen, ipsis Kal. Febr. A. 1686., successit, sed vix unico administratum trimestri, cum sexagenarius, anno eodem, d. 10. Maji, decederet, D. Joh. Dancwerthio, Collegæ, reliqvit. E Conjuge, Cæcilia Rumpia, Johannis filia, domum A. 1656. ducta, qvatuor mares, totidem-

qve

(1.) apud Gotfr. Arnoldum *T. IV. Hist. Eccl., Sect. III., n. 18., p. 761.* (2.) *P. II. Memor. Hamburg. p. 801.* (3.) *l. c.* (4.) V. Henr. Vagetii *Epithalamium.* (5.) *f. 255.* (6.) V. Thomæ Reinesii *Epistolas ad Christ. Dammium p. 148.* (7.) V. Reinesium *l. c.* (8.) *P. II. Memor. Hamb. p. 802.* (9.) *in Ep. Dedic. Tristium Ovidii.* (10.) *T. I. Diarii Biographici Sec. XVII., ad A. 1686.*

qve puellas, sustulit. E qvibus unica tantum filia, Joh. Scheelio, J. U. Licentiato, nupta, ingentium ejus divitiarum ex asse hæres, defuncto fuit superstes. Cæteræ enim, Woldero Scheelio, J. U. D. & Syndico Hamburgensi, Johannis fratri, Davidiqve Langermanno, mercatori, elocatæ, Parentis obitum suo præverterant. Bibliotheca gavisus est locuplete, & Codicibus etiam MSStis antiqvis superbiente. E qvibus Livianum Joh. Frid. Gronovius (1.), Holoboli autem Rhetoris *Scholiorum* exemplar vetustum If. Vossius (2.) commendavit. Amicis suis, præter duumviros hosce, annumeravit Frid. Lindebrogium, Casp. Barthium, Thom. Reinesium, Nicol. Heinsium, Pet. Lambecium, Marqv. Gudium, Joh. Georg. Grævium, Joh. Vorstium, Mich. Kirstenium, aliosqve Philologos & Polyhistoras, ac, qvi primus fuerat nominandus, Principum eruditissimum, Ferd. Fürstenbergium, Episcopum Paderbornensem ac Monasteriensem. His ille, præclari qvid molientibus, Codices ineditos, aliaqve subsidia literaria, prompte communicabat, ob benignitatem hanc, cum ab aliis, tum a Thoma Reinesio, cui, opus Inscriptionum illustre meditanti, non paucas rariores, in itinere a se collectas Italico, submiserat, commendatus (3.).

Monumenti, qvod filia superstes Hamburgi, in æde Cathedrali, ipsi, duobusqve Laurentiis Langermannis, Patri ejus avoqve, erigi curavit, Epitaphii Inscriptionem (qvam Joh. Alb. Fabricius, *in Appendice ad Theod. Anckelmanni Inscriptt. Hamb., n. 121., p. 38.*, mutilam exhibuit) integram adjicio:

Sta Viator, & mirare trinum perfectum, in duobus Laurentiis, & uno Luca, Langermannis. Qvorum Primus Duci Holsatico & Comiti Schauenburgico a consiliis, & Ecclesiæ hujus Senior: Secundus J. U. D., Com. Pal. Cæs., Regis Daniæ & Ducis Brunsvic. Consiliarius, & Ecclesiæ hujus Decanus: Tertius J. U. D., hujusqve Ecclesiæ Decanus ac Syndicus, fuit. Qva dignitate contentus, oblatos sibi ab aula honores mereri maluit, qvam accipere: Et, cum suus, vel potius afflictorum, esset, alterius fieri noluit; mortis tamen esse debuit. Hinc Atavo, Avo, Patriqve suo, hoc monumentum posuit filia mœstissima. Tu, Viator, in primo integritatem, in secundo gravitatem, in tertio modestiam, in omnibus trinam perfectionem, & mirare, & imitare.

Laurentius Langermannus, Pauli Fil., Natus A. 1556. Novembris 27., Ob. A. 1620. August. 13.
Laurentius Langermannus, Laur. Fil., Natus A. 1595. Sept. 9., Obiit A. 1658. Decembr. 13.
Lucas Langermannus, Laurentii hujus Fil., Natus A. 1625. Octob. 17. Obiit A. 1686. Maji 10.

Confer de illo Marci Rumpii, affinis, *Epicedium* (cui partem vitæ debemus aliqvam) *Germanicum*, Joh. Alb. Fabricii (ex eodem sua mutuati) breve Nostri Elogium, *P. II. Memor. Hamburg., p. 801-804.*, obvium, Nicol. Heinsii Elegidion ad eum (*Lib. II. Eleg. 8., in Edit. Poem. Amstelod. A. 1666.*), Ferd. Fürstenbergii Elegiam ad eum & Nic. Heinsium, *Poematis*, Heinsii insertam *adoptivis*, Thom. Reinesium & Henn. Wittenium *ll. cc.*, If. Vossii *Observatt. ad Melam p. 129. 213.*, G. M. Königii *Biblioth. Vet. & novam, lit. L.*, P. Colomesii *Bibliotheqve Choisie p. 104. 106. 107.*, & Theod. Jansonii ab Almeloveen *Bibliothecam promissam & latentem p. 28.*

ELOGIA.

Ferd. Fürstenbergius (*in Elegia modo laudata*) ita eum compellat:

Langermanne, tibi totas indulsit Athenas
Græcia, delicias & tibi Roma suas,
Et qvicqvid Venerum formoso culmine Pindus
Possidet, ac doctis Cyrrha propinat aqvis.

If. Vossio (*in Notis ad Pomp. Melam p. 129.*) *Juvenis* audit *doctissimus*, ac (*p. 214.*) *Juvenis inprimis eruditus, & de se optime meritus.*

Nic. Heinsio (*in præf. Ovidii sui*) *Vir toto orbe celeberrimus*, ac (in *Dedic. Tristium* Nasonis, ei inscriptorum) *Vir eximius, amicus svavissimus, de nova sua Nasonis editione inter primos optime meritus.*

Joh. Georg. Grævio (in *præf. Edit. suæ Epistolarum Cic. ad Atticum*, qvarum Codicis Helmstadiensis nostro debuit Excerpta) *Vir amplissimus & doctissimus.*

Erico Mauritio (*in Diss. de nobilitate*, §. 62.) *Vir exqvisitæ eruditionis.*

Rud. Capello (*in Nummophylacio Lüderiano, num. 205.*) *Vir nobilissimus & celeberrimus, JCtus & Polyhistor clarissimus.*

Joh. Alb. Fabricius (*P. II. Memor. Hamb. p. 803.*) ita de illo: *Græcæ & Romanæ antiqvitatis peritissimum fuisse constat. -- Hoc uno ore omnes testantur, meliorem causarum patronum, Jurisqve intelligentiorem, & qvi clientibus suis, qvantum jus atqve fas paterentur, promtiori subsidio esset, illa ætate fuisse neminem.*

Autor des Nachrichts von der Stadt Hamburg, *P. III., c. 8., p. 267. 268.*, ita scribit: An Luca Langermanno hat die gelehrte Welt etwas seltzames verehret, nemblich einen so glücklichen Liebhaber der Jurisprudentiæ Practicæ, als erfahrnen Kenner der Römischen Antiqvitäten.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Oratio in natalem Christinæ, Svecorum Reginæ.

Disp. Inaug. de Jure in curia Mercatorum usitato, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio. Tubingæ 1655. in 4. Recusa *Tomo I. Disputt. sub præsidio Lauterbachii habitarum*, ibidem (*sine mentione anni*) in 4.

Ἀντίδωρον Γαμικὸν, seu Elegia ad Apollinem (*cultissima*) de nuptiis Mich. Kirstenii, Prof. Hamb., cum Adelgunda Putschia. Hamburgi 1661. in fol.

Poematia alia, seorsim edita, & a Nic. Heinsio, *in præfat. Libri Carminum adoptivorum*, commendata.

INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Itinerarium MS. V. J. A. Fabricii Vol. II. Biblioth. Lat. p. 126.

Notæ in N. T. Græcum, qvas eum, in lectulo decumbentem emortuali, reconcinnasse & auxisse, Gener Vinc. Placcio, V. C., & is mihi, retulit.

Theocriti Idylliorum nova editio.

Odarum Anacreontis, e MSS. Vaticanis & Florentinis auctiorum atqve emendatiorum, nova editio.

Anthologiæ Epigrammatum Græcorum nova editio, multis Epigrammatis ineditis, e Codd. Vaticanis, auctior. (De tribus hisce Poetarum Græcorum editionibus affectis ita T. Reinesius, *Ep. LV. ad Chr. Daumium* (A. 1653. scripta), *p. 148.*: *Anthologiam novam, e Codd. Vaticanis, adjectis multis ineditis Epigrammatis, propediem dabit Lucas Langermannus, Hamburgensis. -- Videbit tunc Lipsiensis Anthologus* (Andr. Rivinus), *nisi Acanthologus est & Spermologus, qvantum sit, qvod ignoret. Idem Langermannus Theocritum & Anacreontem, in qvibus multum operæ posuit, primum dabit.* Meminerunt earundem, ex loco hoc Reinesiano, Chr. Daumius *Ep. XI. ad J. Andr. Bosium p. 16*, P. Colomesius *dans la Biblioth. choisie p. 104.*, Th. Jansonius *in Biblioth. promissa p. 28.*, ac J. Alb. Fabricius *L. III. Biblioth. Græcæ, c. 17., p. 439., & c. 28., p. 703.* Vinc. Placcius, *in literis A. 1689. ad me exaratis*, superesse inter chartas

(1.) *in præf. editionis Livianæ anni 1665. Amstelodamensis.* (2.) *in Observv. ad Pomp. Melæ L. II. c. 7., p. 213.* (3.) V. Reinesii *Epistolas ad Casp. Hofmannum & Chr. Ad. Rupertum p. 254., Epistolas ad Joh. Vorstium p. 18. 20. 25., & præfationem ipsius Inscriptionum Operis.*

tas nostri testatur *Editiones Theocriti & Anthologiæ Aldinas, aliasqve veteres, ac notas, tum marginales, tum seorsim dispersis foliis consignatas,* sed confusas atqve indigestas.

Collationes in Apicium, Q. Calabrum, Cic. Epistolas familiares, Apollinarem, Avienum, Sedulium, Val. Flaccum, Plinii Epistolas, Livii Decadem I., Sallustium de Diis, Cyprianum, Isidorum, Prudentium, Diogenem Laertium, Plautum, Senecæ Epistolas, LL. Longobardicas, Chrysostomi Homilias, Euripidem, Tacitum de moribus Germanorum, Martialem, Persium, Aratum. Has Placcius αὐτόπτης, *l. c., molis parvæ, sed laboris magni,* vocat *libellum*, variasqve illarum lectiones e Codicibus, vel Vaticanis, vel Viennensibus, cum utrobiqve noster diu hæserit, excerptas esse conjicit.

Variæ Lectiones in A. Gellium optimæ notæ, e Codd. Vaticanis. V. Reinesium *l. c. p. 148.*

Antiqvitates Græcæ variæ, ab eo collectæ, teste H. Wittenio, *T. I. Diar. Biogr. Sec. 17., ad A. 1686.*

Carmina juvenilia ἀνέκδοτα.

Epistolæ ejus & Thomæ Reinesii mutuæ, qvas Joh. Andr. Bosium, Prof. Jen., asservasse D. G. Morhofius, *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 7., p. 65.*, testatur.

Epistolæ ad eruditos alios, e qvibus duas, ad Frid. Lindebrogium A. 1646. scriptas, in Volumine Epistolarum ad hunc MSto, Reinh. Blomius olim asservabat.

JOHANNES LANGHANS, Hamburgensis, J. U. D., Senator patriæ d. 22. Jul. A. 1693. electus, Ordinis tandem Senatorii Senior & Protoscholarcha, d. 22. Mart. A. 1721. mortuus. V. de illo J. Alb. Fabricii *Ep. Dedic. Vol. X. Biblioth. Græcæ, & Progr. de vita ejus funebre.*

Disp. ad *Can. Redintegranda*, selecta de indole remedii possessorii exhibens, Præside D. Joh. Gravio. Tubingæ 1684. in 4. Inauguralis ipsius.

BERNHARDUS LANGWEDEL, Hamburgensis, d. 10. Sept. A. 1596. in lucem editus, patrem habuit Christianum, mercatorem, matrem vero Agnetem, sibi, anno ætatis 87., superstitem. Studio Medico, in Academia Giessena, ab A. 1614., in Argentinensi ab A. 1617., & in Patavina (Consiliarii, tam Nationis Artistarum, qvos vocant, Germanicæ, qvam Anatomici, dignitates illi largita scholasticas), ab A. 1618., dedit operam, Doctorqve in ultima, d. 6. Jul. A. 1621., a Roderico Fonseca renunciatus, Italiam, Galliam & Angliam, annis hoc & seqventi, peragravit. In patriam A. 1623. redux, Praxi medica paulatim inclaruit, & a Julio Henrico, Duce Saxoniæ inferioris, cui *Pisonem* suum *enucleatum* inscripserat, Archiatri simul ac Consiliarii, anno circiter 1639., obtinuit titulos. E Gertrude Sylmia, uxore, Ottonis, ædis Petrinæ Curatoris, filia, A. 1623. ducta, puellam tantum unicam, Agnetem, sustulit, Joach. Rumpio primum, ac deinde Eberhardo a Campen, J. U. L. & Senatorii, elocatam. In patria tandem, post morbum trimestrem, d. 10. Febr. A. 1656., sexagenarius obiit.

Medicus fuit haud indoctus, sed justo ambitiosior, qviqve plagiis ad famam grassari non erubesceret, ac invidus præterea & contentiosus τῶν ὁμοτέχνων obtrectator. Paulum Marqvardum Slegelium, civem suum πολλῶν ἄλλων ἀντάξιον, totamqve ejus familiam, odio, qvod sibi, Poliatri dignitatem affectanti, a Senatu prælatus esset, proseqvebatur Vatiniano. Medicis exteris, Hamburgum delatis, D. Mich. Clementi, D. Adamo & D. Georg. Frid. Laurentio, plurimas, ut urbe eos pelleret, exhibuit molestias, locumqve in congressibus publicis superiorem, Doctorale licet ante se Axioma adeptis, noluit concedere. Qvæ ambitio pertinax occasionem præbuit diuturno inter ipsum & Laurentium (ab A. 1633. ad 1649.) certamini, criminationibus initio privatis, deinde vero, ab A. 1647., libellis famosis, scriptisqve publicis Eristicis qvamplurimis, agitato, cujus historiam Vitæ Laurentii, *Tomo II.* exhibendæ, reservamus. Ex Chartis istis Eristicis, & Mich. Kirstenii, Georg. Greflingeri, aliorumqve, Epicediis, qvæ de illo narrata hactenus sunt, collegimus.

De Scriptis ejus conferri possunt Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Script. Med. p. 97.*, Georg. Abr. Merclini *Lindenius renovatus p. 129.*, Corn. a Beughem *Bibliographia Medica p. 149.*, & Henrici a Moinichen *Epistola ad Thom. Bartholinum,* deinceps alleganda.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Carolus Piso enucleatus, seu Observationes Medicæ Car. Pisonis, certis Conclusionibus Physico-Pathologicis comprehensæ, rationibus firmis illustratæ, & in Epitomen redactæ. Hamburgi 1639. in 8. Lugd. Bat. 1639. in 12. In hoc libello Georg. Frid. Laurentius (*in Defens. necessaria*), *Pisonem misere*, censet, *esse laceratum & castratum, & neqve nucleum ei, neqve corticem, relictum,* vereqve ab amico ipsius Langwedelii dictum intimo, qvod *minutal* ille (*edulium, qvod Cimbri* Pflockfincken *vocant*) *e Pisonis confecerit observationibus.*

Thesaurus Hippocraticus, sive Aphorismi Hippocratis, in classes & certos titulos ordine dispositi, ac succinctis rationibus illustrati. Hamburgi (*& Leidæ etiam, juxta alios*) 1639. in 12. Hunc *Thesaurum* (qvem Autor e Galeno, Philotheo, Vallesio, Hollerio, Heurnio, Butino, Foresio, & aliis, jactat esse collectum) e solis pene Foresii *in Hippocratis Aphorismos rationibus* (ab Ad. Lonicero Francofurti A. 1554. editis), & Joh. Lygei libello ejusdem tituli (Genevæ A. 1595., ac Parisiis, excuso), compilatum esse, ostensum a se iri, A. 1647. (*in Catal. Nund. Vern. p. 24.*), promisit Anonymus (qvem Langwedelius falso credidit esse G. F. Laurentium, *in Defens. necessaria*, contra suspicionem hanc, Deo teste invocato, sanctissime protestatum) *in Foresio per B. Langwedelii Thesaurum Hippocraticum, alienis Foresii & Lygæi plumis, picæ Æsopicæ instar, mire superbientem, devestito, & misere deformato, nunc vero, plumis suis repetitis, revestito, pristinoqve nitori restituto,* Regiomonti *in 8.*, cum *præfatione de plagii literarii crimine*, publicando. Sed nec is prodiit, nec Langwedelii, qvam illi opponere typis Leidensibus (*teste Catalogo nundin. A. 1647. Autumn. p. 11.*) voluit, *Apologia contra Calumniatorem Anonymum larvatum, Thesaurum Hippocraticum falso accusantem, larvam ei detrahens.* Qvod vero anonymus minatus tantum erat, paulo post præstitit Georg. Frid. Laurentius, nostri adversarius, *in Monochordo Foresio-Lygæo-Langwedeliano,* sine loci mentione A. 1647. *in 4.* excuso. Cujus evidentem plagii istius demonstrationem frustra noster, *in Colloqvio Romano-Hippocratico*, A. 1648. conatus est eludere.

Narratio controversiæ & litis de præcedentia, inter B. Langwedelium & G. F. Laurentium, Med. Doctores, exortæ, ἀνωνύμως edita A. 1647. in 4.

Defensio Hippocratis, contra qvosvis ejus obtrectatores & petulcos calumniatores. Lugd. Bat. 1647. in 12. Recusa (*testibus Merclino, Beughemio & Catalogo nundinali*) ibidem, vel Amstelodami, A. 1662. in 12. Opposita est G. F. Laurentii *Exercitationibus in nonnullos Hippocratis Aphorismos, minus absolute veros*, Hamburgi A. 1647. *in 4.* excusis.

Colloqvium Romano-Hippocraticum, inter Marforium & Pasqvinum, Patritios Romanos. Lugd. Bat. 1648. & (*juxta*

(*juxta Mercl., Beugh. ac Catal. Nund.*) 1662. in 12. Impugnat illud G. F. Laurentii cum *Exercitationes in Hippocratis Aphorismos*, tum *Monochordum Foresio-Lygæo-Langwedelianum*. Laurentius contra & illi, & *Narrationi Controv. de præcedentia, Defensioniqve Hippocratis*, A. 1648. reposuit, tum *Defensionem necessariam* Latinam, tum Apologiam Germanicam, sub titulo der abgenöhtigten Schutzschrift und Retorsion, auf die von D. B. Langwedeln außgesprengte Schmachschriften, publicatam.

Henrici Julii, Altenburgensis Misnici, Aristarchus, sive Censura in novitium qvendam Hippocratis exagitatorem. Hamburgi 1648. in 4. G. F. Laurentii *Exercitationes* itidem impugnat, & Autori illarum Grammatices, Logices & Rhetorices, objicit ignorantiam. Verum illius Autorem mihi, aliisqve, Langwedelium videri, Vinc. Placcio (*T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 402.*) interprete, publice jam monui.

Epistolæ duæ de casu depravati gustus, ad D. Greg. Horstium A. 1633. scriptæ, & ab Horstio, cum responsoriis suis, *Libro III. Consultationum & Epistolarum Medicarum, Sect. 14.*, publicatæ.

II. GERMANICA.

Chirurgischer Wundbericht, in zwey Bücher abgetheilet, darinn von allerhand Wunden der Glieder des menschlichen Leibes, auß den bewehrtesten Scribenten, nach allen Umbständen, Unterricht geschicht; Lateinisch durch D. Bernh. Svevum, Stadt-Physicum zu Winßheim, beschrieben, und nun verdeutschet durch einen Liebhaber dieser Künste. Hamburgi 1644. in 12. Versionem hanc *ἀδέσποτον Compendii de inspectione vulnerum* Sveviani (e Melch. Sebizii, Prof. Argent., *Discursu de examine vulnerum* contracti), cum *præfatione* Henr. Frobenii, Bibliopolæ Hamburg., editam, Langwedelium Autorem agnoscere, nonnemo in fronte exempli, mihi visi, annotaverat.

Apologie oder Ehrenrettung gegen D. Georg. Frid. Laurentii unterschiedliche Schmähkarten, so er A. 1648. divulgiret. A. 1649. in 4. Huic, *Defensioni* suæ *necessariæ* Latinæ, & *Apologiæ ac Retorsioni* Germanicæ, obstrepenti, Laurentius reposuit Licht und Recht, oder wahrhaftige Ehrenrettung, der unwahrhaftigen Apologie D. B. Langwedels entgegengesetzet, scriptum Rostochii A. 1651. in 4. editum, sub cujus finem ipsa hæc *Apologia* Langwedelii est recusa.

INEDITA.

Consiliarius Anatomicus, consensum partium Corporis humani, tam externarum, qvam internarum, per præcepta atqve exempla, veterum potissimum autoritate, & recentiorum demonstratione Anatomica, stabilita, cum monitis qvibusdam annexis, exhibens, & Praxi Medicæ apprime inserviens. De opere hoc, qvod Autor in Belgio edere voluit, & Henrico a Moinichen, Archiatro postea Danico, A. 1654. Hamburgi dedit evolvendum, V. Moinichii (specimen ejusdem exhibentis) Epistolam ad Thom. Bartholinum peculiarem, A. 1654. scriptam, & A. 1663. Bartholini *Centuriæ Epistolarum Medicarum secundæ, num. 45., p. 539-545.*, insertam, in qva seqvens de illo additur judicium: *Opus sane est laboriosum & vastum. Sed id in eo desidero, qvod, veterum autoritatibus plane emancipatus, parum, vel nihil, circulationi sangvinis, & ejus defensoribus, tribuat: unde falsas nonnunqvam consensuum causas ab eo assignari fas erit; qvod tyroni haud leve in legendo erit impedimentum.*

Opera alia MSSta posthuma, qvorum in Epicediis, absqve argumenti indicio, facta est mentio.

HERMANNUS LATHERUS, Husensis, d. 5. Mart. A. 1583. natus, Henningi, civis honesti, templiqve oppidani curatoris, filius (1.), mercaturæ primum (2.), ac postea studiis, a parente destinatus, Præceptores, in schola patria, Joh. Oldenburgium, Rectorem, *dexterrimum*, uti ipse testatur, *ætatis teneræ informatorem*, ejusqve Collegas, in Magdeburgensi autem A. 1599. Georg. Rollenhagium, habuit. Ex hac, eodem A. 1599., Witebergam, & inde A. 1602. Marpurgum, digressus, in Philosophia Rod. Goclenii, in Jurisprudentia vero, Herm. Lersneri, Herm. Vulteji, Phil. Matthæi ac Joh. Göddæi, ductu, insignes fecit progressus, Doctorisqve titulum, postqvam in Academiis etiam Coloniensi, Friburgensi, Basileensi, Argentinensi, Lipsiensi & Tubingensi, aliqvamdiu vixerat, Heidelbergæ, 23. annos natus, obtinuit. Curriculo (cujus historiam ipsemet, *in præfatione Tractatus de Censu*, tribusqve ad Joh. Pistorium *Epistolis*, fusius exposuit) studiorum scholasticorum pariter atqve Academicorum finito, in patriam reversus, doctrina multiplici inter Viros Cimbriæ eruditiores, singulari autem in causis agendis dexteritate inter Advocatos ejusdem celebriores, locum promeruit, ductaqve A. 1607. D. Jonathæ Gutslofii, Cancellarii Provincialis, filia Christina, A. 1640., d. 9. Apr., obiit.

Symboli loco, uti ex ipsius didici Avtographo, hæc Anacleti Papæ (*in C. Nihil. 6. Dist. 83.*) verba usurpavit: *Sicut artium in suo qvoqve opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est negligentia.*

Mart. Zeilero (3.) *Doctor* audit *Slesvicensis doctissimus*, a D. G. Morhofio autem (4.) *illustribus orbis literati e Cimbria sideribus*, & a Joh. Laurentio, Ecclesiasta Francofurto-Viadrino (5.), Jurisconsultis pietate rara conspicuis, annumeratur. Confer de illo Vinc. Fabricii *Elegiam VII. Libri II.* (*in Editione Poematum anni 1633. Leidensi*), ac *Reliqvias Elegiarum juvenilium* (*in Edit. operum omnium Lipsiensi*), *p. 659. 660. 661.*, nec non Franc. Irenicum *l. c.*

Oratio, qva, in concertatione Elementorum, ductu M. Mart. Helwigii instituta, Terræ præstantia est defensa. Witebergæ 1600. in 4.

Oratio de Amicitia, tum vera, tum simulata. Witeb. 1601. in 4.

Tractatus Nomico-Politicus de Censu, h. e., qvo medio, arte, jure & studio, Status cujusqve regni, reipublicæ vel civitatis, censum suum, seu reditus, non nisi legitime, augere possit; ubi & de illegitimis modis passim, refellendi animo, traditur: tam legibus scriptis, qvam dictis & factis clarissimorum virorum, confirmatus, & in libros III. distributus. Francofurti A. 1618. 1651. 1668. & (*juxta Catal. Nund.*) 1687. in 8. Præfixa est Tractatui huic eximio Epistola ad Frid. IV., Ducem Holsato-Gottorpiensem, dedicatoria, in qva se, Ægidii a Lancken, aulæ ipsius Præfecti, & Laur. Lælii, Cancellarii, hortatu, libris adjutum Bibliothecæ Gottorpiensis, Joh. Adolphi, Principis, jussu, ab Henr. Lindebrogio, ejus Ephoro, suppeditatis, illum scripsisse, testatur, Georgiiqve Obrechti, JCti Argentinensis, de eodem argumento *Discursum* glaciem sibi fregisse, seqve non parum juvisse, ingenue fatetur. Qvod Joh. Henr. Bœclero etiam est observatum, *in Commentationibus Plinianis, c. 9., §. 9.*, (*in Volum. Dissertt. p. 795.*), ita scribenti: *Herm. Latherus, in libris de Censu, conformatum ab Obrechto nostro ædificii totius exemplar apparatu qvodam & coloribus exornavit.* Conf. ejusd. Bœcleri *Dissertationum Politicarum, Institutionibus Politicis adjectarum, octavam*, in qva hæc *p. 360.* leguntur: *Latherus nil, præter ea, qvæ Obrechtus scripserat, protulit, nisi qvod plura exempla ac Autorum loca adjecit. Exqvisitus* a Joh. Gryphiandro (*l. c.*), ac *eruditus* a M. Greg. Michaelis (*in Notis ad Jac. Gaffarelli Curiositates inauditas p. 13.*), vocatur, & a Nic. Chr. Lynckero qvoqve (*Lib. II. Instructorii forensis, Sect. II., P. I., c. 2., lit. d. 1. a.*) commendatur. Libris contra prohibitis annumeratus est, cum in Decreto Congregationis Indicis Expurgatorii Romanæ,

(1.) V. Mart. Holmeri *Præf. Concionis de templi Husensis incendio p. 13.* (2.) V. *ipsius præfat. Tr. de Censu*, &, ex ea, Joh. Gryphiandri *Præf. Oeconomiæ legalis, n. 87.*, ac Franc. Irenici *Indicem Autorum, Collegio in Burgoldensem adjectum, p. 88.* (3.) *Epist. 105.*, a Franc. Irenico *l. c. allegata.* (4.) *Orat. VIII. p. 243.* (5.) *in Parentatione Germanica in obitum D. Joh. Brunnemanni.*

manæ, d. 22. Oct. A. 1619. promulgato (qvod *Appendix Indici Romano anni 1596.* adjecta, *p. 141.*, exhibet), & Franc. Magdaleni *librorum in Indice Romano prohibitorum Elencho p. 278.*, tum in *Indice eorundem Hispanico*, ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore Generali, Madriti A. 1667. edito, *p. 495.*

Tres Epistolæ ad Joh. Pistorium, Præpositum Eideritadiensem, ἀνέκδοτοι, A. 1599. 1600. & 1602. scriptæ, & in Volumine Epistolarum ad Pistorium, qvod Pet. Axenius, JC. Slesvic., asservabat, MSto mihi lectæ.

THOMAS LATIMER, Hamburgensis, Med. Doctor.

Oratio de Luce. Bremæ 1683. in 4. (*Catal.*)

Disp. Med. Inaug. de Somnambulatione, Præside D. Bernh. Albino, Francofurti ad Viadrum 1689. in 4.

JACOBUS SEBASTIANUS LAUREMBERGIUS, Petri, Physices ac Mathematum in Gymnasio Hamburgensi, Poeseosqve postmodum in Acad. patria Rostochiensi, Professoris, Medici ac Philologi inclyti, e Margareta Carmonia, Jacobi, Civis Rostochiensis, gnata, filius, Hamburgi primam, d. 24. Nov. A. 1619., lucem aspexit. Puer brevi tantos, in L. Lat., & literis elegantioribus, Rostochii, parentis ac Præceptorum ductu, fecit progressus, ut, XI. vix natus annos, in Acroaterio Academico majori, d. 7. Jan. A. 1631., Latine, freqventi Professorum, aliorumqve virorum doctorum, cinctus corona, peroraret, & eodem idiomate privatim, absqve titubatione, sermones cum eruditis, de qvolibet argumento, misceret extemporaneos. Adultior inter Themidos cultores nomen suum est professus, sacrisqve hujus Gryphiswaldiæ, ab A. 1637. ad 1639. (Parenti fatalem), a Petro Stephani & Dav. Mevio, ac Helmstadii, ab A. 1640., ab Henr. Hahnio, initiatus. A. 1642. Hafniam abiit, & Joh. Ulricum, M. Sim. Henningii, Ecclesiæ Germanicæ Antistitis, filium (Theol. postea Doctorem & in Academia Scaniæ Londinensi Professorem), spatio instituit annuo. Rostochium hinc, qvod vires corpusculi cœlo frigidiori ferendo essent impares, A. 1643. reversus, mox jura privatim docendi potestatem, A. 1646. autem Licentiati titulum, & Professionem Historicam, ab Adolpho Friderico, Duce Megapolitano, sibi collatam, impetravit. Qvam priusqvam adiret, permissu ejusdem, Belgium & Germaniam superiorem, juvenum aliqvot nobilium potitus Ephoria, itinere peragravit literario. Hoc confecto, Rostochium A. 1650 redux, J. U. D. ab Henr. Schuckmanno est creatus, & professione Historica functus ad A. usqve 1659., qvo Juridica Pandectarum, locusqve inter Consistorii Ducalis Assessores, a Christiano Ludovico, Principe Megapolitano, ipsi conferebantur. Spartam hanc geminam, qvantum per cachexiam corporis scorbuticam licebat, seqventi ornavit novennio, &, memoriæ, qva parentis æmulus pollebat, tenacissimæ beneficio, qvascunqve sive prælectiones habuit, sive orationes, absqve schedularum ope, ex hujus penu deprompsit. Valetudine erat admodum imbecilli, qvam scorbutus, dolores hypochondriaci, & cephalalgia intolerabilis, eaqve proximo ante obitum qvadriennio perpetua, assidue labefactabant, tabes autem feralis febrisqve hectica ita tandem prosternebant, ut d. 29. Dec. A. C. 1668., ac æt. 49., expiraret. Conjugii fidem A. 1652. dedit Elisabethæ, Simonis Spengmanni, Senatoris Stralsundensis, filiæ, & ex hac (A. 1707. demum extincta (1.)) septem sustulit liberos, duasqve puellas, ac totidem filios, sibi ac parenti ὁμωνύμας, reliqvit superstites. E qvibus Jacobus Sebastianus, ipsi etiam ὁμόλεχνος, post *Disput. Inaug. de Nundinis solenníoribus* A. 1696. habitam, J. U. Doctor A. 1697. in Academia renunciatus est patria (2.). Plura de vita nostri suggerent Programmata Collegarum, D. Joh. Jac. Döbelii, Medici ac Rectoris Academici, & D. Herm. Lembkii, JCti, funebria, A. 1669. publicata, Henn. Wittenii (qvi Döbelianum recudi curavit) *Decas IV. Memoriæ JCtorum renovatæ, p. 489-494.*, & Pauli Freheri *Theatrum Eruditorum p. 1189. 1190.*

Confer de eodem Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII., ad A. 1668.*, Joh. Franc. Buddæi *T. III. Lexici Historici p. 291.*, Epicedia Collegarum & auditorum, A. 1669. edita, Epistolas, qvibus Pet. Laurembergius, parens, A. 1633. *Fundamentum Latini eloqvii, Præcepta Civilitatis morum* & *Cynosuram bonæ mentis*, A. 1634. *Euphradiam*, ac jam ante A. 1632. *Methodum Legesqve studiorum*, & Joh. Balth. Schuppius A. 1640. *Consecrationem Avellini Marpurgensis*, illi inscripsere, dedicatorias, Andr. Tscherningii Carmen ad eum Germanicum (im Frühlinge Poetischer Gedichte *p. 96-99.*), Joh. Mauneri *Anagrammata miscella, Curiæ Rostochiensi Anagrammaticæ A. 1636. adjecta, lit. C. 3a.*, Corn. a Beughem *Bibliographiam Juridicam p. 132.*, & M. Dav. Sculteti *Disp. de doctis* (qvibus accensetur) *præcocibus*, Witebergæ A. 1702. editam.

ELOGIA.

Andr. Tscherningius, *l. c.*, adhuc adolescentem ita compellavit:

O du neues Licht der Jugend,
O du Hofnung unsrer Zeit,
Bildniß väterlicher Tugend, &c.

Herm. Lembkio, Collegæ (*in Programm. funebri*), *insignis* audit *juris & Musarum Antistes, magnumqve, & patriæ, & Academiæ, decus.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. Juridica. Gryphiswaldiæ 1639. in 4.

Disp. de Injuriis, Præside D. Henr. Rahnio, Rostochii 1640. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Titulis, Præside D. Nicol. Schützio. Rost. 1646. in 4.

Orbis bacchans, seu Oratio, in qva seculi nostri mores repræsentantur, ipsis Saturnalibus pronunciata. Rostochii 1652. in 4. Commendatur a Mich. Watsono *in Diss. de Curiositate, c. 3., Th. 31.*

Oratio de solennibus Nundinarum ineptiis. Rost. 1652. in 4.

Panegyricus Gustavo Adolpho, Duci Megapolitano, ex peregrinatione reduci, consecratus. Rost. 1653. in fol.

Disp. Jurid. de Solutionibus, Rost. 1656. in 4.

Disp. de liberarum Civitatum S. Rom. Imperii eminentia, jure & privilegiis. Rost. 1657. in 4.

Epithalamion joculare Juridicum in nuptias Georg. Andr. Thunii, Consil. Brandeburgici, & Annæ Sophiæ Wackerbarthiæ, soluta oratione scriptum. Rost. 1658. in fol.

Panegyricus in funere Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani, Sverini, e suggestu templi aulici, V. Kal. Mart. A. 1659., recitatus. Rost. 1659. in fol.

Themis temerata, cujus pudicitiæ vis vitiumqve additum. Rost. 1660. in 4.

Disp. de Privilegiis militantium. Rost. 1666. in 4.

Oratio extemporanea de gravi & arduo Principum magistratuumqve regnandi munere, in promotione qvinqve Doctorum Juris habita. Rost. 1668. in fol.

Oratio de utilitate Historiarum, a Mich. Watsono, *in præf. Historiæ antediluvianæ*, laudata.

Disp.

(1.) V. D. Zach. Grapii Jun. *Programma de illa funebre.*

(2.) Vitæ filii hujus historiam Andr. Dan. Habichthorstius, *in Rostochio anni 1699. literato, p. 270-273.*, exhibuit.

Disp. de Interdicto Salviano. (*V. H. Wittenii T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1668.*)
Disp. de jure Retractus. (*V. Wittenium l. c.*)
Disp. de lectione & relatione Actorum. (*V. Wittenium l. c.*)
Oratio de Felicitate civili, & cur omnes beati esse cupiant, sint tamen paucissimi; scripta & habenda a D. Henr. Rahnio, JCto Rostochiensi, illo vero interim defuncto, jussu Ducali, a Collega ejus, J. S. Laurembergio, recitata. Rost. 1662. in 4.

M. ÆGIDIUS LAURENTII, Ripensis, scholæ patriæ, ab A. 1596. ad 1605., Rector, & ædis deinde Cathedralis Archidiaconus, sex filiorum, novemqve filiarum, e Maria, M. Andreæ Severini Velleji, Decani Ripensis, gnata, parens, d. 21. Apr. A. C. 1627., & æt. 59., extinctus. V. Pet. Terpagrii *Inscriptiones Ripenses p. 148., & 50. ac 51.*, ubi lapidis ejus sepulchralis legitur inscriptio. Præter qvam Epitaphium etiam in templo superest Cathedrali, Tetrastichon in Symbolum ejus (*Vigilate, qvia nescitis horam, Matth. XXV.*) exhibens Elegiacum ab eodem *in Append. Inscriptt. Rip. p. 6.* recitatum.
Oratio de Cometarum genere & subjecto, habita ac edita Servestæ A. 1593. in 8.
Breves Explicationes Philologico-Theologicæ in Examen Theologicum Phil. Melanchtonis, e Philippi ipsius, & aliorum Theologorum, scriptis collectæ, qvæ MSS. in Bibliotheca M. Joh. Pouchii, Diaconi Ripensis, teste illius Catalogo, supersuere.
Historica narratio Belli inter Christianum IV., Daniæ, & Carolum IX., Sveciæ Regem, sermone A. 1611. scripta Danico, qvæ in Magni Scheelii, Præfecti Aalburgensis, Bibliotheca, uti Index ejus, Hafniæ A. 1697. editus, me docuit, *αὐτόγραφος* asservabatur.

ÆGIDIUS LAURENTII, Parochus ruralis, in Diœcesi Tunderensi, Bulderupensis, A. 1698. mortuus.
Zwey Ehrenseulen eines getreuen und reichlich belohneten Dieners, oder Leichpredigt über Hans Nissen, Hardesvogt in Slurharde, auff Matth. XXV. 23. Kilonii 1682. in 4.

BERNHARDUS LAURENTIUS, Föhrensis, Ecclesiæ in natali hac insula Johanneæ Pastor.
Die, nach verschmähter Eitelkeit, höchsterlangte Herrligkeit Friderici III., Königs in Dennemarck, in einem Deutschen Poemate vorgestellet, und mit Anmerckungen erkläret. Slesvigæ 1670. in fol. Poemation elegans.

DOMINICUS LAURENTII, Sünderburgensis, die Viti A. 1585. natus, Johannis Junioris, primi Ducis Holsato-Sünderburgici, in arce initio Holsatiæ Reinfeldensi, deinde vero Alsensis insulæ Sünderburgensi, illoqve defuncto, filiorum ejus, Joh. Adolphi & Friderici, ab A. 1623., in vicina Norburgensi, Ecclesiastes aulicus, Inspectorqve simul Parochiæ Eckensis, Norburgi, d. 15. Jan. A. C. 1639., ætatis 55., munerisqve sacri 25., defunctus.
Leichpredigt über Johannem den Jüngern, Hertzogen zu Holstein-Sünderburg, aus Ps. XXXI. 6. Rostochii 1623. in 4.
Leichpredigt über Johann Adolf, Hertzogen zu Holstein-Norburg. Rostochii 1625. in 4.

JOHANNES LAURENTII, Itzehoensis.
Oratio parentalis in obitum Jacobi Steinmanni, JCti, Consiliarii Danici, & præfecturæ Steinburgensis Administratoris, A. 1663. defuncti. in fol. (*M. C. K.*)

JOHANNES LAURENTIUS, Ripensis, M. Laur. Nicolai, Ripensis, templi in patria Cathedralis & Hafniensis Nicolaitani Pastoris, Episcopiqve tandem Aalburgensis, filius, Med. Doctor & Practicus atqve Canonicus Ripensis, duas habuit uxores, alteram Annam, civem suam (1.), alteram M. Jacobi Matthiæ Velleji, Episcopi ex Parocho Ripensi Ottoniensis, filiam (2.), generum autem Johannem Andreæ, Ecclesiasten Marianum Ottoniensem. Agnomen AMERINI (non *Amesini*, a Christoph. Hendreichio (3.) ei perperam tributum) in juventute illi, cum Ciceronis *pro Sex. Roscio Amerino Orationem* memoriter recitasset, a Nicol. Hemmingio, Theologo Hafniensi, honoris ergo, esse impositum, Claud. Lyschander, *in Catalogo Scriptorum Danicorum ἀνεκδότῳ*, testatur. Falluntur ergo Alb. Bartholinus (4.) & Ol. Borrichius (5.), qvi Joh. Laurentium, *Tetrastichorum de Episcopis Ripensibus* autorem, & Joh. Laurentium Amerinum, sive (uti a Borrichio vocatur) Joh. Amerinum, ceu duos Poetas diversos, distingvunt. Qvem errorem jam olim, *in Spicilegio Hypomnematum ad Alb. Bartholini de Danorum scriptis librum* (6.), confutavi.
Confer de illo, præter scriptores jam allegatos, Pet. Terpagrii *Præfationem Seriei* ejus *Episcoporum Ripensium*, denuo a se A. 1704. editæ.

ELOGIA.

Claud. Lyschandro (*l. c.*) *Vir audit in secularibus literis eruditissimus, ingenio & morum integritate spectabilis, ac, ob insignem orationis elegantiam, & venæ svavitatem, inter præcipuos nostræ ætatis Poetas numeratus.*
Ol. Borrichius (*l. c. p. 164.*) ita de illo: *Vena Joh. Amerini, Ripensis, non est plebeja. Lyrica iterum legi digna sunt; Ecloga Epica de bello Dano-Svecico subinde satis incalescit.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Epithalamion in nuptias Erasmi Joh. Reravii. Hafniæ A. 1567. (*V. Lyschandrum l. c.*)
Eucharisticon ad DEum Opt. Max., pro defensione & gubernatione annua. Hafn. A. 1570. (*V. Lyschandrum.*)
Qverela Daniæ, in mortem Christiani III., Regis, ad Nicol. Coldingensem. Hafn. 1570. in 8.
Ecloga nova de fœdere inter Fridericum II., Daniæ, & Johannem, Sveciæ, Reges, sub Joh. Laurentii Amerini nomine edita. Wittebergæ 1573. in 8.
Carmina varii generis, sub eodem nomine publicata. Witeb. 1576. in 8.
Ripensium Episcoporum Series & vitæ, Tetrastichis comprehensæ. Hafn. 1591. in 4. A. M. Pet. Terpagrio, Theol. Lectore Ripensi, decem Tetrastichis, ad A. usqve 1704., continuatæ, cum præfatione illius, denuo ibidem A. 1704. in 4. prodierunt. Poemation elegans, qvod Ol. Borrichius (*l. c. p. 168.*) *industriæ non pœnitendæ* vocavit *opusculum*, &, post Terpagrium (*in præfatione*), ego qvoqve, *P. III. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 5., p. 231. 232.*, & *in Proleg. Biblioth. Septentr. erud., §. 50., p. 72.*, commendavi.
Carmen de Coronatione & laude Christ. IV., Regis Daniæ. Hafn. A. 1593. (*V. Lyschandrum l. c.*)

JOHANNES LAURENTIUS, Ripensis, Andreæ Severini Velleji, Decani Ripensis, & Historiographi Danici celeberrimi, pronepos, Scriba initio fuit Archivi regii Hafniensis, deinde autem, M. Jan. A. 1698., Typographus etiam regius atqve Academicus, & Consistorii Academici Assessor, a Christiano V., Monarcha Danico, est constitutus. Historiæ & Archæologiæ Danicæ singulari, felix proavi æmulus, inclaruit peritia, nummorumqve & monumentorum patriæ

(1.) Hujus Epitaphium V. in Pet. Terpagrii *Inscriptt. Ripensibus p. 40.* (2.) V. Er. Vindingii *Acad. regiam Hafn. p. 125.* (3.) *in Pandectis Brandenburg. p. 150.* (4.) *in Lib. de Script. Dan. p. 75.* (5.) *Diss. V. de Poetis Latinis p. 164. 168.* (6.) *p. 23. 24.*

patriæ antiqviorum insignem sibi paravit supellectilem. Qvantum in hisce illustrandis præstiterit, Musei ostendit regii, ac κειμηλίων naturæ, artis atqve antiqvitatis, pretiosissimorum, qvæ in isto asservantur, Historia, ab Oligero Jacobæo, Professore Medico Hafniensi, opere, in qvo σύνεργον eum habuit industrium, amplo ac memorabili A. 1696. exhibita, ab ipso autem solo A. 1703. *Auctario* illustrata luculento, & A. 1710. longe locupletior denuo edita.

ELOGIA.

Otto Sperlingius Junior, in *Epistola*, qva suam *de Crepidis veterum Diatriben* A. 1698. illi inscripsit, *dedicatoria*, his eum verbis compellat: *Si posthac Stephanos, & Frobenios, & Elzevirios, habebit Dania, typis ac eruditioni tuæ hoc debebimus.*

Idem *in Notis ad Testamentum Absalonis, Archiepiscopi Sec. XII. Lundensis* (e nostri MSto, qvod Haraldum Huitfeldium antea possessorem habuerat, Hafniæ A. 1696. à se editum), *p. 18.*, *Virum* eum vocat *elegantissimum, & antiqvitatum Danicarum amantissimum*, nec non, *in Diss. de Nummorum bracteatorum & cavorum origine & progressu, p. 33.*, *insignem Antiqvarium.*

Joh. Mich. Heineccio (*in Syntagm. de Sigillis, P. I., c. 9., p. 114.*) *Autor* audit *eruditissimus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Auctarium Rariorum, qvæ Museo Regio Havniæ per triennium accesserunt, uberioribus illustratum Commentariis, ac numismata præcipue, & alias antiqvitates, Parti secundæ *Catalogi* illius (*ab Oligero Jacobæo Hafniæ A. 1696. in fol. editi*), aut insertas, aut inserendas, exhibens. Hafniæ 1703. in fol. Recensum ejus V. in Wilh. Ern. Tenzelii *Bibliotheca curiosa Germanica, Sect. V. A. 1705., p. 351-383.*, ac *Novis Lit. Lubec., M. Apr. A. 1703., p. 87. Scriptum* a J. M. Heineccio, *l. c.*, vocatur *elegans.*

Museum Regium, seu Catalogus rerum, tam naturalium, qvam artificialium, qvæ in basilica Bibliothecæ Augustissimi Daniæ Norvegiæqve Monarchæ, Friderici IV., Hafniæ asservantur, Christiano V. regnante, ab Oligero Jacobæo, Med. & Philos. Prof. regio, qvondam descriptus, & A. 1696. editus, nunc vero ab ipso magna ex parte auctior redditus, uberioribusqve Commentariis, præsertim qvoad antiqvitates, historiamqve numismatum Danicorum, illustratus. Hafniæ 1710. in fol. Recensum illius Encomiasticum exhibuere Lipsienses (*amplas eruditasqve* ejus *accessiones, & observationes memorabiles lectuqve jucundas,* merito commendantes), *in Actis Eruditorum, M. Jul. A. 1711., p. 287-290.*

II. GERMANICA.

Das preiswürdigste Gedächtnis Fridrichs des andern, Königs zu Dennemarck, in seinem Leben, Regierung und Absterben, aus verschiedenen alten Schriften, Uhrkunden und Chronicken, zusammengetragen. Appendicis instar accessit, M. Christoph. Knopfii, Monarchæ hujus Concionatoris aulici, Erklärung oder Predigten über die, von König Friderico II. selbst, vor seine Kinder, zusammengelesene, Psalmen und Biblische Sprüche, in editione. Hafniæ A. 1693. *in 4.* excusa. Pleræqve narrationes ex Haraldi Huitfeldii, regni Danici Cancellarii, *Chronico Friderici II., Regis Daniæ*, Danico ἀνεκδότῳ sunt depromptæ.

Tagregister über Christiani V., Königs in Dennemarck glorwürdigste Lebens- und Regierungs-Geschichte; Nebst Anfügung einiger Medaillen, und der Königlichen prächtigen Leichbegängnis. Hafniæ 1702. in 8. Scriptum ἀνωνύμως editum.

III. DANICUM.

M. Andreæ Severini Velleji, Decani Ripensis, Historia Svenonis Tiuveskäg, Regis, ab A. C. 980. ad A. 1014., Danici, Danica, a pronepote hoc Autoris Hafniæ A. 1705. *in 8.* edita, de qva in Velleji plura dicentur Elogio.

INEDITA.

Ejusdem Velleji Versio Danica Historiæ Saxonis Grammatici Danicæ, Hafniæ A. 1575. & 1610. *in fol.* impressa, cujus tertiam noster parat editionem, figuris exornandam æneis, notisqve suis Historicis & antiqvariis, in finem singularum paginarum rejiciendis, illustrandam. Specimen illius, anno jam 1698., plagula unica, *in fol.* excusa, sympatriotis exhibuit. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jan. A. 1698., p. 14.*, & *Hypomnematum* nostrorum *ad Alb. Bartholini Lib. de Script. Dan. Spicilegium p. 3.*

Collectio novarum Constitutionum Christiani V., & Friderici IV., Regum Daniæ, Codice Christianeo recentiorum, junctim, cum necessariis remissionibus ad Codicis illius titulos & paragraphos, Indiceqve suo recudendarum. Vid. Nicol. Pet. Sibberi Bibliothecam Historicam Danico-Norvegicam, c. 8., §. 20., p. 264.

LAURENTIUS LAURENTII, Husa Cimber, d. 8. Jun. A. 1660. natus, Templi Scholæqve cathedralis, in urbe Bremensi, ab A. 1684., Cantor, A. 1723. superstes.

V. Anonymi *Bremam anni 1708. literatam p. 44. 45.*, Joh. Melch. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 362.*, & Joh. Casp. Wezelii Partem II. Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 62. 63.

Geistliche Lieder über die Sontägliche Texte, A. 1700. editæ, qvæ a Kraftio *l. c.* commendantur.

M. NICOLAUS LAURENTII, Ripensis, Professor Academiæ Hafniensis Pædagogicus, A. 1579. defunctus. V. Er. Vindingii *Acad. Regiam Hafniensem p. 143.*, & Claud. Lyschandri *Catalogum Scriptorum Danicorum ἀνέκδοτον lit. N.*

Catechesis Christiana, carmine Elegiaco reddita, ad Pet. Oxonium, Witebergæ A. 1574. edita. (*V. Lyschandrum l. c., & Append. Catalogi Biblioth. Reseniana p. 359.*)

Evangelia Græco & Latino carmine reddita, qvæ a Lyschandro, an prodierint haud indicante, ei tribuuntur.

NICOLAUS LAURENTII, Slesvicensis, Parochiæ in Eiderstadia San-Petrinæ, circa A. 1675., Diaconus, &, circa A. 1692., Pastor, ac omnium tandem Eiderstadiæ Ecclesiarum, ab A. 1701., Præpositus, ante A. 1709. mortuus.

Musicalischer Dialogus, bey Ordination zweyer Prediger zu Gardingen abgesungen. Kilonii 1675. in fol.

Der bestohlene Gotteskasten, in seinem Greuel, und andern Umbständen, in einem besonderen Tractate, vorgestellet. Hamburgi 1693. in 4.

OTTO LAURENTIUS, Föhrensis, insulæ initio natalis Ecclesiastes, & Parochus deinde, in Syltia, huic vicina, circa A. 1671., Mohrsumensis. V. Ant. Heimreichii *Lib. III.* der Nordfrisischen Chronica, *c. 10., p. 323.*

Entwurf der auf der Insul Föhr sich begebenen Gesichte und Wunderzeichen. Slesvigæ in 8.

OTTO LAURENTII STRANDINGER, Flensburgensis, agnomen Strandingeri a Nordstrandia, parentis patria, adeptus, Pastoratu ejusdem insulæ Pilwormiensi, per annos 22. administrato, ob nimium, in Elencho contra incolas Pontificios, & disciplinæ Ecclesiasticæ exercitio, rigorem, excidit, & alium, in præfectura Holsatica Trittoviensi, ab Aula Gottorpiensi, ad jacturam prioris compensandam, oblatum, detrectavit. In urbem hinc redux

patriam,

patriam, ædis Marianæ Symmysta A. 1698. evasit extraordinarius, sed, cum controversia de phrasibus qvibusdam sacris suspectis a nonnemine A. 1701., & denuo A. 1703., sibi mota, post causæ cognitionem, & a Consistorio Flensburgensi, & ab aulæ regiæ Hafniensis, institutam, Theologis, formulæ, ab his A. 1704. sibi propositæ, subscriptionem recusaret, isto etiam a Friderico IV., Rege Danico, abstinere jussus est officio. Privatam deinde in patria vitam seqventi egit triennio, donec A. 1708., cum Pædobaptismi improbatione, & Separatismi approbatione, in colloqvio facta familiari, & publice coram Consistorio, (in *Confessione*, & *Antapologia*, Consistorii ad illam opposita responso) defensa, Magistratum pariter atqve Ordinem Ecclesiasticum offendisset, post editam paulo ante *Confessionem*, istam relinqvens, Fridricopolin commigraret. Cum vero in civitatem patriam Flensburgensem, annis seqventibus aliqvoties reversus, heterodoxias suas clam sparsisset, a Consistorio coram Friderico IV., Rege Danico, accusatus, hujus Edicto, die 29. Febr. A. 1716., e ditionibus regiis relegabatur universis, deportationem in ergasterium Bremerholmense, si in eas rediret, comminato. Seorsim istud A. 1716. *in 4.* prodiit, & a Val. Ern. Löschero etiam den unschuldigen Theologischen Nachrichten, Sect. V., A. 1715., p. 908-911. est insertum. Postea Hamburgi, inqve locis vicinis exulavit, & M. Aprili A. 1724. ibidem obiit.

Plura de vita sua ipse *in Confessionis Epistola ad Flensburgenses dedicatoria, ac sub initium ejusdem* narravit, & A. 1717. in der heilsahmen Wahrheit, tum *Parte I.*, tum *in Præfationibus atqve Appendicibus*, certaminum fatorumqve suorum historiam fusius exposuit. Confer D. Josuæ Schwartzii (mandatum, cujus supra mentio facta est, regium, & Joh. Frid. Mayeri de Phrasibus illius suspectis censuram, exhibentis) de priori Controversia Flensburgensi narrationem, *in Tractatu de Chiliasmo, contra Henr. Muhlium, Germanico, P. III., c. 7., p. 436-439.* obviam, &, qvæ huic a Joh. Melch. Krafftio im Berichte von den Sleswig-Holsteinischen Kirchen-Streitigkeiten, *p. 114.*, sunt reposita.

Transitum a Lutheranis ad cœtum Mennonitarum paucis ei verbis exprobravit Alb. zum Felde, Theologus Kiloniensis, *in Analectis Disqvisitionum Sacrarum, Or. II., sive in Parænesi ad lectionem Augustanæ Confessionis p. 59. 60.*

SCRIPTA.

Bekäntniß von dem kirchlichem sogenandten Gottesdienst im Lutherthume, an das Consistorium zu Flensburg d. 22. Jul. A. 1707. gethan: Samt einigen Briefen an die Prediger zu S. Nicolai in Flensburg. Prodiit, sine loci mentione, A. 1708. in 8. Bipartita est, & parte priori Pædobaptismum impugnat, posteriori autem Separatismo, corruptelis cœtuum Lutheranorum, & Ordinis præsertim Ecclesiastici, fuse enumeratis atqve exaggeratis, patrocinatur. Confer recensum & censuram Val. Ern. Löscheri in Unschuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 8. A. 1710., p. 512. 513.*

Confessioni huic oppositæ sunt.

I. Erster Theil der Belehrung, so vom Königlichen Consistorio zu Flenßburg Herrn Ott. Laur. Strandingern, über die von ihm bestrittene Lehr-Puncten, A. 1707. gegeben worden, worinn die Lehre von der Kinder-Taufe erwiesen und vertheidiget wird, aufgesetzt von F. M. (i. e. Franc. Möllero, Ecclesiasta Flensburgensi Mariano, & postea Pastore ac Præposito) Flensburgi A. 1718. in 8. Strandigeri Antwort auf des Flensb. Consistorii Belehrung wieder sein Bekentniß, cujus editionem, si Consistorii *Informatio* prodierit, *in Ep. Dedic. Confessionis p. 21. 22.* jussit expectari, lucem publicam non vidit.

II. Henrici Hammerichii Junioris, Concionatoris aulici Holsato-Glücksburgensis verthädigte Kinder-Taufe oder kurtzer Extract aus dem bereits A. 1661. von etlichen Verordneten des Hamburgischen Ministerii edirten also genannten Qväcker-Greuel, zum heilsahmen und nöthigen Unterricht vieler Frommen, in specie durch Otto Lorenz Strandigers ohnlängst publicirten Schrift nicht wenig geärgerten und irr-gemachten Christen wohlmeinend zum Druck übergeben. Flensburg. 1708. in 8.

III. Henr. Joh. Elebrechtii, Past. Saltzhusani in Ducatu Brunsvicensi, Commentatio de Pædobaptismo, in dem Ausgange Ismaels aus den Hütten Abrahams, wieder Christ. Ant. Römeling, Hamb. A. 1711. in 8. edito, obvia. V. Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theolog. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1711., p. 879.*

IIII. Arn. Fischeri, Ecclesiastæ Flensburgensis, die noch fest-stehende unumbstößliche Wahrheit unserer Lutherschen Kirchen von der Kinder-Taufe, und dem so genandten äusserlichen Gottesdienste, wieder H. O. L. Strandinger. Flensburgi 1712. in 4.

V. Joh. Trellundii, Th. D. & Prof. Hafniensis, Schriftmäßige Wiederlegung der so genandten Bekäntniß H. O. L. Strandingers, betreffend 1. die Kinder-Taufe, 2. den öffentlichen Gottesdienst der Evangelischen Kirche. Hafniæ A. 1716. in 8. Qvæ jussu Regis est scripta.

VI. Ejusdem ausführliche Verthädigung seiner Wiederlegung des Bekäntnisses O. L. Strandingers, die Kinder-Taufe betreffend, wieder desselben heilsahme Wahrheit Lipsiæ A. 1719. in 8. De qva Val. Ern. Löscherus, *l. c., Sect. 6. A. 1718., p. 1066-1069.*, potest consuli.

Ipse vicissim Adversariorum istorum qvibusdam scripta seqventia reposuit apologetica:

I. Fischer wiederlegt von Fischern, A. 1714. in 8.

II. Die heilsahme Wahrheit, oder zwiefachen Bericht, nach der Wahrheit gethan, 1. von seiner Austreibung ins exilium, 2. von H. Joh. Trellundii so genandter Schriftmäßiger Wiederlegung seines Bekäntnisses: Samt einem Anhange vom falschen Berichte der bekandten Unschuldigen Nachrichten in dieser Sache. A. 1717. in 8. Cui, præter Epistolam ad Fridericum IV., Regem Daniæ, Ludovicamqve, hujus conjugem, tres Præfationes ad Adversarios, Lectoresqve, tum pios, tum impios, sunt præfixæ. Recensum hujus scripti elenchticum exhibet die fortgesetzte Samlung von Theol. Sachen *anni 1720., in Appendice, p. 1074-1079.*

III. Brief an H. Joh. Trellund, Theol. Professorem in Kopenhagen, wieder desselben ausführliche Verthädigung seiner Wiederlegung, am 16. Jan. A. 1720. geschrieben. A. 1720. in 8.

THOMAS LAURENTII, Tunderensis, vici in Wagria Prezensis, circa A. 1641., Ecclesiastes, & Parochiæ deinde, in agro vicino, Kerkenhagensis, ab A. 1654., Pastor, A. 1670. superstes.

Leichpredigt über J. Margareta Seestädtinn, auß Joh. I. 16., vom großen unerschöpflichen Gnadenstrome, welcher auß dem süssen Hertzen JEsu Christi fleust, und sich über seine Gläubige reichlich ergeust. Lubecæ 1641. in 4.

THOMAS LAURENTII, Esgrosia Anglo-Cimber, Med. D. & Practicus in urbibus Flensburgensi ac Fridericiana Jutiæ, tandemqve in Aarhusiensi, A. 1720. mortuus.

Disp. Inaug. de Phthisi. Hardervici 1693. in 4.

CHRISTIANUS LAUTERBACH, Utino Wagrius, Ædis in Livonia Rigensis suburbanæ, ab A. 1695., Symmysta, Pastor, ab A. 1697., Holmhofiensis, & in urbe deinde Rigensi templi Cathedralis, ab A. 1702., Diaconus, Petrini autem, circa A. 1709., Pastor. V. *Nova Lit. Lubec., M. Sept. A. 1702., p. 263. 264.*, & Anonymi neuen Vorraht

raht allerhand Bücher, *Sect. II., p.144-148.* (ubi ejus Monitum Germanicum de Gottr. Arnoldi errore, circa turbas, ob Calendarii Gregoriani introductionem, Rigæ exortas, *T. II. Hist. Eccl., Lib. 16., c. 26., p. 354.*, commisso, exhibetur).

Trauerrede über den Todt Gustavi und Ulrici, Königl. Schwedischer Erbprintzen, im Rigischen Gymnasio gehalten. Rigæ 1685. in fol.

HERMANNUS LEBERMANN, Lubecensis, Henrici, aurigæ cerevisiarii, filius, d. 3. Jan. A. 1645. est natus, &, post reditum ex Academia, quam A. 1664. accesserat, Rostochiensi, templi in patria Cathedralis Diaconus d. 6. Nov. A. 1679., Archidiaconus A. 1684., ac Pastor tandem d. 13. Nov. A. 1704., electus. A. seqv. 1705., d. 18. Jun., cum templum adiret, in via prolapsus publica, ob vertiginem, e lapsu hoc contractam, ambonem sacrum, concione nondum finita, invitus reliqvit, &, octiduo post, d. 26. Jun., sexagenarius obiit. E novem liberis, ex Elisab. Frobösia, uxore, A. 1680. ducta, susceptis, filius tantum ὁμώνυμος, cum sorore unica, ei fuit superstes. Plura de vita ejus V. *in Novis Lit. Lubecensibus anni 1705., M. Jan. p. 29., & M. Aug., p. 255. 256.*, & J. H. a Seelen (Epitaphii etiam recitantis epigraphen) *P. I. Athen. Lubec. p. 348. 349.*

Der Kirchen Wächter und Wahrheit Verfechter, an D. Menone Hannekenio, Superint. zu Lübeck, in einem weitläufftigem Teutschen Gedichte vorgestellet. Lubecæ 1673. in 4.

Predigt von Christi und der Christen Leben im Tode, auß Joh. XVI. 5. Lubecæ 1676. in 4.

Epicedia complura Germanica, arguta & perelegantia, sigillatim diversis edita temporibus, sed, qvæ in fasciculum colligantur, dignissima.

Homiliæ CCCCLXV. in Jeremiæ Prophetiam & Threnos ἀνέκδοτοι, *in Novis Lit. Lubec., l. c. p. 256.*, laudatæ.

M. HERMANNUS LEBERMANN Junior, Senioris, modo laudati, filius, A. 1685. Lubecæ natus, & A. 1708. Lipsiæ laurea ornatus Philosophica. V. *Nova Lit. Lubec., M. Aug. A. 1705., p. 256., & Nova Lit. Germ., M. Majo A. 1708., p. 189.*

Disp. de fatis tristibus, qvæ Theologorum clarissimorum filii subierunt, Præside D. Georg. Henr. Götzio, Superint. Lubec., illius Autore, defensa. Lubecæ 1706. in 4.

Compendii Theologiæ positivæ universæ, ex obligatione nostra erga Deum deductæ, Specimen, Præside D. Zach. Grapio Jun., IV. Disputationibus, ab eo Autore propositum. Rostochii 1706. in 8. V. de illo *Nova Lit. Lubec. Anni 1706., M. Jan. p. 7. 8., M. Jul. p. 194., & M. Oct. p. 301. 302.*

Oratio Valedictoria ἀνέκδοτος de Vita vitis & Vite Vitæ, in schola Lubecensi d. 19. Apr. A. 1703. recitata. V. *N. L. Lubec., M. Majo A. 1703., p. 120.*

JOHANNES LEDERER, Hamburgensis, decennio in America Boreali & Virginia versatus integro, post reditum in Europam, itinerum suorum Americanorum scripsit historiam, cujus Excerpta a Jac. Sponio, Medico Lugdunensi, Epistolæ ad Abbatem Roqvium inclusa Gallicæ, a Roqvio *Diario* suo *Eruditorum Gallico anni 1681., num. 6. (ad d. 3. Martii), p. 75. 76.*, sub hoc inserta sunt titulo: *Extrait d' une lettre, ecrite par Mr. Jacques Spon, M. D., contenant qvelqves choses particulieres des Americains de la Virginie, tirées des Memoires de Jean Lederer de Hambourg, qvi revenoit de ce païs là apres dix ans de sejour, qv' il y avoit fait.* Anglicæ ipsius *Itinerarii* (ni fallor) editionis, Londini A. 166.. *in 8.* excusæ, seqventem Corn. a Beughem (*in Bibliographia Historica p. 446.*) inscriptionem recitat: *John Lederer the Discoveries, in three several marches, from Virginia to the west of Carolina, and other parts of the continent, together with a Map of the territory which he traversd.*

M. GILBERTUS LEIDING, Hamburgensis, Collegii Philosophici Witebergensis Adjunctus (1.), cum Lingvarum Orientalium in Gymnasio urbis patriæ professionem frustra A. 1704. ambiisset, templi ejusdem Catharinæi A. 1705. factus est æditus.

Disputationes duæ de Καταποντισμῷ, ex Matth. XVIII. 6., qvarum priorem, Præside Conr. Sam. Schurtzfleischio, posteriorem vero ipse Præses, proposuit. Witebergæ 1700. in 4.

Beweiß, daß die Worte Christi: *Eli, Eli, Lamah Sabachtani*; vom H. Geiste selbsten, und, dem zu folge, von der gantzen Christenheit, recht übersetzet seyn: Mein GOtt, mein GOtt, warumb hastu mich verlassen? wieder Oligerum Pauli, Hamburgi 1704. in 4. V. *Nova Lit. Germ., M. Mart. A. 1704., p. 119.*, & Val. Ern. Löscheri (scriptum hoc, ceu eruditum, commendantis) Unschüldige Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. XII. A. 1704., p. 726. 727.* Reposuit illi Oligerus Pauli, scriptor fanaticus, opuscula duo, Hamburgi A. 1704. *in 8.*, sub titulis his excusa Thrasonicis: 1. Da liegt er! M. Leidings aufgesteckter Pfauenschwantz, mit tausend pedantischen Augen, wieder Oliger Pauli, sinckt von sich selbst beschämt darnieder, nachdem ihm seine garstige Füsse oder Gründe gezeiget worden, und Jesu Sabach behält, wieder sein Sabaq, und alle Feinde seiner Herligkeit, den Sieg. 2. Es werde liecht; das ist: Kurtze Entblössung der, unter dem Nahmen M. Leidings, herausgekommenen Beweißgründe, daß die Worte Christi: *Eli, Eli, Lamah Sabachtani*, vom H. Geiste selbsten, durch Mein GOtt, mein GOtt, warumb hastu mich verlassen? übersetzt seyn: worauß zu urtheilen, daß die vermeinte Gründe vom Autore sehr unbedachtsam, ia gotteslästerlich, verfasset sind; zur Vertheidigung der ehmahls herausgekommenen Schrifft dargelegt.

Gegen-Antwort auf die vermeinte kurtze Entblössung des unglückseligen Oliger Pauli. Hamburgi 1704. in 8. (*Catal.*)

Priora Capita Commentarii Rabbinici (*R. Salomonis Ben Melech*), Michlol Jophi dicti, in Genesin, typis latinis expressa, duplici versione, verbali nempe & paraphrastica, explicata, idiotismorum derivatione, antiqvitatum deductione, Anti-Judaicorum argumentorum annotatione, atqve Rabbinicarum opinionum refutatione, declarata, vocabulorum Rabbinicorum adjectione enucleata, & Indice rerum atqve verborum copiosissimo aucta; qvæ Hamburgi A. 1712. *in 4.* prodiisse, *in Catal. Nund. Vern. A. 1712. Lips., p. 5.*, incertum an vere, traduntur.

WOLFGANGUS PHILIPPUS LEIKE, ædis Catharinææ, in Parochia rurali Ducatus Slesvicensis Gillenbekensi, circa A. 1685., Pastor.

Getreuer Lehrer göttliche Gnadenbesoldung, auch aller frommen Kinder GOttes freudige Hofnung, oder Leichpredigt über Joh. Witten, Past. zum Hagen, auß 2 Tim. IV. 18. Adjecta Wittenii istius *Trifolio sacro sermonum de Imaginibus, campanis & suggestibus, Germanicorum*, Plonæ A. 1685. *in 4.* impresso.

JOHANNES PETRUS LEMBKE, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgensis.

Disp. Inaug. de pœna commissi. Witebergæ 1673. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 16.*)

M. ALBERTUS LEMEIGERUS, Hamburgensis, in Acad. Witebergensi, & ipse literis, Melanchtonis ac Collegarum ductu, dedit operam, & alios deinde, ab anno circiter 1559., earundem peritia privatim imbuit, & Professionem

(1.) V. Epist. gratulat. C. S. Schurtzfleischii de titulo illo sub finem A. 1703. collato, *Tomo II. Epistolarum arcanarum, n. 331., p. 499. 500.*

fionem tandem A. 1564., Eufebio Menio fubrogatus, Oratoriam (1.), nec multo poft alumnorum Electoralium Ephoriam (2.), obtinuit. Rector Academiæ eodem fuit anno 1570. (3.), qvo cum Sophia Beftenboftelia, Theodorici filia, d. 10. Apr., Hamburgi, tefte Joach. Degenero (4.), celebravit nuptias, a Joh. Majore, Collega, carmine celebratas Epithalamio (5.), Decanus autem Ordinis Philofophici A. 1565., qvo XXXIV., & A. 1572., qvo LVII. creavit Magiftros (6.). In facris iftorum temporum certaminibus Theologorum molliorum, five Philippiftarum, caftra eft fecutus, &, hanc ob caufam, cum, M. Jan. A. 1581., Libri Concordiæ, aliorfum fe jam vocatum effe prætexens, detrectaffet fubfcriptionem, d. 16. Febr. confeftim ex Academia juffus difcedere (7.). Witeberga ergo Hamburgum rediit, & urbis hujus patriæ, eodem anno 1581., Secretarius, A. 1588. autem, d. 21. Febr., Senator electus, non minori fe prudentia civili, qvam doctrina, effe præditum, concivibus oftendit. Obiit tandem, tefte Ad. Trafigero juniore (8.) (qvocum Gerh. Schröderus (9.), A. 1599. eum adhuc fuiffe fuperftitem perhibens, vix conciliari poffe videtur), d. 30. Apr. A. 1595., & exuvias ædi Catharinææ affervandas reliqvit. Georgio Majori, Theologo Witebergenfi, in *Programmate* qvodam *Academico* (10.), *Vir* audit *ingenio, eruditione & pietate, excellens.*

Dav. Chytræi Epiftola ad eum, A. 1575. exarata, inter Chytræanas, Hanoviæ A. 1614. editas, *p. 289. 290. 291.*, Joh. Cafelii autem A. 1583. fcripta, inter Cafelianas Roftochienfes, Hamburgi A. 1641. ab Henr. Vagetio publicatas, *num. 62.*, legitur.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Oratio de Studio & cura recte dicendi, d. 5. Maji A. 1561. habita, & *Tomo VII. Declamationum Melanchtonianarum,* Witeb. A. 1565. *in 8.* excufo, *p. 543-566.*, inferta.

Oratio continens Commonefactionem de difciplina fcholaftica, d. 20. Mart. A. 1565. recitata, ac Witebergæ A. 1565. *in 8.*, tum feorfim, tum eodem *Tomo VII.*, *p. 960 976.*, impreffa.

Oratio de hiftoria Exilii Babylonici, in renunciatione Magiftrorum, Prid. Id. Mart. A. 1572. recitata. Witeb. 1572. in 4. Recufa *Tomo VII. Declamationum Scholæ Melanchtonis*, Serveftæ A. 1586. *in 8.* edito, *p. 128. & feqq.*

Programmata plurima ad Prælectiones fuas, partim Philofophicas, partim Oratorias, invitatoria, ab A. 1559. ad 1570., Witebergæ propofita, & in *Scriptorum Witebergæ publice affixorum Tomis IV. V. VI. & VII.*, ibidem A. 1561. & feqq. *in 8.* publicatis, recufa, paffimqve obvia. Judicia de Autoribus variis, ex iftis excerpta, in Greg. Richteri *Judiciis Scholæ Melanchtonianæ*, Witebergæ A. 1592. editis, *p. 53. 118. 119. 141. & fqq. 150. & fqq. 153. & fqq. 156. 159. 160. 163. 164. 166. 168. 171. 172. 174. 712-715. 720.*, & alibi, occurrunt.

INEDITA.

Duodecim Epiftolæ ad D. Paulum ab Eitzen, Superint. Holfaticum, ab A. 1569. ad 1585., de Certaminibus Theologorum Lutheranorum ævo ifto domefticis, exaratæ, cum unica, fed prolixa, de tragico Heraclii Jacobi, Defpotæ Walachici, interitu, ad M. Herm. Brüggemannum, Ecclefiaften Hamburgenfem, d. 14. Apr. A. 1564., fcripta, *in Volumine Epiftolarum, a viris doctis ad Eitzenium datarum, MSto* olim mihi perlectæ.

M. HENRICUS LEMKE, five LEMMICHIUS, Lubecæ, patre Hieronymo, mercatore, matre vero Elifabetha Hübingia, Prid. Kal. Jan. A. 1601., natus, in Acad. Roftochienfi, ab A. 1623., fexennio continuo, in Witebergenfi A. 1629., in Jenenfi A. 1630., ftudiis facris, aliisqve, incubuit, & Roftochii A. 1632. Magiftri titulum obtinuit. In patria deinde privatæ aliorum vacavit informationi, ad A. usqve 1638., qvo templi Germanorum, in Emporio Norwagiæ Bergenfi, Martiniani Paftor (poft recufatum jam ante fimile in Metropoli Sveciæ Holmienfi officium), a Senatu Lubecenfi, nomine Civitatum Hanfeaticarum, eft conftitutus. Ecclefiæ huic per annos 36. præfuit, &, poft triplex cum tribus totidem mercatorum Lubecenfium filiabus conjugium, d. 7. Mart. A. C. 1674., & æt. 73., vivis exceffit. V. de vita ejus Henr. Oldenburgii, Lubecenfis, fucceforis ipfius, Εὐθανασίαν *Chriftianam*, five *Sermonem funebrem, e Luc. II. 29-32., Germanicum,* Lubecæ A. 1674. *in 4.* excufum, & confer Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1674.*, *Tomumqve II. p. 107.*, G. M. Königii *Biblioth. V. & N., lit. L.*, J. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 349-352.*, ac G. H. Götzii *Specimen Biblioth. Anti-Pontificiæ Clarorum Lubecenfium p. 11. 12.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Oratio de Pefte, carmine fcripta Heroico. Roftochii 1624. in 4. (*V. Joh. Ant. a Linden Lib. I. de Scr. Med. p. 239.*, & Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 396.*)

Vindicatio generalis & fpecialis librorum Apocryphorum V. & N. T. Lubecæ 1638. in 8.

Vindicatio incarnati veri Meffiæ promiffi, ex Thalmude & Rabbinorum fcriptis defumpta, contraqve Judæos refractarios & pervicaces directa, qvæ adjunctas habet nonnullarum qvæftionum Theologico-Practicarum, de qvibus in Chriftianorum rebuspublicis difceptatur, enodationes. Adjecta eft Diff. Lutherano-Catholica de nomine Catholici Lutheranis attribuendo, Pontificiis auferendo. Roftochii (ubi multos etiam ante annos, tefte Joh. Qviftorpii Jun., Prof. Theologi, *præfatione*, prodierat) A. 1666. in 8.

II. GERMANICA.

Reformirte Calvinifche Schule. Lubecæ 1648. in 8. (Duobus hoc fcriptum autoribus, Lemmichio noftro, vero ejus parenti, & Chrift. Lehmanno, perperam a Mart. Lipenio, *P. I. Biblioth. Theol. p. 204.*, tribuitur.). In Præfatione Scholæ Photiniana & Weigeliana, itidem reformatæ, promittuntur.

Kräftige Artzney wieder die Melancholey und geiftliche Traurigkeit. Hafniæ 1657. in 8.

XX. Predigten von unterfchiedlichen Laftern, fo, bey diefer letzten Zeit, fehr im fchwange gehen; famt Erörterung XX. Lafterfragen, dergeftalt eingerichtet, daß fie als Cafus confcientiæ zu gebrauchen. Roftochii 1664. in 8.

Reformirte Papiftifche Schule, darinn gelehret wird, was der Papiften Religion, und wie diefelbe aus GOttes Worte zu wiederlegen fey: Samt etlichen handgreiflichen Wahrzeichen, daß der Papiften Lehre falfch, aus einer Lateinifchen Schrift Matthiæ Flaccii. Ratzeburgi 1680. in 8.

Contrafactur des menfchlichen Lebens, eine Leichpredigt. in 4. (*Catal.*)

HENRICUS LEMKE, a præcedente diverfus, fed itidem, ni fallor, Lubecenfis, Francifci II., Ducis Saxo-Lauenburgici, Ecclefiaftes in arce Neuenhufana aulicus.

Leichpredigt über Margareta, Ludovici Flechtners, Fürftl. Nieder-Sächf. Secretarii, Ehfrau A. 1618. in 4. (*Catal.*)

(1.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb.*, *lit. Lll. 1. a.*, & Andr. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 141. 148.* (2.) V. Aug. Buchneri *Differtt. Acad.*, *P. II.*, *p. 152.* (3.) V. Svevum *l. c.*, *lit. V. 2. b. Kkk. 3. b.*, & Sennertum *l. c. p. 66.* (4.) *in Ep. MS. ad Paulum ab Eitzen.* (5.) V. illud in Majoris *Libro Elegiarum facrarum, lit. I. 8. b. K. 1. a. b.* (6.) V. Svevum *lit. Hbb. 4. a.*, & Sennertum *p. 124.* (7.) V. Svevum, *lit. Y. 4. b. Z. 1. a.* (8.) *in Serie Chronol. Senatus Hamburg. p. 36.* (9) *in Faftis Proconfularibus & Confularibus Hamburgenfibus p. 154.* (10.) *T. IV. fcriptorum, Witebergæ propofitorum, lit. Rr. 2.*

Zwey Leichpredigten über Franciscum II., Hertzogen zu Sachsen-Lauenburg, aus 2. Tim. IV. 6. 7. 8. Lubecæ 1619. in 4.

Predigt von der H. Taufe, und Bunde des guten Gewissens mit GOtt. Lubecæ 1622. in 4. (*Catal.*)

(Distingvendi ab utroqve sunt: I. Henr. Lemche, Syndicus Dantiscanus, ad qvem duæ A. 1588. a Dav. Chytræo scriptæ sunt Epistolæ, inter Chytræanas *p. 633. 677. 678.* obviæ; II. Henr. Lemke, Episcopi Osnabrugensis, Seculo XVII., Consiliarius & Cameræ Secretarius, qvi e Vita nepotis, D. Wern. Joh. Uffelmanni, Senatoris Hamburgensis, mihi innotuit.)

CASPARUS a LENGERKE, Hamburgensis, Petri, Consulis (*statim memorandi*), filius, J. U. D. & templi in patria Cathedralis, ab A. 1694., Vicarius, ac, ab A. 1709., Canonicus. V. J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 610. 628.*

Disp. de Caussis ad Cameram Imperii non appellabilibus, Præside D. Joh. Sam. Strykio. Halæ 1705. in 4. V. de illa *Nova Lit. Germ., M. Jun. A. 1705., p. 217.*

Disp. Inaug. de Fœmina tutrice. Groningæ 1706. in 4.

PETRUS a LENGERKE, Hamburgensis, d. 18. Jul. A. 1651. natus, J. U. Licentiati titulum Basileæ A. 1677. adeptus, Senator patriæ (in locum soceri, Casp. Westermanni, J. U. L.) d. 7. Jul. A. 1688. electus, in aulam A. 1690. ablegatus Cæsaream, Testamenti Jungiani A. 1691. adscriptus Curatoribus, in Consulatu, d. 18. Nov. A. 1697., D. Joh. Theod. Schafshusio datus successor, & d. 17. Nov. A. 1709 mortuus. Laudes ejus V. in D. Joh. Garmeri Jun. *Epist. dedicatoria,* Joach. Jungii *Historiæ vermium,* illi A. 1691. inscriptæ, præfixa. Vitam ejus fusius exposuit A. 1709. (qvo etiam Hamburgi Numisma in ejus memoriam est cusum) Joh. Frid. Winclerus, Gymn. t. t. Rector, in Progr. funebri, seorsim edito, & A. 1715. in J. A. Fabricii *Mantissa Memoriarum Hamburgensium, Jubilæo primo Gymn. Hamb.* subjuncta p. 301-321. recuso.

Disp. Inaug. de Foro competenti. Basileæ 1677. in 4.

CHRISTIANUS LENTE, Theodori, Friderici III., Danorum Regis, Consiliarii ac Cancellarii tandem Germanici, & Magdalenæ, Joh. Schönbachii, J. U. D. ac Consiliarii itidem regii, gnatæ, filius, Toparcha hæreditarius in Zarlhausen, primam in Cimbria nostra, & civitate ejus, uti conjicio, Flensburgensi, cum parens ejus in aula illic Domini sui, ab A. 1644. ad 1648., commoraretur, lucem aspexit. A Christiano V., Danorum Monarcha, non interioris solum admissionis, negotiorumqve status publici, adscriptus est Consiliariis, sed Eqves etiam auratus Ordinis, d. 26. Apr. A. 1695., creatus Danebrogici, Diœceseos Ripensis Gubernator constitutus vicarius, & legatione ad Anglos, Batavos, vicinosqve Germaniæ Principes, per annos complures, fungi jussus extraordinaria. Ex hac in Daniam reduci A. 1698. suprema etiam Ceremoniarum aulæ regiæ Hafniensis directio, & Academiæ Eqvestris Ephoria (in qva Viro illustri Marco Gioe, d. 10. Aug., per Conradum, Comitem a Reventlou, ritu subrogatus est solenni), sunt commissæ. Ephoriam istam A. 1699., M. Sept., Friderici IV., Regis, auspiciis, cum splendida Secretarii supremi bellici dignitate commutavit, & hac, cæterisqve, ad A. usqve 1710., est functus, qvo iis, permissu regio abdicatis, vitæ tranqvillæ ac privatæ prætulit otium, in qvo A. 1720. fuit superstes.

Symbolum sibi esse voluit hoc Hemistichium: *Dat mihi gloria vires.*

Programma de vita laudibusqve Marci Gioe, Consiliarii regii intimi, & supremi Academiæ eqvestris Hafniensis ante se Directoris, prolixum, exeqviis illius d. 13. Oct. A. 1698. præmissum. Hafniæ 1698. in fol. reg. (*9. plag.*). Recusum est cum D. Pet. Jaspari, Protecclesiastæ regii aulici, Sermone in Giovii memoriam funebri Danico, Hafniæ A. 1705. in fol. impresso.

FRIDERICUS LENTE, Holsatus, Theodori itidem filius, A. 1658. in Gymnasio Lüneburgensi, & A. 1661. in Acad. Julia, vixit, A. 1663. autem in Italiam, aliasqve regiones exteras, literis Thomæ Bartholini (qvi *Musarum* eum *delitium, juvenem ad magna natum, Lentiumqve haud lento gradu in virtutis pergentem stadio,* salutavit) ad Car. Datum & Car. Offredum instructus commendatitiis (1.), abiit. Ex his redux, Cancellariæ initio regiæ in urbe Hafniensi Teutonicæ fuit Assessor (2.), ac Glückstadiensis deinde Cimbricæ Consiliarius, simulqve Canonicus, ab A. 1667. ad A. 1668., Hamburgensis (3.). Obiit d. 6. Nov. A. 1677., & a D. Christ. Rud. Müllero Glückstadii sermone parentali Germanico, ibidem A. 1678. (4.) excuso, est celebratus.

Friderici & Joh. Hugonis Lentiorum, Holsatorum, Specimen Historicum de singulis Monarchiæ Romanæ Imperatoribus, & rebus nobilioribus, sub eorum imperio gestis, in schola Lüneburgensi, ductu Joh. Bunonis, Prof. publici, memoriter recitatum. Lüneburgi 1658. in 4.

Disp. de morbis & mutationibus Oligarchiarum, earumqve remediis, Præside Herm. Conringio proposita. Helmstadii 1661. in 4.

JOHANNES HUGO LENTE, Holsatus, filius Theodori tertius, Dynasta hæreditarius Zarlhusanus & Frisenburgensis, A. 1658., cum fratre Friderico, in Gymnasio Lüneburgensi, & A. 1664. in Academia Argentinensi, commoratus, post reditum ex itinere literario, A. 1668. Annæ Sophiæ, Friderici III., Danorum Regis, filiæ, & Joh. Georgii III., Saxoniæ Electoris, conjugi, a secretis, in aula Dresdensi, fuit cameralibus (5.). Ex ista in suam revocatum Christianus V., Monarcha Danicus, Consiliarii provincialis Cimbrici, status publici, & (qvas vocant) conferentiarum, tandemqve (Kal. Aug. A. 1696.) intimi, nec non Ducatuum Slesvicensis ac Holsatici Procancellarii, ornavit dignitatibus, Legatum suum in Civitate Lubecensi jussit esse Ordinarium, in Comitiis Ratisbonensibus extraordinarium (6.), in Conventu autem anni 1698., de controversiis Holsaticis, Pinnebergensi Irenico primarium, Ordinisqve Eqvestris Danebrogici, d. 11. Apr. A. 1695., donavit insignibus (7.). Qvibus dignitatibus a Friderico IV., Christiani filio & successore, A. 1700., cum jussu suo Panegyri Travendahlensi interfuisset Irenicæ, novæ Cancellarii Ducatuum Slesvicensis ac Holsatici, Præfectiqve Segebergensis (in qvibus Andreæ, Baroni a Lilgenkron, successit), sunt superadditæ (8).

Symbolum sibi hoc elegit: *Confido recte agens.*

Specimen Historicum de Imperatoribus Romanis. Lüneburgi 1658. in 4. (*V. sub nomine fratris de illo dicta.*)

Argo nova, seu Diss. de Navibus Heroicis & fatalibus juniorum temporum, Præside Joh. Henr. Boeclero proposita. Argentinæ 1664. in 4. Recusa in *Tomo posteriore Dissertt.* Boecleri, ibidem A. 1710. *in 4.* impresso, *p. 1057-1073.* Jac. Henr. Pauli in illam Epigramma, in ejus *Libello Epigrammatum promiscuorum, p. 37. 38.,* invenies.

JOHAN-

(1.) V. istas in Bartholini *Centuria IV. Epp. Med., n. 82. & 85., p. 474. 475. 481. 482.* (2.) V. Pet. Resenii *Inscriptt. Hafnienses p. 283.* (3.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 614.* (4.) *in 4.* (5.) V. Pet. Resenium *l. c. p. 282.* (6.) V. *Catalogum Legatorum ad Comitia Ratisbonensia Germanicum p. 17.* (7.) V. Joh. Laurentii Tagregister der Lebensgeschichte Christ. V., *p. 318.,* & P. A. Lehmanni *P. III.* des ietzt herschenden Europæ, *p. 69.* (8.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Nov. A. 1700., p. 344.*

JOHANNES BERNHARDUS LEO, Wilstermarsus, J. U. D.

Disp. Inaug. de Nominatione, ad *L. II. Cod.: Ubi in rem actio exerceri debeat*, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio. Tubingæ 1653. in 4. Recusa *Vol. I. Disputt. Jurid.*, sub Lauterbachii propositarum præsidio, ibidem, sine mentione anni, in 4.

ABRAHAMUS LEOPOLDUS, Lubecensis, patre cognomine, Sprottavia Silesio, scholæ Cathedralis Præceptore, d. 4. Sept. A. 1606., natus, cum nondum septennis hunc amisisset, D. Nicol. Hunnium, Theologum clarissimum, parentem expertus est alterum. Cum sacra Gryphiswaldiæ, Regiomonti, Lipsiæ & Witebergæ, tractasset studia, Galliam & Italiam (imo, juxta Conr. Hövelium (1.), Germaniam etiam, Belgium, Angliam, Sveciam & Borussiam) peragravit, templiqve in patria Jacobæi Diaconatu, post reditum, A. 1638. (d. 26. Apr.), Archidiaconatu autem A. 1649., potitus, d. 13. Aug. A. 1656., qvinqvagenarius, filiiqve unici, Michaelis (Parochi Hambergensis & Schlukupiensis), parens, vivis excessit. Epitaphium ejus, cum imagine, in æde Jacobæa superest. V. Henr. Dürcopii, Ecclesiastæ Lubec. & Past. Hasn., *Synopsin Vitæ ejus*, a G. H. Götzio A. 1709. *Præfationi, Elogiis 80. Theoll. German. præmissæ*, insertam, & M. Henr. Loosii *Oratiunculam* (qvæ lectionem vix meretur) *parentalem*, in ipsis *Elogiis, p. 253-257.*, obviam.

De scriptis ejus (qvorum argumenta reticentur) ita Dürcopius *l. c.: Ingenii fœtus plures reliqvit, ex qvibus solida ejus eruditio, altum judicium, sincera pietas, pius in honorem Dei Zelus, satis effulgent. Qvos omnes, inter claustra reservatos, fovet Lubecæ familia Leopoldina.*

ACHILLES DANIEL LEOPOLDUS, Lubecensis, Friderici, Notarii publici, filius, natus d. 19. Aug. Anno 1651., e Schola patria Giessam, & deinde Heidelbergam, profectus, non juri solum, sed aliis etiam studiis nobilioribus, ipsiqve Medicinæ & Anatomiæ, operam impendit sedulam, nec minori solertia, in itinere per Germaniam superiorem, Italiam, Galliam, Angliam, Belgium ac Saxoniam, literario, & doctrinam sibi paravit multiplicem, & Viros singularum regionum conciliavit celeberrimos. Hoc finito, Juris utriusqve, cui Lipsiæ denuo aliqvamdiu vacaverat, Doctor, A. 1674., Jenæ, a Joh. Strauchio, post habitam *Disputationem de Venia ætatis* (qvam ipsi Senatus patriæ post parentis concesserat obitum) Inauguralem, juvenis admodum est renunciatus & eodem anno Daniam qvoqve & Sveciam perlustravit. Lubecam redux, non dexteritate solum in causarum forensium patrocinio singulari, sed curiositate etiam (qvam Numismatothecæ & Cimeliarchei insignis (2.) ostendit collectio; erudita, *Novisqve Septentrionis & maris Balthici literariis*, socio ipsius, Jacobiqve a Mellen (in cujus de illis plura narrabuntur elogio), Casp. Lindebergii ac Joh. Jac. Stolterfohtii, civium doctissimorum, labore, ab A. 1698. ad 1708., conqvisitis atqve editis, inclaruit. Comitis Palatini Cæsarei dignitatem Wetzlariæ, d. 20. Jun. A. 1712., a Francisco Adolpho Dieterico, Barone ab Ingelheim obtinuit. Obiit febri lenta die 13. Julii A. C. 1722. ac ætatis 71.

Uxorem A. 1675. duxit Annam Margaretam, Joh. Ritteri, J. U. Lic. & Consulis Lubec., filiam, XV. ei liberos enixam; e qvibus, præter Johannem Fridericum, Med. Doctorem, A. 1711. mortuum, mentionem aliqvam merentur Nicolaus Andreas, Theol. Cultor, A. 1710. defunctus, & Achilles Daniel, J. U. Candidatus, adhuc superstes, ambo ab ipsa nativitate cæci, sed literis tamen elegantioribus pariter atqve sublimioribus feliciter per magistros imbuti idoneos.

Symbolum ei Thom. Crenius (3.) hoc tribuit: *Nemo scit, qvantum nesciat.*

Plura de vita illius invenies in Joh. Strauchii *Programmate* Biographico, *Disp. Inaugurali* A. 1674. præmisso, & in Joh. Henr. a Seelen Parte III. Athen. Lubec., p. 79-90. ac Ej. *Programmate* funebri.

Conf. Epistolas dedicatorias encomiasticas, qvibus ipsi Mart. Lipenius *Bibliothecam Philosophicam* A. 1682., & Thom. Crenius P. II. Meditationum Passionalium *Germanicarum*, Francofurti A. 1708. publicatam, inscripserunt.

ELOGIA.

D. G. Morhofio (*in Præfat. Polyhistoris*) *Vir* audit *sibi amicissimus, & JCtus apud Lubecenses nobilissimus.*

Joh. Christoph. Wagenseilio (*in Epistola ad Joh. Fridericum, ejus filium, Propemptica, A. 1698. edita*) *JCtus celebris.*

Thomæ Crenio (*in Epistola ad eundem filium, de Speculis veterum, Novis Literariis inserta Lubecensibus, M. Sept. A. 1703., p. 216.*) *Vir summus, qvi, in tantis audiendi, legendi, consulendi & scribendi, negotiis, in tam occupata vita, & multorum voluntati addicta, cum Phœbo tamen & Musis ita rationem habet, ac si summo esset in otio.*

Andr. Plantecovio, Medico Lubecensi eruditissimo (*in Epistola ad ipsum de scriptis suis ἀνεκδότοις*, in iisdem *Novis, M. Oct. A. 1707.*, obvia, *p. 312.*) *JCtus civitatis patriæ celeberrimus, & varia doctrina ornatissimus.*

Jacobo a Mellen (*in præfat. Classis I. Sylloges nummorum uncialium p. 13.*) *Vir excellens, & omnium elegantiorum literarum amantissimus.*

Joh. Jac. Scheuchzero (*in præfat. Novorum Literariorum anni 1701. Helveticorum*) *Vir in omni literatura versatissimus.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. Inaug. de Venia ætatis, Præside D. Joh. Strauchio. Jenæ 1674. in 4.

Nova Literaria Septentrionis & maris Balthici Lubecensia, ab ipso, & Collegis (paulo ante laudatis), ab A. 1698. ad 1708., collecta, & singulis publicata mensibus. Lubecæ in 4. Uberior horum historia in Jacobi a Mellen, V. C., vita exhibebitur.

Catalogus mendaciorum & calumniarum, welche in Sachen Nathan Goldschmids, Juden zu Lübeck, inqvisiti & frivole appellantis, contra Jürgen Hübens, Kaufmann daselbst, Denunciantem und appellatum, von gedachtem Juden in seiner, hie wieder inserirten, lügenhaften Specie facti, für Wahrheit angegeben, anjetzo aber ex Actis refutiret worden; betreffend einen zu Lübeck, A. 1694., d. 14. Febr., des Nachts, begangenen Diebstall von 8000. Reichsthalern. A. 1698. in fol. Scriptum ἀνώνυμον, qvod, hæredum Hübenii, coram Senatu imperiali aulico, Vindobonæ A. 1698. agens Advocatum, edidit.

ACHILLES DANIEL LEOPOLDUS Junior, Lubecensis, d. 11. Jun. A. 1691. natus, Senioris, JCti celebris, filius, ab ipsa nativitate cæcus, qvi nihilominus, non in literis tantum elegantioribus, Historia, Geographia, Poesi ac Musica, sed & Jurisprudentia, insignes, aliorum institutione atqve prælectionibus, sibi acqvisivit profectus, &, ad summos Juris honores adspirans academicos, *Disputationem de Jure Cæcorum a natura* promisit Inauguralem. V. Joh. Henrici a Seelen (Epigraphen etiam Latinam, qva is A. 1710. Nicolao Andreæ fratri, cæco itidem simulqve erudito, parentavit, exhibentis) *Partem III. Athen. Lubec. p. 85. 86. 87.*, & D. Georg. Henr. Götzii προσφώνησιν, qva A. 1715. *Disput.* suam *de Cæcis Theologicam* illi inscripsit.

FRIDE-

(1.) in der Lübeckischen Herrlichkeit. (2.) V. Dan. Gvilh. Molleri *Diss. de Technophysiotameis, c. 7., p. 43.* (3.) *P. XI. Animadv., c. 2., p. 140.*

FRIDERICUS LEOPOLDUS, Lubecæ d. 26. Jun. A. 1596., patre Abrahamo, Scholæ Cathedralis Præceptore, natus, Notarius patriæ publicus, & Achillis Danielis, JCti modo laudati, parens, d. 7. Jan. A. C. 1671., & æt. 74., defunctus.

Schriftliche Verzeichnis aus den Acten der LX. Bürger zu Lübeck, von A. C. 1403. biß 1416., qvæ monumentis historiæ Lubecensis ineditis, sibi lectis, a Conrado ab Höveln (*in præfat.* der Lüneburgischen Vortreflichkeit) annumeratur.

JOHANNES FRIDERICUS LEOPOLDUS, Lubecensis, Achillis Danielis, JCti (*de qvo supra dictum*), filius, patrissans, natus d. 2. Febr. A. 1676., Medicinæ, cui in Acad. Altorfina, ab A. 1695., Argentinensi A. 1699., aliisqve, felici, cæteris Polymathiæ partibus haud neglectis, incubuerat studio, Doctor Basileæ A. 1700. est renunciatus. Exteras hinc regiones, perqvam curiosus rerum naturalium pariter atqve literariarum scrutator, annis aliqvot peragravit, harumqve peritia insigni, non minus qvam Praxi in patria urbe Medica, deinceps inclaruit, majorem sibi scriptis qvoqve famam paraturus, nisi morte immatura, in flore ætatis, A. 1711. d. 4. Maji expirasset.

Musæum ejus rerum naturalium insigne, Pater superstes, edito istius Catalogo, venale aliis offeret.

Vitam illius fusius exposuere Enochus Svantenius, Scholæ Lubec. Rector *in Programmate funebri*, & Joh. Ritterus, Pastor Petrinus, in Narratione peculiari Germanica. Imo relicta est ab ipso Leopoldo Historia ejusdem, studiorumqve & itinerum suorum per plerasqve regiones Europæas literariorum, uberior, Catalogo Amicorum suorum in his eruditorum prolixa aucta alphabetico, qvam, nonnullis additis, Joh. Henr. a Seelen A. 1721., *Parte III. Athenarum Lubecensium p. 290-340.*, juris fecit publici.

Joh. Christoph. Wagenseilius, hospes ejus Altorfinus, in *Epistola*, qva discessurum A. 1697. commendavit, *Propemptica*, D. Jac. Pancr. Brunonis *Disputationi ad Hippocratis Sect. III. Aphor. 27. & 28.*, a nostro defensæ, subjuncta, *Virum* eum vocavit *nobilissimum, & ingenua virtute, insigniqve doctrina, cultissimum pectus habentem, in re autem nummaria, vetere ac recente historia, Genealogiis & arte Heraldica, ita versatum, ut, inter coæqvales, superiorem neminem, paucos æqviparandos, uspiam gentium habeat.* Thomæ Crenio, in *Epistola de Speculis veterum*, A. 1703. ad eum exarata, *Novisqve Literariis* inserta *Lubecensibus* (1.), *Homo* itidem audit *elegantissimus, & naturæ vi atqve ingenio, bonisqve omnibus disciplinis, ornatus, & in iis curiosus*, alibi autem (2.) *Vir pietate, doctrina & ingenio, præstans*, nec non (3.) *Vir cultissimi ingenii & eruditionis accuratæ.* Joh. Woodwardo, Medico Londinensi inclyto, in Literis de morte illius ad Parentem (apud Seelenium *l. c. p. 334.*), *Vir* audit, *ut ingenio, humanitate & integritate summa præditus, ita doctrina pari ornatus, cæterisqve virtutibus omnibus instructus, qvæ hominem suis charum, reipublicæ utilem, & laude dignum, reddere possent; ex cujus doctrina, judicio & diligentia, si ad senectutem vixisset, orbis literatus summa omne genus commoda sibi pollicitus fuerat, & certissime percepisset.* Præter hunc, defunctum publice celebrarunt Joh. Phil. Breynius, Medicus Gedanensis (a qvo *Vir ad Historiam naturalem promovendam natus* vocatur), in *præfatione*, Georg. Andr. Helwingii *Floræ qvasimodogenitæ* A. 1712. præmissa, *p. 7.*, Jac. a Mellen *in Epistola de Echinitis Wagricis ad Joh. Woodwardum p. 8. 9.*, &, qvem is allegat, Joh. Jac. Scheuchzerus *in Bibliotheca Scriptorum, Historiæ naturali omnium terræ regionum inservientium, p. 44.*

SCRIPTA EDITA.

Disputatio Inauguralis de Alce, magno illo Septentrionis animali, ejusqve virtutibus, cum Epistola D. Joh. Jac. Scheuchzeri ad illum gratulatoria de Cerva cornuta. Basileæ A. 1700. in 4. Commendavit illam J. P. Breynius *l. c.*

Relatio Epistolica de Itinere suo Svecico, A. 1707. facto, ad D. Joh. Woodwardum Medicum Londinensem, a Woodwardo, post mortem Autoris, Londini A. 1720. *in 8. maj.* publicata. Hujus, circa res Sveciæ naturales potissimum occupatæ, uti adhuc ἀνεκδότου Breynius & Mellenius *ll. cc.* mentionem fecerunt honorificam, ita editæ recensum Autor *Bibliothecæ librorum Anglicorum, T. VII, P. II.* exhibuit, & versionem Svecicam D. Magnus Bromelius, Medicus Holmiensis, A. jam 1711., in Epistola ad Autoris parentem, promisit, teste Seelenio. Consulantur de eadem *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jun. A. 1721., p. 249-253.*

SCRIPTA PROMISSA.

Catalogus Medicorum seculi XVII., scriptis clarorum.

Descriptiones urnæ cujusdam sepulchralis, & nummorum aliqvot ac gemmarum.

Diss. de organo auditus integro & læso.

(Tria hæc eum luci publicæ destinasse, a Parente superstite sum edoctus.)

Historia naturalis Wagriæ, qvam ipsum meditatum esse, eaqve methodo, qva Rob. Plot, Anglus, Oxfordiensem & Staffordiensem evulgavit, conscribere cœpisse, sed absolvere non potuisse, Jac. a Mellen, Apparatum nihilominus collectaneorum egregiorum & præclarorum, utut schedis illitorum indigestis, in qvalemcunqve ordinem redactum, a Patre Autoris edi desiderans, l. c. testatur.

Commentatio de Medicis claris Lubecensibus, cujus Svantenius & Ritterus, in biographiis supra allegatis mentionem injecerunt.

JOHANNES a LESEN, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria Practicus circa A. 1716.

Disp. Inaug. de Naturæ in conservanda & restituenda sanitate viribus, Præside D. Brandano Meibomio proposita. Helmstadii 1714. in 4. V. de illa *Partem XLV.* der gelehrten *Famæ p. 695. 696.*

GEORGIUS LESSIUS, Hamburgensis, mercatoris, sibi cognominis, & Æmiliæ Pilgrimiæ, Noribergensium, filius, d. 12. Mart. A. 1640. in lucem editus, post parentis utriusqve obitum a tutore, M. Jod. Edzardo, Pastore Michaelitano, hujusqve filio Esdra, Theol. Licentiato, ac sororis suæ marito, educabatur. E schola patria in Gymnasium A. 1656. translati ingenium Joach. Jungius, Rector istius, tanti fecit, ut Philosophiæ voto suo destinaret accuratius excolendæ. Juris tamen huic prætulit studium, &, cum Altorfii, Heidelbergæ, Giessæ ac Argentinæ, Themidi, ab A. 1658. ad 1662., litasset, Licentiati titulum IV. Non Febr. A. 1663. Argentinæ obtinuit, Galliamqve postea, Italiam, Germaniam & Pannoniam, peragravit. Spiræ, cum cive alio, a vigilibus nocturnis, in grassatores mutatis, levem ob causam, multis vulneratus ictibus, mortuoqve simillimus, periculum tamen vitæ evasit, & innocentiam suam mandato publice approbavit Cæsareo. Belgio deinde lustrato in patriam redux, uxorem d. 3. Maji A. 1669. duxit Agnetem, Joh. Mölmanni, XIIviri, filiam, sex sibi liberos, sed ante parentem in vitæ primo extinctos limine, enixam, ac, proli suæ haud diu superstes, Apoplexia, d. 8. Febr. A. C. 1676., & æt. 36., expiravit.

Vir fuit, teste Mich. Kirstenio, Professore Hamburgensi (cujus *Programmati* vitæ ejus debemus notitiam *funebri*), *pius, prudens, candidus, doctus, judicio pollens, & facundia eximius, Bibliorum præterea Hebræorum atqve Græcorum lector assiduus, & affinis sui, Esdræ Edzardi, in fundando & gubernando Collegio, ad Judæos convertendos instituto,*

(1.) *M. Sept. A. 1703., p. 206-216.* (2.) *P. XI. Animadvers., c. 2., p. 133.* (3.) *in Epist. Dedic. Partis XVII. Animadvers.*

tuto, fidelis liberalisqve adjutor. Ob hanc studii Hebræo-Rabbinici peritiam, David Cohen de Lara, Judæorum Hamburgensium antistes celeberrimus, A. 1668., Philologis eum, qvibus *Lexicon* suum inscripsit *Thalmudico-Rabbinicum*, in orientali literatura versatissimis non dubitavit adjungere. *Mathematica* etiam, uti Kirstenius refert, *ad extremum, & accuratius, qvam vulgo fit, tractavit, Architecturæ non expers bellicæ, nec ab artibus, torno excellens, abstinuit Mechanicis.*

Symbolii loco verba usurpavit, ad nomen suum alludens, Paulina, 1. Cor. III. 9. obvia: Θεοῦ ἐσμεν γεώργιον.

Vid. de illo Mich. Kirstenii *Programma funebre*, A. 1715. in Joh. Alb. Fabricii *Mantissa Memoriarum Hamburgensium, p. 398-408.*, recusum.

Disp. de Jure & privilegiis Senectutis, Præside D. Frid. Deckero. Argentinæ 1662. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Tacito. Argent. 1663. in 4. In hac, judice Kirstenio *l. c., de tacito nihil tacuit, qvod dignum scitu, neqvaqvam eo, & pluribus aliis nominibus, tacendus.*

Hymnus in Jesum crucifixum Germanicus prolixior, a Kirstenio laudatus.

CASPARUS LINDENBERGIUS (qvem Johannem D. Joh. Georg. Pritius (1.) perperam appellavit), Lubecensis, natus die 6. Januarii A. 1665., mortuo Patre a duobus Vitricis, Laurentio Petersen & D. Henr. Balemanno utroqve Senatore educatus, studiis in schola patria, Rostochii, Hamburgi (ductu Esdræ Edzardi), Witebergæ & Lipsiæ incubuit. Belgium postea & Angliam, in qva Oxonii R. Isaaco Abendana in Rabbinicis & Thalmudicis gavisus est hodego, peragravit & Lingvarum Orientalium, Græcæ, Latinæ, Anglicæ, Belgicæ, Gallicæ, Italicæ ac Hispanicæ sibi comparavit notitiam. A. 1692. d. 28. Jan. Templi in patria Johannei, & A. 1707. d. 31. Mart. Petrini, est electus. Obiit tandem Vir præclare doctus ac πολύγλωττος A. C. 1713. ac ætatis 49., die 27. Aprilis.

Vitam ejus fusius enarrarunt Enochus Svantenius, Scholæ Lubec. Rector, in *Programmate funebri*, Anonymus in Biographia Germanica, hosqve secutus Jo. Henr. a Seelen (qvi Epigraphen qvoqve Epitaphii in æde Petrina Lubecensi addit vernaculam) *Parte I. Athen. Lubec. p. 352-356.*

SCRIPTA EDITA.

Nova Literaria Septentrionis & maris Balthici Lubecensia, per ipsum, D. Achillem Danielem Leopoldum, D. Joh. Jac. Stolterfohtium, & M. Jac. a Mellen, labore socio, ab A. 1698. ad 1708., collecta, & singulis mensibus edita, Lubecæ in 4. In his (qvorum recensum uberiorem sub Mellenii exhibebimus nomine) seqventia illius prodiere Schediasmata:

1. Discursus de præsagiis ominosis, vitrorum inprimis atqve poculorum, M. Jul. A. 1700., *p. 165-173.*
2. Epistola de dicto R. Simeonis Ben Lakisch, *in Tr. Thalmudico Massechet Beza f. 25., M. Jan. A. 1701., p. 28-32.*
3. Epistola ad Henr. Balemannum, Secretarium Lubecensem, fratrem suum uterinum, de non contemnendis ex lingva Hispanica utilitatibus Theologicis, *M. Oct. A. 1702., p. 301-310.* Hæc, seorsim qvoqve Lubecæ A. 1702. *in 4.* edita, *erudita* vocatur a Joh. Alb. Fabricio, *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 5., p. 197.*, *eximia* autem *pariter & erudita* a Chr. Henr. Postelio, *in Meletemate de lingvæ Hispanicæ difficultate, elegantia & utilitate* (qvod, sententiæ nostri de ejus facilitate magnam partem oppositum, in iisdem *Novis Lit. Lubec., M. Apr. A. 1704., p. 111-128.*, prodiit), *p. 112.*, & a Val. Ern. Löschero qvoqve (in den Unschuldigen Theol. Nachrichten des Jahrs 1706., *p. 211. 212.*) est commendata.
4. Scholion seu Dissertatio de Erroribus Typographicis, *M. Jan. A. 1706., p. 12-32., Lectu* hanc *dignam esse*, B. G. Struvius, *in Supplem. Introduct. ad notitiam rei literariæ p. 163.*, merito judicavit.

Geistliches Exempelbuch vor Kinder; das ist: Außführlicher Bericht von der Bekehrung, heiligem und exemplarischem Leben, wie auch frölichem Tode, unterschiedlicher junger Kinder, auß dem Englischen Jacobi Jannoway, in Hofnung einiges Nutzens, sonderlich zu Beschämung vieler Alten, zu Reitzung der Nachfolge, und zum Beweißthum der Möglikeit eines thätigen Christenthums, verdeutschet von C. L. (*i. e. Casp. Lindebergio*). Lubecæ 1700. in 12. Recusa est hæc Versio in Appendice, Gotfr. Arnoldi *Vitis fidelium* Germanicis (den Leben der Gläubigen), Halæ A. 1701. *in 4.* editis, adjecta, *p. 193-236.*, nec non, Parte II. auctior, Noribergæ A. 1716. in 12., teste Catalogo nundinali.

Erbauliche Abendstunde, oder kurtze Anleitung zur täglichen Selbstprüfung, worinn gezeiget wird, wie ein Christe, unter göttlichem Segen, vermittelst 21., seinem Gewissen vorgelegter, und aufrichtig erwogener, Fragen, zum rechten Erkäntniß seiner selbst, zeitiger Abrechnung mit GOtt, und erfreulichem Wachsthum in der Gnade, gelangen soll: Zu Beforderung des thätigen Christenthums entworfen von einem, der von Hertzen zu seyn wünschet Christi Liebhaber. Lubecæ 1700. in 12. Opusculum ἀδέσποτον, cujus titulum recitarunt, sed Autorem non indicarunt *Nova Literaria Lubecensia, M. Febr. A. 1700., p. 64.* Tribuitur ei a Seelenio *c. l.*

Der geistliche Escher oder Spaten und Grabescheit GOttes, in einer Traurschrift über den Todt Henrici Eschers, Pastoris zu Travemünde, entworfen. Lubecæ 1705. in fol. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1705., p. 191.*

GEORGIUS LINDEBERG, Lubecensis, Caspari, civis honesti, filius, d. 20. Sept. A. 1655. in lucem editus, J. U. D., post reditum e Belgio, Anglia & Gallia, Kilonii A. 1681. creatus, Praxin qve ejusdem in patria mox exorsus, sed d. 23. Mart. A. C. 1694., ac æt. 39., mortuus, cujus Vitam Enochi Svantenii, Rectoris Lubecensis, *Programma* fusius exponit *funebre*.

Disp. de numero Testium, Præside D. Frid. Geislero. Lipsiæ 1676. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Titulo colorato, Præside D. Bernh. Schultzio. Kilonii 1681. in 4.

GEORGIUS CASPARUS LINDEBERGIUS, Georgii (*de qvo modo dictum*) filius, Lubecensis, J. U. Doctor. V. de illo *Nova Lit. Lubec., M. Jul A. 1708., p. 166. 167.*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 90. 91.*

Disp. de Pactis dotalibus, Præside D. Joach. Henr. Sibrando, Rostochii 1707. in 4. (*V. N. L. Lubec., M. Oct. A. 1707., p. 290. 291.*)

Disp. Inaug. de Juramenti delatione contra matrimonium, Præside D. Casp. Matth. Müllero. Rostochii 1708. in 4. (*V. N. L. Lubec., M. Jul. A. 1708., p. 166. 167.*)

FRIDERICUS LINDEBROGIUS, JCtus, Historicus, Antiqvarius, Philologus & Criticus eximius, & præclare de Autoribus ævi veteris pariter atqve medii plurimis, tum Græcis, tum Latinis, a se editis, castigatis atqve illustratis, meritus, primam Hamburgi, d. 28. Dec. A. 1573., lucem aspexit, patremqve habuit Erpoldum, Ædis Cathedralis Canonicum, ob insignia in Historiam Germaniæ, Saxoniæ ac Septentrionis, vetustiorem merita *Tomo II.* fusius celebrandum, matrem vero Annam Giesiam, Bernhardi, Civis Hamburgensis, filiam. Tyrociniis studiorum in patria,

(1.) *in Epistola dedicatoria versioni suæ Germanicæ Sermonis funebris, a Wilh. Batesio in Rich. Baxteri memoriam habiti,* A. 1701. ipsi inscriptæ, præfixa.

patria, præcocis ingenii beneficio, non celeriter ſolum, ſed & egregie, abſolutis, Juriſprudentiæ ſimul & Polymathiæ elegantioris univerſæ peritiam ſibi in Academiis paravit incomparabilem, cum Germanicis, tum præſertim Lugduno Batava. In ea, ab A. 1594., Joſ. Scaligeri, aliorumqve ævi ſui luminum, familiari gaviſus conſvetudine, integro, cum fratre Henrico, vixit qvinqvennio, famæqve literariæ præclaris Catalectorum Virgilianorum Pauliqve Diaconi, 22. natus annos, prælufit editionibus. E Batavia in Angliam, & inde in Galliam, delatus, Lutetiæ filiorum Suffredi Calignonis, Conſiliarii Regii intimi, Navarræqve Cancellarii, ſtudia integro ferme gubernavit ſexennio, horasqve ſubciſivas Bibliothecis urbis hujus illuſtribus excutiendis, Viriſqve eruditis ſæpius compellandis, maximo cum fructu, impendit. A. 1606. in Italiam e Gallia diſceſſit, A. 1607. autem in Germaniam, &, Licentiati .u.is titulo d. 7. Apr. A. 1608. Baſileæ reportato, Hamburgum non multo poſt rediit. Illic non inter concives ſolum eruditos doctrina multiplici, ſed inter Advocatos etiam celebriores Praxeos forenſis dexteritate, eminuit, & locum, ni fallor, inter Ædis Cathedralis Canonicos, Vicariorumqve ejusdem Decanatum (in qvo ſenex ſeptuagenarius Engelberto Krohnio d. 2. Oct. A. 1642. eſt ſubrogatus), poſt Doctoris Axioma Baſileæ jam ante, d. 13. Apr. A. 1624., ſibi collatum, obtinuit. Occaſione conjugii, qvod anno demum 1625., qvinqvagenario major, cum Gertrude Molleria, Sebaſtiani a Bergen, J. U. Lic. & Conſulis, vidua, triennio poſt mortua, contraxit, infœcundi, difficili ac diuturnæ (de qva ſupra, *p. 140.* ſub Bergii dictum eſt nomine) cum XIIviris patriæ, templorumqve curatoribus, Teſtamenti executoribus Bergiani, implicitus controverſiæ, cauſa cecidit, viduusqve tandem & *ἄπαις*, Bibliotheca ſua ſelectiſſima, ac MSStis propriis pariter atqve alienis qvamplurimis, A. jam 1645. civitati legatis Hamburgenſi, d. 9. Sept. A. C. 1648., ac æt. 75., vivis exceſſit. Vitæ ejus, rite a nemine hactenus deſcriptæ, meritorum in literas, & ſcriptorum, editorum pariter atqve *ἀνεκδότων*, hiſtoria uberior, cum plurimis eruditorum judiciis de illo honorificis, Tomo hujus operis exhibebitur ultimo. Conſulantur interim, qvæ a D. Nicol. Wilkenio A. 1723., in Vitis Lindebrogiorum Germanicis, *p. 16-56.*, de illo ſunt congeſta.

HENRICUS LINDEBROGIUS, Hamburgenſis, Friderici, modo celebrati, frater natu major, iisdem cum illo gaviſus eſt parentibus, &, uti ſchedæ me docuere fraternæ, d. 21. Febr. A. 1570. in lucem editus. E patria Lugdunum Batavorum, ad ſtudia continuanda, cum fratre, A. 1594. ablegatus, & Præceptores iſtic nactus celeberrimos, Joſ. Scaligerum, Bonav. Vulcanium, horumqve Collegas, commilitonem autem (qvocum mutua in ſtadio literario certavit æmulatione (1.)) civem ſuum inclytum, Joh. Wouwerium, in ſtudiis Juridico, Critico & antiqvario, omniqve literatura elegantiori, brevi ita profecit, ut Philologis ſuæ ætatis annumeraretur principibus. E Batavia in Galliam profectus, Pet. Puteano, Iſ. Caſaubono, aliisqve viris eruditiſſimis, familiariter innotuit, ac Codices MSStos, in Bibliothecis latentes Gallicis, ſollicite veſtigavit aſſidueqve evolvit. Horum nonnullos eum e Bibliotheca Cœnobii S. Victoris Pariſina furto ſubducere conatum, grande infortunium ægre evitaſſe, Paulus Colomeſius, compilator narratiuncularum de Viris doctis minus honorificarum temerarius, Iſ. Voſſii fidem, cordatioribus merito ſuſpectam, ſecutus, verbis perhibet ſeqventibus (2.), per B. G. Struvium (3.), Theod. Janſonium (4.) & Thom. Crenium (5.), pari peccantes credulitate, repetitis: *M. Voſſius m' a dit, qv' il avoit appris de M. du Puy l' aîné, qv' Henry Lindebrog, eſtant a Paris, & allant ſouvent à la Bibliotheqve de S. Victor, ſous pretexte d' y etudier, y deroboit toujours qvelqves manuſcrits; Et qve qvelcun ſ' eſtant apperçu de ſes larcins, on alla le prendre un matin en bonnet de nuit, & en pantoufles, & qv' on le mena ainſi en priſon. D' ou il ſortit qvelqves jours aprés, par le credit de M. du Puy.* Cui fabellæ aliorum de furtis Voſſii ipſius ſimilibus narrationes jure forſan opponentur. In patriam noſter redux, illic ad annum usqve circiter 1610., ſubſtitit, qvo Johannes Adolphus, Dux Holſato-Gottorpienſis, hortatu Joh. Wouwerii haud dubie, miniſtrorum ſuorum amicorumqve noſtri principis, Bibliothecæ eum Gottorpienſi aulicæ (A. 1606. a ſe conditæ), poſt Nathanis Chytræi filium, præfecit (6.). Huic ſub Friderici etiam ſucceſſoris præfuit imperio, &, licet famam, e monumentis ingenii expectandam proprii, Cenſorini & Joh. Sarisberienſis præclaris contentus editionibus, negligere videretur, aliis tamen eruditis ſuas in ſcriptores, qvos publicaturi erant, vetuſtos obſervationes, &, hos inter, Joſ. Scaligero varias Lectiones Manilianas (7.), Iſ. Caſaubono autem notulas in Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores (8.), reip. literariæ promoturus commoda, prompte communicavit. Obiit tandem A. C., non 1641. (qvi Henn. Wittenii (9.) eſt Parachroniſmus), ſed (uti ſchedæ Friderici fratris teſtantur) ſeqventi 1642., ac ætatis 72., die M. Julii XVto, corporisqve exuvias ſepulchro ædis Cathedralis Hamburgenſis paterno reliqvit.

Joſ. Scaligeri VII. ad illum Epiſtolæ, in editione *Epiſtolarum* ejus Lugduno-Batava anni 1626., *num. 202. 203. 205. 208. 209. 210. 211.*, *p. 452. 453. 455. 459-464.*; leguntur; Iſ. Caſauboni unica, Pariſiis A. 1602. exarata, in editione Caſaubonianarum Gronoviana Hagienſi anni 1638., *num. 215.*, *p. 261.*, in Græviana autem Brunſvicenſi anni 1656., *num. 241.*, ac Joh. Wouwerii tandem XII., in Hamburgenſi Wouwerianarum, A. 1618. excuſa, *Cent. II.*, *n. 16-27.*

Confer de illo, præter Henn. Wittenium, aliosqve ſcriptores jam allegatos, Herm. Latheri *Præfat. Tr. de Cenſu*, Adr. Baileti *T. II. Judiciorum de Eruditis Gallicorum, P. II.*, *p. 307. 308.*, & Joh. Alb. Fabricii *Præfat. ad Erp. Lindebrogii Scriptores rer. German. Septentr. p. 8.*, & Nicol. Wilkenii Biographiam ejus imperfectam, ac ſubinde erroneam, in Vitis Lindebrogiorum Germanicis, Hamburgi A. 1723. editis, *p. 11-16.*

ELOGIA.

Joh. Wouwerius (*in præf. Apuleji, A. 1606. a ſe editi*) *Virum* eum ſalutat *ſibi, & optimis ſtudiis, amiciſſimum. Cent. II. Ep. 16.*, cum multis ei verbis eſſet blanditus, hæc addidit: *Tu is es, apud qvem mea tuto auſim deponere, qvem ex omnibus elegi, cui me meaqve credam, imo etiam probata velim: Ep.* autem *19.* ita compellavit: *Tu nihil de trivio ſumis, ſed recondita & abſtruſa omnia impendio perqviris; qvo ſane induſtriæ tuæ afflatu, qvamdiu mecum fuiſti, alacritatem in hoc curriculo animorum pergendi addidiſti.*

Iſ. Caſaubono (*in Epiſt. cit.*) *Vir* audit *eruditiſſimus.*

Hug. Grotio (in Epigrammate in eum, ac Fridericum fratrem, *ἀνεκδότῳ*, in hujus vita recitando) *Criſeos aſtrum.*

Geverh. Elmenhorſtio (*in Emendatt. ad Apulejum*) *Vir eximius, morumqve integritate, modeſtiaqve & eruditione, præclarus.*

Joh. Ad. Cypræo (*l. c.*) *Philoſophus & JCtus eximius.*

Bernh. Dambkio (*in præfat. Agapeti*) *Vir multa doctrina, & pari pietate, commendandus.*

Joh. Alb. Fabricius (*l. c.*) ita de illo: *Univerſis elegantiores literas edoctis haud minus notus eſt exqviſitis & elegantis doctrinæ animadverſionibus in brevem, ſed elegantiſſimum, Cenſorini librum, qvam in patria colitur coleturqve ejus memoria, tanqvam Viri probi ac laudatiſſimi.*

SCRIPTA

(1.) V. Wouwerii duas ad eum Epiſtolas, *Cent. II.*, *num. 19. & 23.* (2.) *dans le Recueil des particularitez* (inter *Opuſcula literaria*), *p. 120. 121.* (3.) *in Diſſ. de doctis Impoſtoribus, §. 30.*, *p. 66. 67.* (4.) *in Syllabo plagiariorum, Amœnitatibus Theologico-Philologicis adjecto, p. 80.* (5.) *Diſſ. I. de furibus librariis p. 71. 72.* (6.) V. Joh. Ad. Cypræi *Annales Epiſcc. Sleſvic.*, *Lib. III.*, *c. 6.*, *p. 429.* (7.) V. Joſ. Scaligeri *Ep. 202. ad illum, p. 452.* (8.) V. *Epiſt. Caſauboni ad eum, mox allegandam.* (9.) *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1641.*

SCRIPTA EDITA.

Johannis Sarisberiensis Policraticus, sive de nugis Curialium, & vestigiis Philosophorum, Libri VIII., ab eo editi. Lugd. Bat., apud Fr. Raphelengium, A.1595. in 8. In *Præfat.* ad Conr. Withmarum, Frisiæ Orientalis Præsidem, editionem hanc meliorem præcedentibus a se, testatur, esse redditam, collatis cum Codice suo MSto duobus veteribus impressis, a Bonav. Vulcanio, J. Dousa filio & Franc. Nansio, suppeditatis.

Censorini Liber de die natali, ab illo recensitus, & notis illustratus. Hamburgi 1614. in 4. Lugd. Bat. 1642. in 8. Tertia etiam Editione (de qva Pet. Rabus, *in Bibliotheca Europæ Belgica, M. Jul. & Aug. A. 1697., p. 180.*, ac J. Alb. Fabricius *l. c.*, & *Lib. III. Biblioth. Lat., c. 4., p. 539.*, consulendi), ex optimorum collatione exemplarium denuo a Viro docto recognitus & auctus, adjectis Pet. Joh. Nunnesii in fragmentum notis, Annotationumqve Jos. Scaligeri, Cl. Salmasii, & aliorum, Spicilegio, Cantabrigiæ A. 1695. *in 8.* prodiit. Editio hæc Censorini *de die natali*, Joh. Adolpho, Duci Holsatico, ipso die ejus natali, a Lindebrogio inscripta (in qva, se exemplar Lud. Carrionis Parisiense præcipue esse secutum, ita tamen, ut multa ex illo menda, aliarum editionum ope, sustulerit, Notasqve, tum Carrionis, tum suas, qvæ Commentarii loco esse possint, exhibuisse, ipsemet, *in præfat.*, significavit), commendatur a J. H. Boeclero *in Lib. de Scriptt. Gr. & Lat. p. 66., ac Bibliographia curiosa, lit. E. 1. a.*, Ol. Borrichio (*Censorinum a nostro docte esse recensitum* judicante) *in Conspectu Scriptorum L. Lat. p. 22.*, D. G. Morhofio (cui *optima* audit *T. I. Polyhist. L. IV., c. 14., §. 15., p. 204.*, Joh. Alb. Fabricio (notas nostri *doctas, exqvisitas & elegantis doctrinæ*, appellante) *ll. cc.*, & Joh. Hallervordio (easdem Carrionis notis præferente) *in Spicilegio de Historicis Latinis p. 49.* E qvibus Boeclerus, &, qvi hunc (*in Biblioth. Vet. ac nova p. 474.*) seqvitur, Georg. Matth. Königius, Frid. Lindebrogio hanc Censorini tribuentes editionem, ob istam fratrum confusionem, jam olim, *in Homonymoscopia, Sect. II., c. 7., §. 68., p. 691. 692.*, a me sunt notati. Nunqvam enim hunc Autorem Fridericus edidit, etsi Notæ ejus qvædam & emendationes in illum marginales, suo editionis hujus exemplo αὐτόχειρι adjectæ, in Bibliotheca Hamburgensi supersint.

Altercatio Hadriani Augusti & Epicteti Philosophi, Disputatio item Pippini & Albini Scholastici; hæc nova, illa auctior, ex MSto Bibliothecæ Gottorpiensis, edita, & junioribus Holsatiæ inscripta Principibus. Hamburgi 1615. in 12. Utraqve, cum fratris ipsius, Friderici, Selectarum qvæstionum Satyra, Francofurti A. 1628. *in 8.* denuo prodiit. An *Disputatio* Albino, sive Alcuino, recte tribuatur, dubitat Frid. Besselius, *in Notis ad Eginhardi Vitam Caroli M. p. 93.*

Fragmentum qvoddam JCtorum veterum, cujus ab illo editi Joh. Wouwerius, *Cent. II., Ep. 16., p. 245.*, hisce verbis injecit mentionem: *Ita me Deus amet, non æqve meæ famæ faveo atqve tuæ. Qvare me omnino beasti, indicium faciens editi fragmenti JC. Veterum.*

INEDITA ET AFFECTA.

Juliani Imperatoris Operum nova editio.

De Kalendariis veterum Commentatio.

Comm. de Sacris veterum. (De tribus hisce Joh. Wouwerius, *l. c., p. 245.*, ita ad eum scripsit: *De Juliano Imperatore fac me voti compotem. Age, aggredere. - - De Kalendariis, ut tibi visum, facito; nisi ea tractari in Comment. de Sacris commode possent, vel illic repeti potius, qvod judicii tui facio.*

Variæ Lectiones ad Aur. Prudentii Poemata, e MSS. collectæ, & exemplo editionis illorum, a Vict. Giselino Coloniæ A. 1594. *in 8.* publicatæ, qvod in Biblioth. Hamburgensi asservatur, in margine adjectæ. Mentionem illarum factam esse video a Wouwerio, in Epistola ad Geverh. Elmenhorstium, editionem Prudentii molitum, A. 1610. scripta, *Cent. II., n. 91., p. 384.*

ANTONIUS LINDEMANN, Parochus ruralis in Wagria, circa A. 1638., Hohensteniensis.

Paradisus Catecheticus, oder Paradisischer Catechismus, nach den V. Hauptstücken des Catechismi Lutheri, gründlich erkläret, mit anmuhtigen allegoriis und similibus gezieret, und auf die IV. Hauptwasser im Garten Eden applicirt; Scriptum *in Catalogo Nundin. A. 1638. Autumn., p. 37.*, promissum, qvod an prodierit nescio.

JOHANNES LINDEMANN, Lubecensis, patre Antonio, mercatore, d. 24. Jun. A. 1670. natus, Belgio, Germania & Italia, peragratis, Doctoris titulum Halæ A. 1697. consecutus Medici, &, post Praxin in patria jam inchoatam, d. 5. Jul. A. C. 1700., ac æt. 30., extinctus. V. de Vita ejus Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma funebre, Nova Lit. Lubec., M. Aug. A. 1700., p. 256.*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 340. 341. 342.*

Disp. Inaug. de Morbo retrogrado, Præside D. Georg. Ern. Stahlio. Halæ 1697. in 4.

OTTO NICOLAUS LINDHOLZ, Kiloniensis, urbis patriæ Senator, & deinde Consul, simulqve Judicii provincialis Advocatus, ac Fisci Ducalis Holsato-Gottorpiensis patronus, sub finem anni 1697. subita, in curiæ Kiloniensis ingressu, morte est exanimatus. A Joh. Christoph. Becmanno (1.), Nicolaum eum tantum appellante, falso J. U. D. & Professor Syndicusqve, in Academia Kiloniensi, fuisse perhibetur. Phil. Andr. Oldenburgerus, ipsius adversarius, loco mox allegando, *Virum* eum salutavit *doctum & eruditum*. Confer, qvæ, *in Novis Lit. Lubec. A. 1698., M. Jan., p. 15.*, de illo a me sunt narrata.

Miscellaneæ aliqvot Juris positiones, e discursibus præcipue Erici Mauritii, JCti Kiloniensis, publicis excerptæ, & Præside eodem defensæ. Kilonii 1668. in 4. Harum Thesin 35. sive ultimam, qva, Capitulationem Leopoldinam omnium S. Rom. Imp. Ordinum nomine esse scriptam, ad mentem Mauritii, contra Burgoldensis (sive Phil. Andr. Oldenburgeri) *Discursus ad Instrumentum pacis*, asseritur, Franc. Irenicus, vel ipse potius Oldenburgerus, *in Collegio ad Partem II. Discursuum Burgoldensis, p. 37. 38., impugnavit*, a nostro denuo A. 1675., in *Diss.* seqventi, *p. 25. & seqq.*, confutatus.

Diss. Juris publici de Capitulatione regni Germanici, Præside D. Sam. Rachelio proposita. Kilonii 1675. in 4., Lipsiæ 1676. in 4. Diss. hæc, Franc. Irenico reposita (qvam sibi Præses Rachelius, *in Introd. ad Jus publ. p. 47.*, sed falso, uti Lindholzius in Colloqvio mihi asseveravit familiari, vindicat), a Joh. Georg. Kulpisio, *P. II. Commentationum in Monzambanum p. 68.*, est commendata, sed, Nic. Chr. Lynckero (*Lib. II. Instructorii forensis, Sect. II., P. I., c. 2., lit. f. 1. a.*) judice, *rem non conficit.*

Tr. de Subordinatione Jurium, qvem superstes a se jussit expectari.

JOHANNES LINOVIUS, Lubecensis, patre Joachimo, Chirurgo, d. 30. Mart. A. 1602., natus, Scholæ initio, in urbe Borussiæ Regiomontana, Kniphovianæ, & qvintæ deinde Classis in patria Lubecensi, ab A. 1634., Præceptor, Apoplexia, d. 7. Sept A. C. 1663., & æt. 61., extinctus. V. M. Seb. Meieri, Rect. Lubec., *Programma* de vita illius *funebre*, Henr. Bangerti *Catalogum Præceptorum scholæ Lubecensis*, & J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec., c. 14., p. 360. 361.*

Felicis mortis imago, Gothardo ab Höveln, patriæ Consuli, in luctu repræsentata. Lubecæ 1662. in 4.

(1.) *in Notitia Universit. Francofurtanæ, c. 7., p. 230.*

SEVERINUS LINTRUPIUS, Jacobi filius, a pago natali Lintrupensi, in Kalslundensi præfecturæ Hathersslebiensis sito Nomarchia, cognomen mutuatus, cum eximiam plane Theologiæ, Philosophiæ, & totius Polymathiæ elegantioris, in Academia sibi Hafniensi, & Collegio ejus Mediceo sive Borrichiano, comparasset peritiam, nova huic augmenta acqvisiturus, iter A. 1696. in Angliam, aliasqve regiones exteras, meditabatur literarium (1.). Retraxit autem huic jam accinctum vis fatorum subita, cum, eodem anno 1696., a Christiano V., Daniæ Rege, non Professorum solum Philosophiæ & Theologiæ in Acad. Hafniensi designatorum adscriberetur numero, sed Scholæ etiam Civitatis in Norvagia Bergensis Cathedrali Rector præficeretur. Officium hoc scholasticum, d. 3. Aug., solenni *de felicitate ac prærogativa Seculi XVII. literaria* Oratione est auspicatus (2.), exercitiisqve Disputatoriis & Oratoriis in scholam primum introductis (3.), ac Bibliotheca 300. voluminum eidem comparata (4.), præclare per integrum administravit sexennium. Cum autem A. 1702., ferali urbis Bergensis (de qvo *Schediasma* ipsemet peculiare est pollicitus (5.)) incendio, non schola solum, hujusqve supellex libraria, sed Bibliothecæ etiam ejus privatæ, locupletis & sumptu congestæ haud exiguo, pars 1200. circiter voluminum maxima, cum Analectis scriptisqve propriis ἀνεκδότοις qvamplurimis, conflagrasset (6.), in Academiam, relicta Norwagia, remigravit Hafniensem. In hac A. 1703. Præpositus initio alumnorum Communitatis, qvam vocant, constitutus regiæ, illos etiam confestim Progymnasmatis, qvæ per annos complures erant intermissa, Disputatoriis denuo assvefecit ac Oratoriis (7.), & biennio post (A. 1705.) novam, in eodem Collegio Regio, Societatem *Indagantium* instituit literariam, in cujus congressibus, a se, & Magistris studiosisqve erectioris ingenii, sermones, qvavis hebdomade, posthac vernaculi, de Academiis & Eruditorum Collegiis, Bibliothecis, viris doctis nuper mortuis, scriptis recens editis atqve ἀνεκδότοις, variisqve controversiis, problematis, paradoxis, desideriis, observationibus & novis literariis, aliqvoties miscerentur (8.). Insigni hac in Juvenibus, & publice, & privatim, instituendis sedulitate, qva, Professorum etiam aliqvot vice fungens, plerosqve Doctores superabat Academicos, publicam A. 1707. Eloqventiæ, in qva Joh. Trellundio est subrogatus (9.), professionem, adjunctumqve isti Secretarii munus Academici, promeruit. Nec, ex eo tempore, a schola illustri Hafniensi, matre studiorum suorum, cui doctrina multiplici, scriptisqve egregiis, majorem hactenus famam conciliavit, licet in Kiloniensem, anno jam 1708., ad Theologiam docendam, invitatus esse feratur, potuit abstrahi, donec tandem A. 1720. a Friderico IV., Rege Danico, ad Episcopatum Jutiæ eveheretur Wiburgensem. Protecclesiastes aulicus Hafn. & Theol. Prof. A. 1725. est constitutus.

Bibliotheca Lintrupiana, ex reliqviis incendii Bergensis collecta, & Hafniæ feliciter aucta, plura qvam 600. solarum omnis generis Disputationum, Theologicarum præcipue & Historicarum, numerans Volumina, multisqve præterea Theologorum ac Philologorum MSStis, Eruditorumqve Epistolis & Actis Seculi XVI. Ecclesiastica polemicis ἀνεκδότοις superbiens, celebratur a Raupachio *l. c. p. 34. 89. 90.* & in Alb. Thuræ *Idea Hist. Lit. Dan. p. 232.*

Plura de illo, & scriptis, editis atqve ineditis, suggerent ipsius *Reliqviæ incendii Bergensis*, Hafniæ A. 1704. editæ; Catalogus scriptorum, ab eo promissorum, ex his excerptus, qvem *Nova Literaria Lubecensia, M. Aug. A. 1704., p. 247-252.*, exhibent, *Nova* eadem *Lubecensia anni 1699., p. 14. 15. 23., anni 1700. p. 45. 174., anni 1701. p. 50. 51. 107. 177., anni 1702. p. 81. 82. 266., anni 1703. p. 44. 114. 133. 134. 273. 274., anni 1704. p. 54. 219. 279. 287., anni 1705. p. 47. 48. 79. 80. 153. 177. 178. 288., anni 1706. p. 52. 192. 267. 341. 342. 343. 349., anni 1707. p. 142. 342. 343. 344. 383., & anni 1708. p. 47. 145. 146. 147.*, ac, qvi his sua debent, Rud. Mart. Meelführerus, *in Accessionibus ad Theod. Jansonii Biblioth. latentem p. 55. 56. 57.*, & Val. Ern. Löscherus, *in Relationibus Theologicis vernaculis anni 1701., M. Jun., p. 222., & anni 1707., Sect. II., p. 131. 132., ac Sect. XII. p. 794. 795.* His adde Joh. Gottl. Krausii *Novellas Lipsienses literarias Germanicas anni 1715. p. 373. & anni 1717. p. 154. 155. 173. 828.* Bernh., Raupachii Comment. de præsenti rei sacræ & literariæ in Dania statu p. 12. 34. 44. 45. 51. 52. 57. 62. 71. 89. 90. 93. 98-101.

ELOGIA.

Lipsiensibus (in Actis Erud., M. Mart., A. 1716. p. 134.) *Vir* audit *celeberrimus & ingenii meritis clarissimus*; Val. Ern. Löschero (*l. c.*) *Vir celebris ac de Ecclesia Evangelica jam meritissimus*, & Joh. Herm. ab Elswich (*in Disqvis. de Formula Concordiæ, §. 8., p. 18.*) *celeberrimus ac de re sacra juxta & literaria apud Danos meritissimus.* Encomiastas etiam e Collegis Hafniensibus, qvi carmina Tomo II. Dissertt. Acad. Ol. Borrichii præfixere, nactus est Joh. Trellundium, Matth. Ancherfen & Andr. Frölundium. A qvorum ultimo merito appellatur *Lycei sidus prælustre patrii, Vir virtute insignis, meritisqve decorus*; nec non *fugientium literarum strenuus Restitutor, Virqve in tantum laudandus, in qvantum hinc plurium scientiarum decus, illinc igneus publico inserviendi ardor, æstimari coliqve meretur.* Conf. Christ. Falsteri Epistolam encomiasticam, qva illi *Qvæstiones* suas *Romanas*, seu *Ideam Historiæ Romanorum literariæ*, A. 1718. inscripsit.

SCRIPTA LATINA EDITA.

I. PROPRIA.

Specimen calumniæ Papæo-Calvinianæ in Augustanam Confessionem invariatam, cum Appendice de Breviario ubiqvitistico, & præfatione D. Hect. Gotfr. Masii. Hafniæ 1692. in 4.

Vindiciæ Daniæ Orthodoxæ, fidelis & pacificæ, D. Hect. Gothofr. Masii, Theologi Hafniensis, contra D. Sam. Andreæ, S. Lit. Professoris Marpurgensis, *Epistolam gratulatoriam & Apologeticam*, A. 1690. ei oppositam. Hafniæ 1692. in 4. Sam. Andreæ *Defensioni Epistolæ suæ, adversus istas, Digressionem*, a se 1694. jam conscriptam, repositum iri, *in Reliqviis incend. Berg., p. 39.*, est pollicitus.

De Campis Elysiis Paganorum Schediasma Philologicum. Hafniæ 1693. in 4.

De Θηριομαχίᾳ Paulina 1. Cor. XV. 32. Disqvisitio Historico-Critica. ib. 1695. in 4.

De Polymathia Scriptorum sacrorum, speciatim D. Pauli Apostoli, Schediasma, tribus Exercitationibus in Collegio ventilatum Mediceo. Hafniæ 1694. in 4.

Specimen Angliæ Lutheranizantis, seu Schediasma de Concilii Dordraceni in Anglia contemptu, D. Hect. Gotfr. Masii Exercitationi de contemptu Concilii Tridentini in Gallia adjectum, & cum illa excusum. Hafniæ 1696. in 4. Recusum Witteb. A. 1710. in 4. (teste Raupachio), denuoqve auctius Hamburgi A. 1719., *Tomo I. Dissertt. Academicarum* D. Hect. Gotfr. Masii, a Lintrupio editarum, *n. 19.* Ἀποσπασμάτιον hoc *Harmoniæ*, qvam promisit, *Ecclesiarum Augustanæ & Anglicanæ confessionis* judicia (*teste ipso in Reliqviis p. 5.*) benigniora J. Joach. Zentgrafii (*in Exerc. de Electione ex fide prævisa p. 173.*), Val. Ern. Löscheri (*l. c., M. Jun. A. 1701., p. 222.*), Joh. Georg. Eccardi (*in Excerptis menstruis Hannoverianis, M. Dec. A. 1701., p. 15.*), Joh. Frid. Mayeri (*in Epist. de Controversiis Anti-Trinitariis Anglicanis*)

(1.) V. ejus *Præfat. Reliqviarum incendii Bergensis p. 2.* (2.) V. *Reliqvias incendii Bergensis p. 48.* (3.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1701., p. 177.* (4.) *V. Præfat. Reliqv. inc. Berg. p. 5.* (5.) *in Reliqviis p. 47.* (6.) *V. Præfat. Reliqv. Inc. Berg. p. 4. 5.* (7.) *V. Nova Lit. Lubec., A. 1703., M. Jun., p. 133.* (8.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1705., p. 177. 178., & M. Febr. A. 1706., p. 52.* (9.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1707., p. 383.*

canis) & G. H. Götzii (*in Diss. de Lutheranismo D. Bernhardi*), est expertum, præcipitata autem (cui in *Harmonia* ipsa respondebitur) censura a D. Joh. Christoph. Becmanno, Theologo Acad. Viadrinæ Reformato (*in Diss. de Bellis Domini, c. 2., §. 21., p. 66.*), notatum.

Pium desiderium, de selectioribus Eruditorum opusculis ac Dissertationibus Academicis, argumenti amœnioris Theologici, aut Historico-Critici sacratioris, ab interitu vindicandis, & in sua Syntagmata conslipandis, Avtoschediasmate Epistolico ad Novorum literariorum Lubecensium collectores expositum, & frustillatim, *in Novis Literariis anni 1701. Lubecensibus, M. Apr. p. 110-115., M. Majo p. 142-147., M. Jun. p. 178-185., M. Jul. p. 201-206, & M. Aug. p. 243-2 o.*, editum, ac Anonymi *Appendice* (*ibid. M. Jun. A. 1702., p. 185. 186.*) auctum. (Hujus Schediasmatis, omniumqve præcedentium, editiones, *in Reliqviis incend. Berg. p. 39. 40. 44. 46.*, pollicitus est novas ac longe auctiores.)

Scholion de Scriptoribus, qvi fœminas celebrarunt eruditas, in iisdem *Novis Lit. Lubec. anni 1701., M. Apr., p. 108. 109. 110.*, publicatum.

Theses de Gratia universali & prædestinatione. Bergæ A. 1701. (*V. N. L. Lubec., M. Jun. A. 1701., p. 177.*)

Disp. de sex præcipuis Pontificiorum erroribus qvæstuosis. Bergæ A. 1702. (*V. N. L. Lub., M. Mart. A. 1702., p. 81. 82.*

Programma de Emporiis Academicis, & mercatura bonarum artium. Hafniæ A. 1703. (*V. N. L. Lub., M. Majo A. 1703., p. 114.*)

Reliqviæ Incendii Bergensis ultimi, seu pressior Designatio Tractatuum, Dissertationum & Schediasmatum variorum, qvæ, partim ante nuperum ferale incendium Bergense, assiduis trium lustrorum lucubrationibus, prælo paraverat, partim flammis absorpta, denuo reparavit, ac porro reparabit. Hafniæ 1704. in 4. Indicem scriptorum, qvæ in hoc Meletemate fusius delineantur, Synopticum, & Lubecenses, in *Novis Lit. A. 1704., M. Aug. p. 247-252.*, jam exhibuerunt, & nos mox exhibebimus.

Diss. epistolica de scriptis D. Hieron. Welleri, ad M. Christ. Frid. Læmmelium, illorum editorem. Hafniæ 1704. in 4.

Avtoschediasma Epistolicum de meritis D. Joh. Bugenhagii in Ecclesiam Danicam, ad M. Christoph. Frid. Læmmelium, in Læmmelii *Historia Bugenhagiana*, Hafniæ A. 1706. *in 4.* edita, *p. 97-112.*, obvium. Commendatur a Val. Ern. Löschero, *l. c., Sect. II. A. 1707., p. 131. 132.*

Specimen Protheoriæ Theologicæ generalis, Positivo-Polemicæ plenioris, brevibus lineamentis adumbratum, atqve publicis aliqvot Disputationibus ventilatum. Hafniæ 1706. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Lubec., M. Nov. A. 1706., p. 341. 342. 343., M. Majo A. 1707., p. 142., & M. Nov., p. 342. 343. 344.*

Epistola ad Joh. Frid. Wandalinum, Prof. Hafn., prolixa, de Historia Ecclesiastica, post reformationem a Protestantibus diligentius exculta, & Joh. Conr. Danhaueri laudibus ac scriptis, Danhaueri *Christeides, seu Dramatis sacri, Actui secundo*, Hafniæ A. 1708. *in 4.* per Wandalinum edito, præmissa.

Programmata funebria, aliaqve diversi argumenti, qvamplurima, publico Academiæ Hafniensis nomine, A. 1708. 1709. 1710. & seqq., conscripta ac edita.

Diss. epistolica de profana Seculi novaturientis licentia in sacris, ad M. Andr. Christoph. Zellerum, Mosis Maimonidis Tractatui de Vacca rufa, Hebræo-Latine, cum Commentario, per Zellerum, Amstelodami A. 1711. *in 8.* edito, adjecta. V. Val. Ern. Löscheri *Appendicem* der Unschuldigen Theologischen Nachrichten des Jahres 1711. *p. 988.*, & B. Raupachium *l. c. p. 100.*

Meletematum Criticorum ad selectiora Novi Testamenti loca, ex antiqvitatibus exoticis illustranda, Specimina IV. de Asiarchis, Paulo amicis, ad Act. XIX. 30. 31. Hafniæ 1715. 1716. 1720. in 4. Horum, & continuationis illorum promissæ, σκιαγραφίαν *Parte LVII.* der gelehrten Famæ, *p. 637. 638. 639.*, invenies.

Præfatio de Lingvæ Germanicæ in Academiis usu & abusu, præmissa Joh. Schalleri, Transsylvani, Isagogæ Grammaticæ in Lingvam Germanicam Danicæ, Hafniæ A. 1716. excusæ. V. J. G. Krausii *Nov. lit. Lips. A. 1717., n. 20., p. 155.*

Programma Jubilæo Ecclesiæ Lutheranæ secundo A. 1717., in Academia Hafniensi, præmissum. V. ejusdem *Nov. lit. A. 1718., n. 26., p. 207.*

Præfatio de Danorum in literas elegantiores meritis, circa Lexica Lingvarum, præsertim Latinæ, accuratiora conscribenda; præfixa Christ. Falsteri, Scholæ Ripensis Conrectoris, Supplemento Lingvæ Latinæ, Flensburgi A. 1717. *in 8. maj.* impresso.

Præfatio, qvam Thomæ Broderi Bircherodii, Prof. Ottoniensis, Tractatui de Cultu Bovis, qvi Hafniæ A. 1717. excudebatur, præmisit, teste Krausio *l. c., num. 22. A. 1717., p. 173.*

Oratio Jubilæa de Halcyoniis Ecclesiæ Borealis Dano-Norwegicæ, ab omni persecutione, hæresi, schismate, apostasiaqve Principum & Doctorum, adhuc immunis, Hafniæ d. 31. Oct. A. 1703. habita, ac Notis aucta; cujus plagulas sex priores, A. jam 1707. Hafniæ fuisse excusas B. Raupachius, *l. c. p. 100.*, perhibet. Tota in D. Ern. Salom. Cypriani *Hilaribus Evangelicis*, Gothæ A. 1719. *in fol.* publicatis, *Parte II.*, prodiit. V. Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. I. A. 1719., p. 88.* Commendata est ab Henr. Muhlio *Diss. I. Historico-Theol. de Reformatione Cimbrica p. 114.*

Epistola in laudem D. Joh. Fechtii, Theologi Rostochiensis, & scriptorum ejus, ad M. Gust. Frid. Fechtium, filium, d. 10. Apr. A. 1718. scripta, & ab hoc Parentis *Lectionibus in selectiorum ex universa Theologia Controversiarum Syllogen*, Rostochii A. 1718. in 8. impressis, præfixa.

Præfatio pro Danorum Poesi apologetica, M. Laur. Thuræ, Poematis Danicis (ed. Hafn. 1721. *in 4.*) præmissa.

II. ALIENA.

Joh. Jani Svaningii, Insulæ Samsoensis in Dania Præpositi, Theologia naturalis contemplativa L. Annæi Senecæ, e scriptis ejus in Locos communes digesta; a Sev. Lintrupio edita, cum Præfatione sua de Seneca, ejusqve Christianismo & commercio cum Paulo. Hafniæ 1710. in 4. V. de illa Lipsiensium relationem, *in Actis Erud., Tomo VI. Supplem., Sect. VII., num. 16.*, obviam. Præfatio Lintrupiana, fabulam de Senecæ refellens Christianismo, *erudita* a Joh. Alb. Fabricio (*in Supplem. Biblioth. Lat., L. 2., c. 9., p. 161.*) vocatur.

Olai Borrichii, Med. & Lit. elegant. Professoris Hafniensis, Dissertationes (*sive Orationes*) XX. Academicæ, Tomis II., qvibus Pauli Vindingii Oratio parentalis in excessum Borrichii præmittitur, ab illo juris factæ publici. Hafniæ 1714. in 8. Historiam & argumenta illarum exposuere Lipsienses, in *Actis Eruditorum*, tum Latinis, *M. Mart. A. 1716., p. 134-139.*, tum Germanicis, *Sect. 39., p. 1-8-170.*, ac utrobiqve Lintrupii simul Præfationem, *& copiosam, & eruditam*, in qva, post Oratores gentium Europæarum potiores, Borrichiumqve præsertim, celebratos, singulæ Orationes supplementis & observationibus illustrantur selectis, merito commendarunt.

D. Hect. Gotfr. Masii, Prof. Theologi Hafniensis, Amica Velitatio epistolaris cum V. C., Paulo Infantio, Ecclesiæ in Gallia Reformatæ Ministro, de Gratia universali, Fide Infantum, aliisqve fidei capitibus; e MSS. edita, cum Sev.

Lintrupii Summariis & Præfatione de Reformatorum nimiis laudibus atque abusu Rationis in sacris. Hafniæ 1718. in 4. Recensum, & Velitationis ipsius, & Præfationis Lintrupianæ, exhibuere Lipsienses (ex hac, *molem Tractatus propemodum æqvante*, Autoris *doctrinam, lectionem multijugam, fontibusqve innixam solidam industriam, elucere*, judicantes) *in Actis Erud.*, *M. Apr. A. 1719.*, *p. 153-159.*, Joh. Gottl. Krausius *in Novis literariis anni 1718. Latinis, num. 24.*, *p. 279. 280. 281.*, & Val. Ern. Löscherus in den Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1718.*, *p. 1073-1076.* Lintrupium huic Tr. Præfationem apologeticam de prærogativis Ecclesiæ Lutheranæ, Theologi Marpurgensis Disputationi oppositam præmittere olim voluisse ex Cat. nund. Lipf. A. 1711. aut. p. 4. patet.

Ejusdem H. G. Masii Dissertationes Academicæ, diversis olim temporibus ac locis editæ, nunc vero in unum volumen collectæ, ineditis qvibusdam auctæ, & in duos Tomos Dogmatico-Historico-Polemicarum atqve Exegeticarum (qvibus Orationum academicarum triga additur) distributæ. Sev. Lintrupius omnes recensuit, a sphalmatis repurgavit, summariis, ubi deerant, novis, subinde etiam supplementis, auxit, Præfationem deniqve, plurimarum historiam aut occasionem, nonnullarum vero etiam declarationem apologeticam, paucis complexam, cum Vita & Catalogo scriptorum Autoris, editorum atqve ineditorum omnium, & Indicibus necessariis, adjecit. Hamburgi 1719. in 4. Indices illarum sistunt Lipsienses *in Actis Erud. Lat.*, *M. Sept. A. 1719.*, *p. 385-388.*, ac *in Germanicis*, *Parte LXVI.*, *num. 1.* Autor der gelehrten Famæ, *Parte LVII.*, *p. 644-648.*, & J. G. Krausius *in Novellis literariis Lipsiensibus anni 1717. Germanicis, num. 18.*, *p. 140. 141. 142.*

SCRIPTA INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Ex hisce seqventia, argumenti & methodi singulorum Sciagraphia (qvam describere brevitatis studioso non licet) prolixiori adjecta, ab ipso, A. 1704., in *Bergensis Incendii* enumerata sunt Reliqviis:

1. Harmonia Ecclesiarum Augustanæ & Anglicanæ confessionis in dogmatis & ritibus, qva Ecclesia Anglicana veritatis Evangelicæ, contra Ecclesiæ Calvino-Reformatæ, & Concilii Dordraceni, errores, cum in credendis, tum in agendis, aliisqve etiam qvæstionibus historicis, perpetua, jam inde usqve a reformatione, testis exhibetur. Præmittuntur Prolegomena de disputatione κατ' ἄνθρωπον, ejusqve in Theologia Elenchtica usu ac momento, Joh. Chr. Becmanni de *Specimine Angliæ Lutheranizantis* censuræ opposita, & Diss. Isagogica de tota Ecclesiæ Anglicanæ historia; Subjicitur autem Diatribe votiva Historico-Theologica de concordia & pace, Evangelicos inter & Reformatos, Ecclesiastica. (Hujus operis, cujus ἀποσπασμάτιον est *Specimen Angliæ Lutheranizantis*, supra memoratum, pars magna in Bergensi periit incendio, paulatim reparanda.)
2. Διδασκαλία καὶ εὐσέβεια, seu Compendium Theologiæ Theoretico-Practicæ, in qva singulis Theologiæ, non tantum Articulis, sed etiam thesibus, perpetua praxis pietatis atqve usus moralis subjicitur.
3. Veritas in medio, seu Diatribe Historico-Theologica de Orthodoxia inter duo hæresium, aut errorum, extrema, excessum ac defectum, per omnes fidei articulos, in Theoria & Praxi, ubiqve media: Cum Diss. præliminari Historica de intempestivis atqve infelicibus in bellis Domini mediatoribus.
4. Lineamenta Theologiæ Positivo-Polemicæ, succinctis Aphorismis comprehensa, qvorum singulis potiores pro thesi atqve antithesi Autores adjiciuntur.
5. Panoplia Evangelica Anti-Papæa, seu Controversiarum, qvæ Evangelicis cum Romanensibus intercedunt, omnium Syntagma plenius Danicum: Cum præfatione de Politica Pontificiorum Theologia, seu ratione status in religione Papæa. Hujus operis, igne magnam partem consumpti, sed reparari cœpti (de qvo *Nova* etiam *Literaria Lubecensia, M. Febr. A. 1701.*, *p. 51.*, *& M. Sept. A. 1702.*, *p. 266.*, conferri possunt), Specimen, in controversia de translatione & lectione S. Scripturarum vernacula, promulsidis loco, primum publicabitur.
6. Dubia CCCC. vexata N. T. extantiora, methodo illi, qva Dubia V. T. vexata D. Aug. Pfeifferus exposuit, Parallela pertractata: Cum Diss. Præliminari de studio Biblico in Papatu neglecto, per B. Lutherum autem feliciter revocato, in Ecclesiis Evangelicis, omnibus, præsertim Theologiæ studiosis, diligentissime excolendo, ac Bibliothecæ N. T. Exegeticæ conspectu Critico.
7. Dubia vexata Ecclesiastica, ex Historia trium primorum a N. C. seculorum, Pfeifferiana itidem methodo pertractata, & Gotfr. Arnoldo præprimis opposita: Cum præfatione de immodico Scriptorum modernorum in Hist. Eccl. Scepticismo.
8. Compendium Historiæ Ecclesiasticæ, a N. C., ad nostra usqve tempora, Danicum. (*Confer de illo N. L. Lubec.*, *M. Dec. A. 1703.*, *p. 273. 274.*)
9. Historia Religionum & Sectarum orbis universi potiorum Danica, in Tomos digesta complures, qvibus sistentur:
   - α. Historia Atheismi, Deismi, Naturalismi atqve Indifferentismi, cum Antidotis generalibus, Vindiciis S. Scripturæ & religionis Christianæ, Appendicula de Balth. Beckeri Mundo fascinato, & Repertorio Bibliothecæ Anti-Atheisticæ.
   - β. Historia Papismi & Papatus, cum Præjudiciis seu Antidotis contra Papatum generalibus, Apparatuqve Bibliothecæ Anti-Pontificiæ: Tomis II.
   - γ. Historia Lutheranismi & Reformationis Evangelicæ, speciatim autem Danicæ, cum Bibliothecæ Evangelico-Lutheranæ Inventario: Tomis II.
   - δ. Historia Gentilismi Veteris & moderni universalis, cum Repertorio Bibliothecæ Anti-Paganæ: Tomis II.
   - ε. Historia Judaismi Veteris ac moderni degeneris, cum Episagmate de conversione Judæorum, Bibliotheca Anti-Judaica, & Antidotis contra Judaismum generalibus: Tomis II.
   - ζ. Historia Muhamedismi, cum Delineatione Imperii Ottomannici, & Apparatu præjudiciorum contra Turcismum.
   - η. Historia Anti-Trinitaria Unitariorum, tam veterum, qvam recentiorum, cum Antidotis adversus eos, & Catalogo Bibliothecæ Anti-Trinitariæ.
   - θ. Historia Calvinismi, cum Appendicula Bibliothecæ Anti-Calvinianæ.
   - ι. Historia Fanaticismi atqve Enthusiasmi generalis: Cum Mantissa de historia nuperæ συνέρξεως Pietisticæ, & Apparatu Anti-Fanatico.
   - κ. Historia Ecclesiarum Orientalium.
   - λ. Historia Arminianismi, cum Bibliothecæ Anti-Arminianæ Catalogo.
   - μ. Historia Syncretismi, cum Apparatu Anti-Syncretistico. (E duodecim hisce operis istius Sectionibus tres priores, ante incendium Bergense, vel plane, vel majori ex parte, confectæ, licet illo perierint, haud ægre poterunt refici; Qvinqve seqventes affectæ tantum sunt, &, comportato maximam partem apparatu, delineari cœptæ; Qvatuor autem ultimæ justæ tractationi tantum destinatæ. Qvam si absolvere non licuerit, breviores tamen de singulis Dissertationes Latinæ ab Autore publicabuntur.)

10. Clavis

10. Clavis Philosophiæ, sive Nomenclator terminorum communium Philosophicorum Alphabeticus.
11. Dictionarium Antiqvitatum Romanarum & Græcarum, cum præf. de usu illarum.
12. Sceleton Logices Eclecticæ novantiqvæ Thetico-Elenchticæ, brevibus Aphorismis omnes fere nobiliores controversias Logicas, præsertim novissimas, compendio repræsentans, qvod Indiculi Controversiarum, & Bibliothecæ Scriptorum in Logica extantiorum, instar esse poterit.
13. Bibliotheca Theologica e Disputationibus, seu Notitia Disputationum, potiora Theologiæ Positivo-Polemicæ, Exegeticæ, Historicæ, &c., capita illustrantium. (Confer de hac *Pium* ipsius *Desiderium*, *in N. L. Lub. A. 1701., M. Apr., p. 113.*)
14. Novum Bibliothecæ latentis & promissæ specimen, R. M. Meelführeri *Accessiones ad Almeloveenium* integra scriptorum ἀνεκδότων, magnam partem septentrionalium, Chiliade continuans: Cum Schediasmate de incendio Bibliothecarum, ac speciatim suæ.
15. De variis rei scholasticæ, & methodi inprimis Pædevticæ, nævis ac defectibus modernis emendandis Schediasma Criticum.
16. Idea Regis Christiani, sive Panegyricus, qvo vitæ ac virtutum Christiani V., Augustissimi Daniæ Regis, Epitome, in Symbolo augusto: PIETATE ET JUSTITIA, repræsentatur, in schola Bergensi d. 14. Nov. A. 1699. habitus. Accedit Elogium, præcipuos vitæ regiæ actus stylo complectens lapidario. (*Conf. N. L. Lub., M. Febr. A. 1700., p. 45.*)
17. Oratio Gratulatoria ad Fridericum IV., Regem Daniæ, ipso unctionis regiæ festo, d. 15. Apr. A. 1700., habita, de singulari augustæ Domus Oldenburgicæ fortuna, atqve indivulsa in regnis Arctois successione, & fatalibus in ea Christianorum & Fridericorum nominibus: Cum Voto Metrico. (*V. N. L. Lub. A. 1700., M. Jun., p. 174.*)
18. Oratio Jubilæa Evangelica de Halcyoniis Ecclesiæ Borealis Dano-Norwegicæ, 1. a persecutionibus, 2. ab hæresibus, schismatis & contentionibus domesticis, 3. ab Apostasia Principum & Doctorum, hucusqve, per Dei gratiam, immunis, seqviora aliarum Europæ Ecclesiarum fata παραλλήλως conferens; Hafniæ d. 31. Oct. A. 1703. habita. Cui Notæ accedunt. (*V. N. L. Lub. A. 1703., M. Febr. p. 44.*)
19. Vindiciæ nominis Danici, seu Fama Danorum literaria, contra obtrectatores exteros, inprimis recentissimum ex Hybernia, Molesworthium, ita vindicata, ut ingenia simul & merita Danorum in rem omnem literariam, contra horum contemptum & ἐγκλήματα asserantur. Hujus libri, A. 1695. scripti, flammisqve Bergensibus A. 1702. absumpti, seqventia prodibunt ἀποσπασμάτια, denuo carpta reparari:
α. De singulari Ecclesiæ septentrionalis Dano-Norvegicæ, sub augusta domo Oldenburgica, felicitate; cum Digressione pro Vindiciis Daniæ Orthodoxæ H. G. Masii, A. 1692. editis, contra D. Sam. Andreæ, Theologi Marpurgensis, Defensionem Epistolæ Apologeticæ.
β. Diatribe de Liturgia & Rituali Danico, rituumqve ejus cum antiqvitate harmonia.
γ. De studio Exegetico & Homiletico in Dania feliciter culto, ac Homiletis Danorum celebrioribus.
δ. De regia Universitate Hafniensi, ejusqve præstantia, Collegiis, Communitate, Bibliothecis, &c.
ε. De Poesi ac Poetis Danorum præstantioribus, adv. J. F. Crameri *Vindicias nominis Germanici p. 32.*
ζ. De cultu lingvæ Danicæ, & Metaphrastis Danorum potioribus.
η. De caussis ὀλιγογραφίας Danicæ, seu cur pauciora a Danis scripta edantur.
θ. De erroribus exterorum in Daniæ Geographia & Historia, Civili, Ecclesiastica atqve literaria.
20. Speciminis calumniæ Papæo-Calvinianæ in Augustanam Confessionem, A. 1692. publicati, Editio longe auctior.
21. Specimen calumniæ Papæo-Calvinianæ in cæteros Ecclesiæ Lutheranæ libros Symbolicos, Lutheri Catechismum, & in specie Formulam Concordiæ, Lutherum item & Doctores Lutheranos.
22. Ignoratio Elenchi, fœcunda controversiarum & Logomachiarum in Theologia, calumniarumqve in doctrinam orthodoxam, mater, ordine articulorum fidei, ostensa.
23. Aqvilegium hæresium, seu πρῶτον ψεῦδος omnium religionum & sectarum, ex intimo articulorum fidei nexu erutum.
24. Sylloge Similium Theologicorum, qvibus difficiliores in Theologia qvæstiones illustrantur; cum Mantissa Similium, qvibus abusi sunt Heterodoxi, Matæologicorum.
25. Beckerianismus excussus, seu Diss. Historico-Theologica de præcipuis hypothesibus, qvibus tota commenti D. Balth. Beckeri machina nititur, ad Lydium S. Scr. lapidem, antiqvitatisqve Orthodoxæ, & rationis sanæ, consensum, examinatis.
26. Φιλανθρωπία Dei Catholica e 2. Pet. III. 9. invicte asserta.
27. Exerc. Theol. de Bis mortuis.
28. Exerc. Theol. moralis de Vocatione interna.
29. Sophista Romanensis Proteus, seu Schediasma Historico-Theologicum de variis Pontificiorum adversus Protestantes agendi disputandiqve methodis.
30. Πολυχρησία Historiæ Ecclesiasticæ, seu Schediasma de multiplici ejus, in omni præsertim Theologia, usu, varioqve apud adversarios, Pontificios præsertim & Socinianos, abusu.
31. Parallelismus Christianismi veteris & Lutheranismi; ex Annalibus Ecclesiæ veteris & renatæ ostensus.
32. Specimen Historiæ Dogmaticæ, in controversia gemina de SS. Trinitate, & de gratia Dei salvifica universali.
33. Schediasma de Catechizatione veteris Ecclesiæ.
34. Specimen errorum & παροραμάτων Gothofr. Arnoldi in Historia Daniæ Ecclesiastica: Cum Prologo de toto Historiæ Arnoldinæ instituto, nævis, defectibus, &c. (*Conf. de isto Autosched. de meritis J. Bugenhagii in Eccl. Dan. p. 111.*)
35. Dissertationum de Polymathia Scriptorum sacrorum, Θηριομαχία Paulina, Campisqve Elysiis, & Pii Desiderii de Dissertationibus Academicis, supra jam memoratorum, Editiones novæ auctiores.
36. Schediasma de Encyclopædia seu Pansophia Biblica, & præcipuis ejus Scriptoribus modernis, Criticum.
37. Sched. de Polymathia D. Lucæ Evangelistæ, miraqve Actorum Apostolicorum, & præsertim historiæ D. Stephani Protomartyris, fœcunditate.
38. De Libertinis, D. Stephani Antagonistis, ad Act. VI. 9., Schediasma Criticum, Bergensi absumptum incendio.
39. Ononychites Tertulliani illustratus, seu Fabula ὀνολατρείας Judæo-Christianæ, a Paganis conficta, Schediasmate Historico excussa.
40. Sched. Criticum de Plagiis Gentilium ex Historia & Scriptura sacra, contra Joh. Marshamum, Joh. Spencerum & Ben. Spinozam, deqve præcipuis ejus argumenti Scriptoribus, variisqve eorum in eodem excessibus.
41. Breviarium Historiæ Philosophicæ, veteris ac novæ.

42. Breviarium Historiæ Logicæ.
43. De variis Metaphysicæ fatis Schediasma Historicum.
44. Forma Syllogismi Arminiani, qvi *in Actis Synodi Dordracenæ Part. Dogm. fol. 338.* legitur, contra varias Calvinianorum, speciatim G. Stannarii (*ad calcem Fasciculi Dispp.*), exceptiones, vindicata.
45. Pia Desideria Theologico-Literaria, seu de vario rei literariæ, cumprimis Theologicæ, defectu moderno, & libris adhuc desideratis, Schediasmata literaria, ad Balth. Meisneri & Georg. Finwetteri (seu Gotfr. Wegneri) *Pia desideria*.
46. Schediasma de Incendio Bergensi ultimo; cum Historiæ Bergensis, ut totius, ita & speciatim scholæ, breviario, incendiorumqve Bergensium, Episcoporum, Lectorum, Pastorum & Rectorum, Catalogis; A. 1702. conscriptum.
47. Orationum publice habitarum Fasciculus, qvo continentur inter alias:
α. *Or. auspicalis Bergensis de felicitate ac prærogativa Sec. XVII. literaria, variisqve amoenioris literaturæ incrementis*, d. 3. Aug. A. 1696. habita.
β. Or. de infelicitate Sec. XVII. literaria, seu nævis atqve abusibus rei literariæ variis, præcipue autem tribus, 1. profana Philosophorum Naturalistarum licentia philosophandi, 2. superciliosa Criticorum in censendis S. Literis audacia, 3. Scepticismo & studio partium in Historia Ecclesiastica. (*V. N. L. Lub., M. Jun. A 1701., p. 177.*)
γ. Or. de necessitate Scholarum Evangelicarum, earumqve neglectu moderno, ad Lutheri de iis libellum.
δ. Idea boni Doctoris scholastici, de qvatuor præcipuis ejus dotibus, pietate, εὐμεθοδείᾳ Pædevtica, prudentia & patientia.
ε. Or. Secularis de Anni secularis 1700. memorabilibus, præcipue tribus, seculi complemento, Fastorum emendatione ac harmonia, & Jubilæo Romanensi magno, occasione nummi secularis Romani. (*V. de illa N. L. Lub., M. Febr. A. 1701., p. 50.*)
ζ. Or. de usu & necessitate Disputationum Theologicarum, contra Fanaticos.
η. Or. de Seculo XVII. hæresium, schismatum sectarumqve, feracissimo, & variis præsertim Controversiis in Ecclesia Pontificia intestinis. (*V. de illa N. L. Lub., M. Nov. A. 1701., p. 340. 341.*)
ϑ. Or. de variis studii Homiletici methodis ac nævis modernis.
ι. Or. de inexhausta S. Literarum fœcunditate, & in omnes disciplinas humaniores diffusa ubertate.
κ. Or. de Ingeniis septentrionalibus, politioris literaturæ capacibus.
λ. Or. de variis Seculo XVII., per Europam, vel conditis de novo, vel auctis & in melius mutatis, Academiis.
μ. Appendix testimoniorum atqve Inscriptionum selectiorum.
48. Disputationum Theologicarum Hafniensium, a Professoribus editarum publicis, Tomi aliqvot; cum Præfatione, Elogiis Autorum, atqve Indicibus.
49. V. Fasciculi Disputationum, a diversis scriptarum atqve editarum Autoribus, de variis (α.) Ecclesiis particularibus (qvibus proprias de Ecclesiis Anglicana & Danica addet Diatribas), (β.) Hæresibus, (γ.) Ritibus Ecclesiasticis, (δ.) Scriptoribus Ecclesiasticis, & (ε.) Conciliis; Cum Prolegomenis, Notis atqve Animadversionibus necessariis, ac Indicibus, publicandi.
Adduntur his in præfatione earundem *Reliqviarum*:
50. Compendium Theologiæ Dogmaticæ Danicum.
51. Synopsis controversiarum cum Pontificiis & Reformatis.
52. Schediasma, an Judas proditor primæ S. Cœnæ interfuerit, contra J. Hornbeckium.
53. Diss. de Baptismi materia cœlesti.
54. Specimen stricturarum in Natalis Alexandri Historiam Lutheri & reformationis.
Adjungi iisdem possunt seqventia, alibi memorata ac promissa:
55. Erasmi Vindingii Historia Academiæ Hafniensis ad hæc usqve tempora continuanda, & simili Academiæ Soranæ locupletanda, qvam, in literis ad me d. 20. Aug. A. 1709. datis, est pollicitus. Confer de eadem B. Raupachii *Or. de utilit. itin. Danici p. 32.*
56. Orationes Hafnienses recentiores, ab A. 1704. ad 1709. habitæ:
α. de studio Biblico in Acad. Hafniensi feliciter exculto. (*V. N. L. Lub., M. Jul. A. 1704., p. 219.*)
β. de Alcedoniis Musarum Septentrionalium, & militia Academiæ togata. (*V. N. L. Lub., M. Sept. A. 1704., p. 279.*)
γ. de studii Theologici reqvisitis, defectibus & nævis modernis vulgaribus. (*V. N. L. Lub., M. Mart. A. 1705., p. 79.*)
δ. de D. Joh. Bugenhagii, Pomerani, meritis in Ecclesiam, Academiam & scholas Daniæ, cui Notæ accedent. (*V. de hac ipsius Autoschediasma ejusdem argumenti editum, p. 107. 108., & N. L. Lubec., M. Mart. A. 1705., p. 80.*)
ε. de felicitate Seculi nostri in excolenda Ecclesiæ historia. (*V. N. L. Lub., M. Maj. A. 1705., p. 153.*)
ζ. de literaturæ Græcæ misero sub Papatu Scholastico statu, & Danorum in eandem meritis. (*V. N. L. Lub., M. Sept. A. 1705., p. 288.*)
η. de literarum adminiculo secundo, Societatibus literariis, & in specie de Hafniensi Indagantium, ab ipso instituta. (*V. N. L. Lub., M. Febr. A. 1706., p. 52.*)
ϑ. de felicitate ac prærogativa Seculi nostri in excolenda Historia Literaria, præcipuisqve ejusdem adminiculis. (*V. N. L. Lub., M. Jun. A. 1706., p. 192.*)
ι. de fatis studii Historici, præsertim Danici. (*V. eadem, M. Nov. A. 1706., p. 349.*)
κ. de Philosophiæ naturalis studio, in Dania Sec. XVII. exculto. (*V. N. L. Lub., M. Mart. A. 1708., p. 47.*)
λ. de Causis imminentis hodie Barbariei, ac fatalibus speciatim literarum Periodis.
μ. de præcipitata studiorum methodo, ac δοκησισοφίᾳ juventutis, non postrema imminentis Barbariei causa. *De duabus his V. Nova Lit. German., M. Maj. A. 1709., p. 234.*)
ν. in memoriam Reformationis Lutheri, d. 31. Oct. A. 1708. habita. (*V. N. L. Germ., M. Dec. A. 1709., p. 477.*)
57. Deliciæ Oratorum Danorum (Bangii, Bartholinorum, Berlugii, Bircherodii, Bornemannorum, Borrichii, Brochmanni, Fossii, Jacobæi, Ostenfeldii, Vindingii, Wandalini, Wormiorum, &c.), sive Orationes illorum selectæ, partim antehac excusæ, partim hactenus ineditæ, junctim Tomis III. (qvorum I. Panegyricos Augustos, Regibus, Reginis & Principibus, dicatos, II. Illustres, Procerum Daniæ honori inscriptos, III. Academicos, in funeribus Professorum solennibusqve Academicis, habitos, exhibebit) publicandæ. Accedet Lintrupii Præfatio de Meritis Danorum in literas elegantiores atqve eloqventiam. (*V. Nova Lit. Lubec., M. Jun. 1708., p. 146. 147.; & Catal. nundin. Lips. A. 1713, vern. p. 73.*)
58. Epistolæ Theologorum celeberrimorum plures trecentis, ad D. Casp. Erasmi Brochmannum, Theologum Hafniensem, scriptæ, qvarum editionem e museo suo pollicetur. (*V. Anonymi Neuen Vorrath allerhand Bücher, Sect. II., p. 200.*)

Differ-

59. Dissertationum & Programmatum, publico a se nomine in Academia Hafniensi Scriptorum, Volumen. V. *Catal. nund. Lips. A. 1713. vern. p. 75.*

60. Oratio secularis de Beneficiis toti Ecclesiæ, ac tergeminæ ejus Hierarchiæ, per Reformationem collatis, a profano seculi ingrati contemptu vindicandis, anno Ecclesiæ Lutheranæ Jubilæo secundo 1717., die 6. Nov., Hafniæ habita. V. J. G. Krausii *Novellas lit. A. 1718. Germ., num. 26., p. 207.*

61. Acta literaria ex MSStis. V. B. Raupachii *Commentat. de præsenti rei sacræ & literariæ in Daniæ statu p. 101.*

62. Olai Borrichii Operum Philologicorum omnium editio nova emendatior. V. ipsius *Præf. Dissertt. Acad.* Borrichii, *p. 25. 56.* Et, ex ea, Lipsiensium *Acta Erud., M. Mart. A. 1716., p. 139.*

63. Arn. Rhumanni, Hafniensis, Scholæ Roschildianæ Conrectoris, Roma Attica, Opus trium voluminum (*in 4.*) ἀνέκδοτον, in qvo, præter Etymologica & Orthographica, plerarumqve Grammaticæ & Prosodiæ Latinæ regularum & exceptionum rationes & fundamenta e Lingva Græca adstruuntur. V. ipsius *Præfat. Supplementi L. Lat.* Falsteriani *p. 47. 48.*, & J. G. Krausii *Nov. lit. Germ. A. 1715., n. 47., p. 373.*

64. Horatii Tursellini Libelli de Particulis Lingvæ Latinæ nova editio. V. Krausium *l. c., num. 20. A. 1717., p. 154. 155.*

JOHANNES GEORGIUS a LINZEN, Lubecensis, J. U. Lic., d. 28. Jan. A. 1651. natus, Duci Saxo-Lauenburgico a Cameræ fuit Secretis, & A. C. 1678., ac æt. 27., obiit. V. *Epicedia Herm. Lebermanni, & aliorum.*

Disp. Jurid. Inaug. de Titulo invalido. A. 1675. in 4. (*V. Anonymi Introd. ad notitiam Scriptorum juris, Northusæ A. 1703. editam, p. 352.*)

JOHANNES MARTINUS LIPENIUS, Lubecensis, Martini, Scholæ publicæ Conrectoris, filius, J. U. Doctor. Superstes fuit A. 1721. V. de illo J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec., p. 97. 98.*

Disp. Juris Ecclesiastici de omissa proclamatione sacerdotali, Præside D. Ludero Menckenio. Lipsiæ 1703. in 4. (*V. Nova Lit. Germ., M. Nov. A. 1703., p. 420.*)

Disp. Inaug. de Privilegio appellationis Lubecensi, Præside D. Joh. Sam. Strykio. Halæ 1708. in 4.

M. DANIEL LIPPIUS Junior, Lubecensis, Scholæ patriæ Præceptoris, sibi cognominis, filius, cum huic A. 1666., recitato *Paupertatis Encomio*, valedixisset, in Academias abiit Juliam atqve Kiloniensem, & in posteriore Magistri, d. 3. Oct. A. 1670., obtinuit titulum. Scholæ Wismariensis Conrector fuit ab A. 1675. ad 1677., qvo officio se illo, ut Theologiæ eo vacaret commodius, abdicavit (1.). In patriam deinde redux, morbo laboravit Melancholico, & Superintendentis officium, qvo dignissimus sibi videbatur, A. 1687., post obitum Sam. Pomarii, data ad Senatum Epistola, in illo mentis deliqvio, frustra ambivit.

Exerc. de Platonis, Aristotelis, Stoicorum & Epicuri, Philosophia morum, doctrinæqve Aristotelicæ prærogativa, ab ipso conscripta, & Præside D. Henr. Uffelmanno proposita. Helmstadii 1668. in 4.

Theses ex Philosophia miscellaneæ inaugurales, Præside D. Casone Grammio. Kilonii 1670. in 4.

Disp. de vario demonstrandi modo in omnibus Philosophiæ disciplinis. Kil. 1670. in 4.

Oratio de pii & fidelis humaniorum studiorum Præceptoris publici conditione, cum Scholæ Wismariensi valediceret, habita. Rostochii 1677. in 4.

Oratio auspicalis Wismariensis de civilis Eloqventiæ origine & usu, ejusdemqve dextre acqvirendæ methodo, A. 1675. habita, cujus editionem, sub præcedentis finem, est pollicitus.

JACOBUS LIPPIUS, Lubecensis, patre eodem Dan. Lippio Seniore, Scholæ magistro publicæ, Kal. Sept. A. 1638. natus, post reditum ex Academiis Jenensi & Rostochiensi, ædis in patria Cathedralis, d. 12. Sept. A. 1667., electus est Ecclesiastes, &, ingenti cum civium, qvibus, ob raram pietatem, eloqventiam flexanimam, seriamqve de Christianismi degeneris emendatione sollicitudinem, in deliciis fuerat, mœrore, d. 24. Dec. A. C. 1674., ac æt. 36., morte immatura decessit. Imaginem ejus vidua, Dorothea Elisabetha, M. Jac. Stolterfohtii, Antistitis Mariani, filia, qvam A. 1668. duxerat (2.), in æde Cathedrali, e suggestus regione, curavit erigi.

Vitam ejus cum Inscriptione Epitaphii prosaico metrica Joh. Henr. a Seelen, Parte I. Athen. Lubec. p. 357 - 359. exhibuit, ac recudi ibidem curavit Joh. Andr. Bosii Epist. ad Henr. Bangertum de illo encomiasticam, A. 1658. *Dissertationi de Reip. beatæ characteribus* præfixam.

A. Joach. Wendio, Collega ὁμοθύμῳ, *in Epicedio*, ob ardentissimum instaurationis disciplinæ Ecclesiasticæ desiderium, fuse commendatur, ab Abr. Hinckelmanno autem (3.) *Vir* salutatur *pietate & doctrina admirabilis.* David a Brügge, Subrector Lubecensis, hoc defuncto scripsit Epitaphium:

Hac recubat Crypta Mystarum nobilis heros,
Lippiades, templi gloria, & urbis honos,
Vir Zelo & cœlo, vir multo numine plenus,
Qvem sacro stupuit concio plena loco:
Pectore Tarsensis, svaviqve Chrysostomus ore,
Tertius Elias, buccina viva DEI,
Cui virtute pari, voce, & cœlestibus ausis,
Vix Travæ reddent secla futura parem.

Disp. de Characteribus beatæ Reipublicæ, e Taciti Proœmio Agricolæ. Præside Joh. Andr. Bosio. Jenæ 1658. in 4.

Oratio de Literis Principi & Reipublicæ summe necessariis. Jenæ 1658. in 4.

Disp. de Væ confœderatorum Judæorum ac Ægyptiorum, Præside D. Aug. Varenio. Rostochii 1659. in 4.

Rob. Bellarminus in articulo de Bonis operibus devius, Præside D. Herm. Schuckmanno. Rost. 1661. in 4.

Disp. de gemitu Creaturarum, ex Rom. VIII., Præside D. Joh. Christophoro Ottonis. Rost. 1661. in 4.

Exercitationem de urbium Germanicarum, præsertim Imperialium, ac sigillatim Lubecæ, origine & progressu adornare, cum Jenæ viveret, cæpisse traditur a Bosio *l. c.*

CHRISTOPHORUS LIPSTORPIUS, Lubecensis, Danielis Senioris, Basilicæ Cathedralis Antistitis, e Christina Kochia, uxore, filius, Hermanni autem, Pastoris Petrini, nepos, d. 19. Sept. A. 1634. in lucem editus, Med. Doctor, d. 19. Dec. A. 1656. in Acad. creatus Patavina, Practicus ejusdem in Patria fuit ab A. 1658., ab A. 1661., Stadensis, & ab A. 1683. Hamburgensis, lipothymia Hamburgi subita, cum, in ædibus civis ægroti, mensæ adstans, remedii formulam in chartam conjiceret, d. 17. Aug. A. C. 1690., ac æt. 56., extinctus; Pater Dan. Gustavi Lipstorpii, Med. D. & Poliatri itidem Stadensis. Confer de illo Joh. Henr. a Seelen *Stadam anni 1711. literatam p. 70.* & Ej. *Athen. Lubec., P. III. p. 342 - 346.*

Disp. de constitutione Physicæ, Præside M. Dionysio Stropio. Rostochii in 4.

Disp. de Oculo, Præside D. Joh. Theod. Schenckio. Jenæ 1654. in 4. (*V. Corn. a Beüghem Bibliogr. Med. p. 230.*)

Disp. de Catarrho. Præside D. Gvern. Rolfincio. Jen. 1654. in 4.

Disp. de morbis Mulierum. Præs. eod. ibid. 1655. in 4.

(1.) V. Testimonia Senatus Wismar. & Theologorum Rostochiensium, *Orat. valedictoriæ*, A. 1677. adjecta. (2.) V. de illa Jac. a Mellen *Notitiam majorum p. 22.* (3.) *in Or. de Fundamentis veræ pietatis & eruditionis, lit. D. 3. a.*

Observatio de Vitula bicipite, A. 1673. Stadæ nata, *Annis VI. & VII. Decuriæ I. Ephemeridum Acad. Naturæ Curiosorum, num. 71., p. 103.*, inserta, (*V. Bürgh. l. c., & in Syllabo recens exploratorum p. 77.*, ac G. A. Merclinum *in Lindenio renovato, p. 177-178.*)

Bedencken von der Pestilentz, mit eingefügtem Berichte, wie man sich für derselben wol fürsehen und verwahren, auch, wenn man angesteckt, davon curiren könne; auf Begehren des Rahts zu Stade außgegeben. Stadæ 1664. in 4.

Bedencken von der rohten Ruhr und gifftigen Fiebern. Stadæ 1676. in 4.

DANIEL LIPSTORPIUS Junior, Senioris, Templi Lubecensium Cathedralis Antistitis, e Christina Kochia itidem filius, & Hermanni, Pastoris Petrini, nepos, Christophori autem, modo laudati, frater germanus, JCtus, Mathematicus, Philosophus & Polyhistor, ob ingenium non minus excellens, qvam doctrinam multiplicem, celeberrimus, primam Lubecæ VI. Id. Maji A. 1631. lucem aspexit. Præceptores in schola patria habuit Joh. Kirchmannum, Seb. Meierum ac Henr. Bangertum, &, in Rostochiensem ex hac A. 1649. translatus Academiam, titulo Magistri A. 1651. impetrato, Disputationibus aliqvot famæ futuræ prælusit eruditissimis. A. 1652. Lugdunum Batavorum abiit, & familiariter istic innotuit, cum aliis Professoribus, tum Claudio inprimis Salmasio, ingentem variæ eruditionis copiam in ætate ipsius mirato tenera, ac Franc. Schotenio, Mathematico eximio, a qvo se sectæ Philosophorum Peripateticæ castris in Cartesiana esse abductum contraria, in *præfatione Speciminum Philosophiæ Cartesianæ*, ipsemet testatur. In his, A. 1653. editis, Cartesium adeo effuse celebravit, ut, omnibus ipsum Matheseos, in Renato hoc uno, uti jactat, renatæ, Doctoribus, priscis pariter atqve modernis, præferens, solem excellentiorem eo Geometram & Philosophum nunqvam illuxisse, primumqve proinde locum inter mortales, qvi artium liberalium cultura cæteros antecelluerunt, huic deberi, affirmare non dubitaverit (1.). Leida 1653. in Thuringiam a Wilhelmo IV., Duce Saxo-Vinariensi, evocatus, & Mathematici dignitate ornatus aulici, filiorum ejus, Bernhardi & Friderici, Ottonisqve simul Wilhelmi, Comitis a Königsmarck, Herois postea inclyti, qvi his se adjunxerat, studiis triennio, in Academia Jenensi, summa cum laude, præfuit integro. Qvi Jenæ eum Juris Professorem fuisse, cum Ant. Teisserio (*Listorpium* etiam perperam illum vocante) (2.) & Jac. Frid. Reimanno (3.), perhibent, in non minori versantur errore, qvam Reinh. Henr. Rollius (4.) Athenæi illum Bremensis functum esse Rectoratu falso persvasus. A Principibus perbenigne A. 1656. dimissus Saxonicis, Leidam repetiit, & J. U. Doctor illic, M. Octobri, creatus, sexennium proximum, partim apud Batavos, Vossii, Gronovii, Grævii, Heinsii, Golii & Thysii, gavisus consvetudine, partim vero Lubecæ, in otio exegit literario. Ab A. 1662. ad 1672. Juris, in Academia Sveciæ Upsaliensi, egit Professorem, diutius illic commoraturus, nisi valetudo uxoris, cœli Borealis, rigori haud assvetæ, Hagam eum Batavorum retraxisset. Curiæ hic Hollandicæ Advocatis A. 1672. adscriptus, Praxi forensi ad A. usqve 1675. inclaruit, qvo, belli pertæsus Gallici, in patriam rediit, & partem vitæ reliqvam Deo Musisqve, a negotiis remotus publicis, consecravit. Obiit in eadem Kal. Sept. A. C. 1684., & æt. 53., &, e conjugio priori cum Wendula Schlutovia, Rostochiensi (A. 1658. ducta, & A. 1674. Hagæ defuncta), filios duos Danielem (Athenæi regii Bremensis Rectorem) & Henricum (Med. D. ac Practicum Lubecensem), e posteriori autem, cum Catharina, Adolphi Bruningii, mercatoris Lubecensis, filia, A. 1675. contracto, unicum tantum, Adolphum, reliqvit superstites. Errore igitur haud exiguo cælebs obiisse ab Henn. Wittenio *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII. ad d. 1. Sept. 1684.*, istumqve secuto Irenæo Carpenterio, sive M. Gothofr. Wagnero in Semicenturia nova Eruditorum cœlibum p. 11. perhibetur.

V. Abrah. Hinckelmanni, Scholæ tunc Lubecensis Rectoris, Λόγον Ἐπιτάφιον sive *Programma funebre*, memoriæ defuncti A. 1684. consecratum & Vitæ ejus scriptorumqve historiam, qvam Seelenius *P. III. Athenarum Lubecensium p. 95-116.* exhibet.

Confer de illo Wittenium *c. l.* M. Adr. Beieri *Syllabum Professorum Jenensium, p. 341.* & Georg. Henr. Götzii *Specimen Bibliothecæ Anti-Pontificiæ clarorum Lubecensium p. 12. 13.*

Extat Bibliothecæ ejus locupletissimæ, publica auctione distractæ, Catalogus, in sex partes divisus, & Lubecæ A. 1685. *in 8.* editus; qvem Henr. Meibomius Jun., *in Addit. Introduct. Val. Henr. Vogleri ad notitiam bonorum Autorum, p. 157.*, commendat, & privatarum ἐξόχοις annumerat.

ELOGIA.

Joh. Andr. Bosio (*in Exerc. de Pontifice maximo Romæ veteris, c. 2., §. 8., p. 18.*) *Vir* audit *clarissimus, sibiqve amicissimus.*

Greg. Michaelis, *in præfat. Curiositatum Inauditarum Jac. Gaffarelli, præcipuis* eum *Germaniæ literatoribus*, *ac orbis Christiani sideribus*, accenset, in *Notis* autem *ad illas, p. 158. 159.*, *JCtum, Criticum, Mathematicum, amicorumqve ocellum*; ac *p. 423. Virum acutissimum & celeberrimum*, salutat.

Abr. Hinckelmannus (*in Programm. funebri*) *patriæ* illum *decus* vocat, ob *divinam ingenii ubertatem*, *insigni morum probitate ornatam*, commendat, & his tandem verbis celebrat: *Enimvero qvid fuit in viro laudatissimo, cujus sine summo cruciatu recordari possumus? Ingenium mite, immensa variæ eruditionis copia, qvam in juvene olim admiratus est ipse Cl. Salmasius, mores ad omnem humanitatem compositi, in amicitia constantia & fides, in utraqve fortuna æqvus animus, in omni vita candor. - - Næ illiusmodi jam magna nobis civium penuria est. Homo antiqva virtute & fide! Qvam doleo, ubi etiam hujus generis reliqvias tolli video!* In *Programmate*, Parentis ejus dicato exeqviis, illum itidem *Philosophum, JCtum & Polyhistorem*, appellat, *celeberrimum*.

Davidi a Brügge (*in Epigraphe funebri*) *illustre* audit *doctorum sidus, Historiarum, totqve linguarum, & Philosophiæ novantiqvæ, promicondus & Polyhistor; Vir in exemplum natus, &, qvod ultra omnia est elogia, in pessimo seculo optimus, civium amor, amicorum delicium, patriæ ornamentum, reip. literariæ præsidium, vivum ingenui candoris & modestiæ specimen.*

Ludolphus Georgius Lundenius (*in Prolegomenis in Mathesin*, §. 29.) præcipuis eum Seculi XVII. annumeravit Mathematicis.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. de Cœlo, & ejus partibus. Rostochii 1651. in 4.

Enneas positionum celebriorum, ex Physica, Astronomia, Geographia, Philologia. Rost. 1651. in 4.

Discursus Physico-Mathematicus de Systemate mundi Copernicano, VI. Disputationibus absolutus. Rostochii 1652. in 4. Primæ in eo lineæ exhibentur *Copernici redivivi*, idem argumentum A. seqv. 1653. fusius persecuti. Commendarunt illum omnes fere Professores Rostochienses, *in præfixis carminibus*, & D. G. Morhofius *T. II. Polyhist.*, *Lib. IV.*, *p. 503.*

Coper-

(1.) V. Joh. Tepelii *Historiam Philosophiæ Cartesianæ*, *c. 5.*, *p. 64. 65.* (2.) *P. II. Catalogi Catalogorum p. 85.* (3.) *P. III. Introduct. ad Hist. Lit. Germ. Sect. II.*, *p. 178.* (4.) *in præfat. Decadis I. Memoriæ Philosophorum renovatæ p. 11.*

Copernicus redivivus, seu de vero Mundi Systemate liber singularis, Christ. Cassio & Joh. Henr. Meibomio inscriptus. Lugd. Bat. 1653. in 4. In scripto hoc Systema Copernicanum, & prolixius, & meliori concinniorique modo, quam in præcedenti factum erat *Discursu*, se, non probabilibus tantum, sed apodicticis quoque rationibus & demonstrationibus, astruxisse, *in Speciminum Philos. Cartes. præfatione, ac P. III., p. 213.*, profitetur. In ipso libri hujus Proœmio, *singula eo ordine propositum iri*, promittitur, *ut nihil, in omnium adversariorum scriptis occurrens, quod quidem alicujus videatur momenti, indecisum relinquatur, nihilque in Copernici, & aliorum, scriptis sublimioribus* lectores il- lius *offendant, ad quod non jam sint bene præparati, adeoque, sine veritatis jactura inoffenso pede decurrentes, facili negotio assequi valeant.* Impugnavit eum (teste Joh. Schefferi *Svecia Literata p. 235.*) M. Pet. Laurbeckius, Ostrogothus, Math. & Poes. Professor in Finnia Aboensis, *in Diss. tripartita de Circuli quadratura, & vero mundi systemate, adversus Lipstorpii Copernicum redivivum*, Aboæ A. 1661. *in 4.* edita.

Specimina Philosophiæ Cartesianæ, Johanni, D. Holf. & Episcopo Lubecensi, inscripta. Lugd. Bat. 1653. in 4. In partes hæc tres sunt divisa, quarum I. vitam Ren. Cartesii exponit, Philosophiæ ejus astruit certitudinem, novaque inventa recenset; II. autem circa regulas Motus Geometrice demonstrandas, contrariasque objectiones refellendas, ac III. circa Aerem, ejusque phænomena, ac usum in Mechanicis, & vita communi, multiplicem, præcipue occupantur. Mantissæ loco additur Examen quæstionis novantiquæ: Num ex falsis possit directe verum elici? Commendantur ab Abr. Hinckelmanno (& illa, quæ Rostochii primum prodiisse falso credidit, & *Copernicum redivivum*, *acutæ mentis fœtus, vulgaria ingenia ad sui amorem & contemplationem minime admittentes*, vocante) *in Programm. funebri*, & D. G. Morhofio *T. II. Polyhist., Lib. II., P. I., c. 17., p. 274.* Joh. Tepelio, *l. c.*, noster *blandulum* potius *Cartesii basiatorem, quam propugnatorem*, agere videtur. Quæ contra levitatem aeris, *P. III. p. 113.*, afferuntur, Georg. Casp. Kirchmaierus, *in Disp. de Aere*, Witebergæ A. 1659. edita, *Sect. II. Porism. I.*, impugnavit.

Formatio & exclusio infrunitæ Monarchiæ Papalis, publicata simul mala Cæs. Baronii fide, & vindicatis ab ea juribus Cæsareis & summarum potestatum circa sacra; ex ipsa veneranda antiquitate Ecclesiastica per partes ostensa & explicata. Jenæ 1656. in 4. A. 1658. (*teste Catalogo nund. Lips. vern. p. 13.*) denuo venum est exposita, novo tantum præfixo titulo *Tractatus Historico-Politici de Monarchiæ Ecclesiasticæ incrementis & decrementis, quo simul jura majestatis circa sacra discutiuntur.* Quem proinde, ceu inscriptionem Tractatus a priore diversi, Corn. a Beughem, *in Bibliographia Juridica p. 138.*, perperam allegavit. Commendatur ab Ottone Wilhelmo, Comite a Königsmarck, & Joh. Musæo, Christ. Chemnitio ac Joh. Ern. Gerhardo, Theologis Jenensibus, in Elogiis Metricis, ei præfixis, Joh. Strauchio, JCto, *in Epist. gratulatoria*, Joh. Andr. Bosio (*librum* appellante *eruditum*) *in Exerc. de Pontifice maximo Romæ veteris, c. 2., §. 6., p. 18.*, & D. G. Morhofio *T. III. Polyhist., Lib. V., p. 63.*

Discursus geminus, prior de Appellationibus in causis criminalibus, alter de Concursu aulici Imperatoris Judicii cum Camera Spirensi. Lugd. Bat. 1656. in 4.

Disputationes (quæ ab H. Wittenio, *l. c.*, ei tribuuntur) Juridicæ, haud dubie Upsalienses:

1. de jure Venationis & aucupii,
2. de Citatione,
3. de Nuptiis,
4. de Poenis.

Effigies Aurelii (*legendum forte Axelii*) Oxenstierna, Erici F. Comitis in Morea Australi, &c. Hagæ 1672. in 4. (*V. Catal. Biblioth. ejus p. 142.*)

INEDITA ET AFFECTA.

Analyseos speciosæ fructus, *in præf. Speciminum Philos. Cartes.* promissi.

Alia in Philosophicis & Geometricis majora, quæ, *in Copernici redivivi Proœmio*, a se jussit expectari.

MSStorum Mathematicorum curiosissimorum Volumina duo (*in fol.*), ab eo, teste *Bibliothecæ Catalogo*, relicta; quæ propriane fuerint, an aliena, ambigo.

M. HERMANNUS LIPSTORPIUS, Lubecensis, A. 1565. natus, Dav. Chytræi (cujus intercessione stipendium insigne a Senatu patriæ impetravit annuum), in Acad. Rostochiensi, Magistri ei A. 1584. largita titulum, Georg. Mylii autem, Polyc. Lyseri & Joh. Matthæi, Theologorum, in Witebergensi, per annos complures, fuit auditor (1.). Ipse deinceps, in Viadrina, alios Theologiam pariter atque Philosophiam privatim, A. 1588., & sequenti, docuit, biennio, A. 1590. autem Scholæ Rector Berolinensis, A. 1596. (d. 10. Aug.) ædis Lubecensium Petrinæ Diaconus, &, A. 1602., ejusdem, post M. Gerh. Schröderum, Pastor, est constitutus, diequе tandem tertio Junii A. 1610. mortuus, Georg. Stampelium in officio hoc habuit successorem (2.). E conjuge, Dorothea Bansovia, Joachimi, Pastoris apud Rostochienses Nicolaitani, & Presbyterii Senioris, filia, præter alia thori pignora, Danielem sustulit, templi Lubecensium Cathedralis Antistitem, Christophorique & Danielis, paulo ante celebratorum, parentem.

D. Joh. Matthæi, Theologi Witeb., Tractatus de peccato originali, per eum editus. Francofurti ad Viadrum 1588. in 8.

Exerc. I. Theol. de illustri S. Scripturæ Canonicæ majestate, ab ipso Præside proposita. ibid. 1589. in 4.

Exercitationes X. Ethicæ Aristoteleæ, in totidem libros Ethicorum ad Nicomachum. ibid. A. 1589. & 1590. in 4.

Oratiuncula de Gymnasiarchæ officio, Berolini, cum A. 1590. Scholæ Rectoratus ei committeretur, habita. Berolini in 4.

Leges Gymnasii Berolinensis, jussu Senatus ab eo conscriptæ. Berolini 1591. in 4.

Charma natalitium ad Joh. Sigismundum, Elect. Brandeburgicum, de nato ipsi d. 3. Nov. A. 1595. filiolo, Georgio Wilhelmo. Francof. ad Viadr. 1595. in 4.

Oratio de curriculo vitæ Elisabethæ Magdalenæ, Marchionissæ Brandeburgicæ, viduæ Francisci Ottonis, Ducis Brunsvicensis. Witebergæ 1596. in 4.

Epistola de morte D. Dav. Chytræi, Theologi Rostochiensis, ad M. Joach. Westphalum, Superint. Rostoch., A. 1600. exarata, ac, inter *Orationes & Epicedia in obitum Chytræi*, Rostochii A. 1601. *in 4.* (*fol. U. 1. & 2.*) edita.

Isagoge MS. doctrinæ Sphæricæ, quæ in Bibliotheca nepotis illius, D. Dan. Lipstorpii, JCti Lubec. (*teste ejus Catalogo p. 47.*), superfuit.

HERMANNUS LIPSTORPIUS Junior, Lubecensis, J. U. C.

Assertiones de Satisdatione & stipulationibus Prætoriis, Præside Chrysanthio Boys, LL. Lic., propositæ. Coloniæ 1617. in 4.

DAVID

(1.) V. ipsius *Epistolam de morte Dav. Chytræi.* (2.) V. Joh. Kirchmanni *Orat. de Stampelio funebrem p. 22.*, Jac. a Mellen *Seriem MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, & Joh. Henr. a Seelen *Stadam anni 1711. literatam p. 70.*

DAVID LOBECHIUS, Hamburgensis, Petri, ædis Catharinææ Curatoris, filius, A. 1560. in lucem editus, e schola patria, præclaro jam tyrocinio pædagogico in ædibus Conr. Gerlaci, Diaconi Catharinæi, edito, A. 1579. in Academiam migravit Rostochiensem, & qvinqvennio illic integro, Erasmum Stocmannum, civem suum, Professorem Physicum, hospitem, & Ern. Cohtmannum, JCtum ejusdem deinceps inclytum, contubernalem, nactus, progressus in lingvis, Philosophia, Mathesi ac Theologia, fecit eximios. Magister ab hospite A. 1583. creatus, post suam in docendis aliis dexteritatem in duobus ostensam Collegiis, Sphærico & Theologico, patriam A. 1584. repetiit, triumqve juvenum patriciorum præfectus confestim studiis, in Academiam se Heidelbergensem, istaqve a Calvinianis occupata doctoribus, non multo post in Tubingensem, contulit, ac Jac. Andreæ, Jac. Heerbrandum, Theod. Schnepfium Stephanumqve Gerlachium, curriculi Theologici, Georg. Weigenmeierum autem Hebræo-Philologici, duces, per annos aliqvot, habuit. In patriam, facto per Helvetiam, Sabaudiæ fines & Germaniam, itinere, denuo A. 1587. reversus, cum nulla illic promotionis se offerret occasio, Rostochium abiit, &, cum suam in tyronibus instituendis diligentiam, in sermonibus sacris facundiam, ac in disputando solertiam, abunde omnibus seqventi approbasset biennio, a Senatu civitatis A. 1589. (M. Martio) templi Petrini, ac A. 1591. Jacobæi, Diaconus, seqventi autem 1592. D. Valent. Schachtii, soceri, in hujus Archidiaconatu, successor, est constitutus. Muneri huic Ecclesiastico, cum, ab anno jam 1590., Dav. Chytræi, lecto affixi, in prælectionibus sacris, tam publicis, qvibus ejus *Catechesin* (1.), qvam privatis, qvibus *Locos* Melanchtonis *Communes*, interpretabatur, vices, summo cum Studiosorum applausu & concursu, obiisset, rumoresqve haud vani de illo aliorsum vocando spargerentur, Theologiæ in Academia professio ordinaria A. 1594. ab eodem Senatu, supremis hujus honoribus ipsi, Collegæqve ac socero, Valent. Schachtio, sumptu civitatis publico, d. 12. Sept., per Lucam Bacmeisterum Sen. & Joh. Frederum, collatis (2.), est adjecta. Utramqve spartam Theologus hic excellens, & doctrinæ pariter atqve facundiæ sacræ gloria coævorum nemini secundus, præclare ornavit, tantaqve auditorum, qvanta ex reliqvis Professoribus nemo alius, gavisus freqventia, ad munera alia splendidiora, qvorum non pauca subinde offerebantur, Rostochio deinceps non potuit abstrahi. Singularis in eo fuisse perhibetur formæ dignitas, & vultus, Gratiarum efficti manibus, jucunditas, cujus ope, cum præsertim comis etiam esset atqve humanissimus, omnium bonorum animos in amorem sui rapiebat, & vi qvadam arcana sibi conciliabat. Externis tamen corporis dotibus internæ animi longe erant præstantiores, eruditio sc. solida ac multiplex, summa in docendo dexteritas, eloqventia sacra nervosa & flexanima, pietas vitæqve innocentia, candor infucatus, assiduum pacis & concordiæ studium, & insignis tandem in controversiis sacris tractandis moderatio. *In scriptis* enim suis, uti Encomiastes posthumus, Lucas Bacmeisterus Junior, recte observat, *non Thersitica invehendi rabie* (tot aliis familiari scriptoribus Polemicis), *sed Christiana moderatione, & erudita gravitate atque modestia, est usus.* Morbo, cujus contagium aliunde attraxerat, pestilenti, d. 14. Sept. A. C. 1603., ac ætatis 43., in ipso hujus flore, est extinctus, cum, octiduo ante, sermone in Ps. CXVI. 7. 8. 9. sacro ultimo, velut cygnea qvadam cantione, mundo valedixisset, & socerum, in lectulo emortuali, verbis hisce compellasset, animum testantibus vere Theologicum: *Reverende socer, spero eqvidem, me, si DEus ita voluerit, ex hoc morbo evasurum: si vero aliter divinæ visum fuerit providentiæ, cui vivimus & morimur, ego qvidem paratus sum: Tu vero luctui modum statue, & constantem animum Theologicum sume.* E conjuge Ursula, D. Valent. Schachtii, Professoris Theologi Rostochiensis, Pastorisqve Jacobæi, filia, d. 25. Jun. A. 1589. ducta, novem liberos (&, hos inter Margaretam, M. Joh. Steinio, Pastori Nicolaitano Rostochiensi, Ordinisqve Ecclesiastici Seniori, nuptam (3.)) superstes sustulit, ac moriens eandem puerperam reliqvit, M. Petro Hinckelmanno, suo in officio utroqve, Academico & Ecclesiastico, successori, secundis non multo post sociatam nuptiis (4.).

Vitam defuncti laudesqve fusius persecuti sunt D. Lucas Bacmeisterus Sen., Theologus Rostochiensis, in Sermone in Ps. LXXXIV. funebri Germanico, Rostochii A. 1603 *in 4.* edito, & Filius illius ac Collega ὁμώνυμος, Lucas Bacmeisterus Junior, *in Oratione in memoriam nostri parentali*, d. 24. Sept. recitata, qvæ, cum Eilh. Lubini *Programmate ad eam invitatorio*, Elegiis Joh. Simonii ternis lugubribus (Ecclesiæ, Academiæ Rostochiensis, familiæqve Lobechianæ, exhibentibus lamentationes), ac duabus Joh. Frederi Junioris, aliisqve auditorum Epicediis, ibidem, anno eodem 1603., *in 4.* prodiit. Ex hac, post Paulum Freherum (*in Theatro Erud. p. 326.*), & ego vitæ τῦ μακαρίτȣ depromsi historiam.

Conferri qvoqve de ipso possunt Joach. Vagetii *Præcidanea de orbe habitabili p. 243.*, Alb. Wichgrevii *Centuria Anagrammatum prima*, *n. 54.*, *p. 66. 67.*, Joh. Micrælii *Syntagma Hist. Eccl.*, *P. III.*, *p. 388.*, Steph. Hahnii *Threnologia de obitu Theologorum p. 9.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1603.*, Andr. Caroli *Memorabilia Sec. XVII. Ecclesiastica, Lib. I.*, *c. 15.*, *p. 53.*, & Zach. Grapii Jun. *Rostochium Evangelicum*, Germanice editum, *c. 7.*, *p. 185.*

ELOGIA.

Dav. Chytræus, in Epistola ad Jac. Heerbrandum A. 1595. scripta, & inter reliqvas ejus *p. 1194.* obvia, ita de illo: *Mei Collegæ omnes jam senes sunt, excepto D. Dav. Lobechio, juvene, sed doctrina & prudentia multos senes superante.*

Eilh. Lubinus, in *Programmate* modo laudato, his eum verbis celebrat: *DEum immortalem! qvam felici erat ingenio, qvam acri judicio, qvam uberrima facundia, qvanto in disputando acumine, qvanta in docendo solerti gratia, qvanto in concionando ardore ac vehementia, præditus? - - Ecclesiæ & Academiæ nostræ nomine doleo ac deploro, tantos, in hoc viro, excellentis ingenii ac doctrinæ fructus, & tantas Studiosorum spes, qvæ tali indoli, tali ingenio, tali doctrinæ, studiis & moribus, certo debebantur (si qvid modo omnino certum in rebus mortalium relinqvitur), tam repente concidisse*, &c. Similia nostri Encomia invenies in ejusdem *Programmate, Orationi Joh. Slekeri, Prof. Physici, auspicali præmisso*, & *Elogio D. Val. Schachtii p. 13. 15.*, ubi *Theologus* vocatur *præstantissimus*, *summo omnium cum bonorum mœrore, desiderio & gemitu, præpropera morte Ecclesiæ & Academiæ ereptus Rostochiensi, cui, imo toti Ecclesiæ DEI, si vixisset, peculiare aliqvid pollicebatur.*

Lucæ Bacmeistero Juniori, *in Orat. parentali, lit. A. 3. b*, *Theologus* audit *eximius, virqve longe optimus, cujus vita plena fuit præclarissimis exemplis pietatis in DEum, dilectionis in proximum, humanitatis in omnes, fidei & assiduitatis in officio suo, sinceritatis in doctrina cœlesti propaganda, excellentis deniqve eruditionis, prudentiæ, studiiqve tranqvillitatis & concordiæ; lit. A. 4. b.*, *Theologus Dav. Chytræo pietate par, nec animo in Ecclesiæ & Reip. commoda inferior, decus & ornamentum Academiæ, gemma Facultatis Theologicæ & Ministerii, spes urbis Rostochiensis, & studiosæ juventutis oraculum, cujus lingva Tulliana erat svavior; lit. D. 1. b.*, Ταμεῖον *omnium virtutum Christianarum, Ecclesiasticarum, Oeconomicarum & personalium; lit. D. 2. a.*, *Vir, in qvo aptitudo ad docendum fuit egregia, & propemodum admiranda;* & *lit. E. 3. b.*, *Vir, cujus meritorum nunqvam obliviscetur Ecclesia, qvem Acad. Rostochiensis inter*

(1.) V. David Chytræi *Epist. ad Joh. Frederum Jun.*, *inter Chytræanas, p. 711.* (2.) V. Eilh. Lubini *Elogium D. Val. Schachtii p. 13.* (3.) V. Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochium anni 1099. literatum p. 467.* (4.) V. D. Joh. Qvistorpii Sen. *Programma de vita Hinckelmanni funebre*, A. 1622. editum, & Pauli Freheri *Theatrum Erud. p. 412.*

ter lumina sua perpetuo numerabit, quem tam subito ereptum respublica apud posteros quiritabitur, cujus cineres cives deosculabuntur, de cujus denique laudibus omnes boni nunquam conticescent.

Joh. Fredero Juniori, Theologo Rostochiensi, (*in Epicediis*), *magnum sacri decus ordinis, patriæ flosque nitorque, & rosei lumen columenque Lycæi.*

Joh. Simonio, Acad. Rostoch. Rhetori (*in tribus Elegiis funebribus*), *Svadæ gloria, Acad. Rostoch. æternum decus & ardor, Virque dotibus ampli præstans ingenii,*

- - - - quo non alius vel doctior ullus,
Vel morum pretio pluris emendus erat.

Pet. Lindebergio (*Lib. V. Chronici Rostoch., c. 6., p. 160.*) *Vir pietate, eruditione & virtute, ornatissimus, ardentique veritatis zelo*; nec non (*c. 11. p. 171.*) *Vir maximi judicii & eruditionis.*

Joh. Kirchmanno (*in Or. de vita Georg. Stampelii p. 13.*) *Juvenis longe doctissimus.*

Joach. Vagetio (*l. c.*) *Theologus sine compare futurus, si per fata licuisset.*

Joh. Frid. Mayero (in der Schutzschrift des Hamburg. Ministerii wieder D. Spenern *p. 60.*) ein alter fürtreflicher Rostockischer Theologus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Theses de Cœna Domini, personi Christi ac fide justificante, Præside D. Luca Bacmeistero Seniore, pro gradu Doctoratus conseqvendo, ab ipso, Val. Schachtio, Prof. Theol. Rostochiensi, M. Frid. Rungio, Past. & Prof. Stettinensi, ac M. Matthæo Flegio, Past. & Prof. Gryphiswaldensi, defensæ. Rostochii 1594. in 4.

Disputationes XXX. in Augustanam Confessionem, articulorum ejus analysin complectentes, & orthodoxam Ecclesiarum Evangelicarum doctrinam, ἀντιθέσει heterodoxa illustratam, explicantes. Seorsim Rostochii A. 1594-1597., junctim vero ibidem A. 1599. & 1600., ac Witebergæ A. 1610., *in 4.*, sunt excusæ, & Germanice qvoqve (sub titulo der Erklärung der Artickel der Augsp. Confession), Rostochii A. 1599. *in 4.*, testibus P. Bolduano (*in Biblioth. Theol. f. 118. a.*) ac M. Lipenio (*T. I. Biblioth. Theol. realis p. 114.*), publicatæ. Commendantur a Luca Bacmeistero Jun. (*opus* eas vocante *plane eximium, διδακτικὸν pariter & ἐλεγκτικὸν, ob rerum gravitatem, verborum & sententiarum perspicuitatem, ac methodi facilitatem, gratum multis, omnibus utile*) *in Or. parentali, lit. D. 4. b.*, Joh. Gerhardo (lectionem illarum cognitionem Locorum Theologicorum accuratam desiderantibus svadente) *in Methodo studii Theol. p. 161.*, & Abr. Calovio *Lib. II. Isag. Theol. p. 241.* Libris contra prohibitis, *in Indice Expurgatorio Hispanico*, ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore Generali, Madriti A. 1667. edito, *p. 254.*, accensentur.

Disputt. II. de Prædestinatione. Rost. 1600. in 4. (*Eædem haud dubie cum Synopsi, jam memoranda.*)

Synopsis doctrinæ de æterna Prædestinatione, in qva tum θέσις τῆς ὀρθοδοξίας breviter explicatur, tum ἀντίθεσις ἑτεροδοξίας confutatur, compluraqve difficillima S. Scripturæ loca declarantur, & a corruptelis aliorum asseruntur. Rostochii A. 1601., Witebergæ 1610. & (*juxta Bolduanum l. c. f. 198. b.*) Lubecæ 1611. in 4. Commendatur a L. Bacmeistero Jun. (cui *Tractatus* audit *elegantissimus simul ac nervosissimus*) *in Or. parent., lit. D. 4. a.*, & Joh. Gerhardo *l. c. p. 203.*

Disputationes XIII. in Formulam Concordiæ. Rost. 1600 - 1603. in 4.

Disp. de S. Scriptura, contra Rob. Bellarminum. Rost. 1600. in 4.

Disputt. XVI. in Symbolum Apostolicum. Rost. 1601. in 4.

Disp. erroneo Calvinianorum de primaria Peccati causa & origine dogmati e diametro opposita. Rost. 1602. in 4.

Disputationes XXII. Catecheticæ. Rost. 1602. & 1603. in 4. An eædem hæ sint cum *Hypomnematis in Catechesin*, qvæ Bacmeisterus, A. 1590. ea, in Prælectionibus in *Catechesin* Dav. Chytræi publicis, perhibens esse proposita, scriptis ἀνεκδότοις, *l. c. lit. D. 2 b.*, annumerat, Henn. Wittenius autem (*T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1603.*), aliiqve, edita esse testantur, anceps hæreo.

Oratio de Ulrico Justo, religioso, pacifico, felici, Nestore Germanico, Duce Megapolitano, Güstrovii, in exeqviis, d. 24. Apr. A. 1603., habita. Rost. 1603. in 4.

Disp. de Peccato originis. Lubecæ 1610. in 4. (*V. Bolduani Supplem. Bibl. Theol. p. 83.*)

Disputationes XIX. Theologicæ: 1. de Theologia, 2. de adoratione, 3. de Incarnatione τοῦ λόγου, 4. de reprobatione, 5. de Vocatione, 6. de Conciliis, 7. de servo arbitrio, 8. de Sacrificiis, 9. de Circumcisione, 10. de Agno paschali, 11. de votis, 12. de Magistratu, 13. 14. 15. 16. de Ministerio Ecclesiastico, 17. de Ordinibus monasticis, 18. de Antichristo, 19. de Pontifice Romano. Rostochii in 4. Harum exemplum vidi excusum, cui titulus qvidem deerat, sed Lobechii Autoris nomen manu possessoris erat adscriptum. Cui credere malo, qvam MSto earundem, D. Nicol. Petræo, Superintendenti Ratzeburgensi, illas tribuenti, qvod M. Christoph. Kraheus, Præpositus Hatherslebiensis (*thesaurum* istud *summæ eruditionis Theologicæ* vocare solitus), olim asservabat.

II. GERMANICUM.

Christl. Leichpredigt über Pet. Lindebergium, P. L. C., aus 2. Reg. XXII. 20. Rost. 1596. in 4.

INEDITA.

Hypomnemata in Locos Theologicos Phil. Melanchtonis fere omnes, in Prælectionibus ad caput de Conjugio usqve perducta publicis, qvorum editionem, amicis desiderantibus promissam, mors Autoris immatura impedivit. V. L. Bacmeisteri Jun. (*luce illa & oculis omnium dignissima* esse, judicantis) *Orat. Parentalem, lit. D. 4. a. b.*

Consilia Theologica, qvæ, cum similibus aliorum Theologorum Rostochiensium, D. Joh. Bacmeisterus, Medicus Lubecensis (*in Catal. Nund. Lips. A. 1703. Autumn. p. 45.*), a se jussit expectari.

M. MATTHIAS LOBETANZ I., Husensis, e mercatore Parochiæ in Nordstrandia Gaikebullensis, neutiqvam vero civitatis (qvam Ephr. Prætorius in locum hujus male substituit (1.)) patriæ Husensis, ab A. 1614., Pastor, ac deinde, ab A. 1625., Cathrinherdensis in Eiderstadia (2.).

Ach und Sache des im Wasser ertrunckenen Marschlandes Nordstand, oder eine Klagpredigt und Unterrichtspredigt von der überaus grossen Wasserfluht daselbst, aus Es. XXIV. 1. & seqq., und 2. Paral. XV. 4., gehalten. Hamburgi 1634 in 4.

M. MATTHIAS LOBETANZ II., primi filius, A. 1622. in Nordstrandia natus, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, sumptu, studiis, in Gymnasio Bordesholmiensi per septennium, in Academia autem Rostochiensi per triennium, uti ipsemet, in Epistola ad eum, suæ A. 1645. præmissa Diatribæ, testatur, incubuit. Inde in Cimbriam redux, Ecclesiarum insulæ Femariensis Inspector, oppidiqve in illa Burgensis Pastor, d. 27. Febr. A. 1653., ab eodem est constitutus, geminoqve hoc per octo lustra functus munere, exeunte anno 1693., vivis septuagenario major excessit.

(1.) *In Autorum Indice, Bibliothecæ Homileticæ*, Dantisci A. 1691 editæ, adjecto. (2.) V. J. M. Krafii zwepf. Jubel-Gedächtnis. *p. 406.*

cessit. A Christ. Kortholto, Theologo Kiloniensi, *in Programmate de vita sua inaugurali, Vir, ut omnigenæ eruditionis, ita magni candoris,* appellatur. Confer ejusdem *Epistolam Tractatus sui de Philosophia Barbarica*, illi A. 1660. inscripti, *dedicatoriam*, & D. G. Morhofii in nuptias ipsius secundas Epithalamium, *in Veneribus novis p. 51. 52.* obvium.

Disp. Theol. de Sanctificatione, Præside D. Joh. Qvistorpio Sen. proposita. Rostochii 1645. in 4.

M. MATTHIAS LOBETANZ III., Burga Femariensis, secundi filius, laurea Philosophiæ suprema, post reditum ex Athenis Jenensibus, in Academia, d. 3. Oct. A. 1699., redimitus Kiloniensi, ejusdem ac Historiæ literariæ Professor, in Gryphiswaldensi, A. 1702. fuit extraordinarius (1.), Ordinis autem Philosophici, in Kiloniensi, circa A. 1704., Assessor, ac Parochiæ deinceps, in agro Stormariæ, Haselovienfis Pastoratum A. 1706. obtinuit, Pastor Sandesnebensis fuit circa A. 1714.

A Casp. Sagittario (2.) *Juvenis* salutatur *præclarissimus, animiqve probitate, rariori in literis humanioribus doctrina, aliisqve virtutibus, præstantissimus.*

Disp. de Pontifice Romano, Præside D. Christ. Kortholto. Kilonii 1692. in 4.

Disp. de Rhythmo, Præside D. Henr. Muhlio. Kilonii 1697. in 4.

Disp. de Joh. Hussi & Mart. Lutheri, in præcipuis fidei articulis, concordia, Præside D. Joh. Frid. Mayero, Gryphiswaldiæ proposita. Stettini 1701. in 4. *(In ipso hujus titulo, errore typographi, Martinus perperam est vocatus.)*

Disp. de propagatione Philosophiæ veteris, & variis doctrinarum mutationibus. Kilonii 1704. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Lubec., M. Jun. A. 1704., p. 187. 188.*

Bibliothecæ exqvisitissimis libris & Codicibus MSS. instructissimæ Marqvardi Gudii, Consiliarii Danici, Catalogus. Kilonii 1706. in 4. Ἀνωνύμως prodiit, sed ab illo, uti amici referunt, industria concinnatus est laudabili.

Observationem de Scriptis eruditorum promissis, post hac continuandam, inseruit *Tomo VII. Miscellaneorum Lipsiensium* (Lipsiæ 1718. *in 8.* edito), *num. 149. p. 110-128.*

JOHANNES LOCCENIUS, Itzehoensis, A. C. 1597. in lucem hanc editus, Jurisprudentiam, cum universa Polymathia elegantiori, in Academia imprimis excoluit Lugduno-Batava, qvæ, uti ipsius & Geverh. Elmenhorstii Epistolæ ad Joh. Meursium me docuerunt ineditæ, civibus eum suis, auditoribusqve Meursii, & Collegarum, ἐξοχωτέροις, A. 1617. & 1618. annumeravit. In patriam redux, Hamburgi aliqvamdiu vixit, & cum Ursula Wallravia nuptias A. 1622. celebravit, Lucæ Holstenii ac Henr. Vagetii condecoratas Epithalamiis, nec multo post supremos honores Juris obtinuit Academicos. In Sveciam hinc, ut Academiæ ornamento esset Upsaliensi, evocato Professionem initio Historiarum extraordinariam A. 1625., deinde A. 1627. Skyttianam (in qva Joh. Simonio successit) Politices & Eloqventiæ, nec multo post Historiarum Jurisqve civilis ordinariam, una cum Ephoria Bibliothecæ Academicæ, esse commissam, Orationes singularum, qvas mox recensebimus, testantur auspicales. Muneribus istis Loccenius nostras, nobile inter JCtos, Politicos, Historicosqve ævi sui celebriores nomen promeritus, & virorum Sveciæ eruditorum, qvoad vixit, coryphæus, ultra annos qvinqvaginta, ingenti cum laude, & auditorum (qvibus Carolum Gustavum, Sveciæ Regem, ipse (3.) annumerat) fructu, est functus, &, cum rude, ob senectutem & merita in Acad. Upsaliensem, Sveciamqve universam, illustria, tandem donaretur, Professoris nihilominus Svedici Juris honorarii, Historiographi regii, & Collegii antiqvitatum Septentrionalium decantatissimi Præsidis, ad obitum usqve, gavisus dignitatibus. Fatalis autem Seni jam octuagenario fuit dies XXVII. Julii anni æræ Christianæ MDCLXXVII. (4.), Successorqve in Historiographi obtigit munere Sam. Pufendorfius, felix meritorum Antecessoris sui in Svecos, illorumqve historiam, æmulus (5.). E liberis ejus Albertus tantum, Collegii militaris regii Holmiensis, ab A. 1675., Secretarius, nobilitate & Tigerclovii donatus cognomine (6.), duæqve filiæ, qvarum una Joh. Scheffero, Collegæ, Polyhistori, Jurisqve naturæ & gentium doctori in Acad. Upsaliensi inclyto, a superstite est elocata (7.), altera autem, Anna, Erico Aurivillio, J. U. Doctori & in eadem Professori, A. 1681. nupsit (8.), mihi hactenus innotuere.

Pleniorem vitæ ejus suggeret historiam Andreæ Norcopensis, Ostrogothi, Acad. Upsal. Rhetoris, & Consiliarii deinde regii, *Oratio in obitum illius funebris,* Holmiæ A. 1678. *in fol.*, teste Joh. Schefferi *Sveciæ literatæ p. 226.*, juris facta publici, sed mihi nondum visa. Indicem scriptorum, non tamen omnium (uti collatio ejus cum nostro ostendet), prolixum ipse Schefferus, in ejusdem *Sveciæ literatæ Appendice, p. 275-280.*, exhibuit. Olai Svanbergii, Angermanni, *Eidyllion Græcum in illius exeqvias,* Holmiæ A. 1678. *in 4.* excusum, ab eodem, *p. 262.*, allegatur.

Confer de illo Ol. Rudbeckii *Præfat. Tomi I. Atlanticæ,* Mart. Zeileri *Syllogen de Historicis, P. III., p. 135.*, Henn. Wittenium *l. c.*, Christ. Wilh. Eybenii *Eponymologium Criticum Tob. Magiri auctum p. 514.*, Corn. a Beüghem *Bibliograph. Juridico-Polit. p. 138. 139.*, & *Hypomnemata* nostra *ad J. Schefferi Sveciam literatam p. 445.*

ELOGIA.

Joh. Christianus, Baro a Boyneburg, *Epist. 17. ad Joh. Conr. Dietericum* (A. 1649. *scripta*), *p. 70. 71.*, ita de illo: *Loccenius, Freinshemius, Boeclerus, qvanta, amabo te, nomina! Iis per Reginam Sveciæ bene est, ut ne qvidem melius cuiqvam sui ordinis alibi fortean esse possit.* Idem in Epist. ad Zach. Prüeschenckium A. 1663. exarata (apud B. G. Struvium *Fascic. VIII. Act. Liter. p. 62.*) Germanis eum accenset, *qvibus nemo Romanæ æqvi prudentiæ callentior.*

Herm. Conringius, *in Diss. de præcipuis prudentiæ civilis Scriptoribus, §. 101.*, ejus *Disputationes Politicas nullis aliis istius argumenti postponendas esse,* censet.

Joh. Baazius Sen., *Lib. VIII. Inventarii Hist. Eccl. Sveo-Gothicæ, c. 9., p. 818.*, ita de scriptis ejus judicat: *Dedit hactenus clarissima suæ diligentiæ specimina, qvæ Studiosis in patriæ scholis & Academiis, etiam aliis, magno sunt usui.*

Geverh. Elmenhorstio *(in Append. Emendatt. ad Apulejum p. 401.) Juvenis* audit *doctissimus.*

Joh. Henr. Bœclero *(in præfat. Edit. secundæ Velleji Paterculi,* A. 1663. a se publicatæ) *Vir præclarissimus.*

Erico Mauritio *(in Specim. Dissertt. de principiis Juris publ. p. 16.) Vir eruditissimus.*

Ol. Rudbeckio *(l. c.) Vir consultissimus, &, in hoc studiorum genere* (Historico & Antiqvario), *facile princeps atqve veteranus.*

Joach. Hagemeiero *(in Epist. de statu Daniæ & Sveciæ p. 20.) Vir eruditus.*

Joh. Pet. Titio *(in Programm. de prudentia peregrinandi,* A. 1688. edito) *Vir famæ auspicatissimæ.*

Joh. Christoph. Wagenseilio *(in Comm. de S. Rom. Imp. officialibus, c. 12., p. 187.) Vir historiæ gentis Svedicæ, lingvæqve ei vernaculæ, peritissimus.*

(1.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Apr. A. 1702, p. 98.* (2.) *in Diss. de Genealogia Sagittariana,* A. 1694. edita, *p. 1.* (3.) *Lib. IX. Historiæ Svecicæ p. 755.* (4.) V. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1677.* (5.) V. Joh. Rolleti *Scharschmidium vapulantem p. 5.* (6.) V. Rich. ab Hardt *Holmiam literatam p. 46. Edit. secundæ.* (7.) V. Schefferi *Gymnasium styli p. 82.* (8.) V. Laur. Normanni *Orat. funebrem, Aurivillio habitam,* &, ex ista, *Nova Lit. Lubecensia, M. Oct. A. 1705., p. 314.*

Paulo Hachenbergio (*in Germania media, Diss. IV., Th. 8. & 14.) Scriptor politissimus, & vir ad illustrandas res Svecicas natus.*

D. G. Morhofius (*Orat. VIII., p. 243.*) illustribus eum orbis literati e Cimbria sideribus annumerat.

Joach. Fellero (*in Floribus Philosophicis ex Æneide Virgilii c. 37.*) *Svecus* audit *doctissimus.*

Thormodo Torfæo (*in Append. I. Seriei Regum Daniæ p. 469.*) *Vir doctissimus.*

Laur. Ingewaldi Elingio, Prof. Upsaliensi (*in Historia linguæ Græcæ p. 270.*), *Seculi hujus ornamentum,* & *Vir, qvi, meliori sui parte, tam diu durat ac durabit, qvamdiu ullus fuerit literis honor.*

Gust. Raschio (*in Tr. de novis Urbibus condendis p. 180.*) *Autor prudens & facundus.*

Joh. Burch. Majus (*in Or. de Historia universali Sec. nostri scribenda, lit. D. 2. b.*) præclarioribus illum Seculi XVII. accensuit Historicis.

CENSURA.

Conr. Sam. Schurtzfleischius, *in Judiciorum de novissimis prudentiæ Civilis Scriptoribus Sarcmasianorum continuatione*, sub Galliotti Galeatii scripta nomine, & *Fasciculo novæ librorum rariorum Conlectionis tertio* per Henr. Aug. Groschusium inserta, *p. 445. 446.*, hac, partim benigna, partim asperiori, censura illum, scriptaqve ejus, notavit: *Historiæ veteris unus omnium maxime est gnarus. Causas rerum civilium non ex vano arcessit, & mutabiles imperiorum vices graviter expendit. De ordinanda republica qvæ scripsit, haud parum ipsi conciliarunt dignitatis. Sallustii Epistolas ejusdem argumenti Commentario minime insito illustravit. Nec frustra laudaverim ejus Rempublicam apum, in qva plurimum industriæ mihi posuisse videtur. De annotationibus aliis, qvas ad bonos Autores edidit, piget referre, qvod præsenti parum conducant instituto. De vicibus, seu, ut ipse vocat, Periodis imperiorum, laudes proferre non attinet, cum vix habeant, unde vituperentur. Cæteroqvin a Forstneri gravitate, & Bœcleri copia dicendi, longissime abest. Pauca enim memorat, aliis non memorata. Historia Svecica majorem ostendit conatum, qvam successum. Plures seqvitur, qvam attingit. Sleidanum, Thuanum, Grammondum, egregios monumentorum conditores, adeo non vincit, ut ne qvidem æqvare sustineat.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

α. PROPRIA.

Carmen in luctuosum damnum & interitum navis abiturientis in Hispaniam, in qva L. circiter homines, ex displosione tormenti, cum navi ipsa, Hamburgi, d. 2. Jul. A. 1622., perierunt: Ad Joach. Morsium. Rostochii 1622. in 4.

Notæ Politicæ in Q. Curtium. Lugd. Bat. 1625. in 12. (*Sæpissime deinde, uti mox dicetur, cum ipso Curtio, sunt recusæ.*)

Or. de Imperiorum, imprimis IV. Monarchiarum, periodo & conversione, cum Historiarum professio Upsaliensis A. 1625. ipsi deferretur, habita. Upsaliæ 1625. *in 4.* (*In Tractatum postea de hoc argumento excrevit integrum, suo loco memorandum.*)

Carmen gratulatorium in professionis Oratorio-Politicæ Skyttianæ, primiqve ejus Professoris, Joh. Simonii, inaugurationem. Upf. 1625.

Oratio funebris in obitum Joh. Simonii, Oratoriæ Professoris. Upf. 1627. in 4.

Oratio in aditu ad professionem Skyttianam, extra ordinem ei commissam, habita. Upf. 1627. in 4.

Or. de Historiarum præstantia & usu, cum ei professio Historiarum ordinaria committeretur, habita. Upf. 1627. in 4.

Epigrammata sacra ac moralia, insertis Virtutum præcipuarum ac vitiorum imaginibus, per Emblemata adumbratis. Upf. 1627. in 4.

Dissertatiuncula de Migrationibus populorum, & in specie Gothorum Sveonumqve, eorumqve propagatione, fortuna, & rebus gestis apud exteros. Upf. 1628. in 8.

Dissertationes duæ: I. de Scythis veteribus, eorumqve ortu, propagatione, forma reipublicæ ac fortitudine; II. de Svecis ac Gothis separatim, eorumqve Politia. Upf. 1628. in 8.

Oratio de natali professionis Eloqventiæ, ab Illustriss. Dn. Johanne Skytte, d. 5. Dec. A. 1625., solenniter fundatæ, & de beneficiis ab eodem in Eloqventiæ studia collatis. Accedunt Oratio de recta ad eloqventiam via, cum professio ejus ipsi committeretur, habita, & Dissertatiuncula de Decoro Oratorio in communi vita observando. Upf. 1629. in 4.

Or. de Gustavi Adolphi, Svecorum Regis, virtutibus togatis & militaribus vere heroicis, d. 5. Nov. A. 1631. recitata. Accedit Epinicion, seu Carmen gratulatorium in victorias Gustavianas. Upf. 1631. in 4.

Periodus Imperiorum, seu Dissertationes Historico-Politicæ de causis ortus, incrementi & decrementi, IV. illustrium rerumpublicarum & Monarchiarum, Assyriæ, Persicæ, Macedonicæ, Romanæ, IV. libris inclusæ; Ad Gustavum Adolphum, Regem Sveciæ. Witebergæ A. 1633. in 12., sed admodum mendose (uti ipsemet, in *Epistola* ad Gerh. Joh. Vossium priore, infra memoranda, A. 1634. est conqvestus), editæ, auctiores vero & emendatiores, cum Indice, Lugd. Bat. A. 1637. & Amstelod. A. 1644. in 12. recusæ. Primas earum lineas *Oratio* ejusdem argumenti, A. 1625. publicata, jam exhibuerat. C. S. Schurzfleischii de illis judicium paulo ante recitavimus.

Oratio memoriæ Divi Gustavi Adolphi Magni dicta. Upf. 1634.

Disp. Philol. de Stylo & charactere. Upf. 1635. in 4.

Notæ in Epistolam Ciceronis ad Qvintum fratrem, de provincia recte administranda. Upf. 1636. Adjectæ postea *Dissertationibus de Rep. ordinanda*, Leidæ A. 1637., Amstelod. A. 1644. & Francofurti A. 1673., excusis.

Diss. de Epistolis & Orationibus recte scribendis habendisqve. Upf. 1636. in 4.

Syntagma Dissertationum Politicarum, qvo continentur: 1. de Republica ordinanda, seu de causis corruptionis, mutationis & conservationis Rerumpublicarum, Libri IV.; 2. Sallustii de Rep. ordinanda, & Ciceronis de provincia recte administranda, Epistolæ, cum Commentario; 3. Reipublicæ Apum Liber unus, seu regiminis Apum & Imperii civilis Comparatio. Lugd. Bat. 1637. in 12., Amstelod. (una cum *Periodo imperiorum*) A. 1644. in 12., & tandem (adjectis Politicis in aliqvot Politicorum Justi Lipsii capita Animadversionibus) Francofurti ac Lipsiæ A. 1673. in 8. C. S. Schurzfleischii judicia de illo honorifica supra jam sunt recitata. Solæ in Epist. Sallustii notæ a Joh. Scheffero, *in Gymnasio styli p. 82.*, & Thoma Crenio (*Commentarium* eas vocante *egregium*), *P. III. Animadv., c. 1., p. 13.*, commendantur.

Exercitationes Juris XI. (1. de Justitia & jure, 2. de interpretatione juris, 3. de jure personarum, 4. de jure conjugii, 5. de tutela, 6. de acqvisitione rerum & dominio, 7. de hæreditate testamentaria & ab intestato, 8. de obligatione ex contractibus, 9. de obligatione ex delictis, 10. de crimine læsæ majestatis, 11. de actionibus, easqve instituendi processu), in qvibus, præter aliarum gentium leges, cum jure Svecano jus Romanum succincte confertur, &, qvoties vide-

tur opus, ad normam juris divini revocatur, Upsaliæ 1639. in 4. Adjectæ deinde sunt *Synopsis Juris Sveo-Gothici*, in editionibus posterioribus, Holmiæ A. 1653. & Gothoburgi A. 1673. in 8. excusis.

Or. in obitum D. Pet. Kirstenii, Prof. Upsal. Medici. Upsf. 1640. in 4. Recusa in Henn. Wittenii *Memoriæ Medicorum renovatæ*, Francof. A. 1676. *in 8.* editæ, *Decade I., p. 112-123.*

Diss. Epistolica de studio Juris, excusa inter Hug. Grotii, & aliorum, Dissertationes de studiis instituendis, Amstelodami A. 1645. in 12.

Antiqvitatum Sveo-Gothicarum, cum hujus ævi moribus, institutis & rebus indigenis, pro re nata, comparatarum, Libri III. Holmiæ 1647. in 12. Auctiores seorsim recusi sunt Upsaliæ A. 1670. in 8., cum *Historia* autem *Svecica* Holmiæ A. 1654. in 8. & Francofurti A. 1676. in 4. Commendantur a B. G. Struvio *in Biblioth. Histor., c. 29., p. 734.*, a Mart. Zeilero autem, *P. III. Sylloges Historicorum p. 135.*, ridicule in *Antiqvitatum Judaicarum libros* transformantur.

Synopsis Juris, ad Leges Sveo-Gothicas accommodata. Accedunt Qvæstiones Practicæ. Holmiæ 1648. in 12. Recusa est, cum *Exercitationibus juris*, ibidem A. 1653. in 8., &, cum iisdem, ac Synopsi juris Sveo-Gothici privati, Gothoburgi A. 1673. in 8. *Optimum* judice B. G. Struvio (*in Biblioth. Jur. edit. tertia, c. 5., p. 71.*), *est juris Svecici Compendium*, &, uti Joh. Ott. Tabori (*in præfat. Speciminis Collationis Juris Romani & Francofordici*) jam est observatum, *a Methodo Justinianea non multum abludit.*

De Jure maritimo & navali Libri III. Holmiæ 1650. in 12. Auctiores recusi sunt ibidem A. 1651. in 12., & adjecti postea Versioni ipsius Juris Svecorum maritimi Latinæ, cum Epistola Joh. Pomereschii, JCti Gryphisw., de iis ad Autorem Encomiastica, Holmiæ A. 1674. in 8. Mare, qvoad certas partes, dominii esse capax, cum Joh. Seldeno, aliisqve, contra Grotium, asserunt. V. J. Andr. Bosii *Introduct. ad notit. rerump., c. 20., p. 137.*, & Nic. Chr. Lynckeri, eos commendantis, *Lib. II. Instructorii forensis, Sect. II., P. I., c. 2., lit. d. 1. a.*

Lexicon juris Sveo-Gothici. Holmiæ 1651. in 12., auctius recusum Upsaliæ A. 1665. in 8., & denuo (adjecta noviter Explicatione verborum Gotho-Teutonicorum juris Feudalis) Holmiæ A. 1674. in 8. Commendatur a D. G. Morhofio, *T. III. Polyhist., Lib. VI., Sect. VI., p. 93., & Sect. X., p. 112.*

Epistola Consolatoria ad Joh. Silfwerstierna, cum filii unici, Gustavi, funus ductaret. Upsaliæ 1651.

Inauguratio regia Christinæ, Svecorum Reginæ. Holmiæ 1651. in fol.

Rerum Svecicarum Historia, a primo Rege Christiano, Berone III., usqve ad Ericum XIV., deducta, & auctior, qvam ante, edita. Accedunt Antiqvitatum Sveo-Gothicarum Libri III. Holmiæ 1654. in 8. Eadem, a primo Rege Sveciæ, usqve ad Caroli Gustavi obitum, libris IX. deducta, Upsaliæ 1662. in 8. Eadem, a primo Rege Sveciæ, usqve ad Carolum XI., libris IX. deducta, multoqve auctior & emendatior; Cum Antiqq. Sveo-Gothicarum Libris III., itidem auctioribus; Francofurti & Lipsiæ A. 1676. in 4. De hac Joh. Frid. Gronovius, in Epist. ad Autorem A. 1663. scripta, ita judicat: *Historiæ Sveticæ magnificum munus obviis ulnis excepi, & in eo tuam curiosam industriam, gravia judicia, uberem dicendi facultatem, miratus sum.* Commendatur eadem ab Herm. Conringio *in Lib. de prudentia civili, c. 14.*, & *in Diss. de optimis prud. civ. Scriptoribus, §. 122.*, J. H. Bœclero (*Gustavi I. res imprimis diligenter* in illa *collectas esse* censente) *in Bibliographia curiosa, lit. K. 2. b.*, Er. Mauritio *in Specimine Dissertt. de principiis juris publici p. 15.*, Joh. Andr. Bosio *in Introd. ad notit. rerump., c. 4., p. 64.*, Joach. Hagemeiero (Autoris laudante diligentiam) *in Epist. de statu Daniæ & Sveciæ p. 20.*, Sam. Rachelio *in Introd. ad jus Publ., c. 11., p. 75. 76.*, Christ. Gryphio (qvo judice *Loccenius inter scriptores Historiæ universalis regni Svecani ducit familiam*) *in Diss. Isagog. de Scriptoribus Sec. XVII. Historicis, c. 12., p. 550.*, Gust. Raschio *in Tr. de novis Urbibus condendis p. 180.*, & B. G. Struvio *in Biblioth. Histor., c. 29., p. 736.* In Rerum Svecicarum Historia C. Julii Cæsaris dictionem est imitatus, teste Joh. Burch. Majo (*in Parænesi de Eloqventia cum Historia & prudentia civili conjungenda p. 17.*), *in exprimenda Cæsaris elegantissima simplicitate, non inanem & æstimandam sane fuisse operam Joh. Sleidani & Loccenii, qvi inde sermonis Latini rationem regulamqve sumserunt*, monente. Conr. Sam. Schurzfleischii censuram de illa minus benignam supra jam exhibuimus.

Elogium Axelii Oxenstierna, regni Sveciæ Cancellarii, memoriæ dedicatum. Upsaliæ 1655. in fol.

Gratulatio ad Carolum Gustavum, Regem Sveciæ, de pace Sveo-Danica, Roschildiæ facta. Upsaliæ 1658.

Epistola & Epitaphium in obitum Annæ Ribbingiæ, Generosi Dn. Jesperi Krusbiörnii conjugis. Upsf. 1658. in 4.

Deliciæ vallis Jacobææ (Jacobsdahl, nunc Ulrichsdahl dictæ). Upsaliæ 1666. in 12. (*V. Rich. ab Hardt Holmiæ literatæ Edit. secundam p. 117.*)

Disp. de Obligatione Antidorali, vel jure Antipelargiæ, qvæ ipsi ab Henn. Wittenio (*T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1677.*) tribuitur.

Epistolæ duæ ad Gerh. Joh. Vossium, Upsalia A. 1634. & 1638. scriptæ, qvæ, in Voluminis Vossianarum, Londini A. 1690. *in fol.* editi, *Appendice, num. 206., p. 132., & num. 270. p. 178.*, prodierunt.

β. ALIENA, translata, illustrata, aut edita.

Geverhardi Elmenhorstii Editio operum Apuleji, qvæ Francofurti A. 1621. *in 8. maj.* prodiit, post illius, ei immortui, obitum a Loccenio, per qvem Index est revisus & in ordinem redactus, Prologusqve ad lectorem huic præfixus, curata. Confer de illa Elogium Elmenhorstii.

Q. Curtii Rufi de rebus gestis Alexandri M. Historiarum, qvotqvot supersunt, libri, ejus Notis Politicis (*seorsim antea Leidæ A. 1625. in 12. editis*) illustrati, & Christinæ, Reginæ Svecorum, inscripti. Holmiæ 1637. in 12. Recusi, cum notis iisdem, & noviter adjuncto Indice Philologico, Johannisqve Rutgersii Emendationibus, Amstelodami A. 1648. 1656. 1659. 1664. 1671. & 1686., Lubecæ 1651., Uratislaviæ 1658. & 1666., Francofurti 1658. 1672. 1680. 1687. & 1688., Jenæ 1658., Lipsiæ 1665. & 1684., Hamburgi 1673., Halæ Saxonum 1673., & Ratzeburgi 1679., in 12. Iidem, cum Notis ejus Politicis, ipsi textui in qvavis substratis pagina, & Indice Philologico melius digesto, opera M. Joach. Gesenii, Soltqvellensis, Lipsiæ 1674. & 1687. in 12. Notas Politicas, Editioni huic (de qva monita ipsius, in Epistola ad G. J. Vossium posteriore, *l. c. p. 178.*, obvia, consulantur) adjectas, & in Amstelodamenses qvoqve Corn. Schrevelii, A. 1664. & 1673. *in 8.*, cum variorum excusas annotationibus, translatas, præter Joh. Hallervordium (*in Spicil. de Hist. Lat. p. 57.*), Christoph. Arnoldus (*in Diss. sua de Curtio, Phil. Caroli in eum Animadversionibus præfixa, p. 540.*) commendavit, *operamqve* vocavit *insignem, & omni laude majorem.* Index Philologicus itidem laudatus est a Thoma Bartholino (*Diss. VI. de leg. libris p. 193.*), J. Andr. Bosio (*in Diss. de prud. & eloqv. civili p. 74.*), Nic. Chr. Lynckero (*Lib. II. Instructorii forensis, P. I., c. 1., lit. M. 1. b.*), & C. Arnoldo, *l. c. p. 547.* ita scribente: *Neqve vero laude sua privandus Joh. Loccenius, qui Indicem Philologicum, admiranda certe industria, confecit, ad intelligendum Curtii stylum longe utilissimum.* Textum contra Editionis Loccenianæ ipsum mendis scatere, Ol. Borrichius (*in Conspectu præstantiorum L. Lat. Scriptorum p. 13.*) judicat. Jo. Georg. Walchius (in Historia latinæ Lingvæ critica c. 7., p. 326.) Editiones Curtii ac Corn. Nepotis Loccenianas vilipendit, eoqve judice *Loccenius & Joh. Schefferus exiguis beneficiis veterum monumenta ornarunt.*

Cornelii

Cornelii Nepotis Vitæ excellentium Imperatorum, Indice Philologico & notis Politicis (qvas, cum aliis Variorum, Jo. And. Bosius suæ editioni, Lipsiæ A. 1657. in 8. publicatæ, inseruit, illustratæ. Holmiæ 1638. & 1654. in 12., Amstelod. 1648. in 8., & Hamburgi 1673. ac 1674. in 12. Indicem Philol., iis adjectum, Joh. Andr. Bosius, *l. c. p. 74.*, commendat.

Erici Olai, Art. Magistri, Theol. Prof. & Decani Upsaliensis, Historia Svecorum Gothorumqve, annorum circiter 1460., Libris VI. comprehensa, denuo (*post primam editionem, Holmiæ A. 161.. a Joh. Messenio curatam*) ab eo, cum notis, publicata. Upsaliæ 1654. in 8. Confer de illa, qva, Joh. Scheffero judice (*in Upsalia antiqva, c. 13., p. 229.*) *Sveci nihil, qvod publice extet, in historia sua vetustius habent, aut melius*, ac Autore Erico Olai, ejusdem Schefferi *Sveciam literatam p. 14.*, meaqve ad illam *Hypomnemata p. 358.*

Sveciæ regni Leges provinciales, prout qvondam a Carolo IX., Rege, & Urbanæ, prout a Gustavo Adolpho, post recognitionem, confirmatæ, & A. 1608. publicatæ sunt, in lingvam Latinam (*de verbo ad verbum*), jussu regio, translatæ, & brevibus notis (*qvænam mutatæ vel abrogatæ sint, indicantibus*) illustratæ. Accedunt Regulæ Juris Svedici præcipuæ. Holmiæ 1672. in fol., & Londini Scanorum 1675. in 8.

Sveciæ regni Jus maritimum, e lingva Svedica in Latinam translatum. Accedunt ipsius Loccenii de jure maritimo Libri III., cum regni Sveciæ, & aliorum populorum, legibus maritimis, collati, variorum casuum decisionibus additis. Holmiæ 1674. in 8.

Jus vetus Uplandicum, qvod Birgerus Magni, Sveonum Rex, A. C. 1295. recognovit, & Joh. Loccenius e Svionico Latine transtulit, Car. Lundius autem, Acad. Upsal. JCtus, vernaculi Codicis castigatissima editione, notis, animadversionibus & Prolegomenis, collationem qvandam Legum veterum Gothicarum & Græcarum, imprimisqve Atticarum, continentibus, illustravit; ab Olao Rudbeckio editum. Upsaliæ 1700. in fol. V. de hac editione (a Rudbeckio A. 1698., *Tomo III. Atlanticæ, c. 10., §. 16., p. 320.*, promissa) *Nova literaria Lubecensia, M. Sept. A. 1700., p. 263.*

Legum Westgothicarum in Svionia Liber, e Lingva Gothica in Latinam translatus a J. Loccenio, notis illustratus a Car. Lundio, & ab Ol. Rudbeckio Upsaliæ *in fol.* editus. V. *Catalogum Bibliothecæ Joh. Frid. Mayeri p. 644.* Idem forsan cum præcedenti scripto.

II. GERMANICUM.

Threni in obitum Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ, carmine Germanico. Upsaliæ 1634.

INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Ex his, prælo parata, apud hæredes, superfuisse, in Joh. Schefferi *Svecia literata p. 280.*, perhibentur:

1. Volumen Orationum.
2. Volumen Carminum, partim editorum, partim ineditorum.
3. Notæ in Institutiones Juris, ab Arn. Vinnio publicatas.
4. Versio Latina Legum vetustarum Ostro- & Westrogothicarum, Sudromannicarum, Wesmannicarum, Helsingicarum & Dalicarum.

Addantur istis:

5. Opus de Jure Sveciæ publico, de qvo ita Er. Mauritius *in Specim. Differtt. de principiis J. Publici, p. 15. 16.: Audio ab iis, qvi hæc tractantem audiverunt, peculiari & accurato opere MSto jus publicum Sveciæ magnam partem complexum Virum eruditissimum, Joh. Loccenium. Qvod tamen an lucem publicam visurum sit aliqvando, valde, haud levibus de causis, ambigitur.*
6. Titulus de verborum juris Svecici significatione, cujus, jam ante publicati, *editionem secundam*, non parum locupletatam, *in præfat. Versionis Legum regni Sveciæ provincialium*, est pollicitus.
7-12. Scripta de Babylone, Ninive, Tyro, Carthagine, Thebis & Rhodo, affecta, qvæ, in *Epistola* ad Joh. Meursium ἀνεκδότῳ, A. 1630. exarata, a se jussit exspectari.
13. Elegia in obitum Geverh Elmenhorstii, in *Albo* Joach. Morsii MSto Melleniano, *fol. 597.*, obvia.

HENNINGUS LOCHOU, Hamburgensis, J. U. Lic., Senator patriæ d. 8. Sept. A. 1710. electus, Joh. Theod. Schafshusii, Consulis, gener, cujus Museum nummarium, rarioribus numismatis, præsertim modernis, instructissimum, a Pet. Ambr. Lehmanno, *in præfatione Collectionis nummorum uncialium Germanicæ*, A. 1709. editæ, celebratur. Obiit M. Martio A. 1722.

Protheoria Ciceroniana, lectioni scriptorum Ciceronis præmittenda, vitam & scripta ejus concernens; cum præfat. D. Rud. Capelli, Prof. Hamburg. Hamburgi 1683. in fol. Verum Sylloges hujus, excerpta variorum de vita Ciceronis Scriptorum exhibentis, autorem, sive potius collectorem, esse D. Rud. Capellum, testatur Vinc. Placcius *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 420.* Sub Capelli nomine etiam allegatur in J. G. Walchii *Hist. Crit. L. Lat.*, *c. 8.*, *p. 316.*

Disp. Inaug. de privilegio Dotis. Aureliæ 1688. in 4.

M. ANDREAS LOHMANN, Itzehoensis, Parochus in agro Saxoniæ Witebergensi Apollensdorfiensis.

Cursus annuus; h. e. Dispositiones in dicta qvædam selectiora Evangeliorum totius anni, una eademqve methodo elaborata, &c. Accessit, speciminis loco, Ἐξήγησις dicti Es. VII. 14. 15. Witebergæ 1677. in 4.

GEORGIUS LOHMANN, Parochiæ ruralis Curoviensis in Wagria Pastor.

S. Pauli Kreutzübung, auß 2 Cor. XII. 7. 8. 9. Lubecæ 1663. in 8. (*Allegatur ab Henn. Wittenio, in Repertorio Homiletico.*)

Amor Dei trahens; Die inbrünstige, die Menschen zu sich ziehende, Liebe GOttes, oder Leichpredigt über Henrich Hannibal von Aichelberg, Fürstl. Holstein-Plönischen Amptmann zu Ahrensböcke, auß Jer. XXXI. 3. Plönæ 1678. in 4.

HARTWIGUS LOHMANN, qvem Silesiis Gottliebius Wernsdorfius (1.) perperam annumeravit, scriba initio fuit Ottonis a Qvalen, Præfecti tractus Flensburgensis regii, & deinde ipsius urbis Flensburgensis, non autem (uti a Timoth. Dan. Colbergio (2.), Gotfr. Arnoldo (3.) & Casp. Calvörio (4.), falso est traditum) Husensis vicinæ, Secretarius, Joh. Meiero, d. 16. Sept. A. 1616., in isto subrogatus munere. Is, cum Nicol. Tetingio, cive haud illiterato, vita Laicorum inter Lutheranos impia, & Clericorum complurium hypocrisi, offensus, post lectos Tauleri, Lutheri & Arndii libros, de utraqve apud concives cœpit conqveri, & Praxin his Christianismi inculcare seriam. Qvo instituto laudem utiqve meruisset, nisi, a Tetingio paulatim, uti creditur, seductus, fanaticos, de carne Christi cœlesti, unione Christi & fidelium essentiali, revelationibus internis, legis impletione ac Chiliasmo, amplexus esset errores, litesqve forenses, usuras, Academias, bella & juramenta promiscue improbasset. Fuere etiam (5.), qvi carnis ejusdem resur-

(1.) *in Diss. de Fanaticis Silesiorum*, §. 11., p. 19. (2.) im Platonisch-Hermetischen Christenthume, *P. I., c. 5., §. 9., p. 244. 245. 246.* (3.) *T. III. Hist. Eccl., c. 10., p. 104.* (4.) *in Fissuris Sionis, Lib. 17., c. 2., p. 550.* (5.) V. Frid. Damii *Relat. de Colloqvio Flensburg.*, *lit. G. 1. b - G. 6. b.*

resurrectionem ab ipso & Tetingio crederent negari. Sed hos in utrumqve fuisse injurios, scripto noster ἀνεκδότῳ ostendit peculiari. Errores hosce cum probari ipsis comperisset M. Habacuc Meierus, Parochus Marianus, homo iracundus & contentiosus, absqve prævia admonitione privata, acriter in eos, festo Epiphaniæ A. 1622., dissimulatis licet nominibus, est invectus, stultosqve, Phantastas & Enthusiastas, illos vocavit. De qva vehementia cum, literis ad eum d. 14. Jan. missis, essent conqvesti, fideiqve his suæ junxissent confessionem, ille nihil ad hanc regessit, Epistolæ autem, calumniarum se insimulanti, aliam, injuriæ retorsione se ulciscens, concionemqve, ipsos haud spectasse protestans, d. 25. Jan. opposuit, repositaqve ab illis d. 29. Jan. Apologia brevi magis irritatus, in singulis deinceps sermonibus sacris invectivis eos proscidit contumeliosis. Lohmannus Confessionem, Meiero transmissam, M. Frid. Damio, Præposito, coram qvoqve exhibuit, & ab isto, ἑτεροδοξίαν ejus e colloqvio etiam subodorato, de IX. erroribus Weigelianis, in illa obviis, scripto vernaculo, sed incassum, est monitus (1.). Instituebatur tandem, Caji Alefeldii, Præfecti regii, auspiciis, illo, duobusqve Consulibus, Marco Schrödero & Christ. Beiero, præsentibus, solenne inter duumviros hosce, & Ecclesiastas urbanos, in arce regia, Colloqvium. In isto, cum Meierus, a nemine adactus, suas in errores Enthusiasticos invectivas publicas Lohmanno & Tetingio oppositas non fuisse, jurasset, a Damio præcipue & Tetingio, de efficacia baptismi, unione Christi & fidelium essentiali, Confessionis Augustanæ, Symbolorumqve (qvæ, præter Apostolicum, ambo, ceu scripta mere humana, rejiciebant) autoritate Ecclesiasticorum, imprimis autem de carnis, a Christo assumptæ, natura, per diem ferme dimidium, non sine convitiis & ἀταξίᾳ, est disputatum. Qvam ob causam cum Lohmannus atqve Tetingius illud abrupissent, Consules, affinitate ipsis juncti, seorsim eos accesserunt, &, ne urbem relinqverent, sunt hortati, simulqve, Ecclesiastas, se, si sacris interesse pergerent publicis, & plebem in concionibus, de qvæstione circa Christi carnem controversa, subinde, occasione textus, paterentur informari, ab omnibus in eos sibi temperaturos invectivis, promisisse, significarunt. Qvod cum illi, decretum sibi dudum fuisse ex urbe in pagum secedere solitarium prætexentes, facere detrectarent, nec Lohmannus Damio, ejusqve Collegæ, M. Friderico Johannis, privatim se, post Colloqvium, in viam reducere conatis, obtemperaret, a Consulibus (qvi discessuros testimonio, qvo jus civitatis ipsis reservabatur, instruxere publico), cæterisqve affinibus invitis, dimissi, in vicinas ditiones ducales commigrarunt. Lohmannus Svabstedæ seqventi vixit biennio, Tetingius autem A. 1622. Windertæ & Hattstediæ, A. 1623. Hoyerswortæ, & A. 1624. tandem in urbe patria Husensi. Illic liti cum Ecclesiastis, in se publice invectis, implicitus forensi, suo atqve Lohmanni (in curiam euntem d. 27. Aug., Parastatæ instar, comitati) nomine, Apologiam Dethl. Luthio, Consuli, d. 7. Aug. A. 1624., contra Clericos Flensburgenses pariter atqve Husenses, exhibuit vernaculam, eodem postea anno, sub titulo des Wahrhafften Berichtes, editam. Huic Flensburgenses retorsionem juridicam, Senatui Husensi d. 30. Aug. transmissam, &, qvæ hanc etiam exhibet (2.), *Relationem* M. Frid. Damii, Præpositi sui, *de Colloqvio Flensburgensi* Germanicam, Rostochii A. 1625. (3.) excusam, sed a Tetingio A. 1627. *in Prodromo* impugnatam *Apologetico*, opposuerunt. Husenses autem non ante cessarunt Tetingii errores, & coram Magistratu urbano, & in aula Gottorpiensi, detegere & detestari, qvam edictum a Friderico, Duce Holsatico, d. 27. Sept. A. 1624. promulgaretur, qvo ille pariter atqve Lohmannus, intra dies XIV., vel publice opiniones suas heterodoxas retractare, vel e Ducatibus discedere Cimbricis, jubebantur. Uterqve Palinodiæ exilium prætulit. Nec veritus est Lohmannus Svabsteda, priusqvam emigraret, prolixas ad Fridericum Principem d. 12. Oct. dare literas, ad Edictum ipsius responsorias, paulo post, sub titulo der wolgegründeten Antwort, juris factas publici, in qvibus plerosqve errores, in isto sibi attributos, S. Literarum defendere conatus testimoniis, criminationibus inimicorum respondit, & pro asseclis suis, pœnam timentibus similem, intercessit. Hafniam eum Danorum postea esse delatum, & Praxi illic A. 1635. (qvo suum *Albo* Joach. Morsii MSto (4.), d. 24. Apr., inseruit αὐτόγραφον) artis Medicæ claruisse felicissima, e Morsii (cui *insignis* audit *& admodum felix Medicus Practicus ac Chymicus*) ad *Album* istud annotationibus, didici. Qvomodo, postqvam Ottoniæ Fionorum tandem consederat, jussu Christiani IV., Regis Daniæ, Hafniæ d. 19. 20. & 21. Apr. A. 1635., in Consistorio Academico, a Theologis Hafniensibus, & Episcopis Fioniæ ac Scaniæ examinatus, errores suos omnes sigillatim retractaverit, narratur a Joh. Melch. Kraftio, *(loc. citand.) p. 170. 171. 493 - 498.* Eum A. 1642. non amplius fuisse superstitem, ex Annæ Ovenæ Hoyeriæ Poematiis pro illo ac Tetingio Apologeticis, patet.

Plura de ejus pariter atqve Tetingii vita, erroribus, certaminibus, fatis, Antagonistis (Frid. Damio, Maur. Rachelio, Paulo Egardo, Nicol. Hunnio, Aug. Varenio, &c.), & Poematiis Annæ Ovenæ Hoyeriæ pro utroqve Apologeticis, una cum Autorum variorum, qvæ de ambobus tulere, judiciis ac censuris, in Biographia Nicol. Tetingii (qvi Lohmannum seduxisse creditur, & opiniones suas erroneas longe, qvam ille, studiosius disseminavit, pertinaciusqve defendit), suo loco, exhibebuntur. Nos hactenus narrata e M. Frid. Damii *Relatione de Colloqvio cum iis Flensburgensi Germanica*, Tetingii *Prodromo adversus istam Apologetico, Epistola ad Frid., D. Holsf., supplice* ἀνεκδότῳ, & Vermahnungsschreiben an alle Menschen, vom Processe der Priester wieder ihn, ipsiusqve Lohmanni Antwort auf das Fürstliche Verweisungs-Mandat, maximam partem collegimus. Conferantur Ant. Heimreichius *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 4., p. 249 - 253.*, Timoth. Dan. Colbergius *l. c.*, Gotfr. Arnoldus (utriqve patrocinans) *T. III. Hist. Eccl., c. 10., p. 104. 105. 106.*, Ad. Tribbechovius in *Epistolarum de iis ad Jac. Thomasium excerptis*, a B. G. Struvio *Fascic. VII. Act. literar. p. 62. 63. 64.*, exhibitis, *Isagoge* mea *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 6., §. 3. & 4., p. 135 - 141.*, Frid. Arnkielii Rettung des ersten Nordischen Christenthums, *c. 11., p. 150 - 157.* & Joh. Melch. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie p. 161 - 171. 176. 177. 463 - 498.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Beständige wolgegründete Antwort, an Hertzog Fridrichen zu Holstein, auf seiner Fürstl. Gnaden, am 29. Sept. A. 1624. zu Husum publicirtes, Verweisungs-Mandat, und darinn angezogene Religionspuncte, auch von den Verfolgern zur Ungebühr angegebene falsche Auflagen, und unerweisliche Bezüchtigungen. A. 1624, in 4. (*V. qvæ de illa, in vita Autoris, jam diximus.*)

Confortativ aus Gottes Worte, oder Trostsprüche, damit ein jeder Gläubiger seine Seele, in Verfolgungen dieser Welt, trösten und ergetzen kan. A. 1624. in 4.

Spiegel des Glaubens. Neostadii 1625. in 4. (*Catal.*)

Nova creatura, von Christi Geburt, und des Menschen Wiedergeburt, in teutschen Versen beschrieben. Neostadii 1625. 4. (*Catal.*)

Warhaffter Bericht, aus was Ursachen Hartwig Lohmann und Nicol. Teting, sonst Knutzen genandt, so wol auch andere mehr, von den Priestern zu Husum, Flensburg, und andern Orten im Lande, auf den Predigtstülen ausgeketzert, gelästert, verdammet, ihrer Güter beraubet, und endlich aus dem Lande vertrieben worden. A. 1624. in 4. De hoc scripto, sub communi illius & Tetingii edito nomine, sed Tetingium haud dubie Autorem agnoscente, supra jam dictum est, & in Tetingii

(1.) V. istud *in Relatione eadem, lit. B. 7. b - C. 4. a.* (2.) *lit. D. 2. b - D. 6. a.* (3.) *in 8.* (4.) *fol. 926.*

tingii vita plura afferentur. Legitur etiam in J. Melch. Kraftii zweyfachem Jubel-Gedächtnisse (ed. Hamb. A. 1723.) p. 475-488.

INEDITA, quæ a me, cum aliis Certaminis Tetingio-Lohmanniani Actis, asservantur.

Einfältig Bedencken wieder den äusserlichen Geschmuck an Golde und prächtigen Kleidern, Matthiæ Tonsorio, Conrectori zu Sleswig, zugestellt.

Einfältige Meinung vom wircklichen und thätigen Glauben, an Nicol. Evertsen.

Etliche in Reimen gefassete Biblische Sprüche, von der Geburt, Beschneidung, Leiden, Sterben, Auferstehung und Himmelfahrt Christi, auch wie ein jeder Mensch geistlich muß neugebohren werden, sich geistlich beschneiden, im Glauben mit Christo leiden, geistlich auferstehen, und sein Gemüht zu GOtt in den Himmel erheben; imgleichen von dem Fundament der Christlichen Religion, und den geistlichen Stuffen zum Himmelreich, &c. Samt XXIV. hochnützlichen Lebensregeln.

Beweiß des Artickels von der Auferstehung der Todten, aus der H. Schrift, entgegengesetzt der Verleumbdung, als wenn er solche leugnete. Opposita hæc Apologia esse videtur Retorsioni Presbyterii Flensburgensis contra ipsum & Tetingium, utrumqve resurrectionem ejusdem carnis negare affirmanti.

Hartw. Lohmanns und N. Tetings Glaubensbekäntnis, M. Habacuc Meiern am 14. Jan. A. 1622. übergeben, und Gegenbericht auf Meieri Antwort, am 29. Jan. A. 1622. ihm zugeschickt. (*V. de iis nostri & Tetingii Biographias.*)

ANDREAS LONNERUS I., Dithmarsus, Hermanni Lonneri, Lipsiensis, Diaconi in Dithmarsia, ab A. 1564., Londinensis, haud dubie filius, Diaconus in Eiderstadia, ab A. 1591., Tonningensis, Pastorqve deinde in Nordstrandia Königsbüllensis, ac tandem, ab A. 1607., in Eiderstadia Gardingensis, A. 1623. mortuus.

Fragstücke und Anwisinge des H. Catechismi, in welcken de vörnehmsten Artickel Christlicker Lehre kort und schlecht sind tosammengebracht. Hamburgi 1614. in 8. (*L. Saxon.*)

M. ANDREAS LONNERUS II., Strandensis, primi, modo laudati, filius, Vici in Eiderstadia Gardingensis, circa A. 1637., Diaconus, & deinceps Pastor, simulqve, ab A. 1653., Eiderstadiæ totius Præpositus, d. 22. Nov. A. 1676., teste Ant. Heimreichio (*Lib. IV Hist. Eccl. Slesvic., c. 3., p. 206.*), est mortuus. Probe ab eo distingvi oportet, non Parentem solum ac filium, ei ὁμωνύμως, sed etiam M. Andr. Lonnerum, ædis in urbe Westphaliæ Susatensi Georgianæ Pastorem, qvi scriptis aliqvot contra Pontificios innotuit, & d. 7. Jan. A. C. 1621., ac æt. 36., vivis jam excessit. Confudit utrumqve Henn. Wittenius (*T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 26. 27.*), Susatensi huic nostri *Praxin Catecheticam*, & *Sermonem de vera Ecclesiæ concordia*, perperam tribuens.

SCRIPTA EDITA.

Disp. de Baptismo, Præside D. Paulo Röbero. Witeb. 1631. in 4.

Feuerruhte GOttes, oder Christliche Feur-und Bußpredigt, wegen des am 24. Jan. A. 1637. zu Gardingen entstandenen Feurwetters, dadurch der Thurm beschädiget worden, am 28. Jan., aus Amos VII., gehalten. Slesvigæ 1637. in 4.

Der Gläubigen bestes, oder Leichpredigt über Anna, Casp. Schwenckens, Eiderstädtischen Stallers, Ehfrau, aus Rom. VIII. 28. Slesvigæ 1639. in 4. (Recusa A. 1651. *in Lessu.*)

Praxis Catechetica, Christliche Catechismusübung, welcher gestalt derselbe in die thätige Lebensübung, zur täglichen Busse, muß gebracht werden, in Predigten zu Gardingen vorgetragen. Hamburgi 1648. in 4. Præfixæ sunt Epistolæ ad Autorem, de opere hoc, Praxin pietatis & bonorum operum serio inculcante, Encomiasticæ D. Nic. Hunnii, D. Joh. Botsacci & D. Joh. Mülleri. E qvibus Hunnius illud eine löbliche und nutzbahre Arbeit, Botsaccus autem *meditationes, a rerum ubertate, & vernaculæ orationis flore, commendatas*, appellat.

Lessus Schwenckiadum, Schwencken-Traur, oder III. Leichpredigten über Casp. Schwencken, Fürstl. Staller in Eiderstede, und dessen beyde Ehfrauen, Anna Langinn und Catharina Ansichinn, aus 1. Sam. XII. 2. 3. 4., Rom. VIII. 28., und Ps. LXVIII. 21., zu Gardingen, A. 1639. 1649. und 1651., gehalten. Hamburgi 1651. in 4.

Tonningensis Ecclesiæ Evangelicæ concordia cum Orthodoxis spiritualis & Theologica, cum Paganis civilis & Politica, cum Heterodoxis moralis & Ethica: das ist: wolgegründete Lehr- und Unterweisungspredigt, aus Ps. CXXXIII. 1., von der wahren Evangelischen Kirchen Einigkeit, welcher gestalt dieselbe, nicht allein mit ihren Glaubens-Verwandten, sondern auch mit allen ungläubigen Unchristen, Juden, Türcken, Persianern, &c., wie auch mit getauften wiedrigen Confession-Christen, Papisten, Calvinisten, Arminianern, &c., mit unverletztem Gewissen, könne und möge beobachtet und gehalten werden: Samt einer kurtzen Einführungsrede von rechtmäßiger translocation anderweit beruffener Prediger; bey M. Hieron. Brenneccii introduction zu Tönningen gehalten. Slesvigæ 1654. in 4. Præfixa est Præfatio D. Joh. Reinbohtii, Superint. Ducalis Holsatici, prolixa Apologetica, de fundamento fidei, & articulis ad istud spectantibus, non Joh. Conr. Danhauero solum & Andr. Kühnio, adversariis suis, sed huic etiam Lonneri Sermoni, opposita. Imprimi illum, nondum accurate perlectum, Reinbohtius erat passus, ac præfationem jam, rogatu Autoris, adjicere volebat, cum multa in eo, adversariorum sententiæ ὁμόψηφα, suæ autem, *in Disp. Inaug. de Catechesi veterum* A. 1645. propositæ, contraria, observaret occurrere. Promisso igitur satisfacturus, & suæ simul doctrinæ patrocinaturus, in Procemio hoc pristinam, de Catechesi & Symbolo Apostolico omnia necessario credenda complexis, sententiam, contra Danhaueri, Kuhnii & Lonneri, meditamenta contraria, suppressis illorum defendit nominibus. A Lonnero nihil huic est repositum; diuturna vero inde cum Danhauero & Kühnio enata controversia, cujus historiam, *P. II. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 7., §. 6., p. 190-197.*, breviter jam adumbratam, Reinbohtii reservamus Elogio. Cujus de præfatione hac consuli etiam potest *Apologia contra Danhauerum*, A. 1657 *edita, p. 6. 7. 8.*

Hiskias gemebundus, oder Leichpredigt über Es. XXXVIII. A. 1655. in 4.

Nova Christi genitura, nova homo creatura, nova vitæ cynosura: Neue Geburt, der neue Mensch, das neue Leben, bey M. Georgii Sylms, Predigers zu Tönningen, ordination, aus Gal. IV. 19., vorgestellt. Hamb. 1656. in 4.

Schola Catechetica Eidorea, Ecclesia Christi regia; das ist: Eiderstättische Catechismus-Schul, Christi in Eiderstätt Königlicher Kirchenstul, wie jene, nach dem Lutherschen Catechismo und Fragstücken, dieser, nach der Historie vom Königlichen Einzuge des HErren, den äusserlichen und innerlichen Gottesdienst unzertrennlich, wieder alle äusserliche Kirchengänger, und innerliche Geistpränger, zu behaupten, ist aufgesetzet. Slesvigæ 1659. in 12.

Virga Patris domestica, disciplina filii Scholastica: die Kinderruht den Kindern gut in Schulen thut; oder Leichpredigt über Elisabeth, Frid. Joh. Oldermanns, M. D., Ehfrau, aus Prov. III. 11. 12. Slesvigæ 1665. in 4.

M. ANDREAS LONNERUS III., secundi filius, Gardinga Eiderstadiensis, Parentis, in Ecclesiæ patriæ Pastoratu, A. 1675. factus successor, & A. 1688. defunctus.

Disp. Historico-Theologica de Immolatione filiæ Jephtæ, ad Judic. XI. 30. & seqq., Præside D. Christ. Kortholto proposita. Kilonii 1667. in 4.

Mosis Mizraim, Ægyptiorum Osiris, Diss. Historica descriptus, &, ad gradum Magisterii obtinendum, Præside Ad. Tribbechovio, defensus. Kil. 1671. in 4.

HERMANNUS LONNERUS, Strandensis, Andreæ I. (*de quo jam dictum*) filius, Classis in Gymnasio Susatensi tertiæ, circa A. 1620., Lector (1.), deinde vero templi, in eadem Westphaliæ urbe, Georgiani Ecclesiastes, & Parochiæ tandem in Eiderstadia Tetenbüllensis, circa A. 1647., Pastor (2.).

Joh. Tarnovius, Theologus Rostochiensis, suam *de tribus Eliis Orationem* A. 1617. inscripsit.

Tuba Jubilæi Lutherani, seu Expositio dicti Habac. II. 4., Præside D. Joh. Tarnovio exhibita. Rostochii 1617. in 4.

Theses de Creatione, ab eo Præside propositæ. Susati 1620. in 4.

M. HENRICUS LOOFIUS, Lubecensis, post studiorum in Athenæis patrio & Gedanensi tyrocinia, & duodecennium in Academiis, Rostochiensi, Lipsiensi & Jenensi (Magistri titulum A. 1654. ei largita), exactum, Pædagogii regii Stettinensis Conrector, Poeseosqve & lingvæ Græcæ in eodem Professor, A. 1662. est constitutus, ac munus istud, d. 8. Sept., recitatione *Satyræ de Calliope maxime offensa* auspicatus. V. M. Dan. Schultzii, Rect. Stettinensis, *Programma ad hanc audiendam invitatorium*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 455-459.*

Poetarum & Scriptorum profanorum fabulæ, ad veritatem historiæ, Physico-moraliter, ordine Alphabetico, resolutæ; qvarum Decas tantum prima, reliqvis præmissa, & fabulas literæ A. (de Acheronte, Actæone, Adonide, Æolo, Alceste, Amaltheæ cornu; Amazonibus, Amphione, Atalanta & Atlante) complexa, Stettini A. 1662. in 4. prodiit.

Disp. de qvotidiana telluris revolutione. Stettini 1664. in 4.

Programma funebre de vita Pet. Gerickii, Consulis Stettinensis, Stettini 1664. in 4.

Scriptum Academicum de rationis in rebus mysticis nullitate, Photinianis, Calvinianis & Pontificiis oppositum. Stettini 1665. in 4.

Tractat was von der Juden allgemeinen Bekehrung zu hoffen. Stettini 1666. in 4. (*Catal.*)

Parentatio brevis in obitum Abr. Leopoldi, Ecclesiastæ Lubec. Jacobæi, A. 1656. scripta, qvam, lectu licet vix dignam, Georg. Henr. Götzius *Elogiis 80. Theologorum Germanorum, Lubecæ A. 1709. in 8.* editis, *p. 253-257.*, inseruit.

AGGÆUS LORENZ, Templi Militum præsidiariorum Tonningensis Cantor.

Teutsche Rechen-Schule. Sleswig 1707. in 8.

JOHANNA LORENTZINN (sive LAURENTIA) ab Aldershelm, Christiani Laurentii ab Aldershelm, civis initio ac mercatoris Hamburgensis, deinde autem urbis patriæ Lipsiensis Consulis, Scabinatus Assessoris, Cæsarisqve & Electoris Saxoniæ Consiliarii, A. 1684. defuncti (3.), ac Johannæ, Edvardi Beckeri, Senatoris Lipsiensis, gnatæ, filia, primam Hamburgi lucem aspexit. Lipsiensem enim ipsamet sese, in *præfatione versionis Stratonicæ*, ideo tantum vocavit, qvod e familia ortum traxisset Lipsiensi, & Lipsiam a parente, ad Consulatum ejus evecto, A. 1669. secum esset reducta. Qvod Henn. Wittenius (4.), Lipsiam ei patriam fuisse falso persvasus, haud dubie ignoravit. In tenera ætate, cum sororibus, a parente, cui Hamburgensium haud satis polita videbatur educatio, Hagam Comitum est ablegata, omniqve istic morum venustati a matronis assvefacta hujus studiosissimis, Lipsiæ autem deinceps in literis elegantioribus, lingvisqve Exoticis, eo instituta successu, ut locum inter mulieres eruditas compluribus harum mereri visa sit Encomiastis. Adultior conjux obtigit Wenceslao Weichardo, Comiti ab Oppersdorf, Baroniqve in Aich & Friedstein, gente Austriaco, sed ab illo postea, incertum qvam ob causam, coacta secedere, vitam deinde in urbe Erfurtensi egit solitariam, maritoqve superstes in viduitate ibidem A. 1680. decessit.

Ob doctrinam & πολυγλωττίαν insignem (cujus æmulam habuit Christinam Reginam, sororem natu minorem, innuptam, A. 1704. extinctam, suosqve itidem nactam laudatores (5.)), ab Henn. Wittenio (6.), Vinc. Placcio (7.), Christoph. Hendreichio (8.), Herm. Christoph. Engelkio (9.), aliisqve, publice jam sæpius est commendata. Nemo tamen fusius illam celebravit, qvam Otto Sperlingius Junior, in opere (cui & nostræ aliqvot debentur narrationes) *de Fœminis doctis* ἀνεκδότῳ (10.), in qvo *forma* ei *liberalis, ingenium præstans, dotes animi rarissimæ, judicium accuratum, eruditio lectione variorum librorum acqvisita, Musicæ omnis generis peritia præcellens, moresqve, qui sexum ornent, adeo delicati & exqvisiti, ut nihil supra,* stylo tribuuntur panegyrico.

Lucæ Assarini Stratonicæ, Fabulæ Eroticæ, tribus libris comprehensæ, & Italice Maceratæ olim A. 1636. Venetiisqve A. 1638. *in 12.* editæ (qvam Henn. Wittenius, *in Appendice Tomi I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1647.*, e scripto Claudii Mallevillii, Parisiensis, Card. Berulli Secretarii, Gallico, in Italorum linguam credit esse traductam), Versio Germanica, &, literis tantum nominis initialibus J. L. V. A. præfixis, cum innupta adhuc esset, Amstelodami A. 1666. *in 12.* edita, Jenæ autem, teste Sperlingio, A. 1675. *in 12.*, tertia vice excusa. Nostræ hanc deberi Frid. Geislerus, *in Larva Scriptoribus Anonymis detracta, Dec. IV. n. 2.*, & Vinc. Placcius, *ll. cc.*, publice jam indicarunt. Commendata est a Christoph. Arnoldo (styli, teste Placcio, elegantiam laudante Germanici) in des Frauenzimmers Seelenschosse *p. 46. 47.*, Joh. Christ. Hallmanno (cui nostra audit die hochgelahrte Uebersetzerinn der Stratonica des Assarini zu Leipzig, so gewiß allem Frauenzimmer hiedurch einen unverwelcklichen Ehrenkrantz zubereitet) *in præfat.* der Traur-Freuden-und Schäfferspiele, & Ott. Sperlingio, ita *l. c.* scribente: *Specimen ingenii & eruditionis dedit insigne, qvod famam æternam, & nomen immortale faciat. Vertit enim Stratonicam in lingvam maternam Germanicam, adeo eleganter, ut doctissimis qvibusqve viris, qvi bene norunt, qvantum judicii, curæ, laboris, reqvirant istiusmodi studia ac scripta, aqvam vel hærere, vel venire, fecerit. - - - - Stylus est nitidus, purus, non affectatus, & Lipsiensibus fere connatus.* Solus Vinc. Placcius (*ll. cc.*) virgula eandem censoria verbis notavit seqventibus: *Ipsa versio, qvemadmodum dialecto Misnica, Germaniæ totius svavissima, commendabilis, ita constructionibus vitiosis, qvandoqve Grammatices præcepta violantibus (v. g.* mich *pro* mir, *& similibus), mendosa, magis autem ipso argumento incestuoso, nec virgine satis digno, multis viris summis illaudata mansit, non minus ac ipsius præfationis verba, fiduciam forte sui nimiam arguentia:* Ich weis, daß ich viele Tadler haben, aber sie alle verachten, werde.

MELCHIOR LORICHIUS, Flensburgi honestis natus parentibus, prima artium pictoriæ & sculptoriæ, qvas his ferme invitis, naturæ instinctu, a teneris deperiit ungviculis, rudimenta Lubecæ ab aurifice hausit ingenioso, istoqve comite Daniam, aliasqve regiones Arctoas, perlustravit. Ejusdem deinde svasu peregrinationem, ut celebriores salutaret artifices, aggressus, Germaniam initio superiorem petiit, in qva degenti a Christiano III., Rege Daniæ, in parentis ipsius ædes, qvotiescunqve Flenopolin invisebat, diverti assveto, stipendia submissa sunt annua, & promotio,

(1.) V. ejus *Theses de Creatione.* (2.) V. Carmen, Andreæ fratris *Praxi Catechetica* A. 1647. ab eo præfixum. (3.) V. de illo *Nova Lit. Germ., M. Nov. A. 1704., p. 414. 415.* (4.) *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 124.* (5.) V. M. Joh. Paschii *Gynæceum doctum p. 43., & N. L. Germ., l. c.* (6.) *l. c.* (7.) *In Tr. de Scriptoribus Anon. & Pseudon. detectis, c. 11., p. 90.*, ac *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 11., p. 483.* (8.) *In Pandectis Brandeburgicis p. 41.* (9.) *In Spicilegio de sexu seqviori eruditionis fama corusco*, Rostochii A. 1707. edito, *c. 2., §. 5. p. 32.* (10.) *num. 468.*

promotio, qvamprimum in patriam rediret, per Dethlevi Reventlovii, Cancellarii, promissa literas. Benignitate hac incitatus regia, institutum strenue ursit, &, in Caroli V., Imperatoris Romani, aulam profectus, conversationis cum artificibus hujus præstantissimis assiduæ ope non parum profeci. In Comitiis anni 1548. Augustanis suam Ottoni, Comiti Palatino, addixit operam, & ab eo, Cardinalique Augustano, magnifice est donatus, ac cum literis in Belgium dimissus commendatitiis. Illic, ac in Gallia deinde, urbibusqve Italiæ, Veneta, Bononiensi, Florentina, & præsertim Romana, stupendos in arte sua, partim familiaris cum artificibus celeberrimis consvetudinis, partim diligentissimæ speciminum ejusdem selectissimorum novantiqvorum contemplationis, beneficio, fecit progressus. Cum autem probe haberet exploratum, primas, & picturæ, & sculpturæ, origines Græciæ deberi, hanc etiam adire, & monumenta utriusqve residua accuratius perlustrare, constituit. Hoc fine ex Italia Vindobonam, & inde, cum Legato ad Solymannum, Turcarum Imperatorem, Cæsareo, Constantinopolin, anno circiter 1558., abiit, trienniumqve cum semestri integrum picturis & statuis urbis istius, vicinarumqve regionum, antiqvioribus studiose contemplandis, & artificiose delineandis, impendit. Vindobonam non sine ingenti vitæ reverso discrimine stationes lautæ complures, in Germania, Belgio, Gallia, Italia, Wallachia, & aula (in qvam Friderici II., Regis, literis invitabatur) Danica, sunt oblatæ. Qvarum ultimam, patriæ ductus amore, cæteris prætulisset, nisi tum alia intercessissent impedimenta, tum vehementissimum imprimis artis suæ, qvam, non spe lucri, sed solo præstantiæ ejus illicio, deperibat, ulterius ornandæ atqve excolendæ desiderium. Isto enim impulsus denuo in provincias imperii excurrit Turcici, inqve iis, a 1579. ac seqventibus, elegantissimas ædificiorum ac monumentorum Orientis insignium picturas αὐτόπτης concinnavit, & in Germaniam reversus cum Europæis communicavit. Qvanto Apelles hic Cimbricus (cujus vitam ex ipsiusmet *Epistola* scripti prioris, ad Fridericum II., Daniæ regem, exhibui *Dedicatoria*) ab exteris habitus sit in pretio, seqvens, qvo Georg. Braunius, Decanus Coloniensis, in descriptione Flenopoleos, *Libro IV. Theatri urbium* inserta, eum ornavit, docet elogium, a Joh. Isaacio Pontano, qvi suum istud, iisdem pene verbis usus, fecit, *in Descriptione Daniæ* repetitum *Chorographica* (1.): *Ortu suo Flensburgum nobilitavit præstantissimi nominis cælator, sculptor & pictor, Melch. Lorichius, qvi, magnis remotissimarum nationum peregrinationibus cultus, Græciam, Italiam, Galliam, Belgium, peragravit, ut ejus artis peritos excellentesqve imitaretur ac videret artifices. Ad qvorum imitationem tam accurato judicio se contulit, ut publica ipsius opera, elegantissimaqve ectypa, magistris suis, Italis, exterisqve nationibus, nunc sint admirationi. Imprimis autem Sulimanni, Turcarum Imperatoris, & Ismaelis, Persarum Regis, Legati, effigies, qvas in æs Constantinopoli sculpsit.* Utrumqve secutus Mart. Zeilerus (2.) nostrum itidem *artis pictoriæ, & effigierum humanarum delineandarum, peritum & celebrem* salutavit *artificem*. Nec immerito proinde miror, nullam ejus a Joach. Sandrartio, *in Pictorum celebriorum Academia*, Pilesio in *Vitis pictorum*, aliisqve hujus argumenti scriptoribus, factam esse mentionem.

Soldan Solymanns, Türckischen Keysers, und Fürst Ismaels auß Persien, wahre und eigentliche Contrafectung und Bildniß; samt kurtzem, doch wahrhaftem, Berichte, welche Lande und Königreiche der Türcke besitzt, wie viel jährliches Einkommen ihm von denselben falle, auch von seines Reiches Aemptern und Gliedern, und wie viel ein ieder Türckischer Herr, vom höchsten biß zum niedrigsten, Kriegsvolck unter ihm habe. Antwerpiæ A. 1574. in fol. reg. Effigies hæ ab illo Constantinopoli A. 1559. sunt delineatæ, & posterior Ismaelis expressa ex imagine, ab ipsomet Imperatori Turcico dono missa. Præfixa est Epistola ad Frid. II., R. Daniæ, dedicatoria, Vindobonæ Kal. Jan. A. 1563. exarata, cum carmine Pauli Melissi Encomiastico.

CXXXVI. wol gerissene und geschnittene Figuren zu Roß und zu Fuß, samt schönen Türckischen Gebäuden, und allerhand, was in der Türckey zu sehen: Alles, nach dem Leben und der Perspectiva, iedermann, in Kupfer und Holtz, vor Augen gestellet. Hamburgi 1641. 1646. (*qvæ editio est tertia*), & (*juxta Catalogos nundinales atqve alios*) 1649. qvoqve ac 1651., in fol. Constantinopoli, ac in vicinia, A. 1579. & seqq. sunt delineatæ.

Weitläufftiger Bericht von der Türcken Wesen, Manieren, Gelegenheit und Gebräuchen, zu Kriegs- und Friedenszeiten; Scriptum, sub finem relationis ejusdem argumenti brevioris, Solymanni & Ismaelis effigiebus adjectæ, promissum.

JOHANNES LOVIS, Joh. Fil., Hamburgensis, J. U. Doctor, in civitate commoratus patria; cui, A. 1707. in Academia viventi Trajectina, Anonymus *L'Etat present de l'Europe* (3.), & A. 1711. ad exteros abituro Joh. Alb. Fabricius Leonis Allatii *Apes urbanas*, a se denuo editas, inscripserunt. Senator patriæ electus est d. 28. Apr. A. 1719., ac M. Aprili A. 1721. mortuus.

Disp. Inaug. ad L. Deprecatio IX. de Lege Rhodia de jactu. Franeqveræ 1713. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 23.*

JOHANNES de LOWVAIN, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. de Palpitatione cordis. Lugd. Bat. 1665. in 4.

HENRICUS LUBBERTUS, Lubecensis, d. 19. Jan. A. 1640. statuario natus cognomine, post reditum ex Academia, qvam A. 1660. adierat, & A. 1663. reliqverat, Witebergensi, Parochiæ ruralis in urbis patriæ ditione Böhlendorfiensis Pastor A. 1670., d. 20. Jan., est constitutus, dieqve 23. Maji A. C. 1703., ac æt. 63., defunctus. Prolixiorem vitæ ejus ac scriptorum historiam, *in Novis literariis anni 1703. Lubecensibus, M. Jul., p. 167. 168.*, ac Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 359-366.*, invenies. Testibus veritatis contra Christianismum degenerem a Frid. Breclingio, in suo illorum *Catalogo* (*Tomo IV. Hist. Eccl.* Gotfr. Arnoldi, *Sect. III., num. 18.*, inserto), *p. 760.*, recte qvidem annumeratur, sed perperam Politicus fuisse traditur. Confer de illo Anonymi Bericht von Lübeck, *c. 38., p. 243. 244.*]

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Adamus Theo-physiologus perfectus, seu Discursus de scientia Adami concreata, in rebus divinis & naturalibus perfecta. Lubecæ 1669. in 4.

Discursus Philologicus de antiqvo lavandi ritu, ex probatissimis Scriptoribus, Græcis ac Latinis, sacris ac profanis, formatus. Lubecæ 1670. in 4.

Ἡλιολατρεία, seu Exerc. Philol. de Solis cultu, Gentilibus, Judæis & Hæreticis nonnullis, usitato. Lub. 1672. in 12.

II. GERMANICA.

Pusillus grex electorum, oder schrifftmäßige Betrachtung der Frage: Woher es komme; daß der gröste Theil der Menschen verdammet werde? Lubecæ A. 1667. & (*juxta Lipenii P. I. Bibl. Theol. p. 586.*) 1672. in 12.

(1.) *p. 656. 788.* (2.) *in Descript. Daniæ, Norwegiæ, Ducatuumqve Cimbricorum, P. II., p. 41.* (3.) V. *Nova lit. Germ., M. Majo A. 1707., p. 159.*

Bonus Pastor; das ist: Kurtzer Bericht, was von einem ieden rechtschaffenen Prediger, der, ohne Aergerniß, zu GOttes Ehre, und zu seiner selbsteigenen, wie auch der ihm höchstanvertrauten Seelen, Beseligung, sein Ampt mit gutem Gewissen führen wil, erfordert werde. Ratzeburgi 1671. & (*si Lipenium l. c. p. 364. audias*) Lubecæ 1677. in 12.

Θανατολογία, oder XV. Todesbetrachtungen. Lub. 1672. in 12.

Anathematologia, oder schriftmäßiger Bericht vom Kirchenbanne, was derselbe sey, wie er, im A. und N. T., nach GOttes Willen, heilsamlich gebrauchet, auch von den Juden und Papisten schändlich gemißbrauchet, und wie dessen rechtmäßiger Gebrauch, zu diesen letzten gottlosen Zeiten, wieder einzuführen hochnohtwendig wäre. Lub. 1672. in 12.

Fastnachtsteufel, oder schriftmäßiger Unterricht, daß das Fastnachtschwermen nichts anders, als eine schändliche Heidnische Anbetung des Teufels, sey. Lub. 1673. in 12.

Sabbathum profanatum, orbis Christiani exitium, oder Bericht vom H. Sontage, und dessen Heiligung. Lub. 1673. in 12.

Schrift- und Vernunftmäßiger Bericht von der Waffencur, wie dieselbe wieder GOtt, und alle Vernunft, streite, einen Hausen abergläubischer und unchristlicher Possen mit sich führe, und auf nichtigen, falschen, ungereimten, zauberschen, unverantwortlichen Gründen bestehe. Plönæ 1675. in 12.

Einfältige Gedancken über etliche Mängel im Evangelischen Kirchen- und Lehrstande, nach dem Theologischen Vorschlage D. Balth. Meisneri. A. 1686. (*V. N. L. Lub. l. c.*)

Calvinischer Sauerteig, von Mart. Möllero, in Erklärung der Sonn- und Festtäglichen Evangelien, mit untergemenget. A. 1686. in 12. (*V. N. L. Lub. l. c.*)

Tractätlein vom Beruffe der Heyden im A. T. Lub. 1692. in 8.

Das bekehrte Heydenthum im Anfange des N. T. Lub. 1693. in 8.

Das weiland verkehrte und bekehrte Teutschland. Lub. 1692. in 8.

Lutheranus paganizans, oder der Luthersche Heyde, in den Sünden, die, nach der Heyden Weise, wieder das Gesetze GOttes, in unserm Lutherthume, begangen werden. Ratzeburgi 1693. in 8. (*V. N. L. Lub. l. c.*)

Der von den ehrbahren Heyden verdammte Luthersche Schein-Christ:

I. in den Stücken, die zum Gottesdienste und Kirchenstande gehören. Lub. 1698. in 8. (*Recensum hujus V. in N. L. Lub., M. Aug. A. 1698., p. 146. 147. Commendatur a Gotfr. Arnoldo T. II. Hist. Eccl., L. XVII., c. 5., p. 463.*)

II. in den Stücken, die zum weltlichen und Regierstande gehören. Ratzeb. 1699. in 8. (*Recensum V. in N. L. Lub., M. Apr. A. 1699., p. 127.*)

III. in den Stücken, die zum häußlichen und Nehrstande gehören. Lub. 1700. in 8. (*Recensum V. in N. L. Lub., M. Sept. A. 1700., p. 288.*)

IV. in den Tugenden, die die andere Tafel des Gesetzes, im gemeinen Leben, erfordert. Ratzeb. 1701. in 8. (*V. N. L. Lub., M. Mart. A. 1701., p. 96.*)

SAMUEL LÜBEGK, Scholæ in Dithmarsia Australi Brunsbüttelensis, circa A. 1651., & deinde Meldorpiensis, circa A. 1664., Rector.

Plutarchi librum de puerorum educatione Græco-Latinum, a M. Pet. Westhusio, Scholæ Hamburg. Rectore, Analysi Logica, Grammatica, Ethica, Politica & Historica, geminoqve particularum & vocum Græcarum Indice, illustratum, post mortem Westhusii, cum sua præfatione, Hamburgi A. 1664. *in 8.* edidit, A. 1680. *in 8.* ibidem recusum.

JOHANNES LUCHTENMAKER, Hamburgensis, vici ad Muldam Grunensis, in Misnia, circa A. 1672., Parochus.

Unverwelcklicher Ehrenkrantz seines Vaterlandes, der Stadt Hamburg. Halæ Sax. in fol.

MUMMIUS LÜDDENS, Eiderstadiensis, Petri Lüddenii, incolæ Cathrinherdensis, filius, d. 17. Sept. A. 1656. in lucem editus, & Medicinæ Doctor Kilonii A. 1685. creatus, Poliater ac Consul simul (circa A. 1698.) in patria Tonningensis.

Historia Vulneris thoracici, Præside D. Joh. Nicol. Pechlino (Autore) defensa. Kilonii 1682. in 4.

Disp. Inaug. de Atrophia, Præside D. Joh. Dan. Majore proposita. Kil. 1685. in 4.

LAURENTIUS LUDENIUS Senior, cum alibi aliis jam functus esset officiis, Pastor tandem factus est Parochiæ in Dithmarsia Boreali Weddingstedensis, & 1607. fuit superstes, suæqve literarum elegantiorum ac Poeseos peritiæ, e sex filiis, tres, Laurentium scil. Petrumqve, mox laudandos, & Melchiorem, Ecclesiasten Heidensem, hæredes reliqvit.

Supersunt apud M. Joh. Melch. Kraftium, Pastorem Husensem, uti ab ipso accepi, ejus:

1. Volumen ingens ἀνέκδοτον Epistolarum ad filios atqve amicos Latinarum, *in fol.*
2. Syntagma Poematum MSS. Latinorum, *in 8.*

LAURENTIUS LUDENIUS junior, senioris, modo laudati, filius, Eckernfördæ, oppido Ducatus Slesvicensis, anno circiter 1592., in lucem editus, Phil. & J. U. D. ac P. L. C., Mathematicus fuit, Historicus, Poeta, Orator & JCtus ævi sui insignis ac πολύγραφος. In Academia Pomeranorum Gryphiswaldensi munere, per 17. annos, functus est professorio (1.), & initio qvidem Poesin ac Historiam (2.), deinde, ab A. 1618. (M. Alexandro Christiani, Demminensi, subrogatus), Mathesin (3.), tandemqve, ab A. 1627., Ethicen ac Historiam (4.), publice docuit. Hinc, cum fama eruditionis ejus, mare transgressa Balthicum, in Sveciam penetrasset, a regni istius magnatibus, anno circiter 1633., in Academiam Livonorum Dorpatensem, nuper a Gustavo Adolpho, Rege, conditam, est translatus, & non Oratoriæ solum atqve Poeseos, sed Jurisprudentiæ etiam (cujus supremos honores D. Matthias Stephani, anno jam 1621., Gryphiswaldiæ ei contulerat (5.)), Professor constitutus (6.). Utriqve officio, & Bibliothecæ simul publicæ, eximia cum diligentiæ, in exercitiis præsertim disputatoriis & oratoriis, laude, ad A. usqve 1649. præfuit, qvo, vacationem a professione Oratorio-Poetica, Christinæ, Svecorum reginæ, beneficio, ob ætatem ingravescentem, & merita in Academiam, consecutus, hanc Palladis Arctoæ in se benignitatem, Poemate *de magnificentia* ejus *augustissima* Heroico, d. 17. Jan. publice recitato, celebravit. Reliqvis muneribus, pari sedulitate, ad morbum usqve fatalem, cui d. 21. Apr. A. C. 1654., & æt. 62., succubuit (7.), deinceps etiam est perfunctus. Symboli loco, uti ex αὐτογράφῳ ejus, qvod *Album* exhibet Morsianum (8.), didici, hoc usus est hemistichio:

Vincam mea fata precando.

Confer

(1.) V. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1654.* (2.) V. Witteniuml. c. (3.) V. Dan. Crameri *Lib. IV.* der Pommerschen Kirchen-Chronica, *c. 47.*, & Georg. Christoph. Gebhardi, Math. Prof. Gryphisw., Odam in laudes ejus Sapphicam, *in Memoriis Mathematicorum Gryphiswaldensium*, A. 1693. editis, *p. 30. 40.*, obviam. (4.) V. G. C. Gebhardum *l. c.* (5.) V. Matth. Stephani *Discursuum de jure publico*, Rost. A. 1624. *in 4.* editorum, secundum *de gradibus Academicis*, in ejus promotione habitum. (6.) V. Wittenium *l. c.*, & Joh. Schefferum *in Svecia literata p. 284.* (7.) V. Wittenium *l. c.* (8.) *fol. 816.*

Confer de illo, præter Epicedia Dorpatensia, & Matth. Stephani, Dan. Cramerum ac G. C. Gebhardi (*ll. cc.*), Henn. Wittenii *Diar. Biograph. Sec. XVII., T. I., ad A. 1654., & T. II., p. 72.*, Joh. Schefferi (scriptorum ejus, sed solorum ferme in Livonia editorum, Indicem, e nostro supplendum, cum Wittenio, exhibentis) *Sveciam literatam p. 284. 285. 286. 344.*, nostraqve ad illam *Hypomnemata p. 450. 451.*, Mart. Zeileri *P. II. Sylloges de Historicis p. 205. 206.*, Pauli Flemmingii *Lib. VII. Epigrammatum Latinorum, lit. K. 6. b. K. 7. a.*, & G. M. Königii *Biblioth. vet. & novam, lit. L.*

ELOGIA.

D. Nicol. Vismaro, Superint. Oldenburgico (*in Or. Parent. D. Barthol. Batto habita, p. 4.*) *Vir* audit *ad stuporem laboriosus, & juventutis bono ferme ab incunabulis deditus.*

D. Joh. Burgmanno, Acad. Gryphisw. JCto (*in carmine, libro ejus de Informatione prudentiæ præfixo*), *Eunomies decus, invictus Sophies satelles, Apollinisqve corculum.*

Georg. Christoph. Gebhardi (*in Oda supra citata*) ita de illo:

Musa Ludeni, superis & imis
Nota cantando, micat inter omnes
Relliqvas Musas, velut inter ignes
Luna minores.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. de Optica, Præside Mævio Volschovio, Math. Prof., proposita. Gryphiswaldiæ 1614. in 4.

Tr. Topicus de doctrina Inventionis Dialectica, ad disput. propositus. Gryph. 1615. in 4.

Tractationes Physiologicæ de Anima. Gryph. 1617. in 4.

Historia Practica, A. 1619. (*uti Zeilerus & Königius ll. cc. testantur*) edita.

Synopsis Physicæ sacræ, ad disputandum proposita. Gryph. 1619. in 4.

Chronologia sacra, publica Disput. exhibita. Gryph. 1620. in 4.

Consideratio Eclipseos, ad disput. proposita. Gryph. 1620. in 4.

Disp. de Virtutibus Homileticis. Gryph. 1620. in 4.

Series Juris publici, ad titulum Doctoris conseqvendum, Præside D. Frid. Gerschovio proposita. Gryph. 1621. in 4.

Disp. de Obligationibus. Gryph. 1622. in 4.

Disp. Geographica de Paradiso. Gryph. 1624. in 4.

Qverimonia lugubris in obitum Philippi Julii, Ducis Pomeraniæ, carmine heroico. Gryph. 1625. in 4.

Liber de IV. felicitatis humanæ gradibus, exercitiis LXXXIX. complectens universorum bonorum, tam internorum animi atqve corporis, qvam externorum, utilium atqve jucundorum, tractationem methodicam, serie præceptorum perpetua exhibitam. Gryph. 1625. in 4.

Disp. de Calendarii Juliani constitutione & usu. Gryph. 1625. in 4.

Collegium Chronographicum, A. 1626. (*testibus Zeilero, Königio & Wittenio*) editum.

Liber de Informatione prudentiæ ad usum, tribus partibus, secundum tria prudentiæ præcepta (qvæ sunt: Præterita cogita, præsentia ordina, futura provide), adornatus. Gryph. 1627. in 8. Pars I. totum fere librum sibi vindicat, & Synopsin Historiæ universalis XLIV. exhibet exercitiis: Secunda, qvæ sex, & Tertia, qvæ octo constat exercitiis, longe sunt breviores.

Disp. de Critica Oratoria, qvæ est in restitutione bonorum Autorum, eorumqve fructuosa lectione. Gryph. 1627. in 4.

Discursus Historico-Politicus de Pace. Gryph. 1629. in 4.

Immortalitas gloriosissimi fundatoris Academiæ Dorpatensis, Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ, d. 11. Jan. A. 1636. carmine Heroico decantata. Dorpati 1636. in 4.

Disp. de præcognitis Oratoriæ facultatis. Dorpati 1636.

Disp. de Fine. Dorp. 1636.

Disp. de Justitia. Dorp. 1636.

Disp. de Oeconomia. Dorp. 1639.

Disp. de Rhetoricorum ad C. Herennium libro primo. Dorp. 1640.

Disp. de Principiis internis corporum naturalium. Dorp. 1640.

Disp. de Terra. Dorp. 1640.

Disp. de studio honoris. Dorp. 1640.

Carmen Heroicum, in inaugurationem novi Collegii Academici, a Christina Regina, in Universitate Dorpatensi, d. 2. Nov. A. 1641., consecrati. Dorp. 1641.

Disp. de Q. Horatii Flacci de arte Poetica libro. Dorpati 1641.

Disp. de Meteoris. Dorp. 1641.

Disp. de Tempore. Dorp. 1641.

Disp. de Voluntate hominis. Dorp. 1641.

Disp. de Amicitia. Dorp. 1641.

Disp. de Mixtione. Dorp. 1641.

Disp. de Qvalitatibus afficientibus. Dorp. 1641.

Historia Sveo-Gothica Regum internorum, uti & Gothorum Regumqve externorum, ad disput. proposita. Dorp. 1642. in 4.

Disp. de Legibus. Dorp. 1642.

Disp. de Praxi Politica in exercitiis militaribus. Dorp. 1642.

Disp. de Praxi negotiorum, qvæ domi tractantur, qvoad consilia, nec non qvæ foris expediuntur, qvoad legationes. Dorp. 1642.

Immortalitas D. Gustavi Adolphi, Regis Sveciæ, velut 1. Patris patriæ, 2. Induperatoris eqvitis, 3. Principis militiæ, 4. inclyti, & 5. Herculis Academici, A. 1636. 1637. 1638. 1639. ac 1641., qvinqve celebrata Parentationibus, junctim editis Dorpati A. 1642. in 4.

Immortalitas D. Liberatoris Livoniæ, Gustavi Adolphi. Dorp. 1643. in 4.

Immortalitas D. Assertoris justitiæ, Gustavi Adolphi, carmine Heroico decantata. Dorp. 1644. in 4.

Liber de Viro Practico, deqve mediis ad vitam Practicam deducentibus, Exercitationibus XXXVIII. propositus. Dorpati 1643. in 4. (*Hunc H. Wittenius, T. I. D. B., ad A. 1654., cum Historia Practica, paulo ante laudata, videtur confundere.*)

Oratio Ciceronis pro Archia, Methodice resoluta, & ad disput. proposita. Dorp. 1645. in 4.

Natalis vitæ Christinæ Reginæ a d. 8. Dec. A. 1626. vigesimus, imperiiqve a d. 7. Dec. A. 1644. secundus, carmine Heroico A. 1645. celebratus. Dorp. 1645.

Victricia arma Gust. Ad., R. Sveciæ, carm. Heroico A. 1646. celebrata. Dorp. 1646.

Inclyta Virtus Axelii Oxenstierna, a Christina Regina d. 27. Nov. A. 1645. illustritate Comitis illustrata, carm. Heroico d. 7. Maji A. 1647. celebrata. Dorp. 1647.

Elogium Lud. Hintelmanni, J. U. D., A. 1643. denati, seu Parentatio carmine Heroico A. 1647. illi habita. Dorp. 1647.

Immortalitas D. Liberatoris Germaniæ, Gustavi Adolphi. Dorp. 1647.

Immortalitas D. Herois Gustavi Adolphi, carm. Heroico decantata. Dorp. 1648.

Augustissima magnificentia Christinæ Reginæ in Acad. Dorpatensem, carm. Heroico d. 17. Jan. A. 1649. celebrata, cum vacationem a professione Oratoriæ & Poeseos consecutus esset. Dorp. 1649.

Natalis vitæ Christinæ Reginæ, pacisqve per Germaniam jam reducis, d. 8. Dec. A. 1649. per regnum Sveo-Gothicum celebratus, carmine decantatus Heroico. Dorp. 1649.

Augustissima coronationis Christinæ reginæ solennitas, carmine Heroico, ipso die coronationis, A. 1650. dicta. Dorp. 1650.

Jurisprudentia methodice adumbrata. in 4. (*Catall.*)

Encomion Regis Gustavi Adolphi, qvod H. Wittenius (*T. I. D. B., ad A. 1654.*) ei tribuit, & a parentationibus jam memoratis distingvit.

Orationes, qvas idem (*l. c.*) sine anni editionis recenset indicio: 1. de Livonia; 2. de Moschovia; 3. de Borussia; 4. de statu regni Sveo-Gothici; 5. de regno Poloniæ; 6. de Germania; 7. de Monarchia Persarum; 8. de Monarchia Græcorum; 9. de Jure civili Sveo-Gothico; 10. de civitate Dorpatensi; 11. de Studiosorum obedientia; 12. de historia tam Romanarum qvam Svecicarum Gothicarumqve legum.

Orationes, qvas idem (*T. II. D. B. p. 72.*), ductu atqve auspiciis nostri, ab aliis esse habitas & editas, tempore haud expresso, testatur: 1. de Deo trinuno; 2. de Persona, officio & beneficiis JEsu Christi; 3. de Resurrectione Christi; 4. de ascensione Christi; 5. de Spiritu sancto; 6. de vera Dei invocatione; 7. de salutifera Dei agnitione; 8. de vero Dei timore; 9. de dicto Joh. III. 16.; 10. de Cognitione nostri; 11. de Conscientia; 12. de Anima; 13. in natalem Christi; 14. in passionem Christi; 15. de libero arbitrio; 16. de Vita æterna; 17. de vera Dei Ecclesia; 18. de Justificatione; 19. de Resurrectione mortuorum; 20. de sacrorum meditatione; 21. de Felicitate; 22. de Veritate; 23. de Pace; 24. de Bello; 25. de Venatione; 26. de Castitate; 27. de Mansvetudine; 28. de Magistratu Politico; 29. de liberorum erga parentes pietate; 30. de gratitudine; 31. de libertate Politica; 32. de Amore seu philostorgia liberorum erga parentes; 33. de Philostorgia parentum in liberos; 34. de Philadelphia; 35. de humana fragilitate; 36. de Avaritia; 37. de Jure; 38. de Temperantia; 39. de Ebrietate; 40. de Honore; 41. de Bonitate; 42. de Cruce & calamitate; 43. de Paupertate; 44. de Civitate; 45. de Homicidio; 46. de Homine; 47. de Aqvis; 48. de Medicina; 49. de Templis; 50. de S. Bibliorum meditatione; 51. de Angelis; 52. de Ministerio Ecclesiastico; 53. de peregrinatione; 54. de Eloqventia; 55. de Poetica; 56. in laudem Poeseos; 57. de Academiarum antiqvitate & necessitate; 58. in natalem Academiæ Aboensis; 59. de Artium liberalium natura & studio; 60. de Lingvis, Hebræa, Græca & Latina; 61. de Virtutis pictura; 62. de Ochsenstirniorum virtute; 63. de Voluptate; 64. de Musica; 65. de Servis; 66. de civitate Rigensi; 67. de Smalandia; 68. de elogiis Heroum; 69. de Historia Ostrogothiæ; 70. de Chronologia; 71-76. Elogia Mart. Lutheri, Lingvæ Græcæ, Politices, Sveciæ, Finnoniæ & Uplandiæ.

Oratio de Lycanthropia, ductu ejus habita, qvam Mich. Watsonus (*in Unione sapientiæ p. 350.*) allegat.

Disputationes, qvibus ab Henn. Wittenio, eas (*T. I. D. B., ad A. 1654., & T. II. p. 72.*) enumerante, anni editionis non sunt additi: 1. de Ciceronis ad Qvintum fratrem de Oratore Dialogo; 2. de P. Virgilii Maronis Georgicorum libris II. III. & IV., de arborum & armentorum cura; 3. de Oratoria Ecclesiastica; 4. de Fortitudine; 5. de theoria Solis; 6. de Homine; 7. de Motu corporis naturalis in genere; 8. de Morte; 9. de mente dirigenda in deliciis; 10. de Usu divitiarum; 11. de turbulentorum directione; 12. de Regno; 13. de Feudis; 14. de Nobilitate; 15. de Civitate; 16. de Bello; 17. de Hæreditatibus ab intestato; 18. de Naturalis scientiæ constitutione; 19. de Emptione & venditione; 20. de Actionibus; 21. de Processu juris; 22. de Rerum divisionibus, & acqvirendo ipsarum dominio; 23. de Demonstratione; 24. de Futurorum meditatione; 25. de principiis Juris Canonici; 26. de Nuptiis; 27. de Inventione Rhetorica; 28. de Inventione Oratoria; 29. de Dispositione Oratoria; 30. de Oratore; 31. de Heroe; 32. de Memoria.

Disp. de Globo Astronomico, in Mich. Watsoni *Unione sapientiæ p. 223.* allegata.

Disp. de Physiognomia. in 4. (*Catal.*)

Disp. de Fulmine. in 4. (*Catal.*)

Carmina & Epigrammata varia, seorsim edita. (*V. J. Schefferi Svec. lit. p. 285. 286.*)

Programmata varia, in Acad. Dorpatensi proposita. (*V. Schefferum l. c.*)

INEDITA.

Opus Chiromanticum, a Joach. Morsio, *in Albo suo MS., fol. 816.*, laudatum.

Poemata, in libros plures divisa, qvorum ibidem occurrit mentio.

Epistola de statu Livoniæ, qvæ Svecis paret, ad Petrum fratrem A. 1637. exarata, qvam in Jac. Beckeri, Advocati Hafniensis, Bibliotheca offendi.

MELCHIOR LUDENIUS, Laurentii Ludenii Senioris, Parochi in Dithmarsia Boreali Weddingstadiensis, filius, Laur. Ludenii junioris autem, Academiarum Gryphicæ & Dorpatensis Professoris, germanus, Scholæ Rendesburgensis, circa A. 1625., Rector (1.), & Diaconus deinde, in Dithmarsia, circa A. 1627. Hemmensis (2.), ac circa A. 1637., Heidensis (3.).

MStum ejus, de historia agens Dithmarsica, qvod Joh. Neocori Dithmarsischen Geschichten, operi ἀνεκδότῳ, plerumqve est subjectum, allegatur ab Andr. Hoyero in den kurtz-gefaßten Dennemärckischen Geschichten. *p. 327.*

PETRUS LUDENIUS, Eckernförda Cimber, Laurentii Senioris (*de qvo jam dictum*) filius, Parochiæ in Dithmarsia Boreali Weddingstedensis, post parentem, circa A. 1625., Pastor, cæterarumqve simul ejusdem provinciæ

(1.) V. Carmen, Laurentii fratris *Libro de IV. Felicitatis humanæ gradibus* A. 1625. præmissum. (2.) V. Carmen ejusd. *Libro de Informatione prudentiæ* A. 1627. præfixum. (3.) V. Carmen præmissum Joh. Ristii *Musæ Teutonicæ*.

ciæ Ecclesiarum, circa A. jam 1637., Præpositus, ab Ant. Heimreichio (*Lib. III. Chron. Dithmarf., c. 5., p. 259.*) in Præpositorum Dithmarsiæ Borealis memoratus qvidem Catalogo, sed omisso, qvod ignoravit, nomine.

Carmen de Incarnatione filii Dei, Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi. Rostochii 1607. in 4.

Carmen in gloriosam D. N. J. C. de peccato, morte, Satana & inferno, partam victoriam. Rost. 1607. in 4.

Volumen MS. Epistolarum ad duos Jacobos Fabricios, Superintendentes Holsaticos, Ecclesiasticarum, qvod M. Joh. Melch. Kraftius, Past Husensis, asservat.

ANTONIUS LÜDERS, Hamb., Med. D. & Practicus Hamburgensis, qvem C. H. E. D. (*in Relatione de itinere suo Anglicano & Batavico p. 40.*) *Medicum Practicum* vocat *excellentissimum*, Museumqve mineralium instructissimum possidere testatur.

Conr. S. Schurtzfleischii Epistola ad eum *Tomo II. Epp. arcan., n. 385., p. 574. 575.*, legitur.

Disputationes de Phthisi & Arthritide, *in Biblioth. Placcianæ Catalogo* memoratæ.

Disp. Inaug. de Rabie, qvæ Hydrophobia dicitur. Lugd. Bat. 1685. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamb. lit. A. 1701. p. 16.*)

Placcianische Milch-Cur im Podagra, it. des Rheinischen Weines im Podagra und Steine. Hamburgi 1710. in 8. (*V. Catal. nund. Lips. A. 1710. vernal. p. 47.*)

GARLEFUS LÜDERS, sobolis Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis Præceptor, Anno 1648. vivis excessisse videtur, qvo D. Joh. Reinbohtii, Protecclesiastæ Gottorpiensis, aulici, Sermo, qvem nondum vidi, Slesvigæ (1.) prodiit Germanicus, in exeqviis ejus, e 2 Tim. IV. 7. 8., habitus, vitamqve ipsius fusius haud dubie exponens. A Paulo Flemmingio, in Epithalamio in nuptias ejus, Moscoviæ in Russia celebratas, vernaculo (2.), ob insignem lingvarum Hebrææ, Græcæ, Latinæ, Gallicæ, Italicæ & Russicæ, Geometriæ item, Astronomiæ & artium Mechanicarum, peritiam, prolixe celebratur, &, in *Epigrammate* ad ipsum Latino (3.), *Vir excellentis* vocatur *ingenii & doctrinæ*. Conf. de illo G. H. Götzii Bewegl. Abschied sterbender Eltern *p. 15-21. 26-34.*

Instrumentum proportionum; das ist: Kurtzer und gründlicher Unterricht vom vornehmsten Gebrauche des Proportional-Circkels, der nicht ohne Ursache ein Compendium der gantzen Geometrie mag genennet werden. Slesvigæ 1643. in 4. (*M. T. A.*)

M. GERHARDUS LÜDERS, Hamburgensis.

Disp. de Progressu emendatæ per Lutherum Religionis, Præside D. Gottliebio Wernstorfio defensa. Witebergæ 1717. in 4.

Disputationes duæ de Methodis demonstrandi Declinationem Magnetis variam & inconstantem, ab ipso Præside propositæ. Witebergæ 1718. in 4.

JOHANNES LÜDERUS, Parochiæ ruralis Hohenaspensis, in præfectura Stormariæ Steinburgensi, circa A. jam 1632., Pastor eruditus.

Leichpredigt über Dethlevum Ranzou, Amptmann zu Steinburg. Hamburgi 1639. in 4.

Leichpredigt über Dorothea Ranzouinn, auß Job. XIX. 25. Gluckstadii 1647. in 4.

JOHANNES LUDERUS, Lubecensis, d. 16. Jun. A. 1629. natus, & artis, post reditum e regionibus exteris, Doctor Altorfii A. 1663. renunciatus Medicæ, Praxi ejusdem in patria decennali, d. 24. Mart. A. C. 1673., & æt. 44., est immortuus. Conf. de illo J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 172. 173.*

Disp. de Fœdere inter diversæ Religionis homines, Præside M. Chr. Bilefeldio. Witeb. 1654. in 4.

Disp. Inaug. de Hæmorrhagia narium. Altorfii 1663. in 4.

Monumentum chartaceum, memoriæ Joh. Marqvardi, J. U. D. & Consulis Lubecensis, positum. Lubecæ 1668. in fol. Recusum ibid. A. 1719. *P. I. Athen. Lubec.* J. H. a Seelen *p. 172-192.*

Justa honoraria, Huberto Köhnio, Med. D. & Practico Lubecensi, facta. Lub. 1668. in 4.

JOHANNES LUDINGHAUSEN, Lubecensis, Antonii Consulis filius, Nicolai vero Senatoris nepos, in senatum patriæ d. 4. Jun. A. 1573., & in Consulum numerum d. 9. Jun. A. 1580., allectus, d. 11. Mart. (vel, juxta alios, Maji) A. 1589. obiit; nepotemqve habuit Joh. Marqvardum, J. U. D. & Consulem itidem Lubecensem. V. *Compendium Chronici Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 238.*, D. Joh. Luderi *Monumentum Marqvardianum, modo laudatum*, & Jac. a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis.*

Ipse, una cum D. Calixto Scheinio, Syndico, & Godschalco a Stiten, Senatore Lubecensi, jussu Senatus patriæ, postulatuqve civitatum, cum aliarum, tum Stralsundensis præsertim, Rostochiensis ac Wismariensis, Jus Lubecense Statutarium, ingenti ἀταξίᾳ & Variarum lectionum numero, aliisqve defectibus, laborans, A. 1582. revidit, emendavit, &, expunctis qvæ fori respuebat usus, in congruum ordinem redactum Lubecæ, typis Joh. Balhornii, A. 1586. *in 4.*, Latino pariter atqve Germanico edidit idiomate. V. Er. Mauritii *Prolegomena Speciminis Consiliorum Kiloniensium*, & P. IV. *Isagoges meæ ad Hist. Cimbr. c. 6., §. 3., p. 497. 498.*

JOHANNES LUIS, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Usu practico Tituli Institutionum: Qvibus modis Jus Patriæ potestatis solvitur; Præside D. Christ. Thomasio proposita. Halæ 1716. in 4. V. de illa *Partem LVI.* der gelehrten *Famæ p. 566. 567.*

M. GEORG. LUNDIUS Flensburgensis, Thomæ Junioris, Ecclesiastæ Mariani filius, Laurea Philosophica Witebergæ d. 30. Apr. A. 1704. ab Henr. Leonh. Schurtzfleischio ornatus, Annoqve seqventi 1705., M. Junio, Scholæ patriæ Conrector electus, atqve Id. Aug. inauguratus, Anno 1706. autem, M. Dec., Vici Prezensis Pastor constitutus, ac in eo d. 30. Jun. A. 1722. mortuus.

Conf. de illo Nova Lit. Lubec., M. Aug., A. 1707. p. 253. & Chr. Henr. Amthorii Carmen de Pastoris officio gratulatorium, alieno scriptum nomine, im Poetischen Versuche p. 100-104.

Oratio Inauguralis de Molestiis Scholæ & Causis Præceptorum, qvod Vocationi obtemperent. Id. Aug. A. 1705. Flensburgi recitata. Flensb. 1705. in 4.

Oratio de eo, qvod in pios gratosqve merito conferantur beneficia, cum adjectis Versiculis, Patronorum Scholæ Flensburgensis Collegio, Id. Aug. A. 1705., Speciminis loco, exhibita. Flensb. 1705. in 4.

M. JOHANNES LUNDIUS Senior, Flensburgensis, Johannis, Friderici II., Danorum Regis, filii, Ecclesiastes, in itinere Russico, aulicus, obitusqve ejusdem in urbe Moscoviensi A. 1602. spectator, deinde vero Parochiæ in Norvagia

(1.) *in 4.* (2.) *Lib. IV.* der Poetischen Wälder, *p. 161-165.* (3.) *Lib. III. Epigr. Lat.*

Norvagia Maglebyensis, circa A. 1618., Pastor; ad qvem varia Willichii Westhovii carmina, *P. I. Poematum* hujus *p. 149.*, & *P. II.*, *p. 53. 112. 113. 129.*, occurrunt.

Leichpredigt über Johannem den jüngern, Erben zu Norwegen, Hertzogen zu Sleswig, Holstein, &c., der am 28. Oct. A. 1602. in der Moscau selig ist entschlaffen, und am 25. Nov. begraben worden, aus Sir. XVII. Rostochii 1613. in 8.

Sermo funebris Danicus, in exeqviis Dorotheæ Frisiæ, conjugis Olai Daa, Præfecti Nidrosiensis regii, in Mich. VII. 8. 9. habitus. Hafniæ 1618. in 4.

JOHANNES LUNDIUS Junior, Flensburgensis, d. 11. Sept. A. 1638. natus, Thomæ, Diaconi Johannæi, filius, Laur. Widingii, soceri sui, in urbis Tunderensis Diaconatu, ab A. 1664., Successor, d. 13. Sept. A. 1686. mortuus; Vir eruditus, laboriosus, & *in Hebraica antiqvitate* (uti vere Lipsienses, *in Actis Erud. A. 1696. M. Jul.*, *p. 319.*, judicarunt) *versatissimus*. Jac. Henr. Pauli ad eum Epigramma, *in Libello Epigrammatum promiscuorum p. 19.*, invenies.

Disp. de Enunciatione negativa, eaqve præcipue externa, ab ipso scripta, & in schola Flensburgensi, Præside M. Joh. Vorstio, Rectore (*qvi eandem limavit atqve auxit*), defensa, A. 1656. in 4.

Leichpredigt über Bertram Pogwisch, Amptmann zu Tundern, aus Ecl. LVII. 1. 2. Adjecta D. Steph. Kenckelii, Præpos. Tunderensis, Sermoni de eodem Pogwischio funebri, excuso Ratzeburgi A. 1673. in 4.

Verfinsterte Sonne, oder Klag- und Trostschrift. Slesvigæ 1674. in 4.

Ezechielische und Kenckelsche Augenlust, oder Leichpredigt über Anna, D. Steph. Kenckelii, Tunderschen Præpositi, Ehefrau, aus Ezech. XXIV. 15. & sqq. Slesvigæ 1676. in 4.

Opus de Antiqvitatibus Hebræorum sacris Germanicum posthumum, in qvinqve libros divisum, cui ipse titulum des Levitischen Priesterthums, oder einer Beschreibung des Levitischen Gottesdienstes, wie er, von Mose an, biß auf die letzte Römische Zerstörung, unter dem Volcke Gottes verrichtet ist, præfixerat. Post Autoris illud obitum, Prolegomenis initio suis & figuris æneis mutilatum, mutatoqve ordine in tres partes discerptum, sub his A. 1695. & 1696. prodiit titulis:

1. Oeffentlicher Gottesdienst der alten Hebræer, darinn vorgestellet wird, wie das tägliche Morgen- und Abendopfer gebracht, der Sabbath, die Neumonden und fünf jährliche Feste, gefeyret, was die Priester beym Leuchter, Rauch- und Brandaltare, täglich verrichtet, und wie mit dem Segen die Gemeine gelassen; imgleichen, was, bey dem Gottesdienste, der Leviten Ampt gewesen, und wie sie, nebst den Priestern, das Volck, so wol im Tempel, als in den öffentlichen Schulen, in der Göttlichen Wahrheit unterrichtet: Samt einer Vorrede Thomæ Lundii, des Autoris Sohnes. Slesvigæ 1695. in 8. Recensum illius exhibuere Lipsienses (Autorem *partes a se susceptas successu, uti videtur, satis prospero*, judicantes, *esse executum*), *in Actis Erud. A. 1695.*, *M. Majo*, *p. 210-215.* Joh. Jac. Schudtio (*in Deliciis Hebræo-Philologicis p. 177.*) *liber* audit *elegans lectuqve dignissimus*.
2. Levitischer Hoherpriester und Priester, von derselben Kleidung, Salbung, Amptsverrichtung, Ansehen, Heyraht, Nachfolge, Vorbildung, wie auch ihren, und der Leviten, Einkünften. Slesvigæ 1695. in 8. Hujus etiam partis recensum, eruditionem illius, Autorisqve industriam ac solertiam, commendantem, Lipsienses, *l. c.*, *M. Jun. A. 1695.*, *p. 261-268.*, instituerunt.
3. Ausführliche Beschreibung der Hütte des Stiftes, wie auch des ersten und andern Tempels zu Jerusalem. Slesvigæ 1696. in 8. V. de hac parte tertia relationem Lipsiensium prolixam & honorificam, *in Actis Erud. A. 1696.*, *M. Jul.*, *p. 319-328.*

In nova atqve auctiori editione, sub titulo der alten Jüdischen Heiligthümer, Gottesdienste und Gewohnheiten, Hamburgi A. 1701. & 1712. *in fol.*, uno volumine, ex Autoris publicata Avtographo, opus hoc, integritati suæ restitutum, &, eodem, qvo ille concinnaverat, ordine, in libros V. digestum, exhibetur. Qvorum I. de Tabernaculo fœderis, sacraqve illius supellectile, ac præsertim arca fœderis, II. de Templo Hierosolymitano gemino, ac ejus supellectile, III. de summo Pontifice ac Sacerdotibus, eorumqve officiis, IV. de Levitis, horumqve functionibus, & illorum pariter atqve Sacerdotum reditibus, ac V. deniqve de Sacris qvotidianis, Sabbatho, festis, annisqve Sabbathicis & Jubilæis disserit. Editioni huic præterea accesserunt: 1. Autoris ipsius Prolegomena & figuræ æneæ, qvæ in priori locum non invenerant; 2. D. Henr. Muhlii, Superint. Holsatici, de Antiqvitatum Judaicarum, ac Scriptorum de istis (qvos inter nostro palma adjudicatur), in S. Codicis explicatione, usu, præfatio; 3. Summaria capitum; 4. Argumenta marginalia, & 5. Sex Indices α. librorum & capitum, β. locorum S. Scr. explanatorum, γ. Typorum V. T. fusius explicatorum, δ. Autorum allegatorum, ε. rerum præcipuarum, & ζ. vocum Hebræarum Græcarumqve enucleatarum; ab Anonymo concinnati. Recensus ejus prolixiores Encomiasticos, in *Actis Eruditorum Lipsiensibus*, *M. Aug. A. 1701.*, *p. 382. 383. 384.*, & Wilh. Sewelii *Bibliotheca orbis eruditi Belgica*, *M. Mart. & Apr. A. 1705.*, *p. 197-217.*, invenies. Totum opus commendarunt D. Steph. Kenckelius, Præpos. Tunderensis, in Epistola ad Autorem, collegam suum, gratulatoria, A. jam 1685. (d. 25. Nov.) exarata (qvam, MSto additam, editores omiserunt), Henr. Muhlius *in præfatione*, Joh. Frid. Mayerus (*in Judaicis antiqvitatibus* nostrum *loco omnium esse posse*, persvasus) *in Diss. de* Λόγῳ πολλαχῶς λεγομένῳ, *§. 16.*, *p. 30.*, Joh. Georg. Pritius *in Introduct. ad lectionem N. T.*, *c. 33.*, *§. 11.*, *p. 464. 465.*, Frid. Ern. Kettnerus im Bedencken von der *religione Eclectica p. 31.*, D. Joh. Maur. Polzius (*Tractatum* vocans *eruditissimum*) *Disp. I. de Cathedra confessionali p. 10.*, B. G. Struvius (*Judæorum antiqvitates a nemine tanta cura* censens *esse descriptas*, sed simul *multos ejus defectus ab eruditis*, monens, *esse adnotatos*) *in Biblioth. Histor.*, *c. 10.*, *p. 230.*, & Joh. Alb. Fabricius *in Bibliographia Antiqvaria*, *c. 1.*, *§. 5.*, *p. 8.* De opere hoc a Joh. Fechtio (*in Lectionibus in Syllogen suam Controversiarum*, *Disp. 24.*, *p. 304.*), ob doctrinam & jucunditatem, itidem commendato, conferri etiam possunt D. Joh. Fabricius (indicem qvoqve errorum Autoris, ab aliis notatorum, adjungens, *Parte III. Historiæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 81-86.*, & Car. Arndius *in Bibliothecæ Antiqvitatum Judaicarum selectæ*, Josvæ Arndii, parentis, *Clavi Antiqvitatum Judaicarum* adjectæ, *Classe III.*

Nucleum illius, cum studio selectum, plurimisqve illustratum observationibus, uti Lipsienses (*in Actis Erud.*, *M. Febr. A. 1717.*, *p. 74.*) testantur, exhibuit Joach. Langius, Theologus Halensis, *in Mysterio Christi & Christianismi in fasciis typicis Antiqvitatum V. T. Biblicarum*, Halæ A. 1717. *in 4.* edito.

Versio illius Belgica, per J. le Long concinnata, & Gerh. Outhovii aucta Observationibus, Amstelodami A. 1723., testibus Novellis publicis, excudebatur.

M. THOMAS LUNDIUS Senior, Flensburgensis, cum Rostochii A. 1610. lauream reportasset Philosophicam, scholæ patriæ primum fuit Cantor, ac deinde, ab A. 1615., Conrector, tandem vero, anno circiter 1625., Helsingoram, Seelandiæ urbem Danicæ, ad Ecclesiæ Germanorum vocatus Pastoratum, illic A. 1634., qvo Car. Ogerius, Legati ad Regem Daniæ Gallici minister (*hominem* eum vocans *satis eloqventem*, *claræ qvippe vocis & distinctæ, nec parum vehementem*), se illius conciones audivisse testatur (1.), etiamnum superfuit.

Syntagma

(1.) *in Ephemeridibus itineris sui Dano-Sveco-Polonici*, Parisiis A. 1656. *in 8.* editis.

Syntagma Figurarum Grammaticarum Poeticum, continens figuras Grammaticas, versibus perspicuis descriptas, exemplis Poeticis pariter atqve Oratoriis, tam sacris, qvam profanis, illustratas, & Tabellis Synopticis delineatas. Goslariæ 1622. in 8.

Compendium Poeticum Figurarum Rhetoricarum, versibus descriptarum perspicuis, exemplis Poeticis facilibus illustratarum, & tabellis synopticis delineatarum. Lüneburgi 1622. in 8.

Grammatica metrica nova. Hafniæ A. 1625. (*non 1627., qvi ab Alb. Bartholino, in Lib. de Scr. Dan. p. 145., substituitur*) in 8. De hac vere Ol. Borrichius, *in Dissertt. de Poetis p. 169.: T. Lundius, memoriæ juniorum consulturus, universas Latinæ Grammaticæ præceptiones metris illigavit, non inficetis illis, sed, ut necesse est in spinoso adeo arvo, nonnunqvam tortis coactisqve.*

Liber MS. de qvatuor Hominum statibus, qvem, in Biblioth. Acad. Hafniensi, inter MSSta D. Joh. Pauli Resenii, asservari, Pet. Resenius, *in Catalogo Biblioth. suæ p. 345.*, testatur.

THOMAS LUNDIUS Junior, Flensburgensis, Thomæ, Diaconi Johannei, filius, & Johannis (*supra laudati*) frater germanus, d. 2. Dec. A. 1642. in lucem editus, Christiani initio, Ducis Holsato-Glücksburgici, Ecclesiastes aulicus fuit extraordinarius, & ædis deinde in urbe patria Marianæ, ab A. 1672., Diaconus, vivis autem d. 27. Sept. A. C. 1693., ac æt. 51., excessit.

ELOGIA.

Joh. Diecmannus (in der Stadischen Erbhuldigungs-Predigt von der Könige dreyfachen güldenen Krone, A. 1693. edita, *p. 18.*) eum vocat einen getreuen Knecht seines GOttes.

Franc. Jul. Lütkenius (in der Rettung der Lehre vom ewigen Leben der Gläubigen hie auf Erden, *c. 2., p. 45.*) einen gelehrten und Christlichen Mann.

Frid. Breclingius, *in Catalogo testium* (qvibus ab illo annumeratur) *veritatis contra Christianismum degenerem* (*Tomo IV. Hist. Eccl.* Gottr. Arnoldi, *Sect. III., num. 18.*, inserto), *num. 118., p. 772.*, *Ecclesiasten fidelem*, scriptaqve ipsius *solida*.

SCRIPTA EDITA.

Christl. Traurpredigt über Sibyllam Ursulam, Hertzoginn zu Holstein-Glücksburg, auß Apoc. II. 17.; inserta der Fürstl. Holstein-Glücksburgischen Gedächtniß-Seule, sive Syntagmati parentationum in Principis hujus obitum, Hamb. A. 1672. in fol. excuso.

Leichpredigt über Pet. Rivesell, Aeltermann der Vier- und Zwantziger in Flenßburg, auß Nehem. XIII. 13. Slesvigæ 1676. in 4.

Leichpredigt über Niels Lorenzen, Rahtsherren, auß Rom. V. 2. Slesv. 1681. in 4.

Die Ehre des Dreyeinigen GOttes, oder Christliche Erklärung einiger Sprüche der H. Schrift, darinn vorgezeiget wird, wie, theils mit Worten, theils mit Wercken, GOtt der Vater, und sein Geist, die Herligkeit des Sohns, GOtt der Sohn, und sein Geist, die Herligkeit des Vaters, GOtt der Vater, und sein Sohn, die Herligkeit des H. Geistes, uns zu erkennen gegeben; in drey Bücher abgetheilet: Samt einer Vorrede D. Christiani von Stöcken, Königl. General-Superintendenten. Hamb. 1684. in 8.

Das geistliche Königreich auf Erden, oder die mannichfaltige Herligkeit, welche wir Christen, als von GOtt gewürdigte geistliche Könige und Priester, hier, im Reiche der Gnaden, geniessen. Plönæ 1691. in 8. Commendatur a D. Joh. Diecmanno *l. c.*

INEDITA.

Memoriale Biblicum Metricum.

Tractat von der Juden noch verhandenen Bekehrung, qvem F. Breclingius, *l. c.*, commendavit.

Außführliche Erklärung über die Offenbahrung Johannis, qvam, Casp. Herm. Sandhagii, Superint. Holsato-Gottorpiensis, hortatu, ab eo inchoatam esse idem Breclingius, *l. c. p. 772.*, testatur.

THOMAS LUNDIUS III., Tunderensis, Johannis, Oppidi illius Diaconi, filius & Ecclesiæ ruralis Horsbüllensis in vicinia, ab A. circ. 1702. Pastor.

Edidit Parentis sui Librum, cui titulus est: Oeffentlicher Gottesdienst der alten Ebræer, cum præfatione sua. Slesvigæ 1695. in 8.

ZACHARIAS LUNDIUS, Nübelæ, pago regiunculæ in Ducatu Slesvicensi Sundevithanæ, Ducibus Holsato-Glücksburgicis (qvorum subditis ipse se accenset (1.)) subjectæ, d. 5. Apr. A. 1608. natus (2.), fratrem habuit Joh. Lundium, Parochiæ Ulderupensis vicinæ Pastorem, Poetamqve itidem haud infelicem. E scholis inferioribus in Gymnasium se Hamburgense, anno circiter 1628., contulit, & postea in Academiis, Lipsiensi, Witebergensi (qvæ Aug. Buchnerum ei dedit Præceptorem (3.)) ac Regiomontana (4.), sedulam Theologiæ pariter atqve literis elegantioribus impendit operam. Iter deinceps in Bataviam, ut Heinsium, Cunæum, Scriverium, Salmasium, Vossium & Barlæum, coram salutaret, ac Vinc. Fabricium, amicorum intimum, denuo amplecteretur, est meditatus, sed ab instituto hoc, ob paupertatem, desistere (5.), sexenniumqve ferme integrum institutioni, cum Johannis a Wisch, Eqv. Holsati, in prædio ipsius (qvod *Corniculum* passim vocat) Lütkenhornensi, tum Nicol. Elstorpii, Joachimi, Medici Hamburgensis, filii, coactus impendere (6.). Hoc exacto, Theologiæ studio misit nuncium, Politicumqve amplexus, ac Elstorpio, tyronibusqve aliis, præfectus, peregrinationi se accinxit literariæ (7.). Soræ, in Academia Danorum eqvestri, cum juvene A. 1640. vixit nobili (8.), & alias deinde Europæ provincias, ad A. usqve 1645., qvo ad Cimbros suos est reversus (9.), peragravit. Post reditum, scholæ in Zeelandia Danica Herlovianæ admotus Rectoratui, supremam Philosophiæ lauream, in Acad. Hafniensi, d. 22. Maji A. 1647., Decano Pet. Spormanno, exambiit. Hinc a Georg. Seefeldio, regni Danici Senatore (qvem multos a nostro Codices emisse MSStos Nic. Heinsius, rumori credulus, perhibet (10.)), ad Bibliothecæ suæ, nulli Danicarum tunc secundæ, ephoriam evocatus, otium, qvod sibi obtigerat, literarium librorum omnis generis lectioni, studiisqve elegantioribus, ad funesta usqve impendit tempora, qvibus thesaurus iste librarius misere a Svecis hostibus direptus est atqve dissipatus (11.). E Pausilypo hoc suo fugatum Fridericus III., Rex Daniæ, aulæ Hafniensis adscripsit Secretariis, Basilicæqve Aarhusiensis Vicariis, &, qvod Stegano-

(1.) *in Ep. Dedic. Poem. Juvenil.*, & *L. 4. illorum p. 89.* (2.) V. *Indicem III. Biblioth. Resenianæ.* (3.) V. *Lib. III. Poem. Juven. p. 81. 82.*, & *Lib. IV. p. 85. 88.* (4.) V. *L. I. eorund. p. 16.* (5.) V. *Lib. II. Poem. Juv. Eleg. 10* & *12.* (6.) V. *Epistolas Dedicatorias, Libris I.* & *II. Poem. Juvenil. præfixas.* (7.) V. Vinc. Fabricii *Epist. ad eum scriptam, in Opp. p. 376. 377. 378.* (8.) V. Aug. Buchneri *Ep. ad Joach. Hagemeierum, P. II. Epp., n. 13, p. 48.* (9.) V. Fabricium *l. c.* (10.) *in Epist. ad Thom. Bartholinum A. 1655. scripta, Cent. II. Epp. Med. Bartholini p. 602.* (11.) V. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. 17., ad A. 1667.*, & Ol. Borrichii *Dissertt. de Poetis p. 169.*

Steganographiæ esset peritissimus, in literis atqve notis secretioribus enodandis operam sibi præstare voluit. Huic officio, solertia ac fide pari administrato, noster d. 8. Junii (in cujus locum Wittenius (1.) septimum substituit), A. C. 1667., & ætatis 59., cœlebs est immortuus, &, in æde, cui exuviæ illatæ sunt, D. Trinitatis Hafniensi, ab amico seqventi inscriptione monumenti commendatus Epitaphii (2.):

Memoriæ Cl. V., Zachariæ Lundii, Philologi, Poetæ, Oratoris, Sereniss. Reg. Maj. a secretioribus literis enodandis, qvi, vita cœlibe integerrime acta, decessit Hafniæ d. 8. Jun. A. C. 1667., æt. 59., Pet. Nicol. Mehrnerus Pos.

Bibliothecæ insignis fuit possessor, cujus Codices aliqvot MStos moriens Academiæ Hafniensi legavit (3.). Reliqvi cum monumentis ingenii ipsius ἀνεκδότοις, in potestatem Joh. Mohtii, Consiliarii regii, pervenerunt. Inter amicos ejus eminuit Vinc. Fabricius, Hamburgensis, Syndicus & Consul Dantiscanus, qvocum arcta adeo, a prima juventute, ipsi intercessit familiaritas, per omnem vitam continuata, ut, teste ipsomet Fabricio (4.), *nihil alter ab altero seorsim habuerit*, imo ne mortis qvidem violentia sodales hos συναποθνήσκοντας potuerit divellere. Bimestri enim ante Lundium tempore, d. 11. Aprilis, eodem anno 1667, Fabricius Gedani itidem est extinctus. Utriqve eadem studia cordi fuere elegantiora, & Latina præ cæteris omnibus Poesis, in qva ambo ad stuporem usqve excelluerunt, vatibusqve coævis propemodum universis palmam extorserunt, imo ad veterum proxime accesserunt gloriam. Lundius certe extemporali, in pangendis sermone Romano carminibus venustissimis, facilitate multos in sui admirationem rapuit ingenii. In Germanica contra Poesi venam ipsius haud adeo fuisse expeditam, sed tardam, morosam atqve difficilem, carmina, qvæ edidit, ostendunt vernacula, suis qvidem subinde haud destituta argutiis, sed sermone pariter atqve metro inculto lectoribus permolesta.

Bibliothecæ ejus Catalogum Hafniæ A. 1663. (in cujus locum substituendus haud dubie 1667.) *in 4.* prodiisse, *Muleniana Index p. 510.* testatur.

Ex Eruditorum ad illum Epistolis, unica Aug. Buchneri, A. 1637. scripta, *Parte* Buchnerianarum *prima*, Dresdæ A. 1680. edita, *num. 28., p. 76. 77. 78.*, duæqve Vinc. Fabricii, in hujus *Operibus*, Lipsiæ A. 1685. *in 8.* excusis, *p. 376-379.*, lucem viderunt publicam. Cæterarum Volumen mediocre ἀνέκδοτον (cujus in *Polyhistore* etiam Morhofiano, *T. I., Lib. I., c. 25., p. 313.*, facta est mentio) a Joh. Mohtio, paulo ante laudato, asservabatur. A Vinc. Fabricio præterea ad ipsum sunt scriptæ Elegiæ octo libri harum secundi, secunda tertii, qvartiqve qvinta & decima, cum aliis ad eundem carminibus haud paucis, in *Poematum* Fabricianorum editionibus, *Operumqve* Syntagmate, obviæ.

Confer de illo, præter Henn. Wittenium, aliosqve scriptores, in vita jam allegatos, D. G. Morhofium *P. II. Tractatus de lingva & Poësi Germanica vernaculi, c. 9., p. 438.*, Alb. Bartholinum *in Lib. de Script. Dan. p. 150.*, *meaqve ad illum Hypomnemata p. 466.*, *Nova Literaria Lubecensia, M. Dec. A. 1698., p. 245. 246.*, Rud. Mart. Meelführerum *in Accessionibus ad Theod. Jansonii Biblioth. promissam & latentem p. 58. 59.*, meaqve *Hypomnemata ad Tomi I. Polyhistoris Morhofiani Lib. VII., p. 406.*, & Alb. Thura *Ideam Hist. lit. Dan. p. 49. 50.*

ELOGIA.

Aug. Buchnerum conatus suos in prima juventute Poeticos *non leviter probasse*, Lundius ipsemet, *in Epistola ad illum Libri IV. Poem. Juvenil. Dedicatoria*, testatur.

Vinc. Fabricius (qvem *inter Tibullos se & Propertios locasse, herbamqve sibi tradere voluisse*, ipse, *L. 3. Poem. Juv. p. 74.*, itidem significat), *in Epistola, Poematis juvenilibus* præfixa, ita de his judicat: Ἔχουσιν Ἀφροδίτην [illegible] Θεόν; *Elegia* vero *II. Libri I.* ita Autorem alloqvitur:

Lundi, qvem faciles Musæ, qvem blanda Charinta,
Jamdudum prohibent, post tua fata, mori.
Nunc tu Mænalios demulces carmine Cimbros,
Et stupet ad citharam pontus uterqve tuam.

Corn. Grotio, Hugonis filio (*in Carmine, Vinc. Fabricii Libro II. Elegiarum præfixo*), *Vatum* audit *non infima gloria.*

Joh. Ad. Fabricio *Musarum surculus* (*V. L. 4. Poem. Juv. p. 108.*)

Joach. Petræo (*in Carmine Poematis Juvenilibus adjecto*):

Musarum, Charitumqve, Cypridosqve,
Mystes candidus atqve delicatus.

Ol. Borrichius (*Diss. V. de Poet. Lat. p. 169.*) ita de illo: *Zach. Lundio, notarum in aula regia Friderici III. magistro dexterrimo, nihil tam erat in proclivi, qvam versus, isqve non plebejæ monetæ, sed dulcis, candidus, sonorus. Juvenilis diligentiæ specimen jamdiu versant laudantqve eruditi, associatum carminibus Syndici Gedanensis, Vinc. Fabricii. Sed, qvæ maturior ætas procudit, ut longe plura sunt, ita longe limatiora, dignissima, qvæ in Sosiorum manus qvamprimum deveniant. Neqve enim temere in his sacris perspicaciorem invenias Lundio; ita erat non modo ingenii ad omnia prompti, judiciiqve acerrimi, sed & infinitæ propemodum lectionis, indulgente qvantamlibet librorum copiam illustri Bibliotheca Seefeldiana, in qva natæ ipsi sunt luculentæ in Hesiodum notæ, ut cætera hic non attingam.*

D. G. Morhofius, *T. I. Polyhist., L. I., c. 25., p. 313.*, illum *Virum doctum, Poetamqve insignem*, ac *P. II. Tr. de lingva & Poësi German. vernaculi, c. 9., p. 438.*, carmina ejus Latina *pulcherrima*, appellat.

Novorum Literariorum Lubecensium Collectoribus (*M. Dec. A. 1698., p. 246.*) *Philologus* audit *eximius, & Poeta felicissimus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Poematum juvenilium libri IV, Hamburgi 1635. in 12. Sylloges hujus (qvam, præter scriptores jam laudatos, Henr. Vagetius, Joach. Petræus ac Vinc. Fabricius, in Elogiis metricis præfixis, & D. G. Morhofius, *ll. cc.*, *ac T. I. Polyhist., L. 7., c. 3., p. 384.*, commendarunt) Carmina pleraqve Erotica sunt, & Libri I. atqve II. Elegias, III. Sylvas, IVtusqve Epigrammata, exhibent. *Elegiæ XIII. & XIV. Libri II.*, qvarum prior a Lundio, ex persona Merillæ, ad Vinc. Fabricium est scripta, posterior autem Fabricii ad Merillam amicam responsoria, *Libro* etiam *IV. Elegiarum* Fabricii, *num. 8. & 9., p. 191-196.*, leguntur.

Octo illius, & totidem Vinc. Fabricii Elegiæ, de argumentis amatoriis, sibi invicem contrariæ, *Libro Elegiarum* Fabricii *secundo*, tum in *Poematis* ejus, Amstelodami A. 1638. *in 12.* recusis, tum in *Operum omnium* Syntagmate, Lipsiæ A. 1685. *in 8.* edito, insertæ. Duarum ex his, in qvibus Fabricius conjugium inituris virginibus, Lundius autem viduas, commendavit, versiones Germanico-Metricæ, ab Anonymo concinnatæ, A. 1710., *Parte V.* der außerlesenen Hällischen Anmerckungen, *num. 4.*, sunt exhibitæ.

Epigrammata. Amstelod. 1643. in 12. (*Hæc, mihi non visa, ab Alb. Bartholino, in Tr. de Scr. Dan. p. 150., & M. Lipenio, in Biblioth. Philos., ei tribuuntur.*)

II. GERM-

(1.) *l. c.* (2.) V. Pet. Resenii *Inscriptiones Hafnienses p. 205.* (3.) V. Borrichium *l. c. p. 88.* (4.) *in Ep. Dedic. libri tertii Elegiarum.*

II. GERMANICA.

Versio Germanico-Metrica Poematii Latini a Vinc. Fabricio, de stupendo & admirabili casu, qvi, tempore pestis, in Hollandia contigit, sive de puella Leidensi a lue pestifera per sponsi, eadem haud infecti, liberata concubitum, ad Cl. Salmasium scripti, cum ipso carmine Fabriciano excusa Hamburgi A. 1636. in 4.

Allerhand artige Deutsche Gedichte; samt einer Probe außerlesener, scharffsinniger, kluger Hof- und Schertzreden, Apophtegmata genandt. Lipsiæ 1636. in 4. De istis ita D. G. Morhofius, *P. II. Tr. de lingva & Poesi Germ. vernaculi, c. 9.; p. 438.:* Zach. Lundius hat schöne Lateinische Carmina geschrieben: Aber in den Deutschen artet er gantz auß, und ist, nach des Ennii Art, *ingenio maximus, arte rudis.* Nec minus vere Erdm. Neümeisterus, *in Diss. de Poetis German. p. 66.: Qvam facilis svavisqve in Latina, tam difficilis parumqve gratus in Germanica Poesi Poeta videtur.*

INEDITA, Hafniæ, in Joh. Mohtii, Consiliarii regii, Bibliotheca, olim asservata, mihiqve perlustrata.

I. PROPRIA.

Poemata Latina, in qvibus exhibentur: 1. Sylvarum Libri duo; 2. Elegiarum libri qvinqve; 3. Carminum liber; 4. Epigrammatum libri tres; 5. Moralium libri qvatuor, annotationibus illustrati. (Commendantur hæc, velut luce dignissima, ab Ol. Borrichio, *in verbis supra recitatis*, & D. G. Morhofio, *T. I. Polyhist., Lib. 7., c. 3., p. 384.*)

Satyra Latina.

Ἀρίων Græce.

Orationes, Epistolæ, Programmata & Testimonia Scholastica Latina.

Epistolæ Gallicæ & Italicæ.

Glossarium Latino-Barbarum. (*Pagg. 205. in 4.*)

Loci Theologici.

Controversiæ Theologicæ, ad Compendium Conr. Dieterici.

Annotationes miscellæ in passionis Christi historiam.

Doctrinæ Sphæricæ & Geometricæ Synopsis, pro alumnis Herlovianis.

Paræneses Ethico-Politicæ.

Seneca cum aliis Ethico-Politicis collatus.

Boni Imperatoris & militis Ideæ seu Characteres.

Grammatica Hebræa.

Poemata Germanica recentiora.

Zedekias, seu Tragoedia de excidio Hierosolymæ Germanica.

Comœdia Germanica.

Teutsche scharffsinnige kluge Hof- und Schertzreden.

II. ALIENA, editioni destinata, & Lucubrationes in Autores varios.

Hesiodi Opera & dies, 1. Paraphrasi gemina, altera Latina vulgari, sed passim emendata, altera Græca, e veterum Grammaticorum excerpta scholiis, 2. Metaphrasi Vallæ liberiore, & Frisii strictiore, 3. Analysi Grammatica, tum vocum, tum versuum difficiliorum, 4. Commentario copiosissimo, & 5. Indice locupletissimo, illustrata. (Commendatur hic labor ab Ol. Borrichio, notas ejus in Hesiodum *luculentas* vocante, *Diss. V. de Poet. Lat. p. 169.*, & Joh. Alb. Fabricio, *Lib. II. Biblioth. Græcæ, c. 8., p. 384.*) (*Pagg. 734. in 4.*)

Notæ palantes & tumultuariæ in Hesiodi Theogoniam & Scutum Herculis.

Isocratis Oratio ad Demonicum, Commentario illustrata. Accedit Pythagoræ Carmen aureum, cum notis. (*Pagg. 371. in 4.*)

Notæ & Observationes in Plutarchi libellum περὶ παίδων ἀγωγῆς: (*Pagg. 368. in 4.*)

Julii Africani Cesti, seu de apparatu bellico opus imperfectum, Græce & Latine. (*Pagg. 251. in 4.*)

Apollodori πολιορκητικά, Græce. (*Pagg. 275.*)

Athenæus περὶ μηχανημάτων; it. τοῦ σοφωτάτου Βίτωνος Κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν; it. τοῦ σοφωτάτου Φίλωνος Μηχανικὰ περὶ πολέμων κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλασσαν; it. Βασιλείου πατρικίου καὶ παρακοιμωμένου Ναυμαχικά: Omnia Græce, cum variis lectionibus. (*Pagg. 252. in 4.*)

Παλλαδίου, Ἐπισκόπου Ἑλενοπόλεως, Διήγησις περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον διαλαμψάντων ἁγίων πατέρων. (*Pagg. 243. in 4.*)

Notæ in tres Ciceronis Orationes.

Notæ in Somnium Scipionis Ciceronianum.

Comm. in Q. Horatii Flacci Epistolam de arte Poetica: Accedunt reliqvi duo Epistolarum ejusdem libri, itidem Commentario illustrati. (*Pagg. 382. in 4.*)

Notæ in Odas Horatii selectas.

Notæ in contrarias Ajacis & Ulyssis Orationes, apud Ovidium Lib. 13. Metamorph.

Joh. Sarisberiensis Entheticus de dogmate & placitis Philosophorum, hactenus ineditus, e Bibliotheca Regis Britanniæ, & Apographo Patricii Junii. (*Pagg. 83. in 4.*)

Petri Comestoris Sermones LXVIII., in tres classes de tempore, de sanctis, & in Synodis, habitorum distributi, nunc primum Autori restituti genuino, aliqvot MSS. collatione recensiti, notisqve marginalibus, annotationibus prolixioribus, & Indicibus necessariis, illustrati. (*Pagg. 854. in 4.*)

Gamfredus de Poetria nova, Comm. perpetuo illustratus. (*Pagg. 493. in 4.*)

Maphæi Vegii Veritas, cum notis & binis Indicibus. (*Pagg. 186. in 8.*)

Virorum doctorum (&, hos inter, Ad. Vorstii, Alph. Miniati, Andr. Riveti, A. Schotti, Ant. Fayi, Balth. Bonifacii, B. Lydii, Bened. Auberii Maurerii, Bonav. Vulcanii, Car. Paschalii, Casp. Barthii, C. Bartholini, C. Hofmanni, C. Gevartii, Casp. Er. Brochmanni, Christ. Ravii, Christ. Frisii & Thomæi *(Cancellariorum Danicorum)*, Christoph. Coleri, Chr. Bulæi, Chr. Sig. Donaueri, Corn. Pynackeri, C. van der Myle, Conr. Rittershusii, Cyr. Herdesiani, Dan. Heinsii, Dav. Hoeschelii, Dion. Gothofredi, Domin. Molini, Eryc. Puteani, Everh. Vorstii, Eustath. Swartii, Franc. Dousæ, Frid. Lindebrogii, F. Taubmanni, Georgii Archiep. Cantuar., G. Remi, G. Qveccii, Georg. Lud. Frobenii, Georg. Mich. Lingelshemii, Gerh. Joh. Vossii, Gev. Elmenhorstii, Gvilh. Coddæi, Hadr. Vanderburchii, Herib. Rosweydi, Henr. Ernstii, H. Spelmanni, Hug. Grotii, Jac. Aug. Thuani, Jac. Bongarsii, Jac. Gillot, Jac. Gruteri, J. Lectii, J. Monavii, Jani Gruteri, J. Rutgersii, Joh. Bodecheri, J. Brantii, J. Cabeliavii, J. Cluveri, J. Drusii, J. Heurnii, J. Loccenii, J. Kirchmanni, J. Lydii, J. Poliandri, J. Ravii, J. Wouwerii Hamb., J. Wouwerii Antwerp., J. Utenbogardi, Joh. Bapt. Lauri, J. Frid. Gronovii, J. Georg. Herwarti, J. Phil. Parei, Jos. Scaligeri, Is. Casauboni, Justi Lipsii, Lamb. Vanderburchii, L. Alardi,

Alardi, Lucæ Holstenii, Lud. Contareni, Marci Velseri, Marqv. Freheri, Mart. Lydii, Maxim. Urientii, Melch. Goldasti, Metroph. Critopuli, Mich. Piccarti, Nicol. Fabr. Peirescii, N. Rigaltii, Ol. Wormii, Olig. Rosenkrantzii, Ott. Heurnii, Pauli Merulæ, P. Petavii, P. Sarpii, Patr. Junii, Pet. Bertii, P. Castellani, P. Cunæi, P. Denaisii, P. Gruteri, P. Pantini, P. Scriverii, Phil. Jac. Maussaci, Regin. Brederodii, Sixtini Amamæ, Sixti Arcerii, Steph. Joh. Stephanii, Theod. Canteri, Theod. Dousæ, Ubb. Emmii, Vinc. Marinerii) Epistolæ DCCXXX, ad Joh. Meursium Seniorem, ex infelicissimo Bibliothecæ Seefeldianæ naufragio conservatæ. Accedit Appendix Epistolarum, ad alios viros eruditos scriptarum. (*Pagg. 790, in 4.*). Volumen eruditione refertum omnigena, & luce publica dignissimum, uti mecum D. G. Morhofius, per literas de illo meas factus certior, jampridem, *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 25., p. 314.*, judicavit.

[Falso Zachariæ huic Lundio tribuitur M. Laur. Lundii Compendium Bibliothecæ Græcæ, e Prælectionibus Vindingianis, Hafniæ A. 1704. *in 8.* editum, in B. G. Struvii *Introduct. in notitiam rei literariæ, c. 7., §. 38., p. 377. Edit. secundæ)* & Aug. Grischovii Introduct. in Philol. gen., c. 6., §. 95., p. §. 399.]

ALEXANDER LÜNEBURG, Patricius Lubecensis, & Toparcha Eckhorstanus, patriæ Senator d. 21. Jan. A. 1590., &, post legationem, qvam A. 1594. obiit, ad Sigismundi Regis coronationem, Svecicam, Consul, die Thomæ A. 1599., electus, ordinis sui Senior, d. 15. Apr. A. C. 1627., ac ætatis 67., vivis excessit, & in æde, qvæ Epitaphium ejus ostentat, Mariana est sepultus.

Bibliothecæ Catharinææ publicæ A. 1620. condendæ autor fuit præcipuus, suamqve moriens eidem legavit, teste Jacobo a Mellen in dem Nachrichte von Lübeck, *c. 37., p. 234. 235.*

Henr. Bangerto (*in Orat. de Henr. Colero funebri, lit. G. 4. b.) Vir* audit *magni judicii, cui Consulatus suus, & res prudenter gestæ, immortalitatem peperere.*

V. de illo Joh. Kirchmanni *Epistolam librorum de Romanorum funeribus*, ipsi, cæterisqve Lubecæ Consulibus, A. 1625. inscriptorum, *Dedicatoriam, Compendium Chronici Lubec. Kirchringio-Mölllerianum p. 250. 253.*, Jac. a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis* & Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 121.*

Oratio, qvatenus generis & familiæ ratio, in electione Magistratus, sit habenda, Argentinæ recitata, & in *Orationum, ductu Melch. Junii illic habitarum*, editione prima, A. 1597. *in 8.* ibidem excusa, *Tomo VI., p. 32-38.*, in secunda anni 1606., itidem Argentinensi, *Tomo I., p. 885-890.*, & in tertia, *Tomo II., p. 632-636.*, locum adepta.

JACOBUS LUPIUS, Dithmarsus, scriptor superstitiosus.

Grosses und sonderbahres Traumbuch, aus alten und neuen Scribenten. Erfurti A. 1644. 1651. 1658., ac Lipsiæ 1677. 1681. 1692. 1697. 1710. 1722. in 8.

Schatzkammer der Natur, oder gründliche Erklärung dreyer grosser Geheimnisse, deren das erste ist Extractio der spiritualischen Mumie des Menschen und anderer Thiere; das andere das grosse Mysterium magicum des Baums des Lebens, und des Baums des Erkäntnisses gutes und böses; das dritte ein sonderbahres, jedoch natürliches, Arcanum, durch Träume etwas zu erfahren. Erfurti 1644. in 8., A. 1645. in 12., Erfurti 1651. in 12., sine loci mentione A. 1681. in 8., Lipsiæ 1710. 1723. in 8. De hoc scripto ita D. G. Morhofius, *T. II. Polyhist. Lib. II., p. 327.: Jac. Lupius,* in der Schatzkammer der Natur, *& Andr. Tenzelius, in Medicina Diastatica, edita Erfurti A. 1666. in 12., se mutuo exscribunt, ac magnam farraginem superstitiosarum & anilium curationum suppeditant.*

BARTHOLDUS LUTHMANN, Cœnobii Lubecensis Johannei Ecclesiastes, Berga Norwagorum A. 1604. ad officium hoc vocatus & d. 28. Nov. A. 1631. (vel secundum alios 1630.) mortuus. V. Jac. a Mellen *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium.* Conf. de illo Willichii Westhovii *P. II. Poem., fol. 52. b.*

Weinachtsprüche - - - in 4. Sub Barth. Luthmanni nomine in Catal. qvodam allegantur.

DANIEL LÜTKEMANN.

Holsatica Anni Revolutio. Slesvigæ 1639. in 4. edita, ei tribuitur in Catalogo auctionis cujusdam Kiloniensis.

GERHARDUS LÜTKENS, Hamburgensis, Petri Senioris, Consulis, filius, J. U. Lic., variolis, in patria, d. 19. Jan. A. 1697., extinctus.

Disp. de Collatione succedentium, Præside D. Sam. Strykio. Francof. ad Viadr. 1682. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Geminatione, ejusqve effectibus, Præside D. Joh. Wolfg. Textore. Heidelbergæ 1684. in 4.

M. GEORGIUS LÜTKENS, Hamburgensis.

Diss. Historica de Othonis Salvii, Imperatoris, αὐτοχειρίᾳ, e vitæ ejus Svetonianæ Cap. XI. Lipsiæ 1685. in 4. Laudatur a Casp. Sagittario, *in Introd. in Hist. Eccl., c. 24., §. 8., p. 604.*

M. NICOLAUS LÜTKENS, Hamburgensis, d. 17. Apr. A. 1675. natus, & Rostochii d. 15. Sept. A. 1698. Magistri ornatus titulo, Parochiæ Billkirchensis in Insula Billwerderana, ab A. 1711., Pastor.

De ejus vita & studiis Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochium anni 1699. literatum p. 382. 383.*, & *Nova Lit. Lubecensia, M. Oct. A. 1698., p. 173. 174.*, possunt consuli. Conf. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 13.*

Disp. moralis de Antizelia, seu malis in bonum imitandis, e Vinc. Placcii *Accessionibus Ethicis* deducta & collecta, & Præside eodem proposita. Hamburgi 1697. in 4.

Disputt. duæ de notis Patrum Ecclesiæ Biblicis, & Versionibus librorum sacrorum Germanicis ante Lutherum MSStis, Præside D. Joh. Frid. Mayero, Autore, defensæ, Hamb. 1697. in 4.

Disp. Theol. de Dilectione inimicorum, Præside D. Joh. Nic. Qvistorpio. Rostochii 1699. in 4.

Disp., qva ex Thalmudicis & Rabbinis ostenditur, qvod solus Davidis filius sit Messias. Rost. 1701. in 4. (*V. Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1701., p. 193.*)

Disp. de libro Zohar, antiqvo Judæorum monumento. Lipsiæ 1706. in 4. Recensium V. *in Novis Lit. Germ., M. Majo A. 1706., p. 177. 178.*

Kern des ersten Buches Mosis, auß dem Evangelio des I. Sontages des Advents heraußgesuchet. Hamb. 1722. in 4. (*Catal. nund.*)

Oratio contra duplicem Chiliastarum resurrectionem ἀνέκδοτος, Lipsiæ A. 1703. habita, & Programmate D. Thomæ Ittigii excuso commendata.

PETRUS LÜTKENS Senior, Hamburgi, patre Lütkenio Lütkens, cive, A. 1603. natus, J. U. Licentiati titulo Basileæ A. 1632. reportato, patriæ A. 1641. electus est Senator, &, post duplicem anni 1642. ad Reges Daniæ & Angliæ legationem, Præturam ejusdem A. 1646., Consulatum autem d. 21. Febr. A. 1654., obtinuit. Abdicare se hoc a civibus, φιλαργυρίας Magistratu indignæ eum accusantibus, A. 1666. coactus, Vindobonam concessit, &, illic d. 28. Maii

Maji A. C. 1670., ætatisqve 67., mortuus, in vicina urbe Hungariæ Posoniensi tumulum invenit. In conjugio cum Cæcilia, Petri a Spreckelsen, Senatoris, & Anna Elisabetha, Gerh. Langermanni, Consiliarii Brunsvicensis ac Holsatici, filia, gemino liberos complures, &, hos inter, Petrum, J. U. L. ac Consulem Hamburgensem, Gerhardumqve, J. U. Lic., progenuit. V. Joh. Alb. Fabricii breve ipsius Elogium, *Parti I. Memor. Hamburg., p. 380. 381. 382.*, insertum, Ad. Trafsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. p. 50.*, & Joh. Ristii in nuptias ejus secundas Epithalamium, *in Parnasso Teutonico p. 734. & seqq.* obvium.

Exerc. ad L. II. Digestorum de origine Juris, Præside D. Thoma Lindemanno. Rostochii 1627. in 4. A Fabricio, *l. c.*, ob eruditionem commendatur.

Disp. Inaug. de jure Liberorum, qvatenus liberi sunt. Basileæ 1632. in 4. Recusa *Volum. VIII. Disputt. Jurid. Basileensium*, ibid. A. 1658. in 4.

PETRUS LÜTKENS Junior, Hamburgensis, d. 2. Jul. A. 1636. natus, Senioris, modo laudati, e Cæcilia a Spreckelsen filius, J. U. Lic., patriæ Senator d. 16. Aug. A. 1678., ac Consul d. 3. Nov. A. 1687., electus, d. 28. Aug. A. C. 1717., ac æt. 82., obiit. V. Balth. Menzeri, Prof. Hamb., Progr. fun. de vita illius, recusum *Vol. V. Memor. Hamburg.* J. Alb. Fabricii, *p. 322-330.*

Disp. Jurid. Inaug. de Libello, Præside D. Henr. Dav. Cunone. Heidelbergæ 1659. in 4.

PETRUS LÜTKENS III., Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Hæreditatibus relinqvendis, secundum principia Juris naturæ, & determinationes Hamburgenses. Lugd. Bat. 1718. in 4. (V. Anonymi *Hamb. lit. A. 1719. p. 23.*)

JOHANNES LUTTERLOH, Lubecensis, Henrici, Doctoris in urbe ista Medici, haud dubie filius, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1701., Cellensis in Ducatu Lüneburgico.

V. P. A. Lehmanni *Hamburgum A. 1701. literatum p. 45., & Nova Lit. Germ. A. 1704., p. 159.*

Disp. Jurid. Inaug. de Eventu, Præside D. Sam. Strykio. Francof. ad Viadr. 1679. in 4.

MARTINUS LYDIUS domo qvidem fuit Daventriensis, & inclytis illic ortus majoribus, sed a matre, ob religionem cum marito in exilium ejecta Reformatam, Lubecæ in lucem est editus (1.). Qvam religionem qvod & ipse profiteretur, civibus suis Lubecensibus adeo fuisse exosus, ut morte eum, si apprehendi potuisset, multassent, a Jos. Scaligero verbis perhibetur seqventibus, fidem vix inventuris (2.): *Ceux de Lubec sont fort barbares & cruels plus qv' a Hambourg; s'ils eussent tenu Martinus Lydius, ils l' eussent fait mourir.* Lingvarum, & reliqvæ Polymathiæ elegantioris, eximiam sibi notitiam in schola Comitatus Stolbergici paravit Ilfeldensi, cui Mich. Neander, Didacticus & Polyhistor celeberrimus, ipsiusqve amantissimus, tunc præerat. Ex hujus disciplina, Theologiæ ac Philosophiæ etiam vacaturus studiis, in Academiam migravit Tubingensem, & Mart. Crusium, doctorem lingvæ Græcæ incomparabilem, sibi conciliavit (3.). Unde cum Heidelbergam transiisset, a Friderico III., Electore Palatino, Professoribus confestim Academiæ adscriptus est Reformatis, Zachariæqve Ursino, Theologo celebri, in directione Collegii Sapientiæ, post Pauli Cnipii ex illo discessum, datus Collega (4.), imo Theologiæ etiam Doctor ibidem, uti conjicio, creatus. Dissipato, post Friderici excessum, a Ludovico, successore Lutherano, A. 1576. Professorum Acad. Heidelbergensis Reformatorum cœtu, in Belgium Lydius abiit (5.), & officio Amstelodami, per decennium, tanto cum famæ incremento, functus est Ecclesiastico, ut Frisiæ Ordines Occidentalis A. 1586., non professionem solum Theologiæ, in Academia Franeqverana, recens a se condita, primariam, sed & primum ejusdem Rectoratum, ipsi deferre haud dubitaverint (6.). Qvem cum secunda vice, A. 1601., senectute licet ac morbo diuturno jam fractus, administrandum suscepisset, d. 27. Junii illi est immortuus (7.).

Eruditionis suæ, tum in sacris, tum in Historia, lingvis ac Philologia, eximiæ æmulos duos habuit filios, Balthasarem, Pastorem Dordracenum, Synodiqve, ibidem A. 1618. coactæ, Assessorem, A. 1629. defunctum (8.), ac de Waldensium historia præclare meritum, & Johannem, patria Mœno-Francofurtanum, Antistitem urbis Oudewateranæ, qvi Conciliorum historia, & Operum Nicolai de Clemangis editione (nostro perperam a Gvilh. Cavio (9.) tributa), inclaruit. E qvibus priorem, in Remonstrantes Zelo iniqviorem præcipiti, Hugo Grotius, ad cognomen alludens, *hominem satis impatientem, licet patientiæ nomen præferat*, appellavit (10.) Amicis suis noster annumeravit Jos. Scaligerum, Justum Lipsium, Theod. Bezam, Jac. Arminium, Dav. Pareum, Joh. Meursium, Gerh. Joh. Vossium, Pet. Scriverium, aliosqve viros ævi istius eruditissimos. E qvibus cum Jac. Arminium, a Beza peculiari A. 1583. Epistola sibi commendatum propemptica, perspecto ingenio ejus sagaci acriqve judicio, ad confutandam Fratrum Delphensium *Responsionem*, Calvini & Bezæ pro decreto prædestinationis absoluto oppositam argumentis, incitasset, primam ei incentivo hoc præbuit occasionem istud, animadverso objectionum contrariarum robore, rejiciendi, & longe deinceps saniora, de isto doctrinæ sacræ capite, cum suis docendi asseclis (11.). Rigidum horrendi de prædestinatione dogmatis Calviniani assertorem nostrum fuisse, non hinc solum perspicies, sed & inde, qvod verba Justi Lipsii seqventia, *Libri de constantia primi capite IX.* obvia: *Vidit Deus peccata, non coegit, scivit, non sanxit;* tanqvam heterodoxa, in Epistola ad illum peculiari, non dubitavit reprehendere. Ob qvam admonitionem gratias qvidem ei Lipsius A. 1583. in sua egit responsoria (12.), sed sententiam tamen hanc orthodoxam non mutavit, cordate, contra censuram istam iniqvissimam, in iisdem defensam literis.

Ex Eruditorum ad eum Epistolis lucem viderunt publicam:

Duæ Jos. Scaligeri, A. 1599. & 1600. exaratæ, in Scaligerianarum Collectione, Lugduni Batavorum A. 1626. publicata, *num. 274. 275.* Qvibus addenda etiam Consolatoria de obitu ipsius, ad Balthasarem filium A. 1601. scripta, *n. 278.* obvia.

Qvinqve Justi Lipsii, e qvibus priores qvatuor, A. 1583. & 1584. datæ, *in Chiliade* Lipsianarum, *Cent. I. Epp. Miscell.*, *num.*

(1.) V. Nicol. Blancardi *Panegyricum, pro Jubilæo Acad. Franeqveranæ A. 1685. dictum & editum, p. 10. 11.* (2.) *in Scaligeranis alteris p. 144. 145.* (3.) V. Mich. Neandri *Poema Græcum de miseria Pædagogorum, Libro II. Gnomologici præfixum, Tomo I. Operis aurei, p. 402.*, Andr. Wengerscii *Sclavoniam Reformatam p. 177.*, & Henr. Flockenii *Prolegomena Theol. Catholicæ p. 104.* (4.) V. Joh. Henr. Hottingeri *Collegium Sapientiæ restitutum p. 18.*, & *Vitam Dav. Parei, Operibus* ejus præfixam, qvam Nic. Blancardus, *in Append. Panegyrici* sui, *p. 93*, allegat. (5.) *V. Vitam Parei modo citatam.* (6.) V. Blancardum *l. c. p. 10. 11. 55.* (7.) V. Blancardum *l. c. p. 55.* (8.) V. Gerh. Joh. Vossii *Epist. 104. Centuriæ I., p. 138.*, Pet. Bælium *T. II. Dictionarii Hist. & Crit., P. I., p. 333. Ed. primæ*, & Henn. Wittenium *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 36.* (9.) *in Chartophylace Ecclesiastico p. 346.* (10.) *in Epist. ad Joh. Utenbogardum, A. 1614. scripta, & inter Epp. Remonstr. Ecclesiasticas, n. 234., p. 390.*, edita. (11.) V. Pet. Bertium *in Or. in obitum Arminii*, istamqve secutos Christ. Matthiæ *in Collegio II. Antiphotin. p. 21.*, Casp. Mauritium *in Append. Disp. VII. de primo falso Calvinianorum*, Hier. Kromayerum *in Hist. Eccl. p. 662. 663.*, & in *Scrutinii religionum Disp. de Arminianismo, P. I., Th. 8.*, A. Calovium *in Proleg. Consid. Arminianismi*, Joh. Wolfg. Jägerum *in Decennio I. Hist. Eccl. Sec. XVII., p. 345. 346.*, & plures alios. (12.) *Cent. I. Epp. Miscell., num. 58.*

num. 58. 69. 79., & *Cent. II.* earundem, *num. 90.*, leguntur, qvinta autem, de obitu uxoris consolatoria, *in Decadibus XVIII. posthumis*, a Joh. Is. Pontano Hardervici A. 1621. evulgatis, *Partis II. Decade II.*, *p. 24. 25.*, prodiit.

Qvatuor Theodori Bezæ, A. 1580. 1583. 1590. & 1593. exaratæ, qvarum prima in Thomæ Crenii *P. I. Animadvers. Hist. & Philol.*, Roterod. A. 1695. edita, *p. 59-62.*, secunda (Jac. Arminium, Geneva in Bataviam remigrantem, commendans), inter *Epistolas Remonstrantium Ecclesiasticas*, à Phil. Limburgio Amstelodami A. 1684. *in fol.* publicatas, *n. 12.*, *p. 26. 27.*, tertia autem & qvarta, inter *Virorum clarorum Epistolas*, a Simone Abbes Gabbema Harlingæ A. 1664. *in 8.* evulgatas, *Cent. I.*, *num. 89. & 90.*, *p. 214-219.*, occurrunt.

Una Zachariæ Ursini, Theologi Heidelbergensis, A. 1564. Tubingam missa, in Thom. Crenii *P. XV. Animadv.*, A. 1706. excusa, *p. 137. 138.*

Una Petri Datheni, Theologi, Francodalia A. 1567. Heidelbergam ablegata, in ejusd. Crenii *P. VI. Animadv.* (qvæ Leidæ A. 1700. prodiit), *c. 3.*, *p. 193. 194.*

Una Pet. Scriverii, cum Poematio ejusdem in honorem Joh. Lydii, filii, Theses Ethicas publice tuiti, Lugd. Bat. A. 1599. *in 4.* impressa.

Mich. Neandri Carmen Græcum ad ipsum, civemqve ejus, Christoph. Gerdnerum, Lubecensem, de Lutheri laudibus, *Catechesi Græco-Latinæ*, a Neandro Basileæ A. 1564. *in 8.* editæ, est præfixum.

Conferri de illo possunt, præter Nic. Blancardum, aliosqve scriptores jam allegatos, Gvilh. Puppius, Ecclesiastes Edamensis Arminianus, in *Poematis* suis (valde inficetis), Leidæ A. 1591. editis, *lit. A. 5. a. b.*, G. M. Königius *in Biblioth. Vet. & nova, lit. L.*, Pet. Bælius *T. II. Dictionarii Hist. & Crit.*, *P. I.*, *p. 333. 334. Ed. primæ*, *& T. II. p. 1819. 1820. Ed. secundæ*, & Henr. Lud. Benthemius im Holländischen Kirchen-und Schul-Staat, *P. II.*, *c. 4.*, *p. 292. 293.*

ELOGIA.

Mich. Neander, in Poem. Græco de miseria Pædagogorum, supra jam allegato, ita de illo:

Κρύσιον τιμᾷ, φιλέει κ' ἀκύει,
Λύδιος, φρέσσιν κεχαρισμένος μὲ,
Ὃν σχολέιοις λυσιτελῆ ἔολπα
Ἄνδρα ἔσεσθαι.
Εὐφυὴς γὰρ πολυμαθής τ' ἐτύχθη,
Καὶ ἐπιστήμῃ μελέτῃ τε πολλῇ

Ἔξοχος, καὶ θελξινόοις πυκασθεὶς
Ἐυεπίῃσιν.
Ἔξοχος τῶν πιερίδων ἐραστὴς
Καὶ σχολῆς, ἱμειρόμενος νέοις τε
Ὠφελεῖν, καὶ μειλιχίοις κέκασθαι
Ἤθεσι θυμόν.

Eidem, *in Scholio ad h. l. marginali*, *Juvenis* audit *summa pietate, doctrina, morum ac ingenii suavitate, præditus.*

Sim. Goulartio Sen. (*Vol. I. du Thresor d' histoires p. 263.*) *Docte Theologien.*

Theod. Bezæ, in Epistola ad eum secunda, *eximius Christi servus.*

Joh. Drusio (*in Ep. Dedic. Proverb. sacrorum*) Vir *undiqvaqve doctissimus, & Theologus eximius.*

Nicol. Blancardo, *l. c. p. 11.*, *Vir doctrinæ & pietatis fama celebris.*

Erasmo Francisci (*Parte II.* der lustigen Schaubühne allerhand Curiositäten *p. 872.*) ein gar gelehrter Mann.

Gvilh. Puppius, *l. c.* (*in Elogio Professorum novellæ Acad. Franeqveranæ*), fuse ejus laudes stridula decantans arundine, his etiam illum celebrat elegis:

Maximus Historicus, si Lipsius excipiatur
Unus, Martinus Lydius inde foret.
Est Theo-nemo logus major, qvicunqve minister,
Sive θεολογίας *qvisqve Professor adest.*

Hoc est septenæ jam nemo peritior artis,
Lingvarum nemo doctior estve trium.
Ille Mathematicus, Physicus, velut Ethicus, atqve
Est σοφίας, *vera cum pietate, colens.*

SCRIPTA EDITA.

De formidabili illa Hispanorum Classe contra Anglos, divinitus repressa, fracta, dissipata, dextræ Excelsi celebratio, ad Psalmum CXXIV. accommodata. Franeqveræ A. 1589. (*juxta Bassæum, Spachium & Draudium*), vel 1591. (*juxta Catal. Lipstorp. p. 11.*), in 4.

Apologia pro Erasmo Roterodamo, calumniis illorum opposita, qvi Arianismi eum accusabant. Qvando utiqve prima hæc vice prodierit, ignoro; etsi, e tribus Pet. Scriverii ad Joh. Lydium, nostri filium, Epistolis, A. 1614. & 1626. exaratis, & inter *Epistolas Insignium Virorum selectas*, a Jano Gvilh. Meelio Amstelodami A. 1701. editas, *Dec. III. n. 3. & 4.*, *p. 83-88.*, *ac Dec. IV.*, *n. 4.*, *p. 113.*, obviis, filium hunc illam asservasse, & luci publicæ A. 1614., applaudente Scriverio, destinasse, sed edere a Synodo Batavica, anno circiter 1626., esse prohibitum, didicerim. Editionis *Operum* Erasmi novissimæ *Tomo X. sive ultimo*, Lugd. Bat. A. 1706. *in fol.* excuso, illam esse insertam, Lipsienses, *in Actis Erud.*, *M. Jun. A. 1707.*, *p. 278.*, testantur. Laudatur ab Erasmo Francisci *l. c.*, ubi Lydium, in ea, Erasmi, de singulis religionis Christianæ capitibus atqve controversiis, sententias, e scriptis illius omnibus, collegisse, ipsumqve Reformatis fuisse ὁμόψηφον ostendere esse conatum, perhibet.

Carmina, qvæ, *in Deliciis Poetarum Germanorum, Tomo III.*, *p. 1511. & seqq.*, legi Georg. Matth. Königius, *in Biblioth. V. & N.*, testatur.

Epistola ad Gerh. Joh. Vossium, de filii sui studiis, scripta, qvæ in Appendice adoptiva Syntagmatis Epistolarum Vossianarum, Londini A. 1690. *in fol.* a Paulo Colomesio editi, *Cent. I.*, *n. 1.*, *p. 1.*, occurrit.

INEDITA.

Epistolæ III. ad Joh. Meursium, prolixæ atqve eruditæ, in Volumine (*de qvo in Elogio Zach. Lundii dictum*) Epistolarum ad Joh. Meursium Lundiano ἀνεκδότῳ obviæ, Franeqveræ A. 1597. & 1598. exaratæ.

HENRICUS LYSIUS, Flensburgensis, patre Johanne, Præposito ac Pastore Mariano, matre autem Birgitta Laurentia, d. 24. Oct. A. 1670. natus, parentumqve voto studio, anteqvam nasceretur, destinatus Theologico, huic, relicta A. 1687. schola patria, in Academiis Jenensi, Lipsiensi, Regiomontana, Hafniensi, ac Halensi tandem, per annos vacavit complures. Ex harum ultima, convictuqve D. Joach. Justi Breithauptii, domum A. 1694. ob parentis revocatus obitum, cum spe successionis, propter adventum tardiorem, aliasqve causas, excidisset, & aditum ad officia sacra, qvod, D. Josvam Schwartzium, Superintendentem, nactus adversarium, Pietismi heterodoxi suspicionem, coram Theologis Hafniensibus diluendam, incurrisset, difficiliorem sibi in Cimbria redditum iri prævideret, ducta uxore ad mercaturam animum appulit, civiumqve patriæ auxit numerum. Ob qvam vitæ generis mutationem mercatoribus eruditis a Georg. Henr. Götzio, in Diatriba de istis (1.), est annumeratus. Mercaturæ deinde successu minus prospero votis haud respondente, ad studia sacra, qvinqvennio seposita continuo, rediit, venditisqve ædibus Berolinum ad fratrem A. 1701. profectus, Parochi in Ducatu Magdeburgico ruralis officium, licet frustra, ambiit, Friderico interim, Borussiæ

(1.) §. 2., p. 5.

Borussiæ Regi, hac occasione, a patronis de nota commendatus meliore, hujus beneficio, post Doctoris Theologi titulum *Dissertatione de studio Theologico* inaugurali, Halæ, d. 4. Nov., impetratum, A. 1702. exeunte, in Academia Borussiæ Regiomontana, una cum scholæ illustris, recens illic apertæ, directione, munereqve in eadem Ecclesiastico, professionem S. Lit. extraordinariam, A. 1709. autem ordinariam, obtinuit, A. 1714. Ecclesiastæ in arce regia aulici auctam officio. Consiliarius etiam est Regis Prussiæ, in Consistorio Sambiensi, ecclesiasticus, Synagogæ Judæorum Regiomontanæ Inspector, Ephorusqve Ecclesiarum Prussiæ Lituanicarum, qvibus, jussu regio, de Concionatoribus idoneis, & Lingvæ Lituanicæ, Regiomonti in peculiari Studiosorum docendæ Collegio, peritis, Bibliorum in eandem translatione, Catechesi, aliisqve libris sacris, prospiciet. V. Joh. Gottl. Kraussii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 70. A. 1710., p. 559. 560.*

Prolixiorem vitæ ejus historiam D. Joach. Justus Breithauptius, Theol. Halensis, in *Programmate Disp. Inaugurali* A. 1702. præmisso, &, ex isto, *Nova Literaria Germanica, M. Jan. A. 1703., p. 30. 31., ac Lubecensia, M. Febr. A. 1703., p. 40.*, exhibuerunt.

D. Josvæ Schwartzii narrationi de eadem minus honorificæ, una cum D. Joh. Frid. Mayeri judicio de controversia, Lysio mota, Epistolico (d. 11. Jan. A. 1695. exarato), *Tractatui* suo *Anti-Muhliano Germanico*, Flensburgi A. 1705. edito, *P. III., c. 7., p. 434. 435.*, insertæ, ac a Seb. Edzardo, in der Abfertigung des groben Fanatici zu Gotha, A. 1707. repetitæ, paucis in M. Joh. Melch. Kraftii Historischem Berichte von den Holsteinischen Kirchenstreitigkeiten *p. 112. 113.*, eodem A. 1705., est responsum, & Lysius ipsemet, Apologiam a se peculiarem oppositum iri, pollicitus.

SCRIPTA EDITA.

Disp. Inaug. de studio Theologico, Præside D. Joach. Justo Breithauptio, d. 3. Nov. proposita. Halæ 1702. in 4. A Joach. Langio, *T. I. Antibarbari Orthod. p. 101.*, commendatur, &, *P. VII.* der aufrichtigen Nachrichten, *in Append. Sect 3., p. 116.*, contra Val. Ern. Löscheri, *Theseos octavæ de vera Theologia a sensu incipiente* doctrinam obelo (*in Prænotionibus Theologicis p. 141.*) notantis, censuram, defenditur. Alias in eam animadversiones in M. Joh. Christoph. Wolfii *Absurdis Halensibus, p. 10-65.*, invenies.

Disp. de perspicuitate S. Scripturæ, contra Bellarminum, pro loco Professionis extraordinariæ, d. 25. Jan. A. 1703., proposita. Regiomonti 1703. in 4.

Disp. de Filio DEI unigenito, contra Socinianos, pro receptione in Collegium Theol., d. 12. Jan. A. 1703., habita. Regiom. 1703. in 4.

Programma de Christo in nobis formando, ex Gal. IV. 19. & 2. Cor. III. 18., feriis natalitiis sub Prorectoris Academici publicatum nomine. Regiom. 1705. in 4. Lysio hoc vindicat, &, ceu *fanaticum*, traducit, Georg. Frid. Niehenckius *in Compendio errorum Pietisticorum p. 93.*

Disputt. III. Theol. de Peste. Regiom. 1710. & 1711. in 4.

Schluß- und Bußpredigt, auf Königl. Preußischen Befehl, im Collegio Fridericiano, am XVI. Sontage nach Trin. A. 1709., aus Es. XXVI. 20. 21., gehalten, als, wegen der Contagion, die Predigten und Information in selbigen eine Zeitlang aufgeschoben wurden. Nebst einem Berichte von selbiger, an den König. A. 1709. in 4.

Synopsis Controversiarum, a Veritatis, pacisqve ac pietatis, hostibus domesticis, sub Orthodoxiæ prætextu, hoc tempore motarum, in qva Orthodoxia Evangelica a novis corruptelis, & B. Phil. Jac. Spenerus, aliiqve Theologi orthodoxi, a calumniis D. Sam. Schelgvigii (*in Synopsi Controversiarum, & ejus Supplemento*), aliorumqve Novatorum, vindicantur: antea in ordinariis Lectionibus auditoribus dictitata; jam, ad desiderium multorum, judicio Ecclesiæ Evangelicæ submissa. Accedit Discussio Vindiciarum Schelgvigianarum, in articulo de Justificatione, contra Joach. Langium. Halæ Magdeburgicæ 1712. in 8. Synopsin hanc totam, sub Lysii persona, a Joach. Langio, Theologo Halensi, esse conscriptam, uti ex stylo, aliisqve indiciis, perspexisse sibi videatur, D. Gottl. Wernstorfius, Prof. Witeb. (*in Disp. de Theologia mystica p. 5.*), teste M. Joh. Christoph. Colero (*in Diss. de Meritis Wernsdorfii in rem sacram & literariam p. 28.*), conjectura asseruit justo audaciori. Relationem de illa critico-elenchticam invenies in Val. Ern. Löscheri unschuldigen Theolog. Nachrichten, *Sect. 2. A. 1713., p. 240. 241. 242.*

Danck- und Eröfnungs-Predigt, als, nach der Pest, des Collegii Fridericiani zu Königsberg Kirche und Schule wieder eröfnet wurden, aus Gen. VIII. 15-22., gehalten. Regiomonti 1710. in 4.

Das Zeugniß vom Lichte, zu Beschämung der neuen Qväcker und Enthusiasten, in einer Predigt über das Evangelium des dritten Weinachts-Tages, A. 1715. vorgestellet. Regiomonti in 4. Oppositum huic est ab Henr. Nicol. Herberto, Autoris olim amico, ad Mennonitas transgresso, scriptum hujus tituli contrarium: Wie der Ast, so die Art, oder aus dem Munde GOttes, und dem Zeugnisse der Wahrheit, beschämte Pietist; in qvo nostro, Apologia seqventi se tuito, Qvakerismus exprobratur. V. de scriptis istis polemicis ἀμοιβαίοις, & historia certaminis Lysii, cæterorumqve Ecclesiastarum Regiomontanorum, cum Herberto, V. E. Löscherum *l. c., in Appendice anni 1716., p. 1272., 1273., & Sect. V. A. 1717., p. 836-855.*

Apologia contra scriptum Henr. Nic. Herberti, modo memoratum, Germanica, A. 1716. edita, de qva Löscherus *ll. cc.* itidem consulatur.

Theologia Moralis, ex unico Amoris divini fonte derivata, qvam se moliri A. 1712., *in præfat. Synopseos Controversiarum*, significavit.

INEDITA.

Prælectiones publicæ adversus D. Sam. Schelgvigii Synopsin errorum Pietisticorum, A. 1705. habitæ, qvæ a G. F. Niehenckio, *l. c. p. 7. 10. 11. 13. 14. 16. 23. 80. 103.*, allegantur, variorumqve errorum insimulantur.

Collegium in Conr. Dieterici Institutiones Catecheticas, ab eodem *p. 11.* vellicatum.

Theologia Moralis, ex unico amoris divini fonte derivata, qvam se moliri, A. 1712. in *præfat. Synopseos Controversiarum* significavit.

JOHANNES LYSIUS Junior, Flensburgensis, Henrici, modo memorati, frater germanus, d. 14. Oct. A. 1675. natus, e schola (in qva auditorem illum habui) patria A. 1691. in Academiam Regiomontanam, & A. 1694. in Halensem, migravit. Pagi initio, in Marchia Brandeburgica media, Hohenfienensis, ab A. 1698. fuit Parochus, deinde vero ædis Georgianæ, in suburbio regio Berolinensi, ab A. 1700. Diaconus, nec multo post, & qvidem ad obitum usqve, Pastor. Obiit d. 15. Oct. A. 1716., ac ætatis 41., & ob pietatem, fidem in officio, beneficentiam in pauperes, aliasqve virtutes, a Joh. Gustavo Reinbeckio, Pastore Petrino ac Præposito Svevo-Coloniensi, in Parentatione vernacula est celebratus.

Conf. de vita illius Christ. Grundmanni *Ossa & cineres A. 1716. defunctorum p. 49.*, & *Appendicem Ossibus & Cineribus A. 1717. defunctorum adjectam, p. 38. 39.*

Amicis eum suis annumeravit, Collegiorumqve pietatis, qvorum Præses erat, Berolinensium mentionem facit honorificam, D. Joh. Wilh. Petræus *in Historia vitæ propriæ Germanica p. 267.*

SCRIPTA.

Leichenrede über Pet. Docken, Th. Stud., aus Luc. XXII. 31. 32., beygedruckt der Leichpredigt D. Phil. Jac. Speneri über denselben, aus Pf. LXXXVIII. 4 - 10., von geistlicher Anfechtung der Kinder GOttes gegen das letzte Ende. Francof. ad Viadr. 1698. in 12.

Das an JEsu Mund und Brust hangende Christenhertz, oder Leichenrede über Jac. Reinhold, Th. Stud., beygedruckt D. P. J. Speneri würdigem Studioso Theologiæ, oder Leichpredigt über denselben. Berolini 1697. in 12.

Der von einem selig gewordenen Sünder allen angepriesene Heiland und Seligmacher, oder Leichpredigt über Christoph. Wilcken, Past. zu S. Georgii in der Königsstadt an Berlin, aus 1. Tim. I. 15. Berol. 1711. in 4.

Der zwar schwere, doch selige, Lauf eines Christen, auf dem rechten Himmelswege, in einem Leichsermon über Fr. Ursula Maria Zorninn vorgestellet. Berol. 1711. in 8.

Einfältiger Vortrag von der Versöhnung mit GOtt, und von der Wiederaufrichtung des Ebenbildes GOttes. Berolini in 12.

Formular einer Sterbe-Casse, und Begräbniß- und Todten-Lade, so von der so genandten sich zum Tode bereitenden Gesellschaft aufgerichtet worden. Berolini 1710. (Duo hæc Opuscula illi a Chr. Grundmanno, *l. c. p. 49.*, tribuuntur.)

Buß- und Leichen-Predigt über den jämmerlichen Todes-Fall eines Mannes, der durch ein ihm gestelltes Prognosticon ist betrübet, und hernach im Wasser todt gefunden worden: Samt einem Theologischen Discurse von der Wahrsager-Kunst, und insonderheit vom Nativität-stellen. Berolini 1714. in 4. Huic, Astrologiam judiciariam merito damnanti, Joh. Georg. Jobius, Advocatus & Notarius publicus Berolinensis (qvi Thema genethliacum hominis submersi composuerat), opposuit *Astrologischen Discours*, Berolini A. 1715. *in 4.* excusum, sed in Schediasmate seqventi Lysiano refutatum.

Vernünftiges, und in der H. Schrift gegründetes, Urtheil von der Wahrsager-Kunst, und insonderheit vom Nativität-stellen, wieder den ungegründeten Astrologischen Discurs eines hiesigen Advocaten, nochmahls behauptet. Berolini 1715. in 4. Sed & illi a J. G. Jobio reposita est Duplic-Schrift auf das ungegründete Urtheil, so ein hiesiger Pastor, von der Wahrsager-Kunst, und insonderheit vom Nativität-stellen, behaupten wollen, Berolini A. 1715. *in 4.* impressa. V. de hisce scriptis Lysii & Jobii contrariis Anonymi *Partem XLIV.* der gelehrten *Famæ p. 571. 572. 573. 574.*, & Val. Ern. Löscheri Unschüldige Theol. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1715., p. 1051-1054.*

Wahrhaftige Erzehlung dessen, was mit einigen Inspiritten zu Berlin vorgegangen: Nebst einer Predigt über 2 Pet. I. 21., vom Unterscheide der Göttlichen Inspiration, ordentlichen Gnaden-Gaben des H. Geistes, und einer eingebildeten Enthusiasterey, am 5. Dec. A. 1714. gehalten. Berolini 1715. in 4. Recensum ejus exhibuere Halenses in der Neuen Bibliotheck, *Sect. 42., p. 175-179.*, & V. E. Löscherus *l. c., Sect. 1. A. 1715., p. 165-174.* Impugnavit eam, qvod de Inspiratis istis e Gallia Berolinensibus modestius judicaret, & revelationes divinas nostris haud omnino denegaret temporibus, D. Mart. Chladenius, Theol. Prof. Witeb., in duabus Disputationibus, Witebergæ A. 1715. editis, altera *de Oeconomia Dei nova per præconium poenitentiæ extraordinarium non expectanda* (de qva, Joach. Langio pariter atqve Lysio opposita, *Pars L.* der gelehrten *Famæ p. 94. 95.* consulatur), altera vero *de Inspiratis sine spiritu.* Qvarum posteriori a nostro in seqventi responsum est Apologia.

Bescheidene Schutzschrift wieder die falsche Beschüldigungen, damit D. Mart. Chladenius seine neuliche Disputation de Inspiratis sine Spiritu angefüllet hat. Berolini 1715. in 4. Huic (de qva Halensium etiam Neuer Bibliotheck *Sectio 43., p. 252. 253.*, potest conferri) oppositæ sunt: α. Val. Ern. Löscheri Recensio elenchtica, in den Unschüldigen Theologischen Nachrichten, *Sect. V. A. 1716., p. 894-908.*; β. M. Christ. Ludov. Stiglizii nohtwendige Erinnerung an Joh. Lysium, wegen seiner bescheidenen Schutzschrift wieder D. M. Chladenii Lehrsätze von den Begeisterten ohne Geist, so verdeutscht sind beygefüget, ed. Witebergæ A. 1715. in 4. Cui, a Löschero, *l. c., p. 908-914.*, adumbratæ atqve commendatæ, ab Halensibus autem, Lysio patrocinatis, *Sectione L.* der Neuen Bibliotheck, *p. 870-876.*, refutatæ, per ipsum qvoqve Lysium Apologia seqvens secunda reponebatur.

Abgenöhtigte zweyte Schutzschrift, wieder D. Mart. Chladenii falsche Beschüldigung und unbescheidene Zunöhtigungen, zu hoffentlich völliger Endigung des durch ihn erregten Streites von unmittelbahren Offenbahrungen; der so genandten nohtwendigen Erinnerung, welche er jüngsthin außfertigen lassen, entgegengesetzt. Francof. & Lips. 1716. in 4. De illa Löscherus, *l. c., Sect. V. A. 1716., p. 914. 915. 916.*; de Responso autem contrario M. Chr. Lud. Stiglizii, Witebergæ A. 1716. *in 4.* (sub titulo Abgenöhtigter Antwort auf H. Joh. Lysii wiederholte Schrift, und die darinn vorgetragene neue Lehre von den unmittelbahren Offenbahrungen GOttes) excuso, idem, *Sect. VI. A. 1716., p. 1063.*, potest consuli.

Letzte Vorstellung, Schediasma Lysii de controversia cum Chladenio & Stiglizio ultimum, A. 1716. editum, qvod denuo excepit Stiglizii Kurtze Gegenvorstellung an H. J. Lysium, was massen man seinen, in der letzten Vorstellung gefasten Entschluß, in dem, durch ihn erregten, Streite von unmittelbahren Offenbahrungen nunmehr stille zu schweigen, sich gar wol gefallen lasse. Francof. 1716. in 4. V. Löscherum *l. c. p. 916.*

Probierstein der Welt, oder die von der Wahrheit angeklagte, und ihres Betrugs überführte, Eitelkeit, in 50. Capitteln, und so viel Sinnbildern, vorgestellt durch Antonium a Burgundia, Archidiaconum zu Brügge: auß dem Lateinischen verteutscht, und mit einer Vorrede außgegeben, von Joh. Lysio, Berolini 1716. in 8.

M.

JOHANNES REINHOLDUS MACKIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, circa A. 1716.

Disp. Inaug. de Appellatione per saltum, Præside D. Christ. Wildvogelio proposita. Jenæ 1712. in 4. V. de illa *Partem XX.* der gelehrten *Famæ p. 585. 586. 587.*

MICHAEL MAIERUS, qvi Cimbrum (1.) ac Holsatum (2.) semetipsum appellavit, Rendesburgam nostram, teste Dethl. Cluvero (3.), agnovit patriam, &, titulo Doctoris jam reportato Medici, in civitate, circa A. 1597., vixit Rostochiensi. Pragam deinde Bohemorum, in aulam Rudolphi II., Imperatoris, delatus, hujus, per lustra aliqvot, Archiater fuit ac Consiliarius, &, ob singularem in medendo peritiam atqve felicitatem, non laurea solum donatus est Poetica, sed Comitibus etiam Palatinis Cæsareis, sacriqve Romani Imperii Exemptis, adscriptus. Ob peritiam præterea arcanorum Chymicorum admirabilem, qvam cum paucissimis omnis ævi communem noster habuit, idem Imperator, cui scrutinium hoc naturæ, operumqve illius, secretius erat in deliciis, in nobilium evecto ordinem, insignium loco, decantatissimum attribuit Avicennæ & Chymicorum Emblema hieroglyphicum, Aqvilam in aere volantem, & bufonem,

(1.) *in Epithalamio, nuptiis Mart. Braschii A. 1567. consecrato.* (2.) *in Epigrammate Chymico,* Corn. Drebbelii *Opusculis,* a Joach. Morsio A. 1620. editis, præfixo. (3.) *T. I. Nova Criseos temporum, n. 18., p. 144.*

bufonem, qvi per terram incedit, catena trahentem, cum galea duplici superimposita, exhibens (1.). Post obitum Rudolphi, A. 1612. Pragæ extincti, suam in medendo operam aliis addixit Germaniæ Principibus, &, hos inter, Mauritio imprimis, Landgravio Hassiæ eruditissimo, cujus A. 1619. adhuc fuit Archiater (2.). Anno seqv. 1620. in civitate vixit Magdeburgensi (3.), & in eadem, biennio post, æstivo anni 1622., ætatisqve suæ 54., tempore, uti Typographi docet *præfatio, Ulyssi* ejus adjecta posthumo (4.), expiravit. Medicus fuit plane eximius, Philologusqve & Poeta haud vulgaris, Chymicus autem coævis fere omnibus superior, &, si D. G. Morhofium (5.), hujusqve autoritatem secutum Joh. Lud. Hannemannum (6.), audias, Philosophiæ adeptæ Mystis, verisqve Lapidis Philosophici possessoribus, accensendus, longe certe majori πολυμαθείᾳ, qvam pleriqve Chemiæ cultores reliqvi, conspicuus. Non desunt etiam, qvi Fratribus Roseæ crucis, pro qvorum societate scripta aliqvot edidit Apologetica, illum annumerent, imo inter Chymico-Theologos hosce, sub initium Seculi XVII., scriptis Anonymis atqve Psevdonymis qvamplurimis, sacris pariter atqve Philosophicis, celebritatem consecutos haud exiguam, sed a Theologis opinionum heterodoxarum atqve fanaticarum insimulatos, eminuisse, sibi persvadeant (7.).

Conferri de illo possunt, præter jam allegatos, Barth. Bilovius *Lib. IV. Anagrammatism. f. 33. a.*, Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Script. Med. p. 482. 483. 484.*, Georg. Abr. Merclinus *in Lindenio renovato p. 817. 818. 819.*, Pet. Borellus *in Biblioth. Chymica p. 60. 142 - 145.*, Jac. Thomasius *in Dissertt. Stoicis p. 129 - 133.*, & *in Diss. de Fabulis Gentilium*, §. 44., D. G. Morhofius *in Ep. de transmut. Metall. p. 84. 85. 104. 146.*, Thom. Hyde *in Catal. Biblioth. Bodlejanæ, lit. M.* G. M. Königius *in Biblioth. vet. & nova, lit. M.*, J. C. Becmannus *in Catal. Biblioth. Francof. p. 291.*, Lipsienses *in Actis erud., M. Jul. A. 1687., p. 393. 394.*, Corn. a Beughem *in Bibliogr. Med. & Phys. p. 7. 162. 163.*, Joh. Lud. Hannemannus *ll. cc.*, & præsertim *in Ovo Hermetico p. 130. 131. 132. 135. 136.*, Joh. Franc. Buddæus *T. III. Lexici Historici p. 415.*, & Excerpta trium D. G. Morhofii ad Joach. Fellerum de ipso epistolarum, in Joach. Frid. Felleri *Trimestri II. Monum. ined. p. 119 - 121.* obvia. (Distingvendus a nostro est Mich. Maierus, Senator Herbipolensis, Scriptor Pontificius, cujus extant, 1. *Luscinia spiritualis, omnis generis pias preces & meditationes complectens*, Col. 1618. *in 12*; 2. *Armamentarium spirituale Christianorum atqve Catholicorum*, Herbipoli 1624. in 12. V. M. Lipenii *P. II. Bibl. Theol. p. 547.*)

ELOGIA.

Joh. Spagnetus, Senatus Burdigalensis Præses, *in Enchiridio Physicæ restitutæ* (uti a τῷ πάνυ Morhofio sum edoctus), scripta illius Chymica ob perspicuitatem commendat, & eum, qvi ista non intelligit, neminem Chymicorum esse intellecturum, pronunciat.

Joh. Jonstono (*in Thaumatographia naturali, Cl. VI., p. 317.*) *Medicus* audit *nobilissimus.*

Ab Ol. Borrichio (*in Diss. de ortu & progressu Chemiæ p. 144.*) Chymicorum Germaniæ recentiorum annumeratur principibus.

D. G. Morhofius, *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 13., p. 131.*, *Virum doctissimum*, &, *in Diss. de Paradoxis sensuum p. 5.*, *Virum optimum doctissimumqve*, eum appellat; ac, in Epistola d. 20. Apr. A. 1687. ad me exarata, verbis celebrat seqventibus: *De Mich. Maiero, ejus patria, parentibus, educatione, qvid exploraveris, scire velim. Ego multa inqvisitione nihil certi deprehendere potui. Merito ille Vir inter Holsatiæ ornamenta numerandus. Illum enim naturalis doctrinæ apicem consecutus est, qvem e myriade hominum vix unus conseqvitur. Fuit arcani Physici possessor, cujus ego documenta qvædam habeo; ac scripta ejus loqvuntur. Fama est, Joh. Cratonem a Krafftheim, Medicum Cæsareum, illum hujus arcani participem fecisse. Nemo in omni Chymicorum familia est, qvi majorem ad res Chymicas eruditionem attulerit; qvod vel sola ejus Arcana arcanissima testantur, quæ Kircherus in Oedipo suo compilare interdum solet.*

Joh. Joach. Becherus (*in Præf. Characteris pro Notitia Lingvarum universali*) illum *Virum* salutat *insignem atqve incomparabilem.*

Joh. Lud. Hannemanno, Morhofii subscribenti judicio, *in Catone Chemico*, A. 1690. ἀνωνύμως edito, *p. 53.*, *magnus* audit *Chemiæ adeptæ assertor*; *in Ep. Dedic. Ovi Hermetici, lit. B. 5. b. & C. 1. a.*, *rei literariæ nostri seculi lumen fulgidissimum, & consummatissimus sublimioris sapientiæ Hermeticæ possessor*; ac, in scripto ipso *p. 130.*, *Vir magnus, Philosophiæ adeptæ & arcanioris sapientiæ Mysta incomparabilis, qvi, perspicua usus dictione, cæteris Chymicis luculentius scripsit, & ab Autore Experimentorum Osiandrinorum, aliisqve, inter Adeptos refertur.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Verba nupta in nuptias M. Mart. Braschii, Prof. Rostoch., & Doroth. Badeniæ. Rost. 1597. in 4.

Tr. de Circulo Physico qvadrato, h. e. Auro, ejusqve virtute medicinali, sub duro cortice instar nuclei latente; an & qvalis inde petenda sit? Oppenhemii 1616. in 4.

Silentium post clamores, sive Tr. Apologeticus, qvo causæ, non solum clamorum, seu revelationum, Fraternitatis Germanicæ de Rosea cruce, sed & silentii, seu non redditæ ad singulorum vota responsionis, una cum malevolorum refutatione, traduntur & demonstrantur; sub literis R. M. F. (*teste Gotfr. Arnoldo*) editus Francofurti A. 1617. & (*juxta Lindanum l. c.*) 1624. in 8. Versio Germanica M. Georgii Beati (sub titulo: Apologie und Verantwortung, wieder etlicher ungestümen Clamanten, die sich in die Fraternität Roseæ crucis aufzunehmen begehret, aber ihres Gefallens keine Antwort erlanget, Lästerungen und Schmachreden wieder dieselbe) ibidem A. 1617. in 8. prodiit. Commendat illud, & argumenti simul recensum exhibet, Gotfr. Arnoldus *T. II. Hist. Eccl., Lib. XVII., c. 18., p. 651.*

Symbola aureæ mensæ XII. nationum; h. e. Hermæa, seu Mercurii festa, ab Heroibus duodenis selectis, artis Chymicæ usu, sapientia & autoritate, paribus, celebrata, ad Pyrgopolinicen, seu adversarium illum tot annis jactabundum, virgini Chemiæ injuriam, tam argumentis vitiosis, qvam conviciis argutis, inferentem, confundendum & exarmandum, artifices vero, optime de ea meritos, suo honori & famæ restituendos; Ubi & artis continuatio ac veritas, invictis XXXVI. rationibus, & experientia, librisqve Autorum plusqvam trecentis, demonstratur: Opus XII. libris explicatum, & figuris cupro incisis ornatum. Francof. 1617. in 4. *Continuationem* illorum, *sive Epitomen Historiæ Chymicæ universalis, notitiam Autorum insinuaturam, & inventa singulorum trutinaturam*, D. Joh. Frickius, Med. Hamburg., *in Append. Diatribes de Auro potabili*, A. 1702. editæ, *p. 66.*, a se voluit sperari. Commendantur a Joh. Pet. Lotichio

(1.) V. ipsius *Arcana arcanissima p. 240.*, & *Symbola mensæ aureæ, Lib. V., p. 192.*, nec non Eman. Königium, *in Miscellaneis Acad. Nat. Curiosorum, Decuria II. Anno VIII., Obs. 146., p. 312. 314.*, ac Joh. Lud. Hannemannum, *in Anni V. ejusd. Decuriæ Obs. 114.*, & *Jasone* suo *p. 45.* (2.) V. *Tr.* ejus *de Volucri arborea.* (3.) V. *Ep. Dedic. Tr. de tyrannide artbritica*, & *Epigramma, n. 2. pag. præc.* allegatum. (4.) V. J. L. Hannemanni *Ovum Hermeticum p. 132.* (5.) *in verbis Epistolæ ad me, paulo post recitandis.* (6.) *locis num. 1. citatis*, nec non *in Ovo Hermetico, p. 18. 130.*, ac *in Agricola, seu Diss. de Metallis, p. 28.* (7.) V. Dethl. Cluverum *loco n. 3. pag. præc. citato.*

Lotichio (*Tr. eruditissimum* illa vocante *de fabulis ad Chymiam pertinentibus*) *in Comm. ad Petronium p. 279.*, & D. G. Morhofio, *in Ep. de transmut. Metall. p. 146.*, ita scribente: *In hoc libro, multa, quæ ad artem Chymicam, & Autorum historiam, spectant, erudite, nec indiligenter, tractavit.* Libris contra prohibitis accensentur in Decreto peculiari, a S. Congregatione Indicis Romani d. 12. Dec. A. 1624. promulgato, & *in Appendice Indicis Romani p. 166.* obvio, ac Franc. Magdaleni *Elencho librorum in Ind. Rom. prohibitorum p. 389.* Chymicam in iis fabularum Ethnicarum interpretationem Jac. Thomasius merito improbavit, cum *in Disp. de Fabulis Poetarum, §. 44.*, tum *in Dissertt. Stoicis p. 129-133.*, ubi fabulæ de Phoenice explicatio sub examen vocatur prolixius.

Examen Fucorum Pseudo-Chymicorum, in gratiam veritatis amantium detectorum, & succincte refutatorum. Francof. 1617. in 4. Commendatur a Morhofio *l. c. p. 84. 85.*, & J. L. Hannemanno (LVI. impostorum Chemicorum genera in illo testante detegi) *in Catone Chemico p. 80.*

Atalanta fugiens; h. e. Emblemata nova de secretis naturæ Chymica; accommodata, partim oculis & intellectui, figuris cupro incisis, adjectisqve sententiis, Epigrammatis & Notis, partim auribus & recreationi animi, plus minus L. Fugis Musicalibus trium vocum, qvarum duæ ad unam simplicem melodiam, distichis canendis peraptam, correspondeant. Oppenhemii A. 1617. in 4. Recusa sunt L. hæc Emblemata Chymica, sub novo titulo *Secretioris naturæ secretorum Scrutinii Chymici, per Emblemata ingeniosissima, hisqve confines, & ad rem egregie facientes, sententias, doctissima item Epigrammata, illustrati*, Francofurti A. 1687. in 4. Germanice prodierunt (sub titulo *Viridarii* Chymici, oder Chymischen, etliche und 50. Philosophische Sinnenbilder begreiffenden, Lustgärtleins, deren Beschreibung, durch einen Liebhaber der Wissenschaft, in deutsche Reimen ist gefasset) Francofurti A. 1688. *in 8.* A qva versione diversum haud esse videtur Mich. Maieri Chymisches Cabinet der grossen Geheimnisse der Natur, durch sinnreiche Kupferstiche und Emblemata, nebst einer Application des Hohen Liedes Salomons auf die Universal Tinctur der Philosophorum, herausgegeben von G. A. K., qvod Francofurti A. 1708. *in 4.* excusum esse, *in Catalogo Nund. Lips. anni illius vern. p. 35.*, perhibetur. *Collegium Practicum in Emblemata hæc Chymica* Maieri (qvem multa alia ejusdem generis, nondum edita, reliqvisse a Morhofio accepi), *enucleatius ea, ex sensu artis, exponens*, D. Joh. Frickius, *l. c. p. 68.*, promisit.

Jocus severus; h. e. Tribunal æqvum, qvo Noctua regina avium, Phoenice arbitro, post varias disceptationes & qverelas volucrium, eam infestantium, pronunciatur, &, ob sapientiam singularem, Palladi sacrata agnoscitur. Francof. 1617. in 4.

Tripus aureus; h. e. Tres Tractatus Chymici selectissimi: 1. Basilii Valentini, Monachi Bened. Germani, Practica, una cum XII. Clavibus & Appendice, ex Germanico; 2. Thomæ Nortoni, Angli, Crede mihi, seu Ordinale, e MS. Anglico Latine versum; 3. Cremeri, Abbatis in Anglia Westmonasteriensis, Testamentum, figuris cupro affabre incisis ornatum. Francof. A. 1618. in 4. Recusi sunt (*teste Corn. a Beüghem in Bibliogr. Med. p. 7.*) *in Museo Hermetico reformato & amplificato*, Jenæ A. 1655. & Francofurti A. 1677. *in 4.* impresso, *num. 11. 12. & 13.* Maierus illorum non editor solum fuit, sed & Interpres Latinus. Germanica eorundem, additæqve *Philosophiæ puræ* Mich. Poterii, editio, *in 4.* excusa, a Luca Jennisio, Bibliopola Francofurtensi, *in Catalogo librorum, suis editorum sumptibus*, A. 1622. publicato, *p. 8.*, memoratur.

Viatorium; h. e. de montibus VII. Planetarum, seu metallorum, Tractatus, tam utilis qvam perspicuus, qvo, ut indice Mercuriali in triviis, vel filo Ariadneo in Labyrintho, seu cynosura in Oceano Chymicorum errorum immenso, qvilibet rationalis, veritatis amans, ad illum, qvi in montibus sese abdidit, de Rubea Petra Alexicacum, omnibus Medicis desideratum, investigandum, uti poterit. Oppenhemii 1618. in 4., & Rhotomagi 1651. in 8.

Themis aurea; h. e. Tr. de Legibus Fraternitatis Roseæ crucis, qvo earum cum rei veritate convenientia, utilitas publica & privata, nec non causæ necessariæ, evolvuntur & demonstrantur. Francof. 1618. in 8. Qvo anno ibidem; & M. Georgii Beati versio illius Germanica *in 8.* prodiit. Præter qvam Anglica etiam extat, *in Catalogo librorum Anglicorum*, Londini A. 1658. edito, memorata. Lindanus, *Lib. I. de Ser. Med. p. 483.*, e Tr. hoc unico duos effinxit: 1. *Themidem auream*, 2. *Tr. de legibus fraternit. R. C.* Commendatur a Gottfr. Arnoldo *T. II. Hist. Eccl., Lib. XVII., c. 18., p. 651.* Ænigmatis Chymici, in illo a Maiero propositi, Explicationem Pet. Borellus, *in Biblioth. Chym. p. 49.*, est pollicitus, & sub finem ejusdem exhibuit, sed exilem, & memoratu vix dignam.

Verum Inventum; h. e. Munera Germaniæ, ab ipsa primitus reperta (non ex vino, ut calumniator qvidam scoptice invehit, sed vi animi & corporis), & reliqvo orbi communicata, qvæ tanta sunt, ut pleraqve eorum mutationem mundo singularem attulerint, universa longe utilissima extiterint, Tractatu peculiari evoluta ac tradita. Francofurti 1619. in 8. Germanica M. Georg. Beati translatio (sub titulo eines Tractats von den hochnützlichen herlichen Erfindungen der Deutschen Nation, &c.) ibidem A. 1619. *in 8.* est excusa, &, si *Catalogo* cuidam habenda fides, Got. A. 1677. *in 8.* recusa. Sex in eo Germanorum celebrantur inventa: 1. Politicum translationis Imperii Romani, jure belli, & transactione cum Imperatoribus Orientalibus, factæ, non autem a Papa profectæ; 2. Bellicum pulveris tormentarii & machinarum bellicarum; 3. Literarium Typographiæ; 4. Theologicum purificationis doctrinæ per Lutherum; 5. Medicum repurgationis Medicinæ Per Theophr. Paracelsum; & 6. Chymicum Fraternitatis Roseæ crucis. Inter libros referebatur prohibitos a congregatione Indicis Romani in decreto d. 12. Apr. A. 1628. publicato, & *Indicis Rom. Appendici p. 174.* inserto. Conf. Franc. Magdaleni *Elenchum librorum in illo prohibitorum p. 655.*

Tr. de Volucri arborea, absqve patre & matre, in insulis Orcadum, forma anserculorum proveniente, seu de ortu miraculoso potius, qvam naturali, vegetabilium, animalium, hominum, & supranaturalium qvorundam, qvo causæ illius & horum inqviruntur & demonstrantur. Francof. 1619. in 8. Hujus excerpta qvædam, neutiqvam vero (uti P. Borellus *in Biblioth. Chym. p. 145.* falso tradidit) librum integrum, Joh. Jonstonus *Thaumatographiæ* suæ *naturalis* (Amst. A. 1633. *in 12.* editæ) *Classi VI., p. 317-334.*, *subjecit.* Integrum M. Georg. Beatus Germanice vertit, & (sub titulo Compendii miraculorum, oder Beschreibung unterschiedlicher Wunderwercke und Geschichte, insonderheit der Orcadischen auf den Bäumen wachsenden Gänse) Heidelbergæ A. 1620. *in 4.* edidit. *Libellus lectu dignus* audit Joh. Dan. Majori, *in Collegii Curiosi Specim. VII.*, & a Gabr. Naudæo, *in Diss. de instruenda Bibliotheca* (*p. 90. Ed. Helmst.*), inter libros Bibliothecæ locupleti referendos necessarios. Argumentum illius, ortum scil. anserum Orcadicorum, *Bernacles* dictorum, arboreum, fabulosum esse, & frustra a Maiero, αὐτοψίαν etiam crepante propriam, ratiociniis, testimoniis, exemplisqve Parallelis, defendi, cum ex ovis illos excludi, nautarum relationes, & dissectio Anatomica, omnes jam docuerint, recte a D. G. Morhofio, *in Diss. de Paradoxis sensuum p. 5.*, ac *T. II. Polyhist., Lib. II., P. II. c. 44., p. 467.*, est monitum.

Lusus serius, qvo Hermes, sive Mercurius, Rex mundanorum omnium, sub homine existentium, post longam disceptationem, in Collegio octovirali habitam, homine rationali arbitro, judicatus & constitutus est. Oppenhemii 1619. in 4. Hujus etiam versio Germanica (sub titulo einer lustigen, und doch ernsthaften, Comœdie, darinn Mercurius metallorum Rex, vor sieben andern, vom Menschen erkennet und gekrönet wird) Francofurti A. 1625. *in 8.*, testibus Drau-

dio

dio & Catalogis qvibusdam, prodiit. A qva diversum forte haud est scriptum, qvod *Catalogus Nund. Lipf. A.1665. vernalis* nostro tribuit, vernaculum, der Philosophische Reichstag, Salisburgi A. 1665. *in 12.* excusum. Anglica etiam Versio *in 12.* (teste Catalogo Londin. A. 1658.), sub hoc edita est titulo: *Lusus serius, or serious Pastime; a Philosophical Discourse, concerning the superiority of the Creatures.*

Septimana Philosophica, qva Ænigmata aureola, de omni naturæ genere, a Salomone, Israelitarum sapientissimo Rege, & Regina Sabæ, nec non Hyramo, Tyri Principe, sibi invicem, in modum colloqvii, proponuntur & enodantur: Ubi passim novæ, at veræ, cum ratione & experientia convenientes, rerum naturalium causæ exponuntur & demonstrantur; figuris, cupro incisis, singulis diebus adjectis. Francof. 1620. in 4. In hac *p. 214.* Hominem animal esse negavit, a Jac. Thomasio, *in Append. Disp. I. de virtutibus cardinalibus*, Lipsiæ A. 1665. editæ, *in Physica, c. 39., p. 190., 191. & in Processu disputandi, Erotematis Logicis adjecto, n. 112-196., p. 165-191.*, refutatus.

Civitas corporis humani a tyrannide Arthritica vindicata; h. e. Podagræ, Chiragræ & Gonagræ, qvæ, velut tyranni immanissimi, artus extremos obsident & excruciant, Methodica curatio, duobus auxiliis potissimum instituta, ac deinde latius clarissimorum, præsertim Germaniæ, Medicorum testimoniis comprobata. Francof. 1621. in 8. Germanice illam ibidem *in 8.* qvoqve esse editam, *Catalogus Jennisianus*, A. 1622. impressus, *p. 8.*, testatur.

Cantilenæ intellectuales, in Triadas IX. distinctæ, de Phœnice redivivo, h. e. medicinarum omnium pretiosissima, qvæ mundi est Epitome, & universi speculum, non tam alta voce, qvam profunda mente, dictatæ, &, pro clave ternarum irreserabilium in Chymia arcarum, rationalibus ministratæ. Rostochii 1622. in 12.

Ulysses, Tractatus posthumus; h. e. Sapientia seu intelligentia, tanqvam cœlestis scintilla beatitudinis, qvod si in fortunæ & corporis bonis naufragium faciat, ad portum, meditationis & patientiæ remigio, feliciter se expediat. Accedit Tr. de Fraternitate Roseæ crucis, Francof. 1624. in 8.

Arcana arcanissima; h. e. Hieroglyphica Ægyptio-Græca, vulgo necdum cognita, ad demonstrandam falsorum apud antiqvos Deorum, Dearum, Heroum, animantium, & institutorum pro sacris receptorum, originem, ex uno Ægyptiorum artificio, qvod aureum animi & corporis medicamentum peregit, deductam; Unde tot Poetarum allegoriæ, Scriptorum narrationes fabulosæ, & errores per totam Encyclopædiam sparsi, clarissima veritatis luce manifestantur, suæqve tribui singula restituuntur; Sex libris exposita, & sine loci anniqve mentione excusa *in 4.* Londini illa A. 1614. prodiisse *Catalogus nundin. Francof. A. 1614. vern., p. 20.*, & hunc secuti G. Draudius, M. Lipenius ac P. Borellus (*in Biblioth. Chym. p. 144.*), perhibent. Commendantur a Joh. Joach. Bechero *in præfat. Characteris pro notitia Lingvarum universali*, & a D. G. Morhofio, non in verbis solum Epistolæ ad me supra recitatis, & *Oedipi* Athan. Kircheri ex illis plagia detegentibus, sed *Epistola* etiam *de transmut. metall.* edita, *p. 104.* (ubi, *plurimas Græcorum fabulas* nostrum *ingeniose satis ad Chemicos sensus explicare*, judicat), ac *T. II. Polyhist., Lib. II., P. I., c. 4., p. 177.*; ubi ita scribit: *Doctrinam Chymicam Hieroglyphicis occultari existimat Mich. Maierus, qvi Arcana arcanorum scripsit. Talem enim titulum libro dedit, qvo omnia illa mystica Ægyptiaca ad Philosophiam Chymicam, & singulares qvosdam sensus, judiciose satis, nec more vulgarium Chymicorum, traducit. Qvi etsi non omnino videtur improbandus, in qvibusdam tamen plura ingenio suo tribuit, qvam revera invenias in illis Hieroglyphicis. Commentarium* in illa alicubi pollicitus est Joh. Lud. Hannemannus, plus justo audax talium promissor. E vocibus Præfationis: *Salvifico verbo*, priorem *Salvifici Index Expurg. Hispanicus*, ab Ant. Sotomajore Madriti A. 1667. editus, *p. 787.*, ridicule jubet expungi.

Hymnosophia, seu Meditatio laudis divinæ, pro Cœlidonia Medicina mystica Voarchodumica, pie instituta. Sine anni locique indicio *in 4.* prodiit, & hymnos de argumentis Physico-Chymicis complectitur.

Subtilis Allegoria super secreta Chymiæ, qvæ (*teste Beüghemio in Bibliogr. Med. p. 7. 163.*) in *Musæo Hermetico reformato & amplificato*, Francof. A. 1677. *in 4.* recuso, locum *num. 17.* obtinuit.

Orationes VIII., qvæ *Tomo I. Amphitheatri Sapientiæ Socraticæ jocoseriæ*, per Casp. Dornavium Hanoviæ A. 1619. *in fol.* edito, occurrunt, Encomiasticæ: I. de Apibus *p. 147. 148.*; II. de Bombyce *p. 161. 162.*; III. de Lino *p. 236. 237. 238.*; IV. de Ansere *p. 401.*; V. de Ove *p. 504.*; VI. de Vitulo *p. 505. 506.*; VII. de Mercurio *p. 604-609.*; VIII. de Ostrea *p. 613. 614.*

II. GERMANICA.

Echo Fraternitatis Roseæ crucis, Dantisci A. 1616. in 8. L. Germ. ἀνωνύμως edita, qvam Maiero a qvibusdam tribui J. L. Hannemannus, *in Catone Chemico p. 49.*, testatur.

Particulare ex universali, oder Kurtzer Entwurf einer sonderbahren Artzney, so auch in den gefährlichsten Kranckheiten Wunder thut, &c., herausgegeben von einem, der die That eines wahren Philosophi mit Nahmen führet. Augustæ 1677. in 12. Scriptum hoc, itidem ἀδέσποτον, Editoris de Academicis auctum appendice, Gerh. a Mastricht, *T. I. Theatri Anon. & Pseudon. Placciani, c. 11., p. 462.*, Maiero, verbis nonneminis, suo præfixis exemplari, etsi ambiguis, persvasus, asserit.

Scripta qvædam Chymica, qvæ a nonnullis ipsi vindicantur, ψευδώνυμα. De his ita D. Matth. Dreierus, *in præf. Theatri Anon. & Pseudon. Placciani: Novum Lumen Sendivogii Poloni qvasnam in Germania excitaverit visiones, & splendida factæ a Setonio Scoto transmutationis monumenta stabiliverit, Chymiæ cultoribus decantata est fabula, licet pleraqve hujus generis oblectamenta a Mich. Meiero, Holsato, strenuo Fratrum roseæ crucis buccinatore, fuerint promulgata, qvi schemate Hisaiæ sub cruce, & Heliocanthari Borealis, latitare voluit.*

INEDITA.

Emblemata Chymica ἀνέκδοτα, qvorum supra, cum de editis diceretur, facta jam est mentio.

Tr. de Theosophia Ægyptiorum, ut antiqvissima, sic abdita & sacra, ad Græcos hinc & Romanos usqve finitimos, superstitioso Ethnicæ idololatriæ nomine, traducta, & ad nos, fabuloso figmentorum Poeticorum nomine, derivata, multarum artium circulo; h. e.: de naturali rerum metallicarum Artificio, qvo pristina mundi ætas, qvingentis ante C. N. annis, exercebatur, ex umbra sermonis Allegorici, remotis falsis & ridiculis ad mores, ac alia etiam vulgo nota, detorsionibus, in lucem recens exposito. Hujus, idem cum *Arcanis arcanissimis* argumentum qvidem persequentis, sed longe tamen aliam istius exhibentis structuram ac dispositionem, Avtographum, a nonnemine sibi donatum, Bibliotheca Academiæ Lipsiensis Paulina asservat. V. *Acta Erud. Lips., M. Jul. A. 1687., p. 393. 394.* Editionem ejus Lipsiæ viros, suo hortatu, moliri eruditos, Morhofius olim per literas mihi significavit. Confer Excerpta trium Morhofii ad Joach. Fellerum de illo epistolarum, in Joach. Frid. Felleri *Trimestri II. Monum. ined., p. 119. 120. 121.*

Libellus Carminum, Duci inscriptus Holsatico, cujus MStum penes se esse V. C., Dethl. Cluverus, mihi retulit, Morhofio haud diversus is esse videbatur a *Cantilenis intellectualibus*, Rostochii A. 1622. editis.

Epistola Germanica aliqvot plagularum, Kilonio ad D. Grassum, Syndicum aut Medicum Stralsundensem, scripta,

varias illi imposturas Chymicas παρ' ἑρμηνευτικῶς exprobrans; cujus Avtographum Lipsiæ in Bibliotheca superest Academica, Apographum autem, Lipsia sibi transmissum, Morhofius mihi olim ostendit.

HENRICUS MAKENS, Hamburgensis (d. 14. Jan. A. 1671. natus), J. U. Doctor, de cujus vita *Nova Literaria Lubecensia*, *M. Nov. A. 1700.*, *p. 325. 326.*, & Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochium anni 1699. literatum p. 421.*, plura suggerent.

Disp. Inaug. de jure circa Margaritas, Præside D. Joh. Kleinio. Rostochii 1700. in 4.

PETRUS MALTZAN, oppidi in Wagria Lütkenburgensis Ecclesiastes.

Χριστὸς ἀρχιερεὺς εἰκὼν τῶν ἱερέων; das ist: Ein außbündiges und vollkommenes Muster eines rechtschaffenen Predigers, welches wir an dem Hohenpriester Jesu Christo haben, in einer Predigt, auß Hebr. IX. 11., vorgestellt, und, mit approbation der Kielischen Theol. Facultät, außgegeben. Ratzeburgi 1670. in 4.

GEORGIUS ANDREAS MANCINUS, Flensburgensis, Joachimi, Doctoris Medici, e Maria Jebsenia filius, J. U. Licentiatus Aureliis in Gallia, postqvam Theologiæ & Medicinæ, iterata studiorum Apostasia, valedixerat, & regna Europæ præcipua, juvenibus præfectus generosis, aliqvoties peragraverat, renunciari promeruit. In Germaniam reversus, spe qvidem professionis Juridicæ Argentinensis & Syndicatus Ulmensis, qvæ affulserat, haud exigua, qvod de sacris diversas a receptis sententias fovere nonnullis videretur, uti ab affini ejus relatum mihi est, excidit, sed dignitatem tamen non multo post Professoriam, eruditioni suæ multiplici atqve eximiæ debitam, Heidelbergæ est adeptus. Inde, post urbem a Gallis occupatam, in aulam se A. 1689. Saxo-Gothanam recepit, &, a Friderico Duce filii cognominis electus Ephorus, studiis hujus, ad A. usqve 1693., qvo parenti is defuncto in Ducatus gubernatione succedebat aviti, præfuit, &, reliqva vitæ parte causarum ibidem patrocinio impensa forensium, A. 1708. cœlebs finem ejus attigit.

Theses Juridicæ Inaugurales miscellaneæ. Aureliis in f. pat.

Disp. de Barattaria, seu judice corrupto. Argentinæ in 4.

Marqv. Freheri Origines Palatinæ, ἀνωνύμως ab illo, cum Heidelbergæ viveret, uti a Joh. Jacobi, cive mihi cum eo communi, & aulæ Saxo-Gothanæ ornamento, sum edoctus, recensitæ ac continuatæ.

Car. Sigonii Liber de jure Civitatis Romanæ, cujus editio, ibidem A. 1688. inchoata, militum Gallicorum adventu fertur esse interrupta.

Alia complura, ἀνωνύμως edita.

DETHLEVUS MARCMANN, Neostadio Holsatus (neutiqvam vero, uti Zach. Grapius Jun. (1.) perperam tradidit, Kiloniensis), Benedicti, prædiorum nobilium Övelgunnensis, aliorumqve, conductoris, e Sophia Metzia filius, J. U. Doctor Argentinæ d. 26. Sept. A. 1661. creatus, Rostochii, ab A. seqv. 1662., Dicasterii Meclenburgici fuit Procurator, Senatorqve deinceps, ab A. 1674., Urbanus A. 1706. superstes. Conjuges duas habuit, Helenam, Joach. Wildii, Bibliopolæ Rostochiensis, filiam, & Annam Schmidiam, D. Christ. Kleinii, Acad. Rostoch. JCti, viduam, qvæ Joh. Kleinium, Antecessorem ejusdem inclytum, Ducisqve Megapolitani Consiliarium intimum, & Cancellariæ Directorem, privignum illi conciliavit. Vitam ejus fusius descriptam, in Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochio anni 1699. literato*, *p. 112. 231. 232. 233.*, invenies.

Disp. de necessaria Defensione, Præside D. Herm. Lembkio. Rostochii 1659. in 4.

Disp. Inaug. de Blasphemiæ crimine & poenis. Argentinæ 1661. in 4.

M. BERNHARDUS GVALTERUS MARPERGER, Holsatus, Pauli Jacobi Marpergeri, Noribergensis, Notarii publici Lubecensis πολυγράφου, filius, Ecclesiastes in civitate Noribergensi, parentis patria, circa A. 1706., Ægidianus, ac dein Sebaldinus, A. autem 1715. Pastor Ægidianus. Joh. Wilh. Petræo (*in Historia Vitæ propriæ p. 217.*) audit ein Nürnbergischer Prediger der sehr beliebt ist und ein gutes Vorbild der Gemeine giebt.

Disp. de Proportionibus Geometricis minoribus, simpla sc. ac dupla, Præside Joh. Christoph. Sturmio. Altorfii 1700. in 4.

Disp. Poetico-Moralis de Licentia Poetica, Præside Magno Dan. Omeisio. Altorfii 1700. in 4.

Disp. phænomeni Paradoxi, qvo Sol propior hyeme minus calefacit, qvam remotior æstate, causas examinans, Præside M. Josepho Philippo Jenischio, Wirtembergico. Altorfii 1700. in 4.

Disp. de eo, qvod, secundum legem divinam, e terræ proventu pauperibus debetur, Præside D. Joh. Christoph. Wagenseilio. Altorfii 1700. in 4. (De IV. hisce Disputt., & *Oratione de miserandis Judæorum, post Hierosolymorum excisionem fatis*, Altorfii d. 13. Mart. A. 1700. recitata, V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Oct. A. 1700.*, *p. 320.*)

Disp. de Impotentia rationis in Pnevmatica, Præside Georg. Paulo Rötenbeccio, ad gradum Magisterii obtinendum, proposita. Altorfii 1702. in 4.

Disp. de fatis Matheseos, ab ipso Præside proposita. Altorfii 1702. in 4.

Neue, gründliche und erbauliche Erklärung der ersten Epistel Johannis, zu Nürnberg in Predigten vorgetragen, nunmehr aber noch besser ausgearbeitet: Erster Theil, über die 3. erste Capittel. Noribergæ 1709. in 4. Continuationem ejus in duo capita reliqva, Epistolasqve Johannis secundam & tertiam, pollicetur. V. Recensum Encomiasticum Val. Ern. Löscheri in den Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. V. A. 1710.*, *p. 292. 293.*

Samlung der Lämmer in ihres guten Hirten Arme, oder Anleitung vor die Jugend, zur wahren Busse und Vereinigung mit Christo. Norib. 1710. in 8.

Neues Communionbüchlein, auf allerley Seelenzustände gerichtet. Norib. 1710. 1713. & 1724. in 12.

Gute Gedancken von der bösen Zeit, wie dieselbe anzusehen sey und wie man sich Gottgefällig darin schicken solle. Norib. 1714. in 8.

Nöthige Warnung für dem verdamlichem Selbstmorde: mit einem Unterrichte und Trost für angefochtene Seelen. Norib. 1715. in 8.

Getreue Anleitung zur wahren Seelen-Cur, bey Krancken und Sterbenden, beydes vor Krancke selbst und deren Freunde, als auch vor gewissenhafte Seelsorger. Norib. 1717. in 8.

Neues Denck- und Danckmahl, welches der Göttlichen Güte, die alles wohl und neu macht, bey Einweihung der neuen Aegidien-Kirche zu Nürnberg gestiftet worden. Norib. 1718. in 4. *Cat. nund.*

Joh. Tillotsons, Ertzbischoffs zu Canterbury, aufrichtiger Nathaneel, oder Sermon von der Aufrichtigkeit, über Joh. I. 47. 48., verdeutscht und mit vielen nützlichen Anmerckungen vermehret. Norib. 1716. in 8.

Krancken- und Sterbe-Bette, mit dem Worte des Lebens beleuchtet. Norib. 1723. in 8.

Gottseliges Denckmahl des frohen Engel-Festes. Norib. 1723. *in fol.*

GOTHAR-

(1.) *in Rostochio Evangelico, Germanice edito, c. 4., p. 105.*

GOTHARDUS MARQVARDUS Junior, Lubecensis, Gothardi senioris, Consulis, filius, patriæ, ab A. 1692., Secretarius, d. 31. Aug. A. 1694. defunctus. V. Jac. a Mellen *Seriem MS. Senatus Lubecensis.*

Disp. de Contributionibus, Præside Herm. Conringio. Helmstadii 1675. in 4.

GOTHARDUS JOHANNES MARQVARDUS, Lubecensis, Johannis (*mox celebrandi*) ex Anna Rosina Tanckia filius, J. U. D., Protodicasterii in urbe Spirensi Imperialis Germanici Advocatis d. 20. Oct. A. 1671., Procuratoribus autem d. 5. Jul. A. 1675., adscriptus, & Wetzlariæ, qvo translatum illud A. 1690. est, eadem A. 1703. adhuc functus dignitate. In Nobilium ordinem A. 1701. a Leopoldo Imperatore evectus est & obiit 27. Jul. A. 1710. æt. 66. Vitæ historiam pleniorem, e Joh. Gvilh. Kirschgarti, Past. Wetzlariensis, Sermone in Ps. LXXIII. 25. 26. funebri Germanico, sub *Optimi Christianorum Thesauri* titulo Francofurti A. 1712. *in fol.* edito, Joh. Henr. a Seelen, *Parte II. Athen. Lubec. p. 83-87.*, exhibuit. Conf. P. A. Lehmanni *Observationes Historicas anni 1700. germanicas, num. 47. p. 375.*

Disp. Inaug. de Foro competente personarum illustrium. Altorfii 1670. in 4.

JOHANNES MARQVARDUS Lubecæ, d. 24. Apr. A. 1610., patre Gothardo, mercatore, matre autem Anna, Johannis Ludinghusii, Consulis, filia, est natus, fratreqve gavisus Gothardo, Consularem itidem in patria A. 1692. adepto dignitatem, sed biennio post defuncto. Genus is suum e familia Marqvardorum nobili derivabat Westphalica, cui Hermannus, Friderici II. Imp. Cancellarius, Johannes, Caroli V. Imp. Consiliarius, Philippus, Protodicasterii Spirensis Assessor, & Christianus, Abbatum in Holsatia Bordesholmensium ultimus, magnam jam olim celebritatem conciliaverant. Horum æmulus, post lingvarum & Philosophiæ rudimenta ab Andr. Lyditio, Regiomontano (Prof. postea Academico), & Sam. Rachelio, Præceptoribus domesticis, Johanneqve Kirchmanno, Scholæ publicæ Rectore, fideliter accepta, Juris se studio (cujus prægustum domi jam a Joh. Meiero, J. U. L., hauserat) devovit, Jenamqve A. 1629. profectus, duces illius Antecessores elegit Academicos, horisqve successivis Philosophorum etiam, ac e Theologis, Joh. Gerhardi, coævorum celeberrimi, fuit auditor. Annum 1631. Lipsiæ & Witebergæ exegit, seqventi 1632. Belgium, Angliam & Galliam, peragravit, A. autem 1633., cum in Acad. aliqvamdiu substitisset Bituricensi, Italiam ingressus, perlustratis urbibus aliis, Patavinam studiorum sedem delegit. In hac nationi JCtorum adscriptus Germanicæ, & ab illa A. 1635., cum cive suo, Hieronymo a Dorne, ad Franc. Ericium, Ducem Venetum, ablegatus, publica Oratione, d. 12. Apr., in Senatu habita, Candidatis Juris, Patavii summos hujus ambituris honores, immunitatem a juramento religionis impetravit, &, præter expectationem, Eqvitis D. Marci titulum, d. 25. Apr., illi sacro, obtinuit. In patriam hinc, altero Doctoris Jenæ, cum illac transiret, reportato, & Ferdinandi III., Imperatoris, inauguratione Ratisbonæ spectata, A. 1636. reversus, seqventi 1637., d. 25. Sept., D. Ott. Tanckii, Syndici Lubecensis, filiam, Annam Rosinam, duxit uxorem, & duodecim ex hac deinceps liberos sustulit, sexqve ex istis, ac, hos inter, Gothardum Johannem & Ottonem Christophorum, JCtos reliqvit superstites. Urbis patriæ Senator d. 19. Dec. A. 1640., Prætor A. 1644., Consilii sanctioris Præses A. 1647., Ærarii publici Director A. 1652., ac Consul tandem (in locum D. Christoph. Gerdesii) A. 1661. (vel rectius, juxta Jac. Mellenium, aliosqve, d. 21. Febr. A. 1563.), est electus (1.), istisqve muneribus, ac legationibus simul, Hamburgensi A. 1640., Holsatica A. 1642., Dano-Svecica ad Panegyrin Borealem Irenicam A. 1645., Eutinensi A. 1646., Danica ad Friderici III., Regis, coronationem A. 1648., & Geldrica ad provinciæ Ordines A. 1650., sibi commissis, præclare, difficillimis licet, ob intestina civium dissidia, temporibus, perfunctus. Febri tandem acuta, qvæ valetudinem, per 36. annos a morbis immunem, prostraverat, d. 11. Aug. A. C. 1668., & æt. 58., cum moribundo, sicut jusserat, verba hymni vernaculi: Meinen JEsum laß ich nicht; acclamarentur, expiravit, & monumentum, in æde Petrina, e regione suggestus, ab hæredum pietate obtinuit Epitaphium. Diutius isto memoriam ejus posteris commendabunt, qvæ ipsemet, vir doctissimus, & in libris, in itineribus etiam, perlegendis, lectisqve in adversaria comportandis, assiduus, ingenii reliqvit monumenta, opusqve inprimis de Mercaturæ jure eximium, & in argumento hoc classicum, nulliqve facile secundum. Vitæ illius historiam fusius exposuit, cui nostra debemus, Joh. Luderus, Med. D., *in Monumento funebri chartaceo*, Lubecæ A. 1668. *in fol.* edito, addita Epitaphii ædis Petrinæ inscriptione, Lubecæ A. 1719., *Parte I. Athenarum Lubecensium* Seelenii *p. 172-195.* recuso.

Conferri de illo possunt Joh. Henr. Meibomii, Poliatri Lubecensis, *Epistola de* Κυνοφερίᾳ *veterum*, A. 1643. ipsi inscripta, & Helmstadii A. 1661., cum Henrici filii (cui noster *Vir* audit *scriptis editis, suisqve in patriam meritis, notissimus*), recusa, Procemio, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1668.*, Henr. Bangerti (a qvo *Vir* vocatur *ob ingenii clarissimas laudes, & egregium de commerciorum jure scriptum, celebratissimus*) *Comm. de vita Ant. Coleri, lit. Dd. 2. a. b.*, *Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 304. 312.*, Jac. a Mellen *Series Senatus Lubecensis MSta*, & *Homonymoscopia* nostra, *Sect. I., c. 3., §. 15., p. 66.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Oratio in augustissimo Senatu, ad Franc. Ericium, Venetorum Ducem, d. 12. Apr. A. 1635., nomine inclytæ Nationis Germanicæ Studii Patavini, habita; Venetiis primum, Ducis jussu, excusa, & deinde, adjecta altera, Avarici Biturigum, d. 11. Jul. A. 1633., pro confirmandis Nationis Germanicæ Præside & Officialibus, habita, Jenæ A. 1636. *in 4.* recusa.

Disp. Inaug. Politico-Historico-Juridica de Jure Mercatorum singulari, Præside D. Pet. Theodorico proposita, Jenæ 1636. *in 4.* Primas illa lineas exhibuit integri de eodem argumento Operis, jam memorandi.

Tractatus Juridico-Politicus de jure Mercatorum & commerciorum singulari, in qvo, ex jure divino, publico & privato communi, Civili, Canonico, Feudali & Saxonico, nec non variorum Juris interpretum Commentariis & Consiliis, diversis Imperii Romano-Germanici, regnorumqve Franciæ, Italiæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Sveciæ, Poloniæ, Moscoviæ, Persiæ, Venetorum, Belgii, Hanseaticarum & aliarum rerumpublicarum, Ducatuum civitatumqve, constitutionibus, ordinationibus, statutis municipalibus, moribus, privilegiis, pactis, contractibus, ut & Philosophorum Historicorumqve classicorum axiomatibus, exemplis atqve monitis Politicis, jura Commerciorum singularia, IV. libris, secundum tria juris objecta, summatim collecta, exposita & illustrata sunt. Accesserunt (*quæ Partem II. Operis constituunt*) ipsa Privilegiorum, Constitutionum, Statutorum, pactorum, &c., exemplaria, peculiari designatione, juxta seriem Alphabeti, summis vigiliis atqve impensis passim conqvisita, partim vero nunqvam publice visa. Francofurti ad Mœnum A. 1662. in fol. Chimæricæ sunt editiones, qvæ Lubecæ A. 1656. *in 4.*, duobus voluminibus, in *Catalogo nundinarum anni istius vernali*, & Corn. a Beughem, hunc secuti, *Bibliographia Juridica p. 146.*, ac Francofurti A. 1672. *in fol.*, in alio Indice, prodiisse perhibentur. Novam, Francofurti *in fol.* publicandam, *Catalogus*

(1.) V. D. Phil. Lud. Hanneckenii, Prof. Giess., Plausus Populi Lubecensis, designato Consuli, Jo. Marqvardo, dictos. Lubec. 1663.

Catalogus Nund. Lipſ. A. 1711. Autumn., *p. 46.*, promiſit aliam Noribergenſem auctiorem *Catalogus anni 1718. autumnalis p. 23.*, & Hannoveranam *Catalogus A. 1719. autumn. p. 51.* Commendarunt illum Dav. Mevius, Dicaſterii Wismarienſis ſupremi Vicepræſes, & Bened. Carpzovius ac Chriſtoph. Phil. Richterus, Collegiorum Juridicorum Lipſienſis atqve Jenenſis Ordinarii, in Epiſtolis Encomiaſticis, ei præfixis, Thom. Bartholinus *Diſſ. VI. de legendis libris p. 172.*, D. G. Morhoſius *T. III. Polyhiſt.*, *Lib. III. p. 26.*, Andr. Langius, JC. Lubec., *in Introduct. ad notitiam legum nauticarum, c. 16.*, *p. 145. 146.* & B. G. Struvius (qvo judice noſter *reliqvis de mercatura ſcriptoribus eſt accuratior*) *in Biblioth. Jur. ſelecta*, *c. 3.*, *§. 31.*, *p. 113.* Seqvius de illo, præter *Indicem librorum prohibitorum Romanum*, Alexandri VII. juſſu Romæ A. 1667. *in fol.* editum (in qvo iſtis d. 20. Nov. A. 1665. Romæ annumeratus eſſe perhibetur), judicium tulit Nicol. Chriſtoph. Lynckerus (*Lib. II. Inſtructorii forenſis*, *Sect. II.*, *P. I.*, *cap. II.*, *lit. c. 1. a.*), Marqvardum *nil fere cæterorum argumenti hujus Scriptorum diligentiæ addidiſſe*, pronuncians.

INEDITA.

Chronicon Lubecenſe; das iſt: Beſchreibung der Stadt Lübeck, in ſich begreiffend deren Anfang, Fortgang und Wachsthum, geiſtliche und weltliche Geſchichte, und Verrichtungen zu Kriegs- und Friedenszeiten, wie auch Regierung, Privilegien, Ländereyen, Gebäude, Botmäßigkeit und Herligkeiten, auß glaubhaften Schriften, umbs Jahr 1658., zuſammengetragen. Opus hoc, cujus notitiam Viro doctiſſimo, Jacobo a Mellen, debeo, tribus (*in fol.*) comprehenſum voluminibus, & *in præfat. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr. recentiori, p. 56.*, jam commendatum, idem haud dubie eſt cum *Opere Chronico*, ἀνεκδότοις noſtri, *in Monumento funebri chartaceo* D. Joh. Luderi, annumerato.

Idea boni Senatoris, & alia qvædam, qvorum in eodem Luderi *Monumento* occurrit mentio.

OTTO CHRISTOPHORUS MARQVARDUS, Lubecenſis, Johannis, modo celebrati, filius, d. 9. Oct. A. 1641. in lucem editus, A. 1661. Lipſiam, & inde Jenam, abiit, Germaniaqve Gallia & Belgio, ab A. 1664., perluſtratis, Baſileæ A. 1667. J. U. Licentiati, ac biennio poſt Doctoris, titulum obtinuit. A. 1668. in patriam reverſus, uxore A. 1669. ducta Anna Catharina, Henr. Schabbelii, J. U. D. & Conſulis Wismarienſis, filia, tres ſibi liberos enixa, Wismariam A. 1670. lares tranſtulit, tribunalisqve regii Advocatis adſcriptus ac Procuratoribus, d. 16. Dec. A. C. 1676., & ætatis 35., vivis exceſſit. V. Biographiam ejus Germanicam, a Davide a Brügge, Scholæ Lubec. Subrectore, publicatam, ac J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 116. 117.*

Diſp. de Retinenda poſſeſſione, Præſide D. Chriſtoph. Phil. Richtero. Jenæ 1663. in 4.

Diſp. Inaug. de Superioritate territoriali Civitatum Imperialium, ejusqve juris exercitio. Baſileæ 1667. in 4.

FRIDERICUS MARTENS, Hamburgenſis, urbis patriæ Chirurgus, tractus Grönlandiæ ac Spitzbergæ Arctoos, qvos A. 1671., civium ſuorum illuc delatus navibus, luſtraverat, poſt reditum, Mart. Fogelii, Medici ac Profeſſoris Hamburgenſis eximii, deſcripſit hortatu, ductum ſecutus, cum *Relationis XXIX. Actorum Societatis regiæ Anglicanæ Philoſophicorum*, varia de Grönlandia, & hiſtoria ejus naturali, exhibentis problemata, tum qvæſtionum, ab ipſo ſibi Fogelio propoſitarum. Deſcriptio hæc, ad finem perducta, D. Mich. Kirſtenii, Prof. Phyſici, & Fogelii, meruit applauſum, &, a Fogelio (uti Autoris teſtatur *præfatio*) commodiori diſpoſita ordine, novisqve animalium & plantarum, hactenus ignotarum, nominibus, induſtria excogitatis propria, auctior reddita, lucem Germanice A. 1675. ſub hoc aſpexit titulo: Spitzbergiſche und Grönländiſche Reiſebeſchreibung der A. 1671. dahin gethanen Reiſe, auß eigener Erfahrung, ſamt denen dazu erforderten, nach dem Leben ſelbſt in Kupfer abgeriſſenen, figuren, herausgegeben. Hamburgi 1675. in 4. Verſio ejus Italica (ſub titulo: *Viaggio di Spitzberga o Groenlandia, fatto da Federico Martens, Amburgheſe, l' A. 1671.*), Bononiæ A. 1683. *in 12.* edita, Autorem, uti *Acta Eruditorum* (*M. Oct. A. 1691.*, *p. 474.*) docent Lipſienſia, agnoſcit Jac. Rautenfelſium, Nobilem Curlandum, & *in Diario Eruditorum Pariſienſi Gallico* (*M. Dec. A. 1683.*, *num. 30.*, *p. 401-404.*) commendatur. Belgica Simeonis de Vries, cum figuris æneis, Amſtelodami A. 1685. *in 4.* (*teſte Corn. a Beughem Bibliographia Hiſtorica p. 596.*) prodiit, Anglica autem Londini A. 1695. *in 8.*, *in the Account of ſeveral late Voyages & diſcoveries to the South and North, by Sr. John Narborough, Captain Jasmen Tasmann, Capt. John Wood, and Frederick Marten of Hamburg*, ſive Hodœporicorum de terra auſtrali, & regionibus Arctois, noviſſimorum Syntagmate, de qvo *Acta Societ. Angl. Philoſophica*, *num. 211.*, & Pet. Rabi *Bibliotheca Europæ Belgica*, *M. Mart. A. 1696.*, *p. 274-296.*, poſſunt conſuli. Verſio Gallica tandem *dans le Recueil de Voyages au Nord*, Amſtelodami A. 1715. *in 12.* edito, *Tomo II.*, reperitur. V. Joh. Clerici *T. IV. de la Biblioth. ancienne & moderne*, *P. II.*, *p. 451.* Ἀξιομνημόνευτα illius potiora Aurelius Anzi, Comes Italus, *Parte I. Genii vagantis*, *ſeu Bibliothecæ curioſæ*, *ex plus qvam 100. collectæ Itinerariis*, Parmæ A. 1691. *in 12.* Italice impreſſa (ſicut *Acta Erud. Lipſienſia l. c.* teſtantur), exhibuit. Commendatur etiam ſcriptum noſtri a Rob. Hookio, *in Epiſtola Itinerario* Rob. Knoxi *Ceylanico præfixa*, Wilh. Ern. Tenzelio, hanc ſecuto, *in Dial. menſtr. Germ.*, *M. Jul. A. 1689.*, *p. 771.*, B. G. Struvio, *in Biblioth. Hiſtor.*, *c. 28.*, *p. 728.*, & Joh. Hübnero *Cent. V. Biblioth. Hiſt.*, *Art. 99.*, *p. 333. 334.*

HENRICUS MARTENS, Hamburgenſis, Nicolai, mercatoris, filius, J. U. Lic., 1684. ſuperſtes.

Diſp. de Rebus extra bona, & in bonis, Præſide D. Ern. Cregelio. Altorfii 1668. in 4.

Diſp. Inaug. de Cautionibus judicialibus. Argentinæ 1670. in 4.

BENEDICTUS MARTINI, Trentæ, pago Monaſterio Prezenſi vicino, d. 25. Nov. A. 1608., natus, Eccleſiæ initio ruralis Bentwiſchenſis, in tractu Ducatus Megapolitani Roſtochienſi, ab A. 1631., & Coſellenſis, in agro Cimbriæ Eckernfördenſi, ab A. 1637., Parochus, deinde vero Cathedralis in urbe Slesvicenſi Baſilicæ, ab A. 1646. (poſt M. Henr. Gladovium), Archidiaconus, &, ab A. 1667. (poſt M. Theod. Niemannum), Paſtor, d. 10. Oct. A. C. 1685., & ætatis 78., extinctus; parens D. Nicolai Martini, Anteceſſoris Acad. Kilonienſis primarii, qvi ſuam *de Pilato judice injuſto* A. 1678. ei inſcripſit *Orationem*. De vitæ illius hiſtoria M. Georg. Henr. Burchardi Sermo funebris Germanicus, defuncti dicatus memoriæ, ac Slesvigæ A. 1686. *in 4.* excuſus, ſimilisqve M. Joh. Volcm. Rödſcheri, in uxoris ejus, Dorotheæ (*e Rom. VIII. 28.*), habitus exeqviis, ac ibidem A. 1684. *in 4.* editus, nec non Georg. Henr. Götzii *Theologus ſemiſecularis*, *p. 20. 21.*, plura ſuggerent.

Himliſche Landtafel, worinn der Weg zum Leben angewieſen wird, in einer Leichpredigt vorgeſtellet. Slesvigæ 1655. in 4.

Geiſtliches, oft bewehrtes, Kraftmeel wieder die giftige Coloqvinten des zeitlichen Todes, oder Leichpred. über Margareta, D. Gottfr. Schneideri, Fürſtl. Holſt. Rahtes, Eheſrau, auß Sap. IV. 7-14. Slesvigæ 1656. in 4.

Glückſeligkeit der Gottesfürchtigen, oder Leichpr. auß Sir. I. 10. 11. 12. Slesv. 1669. in 4.

Heilſamer Raht, oder Leichpred. auß Sir. XLII. 15. 16. Slesv. 1671. in 4.

Anodynon Apoſtolicum, oder zwiefacher Schmertzen-ſtillender Chriſtentroſt, bey dem Verluſt der ihrigen, in einer Leichpredigt über Annam, Eilhardi Schachten, Fürſtl. Holſt. Secretarii, Eheſrau, auß 1 Pet. I. 24. 25., vorgeſtellt. Slesv. 1672. in 4.

Speculum Salomonæum, mundum muliebrem optimum oſtendens, oder Leichpredigt über Fr. Dorothea Catharina Hanſens, aus Proverb. XXXI. 30. 31. Slesv. 1674. in 4.

Troſt

Trost- und Leich-Sermon über Melch. Hansen, J. U. D. und Bischöflichen Lübeckischen Kantzelleyraht, aus Ef. LVII. 1. 2. Slesvigæ 1675. in 4.

Der Gerechten und Frommen glückseligste Fahrt im Tode, oder Leichpr. über Metta, Herrn Joh. Henr. Kielmanns, Fürstl. Holst. Geheimen Rahts, Eheliebste, aus Ef. LVII. 1. 2. Kilonii 1675. in 4.

Himlische Wahrheit und Gewißheit von dem beständigen Wolwesen derer im HErren Entschlaffenen, oder Leichpr. über Martha Justina, D. Sebast. Niemanns, Fürstl. Holst. Superintendenten, Ehfrau, aus Apoc. XIV. 13. Slesv. 1676. in 4.

Heilsame Gedancken vom menschlichen Leben, aus Ps. XC. 11., oder Leichpred. über Fr. Margareta Gloxininn; Slesv. 1683. in 4.

Der von GOtt ewig wolbelohnte Lehrer, oder Leichpred. über D. Sebast. Niemann, Fürstl. Holstein. Superintendenten, aus Dan. XII. 3. Slesv. 1684. in fol.

FRANCISCUS MARTINI, Pastor (teste Löschero mox allegando), circa A. 1717., Hunsühensis in Holsatia, sive potius (uti conjicio) Hansvenensis in Wagria.

Des Evangelischen Zions Jubel-freude. Lubecæ 1718. in 8. Exhibet 1. Gespräch vom Jubel-feste, 2. Jubel-predigten, 3. einen Jubel-Catechismum. V. Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theologische Nachrichten, *Sect. 6. A. 1717., p. 994.*

JACOBUS MARTINI Junior, Hamburgensis, Medico civitatis istius, sibi cognomine, patre gavisus, Med. D. Patavii A. 1653. creatus, & in patria, qvæ Clinicis eum suis annumerabat, A. 1679. defunctus.

Petri de Marchettis, Anat. & Chirurg. Prof. Patavini, Nova Observatio & curatio Chirurgica, in lucem ab eo edita. Patavii A. 1654. in 4. Adjecta est deinde Dominici de Marchettis *Anatomiæ*, Patavii eodem A. 1654. *in 4.* & Hardervici A. 1656. *in 12.*, excusæ. V. Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 244.*, & Corn. a Beughem *Bibliogr. Med. p. 167.*

M. HENRICUS MASIUS, Femariensis, oppidi in Insula natali Burgensis Ecclesiastes, peste A. 1629., una cum duobus Collegis, exstinctus. V. J. H. a Seelen *P. IV. Ath. Lub. p. 241.*

Encomion veræ Christi Ecclesiæ, Politiæ & Oeconomiæ, oder IV. Christliche Erndtpredigten, darinn die grosse, den drey Ständen erzeigte, Wolthaten GOttes gepriesen werden, aus dem LXV. Psalme. Lubecæ 1617. in 4.

HENRICUS MASIUS Junior, Femariensis, Scholæ Flensburgensis, ab A. 1678., & Slesvicensis, ab A. 1682., Conrector, ejusdem vero, ab A. 1685., & Sverinensis demum in Ducatu Megapolitano, ab A. 1687., Rector, A 1701. superstes.

Libellus de prompta dicendi ratione, e Christ. Weisii scriptis collectus, & A. 1694. editus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Aug. A. 1705., p. 225. 226.*

Hallelujah Genethliacum, oder danckgeflissene Geburtsfeyer im Heiligthume, zum Preise der schöpfenden, führenden und seligmachenden Hand GOttes, und ihres Wunderspiels, durch Poetische Aufführung einer ins Heiligthum gehenden, und GOtt preisenden, Gesellschaft, vorgestellet. Lubecæ 1697. in 8.

Elieser, oder die preiswürdigste Hand GOttes, in seiner heiligen Vorsehung, und väterlichen Güte, nach Anleitung Sir. L. 24., in LIII. Gedancken über Sprüche der H. Schrift, erwogen. Lubecæ 1699. in 8. (*De hoc scripto V. Nova Lit. Lubec., M. Nov. A. 1699., p. 321. 322.*)

JOHANNES MASIUS, Glückstadiensis, vici Colmariensis vicini incolæ filius, Medicinæ, Lugduni antea Batavorum, circa A. 1633. (qvo Franconis Burgersdicii *Disp. VI. Physicam de Motu* publice defendit), jam excultæ, Doctor Regiomonti Borussorum, in primæ promotionis Academicæ actu solenni, d. 11. Mart. A. 1640., est creatus, locumqve inter Professores ejusdem mox adeptus extraordinarios, sed, biennio post, d. 14. Jun. A. 1642., morte immatura extinctus. Defuncto M. Urb. Lepnerus, Palæopoleos Regiomontanæ Archidiaconus, Sermone (*in Sap. XVI. 10. & seqq.*) funebri parentavit Germanico, Regiomonti A. 1642. *in 4.*, sed absqve ulla vitæ narratione, excuso.

Disp. de generatione Hominis, & reliqvorum animalium, ex semine, Præside D. Christoph. Tinctorio, Med. Prof. Regiomonti 1637. in 4.

Disp. Inaug. de Epilepsia, seu morbo sacro. Regiom. 1640. in 4.

Dissertatiuncula de Mutatione fœtus, qvam, utero adhuc inclusus, suscipit a phantasia materna, in promotionis Doctoralis actu d. 11. Mart. A. 1640. recitata, & *in Actis promotionis primæ Regiomontanæ, in IV. habitæ facultatibus*, Regiom. A. 1640. *in 4.* editis, publicata.

Disp. de dolore Colico, pro receptione in Facult. Medicam proposita. Regiom. 1640. in 4.

Disp. de dolore Capitis. Regiom. 1640. in 4.

Osteologia. Regiom. in 4. (*Catal.*)

NICOLAUS LAURENTIUS MASIUS, Laurentii, Med. D. & Practici in Stormaria Wilstriensis, ex Margareta Braunia, filius, Hamburgi (qvo parentes, metu belli, profugerant) Kal. Mart. A. 1658. in lucem editus, & Medicinæ Licentiati titulum in Acad. Jenensi, post septennium in ea transactum, A. 1684. consecutus. V. D. Aug. Henr. Faschii *Programma Disp. Inaugurali præmissum.*

Disp. Med. Inaug. de Mola, Præside D. Aug. Henr. Faschio. Jenæ 1684. in 4.

M. PETRUS MASIUS, Hamburgensis, Witebergæ d. 28. Apr. A. 1685. Magistri potitus titulo (1.), ædis D. Margaretæ in tractu Wilstriensi, circa A. 1696. & 1708. Pastor, & Comes Palatinus Cæsareus.

Nummophylacium Hudemannianum, oder Leichen-rede, über Joh. Hudemann, Pastorem zu Borßfleht, und berühmten Antiqvarium. Glückstadii 1696. in fol. V. J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 144.*

BERNHARDUS MATTFELD, Hamburgensis, Francisci Senatoris, filius, die 19. Maji A. 1661. natus, post supremos juris honores Aureliæ A. 1686. reportatos, Judicii in patria inferioris, circa A. 1700., fuit Præses, dignitatemqve postea, d. 11. Dec. A. 1703., adeptus est Senatoriam, & huic, qva, ob plebis importunitatem, M. Julio A. 1705., sponte sed abdicaverat, post turbas civiles sedatas, d. 14. Jun. A. 1708. honorifice restitutus. Istam deinceps d. 24. Jul. A. 1716. cum consulari permutavit, & d. 30. Julii A. 1720. obiit sexagenarius. Ob doctrinam multiplicem *Literator celeberrimus* a Pet. Ambr. Lehmanno (*Bibliothecam* etiam ejus *eximiam* præcipuis urbis annumerante Hamburgensis), *in Novis Lit. Germ., M. Jan. A. 1704., p. 40.*, est appellatus. Confer Epistolas, qvibus A. 1700. Casp. Thurmannus *Bibliothecam Academicam*, A. 1707. Thom. Crenius *Considerationem passionis Christi Germanicam*, & A. 1717. Joh. Alb. Fabricius *Volumen Bibliothecæ Græcæ octavum*, ei inscripsere, dedicatorias, præsertim vero Fabricii Programma de Vita ejus funebre, Hamburgi A. 1723., *Vol. V. Memor. Hamburg., p. 337-349.*, recusum.

Disp. prior de Obligationum qvalitatibus, Præside D. Aug. Bened. Carpzovio. Lipsiæ 1685. in 4.

(1.) V. Conr. Sam. Schurtzfleischii Tetrastichon ad eum, *in Poematis p. 128.*

Disp. altera de iisdem Inauguralis, resolutionem casuum nonnullorum Practicorum continens. Aureliæ 1686. in 4.
Catalogus Bibliothecæ ejus, auctione publica distractæ, ingens Hamburgi A. 1721. prodiit.

JOHANNES MATTHESON, Hamburgensis, Musicus patriæ (in qva Organoedi eum munere fungi Val. Ern. Löscherus (1.) perperam tradidit) celebris, ædis ejusdem Cathedralis Canon. minor, simulqve Legati in illa Anglici Secretarius, A. 1719. a Carolo Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, Choro aulæ suæ præfectus Musico, & a Joh. Gottl. Krausio (2.), non ob artis tantum suæ, sed & Lingvarum complurium, peritiam accuratiorem, fuse commendatus.

SCRIPTA EDITA.

Neu-eröfnete Orchestra, oder Universelle und gründliche Anleitung, wie ein galant homme, einen vollkommenen Begriff von der Hoheit und Würde der edlen Musick erlangen, seinen gout darnach formiren, die terminos technicos verstehen, und geschicklich von dieser vortrefflichen Wissenschafft raisonniren, könne; mit beygefügten Anmerckungen Reinhardi Keysers, Capellmeisters. Hamburgi 1713. in 8. Opposuit huic, e Musicæ veteris patronis, Joh. Henr. Buttstättius, Musicus, ni fallor, Erfurtensis, *Ut Mi Sol Re Fa La, totam Musicam & Harmoniam æternam*, oder Neu-eröfnetes altes, wahres, einziges und ewiges Fundamentum Musices, entgegen-gesetzet der Neu-eröfneten Orchestre, und in zwey Theile eingetheilet: In deren Ersten des H. Autoris der Orchestre irrige Meinungen, in specie de Modis Musicis, wiederleget; in dem Andern aber das rechte Fundamentum Musices gezeiget, Solmisatio Gvidonica nicht alleine defendiret, sondern auch dero Nutzen bey Einführung eines Comitis gewiesen, auch behauptet wird, daß dereinst im Himmel, mit eben den Sonis, welche hier in der Welt gebräuchlich, musiciret werde werden. Cui Scripto, Lipsiæ A. 1716. *in 4.* excuso, seqvens a Matthesonio est repositum.

Die beschützte Orchestre, oder derselben zweyte Eröfnung, worinn nicht nur einem wircklichen Galant homme, der eben kein Professions-verwandter, sondern auch einem Musico selbst, die alleraufrichtigste und deutlichste Vorstellung Musicalischer Wissenschafften, wie sich dieselbe vom Schul-staube tüchtig gesaubert eigentlich und wahrhaftig verhalten, ertheilet, aller wiedrigen Auslegung und gedungenen Aufbürdung aber völliger und truckener Bescheid gegeben, so dann endlich das lange verbannet gewesene Ut Mi Sol Re Fa La, und die todte (nicht tota) Musica, unter ansehnlicher Begleitung der zwölf Griechischen Modorum, alß ehrbahrer Verwandten und Trauer-Leute, zu Grabe gebracht, und mit einem Monument, zum ewigen Andencken, beehret wird. Hamburgi 1717. in 12. Laudes ejus, stylo licet scripta acriori, apud J. G. Krausium *l. c. p. 836. 837.* invenies.

Forschende Orchestre oder deren dritte Eröffnung, darinn Sensus vindiciæ & Qvartæ Blanditiæ, das ist der beschirmende Sinnen-Rang, und der schmeichlende Qvarten-Klang, autoritate & sana ratione untersuchet, und vermuthlich in ihr rechtes Licht gestellet werden. Prodiit Hamb. 1721. in 12., si Catalogis credendum nundinalis.

Harmonisches Denckmahl aus 12. erwehlten Clavier-Sviten, bestehend in Ouverturen, Symphonien, Fugen, Boutaden, Præludien, Allemanden, Couranten, Sarabanden, Giqven, Arien und Menuetten, nebst ihren Doublen oder Variationen, von arbeitsamer und ungemeiner Structur errichtet. Hamb. 1715. in fol. *V. Catal. nundin. Lipf. A. 1715. vern. p. 64.*

Exemplarische Organisten-Probe im Artickel vom General-Bass, welche vermittelst 24. leichter, und eben so viel etwas schwerer Exempel, aus allen Thonen, des Endes anzustellen ist, daß einer, der diese 48. Probe-stücke rein trifft, und das darinn enthaltene wol anbringt, sich rühmen möge, er sey ein Meister im accompagniren; mit nothwendigen Erleuterungen und Anmerckungen, und einer Theoretischen Vorbereitung über verschiedene Musicalische Merckwürdigkeiten, versehen. Hamburgi 1719. in 4.

Brauchbahrer Virtuoso, welcher sich mit 12. neuen Kammer-Sonaten, auf der Flute traversiere, der Violine und dem Clavier, hören lassen mag. Hamburgi 1720. in fol.

Pieces de Clavecin; Scriptum Musicum, qvod ei tribuitur in Joh. Henr. a Seelen *Programmate de Principe Musico p. 3.*

Veritophili deutliche Beweiß-gründe, worauf der rechte Gebrauch der Music, beydes in den Kirchen, und ausser denselben, beruhet, auß der H. Schrift, den Zeugnissen der H. Väter, und auß der theoria Musices selbst, mit alten und neuen, so wol geistlichen als weltlichen, Exempeln erörtert, und mit ungemein nöhtigen Erinnerungen versehen: mit seiner Vorrede von J. Mattheson außgegeben. Hamburgi 1717. in 4. Commendantur a Val. Ern. Löschero, in den Unschüldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 5. A. 1718., p. 827.*

Der Reformirende Johannes, am andern Lutherischen Jubelfeste, dem 31. Oct. A. 1717., musicalisch aufgeführet. Hamb. 1717. in 4.

Reflexions sur l'Eclaircissement d'un Probleme de Musiqve, ed. A. 1720. (*Catal.*)

Critica Musica oder gründliche Untersuchung und Beurtheilung vieler, theils vorgefaßten, theils einfältigen Meinungen, Argumenten und Einwürfe, so in alten und neuen musicalischen Schriften zu finden. Diversis Sectionibus est edita Hamburgi, qvarum A. 1722. novem jam prodierant.

Bericht von der neu-entdeckten Groß-Britannischen Haupt-verrähterey, durch ihn verdeutscht. Hamb. 1723. in 4.

Gilb. Burnets, Bischoffs zu Salisbury, Geschichte, die er selbst erlebet hat, auß dem Englischen übersetzt. Hamb. 1724. in 4. prodiisse perhibetur.

INEDITA.

Die Musicalische Ehren-pforte, daran der berühmtesten Deutschen, theils vor mehr als 100. Jahren, theils annoch, blühenden, Keyserlichen, Königlichen, Chur- und Fürstlichen, wie auch verschiedener Reichs- und Handel-städte, Herrn Capellmeister, Directorum, Intendanten, Componisten, und anderer hervorragenden Virtuosen, wol-geführtes Leben, rühmliche und löbliche Verrichtungen, schöne Studia, grosse Dignitäten und Einkommen, alß ein zur gelehrten Historie vor allen Dingen gehöriger, bißher aber ermanglender Theil, in besonderem Glantze werden zu erblicken seyn. V. de hoc Opere de Vitis Musicorum Germaniæ celebriorum Joh. Gottl. Krausium *l. c. p. 837. 838.*, & J. H. a Seelen *l. c. p. 16.*

Kleine General-Baß-Schule, welche die prima elementa lections-weise lehret. V. Catal. Lipf. A. 1720. autumn. p. 63.

Modulata Poemata Sacra, oder der klingende Gottesdienst, 21. geistliche vollständige Oratorien enthaltend.

Die künstliche Finger-sprache, einige künstliche Fugen fürs Clavier begreifend.

Die hülfliche Hand zur Organisten-Probe, ein Opus concertans in 48., über die bekandte Probstücke des General Basses verfertigten, Modulationen.

Der vollkommene Capellmeister, oder ein Opus melotheticum universale, für alle Componisten, in IV. Theilen, Lateinisch und Deutsch.

CHRISTIANUS MATTHIÆ, qvem gente Danum fuisse falso credidit Henr. Basnagius (3.), Dithmarsiam nostram habuit patriam, & *Christianus* idcirco *Dithmarsus*, omisso cognomine, a Joh. Hülsemanno (4.), aliisqve, minus licet accurate, appellatur. Primam in illa lucem Meldorpii, anno circiter 1584., aspexit, stirpe natus honesta, meritisqve

(1.) in den Unschüld. Theol. Nachr., *Sect. 5. A. 1718., p. 827.* (2.) in den neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 103. A. 1718., p. 835. 838.* (3.) *en l'Histoire des Ouvrages des Sçavans, M. Febr. A. 1691., p. 253. 254.* (4.) *in Praelect. in Form. Conc. p. 246. 457. 485.*

ritisqve in patriam conspicua. Proavum ejus civitatem Hafniensem, atqve Dithmarsiam, a superstitionis Pontificiæ fermento primum purgasse, Henn. Wittenius perhibet. Cujus narratio dubia mihi videtur, cum inter Dithmarsiæ Reformatores Matthiæ nemo gavisus fuerit cognomine, Jacobus vero Matthiæ Aarhusius, & Paulus Matthiæ, Coagiensis, Theologi de Ecclesia & Acad. Hafniensi Sec. XVI. præclare meriti, solum istud cum nostro, nulla sibi cognatione juncto, commune habuerint. Fundamentis studiorum in schola patria, aliisqve inferioribus, felici præclare jactis diligentia, Theologici Hodegos, in Acad. Argentinensi, A. 1607., Phil. Marbachium (1.), in Giessena autem, A. 1609. ac seqq., Joh. Winckelmannum & Balth. Menzerum, habuit, publicisqve in Partes Philosophiæ plerasqve disputationibus, ingenti sedulitate, a Phil. Fabricio (Dithmarsiæ eum ornamentis jam tunc annumerare haud verito) commendata (2.), in posteriori institutis, sæpiusqve recusis, brevi inclaruit. A. 1614. Georgius Fridericus, Marchio Badensis, Gymnasii illi Durlacensis commisit Rectoratum, & professionem simul, qvam Disputatione de Norma controversiarum sacrarum auspicatus est, Theologicam. Munere hoc Durlacensi gemino, in qvo Thom. Wegelinus ei successit (3.), abdicato, A. 1618. Sacrarum Literarum Interpres, in Academia Altorfina, a Senatu Noribergensi constitutus est primarius (4.), cum Doctoris titulum, præcedenti 1617., Ecclesiæ Lutheranæ Jubilæo, post Diatriben in Joh. c. I. inauguralem publice defensam, Giessæ, Brabevta Joh. Winckelmanno, Præceptore, jam reportasset. Falluntur enim, qvi hunc Altorfii collatum ei esse tradunt, Vitæ ipsius scriptores, Theoph. Spizelius, istumqve secuti Henn. Wittenius, Magnus Dan. Omeisius & Casp. Sagittarius (5.), cum Lyceum istud Noricum (qvod Omeisium, ejus Professorem, latere haud potuit) nulla tunc Doctores creandi Theologos gavisum sit potestate. Rectoratu Altorfii Academico A. 1621. functus (6.), *austerum* egit *juventutis*, teste Georg. Remo (7.), *Censorem, & Lycei Catonem*, deposito autem illo, huic A. 1622. solenni *de ἀκαταληψίᾳ Dei Disputatione* itidem, summo cum Collegarum & auditorum dolore, valedixit. Cujus interpres Andr. Dinnerus, JCtus, ipsius in Rectoratu successor, in publico, qvo, post disputationem, eum compellavit, alloqvio, in Georg. Richteri *Epistolis* edito *selectioribus* (8.), profiteri non dubitavit, *duas maxime ob causas, Academiam Altorfinam plurimum ipsi perpetuo debere, &, qvod celeberrimorum Europæ virorum atqve Doctorum, qvos ab ipsis incunabulis illa sortita fuit, successionem & seriem interrumpi, adventu suo, prohibuerit, &, qvod rectam accuratamqve docendi & disputandi de rebus divinis rationem, ante illic sine hospitio & lare vagatam, primus in auditoria introduxerit, inqve suis sedibus, ac stabili domicilio, collocarit, & deniqve, nominis sui celebritate, innumeros Theologiæ studiosos in eam allexerit.* Discessit autem Altorfio, anno, qvem dixi, 1622. (errat enim Ant. Heimreichius (9.), anno jam 1620. patriæ eum tradens præfuisse Ecclesiis), in Dithmarsiam suam, partisqve ejus Australis Superintendens, ac oppidi patrii Meldorpiensis Pastor, in locum M. Steph. Rammii, a Christiano IV., Danorum Rege, est constitutus. Inde, aliqvot post annis, ab eodem Monarcha in Daniam est evocatus, & Theologiæ in Academia, non Hafniensi, qvam Heimreichius (10.), nec Londinensi Scaniæ, post ejus mortem demum condita, qvam Christ. Ern. Hübnerus (11.), perperam substituit, sed Sorana eqvestri, nuper a se erecta, Professorem, ac oppidi simul Seelandiæ Sorani Pastorem, jussus agere, primarium (12.). Qvod munus Soranum qvi, uno eodemqve tempore, cum Ephoria Ecclesiarum Dithmarsicarum ei esse demandatum, cum Spizelio, Wittenio, Omeisio & Sagittario (13.), opinantur, a vero aberrant, &, tanto, eum, locorum intervallo, tot arduis simul fungi neutiqvam potuisse officiis, haud perpendunt. Qvamvis autem Soræ utramqve Spartam sacram præclare ornaret, ac fide, diligentia doctrinaqve sua, non Collegarum solum, sed & aliorum virorum Daniæ eruditorum, ac, hos inter, Casp. Er. Brochmanni, Theologorum principis, summum sibi amorem conciliasset, invidorum tamen qvorundam odia effugere haud potuit. Ab istis falso apud Regem delatus Augustissimum, hujus, pari cum Tych. Braheo, Astronomiæ instauratore, fato, offensam subiit, jussuqve illius in propugnaculo Stormariæ Crempensi aliqvamdiu, circa A. 1630. (14.), detentus, egregium, in Pathmo hac sua, in Hymnos Davidicos Commentarium, hactenus ineditum, elaboravit. Animo calamitatem istam toleravit imperterrito, donec, innocentia sua detecta, favorem recuperaret regium, & Cathedræ Soranæ restitueretur. Tantam tunc denuo sibi acqvisivit autoritatem, ut a Christiano V., Regis primogenito, A. 1634., præteritis Ecclesiastis (qvibus a scriptore perperam accensetur Anonymo (15.)) Hafniensibus aulicis, Theologisqve indigenis, suum cum Magdalena Sibylla Saxonica conjugium benedictione sacerdotali consecrare, nuptiasqve sacro auspicari Hafniæ sermone, juberetur. Decrevit tamen nihilominus, cum, malevolorum hostiles in se iras nondum deferbuisse, observaret, Tychonis, paulo ante laudati, imitatus exemplum, spontaneo se illorum conspectui subducere exilio. Hoc fine A. 1638. in Bataviam profectus (16.), vitam Lugduni Batavorum egit privatam, ad A. usqve 1641., qvo a cœtu Lutherano Hagiensi, ut Ecclesiæ suæ susciperet Ephoriam, ægre licet, cum diu repugnasset, est exoratus. Non autem huic ad extremum usqve spiritum, uti Spizelius, Omeisius & Sagittarius, falso credidere, præfuit, sed, hoc etiam munere post triennium abdicato, & successori Joh. Schelhammero Juniori, Hamburgensi, relicto, Ultrajectum A. 1645. secessit, & senectutem istic reliqvam in otio exegit literario. Septuagenario tandem major (17.) Senex, accurata Historiæ novantiqvæ, Philosophiæ universæ, ac Theologiæ, tam Exegeticæ, qvam Polemicæ (charitate tamen Christiana zelum temperantis), peritia, facundiaqve præterea sacra, pietatis veræ inculcandæ studio, & scriptorum, methodo perqvam concinna elucubratorum, multitudine, famam meritus eximiam, d. 22. Jan. A. 1655. placide exspiravit (18.).

Symbolo hoc fertur fuisse delectatus (19.): *In Christum sperabo, dum spirabo.* Cui nominis ejus amice respondet Anagramma, a M. Laur. Gravio *Collegio I. Anti-Photiniano* præfixum:

Doctor Christianus Matthias. * *Sat Christus amanti: hoc ditor.*

Præter scripta edita, ἀνέκδοτα reliqvit qvamplurima, qvorum, καλλιγραφία singulari, a Thoma Crenio (20.) celebrata, scitissime exaratorum, partem maximam in suam devenisse potestatem, seqve obstetricante lucem esse visuram, successor ejus in munere Hagiensi, Joh. Schelhammerus (21.), orbi literato significavit.

(1.) uti ipse, *in Or. Parent., Joh. Schrödero habita*, testatur. (2.) *in Elegia ad Dithmarsiam, in Sylloge Epicediorum, Joh Nannio A. 1617. scriptorum, obvia, lit. B. 6. a. b.* (3.) teste D. Joh. Schmidio, *in Or. Fun. de Wegelino, Argentinæ habita.* (4.) V. ipsius & Schmidii *Orationes, n. 1. & 3. allegatas.* (5.) *locis infra citandis.* (6.) V. *Titulum Collegii II. Anti-Photiniani.* (7.) *in Epist. ad Joh. Kirchmannum A. 1621. scripta, Gudianarumqve Appendici, num. 133., p. 216. 217.*, inserta. (8.) *p. 720. 721.* (9.) *Lib. III. Chronici Dithmarsici, c. 5., p. 256.* (10.) *l. c.* (11.) *in Relat. Germ. de Historicis p. 154.*, a J. F. Reimanno, *in Introd. ad Hist. Lit. antediluvianam p. 230.*, ob errorem hunc notata. (12.) V. Casp. Er. Brochmanni *Præfat. Systematis Theologici.* (13.) *locis infra allegandis.* (14.) V. Zach. Lundii in Pathmum ejus Crempensem Epigramma, *L. IV. Poem. juvenil. p. 107.* (15.) im Dänischen Historischen Geschichte Calender p. 30. (16.) V. Gerh. Joh. Vossii *Epist. ad Steph. Joh. Stephanium*, A. 1638. scriptam, *in Editione Vossianarum Londinensi, n. 339, p. 323.*, & Stephani *Ep. ad Vossium*, A. 1639. exaratam, *in earundem Appendice, n. 286., p. 489.* (17.) Falso enim anno ætatis 91. obiisse a Jac. Frid. Reimanno, *in Introd. ad Hist. Lit. antediluvianam p. 230.*, perhibetur. (18.) V. Casp. Sagittarii *Introd. in Hist. Eccl., c. 12., §. 32., p. 185.*, & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1655.* Qvorum tamen ultimus, *in Cent. Memor. Theol. renov. p. 1484.*, eum die 22. Jan., non obiisse, sed sepultum esse, sibi ipsi contradicens, tradidit. (19.) V. M. El. Geisleri *Diss. de Symbolis p. 28.* (20.) *P. XV. Animadv. p. 144. 145.* (21.) *in præfat. Sophisticæ ejus, A. 1659. edita.*

Vitæ ejus ac scriptorum historiam, sed imperfectam, nec ab erroribus, uti hactenus ostensum est, variis immunem, ante me, exhibuerunt, cum Theoph. Spizelius *in Templo honoris Theologorum illustrium reserato, num. 27.*, &, qvi hunc secuti sunt, Paulus Freherus *in Theatro Erud. p. 554.*, Magnus Dan. Omeisius *in Gloria Acad. Altorfinæ, p. 27. 28.*, ac Casp. Sagittarius, *in Introd. in Hist. Eccl., c. 12., §. 32., p. 184. 185.*, tum Henn. Wittenius *in Centuria memor. Theol. renov.*, A. 1685. edita, *Dec. XI., p. 1480-1486. ac T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1615.*, illiusqve vestigia premens M. Erdmannus Uhseus, *in Vitis Doctorum Sec. XVI. & XVII. Ecclesiasticorum Germanicis, p. 797. 798.* Addatur his Vitæ nostri scriptoribus recentissimus omnium, Gust. Georg. Zeltnerus, *in Vitis Theologorum Altorfinorum p. 146-165.*

Conferri de eodem possunt, præter Autores jam allegatos, Nic. Scribonii *Lib. I. Lusuum Anagrammaticorum Gottorpiensium p. 16.*, Joh. Micrælii *Syntagm. Hist. Eccl., P. III., p. 393.*, Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 26, 27.*, meaqve *ad illum Hypomnemata p. 189. 190.*, ac *Hypomnematum Spicilegium p. 10.*, Georg. Nic. Erasmi *Anagrammata ἔμμετρα, Lib. II., n. 62.*, Laur. a Dript, Monachi Bened. Gladbacensis, & Episc. Paderb. Consiliarii Ecclesiastici, *Antidecalogus Theologico-Politicus reformatus*, Coloniæ A. 1672. editus, *p. 225.* (ubi nostrum *Summi Pontificis summum* vocat *Antagonistam & ex asse osorem*) *236. 237.*, Thomæ Hydii *Catal. Biblioth. Bodlejanæ, lit. M.*, Joh. Schelhammeri Jun. *Præfatio Poenitentialium ejus Davidicorum*, And. Caroli *Memorabilia Sec. XVII. Ecclesiastica, T. II., Lib. VI., c. 36., p. 113.*, Casp. Henr. Starckii *Tr. de Vita doctorum privata, c. 11., §. 11., p. 51. 52.*, & Alb. Thura *Idea Hist. lit. Dan. p. 199.*

ELOGIA.

(Tria ex his Georg. Remi, Andr. Dinneri & Phil. Fabricii, in vitæ jam recitavimus historia.)

Nic. Scribonius, *l. c.*, hoc nominis ejus exhibet Anagramma:

Christianus Matthiæ, Ditmarsus, Sanctæ Theiologiæ Doctor. * *Io hic totus & Danis, & Holsatis, decor, ac ita Germanis amatur.*

Joh. Sauberto Sen. (*in Carmine, Collegio I. Anti-Photin. præfixo*) *Doctor* audit *præclarissimus.*

Casp. Er. Brochmanno (*in Præfat. System. Theol.*) *singularis doctrinæ Vir, cujus opera, demorsos sapientia ungves, luce & lectione sunt dignissima*; & (*in præf. Rosarii ejus mystici vernaculi*) *magni nominis Theologus, qvi, qvantopere accuratioris ordinis & Analyseos artificio excellat, scriptis, maximo reip. Lit. bono dudum publicatis, luculenter est testatus.*

Gerh. Joh. Vossio (*Ep. 339. ad Steph. Joh. Stephanium, p. 323.*) *Vir præstantissimus, &, ut integer, ita egregie doctus.*

Steph. Joh. Stephanio (Prof. Sorano), in Epist. ad G. J. Vossium A. 1639. scripta, & *in Appendice* Vossianarum (*num. 277., p. 183.*) obvia, *Vir incomparabilis, & inter ornamenta seculi numerandus*; nec non in alia, A. eod. exarata (*ibid. n. 286., p. 189.*), *eminentissimus ætatis nostræ Theologus, omnium favore ac patrocinio dignus.*

Joh. Seb. Mitternachtio (*in Programmate, Panegyrico in memoriam D. Jac. Welleri funebri præmisso*) *Vir de re Historica, æqve ac de Ecclesia, præclare meritus.*

Theoph. Spizelius (*l. c.*) *Virum* eum appellat *mente & animo præcelsum, qvi nudam sine fuco fallaciisqve adamavit virtutem & veritatem, Christianusqve esse maluit, qvam vocari tantum aut videri.* Fusius deinde ingenii ejus & judicii perspicacitatem, diligentiamqve & φιλοπονίαν indefessam, celebrat, ac opera ἀνέκδοτα, qvæ *conamina* vocat *luce immortalitatis dignissima, perpetuis* dolet *tenebris, magno cum eruditionis Theologicæ damno, jacere sepulta.*

Frid. Breclingius, *in Catalogo Testium veritatis contra Christianismum degenerem, num. 123.* (*T. IV. Hist. Eccl. Gotfr. Arnoldi, Sect. III., n. 18.*), *p. 773.* his eum accenset, & *Virum, qvo mundus fuit indignus*, scripta autem illius *eximia*, appellat.

Magno Dan. Omeisio (*l. c.*) *Vir* audit, *infra cujus laudes, animiqve dotes, disertissimorum subsidit facundia.*

Henn. Wittenio (*in Cent. Mem. Theol. renov., l. c.*) *Vir inter eruditos maximus, interqve bonos optimus, carum cœli depositum, in cujus scriptis juvenilibus etiam senes inveniunt, qvæ discant*; *Vir* item *omni elogio major, & explicator S. Literarum solertissimus.*

Christ. Franc. Paulino (in der Zeitkürtzenden erbaulichen Lust, *P. I., n. 127., p. 352.*) *Theologus ac Historicus celebris.*

Joh. Faesio (*in Notis ad Lil. Greg. Gyraldi Tr. de sepultura p. 122.*) *Vir præclare de re Historica meritus.*

Dan. Hartnaccio (*P. III.* des anweisenden Bibliothecarii *p. 138.*) ein in Wahrheit, fast in omni studiorum genere, sehr fleissiger und accurater Scribente.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Exercitationes X. Metaphysicæ, in qvibus præcipuæ qvæstiones & Axiomata Metaphysica, qvibus Philosophi Calviniani, præsertim Keckermannus, Goclenius & Timplerus, ad palliandos suos errores, præpostere abuti solent, ex sobria Philosophia perspicue explicantur, & adversariorum errores solide refutantur. Giessæ 1609. in 4. Ibid. 1611. & 1620. in 8. Marpurgi 1631. & 1637. in 8.

Collegium Ethicum I., θετικῶς καὶ ζητητικῶς, h. e. sub thesium brevissimarum, & Disqvisitionum jucundissimarum, forma, in Acad. Giessensi, VIII. Disputt. pertractatum. Giessæ 1611. in 8.

Collegium Ethicum II., θετικῶς καὶ ζητητικῶς, V. Disputt. pertractatum. Giessæ 1611. in 8.

Exercitationes Ethicæ, in tria Collegia distributæ, & θετικῶς καὶ ζητητικῶς pertractatæ. Giessæ 1613. (*juxta Wittenium*) & 1622. (*juxta eundem, Draudium, Bartholinum & Lipenium*) in 8.

Collegium Politicum I., juxta methodum Logicam scriptum, & VI. Disputt. in Acad. Giessena propositum. Giessæ 1611. & (*juxta Draudium ac Hartnaccium*) 1622. in 8.

Collegium Politicum II., juxta Methodum Logicam conscriptum, & VIII. Disputt. propositum. Giessæ 1611. & 1622. in 8. Utrumqve, sed sine mentione Autoris, inter libros prohibitos, decreto S. Congregationis Indicis Romani, d. 2. Dec. A. 1622. publicato, est relatum. V. *Append. Indicis Romani p. 157.*

Disp. auspicalis de Norma & judice Controversiarum Theologicarum, Jesuitarum, imprimis autem Jac. Gretseri & Ad. Tanneri, blasphemiis & erroribus opposita, & Durlaci, cum Rectoratum Gymnasii susciperet, proposita, Respondente M. Matthia Bregezero, Phys. & Metaph. Professore. Argentinæ 1614. in 4.

Prodromus arcis Sionis, seu Propugnaculum invictæ veritatis, pro Deitate filii Dei, Regis Sionis, ex cap. I. Joh., contra Photinianos, Disp. Inaugurali, Præside D. Joh. Winckelmanno, exhibitum. Giessæ 1617. & 1622. in 4.

Systema Ethicum, in libros tres distributum, &, sub forma Theorematum, Disqvisitionum, Qvæstionum, Disputationum ac Explicationum, pertractatum, nec non exemplis Historicis, ac regulis vitæ, illustratum. Giessæ 1618. & 1620. in 8., Marpurgi 1626. & 1635. in 8. Commendatur ab Abr. Calovio, *Lib. II. Isag. Theol. p. 128.* Plagii Autor ejus,

jus, qvod *Lib. III.*, *Exerc. X.*, *p. 291.*, in ventilatione qvæstionis: An in fœminas cadat virtus heroica? ex Barth. Keckermanno, haud allegato, complura descripserit, a Jac. Thomasio (*in Tr. de Plag. Lit.* §. *351. & 506.*) est insimulatus, simulqve ab eodem (§. *486.*) monitum, Christ. Liebenthalium, hinc inde *in Collegio* suo *Ethico*, nostro vicissim multa suffurari.

Systema Politicum, in libros III. distributum, ac, sub forma Theorematum, qvæstionum & Axiomatum, pertractatum, exemplisqve Historicis illustratum. Giessæ 1618. & 1620. in 8., Marpurgi 1631. in 8.

Systema Logicum, Theoreticum & Practicum, sub forma Theorematum & Axiomatum, ad Controversias accommodatorum Theologicas, pertractatum, & exemplis variis, Theologicis, Juridicis, Medicis, Physicis, Ethicis, Politicis, Historicis, &c., illustratum. Giessæ 1618. & 1620. & Marpurgi 1631. ac (*juxta alios*) 1621. in 8. Qvod si Draudio credendum, jam ante etiam Argentinæ A. 1614. *in 8.* prodiit, sub titulo *Systematis Logici Aristotelico-Ramæi, juxta methodum Ramæam, ex Aristotele, optimisqve ejus interpretibus, & aliorum sapientum decretis, adornati, & ad Controvv. Theol. accommodati.*

Disp. de Passione salutifera Domini & Salvatoris nostri, JEsu Christi, pro gloria illius, contra ejus perduelles. Norribergæ 1618. in 4.

Vindicatio loci Zach. XII. 10., de divinitate & officio Messiæ, contra Judæos, Pontificios, Calvinianos & Photinianos, Norib. A. 1618. in 4., & seorsim, & in *Methodica loca S. Script. vindicandi ratione*, edita.

Methodica loca S. Scripturæ vindicandi ratio, in triade locorum (Zach. XII. 10., Joh. XX. 28. & 1. Joh. II. 1. 2.) tribus Disputationibus proposita, & erroribus Heterodoxorum, præsertim autem Photinianorum, opposita. Norib. 1618. in 4.

Disp. de notitiæ Dei naturalis existentia, usu & efficacia, contra Photinianos. Norib. 1619. in 4. Recusa *in Collegio I. Anti-Photiniano.*

Disp. de Agno Dei, tollente peccata mundi, ex Joh. I. 29. Norib. 1619. in 4.

Disp. de adoratione Christi religiosa secundum utramqve naturam, contra Photinianos & Calvinianos. Norib. 1619. in 4.

Collegium I. Exercitationum Anti-Photinianarum, de notitiæ Dei naturalis existentia, ejusqve usu & efficacia, item de nominibus & attributis divinis in genere consideratis, decem constans Disputationibus. Norib. 1619. & 1622. in 4.

Collegium II. Exercc. Anti-Photinianarum, de Dei spiritualitate, simplicitate, perfectione, immutabilitate & infinitate. Norib. 1621. in 4.

Disp. de Verbis Christi Joh. III. 5. 6. Norib. 1620. in 4. (*Catal.*)

Oratio Panegyrica de vita & obitu Joh. Schröderi, Theologi Noribergensis, Altorfii d. 30. Aug. A. 1622. recitata. Altorfii 1622. in 4. Recusa Francofurti A. 1685., in Henn. Wittenii *Centuria memoriæ Theol. renovatæ*, *Dec. VII.*, *p. 853-882.*

Disp. valedictoria Altorfina de Dei ἀκαταληψίᾳ seu incomprehensibilitate, M. Sept. A. 1622. habita. Altorfii 1622. in 4.

Trias Meditationum sacrarum in Psalmum XXIII., Pastoribus Ecclesiæ Hamburgensis inscripta. Hamb. 1629. in 8.

Typica totius S. Theologiæ Delineatio, in qva ejus natura, constitutio atqve ordo, accurata methodo, velut in speculo, ad vivum monstratur atqve exhibetur, ita ut Studiosis materiam Locos communes concinnandi præbeat. Hamburgi 1629. & (*juxta Catal. Nundinalem*) 1649. in fol. pat. Summopere commendantur Tabulæ hæ Theologicæ, Durlaci olim, in auditorum usum, concinnatæ, tum a Casp. Er. Brochmanno *in præfat. System. Theol.*, tum a Nicol. Hardkopfio, Past. Hamburgensi, in præfatiuncula, iis adjecta, ita scribente: *Ego eas amo, exosculor, & magni thesauri instar habeo & habebo. Qvicqvid enim alibi diffusum est & sparsum, ut qværendo vix investigare possis, illud hic, succincta diligentia, & mira arte, congestum, concinnatum & dispositum, ἐν συνόψει intueri licet. Nec major, credo, aut elegantior, membrorum in corpore humano coagmentatio, qvam rerum, in hisce tabulis dispositarum, ordo, connexio, dependentia mutua, & unius ex altero deductio.*

Systema Theologicum minus, in qvo totum religionis Christianæ corpus, ex uno & solo verbo DEI artificiose fabrefactum, juxta methodum *Theologiæ typicæ*, A. 1629. editæ, exhibetur: In gratiam Studiosorum Acad. Soranæ conscriptum. Hamburgi A. 1639. 1654. & (adjecto Indice gemino) 1662. in 4. Huic (qvod *insigne* etiam a Theoph. Spizelio *l. c.* vocatur), præter carmina Steph. Joh. Stephanii & Joh. Laurembergii, Collegarum Soranorum, Encomiastica, præfixum est D. Casp. Er. Brochmanni Judicium, in qvo, Methodo & perspicuitate ejus fusius celebrata, hæc adduntur: *Sudarunt multi in adornandis Theologicis Compendiis, nec sine laude: sed, qvi Autori nostro palmam ambiguam fecerit, nedum præripuerit, vix qvenqvam nominavero. Nam, qvæ in aliis, qvi compendia articulorum fidei elaborarunt, singulatim commendari poterunt, in hoc opere junctim invenies, ita ut non sine causa dixerit, qvi sine præjudicio judicaverit, qvod, in hoc scribendi genere, noster omne punctum tulerit.*

Historia Patriarcharum, in qva illorum ortus, progressus atqve egressus, methodo nova & artificiosa describuntur, ac ad usum Ecclesiasticum, Politicum & Oeconomicum, accommodantur. Lubecæ 1642. in 4. Opus hoc (qvod, sub *Analyseon in Genesin* titulo, in M. Joh. Car. Poethii *Bibliotheca Exegetico-Biblica p. 31.* allegatur) Christ. Frisius, Cancellarius Danicus, Justinus Hœgius, Acad. Soranæ Præses, Presbyteriqve Hamburgenses (*singularem eruditionis Theologicæ thesaurum*, in illo reconditum, *methodumqve succinctam & accuratam*, deprædicantes), judiciis honorificis, illi præfixis, Joh. autem Laurembergius & Steph. Joh. Stephanius Elogiis, commendarunt, metricis, ac Theoph. Spizelius, *l. c.*, *Historiam* vocavit *accuratam, opusqve multorum eruditorum elogiis celebratum.*

Historia Alexandri Magni, sive Prodromus IV. Monarchiarum. Amstelod. 1645. in 12. In *Theatro Historico*, mox laudando, velut pars ejus, iterum comparuit. Lectoribus Curtii a Christoph. Arnoldo, in *Diss.* de hoc scriptore, Phil. Caroli *in eum Animadversionibus* præmissa, *p. 546.*, commendatur.

Theatrum Historicum Theoretico-Practicum, in qvo qvatuor Monarchiæ nova & artificiosa methodo describuntur, omniaqve ad usum Oeconomicum, Politicum & Ecclesiasticum, accommodantur, ad A. C. 1612. usqve perductum. Amstelodami A. 1648. 1656. & 1668., Francofurti 1684., Lipsiæ 1689., & denuo Francofurti 1694. in 4. Qvatuor posterioribus editionibus Supplementa & Continuationes, seriem narrationum, ad annos usqve istos, qvibus singulæ prodierunt, pertexentes, a scriptoribus adjectæ sunt Anonymis. Pauli Jacobi Marpergeri, Notarii publici Lubecensis, Versio illius Germanica, ad finem usqve Seculi XVII. idem continuans, Francofurti & Lipsiæ A. 1699. ac 1701. *in fol.* lucem vidit publicam; Joh. Gerlaci Wilhelmi *Theatrum Historicum* (qvod Matthiani est Epitome) Latinum Manhemii A. 1666. *in 4.*; Anonymi autem *Theatrum Historicum*, *ex Christiano Matthiæ carmine Heroico delineatum*, Gryphiswaldiæ A. 1663. *in 4.* *Excerpta miraculorum, qvæ, a temporibus Antonini Pii, ad Rudolphum II. Imperatorem, contigerunt*, ex illo selecta, Eschillus Fabricius, scholæ Braheæ Rector, Svecice, Wisingburgi A. 1671. *in 8.* (teste Joh. Schefferо *in Svecia literata p. 257.*), edidit. Auctiorem ejusdem Theatri editionem, qvam suo Magdeburgi publicatum

rum iri studio Fridericus Hordleerus junior A. 1667. (*in Catal. Nundin. Lipf. Autumn. p. 32.*) est pollicitus, lucem haud credo aspexisse. Plurimorum ex eruditis Opus hoc, circa historiam Imperatorum, qvi in qvatuor, qvas vocant, inclaruere Monarchiis, inprimis occupatum, reportavit elogia. Joh. Henr. Bœclerus (*in Diss. de Utilitate ex Historia universali capienda p. 16.*), Autorem *sua ad Monarchias excerpta suavitate & novitate qvadam methodi adornasse*, judicat. Theoph. Spizelius (*l. c.*) *opus* vocat *insigne, perfectumqve*, in eo, *historiæ pariter, & moralis disciplinæ, exemplar* censet *exhiberi*. Casp. Sagittarius (*in Introd. in Hist. Eccl., c. 12., §. 32., p. 181.*) circa perfectionem qvidem ejus a Spizelio dissentit, *institutum* tamen Autoris *omni laude dignum esse agnoscit*. Henr. Basnagius, in editionis anni 1689. Lipsiensis recensu, *Historiæ Operum Eruditorum Gallicæ, M. Febr. A. 1691., p. 253. 254.*, inserto, *ob methodum* illud *Practicam, Theatrum vitæ humanæ merito*, affirmat, *posse appellari*, & in laudem ejus seqventia subjungit: *Sans doute qv'il a compilée la-dedans beaucoup de sçavoir, & qve ce livre luy a couté un prodigieux travail.* Commendant etiam Joh. Andr. Bosius *in Introd. ad notitiam rerump., c. 4., p. 61.*, & *in Notitia Scriptorum Hist. Universalis, Sect. II., §. 27., p. 200.*, Thomasqve Crenius *in Notis ad Tractatus varios de Philologia, & studiis liberalibus*, junctim Leidæ A. 1696. editos, *p. 290.* Iniqvior paulo est censura B. G. Struvii, *in Biblioth. Histor., c. 8., p. 211.*, ita de illo scribentis: *Multis olim fuit æstimatum. Nova est methodus, qvam servat, cum ex historiis Imperatorum usum Theologicum, Politicum, moralem, Oeconomicum & militarem, ducat, qvod tamen historiæ seriem corrumpit. Proficuum hoc opus illis tantum est, qvi ex historiis aliqva pro concione adducunt.* Dan. Hartnaccii, *in Hodego Bibliothecario p. 25.*, Joh. Micrælii *Syntagma Historiæ Politicæ*, cui suos ipse assuit centones, ei absqve causis præferentis idoneis, judicium nemo morabitur. Continuationes illius idem (im Bedencken von Einrichtung der Historien *p. 17.*) *admodum jejunas esse* vere qvidem pronunciavit, sed supplementa haud dissimilia ipsemet etiam scriptis Joh. Micrælii, Georg. Hornii & Pet. Laurenbergii, Historicis attexere non est veritus. De plagio, qvo Urb. Chevreau *Historiam* suam *mundi* Gallicam, ex hoc Matthiæ (vix qvater, ubi eum refutat, allegati) *Theatro* maximam partem compilavit. V. Joh. Frid. Gribii Epistolam Gallicam, *in Novellis literariis anni 1716. Hagiensibus, p. 225. & seqq.*, editam, ac Germanice, in dem neuen Büchersaale, *Sect. 60., p. 865 - 871.*, recusam.

Analysis Typica in Matthæi Evangelium, ad intelligendam textus seriem, & memoriam juvandam, accommodata, Amstelod. 1652. in fol.

Sophistica, seu doctrina modum fallacias solvendi artificiose docens, exemplis Theologicis illustrata; post mortem Autoris a Joh. Schelhammero Jun., Past. Hagiensi, edita. Hamburgi 1659. in 12.

Pœnitentialia Davidica, seu Elucidationes Theoretico-Practicæ in Psalmos Davidis Pœnitentiales, a Joh. Schelhammero Jun. editæ. Lipsiæ 1692. in 4. Ἀποσπασμάτιον sunt Theatri Theoretico-Practici totius Psalterii, inter ἀνέκδοτα memorandi.

Antilogiæ Biblicæ, sive Conciliationes dictorum Scripturæ sacræ, in speciem inter se pugnantium, secundum seriem Locorum Theologicorum in ordinem redactæ; ex Autoris schedis αὐτογράφοις, hinc inde dispersis atqve imperfectis, collectæ, absolutæ & editæ a Joh. Schelhammero Jun.: Cum Indice triplici Locorum, dictorum Scripturæ & rerum memorabilium. Hamburgi 1700. in 4. Recensum illarum V. *in Actis Erud. Lips., M. Jan. A. 1700., p. 22. 23.*

II. GERMANICA.

Geistlicher Rosengarten, oder Erklärung des XLV. Psalms, welcher ist ein Brautlied von der Rosen, das ist, von der geistlichen Vermählung Christi und der Christl. Kirche, vor dem Beylager Christiani V., Kön. Dänischen Printzen, und Magdalena Sibylla, Chur-Sächsischen Printzeßinn, auf dem Schlosse zu Kopenhaven, M. Oct. A. 1634., vorgetragen, und vermehrter außgegeben. Hafniæ 1637. in 4. Actus Copulationis, oder Copulationspredigt, bey eben demselben Beylager, auß dem CXXVIII. Psalme, gehalten. Hafniæ 1637. in 4. Duobus hisce Sermonibus, perqvam prolixis, & tria qvaternionum Alphabeta implentibus, præfixum est Judicium D. Casp. Er. Brochmanni, his eos verbis commendans: *Qvi compendio qvodam discere volet accuratum res sacras tractandi modum, huc oculos flectat & animum. - - Accuratioris ordinis & ἀναλύσεως artificio qvam excellat Adm. Rev. & Excell. Christ. Matthiæ, etsi scriptis, maximo reip. Lit. bono dudum publicatis, testatus sit luculenter, se ipsum tamen in hoc opere, divinioris spiritus singulari afflatu, ita superasse videtur, ut, si, pari dexteritate & diligentia, omnium & singulorum Psalmorum Davidicorum Analysis elaboraretur, opus foret æterna memoria dignissimum. - - Isto successu in hoc argumento versatum esse judico Dn. D. Chr. Matthiam, Magni nominis Theologum, ut ministerii sacri lectioribus Candidatis typum reliqverit, qvem, in condendis ac adornandis homiliis sacris, tuto, & optatissimo successu, seqvantur.*

INEDITA, in præfat. System. Theol. Minoris A. 1639. promissa.

1. Theatrum Psalterii totius Theoretico Practicum, Opus duorum voluminum, in Pathmo Crempensi (teste Wittenio) elaboratum, & ab hæredibus, cum MSS. aliis, a Joh. Schelhammero Jun. redemptum, qvi *Poenitentialia Davidica*, paulo ante memorata, velut illius specimen & ἀπόσπασμα, juris A. 1692. fecit publici. Totum opus idem A. 1683. D. Rud. Capello, Prof. Hamburgensi, commiserat, ut editio illius (Hamburgi, uti Wittenius, *in Cent. Memor. Theol. p. 1486.*, refert, jam inchoata) ab eo curaretur. Mortuo autem A. 1684. Capello, & spe publicationis evanescente, Bibliothecæ patriæ Hamburgensi illud (uti *præfatio Pœnitentialium* indicat *Davidicorum*) destinavit. Casp. Er. Brochmannus, *in præf. System. sui Theol.*, *Commentarium* istud vocat *luculentum*, & Autorem, in Judicio de Homiliis ejus vernaculis, modo laudato, ad editionem ejus maturandam, verbis A. 1637. hortatus est seqventibus: *Tu vero, Vir Rev. Cl. & Excell., Dn. Christiane Matthia, serio mihi rogandus es, ut, qvem in omnes Psalmos Davidicos lingva Latina adornasti, Commentarium diductissimum ac doctissimum tandem promas. Feceris rem Ecclesiæ Dei optatissimam, & te dignissimam.*
2. Biblia Latina Glossata, sive Annotata in V. & N. T. marginalia, prælo (*teste Wittenio l. c. p. 1486.*) parata. Partis horum posterioris, sive Annotationum in N. T. brevium & selectarum, editionem Joh. Schelhammerus Jun. A. 1699., *in præfat. Antilogiarum* nostri *Biblicarum*, est pollicitus.
3. Systema Theologicum majus, qvod Gerh. Meierus (*Lib. II. Biblioth. Theol. contractæ, c. 5., p. 217.*) Tomis XXXV. contineri testatur, & C. E. Brochmannus, *in præf. System. sui*, commendavit.
4. Lexicon Theologicum, itidem a Brochmanno, *l. c.*, deprædicatum.
5. Systema Historicum Theoretico-Practicum, in qvo historiæ Biblicæ nova & artificiosa methodo explicantur, & Patriarcharum, Pontificum, Regum, Ducum ac Prophetarum, res gestæ (teste Spizelio) describuntur. Opus hoc, cujus Pars I., sive *Historia Patriarcharum*, A. 1642. jam prodiit, idem esse credo cum *Prosopographia sacra, ἀνεκδότοις* nostri a Brochmanno, *l. c.* annumerata.
6. Theologia Practica, seu Loci communes Practici.
7. Theologia naturalis, in qva omnes Similitudines, in Bibliis a rebus naturalibus desumptæ, artificiosa methodo exponuntur.

8. Chri-

8. Christologia sacra, in qva omnia Jesu Christi nomina explicantur.
9. Philologia sacra.
10. Politica sacra.
11. Tr. de formulis caute & sobrie in Theologicis loqvendi.

Addantur his:

Dilucidationes Evangelicæ, seu Homiliæ doctæ & methodicæ in Evangelia Dominicalia & Festivalia, prælo qvidem (teste Wittenio *l. c.*) maturæ, ac A. jam 1658., *in Catal. Nund. Vern. Lipsiensi* (haud dubie a Joh. Schelhammero), promissa, sed nondum tamen juris factæ publici, & libris proinde editis a Lipenio (*P. I. Biblioth. Theol. p. 647.*) falso annumeratæ.

Epistola αὐτόγραφος ad Christianum, Comitem a Pentz, qvam a possessore, Viro illustri, Marqv. Gudio, ostensam mihi esse recordor.

HENNINGUS MATTHIESEN, Thomæ filius, Hamburgensis, d. 27. Jun. A. 1585. natus, Licentiati Juris utriusqve Heidelbergæ A. 1610. adeptus titulum, patriæ Senator A. 1625. electus, &, post legationes diversas, d. 25. Jun. A. C. 1646., ac ætatis 61., mortuus. V. de illo Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg.*, *ad A. 1625.*, *p. 46.*

Disp. Jurid. Inaug. de Renunciationibus, Præside D. Dionys. Gothofredo. Heidelbergæ 1610. 4.

M. JESSENUS MATTHIÆ, Hatherslebiensis, Log. & Methaphys., in Gymnasio Norwegiæ Christianiensi, circa A. 1647., Professor, simulqve Scholæ oppidanæ ab A. 1639. Rector, LL. Or. peritia celebris, nec non Canonicus. Conf. de illo Alb. Thura *Ideam Hist. lit. Dan. p. 88.*

Disp. de Baptismo, Præside D. Valent. Legdæo. Rostochii 1633. in 4.

Disp. de Nomine τετραγραμμάτῳ יהוה, Præside M. Joh. Fabricio, Dantiscano. Rost. 1636. 4.

Positiones de punctatione & lectione nominis יהוה, Præside eodem Fabricio. Rost. 1636. in 4.

M. JOACHIMUS MATTHIÆ, Hamburgensis, Kal. Sept. A. 1616. in lucem editus, Jenæ Magister creatus, Parochiæ in Dithmarsia Boreali Wesselburensis A. 1641. factus Ecclesiastes, dieqve 26. Jul. A. C. 1652., & ætatis 36., defunctus; Gener M. Joh. Schröderi, Diaconi Hamburgensis.

Jubilæum Dithmarsiæ, oder Christliche Fried- und Freudenpredigt, auß Ps. CXLVII. 12. & sqq., an dem wegen des allgemeinen Friedens angeordneten Danckfeste, gehalten. Hamburgi 1650. in 4.

M. WILHELMUS MATTHIÆ, Ecclesiæ ruralis Eppendorfiensis, urbi Hamburgensi vicinæ, Pastor.

Israel ex Ægypto revocatus, seu miraculosa populi Israelitici, ex servitute Ægyptiaca reducis, per mare rubrum traductio, carmine Heroico expressa. Hamb. 1624. in 4.

CASPARUS MAURITIUS, Tunderæ, Ducatus Slesvicensis oppido, d. 2. Mart. A. 1615., natus, patrem habuit Johannem, Pastorem illius ac Præpositum, Bernhardi, Parochi Eckernfördensis, filium, Mauritii, urbis in Westphalia Mindensis Pastoris, nepotem & Mauritii, Consulis ejusdem, pronepotem, matrem vero Annam Petræam, Caspari, Senatoris, Tunderensis, filiam, septimo se partu enixam. E Schola patria in Lubecensem A. 1631. missus, Rectori hujus inclyto, Joh. Kirchmanno, suam ita probavit indolem, ut filii ipsum præficere non dubitaret studiis. Inde A. 1633. in Academiam delatus Rostochiensem, in studiis sacris, Philologicis ac Philosophicis, Joh. Qvistorpium, Joh. Cohtmannum, Steph. Heinium, L. Hebr. Professorem (cui in deliciis erat) & Joh. Reinbohtium, triennio seqventi duces habuit, curriculumqve hoc, feliciter cœptum, in Regiomontana, lauream ei A. 1638. Philosophiæ supremam, aliosqve docendi potestatem, largita, pari successu continuavit. A. 1639. in patriam reversus, Conrectoris mox in Gymnasio Bordesholmensi obtinuit officium, sed, post triennium, qvod ad altiora aspiraret, isto abdicato, Rostochium repetiit, biennioqve (qvo in Academiam etiam excurrit Juliam) inter studia iterum exacto Academica, Logices in Athenis hisce Megapolitanis professionem, M. Majo A. 1644., reportavit, & Catharinam, M. Christiani Michaelis, Pastoris Jacobæi ac Superintend. Rostochiensis, filiam, septem sibi liberos, &, hos inter, Christianum, Archidiaconum Hamburgensem Jacobæum, enixam, simul duxit conjugem. A. 1648. ibidem, Brabevta Joh. Cohtmanno, Licentiati Theologiæ titulum, d. 13. Jun., cum Aug. Varenio, Collega, A. 1650. autem supremos ejusdem honores, cum Joh. Qvistorpio paulo ante (M. Febr.) in professione successisset Theologica, & ædis Archidiaconatum simul suscepisset Marianæ, eodem Varenio & Daniele Michaele, S. Lit. Interprete, gavisus competitoribus, obtinuit. A. 1651. ac 1657. Rectoratu functus est Academico, A. 1653. autem ad templi Mariani Pastoratum, ac seqventi 1654. ad Superintendentis a Senatu evectus dignitatem. Decanatu etiam Ordinis aliqvoties potitus Theologici, A. 1651. Joh. Corfinium, Collegam, & Joach. Fabricium, Prof. Stettinensem, A. 1655. Henr. Müllerum, Collegam eximium, & alios qvoqve deinceps Theologos haud ignobiles, Doctorali ornavit axiomate. Urbi Rostochiensi, munerique in Ecclesia ejus atqve Academia tergemino, A. 1662., Dom. XVII. post F. Trin., publice, *invitis* (uti in Actis Ordinis annotatum est Theologici) *Principibus, Senatu, Academia & populo* (1.), valedixit, & Hamburgum, frustra renitentibus D. Joh. Müllero, Ord. Eccl. illic Seniore, nonnullisqve hujus Collegis, Calvinismi eum & Syncretismi, ut vocationem impedirent, falso insimulare, teste Georg. Haccio (2.), haud veritis, profectus, in ædis Pastoratu Jacobææ, legitima sibi electione d. 3. Aug. decreto, Joh. Balth. Schuppio, Theologo cordatissimo, successit, docendiqve d. 17. Oct. fecit initium. Causam officii Hamburgensis Rostochiensi prælati immunitatem fuisse, qvam istud concedebat, a privatæ absolutionis onere, conscientiæ suæ permolesto, ipsemet, uti Theologi Halenses (ad scriptum ejus de Confessione & absolutione privata provocantes Latinum) (3.) & Val. Ern. Löscherus (4.) testantur, publice est confessus. Hamburgi eruditione & eloqventia sacra, candore infucato, αὐταρκείᾳ (qvæ omne ex usuris lucrum respuebat (5.)) singulari, vitæ, Theologo ac Pastore dignissimæ, integritate atqve pietate ἀνυποκρίτῳ, hujus auditorum etiam animis instillandæ, ac Praxeos Christianæ instaurandæ, desiderio, pacisqve tandem cum Collegis studio, non minus qvam Rostochii, bonorum omnium amorem & venerationem promeruit. Anno circiter 1672., ut magis adhuc in vera Theologia Practica proficeret, permissu divino, in tentationes incidit gravissimas, cum langvore corporis pertinaci conjunctas, in qvibus vitam suam, laboresqve sacros, ad examen, juxta normam legis divinæ, revocans accuratius atqve rigidius, valde, qvod Deo, non ea, qva par fuerat, sinceritate, ardore atqve diligentia, inservivisset, angebatur. Superavit tamen, spiritus divini virtute, non multo post, hosce conscientiæ angores, & lætior atqve alacrior, qvam ante, ad conciones, partesqve officii alias, velut ipse fatebatur, rediit. Imo ab eo tempore, haud secus ac si e schola doctrinæ & experi-

(1.) Conf. Zach. Grapii Jun. *Rostochium Evangelicum c. 7., p. 180.* (2.) im Nöthigen Berichte von den Belehrungen des Hamburg. Ministerii, *lit. E. 2. a.*, ubi nomen Mauritii supprimitur. (3.) in der Verantwortung wieder D. Joh. Fr. Mayers Bericht von den Pietisten *p. 128. 129.* (4.) in den Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. XII. A. 1705. p. 725.* (5.) V. Dav. Sculteti Hamburgischen von der Schule beruffenen Prediger *p. 69. 70.*

experientiæ sacræ vera tunc demum produisset, in homiliis publicis, *verbis*, teste Encomiasta Kirstenio, *usus est longe efficacioribus, & sententiis divinis abundantioribus*, ad animos auditorum permovendos accommodatissimis. Licet autem animus, post agonem istum, vigorem suum recuperaret, acriusqve exardesceret, corporis tamen imbecillitas non imminuta, sed aucta deinceps est, præsertim cum cibo uteretur parciori, & curæ etiam sollicitudinesqve variæ subinde accederent. Degeneravit hæc tandem, A. 1675., sub initium Aprilis, cum die Parasceves ultimum de morte Christi, ipsemet mortis candidatus, cygnæusqve funeris sui cantator, voce ægra ac deficiente, habuisset sermonem, in febrem malignam, qvæ, ingenio & memoria paulatim labefactatis, die mensis ejusdem XIVto, senem sexagenarium, mente non alienata, terris eripuit. Uxor, ejusdem morbi infecta contagio, biduo post itidem expiravit, & d. 20. Apr. eodem cum marito funere est elata, eidemqve illata tumulo. Epitaphium defuncto suis templi Jacobæi curatores, atqve auditores nonnulli, A. 1676. erexere sumptibus, cujus lapidisqve sepulchralis inscriptiones Joh. Alb. Fabricius, in *Auctario Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium* (1.), legendas exhibuit. Successor ei, in munere sacro, obtigit Ant. Reiserus, Augustanus, eximiæ itidem eruditionis pietatisqve Theologus.

Plura de vita laudibusqve nostri suggerent: 1. D. Mich. Kirstenii, Phys. & Poes. Professoris Hamburgensis, Λόγος Ἐπιτάφιος, Hamburgi A. 1675. *in fol.* excusus, ac in Henn. Wittenii (brevius etiam de illo *Tomo I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1675.*, commentati) *Centuria memoriæ Theologorum renovatæ* (qvæ Francofurti A. 1685. prodiit), *Dec. XV., p. 1858-1868.*, recusus, & scriptorum auctus Catalogo; 2. Anonymi Biographia Germanica, secundæ editioni des Besten Weges, Hamburgi A. 1676. publicatæ, præfixa; 3. Pauli Freheri, hanc secuti, *Theatrum Eruditorum p. 713. 714.*; 4. M. Casp. Freytagii Hamb., Past. Stadensis, GOtt und Menschen wolgefälliger Prediger, in seinem Leben und Tode, auß Es. LVII. 1. 2., nach dem Muster D. Casp. Mauritii, vorgestellet, ed. Hamburgi A. 1675. *in 4.* 5. Epicedia Joach. Henningii, Conrect. Hamburg., aliorumqve Latina, & vernaculum M. Andr. Amderi, Rect. Tunderensis, Parte II. der Tunderschen unsterblichen Sterblichkeit, *p. 187. 188. 189.*, obvium; 6. M. Erdm. Uhsei *Vitæ Doctorum Sec. XVI. & XVII. Ecclesiasticorum Germanicæ, p. 800. 801.* 7. D. Joh. Cohtmanni, Theol. Rostoch., *Programma Disputationi* ejus *Inaugurali* A. 1648. præmissum.

Conferri etiam de illo possunt Joh. Georg. Dorschei *Sylloge semestris Miscellan. Historico-Theol. p. 75. 76.*, D. G. Morhofii *Miscellanea Poetica p. 31. 32.*, Zach. Grapii Jun. Evangelisches Rostock, *c. 7., p. 179. 180. 197.*, J. Alb. Fabricii *Memoriæ Hamburgenses, P. II., p. 885.*, & Christ. Scriveri Epistola ad eum, in Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. V. A. 1717., p. 732-735.*, publicata.

ELOGIA.

Dan. Georg. Morhofius, *l. c.*, hoc suum in effigiem ejus Epigramma exhibet:

En tibi Mauritium color hic pictoris adumbrat,
Cui pietas, nullo picta colore, placet.
Pingite Mauritium pictores, scribite vates:
Mauritium pingit non nisi Mauritius.
Noster eras qvondam, nostri pars magna roseti;
Hammopolis Mystam nunc fovet alta suum.
Non tua fama loco, nomenqve, tenetur ab uno:
An teneat tantum parva tabella virum?

Hier. Kromayerus (*in Hist. Eccl. p. 683.*) celebrioribus eum Theologis accenset Hamburgensibus.

Joh. Balth. Schuppio (im bekehrten Ritter Florian, *in Append. Opp. German. p. 444.*) audit ein ehrlicher hochgelahrter Theologus.

Phil. Jac. Spenero (*P. I. Consil. Theol. Lat., cap. II., Art. I., n. 1., p. 232.*) *celebris Ecclesiæ nostræ Doctor*; nec non (in der Beantwortung des Unfugs der Pietisten, *c. 4., §. 11., p. 206.*) ein vornehmer Theologus.

Joh. Henr. Horbio (*in Apologia contra Presbyterium Hamburg. p. 9.*) ein umb die Hamburgische S. Jacobs Kirche hochverdienter Theologus.

Joh. Diecmanno (*in præfat. Libb. Joh. Arndii de vero Christianismo, T. II. Scriptorum Germ. p. 180.*) *celeberrimus pietatis non minus, qvam orthodoxiæ, zelo Theologus.*

Casp. Marchio, Prof. Medico Rostochiensi (*in Progr. fun. A. 1664. D. Joh. Frid. Königii dicato memoriæ*), *Theologus doctrina ac gravitate eximius, ac pacis insuper amore commendatissimus.*

Mich. Kirstenius (*in Λόγῳ de vita illius ἐπιταφίῳ*) *Theologum* eum vocavit *clarissimi nominis, qvi magnam de se existimationem concitavit & est meritus, militem Christianum, imo, sacræ militiæ ductorem fortissimum, Athletam constantissimum, Pancratiastam invictum, Hieronicam gloriosum, ducemqve Christiani gregis emeritum.* Virtutes ejus, in eodem, verbis celebravit seqventibus: *Aperta ingenuaqve Viro frons, in animo candor, ab officiis & artibus, qvarum insolens erat, alieno: factis dicta putabat exæqvanda. Incredibilis ardor bene merendi de Ecclesia, & Christianismo, omnium confessione in deterius prolapso, ut auditores suos incenderet studiis pietatis, & vitæ Christo, cujus dicantur, dignæ, enitendum putabat admodum.*

Frid. Breclingius, in Catalogi testium veritatis adversus Christianismum degenerem Prolegomenis (*T. IV. Hist. Eccl. Gotfr. Arnoldi, Sect. III., n. 18., p. 760.*), istis eum annumerat.

Joh. Alb. Fabricio (*l. c.*) *Vir* audit *præclarus.*

Thomæ Crenio (*P. IV. Animadvers., c. 4., p. 185.*) *Theologus profecto major ac doctior, qvam illustrior.*

Joach. Henningio (*in Epicedio*) *alter Chrysostomus, vir rara pietate fideqve coruscus, & inter præcipuos merito, qvos nostra Ecclesia patres suspicit, annumerandus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Officiis disputantium. Rostochii 1645. in 4. Recusa ibidem A. 1646., sub finem *Dec. I. Exercc. Politicarum.*

Disp. de Materia prima. Rost. 1645. in 4.

Disp. de Syllogismo demonstrativo, Rost. 1645. in 4. Recusa ibidem A. 1646., sub finem *Partis II. Exercc. Politicarum.*

Disp. de Justitia & Jure. Rost. 1646. in 4.

Exercitationum Politicarum Decas prima, objectum Politicæ, & finem, cum in genere, tum in specie, continens. Accedit Diss. de Officiis disputantium. Rost. 1646. in 4.

Earundem Pars altera, IX. Disputt. constans, & media Politica, Rempublicam cum constituentia, tum conservantia, continens. Accedit Disp. de Syllogismo demonstrativo. Rost. 1646. in 4.

Disp. de Morbis rerumpublicarum. in 4. (*V. Catal. Lipstorp. p. 202.*).

Disp. Inaug. de Summa S. Scripturæ autoritate, ex 1. Thess. II. 13., Præside D. Joh. Cohtmanno. Rost. 1648. in 4.

Πρῶτον ψεῦδος, vel primum falsum, Calvini & Sociorum, VII. Exercitationibus adumbratum primo, deinde expressum. Accedit brevis de Arminianis, & illorum doctrina, tractatio. Rost. 1649. in 4. Recusæ sunt, aliis, postea editis,

(1.) *num. 150., pag. 40.*

ditis, auctiores, hæ Exercitationes Anti-Calvinianæ, duabus partibus (qvarum I. de fato Calvinistico, absoluto decreto, capitibusqve cognatis, II. de persona Christi, S. Cœna, Adiaphoris, &c., habitas continet), ibid. A. 1665. in 8.

Hendecas Exercitationum Logicarum. Rost. 1650. in 4.

Πρῶτον ψεῦδος Socini & sociorum, sive Exercitationes VII. Anti-Socinianæ, cum duplici Corollario de erroribus Anabaptistarum & Enthusiastarum. Rost. 1650. in 4. Auctiores recusæ Hamburgi A. 1669. in 8.

Disp. de Peccato in genere. Rost. 1651. in 4.

Disp. de Justificatione hominis coram DEo, e Rom. III. 21-28. Rost. 1651. in 4.

Disp. de Angelis in genere. Rost. 1652. in 4.

Exerc. de Fato Calvinistico, in DEum pariter & homines injurio atqve contumelioso, totamqve adeo religionem evertente, Frid. Spanhemio, Marco Frid. Wendelino & Joh. Maccovio, potissimum opposita. Rost. 1652. in 4. Recusa est A. 1653. *in Triade Exercc. Anti-Calvinianarum*, & A. 1665. *Parte Exercc. Anti-Calv. secunda. Exasciata* audit G. H. Götzio, *in Diss. de fatis tristibus, qvæ Theologorum filii subierunt, p. 4.*

Exerc. Anti-Calv. de Unione personali, contra Wendelinum. Rost. 1653. in 4.

Exerc. Anti-Calv. de Sanctissimo Cœnæ Dominicæ mysterio, contra Wendelinum. Rost. 1653. in 4. Hæc, una cum præcedenti, eodem A. 1653. *Triadi* mox memorandæ, & A. 1665. *Parti II. Exercc. Anti-Calvin.*, itidem est inserta.

Trias Exercitationum Anti-Calvinianarum de Fato, Unione personali & S. Cœna. Rost. 1653. in 4.

Decas Exercitationum in Formulam Concordiæ, cum Append. de Confessione Lüneburgensi. Rost. 1654. in 8.

Πρεγύμνασμα Theol. de Θεανθρώπῳ, Resp. Christ. Kortholto (*postea Theologo Kilon.*) Autore. Rost. 1655. in 4.

Diss. de Gentilium in V. T. ad regnum cœlorum vocatione, Resp. M. Christ. Nisanio (*postea Superint. Ravensburgico*). Rost. 1655. in 4.

Exerc. secularis de Simonia, in qva de origine, usu & abusu Bonorum Ecclesiasticorum disseritur, Resp. M. Gerh. Mohrmanno, Hamburgensi. Rost. 1655. in 4., & longe auctior ibidem A. 1658. in 12. Politicis ejus lectionem svadet Joh. Balth. Schuppius im bekehrten Ritter Florian (*in Append. Opp. Germ. p. 444.*), ac, *in Speculo imperantium, c. 7.* (*in Opp. p. 73.*), dignam censet esse, qvæ, Germanice translata, in omnes Principum Lutheranorum aulas transmittatur. J. G. Dorscheus (*in Programm. Disp. Inaug. G. Mormanni præmisso*) *Exercitationem gravissimam*, & Frid. Breclingius (*in Speculo Pastorum p. 358.*) einen herlichen Tractat, eandem appellant. Nec immerito, cum cordatis in varia Simoniæ genera, qvibus, tam ab Ecclesiasticis, qvam Politicis, Iliacos intra muros & extra, peccatur, scateat invectivis.

Mysterium Trinitatis, ex utroqve Testamento, conjunctim sumpto, assertum, & Diss. Academica θετικῇ, ἀντιθετικῇ, & ex parte etiam Ἀποδεικτικῇ, exhibitum. Rost. 1657. in 4.

Disp. de irremissibili in Sp. S. blasphemia. Rost. 1658. in 4.

Disp. de Anima immortali, ejusqve statu post separationem a corpore. Rost. 1659. in 4.

Tr. de Officio Christianorum Elenchtico. Accedit Erasmi Sarcerii Judicium de conservandis bonis Ecclesiasticis, ex opere Germanico de mediis veræ religionis conservandæ (p. 317. & seqq.) excerptum. Rost. 1660. in 12.

Scriptum de Confessione & Absolutione privata, cujus in vitæ historia jam facta mentio prodiit Bremæ A. 1721., in Bremensium *Bibliothecæ Historico-Philologico-Theologicæ Classis IV. Fasciculo V., num. 5.* Optat Autor absolutionem categoricam aboleri, & in votivam mutari.

Disp. de Gratia irresistibili.

Disp. de Qvæstione: An, qvi non est Prædestinatus, Pelagianus sit, saltem ex semisse?

Dispp. II. de Invocatione sanctorum.

Disp. de Statu Ecclesiastico. (*Qvatuor hæc Schediasmata ei ab H. Wittenio, in Centuria memor. Theol. renov., Dec. XV., p. 1868., tribuuntur.*)

Programmata Rostochiensia plurima, sacra (de festis anniversariis), funebria, inauguralia, &c., diversis annis publicata.

Disputationes Inaugurales, ipso Præside propositæ:

1. Joach. Fabricii, Prof. Stettin., de Ecclesia. Rost. 1651. in 4.
2. Henr. Mülleri, Theol. Prof. Rostoch., de Aphorismo Apostolico 1 Cor. XII. 13. Rost. 1655. in 4.
3. Joh. Vorstii, Rect. Flensburg., de gratiæ divinæ efficacia & operandi modo. Rost. 1655. in 4.
4. Mich. Watsoni, Prof. Rintel. & Kilon., de fidei & vitæ Christianæ articulis. Rost. 1659. in 4.
5. Christ. Kortholti, Theologi Rostoch. & Kilon., de Nestorianismo. Rost. 1662. in 4.

II. GERMANICA.

Hocherfreuliche Hofnung Gottliebender Seelen, oder Leichpredigt über Herm. Henr. von Dorne, J. U. Stud., aus 1. Cor. II. 9. Rost. 1652. in 4.

Leichpred. über Steph. Schultetum, Med. D. und Prof. Rost. 1654. in 4.

Rechtschaffener Glaubenskämpfer himlische Gnadenkrone, oder Leichpr. über Casp. Poley, Schwedischen Obristen, aus 2. Tim. IV. 7. 8. Rost. 1656. in 4.

Seliger Vorzug der zeitig sterbenden Gerechten, oder Leichpr. über Hieron. Koch, J. U. D., aus Sap. IV. Rost. 1657. in 4.

Leichpr. von der vollkommenen Sicherheit, und lebendigen Hofnung, des ruhenden Volckes GOttes, über Laur. Stephani, J. U. D. und Prof., aus Es. XXVI. 18. 19. 20. Rost. 1657. in 4.

Leichpr. von der Fürsehung GOttes über das Lebensziel der Menschen, aus Ps. XC. 10., über Reinholdum von Gehren, J. U. D. und Rostockischen Syndicum. Rost. 1660. in 4.

Pauli Gewissensfreudigkeit und Himmelskrone, oder Leichpr. über Henr. Rahnen, J. U. D. und Prof., aus 2. Tim. IV. 7. 8. Rost. 1661. in 4.

Leichpr. über Es. XXXVII. 3. Rost. in 4. (*V. Wittenium l. c.*)

D. Mart. Lutheri Catechismuslehre, in Fragen und Antworten erkläret, und mit Sprüchen der H. Schrift bestättiget. Rost. 1663. in 12. Hamburgi 1675. in 12.

Der beste Weg zur Reinigung, Erleuchtung und Vereinigung, in 3. Theilen. Hamburgi 1674. in 12. Capitum distinctione ac summariis, vitaqve Autoris, auctior denuo ibidem A. 1676. in 8. prodiit. Scriptum hoc Practicum, e sermonibus in Periochas Evangelicas sacris, spatio annuo Viæ Theologorum veterum Mysticorum triplici, purgativæ, illuminativæ, & unitivæ, eleganti attemperatis methodo, congestum, Mich. Kirstenius (in Λόγῳ Ἐπιταφίῳ) & M. Greg. Michaelis (*in Notis ad Jac. Gaffarelli Curiosit. Inaud. p. 68.*) *aureum* vocarunt, &, præter istos, summopere commendarunt Phil. Jac. Spenerus (*P. I. Consil. Theol. Lat., cap. II., Art. I., n. 1., p. 232.*), Joh. Dieckmannus (*in præfat. librorum Joh. Arndii de vero Christianismo*), Joh. Henr. Horbius (*in Apologia contra Presbyterium Hamburg. p. 9.*), Gotfr. Arnoldus (*in Historia & descript. Theol. Mysticæ, c. 6., §. 5., p. 83., c. 12., §. 12., p. 216., ac c. 24., p. 381.*), Georg. Henr. Götzius (in den *Miscellan*-Predigten *p. 274.*) & Joach. Henningius (*in Epicedio in Autoris obitum*).

ERICUS MAURITIUS Senior, Itzehoenfis, d. 4. Febr. A. 1598. in lucem editus, patrem habuit Ottonem, urbis iftius Senatorem, Joachimi, Advocati celebris, filium, Ericiqve, gente Weftphali, Confulis Itzehoenfis, nepotem, matrem vero Rebeccam Brocktorfiam. Opera literis in ludo patrio, fcholaqve & Gymnafio Hamburgenfi, Juri autem in Academia (ab A. 1616.) navata Roftochienfi, filii unici Henr. Ranzovii, Dynaftæ Nienhufani, per biennium, fuit Ephorus, ac Praxi deinceps in Cimbria forenfi admodum inclaruit. In urbe hinc patria Itzehoenfi, ab A. 1622., egit Secretarium, ab A. 1631. Senatorem, & mox Confulem. In aulas poftea evocatus, ab A. 1648. Joachimo Ernefto, Duci Holfato-Plönenfi, &, annis aliqvot elapfis, Friderico Holfato-Gottorpienfi, fuit a confiliis, donec A. 1666. a Friderico III., Daniæ Rege, Glückftadium, ad Procancellarii fui Slesvigo-Holfatici munus adminiftrandum, pertraheretur. Huic feptuagenarius, d. 21. Apr. A. 1668., eft immortuus, cum e qvinqve liberis, e conjuge Margareta, M. Nicol. Georgii, Paftoris Nienbrocenfis, filia, A. 1630. ducta, fufceptis, Ericum, JCtum illuftrem, & Nicolaum, dignitate in Acad. Kilonienfi Profefforia, Ottonem vero J. U. Licentiati titulo, vidiffet ornatos, ac Annam Margaretam, filiam, Joh. Henningio, J. U. D. ac Syndico Kilonienfi, A. 1663. jam elocaffet. Officia, qvibus functus eft, publica D. G. Morhofius Epigrammate hoc recenfuit funebri (1.):

Prima tibi orandis ducuntur tempora caufis,
Inde Senatorem patria terra vocat.
Diceris hinc Conful, Plönenfem dirigis aulam,
Confiliisqve jubet Cimbria adeffe fuis.
Poftremum eft a Rege decus: qvo majus ut effet,
Deniqve dat fummus munera fumma Deus.

Plura de illo qvære in Caji Arndii, Paft. Glückftadienfis, Sermone funebri in 2. Tim. IV. 7. 8. Germanico, Glückftadii A. 1670. *in 4.*, cum Profefforum Kilonienfium, aliorumqve, impreffo, Epicediis, & confer Nic. Scribonii *Lib. I. Lufuum Anagramm. Gottorp. p. 24.*, Joh. Nicol. Hertii, JCti Gieffenfis, *Vitam Erici filii*, hujus præfixam *Differtationibus*, ac D. G. Morhofii *Programma in exeqviis filiæ A. 1685. propofitum.* De filiis mox plura dicentur.

Ipfe Scriptoribus *h. l.* Cimbricis accenfetur ob operam, Chriftiani IV., Regis Danici, juffu, A. 1636., Judicii provincialis Slesvigo-Holfatici vernaculæ, qvam vocant, Ordinationi revidendæ atqve emendandæ impenfam. De qva ita Ericus filius *in præfatione* fcribit *Speciminis Confiliorum Kilonienfium: Inter illos, qvibus Juris provincialis Holfatici revifio committebatur A. 1636., fuit qvoqve p. m. Parens nofter, qvi qvædam eorum, qvæ tunc corrigenda videbantur, antiqvæ Ordinationi, adjectis qvandoqve rationibus, adfcripfit.*

ERICUS MAURITIUS Junior, filius Senioris, modo laudati, e Margareta Georgia primogenitus, Itzehoam patriam cum parente communem, & diem 10. Augufti A. 1631. natalem, habuit. Poft egregia literarum, in fcholis urbis patriæ & Hammopoleos, hujusqve Gymnafio, tyrocinia, in Academiis Witebergenfi, Viadrina, Gieffena & Tubingenfi, ab A. 1647., invidendos, non in jure folum, fed & omni ferme doctrinæ, elegantioris pariter atqve fublimioris, genere, fecit progreffus. Hos, Licentiati Juris titulo Tubingæ A. 1654. reportato, in itinere, qvo, Carolo Henrico, Joachimi Ernefti, Ducis Holfato-Plönenfis, filio, morum ftudiorumqve moderator additus, Germaniam, Hungariam, Belgium, Galliam, Angliam, Scotiam, Hyberniam & Italiam, per annos luftravit complures, literario, felicitate ita continuavit incomparabili, ut juvenis Viris, qvibus ubiqve innotuit familiariter, eruditiffimis atqve πολιτικωτάτοις, tum ob accuratiffimam juris peritiam, prudentiamqve civilem, tum ob πολυμάθειαν per omne literarum genus diffufam, fuerit admirationi. Domum reverfus, cum patriam belli calamitatibus oppreffam videret Svedici, in Academiam fe paulo poft Heidelbergenfem contulit, &, Caroli Ludovici, Electoris Palatini, permiffu, Jus, cujus fcientia coævos omnes fuperabat, privatim docuit Publicum, ad annum usqve 1660., qvo, ad profeffionem ejus pariter atqve Feudalis ordinariam, ab Eberhardo III., Duce Würtembergico, Tubingam evocabatur, & Doctoris illic ornabatur titulo. Tubinga A. 1665. in patriam, a Chriftiano Alberto, Duce Holfato-Gottorpienfi, eft revocatus, Jurisqve Profeffor, in novella Academia Kilonienfi, defignatus primus atqve primarius, inaugurationi hujus interfuit, & feqventi 1666. Rector ejusdem fecundus, primusqve Ordinis Decanus electus Juridici, primos in prima promotione Academica Juris utriusqve creavit Doctores. A. 1667., III. Id. Sept., uxorem duxit Magdalenam, Joh. Chriftoph. Schönbachii, J.U.D. & Cancellarii provincialis Slesvigo-Holfatici, filiam, fed nullos ex illa, biennio poft, cum fecum ex acidulis domum remearet Svalbacenfibus, Groningæ extincta, fuftulit liberos, vitamqve deinceps, ad obitum usqve, egit viduam. A. 1672. Kilonium ac Cherfonefum patriam denuo reliqvit, fupremiqve Dicafterii Germanici Affeffor, ac Legatus Circuli in eodem Svevici perpetuus, ab hujus Ordinibus, ac Eberhardo præfertim III., Duce Würtembergico, conftitutus, munere hoc, cui dignitas etiam Confiliarii, a Leopoldo Imperatore, & Electore Palatino, ei collata, acceffit, fplendido, Spiræ primum, & deinde, cum Themis a Marte inde A. 1689. fugaretur Gallico, Wetzlariæ, fumma & dexteritate, & integritate, ad annum usqve fatalem 1691., gloriofe eft perfunctus. Hoc enim JCtus confummatiffimus, & Ornamentis Cimbriæ, luminibusqve ævi fui, præcipuis, ob peritiam non doctrinæ folum legalis univerfæ, fed Hiftoriæ etiam omnigenæ, Philofophiæ folidioris, literarumqve & fcientiarum (ne Theologia qvidem, Medicina ac Chymia, neglectis) ferme omnium, incredibilem, πολυγλωττίαν rariorem, & lectionem veterum pariter atqve recentiorum infinitam, merito annumerandus, Wetzlariæ (qvæ, in templo majori, & cineres ejus affervat, & Epitaphium oftentat marmoreum), d. 10. Sept., dyfenteria fexagenarius obiit. Fufius a nobis Tomo Operis hujus celebrabitur ultimo. Confuli interim de vita ejus, fcriptis, meritisqve in Jurisprudentiam & literas immortalibus, merentur Joh. Nicol. Hertii, Acad. Gieffenæ Antecefforis, *Prolegomena, Voluminí Differtationum ejus*, Francofurti A. 1692. junctim excufarum, præmiffa, Programmata geminæ ipfius promotioni A. 1654. & 1660. dicata Tubingenfi, Dan. Georg. Morhofii Carmina in honorem ejus complura, in Poematis Latinis pariter atqve Germanicis paffim obvia, & *Eponymologium* Tob. Magiri *Criticum*, a Chrift. Wilh. Eybenio auctum, *p. 575. 576. 577.*

JOHANNES MAURITIUS, Eckernfördenfis, Bernhardi, Paftoris oppidani, filius, Mauritii autem, Parochi in Weftphalia Mindenfis, nepos, d. 4. Sept. A. 1560., uti ipfemet ad Abr. Saurii *Diarium* annotavit *Hiftoricum*, in lucem eft editus, & ftudiis in Gymnafio Bordesholmenfi atqve Academia Roftochienfi dedit operam (2.). Ex hac Bordesholmiam revocatus, primus, tefte Mart. Coronæo (3.), Athenæi iftius, circa A. 1587., fuit Conrector, Scholafticoqve etiam Kilonii aliqvamdiu functus eft munere (4.). Caroli deinde IX., Svecorum Principis, ac conjugis ejus, Chriftinæ Holfaticæ, Concionatorem Nycopiæ, per triennium, egit aulicum (5.), ad A. usqve 1594., qvo, in Cimbriam reverfus, Andreæ Thomæo, d. 20. Sept., in urbis Tunderenfis Paftoratu, & feqventi 1595., d. 18. Febr., in Ecclefiarum qvoqve vicinæ Diœcefeos Ephoria, fucceffit (6.). A. eodem 1595. Elifabetham, Antecefforis viduam, duxit uxorem, & huic, in puerperio feqventi 1596. extinctæ, A. 1598. Annam fubrogavit, Cafp. Petræi, Senatoris Tunderenfis, filiam (7.), præter liberos alios, Bernhardum, fuum in utroqve munere fucceíforem, & Cafparum, Theologum Roftochi-

(1.) *in Opp. Poet., Lib. III. Manitum, p. 576. 577.* (2.) tefte Jona Elverfeldio, *in Epithalamio in nuptias ejus fecundas*, Slesvigæ A. 1598. excufo. (3.) *in Antiqq. Bordesholmenfibus MSS.* (4.) tefte Elverfeldio *l. c.* (5.) teftibus Laur. Bodockio, *in Programm. Roftochienf. nepotis ejus dicato exeqviis*, & Elverfeldio *l. c.* (6.) V. Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hift. Eccl. Slesv., c. 3., p. 214. 215.* (7.) V. *Epithalamia* Jonæ Elverfeldii & Joh. Calixti.

Rostochiensem atqve Hamburgensem inclytum (*supra a nobis celebratum*), enixam. Ipse tandem, *viri pii, docti & moderati*, a filio hoc posteriore ornatus elogio (1.), d. 18. Febr. A. C. 1634., ac æt. 74. (2.), vitæ finem attigit, cum Ecclesiæ Tunderensi, atqve vicinis, per annos qvadraginta præfuisset continuos.

Epitaphium ἀκρόστιχον atqve ἐτεόστιχον, Friderico, Duci Holsato-Gottorpiensi, scriptum. Slesvigæ 1587. in fol.

Sermo funebris Saxonicus, in Georgii Beieri, Consulis Tunderensis, exeqviis, e Joh. XI. 11. & seqq., habitus. Lubecæ 1621. in 4.

Sermo alius exeqvialis Saxonicus in Job. XIX. 25. & seqq., Lucæ Preusii, præfecturæ Tunderensis scribæ publici, dicatus memoriæ. Hamburgi 1632. in 4.

M. JOHANNES MAURITIUS, Tunderensis, præcedentis e Bernhardo, filio & successore, nepos, laurea a D. G. Morhofio Kilonii A. 1666. ornatus Philosophica, eodem anno Pastor ruralis, in præfectura Tunderensi, factus Hosterupensis, & A. 1696. defunctus.

Oratio de Gratitudine, virtutum omnium matre, in schola Lubecensi A. 1659. recitata. Lubecæ in 4.

Observationes nonnullæ Philosophicæ & Philologicæ, Præside D. Christ. Kortholto propositæ. Rostochii 1662. in 4.

M. NICOLAUS MAURITIUS, Itzehoensis, Erici senioris (*supra laudati*) filius, Witebergæ A. 1653. supremos Philosophiæ honores, Brabevta Aug. Buchnero, Kilonii autem A. 1666. Ethices professionem, obtinuit, sed, ob ebriositatem & negligentiam, uti relatum mihi est, eadem non multo post privatus, vivis, anno circiter 1668., excessit.

Theses de Communicatione proprii, Præside D. Mich. Siricio. Giessæ 1653. in 8.

Oratio auspicalis de moralis Philosophiæ præstantia & utilitate, Kilonii V. Id. Apr. A. 1666., cum ad Ethices professionem introduceretur, habita. Kilonii 1666. in fol.

OTTO MAURITIUS, Itzehoensis, Erici Senioris itidem filius, J. U. Lic. & Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Plönensis, Secretarius, ab illo, cum literas Hafniæ, ipsius nomine, sed injussu, scripsisset, ac nimia præterea, tam in Dominum, qvam Aulæ Danicæ magnates, παῤῥησίᾳ peccasset ac dicacitate, coram Dicasterio regio accusatus Hafniensi, hujusqve sententia A. 1677. in Bornholmiensem relegatus insulam.

Theses Inaugurales Juridicæ. Ultrajecti 1660. in 4.

ARNOLDUS MECLENBURG, Kiloniensis, J. U. D., Advocatus initio Cimbriæ haud incelebris, ac deinde Christiani Alberti atqve Friderici, Ducum Holsato-Gottorpiensium, ex Secretario Consiliarius aulicus, in legatione ad Conventum Irenicum Pinnebergensem Hamburgi, M. Apr. A. 1697., defunctus. V. de illo D. G. Morhofii Epithalamium ei scriptum, *in Horis subsecivis Poeticis p. 26. 27.*

Positiones Inaugurales, jus controversum delibantes, Præside D. Magno Wedderkopfio. Kil. 1671. in fol.

Scripta qvædam Germanica de Friderici, principis sui, cum Christiano V., Danorum Rege, controversiis, huic, illius jussu, ab eo, uti creditur, A. 1696. opposita.

GEORGIUS MEGANDER, Scholæ Slesvicensis Præceptor.

Poema Elegiacum de puero Jesu, Salvatore nostro, Casp. Hoyero, Præsidi Eiderstadiensi, inscriptum. Slesvigæ 1584. in 4.

JACOBUS MEHRNING, Holsatus, Anabaptista non indoctus, novam, qvod semel jam baptizati baptismum subinde, fluminibus se atqve piscinis immergendo, iterare, atqve hoc pacto a peccatis semetipsos purgare, debeant, teste Jod. Edzardo, adversario, tueri haud est veritus sententiam. An verus is, uti non pauci credunt, nominis istius scriptor fuerit, an vero sub nominis hujus, *ab augmento, in qvo sibi placebat, Ecclesiæ* assumpti, larva Christoph. Raselius, uti El. Sigism. Reinhartum (3.), Henr. Kippingium (4.) & Joh. Müllerum, Theologum Hamburgensem (a qvo *insignis* ille *& mendacissimus* vocatur *falsarius*) (5.), conjecisse video, delituerit, haud definio, sed aliis disqvirendum relinqvo (6.).

S. Baptismi Historia; das ist: Heilige Tauf-Historie, in welcher die Wahrheit der ersten, einigen und eigentlichen Tauf-Ordnung Christi, auß H. Schrift, deutlich wiederholet, dazu, auß vielen alten und neuen Kirchen-Historien, durch alle hundertjährige Zeiten, von Anfang der Taufe biß hieher, bezeuget, und, wie solche, fast nach allen Hauptstücken, oft verändert, und in schändlichen Mißbrauch verkehret sey worden, dergestalt dargethan wird, daß darauß leicht zu erkennen; 1. Was rechtschaffene Christen, von diesem hochheiligen Geheimnisse der Seligkeit, recht gläuben, und wie sie dasselbe mit gottseligem Wandel ihr lebenlang heiligen sollen; 2. Wer eigentlich ein wahrhafter Christentäufer, oder ein rechtschuldiger Wiedertäufer sey, oder nicht? Anfangs durch den hochgelahrten Herrn Joh. Montanum, in Niederländischer Sprache, beschrieben, nach dessen Tode aber, auß seinen hinterlassenen Schriften, und andern Autoren, vollkömmlich vermehret, und in die Hochteutsche Sprache übersetzt, durch Jac. Mehrning auß Holstein, der Göttlichen Wahrheit Studiosum. Tremoniæ 1646. & 1647. in 4. Divisum est Opus hoc in Partes duas, qvarum prior singula N. T. de Baptismo, ejusqve institutione, loca verbotenus recitat, ex Anabaptistarum mente explicat, & contrariam adversariorum interpretationem impugnat. Posterior Baptismi historiam, per singula a N. C. secula, ex *Centuriis Magdeburgensibus*, & Jos. Vicecomitis *Observationibus de Baptismo Ecclesiasticis*, ad nostra usqve tempora, pertexit, &, Christianos paulatim a Christi institutione longius recessisse, coacervatis, cum in finem, locis Patrum atqve Scriptorum recentiorum plurimis, ostendere allaborat. Pars eadem Anabaptistarum historiam, a duobus Pastoribus Hamburgensibus, D. Joh. Müllero (*in Anabaptismo*, L. Germ. Hamburgi A. 1644. edito), & Jod. Edzardo Glaneo (in der Nohtwehr der Kindertaufe, ibidem A. 1636. excusa), propositam, sub examen passim vocat, & probare conatur, singulis N. T. seculis Doctores & Scriptores floruisse, Anabaptistarum ὁμοψήφους sententiæ. Qvibus, e seculis duobus novissimis, Er. Roterodamum, M. Lutherum, P. Melanchtonem, Joh. Bugenhagium, Joh. Brentium, Tilem. Heshusium, Huldr. Zwinglium, Mart. Bucerum, Joh. Oecolampadium, Henr. Bullingerum, Joh. Calvinum, Wolfg. Musculum, Gerh. Joh. Vossium, & Georg. Calixtum nostratem, verbis contra Autorum mentem detortis, accenseri, multi mecum mirabuntur. Autorem primum Opus hoc agnoscit Joh. Montanum, e Ministro Ecclesiæ Belgicæ Reformato Anabaptistam, sive potius, Joh. Henr. Ottio (*in Annalibus Anabaptisticis p. 320.*) teste, ἐθελοθρήσκον, neutriqve sectæ addictum (sub cujus nomine Belgice illud, Amstelodami A. 1647. *in 8.*, titulo

(1.) teste Mich. Kirstenio, in Λόγῳ ἐπιταφίῳ, Caspari filii consecrato memoriæ. (2.) V. Heimreichium *l. c.* (3.) *in Diss. Inaug. Anti-Sociniana*, §. 23., *p.* 34. 35. (4.) *in Responso novo, seu Nenia Apologet.*, A. 1667. edita, §. 24.; qvem locum V. Placcius *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p.* 430. citavit. (5.) *in Notis MSS. ad librum Mehrningii*, a Dav. Sculteto, *in Innocentia Theoll. Hamburg. p.* 39. 40. allegatis. (6.) Raselium Historiæ Baptismi Mehrningianæ non esse scriptorem, cum in ea *p.* 1067. allegetur, judicat Joh. Fabricius *Parte V. Historiæ Bibliothecæ Fabricianæ p.* 278. 279.

titulo van de Nieligheid der Kinddoop præfixo, esse recusum, e *Catalogo Scriveriano* didici), a Mehrningio autem e lingva Belgica in Germanicam est transfusum, & ex aliis Autoribus, collectaneisqve H. K., emporii celebris incolæ, ad laborem hunc suscipiendum ipsum hortati, locupletatum. Historicas ejus narrationes Joh. Henr. Ottius, Prof. Tigurinus, *in Annalibus Anabaptisticis*, Tiguri A. 1672. *in 4.* publicatis, passim confutavit. Nonnulla qvoqve a Jod. Edzardo, qvem Mehrningius ipse sibi delegerat adversarium, reposita ei sunt im Geistlichen Badetuche, so entgegengesetzet ist den neuen Wiedertäuferschen Tauchern, welche, nach des falsch genandten Montani, und dessen Vermehrers Jacobi Mehrnings, Lehre, mit der einmahl empfangenen Taufe nicht vergnügt, eine neue Wiedertaufe, in den tiefen Strömen, oder Fischteichen, durch ein- oder untertauchen, vorhaben, opusculo Hamburgi A. 1651. *in 12.* excuso. Confer *Partem II. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 5.*, *§. 7.*, *p. 114. 115.*, & Joh. Fabricium *l. c.*

Refutatio argumentorum, qvibus D. Joh. Müllerus & Jod. Edzardus, in scriptis supra allegatis, contra Anabaptistas pugnarunt, in *præfatione* operis præcedentis promissa.

HENRICUS MEIBOMIUS junior, Lubecæ d. 29. Junii A. 1638. natus, patrem habuit Johannem Henricum, Poliatrum urbis istius eruditissimum, inter Scriptores fusius celebrandum adoptivos, Henrici Senioris, Historiarum & Poeseos Professoris in Acad. Julia inclyti, filium, matrem vero Elisabetham Oberbergiam, Johannis, aulæ Sverino-Megapolitanæ Cancellarii, filiam. Literaturæ omnigenæ elementis, partim ab ipso Parente, partim a Præceptoribus qvinqve domesticis, partim vero a scholæ Doctoribus publicæ, ingenii capacissimi & industriæ incredibilis ope, felicissime pariter atqve celerrime arreptis, genitoris moribundi jussu Academiam A. 1655. adiit Juliam, omnisqve doctrinæ liberalis, & divinæ humanæqve sapientiæ, præsertim vero Historiæ & artis Medicæ, qvas, paterna & avita premens vestigia, deperibat, notitia accuratiori animum, duces in singulis nactus egregios, invidendo successu, per qvadriennium, penitus imbuit. Belgii deinde fœderati provincias, urbesqve & Academias (e qvibus Groningensis & Lugduno-Batava diutius eum detinuerunt) illius, biennio seqventi, pervagatus præcipuas, contracta cum plerisqve Viris eruditionis fama illustribus amicitia, Lubecam A. 1661., & inde paulo post, a Præceptoribus, Collegam ipsum exoptantibus, invitatus, in Academiam Helmstadiensem, rediit, horumqve commendatione Professor Medicinæ extraordinarius a Principibus Gvelphicis, indulta, ante aditum istius, per annum adhuc peregrinandi potestate, confestim est designatus. Novum igitur iter aggressus literarium, Germaniam, Italiam, Galliam, Angliam, &, qvam denuo salutare voluit, Bataviam, peregrinator admodum curiosus, peragravit, locorumqve singulorum hominibus doctissimis sibi conciliatis, Bibliothecis sedulo excussis, & ævi antiqvioris monumentis coram accurate lustratis, A. 1663., Doctoris Medici titulo, Andegavi Prid. Kal. Febr. reportato, ornatus, Academiæ se Juliæ d. 8. Julii stitit reducem. Professionem illic Medicinæ extraordinariam, cum Archiatri aulæ Gvelpherbytanæ munere, anno mox eodem 1663. sibi ab Augusto, Duce Brunsvicensi (cujus & filiis in eodem, ad obitum usqve, inserviit), collato, M. Majo A. 1664. vix auspicatus, seqventi 1665. ordinariam, salario, cum locus in Collegio nullus vacaret, extra ordinem adjecto ditatam, ac anno tandem 1678. Historicam qvoqve & Poeticam, huic a Principibus, etsi eas non ambiret, superadditas, obtinuit. Singulis Polyhistor consummatissimus, &, præter incomparabilem Anatomes, cæterarumqve Medicinæ ac Philosophiæ partium, peritiam, ac summam, qvam multi etiam Principes senserunt ac commendarunt exteri, in praxi Clinica dexteritatem pariter atqve felicitatem, Polymathiæ etiam elegantioris, eloqventiæ singularis, venæ in carminibus fundendis præstantissimæ, ac cognitionis Historiæ gentium & seculorum omnium profanæ, sacræ atqve literariæ, inprimis autem antiqvitatum Germanico-Saxonicarum, diffusæ, gloria, qvam scripta auxerunt egregia, inclytus multiplici, præclare, per septem lustra, est perfunctus. Pectoris tandem angustiæ & inflammationi, qvam febris exasperavit, Plevriticæ, d. 26. Mart. Anno æræ Christianæ seculari 1700., ac ætatis 62., succubuit, &, e septem nobilioris, tribusqve seqvioris sexus liberis, e conjuge Anna Sophia, Brandani Detrii, Doctoris Theologi, ac Protecclesiastæ aulici Brunsvico-Gvelpherbytani, filia, d. 30. Aug. A. 1664. ducta, susceptis, tres filios, Hermannum Dietericum, Consiliarium, e Professore Helmstadiensi Historico, Brunsvico-Gvelpherbytanum, Brandanum, Medicinæ in eadem Acad. Julia Professorem, & Henricum, gnatamqve unicam, reliqvit superstites. Plura de illo, qvem Tomus Operis hujus ultimus, scripta etiam, & eruditorum judicia de istis ac Autore honorifica, exhibiturus, fusius celebrabit, suggerent Programma luculentum funebre, sub Prorectoris Academiæ Juliæ nomine, a Joh. Werlhofio, JCto ejusdem eximio, nostriqve ex sorore nepote, conscriptum, mihiqve amice transmissum, D. Frid. Weisii, Prof. Theologi & Superintend. Helmstadiensis, Sermo in Gen. XXXII. 6-11. exeqvialis Germanicus, Helmstadii A. 1701. *in fol.* excusus, *Nova Literaria Lubecensia, M. Apr. A. 1700.*, *p. 125. 126. 127.*, Joh. Georg. Eccardi *Excerpta anni 1700. e libris recentioribus menstrua Germanica*, *p. 158-161.*, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogi menstrui vernaculi*, *M. Dec. A. 1692.*, *p. 953-967.*, Joh. Franc. Buddei *T. III. Lexici Historici p. 499.*, & Justi Christoph. Böhmeri *Inscriptiones Helmstadienses p. 6. 7. 75. 76. 77.*

MARCUS MEIBOMIUS, Tonninga Eiderstadiensis, Vir peritia Matheseos, lingvarumqve Græcæ ac Hebrææ, & Philologiæ universæ, interiori coævorum nemini secundus, juvenis adhuc Petri Lambecii Præceptor, in civitate Hamburgensi, fuit domesticus. Adultior in aula Christinæ, Svecorum Reginæ, aliqvamdiu vixit Holmiensi, sed, ortis inter ipsum, Johannemqve Bourdelotium ac Is. Vossium, qvi specimini Musicæ veterum (cujus Scriptores antiqvos, a se editos, præclare illustraverat) Practico, Palladis hujus Arctoæ postulatu voce exhibito propria, insultaverant, jurgiis, a verbis ad verbera progressis, hac relicta, in Daniam abiit. Illic Friderici III., Monarchæ augustissimi, potitus gratia, Academiæ initio Soranæ egit Professorem, deinde vero Consiliarium & Bibliothecarium, in Metropoli Hafniensi, regium, & Architelonum tandem ad fretum Oresundicum Helsingorensem. Vectigalium freti istius Ephoria, anno circiter 1658., sibi adempta, in Bataviam trajecit, &, Conradi a Beüningen, Legati in Dania Belgici, cujus cognatam Hafniæ uxorem duxerat, commendatione, professionem in Gymnasio Amstelodamensi obtinuit Historicam, sed & illa, non multo post, sive qvod a doctrina & sacris Reformatorum abhorreret, sive ob procerum qvorundam civitatis offensam, excidit. Vitam reliqvam, post excursiones ad Gallos & Anglos diuturniores, ut sua, qvæ jactabat, novæ triremium fabricæ, & Criticæ Codicis Hebræi emendationis, inventa grandi his ære venderet, sed absqve successu, institutas, recusato, qvod offerebatur, lingvam Hebræam in Academia Lugduno-Batava docendi munere, Amstelodami in otio transegit literario, Trajectiqve tandem ad Rhenum senex A. 1710. vivis excessit. Plura de ejus vita, meritis in rem literariam, plurimosqve Autores Græcos & Latinos, scriptis item propriis, tum Mathematicis, a Wilh. Langio, Joh. Wallisio, Franc. Xaverio Aynscom & Joh. Scheffero, tum Hebræo-Criticis, a Niceta Spilio (*sive Vinc. Placcio*), Joh. Henr. Majo, Brand. Henr. Gebhardo, Joh. Joach. Zentgrafio, Val. Ern. Löschero, aliisqve, impugnatis, & promissis tandem de emendando S. Codice Hebræo, metrisqve illius restituendis, justo audacioribus, ac lucro inhiantibus nimio, Tomo operis nostri narrabuntur ultimo. Confer interim, præter Scriptorum ejus recensus, in Ephemeridibus plerisqve passim obvios literariis, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 98.*, nostraqve *ad hunc Hypomnemata p. 327.*, ac Henr. Lud. Benthemii Holländischen Kirchen- und Schul-Staat, *P. II.*, *c. 4.*, *p. 375-382.*

M. ALBER-

M. ALBERTUS MEIERUS (qvi cognomini huic alterum *Majoris* in suis ad Joh. Pistorium prætulit Epistolis) nec Belga fuit, uti Valer. Andr. Dessclius (1.) & Franc. Sweertius (2.) falso tradiderunt, nec (qvod amicus ejus, Joh. Pistorius (3.), credidit) Rendesburgensis, sed Frisiam Cimbriæ nostræ Borealem (cujus alumnis a Suffrido Petri (4.) recte est annumeratus), insulamqve hujus Nordstrandicam (cujus intuitu Strandfrisium se ipsemet in titulo *Methodi* appellavit *Apodemicæ*), ac Parochiam istius Pilwormiensem (5.), patriam agnovit. In hac, anno circiter 1528., in lucem editus, patrem habuit M. Joh. Meierum, Hamburgensem, pagi primum illius, ac urbis deinde Rendesburgensis, Pastorem, vicinæqve Diœceseos Præpositum, fratrem vero Sam. Meigerium, Parochum Norttorpiensem ἰεϱομαϰίον, suo paulo post loco celebrandum. Juvenis, in Academia Hafniensi, Joh. Pistorio, Præposito postea Eiderstadiensi, commilitone, uti Epistolæ utriusqve docent mutuæ, gavisus, studiis incubuit. Ecclesiæ deinde rurali Lindholmiensi, in tractu præfecturæ Tunderensis Frisico, circa A. 1551., est præfectus, istoqve, ultra 50. annos, functus officio, donec pestis, d. 17. Aug. A. 1603. (6.), senem vegetum terris eripuit, anno ætatis non octuagesimo, uti Joh. Calixtus credidit, sed septuagesimo qvinto. Ipse enim anno 1600. Theodoro Pistorio, annum se tunc ætatis 72. fuisse ingressum, per Epistolam significavit. E duabus, qvas duxit, uxoribus prior, Cæcilia, A. 1558. vivis excessit, posterior vero, Catharina, Friderici Johannis, incolæ Lindholmiensis, filia, huic seqventi 1559. subrogata (7.), per XI. tantum dies marito superstes, lue pestilenti d. 28. Aug. A. 1603. itidem expiravit (8.).

Inter adversa, qvibuscum subinde est colluctatus, eminent incendium ædium ipsius, a fulgure d. 13. Sept. A. 1575. incensarum atqve consumptarum (9.), & controversiæ, de qvibus in Epistola ad Joh. Pistorium est conqvestus, graves ac diuturnæ cum auditoribus, illum non redituum solum parte defraudare, sed criminationibus etiam variis, in famam ipsius injuriis, traducere, imo magiæ insimulare Necromanticæ, haud veritis. Cujus calamniæ ansam agricolas rudes arripuisse credo ex Astrologiæ (pro cujus certitudine duabus ad Pistorium A. 1557. & 1558. acriter depugnavit Epistolis) divinatricis ac Chemiæ arcanioris studio immodico, & prædictionibus operationibusqve rarioribus, ab isto profectis, qvas homines imperiti, qvod sui captum transcenderent ingenii, naturæ etiam vires superare putarunt. Qvantos in Chemia fecerit progressus, qvantoqve doctrinæ omnigenæ senex etiam amore flagraverit, verba ostendunt Epistolæ ipsius ad Theod. Pistorium, d. 13. Jan. A. 1600. exaratæ, seqventia: *Ad statum rerum mearum qvod attinet, scias me nunc ingressum annum ætatis 72., seniumqve hoc meum, sine ulla molestia, hilariter ferre, nulla adhuc oculorum hebetudine, nullo dentium stupore, nullo ventriculi fastidio, nulla pedum defatigatione molestantes; ut Deo O. M. satis condignas grates reddere non possim. Fervor qvoqve omnis generis studiorum, omniaqve pulcherrima cognoscendi & investigandi, non tam in me deferbuit, ut qvotidie incendatur, ardeat, inflammetur augeaturqve magis; hocqve potissimum vitio urgeor, ut nimius librorum belluo esse videar. In meditatione veræ Chymiæ, de lapide, ut vocant, Philosophorum, omnem fere ætatem obiter transegi, ut scripta propemodum, ea de re, Alchymistarum omnia intelligere me putem, discernereqve posse, qvi eorum scriptores vere, qvi falso & impostorie (qvorum, proh dolor! maxima turba est), scripserint, qviqve, ut artem celent, falsa veris miscuerint, qviqve eorum longa, qvi brevissima via, insistant. Labore etiam & praxi eo, Dei munere, processisse mihi videor, ut propediem me artis verissimæ compendiosissimum finem attigisse sperem.*

Longe aliud, qvam ruricolarum, de illo judicium fuit Henr. Ranzovii, Proregis Cimbriæ eruditissimi, qvi, ob ingenii dotes præclaras, Matheseos, Chymiæ ac rerum naturalium, peritiam, insignemqve πολυμάθειαν, maximi eum fecit, ac *Methodum* ipsius *Apodemicam* elegantem suis A. 1587. edi curavit sumptibus. Qvanti a Suffrido Petri sit æstimatus, inde patet, qvod, in *præfatione* suarum, qvibus Scriptores Frisios celebravit, *Decadum*, simili eum, circa Frisios Cimbriæ boreales, labori parem esse, his verbis judicaverit: *Frisios nostros Trans-Amisanos, usqve ad Danomarchiam, colligere præclare posset Strandfrisius noster, Alb. Meierus.* Præter hunc, Dessclium, atqve Sweertium, supra jam allegatos, mentione etiam illum dignatus est Mart. Zeilerus, a qvo Historicis, *Parte III. suæ de istis Sylloges p. 151.* annumeratur.

SCRIPTUM EDITUM.

Methodus Apodemica describendi regiones, urbes & arces, qva docetur, qvid, in singulis locis, præcipue in peregrinationibus, homines nobiles ac docti animadvertere, observare & annotare, debeant, jussu & impensis Henr. Ranzovii concinnata, ac XII. Capitibus (qvorum 1. Methodum Cosmographicam, 2. Astronomicam, 3. Geographicam, 4. Chorographicam, 5. Topographicam, 6. Physicam & Georgicam, 7. Nauticam, 8. Politicam, 9. Medicam, 10. Scholasticam, 11. Ecclesiasticam, & 12. Historicam, peregrinantibus observandas, exhibet) comprehensa. Hamb. A. 1587. (*teste P. Lindebergio l. c.*), Helmst. 1587. in 8., Lips. 1588. in 8., Rostoch. 1591. in 8. (cum Pet. Lindebergii *Tr. de præcipuorum numerorum mysterio*), & Argentinæ 1608. in 12. (cum Georg. Lovysii *Pervigilio Mercurii*). Inserta etiam est a Rud. Capello, Prof. Hamburgensi, *Sciagraphiæ* suæ *Nummophylacii Lüderiani*, Hamburgi A. 1678. *in fol.* editæ *cujus duæ illam exhibent plagulæ intercalares, literæ Hh. subjunctæ*), & a Thoma Crenio *Tractatibus variorum de Eruditione comparanda*, junctim a se Lugd. Bat. A. 1699. *in 4.* publicatis, *p. 565-571.* Henr. Ranzovio, cujus jussu a nostro est conscripta, tanqvam Autori, eam perperam tribuunt Editio hæc Creniana, & (nisi memoria me fallit) etiam Argentinensis, nec non Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Script. Med. p. 241.*, Georg. Abr. Merclinus *in Lindenio renovato p. 400.*, Alb. Bartholinus *in Lib. de Script. Dan. p. 56.*, Joh. Christoph. Becmannus *in Catal. Biblioth. Francof. p. 377.*, Paulus Mart. Sagittarius *in Programm. de peregrinatione p. 18.*, & Car. Arndius *in Bibliotheca Politico-Heraldica p. 441.* Suffrido Petri (*l. c., Dec. XVII., n. 5.*) *opusculum* audit *peregrinantibus utilissimum.*

INEDITA.

Mater Postillarum, sive Postilla generalis in Periochas totius anni Evangelicas, cujus cum editionem meditaretur, a Christophoro Barbarossa, Superint. Hadeliensi, *Postillæ Postillarum*, operis isti gemini, Autore, præventus, ab incepto (uti a Joh. Breclingio, Pastore Lindholmiensi, accepi) destitit.

Herthæ, Sibyllæ, circa A. 1420., Frisicæ, Vaticinia, ab eo collecta, & in Articulos XXV. digesta, de qvibus supra *p. 239.* dicta possunt relegi.

Consignatio Historica MS., qvam Ant. Heimreichius, *in Catalogo Autorum, Chronico Frisiæ Borealis præfixo*, allegat.

Epistolæ XI. Latinæ, ab A. 1557. ad 1596., ad Joh. Pistorium, PræpositumEiderstadiensem, scriptæ, & una ad Theodorum, hujus filium, A. 1600. exarata, qvæ, cum duabus Joh. Pistorii responsoriis, in Volumine Epistolarum ad hunc MSto, qvod in Bibliotheca Axeniana Slesvicensi asservatur, supersunt.

(1.) *in Biblioth. Belgica p. 38.* (2.) *in Athenis Belgicis p. 140.* (3.) *in Epist. ad eum, A. 1553 scripta.* (4.) *in præfatione Decadum suarum Scriptorum Frisiorum, & Dec. XVII., n. 5.* (5.) teste Pet. Lindebergio *in Hypotyposi Ranzoviana, c. 3., p. m. 65.* (6.) teste Joh. Calixto, Parocho Medelboensi, *in Annott. MSS. ad Diarium Historicum Abrah. Saurii.* (7.) *testibus ipsius ad Joh. Pistorium Epistolis.* (8.) teste J. Calixto *l. c.* (9.) teste eodem *l. c.*

AUGUSTUS MEIERUS, Lubecensis, d. 17. Sept. A. 1616. in lucem editus, Jurisprudentiæ, per qvadriennium, in Academia (qvæ publice, præsente Electore Brandenburgico, vidit perorantem) Regiomontana, & postea etiam in Cracoviensi ac (ab A. 1640.), per biennium, in Rostochiensi, vacavit studio. Belgio hinc, Anglia, Gallia, Italia, Helvetia & Germania, peragratis, in patriam redux, locum inter Canonicos, & regiminis Episcopatus, Lubecensis Consiliarios, obtinuit, tituloqve Doctoris Rostochii A. 1657. est ornatus. A Christ. Alberto, Duce Holsatiæ ac Episcopo Lubecensi, Consiliariis tandem adscriptus intimis, vicario Episcopatus admotus regimini, & ad Comitia ablegatus Ratisbonensia, in Canonicorum autem Collegio dignitates Senioris adeptus & Thesaurarii, ac a Julio qvoqve Francisco, Duce Saxo-Lauenburgico, in Consiliariorum allectus numerum, qvinqve liberis e conjuge priori, Christina a Cleren, Virgine nobili, nullis autem e posteriori, Anna, Gothardi Brömsii, Senatoris Lubecensis, filia, sublatis, d. 11. Jun. A. C. 1674., & ætatis 58., vivis excessit. V. D. Henr. Rahnii, JCti Rostoch., *Programma Disput. Inaugurali* A. 1657. præmissum, Adr. Langerfeldii, & aliorum, *Epicedia*, ac Inscriptionem monumenti Lubecensis, in templo Cathedrali, Epitaphii.

Disputatio integram exhibens Politicam, Præside M. Wilh. Witzendorfio. Regiom. 1638. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Austregis, Præside D. Henr. Rahnio. Rostochii 1657. in 4.

AUGUSTUS FRANCISCUS MEIERUS, Lubecensis, Augusti, modo laudati, e conjuge priori filius, Rostochii, ab A. 1674., Theologiæ primum, & deinde Juris, amplexus est studium, hujusqve, Jenæ per triennium continuati, Doctor, post *Disp. de Canonicis inauguralem*, A. 1681., qvo locum inter Canonicos obtinuerat Lubecenses, Gryphiswaldiæ renunciatus. Liberis tandem octo, qvorum tres eodem tempore a superstite sunt elati, in conjugio susceptis, in patria, d. 12. Jun. A. C. 1703., & ætatis 48., est defunctus. Plura de vita ejus suggerent *Nova Literaria Lubecensia, M. Aug. A. 1703., p. 191. 192.*, & D. Pet. Mascovii, JC. Gryphisw., *Programma Disputationi A. 1681. præmissum inaugurali.*

Disp. de in Jus vocando & edendo, Præside D. Georg. Ad. Struvio. Jenæ 167.. in 4.

Disp. Inaug. de Canonicis, Canonicatu & Canonicorum Capitulo, Præside D. Pet. Mascovio. Gryphiswaldiæ 1681. in 4.

BARTH. MEIERUS, Hamburgensis, Scholæ in Pomerania Dammensis circa A. 1669. fuit Rector. Vitam reliqvam D. Joh. Fabricius, *Parte V. Historiæ Biblioth. Fabric. p. 97.*, verbis exponit seqventibus: *Primum Eloquentiæ Professor in Gymnasio Stettinensi, deinde Ecclesiæ Antistes Blanckenburgensis, post hæc Superintendens generalis Wolfenbuttelanus & Præpositus Scheningensis, ubiqve fidem & vigilantiam demonstravit singularem. Sed, cum ultimo in loco propter motus Pietisticos certum decretum publicaretur, & ille ei subscribere renueret, a munere suo A. 1692. depositus, & solum vertere coactus est. Atqve ita A. 1694. venit in Frisiam orientalem, eiqve Ecclesia Hagensis (est autem Haga vicus, Nordæ vicinus) concredita fuit: qvam ille docendo & regendo, bonoqve exemplo prælucendo, integros XX. annos, ornavit & beatam reddidit, perqve triste sui desiderium illi reliqvit, cum ex mundo hoc discederet anno 1714., ætatis 70.*

Extat ejus Theologisches Responsum (*dimidii tantum qvaternionis*) auf etliche Fragen, den neuen Religions-Eyd einiger Hamburgischen Prediger betreffend, Plönæ A. 1690. *in 4.*, cum Judiciis similibus D. Phil. Jac. Speneri, D. Nicol. Alardi & JCti Anonymi, de Juramento isto seqvioribus Germanicis, excusum.

Thesin de diversis in homine animabus, in Gymnasio olim Stettinensi ad disputandum a se propositam, sed ab Herm. Lehmentio, Stadensi, *in Diss. de aurea salutis catena*, Præside D. Joh. Michaelis, Gryphiswaldiæ A. 1669. impugnatam, Declaratione, qvam vidi, defendit ἀνεκδότῳ. Cui a Lehmentio Responsio, Gryphisw. eod. A. 1669. in 4. excusa, vicissim est reposita.

BERNHARDUS MEIERUS, Pastor Nicolaitanus Kiloniensis, qvi (uti a V. C. Seb. Kortholto sum edoctus) laboris impatiens muneri huic valedixit.

Leichpredigt über Emeke von Damme, Fürstl. Holstein. Rittmeister, und Erbsassen auf Seestädt, aus Luc. XII. 35. Hamburgi 1615. in 4.

BERNHARDUS MEIERUS, Flensburgensis, M. Joh. Meieri, Præpositi & Pastoris Mariani, filius (1.), ipsa bruma A. 1571. in lucem editus (2.) scholæ initio Hatherslebiensis (uti a M. Christoph. Kraheo, Præposito Hatherslebiensi, accepi) fuit Rector, deinde vero, ab anno circiter 1602. (3.), templi Germanorum Petrini Hafniensis Antistes, ac, d. 24. Apr. A. C. 1634., ætatis autem 63. (4.), extinctus, Johannem filium, Scholæ Ripensis moderatorem, Poetamqve eximium, paulo post itidem celebrandum, patriæ reliqvit, a qvo genitori huic suo Elegia parentatum est cultissima, in Vinc. Fabricii obvia Operibus (5.). Dramatibus præcipue sacris inclaruit, qvæ Vinc. Fabricius, in Elegia de iis ad Autorem peculiari (6.), hoc dignatus est elogio:

Tu rapis accensam, Meiere, ad sidera mentem,
Et procul æternum carmine numen adis.
Nisides, natiqve, & tanti classica belli,
Materies Musæ sunt magis apta tuæ.
Improbus & dudum cœli contemptor Ahabus
Infandæ pœnas impietatis habet.

Impetus ille tuum decuit, Vir magne, cothurnum:
Hæc laus ingenii debuit esse tui,
Qvi, qvoties facili transis tua pulpita socco,
Lenior incedens, utraqve palma tua est.
- - - - - - - -
Nunc ea, qvam qvondam præmittis, splendida Lampas
Ad laudem reliqvis monstrat, Amice, viam.

A Gerh. Joh. Vossio versus illorum, a Johanne filio Leidæ oblatorum, *velut non satis rotundos, sed nonnunqvam horridulos*, esse notatos, ipsemet, *in Epistola ad Vossium*, mox memoranda, retulit, *seqve, senectæ vitio, magis magisqve asperitate qvadam, qvam rotundo lævore, delectari*, haud dissimulavit.

Confer de illo, præter jam allegatos, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 15. 16.*, meaqve *ad eum Hypomnemata p. 170.*, Pet. Resenii *Inscriptt. Hafnienses p. 213. 219.*, & Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 43.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Lampades, Comœdia Sacra de Virginibus prudentibus & fatuis, ex cap. XXV. Matthæi. Hamburgi 1620. in 4. Hanc, præter Vinc. Fabricium (cujus modo recitavimus Elegos), Casp. Barlæus qvoqve (Autorem *Johannem Meyerum, Holsatum*, perperam appellans), *P. II. Poem.*, *Lib. II. Miscell.*, *p. 440.*, eleganti commendavit Epigrammate, & Ol. Borrichius (*Diss. ult. de Poetis, p. 169. 170.*) *feliciter Meiero cessisse* judicavit. In

(1.) teste M. Joh. Cröchelio Jun. *in Sermone funebri, in Elisab. Meieriæ habito memoriam, p. 30.* (2.) V. Epigraphen sepulchri ejus, in Pet. Resenii *Inscriptt. Hafn. p. 219.* (3.) In Epistola enim ad Gerh. Joh. Vossium, A. 1630. exarata, per 28. se annos Ecclesiastico jam functum esse, retulit, munere. (4.) testibus P. Resenio *l. c.*, & Joh. Meiero filio, *in Elegia funebri.* (5.) *p. 797-801. Edit. anni 1685. Lipsiensis.* (6.) *Lib. IV. Eleg., num. 4., p. 85. 86., in Edit. Poematum Amstelodamensi, A. 1698. publicata.*

In noctem, puero Jesu Salvatori natalem, Panegyris gemina, una soluto, altera ligato sermone. Accedit Ode Pindarica in obitum Udalrici, Hæredis Norwagiæ, ac Cimbrorum Ducis. Hafniæ 1634. in 4. A Johanne filio denuo edita Slesvigæ A. 1647. in 4.

Joh. Bugenhagii, Theologi Witebergensis, Explicatio Psalmi XXIX.; item de Pædobaptismo atqve infantibus nondum natis, & illis simul, qvi nati baptizari non possunt, contra Anabaptistas; it. Consolatio divina D. Mart. Lutheri, mulieribus, qvibus partus infeliciter cessit, A. 1542. scripta: Pro Ecclesiis Danicis, Norwagicis & Holsaticis (*qvarum Pastoribus in Ordinatione Ecclesiastica commendantur*), e Germanico Idiomate Latine versæ, & denuo a D. Joh. Paulo Resenio, Seelandiæ Episcopo, editæ. Hafniæ A. 1632. in 8. (A Meiero versionem hanc suo concinnatam esse hortatu, Resenius, *in præfatione*, testatur.)

Epistola ad Gerh. Joh. Vossium, Hafniæ VI. Kal. Aug. A. 1630. scripta, qvæ in Vossianarum, Londini A. 1690. *in fol.* editarum, *Appendice, num. 119., p. 78. 79.*, legitur.

Elegia in obitum Jac. Werembergii Jun., Pastoris Hamburgensis, Henr. Vagetii *de vita illius Orationi*, Lüneburgi A. 1625. *in 4.* excusæ, adjecta, & Hamburgi A. 1711., in Joh. Alb. Fabricii *Volum. III. Memoriarum Hamburgensium, p. 196-199.*, recusa.

INEDITA.

Tragœdiæ de Saule, Rege Israelis, ejusqve filiis, de Ahabo, Rege impio, aliisqve historiis Biblicis, a Vinc. Fabricio, in Elegis supra recitatis, commendatæ.

Comœdia Monarchica, ex cap. II. Danielis, cujus in ipsius ad Vossium Epistola, modo laudata, occurrit mentio.

M. CHRISTIANUS MEIERUS.

Genethlia, seu Carmen Sapphicum in natalem Jesu Christi. A. 1654. in 12.

Sehnliche Klage gläubiger und gedultiger Seelen zu GOtt, allen Betrübten zu sonderbahrem Troste Gebetsweise aufgesetzet. Slesvigæ 1654. in 12.

M. DETHLEVUS MEIERUS, Flensburgensis, M. Nov. A. 1582. natus, Johannis, Præpositi & Pastoris Mariani (1.), filius, ac Bernhardi (*supra celebrati*) frater, scholæ Hatherslebiensis, circa A. 1613., fuit Conrector, & ad Rectoratum ejusdem seqventi 1614. (uti M. Andr. Scerbeccii ad eum me docuerunt Epistolæ) est evectus. Hatherslebia Itzehoam migravit, &, Pastoris illic atqve Præpositi munere, ad A. usqve 1632., functus, non eruditione tantum sacra, sed & vita ἀνεπιλήπτῳ, auditorum amorem promeruit. Gemina hac dignitate sacra ob sententiam excidit, e Reformatorum scriptis haustam, de Christi ad inferos descensu, qvem non realiter, aut localiter, contigisse, sed de gravissimis animæ in horto ac cruce angoribus explicandum esse, in sacro in Ps. XVI. sermone, publice d. 8. Sept. A. 1631. affirmavit. Qvæ doctrina ipsius cum a Mart. Coronæo, Diacono Itzehoensi, in colloqvio, velut Symbolo Apostolico & Lutheranæ Ecclesiæ confessionibus haud congrua, notaretur, tueri eam perrexit, descensumqve istum ad statum exinanitionis referendum esse asseruit, nec obscure, se, an infernus locus aliqvis sit certus ac definitus, ambigere, significavit. Hanc ob caussam apud auditores initio, & deinde apud Magistratum, ab adversario est delatus, cujus ipse vicissim Homiliam de 10000. talentis, Matth. XVIII. 24. memoratis, d. 11. Apr. A. 1632. habitam (in qva is Christum ære hoc alieno genus humanum sic docuerat liberasse, ut primam talentorum chiliadem conceptione, secundam nativitate, tertiam passione, qvartam crucis supplicio, qvintam morte, sextam sepultura, septimam descensu ad inferos, octavam resurrectione, nonam ascensu in cœlos, ac decimam tandem sessione ad dextram Dei, dissolveret), erroneæ de satisfactione Christi, soli sangvini, in passione effuso, tribuenda, doctrinæ insimulavit. Coram Synodo tandem Theologorum & Politicorum qvorundam, a Christiano IV., Rege Daniæ, d. 13. Aug. A. 1632., comparere jussus Glückstadiensi, atqve a Coronæo, ac qvinqve Pastoribus aliis, decreto huic adjunctis regio, accusatus, cum sententiam, monitus licet, retractare tunc nollet heterodoxam, lata a judicibus ab officio remotus est sententia. Post hanc promulgatam, mutata mente, d. 2. Sept., voce pariter ac scripto dogmatis sui ἑτεροδόξου Palinodiam cecinit, sub hoc etiam titulo in qvaternione mox excusam dimidio: *Revocatio M. Dethl. Meieri*, wegen seines Irrthums von der Höllenfahrt unsers Herren *JEsu Christi*, und der Höllen ins gemein, *d. 2. Sept. A. 1632.* gethan. Licet autem, in eadem, regium in pœna sibi inflicta, mitiganda imploraret clementiam, munus tamen Itzehoense haud recuperavit, sed, in Frisiam digressus Orientalem, Pastoris atqve Senioris, in oppido illius Auricensi, obtinuit officium A. 1647. Obiit A. 1653. V. M. Joh. Casp. Zeumeri *Vitas Theologorum Jenensium p. 243.*, & Cröchelium *l. c.* Plura haud dubie de ejus vita narrat Christ. Funccius im erneuerten Gedächtnisse der Aurichschen Prediger. V. Löscheri Unsch. Nachr. *Sect. 5. A. 1717. p. 891.*

Præter Palinodiam ejus vernaculam, A. 1632. excusam, duo seqventia possideo totidem qvaternionum, adversus Mart. Coronæum, Collegam, Schediasmata ἀνέκδοτα, ante illam conscripta:

1. Gründliche Wiederlegung der IV. Fragstücke, so Mart. Kreye, hinter seinem Wissen, mit gesparter Wahrheit, diffamiret, aus dem Worte GOttes aufgesetzt.
2. Examen der neuen Lehre von der Gnugthuung Christi, welche Mart. Kreye, d. 11. Apr. A. 1632., in öffentlicher Predigt disseminiret hat, allen Schäflein Christi zur Warnung vorgestellet.

Confer, qvæ de illo, *Parte II. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 7., §. 5., p. 189.*, jam diximus, & Joh. Henr. Feustkingius, Theol. Witeb., ex ista, *in Schediasmate de Palinodia sacra, §. 65., p. 114. 115.*, repetiit.

ERNESTUS MEIERUS, Lubecensis, Sebastiani, scholæ publicæ Rectoris, filius, Ecclesiæ in Ducatu Megapolitano Rühnensis, circa A. 1664., Parochus. V. Henr. Bangerti *Programma de vita Parentis ejus funebre.*

Oratio de Jejunio. Rostochii 1643. in 4.

Disp. de Ente increato & creato, Præside Joh. Scharfio. Witebergæ 1644. in 4.

Disp. de Subtilitate, e Jul. Cæs. Scaligeri *Exerc. Exot. I. Sect. I.*, Præside Joh. Sperlingio. Witeb. 1645. in 4.

GERHARDUS MEIERUS, Hamburgensis, patre Henrico d. 26. Aug. A. 1664. natus, & ex urbis patriæ Gymnasio in Academias ablegatus Lipsiensem atqve Witebergensem, in posteriori Magistri A. 1685. titulum, hinc A. 1687. locum inter Ordinis Adjunctos Philosophici, & A. 1689. Collegia etiam privata Theologica aperiendi potestatem, tandemqve A. 1692. Licentiati Theologiæ gradum, obtinuit. Witeberga in patriam A. 1691. exeunte est revocatus; &, post *Theses contra Realem de Vienna*, Logices contemptorem ψευδώνυμον, Docimasticas Kal. Dec. defensas, d. 22. ejusdem mensis Joh. Vagetii, in Professione Logico-Metaphysica Gymnasii, electus successor, dieqve 12. Jan. A. 1692. *Oratione hanc de caussis, ob qvas Logicæ, Metaphysicæ & Pneumaticæ, studium ad paucos nunc recidit, potioribus* inaugurali auspicatus. Cum Hamburgi adhuc viveret, oblatam sibi in Academia Halensi Professionem Theologi-

(1.) teste M. Joh. Cröchelio Jun. *in Sermone in memoriam Elisab. Meieriæ funebri, p. 39.*

co-Philosophicam recusasse, in Anonymi *Brema anni 1708. literata p. 48.* traditur. A. 1698., cum Diaconi in æde Jacobæa Hamburgensi frustra ambiisset officium, longe splendidiori paulo post est potitus, & ab Anna Dorothea Saxonica, Abbatissa Qvedlinburgensi, Diœceseos suæ Superintendens, Consiliarius Ecclesiasticus, templiqve urbis Qvedlinburgensis Benedictini Pastor, M. Julio, constitutus, mensequ e Octobri Theol. Doctor Wirebergæ renunciatus. A. 1699. Qvedlinburgo Halam Saxonum, ut, in Pastoratu ædis Marianæ, D. Joh. Christ. Oleario succederet, a magistratu urbano, vocabatur qvidem, sed absqve successu, qvod Electoris Brandeburgici consensus non posset impetrari. Biennio autem vix elapso, A. 1701., Bremam se a Svecis, ad dignitates Consiliarii regii Ecclesiastici, Basilicæ Cathedralis Pastoris primarii, vicinæqve Diœceseos Superintendentis, obeundas, dimissione ab Electore obtenta Brandeburgico, invita licet Abbatissa & Ecclesia Qvedlinburgensi, passus est pertrahi. Qvam ipsius migrationem justam fuisse D. Joh. Frid. Mayerus, in Oratione peculiari, Kilonii d. 25. Maji eodem anno 1701. habita, & Latine pariter atqve Germanice edita, suppressis, & illius, & Ecclesiarum, nominibus, asseruit. Qvedlinburgi certamen ipsi intercessit cum Gotfr. Arnoldo & Joh. Henr. Sprögelio, Separatistarum, qvos vocant, urbis istius patronis, Bremæ autem cum M. Ulr. Mentio, cive ac Collega, ἑτεροδοξίας per eum accusato, sed A. 1708. a Tribunalis regii Wismariensis judicibus absoluto. A. 1715. Gryphiswaldiam, in locum D. Joh. Frid. Mayeri ad Professionem Theologiæ primariam, & Superintendentis generalis dignitatem, teste Joh. Gottl. Krausio (*in Novis literar. A. 1715. Lips. Germ. n. 7. p. 54.*) frustra est vocatus, obiit A. 1723. 25. Febr. æt. 59.

Plura de vita ejus addi hisce possunt ex ipsius scripto contra J. H. Sprögelium vernaculo (den unverwerflichen Zeugnissen), & Vinc. Placcii *Programmate, Orationi ejus Hamburgensi auspicali A. 1692. præmisso.* Fusius vero illam enarrarunt D. Casp. Löscherus in *Programmate*, Disp. ejus inaug. A. 1692. Witebergæ præmisso, Autor *Bremæ anni 1708. literatæ p. 47. 48. 49.* & Joh. Henr. a Seelen in *Stada anni 1711. literata p. 80-87.* Jungatur his: I. Anonymi Ehren-Gedächtniß D. Gerh. Meiers, oder gründliche, doch unpartheyische, Nachricht von dessen Leben, Schriften, Controversien, Verdiensten und Absterben, ed. Bremæ A. 1723. in 4. II. Sylloge Parentationum & Epicediorum in ejus obitum, una cum M. Tob. Eckardi, Scholæ Qvedlinburg. Rectoris, Historia Vitæ illius Latina, Stadæ A. 1723. excusa.

Confer Joach. Meieri, J. U. L. & Prof. Göttingensis, *Antiqvitates Meierianas*, Göttingæ A. 1701. editas, *c. 12., §. 6., p. 144.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memoriarum Hamburgensium p. 1094. 1095.* & Jo. Henr. a Seelen *Or. de Præcocibus eruditis p. 51.*

ELOGIA.

Vinc. Placcio (*T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 6.*, *p. 321.*) *Vir* audit *eruditione rara clarissimus.*

Joh. Fechtio (*in Epistola, Criticæ in Gotfr. Arnoldi Criticam de Dav. Chytræo A. 1704. præfixa*) *Theologus celeberrimus constantissimusque, & verus, ad irreconciliabile usqve Fanaticorum odium, pro gloria Dei Zelotes.*

Joh. Frid. Mayero (*in Epist. de Resurrectionis e solo naturæ lumine cognitione*, A. 1697. edita, *p. 4.*) *singulare Gymnasii Hamburgensis ornamentum, & æternum Studiosorum bonæ frugis exemplum*; nec non (*in Programmate de disputationibus publicis*, A. eod. 1697. publicato, *p. 11.*) *Vir exqvisitissimæ eruditionis, & decus Athenæi Hamburgensis insigne.*

Joach. Meiero (*l. c.* Meieris eum annumeranti celebribus) *Vir, non multis licet annis, multis tamen, iisqve pietate & eruditione insignibus, meritis celeberrimus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Enunciationis Categoricæ partibus & speciebus, Præside Jo. Vagetio. Hamb. 1682. in 4.

Disp. de Anima rationali, Præside Dan. Bütnero. Hamburgi 1683. in 4.

Disputationes IV. de Semine Messiæ, ex Es. LIII, 10. Witebergæ 1686. in 4.

Horæ Philologicæ, in voculam *Amen* impensæ. Witeb. 1687. in 4.

Celeberrimorum Leusdenii atqve Athiæ Bibliorum Hebræorum Sphalmata qvinqve, Disput. peculiari exhibita. Witeb. 1687. in 4.

Disputt. duæ de versione LXX virali, contra Aristeæ Historiam de LXX Interpretibus. Wit. 1687. in 4.

Disp. Theol. qvid circa clavem ligantem liceat? Witeb. 1688. in 4. ab alio edita, ac Præside D. Mich. Walthero Jun proposita, sed ab ipso conscripta, teste Seelenio *in Stada 1711. literata, p. 120.*

Diss. Θείας κοινωνίαν φύσεως, ex 2. Pet. I. 4., enucleatam exhibens, Præside D. Mich. Walthero Jun. Witeb. 1689. & 1709. in 4.

Meditationes succisivæ, τὸν Κύριον πολύσπλαγχνον, ex Jer. XXXI. 20., Philologice illustrantes. Witeb. 1690. in 4. Recusæ (sed sub M. Herm. Petræi, Respondentis, nomine) *Tomo I. Thesauri Dissertationum in V. & N. T. Theologico-Philologici*, Amstelodami A. 1701. *in fol.* editi, *p. 844. & seqq.*

Ἰσορρυμενα de Versione LXXvirali, Is. Vossio præcipue opposita. Witeb. 1690. in 4.

Disp. Is. Vossium ἀνεβραϊσίας insimulans atqve convincens. Witeb. 1692. in 4.

Theses Logicæ Miscellaneæ, Reali de Vienna (*i. e. Gabr. Wagnero*) præcipue oppositæ, & Hamburgi pro loco propositæ. Hamburgi 1691. in 4.

Memoria Joh. Vagetii, Log. & Metaph. Professoris Hamburgensis, Antecessoris sui. Hamburgi 1692. in 4. Recusa ibidem A. 1711., in Joh. Alb. Fabricii *Volum. III. Memoriarum Hamburgensium, p. 461-524. Plena & elegans vitæ Vagetii narratio* a Vinc. Placcio (*l. c. p. 321.*) vocatur.

Disp. Theol. inaug. de Mysteriis Pentecostalibus, in Paradiso revelatis. Witeb. 1692. in 4.

Disp. de Dubitatione Sceptica & Cartesiana. Hamb. 1697. in 4.

Disp. qvod SS. Trias ex naturæ libro non possit cognosci, nedum demonstrari. Hamburgi 1694. in 4.

De Archangelis Enthymema Paradoxon. Hamb. 1695. in 4.

Rationales de Virginis partu cogitationes. Hamb. 1695. in 4.

Artes liberales ac scientiæ, pedibus amplissimi Senatus Hamburgensis, Collegiiqve Scholarchiei, advolutæ, &, propter injuriam, Hamburgi sibi haud adeo pridem illatam, in qvestus effusæ, interprete qvi scire, qvam sciri, mavult. A. 1696. in 4. Scheda qvaternionis unici ἀδέσποτος, Discursibus qvos Gabr. Wagnerus Hamburgi hebdomadatim (sub titulo der Vernunftübung) publicare cœperat, de argumento non uno Germanicis, in scientias plerasqve injuriis, opposita, qva, ut illi isthoc scribendi genere interdiceretur, Senatum exoravit.

Deus ex pluvia, seu Disp. ad locum Act. XIV. 17. Hamb. 1697. in 4.

Disp. de Aranearum telis, divinæ existentiæ testibus. Ib. 1697. in 4.

Disp. Logicæ Dei compendium exhibens. Hamb. 1697. in 4.

Logicæ Brutorum Cap. I. de perceptione. Ib. 1697. in 4.

Disputt.

Disputt. tres, resurrectionis possibilitatem naturæ non ignotam, ipsam autem carnis resurrectionem eidem ignotam esse, astruentes. Hamb. 1697. in 4. Hæ certamini de qvæstione eadem, inter D. Joh. Frid. Mayerum & Joh. Vakium (Ecclesiasten Petrinum), A. 1697. Hamburgi, uti suo loco narrabitur, enato, primam præbuerunt occasionem.

Disp. de Surdorum enunciationibus. Hamb. 1698. in 4.

Disp. de Aristotelis salute. Hamb. 1698. in 4.

Disp. Ἀγγελογραφίαν Hobbesianam exhibens. Hamb. 1694. in 4.

Angelorum Logica primis lineis designata. Hamb. 1698. in 4.

Disp. de Peccatorum syngrapha, per Christi sangvinem deleta, ex Col. II. 14. Qvedlinburgi 1700. in 4.

Programma Judicia Pontificiorum Reformatorumqve de D. Luthero mitiora exhibens. Bremæ 1708. in 4.

Disputationum Philologico-Historico-Theologicarum Prodromus, tmemata varia complexus. Bremæ 1709. in 4.

Justum Examen Sponsaliorum Sororii cum Glore. Bremæ 1710. in 4.

Disp. de iis, qvi suo se Officio, scholastico imprimis, abdicarunt. Bremæ 1714. in 4.

Programma de Clade miseranda, qvam scholis intulerunt Fanatici recentiores. Bremæ 1714. in 4. Allegatur in J. H. a Seelen *Or. de Luthero de scholis optime merito p. 36.*

Spicilegium post messem ἰσογραμένων, de Henr. Zutphanio, primo, ante 200. annos, Reip. Bremensis Evangelista, dein Martyre Dithmarsico. Bremæ 1722. in 4.

II. GERMANICA.

Wahre Nohtwendigkeit des Kirchen- und Abendmahlgehens, von dem Qvedlinburgischen Predigamte erwiesen. Qvedlinburgi 1701. in 4. Scriptum Gotfr. Arnoldo, & hujus socero, Joh. Henr. Sprögelio, Diacono aulico, aliisqve urbis Qvedlinburgensis Separatistis, publico Presbyterii opposítum nomine, sed Meiero per Val. Ern. Löscherum (*in Relationibus Theologicis Germanicis, M. Aug. A. 1701., p. 284.*) jam vindicatum, qvod Rex Borussiæ vendi, teste Gotfr. Arnoldo (*in præfat. Supplementorum Hist. Eccl. p. 8.*), vetuit. A Gotfr. Arnoldo reposita illi est die Erklärung seines Sinnes beym Kirchen- und Abendmahlgehen, Francofurti A. 1701. *in 4.* edita, cujus recensum Löscherus, *l. c. p. 283-287.*, exhibet; a Joh. Henr. Sprögelio autem die Entdeckung des verkehrten Eifers der Qvedlinburgischen Prediger, itidem Francof. A. 1701. *in 4.* excusa. Utriqve a nostro, in scripto seqventi, est responsum.

Unverwerfliche Zeugnisse auß Berlin, Qvedlinburg, und der sachen selbst, daß der suspendirte Qvedlinburgische Præbendat, Joh. Henr. Sprögel, mehr als 30. Unwahrheiten, und unerfindliche Beschuldigungen, in seiner so genandten Ernstlichen Entdeckung des verkehrten Eifers, außgestossen habe: Worauß zugleich erscheinet, theils der Außgang der zu Qvedlinburg veranlasseten Commission in Kirchensachen, theils die wahre Ursache, warumb auf M. Gottfr. Arnolds Erläuterung des Kirchen- und Abendmahlgehens nicht geantwortet sey. Bremæ 1702. in 4. Qvod scriptum a Sprögelio A. 1702. itidem est impugnatum in der weiteren Entdeckung des verkehrten Eifers, durch eine neue Probe D. Gerh. Meiers, in seinen so genandten Unverwerflichen Zeugnissen dargelegt.

Gründlicher Beweiß, daß der suspendirte Qvedlinburgische Præbendat, anietzo nach Werben beruffener Prediger, H. Joh. Henr. Sprögel, in der so genandten Gründlichen Beantwortung, durch seine Ungerechtigkeit, Bitterkeit, Heucheley, Lust zum Wort-Gezäncke, Unwissenheit und Liebe zur Unwahrheit, aller Beantwortung sich unwürdig gemacht habe. Bremæ 1703. in 4.

Die unermäßliche Grösse der unendlichen Liebe GOttes, in einer Abdanckungs-Rede erwogen. Bremæ 1709. *in 4.*

Sermones Germanici funebres septendecim, & nuptiales duo, singulatim Bremæ, ab A. 1703. ad 1711., *in 4.*, editi, qvorum tituli in J. H. a Seelen *Stada anni 1711. literata p. 85. 86. 87.* recitantur.

His postea, præter alios, accesserunt:

Das Grünen eines Gerechten, wie eines Palmbaums, in einer Leichenrede vorgestellet. Bremæ 1712. in 4.

Die preißwürdigen Medicis gebührende Ehre, in einer Leichenrede vorgestellt. Bremæ 1712. in 4.

Kern aller Gebete, auß allen CL. Psalmen zusammengesetzt. Bremæ 1713. in 12. (*s. Catal. nund.*)

Die unter dem bittern Todes-Gesetze verborgene Süßigkeit, in einer Abdanckungsrede vorgestellt. Bremæ 1715. in 4.

Grosses Ehren-Gedächtniß des unvergleichlichen, und dahero unsterblichen, Königs in Schweden, Caroli XII., in einer Begräbniß-Medaille, mit verschiedenen Gedenck-Sprüchen und Sinn-Bildern, erläutert. Bremæ 1719. in 4. (*s. Catal. nundin.*)

JOACHIMUS MEIERUS, Husensis, Johannis, Christiani IV., Daniæ Regis, Mathematici, cognatus, civitatis patriæ incola, studiiqve Astronomici, parentis exemplo, cultor, A. 1693. superstes.

Calendaria annua Germanica, A. 1680. edi cœpta, & compluribus deinceps lustris continuata.

M. JOHANNES MEIERUS, Hamburgensis, Ecclesiastes, sub initium reformationis Lutheranæ, in patria fuit Catharinæus, primusqve Clericorum ejusdem uxorem duxit. In Nordstrandiam deinde, rogatu incolarum, a Senatu missus est Hamburgensi, ut Ecclesias illius emendaret, ac seqventi gubernaret septennio, isto autem elapso patriam repeteret. Paruit Magistratus voluntati, &, cum Parochiæ Piluormiensi primariæ per septem annos præfuisset, civesqve se reposcerent, A. 1532. Strandfrisiis valedixit, ac Hamburgum remigrare constituit. Sed in medio itinere ab urbis Rendesburgensis detentus est civibus, Petroqve Mellitio, primo illic doctrinæ Lutheranæ præconi, in Pastoratu, vicinarumqve Ecclesiarum ruralium Præpositura, consensu Senatus (qvi beneficii etiam cujusdam usum fructum absenti, qvoad viveret, concessit Ecclesiastici) Hamburgensis impetrato, subrogatus. Filios duos reliqvit, Samuelem, Pastorem in Diœcesi Rendesburgensi Norttorpiensem, suo paulo post loco celebrandum, cujus *Nucleo* hactenus de parente relata debentur *Historico* (1.), & Albertum, Parochum Lindholmiensem, supra laudatum; generum vero habuit M. Georg. Boethium, Præpositum ex Professore Hafniensi Hatherslebiensem (2.), omnes ipsi, A. 1561. (uti Canuti Bramtii docet Epitaphium (3.)) defuncto, superstites.

Extat Cantilena ejus, de Cataclysmo, qvi Nordstrandiam A. 1532. afflixit, ingenti, Saxonica, a Mummio Harsenio *in Oda de Cataclysmo anni 1615. vernacula*, & Ant. Heimreichio, *in Chronico Frisiæ Borealis, c. 9., p. 208., Ed. primæ*, laudata.

JOHANNES MEIERUS, Flensburgensis, civitatis patriæ (*uti Acta illius docent publica*) Secretarius, ab A. 1597. (qvo Herm. Ritzenbergio senescenti adjungebatur), substitutus, &, ab A. 1604., ordinarius, M. Julio A. 1616. (4.) extinctus.

Methodus Juris Danici ἀνέκδοτος, ex Nomocanone imprimis concinnata Jutico, qvam a successore ejus & genero, Corn.

(1.) *Lib. I., c. 24., p. 131.* Confer Ant. Heimreichii *Lib. III. Chronici Frisiæ Borealis, c. 4., p. 235.; Ed. sec.* (2.) V. Heimreichium *l. c.* (3.) *in Naniis p. 14.* (4.) testibus M. Joh. Mohtio *in Ep. Dedic. Qq. Grammaticarum*, & Jona Hoyero *in MS. de urbe Flensb.*

Corn. Steenhusio, Dithmarso, editioni esse destinatam Er. Mauritius, *in Introductione ad Praxin forensem, Specimini Consiliorum* A. 1669. præfixa *Kiloniensium*, testatur. Ἀυτόγραφον ejus Andr. Kellinghusius nostras, Pastor Luth. in Hybernia Dublinensis, Apographum vero Bibliotheca, qvæ Academicæ accessit Hafniensi, Reseniana (*teste Catalogo illius p. 178.*) asservat. Confer de ea *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 15., §. 14., p. 271.*, & *novam* ejusdem *præfationem p. 47.*

Materia Successionum ex Jure Danico, qvam in Biblioth. Reseniana itidem MS. superesse *Catalogus* ejus, *l. c.*, testatur.

JOHANNES MEIERUS, Lubecensis, J. U. Lic. & Judicii in patria superioris, circa A. 1639., Procurator.

Disp. Inaug. de Innovatorum seu attentatorum materia, Basileæ 1630. in 4.

M. JOHANNES MEIERUS, Hatherslebia Cimber, Bernhardi, Pastoris e Rectore Hatherslebiensi Hafniensis (*supra celebrati*), filius, P. L. C., ex Academia Hafniensi A. 1630. Lugdunum Batavorum, ad studia, imprimis elegantiora, illic continuanda, se contulit, literis Joh. Laurembergii, Professoris Sorani, ad Gerh. Joh. Vossium instructus commendatitiis (1.). In Daniam inde redux, studia aliqvamdiu gubernavit Udalrici, Christiani IV., Regis, filii, cui defuncto, vario carminis genere, A. 1634. ab ipso est parentatum. A. 1640. scholæ Cathedralis Ripensis Rectoratum obtinuit, & huic (Magistri interea titulo Hafniæ, d. 16. Maji A. 1643., ornatus) seqventi præfuit qvinqvennio, venaqve Poetica excellenti, ac insigni literaturæ humanioris, Antiqvitatumqve Danicarum, peritia, inclaruit. A. 1645. spartam hanc Ripensem, ob amoris infelicitatem, uti e Joh. Olavii, Parochi Randrusiensis, Elegis, qvibus discedentem frustra revocare est conatus, cultissimis, a V. C. Pet. Terpagrio mihi transmissis, colligo, reliqvit, & otio vitæ, per lustrum integrum, privatæ se oblectavit literario. A. 1650. tandem Conrectoris denuo, in Gymnasio Holsatiæ Bordesholmensi, admotus muneri, hoc præclare per decennium administrato, vivis, circa A. 1660., excessit. Symbolo hoc usus est, literis nomen, cognomen patriamqve, designante initialibus: *Jehovah Mea Hæreditas.*

Conferri de illo possunt Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 76.*, meaqve *ad hunc Hypomnemata*, *p. 283.*, Pet. Terpagrii *Inscriptiones Ripenses p. 148.*, & Vinc. Fabricii duæ ad illum Elegiæ, *Libri* sc. *secundi tertia*, & *tertia* itidem (in qva *Janus Marius* vocatur) tertii.

ELOGIA.

Casp. Barlæus seqventi eum celebravit Epigrammate, hactenus ἀνέκδοτῳ, qvod, ex *Albo* Joach. Morsii *MSto, fol. 884.*, lubet adjicere:

Terruit ingentem, Mario sub Consule, Romam
Cimber, & has ipsas horruit illa manus.
Tunc bellator erat, placuit tunc cassis & hasta,
Et non pacati flebile Martis opus.
At nova bellaci redeunt jam tempora terræ,
Atqve alios format mitior ora viros.
Qvalis tu, Meiere, cui jam carmina cordi,
Et cithara, & Phœbi dulce canentis opus.
Laurea sic cessit lingvæ, &, sub Principe docto,
Odrysium pepulit Palladis hasta Ducem.

Joach. Morsius ipse, in eodem *Albo, l. c.*, Meierum *Poetarum Cimbrorum* vocat *Phœnicem*, & Poemata patris Bernhardi ac propria, *Heinsio ac Barlæo probata*, ab eo, addit, expectari.

Ol. Borrichius, *in Diss. ult. de Poetis p. 170.*, hoc illum, suum in Schola Ripensi Præceptorem, ornavit elegio: *Joh. Meiero, Rectori Ripensi, & meo olim Præceptori, vivacissimus erat in his sacris calor, multa lectio, firmum judicium. Rapiebatur magis ad Elegos, in qveis nihil usqvam proletarium, aut stridens; qvoties tamen argumenti gravitas ad Epos invitavit, ostendit se oneri sufficientem. Innerrat adhuc sensibus meis nobilissima concio heroica, qva, evocatis in sacellum Ripense doctissimis qvibusqve urbanorum vicinorumqve, ita depexuit Herodem illum, infantibus Bethlehemiticis infestum, ut pudendam tyranno infamiam crearet, sibi gloriam perpetuam.* Hujus ego, Barlæiqve & Morsii, judicia de nostro honorifica censuræ M. Mich. Filizii præfero temerariæ, qvi, *in Specimine Analectorum ad Borrichii de Poetis Dissertationes, p. 41. 42.*, nostrum *Poetam non multis in publico meritis spectatum* appellare haud est veritus, & in *Elegia* ejus ad Vinc. Fabricium priori, *Carminibus* Fabricii inserta *adoptivis, p. 222.*, plagiorum sibi, tum ex aliis, tum e Sidronio Hoschio, Poeticorum deprehendisse visus vestigia. Qvæ injuste Meiero exprobrari vel inde patet, qvod ejus Elegia A. 1633. jam sit scripta, Hoschii autem primæ *IV. Elegiæ* A. 1635., & *Elegiarum libri VI.* A. 1656. demum, Antwerpiæ in lucem, testibus Val. Andr. Dessellio (*in Biblioth. Belgica p. 809.*) & Nath. Sothwello (*in Biblioth. Jesuitica p. 740.*), prodierint.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Manes Udalrici, seu Parentalia in obitum Udalrici, Hæredis Norwagiæ, Ducisqve Slesv. & Holsi., vario carminis genere scripta. Hafniæ 1634. in 4. Qvæ, judice Borrichio *l. c.*, eum *late Poetam declarant*,

Elegia prior ad Vinc. Fabricium, Lugduni Batavorum A. 1633. scripta, & in Fabricii *Libro Carminum adoptivorum*, tum in editione *Poematum* Amstelodamensi anni *1638.*, *p. 220-224.*, tum in Lipsiensi, qvæ A. 1685. prodiit, *Operum omnium, p. 696-700.*, obvia.

Elegia posterior ad Vinc. Fabricium, de Bernh. Meieri, parentis sui, obitu, perelegans, Hafniæ A. 1634. scripta, & in iisdem Fabricii *Operibus, p. 797-801.*, publicata.

Elegia prolixa de Antiqvitatibus Danicis, nuper erutis, ad Ol. Wormium, *Seriei Regum Daniæ*, ex MS. a Wormio, cum notis, Hafniæ A. 1642. *in fol.* editæ, præfixa.

Elegia in Saxonem Grammaticum, Editioni illius, a Steph. Joh. Stephanio Soræ A. 1644. *in fol.* publicatæ, præmissa, & ab Ol. Borrichio *l. c.* commendata.

Soteria Christiano IV., Regi Daniæ, persoluta.

Carmina alia minutiora, seorsim diversis edita temporibus, qvorum indicem, a V. C., Pet. Terpagrio transmissum, brevitatis studioso haud vacat addere.

Vindiciæ pro Orthodoxia D. Joh. Reinbohtii, Superint. Gen. Holsato-Gottorpiensis, contra D. Andr. Kühnii, Superint. Hertzbergensis, *Diss. Apologeticam de Ecclesiæ per literam Catecheticam concordia* (*Witebergæ A. 1659. excusam*); post Autoris mortem a M. Dan. Albino, Pastore Satrupensi, editæ. Slesvigæ A. 1661. in 4. Responsum his esse credo a Kühnio, in der unvermeidlichen Ehrenrettung wieder den Holsteinischen Lästergeist, in puncto des unter dem Catechetischen Buchstaben vorgeschlagenen Kirchenfriedens, qvæ Budissæ A. 1663. (*testibus Catalogo nundinali ac Lipenio*) prodiit. Vellicantur etiam a Joh. Conr. Danhauero (cui noster, jam defunctus, scommate justo acerbiori, *catellus* audit *comes molossi Reinbohtii*) *in Stylo vindice processionis Sp. S. a filio p. 7.*, & Joh. Ad. Scherzero *in Diss. de peccato in Sp. S., c. 5., §. 5.* Confer qvæ, de Reinbohtii cum Danhauero & Kühnio certamine, *Parte II. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 7., §. 6., p. 190-197.*, narravimus.

Bernh.

(1.) V. Bernh. Meieri, parentis ejus, ad Vossium Epistolam, A. 1630. scriptam, *in Appendice Vossianarum, num. 159., p. 78.*

Bernh. Meieri, parentis, Panegyris gemina, soluta & ligata, in noctem JEsu servatoris natalem, iterum ab illo edita. Slesvigæ 1647. in 4.

INEDITA.

Collectio Monumentorum Daniæ Runicorum, ab Ol. Wormio omissorum, qvæ MS. in Bibliotheca Pet. Resenii, Academicæ Hafniensi donata (*teste illius Catalogo p.273.*), superest, & a Thoma Bartholino Jun. (*Lib.I. de Mortis a Danis Gentilibus contemptæ causis, c.8., p.123., ac in Indice Autorum, operi subjecto*), meaqve *in Hist. Cimbr. Isagoge* (*P. I., c.3., §.8., p.24.*), laudatur.

Poema Heroicum de Herode infanticida, cujus elogium Borrichianum paulo ante recitavimus.

Carmina atqve Epigrammata in Viros ævi sui illustres & eruditos complura, *in Albo* Joach. Morsii (qvod V. C. Jac. a Mellen Lubecæ asservat) *MSto*, imaginibus illorum & Avtographis passim adjecta.

Editio Poematum ejus omnium, editorum pariter atqve ἀνεκδότων, qvæ, partim a Pet. Terpagrio, Theol. Lectore Ripensi (eandem olim meditato), partim a se ipso, collecta, Frid. Rostgaardus, Consiliarius Danicus, *in Deliciarum Poetarum Danorum Tomo*, qvem promisit, exhibebit tertio.

JOHANNES MEIERUS, Husensis, Johannis, urbis istius Pastoris, ex Elisabetha Jünglingia filius, ac M. Joh. Meieri, Præpositi Parochiqve Mariani Flensburgensis, nepos (1.), natus M. Oct. A. 1606. In pueritia, ob matris viduæ paupertatem, a fratre illius, Prætore rurali Croppensi, in domum qvidem suam est receptus, sed porcos pecoraqve custodire jussus, ab hoc autem servitio per Nobilem Danum, Croppam transeuntem, observato ingenii vigore, liberatus, & Hafniam secum abductus. Illic Mathematicis eo studio atqve successu vacavit scientiis, ut, cum, Husam redux, patriæ aliqvamdiu egisset Arithmeticum, matremqve suis sustentasset laboribus, dignitatem Mathematici regii a Christiano IV., Monarcha Danico, reportarit. Hujus, ac Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, jussu, utrumqve Chersonesi Cimbriæ Ducatum, Slesvicensem & Holsaticum, decennio integro (ab A.1638. ad 1648.), est pervagatus, & locorum singulorum intervalla instrumentis dimensus Mathematicis. Ex hoc labore, summa exantlato industria, natæ sunt ipsi, *Viro Gromatices* (uti Georg. Henr. Burchardo (2.) merito audit) *peritissimo*, in civitatem patriam Husensem reduci, XXXVII. Tabulæ Chorographicæ, partim generales utriusqve Ducatus, partim vero speciales provinciarum, insularum atqve præfecturarum singularum, a Casp. Dancwerthio, Med. D. ac Consule Husensi, *Chorographiæ suæ Slesvigo-Holsaticæ*, operi eximio, A. 1652. insertæ, & Commentario Historico prolixo, in eodem, Meieri postulatu, illustratæ. Magni hæ merito, & a nostratibus, & ab exteris, æstimantur, cum tanta sint ἀκριβείᾳ concinnatæ, ut, sicut, *in Isagoge ad historiam Cimbricam* (3.), jampridem monui, *qvibuslibet aliarum regionum tabulis palmam accurationis reddant dubiam*. Ipse Rex augustissimus, Christianus IV., cum eas perlustrasset, adeo labore Meieri, illis impenso, est delectatus, ut totum regnum Danicum, omnesqve istius insulas & provincias, pari ab ipso accuratione in tabulas redigi voluerit Chorographicas, stipendioqve, hunc in finem, ipsum donaverit annuo. Cui desiderio ne satisfieret, Monarchæ mors inclyti, qva patriæ, ante cœptam dimensionem, A. 1648. est ereptus, luctuosa impedivit (4.). Meierus, per lustra qvatuor, & qvod excedit, ei superstes, in urbe patria vitam transegit reliqvam, & qvidem in cœlibatu perpetuo, cui tandem mors subita, sed placida & beata pridie ab ipso forori prædicta, finem imposuit. V. de Sene optimo M. Jo. Melch. Kraftii narrationem *in Historia Ecclesiastica Husensi Germanica*, dem zweyfachen 200jährigen Jubel-gedächtnisse adjecta, *p.152-155.*

Confer de illo Alb. Bartholini (perperam & Danis illum annumerantis, & totam *Chorographiam Cimbricam* ei soli, nulla Casp. Dancwerthii facta mentione, tribuentis) *Lib. de Script. Dan. p.76.*, meaqve *ad hunc Hypomnemata p.283. 284.*, ac Joh. Christ. Nevii *Partem II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Historicas p.335.*

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Compendium Chronologicum, oder Jahrrechnung, darinn die Biblische und andere Geschichte, von Erschaffung der Welt an, biß auf Christi Geburt, wie auch alle Römische Keyser und Bäbste, biß auf ietzige Zeit, beschrieben werden, in III. Theile verfasset. Slesvigæ 1641. & 1643. in 4.

Mathematischer Abriß des grossen Wundergebäudes GOttes des Allmächtigen, samt den Circuln der Planeten, nach ihrem Lauf und Höhe, aus der Astronomia Tychonis Brahe elaboriret (sive Tabula Systematis mundani Tychonici Cosmographica, æri incisa). Husæ in fol. pat.

XXXVII. Landkarten der beyden Hertzogthümer Sleswig und Holstein, und aller Theile und Aempter derselbigen, auf Königl. und Fürstl. Befehl von ihm elaboriret, von Matthia und Nicolao Petersen, Goldschmieden zu Husum, in Kupfer gestochen, und in D. Caspari Dancwerths Neuer Landesbeschreibung der zwey Hertzogthümer, Sleswig und Holstein, in drey Theilen, herausgegeben; A. 1652. in fol. reg. De his, præter ea, qvæ in vita Autoris jam sunt relata, Dancwerthii Elogium, supra *pag. 125.* exhibitum, ac *Pars I. Isagoges* nostræ *ad Historiam Cimbricam, c.1., §§. 5.6.9., p.5.6.7.10.*, merentur consuli. Translatæ sunt deinceps universæ, ex opere Dancwerthiano, in editionem novissimam *Atlantis majoris*, a Joh. Jansonio publicati, Amstelodamensem, uti Sciagraphia hujus, Cornelii a Beüghem *Bibliographiæ* subjuncta *Mathematicæ*, me docuit.

Calendaria vernacula in annos singulos, qvotannis, ad obitum usqve, publicata.

Tabulas ejus Regnorum Danici, Norwagici ac Svecici, Chorographicas, octo vel novem voluminibus comprehensas, & Descriptione historica, sed tantum inchoata, illustratas in Bibliotheca regia Hafniensi asservari, Nic. Pet. Sibbernus in *Bibliotheca Historica Dano-Norwegica, c. 4., §. 13., p. 117.118.* refert.

(Joh. Meieri Chronicon Eiderstadiense Germanicum, qvod, Autoris manu exaratum, Marqv. Gudius, in Bibliotheca sua, teste ejus *Catalogo p. 571.*, ἀνέκδοτον asservavit, an huic nostro, vel alteri cognomini, debeatur, ambigo.)

M. JOHANNES MEIERUS, Jacobi filius, Hamburgensis, Prochei patrii Pastor d. 12. Febr. A. 1684. electus, & d. 4. Junii A. 1693. mortuus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 914.*

Diss. de Ordine Ecclesiastico, Witebergæ A. 1669. in 4. excusa, qvæ in Ott. Sperlingii Jun. *Indice Scriptorum Hamburgensium MSto*, mihi transmisso, ei tribuitur.

JOHANNES HENRICUS MEIERUS, Hamburgensis, Vici primum in Dithmarsia boreali Heidensis, & deinde, ab A. 1712. (d. 3. Jul.), ædis Catharinææ Hamburgensis, Diaconus, A. 1720. jam defunctus.

In GOtt entschlaffener Christen Einzug in das himmlische Jerusalem oder Leichpredigt über D. Joh. Volcmar, Seniorem Ministerii Hamb. 1715. in fol.

Gast- und Probe-predigten. Hamburgi A. 1720. in 4.

(1.) V. M. Joh. Cröchelii Jun. *Sermonem Germ. funebrem, matris ejus dicatum memoriæ, p. 30.* (2.) *in Epigraphe, Chorographiæ Cimbricæ Dancwerthio-Meierianæ præfixa.* (3.) *P. I., c. 1., §.9., p. 10.* (4.) *V. Ep. Dedic. Chorographiæ Cimbricæ Dancwerthio-Meierianæ.*

LUCAS CHRISTIANUS MEIERUS (cujas incertum), in civitate commoratus Hamburgensi, cui debetur, licet sub literis tantum nominis prodierit initialibus, der im Leiden und Sterben gebahnte, und in dem gecreutzigten Jesu gefundene, Weg zum Leben Matthæi Hale, Ritters und Oberpræsidenten der Königlichen Banck in Engelland, aus dem Englischen verdeutschet durch L. C. M. Hamb. 1700. in 12. *V. Nova Lit. Lubec.*, *M. Jan. A. 1700.*, *p. 30.*

NICOLAUS MEIERUS, Lubecensis, Sebastiani, scholæ publicæ Rectoris, filius, J. U. Lic. & Advocatus Judicii provincialis in Hadelia Otterndorfiensis A. 1664. superstes. Conf. de illo (e Progr. Inaug. Rahniano) J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 119. 120.*

Disp. Inaug. de Arrestis, Præside D. Henr. Rahnio. Rostochii 1656. in 4.

PETRUS MEIERUS, Hamburgensis, Musicus urbis patriæ (*teste Joh. Ristio, mox allegando*) surdaster, A. 1655. superstes.

Geistliche Musicalische Klag- und Trostsprüche, Job. III. 20., Ps. XLII. 1. 2., Ps. LXXXVIII. 14., mit 3. oder 4. Stimmen, samt einem Basso continuo, in die Musick versetzt. Hamburgi 1651. in 4. Commendantur a Joh. Ristio in Carmine peculiari Encomiastico, im Teutschen *Parnasso p. 213. 214. 215.*

Des Edlen Daphnis aus Cimbrien (*i. e. Joh. Ristii, Past. Wedelensis*) Besungene Florabella, oder 50. weltliche Lieder, mit neuen Melodien von ihm außgezieret und herausgegeben. Hamb. 1651. & 1666. in 8. Odæ hæ Ristianæ Eroticæ, qvarum pleræqve e lingvis Gall., Ital. & Hisp. sunt translatæ, & qvædam seorsim jam ante excusæ, a Meiero (uti *præfatio* ejus testatur), cum plagiarios in illas involare observasset, in unum sunt collectæ fasciculum, ac, Autore inscio, publicatæ.

Modi præterea Musici ab eo sunt adjecti: I. D. Joh. Balth. Schuppii Morgen- und Abendliedern, Hamb. 1655. in 12.; II. Ejusdem Passions-Buß-Trost- und Dancliedern, Hamb. 1655. in 12.; III. Philippi a Zesen Dichterischen Jugend- und Liebesflammen, Hamb. 1651. in 12.; IV. Ejusdem Geistlicher Seelenlust, oder Wechselgesängen zwischen dem himmlischen Bräutigam, und seiner Braut, Amstelod. 1657. in 12.

REINHOLDUS MEIERUS, Slesvicensis, Herm. Meieri, JCti & Advocati ex aulæ Megapolitanæ Consiliario Slesvicensis, Syndiciqve Eiderstadiensis, ac Ursulæ, Reinholdi a Gehren, J. U. D. & Syndici Rostochiensis, gnatæ, filius, d. 28. Febr. A. 1634. in lucem editus, studiis humanioribus Stadæ, Juridico-Politicis autem, ab A. 1652. ad 1655., in Academia vacavit Julia. Qvinqvennio seqventi Hussenii, qvi Regi Sveciæ a rationibus erat generalibus, egit ministrum, ab A. 1660. autem Kleyenii, Ducatus Bremensis Præsidis, Legatiqve in aulam Turcicam Svedici, in itinere ad istam, Secretarium. Ex hoc, cum Legato, A. 1663., cum sex tantum Constantinopoli abessent milliaribus, a Rege Sveciæ in aulam revocatus Holmiensem, biennio post in Danicam transiit, Gabelioqve, ministro ejus primario, ab A. 1665. fuit a secretis, Sophiæ autem Æmiliæ, Reginæ viduæ, ab A. 1670., Consiliarius pariter ac Secretarius intimus, rerumqve, qvas vocant, cameralium Director. Hac defuncta, a filio, Christiano V., Rege, A. 1685. Cameræ suæ & Cancellariæ, ac postea Justitiæ qvoqve & status publici, adscriptus est Consiliariis, Commissariiqve supremi bellici muneri admotus arduo, & aliqvoties insuper Christ. Siegfr. Plessii, ad exteros ablegati, in Ephoria ærarii redituumqve regiorum, vices jussus obire. Phtisi tandem, qva per annos complures laboraverat, Hafniæ, d. 23. Jan. A. C. 1701., & ætatis 67., extinctus, cum vidua, Sophia Elisabetha a Platen, Friderici, Electoris Coloniensis Consiliarii, filia, A. 1677. ducta, filium unicum, tresqve gnatas, Joh. Ludov. Reichio, Joh. Henr. Eggero & Jessenio, Consiliariis regiis, elocatas, reliqvit superstites. Fusius celebratus est ab Hect. Gotfr. Masio, Theologo Hafniensi, in *Programmate*, cui hactenus narrata debentur, *funebri*. Confer de illo *Nova Lit. Lubecensia, M. Febr. A. 1701., p. 52. 53.*, & Joach. Meieri (a qvo Meieris accensetur celebribus) *Antiqvitates Meierianas, c. 12., §. 17., p. 154. 155.*

Disp. de Remissionibus pœnarum, & jure aggratiandi, Præside D. Joh. Eichelio. Helmstadii 1657. in 4.

M. SEBASTIANUS MEIERUS Senior, Lubecensis, cive, d. 24. Febr. A. 1594., natus sibi cognomine, cum Scholam, Rectore Ott. Gvalterio, freqventasset patriam, in Academia, ab A. 1611., Rostochiensi studiis Philologico & Philosophico, simulqve Medico, triennium tribuit integrum, Magisterqve creatus privatim alios cœpit instituere. Witebergam deinde A. 1614. profectus, Danielis Sennerti, Medicorum Germaniæ principis, per tres itidem annos, fuit auditor. Inde Rostochium A. 1617. redux, seqventi 1618., d. 22. Jun., uxorem duxit Gertrudem Dobbiniam, septem sibi liberos, &, hos inter, Ernestum, Parochum in Duc. Megap. Rühnensem, Sebastianum, Med. D. ac Practicum Güstroviensem, Nicolaum, J. U. L. & Causidicum Otterndorfiensem, Christophorum, Ecclesiasten in agro Meclenburgico Hohenmistorfiensem, Annamqve, M. Lucæ Bacmeisteri & M. Joh. Deteringii, urbis Ratzeburgensis Pastorum, conjugem, enixam. A. 1619. ad Scholarum Stadensis atqve Güstroviensis gubernationem eodem invitatus tempore, Güstroviense officium, a Joh. Alberto, Duce Megapolitano, oblatum, alteri prætulit, & per annos administravit undecim (1.) Lubecam hinc A. 1629. ad Subrectoris munus, in locum Mart. Wildii, vocatus, missione a Principe modo laudato, functiones ei in ditionibus suis scholasticas, qvandocunqve in istas esset remigraturus, pollicito haud inferiores, ægre impetrata, M. Sept. docendi in Schola patria fecit initium. Trimestri autem vix elapso, in Conrectoris ejusdem officio M. Joachimi Dreieri A. 1630., & in Rectoratu tandem Joh. Kirchmanni, Viri longe celeberrimi, d. 24. Jul. A. 1643., successor designatus, utramqve spartam pro virili, insigni præsertim lingvæ, qva *metra* etiam *Minerva pangebat haud invita*, Argolicæ peritia, ab Henr. Bangerto (2.) & Casp. Sagittario (3.) celebrata, ornavit, &, præter labores ordinarios, scripta etiam Athenæi classica potiora, a se revisa atqve aucta, denuo publicavit. Scorbuto demum & calculo confectus, d. 12. Febr. A. 1664. septuagenarius decessit, & ab Henr. Bangerto, successore, in *Programmate*, cui hanc vitæ ipsius seriem debemus, laudatus est *funebri*. Cujusmodi laudationes, virorum bene de patria meritorum vitæ enarrantes curricula, & ad exeqvias eorundem invitantes, Meierus ipse primus Lubecæ A. 1649. edere cœperat. Imago defuncti in æde Cathedrali superest.

Vitæ ejus seriem, e Programmate funebri Henr. Bangerti, cum Inscriptione Epitaphii in æde cathedrali Lubecensis, Jo. Henr. a Seelen *Parte I. Athenarum Lubecensium p. 13. 58-62.*, ipsum autem Programma Bangerti integrum, Parte III., p. 459-479., Johannisqve Kirchmanni orationem, cum Meierus Conrector Lubecensis designaretur, de vita M. Joach. Dreieri, Antecessoris, d. 18. Apr. A. 1630. habitam, *Parte eadem III., p. 410-426.* exhibuit. Ad. Laur. Nicolai, Ecclesiastæ Lubecensis, Lessus Doricus, & Myrtillus lacrymans, sive Ecloga latina, in Meieri obitum, junctim Lubecæ A. 1664. *in 4.* prodierunt, sola autem Ecloga Parte II. Athen. Lubec. ejusd. Seelenii, p. 167-172. est recusa. De ejus vita, in munere præsertim scholastico, & scriptis, complura narrantur *ibid.* P. IV. cap. XV. p. 386-432.

Conferri de illo possunt Henr. Bangerti *Catalogus Præceptorum Scholæ Lubecensis, Orationi Rectoratus auspicali A. 1665. adjectus*, Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biograph. Sec. XVII., ad A. 1664.*, M. Gotfr. Ludovici *Historia Rectorum & Scho-*

(1.) V. *Epistolam ejus contra Joh. Micrælium, hujus Demonstrationi, eioppositæ, insertam, lit. F. 2. b.*, & *Nova Lit. Lubecensia, M. Jun. A. 1704. p. 162.* (2.) *in Progr. funebri.* (3.) *in Historia Gothana pleniore, c. 7., p. 190.*

& Scholarum, P. I., p. 103., P. III. p. 409-412., & P. V., p. 324. 325., Frid. Thomæ *Analectorum Güstroviensium Appendix p. 65. 66.*, *Pars IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 14. & 17., p. 484. 485. 491.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

I. PROPRIA.

Oratio de Qvæstione: An cum popularibus colenda sit amicitia? in Collegio Joh. Simonii Oratorio habita, Rostochii 1612. in 4.

Or. Laconica, exhibens Matreæ Alexandrini bellum, Invidiam sc., & qvomodo qvis eam effugere possit, Rost. 1615. in 4.

Disp. de Arthritide, ab eo conscripta, Præside D. Dan. Sennerto, Witebergæ 1617. in 4.

Disp. de Nephritide, Præside D. Joh. Bacmeistero. Rost. 1617. in 4.

Or. de Calumnia, ejusqve genio, & qvibus amuletis hoc virus sit profligandum, Rost. 1617. in 4.

Tetras Disputationum Physicarum. Rost. 1619. in 4.

Or. in obitum M. Enochi Svantenii, Past. Güstroviensis, d. 23. Sept. A. 1624. recitata. Güstrovii 1625. in 4.

Or. de Vita, & præclaris in Ecclesiam meritis, Viri magni & incomparabilis, D. Nicolai Hunnii, Superintendentis Lubecensis, III. Non. Oct. A. 1643. habita, &, cum Programmate invitatorio ac Epicediis, edita Lubecæ A. 1643. in 4. Recusa est, sine istis, in Henn. Wittenii *Decadum Memoriæ Theoll. renovatæ* (Francofurti A. 1674. *in 8.* excusarum) *qvinta, p. 580-612.*

Compendium Grammaticæ Græcæ, ex D. Ott. Gvalperii Grammatica majori, nuper recognita, in usum scholæ Lubecensis, adornatum. Lubecæ 1646. in 8.

Or. funebris, Christoph. Gerdesio, J. U. D. & Consuli Lubecensi, scripta. Lubecæ 1661. in 4.

Carmen Latinum, Jac. Stolterfohtii, Past. Lubec., *Considerationi visionum contra D. Jac. Fabricium, Superint. Pomeranicum, Apologeticæ*, Lubecæ A. 1645. *in 4.* excusæ, præfixum. Huic, qvoniam nonnulla, in eo, inclementius in Fabricium erant dicta, Joh. Micrælius, Gymnasii Stettinensis Rector, & Bogislaus Fabricius, Jacobi filius, duo opposuerunt Poematica, sub initium *Invictæ visionum Probationis*, a Jac. Fabricio Stettini A. 1646. *in 4.* editæ, obvia.

Carmen aliud, Stolterfohtii *Parti I. Vindiciarum Veritatis ac famæ* (der Wahrheit und Ehrenrettung), Lubecæ A. 1647. *in 4.* publicatæ, præmissum, Micrælianoqve, sibi opposito, repositum; Cui accedit aliud Christophori filii, Fabricii Junioris contra parentem metris respondens. Huic Bogisl. Fabricius novum opposuit Poemation, isti autem Micrælius *Epistolam ad Jac. Fabricium*, Meieriani carminis refutantem calumnias, Fabriciiqve *Depulsioni injuriarum Stolterfohtii vernaculæ* (der gebührenden Ablehnung &c.), Stettini A. 1647. in 4. impressæ, adjectam.

Epistola prolixa ad Stolterfohtium, *Parti II. Vindiciarum* ejus, qvæ Lubecæ A. 1648. *in 4.* prodiit, adjuncta, & Micrælianæ, modo memoratæ, reposita; qvam Micrælius, una cum cæteris omnibus carminibus Epistolisqve Eristicis, hactenus enumeratis, recudi curavit, & simul confutavit, *in Demonstratione sua, qva ostendit, M. Seb. Meierum a se, in Responsione ad carmina ejus, non esse, uti qveritur, inclementer, immisericorditer & illiberaliter, habitum.* Stettini A. 1648. *in 4.* evulgata.

Epistola nova ad Stolterfohtium, seu Responsio ad *Demonstrationem* Micrælii, Stolterfohtii *Repetitioni controversiæ de Visionibus vernaculæ*, Lubecæ A. 1649. *in 4.* excusæ, adjecta. Hanc Micrælius refutatione censuit indignam, nec immerito, cum, in illa pariter atqve schedis Meieri cæteris, qvibus Musas invitas sacro (cujus historiam *Pars IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 14., p. 480-485.*, exhibuit, & Stolterfohtii Elogium suo loco sistet auctiorem) de Visionibus implicuit certamini, præter convitia & λογομαχίας, nihil fere momenti alicujus occurrat.

Programmata Lubecensia funebria, singulatim *in 4.* excusa, & dicata memoriæ: 1. Johannis Braunjohann, Protonotarii, A. 1649.; 2. M. Joh. Reichii Sen., Past. Ægidiani, A. 1649. (*Recusum Lubecæ A. 1709. in G. H. Götzii Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum, n. 24., p. 189-195.*); 3. M. Ad. Helmsii, Ord. Eccl. Senioris, A. 1653. (*qvod apud Götzium, l. c., n. 28., p. 222-234., itidem occurrit*); 4. Jac. Kockerti, Scholæ Subrectoris, A. 1654.; 5. D. Joh. Henr. Meibomii, Poliatri, A. 1655.; 6. Henr. Balemanni, Protonotarii, A. 1656.; 7. Joh. Poppingii, Senatoris, A. 1657.; 8. D. Georg. Reichii, Medici, A. 1657.; 9. M. Gerh. Winteri, Ord. Eccl. Senioris, A. 1661. (*qvod a Götzio, l. c., n. 33., p. 274-283., etiam exhibetur*); 10. Joh. Linovii, Scholæ Præceptoris, A. 1663.; & aliorum complurium.

His addi possunt Programmata sex Scholastica, a Seelenio *P. I. Athen. Lub. p. 60.* enumerata, & decem circiter alia, his *Parte IV. Cap. XV. p. 388-394.* adjuncta.

II. ALIENA.

D. Ott. Gvalperii, Rectoris Lubec., Grammatica Græca, per eum recognita atqve aucta. Accedunt Meieri ipsius Observationes de Dialectis lingvæ Græcæ, proprietate Poetica & retexendis Græcorum metris. Lubecæ A. 1641., & Brunsvigæ A. 1641. 1649. 1657. & 1675., in 8.

Nath. Chytræi Grammatica Latina, a Joh. Kirchmanno illustrata, ab ipso autem denuo edita, & Tractatu de elegantia in compositione, ex Andr. Reyheri Tabula, aliisqve Autoribus, concinnato, aucta. Lub. A. 1649. & Hamburgi A. 1687. in 8.

Joh. Kirchmanni Rudimenta Logicæ Peripateticæ, recognita & aucta. Lub. 1661. in 8.

Ejusd. Rudimenta Rhetoricæ, ab ipso recognita & aucta. Lub. 1660. & 1663. in 8.

Nomenclator Latino-Germanicus Lubecensis, cum præfatione ipsius denuo editus. Lub. A. 1659. 1664. 1666. & 1674., ac Hamb. A. 1680., in 8. Auctiorem illius, qvam moliebatur, & ipse vocibus Græcis, Henr. autem Bangertus, Collega, Hebræis, augere cœperat, editionem mors ejus, uti *Programma* Bangerti testatur *funebre*, interrupit.

SEBASTIANUS MEIERUS Junior, Senioris, modo laudati, filius, Lubecensem se ipsemet in suis appellat Dissertationibus, a Friderico Thomæ autem, mox allegando, Güstrovii, in Ducatu Megapolitano, d. 30. Oct. A. 1626., natus esse perhibetur. Lubecæ certe est educatus, &, Medicinæ Doctoris titulo Leidæ A. 1651. reportato, Praxi ejusdem, in Ducatu isto, Sternbergæ initio, ac deinde, ab A. 1652., Güstrovii, inclaruit, donec d. 12. Apr. A. C. 1678., ac ætatis 52., morbo fatali succumberet. E conjuge Dorothea, Andr. Wedelli, Advocati Güstroviensis, filia, præter Sebastianum filium, J. U. Lic., gnatas duas sustulit, M. Lucæ Schrödero, Pastori primum Güstroviensi, ac Superintendenti deinde Stralsundensi, Petroqve Tornovio, J. U. Doctori, Consiliario Megapolitano, ac Consuli Güstroviensi, elocatas. Plura de vita ejus in Friderici Thomæ *Analectorum Güstroviensium Appendice, p. 52. & 151.*, leguntur. Conf. J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 370. 371.*

Disp. Anatomica de natura Lienis, Præside D. Steph. Schulteto. Rostochii 1648. in 4.

Disp. de Dysenteria, Præside D. Adolpho Vorstio. Lugd. Bat. 1649. in 4.

Disp. Inaug. de Affectione Hypochondriaca, Lugd. Bat. 1651. in 4.

SAMUEL MEIGERIUS, Johannis Meieri, Pastoris ac Præpositi Rendesburgensis (*de qvo supra est dictum*), filius, & Alberti Meieri, (*supra etiam laudati*) frater, qvem Segebergæ esse natum Pet. Goldschmidius (1.) falso tradidit, Rendesburgam sibi patriam fuisse, in Epistola, qvam legi, ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, ἀνεκδότῳ, A. 1555. exarata, ipsemet testatur. Ex eadem Joh. eum Maccabæi, Theologi, Joh. Spithovii, Philosophi, aliorumqve Professorum, in Academia Hafniensi, A. 1555. fuisse auditorem, & Pastoris simul insulæ Amagriensis defuncti, donec alius ei substitueretur, vices obiisse, didici. Ecclesiæ in agro Rendesburgensi Norttorpianæ, A. 1602., qvo uxor ejus Gundelia obiit, 47. jam annis, teste Gerh. Culemanno Seniore, Antistite Rendesburgensi (2.), præfuerat, ac A. proinde 1556. sacrum istud officium haud dubie suscepit. Superstes in illo, post famam eruditionis, præsertim Historicæ, præclaram scriptis sibi acqvisitam diversis, etiamnum fuit A. 1611., qvo *Oeconomiæ conjugalis* edidit *speculum*, eidemqve, undecim lustris diutius administrato, tandem immortuus, Epitaphium sibimet ipsi, qvod in æde Norttorpiensi superesse adhuc fertur, conscripsit metricum, Paulumqve Egardum, Theologum eximiæ pietatis πολύγραφον, nactus est successorem. Davidi Chytræo, cujus duæ ad illum Epistolæ in editione Chytræanarum occurrunt Hanoviensi (3.), *Vir*, in posteriore (4.), *prudens* audit *&* *doctus*, Mich. Clenovio autem, *in Carmine Nucleo Historiarum præfixo*,

- - - Aonidum decus, intemerataqve Musis
Gloria, & antiqvæ relligionis apex.

In *Indice* præterea *librorum expurgandorum Hispanico*, per Ant. Sotomajorem, Inqvisitorem generalem, Madriti A. 1667. edito (5.), locum inter Autores meritus est prohibitos, si non editoris, lectorum tamen cordatiorum, judicio honorificum.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

De Panurgia lamiarum, sagarum, strigum ac veneficarum, totiusqve cohortis magicæ Cacodæmonia, Libri III.; dat iß: Nödige unn nütte Underrichtunge: 1. van der töverischen geschwinden List unn Geschicklicheit qvaet toe doende; 2. dat Töverie eene Düvelsche Sünde sy, de wedder alle 10. Gebade Gades stridet; 3. wor eene Christlike Avrigheit mit sodanen gemeenen Fiinden minschlikes Geschlechtes ümgaen schöle; in 3. Böker, an Frid. II., Könning in Dennemarck, verfatet. Hamburgi 1587. in 4. (*Dialecto Saxonica*). Præfixa est Dav. Chytræi ad Autorem Epistola, d. 21. Mart. A. 1587. exarata, & in Editione Chytræanarum omnium Hanoviensi itidem, *p. 122-127.*, obvia, in qva seqvens de opere hoc tulit judicium: *De Sagis illis, ac anubus miseris, qvæ cum diabolis se colludere, choreas ducere, concumbere, somniant, disputationem tuam libenter legi, & prudentiam ac circumspectionem laudo, qvod, in re dubia, nec satis explorate perspecta & cognita, ἐπέχειν, &, qvæ in utramqve partem dicerentur, colligere, & judicium lectori potius relinqvere, qvam tuum aliqvod interponere, maluisti. Imprimis vero delectabit, in tuo volumine, candidum lectorem tanta historiarum insignium, maximeqve mirabilium, qvas ubiqve intexuisti, varietas & copia locupletissima. De oratione, seu Dialecto Saxonica, qvam retines, nihil judicare, Dialecti illius imperitus, possum: sed tamen purum & proprium Germanis sermonem, non tot Latinis clausulis ac verbis, interdum ad Germanicam terminationem detortis mixtum, retineri rectius arbitrarer.*

Nucleus Historiarum, oder Außerlesene, liebliche, denckwürdige und wahrhafftige Historien, auß den glaubwürdigsten alten und neuen Geschichtschreibern, in gewisse Classes und LLCC. zusammengezogen, in III. Theile abgetheilet, und Christiano IV., Könige in Dennemarck, zugeeignet. Hamburgi A. 1599. & 1608., ac Magdeburgi A. 1614., in fol. Qvæ tertia editio a Matthæo Dressero, Hist. Professore Lipsiensi, est emendata, tribusqve ornata Indicibus. In qvarta, Ulmæ A. 1649. in 4. impressa, & a Mart. Zeilero locis (uti titulus jactat) innumeris emendata, nonnullis autem aucta, totum opus, commodioris usus gratia, in Tomum unicum est redactum, tresqve Indices Dresseriani in unum itidem contracti. Editiones reliqvæ, a Paulo Bolduano (*in Biblioth. Histor. p. 52. 280.*,) & aliis, memoratæ, Lipsiensis sc. anni 1599. & Hamburgensis anni 1600., chimæricæ mihi videntur, & præ cæteris qvidem Lipsiensis (qvam Lipenius *in Biblioth. Philos.* allegat), A. 1596. *in fol.* excusa, cum Epistola dedicatoria A. demum 1598. ab Autore sit conscripta. Operis hujus tripartiti Pars I. Libro 1. de Deo & rebus divinis, 2. de rebus naturalibus, & 3. de Magistratu Politico, IIda Libro 1. de Conjugio & rebus Oeconomicis, ac 2. de Virtutibus vitiisqve, IIIia autem Libro I. de Poenis divinis, & 2. de Vitæ humanæ felicitate ac infelicitate, casibus fortuitis rarioribus, & Morte tandem, exempla congerit Historica. Inclementius de illo judicium tulit Joh. Georg. Neumannus, *in Diss. de Fausto præstigiatore, c. 1., §. 9., p. 10.*, ita scribens: *Meigerii libros multæ labis insimularem, nisi clarissimum simul nomen Matth. Dresseri, insignis Historici, læderetur, ex cujus recensione miror illos tam incaute prodiisse.*

Speculum Oeconomiæ conjugalis; Ein Spiegel ehlicher Haußhaltung, in einem Gespräche zwischen zwey ehrbahren Frauen, Agatha und Sophia, vorgestellet, zu welchen sich das weltbeschriene böse Weib, die Xantippe, gesellet und eindringt. Hamburgi A. 1611. (*&, juxta Catalogos nundinales, 1646. ac 1651. qvoqve* in 8., nec non (*juxta Lipenium*) Francofurti 1613. in 8.

Gesang vom seligen Abschiede Friderici II., Königs in Dennemarck. Lubecæ in 8. (*Catal.*)

NICOLAUS MEINE, Crempensis, P. L. C., Juris in Holsatia, circa A. 1634., Practicus.

V. Nic. Scribonii Anagramma nominis ejus, *Lib. I. Lusuum Gottorpiensium p. 26.* obvium, & Joh. Ristii Epithalamium illi scriptum, im Poetischen Schauplatze *p. 96-101.*

Παρέργων Melicorum Prodromus. Rostochii 1626. in 8. (*Catal.*)

Pericula Academica Varniana. Rost. 1626. in 8. (*Catal.*)

Oratio metrica de passione Christi, in Acad. Rostochiensi d. 8. Apr. A. 1626. recitata. V. Pet. Laurembergii *Programma, illi præmissum.*

THEOPHILUS MEINFRIED Astrologus.

Unterschiedliche Calender nach dem Husumschen Horizont gerichtet, auf die Jahre Christi 1559. 1660. 1667. Slesvigæ in 16to.

JOHANNES HENRICUS MEINZE, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de SCto Macedoniano. Andegavi in 4. (*J. Teclenb.*)

M. DAVID MEISNERUS, Lubecensis, Georgii, scholæ publicæ Subrectoris (*de qvo statim dicetur*), filius, laurea Rostochii A. 1619., in festo Academiæ seculari, ornatus Philosophica (6.), Ecclesiæ, in Metropoli Sveciæ Holmiensi, Germanicæ, circa A. 1627., Pastor (7.)

Lacry-

(1.) im verworfenen Zauber- und Hexen-Advocaten, *c. 5., p. 170.* (2.) *in Sermone in obitum uxoris ejus, ex 1 Cor. X. 13., Germanico funebri,* Hamburgi A. 1602. *in 4.* excuso. (3.) *p. 122-127. 748.* (4.) *p. 748.* (5.) *p. 883.* (6.) V. *Acta festi Jubilæi Acad. Rostoch., A. 1619. celebrati, p. 194.* (7.) V. Joh. Schefferi *Sveciam literatam p. 282.*

Lacryma, miserrimum præsentis seculi statum exhibens, Præside D. Joh. Affelmanno, Theol. Professore. Rostoch. 1617. in 4.

Jeremiæ vocatio, oder Anzugspredigt, nebst andern Predigten. Holmiæ 1625. in 4. (*V. Ephr. Prætorii Indicem Continuationis Bibliothecæ Homileticæ*.)

Incendii voracitas, oder zwey Predigten vom Stockholmischen Feurschaden. Holmiæ 1626. in 4. (*V. Ephr. Prætoris Indicem Biblioth. Homileticæ*.)

Leichpredigt über Joh. Rotlöben den Jüngern, warumb die Eltern ihrer Kinder frühzeitigen Todt nicht allzusehr sollen betrauren, aus Sap. IV. Holmiæ 1627. in 4. (*V. Schefferum l. c.*)

(Huic etiam, sed perperam haud dubie, ab Ephr. Prætorio, *l. c.*, tribuitur Weltspiegel, von Ungewißheit der menschlichen Dinge, scriptum Stettini A. 1606. *in 4.* editum. Qvod haud diversum esse idem monet a M. Georg. Ciegleri, Pastoris Regiomontani, Trauerspiegel der Welt, A. 1614. *in 4.* ibidem excuso.)

M. GEORGIUS MEISNERUS, Lubecensis, Johannis, civis honesti, filius, d. 13. Apr. A. 1561. natus, cum scholam, utroqve parente ante sextum ætatis annum amisso, freqventaret patriam, Pædagogum simul, in Hermanni a Dorne, Consulis, ædibus, filii ejus cognominis egit domesticum. Eidem præfectus, ex Academiis Germaniæ, A. 1584. Rostochiensem (Magistri sibi titulum d. 21. Apr. A. 1586. largitam), A. 1587. Witebergensem, & A. 1588. Marpurgensem, adiit, &, felici adeo successu, cum Theologiæ, tum lingvæ, cujus incredibili amore flagrabat, Hebrææ, vacavit studiis, ut Professor hujus, qvem hospitem elegerat, D. Otto Gvaltperius, ipsius postea Lubecæ Collega, nullum se illo diligentiorem unqvam habuisse professus discipulum, peregre profectus, suas ei vices, in lingva hac sacra docenda, aliqvoties committere non dubitaverit. Ephoria ibidem filiorum Volperti Riedeselii & Georg. Didenii, nobilitatis Hassicæ luminum, Ægidii Hunnii, Prof. Theologi, commendatione potitus, cum Herm. Riedeselio in Academiam A. 1591. perrexit Tubingensem, &, tum cæteris ejus Theologis ac Philosophis, tum Georg. Weigenmeiero imprimis, L. Hebr. Interpreti, cujus domestico utebatur convictu, suam itidem approbavit industriam. Lubecam A. 1592. redux, Subrectoris scholæ publicæ, M. Octobri, mox obtinuit officium, &, qvinqvennio post, puellis duabus, præter filium (*de qvo paulo ante dictum est*) unicum, Davidem, e conjuge Gertrude Schellenbergia, Davidis, Pharmacopolæ Lubecensis, filia, susceptis, pestis sævitiæ, d. 22. Oct. A. C. 1597., & ætatis 36., succubuit. V. D. Ott. Gvaltperii, scholæ Lubecensis Rectoris, *Orationem de vita & morte illius funebrem*, publice recitatam, &, cum *Epicediis* qvibusdam, Lubecæ A. 1597. *in 4.* editam, recusamqve ibidem A. 1721. *Parte III. Athenarum Lubecensium* Joh. Henr. a Seelen, *p. 479-517.* Conferri etiam possunt Henr. Bangerti *Catalogus Præceptorum scholæ Lubecensis, Orationi Rectoratus auspicali A. 1665. adjectus*, D. Sam. Huberi, Theologi Witebergensis, *Epistola* ad ipsum, d. 14. Sept. A. 1594. exarata, ac a Georg. Henr. Götzio, *in Actis Huberianis*, Lubecæ A. 1707. excusis, *Classe I., p. 4. 5.*, juris facta publici, & J. H. a Seelen *Pars. IV. Athen. Lubec., c. 12., p. 207-211.*

Carmina gratulatoria ad qvinqve juvenes eruditos, de collato ipsis, V. Id. Sept. A. 1585., a Nathane Chytræo gradu Magisterii. Rostochii 1585. in 4.

Carmen, Ott. Gvaltperii Grammaticæ Græcæ, Marpurgi A. 1590. *in 8.* excusæ, præfixum.

Georg. Weigenmeieri, L. Hebr. Prof. Tubing., Tabulæ Hebrææ, in contextum continuum, nullis Typorum signis interruptum, ab ipso resolutæ, & exemplis pluribus locupletatæ; Scriptum ἀνέκδοτον, a Weigenmeiero revisum, qvod Otto Gvaltperius (*in Or. fun.*) *luce* judicavit esse *dignissimum*.

Epistolæ tres ad Herm. a Dorne & Theod. Brömsium, Consules Lubecæ, A. 1589. & A. 1592. datæ, apud Seelenium *l. c., P. IV., c. 12., p. 207-210. 213-218.*, obviæ.

HENRICUS MEISNERUS, Scholæ Jacobææ Hamburgensis Arithmeticus, novam, d. 6. Jul. A. 1690., Societatem Hamburgi fundavit Arithmeticam (die Kunstrechnungs-liebende Societät), doctrinæ numerorum, Algebræ, aliisqve cognatis scientiis Mathematicis, qvarum peritiam a Collegis ista omnibus exigit, excolendis, & ad perfectionem paulatim majorem provehendis, destinatam. Emblema sibi illa delegit Jani bifrontis clavigeri, vestitu novantiqvo amicti, scopumqve totius Collegii hoc significantis lemmate:

Was gefunden ich verwahre,
Und noch finde immerdar.

Noster, qvi Epistola invitatoria, d. 2. Jan. A. 1690. publicata, artium istarum amatores de instituto hoc certiores reddiderat, Præsidum illius (qvales duo qvotannis ex Hamburgensibus solent eligi sociis) primus Collegarum, anno eodem, designatus suffragiis, leges mox Collegii promulgavit, qvindecimqve Candidatos, ac, hos inter Joh. Jac. Zimmermannum, Mathematicum percelebrem, præmisso examine, in istud recepit, ipse autem agnomen *Augentis* (des Mehrenden) in eodem obtinuit. Prolixiorem Societatis hujus historiam, una cum XIII. ejusdem legibus, præter ipsum Meisnerum (*in Catena Arithmetica, Geometrica & Algebraica*, Germanice A. 1690. edita), exhibuerunt Conr. Danxtius, Arithmeticus Hafniensis, in dem fruchtbringenden Gesprächspiele von der eigentlichen Beschaffenheit der, zu Hamburg, d. 6. Jul. A. 1690., aufgerichteten, Kunstrechnungsliebenden Societät, Hafniæ A. 1691. *in 12.* excuso, Wilh. Ern. Tenzelius (Danxtium secutus) *in Dial. Menstr. Germ., M. Jan. A. 1693., p. 8-23.*, & Lubecenses (Meisneri qvoqve scripta enumerantes) *in Novis Septentrionis Literariis, M. Mart. A. 1700., p. 88-96.* Meisnerum Joh. Alb. Fabricius (*Lib. III. Biblioth. Græcæ, c. 14., p. 375.*) *Virum* vocat *Arithmeticæ & Geometriæ longo usu peritissimum*, Dethl. Cluverus autem (*in Nova Crisi temporum, T. I., sive anno 1700., n. 46., p. 368.*) einen berühmten Algebristen. Qvi & Societatem Arithmeticam, ab eo fundatam, hoc ibidem ornat elogio: Sie hat bereits, in kurtzer Zeit, dergleichen Specimina herausgegeben, daß Hamburg, was die Rechenkunst betrifft, billig den Vorzug, nicht alleine vor allen Städten in Teutschland, sondern auch in gantz Europa, bereits erworben hat.

SCRIPTA GERMANICA.

I. EDITA.

Arithmetischer Kunstschule erster Theil, darinn diese Methode gehalten wird, daß die Facitte iederzeit verschwiegen werden. Hamburgi 1677. & 1688. in 8. Eben derselbe, von Joh. Christ. Ferbern, Arithmetico zu Hamburg, aufgelöset, ibid. 1699. in 8.

Arithmetischer Kunstschule ander Theil, darinn viele schöne, Arithmetische und mercatorische, schwer scheinende, Aufgaben oder Fragen enthalten. Hamb. 1689. in 8.

Der Arithmetischen und mercatorischen Kunstschule Schlüssel. Hamb. 1691. in 8. (*Cat. Nund.*)

Arithmetischer Rosenkrantz, zusammengebunden aus 100. Arithmetischen Rosen, welche alle, durch die gemeine Arithmetische Species, und Regel von dreyen, aufzulösen. Hamb. 1687. in 8. Ebenderselbe von Mich. Scharfen, Rechenmeistern in Hamburg, aufgelöset, und mit 50. Solutionibus ausgegeben. Hamb. 1688. in 8.

Martini Wilkens A. 1622. ausgegebene Flores Algebraici, darinn viele schöne, theils Cub: Zensisens: Sursolid: und Zensicubi-Cossische Aufgaben enthalten, welche, nach des Autoris Begehren, per Cossam qvadratam aufgelöset seyn. A. circ. 1689. in 8.

Ausschreibung oder Invitation zu der Kunstrechnungs-liebenden Societät. Hamb. 1690.

Arithmetische, Geometrische und Algebraische Kunstkette, bestehend in 100. Aufgaben oder Gliedern: dabey ein Anhang von 360. allerhand Qvæstionibus, wie auch Publicirung der Personen, welche in der neuaufgerichteten Kunstrechnungs-liebenden Societät sich anietzo befinden, und derselben Legibus: ausgegeben von dem Mehrenden. Hamb. 1690. in 8.

Stern und Kern der Algebra, anweisend: 1. eine general regel, mit ihrer Demonstration, wie die Wurtzeln und Cossische partes aliqvotæ, aus den hohen Cossischen æqvationibus, zu finden; 2. eine general regel, mit ihrer demonstration, über alle figürliche, flache und körperliche Zahlen, und aggregata aggregatorum infinitorum; 3. die Beschlußaufgabe des Arithmetischen Kunstspiegels, mit abbreviirter Solution. Hamb. 1692. in 8.

Arithmetischer Kunstspiegel, bestehend in 336. Arithmetischen, Algebraischen, Polygonalischen, Geometrischen und Astronomischen Aufgaben. Hamb. 1693. in 8. Eben derselbe durch den Haltenden (*i. e. Paulum Halckium, Arithmeticum Buxtehudensem*) aus dem Grunde aufgelöset. Hamb. 1694. in 8.

Algebra tyronica, welche, mit schönen deutlichen Regeln, gründlichen Anweisungen, und drey dutzend mercatorischer Aufgaben, samt ihren solutionibus, aufs verständlichste so ist abgefasset, daß alles, auch von Schulknaben, sehr leicht wird zu begreiffen seyn. Hamb. 1695. in 8. Auctior recusa ibidem A. 1723. in 8.

Geometria tyronica, darinn die höchstnutzbahre Meßkunst, nach ihren dreyen dimensionibus, aus wahren Euclideischen Fundamenten, samt dem Gebrauche der Logarithmorum, und die zur Trigonometrie erforderte beygefügte Tabulæ sinuum tangentium & secantium, aufs deutlichste gelehret, und mit vielen Anmerckungen, Vortheilen und Kupfer-Figuren, illustriret werden, in IV. Theilen. Hamb. 1696. in 8.

Des gantzen, in XV. Büchern bestehenden, Teutschen Euclidis erstes Buch von den Rechtlinischen Figuren, und anderes Buch von den rechtwincklichten Parallelogrammis, Griechisch und Deutsch; beyde mit allerhand Appendicibus vermehret. Hamb. 1700. in fol. Appendicum argumenta *in Novis Literariis Lubecensibus anni 1700., M. Mart. p. 89., & M. Apr. p. 124. 125.*, enumerantur. Recensum illorum honorificum exhibet Dethl. Cluverus, cæteris Euclidis versionibus Germanicis omnibus hanc præferens, *Tomo I. Novæ temporum Criseos, n. 15., p. 120., n. 42., p. 334. 335. 336., & n. 45., p. 359. 360.* Commendat eosdem Joh. Alb. Fabricius *L. 3. Biblioth. Gr., c. 14., p. 375.*

Arithmetica tyronica, oder neues und gantz leichtes Rechenbüchlein, vor Knaben und Mägdlein. Hamb. 1701. in 8.

II. INEDITA.

Euclidis Elementorum Geometriæ Libri (præter primum & secundum, jam editos) reliqvi, in lingvam translati Germanicam, & Notis atqve figuris illustrati.

Colloqvium Arithmeticum, aus unterschiedlichen Theilen bestehend. Promissum ab eo est in præfatione des Sterns und Kerns der Algebra; qvod scriptum *Partis II. Colloqvii* hujus est ἀπόσπασμα.

M. ADRIANUS MEISTERUS, Hamburgensis, Pastor initio, circa A. 1639., Meisbergensis, & Superintendens deinde Epstorfiensis, in Ducatu Lüneburgico.

V. Joh. Ristii Epithalamium, ei scriptum, im Poetischen Schauplatze, *p. 264. 265. 266.*

Disp. de Controversis nonnullis qvæstionibus Philosophicis, Joach. Jungio opposita, Præside Joh. Scharfio. Witebergæ 1635. in 4. Commendatur a Joh. Scharfio, *in præfat. Limæ Logicæ Hamburgensis Jungianæ.*

Vindiciæ a cavillis & convitiis, contra Disput. suam, Witebergæ habitam, a qvodam effusis. Hamburgi 1637. in 4. In hac Troilus infelix, Jungio, Achilli Philosophico, impar congressus, Diatriben præcedentem, contra ejus Apologetam, incassum conatus est tueri.

Leichpredigt von der Gerechten Tode, aus Es. LVII. 1. 2. in 4. (*Catal.*)

M. HENRICUS MEITZENDORF, Crempensis, Parochiæ initio Butzfletanæ Pastor, deinde, circa A. 1611., exul, & tandem, circa A. 1619., Diaconus ruralis in Stormaria Horstensis.

Bußpredigten aus Jer. VIII. Hamburgi 1610. in 4. (*Catal.*)

Fasciola Christi Paulina, oder Erklärung des Spruchs 1. Cor. I. 30. Hamb. 1611. in 4.

Examen, edder Fragen des Catechismi, darinn dat gemeene Volck unn de Kinder flitig to öven. Hamb. 1619. in 8. (*L. Sax.*)

FRANCISCUS JACOBUS a MELLEN, Lubecensis, Jacobi, Pastoris Mariani, filius, d. 20. Mart. A. 1696. in lucem editus, & e Schola patria in Acad. Altorfinam, ac inde A. 1717. in Argentinensem, profectus, impetrato in hac M. Oct. A. 1718. Doctoris Medici titulo, Germaniaqve, Helvetia, Italia, Gallia, Anglia & Belgio, perlustratis, Lubecam A. 1720. rediit, & praxi artis suæ cœpit vacare. V. Historiam studiorum ejus, itinerisqve literarii, uberiorem, a J. H. a Seelen *Parte III. Athen. Lubec. p. 371-378.* exhibitam.

Adagiorum Medicinalium Sylloge, Præside D. Joh. Jac. Baiero defensa. Altorfii 1717. in 4.

Disp. Inaug. de Fortuitis in Medicina proficuis. Argentinæ 1718. in 4. Σκιαγραφίαν hujus in Halensium *Bibliotheca Academica anni 1718., Sect. 12. p. 523. & seqq.*, invenies.

JACOBUS a MELLEN, Lubecensis, primam d. 17. Jun. A. 1659. lucem aspexit, patreqve gavisus est Gerhardo mercatore, Qvakenburgi in Westphalia nato, matre vero Anna Maria, M. Jac. Stolterfohtii, Antistitis Lubecensis Mariani, filia, ac nepte Joh. Kirchmanni, Gymnasiarchæ ibidem celeberrimi. Reliqvos familiæ, cum paternæ, tum maternæ, majores, Mellenios, Stolterfohtios, Bordingos, Nigronos, Kirchmannos, Wedigios, Bacmeisteros, Lüneburgios, Warendorpios, Mornewechios, Morkerkios, Bockholtos, Brömsios, Westphalos, Attendornios, aliosqve plures, insignibus plerosqve, vel in Ecclesiam, vel in rempublicam, vel in literas, conspicuos meritis, & præcipuis Lubecæ, atqve alibi, functos dignitatibus, una cum conjugis suæ majoribus, fuse ipsemet, in *Notitia* illorum, A. 1707. juris facta publici, filiisqve duobus, Samueli Gerhardo ac Francisco Jacobo, ut ad premenda eorum vestigia hos excitaret, inscripta, recensuit ac celebravit. Parentibus Lubeca in vicum Angliæ Cimbricæ Cappelensem habitatum digressis, ipse Lubecæ, in M. Bernh. Krechtingii, Pastoris Mariani, materteræ mariti, suiqve e fonte sacro lustrico susceptoris, substitit familia. Ab hoc Evergeta, prole destituto propria, a prima usqve infantia, affectu plusqvam paterno, est enutritus, educatus, informatus, in schola patria, Academiis, regionibusqve exteris, suis sustentatus sumptibus, & ad sacrum tandem redux promotus officium. Qvæ beneficia, in vernacula vitæ Krechtingii, A. 1700. extincti, historia, grata, uti par erat, mente, a nostro sunt deprædicata (1.). Ex Academiis Kiloniensem primum A. 1674. adiit, &, in Jenensi deinde, ab A. 1676. ad 1680. (qvo Magistri ab eadem reportavit titulum), qvadriennio commoratus integro, eximios, non in Theologia solum, lingvisqve & scientiis huic famulantibus, sed literatura etiam elegantiori, ac studiis (qvorum

(1.) Confer *Epist. Dedic. Historiæ Lubecensis antiquæ*, Krechtingio A. 1677. inscriptæ.

(qvorum ducem Casp. Sagittarium, hospitem suum, in iisdem versatissimum, habuit) Historiæ omnigenæ, præsertim tamen Germanicæ ac patriæ, antiqvitatum ac rei nummariæ, præclare postea ab ipso illustratis, fecit progressus. Jenæ A. 1681. Rostochium commigravit, biennio autem seqventi Belgium, Angliam, Galliam & Germaniam, itinere peragravit literario. Ex hoc Lubecam A. 1684. reversus, d. 10. Aprilis locum mox, sortis beneficio, inter ædis Marianæ Diaconos, A. autem 1706., d. 26. Aug., Pastoris ejusdem primarii & A. 1719. Ordinis ecclesiastici Senioris dignitatem, obtinuit, octoqve sexus utriusqve liberos e Dorothea, D. Sam. Pomarii, Superintendentis, filia, in thorum d. 15. Jun. A. 1685. admissa, sustulit. Laborum sacrorum Πάρεργα auspicato, magnoqve cum famæ incremento, sibi delegit studia Historica, Genealogica, Antiqvaria & nummaria, ac de istis, præsertim vero urbis historia patriæ, necessario ac selectiori, tum librorum documentorumqve veteris ævi rariorum, tum numismatum (qvæ Joh. Dan. Major (1.) celebravit) antiqviorum pariter atqve recentiorum, apparatu solerti feliciqve congesto diligentia, præclare scriptis, qvæ lucem partim jam viderunt, partim vero in posterum videbunt, meritus est plurimis.

Historiam vitæ suæ longe fusius ipsemet, *in Notitia Majorum*, A. 1707. edita, ac supra jam laudata, exposuit & Seelenius Parte I. *Athenarum Lubec. p. 369-375.* una cum scriptis ejus enarravit, simulqve Epigraphen exhibuit sacelli sepulchralis, ab ipso sibi hæredibusqve in Templo arcis Lubecensi A. 1707. (qvo illum obiisse Autor der Vergnügung müßiger Stunden P. XI. p. 45. falso, cum adhuc sit superstes, tradidit) exstructi.

Conferri possunt Excerpta ex Not. Major *in Novis Literariis Germanicis, M. Febr. A. 1707., p. 56-61.*, & *in Novis Literariis Lubecensibus, M. Jun. A. 1707., p. 187. 188. 189.*, exhibita, J. G. Eccardi Monathlicher Auszug aus neuen Büchern, *M. Majo A. 1700., p. 189. 190.*, Corn. a Beüghem *Apparatus ad Hist. Lit. noviss., Consp IV., p. 191.*, & Dav. Henr. Köpkenii, Prof. Rostoch., *Epistola ad eum de Meritis avorum in Sobole propagatis*, Rostochii A. 1705. *in 4.* excusa.

ELOGIA.

Joh. Dan. Major (im Bevölckerten *Cimbrien, c. 44. p. 70.*) insignem ejus antiqvitatum variarum, reiqve imprimis nummariæ, peritiam, & scripta, huc spectantia, brevia qvidem, sed elegantissima & utilissima, fusius deprædicat.

Henr. Meibomio Jun. (*in Introd. ad Hist. Saxon. infer. p. 64.*) *Vir* audit *clarissimus*.

Casp. Sagittario (*in Ep. Dedic. Dissert. de Natalitiis Martyrum, ad Senatum Lubec.*) *Juvenis, ut ad omnes elegantiores literas, ita ad conscribendam historiam patriam, natus*; it. (*in præfat. Historiæ Tulliæ, Ciceronis filiæ*) *Juvenis singularis doctrinæ ac virtutis*; nec non (*in Memorabilibus Hist. Gothanæ, c. 3. §. 3., p. 24.*) *Juvenis doctissimus*.

Ott. Sperlingio Jun. (*in Ep. Dedic. Dissertationis de origine & progressu Nummorum bracteatorum & cavorum*, ipsi A. 1700. inscriptæ) *Vir in re nummaria, & in omni antiqvitate, versatissimus, & dudum inter eruditos principatum aliqvem obtinens, cujus monumenta omnia præclara sunt & egregia*.

Christ. Gryphio (*in Diss. Isag. de Scriptt. Histor. Sec. XVII., c. 9., p. 505.*) *Theologus & Polyhistor Lubecensis*.

Joh. Pet. Ludovico (in der Einleitung zum Teutschen Müntzwesen mittlerer Zeiten, *c. 2., p. 16*) ein in der Müntzwissenschaft ungemein berühmter Mann.

Trog. Arnkielio (im Tr. von der Cimbrischen Heiden-Bekehrung, *Lib. VI., p. 344.*) ein in der Antiqvität berühmter Mann.

Henr. Pippingio (*in præfat. Triadis Decadum Memor. Theol. renov. p. 8.*) *Vir meritis in Ecclesiam Lubecensem pariter ac remp. literariam jampridem inclytissimus*.

Euchario Gottliebio Rinckio, Acad. Altorf. JCto (*in Lucubrat. de veteris Numismatis potentia & qvalitate*, ἀνωνύμως A. 1701. edita, *c. 15., §. 3., p. 105.*) *Vir eruditus*.

Joh. Jac. Scheuchzero *in præfat. Nov. Lit. Helvet. A. 1701.*) *Vir in omni literatura versatissimus*.

Chr. Henr. Postelio (*in Meletemate de lingvæ Hispanicæ difficultate, elegantia & utilitate*, ipsi inscripto, & *in Novis Lit. Lubec., M. Apr. A. 1704., p. 111-128.*, obvio) *Polyhistor Lubecensis*.

Pet. Ambr. Lehmanno (*in præfat. Hamburgi literati A. 1698.*) *Vir de Ecclesia pariter ac rep. literaria meritissimus*.

Christ. Dethl. Rhodio (*in Novis Lit. Lubec., M. Dec. A. 1699., p. 371.*) *Vir omnis elegantioris literaturæ laude undiqve clarissimus*.

Lipsiensibus (*in Actis Erud. M. Jul. A. 1718., p. 325.*) *Vir doctus, sedulusqve rerum antiqvarum & naturalium scrutator*.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Historia antiqva Lubecensis, ab U. C. ad A. C. 1182. Jenæ 1677. in 4.

Historia media Lubecensis, ab A. C. 1182. ad 1227. Jenæ 1677. in 4.

Historia media Lubecensis, ab A. C. 1227. ad 1300. Jenæ 1678. in 4.

Historia recentior Lubecensis, ab A. C. 1300. ad 1400. Jenæ 1679. in 4. In qvatuor harum Disputationum, Præside D. Casp. Sagittario propositarum, & junctim Jenæ A. 1721. *in 4.* recusarum, ultimæ *Epistola Dedicatoria, fœtum hunc olim (si antiqva monumenta suppetierint), secundis curis, longe auctiorem & ornatiorem exhibitum iri*, promittitur. Cui promisso ut satisfiat, non ego solum (*P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 4., p. 438.*), sed & Henr. Meibomius Jun., *in Introd. ad Hist. Sax. infer. p. 64.*, verbis optavit seqventibus: *Non dubito, qvin Vir Clariss., Jac. a Mellen, si otium, & subsidia idonea, nactus fuerit, qvæ præclare cœpit, in patriæ urbis gloriam, continuaturus, & Bangertianos conatus perfecturus sit.* Sagittario Præsidi, tanqvam Autori, illæ tribuuntur, tum in *Scriptorum ejus Catalogo*, Jenæ A. 1685. edito, tum a B. G. Struvio (*in Biblioth. Histor., c. 17., p. 491.*) ac Joh. Christ. Nevio (*P. II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Historicas p. 182.*), merito easdem commendantibus. Verum sibi eas Mellenius postliminio asseruit, non in Epistola solum ad me data, sed & in *Majorum suorum Notitia p. 7. ac 9.*, ipso Sagittario haud invito, qvi, *in Introd. ad Hist. Eccl., c. 20., §. 74., p. 504.*, ab illo scriptas esse fatetur, se autem Continuationem earundem concinnasse ἀνέκδοτον simul significat. Conf. de illis Joh. Hübneri *Cent. III. Biblioth. Histor., Art. 33., p. 159. 160. 161.*

Epistola de antiqvis qvibusdam Nummis Germanicis, historiam Thuringicam præcipue illustrantibus, ad D. Casp. Sagittarium. Jenæ 1679. in 4. Commendatur a Joh. Dan. Majore (*eruditam* eam vocante) *l. c., c. 47., p. 76.*, & Joh. Pet. Ludovico *l. c.*

Historia Urnæ sepulchralis Sarmaticæ, A. 1674. repertæ, ad D. Georg. Wolfg. Wedelium, Prof. Med. Jenensem, Jenæ 1679. in 4. Commendant hanc G. H. Götzius, *in Continuat.* der Todten-Bibliotheck *p. 13.*, &, qvem is allegat, Ehrenfridus Geierus *in Spicilegio Speidelio-Besoldino p. 41.*

Disp. de Salutandis & salutantibus, ex Epistolis Paulinis. Rostochii 1681. in 4.

Lumen Historiarum nostri temporis, seriem Regum & Principum, tam Ecclesiasticorum, qvam secularium, Chrono-

(1.) im Bevölckerten Cimbrien, *c. 44., p. 70.*

nologico-Genealogicam, a 200. abhinc annis repetitam, exhibens; *ἀνωνύμως* editum Lubecæ A.1696. in 8., & (*juxta Catal. nund.*) Lipsiæ A. 1722. in 8. Confer de illo Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon. p. 293.*, & Joh. Hubneri *Cent. III. Bibl. Hist.*, *Art. 36.*, *p. 166-168.*

Sylloges Nummorum ex argento uncialium Specimen. Hamburgi 1696. in 4.

Sylloges Nummorum ex argento uncialium, qvos vulgo Imperiales, seu Thaleros, appellant, Classis Prima, Unciales nummos Imperatorum & Regum Romanorum, nec non Austriæ Archiducum, comprehendens atqve illustrans; in tres divisa Manipulos, qvorum Primus Friderici III., Maximiliani I. & Caroli V., Imperatorum, Thaleros exhibens, & Latine, & Germanice (sub titulo des curieusen Thaler-Cabinets Ersten Faches), Lubecæ A.1697. in 4., Secundus autem, de Ferdinandi I., Maximiliani II. & Rudolphi II., Imperialibus, A. 1697., & Tertius, de nummis Matthiæ, Ferdinandorum II. III. & IV., ac Leopoldi, Archiducumqve Austriæ, similibus, A.1698., ibidem in 4., sed Latine tantum, prodierunt. Recensum Manipuli I. W. E. Tenzelius, *in Dial. Menstr. Germ.*, *M. Jul. A. 1697.*, *p. 593-602.*, Chauvinus *in Diario Erud. Berolinensi Gallico, M. Majo & Jun. A. 1697.*, *p. 201-209.*, & Pet. Rabus *in Bibliotheca Europæ Belgica, M. Jul. & Aug. A.1697.*, *p. 158-162.*, *& M. Sept. A.1698.*, *p. 258.*; Manipuli II. Tenzelius *M. Mart. A.1698.*, *p. 242-249.*, & Chauvinus *M. Nov. ac Dec. A.1697.*, *p. 559-566.*; Manipuli III. Tenzelius *M. Oct. A. 1698.*, *p. 904-911.*, & Chauvinus *M. Majo ac Jun. A. 1698.*, *p. 247-257.*; totius vero Classis primæ (qvam reliqvæ nondum sunt secutæ) Lipsienses, *in Actis Erud.*, *M. Sept. A.1698.*, *p. 422-427.*, ac Lubecenses, *in Novis Septentrionis Literariis, M. Mart. A.1698.*, *p. 44.45.*, exhibent, laudibusqve simul laborem hunc ornant debitis. Qvibus etiam eundem prosecuti sunt Joh. Pet. Ludovicus (*optimum* esse judicans, *&*, *ut cœptum filum pertexatur, dignissimum*) *in Diss. de Auspicio regali, c. 2.*, *p. 109.*, Euch. Gottl. Rinckius *l. c.*, B. G. Struvius (*Syllogen* vocans *egregiam eruditamqve*) *in Biblioth. Histor.*, *c. 18.*, *p. 505. 506.*, Joh. Christ. Nevius (cui *opera* audit *egregia*) *l. c. p. 94.*, Car. Arndius *in Bibliotheca Politico-Heraldica p. 188.*, & Joh. Hübnerus *Cent. III. Biblioth. Histor.*, *Art. 34.*, *p. 161. 162. 163.*

Lubeca Literata annorum 1698. 1699. 1700. 1701. & 1702., sive Catalogus hominum cujusvis ordinis literatorum, qvi annis istis singulis Lubecæ vixerunt & obierunt, Alphabeticus, *ἀνωνύμως* editus, & qvinqvies, qvotannis auctior, mutatis mutandis, atqve expunctis expungendis, Lubecæ in octernione recusus unico. Instituti ejus rationem ac laudes V. *in Novis Literariis Lubecensibus Anni 1698.*, *M. Jan. p. 16.*, *& M. Jul. p. 135. 136.*, W. E. Tenzelii *Dialogis menstruis Germanicis, M. Mart. A. 1698.*, *p. 249. 250.*, & Pet. Ambr. Lehmanni *præfat. Hamburgi anni 1698. literati*, ad illius exemplum editi. Qvod certatim deinde, post Lehmannum, alii etiam imitati, Nomenclatores similes hominum, in urbibus Holmiensi, Rigensi, Revaliensi, Dorpatensi, Narvensi, Pernaviensi, Regiomontana, Hagensi, Bremensi, Rostochiensi, Lüneburgensi, Witebergensi, Halensi, Dresdensi, Lipsiensi, Altenburgensi, Misenensi, Fribergensi, Erfurtina, Jenensi, Berolinensi, Francofurtana ad Viadrum, Uratislaviensi, Gorlicensi, ac aliis, doctorum juris fecerunt publici.

Archontologia pugillaris, seriem Regum & Principum, tam Ecclesiasticorum, qvam secularium, Historico-Genealogico-Heraldicam, ab A. C. 1500., ad hæc usqve tempora, repetitam, compendiose exhibens; Libellus *ἀνώνυμος*, totus æri incisus, qvi, absqve loci ac anni (qvi 1699. fuit) mentione, *in 16.* prodiit, Annoqve 1712. auctior est recusus, &, præter Pontificum, Imperatorum, Regum atqve Electorum, Catalogos, præcipuarum familiarum Europæ & Germaniæ Ducalium tabulas breviores Genealogicas, insigniaqve, tam harum, qvam illorum, depicta, repræsentat, continuandusqve subinde & recudendus *in præfatione* promittitur. De Dav. Henr. Köpkenii *Programmate*, A. 1704. Rostochii Prælectionibus suis in eum præmisso publicis, V. *Nova Lit. Lub.*, *M. Jan. A. 1705.*, *p. 4.* Conf. de illo J. Hubneri *Cent. III. Bibl. Hist.*, *Art. 36.*, *p. 166-168.*

Series Regum Hungariæ, e nummis aureis, qvos vulgo Ducatos appellant, collecta, descripta, ac Leopoldo Imperatori oblata. Lubecæ 1699. in 4. Recensum ejus V. *in Actis Erud. Lips.*, *M. Jun. A. 1699.*, *p. 266-269.*, & *Novis Lit. Lubec. M. Apr. A.1699.*, *p. 126. 127.* B. G. Struvius eam (*in Biblioth. Histor.*, *c. 19.*, *p. 517.*) *elegantissimam* appellat. Conf. de illa Joh. Hübneri Cent. III. Biblioth. Histor., Art. 35., p. 164. 165. 166.

Notitia Majorum suorum, plurimas Lubecensium aliorumqve clarorum Virorum, de Ecclesia, republica & literis, egregie meritorum, vitas, ab aliqvot repetitas seculis, & documentis Authenticis illustratas, comprehendens; duobus inscripta filiis. Seorsim tria accesserunt Auctaria. Lipsiæ A. 1707. in 4. Recensus ejus exhibent *Acta Erud. Lipsiensia, M. Majo A. 1707.*, *p. 217. 218.*, W. E. Tenzelii, *Bibliotheca Curiosa, Germanice edita, Sect. VIII. A. 1706.*, *p. 679-687.*, *Novaqve Literaria Germanica, M. Febr. A. 1707.*, *p. 56-61.*, ac *Lubecensia, M. Jun. A. 1707.*, *p. 187-192.* Confer, qvæ de illa sub vitæ Autoris jam diximus initium. A Lipsiensibus, *l. c. p. 217.*, *Schediasma* vocatur *eruditissimum*, & ab Henr. Pippingio qvoqve, *in præfat. Triadis Decadum memor. Theoll. renov. p. 8.*, ac J. Hübnero, *l. c.*, *Art. 37.*, *p. 168. 169.*, commendatur.

Epistola de Balneis animarum Lubecensibus, ad D. Georg. Henr. Götzium, Superint. Lubecensem. Lubecæ A. 1710. in 4.

De Itineribus Lubecensium sacris, seu de religiosis & votivis eorum peregrinationibus, qvas olim devotionis ergo ad loca sacra susceperunt, Commentatio. Lubecæ A. 1711. in 4. V. de illa J. Hübneri *Cent. III. Biblioth. Histor.*, *Art. 38.*, *p. 169-172.*

Epistola de Echinitis Wagricis, ad V. C. Joh. Woodwardum, Medicum Londinensem. Lubecæ A. 1718. in 4. Argumentum ejus Lipsienses, *in Actis Erud.*, *M. Jul. A. 1718.*, *p. 325. 326.*, exposuerunt, nec non Parisienses, *in Diario Erud. Gallico, M. Jun. A. 1722.*, *n. 3.*

Commentatio epistolica de Lapidibus figuratis agri littorisqve Lubecensis, ad V. C. Josephum Monti, Bononiensem. Lubecæ A. 1720. in 4.

Schediasma Germanicum de Ludis Romanorum veterum secularibus, Jubilæo gamico M. Bernh. Krechtingii, Past. Lubec. Mariani, consecratum. Lubecæ 1700. in fol. V. J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 373.*

Commentatiuncula de simularis aureis, qvæ in Boringholmia, maris Balthici insula, agris eruuntur, A.1725. *Tomo I. Bibliothecæ Lubecensis, p. 1. sqq.* prodiit. Huic Christ. Democritus (i. e. J.C. Dippelius), in illa insula captivus, eodem anno reposuit: Eröfnete Muthmassungen und merckwürdige Gedancken über Jac. von Melle Commentatiunculam de simulacris aureis Bornholmensibus (Germanice iis præfixam); Samt einem Antwortsschreiben ad amicum Bornholmiensem, von dem güldenen Horn der Königlichen Kunstkammer zu Kopenhagen. Hamb. 1725. in 4. Simulacra hæc, qvæ Mellenius lares borealium fuisse putaverat, Ægyptiorum esse Hieroglyphica statuit.

Seorsim his sunt adjungenda:

Nova Literaria Maris Balthici & Septentrionis, ab ipso (*primum illorum triennium scriptis suis, in Notitia Majorum p. 10.*, *annumerante*), *συνέργοις*qve in hoc labore Lubecensibus, Achille Daniele Leopoldo, J. U. D., Joh. Jac. Stolterfohtio,

sohtio, Med. D., & Casp. Lindebergio, Pastore Petrino (*qvibus & D.Georg. Henr. Götzius, Superintendens, A.1703., ni fallor, accessit*), & Casp. Henr. Starckius, de qvo suo diximus loco, cui triennium ultimum (a M. Sept. anni 1705. ad M. Jul. A. 1708.) deberi, Seelenius *P. II. Athen. Lub. p. 331.* indicavit, A. 1698. colligi, & mensibus singulis *in 4.* publicari ἀνωνύμως, cœpta, seqventiqve continuata decennio. Exhibent illa relationes de novis hominum Ducatus Megapolitani, Pomeraniæ, Borussiæ, Livoniæ, Sveciæ, Norwagiæ, Daniæ, Islandiæ, & Cimbriæ, doctorum vocationibus ad officia, translocationibus, scriptis (tam editis, qvam edendis), Bibliothecis, Museis, inventis, observationibus & certaminibus, defunctorumqve vitis, ac rebus aliis ad historiam spectantibus literariam, varias, diligenter undiqve collectas. Annus horum primus (cujus semestris prioris recensus a Tenzelio,*in Diall. menstr.* sistitur *Germ., M. Oct. A. 1698., p.577-920.*) A. 1698., secundus 1699., tertius 1700., qvartus 1701., qvintus 1702., & sextus 1703., Lubecæ, septimus A. 1704., octavus 1705., nonus 1706., ac decimus 1707., Hamburgi, & undecimus tandem (sed non integer, verum ad mensem tantum perductus Julium) A. 1708. Lipsiæ, *in 4.* prodierunt. Encomiasten illorum agit Joh. Gvilh. Pfenningius, J. U. D. & Regiminis Cancellariæqve Megapolitanæ Advocatus, *in Dissert. de Utilitate fructibusqve uberrimis, ex Novis Literariis Maris Balthici & Septentrionis percipiendis, ad Autores, Epistolica,* Lubecæ A. 1698. *in 4.* edita. Cujusmodi etiam Diatriben, eodem plane cum præcedenti ornatam titulo, *in Catalogo Nund. Lipss. A.1705. autumn. p. 5.*, a M. Franc. Alb. Æpino, Megapolitano, esse promissam, & libris illic perperam annumerari editis, video. Præter hos publice ea commendarunt Lipsienses *in Actis Erud., M. Sept. A.1698., p. 422.*, W. E. Tenzelius (præfationem recitans integram) *l. c., M. Mart. A.1698., p.251-254.*, Henr. Meibomius Jun. *in Auctariorum ad Val. Henr. Vogleri Introd. in notit. Bon. Scriptt. editione secunda p. 180.*, Chauvinus *in Diario Erud. Gallico Berolinensi, M.Mart.& Apr.A.1698., p.187.188.*, Pet. Rabus, *in Bibliotheca Europæ Belgica, M.Jul.& Aug.A.1698. p.151.152.*, Christ. Franc. Paullinus im Philosophischen Feyerabend, *c.11., p.263.264.265.*, Andr. Dan. Habichthorstius *in Ep. Dedic. Rostochii literati Anni 1699. p. 3.*, Joh. Jac. Scheuchzerus *in præf. Novorum literariorum anni 1701. Helveticorum*, B.G. Struvius (selectum in iis meliorem desiderans, & nimiam, *in Disputationibus, aliisqve inutilibus ac nullius momenti, recensendis*, culpans diligentiam) *in Introd. ad notit. rei Lit., c.3.,§.13., p.99.100.*, meaqve *Bibliothecæ Septentrionis Eruditi Prolegomena, §. 40., p. 62.*, ac *Præfatio Isagoges ad Hist. Cimbr. recentior, p. 52.* Relationem illorum (*M. Nov. A.1698., p. 204.*), de Collegii Theologici Hafniensis adversus M.Frid.Grammium *Programmate*, verissimam juvenis hic (*de qvo p.214-216. dictum*) protervus mendacii, tum in *Protestatione* Germanica peculiari, tum *in Specimine VIII. Heterodoxiæ Franckianæ*, A. 1699. edito, *p. 15.16.*, impudenter insimulavit, sed a Mellenio (qvem præcipue est adortus), cæterisqve Collectoribus, furorem hominis contemtu merito ultis, nullum reportavit responsum.

In *Novis* hisce *Literariis* seqventia nostri Schediasmata prodierunt minora:

1. Relatio duplex de curiosis qvibusdam circa tumulos sepulchrales Cimbricos observationibus, a Christ. Dethl. Rhodio, Past. Barmstättensi, sibi communicatis, *in Novis A. 1699., M. Mart., p. 88-96., & M. Jul., p. 219-224.*
2. Descriptio Luci cujusdam Ethnicorum Holsatiæ antiqvissimi, *M. Sept. A. 1699., p. 286-288.*
3. Scholion de Lipsanolatria Pontificia, *M. Oct. A. 1700., p. 293-298.*
4. Cornu antiqvi Borealis, in Museo suo obvii, Descriptio, *M. Febr. A. 1701., p. 60. 61. 62.*
5. Scholion de signo crucifixi Servatoris æneo antiqvo, qvod in Museo suo asservatur, *M. Jan. A. 1702. p. 29-33.*
6. Testamentum antiqvum Elisabethæ, Joh. Langii viduæ, A. 1383. conditum, cum notis editum, *M. Sept. A. 1706., p. 281.-287.*

II. GERMANICA.

Lebenslauf Joh. Ritteri, JCti und Bürgermeisters zu Lübeck. Lubecæ 1700. in fol.

Lebenslauf M. Bernh. Krechtingii, des Lübeckischen Ministerii Senioris. Lub. 1700. in fol.

Gründlicher Nachricht von der Keyserlichen freyen und des H. Römischen Reiches Stadt Lübeck, auß unverwerflichen Documenten. Lubecæ 1713. in 8. Compendium est Operis de Lubeca majoris ἀνεκδότα, in præfatione memorati, ἀνωνύμως editum; qvod Mellenium Autorem agnoscere filius ejus, M. Sam. Gerh. a Mellen, Ecclesiastes Lubec. Ægidianus, coram mihi retulit, & Seelenius *l. c., P. I., p. 24. 374.*, confirmavit.

INEDITA ET PROMISSA.

Inedita ab eo asservantur, & a Joh. Henr. a Seelen, in Epistola de iis ad Michaelem Richey, Profess. Hamburg., peculiari, A. 1722. *Parti IV. Athenarum Lubecensium, p. 615-639.*, subjecta, fuse adumbrantur atqve celebrantur.

I. Lubeca religiosa, opus Capitum CIX. Germanicum, qvod prælo paratum fuisse anno jam 1707., retulit, ediqve optavit G. H. Götzius (qvædam ex eo allegans) in *Diss. de Balneis animarum p. 10.*

II. Commentarius de Rebus Lubecensibus plenior Latinus, cujus qvatuor tantum priores libros A. 1722. absolverat, Inscriptiones etiam Lubecenses, tam Epitaphias, qvam alias, diligenter collectas, exhibens: Cum Præfat. de omnibus rerum Lubecensium scriptoribus, ineditis & editis.

III. Opus de Familiis Lubecensibus Germanicum Genealogico-Heraldicum, illarum, ordine enumeratarum alphabetico, Genealogias, & multarum etiam Insignia, sistens, qvod A. 1706. ab autore mihi est ostensum.

IV. Museum Mellianum, vel Sacrarium Naturæ & Artis, in usum & oblectationem oculi animiqve curiosi, ab ipso Autore adornatum. (Hujus Sciagraphiæ Seelenius, *l. c. p. 628-638.*, Cimeliorum illius qvorundam rariorum Indicem attexuit.)

V. Tractatus vernaculus von denen zu Lübeck wol aufgenommenen Westfällingern. His addantur:

VI. Sylloges Nummorum ex argento uncialium, Commentario illustratæ, Classes, qvæ primam, jam editam, seqvuntur, reliqvæ.

VII. Vollständige Rahtslinie der Bürgermeister, Rahtsverwandten, Syndicorum und Secretariorum, der Stadt Lübeck, biß auf diese Zeit; auß des Rahts Hauptbuche, vielen andern geschriebenen und gedruckten Büchern, Gemählden, Epitaphiis, und andern dergleichen Monumenten, wie auch eigener Erfahrung, zusammengetragen.

VIII. Vollständiger Catalogus der Lutherischen Superintendenten, Prediger und Schullehrer, zu Lübeck, wie auch der Prediger zu Travemünde und Schlukup, biß auf diese Zeit, auß den Actis Ministerii, vielen Indicibus, MSStis, Epitaphiis, und eigener Erfahrung, gesamlet. MSti hujus, sicut & præcedentis, ab Autore qvondam benevole mihi communicatorum, nec non Inscriptionum Lubecensium, editionem maturari, *in præfatione Isagoges ad Hist. Cimbr. recentiori, p. 56. 57.*, jampridem optavi, & etiamnum desidero.

IX. Ludov. Savoti Diss. de moderno Numismatum antiqvorum pretio, e Lingva Gallica in Latinam translata, &, cum Phil. Labbei Bibliotheca nummaria, in ordinem redacta atqve aucta; qvæ, ab eo promissa, Jenæ jam A. 1679. *in 8.* prodiisse *in Catal. Nund. Lips. A.1679. autumn., p. 8.*, falso traditur.

M. BERN-

M. BERNHARDUS MENSINGIUS, Lubecensis, Bernh. Bomaveri, Consulis patriæ, Eqvitisqve aurati, arci etiam Stockholmensi, qvo tempore Lubecenses Sveciam occupaverant, præfecti, ex filia fuit nepos. Curriculo Studiorum feliciter absoluto, professionem Logices & Eloqventiæ in Acad. Rostochiensi Senatoriam, locumqve simul (uti a Seb. Bacmeistero sum edoctus) inter ædis Jacobææ Canonicos, obtinuit, ac Rectoratu Academiæ A. 1555. & 1558. (1.), Ordinis autem Philosophici Decanatu A. 1564. (2.), est perfunctus. A. 1567. (qvo iterum Ordinis Philosophici Rostochiensis erat Decanus), die 14. Martii, in publica prælectione dolorem sensit capitis, &, ex auditorio vix domum reversus, statim concidit, morteqve subita expiravit, teste Ott. Frid. Schützio *Lib. I. Comm. de vita Dav. Chytræi p. 310.* Uxorem habuit Consulis Rostochiensis filiam, & Henr. Varenii, Mathematum Professoris, Sororem, Henricumqve ex hac filium sustulit, parente in pueritia orbatum, & ipsum qvoqve morte immatura, postqvam eo studiis humanioribus, Philosophicis ac Medico, ardore vacaverat & successu, ut, in doctissimis eum Germaniæ hominibus fore, si fata superesse sinerent, Joh. Caselius, Præceptor, ominaretur, Rostochii A. 1580. extinctum. V. Caselii de filii obitu ac laudibus Epistolam, ad Greg. Bersmannum A. 1580. exaratam, & seorsim (cum *Programmate funebri* ac *Epicediis*) eodem anno Rostochii *in 8.* impressam, Francofurtiqve A. 1597., *in Epistolarum Pet. Victorii & Joh. Caselii Syntagmate, p. 267. & seqq.*, Hamburgi A. 1641., inter *Epistolas* Caselii *Rostochienses, num. 51., p. 120-140.*, ac Rostochii A. 1710., in M. Reinh. Henr. Rollii *Decade I. Memoriæ Philosophorum renovatæ, p. 171-191.*, recusam. In ea enim Bernhardus etiam pater (qvem *hominem* Caselius vocat *doctissimum*; celebratur, & pleraqve, hactenus allata, de illo (*p. 125. 126. 127. Edit. Hamburg.*) commemorantur. Confer D. Joh. Draconitæ, Theologi Rostochiensis, *Orationem, in designatione Rectoris Bernh. Mensingii recitatam*, ac Rostochii A. 1559. *in 4.* editam, & Georg. Frid. Neümanni (ex *Historia Acad. Rostoch.* ἀνεκδότῳ Seb. Bacmeisteri sua mutuati) *Orat. de favore Lubecensium in exteros p. 30.*

Programma, Lectionibus Rhetoricis præmissum, & in Joh. Posselii Sen. *Sylloge Scriptorum Acad. Rostoch.* (*ab A. 1560. ad 1567.*) *publicorum*, Rostochii A. 1567. *in 8.* impressa, *P. I., fol. 41. 42.*, recusum.

Programma de Philosophiæ laude & in sacris usu, qvo Decanus A. 1564. Magisterii Candidatos convocavit, *ibidem, P. II., fol. 277. 278. 279.*, obvium.

(Henrici, filii ejus, ad Greg. Bersmannum Epistola, Rostochii A. 1580. scripta, *in Appendice Epistolica Partis II. Poematum* Bersmanni, Lipsiæ A. 1591. *in 8.* publicatæ, *p. 288. 289. 290.*, legitur.)

M. ULRICUS MENTE, Hamburgensis, natus est d. 8. Maji A. 1658., Magistri Lipsiæ A. 1680. adeptus titulum, Pastor ædis Pancratianæ in urbe Stadensi M. Sept. A. 1691., Cathedralis vero in Bremensi M. Nov. A. 1696. constitutus, ac d. 3. Sept. A. 1712. ac ætatis 55. mortuus. V. de illo *Anonymi Bremam anni 1708., literatam p. 50.*

Diuturnæ cum D. Gerh. Meiero, Superint. Bremensi, a qvo heterodoxiæ accusabatur, implicitus controversiæ, sed a supremi Tribunalis regii Wismariensis judicibus, lata d. 29. Febr. A. 1708. sententia, honorifice absolutus.

Disp. pro Sententia D. Valent. Alberti, notitiam status integri naturalem non esse, contra Sam. Strimesium, Præside D. Gottl. Frid. Seligmanno proposita. Lipsiæ 1679. in 4. Recusa in Seligmanni *Exercitationibus Academicis*, Dresdæ A. 1711. *in 8.* editis.

Ein Gesicht der Jacobsleiter im Gemüthe eines rechten Jacobiten, oder Leichpredigt über D. Jac. Hier. Lochnern, Bremischen Superintendenten, aus Gen. XXXII. 10., A. 1700. gehalten. in 4. (V. Henr. Pippingii *Sacrum Decadum de Theologorum vitis Septenarium, Dec. VI., p. 830.*)

NICOLAUS MERCATOR sive (uti in scriptis se prioribus, Dantisci editis, appellavit) KAUFMANNUS, Holsatus, in tractu Wagriæ, Monasterio Cismariensi vicino, natus esse, fratremqve habuisse Neostadiensis oppidi Parochum, perhibetur. Præ studiis reliqvis Philosophiæ, Physicæ & disciplinis Mathematicis, naturæ instinctum secutus, animum applicuit, iisqve Hafniæ, Rostochii, ac alibi, felici adeo successu vacavit, ut, in Angliam postea delatus, locum in Societate regia obtinuerit Philosophica, ac inter præcipua hujus ornamenta, Mathematicosqve Europæ ἐξοχωτάτους, communi orbis eruditi relatus sit suffragio. In Daniam eum inde retrahere, uti a Dethl. Cluvero, Collega ejus celeberrimo, accepi, conatus est aliqvando Fridericus, Comes ab Alefeld, Minister Christiani V., Regis, primarius atqve intimus, sed persvadere ipsi reditum in patriam haud potuit. Promptius Ludovico XIV., Gallorum Monarchæ, operam suam in structura aqvæductuum Versaliensium dirigenda efflagitanti, Parisios profectus, obtemperavit, sed magno suo, teste eodem, infortunio. Opere enim finito præmia promissa impetrare haud potuit, &, cum sacra amplecti jussus Pontificia facere hoc detrectasset, Gallorum fraudes ægre ferens, & mœrore, uti creditur, confectus, Lutetiæ, festo cinerum, M. Febr. A. 1687., expiravit. Naturæ scrutator fuit solertissimus, qvi adyta ejus intima, vulgo Philosophorum inaccessa, ingenii sagacis & Experimentorum freqventium ope, feliciter pervestigabat, eaqve detegebat arcana, ad qvæ homines vulgariter docti obstupuerunt. Jam tunc certe, cum in Acad. versaretur Rostochiensi, uti a Chr. Kortholto & D. G. Morhofio, inclytis hujus ac Cimbricæ, mihi relatum est, Professoribus, murium productione artificiosa magiæ apud tales incurrit suspicionem, & coram Concilio accusatus est Academico. Qvam criminationem, detecto arcano isto Physico, confestim refutavit, sed, hujusmodi se secretorum posthac non ita fore prodigum, addidit. In Chymiæ recessus interiores itidem penetraverat, & moribundus, filium sibi haud adesse, Lutetiæ doluit, cui observationes suas Pyrotechnicas rariores, nemini, præter illum, revelandas, & secum jam intermorituras, posset concredere. Præcipue autem in Mathesi inventis plurimis inclaruit eximiis, & nemini antea cognitis, e qvibus Circuli, qvam per seriem infinitam primus dedit, qvadratura a Gotfr. Gvilh. Leibnitio, *Mathematicum* eum vocante *præstantissimum* (3.), ipsæ Series infinitæ, per divisiones qværendæ, ab eodem (4.) & Lipsiensibus (5.), Problemata, artis nauticæ destinata incremento, ab Henr. Oldenburgio (cui *Vir doctus* audit *& solers*) (6.) & Hypothesis nova Astronomica, scripto A. 1664. peculiari exposita, Horologiumqve, motum Solis, non æqvalem tantum, & communem, uti cætera, sed & inæqvalem, in globo exprimens pendulo (7) ab hominibus, qvibus utendum dederat, curiosis ipsi haud restitutum, ab aliis, celebrantur.

Confer de illo Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 108.*, meaqve in hunc *Hypomnemata p. 346.*, Mart. Kempii *Append. Bibliothecæ Anglorum Theologicæ p. 646. 658.*, & Corn. a Beüghem *Bibliogr. Mathem. p. 93.*, *ac Apparatus ad Hist. Lit. noviss. Conspect. I. p. 273.*

SCRIPTA EDITA.

Cosmographia, sive Descriptio Cœli & terræ in circulos, qva fundamentum sternitur seqventibus ordine Trigonometriæ Sphæricorum Logarithmicæ, Astronomiæ Sphæricæ, Geographiæ, Histiodromiæ & Gnomonicæ. Dantisci 1651. in 8.

Tri-

(1.) V. Nicol. Grysii *Vitam Joach. Sluteri, lit. Q. 1. b.*, *Indicemqve Rectorum* Acad. Rostoch., isti subjunctum, ac Joh. Draconitæ *Orat. mox citandam.* (2.) *V. Programma ejus, A. 1564. propositum.* (3.) *In Actis Erud. Lips., M. Jun. A. 1686., p. 298.* (4.) *Ibidem, M. Apr. A. 1693., p. 178.* (5.) *In Actis anni 1696., M. Jun., p. 259.* (6.) *In Transact. Philos. Angl., M. Jun. A. 1666., p. 161. Ed. Lips.* (7.) *V. Excerpta Epistolæ Dn. Philippi ad Basil. Titelium*, in Frid. Nitschii *Versione Latina Diarii Erud. A. 1666. Gallici, p. 580.*

Trigonometria Sphæricorum Logarithmica, præceptis rotundis & plane Sphæricis, qvibus nihil addere possis, nec demere; cum Canone triangulorum emendatissimo, continente Logarithmos sinuum & tangentium, ad singula graduum Qvadrantis minuta prima, & ad radium 10000000, posterioris formæ, præstantia & commoditate, Illustri Nepero commendata, priorem longe superantis. Dantisci 1651. in 8.

Astronomia Sphærica omnis, decem Problematis ex fundamento tradita. Dantisci 1651. in 8.

Rationes Mathematicæ subductæ. Hafniæ 1653. in 4.

Hypothesis Astronomica nova, ejusqve cum Observationibus consensus. Londini 1664. in fol.

Problemata qvædam, ad promotionem scientiæ navigatoriæ facientia, Henr. Oldenburgii *Transactionibus Philosophicis Anglicanis, M. Jun. A. 1666., p. 161. 162. 163. Edit. Latinæ Lipsiensis,* inserta. In his, præter alia, pollicitus est, se, qvovis pignore ad concertandum deposito, solutionem daturum Problematis vexatissimi: *Utrum artificialis tangens sit vera linea meridiana?*

Logarithmotechnia, seu Methodus nova, accurata & facilis, construendi Logarithmos, scripto antehac Non. Aug. A. 1667. communicata; Cui nunc accedit Vera Qvadratura Hyperbolæ, & inventio summæ Logarithmorum. Jungitur huic etiam Michaelis Angeli Riccii Exerc. Geometrica de Maximis & minimis, ob raritatem recusa. Lond. 1668. & 1674. in 4. Anglica etiam illius versio, a Dn. Collins concinnata, & Mercatoris doctrinam exemplis ulterius illustrans, prodiit, teste Henr. Oldenburgio, *in Transact. Philos. A. 1669., M. Apr., p. 158. 159. Edit. Lat. Hafn. Sterpinianæ.* A qvo etiam *Logarithmotechnia* hæc, ob qvadraturam Hyperbolæ feliciter demonstratam, *ibidem, M. Jan. p. 52.,* est deprædicata. Joh. Wallisius, in *Epistola* de illa ad Vicecomitem Brounckerum peculiari (apud Oldenburgium, *l. c., M. Aug. A. 1668., p. 627. & seqq. Ed. Lips.,* obvia), hoc eandem ornat elogio: *Incidebam heri in D. Mercatoris Logarithmotechniam, nuper editam, qvæ mihi ita placuit, ut non prius dimiserim, qvam perlegissem totam. Et, qvanqvam pauca, phraseologiam qvod spectat, seu loqvendi formulas nonnullas, mutata mallem, sunt tamen ipsa suo sensu sana. Ea, qvæ superstruitur, doctrina Logarithmos expedite atqve subtiliter construendi perspicue atqve ingeniose traditur.* Commendatur qvoqve, præ aliis, a Christ. Wolfio, Math. Prof. Halensi, im kurtzen Unterrichte von Mathematischen Schriften (P. IV. der Anfangsgründe aller Mathem. Wissenschaften), *c. 3., p. 417.*

Illustratio qvædam Logarithmotechniæ suæ, continens exempla paucula, miram hujus methodi facilitatem, cum summa præcisione conjunctam, ostendentia; communicata Henr. Oldenburgio, & ab illo, *in Transact. Philos. anni 1668., M. Aug. (p. 627-640. Ed. Lat. Lips.),* publicata.

Considerationes circa Joh. Domin. Cassini Geometricam & directam Methodum ad invenienda Apogæa, eccentricitates & anomalias Planetarum; ab eodem Oldenburgio, *in Transact. anni 1670., M. Martio (p. 49-67. Ed. Lat. Lips.),* evulgatæ.

Institutionum Astronomicarum Libri duo, de Motu astrorum communi & proprio, secundum hypotheses Veterum ac recentiorum præcipuas, deqve Hypotheseon ex observatis constructione; Cum Tabulis Tychonicis solaribus, Lunaribus, Lunæ-solaribus, & Rudolphinis Solis, fixarum & qvinqve errantium, earumqve usu, præceptis & exemplis commonstrato. Qvibus accedit Appendix de iis, qvæ, novissimis temporibus, cœlitus innotuerunt. Londini 1676. in 8. Recensum illarum *Transactiones Philosophicæ anni 1676. Anglicanæ, num. 125.* (teste Beughemiani *Apparatus Conspectu I., p. 273.*), exhibuerunt. Commendat eas Astrophilis, præ omnibus aliis sideralis scientiæ compendiis, & *utramqve Astronomiæ partem, Sphæricam ac Theoricam, ingeniosa brevitate complecti* judicat Joh. Christoph. Sturmius, *in Diss. de Mathematicis & Mathematicis, c. 4., §. 5., p. 23.* Cui ὁμόψηφος Christ. Wolfius, *l. c., c. 11.,* & *p. 476.* Tabulas earum commendat Astronomicas, & *p. 474.* de libro ipso hoc fert judicium: Sie sind ein sehr dienliches Buch, darinn beyde Theile der Astronomie, nach den hypothesibus der alten und neuen Astronomorum, erkläret, und mit Exempeln illustriret worden.

Euclidis Elementa Geometrica, libris VI. nova methodo, demonstrata. Accedit Introductio brevis in Geometriam, qva magnitudinum ortus, ex genuinis principiis, & ortarum affectiones ex ipsa genesi, derivantur. Londini 1678. in 12. Sola *Introductio* præmissa etiam est Ignatii Gastonis Pardies, Jesuitæ, *Elementis Geometricis,* a Joh. Andr. Schmidio e lingva Gallica in Latinam translatis, & Jenæ A. 1684. ac 1692. *in 12.* editis. V. *Acta Erud. Lips., M. Mart. A. 1685., p. 130. 131.*

INEDITA.

Geographia, Histiodromia & Gnomonica, A. 1651. in *Cosmographiæ* titulo promissæ.

Alia complura, qvæ ἀνέκδοτα eum reliqvisse Dethl. Cluverus, V. C., mihi retulit.

M. WILHELMUS MERCATOR, Clericus Pontificius, haud dubie Slesvicensis, cum Thoma Keesio editionem curavit *Breviarii Ecclesiæ Slesvicensis,* Godsch. Alefeldii, Episcopi, auspiciis Lutetiæ A. 1512. *in 8.* publicati, &, cum M. Radulpho Sutore, *Diurnale* ejusdem revidit Ecclesiæ, Parisiis itidem A. 1513. *in 12.* excusum. V. qvæ de utroqve scripto supra *p. 15.* jam sunt dicta.

M. FRANCISCUS HENRICUS MESCHMANN, Hamburgensis, Scholæ patriæ, ab A. circiter 1668., Subrector, M. Dec. A. C. 1683., & ætatis 57., defunctus, a Joh. Andr. Bosio, *in Epistola Dedicatoria Exercitationis in 2 Tim. II. 22., περὶ τῶν ἐπιθυμιῶν νεωτερικῶν, Philologicæ,* hortatu ipsius conscriptæ, nominiqve ejus A. 1673. inscriptæ, *Vir* vocatur *varia solidaqve eruditione, comitate ac modestia incredibili, candore animi, morumqve & vitæ innocentia singulari, & sincera erga Deum pietate, conspicuus,* ac in *præfatione* ejusdem, hoc ornatur elogio: *Confidebam fore, ut in Ecclesiam, remqve publicam patriam, commoda longe plurima, ex solida eruditione, cæterisqve, qvibus animum egregie ornasset, virtutibus, redundarent: præsertim ex singulari pietate, qva plerosqve etiam sui ordinis, idemqve genus vitæ professos, vel duum præclarissimorum Theologorum, communiumqve Doctorum nostrorum, D. Joh. Schmidii & D. Joh. Ben. Carpzovii (qvi eum, ex aliqvot annorum convictu, & consvetudine domestica, penitissime cognitum, idcirco tenerrime diligebant, inqve oculis ferebant), testimonio, antecellebat. Cujus qvod nondum speratos Ecclesia fructus plene percipit, partim valetudini illius, partim ac præcipue iniqvitati temporum, summæqve illius modestiæ, tribuendum est.* Vinc. Placcio (*in Programm. de Proverbiis impiis,* A. 1692. publicato) *Collega* itidem audit *optime de schola Hamburgensi meritus, Virqve optimus, in qvo cum eruditione industria, cum probitate pietas, eminebant.* Alia ejus Encomia in Collegarum invenies Epicediis, A. 1711. *Vol. tertio Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 622-628.,* recusis. Catalogus Bibliothecæ ejus Hamburgi A. 1684. *in 8.* prodiit.

Collectaneum proverbiorum malorum & inexcusabilis pravitatis MStum, qvod Vinc. Placcius *l. c.* summis effert laudibus, & ab hæredibus, tanqvam thesaurum ἀφανῆ, supprimi indignatur.

JODOCUS METHODIUS, Hamburgensis, qvem *Johannem* Ant. Teiserius (*P. II. Catalogi Catalogorum p. 160.*) perperam appellat, ego autem cum Jodoco Cortummio, Diacono Jacobæo Hamburgensi, supra *p. 114.* memorato, eundem esse, uti illic jam monui, ob cognominum *ἰσοδυναμίαν*, conjicio.

Oratio de vita & obitu D. Joach. Westphali, Superintendentis Hamburgensis, cum Joh. Frederi Jun. Epicedio, & amicorum Epitaphiis, eidem scriptis. Rostochii 1575. in 4. Recusa Hamburgi A. 1710., *Parte II. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 931-971.*

HANSIUS MEVES, Civis Hamburgensis, cui, in Ott. Sperlingii Jun. *Indice Scriptorum Hamburgensium MSto*, tribuuntur Bericht und etliche Geschichte, A. 1666. exarata atqve *ἀνέκδοτα*.

GARLEFUS MEURERUS, Hamburgensis, Henrici Consulis (*de qvo statim dicetur*) filius, J. U. D. & ædis in patria Cathedralis, ab A. 1694., Canonicus, 1704. superstes.

Disp. de Veneno adversus hostem usurpato, Præside M. Joh. Georg. Rösero. Francof. ad Viadr. 1690. in 4.

Disp. Inaug. de Muliere teste, Præside D. Gothofr. Straussio. Witeb. 1693. in 4.

HENRICUS MEURERUS Senior, Hamburgensis, Hieronymi, Duodecimviri & ædis Petrinæ Curatoris, ex Gertrude Westenia filius, d. 11. Oct. A. 1642. in lucem editus, e scholis patria ac Stadensi in Academiam A. 1661. abiit Giessenam, Themidosqve sacris a Joh. Ottone Tabore, illius Cancellario, ac Collegis, initiatus, J. U. Licentiati titulum Argentinæ, M. Martio A. 1665., obtinuit. Germaniam deinde, Galliam, Italiam ac Belgium, pervagatus, Spiræqve aliqvamdiu commoratus, patriam A. 1667. repetiit. In hac A. 1672. Judicii inferioris vix designatus Assessor, Senatoriam paulo post, d. 27. Maji, impetravit dignitatem, &, qvanta esset animi præsentia, mox ostendit, cum, e naviculariorum, seditionem molientium, turba, ante curiam, nonneminem suis apprehensum manibus abduceret, & cæteros a facinore hoc facto deterreret. A. 1675. ad Comitia Circuli Saxonici inferioris Mulhusina, A. 1676. (qvo prætura etiam ipsi est commissa) in aulam Georgii Wilhelmi, Ducis Brunsvico-Lüneburgici, Cellensem, & A. 1678. tandem, publico civitatum Hanseaticarum nomine (una cum D. Herm. Balemanno, Syndico Lubecensi, D. Jordano Edenio, Syndico Bremensi, D. Nicol. Zobelio urbis ejusdem, & D. Joh. Theod. Schafshusio, Hamburgensis Senatore), ad Panegyrin Irenicam Noviomagensem, est ablegatus (1.). Huic dum interest, absenti, d. 10. Aug., eodem anno, Consulatus confertur Hamburgensis, qvem, negotiis publicis Noviomagi expeditis, & Belgii fœderati Ordinibus salutatis, in patriam redux, d. 3. Jan. A. 1679. est auspicatus (2.). Qva in dignitate cum insolentius se gereret, & omnem fere Senatorii ordinis potestatem in se unum, asseclarum, factioni suæ studentium, ope, derivaret, imo res novas, vicinorum Principum, qvos sibi conciliaverat, Lüneburgicorum auxilio, ut altius adhuc emergeret, moliri crederetur, civium odium incurrit, & a factione contraria (cujus Duces erant Conr. Jastramius & Hier. Schnitkerus, Demagogi celebres, sed infelices) se ista (D. Joh. Slutero mox commissa), d. 5. Jun. A. 1684., coactus est abdicare, & juramento insuper solenni promittere, qvod nec unqvam se, ob remotionem hanc, esset vindicaturus, nec e patria civitate discessurus. Non multo post tamen in aulam se Georgii Wilhelmi, Ducis Brunsvico-Lüneburgici, Cellensem, juramenti immemor, subduxit, &, ab hoc Cameræ Consiliariis, a Leopoldo autem Imperatore Judicii Imperialis aulici Senatoribus, adscriptus, factioni civium, a qva deturbatus erat, absens licet & exul, se opponere, variasqve creare molestias, non destitit, donec ista, studii partium Danicarum insimulata, & a plebe mobili deserta, A. 1686. ab asseclis suis opprimeretur. Post hanc de adversariis victoriam, qvam absens rara felicitate reportaverat, triumphantis instar, in patriam reversus, resignatis officiis, a Cæsare sibi & Duce Lüneburgico collatis, pristinum in Senatu locum d. 12. Nov. A. 1686. denuo occupavit, & Joh. Slutero, factionis adversæ patrono, in carcere nuper defuncto, qvi sibi in Consulatu ante biennium erat subrogatus, in eodem vicissim, absqve nova electione prævia, successit. Mors tamen iterum hunc febre oppressum maligna, d. 14. Jul. A. C. 1690., & ætatis 48., eripuit, cum, in duplici, cum Anna Maria, Garlefi Langenbeckii, Senatoris, filia, A. 1670. ducta, & Anna Cæcilia, Pet. Kentzleri, XIIviri Catharinæi, gnata, isti A. 1674. subrogata, conjugio, tres mares, duasqve puellas, (e qvibus Johanna Gertrudis A. 1693. Johanni Henr. Simoni, J. U. D. & Syndico, secunda uxor obtigit) genuisset. V. de illo Eberh. Anckelmanni, Professoris Hamburgensis, *Programma* (in qvo turbarum, qvibus implicitus est, civilium mentio plane omittitur) *Biographicum funebre*, in Joh. Alb. Fabricii *Memoriarum Hamburgensium Parte I., p. 309-319.*, A. 1710. recusum, Joh. Frid. Mayeri, Pastoris tunc Hamburgensis (immodicis nimiisqve eum cumulantis laudibus, *imo Virum humanæ divinitatis* vocare haud veriti), *Programma* aliud, Panegyrico, qvo defunctum d. 24. Jul. A. 1690. publice celebravit, funebri *ἀνεκδότῳ* præmissum, & *Epistolam*, qva *Comm.* suum *de Pontif. Rom. electione* superstiti eodem A. 1690. inscripsit, *dedicatoriam*, ac Anonymi (enormi licentia ipsi itidem adulati) *Inscriptiones XI. de turbis urbis Hamburgensis, eo Consule, intestinis MStas.*

Paratitla ad titulum Digestorum de Pactis dotalibus, Præside D. Joh. Ott. Tabore, cujus Consilia aliqvot de eodem argumento accedunt, proposita. Giessæ 1664. in 4. Recusa (*uti Lipsienses, in Actis Erud., M. Jun. A. 1688., p. 294., testantur*) *Tomo I. Operum* Taboris, Lipsiæ A. 1688. *in fol.* a D. Andr. Mylio editorum.

Disp. Inaug. de eo, qvod justum est inter Socios. Argentinæ 1665. in 4.

HENRICUS MEURERUS Junior, Hamburgensis, J. U. D. & ædis in patria Cathedralis, ab A. 1684., c. 1719. Canonicus. *V. Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1700., p. 62.*

Disp. Jurid. Inaug. de Agrimensoribus. Basileæ 1699. in 4.

JOHANNES CHRISTOPHORUS MEURERUS, qvem Holsatum Dominicus Arumæus (3.), aliiqve, minus accurate appellant, luce hac frui, d. 22. Aug. A. 1598., in urbe Ducatus Slesvicensis, nisi fallor, cœpit Husensi. Patrem habuit Philippum Meurerum, Lipsiensem, J. U. D., Syndicum initio Hamburgensem, deinde vero Christiani IV., Regis Daniæ, Consiliarium, ac Joh. Adolphi tandem, Ducis Holsatici, Procancellarium, tractusqve Husensis, ab A. 1596. ad 1603. (4.), Præsidem, matrem autem Catharinam, Wilhelmi Molleri, J. U. D., Consiliarii Danico-Hispanici, Cancellarii Ostfrisici, ac Syndici itidem Hamburgensis, ex Anna Bissenbekia filiam. Avus paternus ipsi fuit Wolfg. Meurerus, Med. D. & Professor in Academia Lipsiensi haud incelebris. E Gymnasiis Bordesholmensi (inter cujus alumnos Joh. Adolphi, Ducis, locum obtinuerat beneficio) & Hamburgensi dimissus, ut Juris sibi pararet scientiam, triennio, ab A. 1615., in Academia Rostochiensi vixit integro, habitisqve, sub D. Arn. Bötticheri & D. Joh. Albini præsidio, aliqvot disputationibus, Jenam inde A. 1618., ut Valent. Riemerum audiret, ac deinceps qvoqve Lipsiam, Witebergam, Tubingam & Argentinam, abiit. Jenam A. 1621. reversus, titulo Doctoris impetrato, Collegia aperire cœpit dispu-

(1.) Diploma, qvo legatio Noviomagensis ei & Collegis est commissa, exhibet Joh. Christ. Lünigii *Sylloge negotiorum publicorum*, A. 1694. edita, *p. 421. 422.* (2.) V. Georg. Mölleri, J. U. L., *Virtutem aqvilinam*, seu Inscriptionem ad eum de Consulatu gratulatoriam elegantem, Hamburgi A. 1679. *in fol.* editam. (3.) *in Programmate, Disput. Inaug. præmisso.* (4.) V. Casp. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 12., p. 140.*

disputatoria, & Belgium postea, Angliam, Galliam ac Italiam, literario peragravit itinere. Hamburgum tandem A. 1624. delatus, Praxi forensi primo vacavit novennio, anno autem 1633. in Syndicorum urbis allectus est numerum (1.), & hos inter deinceps primas, tanqvam Senior, obtinuit. Legatus sæpissime abiit, non in Holsatiam solum (ad controversias de finibus A. 1643. ac 1650. componendas (2.)), & ad Electores Principesqve Germanicos, ac Belgii fœderati Ordines, sed ad Comitia etiam Ratisbonensia, ac Ferdinandos II. & III., Imperatores, a qvibus, legatione salutatis qvadruplici, nobilitatis insignibus, palatii Lateranensis Comitiva, & Consiliarii Imperialis titulo, est donatus. Interfuit etiam A. 1647. & 1648. Panegyri Monasteriensi ac Osnabrugensi Irenicæ, & istic, cum alia negotia expedivit publica, tum, civitatum Hanseaticarum nomine, cum Hispanis transactionem iniit, sub hoc Madriti Hispanice excusam titulo (3.): *Trattado de la Paz Gen. en Münster, sobre la navigacion y comercio, renovation y confirmation de los antiqvos privilegios Hanseaticos, con los Diputados dellas ciudades, Dav. Gloxin, Gerb. Koch, J. C. Meurer.* Primas A. 1624. nuptias celebravit cum Margareta Kochia, Jacobi, mercatoris Lubecensis, filia, secundas (4.) A. 1640. cum Margareta Molleria, patre gavisa Vincentio, Syndico Hamburgensi, & tertias deniqve A. 1650. cum Anna Schultzia, Alberti, XIIviri Hamburg., gnata, Alexandriqve Tanckii vidua. Ex illa puerum & puellam, ex ista duos filios, ex hac vero unicum tantum, sustulit, viduamqve eandem, d. 27. Aug. A. C. 1652., ac ætatis 54., mortuus, reliqvit. V. Joh. Ristii & Georg. Greflingeri *Epicedia* (e qvibus Ristianum *in Parnasso Teutonico, p. 786-794.*, est recusum) Germanica, Domin. Arumæi, JCti Jenensis, *Programma Disputationi Inaugurali A. 1621. præmissum*, Joh. Alb. Fabricii Elogium illius breve, *P. I. Memor. Hamburg., p. 441-444.*, obvium, & Ad. Tratsigerum Jun. *l. c.*

Disp. de acqvirenda & amittenda possessione, Præside D. Valent. Riemero. Jenæ A. 1618. in 4. (*Subtilissima* a Dom. Arumæo, *l. c.*, vocatur.)

Discursus juris publici & privati Inauguralis de Re monetali, Præside eodem Riemero. Jenæ 1621. in 4.

PHILIPPUS JACOBUS MEURERUS Junior, Hamburgensis (Philippi Jacobi, ni fallor, patriæ, ab A. 1663. ad fatalem 1672., Senatoris, filius, & Wolfgangi, Consulis, nepos), J. U. Lic., & templi patriæ Cathedralis, ab A. 1681., Vicarius, Vicariorumqve, ab A. 1708. (d. 6. Jul.), Decanus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 619. 627.*

Disp. Inaug. de Inveniendo definiendoqve statu Causæ forensis, Præside D. Alex. Caroccio. Gryphiswaldiæ 1690. in 4.

WOLFGANGUS MEURERUS, Husa Cimber, cujus parentes majoresqve, in vita Johannis Christophori, fratris, jam enumeravimus, post studiorum in Gymnasio Bordesholmensi tyrocinia (5.), Juridico Jenæ (circa A. 1619.), atqve alibi, vacavit, titulumqve Licentiati adeptus in civitate Hamburgensi consedit. Hujus Secretarius A. 1628., Senator A. 1644., Prætor A. 1648., & Consul tandem A. 1660., electus, d. 15. Maji A. 1662. obiit, filiumqve reliqvit Philippum Jacobum, J. U. Lic., ordini A. seqv. 1663. adscriptum Senatorio, ac d. 20. Maji A. 1672. defunctum. V. de illo Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam p. 50. 55.*, J. A. Fabricii *P. I. Memor. Hamburg. p. 248. 249.*, & Jac. Henr. Pauli *Gratulationem ad eum de Consulatu*, Hamburgi A. 1660. *in fol.* excusam.

Disp. de Pignoribus & hypothecis, Præside D. Domin. Arumæo, Jenæ 1619. in 4.

Disp. de Servitutibus realibus, ab ipso Præside proposita, Resp. Reinh. Jügerto. Jenæ 1619. in 4.

ANDREAS MICHAELIUS BUCCHIUS, Coldinga Cimber, civitatis patriæ, circa A. 1594., Pastor, deinde vero Episcopus, ab A. 1608. (qvo Hafniæ etiam, d. 23. Jun., Philos. Magister, & Theol. Baccalaureus, a Joh. Pauli Resenio, Seelandiæ Episcopo, creabatur (6.)), in Norwagia (post M. Andr. Fossium) Bergensis, A. 1615. mortuus, & D. Nicol. Paschasium natus successorem (7.); Parens M. Andr. Bucchii, Pastoris in Norwagia Vossensis, Præpositiqve Hardangriensis, supra *pag. 75.* memorati. A Claudio Lyschandro, *in Catalogo Scriptorum Danicorum αὐτοδίδακτος, Presbyter* vocatur *in artium liberalium studiis, & S. Lit. lectione, bene versatus, ac in habendis ad populum concionibus ingenio & lingva excellens.* Confer de illo Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 6. 7.*, meaqve *ad hunc Hypomnemata p. 161.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Historia passionis & sepulturæ Jesu Christi, XIV. concionibus, ex veterum & recentiorum monumentis, descripta. Slesvigæ 1599. in 8.

Exegesis Aphoristica Paradoxi, qvod Christus pro nobis factus sit execratio, Præside D. Joh. Pauli Resenio (*Autore illius*), pro gradu Baccalaurei, defensa. Hafniæ 1608. in 4.

Triumphus Regis Josaphati, e 2. Paralip. XX., sive Explicatio Victoriæ, qvam Deus Josaphato largitus est, XIV. concionibus comprehensa. Hafniæ 1614. in 8.

II. DANICA.

Twende Christelige Klenoder: det forste om Trost oc Hielp imod allerhand Bedroffvelse; det andet om en rett Beredelse til Doden. Hafn. 1595. & 1654. in 8. A *Biga* hac *Cimeliorum Christianorum*, an diversus sit Liber precum Danicus, e Psalmis collectus Davidicis, & Hafniæ *in 8.* excusus, qvem Lubecenses, *l. c. p. 114.*, ei tribuunt, dubito.

Verdslige Lowe oc Skicke, uddragen af den Hellige Bibliske Skrift (*i. e. Leges civiles, juxta qvas populum Israeliticum regi Deo placuit.*). Hafniæ A. 1605. & (*juxta Catal. qvendam*) 1631. in 4.

Sermo funebris, in exeqviis Nicol. Windii habitus. Hafn. 1617. in 4.

ERASMUS MICHAELIUS LÆTUS, qvod in pago Ingverstorpiensi Nomarchiæ Australis Chersonesi Cimbricæ (8.), Diœceseosqve Aarhusiensis (9.), esset natus, nomini huic suo triplici CIMBRII agnomen, patriam indicaturum, in Matriculis, qvas vocant, Academicis, Hafniensi (10.) & Witebergensi (11.), non subjunxit, sed præfixit, ab aliis itidem Autoribus nonnunqvam eidem adjectum. Patrem suum, Michaelem Ingvardi, Scribam Ingverstorpiensem, cujus prudentia, ne agricolæ tractus Aarhusiensis, vicinorum exemplo, contra Christianum III., Daniæ Regem, insurgerent, est effectum, *Libro V. Rerum Danicarum*, & fratres qvinqve, Friderici II., hujus filii, castra in bello, qvod tribus fatale fuit, secutos Svedico, *Libro VI. earundem* (12.), fusius ipsemet celebravit. Albo Hafniensi Academico A. 1542.

(1.) V. Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam, ad A. 1633., p. 47.* (2.) V. Henr. Bangerti *Comm. de vita Ant. Coleri, lit. Cc. 4. b. Dd. 4. b.* (3.) *in 4.*, teste *Catalogo Biblioth. Lipstorpianæ.* (4.) V. Joh. Ristii in has Epithalamium, im Poetischen Schauplatze *p. 27-34.* (5.) V. Mart. Coronæi *Antiqq. Bordesholm. MSS.* (6.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 183.* (7.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Majo A. 1708., p. 114.* (8.) V. *Indicem Rerum ejus Danicarum, lit. I.*, & Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 108.* (9.) V. Pet. Resenii *Indicem III. Catalogi Biblioth. suæ.* (10.) V. Vindingium *l. c.* (11.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. Ddd. 4. a. Fff. 1. b.*, Andr. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 89. 100.*, & D. Georg. Majoris *Programma*, promotioni ejus Doctorali Witebergæ, Dom. I. Adv. A. 1559., præmissum, *Tomo IV. Scriptor. publ. Witeb., lit. I. 5. 6. & 7.* (12.) V. *Lib. V. p. 207. 208. 209.*, & *Lib. VI., p. 303. 304.*

A. 1542. a Rectore, M. Olao Chrysostomo, Professore Theologo, adjecto Aarhusiani agnomine, est inscriptus, Canonicorumqve Aarhusiensium beneficientia tamdiu in schola hac sustentatus regia, donec lauream Philosophiæ, non primam solum A. 1544. (Decano M. Jac. Fabricio), sed & supremam A. 1546., Brabevta Nicol. Hemmingio, Theologo Daniæ inclyto, reportasset. Nexu deinde, qvo Canonicis erat devinctus, Professorum opera liberatus Hafniensium, & Juri ab his operam in regionibus dare sumptu publico, jussus exteris, Galliam, Italiam ac Germaniam, peragravit, animumqve doctrinæ omnigenæ apparatu egregie excoluit. Ad studium tamen hunc, Juridico deserto, denuo appulit Theologicum, ejusqve Licentiatus d. 28. Nov., Doctor autem d. 7. Dec., A. 1559., Witebergæ, a Georg. Majore, cum tribus Competitoribus, Paulo Ebero & Paulo Crellio, Professoribus Academiæ istius Theologis, ac Joh. Cogelero, Qvedlinburgensi, est renunciatus (1.). Hafniam redux, professionem primum A. 1558. Dialecticam (2.), ac, cum, seqventi 1559., Ottoniæ, in Christiani III., Regis, exeqviis, Friderici II., successoris, jussu, perorasset (3.), biennio post (d. 11. Jun. A. 1560.), Theologicam, Petro Palladio ab eodem subrogatus, obtinuit (4.). Rectoratum etiam Academiæ, a Collegis sibi delatum, A. 1561. cœpit administrare, sed ab isto, ob ferociam & austeritatem, Joh. Frisii, Cancellarii regii, jussu, M. Jun. A. 1562. iterum est remotus (5.). Professionem tamen, & Canonicatum Roeschildensem, isti adjectum, retinuit, ac, decennio post, A. 1572., a Rege potestatem impetravit in Germaniam spatio excurrendi annuo, & stipendio nihilominus, dummodo alium ex Professoribus, vices suas in docendis S. literis obiturum, substitueret, fruendi Academico. In secundo hoc itinere, conjuge pulcherrima & dulcissima, Maria Stempia, Georgii filia, Hafniensi, istius comite, Francofurti ad Mœnum d. 3. Apr. A. 1573. amissa & sepulta (6.), non Germaniam solum, sed & Italiam atqve Helvetiam (in qva Tiguri A. 1573. Henr. Bullingerum salutavit (7.)), pervagatus, scripta sua Historica & Poetica pleraqve, absqve omni fere librorum adminiculo, Hamburgi, Coloniæ, Basileæ, Francofurti & Patavii, partim elaboravit, partim vero edidit. Qvo minus mirandum est, venam illa (uti *Isagoge ad Hist. Cimbr.* (8.) jam olim monui) ostentare Poeticam, felicem qvidem ac divitem, sed, vitæ hujus desultoriæ, luctusqve gravissimi, culpa, nimis extemporalem, ac non satis castigatam. Qvod si D. G. Morhofius noster perpendisset, præcipitem hanc & justo asperiorem de Autore censuram suo haud inserturus fuisset *Polyhistori* (9.): *Er. Michaelium Lætum Virgilium Danicum aliqvi vocant: sed multum a Mantuano illo differt. Illatinus interdum est, ac numeros tantum voluit scribere, & vastos libros.* Locum certe noster inter Vates gentis Danicæ antiqviores & ἐξοχωτέρως meretur honestissimum, licet *primus istius Poeta* (qvam ei prærogativam Willichius Westhovius, Canonicus Lundensis (10.), temere tribuit), sine insigni in Saxonem Grammaticum, Carminum, qvibus *Historiam* passim exornavit *Danicam*, elegantissimorum atqve argutissimorum scriptorem, tribus ipso vetustiorem seculis, aliosqve plures, injuria, neqveat salutari (11.). Officio Hafniensi Academico A. 1574., juxta Vindingium, 1575. autem juxta Aslacum (12.), ob diuturniorem forte in regionibus exteris absentiam, excidit, & Hafniam tandem reversus, illic d. 9. Nov. A. 1582., teste Pet. Resenio (13.), vivis excessit.

Vitæ ejus historiam partim Er. Vindingii *Academiæ Hafniensi, p. 108. 109. 110.* hanc enarranti, partim scriptis ipsius aliorumqve, jam allegatis, debeo.

Conferri de illo possunt Jos. Simleri *Bibliotheca Gesneriana continuata p. 109. 184.*, Nicol. Bassæi *Collectio librorum Latinorum p. 571.*, Isr. Spachii *Nomenclator Philosophicus p. 173.*, Claud. Lyschandri *Catal. MS. Scriptorum Danicorum, lit. E.*, Joh. Is. Pontani *Descriptio Daniæ Chorographica, Historiæ Danicæ subjuncta, p. 784.*, Casp. Conradi *Millenarius I. Prosopographiæ Melicæ p. 92.*, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 40.*, nostraqve *ad illum Hypomnemata p. 211.*, Mart. Zeileri (a qvo *Cajus Erasmus Lætus* perperam vocatur) *Descriptio regni Daniæ p. 40.*, Ol. Borrichii *Diss. ultima de Poetis p. 108. 169.*, Andr. Baileti *Judicia de Eruditis Gallica, T. IV., P. III., num. 1296., p. 270. 271.*, nostraqve *Isagoge ad Hist. Cimbr., P. I., c. 4., §. 5., p. 35. 36., ac c. 12., §. 1., p. 180.*, atqve *Hypomnemata ad Tomi I. Polyhistoris Morhofiani Lib. VII., p. 405.*

ELOGIA.

Casp. Conradus, *l. c.*, hoc eum Disticho celebrat:

Sacra docens, & sacra canens, Musisqve Deoqve,
In letho Lætus laudis agalma meret.

Æg. Periander, *in Germania, p. 191.*, ita de illo:

Audit ubi Clarius ludentem carmina Lætum,
Lætior est, qvam cum propria fila sonat.

Joh. Is. Pontano, *l. c.*, *Vir* audit *in omni literatura summus.*

Ol. Wormio (*Lib. I. Monumentorum Danicorum, c. 14., p. 99., & Lib. V. p. 306.*) *Daniæ Maro elegantissimus.*

Claud. Lyschandro, *l. c.*, *Vir in omnibus secularis Philosophiæ doctrinis magnifice doctus, & in divinis scripturis, magna cum laude, & omnium admiratione, versatus, ingenio excellens, animo heroicus, eloqvio disertus, consilio promptus, veterum deniqve lectione perspicuus; Theologus, Rhetor & Poeta sua ætate celeberrimus, in habendis ad populum concionibus præcelsæ opinionis, & in declarandis Scripturis clarus & elegans; propter insignem eruditionem, & venæ ubertatem, a Sereniss. Friderico II., Daniæ Rege, nobilitate & laurea donatus.*

Joh. Francisco, Ripensi (*in Elegia de natali suo*), *Patriæ portio rara.*

Joh. Henr. Bœclero, (*in Commentationibus Plinianis, c. 6., Vol. I. Dissertt. p. 764.*) *Vir patrii moris amantissimus, qvique eloqvii simplicitatem animi judicio egregie pensat.*

Thom. Bartholinus Sen. (*in Dissertt. de Medicina Danorum domestica p. 522.*) ita de illo: *Lætum, Maroni æmulum, superior ætas suspexit.*

Ol. Borrichius, *l. c.*, tale de eo fert judicium: *Avorum memoria inter cultissimos habebatur Poetas, & hodieqve non inter incultos; futurus haud dubie cultior, si diutius lambere fœtus suos maluisset, qvam freqventius parturire. Fuit eninvero ab ingenio paratissimus, & adyta hujus disciplinæ pervestigavit omnia, promptus etiam, facilisqve propemodum ad usqve extemporalitatem. Hinc tot operibus adhuc famam suam decusqve tuetur. - - Sane Phil. Melanchthon, vir gravis, & Poeta ipse, adeoqve Censor minime inficiandus, non dubitavit, in Epistola ad Frid. II., Daniæ Regem, in Erasmo Læto venam uberem splendidumqve laudare carmen, adeoqve Augusto de tanto universæ Daniæ ornamento*

(1.) V. *Autores num. 11. pag. præc. citatos.* (2.) V. Conr. Aslaci *Chronologiam, Orationi Jubilaæ adjectam, ad A. 1558.* In cujus locum, apud Vindingium, *l. c.*, 1568. perperam Typothetæ subrepsit incuria. (3.) V. ipsius *Lib. VI. Rer. Dan. p. 255. 256. 257.* (4.) V. Aslacum *l. c., ad A. 1560.* (5.) V. Aslacum *l. c., ad A. 1562.*, & Vindingium *l. c. p. 109.* (6.) V. qverelam de obitu ejus, *Lib. IX. Rer. Dan., p. 401-404.*, obviam, *& Indicem, lit. M.* (7.) teste Melch. Adamo *in Vitis Theoll. Germ. p. 502.* (8.) *P. I., c. 4., §. 5., p. 35. 36.* (9.) *T. I., Lib. VII., c. 3., p. 383. 384.* (10.) *in Ep. Dedic. Partis I. Poematum suorum.* (11.) V. *locum Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., num. 8. citatum.* (12.) *l. c., ad A. 1575.* (13.) *in Indice III. Catal. Bibl. suæ* cui, qvod annum solum, Aslacus, *l. c.*, consentit,

namento gratulari. Vel sola ejus Margaretica fatentur impetum plane Poeticum: ita sagaciter invenit, distribuit, eloqvitur, variat, ut assurgere ultra, illa præsertim tempestate, paucissimis concessum fuerit.
Casp. Sagittarius (*in Diss. de Historia Noribergæ, c. 1., §. 5.*) eum *felicis ac divitis venæ Poetam* vocavit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Carmen gratulatorium in reditum Christiani III., Regis Daniæ, in urbem Hafniensem, & Procerum conventum, Hafniæ 1551. in 4.
Propositiones. Hafn. 1559. in 4. (*V. Alb. Bartholinum & Vindingium ll. cc.*)
Bucolica, cum præfatione Phil. Melanchthonis edita. Witebergæ 1560. in 8.
Colloqviorum moralium Metricorum Libri IV. Basileæ, apud Joh. Oporinum, A. 1573. in 4. Sistunt hi (a D. G. Morhofio, *T. III. Polyhist., Lib. I., p. 4.*, commendati) mythica animalium & arborum de rebus moralibus colloqvia, e qvibus Autor Anonymus collegit, &, teste *Catalogo nundinali*, Magdeburgi A. 1606. *in 8.* edidit, den neuen Esopum, oder Gedichte und Gespräche, auß den Colloqviis moralibus Er. Michaelis Læti, für die Jugend in Schulen, zu argumenten und zu Latein gemacht.
De Re nautica Libri IV., metrice scripti. Basileæ, apud Oporinum, A. 1573. in 4. Inscripti sunt Reip. Venetæ, qvam ingratitudinis Autor, *in Ep. Dedic. Rerum Danicarum*, accusavit.
Margareticorum Libri X., sive Poema Heroicum de Conflictu Gothico, qvo, Margaretæ, Danorum Reginæ, auspiciis, Albertus, Sveciæ Rex, captus regnoqve exutus est. Francofurti 1573. in 4. Ol. Borrichii Encomion illorum paulo ante recitavi.
Rerum Danicarum Libri XI., carmine Heroico scripti, & Friderici II., Regis Danici, nuptiis destinati. Francofurti 1574. in 4. Scripti sunt jussu Friderici II., Regis, uti *Epistola* ad eum *dedicatoria* prolixa testatur.
Romanorum Cæsares Italici, carmine decantati. Francof. 1574. in 4.
De Republica Noribergensium Libri IV., metrice conscripti. Francof. 1574. in 4. Commendantur a Casp. Sagittario, *in Diss. de Historia Noribergæ, c. 1., §. 5.*
Carmina qvædam selecta, *in Deliciis Poetarum Germanorum*, a Jano Grutero collectis, *Tomo III.*, Francofurti A. 1612. *in 8.* excuso, *p. 823. & seqq.*, obvia. V. *Indicem Hispanicum Expurgatorium Ant. Sotomajoris p. 325. & seqq.*

II. DANICUM.

Psalterium Davidis, cum Mart. Lutheri summariis, in lingvam translatum Danicam, & Friderico II., Regi, Epistola inscriptum Dedicatoria. Hafniæ 1556. in 8.

INEDITA.

Explicatio in aliqvot Psalmos Davidis, a Jos. Simlero, amico ejus (qvi *alia* etiam *egregia eum sub manibus habuisse* testatur), *in Biblioth. Univers. p. 184.*, & Claudio Lyschandro, *in Catalogo Scriptorum Danicorum* ἀνωνύμως (*lit. E.*), memorata.
Andreæ Sunonis, Archiepiscopi Sec. XIII. in Scania Lundensis, Hexaemeri Epici editio, qvam, *in Ep. Dedic. Rerum Danicarum p. 22.*, est pollicitus.
Addantur his, qvæ a solo Lyschandro, *l. c.*, ei tribuuntur, scripta Poetica, incertum an edita, mihi certe, aliisqve, haud visa:
1. De Christiano IV., Rege Daniæ, nato & baptizato.
2. De Creatione.
3. Rerum Venerearum libri.
4. In Hymnum victimæ Paschalis laudes.
5. Pacis Encomion & belli incommoda.
6. Qverela de Vestium immoderato luxu, carmine Danico.

FRIDERICUS MICHAEL, Holsatus, Parisiis vi ad religionem adactus Pontificiam (*forzato Catholico in Parigi*), teste (apud Vinc. Placcium, *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 14.*, *p. 644.*) Dethlevo Marco Frisio, eidem tribuente.
Paradiso dell' anima, scriptum sacrum Italicum, ἀνωνύμως Augustæ A. 1696. in 8. editum.

M. HENRICUS MICHAELIUS, qvem Ripis alii, alii Hatherslebiæ, natum esse mihi retulerunt, post gradum Magisterii in Academia A. 1607. reportatum Hafniensi, & cœtum Parochiæ Johanneæ sacrum Ottoniæ in Fionia gubernatum, in urbis Hatherslebiensis Pastoratu, & Diœceseos vicinæ Præpositura, M. Joh. Schrödero, ab utroqve remoto munere, A. 1635. successit. Sed & ipse, pietatis licet, uti auditores ejus sunt testati, laudem meritus, & rigidus morum censor, qvadriennio post (A. 1639.), ob πολυπραγμοσύνη, qva ad Magistratus Politici jurisdictionem spectantia sibi vindicasse insimulabatur, immodestiam in se defendendo, aliasqve causas (uti a M. Christoph. Kraheo, Antistite itidem Hatherslebiensi, accepi), iisdem officiis (D. Joh. Reinbohtio post ipsum collatis) tribunalis regii deturbatus est sententia, ac Hamburgi, in exilio, A. 1646. obiit. E conjuge Margareta, Petri Hegelundii, Episcopi Ripensis, filia, præter liberos alios, M. Michaelem Henricium sustulit, Pastorem Hafniensem Nicolaitanum, *Tomo II.* fusius celebrandum.
Carmen de Homine, in qvo de ipsius ortu, lapsu, restauratione, & aliis, naturam hominis concernentibus, agitur, in Academia Hafniensi recitatum. Accedit Gratiarum actio, in promotione Magistrali habita. Hafniæ A. 1610. in 4. *M. C. K.*
Pfingstpredigt aus Ps. LI. 12. 13. 14. in der Pfarrkirchen zu S. Catharinen in Hamburg gehalten. Hamburgi 1642. in 4.
Gründlicher Bericht von dem wahren Essen und Trincken des Leibes und Blutes Christi, ausser und in dem Abendmahle, und von dem Unterscheide zwischen dem geistlichen und Sacramentlichen Essen. Hamb. 1643. in 12.

HENRICUS MICHAELIS Junior, Lubecensis, M. Martio A. 1627. natus, filius fuit Henrici Michaelis Senioris, J. U. D. & Episcopi Lubecensis Consiliarii (*de qvo Tomo II. dicetur*), ex Engelia ab Höveln unicus, &, studia, in Athenæo inchoata patrio, continuaturus, A. 1643. in Gymnasium Gedanense, 1645. in Acad. Regiomontanam, 1647. in Gryphicam, ac 1649. in Rostochiensem, abiit. Inde Gryphiswaldiam reversus, A. 1650., & Doctoris titulum, a Joach. Volschovio collatum, & professionem (qvam David Mevius, JCtus celeberrimus, Wismariam nuper avocatus, hactenus ornaverat) Juridico-Politicam, obtinuit. A. 1654. Stralsundiam commigravit, & urbis hujus, per XI. annos, egit Syndicum, ad A. usqve 1665., qvo secundus inter novellæ Academiæ Kiloniensis Antecessores locus ipsi est attributus. Kilonio tandem A. 1668. (qvo Rectoratu fungebatur Academico) in urbem patriam Lubecensem, d. 10. Oct., revocatus, ejusqve Proto-Syndicus & Consistorii Ecclesiastici Præses constitutus, multas decennio integro legationes ad

ad Cæsarem, Reges ac Principes, obiit, &, post reditum ex aula Cellensi, qvinqvagenario major, morte subita, d. 13. Jan. A. 1678., decessit. Ex uxore, Margareta Schmidia, ipso promotionis Doctoralis die Gryphiswaldiæ A. 1650. ducta, qvatuor sustulit liberos, sed duos tantum, Henricum scilicet, J. U. Doctorem, & filiam D. Joh. Fitzmanno, Poliatro Lubecensi, elocatam, reliqvit superstites. In Syndicatu defuncto D. Joh. Pomereschius, Antecessor Acad. Gryphicæ primarius, successit. V. *Programma funebre*, memoriæ ejus ab Abrah. Hinckelmanno, Scholæ tunc Lubecensis Rectore, consecratum, & confer de illo Davidis a Brügge, Subrectoris (cui *ætatis nostræ* audit *Papinianus, bonorum spes & asylum, malorum terror & scopulus, pietatis & justitiæ fugientis stator, orbisqve & urbis oraculum*), *Epigraphen sepulchralem, Nova Literaria Lubecensia, M. Majo A. 1700., p. 158.*, D. G. Morhofii Epigramma in Rectoratum ejus Kiloniensem, *in Horis subsecivis Poeticis p. 16.* obvium, Joh. Clerici *Tomum XVII. Biblioth. Univers. Histor., M. Apr. A. 1690., p. 481-485.*, *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 15., §. 21., p. 281., & P. IV., c. 1., §. 4., p. 367.*, & J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 250-254.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. Jurid. Inaug. de Mora, Præside D. Joach. Volschovio. Gryphiswaldiæ 1650. in 4.

Disp. de Majestate. Gryph. 1651. in 4.

Disp. explicatoria ad Tit. 9. 10. & 11. Libri I. Instit. Gryph. 1651. in 4.

Disp. de Successione ab intestato. Gryph. in 4.

Disputationes IV. de Inqvisitione criminum. Kilonii 1666. & 1667. in 4.

Responsorum, sive Deductorum Juris Kiloniensium, aliorumqve selectorum, Liber. Lubecæ 1673. in 4. *Acutissima* hæc *pariter atqve doctissima* vocantur a M. Gregorio Michaelis, *in Notis ad Jac. Gaffarelli Curiositates inauditas p. 285.*, & *JCtum qvendam excellentissimum* (teste Abr. Hinckelmanno *in Programmate funebri*) *in eam rapuerunt admirationem, ut cum opere Decisionum Dav. Mevii comparare non dubitaverit.* Responsorum horum *Vigesimo tertio* opposita est Julii Themicolæ, τȣ̃ ψευδωνύμȣ, Juristische und Historische Darstellung der Gerechtigkeit zu brauen und Handwercker zu halten, welche etliche Adeliche Land-begüterte der Stadt Lübeck, in ihren, dem territorio des Hertzogthums Holstein eingeschlossenen, Gütern, haben, A. 1685. in fol. edita.

Tr. Juridicus de Inqvisitione criminum, in qvo Processus inqvisitorius, ejusqve occasione natura Jurisdictionis criminalis, antiqvæ & hodiernæ, & S. Cæs. Maj., aliorumqve summorum orbis Principum, supra omnem Jurisdictionem & inqvisitionem humanam supereminentia, ostenditur; imprimis vero natura Indiciorum, ad inqvisitionem specialem, capturam, torturam & condemnationem, jure reqvisitorum & sufficientium, ex genuinis Jurisprudentiæ principiis, nova methodo, & accuratiori opera, explicatur. Lubecæ 1676. & (titulo tantum primoqve qvaternione mutatis) 1686. in 4. Secunda Editio, a filio Autoris, Henrico Michaelis, J. U. D., emendata, & Indice aucta, ibidem A. 1689. in 4. prodiit. Recensum hujus in Joh. Clerici *Bibliotheca Universali Historica*, Gallice Amstelodami edita, *Tomo XVII., M. Apr. A. 1690., p. 481-485.*, invenies. Commendatur a Nic. Christoph. Lynckero, *Lib. II. Instructorii forensis, Sect. II., P. I., c. 2., lit. c. 1. a.*

M. LUDOVICUS MICHAELIUS, qvem patria Ripensem, & Henrici (*supra memorati*) fratrem, fuisse, Matth. Rostochius, V. C., per literas me edocuit, Pet. Resenius autem, *in Indice Catalogi Bibliothecæ suæ tertio*, Roggeræ, in Cimbria meridionali, A. 1595. (Dom. Qvinqvag.) natum esse testatur, lauream Philosophiæ supremam Hafniæ A. 1625. obtinuit, & Pastor tunc in Seelandia Danica fuit Soranus, deinde vero, ab A. 1632., in Fionia Ottoniensis Marianus, vivisqve d. 22. Sept. A. C. 1643., ac ætatis 48., excessit.

Sermo funebris in exeqviis Abelis Schinckeliæ Danicus. A. 1637. in 4.

Sermo alius, itidem Danicus, Maur. Ascherslebii dicatus memoriæ. Hafn. 1643. in 4.

MICHAEL DIETERICUS MICHAELSEN, Holsatus, J. U. D. Halæ d. 7. Oct. A. 1708. a Joh. Sam. Strykio renunciatus.

Disp. Inaug. de Libris Mercatorum suspectis, Præside D. Henr. Bodino. Halæ 1707. in 4.

NICOLAUS MICHAELIS, Ludi in urbe Cimbriæ Coldingensi trivialis Danici Magister.

Nye og konstig Reggenboeg, udi Tall, Mader, Begt oc Pendinger, som her udi Landet brugeligt er, met mange nyttige oc konstige Exempeln, baade paa Linierne oc Ciffre, udi heel oc brudet Tall, om Kiob oc Sal, oc udi andre Maade. Hafniæ 1624. & 1681. in 8. (*Arithmetica Danica.*)

BERNHARDUS MIDDENDORP, Lubecensis, Philo-Mathematicus, d. 12. Febr. A. 1637. natus, & d. 2. Aug. A. 1669. in patria defunctus. V. *Epicedia*.

Disp. Physico-Mathematica de Ventis insolentibus, & imprimis eo, qvi, circa 9. diem Dec. A. 1660., totam fere Europam perflasse creditur, Præside Christoph. Notnagelio, Math. Professore, proposita. Accedit Appendix de Cometa recenti. Witebergæ 1661. in 4.

Eines Edlen und hochweisen Rahts Linie der Keyserl. freyen Reichstadt Lübeck wol eingerichtetes Hauptbuch, welches der Herren Vor-und Zunahmen, Heimat, Wahl, Würde, Regierungsende, Wapen und Zahl, in XII. Special Tabellen, auf ieder 64., und also zusammen 768., anzeiget, von A. C. 1161., biß auf jetzige Zeit, mit müglichstem Fleisse, schriftlich ins kurtze, aus eigenhändigen alten und neuen Büchern, verfasset, und künstlich in Kupfer gestochen, oder in Holtz geschnitten. Lubecæ 1668. in fol. obl. Series hæc Senatus Lubecensis tabularis, uti collatio cum aliis ejusdem me docuit Catalogis, innumeris (ab A. imprimis 1161. ad 1416.), circa Senatorum nomina, patrias, & electionis mortisqve annos, & Autoris, & typographi, culpa, scatet erroribus, antiqviores qvosdam omittit, cæteros turbato nonnunqvam enumerat ordine, nec ipsa (uti titulus jactat) Senatorum singulorum insignia, sed receptacula tantum illorum, qvibus a pictore possint inseri, exhibet Heraldica.

NICOLAUS MILDIUS, Vici in Dithmarsia Londinensis, incertum qvo tempore, Parochus. E cujus scripto qvodam Historico Erpoldus Lindebrogius Excerpta congessit nonnulla, in Bibliotheca publica Hamburgensi reliqva, res spectantia Dithmarsicas.

BURCHARDUS MITHOBIUS, Hamburgensis, Poeta, Medicus & Mathematicus Seculi XVI. eximius, Mathesin & Medicinam, magna cum laude, in Academia primum docuit Erfurtensi (1.), ac deinde, ab A. 1531. (2.), in Marpurgensi, qvæ A. 1533. Decanum eum Collegii elegit Philosophici (3.), &, biennio post, A. 1535., supremis artis Medicæ, cum Pylade suo, Sebast. Aug. Nouzeno, ornavit honoribus (4.) Marpurgo A. 1536., post primam Anatomen publice

(1.) teste Hect. Joh. Mithobio *in Vita D. Hect. Mithobii, Superint. Ratzeb.* (2.) V. Joh. Justi Pistorii *Propylæum Athenæi Hassiaci p. 15.* (3.) V. Pauli Freheri *Theatrum Erud. p. 1255.* (4.) V. Freherum *l. c.*, & Pet. Nigidii *Elenchum Professorum Marpurgensium p. 17. 18.*

publice institutam (1.), Cassellas, in aulam Philippi, Hassorum Landgravii, discessit (2.), ejusqve, uti & Popponis ac Georgii Ernesti, Comitum Hennebergicorum (3.), Consiliarius factus atqve Archiater, Praxi medica felici admodum inclaruit. Ex Hassia tandem in Ducatum Brunsvicensem, ad easdem dignitates, ab Erico Seniore, Principe illius, evocatus, Mundæ, ad Visurgis & Fuldæ confluentem, consedit, &, post mortem Erici, a filio ejus cognomine, consiliis atqve ministeriis aulæ Medicis itidem admotus, Ecclesiarum in Ducatu isto reformationem non parum A. 1540. promovit, Phil. Melanchthone, qvocum summa ipsi intercessit familiaritas, instituendæ illius rationem subinde per literas suggerente (4.). Moribus, teste Pet. Nigidio Encomiasta, fuit

- - - placidis, cunctisqve affabilis ultro
Sincera studuit mente juvare bonos.

Vivis excessit in oppido Mundensi, non autem Hannoverano, qvod Janus Gruterus (5.), nec Mindensi, Episcopatus cognominis metropoli, qvod alii lapsu faciliori substituunt, die 16. Augusti A. 1565. (6.). Familiam suam, anchoram geminam, cum stella superimposita, insignium loco usurpantem (7.), Amuleja Borckia uxore ducta, per Hectorem filium, Med. D., & Erici Junioris ac Wilhelmi, Ducum Brunsvicensium, Archiatrum, Poliatrumqve Hannoveranum (8.), tam auspicato propagavit, ut complures ex ea viri magnæ eruditionis & dignitatis prodierint. E qvibus Hector, J.U.D. & Cancellarius Saxo-Lauenburgicus, avum, Daniel, J. U. D., aularumqve Lauenburgensis & Sverinensis Consiliarius ac Cancellarius, Hectorqve, Th. D. & Superintendens Ratzeburgensis atqve Wismariensis, proavum, & Hector Johannes, Abbatissæ Qvedlinburgensis Cancellarius, Consiliariusqve Stolbergicus, abavum (ut nepotem Conradum, aulæ Brunsvico-Cellensis Archiatrum, Medicosqve alios, taceam), eum sunt venerati (9.). Congesta est hæc vitæ ipsius historia e Pet. Nigidii, Profess. Marpurgensis, in laudem ejus Epigrammate, *in Elencho Professorum Marpurgensium p. 37. 38.* obvio, Melch. Adami *Vitis Medicorum Germanorum p. 145.*, Pauli Freheri (Adamum & MSta qvædam Marpurgensia secuti) *Theatro Eruditorum p. 1255.*, Hect. Joh. Mithobii, abnepotis, *Vita D. Hect. Mithobii, Theologi*, & Autoribus aliis, jam allegatis. Præter qvos consuli etiam de illo possunt Phil. Melanchtonis XXIII. ad eum, de statu Ecclesiæ & religionis, *Epistolæ*, in *libello Epistolarum* ipsius *altero*, Witebergæ A. 1574. *in 8.* per Casp. Peucerum edito, *p. 332-353.*, obviæ, Ant. Corvini, Theologi Hassiaci, *Epistola Dialogi de periculosissimo rerum præsentium statu*, ei inscripti, ac Hannoveræ A. 1544. *in 8.* excusi, *dedicatoria*, Joh. Schofferi, Acad. Viadrinæ Professoris, *Elegia ad illum de schola Schleusingensi*, a M. Gotfrido Ludovici A. 1708., *Parte I. Historiæ Rectorum & scholarum, p. 148-152.*, publicata, Henn. Conradini, Conrect. Hamburgensis, *Carmen de Hamburgæ situ, studiisqve suis, Heroicum*, ei inscriptum, & A. 1710., *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 409-414.*, recusum, *Bibliotheca universalis* Conr. Gesneri *f. 150. a.*, Jos. Simleri *Epitome istius p. 104.*, & Joh. Jac. Frisii Editio *Epitomes* hujus auctior, *p. 125.*, Wolfg. Justi *Chronologia illustrium Medicorum*, *ad A. 1536.*, *p. 158.*, Wolfg. Krügeri *Catalogus mille virorum f. 45. b.*, Gvilh. Budæi, Medici Halberstad., *Thanatologia Sec. XVI.*, *ad A. 156.*, *p. 240.*, Gerh. Joh. Vossii *Lib. de Scientiis Mathematicis*, *c. 57.*, *§. 11.*, *p. 335.*, Joh. Franc. Buddæi *T. III. Lexici Historici p. 536.*, & Æg. Periandri *Germania p. 44. 45.*

ELOGIA.

Wolfg. Justo (*l. c.*) *Mathematicus* audit & *Medicus insigniter doctus.*
Pet. Nigidio (*l. c.*) *Doctor celebris, & Gymnasii Marpurgensis fama olim splendida.*
Gvilh. Budæo (*l. c.*) *Mathematicus insignis.*
Joh. Letznero (*in præfat. Chronici Corbejensis*) ein sonderbahrer Liebhaber der Antiqvitäten.
Joh. Schofferus, in Epigrammate in ejus insignia, his eum compellavit Elegis:

Anchora qvapropter merito Medicina vocatur,
Utilis humanæ qvæ solet esse rati.
Inde tibi cur non duplex, Burcharde, geratur
Anchora, cui Medicum vix reor esse parem?

Nam, venerande senex, non tantum pharmaca misces,
Qvod tamen insigni dexteritate facis,
Sed qvoqve felici modularis arundine carmen,
Carminis artifices & reverenter amas.

Joh. Jac. Boissardus, *in Biblioth. Chalcographica, lit. Qq. 2.*, imagini ejus hoc adjecit distichon:

Qvid te, Mithobi, melius, qvid doctius usqvam est?
Ipse tuo Phœbus ridet in ingenio.

Casp. Conradus (*l. c.*) seqventi illum ornat elogio:

Cor habuere tuum Musæ, Meditrina, Mathesis;
Non domus hac triga dignior ulla fuit.

Henn. Conradinus (*l. c. p. 410.*) carmina illius metris hisce celebravit:

Nam tibi qvæ tereti ducuntur carmina filo,
His blandæ aspirant Charites, tinguntqve lepore, &c.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Compositio Annuli Astronomici, excusa cum Joh. Dryandri libro de annulis Astronomicis. Francofurti 1537. in 4. (*V. Simlerum & Frisium ll. cc.*)

Stereometria, ars docens certas dimensiones corporum, ratione Mathematica, & virga Stereometrica, cum Dimenso, Æqvatorioqve desuper, affabre confectis. Francof. 1544. in 8.

II. GERMANICA.

Præservativ wieder die Pest. Marpurgi A. 1564. in 8. (*Catal.*)

Libellus de qvodam fonte in Spiegelberg maximarum virtutum, a Simlero, Frisio & Melch. Adamo (*ll. cc.*), memoratus.

MARTINUS JOSVA a MITHOFF, sive MITHOBIUS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria, circa A. 1698., Practicus, M. Novembri A. 1718. mortuus.

Disp. de Venditionibus officiorum, ab ipso conscripta, & Præside D. Alb. Willebrando, JCto, proposita. Rostochii 1693. in 4. Erudita est, & lectu digna:

Disp. Inaug. de Jure Emphytevtico, ad L. 4. C. Ultrajecti 1696. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum literatum anni 1701. p. 18.*)

(1.) V. Freherum *l. c.* (2.) V. Nigidium, Pistorium, Freherum & H. J. Mithobium, *ll. cc.* (3.) teste Hect. Joh. Mithobio *l. c.* (4) V. Dav. Chytræi *P. II. Chron. Saxon. p. 130.*, *& P. III. p. 384.* (5.) *Libro II. Chronici Chronicorum*, sub Joh. Gvaltheri nomine editi, *-bus virorum doctorum emortualibus.* (6) V. Nigidium, Chytræum & Pistorium, *ll. cc.*, Melch. Adami *Vitas Med. Germ. p. 145.*, Casp. Conradi *Millenar. II. Prosopographiæ Melicæ p. 120.*, & Abr. Saurii *Catal. Professorum Marpurgensium*, *Theatro urbium* A. 1610. præfixum. (7.) V. Joh. Schofferi *Epigramma in illa, in Lib. de Insignibus clarorum Virorum, Poematis inserto, lit. O. 3. a. b.* (8.) V. de illo Nigidium, Freherum & H. J. Mithobium, *ll. cc.* (9.) Plura de posteris hisce Hect. Joh. Mithobius *l. c.* suggeret.

NICOLAUS MITTAG, Hamburgensis.

Series Chronologico-Historica Patriarcharum Regumqve, in utraqve gente Israelitica, & IV. Monarchiis, in schola Lüneburgensi, ductu Joh. Bunonis, memoriter recitata. Lüneburgi 1669. in 4.

OTTO HENRICUS MOENIUS, P.L.C., Hamburgi commoratus.

Paraphrasis Elegiaca in primam Jeremiæ lamentationem, Consulibus Hamburgensibus inscripta. Hamb. 1615. in 4.

IV. Carmina ad Joach. Morsium Lyrica elegantia, *in Albo* Morsii *MSto, fol. 858. 859. 860. 870. 871. 872.*, obvia, mihiqve perlecta.

LAURENTIUS MOERSKEN, Ecclesiastes, circa A. 1550., ædium Sacrarum D. Mariæ Magdalenæ Burgensis, D. Gertrudis & S. Spiritus, in civitate fuit Lubecensi, eodemqve anno, qvod, bona opera ad salutem esse necessaria, iisqve etiam, non autem sola fide, homines justificari, docuisset, nec in doctrina de S. Cœna, hujusqve administratione, Collegis plane esset ὁμόψηφος, hos omnes nactus est adversarios. Qvo ex dissidio cum schisma Ecclesiæ suæ oriturum esse Magistratus metueret, conventum, ejus componendi gratia, A. 1551. instituit. In hoc, præsentibus e Senatu Ambr. Meyero, Consule, Herm. Falckio J. U. D., Hermanno a Dorne & Henr. Kölero, post exhibitum a Presbyterio libellum, qvo dogmata varia Moerskenio exprobrabantur erronea, ab hoc autem scriptum adversus Collegas Apologeticum, per Theologos exteros, a Senatu evocatos, D. Joh. Æpinum Ecclesiæ Hamburgensis, D. Henr. Schmedenstedium Dithmarsicæ, M. Frid. Henningum Lüneburgensis, & D. Joh. Aurifabrum ac D. Joh. Draconiten Rostochiensis, Antistites, Confessio de justificatione est concinnata, &, cum pars illi utraqve subscripsisset, turbæ istæ amica transactione sopitæ. Ἀνέκδοτα, in Actis Ordinis Lubecensis Ecclesiastici, teste V. C. Jacobo a Mellen (cui hactenus relata debeo), supersunt scripta isthæc omnia, idiomate exarata Saxonico, & Libellus qvidem Presbyterii accusatorius *Tomo II., fol. 438. & seqq.*, Moerskenii Responsio Apologetica *Tomo eodem p. 443. & seqq.*, Compositionis autem formula ac Confessio de Justificatione, a Theologis conscriptæ exteris, *Tomo I., f. 115. & seqq.* Relapsum tamen esse Moerskenium, qvi non multo post ipsemet Lubeca in exilium abiit spontaneum, in suas istas heterodoxias, ex invectivis colligo, qvibus A. 1553., tum Matthias Flacius & Nicol. Gallus, *in Epistola ad Presbyteros Lubecenses, Hamburgenses, Magdeburgenses & Lüneburgenses, circulari*, Georgii Majoris, Theologi Witebergensis, de bonorum operum ad salutem necessitate doctrinæ opposita (1.), tum Ecclesiastæ Hamburgenses, in suis ad hanc responsoriis (2.), animum ei adhuc infensum sunt testati. A Flacio enim & Gallo *Exul* vocatur, *qvi antehac in Ecclesia Lubecensi conscientias turbavit, docendo necessitatem bonorum operum ad salutem, &, qvanqvam Georg. Majori doctrina impar, tamen eo paulo fuit modestior*; ab Hamburgensibus vero *Autor perniciosæ dissensionis in vicina Ecclesia, qvi inde qvidem discessit, sed satis turbarum reliqvit.* Idem etiam, nisi fallor, ille est cum *indocto concionatore*, qvem Herm. Hamelmannus, *Parte II. Historiæ Evangelii in Saxonia inferiore renati* (3.), monstroso nomine EXULOREM appellat, & *Lubecæ controversiam de Eucharistia movisse, sed facile ab aliis esse repressum*, perhibet. Confer de illo *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 10., p. 474. 475.*

JOHANNES MOHR, Scholæ Itzehoensis Arithmeticus.

Compendium Arithmeticæ, oder Rechenbüchlein. Hamburgi 1659. in 8.

JOHANNES MOHR, Hamburgensis, Arithmeticus scholæ Husensis publicæ, ab A. 1664. ad 1697. Kilonii deinde privatim Mathesin docuit, subitoqve, inter docendum, M. Apr. A. C. 1704., ac ætatis 84., obiit. V. J. M. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 364. 365.* Ubi idem cum J. Mohrio præcedenti esse traditur.

Arithmetischer Lustgarten. Slesvigæ 1665. in 8.

Nova Arithmetica, Germanice edita. Slesvigæ 1675. 1696. & 1707. in 8.

THEODORUS MOHR, Hamburgensis, ex Academia Jenensi ad Secretarii, in urbe Comitatus Stolbergici Wernigerodana, A. circiter 1653., evocatus officium, istud A. 1687. adhuc obiit, & susurros malevolorum, ob senectam ipsum huic administrando parem haud amplius esse criminatorum, Tractatu *de duobus Reis* erudito, teste animi etiamnum vegeti luculento, juris facto publici, confutavit. Qva in re Sophoclem est imitatus, qvem cum filii, tanqvam senem desipientem, a rei familiaris administratione, judicum decreto, postularent removeri, *Oedipum* his *Coloneum*, fabulam nuper conscriptam, recitasse, &, criminationis falsitate hoc pacto ostensa, ut absolveretur, impetrasse, Cicero *in Catone majore* perhibet. V. *Acta Erud. Lipsiensia, M. Oct. A. 1687., p. 549. 550.*

Disp. Jurid. de duobus Reis, Præside D. Joh. Thomæ, Jenæ 1652. in 4. Primas sistit Tractatus seqventis lineas, ac circa solos debendi reos occupatur.

Tr. Synopticus Theoretico-Practicus de duobus Reis, cum præfatione D. Joh. Eichelii, JCti Helmstadiensis. Helmstadii 1687. in 4. Argumentum is, *in Diss. præced.* delineari cœptum, longe fusius & plenius, ductu inprimis Ronchegalli, de eodem commentati, 10. perseqvitur capitibus, &, licet nihil novi attulerit, ob methodi ordinisqve concinnitatem, ab Eichelio, *in præfatione*, & Lipsiensibus (mendosissime excusum esse monentibus), in recensu ejus, *l. c.*, commendatur. A Burch. Gotth. Struvio, *in Biblioth. Juris selecta, c. 3., §. 13., p. 84.*, *Tractatio* vocatur *solide deducta*, &, *§. 39., p. 168.*, *Tractatus in hac materia præcipuus.*

Tract. de Concursu Creditorum, cum præfat. D. Joh. Eichelii. Helmstadii 1690. in 4. Recensum illius brevem, in Gottfr. Zeuneri *Parnasso hyemali anni 1694. Germanico, p. 180-183.*, invenies.

GERHARDUS MOHRMANN, Hamburgensis, Joachimi mercatoris filius, A. 1628. in lucem editus, e schola Gymnasioqve patriæ in Academiam A. 1648. dimissus Witebergensem, Magisterii illic gradum A. 1652., primumqve inter 48. ejus Candidatos locum, obtinuit, & in Rostochiensem deinde, Hungaria parteqve Germaniæ jam ante lustratis, A. 1654. profectus, *Disputatione de Morte animæ inaugurali*, A. 1657. defensa, Theologiæ qvoqve Licentiati titulum, A. demum 1663., d. 12. Nov., absenti a D. Joh. Qvistorpio Jun. collatum, exambiit (4.). Vitam reliqvam in patria, cujus ædis Cathedralis Vicariis d. 14. Nov. A. 1661. est adscriptus (5.), privatus exegit, & A. 1671. adhuc fuit superstes.

Disp. de Axiomatis qvibusdam Metaphysicis. Witebergæ 1653. in 4. (*V. Dorsch. Progr. cit.*)

Exerc. de Simonia, Præside D. Casp. Mauritio, Prof. Theologo, illius Autore, defensa. Rostochii 1655. in 4. Auctior recusa ibidem A. 1658. in 12. Plura de illa, in Mauritii diximus Elogio.

Disp. de essentia Qvantitatis. Rost. 1656. in 4.

Disp. Inaug. de Morte animæ, seu statu hominis peccatoris, a gratia Dei separati, vere formidabili & deplorando, Præside

(1.) apud Conr. Schlüsselburgium *Libro VI. Catalogi Hæreticorum p. 581.* (2.) *ibidem p. 618. 619.* (3.) *in Operibus Genealogicis & Historicis p. 978.* (4.) V. J. G. Dorschei *Programma* de vita ejus, *Disp. Inaugurali* A. 1657. præmissum, & alterum D. Joh. Qvistorpii Jun., qvo promotionem A. 1663. indixit. (5.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 625.*

Præside D. Joh. Georg. Dorscheo proposita. Præmissum est Dorschei Programma in locum Gen. II. 17. Rost. 1657. in 4. Recensum ejus D. Joh. Fechtius exhibet *in Prolegomenis Comm. Dorscheani in IV. Evangg., lit. f. 1. b. f. 2. a.*

Oratio de Morte spirituali. Rost. 1657. in 4.

Zuflucht der Sünder, nach des Mörders Bitte, und des Heilandes Antwort, in 2. Sermonen, auß Luc. XXIII. 42. 43., vorgestellt: Nebst angehengtem Berichte von der Sünde wieder den H. Geist. Hamburgi 1671. in 12.

M. JOHANNES MOHTIUS, Flensburgensis, Pauli, tonsoris, ex Margareta Schröderia filius, d. 24. Nov. A. 1574. luce hac frui cœpit, &, cum scholam patriam (Rectore M. Thoma Schattenbergio), ab A. 1580., Hamburgensem vero ab A. 1594., freqventasset, in Academiam A. 1596. Juliam, & inde, Nicolai thor Smede, civis sui, præfectus studiis, A. 1599. in Argentinensem, abiit. In hac A. 1600. de Jubilæo metrice peroravit, crebrisqve disputationibus & declamationibus Magistri titulum, & locum inter 23. competitores principem, d. 24. Mart. A. 1601., Brabeuta D. Joh. Lud. Havenreutero, promeruit. A. 1602. in Galliam cum discipulo profectus, postqvam Lutetiæ, & in Academia (cujus natio Germanica Qvæstoris ipsi detulit officium) Aurelianensi, aliqvamdiu substiterat, Argentinam rediit, & Collegiis inclaruit Philosophicis. A. 1603. munus Conrectoris scholæ patriæ, a Senatu oblatum, frustra dissvadentibus amicis, qvi spem primæ professionis Philosophicæ, in Acad. sua vacaturæ, ipsi injiciebant, Argentinensibus, suscepit, &, lustratis in itinere Academiis Helvetiæ ac Germaniæ aliis, superatoqve, ad vicum Rastadiensem (cum pontem fluminis, aqvis tectum, tempore nocturno, angelus, eqvo vectus candido, ostendisset, & mox disparuisset), haud exiguo, divina ope, periculo (1.), Flenopolin d. 7. Oct. pervenit. Conrectoris officio, d. 14. Oct. sibi commisso, vix decimestri functus tempore, in Rectoratu M. Bernhardo Latomo, d. 17. Aug. A. 1604., successit, tantaqve hunc fide & industria per annos 23. administravit continuos, ut, ne qvatuor qvidem horas, juventutis destinatas institutioni, aliis se tanto temporis spatio impendisse negotiis, potuerit gloriari. Scholæ, in cujus usum scripta aliqvot, Magistratus jussu, edidit Grammatica, patriæ, cum munera Ecclesiastica, a Catingensibus in Eiderstadia A. 1606. & 1610., a Gaikebullensibus in Strandia A. 1607., & a Slesvicensibus A. 1621., oblata, qvater recusasset, Anno tandem 1626. valedixit, & Diaconatu Parochiæ Flensburgensis Nicolaitanæ, M. Augusto sibi collato, seqventi functus est qvadriennio. Qvo temporis intervallo, patriæ, ob calamitates bellicas, & pestem, harum comitem, luctuoso, solus ex omnibus in urbe permansit Ecclesiastis, & non cœtus solum Nicolaitani, sed & Mariani, bis in illo, bis in hoc, qvavis concionatus hebdomade, curam gessit, nec gravatus est peste in singulis correptos parochiis, qvotiescunqve vocabatur, licet ædes propriæ, eadem lue infectæ, relinqvendæ sibi essent, invisere. Pace Cimbriæ reddita, A. 1630. Parochiæ Marianæ Pastor est electus, &, cum huic per annos pari fide præfuisset duodecim, ac sex liberos, in gemino cum Susanna, M. Nicol. Gerhardi, Ecclesiastæ Sünderburgensis aulici, gnata, A. 1608. ducta, atqve Elisabetha, D. Pet. Hollanderi, Poliatri Lubecensis, filia, isti A. 1631. subrogata, conjugio, sustulisset sibi superstites, d. 17. Jan. A. C. 1642., ac ætatis 68., morte extinctus placida. Defuncto parentavit D. Steph. Klotzius, Superint. regius, e cujus Sermonis in Dan. XII. 2. funebris vernaculi, Rostochii A. 1642. *in 4.* (sub titulo des Rautenkräntzleins getreuer Lehrer) editi, Biographica, qvæ hactenus narravimus, deprompta sunt Appendice. Confer de illo *Nova Lit. Lubecensia, M. Oct. A. 1702., p. 299.*, Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 9., p. 359-373.*, & *Partem III. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 8., p. 279. 280., Schediasmaqve de Scholæ Flensb. historia Germanicum p. 12. 13.*

M. Joh. Adolphus Fabricius, Ecclesiastes Hamburgensis, hoc cum Epigrammate, ad cognomen, vocemqve Hebræam מורי (*mori*), alludente, celebravit:

Mens celsa, Moht, sedet tibi: mentem eximis
Indoctiorum umbris geni viva indole.
Sic fama vivet æviternæ gloriæ,
Et mentietur fama: Moht est mortuus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Qvæstiones de Ecclesia Catholica, cum responsionibus Orthodoxorum Patrum, Præside D. Joh. Pappo. Argentinæ 1600. in 4.

Disp. de S. Cœna, Præside D. Phil. Marbachio. Argent. 1601. in 4.

Assertiones de Summo Pontifice, Capiti III. Enchiridii Franc. Costeri oppositæ, Præside eodem. Argent. 1603. in 4.

Assertiones de Poenitentia & indulgentiis, contra Fr. Costerum, Præside eodem. Arg. 1603. in 4.

Disp. de Natura & causis, e Lib. II. Physicorum Aristotelis. Argent. 1603. in 4.

Collegium Disputationum Physicarum. Argent. 1603. in 4.

Orationes duæ de contentione Ahabi Regis cum Nabotho de vinea, A. 1602. habitæ, & *in Orationum Argentinensium, ductu Melch. Junii recitatarum*, Editione, Argentinæ A. 1603. *in 8.* publicata, *Tomo X., p. 78-115.*, in recentiori autem, ibidem A. 1620. *in 8.* excusa, *Tom. II., p. 1479. & seqq.*, obviæ.

Elementa Lingvæ Latinæ, pro schola Flensburgensi, ἀνωνύμως edita. Hamburgi 1614. in 8.

Vocabularium Latinum, in usum Scholæ Flensburgensis publicatum. in 8.

Qvæstiones Grammaticæ, ex optimis & probatissimis Autoribus collectæ, typisqve sic distinctæ, ut incipientibus, mediocribus & perfectioribus, utiles esse possint; vocabulorum insuper copia, & Indice horum Saxonico, ita locupletatæ, ut Dictionarii Saxonico-Latini instar esse qveant. Hamburgi 1617. in 8. In his Autor Grammaticæ plerumqve Hamburgensis verba retinuit, & aliorum hujus artis scriptorum observationes iis adjecit.

II. SAXONICA.

Abrahamus tentatus & victor, Comœdia Saxonica. Hamburgi 1620. in 8.

Compendium Biblicum; dat iß: Biblische Uttoch, oder Sprockböcklin över de jährlicke Evangelia unn Episteln, darinn, neven der (in Rimen verfateten) Summa unn Hövetlehre, vok angeheffteden Gebedeken up alle Sünn- unn Fest-Dage, de vörnehmsten Spröke der Schrift to finden. Hamburgi 1623. in 8.

JOHANNES MOHTIUS Junior, Senioris, modo laudati, nepos, & M. Nicolai Mohtii, Parochiæ ruralis in Diœcesi Flensburgensi Breclumiensis Ecclesiastæ, ex Birgitta Langia (qvæ seculo ferme vixit integro) filius, primam Breclumiæ d. 11. Febr. A. 1639. lucem aspexit. Studiorum humaniorum ducem, in schola Flensburgensi, Joh. Vorstium, ejus Rectorem, Juridico-Politici autem Herm. Conringium, simulqve etiam Theologici Georg. Calixtum, in Academia auspicato habuit Julia. Hafniam deinde in aulam delatus Danicam, Friderici III. & Christiani V., Regum, Secretarius, ab A. 1664., in Cancellaria fuit Germanica, & Archivi etiam postea, in Cancellaria utraqve, Danica & Germanica, Ducatibus Cimbricis, ac Comitatibus Oldenburgico, Delmenhorstano atqve Pinnebergico, regii Ephorus. Qvibus dignitatibus cum aliæ accessissent, & Consiliariis Cancellariæ Germanicæ A. 1690. a Christiano V., Justitiæqve a Friderico IV., esset adscriptus, morte tandem subita, nullis e Sibylla Æmilia Sutermannia, vidua nobili Germanica

 (qvam

(1.) Historiam ejus, e *sermone funebri Klotziano*, repetiit Georg. Henr. Götzius im Schiffer-Catechismo *p. 35. 36.*

(qvam A. 1689. qvinqvagenarius duxerat), liberis susceptis, d. 6. Jan. A. C. 1705., ac ætatis 66., expiravit. A Christoph. Schradero Juniore, qvi, Comitissæ eum de Samsoe, a Christiano V., Monarcha Danico, amatæ, fratrem fuisse, perperam tradidit (1.), cum Matthia Mohtio, agnato, Consiliario itidem regio, est confusus. Historiæ Danico-Cimbricæ, scrutator tot archivorum, qvibus præerat, regiorum diligens, peritiam sibi paraverat eximiam, lubensqve in hac observata cum aliis studii Historico-Genealogici communicabat cultoribus eruditis, ob προθυμίαν istam publice a Phil. Jac. Spenero (2.) & Jac. Wilh. Imhofio (3.) deprædicatus. A Poesi etiam alienum se haud fuisse diversis testatus est carminibus, e qvibus *Encomion pirrulæ* suo *in Ciconiam Adrianum Lessui*, *Epithalamium* autem qvoddam *Cupidini* suo *Argo*, permulta audaci surripuisse plagio, Dan. Georg. Morhofius peculiari Jacobo Henrico Pauli, nostri æmulo, significavit *Epistola*, seorsim ab hoc, ignaro Autore, edita, & ad calcem *Collegii* Morhofiani *Epistolici*, in editione anni 1693. Lipsiensi, recusa. Bibliothecæ (de cujus MSStis Lundianis supra, in Zach. Lundii jam dictum est elogio) locupletis, ab eo collectæ, & post obitum auctione distractæ publica, Catalogus Hafniæ A. 1705. *in 8.* prodiit.

Confer de illo *Nova Literaria Lubecensia, M. Majo A. 1705., p. 152.*

SCRIPTA EDITA.

De scopo Reipublicæ Polonicæ, & domo Austriaca, adversus Franc. Marinium, Polonum, libellus, qvo Vir summus, Herm. Conringius, ab ineptiis & calumniis, qvas *Dissertatio* Marinii *de scopo Reip. Polonicæ* parturit, vindicatur. Hamburgi 1665. in 12. Scriptum hoc ἀνώνυμον, a Mohtio (uti ex ipsius mihi constat confessione, & *Catalogo Biblioth. Conringianæ p. 203.*), ad sententiam Conringii Præceptoris de vita luxuriosa, reip. Polonicæ modernæ scopo, in privatis propositam Acroasibus, defendendam, editum, oppositum est Franc. Marinii, scriptoris ψευδωνύμου (qvem Joh. Saxium fuisse, Fraustadio Polonum, urbis Thoruniensis Secretarium, Frid. Geislerus, &, post eum, alii, mox allegandi, indicarunt), *Dissertationi de scopo Reip. Polonicæ adversus H. Conringium*, Uratislaviæ A. 1665. *in 12.* publicatæ. Cui a Saxio forte responsum etiam est in novo Opere pro Polonia Anti-Conringiano, qvod is, teste Christoph. Hartknochio (*Lib. I. de Rep. Polon. p. 45.*), habuit affectum. Confer de scriptis hisce Eristicis Frid. Geisleri *Larvam detractam, Dec. I., n. 7.*, Vinc. Placcii *Tr. de Scriptt. Anon. & Psevdon., P. II., p. 223.*, ac *Theatrum Anon. & Psevdon., T. I., c. 8., p. 341., Tomoqve II. p. 434.*, Christ. Gryphii (Mohtii libellum ipsi perperam tribuentis Conringio, & *rem acu non tetigisse* judicantis, Saxii autem *Dissertationem perqvam* vocantis *eruditam*) *Diss. Isag. de Scriptt. Histor. Sec. XVII., c. 10., p. 517. 518.*, Gabr. Groddeckii *Sched. de Scriptoribus Hist. Polon., §. 45.*, Thomæ Crenii *P. VIII. Animadv., c. 3., §. 1., p. 159. 160.*, & B. G. Struvii *Biblioth. Histor., c. 30., p. 754. 755.*

Votum veterum annorum, pro votis novi anni, Friderico III., Regi Daniæ, A. 1666. oblatum. Hafniæ 1666. in 4.

Carmina varia, de qvibus in vita ejus jam dictum, sigillatim edita.

Trium Epistolarum ad Joh. Andr. Bosium, de illius Editione Josephi affecta, A. 1666. exaratarum, Excerpta, qvæ in Appendice Epistolarum Thomæ Reinesii & Bosii mutuarum, Jenæ A. 1700. *in 12.* excusarum, *p. 447. 448. 449.*, leguntur.

Staatsgeschäfte, so heütiges Tages zwischen den Häusern Franckreich und Oesterreich vorgehen, aus dem Frantzösischen verdeutschet durch J. B. M. Anno 1667. in 12. Qvam versionem sibi deberi ipsemet mihi significavit.

PAULUS MOHTIUS, Flensburgensis, d. 16. Sept. A. 1601. natus, patrem habuit Matthiam, Chirurgum Rudolphi II. & Matthiæ, Imperatorum, initio aulicum, ac deinde, cum aulam, religionis Lutheranæ amore, reliqvisset Cæsaream, Flensburgi artis suæ Practicum, matrem vero Ingeburgam, Georgii filiam, Rendesburgensem. Adolescentiam suam, ad annum usqve ætatis vicesimum, partim studiis humanioribus in ludo excolendis patrio, partim vero Chirurgiæ parentis ductu addiscendæ, successu felici impendit. Hamburgensis deinde Gymnasii Professores integro audivit sexennio, simulqve Twestrengii, ad Consulatum patriæ postea evecti, Pædagogum egit domesticum. Artis Medicæ sacris in Academiis initiatus est Regiomontana (qvæ triennio ipsum seqventi detinuit) ac Hafniensi. In qvarum posteriore Thomæ Finchii, Ol. Wormii & Casp. Bartholini auditor fuit industrius, simulqve privatus filiorum Bartholini, Thomæ (Medici postea incomparabilis) Casparisqve Junioris, & Henr. Fuirenii, horum consobrini, Præceptor. Hafnia A. 1632. ad exteros profectus, Lugduni Batavorum per triennium substitit, A. 1635. in Angliam trajecit, inde autem in Galliam & Italiam perrexit, & Lutetiæ atqve Patavii diutius est commoratus. Doctoris hinc Medici titulo Basileæ, d. 7. Nov. A. 1637., Joh. Jac. Brunnio Brabeuta, impetrato, cum Lagone & Johanne Beckiis, Nobilibus Danis, suæ commissis fidei, novo itinere Galliam, Britanniam ac Belgium, denuo perlustravit literario, &, Flenopolin A. 1640. reversus, illic initio, deinde vero, ab A. 1644., Lubecæ (qvo Svecorum, patriæ hostium, metu se receperat), &, ab A. 1646., Ottoniæ Fionorum, Praxi inclaruit medica. In regiam inde A. 1651., a Friderico III., Daniæ Monarcha, evocatus Hafniensem, & Medici primum aulici, postea vero Archiatri, ornatus dignitate, valetudinis ejus curam, & sæpe qvidem solus, gessit sedulam, civibusqve simul Hafniensibus, & remotiorum etiam Daniæ locorum incolis, consilio & ope salutari inservit. Regi tandem augustissimo (qvi Canonicatu ipsum etiam donaverat (4.), primaqve indolis regiæ Christiani V., filii primogeniti, ei concrediderat rudimenta), in morbo fatali, A. 1670., ante omnes alios, jussus adesse, tollendo illi artem suam doluit esse imparem, defunctoqve haud diu superstes, mensibus aliqvot vix elapsis, in extremum ipse etiam morbum incidit. Contra qvem cum remediis, familiæ a se ipso indicatis qverulæ, frustra aliqvamdiu depugnasset, apud DEum superesse auxilium voce προαγωνίῳ testatus ultima, d. 6. Maji, eodem anno 1670., septuagenarius placide expiravit. De Coryza continua, qvæ senescentem, vesicula candida membranacea, sero plena, per nares subinde prolabente afflixit, Th. Bartholini *Centuria VII. Histor. Anatom., num. 37. p. 260-262.* potest consuli. Conjugem A. 1641. elegit Idam, Rudolphi Burennæi, JCti & Consulis Kiloniensis, filiam, qvatuor sibi nobilioris, totidemqve seqvioris sexus, enixam liberos. E qvibus Rudolphus, Pastor ex aulæ regiæ Ecclesiasta Canutianus Ottoniensis, Episcopatui, qvem mors prævmatura invidit, destinabatur Fionico, Matthias autem e Medicinæ studioso regius evasit Secretarius, & Consiliarius tandem intimus. E qvatuor filiabus, Ida Christina Severino Gludio, Pastori Thostrupensi & Episcopo deinde Wiburgensi, Beata Ingeburga Johanni Andreæ, Parocho Færslœffiensi, & Elisabetha Margareta Nicol. Bennichio, Commeatuum præfecto, sunt elocatæ, natu autem minima, Sophia Amalia, Christiani V., Regis Daniæ augustissimi, amore potita, & Samsoæ Comitis donata titulo, perillustrem Güldenloviorum per filios propagavit familiam. *Doctrinam* noster, teste discipulo, qvem laudatorem nactus est posthumum, incomparabili, Thoma Bartholino, *sectatus est non variam aut curiosam, qvalem ambitiose docti amant, sed studio Medico accommodatam ac necessariam.* Anatomiæ haud vulgarem impendit operam, &, præter sceleta tenellorum pariter atqve adultorum, dextre constructa, oculum artificialem mira confecit subtilitate, museoqve dedicavit Wormiano.

Chemiam

(1.) *in Symbola, Tomo I. Theatri Anonymorum & Psevdonymorum Placciani, c. 8., p. 341., inserta.* (2.) *in præfat. Historiæ Insignium illustrium, seu Partis Specialis Operis Heraldici*, Francofurti A. 1680. editæ. (3.) *in præf. Notitiæ Procerum S. Rom. Imperii*, Tubingæ A. 1684. excusæ. (4.) V. Thomæ Bartholini *Diss. VIII. de Medicina Danorum domestica p. 371.*

Chemiam & Botanicen, qvatenus humanis inserviunt usibus & ægrorum solatio, familiares sibi reddidit. Superavit autem plerosqve sui ordinis Chirurgiæ, qvam, a parente jure ad se derivatam hæreditario, instrumentis ornavit novis compluribus, & Collegæ æmulo, Simoni Pauli (1.), *præ arte Medica* visus est *profiteri*, peritia accuratiori, & singulari Praxeos Therapevticæ dexteritate ac felicitate, experientiæ tot annorum diuturnæ ope acqvisita, cujus testes formulas remediorum complures præstantissimas officinis reliqvit pharmacevticis. Παρέργων loco, præter artes, qvas perfectissime calluit, gymnasticas, studia tractavit lingvarum Græcæ & Latinæ humaniora, Chronologiam insuper, historiam novantiqvam, Poesin & Musicam, imprimis autem Mnemonicen Hieroglyphicam, in qva parem inter coævos vix habuit, cujusqve specimina in scriniis reliqvit admiratione dignissima, fusius paulo post Bartholini & Borrichii verbis celebranda. Scriptis inclarescere haud studuit, ac, præter schediasmata pauca & exigua, e qvibus *Casus perforati thoracis Chirurgicus* controversiæ ipsum cum Collega, D. Simone Pauli, Archiatro itidem regio, implicuit Medicæ, in lucem nihil edidit publicam. Morum ejus integritatem, præter alios, Thom. Bartholinus hoc celebravit Epitaphio, *Orationi. qva Medicum perfectum, ex vita illius informatum, exhibuit, parentali*, cum Bartoli Bartholini fratris, Rhetoris Hafniensis Academici, *Programmate funebri*, Hafniæ A. 1670. *in 4.* excusæ (cui nostra hæc debemus), adjecto:

Prisca hic fides jacet, &, cum moribus, antiqva Medicina, qvæ multis vitam, spem omnibus, sibi senium & immortalitatem, integritate vitæ, & rerum usu, voto procuravit publico. Nomen si vultis, nomine majus, D. Paulus Moht est, qvi, aliis inserviendo, morbo tandem consumptus & senio, æternitatem expectat, qvam arte salutari vel in terris meruit, vel possidebit in cælis.

Confer de illo ejusdem Thomæ Bartholini *Cistam Med. Hafniensem p. 4., Diss. II. de Medicina Danorum domestica p. 41., & Diss. VIII. p. 371., Carmina p. 232., Diss. de Incendio Bibliothecæ p. 7. 8., Diss. de Hepate defuncto p. 71., & Diss. VI. de libris legendis p. 187. 188.*, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 116.*, nostraqve *ad illum Hypomnemata p. 373.*, Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Script. Med. p. 109. 110.*, Ol. Borrichii *Diss. de ortu & progressu Chemiæ p. 19.*, Pet. Winstrupii Jun. Epigrammata tria in cognomen ejus Paronomastica, *Lib. III. Epigr. p. 104. 1046.*, Georg. Segeri *Memoriam Joh. Jac. Brunnii*, Basileæ A. 1660. editam, *p. 29.*, & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1670.*

ELOGIA.

Thom. Bartholinus (*in Orat. parentali*) *Medicum* eum vocat, *inter regios, optimum pariter, & usu rerum, & ætate veneranda, provectum, urbis Hafniensis Æsculapium, Chironem & Podalirium publicum, qvi plus in recessu habuit, qvam candido vultu, & modestissima fronte, ostentaret*; item (*in Diss. de Hepate defuncto, p. 71.*) *Medicum experientia & eruditione inclytum*; ac (*in Or. funebri Joh. Mulenio habita*) *Urbis Hafniensis Chironem, Medicumqve summi judicii.*

Bartolo Bartholino (*in Programmate funebri*) *Portuæ* audit *Æsculapius, sanitatum vindex, morborum terror, patriæ decus, vir multa eruditione, magnaqve medicinam exercendi facultate, ornatus, qvi de artis universæ pressiori notitia posset gloriari.*

Christ. Franc. Paulinus (*P. I.* der Zeitkürtzenden erbaulichen Lust, *num. 21., p. 733.*) præcipuis eum artis Mnemonicæ accenset doctoribus.

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. Inaug. de Plevritide legitima. Basileæ 1637. in 4.

Casus Chirurgicus perforati thoracis, fideliter descriptus. Hafniæ 1656. 1658. (*teste Alb. Bartholino*) & 1661. in 4. Ultimæ editioni accessit Responsio ad D. Simonis Pauli, Medici regii, Animadversionem amicabilem, in eum intercalatam. Exponitur in *Casu* hoc historia Vulneris, qvo diaphragma Nicolai a Buchwald, Nobilis Holsati, perforatum erat, periculosissimi, & methodi medendi, tum a Mohtio, tum a Simone Pauli, Collega ipsius, in curatione adhibitæ. Simon Pauli eum, sibi oppositum, in Prolegomenis mox impugnavit, Versioni suæ *Tabularum* Jul. Casserii *Anatomicarum* Germanicæ, Francofurti A. 1656. *in 4.* editæ, præfixis, in qvibus exhibentur: 1. Epistola ad Joh. Riolanum Jun., & alia ad Medicos Lubecenses ac Hamburgenses, Chirurgosqve Hafnienses, illorum de vulnere controverso exqvirentes Judicia; 2. Riolani, Archiatrorum Danicorum, Medicorum Lubecensium & Hamburgensium, Chirurgorumqve Hafniensium, Responsa, Paulinam ei medendi methodum approbantia; & 3. Apologetica pro eadem præfatio. Recudi deinde hæc Prolegomena Francofurti A. 1660. curavit, in *Appendice* suæ *de vera febrium causa* παρεκβάσεως, sub titulo *Relationis Historicæ de periculosissimo, difficillimo, fastisqve dignissimo & rarissimo Casu Anatomico & Chirurgico, ad Joh. Riolanum d. 10. Jan. A. 1652. missæ, sed A. 1656. primum editæ, Casum*qve istis Mohtii qvoqve tunc adjecit *Chirurgicum*, suis interpolatum animadversionibus. Qvibus a Mohtio vicissim, in *Responsione*, ultimæ *Casus* sui editioni A. 1661. addita, est satisfactum.

Dispensatorii Hafniensis, a Medicis aulicis atqve urbanis concinnati, & Hafniæ A. 1658. *in 4.* editi, Pars septima, ab ipso (teste Thomæ Bartholini *Orat. parentali*) elaborata. Confer ejusdem *Præfat. Dispensatorii*.

Historia rarissima mulieris hydropicæ, & inventorum, in corpore ejus dissecto, globulorum aqvarum, & vesicularum conglomeratarum, A. 1663. ad Thom. Bartholinum perscripta, & ab hoc A. 1672. *Volumine I. Actorum Medicorum Hafniensium, Observ. VIII., p. 17-24.*, publicata.

INEDITA.

Meletemata varia Mnemonico-Hieroglyphica, de qvibus ita Thom. Bartholinus *in Orat. parentali*: *Exeruit se imprimis illustre ingenium in figuris Hieroglyphicis, ad sublevandam memoriam inventis, qvarum beneficio Græcas voces omnes, qvas primitivas vocamus, Chronologiam universam, titulos Digestorum & Codicis, Aphorismos Hippocratis, omnium capitum, in S. Bibliis contentorum, seriem & contenta, & qvicqvid deniqve fugienti memoriæ se alias subducit, brevissimo temporis dispendio, studiosis harum literarum enarravit, & qvasi cerebro impressit, nunqvam exinde diluendum. Qvarum figurarum fructus etiam ad nos juniores, ejus benignitate, pervenit, magnosqve alibi literatores in admirationem traxit & imitationem, nec paucos ad æmulationem, qvi, vel laudis cupidine, vel lucri spe, Mohtii nostri labores, pro suis, in publicum emiserunt. Subtili invento successus aspiravit, Mohtiiqve famam & ingenium æternitati consecravit. -- Laudatus est hoc artificio a summis ævi nostri ingeniorum æstimatoribus, Bauhino & Vossio, qvod reliqvorum in hoc genere conatus longissime superet.* Gemina his narrat *Diss. VI. de legendis libris, p. 187. 188.*, ita scribens: *Prolixus fuit, in Mnemonica arte perficienda, labor D. Pauli Mohtii, qvi Chronologiam universam, radices lingvæ Græcæ, titulos omnes Juris, Aphorismos Hippocratis, simplicium medicamentorum Catalogum, & alia, per imagines veras, æri incisas, certisqve historiolis, qvibus singulæ res vernacula lingva includuntur, comprehensas, ante oculos posuit memoriæ*

(1.) *in Ep. ad Joh. Riolanum Jun., Julii Casserii Tabulis Anatomicis, Germanice A. 1656. a se editis, præfixa.*

moriæ juvenili seniliqve ex æqvo inservituras. Addo etiam Ol. Borrichii de iisdem verba, *e Differt. de ortu & progressu Chemiæ p. 19.: Hoc institutum persecutus honoratissimus Collega, Mohtius, jam olim, Hieroglyphicis Germanicis, juventutem, in variis Europæ Academiis, historiam universalem, lingvam Græcam, aliasqve disciplinas, promptissime docuit, cum Parisini, figuras illas inspectantes audientesqve, in stuporem formarentur, rati rhombos esse Thessalicos, aut magica Canidiæ, ad lunam cœlo deducendam, lenocinia.*

Chronologia, ab eo concinnata, & studiose collecta, qvam Thom. Bartholinus *in Oratione* itidem laudavit *parentali.*

RUDOLPHUS MOHTIUS, Kiloniensis, Pauli, modo celebrati, filius, Th. D., aulæ initio regiæ Hafniensis fuit Ecclesiastes, deinde vero templi in urbe Fioniæ Ottoniensi Canutiani Pastor, & Fioniæ reliqvæ Vice-Episcopus, dieqve 16. Nov. A. 1675. est defunctus. V. Pet. Resenii *Indicem Catalogi Biblioth. suæ tertium.*

Sermo funebris Danicus, in exeqviis Mariæ Sophiæ Bringiæ, Erasmi Andreæ conjugis, habitus, Hafniæqve A. 1675. *in 4.* cœptus imprimi, sed, ob mortem Autoris ac mariti Bringiæ intervenientem, non absolutus. (*V. P. Resenii Catal. Biblioth. suæ p. 319.*)

M. JOHANNES MOLDENIT, Tonningæ, Eiderstadiæ oppido, A. 1593. natus, & e Gymnasio Bordesholmensi (1.) in Academiam missus Jenensem, post Magistri titulum in ea d. 2. Aug. A. 1621. reportatum, Parochiæ mox in Eiderstadia ruralis Cotzenbüllensis (2.), & A. 1630. urbis patriæ Tonningensis, Pastoratum, A. 1633. autem Præpositi totius Eiderstadiæ dignitatem, isti, post M. Nicol. Wedovii obitum, adjectam (3.), obtinuit, dieqve 3. Apr. A. 1653. vivis sexagenarius excedens (4.), illum M. Hier. Brenneccio, hanc autem M. Andr. Lonnero, Pastori Gardingensi, reliqvit. Certamen ei, & Collegæ atqve genero ipsius, Frid. Jessenio (Kiloniensi postea præfecto Ecclesiæ), diuturnum intercessit cum asseclis Dav. Georgii, Hæresiarchæ famosi, in urbe Tonningensi, & Eiderstadia, clandestinis, qvos, externa religionis Lutheranæ professione concivibus imponere, libros autem fanatici illius in cœtibus legere domesticis, ac aliis commendare, e rumore didicerant publico. Hoc permotus, errores Davidis in sacris freqventer confutavit sermonibus, &, fama eadem in aulam delata, d. 28. Aug. A. 1635. a Friderico, Duce Holsatico, est jussus libros hæreseos istius suspectos conqvirere, & possessoribus auferre, conqvisitos perlegere, & heterodoxias, in iis obvias, M. Jac. Fabricio seniori, Superintendenti, ac Casp. Schwenckio, Eiderstadiæ Præsidi, ut usu illorum incolis mature interdici posset, indicare. Mandato huic obtemperans, e libris, per possessores invitos sibi traditis, 32. dogmata Dav. Georgii collegit, ac Magistratui scripto denunciavit vernaculo, erronea. Cum autem deinceps rescivisset, Fanaticos hosce in suis nihilominus perseverare erroribus, & plurima Davidis adhuc occultare volumina, imo unum e grege isto, Dowium Gerrits, A. 1642., in symposio, non solum, qvod doctrinam amplecteretur Davidianam, ac libros magistri prohibitos legeret, plurimiqve æstimaret, esse fassum, sed Christi etiam satisfactionem inficiatum, ministrisqve Ecclesiæ potestatem a peccatis absolvendi denegasse, elencho illos publico acriori subinde notavit, &, ut libri Davidis præcipui in foro, carnificis manu, comburerentur Tonningensi, a Principe obtinuit. Asseclæ hujus, assiduis Moldenitii in se invectivis offensi, cum munere ipsi nummario, frustra oblato, ut iis abstineret, persvadere haud potuissent, suæ de Baptismo, S. Cœna, aliisqve capitibus, fidei confessionem vernaculam, phrasibus utentem ambiguis, & peculiari a nostro mox confutatam Judicio, Principi obtulerunt, ac, ut doctrinam is Davidis publico posthac elencho perstringere prohiberetur, petierunt. Princeps, an preces hæ justæ essent cognoscendi avidus, Joh. Ad. Kielmannum, Cancellarium suum, & Jac. Fabricium juniorem, Theologum aulicum, cum Casp. Schwenckio, Eiderstadiæ Præside, & Moldenitio, d. 24. Maji A. 1642., in doctrinam atqve vitam illorum accuratius jussit inqvirere. Qvod examen cum M. Majo & Junio Tonningæ institueretur, hæreseos qvidem Davidianæ homines isti, ob idonei testium contra singulos numeri defectum, & crypticam in responsis inconstantiam, convinci non potuerunt, sed errores tamen Davidis, in scriptis ejus sibi ostensos, rejicere ac detestari, confessionemqve a Fabricio oblatam, qvæ istos damnabat, sua approbare subscriptione, noluerunt, qvin potius Apologia peculiari, Commissariis exhibita Ducalibus, se, tanqvam insontes, ad anathematismum hæreseos ullius, anteqvam ejus sint convicti, jure non posse adigi, contenderunt. Huic Moldenitius Refutationem opposuit prolixam, istaqve in aulam missa Gottorpiensem obtinuit, ut decem homines, præ cæteris suspecti, confessioni novæ, adversus Davidis errores a se concinnatæ, ὁμόψηφος se esse, chirographo suo juberentur testari. Qvo facto Princeps, diplomate publico, d. 10. Oct. promulgato, veniam illorum, qvæ hactenus erant peccata, ipsis concessit, & a reliqvis etiam subditis pro orthodoxis eos jussit haberi, hac tamen conditione, ne libros Davidis posthac vel legerent, vel possiderent, doctrinam defenderent, aut Basileensium, Ubbonisqve Emmii, scripta de vita illius atqve erroribus publica criminis falsi calumniarumve accusarent, pœna, si secus agerent, perinde ac si hæreseos convicti jam essent, afficiendi arbitraria. Moldenitio contra, ejusqve Collegis & successoribus, potestas errores Davidis publice, in ambone sacro, notandi subinde atqve refellendi, in eodem, est concessa. Conferri possunt cum hac nostra certaminis istius historia, e scriptis Moldenitii, aliisqve Actis publicis, qvæ ad manum sunt, ἀνεκδότοις, collecta, Ant. Heimreichius *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 4., p. 244-249.*, Casp. Dancwerthius *l. c.*, Frid. Jessenius in Prolegomenis der aufgedeckten Larve Dav. Georgii, Casp. Sagittarius (*Partis II. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr. capitis V., §. 8., p. 117. 118.*, de eodem secutus narrationem) *in Introduct. in Hist. Eccl., c. 33., Sect. 26., p. 931. 932.*, Gotfr. Arnoldus *T. IV. Hist. Eccl., Sect. 2., n. 33., p. 239. 240.*, & Pet. Aug. Sivers in Appendice der Tonningschen Kantzelpredigt, *p. 60. 61.*

Wolfg. Heiderus, Prof. Jenensis, in Carmine de laurea Philosophica, A. 1621. ei collata, gratulatorio (*Lib. III. Poem. p. 235. 236.*), his illum celebravit versibus:

- - - - - - - Tibi, sacra tot annos
Versanti, poterat summo pietatis & artis
Theiologia caput redimire decenter honore.
Tanta tibi rerum primæqve peritia lingvæ,
Et vis eloqvii, vitreo qvæ fonte Sionis
Manat, & effundit puros argentea rivos.

SCRIPTA EDITA.

Disp. de Benedictione Ecclesiastica Num. VI. 24., Præside D. Joh. Gerhardo proposita. Jenæ 1620. in 4. Recusa *Parte Disputatt. Theol.* Gerhardi *tertia*, ibidem A. 1663. in 4.

Historia des Lebens und der Schriften Davidis Georgii, in zweyen Theilen, welche, aus der Baselschen Historie, Ubb. Emmio, Nicol. Blesdikio, und andern, kürtzlich ist zusammengetragen. Appendicis instar adjecta est generi ipsius, D. Frid. Jessenii, Pastoris Kiloniensis (e nostri schedis congestam eam a se esse, *in præfat.* testati), aufgedeckter Larve Davidis Georgii, Kilonii A. 1670. in 4. editæ.

Kurtzer und summarischer Inhalt der Lehre und Glaubens des Ertzketzers und Verführers David Joris, aus seinen eigenen Schriften,

(1.) Hujus alumnis accensetur in Mart. Coronæi Jun. *Antiqq. Bordesholmensibus MSS.* (2.) V. Wolfg. Heideri Carmen in promotionem ejus Academicam, *Libro III. Poem. p. 235. 236.* (3.) V. Casp. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 151.*, & Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 3., p. 205.* (4.) V. Heimreichium *l. c.*

Schriften, in 32. Artickel, A. 1635. zusammengezogen. Prodiit in Gotfr. Arnoldi *Tomo IV.* der Kirchen- und Ketzer-Historie, Francofurti A. 1700. *in fol.* edito, *Sect. II.*, *num. 32.*, *p. 232-235.*; una cum Anonymi Vertheidigung David Joris wieder denselben, aus seinen eigenen Schriften, und denen daraus von Moldenit citirten Oertern, *ibidem*, *num. 34.*, *p. 240-246.*, obvia.

Bedencken, was von der suspecten Davidjoristen ihrer zweifelhaft gesetzten Confession zu halten, und ob die Bekenner derselben zur Beicht und Abendmahle zu lassen, A. 1642. aufgesetzt. Una cum ipsa, qvam examinat, Confessione, A. 1700, a Gotfr. Arnoldo, *l. c.*, *n. 33.*, *p. 235-239.*, est publicatum. Scripti hujus pariter atqve præcedentis (de qvibus in vita Autoris jam est dictum) novam a se editionem, *in Schediasmate contra Davidianos Theologico*, exhibitum iri pollicitus est M. Carolus Gottlobius Zeidlerus, Cygnæus, *in Historia Dav. Georgii*, Lipsiæ A. 1701. excusa, *c. 1.*, *§. 15.*, *p. 12. 13. 14.*, *& c. 2.*, *p. 37.*

INEDITA.

Bedencken über die, von den Suspecten Davidjoristen, den Fürstlichen Holsteinischen Commissarien übergebene Verantwortungsschrift (darinn sie ihre Unschuld, und warumb sie die Davidjoristische Lehre zu verschweren nicht schüldig, deduciren wollen), so dieselbe ausführlich wiederleget, an Hertzog Friderichen von Holstein A. 1642. gerichtet.

Glaubensbekäntniß, A. 1642. vor dieienige gestellet, so des David Joris seiner Ketzerey wegen verdächtig sind. Duo hæc Schediasmata (de qvorum historia Autoris vita itidem potest consuli), totidemqve præcedentia, ab Arnoldo edita, una cum Actis certaminis istius aliis, MSSta inter schedas meas asservo.

CHRISTIANUS MÖLLENHOF, Lubecensis, Christiani, Ecclesiastæ templi Burgensis, filius, M. Martio A. 1690. natus, in Acad. Jenensi ab A. 1711. commoratus, Doctorqve A. 1716. renunciatus artis, cujus praxi patriæ deinceps inserviit, Medicæ. V. D. Joh. Hadr. Sleevogtii *Programma* de vita illius, *Disput. inaugurali* A. 1716. præmissum, & J. H. a Seelen, istud secuti, *Partem III. Athen. Lubec. p. 378. 379. 380.*

Disp. Inaug. sistens ægrum Ictero calido laborantem, Præside D. Georg. Wolfg. Wedelio. Jenæ 1716. in 4.

M. HENRICUS MÖLLENHOF, Lubecensis, ex Academia Regiomontana, anno circiter 1642., ad officium in urbe Borussiæ Tilsensi avocatus Ecclesiasticum.

Disp. de Altaribus, Præside D. Joh. Botsacco (illius Autore) defensa. Dantisci 1632. in 4.

Disp. de Christi Salvatoris merito, pro omnibus & singulis hominibus præstito, Præside D. Cœlestino Mislenta. Regiomonti 1642. in 4.

M. ALBERTUS MOLLERUS, Hamburgensis, scholæ initio in patria publicæ Præceptor, & templi deinde ejusdem Nicolaitani Diaconus, d. 6. Jan. A. 1595. electus, sed, biennio post, d. 7. Sept. A. 1597., peste extinctus; Poeta Latinus elegans. V. de illo J. A. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 872.*

Carmina varia, sigillatim publicata; e qvibus ad manum jam sunt tria in obitum Henr. Lampadii, Presbyterii Brunsvicensis Senioris, Elegidia Græca & Latina, in Sylloge Epicediorum, Lampadii sacrorum memoriæ, Hamburgi A. 1590. *in 8.* impressa.

ARNOLDUS MÖLLERUS Senior, Pædagogus atqve Arithmeticus Lubecensis, A. 1581. festo ascensionis dominicæ natus, A. C. 1655., & ætatis 75. (cum loculum sibi, qvatuor jam ante obitum lustris, parari curasset funebrem), d. 14. Oct., denatus, & in æde Catharinæa, Epitaphium ejus, ob scripturam perqvam artificiosam a Conr. Hövelio (1.) commendatum, ostentante, sepultus. Symboli loco hæc verba usurpavit: *Deus adjutorium meum.* Senectutem ejus vegetam Joh. Ristius Tessaradecasticho, & Prædium Friedenhofense octosticho celebravit vernaculo (2.).

Teutsche Schullust und Zuchtbüchlein, in 2. Theilen, deren der erste Sprüche und Gebetlein, der ander aber eine Vermahnung eines Vatters an seinen Sohn, begreift: Mit einer Vorrede Georg. Stampelii, Lübeckischen Superintendenten. Lubecæ 1619. in 4.

Neu Kaufmannsrechenbuch, mit sichern Fundamenten, und mancherley nützlichen Exempeln, auf alle gemeine Kaufmannschaft, und tägliche vornehmste Handelsrechnungen, gerichtet, und samt einem nutzbahren Appendice, in 3. Büchern verfasset. Lubecæ A. 1623. 1630. 1639. & 1687. in 8.

Calendarium perpetuum, in Cantzelleyen, Schreibstuben, und allen Handtierungen, täglich zu gebrauchen. Lub. 1630. (*Catal. Nund.*)

Tugend-Wegweiser, und nützlich Vorschriftenbüchlein, mit welchem gründlich schreiben, kurtz briefstellen, und viel gutes, gelehret wird. Lub. 1630. in 8. (*Cat. Nund.*)

Schreibkunstspiegel, von mancherley schönen teutschen und frembder Sprachen nützlichen Schriften. Wobey zum Anhange ein absonderlicher Tugendreitzer, von Brieffen und Ehrentituln, Sinnbildern, und deren Auslegungen. Lub. 1630. 1644. & 1649. in 4. (*Catall. Nund.*). Qvatuor Joh. Ristii Epigrammata in hoc Speculum Encomiastica, in ejus Poetischem Schauplatze, *p. 53. 54. 55.*, leguntur.

Kunst- und nützlich Vorschriftenbüchlein, darinn die bey guten Schreibern und Handelsleuten gebräuchlichste Hauptschriften, mit ihren Fundamenten, sind begriffen, und in Kupfer gestochen. Lub. 1630. in 4. (*Catal. Nund.*)

Neue vielnutzbahre Rechenkunst, oder güldner Lehrschatz, aus der edlen Rechenkunst wahrem Grunde, auf allerley Gewerbe und Handlungen eingerichtet. Lub. 1646. & 1653. in 8.; it. von seinem Sohne, Arnold Möllern dem jüngern, vermehret und verbessert, Lub. 1666. 1675. & 1715. in 8. A. Joh. Ristio, *in Parnasso Teutonico p. 188.*, peculiari commendatur carmine.

Schreibstüblein, darinn manche nützliche teutsche, auch frembder Sprachen Schriften, mit den Fundamenten, güldenen Lehren, Handelsbrieffen, Ehrentituln, &c. Lub. 1649. in 8. (*Cat. Nund.*). Carmen Joh. Ristii de illo Encomiasticum V. im Poetischen Schauplatze *p. 34. 35.*

Rechens-Friedehof; scriptum peculiari itidem a Ristio, *in Parnasso Teutonico*, *p. 212. 213.*, laudatum carmine.

ARNOLDUS MÖLLERUS Junior, Lubecensis, Senioris, modo memorati, filius, Scholæ in patria trivialis Ludimagister, qvem parentis *Thesaurum Arithmeticum vernaculum*, a se auctum, recudi A. 1666. & 1675. curasse, jam est indicatum.

ARNOLDUS HENRICUS MOLLERUS, Lubecensis, d. 22. Nov. A. 1655. natus, J. U. D. & Practicus, ab A. 1686., Hamburgensis, Comes Palatinus A. 1694. & Consiliarius Cæsareus A. 1700. creatus, ac A. 1713. mortuus. V. J. H. a Seelen P. III. Athen. Lubec. p. 121-124.

(1.) im beglückten Lübeck *p. 172.* (2.) *in Parnasso Teutonico p. 296. & 211.*

Disp. Inaug. de S. Romano-Germanici Imperii summorum subalternorumqve Tribunalium Jurisdictione & concurrentia, Præside D. Joh. a Spina. Heidelbergæ 1681. in 4.

BARTHOLDUS MOLLERUS, (*Albertus* perperam vocatus in Progr. Rostochiensi de vita D. Joh. Cohtmanni, Theologi, funebri.) Hamburgensis, Lucæ vel Lütkenii, ex Catharina, Henrici Berndes gnata, filius (1.), cum Rostochii supremam Philosophiæ & primam Theologiæ lauream ante A. 1506. jam reportasset (2.), Philosophiæ Professorum ibidem adscriptus est ordini, & A. eodem 1506. (qvo LIII. creavit Baccalaureos (3.)) hujus Decanatu, A. 1505. autem, 1511. 1516. & 1519., Academiæ totius Rectoratu (4.), perfunctus. Relictis postea Philosophorum subselliis, cathedram occupavit Theologicam, &, Doctor creatus, Capellaniqve insuper sui dignitate ab Alberto ornatus, Duce Megapolitano (5.), sacram Ecclesiæ Romano-Catholicæ doctrinam auditoribus proposuit. Eidem, Rostochio Hamburgum A. 1526. revocatus, ædisqve Cathedralis Lector Theologus & Pastor, in D. Joh. Engelini locum, constitutus (6.), inhæsit, &, cum cæteris illius Hyperaspistis, adversus Steph. Kempium (suum olim Rostochii discipulum), Joh. Zegenhagium & Joh. Fritzium, primos Pastores Lutheranos, strenue, in sermonibus & prælectionibus sacris, Colloqviisqve privatis & publicis, majori tamen, qvam alii, uti Kempius & Synathletæ (ebriositatem ei nihilominus, in colloqvio coram Senatu A. 1527. publice habito, exprobrare aliqvoties (7.) haud veriti) agnoverunt, prudentia pariter atqve modestia, est patrocinatus. Cujus certaminis historiæ, supra (*p. 291. 292.*) in Steph. Kempii breviter delibatæ elogio, notitiam accuratiorem ejusdem Kempii *Historia Reformationis Ecclesiæ Hamburgensis Saxonica*, & scripta aliorum complura, istic allegata, suggerent. Ultima inter utramqve partem disputatio, in curia, publice A. 1528. est habita. In qva cum Pontificios Lutheranis succubuisse, qvinqve sacerdotes plebiscito urbe esse ejectos, & sacrorum Ecclesiæ Romanæ abrogationem decretam, noster doleret, nec tamen brachia contra torrentem posset dirigere, patria eodem anno 1528. (in cujus locum præcedens 1527. a Chytræo male substituitur) sponte relicta, Rostochium remigravit (8.). Illic professioni denuo admotus Theologicæ, & collegiatæ præterea D. Jacobi Ecclesiæ potitus Decanatu, *magnæ* (teste Chytræo (9.)) *auctoritatis & doctrinæ* vir *est habitus*, & M. Martio A. 1530., festo D. Gregorii, cum qvinta vice Academiæ fungeretur Rectoratu (10.), extinctus. Regimen Scholæ vicarium, ab obitu ejus, D. Nicol. Lowio est delatum, & integro ab hoc administratum qvinqvennio (11.). An sacris noster, ante mortem, valedixerit tandem Pontificiis, & Lutherana sit amplexus, qvod V. C., Sebast. Bacmeisterus, persvadere mihi voluit, cum Dav. Chytræus, Nicol. Grysius, & alii omnes, de religionis hac mutatione sileant, merito dubitatur. Confer de illo tum alios Scriptores jam allegatos, tum Herm. Hamelmannum, *Parte II. Historiæ Ecclesiasticæ Evangelii in Saxonia inferiore renati, Operibus* insertæ *Genealogico-Historicis*, in Reformationis Hamburgensis historia, *p. 945. 955-961. 964-966. 969. 973.*

Henr. Bogerus, Th. D. & Decanus Ecclesiæ Collegiatæ Jacobææ Rostochiensis, *in Etherologio*, sive Carminum (subinde βαρβαριζόντων) volumine, Rostochii A. 1506. *in 4.* excuso (cui Molleri ipsius Epigramma Phalæcium in illud encomiasticum est præmissum), *Distinct. XII., f. 212. 213. 214.*, peculiari eum celebravit Elegia. In qva eum & *Præstantem clarumqve virum face, docmate, vita*, salutavit, & hisce commendare metris perrexit:

Ille molam tollitqve freqvens, remolitqve farinam,
Unde viæ panis pinsitur Ecclesiæ.
Cujus conceptus radiali tramite fertur
In verum, affectus flectitur inqve bonum,
Effectusqve suo solet exultare vigore,
Tam solida bini remigis usus ope.

Regulat & laxum verbum & facundia carmen:
Vix ejus capies dulcius eloqvio.
Sic vitam instituit circumlibet optime olentem,
Qvatenus exemplet non sine fruge sacra.
Si documen qværas, jam physis acumina novit,
Eusebieqve studet, vatica callet item.

Cum præfationibus ab eo duo hæc scripta Alb. Krantzii, sui in Acad. Rostoch. Præceptoris (in cujus plura de iis attulimus Elogio), sunt edita propriis:

1. Spirantissimum Opusculum in officium Missæ. Rostochii A. 1506. in 4. Qvod Aub. Miræus (*P. I. Biblioth. Eccl. p. 278.*), & huic temere creduli Phil. Labbeus (*T. I. Diss. de Scriptt. Eccl. p. 25.*) ac Joh. Gotfr. Olearius (*in Abaco Patrologico p. 15.*), erronea numerorum metathesi, A. 1605. demum prodiisse perperam tradiderunt.
2. Culta & succincta Grammatica Latina, parvulis ingeniis admodum fructuosa. Rostochii A. 1506. in 4.

An ingenii etiam monumenta qvædam proprii vel juris fecerit publici, vel ἀνέκδοτα reliqverit, hactenus rescire mihi nondum licuit.

BARTHOLDUS MOLLERUS, Hamburgensis, d. 18. Nov. A. 1605. in lucem editus, Patre Vincentio Mollero III., J. U. D., patriæ Syndico, Ducisqve Holsatici Consiliario, matre autem Elisabetha, Bartholdi Beckmanni, Consulis, filia, est gavisus, fratresqve habuit Johannem, J. U. D. ac Syndicum Hamburgensem, & Vincentium VI., Regis Svedici Consiliarium, suis paulo post locis celebrandos. E patriæ Schola & Gymnasio in Academiam A. 1622. Lugduno-Batavam, & alias deinceps Germanicas, profectus, Themidos sacris felici vacavit successu, & Licentiati titulum Basileæ A. 1629. obtinuit. Germania hinc, Italia, Gallia, Anglia & Belgio, perlustratis, in patriam vix reverso A. 1630. Secretarii, A. 1635. Senatoris, & A. 1638. Prætoris, dignitates sunt collatæ, & legationes postea commissæ plurimæ, ob qvas A. 163.. in Angliam, A. 1640. in aulam Cæsaream & ad Comitia Ratisbonensia, A. 1643. ad Christianum V., Daniæ Principem, Electoresqve Moguntinum ac Coloniensem, bis deniqve in Daniam, & qvater in Bataviam, ipsi fuit abeundum. His summa dexteritate expeditis, Hieronymo Voglero, avunculo (qvi suas ipsi ædes, magnamqve bonorum partem, legaverat), in patriæ Consulatu, A. 1644. subrogatus, non minus, qvam iste, eximiis sibi eam devinxit meritis, & pietate, benignitate, modestia, comitate & affabilitate singulari, aliisqve virtutibus, cives ita conciliavit universos, ut nemo inveniretur, qvi non Patris patriæ elogium suo illi lubens destinaret suffragio. Qvorum judiciis etiam posteros hodienum suos adjicere calculos, e scripto patet Civium Hamburgensium adversus Senatum suum vernaculo (der Erbgesessenen Hamburgischen Bürgerschaft Specie facti und Verantwortung gegen den Raht, wegen Joh. Alldachs, Bancoschreibers, Verbrechens), in qvo, A. 1698. juris facto publici (12.), ipse, Hier. Voglerus & D. Broderus Pauli, cæteris Consulibus ævi recentioris præferuntur universis, vocanturqve tapfere hocherfahrne Regimentspersonen, und umb die Stadt theur meritirte Bürgermeister, die mit dem bürgerlichen Freyheitsstande, biß in ihr graues Alter und Grab, zu ihrem

ewigen

(1.) *V. Nova Lit. Germ., M. Jan. A. 1703., p. 38.* (2.) V. ejus *Præfat. Opusculi Krantziani de Missa.* (3.) V. Pet. Lindebergii *Lib. V. Chronici Rostoch. c. 7., p. 164.*, & Laur. Bodockil *Rosam Varniacam p. 7.* (4.) testibus Seb. Bacmeisteri ad me literis. (5.) V. *Nova Lit. Germ., M. Jan. A. 1703., p. 40.* (6.) V. Steph. Kempii *Historiam reformationis Hamburgensis*, & Dav. Chytræi *P. I. Chron. Sax., p. 626-630.* (7.) V. Kempium *l. c.* (*in J. Frid. Mayeri Hamburga Evangelica*) *p. 90. 96.* (8.) V. Kempium ac Chytræum *ll. cc.*, & Joh. Pomarii *Chron. Saxon. p. 583.* (9.) *l. c. p. 628.* (10.) V. Chytræum & Joh. Pomarium *ll. cc.*, Nicol. Grysii *Catalogum Rectorum Acad. Rostoch.*, *Joach. Slüteri Vitæ adjectum Saxonicæ*, *Programmata* duo Rostochiensia, Eilh. Lubini & Joh. Cohtmanni, Theologorum (qvi itidem Rectores obierunt), dicata exeqviis (in H. Wittenii *Decadibus memor. Theol. renov. p. 306. 747.*), & Reinh. Henr. Rollii *Diss. de Professoribus in Rectoratu Academico defunctis*, Rostochii A. 1709. editam. (11.) V. Nic. Grysii *Catal. cit.* (12.) *lit. H. 2. b.*

ewigen Nachruhme, wol zu frieden gewesen, und auf keine Gemsenjacht gehalten; nec multo post rühmliche und höchstgepriesene Staatsmänner, so die Mißhelligkeiten unter sich, und der erbgesessenen Bürgerschaft, nicht von aussenwerts, sondern in der Stadt Ringmauren, beyzulegen sich immer beflissen. Sicut autem non juris tantum ac rerum civilium, sed Historiæ etiam, Matheseos, Philosophiæ, & potiorum Europæ lingvarum, Kirstenio teste, peritia animum egregie excoluerat, & hanc, Bibliothecæ (qvæ, post obitum ejus, Cathedrali publicæ, a Canonicis empta, accessit) ope selectissimæ, qvotidie augebat, ita eruditorum, literasqve in patria docentium, patronus erat & fautor plane eximius. Parochia Michaelitana ejus in ædem suam sacram, noviter extructam (cujus ipse, d. 26. Apr. A. 1649., lapidem primum, non sine pompa insigni (1.), collocavit ἀκρογωνιαῖον), merita honorifica hac remunerata est Epigraphe, imagini ejus, qvæ in templo isto spectatur, subjecta eburneæ:

Bartholdus Mollerus hic est, Consulqve Paterqve
Hamburgi, & templi prima columna novi.

Cum nullos ex Elisabetha conjuge, Alberti ab Eitzen, J. U. L. & Consulis, filia, A. 1630. ducta, sustulisset liberos, ut orbitatem hanc solaretur, Joh. Christoph. Meurerum, Syndici Hamburgensis, ei cognominis (*supra celebrati*), e sorore sua filium, adoptavit, & sollicite curavit educari. Mortis istius, Argentinæ A. 1666. extincti, valde turbatus nuncio, haud diu illi fuit superstes, sed seqventi 1667., ac ætatis 62., Ordinis jam Consularis Senior, d. 7. Apr., ipsoqve paschatis festo, hydrope expiravit. Effigies ejus in nummo superest, memoriæ ipsius a patria, teste Rud. Capelli *Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani*, consecrato.

Fusius illum celebrat D. Mich. Kirstenii, Prof. Hamb., Λόγος ἐπιτάφιος, sive *Programma funebre*, cum Epicedio, Hamburgi A. 1667. *in fol.* excusum, & A. 1710., *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 249-261.*, recusum, Germanice vero a Georgio Nicolai, interprete, ibidem A. 1675. *in 8.* editum. Qvocum conferri possunt Ad. Trasigeri Jun. *Series Senatus Hamburg. Chronologica, ad A. 1635.*, *p. 48.*, Casp. Barlæi *ad eum Elegidion*, *P. II. Poem.*, *Lib. III. Eleg.*, *p. 253. 254.*, obvium, Joach. Henningii, Conrect. Hamb., *in obitum ipsius Elegia*, Nic. Scribonii *Lib. IV. Lusuum Anagr. Gottorp. p. 102.*, & *Nova literaria Germanica, M. Jan. A. 1703.*, *p. 38. 39. 40.*

ELOGIA.

Casp. Barlæo (*l. c.*) *Vir* audit *magnus, & patriæ Nestor.*

Mich. Kirstenius, in Λόγῳ Ἐπιταφίῳ, ita de illo: *Vixit Phœnix prudentium virorum, publici consilii princeps, tutor reipublicæ, Musarum dux & vindex, omnibus ipse disciplinis præditus, Periclesqve fere Hamburgensium, &, qvæ civilium bonorum summa est, Patriæ pater, adeoqve lumen & decus incomparabile, de cujus laudibus omnium est fama consentiens. - - Longe majoribus negotiis, & ad regni alicujus fortasse, par fuisset, si eo fuisset perductus. Sed apud nos majora non fuere.*

Georg. Haccio (im Michaelischen Eintritt *p. 38.*) audit ein rechter Salomo, und beliebter Mann bey der gantzen Gemeine.

Joach. Henningio (*in Elegia funebri*) *Vir nobilitate generis, doctrina & prudentia prope divina, rerum feliciter actarum gloria excellenti, summisqve in patriam meritis, incomparabilis,* &

Ille pater patriæ, qvo vix præstantior alter
Ante fuit Consul, postqve futurus erit.

SCRIPTUM UNICUM.

Disp. Inaug. de Cessione bonorum. Basileæ 1629. in 4.

BARTHOLOMÆUS MOLLERUS, Astrologus Lubecensis, qvi Calendaria, sub initium Seculi XVII., in annos singulos, Lubecæ *in 4.*, publicavit Germanica. Vixit A. 1604.

CHRISTIANUS MOLLERUS, Hamburgensis.

Tabula Chorographica territorii Hamburgensis, sive provinciarum & insularum, Hamburgum adjacentium. Hamburgi 1683. in f. pat.

(Diversus ab hoc, ni fallor, est Christ. Mollerus, cujus Delineatio nova, sive Mappa Hydrographica Albis fluvii, Amstelodami, typis Gvilh. Blauwii, A. 1628. excusa, a Mich. Hertzio, *P. I. Biblioth. German.*, *lit. E. 2. a.*, laudatur.)

DANIEL MOLLERUS, Lubecensis, Med. Doctor in Academia A. 1610. creatus Julia, in Poliatri urbis patriæ officio D. Jacobo Martini A. 1627. subrogatus, sed, biennio vix elapso, d. 24. Jan. A. C. 1629., & ætatis 47., defunctus. V. *Epicedia*, & D. Pauli Neucrantzii *Orat. parentalem, D. Joh. Henr. Meibomio* (Successori ejus) *habitam*.

Disp. Inaug. de Peripnevmonia, Præside D. Franc. Parcovio. Helmstadii 1610. in 4.

FRANCISCUS MOLLERUS, Flensburgensis, Olai, Pastoris Nicolaitani, (*infra celebrandi*) filius, natus d. 17. Aug. A. 1667., Diaconus patriæ Johanneus d. 2. Jun. A. 1699., & dein Marianus d. 29. Aug A. 1707., Pastor vero M. Dec. A. 1720. electus, tandem etiam A. 1724. Præpositus Regius a Monarcha Danico, Friderico IV. constitutus.

SCRIPTUM.

Erster Theil der Belehrung, so vom Königl. Consistorio zu Flensburg H. Ottoni Lorenzen Strandinger, über die von ihm bestrittene Lehr-Puncten, A. 1707. gegeben worden, worinn die Lehre von der Kinder-Taufe erwiesen und verthädiget wird; aufgesetzt von F. M. Flensb. 1718. in 8. Relationem & judicium de hoc scripto V. in Ott. Laur. Strandingeri Briefe an Joh. Trellund (ed. A. 1720.) *p. 8.*

GEORGIUS MÖLLERUS (Georgii, J. U. D., filius), Hamburgensis, J. U. L., Georgii Wilhelmi, Ducis Brunsvico-Cellensis, Consiliarius intimus, & Wedemanni, aulæ Sverinensis Cancellarii, gener; elegantis doctrinæ JCtus.

Disp. de jure Statuum Imperii circa sacra, Præside D. Joh. Frid. Rhetio. Francofurti ad Viadrum 1675. in 4. Recusa *in Volumine XI. Disputationum, a nobilissimis qvibusdam juvenibus elaboratarum, & sub Rhetii defensarum præsidio*, ibidem A. 1678. in 4.

Or. Panegyrica de rebus gestis Friderici Wilhelmi, Elect. Brandeburgici; ibid. 1676. in fol.

Marchia exultans, in reditum Friderici, Electoratus Brandeb. hæredis; ibid. 1676. in fol.

Votiva Acclamatio augusto nomini Friderici, in Electoratum Brandeb. successoris. Ibid. in fol.

Virtus aqvilina, seu Acclamatio votiva civitatis Hamburgensis in Consulatum Henr. Meureri, J. U. L., Inscriptione expressa. Hamburgi 1679. in fol.

Venus aqvilina, seu Inscriptio in nuptias Barth. Phil. Meureri, J. U. D. & Canonici Hamburgensis, Hamb. 1679. in fol. Non minus, qvam præcedens, arguta est & elegans.

(1.) Pompæ istius descriptionem V. in M. Hier. Pasmanni Hamburgischem Denckmahle, *p. 94-99.*

GEORGIUS MÖLLERUS, Tabacopola & Ludimagister deinde Hamburgensis, cum domestica A. 1686. pietatis cœpisset instituere Collegia, & Frid. Breclingii *Evangelium æternum*, Hamburgi recusum, in vulgus spargere, objurgatusqve a Presbyteris nonnullis, cœtus (in qvibus symbola etiam Eucharistica distribuebantur) nihilominus continuasset privatos, ac Joh. Henr. Horbii insuper, istis exosi, in scripto mox memorando, A. 1694. suscepisset patrocinium, eorundem postulatu in vincula a Magistratu, M. Mart. A. 1694., conjectus, & paulo post urbe ejectus, Fridricopolin nostram exilii locum elegit. V. *Diarium Hamburgense Controversiæ Horbianæ vernaculum, ad d. 13. Febr. & 12. Mart. A. 1694.*, Presbyterii Hamburgensis & Joh. Wincleri, Past. Michaelitani (ipsius patroni), Scripta Eristica contraria, eodem anno edita, Dav. Sculteti *Innocentiam Theologorum Hamburgensium, Sect. X., p. 188-193.*, & Frid. Breclingii *Catalogum testium veritatis (Tomo IV. Hist. Eccl.* Gottr. Arnoldi insertum), *num. 150., p. 776.*

Christliche treuhertzige Erinnerung von der Beschaffenheit des wahren und falschen Glaubens; auch Anrede an die beyden Oberstände der Stadt Hamburg, und Warnung vor denen wegen der Sünden bevorstehenden Gerichten GOttes. A. 1694. in 4. A Senatu Hamb. vendi est prohibita.

Confessio fidei, ab eo, cum Fridricopoli exularet, edita. V. Breclingium *l.c.* Prodiit Hamburgi A. 1695. in 8., sub hoc titulo: Allgemeine Christliche Glaubens-Bekäntniß, in 6. Artickeln, im Gefängniß geschrieben.

HARTWIGUS JOHANNES MOLLERUS, Hamburgensis, Hieronymi Hartwigi Molleri, J. U. Licentiati & Consulis, filius, J. U. Doctor, in patria, ab A. 1717., Collegii XVvirorum Secretarius.

Disp. Inaug. de Venditione rescindenda. Trajecti ad Rhenum 1705. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 20.*

HENRICUS MOLLERUS, Hamburgi, patre Joachimo Seniore, Senatore eximio, d. 12. Apr. A. 1530. natus, Phil. Melanchtonem (hospitem suum), ejusqve Collegas, studiorum, in Academia Witebergensi, duces habuit, & progressus in iis, Theologico præsertim, lingvarumqve Hebrææ ac cæterarum Orientalium, brevi fecit invidendos. Magistri his in eadem initio gradum, & (circa A. 1556.) publice extra ordinem docendi potestatem, deinde vero A. 1560. Professionem Hebræam, & tandem, cum Decanatu ante Philosophico A. 1562., &, triennio post, A. 1565., Rectoratu Academico (secunda etiam vice A. 1573. ipsi commisso), esset functus, Notariumqve Theologorum Electoralium A. 1568. in Colloqvio egisset Altenburgensi, A. 1570. Theologicam, una cum Doctoris titulo, per Georg. Majorem d. 11. Maji collato, promeruit. Competitores hujus, simulqve in ordine Theologico Collegas, habuit Casp. Crucigerum Jun., Frid. Widebramum & Christoph. Pezelium, qvi secum, Phil. Melanchtonis, Præceptoris, in partes Reformatorum ultimis vitæ pronioris temporibus, exemplo, a Lutheri doctrina, in articulis præsertim de persona Christi & Eucharistia, recesserant, & dogmata Calviniana contraria Witebergæ, Politicorum atqve Theologorum aulicorum Dresdensium consensu freti ac patrocinio, voce pariter atqve scriptis, callide juventuti inculcabant & propagabant. De qvo illorum Crypto-Calvinismo cum Augustus, Saxoniæ Elector, e scriptis adversariorum γνησίως Lutheranorum contrariis, certior esset redditus, ipsos pariter atqve Lipsienses Theologos, cæterosqve Ecclesiarum suarum antistites, in Synodo Dresdensi, d. 10. Oct. A. 1571., suam de S. Cœna, articulisqve affinibus controversis, sententiam, verbo Dei Lutheriqve doctrinæ congruam, perspicue atqve categorice jussit profiteri. Conscripta illic est hoc fine a Witebergensibus, cæterisqve obtrusa, ac Witebergæ A. 1572. edita, *Repetitio Orthodoxæ confessionis Ecclesiarum Electoris Saxoniæ de SS. Cœna Domini, & Christi persona, incarnatione, majestate, &c.*, phrasibus ambiguis lectoribus imponens, & sua atqve Reformatorum dogmata pallians, sed a Theologis paulo post refutata Jenensibus. Qvæ fraus ipsorum, Witebergæ, post reditum, Calvinismi in Ecclesiis Saxonicis incrementa, cum Casp. Peucero, Prof. Medico, ulterius promovere haud veritorum, cum Augusto Electori, tum ex Epistolis eorum αὐτογράφοις, in manus suas delatis, tum aliunde, innotuisset, Mollerus ab eo & Collegæ, una cum Lipsiensibus, cæterisqve Ecclesiarum Præsulibus, Torgam A. 1574., ad Synodum novam, sunt evocati. In qva, cum ipsi fere soli, mense Majo, Confessionem de S. Cœna Torgensem, Reformatis perspicue & e diametro oppositam, ac a reliqvis jam approbatam, Crypto-Calvinismi, primum dissimulati, e literis convicti propriis, suis ratam habere detrectassent chirographis, custodiæ initio arctiori Torgæ ac Lipsiæ, & deinde, cum, M. Julio, mente mutata, sed certis tamen conditionibus, subscriptionem ferme enervantibus, Electore ignaro, additis, hæc illi adjecissent, ac literis insuper singuli, manu scriptis propria, juramentoqve confirmatis, se, absqve Augusti consensu, nec aliorsum esse discessuros, nec qvicqvam posthac edituros, promisissent, laxiori Witebergæ, in suis traditi ædibus. Ex hac Mollerus, incertum an impetrata venia, M. Aug. A. 1574., in civitatem patriam remigravit Hamburgensem, & in illa, artis, qvam itidem callebat, Medicæ praxi intentus, recusatis, qvæ offerebantur, professionibus Acad. Juliæ Hebræo-Philologica, ac Lugduno-Batavæ Theologica, donec Apoplexiæ sexagenarius, d. 26. Nov. A. 1589., succumberet, vitam exegit reliqvam. Superstites ei, cum Margareta vidua, præter liberos, fuerunt, alios, Johannes filius, Med. Doctor, & Margareta filia, Joach. Claenio, J. U. Lic. & Consuli Hamburgensi, elocata. Fusius qvæ ad Viri doctissimi, & inter Exegetas Biblicos, lingvæqve Hebrææ doctores coævos, vix cuiqvam secundi, vitæ, scriptorum (e qvibus Commentarii in Psalmos, Esaiam, Hoseam & Malachiam, eximii applausum meruere publicum) & fatorum, spectant historiam, a nemine hactenus accurate descriptam, additis aliorum de illo judiciis, e Scriptoribus variis, Tomo operis hujus exponentur ultimo. Consuli interim paucula possunt, de illo in Joh. Gvilh. Stuckii *Epistola Commentarii ejus in Esaiam Dedicatoria*, Pauli Freheri *Theatro Erud. p. 272. 273.*, Rich. Simonis *Historia Critica V. T., Lib. III., c. 14., p. 491.*, Ant. Teiserii *Addit. ad Elogia eruditorum Thuanea Gallicis, T. II., p. 119. 120. Ed. secundæ*, Joh. Franc. Buddæi *T. III. Lexici Historici p. 537.*, Theod. Anckelmanni (Epitaphii in æde Cathedrali Hamburgensis exhibentis Epigraphen) *Inscriptionibus Hamburgensibus, n. 8.*, & *Homonymoscopiæ* mea *Sect. II., c. 7., §. 86., p. 703.*, jam commemorata. Addantur qvi Theologorum Saxoniæ & Witebergæ Crypto-Calvinianorum fusius sunt persecuti historiam, e Lutheranis Conr. Schlüsselburgius, *passim Lib. III. & IV. Theol. Calvinisticæ*, Leonh. Hutterus *in Concordia concorde, cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*, Luc. Osiander *Cent. XVI. Hist. Eccl. p. 846. & seqq.*, Joh. Frimelius, Diac. Witeb., *in Witeberga a Calvinismo graviter vexata*, scripto Germanico, Witebergæ A. 1646. edito, & Gotfr. Arnoldus *T. II. Hist. Eccl., Lib. 16., c. 32., p. 389-395.*; e Reformatis autem Rud. Hospinianus *in Concordia discorde, c. 7.*, & Joh. Hornbeckius *in Summa Controvv., Lib. IX., p. 653-657.*

HERMANNUS MOLLERUS, Typographus Hamburgensis.

D. Casp. Melissandri Libellus de Conjugio (Ehbüchlein), e lingva Misnica in Saxonicam translatus; cum præfat. de lingvæ Saxonicæ præstantia. Hamburgi 1600. in 8.

Similis Versio Libelli precum D. Joh. Avenarii Saxonica, qvam editam a se esse, in præfatione præcedentis, retulit, plures simul pollicitus alias.

HERMANNUS MOLLERUS, sive (uti a Dorscheo vocatur) MYLIUS, a Gnadenfeld, Hamburgensis, titulo Licentiati utriusqve Juris (cui, ab A. 1625., Rostochii, Argentinæ & Tubingæ, vacaverat) A. 1632. Basileæ reportato,

to, Galliam, Italiam, Angliam, Belgium, Daniam, Poloniam & Germaniam, per annos complures, aliqvot itineribus peragravit literariis. A. 1643. Johannis Christiani, Ducis Holsato-Sünderburgici, &, qvadriennio post, A. 1647., Antonii Güntheri, Comitis Oldenburgici, factus Consiliarius, in hujus aula, uxore anno seqventi ducta Anna Hamborgia, postmodum, qvamvis Ferdinando III., Imperatori (Comitiva palatina ipsius remunerato ministeria), & Friderico III., Regi Danico, itidem esset a consiliis, substitit, Judicisqve ab eo provincialis Kniphusani deinceps auctus est dignitate, & ad Cæsarem, Regem Daniæ, Comitiaqve Imperii Germanici, sæpe ablegatus. V. M. Joh. Adolphi Fabricii, Ecclesiastæ Hamburgensis, *Phaleucos* de vita ejus *nuptiales*, Hamburgi A. 1648. excusos, & D. Joh. Georg. Dorschei (eruditionem ipsius, prudentiam civilem, dotesqve & virtutes alias eximias, fuse celebrantis (*Epistolam dedicatoriam Sylloges Miscellaneorum Historico-Theologicorum Semestris*, A. 1656. ei inscriptæ, ac Rostochii A. 1669. *in 4.* impressæ.

Disp. Inaug. de Cessione bonorum. Basileæ 1632. in 4. Recusa *in Volumine Disputt. Jurid. Basileensium octavo*, ibidem A. 1658. *in 4.* edito, *num. 32.*

HIERONYMUS HARTWIGUS MOLLERUS, Hamburgensis, Johannis, J. U. D. & Syndici urbani (*de qvo infra dicetur*), e Cæcilia, Hartwigi a Spreckelsen gnata, filius, Prid. Id. Jul. A. 1641. natus, e schola patria & Gymnasio Bremensi A. 1662. Heidelbergam, & inde Argentinam, abiit, graduqve Licentiati Juridico A. 1665. Heidelbergæ impetrato, & Germania, Italia, Gallia, Britannia Belgioqve, lustratis, in patriam A. 1669. rediit. In hac Judicii inferioris Actuarius A. 1677., Senator d. 2. Maji A. 1682., &, post reditum e legatione in aulas Brandeburgicam ac Cæsaream (A. 1685. ipsi commissa) Præfecturæ Ritzbüttelanæ gubernator A. 1688., electus, tandemqve d. 10. Mart. A. 1697. Joh. Schultzio in Consulatu datus successor, phtisi hectica d. 6. Dec. A. C. 1702., & ætatis 62., qvinqve filiis (& hos inter Hartwigo Johanne, J. U. Doctore) duabusqve puellis, e conjuge Anna Margareta, Joh. Schmidii, templi Petrini curatoris, filia, A. 1673. ducta, & A. 1691. amissa, susceptis, expiravit. V. Joh. Alb. Fabricii (a qvo *Antistes & Nestor reip. Hamburg. spectatæ probitatis, insignis prudentiæ, & magnæ virtutis dexteritatisqve*, vocatur) *Programma* de illo *funebre*, A. 1702. editum, & A. 1710., *Parte I. Memoriarum Hamburgensium, p. 360-369.*, recusum, *Nova Literaria Germanica* (præter vitæ historiam, Genealogicam familiæ ejus tabulam, nummiqve funebris iconem, exhibentia), *M. Jan. A. 1703., p. 37-40.*, ac *M. Sept. p. 360.*, & P. A. Lehmanni *Observationes Historicas anni 1702. Germanicas, num. 51., p. 406. 407.*

Disp. Inaug. de Jure Retentionis. Heidelbergæ 1665. in 4.

JOACHIMUS MOLLERUS Junior, Hamburgi d. 25. Sept. A. 1521. natus (1.), patrem habuit Joachimum Seniorem, Senatorem urbanum, magnumqve eruditorum Evergetam, d. 7. Oct. A. 1558. mortuum (2.), fratres vero Eberhardum, patriæ Consulem, laudes Dav. Chytræi & Abr. Bucholzeri meritum publicas, & eodem, qvo ipse, anno 1588. extinctum, Henricum, Professorem Acad. Witeb. Theologum, Johannem, J. U. D., & Præfectum in Holsatia Reinbeccensem, ac Theodorum, J. U. D. morte immatura Patavii A. 1563. defunctum, suis singulos locis, vel jam celebratos, vel deinceps celebrandos. Juris literarumqve elegantiorum studiis operam in Schola dedit Witebergensi, tantiqve, ob indolis præstantiam, a Phil. Melanchtone est factus, ut 25. annorum juveni *Collationem actionum forensium, Atticarum & Romanarum*, A. 1546. inscripserit, ac postea freqventibus amorem suum ei testatus sit Epistolis. Witeberga in alias Germaniæ, & regionum exterarum (3.), concessit Academias, &, cum, supremis juris ornatus honoribus, domum rediisset, Ernesto, aliisqve Ducibus Brunsvico-Lüneburgicis, deinceps fuit a consiliis. Jussu illorum multas obiit legationes, &, has inter, M. Nov. A. 1554., Mœno-Francofurtanam, in qva Conventui omnium Germaniæ Circulorum, Saxonici inferioris nomine, cum D. Joh. Drautenbullio & Matthia Ludenio, collegis, interfuit (4.). Bardovici tandem (qvo in oppido Canonicorum Collegii simul hactenus egerat Præpositum), M. Augusto A. C. 1588., & ætatis 67., mortuus (5.), Wilhelmo filio, qvem ex Anna Clammeria, uxore, sustulerat, prædia sua, Rhetemense, Drakenburgense & Heiligenthalense, jure possidenda reliqvit hæreditario. JCtus fuit pariter atqve Historicus insignis, &, licet scriptis inclarescere noluerit propriis, Krantzianæ tamen *Metropoleos* editione Cimbriam & Saxoniam universam, omnesqve historiæ Germanicæ cultores, sibi obstrinxit. Conr. Rittershusio (6.) *Vir* audit *bonus, eruditus, & veritatis cœlestis amans*, ac a Casp. Conrado (7.) hoc celebratur disticho:

Historiæ & juris me notio magna Dynastis
Junxit, & æternum fecit habere decus.

Lucæ Lossio (*in Lüneburga Saxoniæ p. 16.*) *Magnum* audit *decus in aula Lüneburgica, & patriæ gloria clara suæ*; nec non (*ibid. p. 187. 188.*, in Epigrammate in prædium ejus Heilgenthalense) *Præstans Doctor, gloria clara,*

Principibus terræ spes, qvi sapientibus aulam
Consiliis, terram, sanctis, legesqve gubernat.

Insigne ejusdem encomium invenies in Eberh. Twestrengii Senioris *Elegia gratulatoria ad Eberh. Mollerum*, *Tomo VI. Script. publ. Witeb.*, *f. Qq. 2. b.*

Phil. Melanchtonis XLVI. ad eum Epistolæ a Casp. Peucero, *in Libello Epistolarum illius altero*, Witebergæ A. 1574. *in 8.* edito, *p. 485-536.*, sunt publicatæ, &, in editione Melanchtonianarum omnium Londinensi, A. 1642. *in fol.* impressa, *Libro II., num. 515-561.*, recusæ. Conferri de illo, præter Autores jam laudatos, possunt Josiæ Simleri *Bibliotheca p. 332.*, & Joh. Jac. Frisii *editio hujus auctior p. 395.*

Declamatio de exemplo emendati Latronis, gloriam Christi in cruce propugnantis, in Acad. Witeb. recitata. A. 1540. in 8. Recusa est *Tomo I. Orationum Witebergensium, ductu Melanchtonis habitarum, p. 87-105. editionis Argentinæ A. 1559., & p. 76-91.* alterius, ibidem A. 1569. *in 8.* publicatæ.

Alb. Krantzii, Decani Hamburgensis, Metropolis, seu Historia Ecclesiastica, in qva Autor docet, qvomodo, inde usqve a Carolo M., religio Christiana primum in Saxoniam invecta, & propagata, & optimo consilio piissimorum Principum XII. Episcopi constituti sint, qvorum vitas, mores, studia & facta, usqve ad hæc tempora, diligenter describit, & simul aliarum nationum, Regum & Principum, res gestas copiose recenset; it. Ejusdem Confutatio Legendæ fabulosæ de Benedicto V., Papa, martyrio coronato Hamburgi, cum multis aliis Principibus, Episcopis ac nobilibus, & de reliqviis Martyrum in Ebbekstorf, monasterio Virginum Ord. Bened., sito inter Lüneburgum & Brunsvicum, vera Historia; nunc primum a Joach. Mollero, cum præfatione ad Christianum III., Regem Daniæ, & Indice, edita. Basileæ,

(1.) V. Abr. Bucholzeri *Indicem Chronologicum*, Joh. Gvaltheri (sive Jani Gruteri) *Libri II. Chronici Chronicorum*, El. Reusneri *Append. Isagoges Historicæ p. 657.*, Casp. Conradi *Millenarium II. Prosopographiæ Melicæ p. 130.*, & Val. Beieri *Calendarium Historicum*. (2.) V. Casp. Crucigeri, Joh. Majoris & Joh. Caselii, in obitum ejus Epicedia, Witebergæ A. 1559. *in 4.* excusa, Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. p. 26.*, & Bucholzerum, Gvaltherum ac Reusnerum, *ll. cc.* (3.) Joh. Stigelii Propempticon, Joach. Mollero, Poetæ, in Italiam eunti, scriptum, *Parte II. Poematum illius, fol. 404. b.*, legitur. (4.) V. Joh. Phil. Dattii *Volumen de Pace Imperii publica, Lib. I., c. 21., p. 153.* (5.) V. *Autores num. 1. citatos.* (6.) *in Ep. Dedic. Güntheri Ligurini, Tubingæ A. 1598. in 8. a se editi.* (7.) *loco num. 1. citato.*

apud Joh. Oporinum, A. 1548. & 1568. in fol. In præfatione, A. 1547. scripta, de utilitate & præstantia Historiarum, Evangelii in Germania, & imprimis apud Hamburgenses, annunciatione, vitaqve & scriptis Krantzii, differit, &, hanc ejus Metropolin, e Codice, qvi extabat, MSto unico, eodemqve Autoris αὐτογράφῳ, parenti suo ab Henr. Bucholzio, Episcopo Lubecensi, legato, Melanchtonis hortatu, a se esse editam, significat. Plura de illa, & Editionibus Mollerianas secutis, in Krantzii afferentur Elogio, & *P. I. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 23., p. 103. 104. 105.*, jam sunt allata.

JOHANNES MOLLERUS, Hamburgensis, Lucæ, sive Lütkenii, e Catharina, Henrici Berndes gnata, filius, Bartholdiqve, Doctoris Theologi (*supra celebrati*), ac Vincentii, patriæ Senatoris, germanus, J. U. Doctor, ædis D. Mariæ Magdalenæ Hamburgensis fuit Gvardianus, & A. 1527. Disputationis inter Pontificios & Lutheranos solennis arbiter a Senatu electus est honorarius. Post qvam licet illi his cedere cogerentur, avitæ tamen ipse religionis fuit tenacissimus, Historiamqve istius in patria abrogatæ ἀνέκδοτον Saxonico indignabundus scripsit idiomate, cujus, sub titulo der Geschichte van der Reformation der Religion in Hamborg, a Matth. Slutero (in Tr. von den Erben in Hamburg, *P. III., Tit. II., p. 599. 600.*) allegatæ, editionem Joh. Alb. Fabricius, *in Voluminis Memoriarum Hamburgensium secundi*, pollicitus est, *proœmio*. V. de illo, A. 1531. superstite, Steph. Kempii *Historiam Reformationis Hamburgensis*, in Joh. Frid. Mayeri *Hamburga Evangelica* editam, *p. 78. 85.*, Joh. Alb. Fabricii *Programma de Vita Hier. Hartw. Molleri, Consulis, p. 3. 4.*, *Nova literaria Germanica, M. Jan. A. 1703., p. 38. 40.*, & *Homonymoscopiæ nostræ Appendicem p. 940. 941.*

JOHANNES MOLLERUS, Hamburgensis, Eberh. Molleri, Consulis, e Gesa, Vinc. Molleri, Senatoris, gnata, filius, Vincentii autem, Consulari, ad A. usqve emortualem 1621., dignitate functi, germanus, J. U. D. & Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, atqve ad exteros sæpe Principes legatus, d. 28. Junii A. 1613., filiis tribus, Eberhardo, Garlevo & Vincentio, e conjuge priori Elisabetha Langenbeckia, unicoqve Georgio e posteriori, Cæcilia Schröteringia, susceptis, expiravit. V. Epigraphen Epitaphii, in æde ipsi Hamburgensi Nicolaitana erecti, in Theod. Anckelmanni *Inscriptionibus Hamburgensibus, num. 71., p. 26.*, obviam (in qva, *sedulam, per omnem ætatem, studiis navando operam, insigne præstantissimi JCti, & eximii Historici, nomen jure sibi vindicasse* perhibetur), & *Appendicem Homonymoscopiæ nostræ p. 943.*

Oratio de Bello Harmocratis Syracusani, ad Thucydidis librum qvartum, Argentinæ recitata, *Tomoqve II. Orationum Argentinensium, ductu Melch. Junii habitarum*, & Argentinæ A. 1620. *in 8.* excusarum, *p. 4-7.*, inserta.

Herm. Röveri, Protonotarii Hamburgensis, Catalogus Senatorum Hamburgensium, ad A. usqve 1534., Germanicus, ab ipso ad A. 1610. continuatus, qvi MS. superest in Bibliotheca urbis Hamburgensis publica. V. *P. IV. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 12., p. 547.*

JOHANNES MOLLERUS, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. exhibens aliqvot positiones Juris controversas. Basileæ 1635. in 4.

JOHANNES MOLLERUS, Hamburgensis, Vincentii Molleri III., Syndici, ex Elisabetha, Bartholdi Becmanni, Consulis, gnata, filius, Bartholdi autem Molleri, Consulis, & Vincentii VI., Consiliarii ac Legati in Germania Svecici, frater, Basileæ J. U. Doctor creatus, causarum initio (circa A. 1645.) patronum Hamburgi egit forensium, & Duci simul Megapolitano fuit a consiliis (1.). Tertius hinc A. 1654. patriæ Syndicus, & primus qvidem omnium (2.). est electus, & ad Conventum, de pace inter Svecos ac urbem Bremensem componenda sollicitum, eodem mox anno ablegatus (3.), nec multo post Syndici etiam sui titulo ab urbibus ornatus Hanseaticis (4.), geminoqve hoc officio, ad A. usqve 1672., cujus dies 19. Junii emortualis ipsi fuit, perfunctus. E liberis qvinqve, in duplici cum Catharina ab Holten, A. 1635. ducta, & Cæcilia a Spreckelsen, A. 1640. huic subrogata, conjugio progenitis (5.), Elisabetha Catharina, prioris filia, Joh. Henrico, Baroni ab Edelkamp, Legato Electoris Moguntini in Saxonia inferiori ordinario, nupsit, Hieronymus Hartwigus autem, posterioris filius, (*de qvo supra jam egimus*), ad urbis patriæ evectus est consulatum. V. de illo, præter jam allegatos, Joach. Henningii, Conrectoris Hamburgensis, *Consolationem ad eum, cum fratres duos, solus superstes, efferri curaret, scriptam*, Hamburgiqve A. 1669. *in fol.* excusam, & *Homonymoscopiæ nostræ Appendicem p. 949. 950.*

Disp. Jurid. Inaug. de Legitima. Basileæ in 4. (*O. Sp.*)

JOHANNES MOLLERUS, Operis hujus Autor, primam in civitate Flensburgensi, d. 27. Febr. A. 1661., lucem aspexit, Patre natus Olao Mollero, Frörupensi, Parochiæ Nicolaitanæ tunc Diacono, & deinceps Pastore, Viro, ob pietatem non minus haud fucatam, qvam doctrinam insignem, bonis omnibus carissimo, & paulo post fusius celebrando, matre autem Christina Breclingia, M. Joh. Breclingii, Parochi in agro vicino Handewittensis, eruditi itidem atqve religiosi (*de qvo supra p. 67. 68. dictum*), filia, virtutibus sui sexus ornatissima. Literarum rudimentis, domi primum ab ipso parente, & deinde, ab A. 1669., per scholæ patriæ imbutus Præceptores, πάρεργον horum, vix duodecennis, solumqve naturæ ductum, nulla aliorum χειραγωγία prævia, secutus, Historiam elegit literariam, studioqve privato & præcoci Analecta varia de omnis generis Scriptoribus, antiqvis pariter atqve recentioribus, jam tunc, e libris Bibliothecæ paternæ, sedulo congerere cœpit puerilia. Qvindecim natus annos, in vicinam, A. 1676., M. Majo, Academiam abiit Kiloniensem, & in studiis Philosophicis atqve elegantioribus Dan. Georg. Morhofium, in sacris autem Christ. Kortholtum & Christoph. Franckium, præ aliis, spatio, Hodegos habuit, annuo. Eadem deinceps in Lipsiensi, qvam M. Apr. A. 1678. adiit, mense vero Septembri A. 1679., cæteris Saxoniæ ac Thuringiæ breviori jam ante lustratis itinere, reliqvit, domumqve reversus in civitatibus patria, Hamburgensiqve (ab A. 1681.) & Hafniensi (ab A. 1684.), domesticæ licet aliorum simul vacans institutioni, privata haud infeliciter continuavit diligentia, & apparatum, *Cimbriæ* huic *literatæ*, aliisqve, qvæ jam tunc meditabatur, scriptis Historicis, necessarium, e singularum urbium Bibliothecis publicis ac privatis, diversisqve Bibliopoliis, labore excussis improbo, horis in futuros usus conqvisivit succisivis. A muneribus, qvibus parentes ipsum destinaverant, Ecclesiasticis, cum naturæ, ad studia pronioris elegantiora, instinctu, tum alias ob causas, alienior, his aliqvoties recusatis, Scholæ se, amicis licet Hafniensibus aulicis dissvadentibus, mancipavit patriæ, Flenopolinqve revocatus, locum inter Præceptores ejus qvintum & infimum d. 8. Maji A. 1685., qvartum d. 25. Aug. A. 1687., secundum, sive Conrectoris spartam, d. 14. Mart. A. 1690., & primum tandem, ad Rectoris evectus officium, d. 12. Aug. A. 1701., obtinuit. Muneribus his urbis patriæ scholasticis, ultra decem jam lustra pro virili administratis, contentus, pompæqve & ambitionis literariæ contemptor, nec professiones Academicas (qvali eum Kilonii fungi Henr. Basnagius (6.) falso credidit), nec lautiores Athenæorum aliorum præfecturas, sæpe licet

(1.) V. D. Christ. Bunckii *Ep. Dedic. Disput. suæ de Febre ardente.* (2.) testibus D. Ott. Sperlingii Jun. ad me literis. (3.) V. Ad. Trafigeri Jun. Seriem Senatus Hamburg., *ad A. 1654., p. 54.* (4.) teste Conrado ab Höveln *in Ep. Dedic.* der sonderbahre Gedächtnisse der Stadt Hamburg. (5.) V. de iis Genealogiam familiæ ipsius, *in Novis Lit. Germ., M. Jan. A. 1703., p. 38. 39.* (6.) *dans l' Histoire des Ouvrages des Sçavans, M. Nov. A. 1696., p. 131.*

licet a Patronis atqve amicis instigatus, ambire voluit, imo nonnullas, illis interpretibus oblatas, una cum loco inter Societatis Imperialis Historicæ Collegas, cum a Præsidibus ejus, Jobo Ludolfo & Christ. Franc. Paulino, A. 1691., per literas, ut his se jungeret, invitaretur, modeste recusavit. De Scriptis suis benigniora, qvam meruit aut speravit, multorum ordinis literarii Procerum expertus judicia, censuras aliorum præcipites, litium fugitans, responsis maximam partem dignari, & certaminibus, præsertim sacris domesticis, ob moderationis licet studium a qvibusdam, ab hac alienis, subinde lacessitus, implicari, veritatis pariter atqve pacis studiosissimus, noluit. Ad conjugium qvadragenarius demum animum appulit, ductaqve d. 2. Dec. A. 1700. uxore Anna, Bernhardi Strickeri, patriæ Consulis filia, qvinqve utriusqve sexus ex hac sustulit liberos. E qvibus si filios duos, præclaræ jam indolis haud obscuris in tenera ætate se commendantes indiciis, fata servant, ab his aliqvando scriptorum Parentis, sexagenario jam majoris, & oculi sinistri usu, d. 19. Febr. A. 1708., subita orbati ἀμαυρώσει, ἀνεκδότων atqve affectorum, qvæ ipsi in lucem proferre non licuerit, editio poterit sperari.

SCRIPTA EDITA.

Cimbriæ Literatæ Prodromus, sive de suis in Historia patriæ literaria conatibus, ad Virum Perillustrem, Marqvardum Gudium, Dissertatio Epistolica, qva faciem & historiam cœpti a se laboris curatius exposuit. Slesvigæ A. 1687. in 4. V. de illo D. G. Morhofii *T. I. Polyhistoris, Lib. I., c. 18., p. 224.*, & B. G. Struvii *Introduct. ad notitiam rei literariæ, c. 7., §. 11., p. 327. 328. Edit. sec.* Dan. Gvilh. Mollero, Professori Altorfino, *Bibliothecæ veteri ac novæ* Georg. Matth. Königii, Collegæ sui, adversus verissimum illius de hac judicium, A. 1687., *in Disp. de Sex. Rufo, §. 3.*, patrocinari frustra conato, A. 1691., *in Prolegomenis Partis I. Isagoges ad Historiam Cimbricam*, est responsum.

Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ Chorographicam, Naturalem, Antiqvariam, Civilem, Genealogicam, Ecclesiasticam & Literariam, tam vetustiorem, qvam modernam, tam Universalem, qvam particularem singularum illius regionum ac civitatum, notitiam item Legum ejusdem provincialium ac municipalium, & controversiarum illustrium atqve sacrarum, qvadripartita: sive Ἀποσπασμάτιον Cimbriæ Literatæ, Scripta, qvibus Ducatum Slesvicensis & Holsatici Topographia, Historia, Archæologia & Jura ἐπιχώρια, vel comprehenduntur, vel illustrantur, publica atqve privata, prisca atqve recentiora, edita, inedita ac deperdita, concinno ordine enumerans, & præcipuorum historiam paulo accuratius percensens. Hujus Pars I., circa utriusqve Ducatus Historiam Chorographicam, Naturalem, Antiqvariam, Civilem & Genealogicam universalem, Controversiasqve illustres & Leges provinciales, occupata, Hamburgi A. 1691. in 8.; Secunda autem, de utriusqve Historia Ecclesiastica & literaria universali, sectisqve & controversiis sacris, differens, Tertia, qvæ ad solius Ducatus Slesvicensis, ejusqve Episcopatuum, provinciarum, insularum & urbium, præsertim Flensburgensis, historiam particularem, & jurium singulis propriorum, spectant, notitiam, perseqvens, ac Qvarta, Ducatus solius Holsatici, provinciarumqve & urbium illius, Lubecensis imprimis atqve Hamburgensis, nec non Episcopatuum & Monasteriorum, Historiam particularem eodem pacto illustrans, Lipsiæ & Francofurti A. 1692. in 8., prodierunt. Accessit deinceps iisdem, *Bibliothecæ Septentrionis eruditi*, Lipsiæ A. 1699. *in 8.* editæ, a Bibliopola (etsi recusæ haud essent) insertis, Præfatio nova, tum alia scripti hujus exhibens παραλειπόμενα, tum Chersoneso imprimis Jutico-Holsaticæ priscum Cimbricæ agnomen, contra Ol. Rudbeckium & Joh. Dan. Majorem, inclytam Cimbrorum veterum gentem, in fines Sveciæ extremos, ex illa relegare perperam conatos, breviter qvidem, sed solide tamen, asserens. De Libri hujus (qvem perqvam mendose excusum esse dolet, & sphalmatum Typographicorum adjecti emendant indices) instituto, argumento, methodo ac fatis, præter *Partium I. & III. Prolegomena, novamqve Præfationem (p. 1. 2. 3.)*, recensus illius possunt consuli, a Lipsiensibus, *in Actis Eruditorum, M. Febr. A. 1692., p. 94. 95.*, Henr. Basnagio, *dans l'Histoire des Ouvrages des Sçavans, M. Oct. A. 1692., Art. 2., p. 20-26.*, ac Wilh. Ern. Tenzelio, *in Dialogis menstruis Germanicis, M. Jan. A. 1692., p. 46-61., & M. Mart. A. 1694., p. 209-256.*, exhibiti, iisqve addi relationes breviores, & plus justo forte honorificæ, in Henr. Meibomii Jun. *Addit. ad Val. Henr. Vogleri Introd. in notit. Bon. Scriptt.*, auctioribus A. 1700. recusis, *p. 209.*, Herm. Diet. Meibomii *Or. de genuinis Historiæ Germanicæ fontibus p. 72.*, Christ. Gryphii *Diss. Isag. de Scriptoribus Seculi XVII. Historicis, c. 2., p. 41. 88.*, Sev. Walth. Sluteri *Propylæo Historiæ Christianæ p. 61. 74. 82. 88. Ed. sec.*, B. G. Struvii *Bibliotheca Historica, c. 24., p. 617. 622. 624. 625.*, Joh. Christ. Nevii *Parte II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones Historicas p. 318-338.*, atqve apud plures alios, obviæ. Joh. Dan. Majoris, Prof. Medici Kiloniensis, cujus atqve Ol. Rudbeckii musteam & falsissimam de Svecia, Cimbrorum veterum patria, opinionem *Isagoge* hæc, *P. I., Cap. V., §. 4. & 5., p. 46-49.*, & *in Addendis, Parti IV. subjunctis, p. 642. 643.*, solide confutavit, argumentis, ad eam confirmandam, in Scripto *de originibus populorum Cimbriæ* vernaculo (dem Bevölckerten Cimbrien), Plönæ A. 1692. publicato, Autori suppresso oppositis nomine, A. 1699. *in præfatione nova, p. 12-38.*, calumniis autem adversus eundem atrocibus, & isti insertis Tractatui, & in aulas delatis Danicam atqve Svecicam, in Apologia ad Christianum V., Monarcham Daniæ Augustissimum, Germanica ἀνεκδότῳ, jussu ejus d. 3. Jul. A. 1693. ipsi transmissa, &, qvinqvennio post, *in Hypomnematis ad Joh. Schefferi Sveciam literatam p. 419-423.*, abunde est responsum. Qvæ, pro Clementis II., Pontificis Romani, e Meinstorfiorum familia nobili Cimbrica ortu, *P. I. Isagoges, c. 14., §. 45., p. 212-218.*, sunt disputata, Wilh. Ern. Tenzelius, Vir celeberrimus, *l. c., M. Jan. A. 1692., p. 57-61.*, amice impugnavit, ac Apologiæ istorum, *Partis III.* insertæ *Prolegomenis*, suas denuo, *M. Mart. A. 1694., p. 209-234.*, opposuit exceptiones. Qvibus cum A. 1697., *in Homonymoscopia, P. II., c. 5., §. 15., p. 431-441.*, itidem esset responsum, nonnulla qvidem, *M. Oct. A. 1698., p. 929. 930.*, & *T. I. Bibliothecæ Curiosæ vernaculæ, A. 1704. edi cœptæ, Sect. IX., p. 905-911.*, regessit, sed de multis tamen, in hac controversia (de qva supra *pag. 97.* allata possunt conferri), nondum liqvere mecum, disputationis serram reciprocare ulterius nolente, candide est professus. Pet. Bælio, Polyhistori eximio, qvi, *Libro de Civitatibus Dithmarsiæ Hanseaticis*, Nicol. Raimaro Urso in Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 109.* affecto, & *Parte IV. Isagoges, c. 12., §. 3., p. 628. 629.*, merito Chimæricis annumerato, contra hanc, *Tomo II. Dictionarii Historico-Critici, P. II., p. 1233. 1234. Ed. primæ*, patrocinari haud veritus, duos insuper ex unico Nicolaos Raimaros temere effinxit, A. 1699., *in hypomnematum ad Bartholini librum Spicilegio, p. 31-34.*, Bartholiniani erroris & certitudine, & origine ridicula, ὀφθαλμοφανερῶς ostensis, ita est satisfactum, ut in editione *Dictionarii* posteriori nihil potuerit regerere. Scriptores aliqvot minorum gentium obscuriores ac maledici, qvi alia *Isagoges* hujus loca immerito carpserunt, sed Autori nullum visi sunt mereri responsum, illaudati hic etiam prætereuntur.

Homonymoscopia Historico-Philologico-Critica, sive Schediasma παρεργικὸν de Scriptoribus Homonymis qvadripartitum, in species horum varias, & multitudinis immensæ causas, inqvirens, παροράματα Veterum pariter atqve recentiorum, in confusione illorum, plurima detegens, qvibus ista modis præcaveri possit ostendens, consiliaqve & subsidia varia Bibliothecam Homonymorum scripturo suggerens. Accedit, præter Digressiones de nominibus vulgo acceptis & invisis, Eruditorumqve Μετονομασίᾳ atqve agnominibus, prolixiores, Semicenturia Scriptorum, Autori ipsi (*Joh. Mollero*), *qvoad cognomen pariter atqve prænomen*, cognominum, Bibliothecæ Homonymorum specimen

qvalecunqve exhibens. Hamburgi A. 1697. in 8. Schediasma hoc Bibliothecæ Scriptorum Homonymorum, ab Autore inchoatæ, sed, ob vastitatem argumenti, aliasqve causas, derelictæ, specimen tantum esse, & valde qvidem imperfectum, *in præfatione*, uti & *Sect. II., c. 1., §. 1., p. 154-157.*, ac *Sect. IV., c. 1., §. 2., p. 895.*, occasionem illius, historiam ac methodum, fusius exponentibus, ut criminationibus Reimanni, & Zoilorum huic similium, tunc jam prævisis, mature occurreretur, candide est monitum. Admodum nihilominus benigna de illo tulerunt judicia, tum, qvi recensus ejus exhibuerunt Encomiasticos, Lipsienses, *in Actis Eruditorum, M. Martio A. 1698., p. 120-127.*, & Wilh. Ern. Tenzelius (circa paucula, qvæ falso erronea esse credidit, veriora, *in præfatione Isagoges ad Hist. Cimbr. nova p. 44. 45.*, edoctus) *in Dialogis menstruis Germanicis, M. Oct. A. 1698., p. 921-932.*, tum, qvi brevioribus eandem ornarunt elogiis, Petrus Bælius *T. I. Dictionarii Historici & Critici p. 1023. Ed. sec.*, Thom. Crenius *in Animadv. Philol. & Hist., P. VI., c. 2., p. 153., P. VIII., c. 1., p. 51., P. IX., c. 2., p. 132.*, B. G. Struvius *in Introd. ad notitiam rei literariæ, c. 8., §. 19., p. 415. Ed. sec.*, & alii, qvos allegari haud opus est, complures. Solus hactenus Jac. Frid. Reimannus, Parochus in Ducatu Halberstadiensi Ermslebiensis, verissimi Προλεγομένων *Tomi II. Polyhistoris Morhofiani*, de titulo *Calendarii sui Logici Historico-Critici* ridiculo atqve absono, moniti impatiens, vindictæ studio, suam in illam, etsi paulo ante, cum reliqvis Autoris, ob multam lectionem, diligentiam & εὐμεθόδειαν, laudati, scriptis, commendatam, bilem, in vernaculæ *in Historiam literariam generalem, ac Germanorum specialem, Introductionis Libri I. Sect. II., p. 126-130.*, A. 1708., & denuo, *in Libri II. Partis I. Proœmio, p. 13-21.*, A. 1709., inepte sibi ipsi passim contradicens, effudit. Imperfectionem is ei (ab Autore ipso *ll. cc.* agnitam, & in tali argumento inevitabilem) laxiorem vocis ὁμωνύμων acceptionem, Synonymos etiam, & nomina maxima sui parte eadem, aut soni scripturæqve affinitate conspirantia, adeptos, complexam (de qva lectores itidem, *Sect. I., p. 27. 83. 140.*, sunt præmoniti), παρ' ἐγκλίαν censoriam, duosqve errores, qvorum alterius de Meibomiis, a Typothetarum profecti incuria, & in præfatione, sphalmatumqve indice, jam emendati, ipse est reus, leviculos, *p. 95.* obvios, cum styli, qvam ei affingit, impuritate atqve obscuritate, allegationumqve multitudine, futili exprobravit λογοδιαρ'ρόια ac dicacitate. Qvibus ἐγκλήμασι malignis atqve injustis A. 1709., in Latina Autoris ad Collectores Relationum de libris recentioribus Germanicarum Lipsiensium (des ausführlichen Berichts von neuen Büchern) Epistola, ipsorum, Introductionis censuræqve Reimannianæ examen geminis sponte pollicitorum literis, postulatu exarata, & *Relationum* earundem *Sectioni VII., p. 689-709.*, inserta, abunde est responsum, vitiis simul, plagiis crebrisqve erroribus, *Isagoges* adversarii virgula breviter notatis censoria. Reposuit huic Reimannus A. 1710. Prolegomena admodum prolixa, *Introductionis* suæ *Libri II. Partis III. Sectioni II.* præmissa, in qvibus, ad errores plurimos (qvos pro typographicis, invita veritate, uti collatio lectores qvosvis docebit, maximam partem vult haberi), sibi, cum aliis scriptorum suorum, objectos, vitiis, nihil respondens idonei, eandem tantum cramben inani dicacitate recoxit, plurimisqve sophismatis, calumniis, mendaciis, scommatis, violentis verborum Epistolæ detorsionibus, & mistis hisce qverelis, aliisqve ineptiis, sua ipsius sæpe vineta cædens, incrustavit. Qvales λογομαχίας futilissimas, aliasqve cavillationes adversus varia scriptorum suorum loca, absurdas maximam partem atqve ridiculas, continuationi *Introductionis* passim inspersas, Autorem *Homonymoscopiæ*, magis necessariis occupatum laboribus, responso ulteriori indignas judicasse, inter viros bonos pariter atqve eruditos nemo mirabitur. Qvam ridicula (ut unicum saltem illarum addatur specimen) qvæso est criminatio plagii literarii, a plagiario hoc, plurimorum turpissimorumqve furtorum, qvibus scriptoribus haud paucis non observationes solum suas, sed & errores, surripuit, literariorum, & ab Autore (cujus scripta pleraqve itidem passim compilavit), & ab aliis publice, & vere qvidem, insimulato, *Homonymoscopiæ* falso atqve inepte objecta? Exhibuit Adr. Bailetus, V. C., *Tomo I. scripti de Satyris*, qvas vocat, *personalibus* Gallici, A. 1689. editi, *p. 297.*, in rei literariæ desideratorum indice eleganti (qvem laborum ipsius affectorum esse Catalogum falso Reimannus conjectat) solum *Bibliothecæ Autorum Homonymorum*, adhuc elucubrandæ, titulum, nec qvicqvam de isto præterea argumento addidit. Injecta est hujus a Mollero (cui liber Baileti, cum isti se labori primum accingeret, ne innotuerat qvidem, multo autem minus visus erat aut perlectus), *Sect. IV. Homonymoscopiæ, c. 1., p. 893. 894.*, fuse satis honorifica admodum mentio, & Bailetus isti elaborandæ, ob dotes animi & fortunæ egregias, præ aliis par judicatus, utqve hoc ipsemet exeqveretur consilium, voto addito, invitatus. Candorem hunc Molleri, una cum scripto ejus, ipse Bailetus, in colloqvio cum JCto Cimbriæ insigni, Parisiis habito, eximiis celebravit laudibus, salutemqve illi, per eundem, in patriam reversurum, jussit nunciari amicissimam. A Reimanno nihilominus plagii is accusatur haud exigui, qvod, in titulo aut præfatione, argumentum se tractare, a Baileto desideratis rei annumeratum literariæ, suoqve forte destinatum calamo, haud sit professus, nec Bibliothecam istam Homonymorum Bailetianam Chimæricam, e cujus sola inscriptione nec ipse opis qvicqvam sensit, nec alii sibi qveunt polliceri, *Sectionis IV. Capite III.*, scriptis annumeraverit subsidiariis. Qvalis criminandi licentia si invaluerit, nullus posthac scriptor a plagii literarii absolvi poterit crimine, nisi omnes, qvi de argumento, qvod tractandum elegit, ante se non commentati solum sunt aut aliqvid polliciti, sed desideria etiam sua obiter tantum exposuerunt, notos pariter atqve ignotos, ne uno qvidem præterito, in ipsa statim libri fronte, longa serie enumeraverit. Cui legi novellæ nec ipse legislator Reimannus, in tot suis scriptis, obtemperavit, nec Autor Observationis de Eruditis Metonymis, qvorum nomina sunt mutata, vernaculæ, A. 1707. *Parti IV. Observationum Selectarum Halensium Germanicarum, num. XI., p. 343-374.*, insertæ, ἀνώνυμος, illi haud dubie, qvam mihi, aliisqve, notior, imo, nisi omnia me fallunt, ab ipsomet haud diversus. Is enim, argumentum se tractare, a nemine adhuc illustratum, mendaci gloriatus jactantia, nulla ferme alia μετονομασίας eruditorum exempla attulit, qvam ea, qvæ *Homonymoscopiæ* hujus prolixa de eadem Digressio, *Sectionis III. Capitibus* tribus integris, *secundo* scil., *tertio & qvarto*, ante decennium jam exhibita, & ab ipso haud dubie lecta, sed nusqvam allegata, fuse dudum enarraverat. Plura plagiorum ejus e scriptis meis specimina, in lectione illorum obiter notata, addere supersedeo, solamqve, ut de *Calendarii sui Logici Historico-Critici* titulo, prima litis hujus occasione, alios etiam eruditos me haud mitius esse judicaturos perspiciat, ei inculco similem viri docti de *Calendario Bibliographico* (*L' Almanach Bibliographiqve*), Gallice per Anonymum Parisiis A. 1709. edito, & librorum in Gallia A. 1707. publicatorum sistente Catalogum, censuram, in Jac. Bernhardi *Novis Reip. literariæ, M. Jan. A. 1709., p. 105.*, obviam: *Il n' est pas mal-a propos d' en examiner un peu le titre, & sans s' en amuser à en remarqver la bizarrerie, je me contenterai d' en blamer le peu de justesse. En effet est-ce bien remplir l' inscription d' Almanach Bibliographiqve, qve de nous donner, comme on fait ici, un Memorial indigeste & sans ordre des livres imprimez en 1707.? Il faloit, au contraire, nous faire une liste exacte, disposée selon l' ordre des jours & des mois, de tout ce qvi avoit été publié dans le cours de cette année: car autrement ce n' est plus un Almanach Bibliographiqve, mais simplement un Catalogve des livres.*

Bibliotheca Septentrionis eruditi, sive Syntagma Tractatuum de Scriptoribus illius, seorsim hactenus editorum, qvo junctim exhibentur: I. Alb. Bartholini Liber de Scriptis Danorum, Norwagorum & Islandorum, posthumus, a Joh. Mollero plurimis in locis emendatus atqve auctus, & Hypomnematis insuper Historico-Criticis prolixioribus, istorum-

iſtorumqve Spicilegio, ac Indice cognominum Alphabetico, recens illuſtratus; II. Joh. Schefferi Svecia literata, Hypomnematis Hiſtorico-Criticis ab eodem Mollero illuſtrata; III. Joh. Molleri Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ, ſive Ducatuum Sleſvicenſis & Holſatici, novo aucta Prooemio; IV. Ejusdem Præfatio nova de gentium Borealium in literas meritis, & Hiſtoriæ literariæ atqve Eccleſiaſticæ ſcriptoribus, Hiſtorico-Apologetica, Rob. Molesworthii, Hyberni, Legati in aulam Danicam Anglici, ſcriptis de ſtatu Daniæ & Sveciæ moderno maledicis, & in utramqve gentem injuriis, maximam partem oppoſita. Hamburgi & Lipſiæ 1699. in 8. Qvæ Syntagmatis hujus, ſingulorumqve ejus ſcriptorum, hiſtoriam, argumenta & methodum, ſpectant, e præfationis paragraphis novem prioribus, & recenſibus ejusdem, qvos Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Majo A. 1699., p. 204-208.*, & Lubecenſes, *in Novis Septentrionis & maris Balthici literariis, M. Febr. A. 1698., p. 23., & ſeqventis 1699. M. Jan., p. 24. 25.*, ac *M. Majo p. 156.*, exhibuere, poterunt cognoſci. Conferantur breviores de eodem relationes Henr. Meibomii Jun., *in Addit. ad Val. Henr. Vogleri Introd. in notit. bon. Scriptt. auctioribus*, A. 1700. editis, *p. 209.*, Pet. Bælii *Tomo III. Dictionarii Hiſtorico-Critici p. 2676. Ed. ſec.* Wilh. Ern. Tenzelii *in Dialogis menſtruis Germanicis, M. Oct. A. 1698., p. 805. 896.*, Joh. Franc. Buddæi *in præfat. Lexici Hiſtorici p. 10.*, Caſp. Thurmanni *in Biblioth. Academ. p. 200. 236. 247.*, ac B. G. Struvii *in Introd. ad rei lit. notitiam, c. 7., §. 23., p. 348. 349. Ed. ſec.*; de ſolis autem Prolegomenis, Molesworthio oppoſitis, Sever. Lintrupii *Reliquiæ incendii Bergenſis p. 38. 39.*

Diatriba Hiſtorico-Critica de Helmoldo, Presbytero in Wagria Boſovienſi, Hiſtorico ſeculi Æræ Chriſtianæ XII. inclyto, ejusqve Chronico Slavorum, & hujus continuatoribus atqve editoribus; qvæ Lubecæ A. 1702. *in 4.*, & ſeorſim prodiit, & Editioni Chronici Helmoldini Bangertinæ, ibidem A. 1659. excuſæ, ac A. 1702. denuo venum expoſitæ, eſt præmiſſa, ſed §. *1.* falſis de ſcriptis Morhofii relationibus, in Bibliopolæ gratiam, a nonnemine (uti *in Prolegomenis T. I. Polyhiſtoris Morhofiani, §. 96., p. 75.*, jam eſt indicatum), Autore ignaro, interpolata. Recenſum ejus *Acta Erud. Lipſienſia, M. Mart. A. 1703., p. 137. 138. 139.*, & *Nova literaria Lubecenſia, M. Aug. A. 1702., p. 248. 249. 250.*, exhibuerunt. Confer de eadem Nic. Hier. Gündlingii *Otia, Sect. II., c. 1., p. 8. 11.*, & Thomæ Crenii *Diſſ. I. de Furibus librariis p. 72.*

Dan. Georg. Morhofii, J. U. D. & Hiſt., Eloqv. ac Poeſeos, in Acad. Kilonienſi Profeſſoris, POLYHISTOR, in tres Tomos, Literarium (cujus ſoli tres libri priores hactenus prodiere, nunc autem qvatuor reliqvi, a Viro in Acad. Lipſienſi erudito, M. Joh. Frickio, reviſi atqve aucti, e MSS. accedunt), Philoſophicum & Practicum (nunc demum editos, primoqve adjunctos), diviſus: Opus poſthumum, ut multorum votis ſatisfieret, a Joh. Mollero accurate reviſum, emendatum, ex Autoris annotationibus αὐτογράφοις, & MSS. aliis, ſuppletum paſſim atqve auctum, in Paragraphos diſtinctum, & librorum capitumqve Summariis, Hypomnematis qvibusdam Hiſtorico-Criticis, duabusqve præfationibus, ſive Diatribis Iſagogicis prolixioribus, Tomis I. atqve II. præfixis (qvarum prior Morhofii vitam & ſcripta, Polyhiſtoris item hiſtoriam, & eruditorum de illis judicia, poſterior autem Scriptores, e qvibus ſuppleri hoc opus poteſt atqve continuari, ſingularum Polymathiæ partium Bibliothecarios, aliosqve, recenſet), illuſtratum, & ſic integrum tandem aliqvando orbi literato exhibitum. Accedunt indices Autorum & rerum, ab alio adjecti. Lubecæ A. 1707. in 4. maj. Hiſtoriam, tum operis ipſius, tum editionis hujus, *Prolegomena Tomi I., §. 89-100., & Tomi II., §. 1. 2. 3.*, fuſe enarrarunt, recenſus autem Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Jul. A. 1708., p. 292-298.*, Pariſienſes, *in Diario Erud. Gallico anni 1709., M. Jun., Ephem. XXIV., p. 480-488., & in Supplem. Junii, p. 553-564.*, *Novorum Literariorum Germanicorum* Collectores, *M. Mart. A. 1708., p. 105-110.*, Autores des Ausführlichen Berichts von neuen Büchern, *Sect. I. A. 1708., p. 1-81., ac Sect. II., p. 144-186.*, ineptusqve Continuator *Bibliothecæ Orbis eruditi Belgicæ* Johannis a Gavern, *M. Sept. & Oct. A. 1708., p. 315-332.*, exhibuerunt. Qvibuscum B. G. Struvii *Introductio ad notit. rei literariæ, c. 1., §. 16., p. 20. Ed. ſec.*, ejusqve *Supplementa p. 12. 13.*, ac J. F. Buddei *Præfatio Lexici Hiſtorici p. 8.*, poſſunt conferri. Narratio de Morhofii vita, ſcriptis & in literas meritis, *in Tomi I. Prolegomenis, §. 5-46., p. 6-33.*, obvia, omiſſis reliqvis, in M. Reinhardi Henrici Rollii, Weſtphali, *Decade II. Memoriæ Philoſophorum renovatæ* (qvæ Roſtochii A. 1710. *in 8.* prodiit), *p. 283-315.*, eſt recuſa.

Epiſtola ad Autores Relationum de libris recentioribus Germanicarum Lipſienſium (des Ausführlichen Berichts von neuen Büchern), adverſus Jac. Frid. Reimanni calumnias, Apologetica, A. 1709. Id. Apr. exarata, *& Relationum* earundem *Sectioni VII., p. 689-709.*, inſerta; de qva in *Homonymoscopiæ* recenſu jam narrata poſſunt relegi, & B. G. Struvii *Supplementa Introductionis ad notit. rei lit., p. 9. 10. 11.*, conferri.

Kurtzer und einfältiger Entwurf der Historie der vor 150. Jahren gestifteten, und jetzt, zugleich mit der Evangelisch-Lutherischen Kirche der Königlichen Dänischen Reiche und Hertzogthümer ihr Jubel-Fest durch Gottes Gnade begehenden Flensburgischen publiqven Stadt-Schule. Flensburgi 1717. in 4.

Programma de Gregorii Magni, Antiſtitis olim Romæ ſanctiſſimi, meritis in Eccleſiam & literas, & Feſto ejus Scholaſtico. Flensburgi 1722. in 4.

Discurs von billiger Liebe und Hochachtung der Land- oder Mutter-Sprachen, insonderheit unserer Teutschen. Flensburgi 1722. in 4.

Programma vom 30sten Tage des Novembris, als dem beglückten Geburts-Tage Seiner Königlichen Hoheit CHRISTIANI des Sechsten, Kron- und Erb-Printzen der Königreiche Dännemarck und Norwegen, wie auch übriger mit selbigen verbundener Hertzogthümer und Länder. Flensburgi 1723. in 4.

Programma de Magnatibus qvibusdam Familiarum Cimbriæ Eqveſtrium, qvi non doctrina ſolum inſigni, ſed ſcriptis etiam, partim editis, partim ineditis, inclaruerunt. Flensburgi 1725. in 4.

Schediaſmata qvædam minora, *Novis maris Balthici & Septentrionis* inſerta *Lubecenſibus*, qvalia ſunt:

1. Monitum de Cimbriæ Literatæ ſubſidiis; *M. Apr. A. 1698., p. 63-68.*
2. Relatio de Leonis X., Pont. Rom., Bulla ad Chriſt. II., Daniæ Regem, d. 8. Nov. A. 1517., miſſa, qva libros Regni Danici vetuſtos conqviri, & ſibi transmitti, petiit; *M. Nov. A. 1699., p. 347. 348. 349.*
3. Series Rectorum, qvi ſcholis Flensburgenſibus, præſertim vero publicæ totius civitatis, a Ludolpho Naamani, Monacho Ord. Min. pio ac erudito, A. 1560. fundatæ, præfuerunt, ἀνωνύμως, *M. Oct. A. 1702., p. 296-300.*, exhibita.

Monitum de falſa Plagii literarii, Viro illuſtri, Nicolao Witſenio, Reip. Amſtelodamenſis Conſuli, per Joh. Schefferum, V. C., temere affricti criminatione, hanc refellens, Morhofiiqve & ſuas ipſius de illo narrationes emendans; a Joh. Alb. Fabricio *Epiſtolæ dedic. Supplementi Bibliothecæ Latinæ, ejusqve Voluminis II.* ſubjunctum eſt.

INEDITA ET AFFECTA.

Cimbria Literata, ſive Hiſtoria Scriptorum Ducatus utriusqve Sleſvicenſis & Holſatici (qvibus Lubecenſes etiam & Hamburgenſes merito accenſentur) Literaria tripartita, tres illorum exhibens Chiliadas, & Centurias qvatuor. Opus aſſidua 40. annorum congeſtum induſtria, &, a temporibus, qvorum memoria ſupereſt, antiqviſſimis, ad Seculi usqve æræ Chriſtianæ XVIII. continuatum initia. Hujus σκιαγραφία, in *Prodromo* ejus, A. jam 1687. Sleſvigæ edito, & *Parte II.*

te II. Isagoges ad Historiam Cimbricam, c. 8., §. 4., p. 211-214. (qvibuscum *Monitum de ejus subsidiis*, in *Novis Literariis Lubecensibus, M. Apr. A. 1698., p. 63-68.*, obvium, potest conferri), fuse est delineata, sed, cum ordinem partium atqve Appendicum Autor curis secundis postea, resectis minus necessariis, mutaverit, talis nunc ab eodem exhibetur. TOMO præsenti I. Scriptores universi indigenæ, hisqve immisti complures, qvorum patria explorari non potuit, TOMO II. autem Adoptivi sive exteri, in Chersoneso nostra vel officiis functi publicis, vel diu commorati, pro doctrinæ, monumentorum ingenii, & meritorum in literas, diversitate, majoriqve aut minori numero, Alphabetico ordine, partim fusius celebrantur, partim vero breviter tantum recensentur. TOMUS tandem III. exhibebit Elogia centum circiter Scriptorum Cimbriæ ἐξοχωτέρων, partim indigenarum, partim adoptivorum, prolixiora, qvæ, ob ingentem de iis dicendorum copiam, Tomis (in qvibus breviter tamen itidem celebrati sunt) præcedentibus inseri non potuerunt, ordine dispositа Chronologico; In singulorum Scriptorum paulo celebriorum Elogiis mentio occurrit: 1. patriæ, 2. ætatis, 3. officiorum aut vitæ generum, 4. anni dieiqve (qvoties investigari potuerunt) emortualium; 5. Scriptorum editorum, secundum lingvarum diversitatem in certas classes distinctorum, & annorum, qvibus prodierunt, ordine, adjectis plerumqve titulis integris, & editionum omnium indicio, enumeratorum; 6. Monumentorum ingenii ineditorum, affectorum, promissorum, amissorum, & falso qvibusdam attributorum. Adduntur deniqve 7. Eruditorum, tam de Autoribus, qvam de libris illorum, judicia, & honorifica, & seqviora, una cum Scriptorum aliorum, de iisdem consulendorum, indiculis. Illustriorum præterea Elogiis inseruntur Biographiæ eorum prolixiores, Controversiarum, qvibus impliciti fuere, sacrarum aut literariarum historia accuratior, Epitaphia & Epicedia selectiora, methodi, qvam in scriptis observarunt potioribus, Metaphrastarum item, Continuatorum, Exegetarum & Antagonistarum, qvi eadem vel illustrarunt, vel impugnarunt, notitia, & alia cognata de non unius generis ἀξιομνημονεύτοις monita. Confer de hoc opere relationes & judicia D. G. Morhofii, *T. I. Polyhistoris, Lib. I., c. 18., p. 224.*, Lipsiensium, *in Actis Erud., M. Febr. A. 1692., p. 94.*, Henr. Meibomii Jun., *in Additt. ad V. H. Vogleri Introd. in notit. bon. Scriptt.*, A. 1700. auctioribus recusis, *p. 209.*, Vinc. Placcii *in Invitat. ad Anonymos & Pseudonymos suos augendos p. 38. 39.*, Ant. Teiserii *Parte II. Catalogi Catalogorum p. 161. 162.*, Sever. Lintrupii *in Autoschediasmate de Joh. Bugenhagii in Ecclesiam Danicam meritis, Historiæ Bugenhagianæ C. F. Lämmelii adjecto, p. 108.*, Joh. Alb. Fabricii *in Centuria Fabriciorum p. 42. 43.*, ac in scriptis aliorum, qvi suum ejus desiderium publice sunt testati, complurium, obvia.

Historia Vitæ, fatorum atqve scriptorum, Hugonis Grotii, eruditorum ævi sui Phœnicis, prolixa atqve accurata, a *Cimbriæ Literatæ* (cujus Scriptoribus annumeratus est adoptivis) opere, ob molem, in qvam excrevit, justo majorem, separanda, & seorsim edenda. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jan. A. 1699., p. 26.*, & B. G. Struvii *Fascic. III. Act. Liter. p. 40.*

Historia vitæ, fatorum & scriptorum, Tychonis Brahei, Eqv. Dani, Astronomiæ instauratoris, & hospitis itidem Cimbriæ eruditi, prolixior, sive Operis ejusdem de illo Ἀποσπασμάτιον, ob molem suam, sub forma Spicilegii ad Pet. Gassendi de vita Herois hujus libros, publicandum. V. *N. L. Lub., l. c. p. 26.*

Apparatus ad notitiam Historiæ omnium totius fere orbis gentium & regionum, urbiumqve & locorum in his præcipuorum, Literariæ & (qvatenus isti hæc cohæret) Ecclesiasticæ Geographicam Bibliothecarius; Opus spissum & prolixum, cujus specimen est Recensus Scriptorum Historiæ gentium Borealium Ecclesiasticæ & Literariæ, *in Prolegomenis Bibliothecæ Septentrionis eruditi, §. 39-61., p. 60-80.*, exhibitus. V. de illo *Prodromum Cimbriæ Literatæ p. 5.*, *Præfationem Partis I. Isagoges ad Hist. Cimbr., p. 20. 21.*, *Nova Lit. Lubec. l. c. p. 25.*, & Casp. Thurmanni *Bibliothecam Academicam p. 78. 79.*

Homonymoscopiæ Historico-Philologico-Criticæ, sive Tractatus de Scriptoribus Homonymis qvadripartiti (A. 1697. publicati), Editio duplo priori auctior, in qvam tum Bibliothecæ Homonymorum, operis affecti, sed, ob argumenti vastitatem (uti *in præfat. Homonymosc.* jam est monitum), derelicti, reliqviæ, tum observationes hujus generis recentiores qvamplurimæ, congerentur.

Mola Musarum Castalia, schola Eruditorum Panepistemonica, decem & plures forte Centurias Scriptorum, Virorumqve eruditorum, cognominibus a Molis & re molari derivatis, aut eidem affinibus, gavisorum, exhibitura; cujus specimen est Semicenturia Scriptorum, Autori qvoad prænomen pariter atqve cognomen ὁμωνύμων, *Homonymoscopiæ* A. 1697. Appendicis instar subjuncta. V. de illa *Homonymoscopiæ Præfat. p. 5. 6., Sect. I., c. 3., §. 22., p. 81. 82. 83., Sect. II., c. 7., §. 86. & 87., p. 703. 704., Sect. III., c. 4., §. 21., p. 844., & Sect. IV., c. 5., §. 2., p. 930. 931. 932.*, *Acta Erud. Lips., M. Mart. A. 1698., p. 122. 127.*, *Nova Lit. Lubec., M. Jan. A. 1699., p. 25.*, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogos menstruos Germanicos, M. Oct. A. 1698., p. 921.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamburg. p. 362.*

Animadversiones in Scriptores varios Historiæ Literario-Librariæ, præsertim recentiores, Critico-Historicæ, errores illorum detecturæ atqve emendaturæ. V. de iis *Præfat. Homonymoscopiæ p. 6. 7.*, *Epistolam Reimanni calumniis oppositam p. 694.*, & *Nova Lit. Lubec. l. c. p. 26.*

Diss. de Ephemeridibus seu Calendariis Historicis, horumqve Scriptoribus plurimis. V. *Nov. Lit. Lubec., l. c. p. 26.*, & *Epistolam contra Reimannum p. 691. 692.*

Diatriba de Naturæ ductu, in studiorum vitæqve generum delectu, seqvendo. V. *N. L. Lubec., l. c. p. 26.*

Addantur his alia, inchoata qvidem ab Autore & promissa, sed, qvod vel de iis perficiendis,
ob argumenti vastitatem, vitæqve brevitatem, desperaret, vel a Viris doctis,
idem secum emensis stadium, esset præventus, vel alias ob causas
mentem mutasset, iterum derelicta.

Bibliotheca Scriptorum Homonymorum, cujus aliqvoties jam facta est mentio.

Centuriæ VII. Scriptorum Danorum, ab Alb. Bartholino, in suo de iis libello, & III. Svecorum, a Joh. Scheffero, *in Svecia Literata*, præteritorum, aut eorum libris recentiorum. V. *Prolegomena Bibliothecæ Septentrionis eruditi, §. 4., p. 13. 14. 15.*, *Acta Erud. Lips., M. Majo A. 1699., p. 208.*, *Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1698., p. 23., & M. Jan. A. 1699., p. 24. 25.*, ac B. G. Struvii *Supplementa Introductionis ad notitiam rei literariæ p. 104.*

Miscellanea & Amœnitates Historiæ Literariæ. V. *N. L. Lub., M. Jan. A. 1699., p. 26.*

Biographiæ Scriptorum complurium Sec. XVI. & XVII. ἐξοχωτέρων, imo & utroqve vetustiorum, sed hactenus minus accurate celebratorum, prolixiores, in Decadas ordine congruo distribuendæ. V. *N. L. Lub., l. c. p. 26.*

Analecta de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis, qvæ, Vinc. Placcio, Prof. Hamburgensis, per symbolas communicata Epistolicas, in hujus *Theatro* eorundem posthumo, Hamburgi A. 1708. *in fol.* edito, maximam jam partem publice comparuere. Qvæ cum Ant. Teiserii *Catalogi Catalogorum Parte II.*, A. 1705. excusa, sint recentiora, & alieno præterea operi passim immista, in *Indice* illius *qvarto* scriptoribus se gemini hujus argumenti, *p. 297. & 301.*, annumeratum esse, Autor miratur.

Analecta de Eruditis præcocibus & serius studia sua auspicatis (qvæ Sebast. Kortholto, Prof. Kiloniensi celeberrimo,

mo, transmissa, in hujus de iisdem Tractatu, dudum promisso, comparebunt), de hominum doctorum Symbolis, de Versionibus S. Codicis Germanicis, Lutheri vernacula antiqvioribus, aliisqve argumentis Historiæ Ecclesiasticæ & Literariæ selectioribus.

Ephemerides Historicæ Cimbricæ Chersonesi vernaculæ, & Chronicon civitatis patriæ Flensburgensis Germanicum, *in Catalogo Nund. Autumn. A. 1687. Lipsiensi* promissa.

Catalogus MSStorum, in Bibliothecis Chersonesi Cimbricæ latentium.

Orationes scholasticæ de Scriptoribus virisqve, qvos urbs Flensburgensis vel progenuit, vel adoptavit, eruditis, de Scholæ Flensburgensis publicæ historia & Rectoribus, de Bibliothecis Chersonesi Cimbricæ publicis, &c., Carminaqve haud pauca, Latina pariter atqve Germanica.

Meletemata alia, Historiam Cimbriæ civilem, Ecclesiasticam & literariam, illustrantia, *in Novis Lit. Lubec., M. Jan. A. 1699., p. 26.*, promissa. Qvorum occasione monendum, Autorem Historiam Chersonesi Cimbricæ integram, sicut, ansa erroris ex *Isagoges* ad eam titulo ac præfatione arrepta, Lipsienses & Henr. Basnagius, in suis hujus recensibus, supra allegatis, & Joh. Lud. Hannemannus, *in Tr. de Auro p. 131.*, perperam tradiderunt, aliiqve plures crediderunt, nunqvam vel molitum esse, vel pollicitum.

FALSO EI TRIBUTA.

Scriptorum recentiorum Decas, judicia de iis Autoris sui exponens, Hamburgi ἀνωνύμως A. 1688. in 4. edita. Hanc Vinc. Placcius, *in Invitatione ad Anonymos & Pseudonymos suos augendos p. 79.*, & Wilh. Ern. Tenzelius, *in Dialogis menstruis Germanicis, M. Febr. A. 1689., p. 197.*, Mollero, rumori publico, sed falso, creduli, suppresso tamen ejus nomine, tribuerunt. Uterqve autem, veriora, e literis ejus, *Isagoges ad Hist. Cimbr. Partis I. præfatione, rumorem istum refellente, p. 10.*, veriqve autoris, V. C. Joh. Alb. Fabricii, confessione, edoctus, publica, conjecturam hanc postea retractavit. V. Placcium (plura de illa narrantem) *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 9., p. 313.*, & Tenzelium, *l. c., M. Dec. A. 1689., p. 1229. 1230.*

Jac. Molleri, Francofurto Marchici, patriæ Advocati, Discursus duo de Cornutis & Hermaphroditis Philologico-Juridici, Francofurti ad Viadrum A. 1692. *in 4.* excusi, a Viro docto, in literis ad Henr. Basnagium Berolino scriptis, qvarum excerpta ab hoc, *in Historia Opp. Erud. Gallica, M. Aug. A. 1692., p. 544.*, exhibentur, ὁμωνυμίας fraude, ei affricti. Sed & is errorem suum, biennio post, in literis aliis (*ibid., M. Nov. A. 1694., p. 137.*), vero Autore substituto, tacite ipsemet emendavit. V. *Homonymoscopiæ παραλειπόμενα*, ei præmissa, *ad p. 704.*

[Conferri de Scriptis ejus possunt *Nova Literaria Lubecensia, M. Febr. A. 1698., p. 23., M. Jan. A. 1699., p. 24. 25. 26., & M. Majo p. 156.*, Autores des ausführlichen Berichts von neuen Büchern, *Sect. I., p. 3. 4. 5.*, Corn. a Beüghem *Apparatus ad Hist. Lit. novissimam Consp. II. p. 213., Consp. III. p. 131. 314., Consp. IV. p. 196. 197., & Consp. V. p. 241.*, Ant. Teiserii (*Isagogen ad Hist. Cimbr.* & *Homonymoscopiam*, haud allegatas, locis compilantis plurimis) *Pars II. Catalogi Catalogorum p. 161. 162. 163.*, Rud. Mart. Meelfuhreri *Accessiones ad Theod. Jansonii Bibliothecam latentem & promissam p. 67. 68. 69.*, Casp. Thurmanni *Bibliotheca Academica p. 78. 79.*, & Joh. Dan. Crameri *Commentarius rerum anni 1699. memorabilium p. 167. 168. 171.*]

MATTHIAS MOLLERUS, Lubecensis, castra secutus Mavortia, Belgium, Angliam, Galliam, Italiam, Hispaniam, Germaniam, Bohemiam, Hungariam & Transsylvaniam, perlustravit, Ferdinandiqve III. & Leopoldi, Imperatorum, meritus stipendia, in legione Jacobi, Baronis a Schleebusch, pedestri, Signiferi, Legati, & Centurionis tandem, dignitates obtinuit. A. 1664. Lubecam redux, urbi patriæ suam addixit operam, &, Centurionis ab hac itidem donatus titulo, copias illius, contra Turcas Cæsari militaturas, in Hungariam deduxit, finitoqve bello, cum reliqviis earundem, domum est reversus. V. *Præfat. scripti seqventis.*

Neuherausgegebene Trillekunst zu Fusse, in welcher nicht allein die Kriegsexercitia der Mousqvet und Piqve gezeiget werden, sondern auch, wie man, in Feldzügen, die Soldatesqve zu Fusse stellen, wenden, und in den Treffen geschicklich abrichten, solle, nebst andern Exercitiis, vorgestellet wird. Lubecæ 1672. in 4.

NICOLAUS MOLLERUS, Hatherslebiensis, Bertrami, ædis sacræ Organœdi, filius, eodem ipsemet etiam, in vicino oppido Apenradensi, anno jam 1591., functus officio, & A. 1615. etiamnum superstes.

Chronologia, oder Zeitrechnung, darinn eigentlich dargethan wird, wie lange die Welt, biß auf das Jahr Christi 1591., gestanden, und künftig, vermöge der H. Schrift, noch stehen möge, wieder Nicol. Raimari Ursi Chronologische Zeitrechnung: Mit angehengter Chronologischen Taffel der Patriarchen, Richter, Propheten und Könige, des Alten Testaments, und desjenigen was sich, zu ihren Zeiten, in allen vier Monarchien, zugetragen. Hamburgi 1591. in 8.

Ebendieselbe, biß A. 1615. continuiret, und mit einer Chronica von Erbauung und Geschichten der Stadt Hathersleben vermehret, Hamb. 1615. in 8.; it. ferner, biß A. 1666., von einem andern Autore fortgesetzet, A. 1666. in 4. Cui editioni tertiæ, sine loci excusi indicio, Chronicon Hatherslebiense non est adjectum. Confer de illa *P. III. Isagoges ad Hist. Cimb., c. 3., §. 1., p. 257.* De Nicol. Raimari Ursi Demonstratione Chronologica temporis judicii extremi, Germanice edita, qvam impugnat, suo loco, in Vita Autoris, dicetur.

NICOLAUS MOLLERUS, Flensburgensis, Olai (*statim celebrandi*) filius, d. 23. Sept. A. 1664. in lucem editus, studiorum sacrorum atqve Philologicorum curriculo in Academiis Kiloniensi & Lipsiensi absoluto, Jenæ, M. Oct. A. 1688., Magistri titulum, & A. 1693. locum inter Ordinis Assessores Philosophici, Kilonii autem A. 1695. extraordinariam Antiqvitatum sacrarum ac profanarum, & seqventi 1696. ordinariam Historiæ Ecclesiasticæ professionem, obtinuit.

SCRIPTA EDITA.

Disp. Philol. de Ritibus Festi expiationum. Jenæ 1689. in 4.

Delineationis brevis Politiæ veterum Hebræorum Dissertatio prior, de personis imperantibus & parentibus. Jenæ 1691. in 4.

Disp. de modernis Antiqvitatum Hebraicarum scriptoribus. Jenæ 1693. in 4.

Specimen Systematis Antiqvitatum Hebraicarum minoris primum, seu Disp. de Templo Salomoneo. Jenæ 1693. in 4.

Tentaminum circa divinæ, antiqvissimæ, omniumqve totius terrarum orbis sapientissimæ, Hebræorum gentis res, ritus, jura atqve Polymathiam, Delineatio. Hafniæ 1694. in 4.

Discursus auspicalis de Polymathia verissima & antiqvissima, eademqve Ecclesiæ, Politiæ, Academiæ & Oeconomiæ, qvam maxime accommodata. Kilonii 1695. in 8.

Theses in Historia & antiqvitate sacra fundatæ, ab iniqvis autem rerum antiqvarum & sacrarum arbitris in controversiam vocatæ. Kil. 1699. in 4.

Disp. qva venerandum Antiqvitatis veræ titulum, Gentiles inter, gentibus cultis politisqve, speciatim Græcis ac Romanis, horumqve rebus, vel minore, vel nullo jure, competere, in veri Hebræorum Christianorumqve Dei, & rerum ab illo revelatarum, honorem, ostenditur. Kil. 1701. in 4.

Dispputt. II. de regia Salomonis sapientia, e 1 Reg. III. & IV., contra Joh. Pinedæ (*Polymathiam ei tribuentis omnigenam*) Salomonem prævium. Kil. 1703. & 1704. in 4. V. de iis *Nova Lit. Lubec.*, *M. Mart. A. 1703.*, *p. 63.*

Exerc. de Polygamia omni, ab ipso Juris, & naturalis, & divini, Autore omnibus, & omni tempore, prohibita, Dissertt. aliqvot exhibita Academicis. Kil. 1710. in 4. Pars ejus secunda *in præfatione* promittitur.

Disp. de Historia Geneseos rerum omnium explanata, germanaqve veritatem illius ac divinitatem demonstrandi ratione. Kil. 1717. in 4. Sub finem aliæ ejusdem argumenti promittuntur.

AFFECTA ET PROMISSA.

Isagoge ad Antiqvitates Hebraicas. } *V. Diss. de Templo Salomonæo p. 3-6.*
Diss. de principiis Antiqq. Hebraicarum.
Systema Antiqq. Hebraicarum minus.

Systema Antiqq. Hebraicarum majus. } Horum σκιαγραφίαν exhibet *Tentaminum circa res Hebræorum Delineatio*, A. 1694. edita.
Polyhistor Hebræus, seu Tr. de veterum Hebræorum Polymathia.
Pandectæ universi priscorum Hebræorum Juris.
Rerum Hebraicarum, & Scriptorum de gente Hebræa, Tomi VIII.

Diss. de veterum Hebræorum Oeconomia. *V. Præfat. Delineationis Politiæ eorundem.*

Labores Biblici. - - Historia priscæ sapientiæ. } *V. Præfat. Exerc. de Polygamia.*
Demonstratio veritatis divinitatisqve S. Literarum & religionis revelatæ.
Exerc. de Accommodatione Dei ad captum hominum.

OLAUS MOLLERUS, Frörupiæ, pago Flenopoli vicino, d. 17. Mart. A. 1617., patre Nicolao Jensenio, molitore, matre vero Catharina Jordtia, Haldani, Agricolæ Frörupensis, filia, natus, literarum rudimenta, in schola primum urbis Flensburgensis vicina, deinde vero, ab A. 1627., qvo parentes, ob belli Cæsarei tempestatem profugi, in Daniam eum secum abduxerunt, in Nacschoviensi Lollandiæ, civium aliqvot benignitate sustentatus, imbibit. Domum hinc, pace patriæ reddita, A. 1629. reversum parentes rusticis aliqvamdiu assvetecere laboribus, sed paulo post tamen, a M. Henr. Damio, Parocho suo Overseensi, per aliqvot eum menses instituere haud gravato, persvasi, studia & Lyceum Flensburgense, A. 1630. instauratum, repetere jusserunt. Ex isto a M. Georg. Lossio, Rectore, A. 1636. in Gedanense dimissus Gymnasium, præter D. Joh. Botsaccum, moderatorem illius, e cæteris Professoribus Joh. Mochingerum, Rhetorem, studiorum ducem elegit, a qvo in contubernium adscitus est domesticum, filii studiis præfectus unici, privatim Theologiæ, lingvæ Hebrææ, Oratoriæqve sacræ & profanæ, imbutus peritia, &, cum, qvadriennio in convictu suo transacto, in Academiam A. 1640. migrasset Regiomontanam, testimonio egregio, absenti A. 1642. transmisso, typisqve excuso, ob φιλομάθειαν, diligentiam & probitatem, bonis omnibus de nota meliore commendatus. Regiomonti, a D. Joh. Behmio, Theologo Academiæ primario, qvi amanuensem eum elegerat, in musei ejusdem admissus societatem, biennium exegit, & in patriam deinde A. 1642. reversus, totidem annis privatæ liberorum Eberh. Vettii, Consulis, institutioni Flenopoli impensis, A. 1644. Nacschoviæ Lollandorum, qvo ob Svecorum se irruptionem denuo receperat, Pastoris castrensis Legionis Christiani V., primogeniti regii, Danicæ pedestris obtinuit officium. Qvæ cum paulo post ab hostibus, ad Christianpriliam, fusa esset, in classem Danicam vicinam elapsus Lubecam se contulit, ac inde, annuo post tempore, Flensburgum est revocatus, Johannisqve Henningii, in Diaconatu ædis Nicolaitanæ, successor d. 10. Sept. A. 1645. electus, ac d. 14. ejusdem mensis munus hoc sacrum auspicatus, ad Pastoratum autem A. 1680. demum evectus. Utramqve spartam, per lustra octo continua, non eruditione tantum sacra insigni, sed ab ambitione & litium studio aliena, ac facundia Ecclesiastica, simplicitatis qvidem, vulgi accommodatæ captui, perpetuo studiosa, & phaleras omnes aversata, mire tamen in animis auditorum divina qvadem virtute permovendis efficaci, sed singulari etiam, qvæ exemplo aliis esse posset, vitæ morumqve integritate ac sanctimonia, Zelo adversus Psevdochristianismum degenerem ardenti, beneficentia in pauperes effusa, summa αὐταρκείᾳ atqve humilitate, aliisqve virtutibus, præclare ornavit, ac febri tandem maligna, d. 26. Jul. A. C. 1685., ætatisqve 68., est extinctus. In conjugio priori cum Christina Johannis Henningii, antecessoris, vidua, & M. Friderici Johannis, prædecessoris, filia, A. 1646., d. 19. Oct., contracto, morteqve illius A. 1656., M. Aprili, dissoluto, nullos sustulit liberos. Uxor, qvam huic d. 19. Apr. A. 1658. subrogavit, altera, Christina Breclingia, M. Joh. Breclingio, Pastore Handevittensi (*de qvo p. 67. 68. dictum*), patre gavisa, & ob pietatem, modestiam, virtutesqve sexus sui alias, fuse a marito, in vitæ suæ narratione, celebrata, fœcunditate insigni novem ei filios, qvatuorqve filias, est enixa. E qvibus, Nicolao primogenito, duabusqve puellis, in prima extinctis infantia, Parenti, cum matre (d. 6. Maji A. 1704. demum mortua), præter filias duas reliqvas, octo superstites fuere filii, *Johannes* scilicet, Operis hujus Autor, *Olaus*, Parochus in agro Flensburgensi Eggebeckensis, *Christianus*, oppidi in Livonia Mariæburgensis Pastor, *Nicolaus II.*, Professor Kiloniensis, *Laurentius*, Dagebüllensis in Frisia Cimbrica Pastor insulæ, *Franciscus*, Ecclesiastes Flensburgensis, Johanneus primum, ac deinde Marianus, tandem etiam Pastor ac Præpositus, *Fridericus*, urbis patriæ mercator, ac *Petrus*, Philos. Magister. E filiabus *Christina* Andr. Reyhero, Diacono Flensburgensi Johanneo, *Agatha Catharina* autem Christoph. Crusio, scholæ publicæ Cantori, est elocata. Confer de illo Frid. Breclingii, affinis, *Triumphum veritatis p. 185.* (ubi vitam ejus ἀνεπίληπτον nemini ait esse ignotam), & *Catalogum testium veritatis adversus Christianismum degenerem* (*Tomo IV. Hist. Eccl. Gotfr. Arnoldi, Sect. III., num. 18., obvium*) *p. 769.* Ubi his eum annumerat, & einen Tugendliebenden Mann, Vatter der Armen, und unsträfliches Exempel der gantzen Gemeine, appellat.

Leichpredigt über Anna, Georgii Rosen Haußfrau, auß Joh. VIII. 51. Slesvigæ 1648. in 4.

Leichpred. vom frühzeitigen Absterben der Gerechten, über Pet. Corvinum, Th. Stud., auß Sap. IV. 7. 8. 9. Slesvigæ 1651. in 4.

Leichpred. über Anna Topsen, auß 2. Tim. IV. 7. 8. A. 1654. in 4.

Die Hofnung GOttergebener Christen im Leben und im Tode, oder Leichpred. über Fr. Catharina Runginn, D. Steph. Klotzii Eheliebste, auß Phil I. 20. 21. Ratzeburgi 1668. in 4.

Demüthige Erkäntniß hochberühmter Leute, oder Leichpredigt über D. Steph. Klotzium, Königl. Dänischen Superintendenten in den Hertzogthümern Sleswig und Holstein, auß Eccl. VI. 10. Ratzeburgi 1668. in 4. Recusa est, una cum præcedenti, sub finem der Cypressenkräntzlein sive Sermonum funebrium Klotzii, Lubecæ A. 1669. *in 4.* editorum. Vitam Klotzii, ex Appendice ejus Biographica, Henn. Wittenius, *in Centuria memor. Theoll. renovatæ*, Francof. A. 1685. publicata,

blicata, *Dec. XII.*, *p. 1615 - 1620.*, & Joh. Alb. Fabricius, *in præfatione, Tractatui Klotziano de Sudore J. C. sanguineo A. 1710. adjecta,* exhibuerunt.

Homiliæ sacræ, partim Saxonicæ, partim Germanicæ, in Periochas dierum dominicorum atqve festorum Evangelicas, priorem D. Johannis Epistolam, Passionis Christi historiam, Catechismum Lutheri minorem, Symbolum Apostolicum, loca varia S. Codicis selectiora, & Cantica aliqvot Ecclesiastica, qvæ ἀνέκδοτοι apud hæredes supersunt.

PETRUS MOLLERUS, Hamburgensis, J. U. D. & Canonicus Magdeburgensis, in civitate patria A. 1701. superstes.

Disp. Jurid. de Remedio L. Diffamari. Basileæ 1678. in 4.

Versio Germanica Historiæ Æthiopicæ Jobi Ludolfi, in Literis ad Autorem A. 1694. promissa, V. Christ. Junckeri (a qvo Canonicus perperam vocatur Hamburgensis) *Comm. de Vita Ludolfi p. 166.*

THEODORUS MOLLERUS, Hamburgensis, Joachimi senioris, Senatoris urbani (de qvo, ac fratribus nostri, *supra* est dictum), filius natu minimus, annum æræ Christianæ 1535. habuit natalem. Post operam studiis elegantioribus & Juridico, in Acad. Rostochiensi, ac aliis, strenue navatam, itinere Germaniam, Belgium, Galliam, Helvetiam & Italiam, peragravit literario, &, summis Juris utriusqve honoribus, teste Greg. Bersmanno, mox laudando, jam potitus Academicis, Patavii morte immatura, A. C. 1563. & ætatis 29., decessit. Sepulchrum ejus, in Eremitarum Basilica, fratrum qvatuor superstitum pietas, curante Eberh. Twestrengio, defuncti consobrino, & Consule postea Hamburgensi, monumento ornavit Epitaphio, cujus hanc Nathan Chytræus (1.), Franc. Sweertius (2.), & Jac. Phil. Tomasinus (3.), exhibent inscriptionem:

Theodoro Moller, Nobili Germano, ex Gambriviis oriundo: Qui, summa ingenii felicitate, doctrinarum orbe ante annos absoluto, cum, Jurisprudentiæ sacris initiatus, magna Germaniæ & Galliæ parte peragrata, excellentis doctrinæ & singularis judicii rectitudine viros principes in sui amorem & benevolentiam certatim adduxisset; in Italiam profectus, dum indefesso conatu studiorum metam consequi properat, immatura morte præventus, ingenti patriæ, familiæ & amicis, sui desiderio relicto, feliciter decedit. Joachimus JC., Eberhardus, Reip. Gambr. COS., Heinricus D., & Johannes, VV. Ampliss., FRS Germani, desideratiss. FRI hoc amoris & pietatis extremum officium exsolverunt. Vixit Ann. XXIIX., M. II., D. XXIV. Moritur An. noviss. temp. MDLXIIV.
Consobrino S. B. merito Eberhard. Twestrengh. procur. MDLXXV.

Greg. Bersmannus, Lit. human. Prof. Lipsiensis, Elegia defunctum celebravit pereleganti (4.), in qva non *Themidos* solum *honor ac sacerdos, patriæqve, ac domus suæ, columen, spes atqve decus,* salutatur, sed ob juris etiam, historiæ omnigenæ, qvatuorqve lingvarum, insignem commendatur peritiam. Henr. Ranzovio (5.) *ingenii itidem & exspectationis summæ* audit *Jurisconsultus,* Nicol. Cisnero autem (6.) *adolescens excellenti ingenio, & singulari juris cognitione, præditus.* Confer de illo Eberh. Twestrengii Sen. Elegiam ad Eberh. Mollerum gratulatoriam, *T. VI. Scr. Publ. Witeb., lit. Q q. 4. a.*

Oratio de Henrico Leone, Duce Saxoniæ & Bavariæ, ab eo, Dav. Chytræi auspiciis, in Acad. Rostochiensi recitata, & in Chytræi *Tomo uno Orationum illustrium*, Argentinæ A. 1600. *in 8.* excuso, *p. 169 - 184.*, edita.

VINCENTIUS MOLLERUS I., Hamburgensis, Eberhardi, Consulari dignitate functi, filius, J. U. Licentiati titulo A. 1583. Basileæ reportato, patriæ, ab A. 1585., fuit Secretarius, &, ab A. 1596., Senator, tandemqve, d. 21. Febr. A. 1599., in Consulum allectus est numerum (7.). Meritis patriam sibi obstrinxit ingentibus, autorqve civibus Gymnasii condendi fuit præcipuus, ac, in hujus inauguratione, d. 12. Aug. A 1613., publice, Senatorii ordinis nomine, peroravit (8.). Gratissimus etiam Regibus & Principibus, qvos legatus adiit, erat exteris, &, hos inter, Christiano IV., Monarchæ Danico, suis eum sæpius dignato laudibus (9.). Vivis tandem excessit d. 30. Martii A. 1621. (10.) (in cujus locum seqvens 1622. a Joh. Ristio (11.), præcedens vero 1620. a Joh. Alb. Fabricio (12.), substituitur), & exuvias ædi Nicolaitanæ asservandas reliqvit. E conjuge Margareta, Casp. Hoyeri, Consiliarii Holsatici, ac Eiderstadiæ Præsidis, filia, A. 1598. ducta, ac marito per annos 31. (ad fatalem usqve 1652.) superstite, liberos sexus virilis qvinos (ac, hos inter, Eberhardum, Canonicum Hamburgensem), gnatasqve decem, sustulit, Christ. Woldenbergio, Acad. Rostoch. JCto (13.), Mich. Reisero, J. U. D. & Practico Hamburgensi, D. Joh. Placcio, Poliatro, Pet. Rövero, Senatori, Henricoqve Brüsero, mercatori, partim elocatas (14.). Joh. Caselii duarum ad illum Epistolarum, A. 1610. & 1611. exaratarum, mentio in Henr. Ernstii *scriptorum Caselianorum* occurrit *Catalogo* (15.). Joh. Alb. Fabricius (16.) *Virum* vocat *de republica patria egregie promeritum.*

Theses Inaugurales de Jure & prærogativa plurium Creditorum in pignore vel hypotheca; cum Carmine gratulatorio Alb. Twestrengii. Basileæ 1583. in 4.

Wolmeinender wahrhafftiger Discurs, warumb und wie die Römisch-Catholische in Deutschland sich billig von den Spaniern und Jesuiten absondern, und ihrer selbst, bey diesen höchstgefährlichen Zeiten, wol wahrnehmen können und sollen, damit nicht das Vaterland, und sie selbst, andern zum Raube gerahten, und sie ihnen deswegen bey sich selbst ein böses Gewissen aufladen, bey den Nachkommen aber eine unauslöschliche Schmach über den Hals ziehen: Gestellet durch einen treuhertzigen Teutschen Catholischen. A. 1615. in 4. Scriptum ἀδέσποτον, qvod Mollero nostro Mich. Casp. Lundorpius, *T. I. Act. Publ., Lib. I., c. 65.*, ejusqve fidem secuti Franc. Irenicus (sive Phil. Andr. Oldenburgerus) *in Collegio ad Burgoldensis Discursus in Instrum. Pacis, P. II. p. 25.* (ubi male Syndicus vocatur Hamburgensis), Joh. Deckherus (*Discursum hunc, si qvisqvam, bonæ* judicans *esse fidei*), *in Conjecturis de scriptis Adespotis, p. 81. 82.*, & Vinc. Placcius, *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 11., p. 457.*, vindicarunt.

Annotata in Jus statutarium civitatis Hamburgensis ἀνέκδοτα & αὐτόγραφα, qvæ possessor illorum, Autorisqve nepos, Vinc. Placcius, Bibliothecæ Hamburgensi publicæ, cum privata sua, legavit, & *brevia qvidem ac pauca esse, sed ob præjudicata, Mollero autore & præside pleraqve facta, summe notabilia,* in *Idea JCti Hamburgensis, Musis* inserta *Juridicis, c. 3., p. 161.*, judicavit.

VINCENTIUS MOLLERUS II., Theodori filius, Hamburgensis, J. U. Licentiatus.

Disp. Inaug. de qvæstionibus ex materia Emptionis & venditionis. Heidelbergæ 1589. in 4.

(Eundem hunc esse suspicor, cum Vinc. Mollero, Hamburgensi, Dieterici, ex Gesa, Petri a Spreckelsen, Consulis, gnata,

(1.) *in Deliciis variorum in Europa itinerum, p. 213. Ed. prima, & p. 161. secunda.* (2.) *in Deliciis orbis Christiani p. 417. 418.* (3.) *in Inscriptt. Patavinis p. 150. 163.* Conf. Dod. Richei *Theatr. Fun., Part III. p. 201.* (4.) *P. I. Poem., Lib. II. Epicediorum, p. 242. 243. 244.* (5.) *in Exemplis Astrologicis p. 182.* (6.) *in Ep. Dedic., Saxoniæ Alb. Krantzii præfixa.* (7.) V. Ad. Trafsigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamburg. p. 36. 37.* (8.) teste Anonymi *Catalogo MS Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis.* (9.) V. Joh. Ristii *Parnassum Teutonicum p. 261.* (10.) V. Trafsigerum *l. c.* (11.) *l. c. p. 823.* (12.) *P. I. Memor. Hamb. p. 265.* (13.) V. Henn. Wittenii *Dec. IV. Memor. JCtorum renov. p. 530.* (14.) V. Joh. Ristii Carmina duo, Genethliacum & Epicedium, in laudem Viduæ ejus, *in Parnasso Teutonico, p. 258 - 267. 822 - 832.* (15.) *p. 27.* (16.) *loco num. 12. citato.*

gnata, filio, J.U.D. ac Syndico Bremensi, de qvo *Nova literaria Germanica, M. Jan. A.1703., p.38.39.*, possunt consuli.)

VINCENTIVS MOLLERUS III., Hamburgensis, Johannis, Parochiæ Jacobææ XIIviri, ex Margareta, Henningi Matthiæ, Senatoris, gnata, filius, A. circiter 1575. in lucem editus, supremis Jurisprudentiæ honoribus Academicis impetratis, in patriam redux, Syndicis illius (D. Joachimi ab Holte successor) d. 23. Nov. A. 1601. est adscriptus, &, cum locum hos inter principem tandem obtinuisset, ac Consiliarii insuper sui titulo a Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, esset ornatus, d. 2. Sept. A. 1625. qvinqvagenarius expiravit. Superstites, una cum uxore Elisabetha, Bartholdi Becmanni, Consulis Hamburgensis, filia (A. C. 1604. ducta, & A. 1657., ætatisqve 81., mortua), & Margareta filia, D. Joh. Christoph. Meurero, Syndico, A. 1640. nupta, tres patriæ reliqvit filios, Bartholdum, J. U. L. & illius Consulem, Johannem, J. U. D. ac Syndicum, & Vincentium VI., J. U. L., Regumqve Svecicorum Consiliarium ac Legatum in Saxonia inferiori ordinarium, suis fusius locis celebratos. Symboli loco (uti ex *Albi MS. Morsiani fol. 270.* didici) hoc versu est usus, ad prænomen Vincentii alludente:

Vincentes pietate manet sua adorea in ævum.

V. de illo Epicedia in obitum ipsius pariter atqve uxoris scripta, *Nova Lit. Germanica, M. Jan. A.1703., p.38.39.40.*, familiæ ejus Genealogiam exhibentia, Mich. Clenovii Jun. *Myrmecias Poeticas p.131.*, Joh. Ristii Poetischen Schauplatz *p.27.29.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamburg. p. 440.*

Opus Genealogicum affectum, cujus in duabus Joh. Wouwerii ad Joh. Wittenium Epistolis, A.1603. & 1604. exaratis (*Cent. II., n. 45. & 61., p. 298.332.*), occurrit mentio.

VINCENTIUS MOLLERUS IV., Hamburgensis, patre Casparo, Senatore erudito, matre vero Lucia, Petri a Spreckelsen, Consulis, filia, anno circiter 1584., natus, Licentiati juris titulo Heidelbergæ A. 1609. impetrato, in urbe patria dignitatem Secretarii, sive Protonotarii, A. 1614., locum inter Senatores (qvibus eum a Gerh. Schrodero, *in Fastis Hamburgensibus*, haud annumerari video) A.1624., Prosyndici officium (fratre D. Pet. Mollero mortuo) A. 1625., & ipsum tandem Syndicatum (post Vinc. Molleri III. obitum) d. 21. Dec. ejusdem anni, obtinuit. Per sexennium isto, & legationibus simul diversis, functus, d. 17. Aug. A. C. 1631., ac ætatis 47., decessit, cum e Gertrude conjuge, Dieterici ab Eitzen, Consulis, filia, duos progenuisset filios, Casparum, J. U. Lic., in cœlibatu A. 1648. extinctum, & Dietericum, J. U. itidem Licentiatum, patriæ, ad annum usqve emortualem 1687., functum Consulatu. V. de illo Ad. Tratzigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamburg. p. 45. 46.*, Genealogiam Mollerorum Hamburgensium, *in Novis Lit. Germ., M. Jan. A.1703., p. 38. 39.*, obviam, J. A. Fabricii *P. I. Memor. Hamb., p. 441.*, & Eilh. Lubini *Epistolam*, qva *Paraphrasin* suam *in Horatii Librum Epodon* A. 1598. illi inscripsit, *dedicatoriam.*

Qvæstiones aliqvot Juridicæ. Jenæ 1607. in 4. (*O. Sp.*)

Disp. Inaug. ex præcipuis & difficillimis Juris Civilis, Canonici & Feudalis, materiis desumpta, Præside D. Phil. Hofmanno. Heidelbergæ 1609. in 4.

Annotationes ad Jus Statutarium Hamburgense prolixiores ineditæ, Statuta singula non præjudicatis solum illustrantes, sed Jura & rationes his etiam adjungentes, qvæ a Vinc. Placcio, *in Idea JCti Hamburgensis, Musis inserta Juridicis, c. 3., p. 162.*, sunt laudatæ, & a Matth. Slutero qvoqve, in *Tr. von den Erben in Hamburg, P. IV., Tit. 3., p. 689. & Tit. 10., p. 760.*, allegantur.

VINCENTIUS MOLLERUS V., Hamburgensis, J. U. D., idem forte cum D. Vinc. Mollero, qvem Canonicum, ab A. 1632. ad 1637., Hamburgensem fuisse Joh. Alb. Fabricius (*P. II. Memor. Hamb. p. 611.*) testatur.

Disp. Inaug. de Compensationibus, pro Licentiæ gradu habita. Basileæ 1632. in 4.

Disp. Doctoralis de Qvæstionibus & Torturis. Basileæ 1632. in 4. Utraqve recusa est *in Octavo Disputt. Jurid. Basileensium Volumine*, ibidem A. 1658. *in 4.* impresso, prior *num. 29.*, posterior *num. 20.*

VINCENTIUS MOLLERUS VI., Hamburgensis, Toparcha hæreditarius Adlersburgensis, Nesthoffianus & Müllersbergensis, A. 1615. patre natus Vinc. Mollero III., J. U. D. ac Syndico Hamburgensi, matre autem Elisabetha, Barth. Becmanni, Consulis, filia, Themidos sacris, ab A. 1632., in Academiis Groningensi & Lugduno-Batava, dedit operam. Triennio deinde in Galliis commoratus integro, & castra aliqvamdiu secutus Turenniana, his matris jussu relictis, Britanniam, Italiam, Germaniam, Hungariam & Poloniam, peragravit, & Basileæ A. 1639. Licentiati titulum exambiit. Hamburgum redux, per sexennium initio Frisiæ Orientalis Comiti, deinde Friderico, Duci Holsatico, ac Christinæ tandem, Reginæ Svedicæ (ab A. 1646.), fuit a consiliis, Legatusqve simul ejusdem, & Successorum, Caroli Gustavi ac Caroli XI., ad Ordines Saxoniæ inferioris, ab A. 1648., perpetuus atqve ordinarius, licet in patria (qvæ suis eum d. 27. Jun. A. 1654. adscripsit Canonicis) sedem sibi fortunarum elegisset stabilem. In illustrem Carpophororum ordinem, ob doctrinam, admissus Germanicum, *floribusqve abundantis* (des Blumenreichen) donatus agnomine, hominum eruditorum vicissim fuit amantissimus, singulariqve in hos benignitate Mich. Kirstenii, Joh. Ristii, aliorumqve, laudes meruit publicas. Vivis tandem hydropicus, A. C. 1668. & ætatis 53., d. 9. Martii, uti Epicedia testantur, vel, si Kirstenio malis credere, ipso veris æqvinoctio, excessit, &, e liberis IX., qvos Catharina Crusia, Benedicti, Consiliarii ex Academiæ Upsaliensis JCto Svecici, filia, & Joh. Adleri Salvii, Baronis ab Orneholm, Cancellarii in Svecia aulici, regniqve Senatoris, privigna, in thorum A. 1645. admissa conjugalem, ipsi erat enixa, duos sexus nobilioris, & qvatuor seqvioris, reliqvit superstites. E qvibus Vincentius Tribuni militaris dignitatem a Svecis obtinuit, Carolus Gustavus Parenti vivo in Canonicatu A. 1667. successit Hamburgensi (1.), & Margareta Elisabetha, Comiti Polo, aulæ Svedicæ ministro, nupta, XI. hunc liberorum parentem reddidit. Fusius eum celebravit Mich. Kirstenius, Prof. Hamburg., tum *in Aqvila Jovis*, seu *Poemate de Ministro regio*, illi inscripto, & Hamburgi A. 1651. *in fol.* edito, tum in *Sermone Epitaphio*, defuncti dicato memoriæ, & ibidem A.1668. *in fol.* excuso, A.1710. autem *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 262-276.*, recuso. Conferri etiam possunt Familiæ Mollerianæ Hamburgensis Genealogia, *in Novis Lit. Germ., M. Jan. A.1703., p. 38. 39.*, exhibita, Hugonis Grotii *Epistola* ad nostrum, Parisiis d. 5. Jan. A. 1639. exarata (qvæ A. 1697., in Editionis *Epistolarum* Marqv. Gudii Trajectinæ *Appendice, num.98., p.184.*, prodiit), Georg. Phil. Harsdörferi Epistola ad illum dedicatoria, *Parti III.* des Poetischen Trichters A.1653. præmissa, Joh. Ristii Poema ad eum de Legati Svedici dignitate gratulatorium vernaculum (im teutschen *Parnasso p. 224-231.*), & *Epistola* Versionis Satyræ Juliani in Imperatores Romanos Germanicæ, A. 1663. ἀνωνύμως editæ, *dedicatoria*, ac Joh. Dan. Majoris (cui *Vir* audit *edecumatæ doctrinæ & humanitatis*) similis, qva *Prodromum Chirurgiæ infusoriæ* A. 1664. ipsi inscripsit, προσφώνησις Epistolica.

Disp. Inaug. de Testamentis ordinandis & infirmandis. Basileæ 1639. in 4.

BERN-

(1.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 610.*

BERNHARDUS MÖLLMANN Flensburgensis.

Diss. epistolica de Illustribus qvibusdam (XII.) in Republica literaria Viris, Flensburgo oriundis, ad D. Thom. Clausenium, Flensb. 1721. in 4.

Diss. Philosophico-literaria de Subsidiis Attentionis merito & falso suspectis, Præside M. Joh. Zach. Hilligero proposita. Witeb. 1723. in 4.

M. STEPHANUS MOLTICHIUS, Burga Dithmarsus, M. Arnoldi Moltichii, Ecclesiastæ illic ruralis, filius, Mathesin & Philosophiam accuratiorem, qvas, in Gymnasio Hamburgensi, a Joach. Jungio & Joh. Adolpho Tassio, Professoribus illius inclytis, perqvam felici studio addidicerat, Hamburgum ex Academiis Rostochiensi (in qva Magister A. 1645. est creatus), aliisqve, redux, tyrones privatim docuit, istoqve pacto vitæ subsidia sibi, uxori & filiolo, ægre licet, donec d. 3. Apr. A. 1654. morte immatura extingveretur, paravit.

Disputationes III. de Mistione corporum naturalium Aristotelica, contra Averroem & Jac. Zabarellam, Præside D. Joach. Jungio, Autore, defensæ. Hamburgi 1642. in 4.

Planctus Mathematicus, qvo disciplinæ Mathematicæ obitum Præsidis sui, Joh. Adolphi Tassii, proseqvuntur. Hamb. 1654. in 4.

Analyses Dianoëticæ in Paradoxa Ciceronis, a Joh. Vagetio, Log. & Metaph. Professore Hamburgensi, ejus discipulo, cum Examine suo, editæ. Hamb. 1687. in 8.

Exercitationes Analyseon Dianoëticarum, ab eodem Vagetio publicatæ. Hamb. 1687. in 8.

Calendaria in annum 1651., & seqventes, Germanica, Hamburgi excusa, &, post obitum etiam (uti posthumum anni 1656. me docuit), continuata.

Gründlicher Bericht von des Cometen, der A. 1652., im Monat Decembri, gesehen worden, Eigenschaft und Bedeutung, aus wahren Physischen und Astrologischen Gründen gestellet. Hamb. 1653. in 4.

Antiqvitates Dithmarsicæ ineditæ, ab Ant. Heimreichio, *in Catalogis Autorum*, qvos *Chronicis Frisiæ Borealis & Dithmarsiæ* præfixit, allegatæ.

ARNOLDUS MOLTZAN, Rendesburgensis, Ecclesiæ ruralis Kirch-Bercaviensis, in Præfectura Kiloniensi, ab A. 1691., Parochus, Catharinææ deinde Hamburgensis Diaconus, d. 30. Dec. A. 1703., sortis electus beneficio, & d. 13. Mart. A. 1704. inauguratus.

V. *Nova Lit. Germ., M. Jun. A. 1704., p. 234.*, & J. A. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 882.*

Gebetbüchlein, ed. A. 1688. (*V. Præfat.* der Richtigen Wolfahrt).

Richtige Wolfahrt der flüchtigen Wallfahrt, in 50. Betrachtungen der irdischen Pilgrimschaft vorgestellet. Plönæ 1692. in 8. In præfatione qvinqve aliæ Meditationum hujusmodi subitanearum, Jos. Halli & Christ. Scriveri exemplo conscriptarum, promittuntur Semicenturiæ.

Beschönte Eitelkeit, oder das Edelste unter dem Eiteln, die Gelahrsamkeit, in einer Leichenrede über Christoph. Langen, Past. zu Elmeschenhagen, vorgestellt, und M. Henr. Jonsenii Leichpredigt über denselben, aus Phil. I. 21., beygedruckt. Kilonii 1695. in 4.

WILHELMUS MOMMA, Hamburgensis, d. 29. Sept., Michaeli Archangelo sacro, A. 1642. natus, patrem mercatorem habuit sibi cognominem, qvi e civitate patria Stolbergensi, prope Aqvisgranum in Ducatu sita Juliacensi, Hamburgum, ut belli Germanici evitaret tempestatem, se receperat, matrem vero Annam Boisotam, gente inter Belgas ortam nobili. A parentibus hisce in religione, qvam ipsi profitebantur, educatus est Reformata, &, ob haud obscura ingenii felicioris indicia, in Scholam urbis Bremensis ablegatus inferiorem. Inde Hamburgum anno ætatis 13. redux, accuratiorem sibi lingvæ Hebrææ, ductu Esdræ Edzardi, paravit notitiam, ac, triennio post, A. 1658., in Academiam profectus Lugduno-Batavam, studii Theologici Hodegos elegit Professores illius inclytos, Abr. Heidanum, Joh. Hornbeckium, & Joh. præsertim Coccejum, cujus privatissima, & in sacris, & in lingva Hebræa, cæterisqve Orientalibus, gavisus est institutione, cuiqve indolem suam ac mores ita approbavit, ut filii ab ipso loco haberetur. Huic qvantum debuerit, ipse, *in præfatione Partis I. Oeconomiæ temporum testamentariæ*, verbis professus est seqventibus: *Nec silentio prætereundus Vir Summus, Joh. Coccejus, b. m., Præceptor olim noster, sine qvo hæc præstare haud potuissemus. Sub illo prima studiorum posuimus fundamenta. Illo autore & duce lingvas sacras diligentius excoluimus, imo & in S. literarum ingressi sumus mysteria. In gravissimis hujus voluminis rebus scripta ejus diligenter consuluimus, & in plurimis immensum ab eo adjuti sumus. - - Ego, si viri hujus oblivliscerer, in honestatem, ipsumqve Deum, peccarem.* Cum Leidæ, qvinqvennio, qvo illic hæsit, integro, in Theologia, Philologia Orientali, & studio (cui, ductum Rabbini secutus Amstelodamensis, vacaverat) Rabbinico, egregie profecisset, specimenqve profectuum insigne, *in Disput. de Oeconomia temporum*, A. 1662. Coccejo Præside habita, &, ob novas hujus de fœderibus divinis opiniones ubiqve inculcatas, a Sam. Maresio, aliisqve, impugnata, publice proposuisset, in patriam, impetrato, post Examen, a Classe Ecclesiastica testimonio honorifico, A. 1663., parenti emortuali, rediit. A. 1664. iter in Galliam instituit, istoqve finito, & morbo difficili superato, Leidam A. 1666. iterum est profectus, ibiqve se primum novæ Reformatorum in urbe Lubecensi Ecclesiæ, solenni χειροθεσίας ritu, constitui passus Antistitem, primum Lubecæ sermonem in Col. I. 2. sacrum d. 26. Aug. habuit. Cœtui huic, ex solis tenuioris fortunæ collecto hominibus, septennio seqventi, in urbe initio, & postea, cum illic coire vetaretur, potestate a Senatu d. 14. Mart. A. 1673. concessa, in horto Kirchringii Consulis suburbano, gratis propemodum inservit. Sed nec istic diu sacros celebrare congressus licuit. Annitente enim Ordine Ecclesiastico Lubecensi Lutherano (cui Momma, *in præfat. Oeconomiæ suæ*, exeunte anno superiori 1672., τὸ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, καὶ ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ, erat apprecatus), M. Septembri ejusdem anni 1673., Reformati omnes a Senatu, non urbe tantum, sed universa etiam ditione Lubecensi, sunt ejecti, & ita cœtus hic novellus, summo cum ipsius dolore, dissipatus (1.). A. seqv. 1674. Hammonæ in Westphalia Theologiæ in Gymnasio professionem, qvam *Oratione de Christo servatore* d. 13. Dec. est auspicatus, nec multo post Parochi etiam officium, obtinuit. Inde Middelburgum, Zeelandiæ Belgicæ urbem, ad geminum itidem Professoris & Ecclesiastæ munus, A. 1676. a Magistratu est evocatus, sed, ut vocationi obseqveretur, ægre persuasus, qvod Classis in Zeelandia Walachrianæ Presbyteros, Joh. Cocceji discipulis atqve asseclis, &, hos inter, sibi qvoqve, infestos, illi refragari intelligeret. Precibus tamen Medioburgensium iteratis victus, & testimonio honorifico (*Meditationibus in Epistolam ad Romanos posthumis* A. 1678. præfixo) ab Ecclesia instructus Hammonensi, illuc, ingenti cum civium applausu, commigravit. Sed vix eo delatum Wilhelmus Henricus, Princeps Auriacus, Belgiiqve fœderati Gubernator, adversariis addictior, vocationem istam accipere,

(1.) V. ejus *præfat. Voluminis II. Oeconomiæ suæ*, & *Partem II. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 4., p. 103. 104.*

cipere, priusqvam controversia de illa, inter Classem Wallachrianam & Collegium Mediobyrgense qvalificatum, enata, ac scriptis (qvæ mox enumerabuntur) ventilata publicis, composita esset, per literas vetuit. Huic ipse, rem, abdicato jam officio priore, non amplius esse integram, modeste respondit, ac, Magistratus urbani hortatu, insuper habitis Pastorum Walachrorum (qvi, pro lupo se eum ac latrone esse habituros, minabantur, sed collationem de articulis controversis amicam detrectabant) dehortationibus, spartam Ecclesiasticam sacro in locum Hos. VI. 1. sermone, Professoriam autem *Oratione de variis Jesu Christi apparitionibus* solenni, ornare est exorsus. Cum autem Princeps utraqve paulo post denuo ipsi interdiceret, obtemperare qvidem huic voluit, sed Magistratus tamen precibus, ut in Ecclesia pariter atqve Gymnasio docere pergeret, se passus est permoveri. Qvo facto non Classem solum irritavit Wallachrianam, qvæ, frustra tentata reconciliatione, in Synodo Vlissingensi (cui Magistratus Medioburgensis & ipsum, & reliqvos suos, interesse vetuerat, Ecclesiastas), absentem condemnavit, sed Principem etiam, qvi, Medioburgum paulo post profectus, ab utroqve eum munere removit, alibi tamen & de Pastoratu, & de professione simili, prospectum ipsi a se iri pollicitus. Medioburgo Theologus hic doctissimus, & in S. literis atqve Philologia Hebræa versatissimus, in Hollandiam se contulit, & menses, qvibus superstes fuit, paucos in ædibus Gvilh. Anslaerii, Ecclesiastæ initio Delphensis, & deinde Amstelodamensis, generiqve Joh. Cocceji, sibi amicissimi, partim Amstelodami, partim vero Delphis, transegit, ac in otio hoc Commentarium in Epistolam ad Romanos cœpit conscribere, sed ad finem non perduxit. Ineunte enim Septembri anni 1677. Delphis in febrem incidit qvartanam, cum cordis palpitatione, aliisqve symptomatis, conjunctam. Qva cum impediri se haud pateretur, qvo minus & mensam accederet, & studiis pristino incumberet ardore, a domesticis Anslaerii, e somno ipsum, uti jusserat, excitaturis, d. 10. Sept., sub diluculum, dormienti qvidem similis, sed revera jam mortuus, est inventus, atqve ita, anno ætatis 35., persecutionibus, qvas, in tam brevi ætatis curriculo, a fidei præcipue sociis, sustinuerat, haud paucis placido ereptus obitu.

Vitæ ipsius Historiam (cui nostra debemus), una cum brevi pro illo, contra adversarios, Apologia, Gvilh. Anslaerius, modo laudatus, exhibuit, *in Præfatione, Meditationibus* nostri *in Epistolas ad Romanos ac Galatas posthumis* A. 1678. præfixa, & inter *Vitas Theologorum insignium*, a M. Joh. Georg. Jochio collectas, atqve Francofurti A. 1707. *in 8.* editas, *p. 278-312.* (sed sine Anslaerii Autoris mentione), recusa. In compendium eam Lipsienses, *in Actis Erud., M. Febr. A. 1684., p. 99. 100.*, & Parisienses, *in Diario Eruditorum Gallico, M. Apr. A. 1708., Ephem. 18., p. 191-194.*, contraxerunt. Exstat etiam, qvod allegari in Catalogo qvodam video, D. Johannis van der Wayen, Prof. Theol. Franeqverani, scriptum de eadem Belgicum, Amstelodami A. 1678. *in 8.* (sub tit.: Leven en Bedrijf *Wilhelmi Momma*) editum. Certaminis ac fatorum ejus Middelburgensium historiam scripta exhibent & illustrant utriusqve partis *ἀπολογία* seqventia:

1. Des Collegii Qvalificati tot Middelburg noodige Verantwording, over het geene, so omtrent haere Beroepinge van D. Gvilh. Momma is vorgefallen. Middelb. 1676. in 4.
2. Clasfis Walachrianæ Historische Relation, en noodige afgedrungene Verantwoording, tegen des Collegii Qvalificati uytsporige onnoodige Verantwording der Beroepinge Wilhelmi Momma. Vlislinge 1677. in 4.
3. Anonymi Samenspraeck over den tegenwordigen toestandt van de Stadt en Kerck van Middelburg, behelsende een waerachtig en particulier Verhael van de onlanghs alldaer vorgefallene Geschiedenissen, mitsgaders verschende Acten, Resolutien en Brieven, daerto streckende; beginnende den 25. Oct. A. 1676., eyndigende den 5. Apr. A. 1677. in 4.
4. Historia persecutionis Wilh. Mommæ, Belgice edita, qvam Gvilh. Anslaerius, *in præfat. cit.*, allegat.

Conferri de illo possunt Henn. Wittenii *Diarium Biogr. Sec. XVII., T. I., ad A. 1677., & T. II. p. 115.*, Joh. Clerici *Bibliotheca Historica universalis, Gallice edita, T. VIII., M. Febr. A. 1688., p. 292. 293.*, Andr. Caroli *Memorabilia Sec. XVII. Ecclesiastica, T. II., Lib. VIII., c. 52., p. 180. 181.*, Thomæ Crenii *Pars IX. Animadv., c. 2., §. 5., p. 128.*, & *Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbricam Pars II., c. 5., §. 4., p. 103. 104.*

Janus de Bischop, Scholæ in Zeelandia Verianæ Rector, *Choro* suo *Musarum*, Leidæ A. 1700. edito, *p. 240.*, hoc in illum Epigramma inseruit:

Momma, decus Svadæ, Pastorum gloria, Momma,
Os famæ meruit, Mommaqve scomma fuit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Oeconomia temporum divina demonstrata, Præside D. Joh. Coccejo d. 9. Sept. A. 1662. ad disputandum proposita, Lugd. Bat. A. 1662. in 4., &, ignaro Autore, ibidem A. 1668. in 12. recusa, nec non, sub titulo *Compendii Oeconomiarum Dei*, cum D. Henr. Jac. a Bashuysen in eam Exercitationibus, in Gymn. Servestano propositis, Servestæ A. 1718. *in 8.* De qva edit. ultima *Acta Erud. Lips., M. Mart. A. 1719., p. 111-114.*, & Halensium de Exercitationum Bashuysii *ἀταξία*, aliisqve vitiis, censura, Sect. 13. der abgesonderten Bibliotheck obvia, consulantur. Belgica versio, a Camerichio qvodam concinnata (sub tit.: Bedeeling der Tijden klaerlick vertoont), Vlisingæ A. 1681. *in 8.* prodiit. Schediasma hoc, in qvo Autor, Joh. Cocceji, Præceptoris, secutus hypotheses, diversos divinæ revelationis diversis temporibus gradus, Hebr. I. 1. expositos, delineavit, a Sam. Maresio, ab æmulis Mommæ (qvi 83. qvæstiones, ex illo excerptas, censuræ ejus subjecerant) instigato, in Disput. peculiari, Groningæ d. 21. Jan. A. 1663. habita, est impugnatum, vindicatum autem a Joh. Coccejo, in Observationibus ad Disput. Maresianam, Maresio ipsi inscriptis, ac perspicue, qvam male is de controversia, sibi ac Mommæ mota, ab adversariis utriusqve fuerit instructus, demonstrantibus. In qva ipsius declaratione se acqviescere, Maresius Coccejo, per literas, significavit. V. Joh. Clericum *l. c.*

Oeconomia temporum testamentaria triplex, seu de varia conditione ac statu Ecclesiæ Dei, sub triplici Oeconomia Patriarcharum, ac V. & N. T., Libri III., qvibus plurima S. Literarum oracula, doctrina de testamentis & fœderibus Dei, umbræ V. T., ejusqve a novo differentia, & memorabiles Ecclesiæ casus, enarrantur. Tomus I., duos priores libros complectens, Amstelodami A. 1673. *in 8.*, Secundus vero, Libri tertii partem tantum primam exhibens, ibidem A. 1674. *in 8.*, prodiit. Utrumqve Tomum junctim, cum Prælectionibus VIII. Autoris de adventu Schilo, ad Gen. XLIX. 10., & CXXIII. de variis Theologiæ capitibus, ordine Systematico, ad Locum usqve de Peccato originali, in Gymnasio Hammonensi habitis, e MS., licet ultimam illius manum expertæ non essent, additis, uno sistit volumine Editio secunda posthuma, cum nova Anonymi præfatione, Amstelodami A. 1683. *in 4.* excusa, & Francofurti ad Mœnum A. 1698. *in 4.* ac Basileæ A. 1718. *in 4.* recusa. Hujus etiam Versio extat Belgica (sub tit.: Huyshouding Goodes), Amstelodami A. 1676. & 1680. *in 4.* Tomis duobus publicata. Occasionem operis istius (de qvo Lipsienses, *scite atqve erudite* Mommam de Ecclesiæ commentatum esse periodis judicantes, in prolixo ejus recensu, *Actis Erud., M. Febr. A. 1684., p. 96-100.*, inserto, merentur conferri) elucubrandi præbuerunt Autori preces amicorum, qvi ab eo, Lubeca A. 1670. in Bataviam profecto, editionem Disputationis ejusdem argumenti præcedentis tertiam atqve auctio-

rem

rem postulabant. Qvibus cum, Lubecam reversus, vellet obseqvi, tantam materiæ deprehendit esse ubertatem ac varietatem, ut consultius arbitraretur justo eam opere perseqvi, qvam intra disputationis coercere terminos. In tres illud libros divisit, qvorum I. Ecclesiam Patriarchalem, a lapsu Protoplastorum ad introitum usqve Israelitarum in Ægyptum, e Genesi describit & illustrat Mosaica; II. vero Judaicam, legi obnoxiam V. T. Mosaicæ, ab exitu ex Ægypto, ad incarnationem usqve Christi, e reliqvis Mosis ac Scriptorum V. T. aliorum libris, accurate delineat. Tertium de Ecclesia N. T. Christiana in duas distinxit partes. Harum prior, historiam Christi & Apostolorum, faciemqve Ecclesiæ, ab iis plantatæ, ex Evangelistis & Actis Apostolicis describens, simulqve de ejus prærogativis, ac regimine a Christo instituto, disserens; cum duobus libris præcedentibus, A. 1674. & 1683. prodiit. Posterior autem, in qva Autor vaticinia Prophetarum, Christi & Apocalypseos, de statu & fatis Ecclesiæ N. T., explicare, ejusdemqve historiam, incrementa, decrementa, hæreses & Synodos, una cum ortu & progressu mysterii iniqvitatis, ab Apostolorum excessu, per singula recensere secula, ac consummationem tandem seculi, statumqve Ecclesiæ in cœlo triumphantis, adumbrare, constituerat, absolvi ab ipso, ob mortem præmaturam, non potuit, ac imperfecta haud dubie in amicorum latet scriniis. Joh. Cocceji, Præceptoris, ubiqve propemodum insisti vestigiis, & ipse in verbis Proœmii sui, in Vita jam recitatis, grata mente est professus, & præfationis, Editioni secundæ A. 1683. præfixæ, scriptor seqventibus monuit: *Qvoniam scripta magni Cocceji nocturna versarat manu, versarat diurna, hujusqve tanti sui Præceptoris verba, una cum rebus, tantum non in succum & sangvinem verterat, non miraberis, si res iisdem non raro verbis, qvibus usus est Vir iste incomparabilis, expressas videas a nostro; præsertim cum ipse Autor, qvantum per illum profecerit, publice plus semel fassus fuerit.*

Oratio auspicalis de JEsu Christo, Domino & Servatore nostro, in Gymnasio Hammonensi d. 13. Dec. A. 1674. habita, & deinde excusa, teste Gvilh. Anslaerio *in præf. Meditt.* illius *in Epp. ad Rom. & Gal.*

Oratio professionis Theologicæ auspicalis de Apparitionibus JEsu Christi, in Gymnasio Middelburgensi d. 8. Jun. A. 1676. habita, & eodem A. 1676. Middelburgi edita, recusa autem in Thomæ Crenii *Fasce IV. Exercitationum Philologico-Historicarum*, Lugd. Bat. A. 1700. *in 8.* impresso, *num. 1., p. 1-30.*

Meditationes posthumæ in Epistolas ad Romanos ac Galatas, cum Gvilh. Anslaerii, Past. Amstelod. (*cujus hortatu sunt conscriptæ*) præfatione de vita Autoris (*in qva non esse eas confectas, sed vix affectas, fatetur*) editæ. Hagæ 1678. in 8.

Meditationes in Cathechesin Heidelbergensem. Lugd. Bat. 1684. in 8. Disseruit de illis Pet. Bælius, *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Mart. A. 1684.* Versio earundem Belgica, ab Abrahamo de Pot edita, a Joh. Clerico, *T. VIII. Biblioth. Univ. Histor., M. Febr. A. 1688., p. 292. 293.*, allegatur.

Prælectiones VIII. in Gen. XLIX. 10., & CXXIII. Theologicæ, Editioni *Oeconomiæ temporum* secundæ A. 1683., uti supra jam monitum est, adjectæ.

Epistolæ complures ad Joh. Coccejum, in hujus *Operibus ἀνεκδότοις*, Amstelodami A. 1706. *in fol.* excusis, publicatæ. *V. Acta Erud. Lips., M. Jul. A. 1706., p. 288.*

II. BELGICUM.

De Kenniß der Waarheit, naer der Gottsaligheit, in uytnehmende Predicatien, over uytgelesene Plaetsen des ouden en nieuwen Testaments, als mede eenige Geschill-Verhandlingen en Redenen, so in dem Ham, als tot Middelburg, gedaen, vorgestellt. Middelburgi 1679. in 4.

AFFECTA.

Oeconomiæ temporum Libri Tertii Pars posterior, de qva paulo ante est dictum.

Comm. justus in Epistolam ad Romanos, qvem eum meditatum esse, & Hammonæ, in prælectionibus publicis, cœpisse proponere, Gvilh. Anslaerius, in Vita illius, testatur.

ERICUS MONRADUS, Johannis, insulæ Ducatus Slesvicensis Alsianæ Præpositi, & Parochi in ea Kettingensis, ex Anna, M. Joh. Vagetii, Pastoris Sünderburgensis, gnata, filius, in pago insulæ hujus Kettingensi, d. 24. Maji A. 1607., in lucem est editus, & Alsatis proinde (sive ex Alsatia, Circuli Germaniæ Rhenani superioris provincia, oriundis) perperam ab Henn. Wittenio (1.) annumeratus. E scholis Sünderburgensi Alsiæ ac Neoburgensi Fioniæ, in Academias aliqvot Germanicas, & Hafniensem deinde, se contulit, & in hac Casp. Er. Brochmanno, Theologo percelebri, familiariter innotuit. A. 1637. oppidi in Fionia Medelfahrtensis, ac A. 1643., d. 29. Apr., ædis Hafniensis, divino sacræ Spiritui, Pastor constitutus, nec multo post, d. 30. Aug. anni ejusdem, D. Joh. Burchardo in Episcopatu Cimbriæ Ripensi datus successor, supremos Theologiæ honores Academicos Hafniæ A. 1646., Brochmanno Brabevta, cum competitoribus, Joh. Svaningio ac Georg. Witzlebio, Academiarum Hafniensis & Soranæ Professoribus Theologis, reportavit (2.). Qvadriennio post, A. C. 1650., & ætatis 43., d. 26. Jul. (vel, juxta Pet. Terpagrium (3.), aliosqve, d. 20. Junii), vivis Hafniæ exemptus, tumulum, monumento (cujus inscriptio a Pet. Resenio (4.) recitatur) ornatum Epitaphio, in Sp. sancti, cui olim præfuerat, templo invenit, Encomiastam (*in Programmate Biographico funebri*) Joh. Svaningium, Theologum Hafniensem, successorem vero in Cathedra Ripensi Pet. Kraglundium, obtinuit, & e liberis, qvi mihi innotuere, M. Fridericum, Præpositum in Norwagia Guldbrandsdahlensem, Pastoremqve Ogerianum, & Annam, M. Joh. Rhumanno, Pastori, Præposito ac Canonico Aarhusiensi, nuptam, una cum uxore, Margareta Bangia, Johannis filia, A. 1669. demum mortua (5.), reliqvit superstites. A Joh. Svaningio (6.) ob sacram elogio hoc ornatur eloqventiam: *Inerat ejus concionibus mira dulcedo, mira svavitas, &, cum res posceret, qvoqve fragor & magnificentia, qvibus singulis gratiam imprimis cumulavit dicentis sanctitas.* Calculum huic suum Pet. Terpagrius addit, in cujus in ipsum Epigrammate, Joh. Laurentii *Seriei Episcoporum Ripensium* inserto *Appendici* (7.), Vir salutatur,

- - - - - - - *cui mellea Svada,*
Cui par ingenio forma decusqve fuit.

Confer de illo, præter Autores jam allegatos, Pet. Resenii *Inscriptt. Hafnienses p. 116. 124. 170.*, & Christ. Aagardi Poemation in promotionem ejus Doctoralem, in Frid. Rostgaardi *Poetarum Danorum Deliciis, T. I., p. 397-401.*, obvium.

SCRIPTA DANICA.

Sermo funebris, in Palladii Rodstenii habitus exeqviis. Hafniæ 1647. in 4.

Sermo funebris in Sap. III. 1-5., Nicol. Vindii dicatus memoriæ. Hafn. 1648. in 4.

Deo soli gloria, sive Sermo funebris in Ps. LXXIII., in Magni Bildii, Præfecti Coldingensis, habitus exeqviis. Aarhusiæ 1649. in 4.

(1.) *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 65.* (2.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 137.* (3.) *in Inscriptionibus Ripensibus p. 16.* (4.) *in Inscriptt. Hafniensibus p. 124.* (5.) V. Erici Gravii, Episc. Aarhusiensis, Sermonem in exeqviis uxoris ejus (*e 2 Tim. V. 5.*) funebrem Danicum, a filio Frid. Monrado Hafniæ A. 1703. *in fol.* editum, &, ex isto, *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1704., p. 84.* (6.) *in Progr. fun.* (7.) *p. 36.*

Sermo funebris Joh. Brockenhusii memoriæ sacer. Aarhusiæ 1649. in 4.

(Conciones, qvas Henn. Wittenius *l. c.* ei tribuit, pœnitentiales, in Sap. III. 1. 2. 3., Pſ. LXXIII. 23. 24. & Pſ. XCI. 1. 2., chimæricæ haud dubie sunt, & e funebribus, jam memoratis, efficta.)

M. FRIDERICUS MONRADUS, D. Erici Monradi, Episcopi Ripensis (A. 1650. defuncti) e Margareta Bangia Filius, Præpositus in Norwegia Guldbrandsdallensis & Pastor Ogerensis.

D. Erici Gravii, Episcopi Aarhusiensis, Sermones duos Funebres Danicos, in Exeqviis Matris suæ, Marg. Bangiæ (A. 1669., ex 1. Tim. V. 5.), Affinisqve M. Joh. Rhumanni, Past. & Præpos. Aarhusiensis (A. 1676. ex Act. XX. 25. 26. 27.), habitos, junctim edidit Hafn. A. 1703. in fol. V. de iis *Nova Lit. Lubec., M. Mart., A. 1704., p. 84.*

NICOLAUS du MONT, Lubecensis, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de Melancholia, Præside Herm. Conringio. Helmstadii 1659. in 4.

(Diversus ab illo haud dubie est alius ejusdem nominis Medicus, cujus Diatriben de Calculo renum & vesicæ inauguralem, Basileæ publicatam, in Catalogo qvodam Disputationum Academicarum video memorari.)

JOACHIMUS MORGENWEG, Hamburgensis, Orphanotrophei patrii Pastor d. 18. Dec. A. 1698. electus, & d. 25. Jan. A. 1699. inauguratus.

D. Mart. Lutheri hochnützlicher theurer Schatz und Gülden Kleinod, aus seinen Schrifften zusammengetragen durch D. Andr. Musculum; ietzo durch Joach. Morgenweg wieder ausgegeben, mit seinen neuen marginalien, Anzeige der Sprüche der H. Schrift und Oerter Lutheri, Registern, und einer Vorrede, darinn die Verfasser des Concordienbuchs von Gottfr. Arnoldi Anschwärtzungen, in seiner Kirchen- und Ketzer-Historie, gerettet werden. Hamburgi 1701. in 4. Recensum ejus Encomiasticum exhibent *Acta Eruditorum Lipsiensia, M. Mart. A. 1701., p. 143. 144.*

Erinnerung an die Wäysenkinder einiger Sprüche des Alten Testaments, so, neben den Sontags-Evangelien, ihnen A. 1702. sind erkläret worden. Hamb. 1703. in 12.

Eine neue Edition der Teutschen Uebersetzung der Bibel D. Mart. Lutheri, mit seiner Vorrede, Landtaffeln, Kupferfiguren, und andern Zugaben. Hamburgi 1708. in 8. Σκιαγραφίαν ejus V. *in Novis Literariis Germanicis, M. Majo A. 1708., p. 196.,* & *in Diario Eruditorum Parisiensi A. 1708. Gallico, in Supplementis M. Septembris Epistolicis, p. 589.* Editiones ejus Bibliorum Lutheri Germanicorum Joh. Alb. Fabricius (1.) commendat, præsertim majorem, Hamburgi A. 1713. *in 4.* publicatum, *nihil intermittentem, quod vel ad accurationem aut nitorem, vel ad memoriam lectorum juvandam, vel ad alliciendos dispositionis elegantia, & summorum argumentorum perspicuitate, rationisqve temporum succincte annotatæ industria, eorundem sensus animosqve, facere qveat.*

Geistliche Untersuchung von Pestilentz, Krieg und andern Land-Plagen, aus D. And. Kesleri Catechismo pestilentiæ, und Joh. Arndii geistlicher Seelen-Artzney hergenommen und mit einer Vorrede von ihm ausgegeben. Hamb. 1713. in 8.

Metaphrasis Psalmorum Davidis, metro germanico ad pios concinendi usus adstricta, ac verba Lutheri, qvantum fas, servans; qvam J. A. Fabricius *l. c.* itidem laudavit.

CASPARUS DANIEL MORHOFIUS, Kiloniensis, Danielis Georgii, Polyhistoris Academiæ Cimbricæ inclyti, filius e Margareta Degingia natu maximus, A. 1675., eodem die 8. Aprilis, qvi avo paterno emortualis erat, in lucem editus (2.), qvem Poeseos Kilonii factum esse Professorem Adolphus Clarmundus, scriptor ψευδώνυμος inepiens (3.), falso tradidit.

Disp. de Majestate juribusqve Barbæ, Præside Georg. Casp. Kirchmaiero proposita. Witeb. 1698. in 4.

D. G. Morhofii, Parentis, Opera Poetica Latina, in volumen unum collecta, &, cum Elegia sua ad Frid., D. Holst. dedicatoria, Henriciqve Muhlii præfatione, edita. Lubecæ 1697. in 8.

Ejusdem Orationes & Programmata Kiloniensia, qvibus, a se collectis, præfationem adjecit geminam. Hamburgi 1698. in 8.

M. JACOBUS MORSIUS, Hamburgensis, Parochiæ ruralis Rellingensis, in Comitatu Pinnebergico, Pastor, A. 1690. defunctus.

Disp. de Temperantia, ab illo Præside proposita. Regiomonti 1656. in 4.

JOACHIMUS MORSIUS, Patritius Hamburgensis, natus d. 3. Jan. A. 1593., parentibus Jac. Morsio & Angela Kopstedia, animum in juventa ad Theologiæ studium appulit, sed, literarum postea elegantiorum, Critices ac Polymathiæ reliqvæ, captus amœnitate, his illud posthabuit. Summus in eo fuit ingenii perqvam capacis, qvo literas sublimiores pariter atq; humaniores deperiit, ardor, profectus etiam, qvi supra literatorum vulgus ipsum eveherent, haud exigui, & cupiditas deniqve de re literaria bene merendi incredibilis. Verum, cum judicio haud admodum valeret, ac vita vagabunda plus justo delectaretur, meritis in literas propriis inclarescere neglexit, & Scriptorum tantum aliorum recentiorum Schediasmata, disparis momenti, minutiora ἀνέκδοτα in lucem protraxit publicam. Imo ad Chemiam tandem, & studia huic cognata, plurimum superstitionis ac vanitatis suis affricantia cultoribus, prolapsus, iis se unice mancipavit, MSStisqve & libris istius generis rarioribus (qvos inter se Rudolphi etiam II., Imperatoris, Ernesti Archiepiscopi Coloniensis, aliorumqve Principum, Secretorum volumina, cum Theophrasti Paracelsi Avtographis, esse nactum, *in præfatione Nuncii* gloriatur *Olympici*) corradendis omnes fere cogitationes atqve itinera impendit. Nec dubitavit, ingenio suo, ad superstitiosam procliviori pietatem, indulgens, Collegio fratrum Roseæ crucis se adjungere, & locum in illo Epistola ambire peculiari, sub Anastasii Philareti Cosmopolitæ nomine edita, verbisqve in ista suam ipsius indolem adumbrare seqventibus: *Si patriam qværitis, domo & gente Holsatus sum, in potissima & famigeratissima ejus urbe natus. Si ætatem, juvenis viginti aliqvot annorum, doctrina, fateor libens merito, nulla, minore forte indole præditus, sed qvi tamen, ut facile omnibus ingenii dotibus, ita nulli candore, eruditionisqve & virtutibus amore, cedat. Honestis parentibus, e familia non ignobili, prognatus, bonis fortunæ (Dei mei clementissimi, Parentis, ac Fratris, indultu) mediocribus ornatus, mente vero supra fortunam excelsiore. Natura cunctis bene, nulli male, singulis decenter, cupio, publicæ salutis, qvietisqve literariæ, amantissimus, cujus unicum studium placere bonis, displicere malis, semper sui simillimum esse. Theosophiam sponsam mihi elegi, domum, si per fata concedetur, conjugem ducturus. Contingat, voveo, mihi ubiqve, qvod expedit, non qvod volo. Morosæ gravitatis contemptor effrænem levitatem detestor, hilaremqve in pectore vigorem amplector. Aurum, gemmas, & divitias vulgi, lutum splendens reputo, neminem se, cum orbis qvisqve sibi, extra se qværere debere, existimans. Deum venerando, honeste vivendo, neminem lædendo, suum cuiqve tribuendo, meipsum vincendo, nil admirando, nilqve verendo, hostium injurias risu, commiseratione & contemptu, puniendo, legendo,*

(1.) in Epistola, quam ei A. 1712. Laur. Ramirezii, Alex. Mori & Pet. Possini, *Observationes in varia N. T. loca selectas*, a se denuo junctim editas, inscripsit, dedicatoria. (2.) V. Vitam parentis, ejus *Dissertationibus Academicis* suffixam, p. 42. (3.) *P. V.* der Lebensbeschreibungen hauptgelahrter Männer *p.* 209.

gendo, scribendo, juventutisqve, ac meorum temporum, posteritatisqve, bono invigilando, vitam procudere constitui. Eandem animi sui indolem hoc expressit Decasticho:

Ipsa mihi virtus per se placet: illa sibiqve
Et mihi sit merces, præmia nulla moror.
Hoc solum largire, Deus, ne pravus haberi
Plus timeam, vere qvam probus esse velim,
Absqve metu, & sine spe, degam, vulgiqve profanas
Nec sperem laudes, nec metuam opprobria;
Usqve adeo, ut nec qvid seræ formidine pœnæ
Detrectem, nec qvid laudis amore seqvar.
Sola hæc sufficiat merces mihi, qvod probus ipse
Non possim merito displicuisse probis.

Præfixum illud est ALBO ejus ACADEMICO ET APODEMICO QVARTO, e prioribus (si unicum, in mari, uti Joh. Narsii docet Epigramma, amissum, excipias) congesto, & in itineribus insigniter aucto posterioribus, Volumini MSto foliorum 963. τετραπτύχων grandi ac luculento, Principum, Virorumqve ævi istius illustrium ac eruditorum, aliorumqve amicorum, αὐτόγραφα, & plurimorum etiam ad illum Epistolas & carmina, ἰδιόχειρι exarata, exhibenti, a Morsio autem Imaginibus τῶν ἐξοχωτέρων qvamplurimis, Epigrammatis, Anagrammatis, & carminibus aliis, in eosdem Encomiasticis numerosis, tum propriis (qvæ pauciora sunt), tum Poetarum, partim celebriorum, partim obscuriorum, alienis, variisqve de illorum vita & scriptis, editis atqve ineditis, observationibus, studiose exornato ac illustrato. De qvo Historiæ istius ævi literariæ thesauro, qvem, socero suo, D. Sam. Pomario, Præsuli Lubecensi, venalem ab homine ignoto oblatum, Jac. a Mellen, Antistes ejusdem civitatis Marianus eruditissimus, possidet, & mecum communicavit, ego (qvi, *Cimbriæ* huic *Literatæ* haud pauca ex illo accessisse auctaria, lubens grataqve mente fateor) non possum non idem cum M. Jac. Fabricio Seniore, Superintendente Holsatico, ferre judicium, cum eum pervolvisset, Octostichon, A. 1633. eidem (*fol. 840.*) inscriptum, his metris exorso:

Vidit Fabricius senior præsigne volumen:
Vidit, & obstupuit; neqve enim par viderat unqvam.

Ex Albo isto ἀνεκδότῳ incomparabili, ac Schediasmatis nostri editis, hanc vitæ ejus, a nemine expositæ, ac itinerum literariorum, collegi seriem. Post tyrocinia studiorum in patria urbe haud infelicia, Theologiæ, & Polymathiæ simul elegantiori, Rostochii (ab A. 1610. ad 1613.), Jenæ, ac in aliis etiam forte Germaniæ Academiis, eo vacavit successu, ut dignus jam A. 1615. Rostochiensis Rectori ac Professoribus videretur, qvem postrid. Kal. Sept., literis honorificis, ad Bibliothecæ suæ, recens, post legatos ei a Paulo Calenio, Rostochiensi (juvene erudito, in Europa atqve Asia per octennium peregrinato, Panormiqve extincto), 2400. florenos, fundatæ, præfecturam invitarent, & sublimiora in Athenæo suo expectare jussum munera hoc decorarent Encomio (1.): *Tu plerisqve, & qvidem potioribus Academiæ nostræ Professoribus, ab insigni virtute, eruditione & industria, & humaniorum literarum, & optimorum Autorum, & antiqvitatis, studio, de optima nota innotuisti, & jam a multis annis es commendatus.* Suscepisse ipsum hoc munus, D. Dan. Crameri, aliorumqve, in *Albo* ejus, Avtographa, in qvibus eum Acad. Rostochiensis Bibliothecarium A. 1615., & seqventi biennio, salutarunt, mihi persvadent. Verum, an diu illo sit functus, ambigo, cum, ex *Albo* eodem, A. eum 1616. itineris ad exteros literarii fecisse initium, & non Rostochii solum, sed & Hamburgi, Stettini ac Leidæ, A. 1617. autem in Batavia, Pomerania, ac Dania, hæsisse, sim edoctus. Annum 1618., qvo iter in Galliam & Italiam, Philippi II., Pomeranorum Ducis, commendatitiis, *Virum* eum *singularis eruditionis, & antiqvitatis amantissimum,* appellantibus (2.), instructus, Dan. Cramero, Luca Holstenio, aliisqve amicis, in carminibus Propempticis, fausta qvævis abiturienti apprecantibus, frustra meditabatur, cum seqventi 1619., partim Lubecæ, Hamburgi ac Rostochii, partim vero in Ducatu Bremensi, Westphalia, & Belgio fœderato atqve Hispanico, exegit, Synodiqve simul Reformatorum Dordracenæ A. 1619. fuit spectator. E Batavia, eodem A. 1619., in Angliam trajecit (3.), & Londini, Oxoniæ ac Cantabrigiæ diutius commoratus, atqve in Acad. Cantabrigiensi, M. Oct. A. 1619., *ob singularem doctrinam*, teste Joh. Richardsono, Th. D. ac Collegii SS. Trinitatis Præside (4.), *in ordinem Magistrorum adscriptus*, non Joh. Oweni solum, Martialis Britannici (5.), aliorumqve eruditorum, amicitiam, sed Chymiæ etiam, uti ipse (6.) gloriatur, notitiam haud mediocrem, sibi paravit. Ex Anglia A. 1620. Lugdunum Batavorum, & hinc in patriam, reversus, sexennium seqvens domi, apud suos, & in vicinis Saxoniæ inferioris civitatibus, iter licet Italicum atqve Africanum, suspiriis Joh. Staricii, J. U. & Med. Licentiati, Elegiacis (7.) SS. Trinitati commendatum, frustra denuo A. 1624. meditatus, transegit, A. 1627. autem Hafniam Danorum, & A. 1628. Lugdunum Batavorum, iterum excurrit. Cum hoc pacto, per tot annos peregrinatus, verum (qvo ipse in scriptis ψευδωνύμοις delectatus est nomine) ageret *Cosmopolitam*, muneribusqve publicis studiose abstinens (8.) patrimonium, etsi amplissimum, paulatim imminueret, ac magis etiam in itinere longinqvo, cui A. 1629. (post impetratas d. 20. Jan. Augusti, Ducis Brunsvico-Gvelpherbytani, literas salvi conductus, in qvibus *Vir optimus pariter ac literatissimus* audit, honorificas (9.)) iterum se accingebat, videretur attenuaturus, cognatorum hæredipetarum iras ac odia evitare non potuit. Ab istis, tanqvam homo prodigus, facultates suas vita vaga atqve instabili, Criticesqve, & scientiarum aliarum, πρὸς τὰ ἄλφιτα haud facientium, studio, dilapidans, ac ab earum proinde removendus administratione, anno eodem 1629., coram Senatu patriæ est accusatus, & ab hoc, ad causam dicendam, citatione solenni evocatus. Edicto isti, velut injusto, *Protestationem* noster opposuit vernaculam, typis A. 1629. excusam, ac Frid. Lindebrogii, Joh. Husvedelii, Joh. Christenii, aliorumqve hominum eruditorum, causæ ejus patrocinantium, & adversus patriæ ipsum erigentium ingratitudinem, stipatam carminibus. A. seqv. 1630. in Germaniam abiit superiorem, Francofurtiqve & Argentinæ diutius substitit, ab A. 1631. autem ad 1636. e patria in Cimbriam vicinam ac Daniam, repetitis qvotannis itineribus literariis, excurrit. Istis, & liberalitate nostri in cultores literarum egenos assidua, cognati, & frater imprimis natu minor, Jacobus (J.U. deinde Lic. & Practicus Hamburgensis, Comesqve simul Palatinus ac Consiliarius Cæsareus, d. 8. Aug. A. C. 1690., & æt. 75., extinctus), denuo offensi, a Magistratu patriæ, actione forensi iterata, circa A. jam 1634., ut patrimonii administratione prohiberetur, impetrarunt, ob iniqvitatem hanc, in Viro optimo æris proprii atqve legitimi exhærede reddendo, graviter, tum ab amicis ipsius aliis, in carminibus variis, tum a Christfrido imprimis Hegenitio, Gorlicensi Lusato, *in Exegesi Symbolorum Morsianorum* Metrica, Hafniæ A. 1634. scripta (10.), objurgati. Invectivas hasce, & bonorum indignationem, cognati ἄστοργοι haud morabantur, &, rapina facultatum injusta non contenti, sævire in nostrum ulterius pergebant, & ex ultimo itinere Hafniensi Hamburgam reversum, A. 1636., ceu prodigum, & rationis haud satis compotem, impetrato Senatus consensu

(1.) Αὐτόγραφον Epistolæ hujus Rectoris Conciliiqve Academici Rostochiensis *in Albo Morsiano f. 208.* superest. (2.) Supersunt & istæ in *Albo* eodem, *f. 52. 54.* (3.) V. de itinere Anglico Nicol. Rothameli, Franci, *Propempticon, ipsi, in Angliam iturienti, scriptum*, &, cum Christoph. Schwanmanni, aliorumqve, ad eum Carminibus, A. 1619. *in 8.* excusum. (4.) in Avtographo, qvod *Albo* nostri, *f. 245.*, d. 13. Oct. A. 1619., inseruit. (5.) V. Oweni Tetrastichon ad eum, *in Append. Epigrammatum p. 270.*, & ejus ad Owenum Epistolam, *ib. p. 274-279.* (6.) *in Ep. Dedic. Tractatus Corn. Drebbelii de qvinta essentia.* (7.) *in Albo Morsiano, f. 392. 393.* (8.) Aug. Buchnero, de officio illi amplissimo, per literas (*Parte II. Epistolarum, num. 51., p. 164. 165. 166.*), gratulato, rumor haud dubie falsus imposuit. (9.) In *Albo* hæ, *fol. 95. & seqq.*, leguntur. (10.) *in Albo Morsiano MS., f. 945-953-963.*

consensu, mente captorum includebant carceri, & in illo per qvadriennium detinebant integrum. A. 1640. tandem exeunte, teste Poeta Anonymo (1.), *Leo forte & mente generosus, cui Aqvilo & Hammon paret* (qva περιφράσει Christianum IV., Regem Daniæ, credo designari), *vincula insontis rupit, Doropborumqve vicissim, ejus adversarium, tetris carceris umbris immersit.* Libertati restitutus Morsius patriam ingratam omnino, ni fallor, reliqvit, Willichii Westhovii, Canonici Lundensis, ad se obsecutus disticho (2.).

Debemus patriæ cuncti nos, nostraqve, gratæ:
Debes ingratæ nil, Joachime, tuæ.

Annum certe 1641. Glückstadii, Itzehoæ, Kilonii & Lubecæ, seqventem autem 1642. (post qvem an superstes fuerit, nec ex *Albo* ejus, nec ex aliis, colligere mihi licuit, monumentis) in sola urbe Lubecensi, transegit.

Amicis suis, in tot sibi conciliatis itineribus, qvicqvid hominum solide eruditorum, Chymicorumqve & artificum ἐξοχωτέρων, ætate sua, in Anglia, Belgio fœderato, Germania, hujusqve præsertim Circulis Saxonico inferiori & Westphalico, Dania item & Chersoneso Cimbrica, floruit, vere illum potuisse annumerare, prolixo singulorum, qvorum in Albo supersunt αὐτόγραφα, recensu, nisi brevitatis studium abstinere isto juberet, facillime posset demonstrari. Sufficiet nobis triplex celebriorum Catalogus, qvi vel ingenii sui fœtus ei inscripserunt, vel carminibus illum dignati sunt Encomiasticis, vel Epistolis deniqve compellarunt familiaribus. Dedicarunt ex his ipsi:

1. Eilh. Lubinus, Theol. Rostoch., Horatium, cum Paraphrasi sua editum Francof. A. 1612. in 4.
2. Pet. Laurembergius, Prof. Hamburg. & Rostoch., Aphorismos Physicos, ed. Hamb. A. 1616. in 4.
3. Andr. ab Hobernefeld, Med. D. & Friderici, Elect. Palatini, Archiater, Opusculum de peste, Epistola de Auro potabili auctum, & *in Albo, f. 145.*, allegatum.
4. Joh. Mautnerus, Hungarus, Libellum Epigrammatum ἀνέκδοτον, cum Anagrammatum in nomen Morsii Decade, ei subjuncta, *in Albo, f. 932-941.*, obvium.
5. Mart. Nesselius, Moravus, Pentadem Carminum in ipsum, & Symbola ejus, Jambicorum, Rostochii A. 1635. scriptam, & in *Albo* eodem, *f. 862-868.*, reliqvam.
6. Christfridus Hegenitius, Gorlicensis, Enneadem Symbolorum Morsianorum, Epigrammatis, brevioribus pariter atqve prolixioribus, Hafniæ A. 1634. illustratam, &, cum aliis in nostrum Epigrammatis, *Albo, f. 945-963.*, itidem insertam; in qva novem hæc ejus explicantur Symbola: 1. *Deo auspice, doctrina duce, virtute comite;* 2. *Cedendo vincam;* 3. *Generosa mens, injuriarum contemptrix, major omni injuria;* 4. *Ab admiratione splendoris aulici me redemit Theosophia;* 5. *Jesus Mea Hæreditas;* 6. *Uraniæ hospitium late patet;* 7. *Hæc mea sublimior Philosophia est, nosse Jesum, & hunc crucifixum;* 8. *Lustrator orbis, hospes ne domi sies: Te nosse pluris est, qvam nosse cætera;* 9. *Sapienti patria cælum, terra hospitium, imo exilium.* Qvibus addi etiam potuissent alibi obvia: 10. *Æternitatem cogita;* & 11. *Humana cuncta vana: sola pietatis, doctrinæ & virtutis, sceptra perennant.*

Inter eos, qvi Carminibus ipsum celebrarunt varii generis Encomiasticis, in *Albo* reliqvis, & Libro adoptivorum facile suffecturis haud exiguo, præ obscurioribus, qvorum nomina tacemus, qvamplurimis, eminent: 1. *E Britannis* Joh. Ovenus & Thom. Segethus; 2. *E Belgis*, Casp. Barlæus, Corn. Busius, Janus Gruterus, Otto Heurnius, Bartholom. Merula, Joh. Narsius, Corn. Giselb. Plempius, Joh. Polyander, Dan. Souterius; 3. *E Borussis* Joach. Pastorius; 4. *E Cimbris*, Joh. Christenius, Mich. Clenovius Jun., Joh. Elfringius, Jacobus Senior, Georgius, Joh. Adolphus & Vincentius Fabricii, Nicol. ab Hagen, Lucas Holstenius, Henr. Hudemannus, Joh. Huswedelius, Joh. Loccenius, Laur. Ludenius, Joh. Meierus (*Rector Ripensis*), Mart. Ruarus, Paulus Sperlingius Junior; 5. *E Danis*, Bertilius Canutus, Hehr. Albertius Hamiltonius; 6. *E Germanis*, Phil. Cæsar, Daniel & Joh. Jac. Crameri, Gotfr. Hegenitius, Andr. Helwigius, Henr. Höpfnerus, Joh. & Pet. Laurembergii, Eilh. Lubinus, Hadr. a Mynsicht, Joh. Henr. Meibomius, Joh. Qvistorpius Sen., Henr. Rosenthalius, Christ. Theod. Schosserus, Christoph. Schwanmannus, Joh. Staricius, Andr. Tscherningius, & Georg. Valent. Winterus.

In eodem deniqve *Albo* αὐτόγραφοι supersunt XLIX. ad nostrum Epistolæ: Sixti Arcerii (Med. Prof. Franeqverani), Lucæ Bacmeisteri Jun. (Superint. Megapol.), Casp. Barlæi, Aug. Buchneri, Joh. Cabeliavii (J. U. D. & Consil. Svecici), Bertilii Canuti (Rect. Malmog.), Valer. Charstadii (Medici Argent.), D. Jac. Clusii (Med. Rhotomag.), D. Dan. Crameri (Theol. Stettin.), Gev. Elmenhorstii Hamb., Pauli Egardi (Past. in Holf. Norttorp.), Jac. Fetzeri (JC. Norib.), Abr. a Franckenberg (Eqv. Silesii), D. Joh. Nicol. Furichii (Med. Argent.), Henr. Giselini (Med. D.), Melch. Goldasti, Jani Gruteri, Phil. Hainhoferi Augustani (Consil. Pomeranici), Ott. Heurnii (Prof. Med. Leid.), Thomæ Jamesii (Biblioth. Oxon. Præfecti), Joh. Laurembergii (Prof. Sorani), Winandi a Petersdorf (Eqv. Marchici), Philippi II., Ducis Pomeraniæ, Dav. Reützii (Concion. Aul. Stettin.), Thomæ Rhædi (Secretarii Anglici), Mart. Ruari (Rect. Racov. Sociniani), D. Christ. Theod. Schosseri (Med. Stad.), Christoph. Schwanmanni (Syndici Buxtehud.), Nicol. Scribonii Osnabrugensis (a qvo Heptas etiam Anagrammatum in nomen Morsii *f. 942. 943.* est addita), D. Wendelini Sybelistæ (Archiatri Russici), Pauli Tarnovii (Theologi Rostoch.), Andr. Tscheringii (Poes. Prof. Rostoch.), Casp. Willichii (J. U. D.), Pierii Winshemii (Ordd. Westfrisiæ Historici), singulorum singulæ; duæ autem Joh. Christenii (JCti Hardervic.), totidemqve Eustathii Swartii & Joh. Hessi (Senatoris Hildesiensis), ac tres tandem Joh. Kirchmanni, Joh. Mich. Dilherri & Gotfr. Hegenitii (Consil. Brunsvico-Gvelpherbytani). Accedant his, qvæ (præter tres illas, Joh. Kirchmanni A. 1722. Lubecæ *Parte IV. Athen. Lubec.* J. H. a Seelen *p. 261. 262. 272. 273.* editas) lucem viderunt, Aug. Buchneri duæ (*Parte II. Epistolarum ejus, Dresdæ A. 1680. edita, num. 51. & 97., p. 164-166. 286-289.*), Casp. Barlæi una, A. 1619. XII. Kal. Apr. exarata (*sub initium Poematiorum Sim. Simonidæ, a Morsio Leidæ A. 1619. editorum, & ab eodem Barlæo carmine commendatorum Choliambico*), ac Bertilii Canuti itidem unica (*in Qvarta Epistolarum Centuria, Amstelod. A. 1619. excusa, num. 80., p. 67. 68.* Qvod si & *Principibus placuisse viris laus est haud ultima*, neqve ista defraudari poterit Morsius, qvem, præter Comites, Barones & Magnates alios Germaniæ, Daniæ, Cimbriæ, regionumqve exterarum, qvas lustravit, cæterarum, plurimos, Christianus V. & Fridericus III., duo regni Danici hæredes, Fridericusqve, Johannes, Johannes Adolphus, Joachimus Ernestus & Ernestus Güntherus, familiæ Holsaticæ, Ernestus Ludovicus Saxonicæ, Augustus Brunsvicensis, Philippus II. & Ulricus Pomeranicæ, Ludovicus Anhaltinæ, & Mauritius Nassovicæ, Principes, Avtographis suis, Albo ejus insertis, sunt dignati, & hoc pacto de affectu ac favore suo certiorem reddiderunt.

(De Vita Morsii consulatur Narratio brevis Nicolai Wilckenii, A. 1723. Vitis Lindebrogiorum Germanicis, *p. 72-81.*, subjuncta, &, ex ista, jam de illo relatis addantur seqventia: Uxorem duxit Telsam, fœminam Dithmarsam divitem, sed superbam & malitiosam, a qva (teste ipsius Epistola ad Dan. Scheelium), post filium brevis ævi in lucem editum, ante

(1.) in duplici de Carcere & liberatione ejus Poematio, Latino ac Germanico, in Hamburgenses debacchante, qvod in *Albo* nostri, *f. 801. 802.*, occurrit, ac cum Henrici a Rahden, M. D., Morsio de liberatione Glückstadii, d. 7. Jan. A. 1641., gratulati, Avtographo, ibidem *f. 858.* obvio, potest conferri. (2.) *in Albo f. 448.*

ante annum jam 1617., est desertus. Contra violentiam fratris cognatorumqve hæredipetarum, in tutelam suam, a Christiano IV., Rege Danico, & Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, tandem receptus, patriam deseruit, & A.1639. (sed falso, cum, A. 1642. eum adhuc fuisse superstitem, supra sit demonstratum) Gottorpii in lecto mane repertus esse mortuus, ibidemqve sepultus, a Wilckenio traditur.)

Conferri de illo possunt Aug. Buchnerus *ll. cc.*, & in Epigrammate ad eum, *Poematis p. 464. 465.* inserto, Nicol. Scribonius *Lib. III. Lusuum Anagr. Gottorp. p. 89. 90.*, Lamp. Alardus *in Delitiis Atticis p. 32. 33.*, Mart. Ruarus *Cent. I. Epistolarum, num. 100.*, Gottfr. Hegenitius *in Itinerario Frisio-Hollandico p. 133.*, Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Scriptt. Med. p. 313.*, Georg. Abr. Merclinus *in Lindenio renovato p. 510.*, & Thom. Crenius *P. X. Animadv. Philol. & Histor., c. 3., §. 2., p. 228. 229. 230.*

ANAGRAMMATA nominis ejus e plurimis selecta:

I. Andr. Cypræi, Holsati (*in Albo f. 720. 721.*):
Joachimus Morsius, Hamburgensis (i in e mutato). * *Amicus Musis viges, ornas orbem.*

II. Joh. Mautneri, Hungari (*in Decade Anagrammatum Morsio dicatorum, ib. p. 940. 941.*):

Joachimus Morsius, Patricius Hamburgensis. **
Hic est Musarum cor, magni hujus orbis Jaspis.
Virum gratissimus Phœbo, Musis ac Charisin.
Optimus ac gravissimus in moribus hic eras.
Pascitur hic magnus Musis majoribus Heros.

III. Nicol. Scribonii, Osnabrugensis (*Lib. 3. Lusuum Gottorp. p. 89. 90., & in Albo Morsii f. 942. 943.*):

Joachimus Morsius, Patricius Hamburgensis. **
Hic Musis & orbi charus, Momis paganis virus.
Es bonus Chimicus, a Musis primario rigatus.
Hei magis vir bonus, ac Historicus par summis.
Magis: hic Musis amor, ac bonus Jurisperitus.
Magis miri: hic vir bonus, ac Theosophus sanus.

Joachimus Morsius. **
Oh civis, Musis amor.
I, I, homo Musis carus.
O mihi, o Musis carus (*).

(*) Ultimum hoc Scribonii Anagramma Joach. Pastorius etiam, velut suum, *Albo* Morsiano *fol. 907.* inscripsit, & *Libro IV. Sylvarum*, Dantisci A. 1656. editarum, publicavit.)

IV. Lamp. Alardi (*l. c.*): Ἰωαχχεῖμος ὁ Μολρσιος. ** χῶρος καὶ οἶμος ἐν Μοίσαις.

ELOGIA ALIA.

Philippi II., Ducis Pomeraniæ, Augusti, Ducis Brunsvicensis, & Academiæ Rostochiensis Professorum, judicia de illo honorifica, in vitæ jam narratione, ex *Albo* sunt exhibita.

Janus Gruterus, in *Epistola*, A. 1616. scripta (*in Albo Morsii MS. f. 169.*), *Virum* eum vocavit *mentis vere heroicæ, qvam ipse non tam exosculetur, qvam eminus adoret*, & hoc præterea A. 1617. (*ibidem f. 678.*), in honorem ejus, *Mystagogi Musarum* ornati titulo, scripsit Epigramma (ab Andr. Tscherningio, im Frühlinge teutscher Gedichte, *p. 41. 42.*, metris redditum Germanicis):

Auxit ut cœli nitorem mens serena Lipsii,
Et poli est adscriptus astris Dousa Natus, cum Patre,
Subqve se tot vidit orbes entheatus Scaliger,
Interire pene res est visa litteraria.
Verum, ubi & terras reliqvit flos virum, Bongarsius,
Et Casaubonum insecutus est Freherus, nec solum,
Amplius Velseri obivit fvada, nec Taubmannica,
Ritterhusiusqve dixit Baudiusqve orbi vale,
Interire tota res est visa litteraria.
Interire tota est visa, non tamen qvoqve interit.
Nam, velut Phœnix ab igne mox rogi renascitur,
Et suis novum fit Indis junior miraculum,
Sic Moneta, sic Minerva, cumqve Baccho Cynthius,
Ex tot ante morte functis suscitarunt Morsium,
Morsium, unus qvi omnium horum sustineret munia,
Alites Apollinareis inter & Minervios.

Lucas Holstenius suum ad eum Propempticon (*in Albo f. 757. 758.*) his A. 1618. Jambis est exorsus:

Illustre, Morsi, patriæ & secli decus,
Qvem dudum Apollo doctiorum coetui
Accensuit, jussitqve famæ præmia
Sperare, nullis desitura seculis;
Qvem candor atqve virtus ante plusculos
Mihi junxit annos, raraqve eruditio.

Joh. Ovenus, Anglus, *in Appendice Epigrammatum p. 270.*, ad cognomen ejus ita allusit: *MORS JUS non habet in te*, & allusioni hoc subjecit tetrastichon:

In libro, Joachime, tuo mea nomina scriptis:
Dignus es in libro nomen habere meo.
Mente tene nostrum, nec dedigneris, amorem;
In libro nudum nil nisi nomen habes.

Gotfr. Hegenitius, Consil. Gvelphicus, *in Itinerario Frisio-Hollandico p. 133.*, eum *Virum* salutavit *insitatæ eruditionis*, *Alboqve* illius, *f. 481.*, metricam hanc allusionis ad cognomen Ovenianæ inseruit ἐξήγησιν:

Qvod tibi dulciloqvus, Morsi, prædixit Oënus,
Illud ego verum nunc Anagramma reor.
Vivis adhuc, sed, cum fueris jam morte peremptus,
MORS in te nullum JUS habuisse potest.
Vivis enim in Christo, ad naturæ vivis amussim,
Vivis & in libris, dum liber ullus erit.
Immo etiam, dum mundus erit, dum fulserit æther,
Vivus eris terris, æthere vivus eris.

Christ. Longomontanus, Acad. Hafn. Mathematicus, hoc A. 1619. Jul. Cæs. Scaligeri *Epistoliis duobus*, a Morsio editis, adjecit distichon:

Gratia qvam peperit, Charites auxere, Minerva
Absolvit, MorsI fama perennis erit.

Paulus Egardus, Theologus insignis Holsaticus, Epistolæ ad illum, d. 22. Maji A. 1622. exaratæ (*in Albo f. 579.*), hæc inseruit: *Bene te novi de nomine & animo, etiamsi non te norim de facie. Novi ego te optimorum studiorum amatorem, qvod in te magnum; novi te amatorem divinæ sapientiæ, qvæ in Macro- & Microcosmo, atqve in ipso Christo, ob oculos posita, qvod majus; Novi te amatorem Jesu, ejusqve vitæ, qvod omnium maximum & pulcherrimum. Prius reddit te in mundo clarum & celebrem, alterum bonis, & sapientiæ studiosis, gratum & acceptum; sed posterius divinum & Deo proximum.*

Vinc. Fabricius, in Jambis de Poematum Thom. Segethi & Thomæ Rhædi editione promissa, ita (*in Albo f. 585.*) eum compellat:

Cordate Morsi, seculo major tuo
Meliorqve, custos eruditæ gloriæ,
Et magne vindex literarii boni,
Tot munerande civicis, qvot exhibes
Erepta fato æternitatis pignora:
Cordate Morsi, dum Segethi candidis
Rhædiqve Musis gloriam confers novam,
Æternitatem, qvam redonas, accipe.

Andr. Tſcherningius, in Epistola, A. 1635. scripta (*ib. f. 677. 678. 679.*), *Literarum* eum vocavit *statorem*, & in adjecto ita salutavit Epigrammate:

Aonidum sublimis honor, decus orbis, Olympi
Pignus, & intonsi dexter ocelle Dei.

In alio autem Epigrammate seqvens de moribus ejusdem tulit judicium:

Si pietas, si cana fides, periisset in orbe,
Morsius æthereo sisteret ingenio.

Metricis hisce longioribus, cætera, e plurimis, studiose omissis, selecta, ob multitudinem, Alphabetico subjungemus ordine.

Lamp. Alardo (*in Delitiis Atticis p. 32. 33.*) *Decus* audit *politioris literaturæ nunqvam intermoriturum.*

Casp. Barlæo (a qvo etiam, *in Epistola*, supra allegata, qvod *accuratioris literaturæ studia cum ipsa rerum scientia feliciter conjunxisset*, A. 1619. est commendatus), in *Carmine*, Sim. Simonidæ *Poematiis* præfixo, *Apollinis Mystes præclarus.*

Casp. Bartholino Sen. (*in Albo f. 303.*) *Musarum Gratiarumqve ocellus, Svadæ corculum & Themidos delicium.*

Pet. Bertio (*ib. f. 223.*) *Antiqvæ eruditionis & virtutis promptuarium.*

Joh. Bodæo a Stapel, Medico Batavico (*ib. f. 495.*), *Secretioris scientiæ indagator perspicacissimus.*

Reinero Bontio, Prof. Med. Leidensi (*ib. f. 151.*), *Philologus incomparabilis.*

Aug. Buchnero (in *Epistola* etiam *XCVII. Partis II., p. 286.*, *pectus* ejus *eruditum* vocanti & *candidum*, sibiqve præscriptis, ab illo editis, *omne aurum & argentum sordere* professo), in *Epigramm.* A. 1621. ad eum scripto, & *in Poem. p. 464. 465.* obvio, *Charitum Pieridumqve decus.*

Benedicto a Castro, Medico Hamb. (*in Albo f. 602.*), *Literatorum heros, omniumqve scientiarum cultor eximius.*

Joh. Christenio, JCto Hardervic. (in *Carmine, Protestationi* ejus A. 1629. adjecto), *Lumen ingens patriæ, & eruditæ gentis inclytum decus.*

Joach. Clutenio, JCto Argent. (*in Albo f. 382.*), *Philologus & Polyhistor celeberrimus.*

D. Dan. Cramero, Theologo Stettin. (*ib. f. 332-334.*), *Philosophus & Philologus optimus, & omnis politioris literaturæ promus condus.*

Pet. Cunæo (*ib. f. 182.*) *Vir clarissimus & inusitatæ eruditionis.*

Joh. Mich. Dilherro (*ib. f. 693.*, in Epistola A. 1634. scripta) *Elegantissime eruditorum antesignanus, in qvo vera viget antiqvitatis.*

Geverh. Elmenhorstio (*ib. f. 602.*) *Vir bonus, altæ mentis, virtutis & Musæ antiqvæ*; nec non (*in Ep. Dedic. Sidonii Apollinaris*) *Vir amicissimus.*

Thomæ Erpenio (*in Albo f. 351.*) *Vir clariss. omniqve virtutis & eruditionis genere ornatissimus.*

Jac. Fabricio (*Prof. Med. Rostochiensi*), *ib. f. 306.*, *Philologus & Polyhistor eximius.*

Joh. Gisenio, Theol. Rinteliensi (*ib. f. 331.*), *Philosophus acutissimus & Philologus tersissimus.*

Rud. Goclenio (*ib. f. 267.*) *Philologus, Polyhistor ac Philosophus eximius, virqve ingenio magnus, ac literis & moribus elegantibus pulcherrimus.*

Melch. Goldasto (*ib. f. 254.*, *in Epistola*, A. 1620. scripta) *Unus ex literatorum magnatibus.*

Henr. Alb. Hamiltonio, Secretario Danico (*ib. f. 453.*), *Vir antiqva virtute, & edecumata eruditione, gloriosissimus, humanitatis anima, Svadæqve medulla.*

Dan. Heinsio (*ib. f. 287.*) *Vir clarissimus, eximius, & ad præstantissima omnia natus.*

Ott. Heurnio, Prof. Med. Leidensi (*ib. f. 327-329.*), *Vir celeberrimus, & multijuga eruditione eminentissimus*; it. *Vir multiplici eruditione, & morum eximio candore, conspicuus.*

Festo Hommio, Theol. Leidensi (*ib. f. 243.*), *Vir eruditione singulari, & præclaris virtutibus ornatissimus.*

Henr. Höpfnero, Theol. Lipsiensi (*ib. f. 288.*, in Carmine ad eum), *Alter Lipsius.*

Joh. Huswedelio, Prof. Rostochiensi (*ib. f. 530.*), *Vir literis & meritis clarissimus.*

Benjam. Johnsono, Poetæ in Anglia regio (*ib. f. 311.*), *Vir clarissimus ac eruditissimus, & Philologus consummatissimus.*

Joh. Kirchmanno (*in Tr. de Annulis p. 216.*) *Vir doctissimus.*

Pet. Laurembergio (*in Propemptico* ad eum, *f. 488. Albi* obvio) *Amicorum princeps, & ingens doctæ gentis columenqve decusqve.*

Frid. Lindebrogio (in *Carmine, Protestationi* ejus præfixo) *Vir titulis & meritis clarissimus.*

Eilh. Lubino, Theol. Rostochiensi (in *Carminibus* ad illum, *f. 209. & 210. Albi* obviis), *Medulla & gemma bonorum, Musarum & Charitum, Sophiæ & virtutis, alumnus, rosei rosa non onerosa Lycei, & roseti Varniaci flos illibatus.*

Mich. Maiero, Archiatro Cæsareo (in *Carmine*, Corn. Drebbelii *Opusculis*, A. 1621. ab eo publicatis, adjecto), *Vir genio politissimus, ingenio, virtute & doctrina, clarissimus, veræqve sapientiæ indagator strenuus.*

Matthiæ Martinio (*in præf. Etymologici*, teste Th. Crenio *l. c.*) *Vir Clariss.*, & *amicus suus honorandus.*

Matth. Cæs. Martio, Chymico (*in Albo f. 369.*), *Secretioris Philosophiæ indagator solertissimus.*

Joh. Meursio (*ib. f. 238.*) *Pullus Musarum præstantissimus.*

Cœlest. Mislentæ, Theol. Regiomontano (*ib. f. 404.*), *Vir clarissimus, & politioris literaturæ coryphæus.*

Joh. If. Pontano (*ib. f. 371.*) *Politioris doctrinæ, omniumqve elegantiarum, arbiter ac promus condus.*

Mart. Ruaro (in *Carmine*, Sim. Simonidæ præmisso *Poematiis*) *Corculum Camœnarum, politiorisqve doctrinæ arbiter & promus condus.*

Henr. Rumpio, Prof. Hamburgensi (*in Albo f. 509.*), *Philologus præstantissimus.*

Laur. Scavenio, Theol. Hafniensi (*ib. f. 652.*), *Seculi nostri ornamentum illustre.*

Pet. Scriverio (*ib. f. 141.*) *Vir totius antiqvitatis apprime studiosus.*

Thomæ Segetho (*in præfat. Vindicationis famæ suæ, Hamburgi A. 1622. editæ*) *Vir summæ integritatis, candoris & eruditionis.*

D. Christ. Sledano, Theologo Slesvic. (*in Albo f. 268.*), *Vir ab eruditione multijuga juxta, & ab egregia fama, qva in Academiis, qva in aulis, celeberrimus.*

Paulo

Paulo Sperlingio Jun., Theologo Kilon. (*f. 804.*, in *Carmine* ad eum), *Vivum virtutis, honesti, morum & doctrinæ, Exemplar.*

Dan. Souterio, Med. Batavico (*ib. f. 494.*, *in Carm. ad eum*), *Decus omnium sororum, Musarum Charitumqve.*

Azar. Sturzio, Prof. Rostochiensi (*ib. p. 524.*), *Politicus & Philologus excellentissimus.*

Raph. Thorio, Medico Londinensi (*ib. f. 183.*), *Musarum qvæstor cupidissimus & dispensator liberalissimus.*

Casp. Tomanno, Med. Tigurino (*ib. f. 397.*), *Mysteriarcha opt. max.*, *solidiorumqve literarum princeps.*

Gerh. Joh. Vossio (*ib. f. 32.*) *Philologus clarissimus.*

Ol. Wormio (*ib. f. 409.*) *Vir clarissimus, de literis & bonis bene meritus.*

Henr. Wottono, Legato Anglico (*ib. f. 156.*), *Vir, cui omnes Musæ, earumqve cultores, plurimum debent.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Eidyllion in titulum Magistri Jano Gvilh. Laurenbergio collatum, & Epicedion eidem scriptum. Rost. 1610. in 4.

Epistola ad D. Joh. Cluverum, nuptias auspicatas parantem, Hamburgi 1614. in 4.

Epistola ad Centumviros Rostochienses, de vindicanda nece optimi Juvenis, Joh. Marqvardi, Rigensis, a vigilibus nocturnis trucidati, cum adjecta Studiosorum Rostochiensium querela, sub *Philaretæ* nomine ab ipso (*uti nonnulli credunt*) edita. Rigæ 1614. in 4.

Epistola nuptialis ad Dan. Scheelium, J. U. C. A. 1617. in 4.

Vindiciæ Scaligerianæ, qvas, tanqvam nuper editas, Melch. Goldastus, in *Epistola* ad illum ἀνεκδότῳ, A. 1620. exarata, & in *Albo* ejus, *f. 254.*, reliqva, commendavit. (Dubito tamen, annon eædem hæ sint cum Jul. Cæs. Scaligeri *Epistolis duobus*, a nostro A. 1619. editis, & Goldasto inscriptis.)

Nuncius Olympicus, seu Catalogus Latino-Germanicus librorum CCXXVIII. MSStorum Bibliothecæ secretioris senis alicujus Theologi & Medici celeberrimi, de grata posteritate præclare mereri cupientis; das ist: Verzeichnis etlicher geheimen Bücher und Schriften, so ein fürnehmer, Gottesgelahrter und hocherleuchteter Theosophus und Medicus, in Theosophia, Cabala, Magia, Chymia, Medicina und Philosophiæ, durch viele beschwerliche Reisen, und grosse Unkosten, zusammengebracht, darinn die grösseste himlische und irdische Weißheit begriffen ist, ausgegeben durch Anastasium Philareten Cosmopolitam. Philadelphiæ, Anno, qvo CIto LVX Magna a ChrIsto ILLVCesCet In sILentIo (i. e. 1626.). in 4. Catalogum hunc, cujus paucissima tantum exempla impressa esse, Epistola ad Gerh. Culemannum Jun., Præpositum Rendesburgensem, Latina dedicatoria testatur, Morsio (qvi prænomen Hebræum *Joachimi* cum Græco *Anastasii*, illi qvoad significationem gemino, permutavit) jam olim, *Tomo II. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum* Placciani, *p. 500.*, argumentis vindicavi idoneis. MSSta pleraqve, in eo enumerata, Chymica sunt, &, in his, multa Theophrasti Paracelsi, ac Fratrum Roseæ crucis, qvibus nonnulla immiscentur pro Reformatis contra Lutheranos Polemica, atqve Enthusiastica. Possessorum illorum fuisse vel Mich. Maierum nostratem, Chemiatrum Cæsareum atqve Hassiacum percelebrem, vel Henr. Nollium, Prof. Medicum Steinfurtensem, qvi Epigramma ad editorem Catalogo addidit, aliqvando conjeci, an dextre satis, aliorum esto judicium. In Epilogo ab editore, Morsio, MSStorum Philologicorum, Historicorum, Politicorum, Theosophicorum, Chemicorum ac Mysticorum, non ubivis obviorum, a se qvoqve collectorum, mentio aliqva injicitur.

Epistola sapientissimæ Fratrum Roseæ crucis Societati remissa, qvæ, sub eadem Anastasii Philaretis Cosmopolitæ larva, sine mentione anni, prodiisse fingitur Philadelphiæ, typis Christiani Harpocratis, in 4. Confer, qvæ de illa in Vita nostri narravimus.

Epistola in pessimos seculi mores invectiva, Latine ad Joh. Rislerum, Pastorem in Ducatu Brem. Horneburgensem, Hamburgo A. 1628. scripta, & Risleri Sermoni sacro *de Tempore Christianorum* Germanico, Hamburgi *in 4.* excuso, adjecta.

Epistola ad Joh. Ovenum, Poetam Anglum, Hamburgo A. 1627. data, & in *Appendice Epigrammatum* Oveni, *p. 274-279. Edit. Amstelod. A. 1632.*, obvia.

Epistola ad Joh. Isaacium Pontanum, inter alias Virorum doctorum, *in Appendice Epistolæ Andr. Alciati ad Bernh. Mattium* (*n. 60.*, *p. 180. & sq.*), Leidæ A. 1695., a D. Ant. Matthæo, JC., publicata. V. Th. Crenii *P. X. Animadv. p. 228.*

Copia furtzer, doch rechtmäßiger, Ablehnung und Protestation, gegen die unbedachtsame und wiederrechtliche Citation der Bürgermeister und Rahts zu Hamburg, in justissima causa Morsiana. Philadelphiæ 1629. in 4. Historia ejus in Vita nostri relegatur.

II. ALIENA.

Jos. Scaligeri Epistola ad Eilh. Lubinum, de parentibus Scaligeri Hypobolimæi, & Tychonis Brahei Elegia de exilio suo. Halæ Sax. 1613. in 4. maj.

Joh. Brentii Sen., Theologi Tubing., Epistola de exilio suo, ad Georg. Majorem. Rostochii 1616. in 4. Denuo edita a Thoma Crenio A. 1701., *Parte X. Animadv. Philol.*, *c. 3.*, *§. 2.*, *p. 221-225.*

Hieron. Welleri, Theologi Fribergensis, Consilium de studio Theologico rite instituendo, & feliciter continuando, modoqve recte disputandi & habendi conciones. Rostochii 1617. in 4.

Ἀνωνύμȣ Εἰσαγωγὴ Ἀνατομικὴ, cum Versione doctissima Pet. Laurembergii, ab eo edita. Lugd. Bat. 1618. in 4. Plura de illa in Laurembergii dicentur Elogio.

Pauli Merulæ, Prof. Leidensis, Orat. posthuma de statu Reip. Batavicæ. Lugd. Bat. 1618. in 4.

Jul. Cæs. Scaligeri Epistolia duo lectu dignissima (nempe 1. Excerpta ex Libro XVI. Exercitationum Exotericarum, qvi Cardanus inscribitur, & 2. Epist. ad Gervas. Maritallerum), e Pet. Bertii museo nunc primum edita, & Melch. Goldasto inscripta. Lugd. Bat. 1619. in 4.

Jos. Scaligeri de arte Critica, ad Pet. Scriverium, Diatriba. Lugd. Bat. 1619. in 4.

Ejusd. Expositio doctissima difficillimi cujusdam loci Galeni (τὰς Κήρυκας τὸν πόδα λέγειν), e Biblioth. Frid. Lindebrogii edita, & Pet. Laurembergio inscripta. Lugd. Bat. 1619. in 4.

Cæs. Baronii, S. R. E. Card., Epistola ad Phil. II., R. Hispan., de Monarchia Sicula. Ib. 1619. in 4.

Car. Clusii, Prof. Med. Leid., Descriptio Chorographica Galliæ Belgicæ posthuma. Ib. 1619. in 8.

Ælii Franc. van der Wielen & Jani Dousæ qvædam de Exordio novi anni: Accedit Joh. Caselii Felicitas Lüneburgi. Lugd. Bat. 1619. in 8. (*O. Sp.*)

Ant. Florebelli, Mutinensis, Panegyricus, Carolo V., Imperatori, dictus. Lugd. Bat. 1619. in 4.

Franconis Duyckii, Consulis Leid., Comparatio elegans Venatoris & Amatoris. Ib. 1619. in 4. (*Catal.*)

Gvilh. Laurembergii Sen., Prof. Med. Rostoch., Diss. Epistolica, continens curationem Calculi vesicæ. Lugd. Bat. 1619. in 12. Recusa (*testibus Lindenio & Draudio*) Witeb. A. 1623. & Lugd. Bat. A. 1629. in 12.

R. T. (*i. e. Raph. Thorii*), Medici Londinensis, Epistola de Isaaci Casauboni morbi mortisqve causa, e Biblioth. Ott. Heurnii edita. Lugd. Bat. 1619. in 4.

Simonis Simonidæ, Rusli, Joh. Zamoscii Secretarii, Poematia aurea, cum antiqvitate comparanda. Accedit Ad. Bursii Historia vitæ ac obitus Joh. Zamoscii, Polonorum Archistrategi. Lugd. Bat. 1619. in 8. Recensum illorum (in præfixis etiam Casp. Barlæi ac Mart. Ruari carminibus, & Aug. Buchneri Epistola ad Morsium, *Parte II. Epp. p. 325.*, commendatorum) V. in B. G. Struvii *Bibliotheca antiqva*, *M. Aug. A. 1706.*, *p. 353-356.*, & de Simonide Autore confer Sim. Staravolscii *Elogia Scriptt. Polon.*, *n. 99.*, ac Joh. Pet. Lotichii *P. IV. Biblioth. Poeticæ p. 100. 101.*

Henr. Nollii, Theosophi & Prof. Med. Steinfurtensis, Via Sapientiæ triuna, a Morsio (sub ficto Anastasii Philareti Cosmopolitæ nomine) edita Anno, qvo sapIente IVDICe trIVMphat VerItas (i. e. 1620.) in 8.

Alexandri a Suchten Tr. de vera Medicina. Hamburgi 1621. in 8.

Corn. Drebbelii, Chemici & Mechanici summi, Tractatus duo: Prior de natura Elementorum, qvomodo Venti, fulgura, pluviæ, tonitrua, ex iis producantur, & qvibus serviant usibus, a Pet. Laurembergio Latine versus; Posterior de Qvinta essentia, ejus viribus, usu, & qvomodo ea ex mineralibus, metallis, vegetabilibus & animalibus, sit extrahenda. Accedit ejusdem Epistola ad Jacobum, Britanniæ Monarcham, de perpetui mobilis inventione. Hamburgi 1621. in 8. Præfixa & subjecta sunt Mich. Maieri, Hadr. a Mynsicht, & aliorum, carmina ad Morsium encomiastica.

Duncani Liddelii, Scoti, Med. D. & Prof. Helmst., Tr. de dente aureo pueri Silesii, contra Jac. Horstium, cum Joh. Jessenii Relatione de Rustico Bohemo cultrivorace, ex ejus museo editus, & Liddelii *Arti Medicæ* adjectus. Hamburgi 1628. in 8.

Sam. Varadi, Moravi, e Past. Schahczensi exulis, Epistola ad Morsium, de miraculosa liberatione Joh. Potoczkii, Podoliæ Waywodæ, ex captivitate Turcica. Adjecta est Relatio rationum ærarii Turcici. Rostochii 1635. in 4.

Consilia trium celeberrimorum Virorum, Ign. Hannielis, Hug. Grotii & Joh. Henr. Alstedii, de studio Politico instituendo. Additur Ægidii a Lancken, Consiliarii Holsatici, Epistola de Educatione nobilium. A. 1636. in 4.

Is. Casauboni Epistola ad virum nobilissimum, de Πνευτείας modo antiqvo. Rostochii, sine mentione anni, in 4. Promissa est a Casaubono *in Notis ad Polyænum p. 729.*, sed ἀνεκδότοις ejus a Theod. Jansonio, *in Biblioth. promissa & latente p. 11.*, perperam annumerata.

Hug. Grotii Alloqvium ad Arcam, qva e carcere elatus est: sine loci & anni mentione, in 4.

Dominici Baudii Schediasma aliqvod; uti ex Eilh. Lubini in scripta Baudii & Merulæ, ab illo edita, carmine, qvod *in Albo MS. f. 209.* legitur, colligo.

Gerh. Culemanni Jun., Præpositi Rendesburgensis, Bericht von den Stücken Blutes, so A. 1620., auf der Obereider, bey Rendesburg, sind gesehen; mit seiner Vorrede von ihm außgegeben. Philadelphiæ 1626. in 8.

Copia eines Schreibens Lucæ Holstenii, an Heinonem Lambeck, A. 1632. geschrieben, von dem erschrecklichen und wunderbahren Brande des Berges Vesuvii. A. 1635. in 4.

INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Album Academicum & Apodemicum MS. insigne, cujus historiam in vita jam exposui.

Variæ Lectiones in Prudentium, ob qvas, sibi communicatas, Aug. Buchnerus duabus illi gratias egit Epistolis, supra jam memoratis.

Epistolæ ineditæ ad Viros doctos, qvarum duas ad Frid. Lindebrogium Reinh. Blomius habuit.

Historia rerum gestarum Philippi II., Ducis Pomeraniæ; qvam eum molitum esse ex nonnullis ad eum Epistolis patet.

Scripta aliena, qvorum editionem promisit, seqventia:

1. Theophilus, Sextus, Ruffus, Oribasius, cæteriqve Anatomici veteres. V. *Ep. Dedic. ad Senatum Amstelod.*, *Isagoge Anonymi Anatomicæ Græcæ A. 1618. præmissam*, & Sixti Arcerii ac Pierii Winshemii *Epistolas*, qvibus editionem illorum A. 1619. urserunt, αὐτογράφως, in *Albo MS. f. 370. 530.* obvias.
2. Anonymi, nomine dignissimi, de antiqva Atheniensium religione Libri duo eruditissimi, e Bibliotheca Jacobi, Regis Angliæ, eruti, qvos Lubecæ A. 1625. *in 4.* prodiisse *Catalogus nundinarum anni illius vernalium, p. 50.*, falso perhibet. Ἀνεκδότους enim A. 1633. adhuc fuisse, carmen docet Pauli Sperlingii Jun. ad Morsium, eos editurum, isto exaratum, qvod *in Albo f. 804.*, una cum Joach. Pastorii & Thomæ Segethi in eosdem Epigrammatis (*f. 572. 583.*), inveni.
3. Joach. Vagetii, Hamburgensis, Descriptio Hamburgi, sive Annales civitatis illius posthumi, carminibus D. Joh. Polyandri (Theologi Leidensis), Hadriani a Mynsicht, Dan. Drencani & Joach. Pastorii, iis præfigendis, *in Albo* (*f. 281. 317. 320. 321.*) celebrati.
4. Jul. Cæs. & Jos. Scaligerorum inedita qvædam. V. Ep. Dedic. duobus Epistoliis J. C. Scaligeri A. 1619. præfixam.
5. Justi Lipsii Epistolæ ἀνέκδοτοι posthumæ. V. (ex ejus ad Joh. Is. Pontanum *Epistola*) Th. Crenii *P. X. Animadv.*, *c. 3.*, *p. 228.*, & D. Phil. Cæsaris, Prof. Brem. Anagramma de Lipsio, *in Albo f. 165.* occurrens.
6. Jani Dousæ filii Epistolæ posthumæ, qvarum editioni ornandæ D. Mart. Chemnitius Jun., Cancellarius Holsaticus, hoc destinavit, & *Albo f. 298.* inscripsit, distichon:

   Erravit, qvi, Dousa, tibi cognomina finxit:
   Musam, non Dousam, dicere debuerat.
7. Joh. Polleti, Insulensis, Poemata, de qvorum laudibus Gotfr. Hegenitius A. 1627., ad Morsium, editioni se accingentem, & Epistolam scripsit, & aliqvot Epigrammata, *in Albo f. 482.* reliqva.
8. Bartholomæi Merulæ, Pauli F., Leidensis (Tubingæ A. C. 1618. & æt. 25. mortui), Poemata posthuma, a Morsio (sicut ipse *in Albo f. 753.* testatur) collecta, & libello Carminum adopt. aucta.
9. Thomæ Segethi, Scoti, & Thomæ Rhædi, Regis Britanniæ Secretarii, Poemata, qvorum editioni promissæ Vinc. Fabricius & Arn. Backhusius Epigrammatis aliqvot, *in Albo p. 585. 586.*, applauserunt.
10. Joh. Isaaci Hollandi, Basilii Valentini, Rogerii Baconis, Gvidonis Magni, & aliorum Philosophorum probatissimorum, Opera Chymica, hactenus ab invidis suppressa. V. *Nuncii Olympici*, & editionis *Opusculorum* Corn. Drebbelii, *Epilogos*.
11. Corn. Drebbelii Tractatus de Sale marino, Vitriolo, Mercurio, aliaqve opuscula ἀνέκδοτα. V. *Album f. 342. 343.*
12. Bartholom. Korndorferi Tinctura gemmarum, in qva illarum criteria exponuntur; qvam, Hamburgi edendam, Gotfr. Hegenitius peculiari (*in Albo f. 481.*) celebravit carmine.

M. JOHAN

M. JOHANNES MOSERUS, Hamburgensis, Zachariæ, Scholæ publicæ Conrectoris, filius, Pastor urbis in Westphalia Osnabrugensis, ab anno 1688., Marianus, d. 2. Jul. A. C. 1699., & ætatis 36., defunctus (1.); qvem Joh. Frid. Mayerus (2.) *juvenem in solatium Ecclesiæ natum, juventutisqve Academicæ ornamentum*, Pet. Ambr. Lehmannus autem (3.) einen Mann von ungemeinen Gaben und Gelehrsamkeit, appellavit.

Conr. Sam. Schurtzfleischii ad eum Epistola *Tomo I. Epp. arcan.*, *n. 374.*, *p. 625. 626.*, legitur.

Uranologia, seu Disp. de Cœlo, Præside Dan. Bütnero. Hamburgi 1682. in 4.

Disp. de Lege injusta, ejusqve obligatione, Præside M. Joh. Frid. Heunischio. Lipsiæ 1684. in 4.

Disp. de Assensu S. Scripturæ in ordine ad nostram cognitionem, seu unde homo certus fit, Scripturam esse verum Dei verbum? ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Frid. Mayero defensa. Witebergæ A. 1685. & 1705. in 4.

Versuchter und treu erfundener Abraham, in XII. Andachten oder Predigten vorgestellet, und, nach seinem Tode, mit H. C. Meyeri, Predigers in Osnabrügge, Vorrede, außgegeben. Osnabrugæ 1699. in 8. & (*juxta Catal. Nund.*) Jenæ 1701. in 12., Francof. & Lipsf. 1712. in 8.

Opus de Vaticiniis Propheticis, qvæ N. T. tempora spectant, præcipuis, inchoatum qvidem, sed morte Autoris interruptum, de qvo H. C. Meyeri præfatio scripti præcedentis consulenda.

ZACHARIAS MOSERUS, Junior, Hamburgensis, Conrectoris scholæ publicæ, sibi cognominis, filius, Med. D. & in patria Practicus, A. 1688. mortuus.

Disp. Inaug. de natura Contagii. Trajecti ad Rhenum 1682. in 4.

JOHANNES LAURENTIUS a MOSHEIM Lubecensis, natus A. 1694., d. 9. Oct., Collegii in Academia Kiloniensi Philosophici ab A. 1719. Assessor & deinde ab A. 1723. Theologiæ Doctor ac Professor Helmstadiensis.

Conf. de illo Jo. Henr. a Seelen Partem III. Athen. Lubec. p. 519. 520. 521. & Anonymi (falso tradentis eum Ecclesiasten esse Kiloniensem) Maendelyke Uyttreksels, M. Apr. A. 1720., n. 7.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Dissertatio, Pontificios, salis Apostolici expertes, in re fidei fluctuare ostendens, ad Matth. V. 13., Præside Alberto zum Felde defensa. Kilonii 1717. in 4.

Cogitationum de studio literario (*sive Historiæ Literariæ*) Pars prima, qvæ prodiit *Tomo VI. Miscellaneorum Lipsiensium* (Lipsiæ A. 1717. *in 8.* edito) *Observ. 126. p. 63 - 82.* & in illud est iniqvior.

Apologiæ pro Martyribus, adversus M. Antonini Philosophi Lib. XI. τῶν εἰς ἑαυτὸν §. 3., Diss. prima, Præside Nic. Mollero. Kil. 1718. in 4.

Demonstratio Sectæ Nicolaitarum, adversus doctissimos ejus oppugnatores, ad Theod. Hasæum; A. 1718. inserta Bremensium *Bibliothecæ Historico-Philologico-Theologicæ Classis I. Fasciculo IV.*, *Art. I.* V. Joh. Gottl. Krausii (argumentum ejus exponentis) Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 63. A. 1719.*, *p. 498. 499.*

Schediasma in locum Joh. VIII. 56., A. 1718. in eadem Bremensium *Bibliotheca Classis II. Fasciculo II.*, publicatum. V. Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theologische Nachrichten, *Sect. 2.*, *A. 1719.*, *p. 348. 349.*

Epistola de Imaginibus Telesticis ab Apollonio Tyanæo non confectis, contra D. Gothofr. Olearii *Notas in Philostrati Vitæ Apollonii Lib. 3. c. 22.*, eidem *Bibliothecæ* Bremensium, *Class. III.*, *Fasc. I.*, *p. 1. & seqq.* inserta & in D. Christfr. Wächtleri, JCti, Epistolis 2. contrariis (*in Actis Erud. Lipsf.*, *M. Apr. A. 1721.*, *p. 177 - 182. & M. Jul. A. 1723.* refutata.

Observationes qvædam aliæ in *Miscellanis Lipsiensibus* & *Bibliotheca Bremensium*, passim obviæ. V. Seelenium *l. c.*

Animadversionum sacrarum ad selecta sacri codicis & antiqvitatum loca Specimen, qvo, adversus Summi Viri, Gotfr. Olearii, exceptiones, recepta interpretatio modestissime vindicatur, simulqve ad qvasdam ejusdem in Matthæum Observationes nonnulla monentur. Rostochii 1719. in 4. V. *Catalogos anni 1719. nundinales.*

Cogitationes Philosophicæ de eo, qvod justum est circa Literarum sacrarum ex priscis scriptoribus profanis interpretationem & emendationem. Kil. 1720. in 4. Opposita est illis M. Joh. Andr. Cleffelii, Scholæ Slesv. Rectoris, Dissertatio, Mosheimii sententiam de interpretatione N. T. ex Scriptoribus profanis examinans & rejiciens. Witebergæ 1722. in 4. excusa. Conf. de iis censuram Seelenii *l. c. p. 521.*

Vindiciæ antiqvæ Christianorum disciplinæ, adversus Joh. Tolandi, Hyberni, Nazarenum. Kilon. 1720. in 4. Secunda editio, Commentatione de vita Tolandi & Joh. Franc. Buddei præfatione aucta, prodiit Hamb. 1722. in 8. V. de iis Recensum Lipsiensium *in Actis Erud. Lipsf.*, *M. Oct.*, *A. 1722.*, *p. 492 - 495.* Tubingensium in der Allerneuesten Historie der Gelehrsamkeit, *M. Febr. A. 1722. n. 3.*, Anonymi in der Historie der Gelehrsamkeit unserer Zeiten, *P. II.*, *num. 5.* & Bremensium *Fasciculo V. Classis III. Bibliothecæ Historico-Theologico-Philologicæ*, *num. 6.*

Dispositio Chronologico - critica de vera ætate Apologetici Tertulliani. Lugd. Bat. 1720. in 8. Helmst. 1724.

Diss. de Pygmæis, Æthiopiæ populis, cum Append. de Statura Corporum Beatorum. Kil. 1721. in 4.

Observationum Sacrarum & Historico-Criticarum Liber primus. Accedit Oratio de eo, qvod nimium est in studio Lingvarum & Critices. Amstelod. 1722. in 8. maj. Recensum ejus invenies in Joh. Clerici (sua qvædam adversus Autorem defendentis) *Bibliotheqve ancienne & moderne*, *T. XVII.*, *P. II.*, *num. 8.* & der Fortgesetzten Samlung von Theologischen Sachen, *Sect. 6. A. 1722. p. 909 - 912.*

Vberti Folietæ de Lingvæ latinæ usu & præstantia Libri tres, ab illo, cum Notis suis, Dissertatione de Lingvæ Latinæ cultura & necessitate, & Vita Folietæ denuo editi. Hamburgi 1723. in 8.

Primitiæ Juliæ: I. Oratio de Christo unice Theologo imitando. II. Commentatio de felicitate eorum, qvi pura mente sunt, ad Matth. V. 8. III. Diss. de Vi Argumenti, qvod a Tuto in Theologia ducitur. Gvelpherbyti 1723. in 4.

Diss. Theol. Inaug. de Theologo non contentioso, ad 2. Tim. II. 23. 24. Helmstadii 1723. in 4.

Diss. de Concilio Dordraceno, magno Concordiæ sacræ impedimento. Helmst. 1724. in 4.

II. GERMANICA.

Zufällige Gedancken von einigen Vorurtheilen in der Poesie, besonders in Deutschen, unter dem Nahmen Selintes außgegeben: Erster Vortrag. Lübeck 1716. in 4. V. de illis J. G. Krausium (a qvo stylo scriptæ esse perhibentur satyrico) *c. l.* num. 34. A. 1717. p. 266. 267.

Die Herrligkeit JEsu, als des eingebohrnen Sohnes vom Vater, in einer, am Himmelfahrts-Tage, A. 1716. zu Kiel gehaltenen Predigt, aus der Fest-Epistel Act. I. 1 - 11. vorgestellet. Kil. 1716. in 4.

(1.) V. H. C. Meyeri, Collegæ ipsius, *præfat. Abrahami* ejus *tentati*, & Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Historicas anni 1699. vernaculas*, *n. 28.*, *p. 224.* (2.) *in Præfat. Disp. ejus de assensu S. Scripturæ.* (3.) *l. c.*

INEDITA ET PROMISSA.

Observationes in Irenæum, qvas A. 1718., *in Demonstratione Sectæ Nicolaitarum*, est pollicitus. V. J. G. Krausium *l. c.*, *num. 63. A. 1719.*, *p. 498. 499.*

Diss. de Mich. Serveti vita & scriptis, cujus in Bremensium *Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica, Cl. I., Fasc. V., Art. 4.*, mentio injicitur honorifica.

Historia Actorum Joh. Duræi Irenicorum, qvam itidem Bremenses, *Cl. I.*, *Fastic. VI.*, *Art. 8.*, ab eo expectari jusserunt. V. J. G. Krausium *l. c.*, *num. 78. A. 1719.*, *p. 624.*

Bibliotheca Vulcani, sive Dissertationes de Libris combustis. V. *Catalogos annorum 1716. & 1717. nundinales*, & J. G. Krausium *l. c.*, *num. 34. A. 1717.*, *p. 267.*

Opusculum de Causis pereuntis Poeseos, in den Zufälligen Gedancken von einigen Vorurtheilen in der Poesie, *Sect. I. p. 6.*, promissum. V. Krausium *l. c.*, *n. 34. A. 1717.*, *p. 267.*

Historie der Leichen-Hochzeit- und Ehren-Gedichte, qvam in eodem scripto, *Sect. I. p. 25.*, est pollicitus. V. Krausium *l. c. p. 267.*

Deutsche Gedichte. V. Krausium *l. c. p. 267.*

Carmen Germanicum de Lutheri Laudibus & immortalibus in Ecclesiam meritis, in Academia Kiloniensi M. Nov. A. 1717. recitatum. V. *Programma Jubilæum anni 1717. Kiloniense p. 6. 7.*

Historia vera Martyrum & persecutionum Ecclesiæ primitivæ Christianæ, promissa *in Disqvisit. de vera ætate Libelli ab Athenagora pro Christianis conscripti*, in Bremensium *Bibliotheca Historico-Philologica, Fasciculo V. Classis II.*, *n. 3.*, obvia.

Observationum sacrarum Libri duo, qvos in eadem Disqvisit. est pollicitus.

Tr. de Fide Historica Philostrati, & existimatione Apollonii Tyanei, ejusqve apotheosi, qvem, *in Epistola de Imaginibus Apollonii Telesticis*, supra memorata, ejus specimine, a se jussit expectari.

Exercitationes ad Philostratum, & Annotationes ad Apollonii Tyanæi Epist. A. 1723. in *Novellis* promissæ *Holsaticis*.

Philastrii, Episcopi Brixiensis, Liber de Hæresibus, Commentario illustrandus. V. *Acta Erud. Lips.*, *M. Oct. A. 1722.*, *p. 484. 490.*

Observationes in Epistolam ad Corinthios priorem. } promitti ab eo traduntur in *Bibliothecæ* Bremensium *Fasc. V. n. 6.*
Tractatus de Sectis Nazarenorum & Ebionitarum.
Historia Cerinthi.

JOHANNES MOSINGIUS Junior, e scholæ Bordesholmensis alumno (1.) Slesvicensis, circa A. 1634., Subrector, & Parochus tandem ruralis, circa A. 1643., in Schwanzia vicina, Wabsensis (pater forte Joh. Mosingii, Ecclesiastæ circa A. 1670. Tonningensis), a Nicol. Scribonio, *Libro Lusuum Anagrammaticorum Gottorpiensium* (qvibus elegans ejus Epigramma est subjectum) secundo (2.), *Vir* vocatur *Insignis studiis viaqve vita*, *Bonus Philosophus*, *bonus Poeta*, *Bonus Theiologus*, *bonus Pelasgus*, &, ob venam Poeticam, in sacris præsertim eximiam, compluribus celebratur Anagrammatis. Qvalia sunt:

Johannes Moesingius. ** *Io! magnus in Sione es.*
Una insignis homo es.
O mi ingenio sanus es.

In Joach. Morsii *Albo* (de qvo *supra* dictum est) *MSto* plurima ejus supersunt Carmina, Anagrammata & Epigrammata, haud invenusta, tum in ipsum Morsium (*f. 817. 818.*), tum in alios Viros Cimbriæ eruditos, illorum passim adjecta Avtographis.

THOMAS MUERKIRCHEN, sive MOORKERKE, Johannis filius, Lubecensis, patriæ Senator, & A. 1385. Prætor, A. 1401., juxta Jac. a Mellen & Kirchringium (3.), A. 1395. autem juxta Bernh. Middendorpium (4.), & 1402. juxta alios, est defunctus. Huic Chronicon Lubecense vernaculum ἀνέκδοτον, sibi lectum, tribuit Conradus ab Höveln, Scriptor Historiæ Lubecensis proletarius (5.), sed invita veritate. Nec enim aliud illud est qvam Chronicon Lubecense Saxonicum, A. 1385. a Lectore ordinis Franciscani (Dethmaro, si Mellenium audias), jussu Thomæ Moorkerkii & Herm. Langii, Prætorum, conscriptum, & ab Henr. Bangerto (6.) jam allegatum. Cujus Autorem Moorkerkium esse, qvod nomen ejus in fronte scripti ἀδεσπότως memoraretur, inepte Hövelius credidit. V. *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 4.*, *§. 1. & 2.*, *p. 431. 432.*, ac qvæ supra, sub Dethmari allata sunt nomine, nec non Jac. a Mellen *Notitiam majorum p. 86. 87. 111. 112. 114.*

M. ALBERTUS MÜLLERUS, Hamburgensis, Johannis, ædis Sp. S. Ecclesiastæ, filius, A. 1631. natus, Parochiæ rurali Curslacensi a patriæ Senatu d. 7. Oct. A. 1666. præfectus, ac d. 4. Febr. A. C. 1693., ætatisqve 62., mortuus (7.); gener D. Joh. Mülleri & D. Dav. Klugii, Ordinis Hamburg. Ecclesiastici Antistitum (8.).

Disp. Theol. Moralis & Practica de Militia Christiana, Præside D. Christ. Chemnitio. Jenæ 1655. in 4.

Disp. in Caput III. Epistolæ ad Galatas, in Collegio super hanc Epistolam, a sex Juvenibus, totidem illius Disputationum Autoribus, eodem Chemnitio Præside proposito, obvia. Jenæ 1656. in 4.

BERNHARDUS MÜLLERUS, Kiloniensis, d. 10. Febr. A. 1590. patre Hansio, Urbis Consule & Bernhardi, eadem dignitate functi, filio, matre vero Ursula, Georg. Corperi, Consiliarii Ducalis & Consulis itidem Kiloniensis, filia, natus, e patria A. 1606. in Scholam Hamburgensem, A. 1609. in Acad. Rostochiensem, A. 1610. (ut Dan. Sennertum audiret) in Witebergensem, & deinceps etiam in Lipsiensem, Giessenam ac Marpurgensem, arti vacaturus Medicæ, commigravit. Eandem, Germania, Italia, Hispania, Gallia, Helvetia & Belgio, ab A. 1614., cum comite suo, Jac. Albino (Medico postea Hamburgensi), per biennium itinere lustratis literario, & titulo Doctoris, A. 1616. Basileæ a Casp. Bauhino, Brabevta, reportato, in urbe Kiloniensi patria, ab A. 1617., Praxi, per lustra octo, exercuit felicissima. Duas interea uxores, A. 1620. scil. Catharinam, Henningi Kiesby, civis Slesvicensis, gnatam, qvinqve sibi liberos (& hos inter Ursulam, D. Matthiæ Clausenio, Poliatro Kiloniensi & Podalirio Cimbriæ celeberrimo, elocatam, solamqve parenti superstitem) enixam, ac, ista A. 1630. amissa, seqventi 1631. Margaretam, D. Bernh. Oldermanni, Archiatri Holsato-Gottorpiensis, filiam, duxit, sed e posteriori nullam, in annorum 42. conjugio, prolem sustulit. A. 1656. Praxi Medica, genero transcripta, ob senectutem, abstinere cœpit, & tria, qvæ restabant, vitæ lustra cultui divino, S. Codicis lectioni, precibus, jejuniis, aliisqve pietatis exercitiis, unice impendit. Plerosqve certe sacri ordinis homines in pudorem conji-

(1.) V. Mart. Coronæi Jun. *Antiqq. Bordesholm. MSS.* (2.) *p. 56. 57. 58.* (3.) *in Compendio Chron. Lubec. p. 85.* (4.) *in Serie Senatus Lubec.* (5.) *in Præfat.* der Lüneburgischen Vortreflichkeit. (6.) *in Notis ad Helmoldum p. 130.* (7.) testibus Ulr. Winckelii JCti Hamb., literis. (8.) V. Sam. Ben. Carpzovii *Ep. Dedic. Orationis de Mullero funebris*, & M. Joh. Jac. Klugii *Vitam Parentis p. 40.*

conjicere possunt, qvæ de Medici hujus religiosissimi devotione singulari, summa vitæ sanctimonia, assiduitate in precibus, industria domesticorum in rebus divinis institutione, candore infucato, beneficentia in pauperes, & vanitatum seculi omnium fastidio, ab Encomiastis narrantur posthumis. Sacrum Codicem universum 33. vicibus attente perlegisse, ejusqve elogiis, cum rythmicis, tum ἀμέτροις, a se concinnatis, libellum implevisse perhibetur integrum. Cum hoc pacto vitam in terris egisset cœlestem, viribus corporis langvore senili paulatim consumptis, morbo his tandem, d. 13. Mart. A. C. 1672., ac ætatis 83., ereptus est thoracico. Symboli loco usus est verbis Psalmi XXXVII. 5.: *Ipse faciet.* Fusius celebratur a Pet. Musæo, Professore Theologo Kiloniensi, *in Programmate de vita ejus exeqviali*, Matthiæ Burchardo, Pastore urbano, in Sermone in Sap. III. 9. lugubri vernaculo, defuncti consecrato memoriæ, ac (sub tit.: Ehren-altar dem Gotte unsers Lebens aufgerichtet) Kilonii A. 1672. *in 4.* excuso, D.G. Morhofio in *Monumento*, sive Epigraphe funebri (*in Opp. Poet., Lib. 3. Manium, p. 540-541.*, recusa), cæterisqve, qvi Epicedia scripsere, Professoribus. E qvibus Pet. Musæus *Virum* eum (*l. c.*) vocavit *pium, beneficum, religiosum, patientia, spe fideqve stabilem, vitæ integrum, cunctisqve homine Christiano dignis virtutibus præditum, qvi, & zelo religionis, & calore pietatis, & fervore caritatis, & constantia fidei, & tolerantia adversitatum, & contentione omnium aliarum virtutum, ad fastigium, certe supra communem sortem, ascendit, & propterea, de pluribus exemptus, singularis & pene divinus vir merito fuit habitus.* Christ. Kortholto (*in carmine funebri*) *Senex* itidem audit *maxime venerabilis, admirandæqve pietatis*; Morhofio autem (*l. c.*) *Aurei vir seculi, &, qvod prodigium in seculo corrupto dixeris, bonus, qvem Lacones divinum vocabant, in laudem ac pudorem seculi sui natus, ut hunc corrupto incuteret, illam de virtute sua concederet.*

Epithalamium in nuptias Matthæi Bacmeisteri, Med. D., heroicum. Rostochii 1609. in 4.

Disp. Inaug. de Plantarum cognitione Medico necessaria. Basileæ 1616. in 4. (Ob hanc noster Botanicis, qvi laudabiliter plantas omnes, sub certis generibus, tum summis, tum subalternis, ordinate, juxta ipsius naturæ characteres, disposuerunt, multumqve rei herbariæ lucis sunt fœnerati, a Mich. Bernh. Valentino, *in Hist. Lit. Acad. Nat. Curiosorum p. 38.*, est annumeratus.)

Elogiorum S. Codicis Sylloge ἀνέκδοτος, de qva in Vita ejus jam dictum, & Matth. Burchardi *Appendix Sermonis funebris Biographica, p. 55. 56.*, potest conferri.

BURCHARDUS MÜLLER, Riesebya Cimber, Ecclesiæ vicinæ ruralis Siesebyensis, in Swanzensi Ducatus Slesvicensis provincia Pastor, A. 1711. superstes.

Disp. de Magistratu Politico, ab eo conscripta, &, Præside Joh. Deutschmanno, Th. D. ac Prof. defensa. Witeb. 1668. in 4.

CASPAR MÜLLER, Hamburgensis, Med. D. & in patria ab A. 1716. Practicus.

Theses Inaugurales Medicæ. Patavii d. 6. Jun. A. 1716. propositæ. V. *Hamb. Lit. A. 1719. p. 29.*

GOTHOFREDUS MÜLLERUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1701. & 1704., Hamburgensis.

Theses Inaugurales miscellaneæ. Groningæ 1693. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum literatum anni 1701., p. 19.*

GOTSCHALCUS MÜLLERUS, Patricius Lubecensis, cum cive ac commilitone suo, Gotschalco Kirchringio, Hamburgi A. 1678. *in 8.* edidit Compendium Chronici Lubecensis Germanicum, de qvo supra sub Kirchringii allata nomine possunt relegi.

HENRICUS MÜLLERUS, Petri, Mercatoris & Sedecimviri Rostochiensis, templiqve Mariani Curatoris, ex Elisabetha Stubbia filius, & Henrici, negotiatoris in Cimbria Tunderensis, nepos, Lubecæ, qvo parentes, ob turbas Ducatus Megapolitani bellicas, Rostochio se receperant, d. 18. Oct. A. 1631. in lucem est editus. Rostochium inde, infans adhuc, ab iisdem, lares suos repetentibus, abductus, literarum humaniorum rudimenta in Schola urbis Senatoria, Theologiam autem, & lingvas atqve scientias huic famulantes, in Academia ejusdem illustri, mature admodum atqve celeriter, perqvam sibi familiares præcocis ingenii reddidit beneficio. Studia hæc sacra, ab. A. 1647., Gryphiswaldiæ per triennium continuavit, ac Rostochium A. 1650. reversus, Magistri titulo A. 1651., d. 13. Maji, impetrato, biennio seqventi urbes & Academias Borussiæ, Saxoniæ inferioris atqve superioris, Thuringiæqve, celebriores itinere lustravit literario, in Julia autem ac Lipsiensi paulo diutius substitit. Denuo hinc in Rostochiensem, patriam, A. 1653. redux, alteram, cum Collegiis privatis, disputationibus publicis & sermonibus sacris, vacare vix cœpisset, eodem anno 1653. exeunte, templi Mariani Archidiaconus, ac deinde, Licentiati Theologiæ gradu illic A. 1655., Doctoris autem Axiomate Helmstadii d. 10. Dec. A. 1660., reportato, simul Lingvæ etiam Græcæ A. 1660. Interpres Academicus, A. 1662. vero Pastor Marianus & Theologiæ Professor, tandemqve A. 1671. Superintendens urbanus Rostochiensis, est constitutus. Singulis Theologus hic eximius, doctrina coævorum paucissimis secundus, moderationis vero & pacis studio, sollicitudine de Christianismi degeneris emendatione seria, vitæ sanctimonia, & eloqventia styli sermonum atqve scriptorum optimæ notæ sacrorum Germanici nervosa, arguta vereqve heroica, omnibus ferme superior, summa tum fide & diligentia, tum dexteritate, functus est muneribus. Morte tandem immatura, qvam scorbutus morbusqve hypochondriacus, curis ob persecutiones ingentibus exasperati, istosqve subsecuta febris maligna, acceleraverant, non sine luctu Ecclesiæ piorumqve omnium, qvibus scripta ejus vernacula, toties cusa & recusa, semper erunt in deliciis, publico, d. 17. Sept. A. C. 1675., ac ætatis 44., exspiravit. E sex liberis, qvos e Margareta Elisabetha, Mich. Sibrandi, ædis Rostochiensis Marianæ curatoris, filia, d. 24. Jan. A. 1654. in thorum admissa conjugalem, sustulerat, tres cum matre filios, & hos inter Casparum Matthæum, J. U. D. & in Acad. Rostochiensi Professorem, reliqvit superstites. Bibliotheca insignis, qvam his, Theologiæ, Juri ac Medicinæ, ex suo studia dicaturis consilio, destinaverat, triumqve istarum, qvas vocant, facultatum libris instruxerat selectioribus, biennio post obitum, ferali incendii Rostochiensis igne, una cum monumentis ingenii ἀνεκδότοις omnibus, est absumpta. Prolixiorem atqve accuratiorem vitæ ejus, Scriptorum, certaminum, & meritorum in Ecclesiam studiumqve veræ pietatis plurimorum ac illustrium, historiam Tomo operis nostri reservamus ultimo. Consulant interim, qvi plura de illo nosse cupiunt, duo *Programmata* D. Henr. Rud. Redekeri, JCti & Rectoris Academici, Collegiiqve Theologici Decani, Rostochiensia, defuncti consecrata exeqviis, Henn. Wittenii (horum posterius cum scriptorum exhibentis Catalogo) *Centuriam memor. Theol. renov., Dec. XV., p. 1883-1892.*, Ludov. Barclaji, Archidiac. Mariani Rostochiensis, Sermonem funebrem in Jer. LI. 9. 10. vernaculum, seorsim Rostochii A. 1675., & Fribergæ, sine mentione anni, *in 4.* (sub titulo der Klagstimme Jeremiæ und D. Müllers über den unheilbahren Schaden Babels) editum, & Mulleri ipsius Sermonibus funebribus (den Gräbern der Heiligen), Francofurti A. 1685. *in 4.* publicatis cum Programmate lugubri gemino, Epicediisqve, subjunctum. Pauli Freheri (Barclajum secuti) *Theatrum Eruditorum p. 714.*, Theologorum Rostochiensium Censuram, *Prophylactico* ejus

ejus *Evangelico* (dem Evangelischen Præservative) A. 1681. præmissam, Joh. Franc. Buddei *T. II. Lexici Historici p. 574.*, ac Phil. Jac. Speneri Erzehlung vom Pietismo *p. 36. 37. 38.*

HENRICUS MÜLLERUS, Kiloniensis, Scholæ Bockelensis in Episcopatu Hildesiensi Cantor, A. 1686. superstes.

Catalogus der in Europa befindlichen hohen Schulen. Slesvigæ 1681. in 4.

HERMANNUS MÜLLER Flensburgensis, Johannis Mülleri, J. U. D. & Consulis Civitatis istius filius, Ecclesiæ ruralis Süderoviensis in Stormaria Pastor, A. 1709. mortuus. A. 1698. nuptias secundas celebravit cum Catharina Hintzia. V. Epitaphium Nic. Lud. Esmarchii *in Helicone p. 35. 36.*

Conciones aliqvot funebres vernaculas circa A. 1689. edidisse perhibetur.

M. HIERONYMUS MÜLLERUS Hamburgensis, Johannis, Doctoris Theologi & Presbyterii Civitatis istius Senioris, ac Annæ Mariæ Morsheuseriæ, Consule Moguntino natæ, filius; Magister Witebergæ a Christ. Bilefeldio, Ord. Philos. Adjuncto, A. 1656. creatus, Ecclesiæ in patria Nicolaitanæ Minister d. 26. Sept. A. 1660. electus, & ejusdem Archidiaconatu deinde functus. Præbendæ Qvartæ Minoris, in æde patriæ cathedrali, a d. 5. Febr. A. 1652. fuit Possessor (1.) Uxorem habuit Annam Catharinam, M. Gothofredi Gesii, Antistitis Hamburgensis Nicolaitani filiam, & Parens fuit D. Joh. Joach. Mülleri, JCti. Obiit A. C. 1705. d. 4. Maji æt. 74. V. *Nova Lit. Germ. M. Dec. A. 1706. p. 415.* & J. A. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 873.*

Sam. Bened. Carpzovio (*in Or. Funebri, Parenti ipsius habita, p. 56.*) audit *Paternæ Virtutis Instar ac Exemplum.*
Disp. de Antiocho Epiphane, Præside Mich. Wendelero, PP. habita. Witeb. 1656. in 4. (*Lipen.*)
(Diversus haud dubie ab illo est M. Hieron. Müller, cujus Handwercks Spiegel in 12. prodiit.)

HIERONYMUS MÜLLERUS, Hamburgensis, J.U. Lic. & Judicii in patria inferioris, circa A. 1701. & 1716., Præfectus.

Decas Inauguralis qvæstionum Juris civilis ad Jus statutarium Hamburgense. Trajecti ad Rhenum 1694. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1704. literatum p. 18.*)

M. JACOBUS MÜLLERUS, Danielis filius, Lubecensis, d. 31. Jan. A. 1621. natus, Magistri, in Acad. Lipsiensi, A. 1647. consecutus titulum, Insulæ Albis Kirchwerderanæ, Hamburgo vicinæ, A. 1654. Pastor electus, & febri tandem acuta, post novem liberos e Theta Catharina, D. Menonis Hannekenii, Superintendentis Lubecensis, susceptos filia, d. 8. Mart. A. C. 1676., ac ætatis 55., extinctus. V. Vitam ejus, Casp. Wringeri junioris, Parochi Bergerdorfiensis, Sermoni in Cant. III. 4. vernaculo, in defuncti habito exeqviis, & Lubecæ A. 1676. excuso, adjectam. Conf. de eo Jo. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec., p. 379. 380.*

Disp. de Fortitudine. Lipsiæ 1647. in 4. } V. Wringerum *l. c.*
Disp. de Justitia. Lipsiæ 1647. in 4. }
Diatyposis Concilii Hierosolymitani, ex Act. XV., Præside D. Joh. Conr. Danhauero. Argentinæ A. 1648., & denuo, sine mentione anni, in 4. Recusa est etiam *in Volumine Disputt. Theol.* Danhaueri, qvod Lipsiæ A. 1707. *in 4.* prodiit, *P. I., num. 8.*

JOHANNES MÜLLERUS, Slesvicensis.

Prognosticon in annum Christi 1591. Astrologicum, Germanice editum Magdeburgi A. 1590. in 4. V. Nicol. Bassæi *Collect. libb. German. p. 315.*

JOHANNES MÜLLERUS, Hamburgensis, Georgii Senatoris filius, Joh. Adolphi Tassii, Præceptoris, in professione Gymnasii patrii Mathematica, Id. Mart. A. 1660. constitutus est successor, istamqve Oratione de scientiarum Mathematicarum laudibus ac necessitate auspicatus inaugurali (2.), A. 1667. J. U. Doctor Franeqveræ ab Ulr. Hubero renunciatus (3.), A. 1671. autem, d. 24. Maji, defunctus, &, qvadriennio post, Henr. Siverum, civem suum, nactus Successorem (4.). Bibliotheca ejus insignis Mathematica Europæis celebrioribus a Collega, Rud. Capello (5.), est annumerata. Confer de illo *Homonymoscopiæ* nostræ *Appendicem p. 948. 949.*

Disp. de Luna, ejusqve maculis. Lugd. Bat. 1655. in fol.
Theses Mathematico-Physicæ. Heidelbergæ 1656. in fol. (*M. C. K.*)
Disputationum Astronomicarum Prima, de Sphæra cœlesti, ejusqve circulis primariis. Hamb. 1661. in 4.
Secunda de Sphæræ cœlestis Circulo secundo, & triplici positu. Hamburgi 1664. in 4.
Tertia, Siderum cœli septentrionalium positum exhibens. Hamb. 1666. in 4.

Epistola, Bertrando de la Coste, Colonello rei tormentariæ Brandeburgico, de inventa a se Circuli qvadratura, scheda peculiari gloriato, opposita. Hamburgi 1663. Huic, a Costio, in Defensione inventi sui aculeata, eodem A. 1663., impugnatæ, auditor ipsius, Joh. Slegelius, Hamburgensis (Med. postea Doctor), *in Apologia Epistolæ J. Mülleri de qvadratura Circuli contra Bertr. de la Coste*, Hamburgi A. 1663. *in 4.* edita, est patrocinatus. Confer, qvæ, de controversia hac, Tomo seqventi, sub Costii narrabuntur nomine.

Epistolæ ejus ac Stanisl. Lubienitzii de Cometis annorum 1664. ac 1665. mutuæ, in Lubienitzii *Theatro Cometico*, Amstelod. A. 1668. *in fol.* edito, *Tomo I., p. 843-855.*, publicatæ.

Comm. in Leges Ægyptiorum, Æthiopum, aliorumqve populorum Orientalium, promissus.

Comm. in loca S. Scripturæ Mathematica; qvem eum, una cum præcedenti, a se jussisse expectari a M. Christoph. Kraheo, Antistite Hatherslebiensi, olim sum edoctus.

JOHANNES MÜLLERUS Junior, Flensburgensis, Joh. Mülleri Senioris, J. U. D., & urbis istius tunc Advocati, sed postea, cum in eandem, abdicata professione Hafniensi Juridica, rediisset, Consulis, ex Agnete, D. Christophori a Lippe, Cancellarii in Cimbria regii, gnata, filius, studio in Academiis Hafniensi (ab A. 1658. (6.)), Rostochiensi, Julia & Belgicis, operam navavit Juridico. Hagæ deinde Petro Charisio, Legato ad Batavos Danico, & Hafniæ Conrado, Comiti a Reventlou, Ministro aulæ Danicæ principi, fuit a Secretis, &, ab hoc tandem, post titulum Doctoris Rostochii A. 1674. reportatum, Consiliarii sui axiomate, vicariaqve Tractus, cui ipse præerat, Hatherslebiensis Ephoria,

(1.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 616.* (2.) V. Pet. Lambecii *Programma*, isti præmissum, *in Syntagmate Orationum & Programmatum, p. 96-99.*, & *Parte III. Memor. Hamb. J. A. Fabricii, p. 121-126.* (3.) V. Nic. Blancardi *Append. Paneg. secularis de Acad. Franeqverana, p. 69.* (4.) V. Mich. Kirstenii *Programma, Orationi Siveri auspicali A. 1675. præmissum, p. 7.*, & Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1076.* (5.) *in Indice Nummographorum, Sciographiæ Nummophylacii Lüderiani inserto, sub finem.* (6.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 392.*

ria, donatus, d. 27. Jun. A. 1702. vivis excessit. V. Henr. Rud. Redekeri, JCti Acad. Rostochiensis, *Programma* de vita ejus, *Disput. Inaugurali* A. 1674. præmissum.

Disp. Inaug. de Usuris ex mora, Præside D. Henr. Rud. Redekero. Rostochii 1674. in 4.

Epicedion Heroicum elegans in obitum D. Theod. Reinkingii, Cancellarii regii, Glückstadii 1665. in 4.

Carmina in obitum Annæ Margaretæ, Conradi, Com. a Reventlou, conjugis. in fol. (*Catal.*)

JOHANNES MÜLLERUS, Hamburgensis, Caspari, Ecclesiastæ Petrini, filius, e Gymnasio, cui A. 1669. Sermone *de Creatione mundi* valedixit Metrico (1.), urbis patriæ in Academias digressus, Medicæ artis supremos honores obtinuit, Praxique deinceps ejusdem in aula initio Saxo-Isenacensi, ac civitate postea (circa A. jam 1689. (2.)) Hamburgensi, inclaruit. A cujus Senatu etiam Physices ac Poeseos in Gymnasio professioni, a Mich. Kirstenio, Præceptore, antehac ornatæ, d. 16. Dec. A. 1696., est admotus, venamque illius haud infeliciter æmulatus Poeticam. Obiit M. Jan. A. 1725. Confer de illo *Append. Homonymoscopiæ p. 954.*, & Joh. Alb Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1095. 1096.*

Theses Medicæ inaugurales. Patavii A. 1677. (*V. Hamburgum A. 1716. literatum p. 24.*)

Carmen Seculare votivum, pro Ecclesiæ, reipublicæ & liberalium studiorum, incolumitate ac incrementis, publico Gymnasii Hamburgensis nomine editum. Hamburgi 1700. in fol. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Jan. A. 1700.*, *p. 30.*

Plausus & bona verba Musarum Hamburgensium in annum primum seculi æræ Christianæ decimi octavi, carmine Heroico. Hamb. 1701. in fol. V. *N. L. Lub.*, *M. Jan. A. 1701.*, *p. 27.*

Epodus in natalem Domini ac Servatoris nostri, JEsu Christi. Hamb. 1703. in fol.

Præfatio, Fastis Proconsularibus & Consularibus Hamburgensibus, ἀνωνύμως a D. Gerh. Schrödero, Consule, Hamburgi A. 1709. *in fol.* editis, præmissa.

Carmen Heroicum seculare in Jubileum Hamburgensis Gymnasii A. 1713. *in fol.* recusum A. 1715. in Joh. Alb. Fabricii *Jubilæo primo Gymn. Hamb. p. 73-80.*

Programmata funebria exeqvialia biographica, exeqviis Pauli Paulsenii Consulis, A. 1712. & D. Joh. Henr. Simonis A. 1713. præmissa, inserta sunt Appendici sive *Mantissæ Memoriarum Hamburgensium, Jubilæo* subjunctæ *p. 322-341.*

Carmen paræneticum heroicum ad studiosam juventutem, in festo seculari secundo Ecclesiæ Evangelicæ, d. 31. Oct. A. C. 1717. propositum; legitur *Volumine V.* earundem *Memoriarum*, *p. 136-143.*

Carmina varia sigillatim publicata.

JOHANNES JOACHIMUS MÜLLERUS, Hamburgensis, Hieronymi, Ecclesiastæ Nicolaitani, filius, ac Johannis, Pastoris Petrini, nepos, Philosoph. Magister Lipsiæ M. Jan. A. 1682., & J. U. Doctor Altorfii A. 1685., creatus, Judicii in patria inferioris, circa A. 1701., Actuarius.

Disput. Ἀνθρωποθυσίας historiam & moralitatem exponens. Lipsiæ 1682. in 4.

Disp. de Calumniæ remediis. Lipsiæ 1685. in 4.

Positiones varii generis, ex utroqve Jure, inaugurales. Altorfii 1685. in 4.

Disp. Jurid. de Officio circa Signa, inter homines recepta, præter sermonem. Altorfii 1685. in 4.

Conjecturæ in difficiliores Jobi cap. XX. locos, sub larva R. Mare Scoti (ex Anagrammate pagi *Otmarsche*, in qvo hortus Autoris situs est, efficta) editæ. V. Ad. Henr. Lacmanni *Miscell. liter.*, *c. 1.*, *p. 22.* & *Acta Erud. Lips.*, *M. Jul. A. 1721.*, *p. 313.*

MARCUS MÜLLERUS, Comitis Reventlovii Ecclesiastes, circa A. 1701., aulicus, & ædis deinde Christi, in Neapoli Rendesburgensi, novellæ, circa A. 1704., Pastor.

Die mit Nahmen und That gezierte Christinn, oder Leichrede über Christina, Herrn Andreæ Fuchsen, Königl. Dänischen geheimen Rahts und Amptmanns zu Rendesburg Eheliebste. Flensburgi 1704. in fol.

M. PAULUS MÜLLERUS, Hamburgi A. 1643. natus, patrem habuit D. Joh. Müllerum, Pastorem Petrinum & Ord. Eccl. Seniorem, matrem vero Annam Mariam Morsheüseriam, Andreæ, Consulis Moguntini, filiam. E schola Gymnasioqve patriæ, post tres de Theologia, Laniena Parisiensi & Conjuratione sulphuraria Anglicana, declamationes publice recitatas, in Academiam A. 1663. dimissus Lipsiensem, in hac etiam A. 1664., qvo Magistri titulus ipsi conferebatur, bis de Lutheri reformatione (3.), ac nativitate Christi, peroravit, hospitisqve sui, D. Hier. Kromayeri, Diatriben *de Elencho adversus errores fundamentales non intermittendo* secundam, seqventi 1665., publice defendit. Witebergæ, ab A. 1666., Abr. Calovii (cujus *Annotationes in Hoseam Anti-Grotianæ* ab eo itidem sunt propugnatæ) fuit domesticus, &, A. 1668. ineunte, Giessam tandem, in ædes Joh. Weissii, Prof. Philosophi, delatus, in his paulo post, d. 30. Apr., anno ætatis 25., expiravit. V. D. Pet. Haberkornii, Theologi Giessensis, Sermonem in Phil. I. 21-24. funebrem Germanicum, cum M. Menonis Hannekenii Oratiuncula exeqviali Latina, ac Professorum Epicediis, Hamburgi A. 1668. *in 4.* editum. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1668.*, & Sam. Bened. Carpzovii (*Parente eum non minorem, si fata sivissent, futurum fuisse* arbitrati) *Orat. de patre ejus funebrem p. 14.*

Disp. Logica de Propositionibus personalibus, ab illo Præside proposita. Lipsiæ 1665. in 4.

Kurtze Wiederlegung der Antwort, welche M. Matth. Bugæus, Superintendens der alten Marck und Pastor zu Stendal, seines Vattern, D. Joh. Mülleri, Bekäntnisse vom H. Abendmahle entgegen gesetzet hat: Mit einer Vorrede D. Abr. Calovii. Witebergæ 1666. in 4. Reposuit huic Bugæus: 1. Apologiam wieder M. Müllern zu Hamburg, Joh. Hülsemannum Juniorem und M. Spigelium, Berolini A. 1666. in 4. editam; 2. Gegenrede und Antwort auf die verleumbderische Vorrede, welche D. Abr. Calovius dem Tractate Pauli Mülleri wieder ihn vorgesetzet, A. 1667. *in 4.* excusam. Responsum autem illi vicissim est, tum a Mullero, in scripto seqventi, tum a M. Joh. Sim. Schernhauero, Diacono Witebergensi, in der Bestraffung der Lästerrede M. Bugæi wieder A. Calovium und Paulum Müllerum, Witebergæ A. 1667. *in 4.* publicata.

Unchristliche Lästerung und Verleumbdung, welche M. Matth. Bugæus, in seiner Gegenrede, wieder die, von D. Abr. Calovio seiner kurtzen Wiederlegung vorgesetzte Vorrede, ausgegossen, gebührlich abgewischet. Hamburgi 1667. in 4. Plura de hoc certamine, & scriptis utriusqve partis maledicis, in D. Joh. Mülleri, parentis nostri, Vita, suo loco, afferentur.

TYBURGIS vel TYBBA MUMMENDORPIA, Virgo nobilis, Cœnobiiqve Monialium Benedictinarum in Holsatia Prezensis (post Tyburgim Myliam, Lubecensem), ab A. 1413. ad 1435., Antistita sive (ut barbaro ævi istius utar vocabulo) Priorissa, insignibus sibi istud obstrinxit meritis. Non solum enim novis ditionem ejus fundis auxit, pago scilicet & prædio Ratkendorpiensi, ab Eilhardo Ranzovio A. 1418. 250. Marcis redempto Lubecensibus, duabusqve Stagni Lanckensis tripartiti portionibus, a Waldemaro Ranzovio 500. Marcarum pretio A. 1435. ipsi venditis,

(1.) V. Mich. Kirstenii *Programma*, *illi præmissum.* (2.) V. Epigramma, Chr. Franc. Paulini *Tractatui de Anguilla A. 1689.* præfixum. (3.) Programma huic Orationi a Jac. Thomasio præmissum, *in Dissertationibus* ejus, A. 1693. editis, *num. 37.*, *p. 411-423.*, legitur.

ditis, sed structuris etiam idem ornavit eximiis, ope eleemosynarum, qvas moniales, Lubecam & Hamburgum ablegatæ, collegerant, perfectis. Præcipuam tamen laudem promeruit studio cultus divini promovendi serio, ac sollicitudine de monialium in vera pietate profectu laudabili. Testes horum cœnobio libros sacros reliqvit complures, partim a se ipsa exaratos, partim autem jussu suo ab aliis conscriptos, & ab Anna Buchwaldia, illius seculo eodem exeunte Antistita, in Codicis de Monasterii Prezensis cultu divino publico, ac rebus memoratu dignis, MSti membranacei *Parte II. Historica* (cui, & Diplomatis qvibusdam avthenticis, hactenus relata debemus) verbis Saxonicis commendatos seqventibus: A. 1413. kregen see hyr eene Priörinn, genömt vor Tybe Mummendorp. De regeerde wol, und bewiisde grote leve dörch veele Booken, de se skrev, unde skriven lete. Disse regeerde 20. Jaar. Post ipsam Tilsa Oulbia cœnobio, sed qvinqvennio vix unico, præfuit. Confer *Partem IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 2.*, *§. 14.*, *p. 409.*, & Ott. Sperlingii Jun., hanc secuti (qvi, libros ab illa non scriptos esse, sed, more in cœnobiis recepto, tantum descriptos, conjicit), *Tr. de Fœminis doctis ineditum*, *num. 719.*

JUSTUS THEODORUS a MÜNCHAUSEN, Hamburgensis, J. U. Doctor, Joh. Henr. Horbium, Colmariensem, Theologum, suum in peregrinatione Belgico-Gallica Ephorum, pecuniarum fide haud bona administratarum, imo furto sibi subreptarum, coram Curia regia Parisiensi insimulare non veritus, ab hac sententiam contra absentem obtinuit. Qvamvis autem lis ista compositione amica, Francofurti, A. 1683., a D. Phil. Jac. Spenero, urbis illius tunc Antistite, fuisset sublata, ipseqve, summa aliqva pecuniæ accepta, nihil sibi ulterius Horbium debere, chirographo testatus proprio, non dubitavit tamen eundem, ad sacrum in civitate Hamburgensi munus vocatum, de prætenso isto debito, cum privatim sæpius, tum coram judicio, A. 1686. ac 1693., interpellare, speqve nummos denuo extorqvendi sententia Senatus dejectus duplici, scripto, cum sacro ille cum Collegis implicitus esset certamini, traducere publico, Horbiana mox Apologia refutato. Superstes fuit A. 1704.

Disp. Inaug. de Tutela & cura. Trajecti ad Rhenum 1671. in 4.

Abgenöthigte Ehrenrettung, wegen der von Joh. Henr. Horbio (in seinem Hofmeister-Ampte) gegen ihm begangenen, und von Ihrer Kön. Majest. in Franckreich, durch Urtheil und Recht, wie auch Geleitsbrieffe, an alle Potentaten zur Execution verwiesenen, Unthaten: Mit Beylagen. A. 1693. in 4. Opposita est illi Joh. Henr. Horbii gründliche Gegen-Remonstration, daß die so genandte Münchausische Ehrenrettung durch und durch falsch sey, A. 1694. in 4. edita.

CHRISTIANUS MÜNDEN, Slesvicensis, J. U. D. Rostochii A. 1640. creatus, &, cum Protodicasterii provincialis Cimbrici, aulicique Gottorpiensis, per lustra aliqvot, egisset Advocatum, ac filiam D. Reinholdi a Gehren, Syndici Rostochiensis, duxisset uxorem, A. 1657. mortuus. Anagramma in eum V. in Nicol. Scribonii *Lib. II. Lusuum Anagr. Gottorp. p. 62. 63.*

Disp. Inaug. de Pignoribus & hypothecis, Præside D. Nicol. Schützio. Rost. 1640. in 4.

Ehrenseule Bertramo Ranzou, Erbsassen auf Bothkamp, Kohövet, &c., in einem Leichengedichte aufgerichtet: Samt kurtzer Verfassung des Rantzouischen Stammbaums. Slesvigæ 1652. in fol.

M. CHRISTIANUS MÜNDEN, Femariensis, Bernhardi, Insulæ istius Præfecti, filius, curriculo studiorum in Schola Lubecensi, & Academiis Kiloniensi ac Lipsiensi, (in qva d. 4. Feb. A. 1706. supremis Philosophiæ honoribus est ornatus (1.)) absoluto, Göttingæ, in Ducatu Brunsvicensi, A. 1708. Lingvarum Græcæ & Hebrææ in Gymnasio professionem (qvam die 24. Apr. *Oratione de Providentia Dei circa Lingvas istas, paria expertas fata,* auspicabatur), & A. 1716. Diaconi ædis Johanneæ, officium, obtinuit.

Pleniorem vitæ ejus historiam, e Justi Dransfeldii, Gymn. Götting. Rectoris, *Programmate*, A. 1708. Orationi illius auspicali præmisso, depromptam, in Joh. Henr. a Seelen *Athenis Lubecensibus*, *Parte I.*, *p. 380-384.*, invenies.

SCRIPTA.

Disp. de Votis monasticis & Nasiræorum collatis, Præside Theod. Dassovio. Kilonii 1703. in 4.

Disp. de Justificatione, contra Mart. Becanum, Præside D. Christoph. Franckio. Kil. 1704. in 4.

Disp. ה demonstrativum Hebræorum scientifice demonstrans, ab ipso Præside proposita. Lipsiæ 1706. in 4. *V. Nov. Lit. Germ.*, *l. c. p. 143.*

Programma de Literis Hebræis & Græcis justo habendis in pretio. Göttingæ 1708.

Epistola gratulatoria ad Andr. Leop. Borckensteinium, Superint. Comitatus Hojani, de Felicitate Literatorum. Göttingæ 1709. in 4.

Joh. Chrysostomi Homilia I. ad populum Antiochenum, in 1. Timoth. V. 23., Græce, cum Versione Germanica, Præfatione de Autoris vita & scriptis, ac Notulis qvibusdam Critico-Philologicis, edita. Göttingæ 1710. in 4.

De Columna nubis & ignis Commentatio, in qva primum Mosis de ea Oraculum (Exod. XIII. 21. 22.) ex veris Exegeseos sacræ principiis explicatur, & a παρεμφυτεία, recens inventa, modeste vindicatur, nec non varia Scripturæ loca subinde illustrantur. Goslariæ 1712. in 8. Opposita est Hermanni ab Hardt, Acad. Juliæ Professoris, Columnam fuisse Ignem Sacrificii asserentis, *Ephemeridibus Philologicis*, &, *in præfatione*, Historiam utriusqve Columnæ pleniorem promittit. Commendatur a Val. Ern. Löschero in den unschuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. I. A. 1712.*, *p. 153. 154.*, Autore der gelehrten Famæ, *P. XXI.*, *p. 625. 626.*, & (qvem Seelenius *l. c. p. 383.* allegat) Joh. Franc. Buddeo *in Hist. Eccl. V. T.*, *P. I.*, *p. 578.*

Programma de Georgio I. Magnæ Britanniæ gubernaculis admoto. Göttingæ 1715. in fol.

Etymologicum sacrum, sive omnium vocum Novi Testamenti Liber memorialis, in qvo, præter reliqva, inprimis Phraseologia N. T. exemplis solerter conqvisitis docetur, cum Tabulis Grammaticis & Indice Græco ac Latino. Göttingæ 1715. in 8.

Evangelisch-Lutherische Jubel-Predigt über Phil. III. 17-21., am andern Evangelischen Jubelfeste, d. 31. Oct. A. 1717., zu Göttingen gehalten. Göttingæ 1717. in 4.

Sermones aliqvot funebres Germanici, a J. H. a Seelen. *l. c. p. 382. 383. 384.*, enumerati.

Dissertatio Epistolica de justa Justorum memoriam post fata conservandi ratione, occasione obitus Justi Henrici Langschmidii, Pastoris Elbingerodensis, scripta. Göttingæ 1720. in fol. Disseritur in ea de Viris celebribus, Justi gavisis nomine, teste J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec.*, *c. 14.*, *p. 367.*

HENRICUS MURMEISTER, Hamburgensis, J. U. Doctor, cum, in Academia Patavina, A. 1463. Universitatis, qvam vocant, Juristarum Rector esset electus, immortali hanc, *Statuta* ejus *emendando*, *&*, *qvicqvid antiqvarum constitutionum utile & honorificum videbatur*, *in unum volumen redactum evulgando* (2.), sibi devinxit beneficio.

Hambur-

(1.) V. *Nova Lit. Germ. M. Apr. A. 1706.*, *p. 142.* (2.) V. Jac. Phil. Tomasini *Lib. IV. Gymnasii Patavini p. 392.*, ubi, Typographi errore, perperam *Namburgensis* vocatur.

Hamburgum inde redux, Senator A. 1464., & Consul A. 1466., est electus, bis (A. 1473. & 1475.) Lubecam, ad componenda Anglorum & Batavorum cum civitatibus Vandalicis, illarumqve mercatoribus, dissidia, legatus abiit, dieqve tandem 19. Apr. A. 1481. in patria defunctus, partem huic bonorum in tabulis voluntatis legavit ultimæ (1.).

Statuta Universitatis Juristarum Patavinæ, A. 1463. (uti modo dictum) ab eo collecta, emendata & publicata; qvæ recudi novissime curavit Georgius Paulus Hönnius, Noribergensis, J. U. D., sub finem *Itineris* sui *per Belgium, Angliam, Galliam & Italiam, Juridici,* Witebergæ A. 1688. *in 12.* editi.

MATTHÆUS MUSA Femariam, insulam maris Balthici Cimbricam, patriam, cum altero ejus ornamento, D. Christ. Kortholto, Theologo Kiloniensi, in suis ad me literis de populari hoc merito sibi gratulato, communem, adeptus, civitatis Rostochiensis Pastor Seculo XVI. eximius fuit atqve sanctissimus. Cuinam urbis illius Parochiæ præfuerit, ignoro. A Nicolao enim Grysio, ejusdem Ecclesiasta, in Ministrorum ejus Lutheranorum Catalogo, *Vitæ* Joach. Sluteri, primi illius Reformatoris, Saxonicæ, A. 1593. editæ, adjecto, & Zach. Grapio Juniore, *in Historia Rostochii Evangelici vernacula,* A. 1707. publicata, incertum qvam ob causam, est omissus, a Joh. Gvaltero autem (sive Jano Grutero), in Indice annorum ac dierum, Viris eruditis emortualium, Alphabetico, *Libro II. Chronici Chronicorum* inserto, memoratus qvidem, sed absqve istius indicio. Cum Philosophiæ jam ante esset Magister, Theologiæ etiam gradu a viro summo, Dav. Chytræo, A. 1561. est ornatus, & loco, inter qvinqve tituli hujus Candidatos, dignus Brabevtis visus principe. Triennio post, d. 29. Jun. A. 1564., vitam, sanctissime transactam, placido clausit obitu, & sex liberos, ex uxore, tribus ante se extincta septimanis, susceptos, reliqvit superstites. Doctrinam ejus, pietatem, fidem in officio singularem, cæterasqve virtutes, omnium verbi divini ministrorum imitatione dignissimas, malo e *Programmate,* qvo a D. Joh. Boukio, Hamburgensi, Academiæ Rostochiensis JCto & tunc Rectore, laudatus est, *funebri,* svavissimo certe & lectu dignissimo, qvam meis, cognosci, Encomiis, &, hoc fine, totum illud, e Joh. Posselii Sen. *Sylloges Scriptorum Acad. Rostoch. publicorum Parte II., fol. 308. 309. 310.*, adjicio.

RECTOR ACADEMIAE
ROSTOCHIENSIS
JOHANNES BOVKIUS, J. U. D.

Hesterna die, qvæ duobus summis doctoribus & luminibus Ecclesiæ Dei præcipuis, Petro & Paulo, dicata fuit, amisimus discedentem ex hac vita, seu potius ad beatæ & cœlestis Ecclesiæ consvetudinem, paulo post subsecuturi, præmisimus Doctorem & Ministrum Ecclesiæ nostræ, eximia pietate, doctrina, fide, innocentia morum, & in omnibus sacri ministerii partibus obeundis diligentia, assiduitate, constantia & felicitate præstantem, M. MATTHAEVM MVSAM. natum in antiqvissima Cimbrorum, seu gentis Cimmeriæ, sede, qvam nunc, prima tantum litera mutata, Fimeriam appellant. Vere autem χρηστὸς ἀνὴρ & κοινὸν ἀγαθὸν *omnium piorum in hac urbe, & Typus fuit fidelium (ut Paulus ait), in doctrina, in conversatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in castitate, attendens lectioni, doctrinæ & exhortationi. Harum virtutum omnium exemplo illustri M. MATTHAEVS noster toti Ecclesiæ Dei in hac urbe præluxit. Recte ac solide didicerat, ac firmiter tenebat, summam & corpus doctrinæ christianæ integrum, & qvotidiana lectione ac meditatione librorum sacrorum, & usu ac praxi in suis & aliorum doloribus consolatione verbi divini levandis, doctrinam alebat & confirmabat. Cumqve omnes ministerii sui partes,* διδασκαλίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῶν ἀκουόντων, παράκλησιν πρὸς ἔργα καλὰ, παραμυθίαν τῶν ἀρρωστούντων, καὶ ὅλως πιστὴν οἰκονομίαν τῶν μυστηρίων Θεοῦ, *recte intelligeret, vere fidelis Minister & Dispensator erat doctrinæ & sacramentorum in tota domo Dei. Doctrinam ornabat vitæ integritate & honestissima gubernatione morum, in qvibus nulla labes erat; sed prælucebant fidelium cætui* πάντα ὅσα ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος. *Nec tantum externi mores inculpati erant, ut sunt in multis hypocritis; sed vera cordis humilitas, & modestia, & benevolentia, erat erga Collegas & auditores, aliena ab omni fastu, livore, malevolentia, obtrectatione, artificiis premendi aut elidendi Collegas. Regebatur autem modestia, judicio, & zelo spiritus, qvo peccata potentum & vulgi severe & acriter, & tamen sine severitate & virulentia, taxabat: & in sustinendis potentum odiis, ac periculis exilii, & aliis, firma fide, innixa Petræ Christo, & fiducia, ac expectatione auxilii divini, se contra omnes portas inferorum sustentavit, &, multo firmiora præsidia esse fidem & invocationem Dei, qvam hominum favorem & potentiam, expertus est. Mores vero casti & impolluti fuerunt, tum in tota reliqva vita, tum in conjugio pio & svavi, cum pudicissima uxore, qvam sex liberorum, adhuc superstitum, matrem, ante tres hebdomadas primum ex hujus vitæ miseriis a Deo evocatam, maritus statim subseqvitur. Qvi cum in tota priori vita vitam suam ad hanc Pauli regulam congruere ostendit, tum vero præcipue his undecim diebus, qvibus decubuit, & postremis vitæ horis,* κύκνειον ᾆσμα *cecinit, dulcia defecta modulatus carmina lingva, & suum pectus verum divinitatis domicilium & sacrarium, & initia vitæ & lætitiæ æternæ in suo corde jam accensa esse, ostendit. Tanta animi & vultus, præ lætitia gestientis, alacritate & gaudio, consvetudinem Dei & Ecclesiæ cœlestis expetens, mortem imminentem superavit, ingeminans subinde dicta Joh. 3:* Sic Deus dilexit mundum; *Rom. 8:* Certus sum, qvod neqve mors, neqve vita, neqve ulla creatura me avellere possit a dilectione Dei, qva me diligit in Christo Jesu; *1. Cor. 15:* Deo autem gratia, qvod dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum; *Luc. 2:* Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. *Inter hæc vota & Sermones vere divinos, anima sancta & Deo cara,* ἐν μουσικωτάτῃ εὐφημίᾳ *discessit ad cælestem Ecclesiam, in qva, exiguo momento post, ipsum rursus videbimus. Nunc omnes ditioni nostræ subjectos hortor, ut ad pias funeris cerimonias hora 2. conveniant, & simul vota & preces ad Deum ardentes fundant, ut Ecclesiæ nostræ Ministrum fidelem & felicem, & M. MATTHAEO nostro similem, rursus clementer tribuat.*

Datum Rostochii 30. Junii Anno 1564.

Scripta ejus mihi nulla innotuerunt, præter Propositiones de Peccato, pro gradu in Theologia, D. Dav. Chytræo Præside, ab ipso & Competitoribus (Josia Richio Regiomontano, Georg. Gysio Rupinensi, Nicol. Budano Antwerpiensi, & Erasmo Augustini Nestwedensi) defensas, Rostochiiqve A. 1561. *in 8.* excusas.

M. JOHANNES MUSICK, Hamburgensis, Ecclesiæ ruralis Morburgensis, in patriæ vicinia, ab A. 1693., Pastor, anno circiter 1719. mortuus.

Disp. de officiis summorum Imperantium in subditos. Lipsiæ 1689. in 4.

JOHANNES MUTERUS, Lubecensis, urbis patriæ, circa A. 1632., & Lüneburgensis, circa 1643., Advocatus. V. *Catal. nundin. A. 1643. vern. Lips. p. 39.*

(1.) V. Ad. Trafigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. p. 18. 19.*, & Gerh. Schröderi *Fastos Hamburgenses.*

Discursus de Pacificatione religionis, consensu Procerum, sub regimine Caroli V. Imperatoris, A. 1555., in Comitiis Augustanis, solenniter promulgata, in Dominici Arumæi *Volumine II. Discursuum de Jure publico,* Jenæ A. 1620. *in 4.* excuso, *num. XI.*, *p. 436-450.*, obvius.

Discursus Juris publici de variis qvæstionibus, Jenæ, Præside D. Valent. Riemero, propositus, & in eodem *Vol. II.* Arumæi, *num. XXVIII.*, *p. 831-849.*, recusus.

Unpaßionirter Politischer Discurs, zur Wiederbringung des so lange gewünscheten edlen Friedens im Römischen Reiche Teutscher Nation, dienlich. Hamburgi A. 1643. Mentio ejus in solo *Catalogo Nund. A. 1643. Vern. Lipsiensi, p. 30.*, mihi est observata.

JOHANNES BAPTISTA MUTZENBECHER, Hamburgensis, J. U. Doctor, Syndicus patriæ d. 10. Mart. A. 1723. electus.

Disp. Inaug. de convenientia & disconvenientia Juris Communis & proprii Hamburgensis, in poenis criminum. Halæ 1713. in 4. V. *Hamburgum Lit. A. 1716. literatum p. 22.*

N.

LUDOLPHUS NAAMANI (qvem nostrates Dialecto Saxonica vulgo Broder Lüdke appellant), Naamani Johannis, mercatoris Langenhornensis initio, & deinde Flensburgensis, e Phalecha uxore filius, A. 1497. (1.) in lucem est editus, &, si Casp. Dancwerthium (2) ac Ant. Heimreichium (3.) audias, Padeleckam, pagum Frisicum, civitati Husensi vicinum, patriam agnovit. Flenopoli tamen meæ vindicare eum malo, & duumviros hosce, nomen matris *Phalech*, qvod suo ille, una cum paterno, plerumqve adjecit, locum designare natalem, errore facili esse arbitratos, suspicor. Generi vitæ, in ordine Franciscanorum, monastico juvenis, cum fratre Johanne, se mancipavit, studioqve Theologiæ, & scientiis huic ancillantibus, in Academia Parisiensi, A. 1526., ductu Gvilhelmi a Qvercu, Professoris Theologi, & Ecclesiastæ eximii (4.), aliorumqve Sorbonæ Doctorum, operam impendit, pro ævi istius captu, non infelicem. Theologiæ enim, cum Exegeticæ, tum Dogmatico-Scholasticæ, eum admodum fuisse peritum, in Patrum lectione diligenter versatum, Scriptorumqve inprimis ævi medii Asceticorum, Joh. Gersonis, Thomæ a Kempis & Henr. Susonis (qvorum complura Saxonice vertit opuscula), studiosissimum, nec in lingva Hebræa, Jure Canonico, Hist. Eccl. & literatura profana, hospitem, tum scripta, qvæ reliqvit, ἀνέκδοτα, tum libri, e Bibliotheca defuncti in Nicolaitanam Flensburgensem translati, crebraqve industriæ possessoris ostentantes vestigia, testantur. E qvibus priora laudem etiam ipsi, tum venæ in Poesi Saxonica, argumentisqve sacris, facilis, perspicuæ, flexanimæ, & pro seculi genio elegantis, tum facundiæ Ecclesiasticæ, ad plebem permovendam aptissimæ, istiqve S. Codicis oracula, & vitæ Christianæ præcepta, insuper habitis fabellis monasticis, potissimum inculcare assvetæ, vindicant. Ecclesiæ Pontificiæ dogmatum, qvæ cum lacte imbiberat materno, fuit tenacissimus, vehemensqve istorum adversus Lutheranos Hyperaspistes, qvos, in scriptis Polemicis, maledictis ubiqve & invectivis asperrimis, Zeli illaudabilis atqve immoderati testibus, insectatur. Lutherum certe Hæreticorum primicerium atqve Deastrum, porcum impurum, Papam Albiacum, Luciferi potius qvam Lutheri nomine donandum, Witebergam Schwartenbergam novamqve Romam, Lutheri asseclas Hæreticos maledictos, Antichristi prodromos, animarum seductores, homines belluinos, Diaboli satellites, novos Cacodæmonas, canes impuros, porcos lascivos, asinos sylvestres, aprosqve bipedes, ac moniales tandem, vitam amplexas conjugalem, meretrices diabolicas, effræni vocare haud dubitavit maledicentia. Cum Justo Kockio, sive (uti vulgo appellari is solet) Justo Jona, Doctore, Theologoqve Witebergensi & Halensi, scriptis eum sacris publice decertasse Eristicis, ex *Egenwillio*, qvod vocat, *Lutheri* (5.) olim collegi, & *in Isagoge ad Historiam Cimbricam* (6.) tradidi. Autor enim illius Justi Kockii (qvod cognomen Justo Jonæ fuisse proprium, præter Erasmi Roterodami *Epistolas*, & *Indicem Romanum Expurgatorium*, Dav. Chytræus etiam (7.) & Casp. Sagittarius (8.) observarunt) libellum contra se famosum aliqvoties allegavit. Sed dubitare ex illo tempore cœpi, an noster Scriptor illius sit, an vero interpres tantum Saxonicus, postqvam *Egenwillion* istud a Georg. Wicelio, Jonæ Antagonista, Germanice, tanqvam Autoris fœtum Anonymi, cum præfatione sua, Lipsiæ A. 1533., ac novennio proinde integro, anteqvam noster translationem A. 1542. exararet Saxonicam, editum esse comperi. Qvi scrupulus prioris istius narrationis fidem ferme convellit. Licet autem Ludolphus sacris Ecclesiæ Romanæ constanter inhæreret ac patrocinaretur, omnia tamen Promachorum ejus haud probavit βδελύγματα. In *libello* certe *de fide ac bonis operibus*, mereri hæc vitam æternam (solo Christi nobis acqvisitam beneficio) posse negat, sed ea jam partam, una cum fide, tantum contendit apprehendere; alibi autem cordate eos objurgat, qvi, solis exercitiis Asceticis dediti exterioribus, & istorum studio sanctitatis laudem affectantes imaginariæ, virtutes spirituales atqve internas negligunt. Moribundos præterea, non in suis, aut Sanctorum, meritis, sed in sola Christi passione ac morte, omnem salutis spem collocare jussit ac fiduciam, uti ex Erotematis ac formulis Anshelmi Cantuariensis & Joh. Gersonis, qvas proponere illis est solitus, Saxoniceqve versas scriptorum sacrorum inseruit volumini, patet Paracleticis, a Georg. Calixto (9.), & Joh. Hornbeckio (10.), inter documenta priscæ, ævo etiam seqviori, de justificatione ὀρθοδοξίας illustriora merito relatis. Flenopolin nostram, in cujus Minoritarum Cœnobio, post reditum e regionibus exteris, monachum egit ac sacerdotem, plurimum illi debere, nemo incolarum, absqve summæ ingratitudinis reatu, inficiari poterit. Cum enim ædificium amplum ac splendidum, e regione Cœnobii sui condi cœptum, Monachorum, ex isto ejectorum, habitationi destinaret, & novum hac ratione moliretur monasterium, a Magistratu vero id effectum dare prohiberetur Lutherano (11.), non ædificium solum (aliis postea structuris a Senatu auctum), sed reditus etiam 600. Marcarum Lubecensium anniversarios luculentos, Scholæ civitatis publicæ, & juventutis in hac institutioni, Testamento parentum (qvo A. 1546. bona sua pauperibus piisqve legaverant usibus) d. 17. Apr. A. 1560., pro potestate sibi concessa, Gymnasio trilingvi addicto atqve confirmato, laudabili dicavit munificentia. Cui cum ingentes divitiæ, a parentibus relictæ, solæ suffecerint, an longinqva insuper & molestissima, uti vulgo traditur, sed documentis nullis astruitur, in Germaniam, Galliam & Hispaniam, itinera, ad colligendas eleemosynas, Athenæi novi inservituras erectioni, susceperit, merito dubitare mihi videor. Beneficium istud Senatus Flensburgensis, Inscriptione seqventi, imagini Ludolphi, in ædificii scholastici Prytaneo A. 1599. collocatæ, subjecta, gratæ posterorum commendavit memoriæ:

A. C.

(1.) A. C. 1570. annum ætatis, teste imaginis Epigraphe, egit 73. (2.) *P. II. Chorograph. Cimbr. c. 8., p. 106.* (3.) *in Chronico Frisiæ Borealis, Lib. II, c. 2., p. 87. Edit. sec.* (4.) Præceptorem hunc suum fuisse, ipsemet, ad *Appendicis libri* Joh. Trithemii *de Script. Eccl.* de illo narrationem, manu sua, in margine, annotavit. (5.) *c. 39., f. 125. b. 130 b.* (6.) *P. II., c. 5., §. 3., p. 98.* (7.) *P. III. Chronici Saxon p. 117.* (8.) *in Memorabilibus Historiæ Gothanæ, c. 4., §. 7., p. 35.* (9.) *in Digressione de Arte nova contra Nihusium, p. 301-306.* (10.) *Libro IV. Summæ Controv. p. 222-238.* (11.) V. Jonæ Hoyeri *MS. de Urbe Flensburgensi Historicum.*

A. C. 1546., die Jovis post Michaelis festum, Naamanus & Phalech Johannis, conjuges piæ memoriæ, Testamentum, ex quo schola hæc primum est instituta, pie condiderunt, quod Dn. Ludolphus Naamani filius, A. 1560., in festo Paschatis, die Mercurii, expresso in literis consensu, non tantum comprobavit, sed etiam ædificium hoc, una cum annuis reditibus, ex reliquis parentum bonis, ad scholam hanc aperiendam & conservandam, destinavit. Postea, A 1566. d. 19. Jul., Sereniss. Daniæ Rex, Dn. Fridericus II., laudatissimæ memoriæ, prædictum testamentum, a filio comprobatum, & ad hunc usum destinatum, regio diplomate clementissime confirmavit. Denique, cum, post mortem filii, cognati, tanquam heredes, illud ipsum impugnare conarentur, Sereniss. Daniæ Rex, Christianus IV., & Reverendiss. atque Illustriss. Princeps, Joh. Adolphus, Episc. Lubecensis, Duces Slesvici & Holsatiæ, quod ante regia autoritate fuit confirmatum, Hatherslebiæ, in supremo Dicasterio Ducatus Slesvicensis, per sententiam, aperte corroborarunt, A. 1598., d. 3. Febr.

Aspice, sed grata, Philomuse, hanc, mente, tabellam,
Appositamque animo conde viri effigiem.
Nam Deus, & Præsens, & quorum nomina cernis (1.),
Fecerunt studiis otia grata tuis.
Ille suis struxit Musis has sumptibus ædes,
Atque dedit, quas hi rite tuentur, opes.
Si minor haud virtus, quam quærere, parta tueri,
Major an hic tutor, major an Auctor erit?
Magnus uterque satis: sit gratia magna & utrique,
Maxima sed, cujus munus utrumque, Deo.

Patri ejus Naamano Johannis, A. 1549. cum conjuge mortuo, & in æde Nicolaitana sepulto, ab eodem Senatu, in templo Cœnobii Minoritarum, hoc olim, quod Nicol. Heldvaderus (2.) recitat, monumentum erectum est Epitaphium, belli postea Cæsarei tempore, A. 1627., a militibus destructum:

Hæc qui tecta vides, Naamani structa Johannis
Sumptibus, Aonidum tecta sacrata choro,
Solve viro grates, placidamque precare quietem,
Gaudeat æternis mensque beata bonis.
Hoc capit ex horto florens respublica plantas,
Tollere quas celsum cernit ad astra caput.
Inde suos etiam felix Ecclesia fructus,
Pieriæ capiunt hinc sua fulcra scholæ.
O pietas totum fama celebranda per orbem!
Ille Deo gratus verus & usus opum est.

Adjicio, ex eodem Heldvadero (3.), ipsius Ludolphi de Gymnasio trilingvi, a se erecto, ejusque redituum dispensatione, constitutionem, in cœnobio itidem lapidi olim insculptam, sed quæ, pari cum monumento præcedenti fato, jam disparuit:

Anno 1575. obiit Frater Ludolphus Naamani, Minorita, filius Naamani Johannis & Phalech, in D. Nicolai templo, coram sanctissimæ Trinitatis altari, sepultorum. Ex quorum testamento hoc Gymnasium trilingue Theologicumque Orthodoxæ Ecclesiæ inceptum est. Dabunturque, ex eo, legenti bis in hebdomade S. Scripturam, in sancta lingua, singulis annis, 100. Marcæ Lybecenses. Et Græcam lingvam, in sacris Bibliis, toties legenti 100. Marcæ. Eique, qui Theologiam legerit bis in septimana, 100. Marcæ. Item, pro ædificio conservando, ac constituendo, quod superest, totidem. Pro structura templi S. Nicolai 15. Marcæ. Pulsanti Majorem campanam in meridie 1. Florenum. Observanti hujus domus horologium 1. Marca. Item Procuratori legenti 100. Marcæ, non legenti 1. Marca. Hoc non ad ostentationem, sed imitationem, ut fiant duo bona. Maledictus, qui alio vel aliter hæc ordinaverit. Vale.

Ad quam Constitutionem observandum, Fridericum II., Daniæ Regem, cum illam, & testamentum Naamanianum, A. 1566., Ludolpho superstite, confirmaret, sibi, ac Senatui Flensburgensi, de lectionibus, ac disciplinis in Lycæo hoc docendis, easque tradendi ratione, aliter, viris doctis in consilium adhibitis, sanciendi verbis, in Diplomate suo, disertis, reservasse potestatem. Id quod deinceps, post reditus ejusdem aliorum auctos beneficentia, factum esse, M. Pauli Sperlingii Senioris, Rectoris sexti, *Administratio scholæ Flensburgensis*, Witebergæ A. 1589. edita, ostendit. De qua, uti & reliqua Athenæi hujus Ludolphiani historia, nostra, *in Isagoges ad Historiam Cimbricam Parte III.* (4.), consuli potest digressio. Flensburgenses, ne in tantum urbis suæ Evergetam essent ingrati, cum, post mutatam A. 1526. religionem, & Cœnobium Minoritarum A. 1530. in Ptochotropheum, Friderici I., Regis, permissu, conversum (5.), reliqui hujus monachi, Lutheri aversantes doctrinam, urbe cogerentur excedere, solum Ludolphum, ab ista licet alienissimum, & Pontificiæ tenacissimum, in ea, ad obitum usque, per integrum tolerarunt semiseculum. Vita pia & tranquilla, per tot lustra, in otio exacta sacro & literario, cum ad ἀποςασίαν a religione avita, nec Ecclesiastarum (quas diligenter frequentasse traditur (6.)) concionibus, nec amicorum monitis, potuisset permoveri, in cœnobio tandem, quod assidue incoluerat, Oratione Dominica & Psalmo LI. sæpius recitatis, A. C. 1575., & ætatis 78. (7.), vel (si Jonam Hoyerum (8.) audias) d. 31. Dec. A. C. 1574., ætatisque 77., expiravit. Sepulchrum sibi, teste eodem Hoyero, in Cœnobii Coemiterio, ante januam domus suæ, quæ a Rectoribus scholæ nunc inhabitatur, prope Petri Winteri, sodalis olim monastici, tumulum, ipsemet elegit, a Scholarchis lapide postea tectum, & a M. Frid. Damio, Præposito, inscriptione ornatum. Ipse, uti Heldvaderus & Heimreichius (9.) testantur, hanc ei Gnomam jussit inscribi: *Memento Judicii mei, sic erit & tuum.* Culpanda autem merito nimia hoc loco est credulitas, qua duo illi Historici nostrates, hosque secutus Trogillus Arnkielius (10.) fabellam vulgi nostri putidam, & Flenopolin turpissimæ in Virum optime de se meritum falso accusantem ingratitudinis, de Ludolpho, ob pertinaciam in religione Pontificia, non in loco sacro, Christianorum cadaveribus destinato asservandis, sed ante domus suæ januam, subter canalem hydragogum, una cum cane domestico, olim defosso, lectoribus obtrudere non dubitarunt. Quos, præter Hoyeri relationem verissimam, αὐτοψία, si locum sepulchri, lapidemque Epitaphium, meis, dum hæc scribo, obversantes oculis, coram lustrassent, certiora potuisset edocere. Arripuit certe, e figmento hoc mendaci, Christianus de Pura, nebulo larvatus, Consiliarium se vocare ausus Holsaticum, sed monachis haud dubie rectius annumerandus impudentioribus, A. 1627., cum belli tempestas Cæsarei Cimbriam affligeret, ansam Ferdinandum II., Imperatorem, ac ejus milites, adversus Chersonesi nostræ incolas irritandi, verbis, in *Classico*, quod vocavit, *Daniæ pacifero*, libello famoso perquam maledico (11.), in illos invectus sequentibus: *Sangvis fratrum vestrorum, in quos olim adeo barbare sævistis, ut etiam mortui a vestra barbarie & feritate non fuerint immunes, qui A. 1575. Flensburgi (ut uno exemplo mille aliorum vobis memoriam refricem) Monachum, quem vel Heldwaderus vester (12.) Virum pium, probum & Christianum, appellat, in loco inhonestissimo, una cum cane, quod vir sanctus sanctam fidem, sine qua impossibile est placere Deo, cum hæresi commutare noluerit, sepelivistis, canes rabidi, atque lupi sævi, nimium feritatis habentes; Sangvis, inquam, fratrum vestrorum, in cœlum tot annis clamans, nunc exauditus est, & sangvine vestro expiari debet.* Statura Ludolphus, ut & hoc addam, fuisse perhibetur procera admodum ac robusta,

 calceos-

(1.) Adjecta sunt, ad utrumque imaginis Ludolphi latus, Consulum, Senatorum, Ecclesiastarum, & scholæ publicæ Præceptorum, qui A. 1599. Flensburgi vixerunt, nomina. (2.) *P. I. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici p. 48.* (3.) *l. c. p. 49.* (4.) C. *III.*, §. 8., *p. 275–282.* & §. 30., *p. 338, 339.* (5.) V. Heldvaderum *l. c., P. II., p. 98.* (6.) V. M. Ott. Beieri *Disp. de originibus & incrementis Flensburgi*, §. 30, *p. 39.* (7.) V. Inscriptionem monumenti ei erecti, paulo ante recitatam. Nic. Heldvaderum *l. c., P. I., p. 49., & P. II. p. 199.*, & Heimreichium *l. c.* (8.) *in MS. n. 11. pag. præc. citato.* (9.) *ll. cc.* (10.) in Tr. von den Cimbrischen Heidenbegräbnissen, *Lib. I., c. 10., p. 135.* (11.) *p. 36.* (12.) *l. c., P. II., p. 199.*

calceosqve gestasse, octodecim futuris, ob magnitudinem, conspicuos (1.), famulum autem reliqvisse Jacobum, gente Svecum, futurorum præsagum, multaqve de Nordstrandiæ (in qva peste d. 7. Dec. A. 1599. obiit) inundationibus, aliisqve rebus, eventu comprobata, vaticinatum (2.). Conferri de illo, præter Autores jam allegatos, possunt *Isagoge mea ad Hist. Cimbr., P. II., c. 5., §. 3., p. 98., & P. III., c. 3., §. 8., p. 275-281., §. 30., p. 338. 339.*, Schediasmaqve de scholæ Flensburgensis historia Germanicum, A. 1717. editum, ac Georg. Braunii, Præpositi Coloniensis (ob Gymnasii trilingvis eum celebrantis fundationem), *Liber IV. Theatri urbium, in Flenopoleos descriptione.*

SCRIPTA INEDITA.

Horum, sermone scriptorum Saxonico, partimqve ἀμέτρων, partim rythmicorum, Volumen integrum, in Bibliotheca ædis Nicolaitanæ Flensburgensis, superest qvadripartitum (*in 4.*), manu ipsius exaratum propria, & A. 1563. absolutum; cujus PARS I., A. 1547. finita, complectitur:

1. Versionem Saxonicam librorum IV. Thomæ a Kempis de Imitatione Christi, in qva lapsus versionis Saxonicæ antiqvioris plusqvam 250., in libris duobus prioribus, & tertii capitibus 37., emendavit, in reliqva autem parte opusculi Versionis novæ Misnicæ, cum Georg. Wicelii præfatione publicatæ, secutus est vestigia (*fol. 1-186.*).
2. Schediasma de Septem progressus in vita pia ulterioris impedimentis (*f. 188.*).
3. Institutionem eorum, qvi a blasphemis affliguntur cogitationibus (*f. 189-191.*).
4. Tractat wor een Christenminsche, mit dem natürliken Dode, edder dörch Myßedaet vordeenet, wynnen mag vorgevinge der Pijn und Schult aller syner Sünden, ofte he oock neen gudt gedaen hedde siin levedage (*f. 191-199.*). Qvo in scripto, e locis 1. Cor. III. 22. ac Apoc. XIV. 13., latronis converst exemplo, Augustini, Lombardi, Thomæ Aqvinatis & Gvilhelmi Parisiensis, testimoniis, nonnullisqve ratiociniis, probare conatur, sola mortis toleratione æqvanimi ac usu legitimo, remissionem peccatorum & salutem, absqve bonis operibus, posse impetrari, si qvis, cum latrone, peccata agnoscat & confiteatur, Christi meritum ac innocentiam apprehendat, ejusdemqve & Deiparæ virginis misericordiam imploret; ac doctrinam istam maleficis præsertim, supremo afficiendis supplicio, jubet inculcari.
5. Tr. de octo Sacramenti extremæ Unctionis effectibus, corpori pariter atqve animæ saluberrimis (*f. 199-202.*).
6. Joh. Gersonis tres precationes pœnitentiales (*e Lib. de Præceptis Dei c. 6.*), Saxonice translatas (*f. 202-205.*).
7. Triada Schediasmatum de Moribundorum ad εὐθανασίαν præparatione, & adversus qvinqve tentationes diabolicas consolatione (*f. 205-208.*).
8. Anshelmi Cantuariensis Formulam moribundos consolandi, Saxonice versam (*f. 208-210.*).
9. Formulas confessionis, ac preces moribundorum (*f. 210-216.*).

PARS II. exhibet: 1. Tr. de Peccatis circa Vestitum, egregium & lectu dignissimum (*f. 2-18.*).

2. Tract. iegen de Martinische Lehre, septem, qvos Lutheranis tribuit, errores, facunde qvidem satis, sed ingenti styli vehementia & maledicentia, impugnantem (*f. 18-41.*).
3. Joh. Gersonis Regiment eenes guden Levendes (*f. 42-51.*).
4. Ejusd. Trost der kleenmödigen Herten (*f. 51-61.*).
5. Speegel der Sünder, sive qverelam animæ damnatæ rythmicam (*f. 61-64.*).
6. Joh. Gersonis VII. ad ægrotos & moribundos Erotemata, Saxonice versa (*f. 64.*).
7. Egenwillion (*qvod scoptice ita, vocem Evangelii detorqvens, vocavit*) Mart. Lutheri, welckes dar lange tydt under de Banck hest gelegen, samt syner Kerckenhistorie; Scriptum ἀδέσποτον, Dialecto Misnica Lipsiæ A. 1533. *in 4.*, cum præfatione Georg. Wicelii, excusum (3.), & in Saxonicam a Ludolpho A. 1542. translatum, in qvo, capitibus XLIV., Lutheri, & assectarum, non doctrina solum de præcipuis religionis articulis, e scriptis illorum, in margine allegatis, absqve refutatione, exposita, sed cultus etiam divinus, disciplina & gubernatio Ecclesiastica, versiones ac Exegeses Biblicæ, vita atqve mores, domesticæqve tandem dissensiones, acerbe perstringuntur & exagitantur (*f. 65-141.*).
8. Institutionem de Fide & operibus Christianorum, Pauliqve de Justificatione doctrina, pro Pontificiorum sententia solis S. Codicis pugnantem testimoniis (*f. 141. & sqq.*)

PARS III. (cui Jus Flensburgensium municipale præmittitur): 1. Henr. Susonis Dialogum, edder Uttoch, dar de Deener redet mit der ewigen Wißheid, van der Nüttigheid des Minschen Lidendes und Gedult (*f. 27-46.*).

2. Institutionem, qvod Laicis Communio sub utraqve specie non sit necessaria (*f. 46-61.*).
3. Origines vitæ monasticæ, e S. Scriptura & Patribus ostensas, cum Clementis Romani de illa ad Hierosolymitanos Epistola, Saxonice translata (*f. 61-75.*).
4. Hymnos aliqvot sacros Saxonicos, &, hos inter, Parodiam cantionis Lutheri: Ach GOtt vom Himmel sieh darein, Luthero & Lutheranis oppositam (*f. 78-82.*).
5. Grund und rechten Verstand, wo unse gude Werke geeddelt, und recht verdeenstlick mögen siin, so dat GOtt se belohne mit der Saligheit (*f. 82. 83. 84.*).
6. Syllogen locorum S. Scripturæ, ad bona opera adhortantium (*f. 84. & seqq.*).

PARS IV. deniqve, mera opuscula complectens rythmica: 1. Underwisinge vam Gloven, Hapen, Leven, und andern Stücken unsrer Saligheid (*f. 1-12.*).

2. Van den falschen Prædicanten, sive Invectivam in Lutheranorum doctrinam & mores (*f. 12-20.*).
3. Vörnemsten Inholt der Lehre des H. Evangelii (*f. 20-29.*).
4. Klage iegen de Egenwillischen, sive Qverelam contra Lutheranos (*f. 29. 30. 31.*).
5. Cantica varia, & Carmina sacra, Saxonico-Rythmica minora (*f. 31-36.*).

Addantur his: 1. Tractatus vam Antichrist, und sinen Vörlöpers, Lutheranis oppositus, qvem ipse, in Libro iegen de Martinische Lehre (*P. II., f. 18. b.*), allegavit.

2. Liber MS. Historicus F. Ludolphi, Monachi Flensburgensis, Latine exaratus, qvem Andr. Severini Vellejus, *in in Promo Condo Historiæ suæ Danicæ ἀνεκδότῳ, P. II.*, suffragiis annumeravit Historicis, a se adhuc conqvirendis.

JOHANNES NANNIUS, Londino Dithmarsus, JCtus, Themidos sacris in Academiis initiatus Coloniensi & Julia, Johannisqve Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, bimestri ante hunc tempore, d. 9. Jan. A. 1616., in patria obiit. Defunctum M. Phil. Fabricius, Pastor Londinensis, fuse, ob summam eruditionem, facundiam, pietatem, candorem, aliasqve virtutes, celebravit, ac laudibus ornavit hyperbolicis, in Sylloge Lessuum Latinorum metrica, qvinqve Elegiarum, Odarum ac Epigrammatum funebrium exhibente Decadas, & sub hoc A. 1617. in 8. edita titulo: *Publicum sinceri cultus testamen, & amoris devotissimi monumen, Joh. Nannio, excellentis ingenii & exqvisiti judicii viro, JCto, qvinetiam & Theologo eximio, ut ad æternit. sinceræ pietatis nato, ita ejusdem irreparabili damno*

(1.) V. Heimreichium *l. c.* (2.) V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, c. 16., p. 424., Edit. primæ.* (3.) *V. Monumenta Autographa Bibliothecæ Rudolphi Augusti, Ducis Brunsv., T. I. p. 297., & T. III. p. 226. 227.*

damno denato, affini & amico incomparabili, positum. Cui addi potest ejusdem Kurtze Trostschrift über den betrübten und zeitigen Todesfall Herrn Joh. Nannen, seiner Witwen, Fr. Telsen, zum Troste gestellet, A. 1617. *in 8.* itidem excusa, ab Henr. Meibomio Sen., *in Orat. de Acad. Juliæ primordiis & incrementis* (1.), Viris celebribus, ex hac progressis, annumeratur.

Disp. Juridica, in Acad. Julia habita, & a Phil. Fabricio, *in Lessu ad Academias Coloniensem & Juliam* (qvam Sylloge modo citata, *lit. B. 7. & 8.*, exhibet), laudata.

Scripta affecta, qvorum, in eadem Sylloge, mentio, sed obscurior, occurrit.

PETRUS NANNIUS, Dithmarsus.

Laudatio Dithmarsiæ, in Acad. Rostochiensi recitata, &, cum Joh. Huswedelii Programmate, ei præmisso, edita, Rostochii 1622. in 4.

JOHANNES NANSONIUS, sive NANSEN, Flensburgensis, Eberhardi, civis primarii, ex Maria Petræa filius, d. 28. Nov. A. 1598. in lucem editus, patrem qvindecennis amisit, & a patruo mercaturæ assvefactus, cum illo A. 1614. Russiam petiit, annuoqve in urbe Kolensi commoratus spatio lingvam gentis addidicit. Qvam cum calleret, operam Societati mercatorum Russicorum addixit Hafniensi, & Interpretis in navibus hujus, eodem ablegatis, functus est munere, imo tertia etiam, qvarta & qvinta vice, A. 1618. Petri Svenonis, Consulis Helsingorensis, A. 1619. Christiani IV., Regis Daniæ, & A. 1621. Societatis Hafniensis Islandicæ, eandem regionem adiit auspiciis, & urbes illius plerasqve perlustravit. Michaelis deinde Wibii, Consulis Hafniensis, factus domesticus, & a Societate Islandica Mercatoris sui ornatus titulo, in Islandicam decies & octies trajecit insulam, mercesqve, inde Glückstadium transportatas, ex suo, per annos XIII., distraxit arbitrio. Hafniæ interea sedem fortunarum collocavit, nuptiisqve cum Sophia, Joh. Petri, Consulis Slangendorfiani, filia, d. 5. Nov. A. 1626., celebratis, qvinqve ex ista nobilioris, & qvatuor seqvioris sexus, in annorum XLI. conjugio, sustulit liberos. E qvibus parenti qvinqve fuere superstites, &, hos inter, Johannes, Præses urbis Hafniensis, post illum, regius, ac Catharina, Petro, Comiti a Griffenfeld, Ministrorum aulæ Danicæ principi, A. 1670. elocata, &, biennio post, morte immatura, vel potius tempestiva, anteqvam maritus e tanto culmine præceps rueret, extincta (2.). A Christiano IV., Rege, A. 1639. urbis Hafniensis Senator, ac Societatis Director Islandicæ, A. 1644. autem Consul, creatus, publica non civium solum, sed & regni totius, ejusqve Monarcharum, studiose promovit commoda. Ipsius certe fidei, solertiæ ac dexteritati, Fridericus III., Rex Danicus, ejusqve successores, incrementa se majestatis suæ, & dominium in subditos absolutum atqve supremum, magna ex parte debere, non dissimularunt. Cum enim, post bellum Svecicum, Daniæ ferale, pace damnosa compositum, Hafniæ, in Regni Ordinum comitiis, de statu ejus collapso instaurando, & stipendiis militi ex pecunia, a singulis conferenda, persolvendis, M. Oct. A. 1660., deliberaretur, Ordoqve Eqvestris justam onerum publicorum in se partem suscipere præfracte detrectaret, noster, civici, urbium Danicarum suffragiis, electus Orator, cum Ecclesiastici primicerio, Joh. Svaningio, Seelandiæ Episcopo, de pertinacia hac illius superanda, ac superbia ambitioneqve nimia, in reliqvos injuria subditos, coercenda, consilia contulit. Remedium adversus istam commodissimum utriqve videbatur potestas Regum, qvibus, in negotiis, hactenus, publicis potioribus, e Senatorum regni, nobilitatis antesignanorum, arbitrio, cuncta ferme agenda fuerant, in subditos universos ἀνυπεύθυνος, Ordinum Ecclesiastici ac Civici consensu, si vel maxime Eqvestris esset refragaturus, Friderico deferenda. Consiliis hisce exeqvendis occasionem præbuit idoneam Ottonis Kragii, cujus præcipua inter regni Senatores erat autoritas, vehementia, qva, in consessu publico, cives mancipia appellare, Eqvestris autem Ordinis dignitatem plus justo extollere, veritus haud est, importuna. Nansonius enim, adversus istam ingenti protestatus παῤῥησίᾳ, conclave, in qvod Ordinum legati convenerant, indignabundus mox, cum civibus ac Clericis, reliqvit, &, postqvam his, ut suæ ac Svaningii, de forma imperii mutanda, accederent sententiæ, haud difficulter persvaserat, de re tota privatim cum Friderico III., Rege, Sophia Æmilia, ejus conjuge, & Hannibale Seestedio, ministro intimæ admissionis regio, transegit. Elapsis hinc aliqvot diebus, conclave Nobilium, cum Svaningio, & reliqvis e Clero ac civico ordine delectis, ingressus, utrumqve Regi imperium decrevisse, significavit, supremum ac hæreditarium, &, an & ipsi secum confestim in aulam, Friderico unanimi istud consensu oblaturi, abire vellent, est sciscitatus. Cui qvæstioni cum ab istis, tergiversantibus, & deliberandi diuturnius postulantibus spatium, in partem neutram responderetur, relictis iis, cum Clericis & civibus, Regem adiit, horumqve nomine, una cum Svaningio, Monarcham illum primus salutavit hæreditarium, soliqve Deo obnoxium. Qvod ipsius exemplum Nobiles, portis urbis paulo post occlusis, invitos oportuit imitari, & d. 27. Oct. novum Friderico, ac posteris, homagium, easdem illis, qvas a duobus jam obtinuerant Ordinibus, conferens prærogativas, voce pariter atqve scripto præstare (3.). Nostrum, ob operam, in negotio hoc arduo, fideliter, dextre ac feliciter, sibi navatam, Fridericus, non solum, una cum Seestedio ac Svaningio, donis ingentibus remuneratus est nummariis, sed & iis ornavit dignitatibus, qvæ civici ordinis homini vix antehac in Dania erant collatæ. Eodem enim A. 1660. suis eum adscripsit Consiliariis, & Collegii Status Assessorem, primumqve Civitatis Hafniensis, creavit, Præsidem, seqventi autem 1661. (d. 26. Febr.) supremi Tribunalis judicem, & tandem, Kal. Oct. A. 1664., illustri Procerum Danicorum, ex omnibus regni Ordinibus, ad novum illius Nomocanonem, modernæ accommodatum formæ imperii, concinnandum, delectorum, interesse jussit Synedrio (4.). Eruditis qvidem ille annumerari haud potuit, sed in studiis tamen Historico & Geographico, nativa ingenii solertia, curiosa rerum notatu dignarum, in itineribus crebris, observatione, & lectione librorum, hujus argumenti, lingvis Germanica, Danica & Belgica, editorum, assidua, ita profecit, ut, edito *Compendio Geographico* eleganti, locum inter Scriptores promeruerit Cimbricos. Bibliothecam etiam librorum, qvi lingvis istis prodiere vulgaribus, Historicorum liberis, opum ipsius hæredibus ingentium, reliqvit satis numerosam, sed fato infelici, d. 4. Mart. A. 1679., una cum Griffenfeldiana (qvæ, possessore in Norwagiam deportato, comes illi erat addita), in filii ædibus, a Vulcano sæviente absumptam (5.). Finem vitæ, septuagenario proximus, d. 12. Nov. A. 1667. attigit, cum templo Sp. S. Hafniensi, aliis etiam a se antehac instructo ornamentis, 500. Imperiales, pauperibusqve Clinicis totidem, in tabulis voluntatis legasset ultimæ.

Fusius Vitam ejus enarrant, virtutesqve simul, Politicas pariter atqve alias, celebrant, *Programma*, qvod secuti sumus, Rectoris Academiæ Hafniensis *funebre*, M. Esaiæ Fleischeri, ædis Sp. S. Hafniensis Parochi, Sermo sacer exeqvialis Danicus, Hafniæ A. 1668. *in 4.* excusus, & Pet. Nicol. Mehrneri, Acad. Hafn. Vice-Bibliothecarii, Inscriptio Latina monumenti in eodem templo Epitaphii, a Pet. Resenio (Epigraphen sepulchri etiam recitante Danicam), *in Inscriptio-*

(1.) *in Opusculis Historicis p. 532.* (2.) V. Georg. Hilarii, Prof. Hafn., *Programma de vita filiæ istius funebre.* (3.) Fusius singula, a Nansonio, ad mutationem hanc formæ imperii Danici promovendam, gesta, exposuit Censor illorum iniqvissimus, Rob. Molesworthius, Legatus ad Danos Anglicus, *dans l' Etat de Danemarc, c. 7., p. 56-86. Edit. anni 1695. Amstelodamensis.* (4.) V. Pet. Resenii *Prolegomena versionis Krabbianæ Nomocanonis Jutici Germanicæ*, *lit. b. 3. b.* (5.) V. Rud. Capelli *Lectiones Bibliothecarias*, *lit. z. 5. & 6.*, ac Sev. Walth. Sluteri *Propylæum Historiæ Christianæ p. 60.*

scriptionibus Hafnienfibus p. 121. 122. 123. 134., ac Scriptore Anglo Anonymo, *T. I. de la Relation d' un voyage fait en Danemarc* (Roterodami A. 1707. publicato), *Epist. IV.*, *p. 487. 488.*, exhibita. Qvibuscum Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 84.*, Henn. Wittenii *T. II. Diarii Biogr. Sec. XVII. p. 94.*, & Anonymi *Defense de Danemarc, contre la Relation de l' Etat de Danemarc* (Molesworthio opposita, & Coloniæ A. 1696. edita), *c. 7.*, *p. 74. & seqq.*, possunt conferri.

Compendium Geographicum; det er: Een kort Beskrifvelse ofver den gantze Verden, hvor udi formeldis om Himmelen, Sool oc Maane, samt de andre Planeter oc Stierner, deris Bevegelse oc Lob, saa oc de fire Elementer, hvis der udi er befattet, Jorden, med sine mange Kongeriger, Lande oc fornemste Stæder, disligeste om Siøen oc Siøfarten; samt Stiernernis oc Solens Declination: Saa oc en liden Chronologia, om det fornemste, som i Verden sig hafver tildraget. Hafniæ 1633. in 8. Auctius recusum ibidem A. 1635. 1638. & 1646. in 8. Primam scripti hujus Danici editionem Christ. Longomontanus, Mathematicus Acad. Hafn. celeberrimus, emendavit, ac sua munivit approbatione.

FRIDERICUS NASSERUS, Slesvicensis, J. U. D. & Dicasterii Provincialis Cimbrici, auliciqve Gottorpiensis, Advocatus, M. Mart. A. 1704. mortuus; cujus cum Anna Emerentia Kirchmannia nuptias D. G. Morhofius Epithalamio celebravit, *in Veneribus antiqvis, p. 27. 28. 29.*, obvio.

Disp. Politica de differentiis Regnorum, cum aliunde, tum e Dissertationibus publicis Herm. Conringii, concinnata, & Præside eodem proposita. Helmstadii 1655. in 4.

Disp. Inaug. de Pactis legitimis. Argentinæ 1659. in 4.

JOHANNES BARTHOLOMÆUS NASSERUS, Slesvicensis, J. U. L. & patriæ Advocatus.

Disp. Inaug. de jure, qvod Marito circa personam Uxoris obtingit, Præside D. Sim. Henr. Musæo. Kilonii 1699. in 4. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Apr. A. 1699.*, *p. 122.*

EMMICHIUS NEDERGORDUS, Cimber.

Catalogus librorum, qvi Aureliæ, in Bibliotheca nationis Germanicæ, in ordinem a se redacta, extant, A. 1664. confectus. Aureliæ in 4.

JOHANNES NEOCORUS Ettahulphides (i. e. Adolphi filius), patria, ni fallor, Dithmarsus, Ecclesiæ, in eadem provincia, Büsanæ ruralis, ab A. 1590., Pastor, A. 1594., occasione lautæ, qvæ uxori obtigerat, hæreditatis, liti cum Parochianis suis implicitus est difficillimæ, & ab istis contumaciæ adversus Superintendentem, maledicentiæqve in ipsum Principem, sed incassum, accusatus. Superstes fuit A. 1608., qvo auriga ipsius, qvem, ira concitus, ligone petierat, licet isto haud esset percussus, terrore ingenti exanimatus d. 13. Jul. obiisse perhibetur. V. Ant. Heimreichii *Lib. III. Chronici Dithmarsici, c. 7.*, *p. 283. 284.*

Dithmarsische Historische Geschichte; Opus ἀνέκδοτον, A. 1598. exaratum, & ab Ant. Heimreichio, *l. c.*, *Lib. I.*, *c. 9.*, *p. 70.*, *Lib. III.*, *c. 7.*, *p. 283.* (ubi ingens Autoris commendatur diligentia), ac *in Catalogo Autorum, libello præfixo*, allegatum. Laudarunt illud etiam Joh. Dethlevus (qvi Autorem *Johannem Adolphi* cognomine appellat patronymico, seqve schedas ejus secutum esse fatetur) *in Chronico Dithmarsiæ Saxonico MSto* (de qvo N. P. Sibberus *in Biblioth. Hist. Dano-Norweg.*, *c. 6.*, *p. 172.*, potest consuli), & Henr. Muhlius *in præfat. Orationis de Henrico Zutphaniensi (inter Dissertt. Historico Theol.) p. 405. 406.*

M. JOHANNES NEOCORUS, Husensis (1.), natus d. 27. Dec. A. 1566., patre bajulo, cum supremos Philosophiæ honores, anno circiter 1592., applaudente Frid. Taubmanno (2.), in Acad. reportasset Witebergensi, scholæ in Cimbria Hatherslebiensis aliqvamdiu fuit Rector, & ex ista in urbem Husensem, ut M. Joh. Hamero, rude donato, in Pastoratu succederet, A. 1594. est evocatus. Munere hoc sacro A. 1604., ob potentiorum qvorundam offensas, & vitam, cujus insimulabatur, scandalosam, excidit, invitis plerisqve civibus, qvi, facundiam ejus hactenus admirati, d. 29. Aug. cum uxore ac liberis, spectante Hamero antecessore (eodem mox die mortuo), ex urbe discedentem catervatim comitabantur (3.). Qvos inter sex, digressum alio, ut conciones ejus audirent, secuti, 6000. Imperialium mulctam coacti sunt pendere (4.). Sparta Husensi amissa, & successori M. Andr. Tetzlevio relicta, noster (cujus inimicos Husenses divinam Holmerus testatur (5.) persecutam esse Nemesin) operam suam Ulrico, Episcopo Slesvicensi & Sverinensi, Friderici II., Danorum regis, filio vicissim addixit, eiqve, per annos complures, a concionibus fuit aulicis (6.) & A. 1617. Superintendens in Ducatu Megapolitano Sverinensis (7.) Plura de Vita ejus narrat J. M. Kraftius in der Husumschen Kirchen-Historie p. 141-145. Confer de illo, præter Autores jam allegatos, Casp. Dancwerthium *P. II. Chorogr. Cimbr.*, *c. 12.*, *p. 141.*, & Ant. Heimreichium *l. c.*, *Lib. 4.*, *c. 3.*, *p. 203.*

Theses Physiologicæ de Globo terræ. Witebergæ 1592. in 4. (*V. Catal. Bibl. B. Barthol. p. 82.*)

JOHANNES NEOVINUS, sive NIVINIUS, Wilstria Holsatus, patrem habuit Paulum Nivinium, Aqvisgranensem, mercatorem, matrem vero Gesam, Dethlevi Gebhardi, civis Wilstriensis, filiam, patrueli gavisam M. Henr. Gebhardo, viro bonis sacrisqve literis erudito. Cum literarum rudimenta domi imbibisset, in schola Hamburgensi Matth. Delium & Wernerum Rolfincium nactus Præceptores, in lingvis Græca ac Latina, cæterisqve studiis scholasticis, eximios brevi fecit progressus, & Musicam simul ab Eberh. Deccero, illius magistro, addidicit, privatæ etiam puerorum aliqvot vacans institutioni. Rostochium deinceps a patre, anno circiter 1568., ablegatus, & viatico, non qvo poterat, sed qvo videbatur, instructus, parce in Academia vivebat, modestiaqve & singulari diligentia, non æqvalium solum, sed Doctorum etiam publicorum, facile sibi parabat amicitiam. In lingvis, ductu M. Joh. Dureri, Lubecensis, juvenis istarum peritissimi, sed morte immatura A. seqv. 1569. extincti, Homerum, Prophetasqve minores Hebræos, privatim interpretantis, multum se profecisse, hisce in senili ætate verbis (8.) profiteri non dubitavit: *Huic multum me debere agnosco, ut cujus institutione privata, eaqve accuratissima, in qvam casu aliqvo incidebam, cum in studiis Theologicis, tum in lingvis, maxime Græca, plurimum sum adjutus.* Præter hunc, e Philosophis Academiæ, Joh. Caselium (amicum suum postea intimum, & Encomiasten posthumum) literas elegantiores, Henr. Brucæum Philosophiam, Andr. Weslingium lingvam Hebræam, & Nicol. Goniæum Romanam, docentes, e Theologis autem Dav. Chytræum, Lucam Bacmeisterum & Simonem Pauli, sedulo, nunqvam otiosus, vel publice audiebat, vel familiariter consulebat, vitæqve simul illorum sanctimoniam & concordiæ studium imitabatur. Talem cum se gereret, non Magistri solum A. 1572. titulum, & Professorum omnium, etiam JCtorum, benevolentiam, sed scholæ etiam Rostochiensis Jacobææ Rectoratum, promeruit, eoqve, per annos complures, fideliter est functus, privatimqve simul studiosis

(1.) secundum Kraftium: Rostochiensis contra fuisse traditur a Jac. Saxio, Collega Husensi *in Annott. MSS. ad P. Eberi Calend. Hist.* (2.) V. Hendecasyllabos ejus ad Neocorum, *in Columbis Poeticis*, Witeb. A. 1594. editis, *p. 41.*, & *in Melodæsiis p. 281.*, obvios. (3.) V. Mart. Holmeri *Præfat.* der Husumschen Feuerpredigt *p. 9. 10.* (4.) V. Ant. Heimreichii *L. IV.*, *Hist. Eccl. Slesv.*, *c. 2.*, *p. 184. 185.* (5.) *l. c.* (6.) V. Heimreichium *l. c.* (7.) teste M. Joach. Mancelio *in Sched. de Superintendd. Parchimensibus p. 63.* (8.) *in Luctu Acad. Rostoch. ob Lucæ Bacmeisteri obitum p. 15.*

ofis Φιλέλληνων Homerum atqve Herodotum interpretatus. Cum postea Senatus Rostochiensis scholas, Parochiis singulis proprias, graves ob causas, aboleret, & A. 1580. unam vicissim, toti civitati communem, aperiret, istiqve Nath. Chytræum præficeret, noster, abdicato suo in Jacobæa munere, cum familiaribus præcipuas Germaniæ Academias itinere cœpit visere literario. Ex illo A. 1585. (1.) ab Ulrico, Duce Megapolitano, ad ædis Cathedralis Sverinensis Pastoratum, & Ecclesiarum tractus vicini ἐπισκοπὴν, per Joach. a Luhe, aulæ Mareschallum, & Jac. Bordingum Jun., Cancellarium, revocatus, rituqve χειροθεσίας sacro Rostochii inauguratus, doctrina insigni, dexteritate in docendo, modestia, vitæqve innocentia, non civibus solum, sed Canonicis etiam & aulicis, venerabilem se reddidit. Annis seculi XVII. initialibus 1601. ac 1602. Collegio sex Theologorum, qvibus Constitutionis Ecclesiasticæ Megapolitanæ committebatur revisio atqve emendatio, tanqvam assessor, jussu Ulrici Ducis, interfuit (2.), seqventi autem 1603., a Carolo, Ulrici successore, Sverino Parchimum est translatus, & oppidi hujus Protecclesiastes, Diœceseosqve Parchimensis pariter atqve Sverinensis Superintendens, constitutus. Huic officio pari fide atqve diligentia octennio præfuit integro, scholæqve Parchimensis non minorem, qvam antea Sverinensis, curam gerens, ei, a se ac Joh. Schwartzio, Syndico, emendatæ ac amplificatæ, svasu Joh. Caselii, M. Rabanum Christianium, Göttingensem, suum postea generum, præfecit. Kalendis tandem Januarii A. 1612. Theologus hic, ob doctrinam sacram pariter atqve elegantiorem, Græcæqve imprimis literaturæ ac Poeseos peritiam haud vulgarem, ævo suo clarissimus, septuagenario major, catarrhi acris violentiæ succubuit, sex liberos, e Margareta Brandesia, Patricia Rostochiensi, susceptos, relinqvens superstites. E qvibus Paulus, Philos. Mag., e Scholæ Ratzeburgensis Rectore oppidi Pastor factus est Boitzenburgensis, Johannes J. U. D. & Advocatus Sverinensis, Henricus autem Theologiæ fuit studiosus, & Michael Canonicorum Ratzeburgensium Secretarius. Filiæ duæ Joach. Buldichio, Senatori Sverinensi, & M. Rabano Christianio, Rectori Parchimensi, sunt elocatæ. Vitam ejus exposuit, addita ipsiusmet Epistola de Vita sua pariter atqve D. Lucæ Bacmeisteri senioris, ad D. Lucam Bacmeisterum juniorem, A. 1609. *Luctui Academiæ Rostochiensis ob L. Bacmeisteri senioris obitum* præmissa, M. Joach. Mancelius, *in Schediasmate* A. 1717. *in 8.* Rostochii edito, *de Superintendentibus Parchimensibus, p. 33-63.* Fusius qvoqve celebratur a Joh. Caselio, Professore Acadd. Rostoch. & Juliæ inclyto, *in Oratione* (cui vitæ ejus debeo historiam) *parentali*, Helmstadii A. 1612. (M. Martio) *in 4.* edita, Rabanoqve genero inscripta. Huic, in *Oratione* ista (3.), *Vir* audit, *tum animo religiosus, tum doctrina clarissimus*, in Κρυσιδῃ autem, *sive Aulæ Magistro*, A. 1609. edito (4.), *Theologus doctissimus & moderatissimus.* Anagramma in nomen illius, ac Epigramma in mansvetudinem librumqve nuper publicatum, Alb. Wichgrevius A. 1605. *Secundæ Anagrammatum Centuriæ, Dec. II., n. 7.,* inseruit.

Oratio in laudem lingvæ Hebrææ, a Pet. Lindebergio, *P. III. Poem. Juvenilium, Lib. I., p. 152. 153.,* Epigrammate commendata Elegiaco, eadem, ni fallor, est cum Or. illius de studiis Hebraicis, in Schola Sverinensi habita, & Rost. 1612. in 4. edita.

Theses XXXVI. Theologicæ ex Eph. IV. 10., Præside D. Val. Schachtio defensæ. Rostochii A. 1582.

Luctus Academiæ Rostochiensis, ob D. Lucæ Bacmeisteri Senioris, Prof. Theologi, obitum, Oratione expressus funebri. Rostochii 1609. in 4.

Carmen Græcum in mortem Henr. Lampadii, Past. Brunsvicensis, inter Epicedia, hujus memoriæ sacra, Hamburgi A. 1590. *in 8.* impressa (*lit. a. 3. & 4.*), una cum Epistola de eodem Græca, ad generum, Joh. Hennichium, Past. Hamburg., A. 1589. exarata (*lit. e. 5. 6. 7. & 8.*), occurrens.

Poemation Græcum in obitum D. Dav. Chytræi, Theol. Rostoch., cum Epistola ad D. Joh. Frederum, Chytræi generum, prolixa, ei præmissa, & M. Pauli Neovini, filii, versione Latina Metrica, inter *Epicedia* Chytræo scripta, & cum *Orationibus funebribus* Rostochii A. 1601. *in 4.* excusa, juris factum publici.

Epithalamion Græcum in nuptias Pet. Lindebergii, *Parte III. Juvenilium* Lindebergii, *p. 214. 215.,* obvium.

Carmina Græca alia, sigillatim edita, & a vena profecta neutiqvam triviali.

JOHANNES ANTONIUS NEUCRANTZIUS, Lubecensis, Pauli, Poliatri urbis istius clarissimi, e Christina Princereria filius, Med. D. Helmstadii A. 1674. est creatus, &, Belgio, Anglia, Italia ac Germania, peragratis, praxi artis suæ, in patria initio, ac deinde, ab A. 1698., qvo a Friderico Wilhelmo, Duce Megapolitano, ex ista, ad Archiatri evocabatur dignitatem, in aula hujus Sverinensi, inclaruit. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1698., p. 124.*

Disp. Inaug. de Vulneribus lethalibus, Præside D. Henr. Meibomio Juniore. Helmstadii 1674. in 4.

PETRUS NEUCRANTZIUS, in insula Albis Kirchwerderana, Hamburgo vicina, in lucem editus, & patre haud dubie M. Joh. Neucrantzio, illius Pastore, gavisus, J. U. Licentiatus, in Societ. Rosigera Zesiana der Neubekränzte, A. 1670. superstes.

Disp. de Decoctoribus, seu debitoribus solvendo non existentibus (von Banqverottirern), Præside D. Georg. Wernero. Helmstadii A. 1667. & Lipsiæ A. 1703. in 4.

ZACHARIAS NEUCRANTZIUS, Hamburgensis, Med. Doctor.

Diss. Philosophico-Medica, abstrusum exhibens Respirationis humanæ negotium, exulante famosa vacui fuga, ex genuinis Φαινομένων illius causis erutum; una cum solutione Problematis ardui bimembris Harveani, *in Lib. de Generat. animalium, Exerc. de partu,* propositi: Cur Animalia, tam propter aeris inspirati cohibitione præsentiam, qvam, in Machina Boyliana exhausta, propter ejusdem absentiam, tam velociter, qvasi exanima, succumbant, breviqve moriantur? Præside D. Mich. Ettmüllero (illius Autore) proposita. Lipsiæ 1676. in 4. Recusa est *Tomo III. Operum* Ettmülleri, Francofurti A. 1688. *in fol.* editorum, & a Pet. Bælio, in recensu ejus prolixo, *Novellis reip. Lit. Gallicis, M. Oct. A. 1688., p. 1104-1109.,* inserto, hoc ornata elogio: *C'est, sans contredit, la plus belle, & la plus curieuse, de toutes ces Dissertations.*

Disp. Inaug. de Dysenteria, Præside Herm. Conringio. Helmstadii 1676. in 4.

GEORGIUS SEBASTIANUS NEUHAUS, Flensburgensis, Med. Doctor & Practicus, ab A. 1718., in urbe patria, ab A. 1720. in Aarhusiensi Iutiæ.

Disp. Inaug. de Passione Hysterica, Præside D. Christoph. Mart. Burchardo proposita. Rostochii 1718. in 4.

HENRICUS NEUMANNUS, J. U. Lic. & Practicus circa A. 1716. in patria Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Matrimonio licito & illicito. Franeqveræ 1702. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1704. literatum p. 19.*)

NICOLAUS III. (BRUNII, uti perhibent, gavisus cognomine), Episcopus Slesvicensis, cathedram, spontanea Helimberti antecessoris abdicatione vacantem, A. 1350. occupavit, & difficillimis, ob pestem in Cimbria grassantem

(1.) V. Zach. Grapii Jun. *Rostochium Evangelicum*, Germanice editum, *c. 7., p. 163.* (2.) V. Grapium *l. c., c. 10., p. 181.* (3.) *lit. C. 1. a.* (4.) *lit. G. 4. b.*

ſcriptionibus Hafnienſibus p. 121. 122. 123. 134., ac Scriptore Anglo Anonymo, *T. I. de la Relation d' un voyage fait en Danemarc* (Roterodami A. 1707. publicato), *Epiſt. IV., p. 487. 488.*, exhibita. Qvibuscum Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 84.*, Henn. Wittenii *T. II. Diarii Biogr. Sec. XVII. p. 94.*, & Anonymi *Defenſe de Danemarc, contre la Relation de l' Etat de Danemarc* (Molesworthio oppoſita, & Coloniæ A. 1696. edita), *c. 7., p. 74. & ſeqq.*, poſſunt conferri.

Compendium Geographicum; det er: Een kort Beſkrifvelſe ofver den gantſke Verden, hvor udi formeldis om Himmelen, Sool oc Maane, ſamt de andre Planeter oc Stierner, deris Bevegelſe oc Lob, ſaa oc de fire Elementer, hvis der udi er befattet, Jorden, med ſine mange Kongeriger, Lande oc fornemſte Stæder, disligeſte om Siøen oc Siofarten; ſamt Stiernernis oc Solens Declination: Saa oc en liden Chronologia, om det fornemſte, ſom i Verden ſig hafver tildraget. Hafniæ 1633. in 8. Auctius recuſum ibidem A. 1635. 1638. & 1646. in 8. Primam ſcripti hujus Danici editionem Chriſt. Longomontanus, Mathematicus Acad. Hafn. celeberrimus, emendavit, ac ſua munivit approbatione.

FRIDERICUS NASSERUS, Slesvicenſis, J. U. D. & Dicaſterii Provincialis Cimbrici, auliciqve Gottorpienſis, Advocatus, M. Mart. A. 1704. mortuus; cujus cum Anna Emerentia Kirchmannia nuptias D. G. Morhoſius Epithalamio celebravit, *in Veneribus antiqvis, p. 27. 28. 29.*, obvio.

Diſp. Politica de differentiis Regnorum, cum aliunde, tum e Diſſertationibus publicis Herm. Conringii, concinnata, & Præſide eodem propoſita. Helmſtadii 1655. in 4.

Diſp. Inaug. de Pactis legitimis. Argentinæ 1659. in 4.

JOHANNES BARTHOLOMÆUS NASSERUS, Slesvicenſis, J. U. L. & patriæ Advocatus.

Diſp. Inaug. de jure, qvod Marito circa perſonam Uxoris obtingit, Præſide D. Sim. Henr. Muſæo. Kilonii 1699. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Apr. A. 1699., p. 122.*

EMMICHIUS NEDERGORDUS, Cimber.

Catalogus librorum, qvi Aureliæ, in Bibliotheca nationis Germanicæ, in ordinem a ſe redacta, extant, A. 1664. confectus. Aureliæ in 4.

JOHANNES NEOCORUS Ettahulphides (i. e. Adolphi filius), patria, ni fallor, Dithmarſus, Eccleſiæ, in eadem provincia, Buſanæ ruralis, ab A. 1590., Paſtor, A. 1594., occaſione lautæ, qvæ uxori obtigerat, hæreditatis, *liti* cum Parochianis ſuis implicitus eſt difficillimæ, & ab iſtis contumaciæ adverſus Superintendentem, maledicentiæqve in ipſum Principem, ſed incaſſum, accuſatus. Superſtes fuit A. 1608., qvo auriga ipſius, qvem, ira concitus, ligone petierat, licet iſto haud eſſet percuſſus, terrore ingenti exanimatus d. 13. Jul. obiiſſe perhibetur. V. Ant. Heimreichii *Lib. III. Chronici Dithmarſici, c. 7., p. 283. 284.*

Dithmarſiſche Hiſtoriſche Geſchichte; Opus ἀνέκδοτον, A. 1598. exaratum, & ab Ant. Heimreichio, *l. c., Lib. I., c. 9., p. 70., Lib. III., c. 7., p. 283.* (ubi ingens Autoris commendatur diligentia), ac *in Catalogo Autorum, libello præfixo*, allegatum. Laudarunt illud etiam Joh. Dethlevus (qvi Autorem *Johannem Adolphi* cognomine appellat patronymico, ſeqve ſchedas ejus ſecutum eſſe fatetur) *in Chronico Dithmarſiæ Saxonico MSto* (de qvo N. P. Sibbernus *in Biblioth. Hiſt. Dano-Norweg., c. 6., p. 172.*, poteſt conſuli), & Henr. Muhlius *in præfat. Orationis de Henrico Zutphanienſi* (*inter Diſſertt. Hiſtorico Theol.*) *p. 405. 406.*

M. JOHANNES NEOCORUS, Huſenſis (1.), natus d. 27. Dec. A. 1566., patre bajulo, cum ſupremos Philoſophiæ honores, anno circiter 1592., applaudente Frid. Taubmanno (2.), in Acad. reportaſſet Witebergenſi, ſcholæ in Cimbria Hatherslebienſis aliqvamdiu fuit Rector, & ex iſta in urbem Huſenſem, ut M. Joh. Hamero, rude donato, in Paſtoratu ſuccederet, A. 1594. eſt evocatus. Munere hoc ſacro A. 1604., ob potentiorum qvorundam offenſas, & vitam, cujus inſimulabatur, ſcandaloſam, excidit, invitis plerisqve civibus, qvi, facundiam ejus hactenus admirati, d. 29. Aug. cum uxore ac liberis, ſpectante Hamero anteceſſore (eodem mox die mortuo), ex urbe diſcedentem catervatim comitabantur (3.). Qvos inter ſex, digreſſum alio, ut conciones ejus audirent, ſecuti, 6000. Imperialium mulctam coacti ſunt pendere (4.). Sparta Huſenſi amiſſa, & ſucceſſori M. Andr. Tetzlevio relicta, noſter (cujus inimicos Huſenſes divinam Holmerus teſtatur (5.) perſecutam eſſe Nemeſin) operam ſuam Ulrico, Epiſcopo Slesvicenſi & Sverinenſi, Friderici II., Danorum regis, filio viciſſim addixit, eiqve, per annos complures, a concionibus fuit aulicis (6.) & A. 1617. Superintendens in Ducatu Megapolitano Sverinenſis (7.) Plura de Vita ejus narrat J. M. Kraftius in der Huſumſchen Kirchen-Hiſtorie p. 141-145. Confer de illo, præter Autores jam allegatos, Caſp. Danckwerthium *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 12., p. 141.*, & Ant. Heimreichium *l. c., Lib. 4., c. 3., p. 203.*

Theſes Phyſiologicæ de Globo terræ. Witebergæ 1592. in 4. (*V. Catal. Bibl. B. Barthol. p. 82.*)

JOHANNES NEOVINUS, ſive NIVINIUS, Wilſtria Holſatus, patrem habuit Paulum Nivinium, Aqvisgranenſem, mercatorem, matrem vero Geſam, Dethlevi Gebhardi, civis Wilſtrienſis, filiam, patrueli gaviſam M. Henr. Gebhardo, viro bonis ſacrisqve literis erudito. Cum literarum rudimenta domi imbibiſſet, in ſchola Hamburgenſi Matth. Delium & Wernerum Rolfincium nactus Præceptores, in lingvis Græca ac Latina, cæterisqve ſtudiis ſcholaſticis, eximios brevi fecit progreſſus, & Muſicam ſimul ab Eberh. Deccero, illius magiſtro, addidicit, privatæ etiam puerorum aliqvot vacans inſtitutioni. Roſtochium deinceps a patre, anno circiter 1568., ablegatus, & viatico, non qvo poterat, ſed qvo videbatur, inſtructus, parce in Academia vivebat, modeſtiaqve & ſingulari diligentia, non æqvalium ſolum, ſed Doctorum etiam publicorum, facile ſibi parabat amicitiam. In lingvis, ductu M. Joh. Dureri, Lubecenſis, juvenis iſtarum peritiſſimi, ſed morte immatura A. ſeqv. 1569. extincti, Homerum, Prophetasqve minores Hebræos, privatim interpretantis, multum ſe profeciſſe, hisce in ſenili ætate verbis (8.) profiteri non dubitavit: *Huic multum me debere agnoſco, ut cujus inſtitutione privata, eaqve accuratiſſima, in qvam caſu aliqvo incidebam, cum in ſtudiis Theologicis, tum in lingvis, maxime Græca, plurimum ſum adjutus.* Præter hunc, e Philoſophis Academiæ, Joh. Caſelium (amicum ſuum poſtea intimum, & Encomiaſten poſthumum) literas elegantiores, Henr. Brucæum Philoſophiam, Andr. Weslingium lingvam Hebræam, & Nicol. Goniæum Romanam, docentes, e Theologis autem Dav. Chytræum, Lucam Bacmeiſterum & Simonem Pauli, ſedulo, nunqvam otioſus, vel publice audiebat, vel familiariter conſulebat, vitæqve ſimul illorum ſanctimoniam & concordiæ ſtudium imitabatur. Talem cum ſe gereret, non Magiſtri ſolum A. 1572. titulum, & Profeſſorum omnium, etiam JCtorum, benevolentiam, ſed ſcholæ etiam Roſtochienſis Jacobææ Rectoratum, promeruit, eoqve, per annos complures, fideliter eſt functus, privatimqve ſimul ſtudioſis

(1.) ſecundum Kraftium: Roſtochienſis contra fuiſſe traditur a Jac. Saxio, Collega Huſenſi *in Annott. MSS. ad P. Eberi Calend. Hiſt.* (2.) V. Hendecaſyllabos ejus ad Neocorum, *in Columbis Poeticis*, Witeb. A. 1594. editis, *p. 41., & in Melodæſiis p. 281.*, obvios. (3.) V. Mart. Holmeri *Præfat.* der Huſumſchen Feuerpredigt *p. 9. 10.* (4.) V. Ant. Heimreichii *L. IV., Hiſt. Eccl Slesv., c. 2., p. 184. 185.* (5.) *l. c.* (6.) V. Heimreichium *l. c.* (7.) teſte M. Joach. Mancelio *in Sched. de Superintendd. Parchimenſibus p. 63.* (8.) *in Luctu Acad. Roſtoch. ob Lucæ Bacmeiſteri obitum p. 15.*

ofis Φιλέλληνων Homerum atqve Herodotum interpretatus. Cum postea Senatus Rostochiensis scholas, Parochiis singulis proprias, graves ob causas, aboleret, & A. 1580. unam vicissim, toti civitati communem, aperiret, istiqve Nath. Chytræum præficeret, noster, abdicato suo in Jacobæa munere, cum familiaribus præcipuas Germaniæ Academias itinere cœpit visere literario. Ex illo A. 1585. (1.) ab Ulrico, Duce Megapolitano, ad ædis Cathedralis Sverinensis Pastoratum, & Ecclesiarum tractus vicini ἐπισκοπὴν, per Joach. a Luhe, aulæ Mareschallum, & Jac. Bordingum Jun., Cancellarium, revocatus, rituqve χειροθεσίας sacro Rostochii inauguratus, doctrina insigni, dexteritate in docendo, modestia, vitæqve innocentia, non civibus solum, sed Canonicis etiam & aulicis, venerabilem se reddidit. Annis seculi XVII. initialibus 1601. ac 1602. Collegio sex Theologorum, qvibus Constitutionis Ecclesiasticæ Megapolitanæ committebatur revisio atqve emendatio, tanqvam assessor, jussu Ulrici Ducis, interfuit (2.), seqventi autem 1603., a Carolo, Ulrici successore, Sverino Parchimum est translatus, & oppidi hujus Protecclesiastes, Diœceseosqve Parchimensis pariter atqve Sverinensis Superintendens, constitutus. Huic officio pari fide atqve diligentia octennio præfuit integro, scholæqve Parchimensis non minorem, qvam antea Sverinensis, curam gerens, ei, a se ac Joh. Schwartzio, Syndico, emendatæ ac amplificatæ, svasu Joh. Caselii, M. Rabanum Christianium, Göttingensem, suum postea generum, præfecit. Kalendis tandem Januarii A. 1612. Theologus hic, ob doctrinam sacram pariter atqve elegantiorem, Græcæqve imprimis literaturæ ac Poeseos peritiam haud vulgarem, ævo suo clarissimus, septuagenario major, catarrhi acris violentiæ succubuit, sex liberos, e Margareta Brandesia, Patricia Rostochiensi, susceptos, relinqvens superstites. E qvibus Paulus, Philos. Mag., e Scholæ Ratzeburgensis Rectore oppidi Pastor factus est Boitzenburgensis, Johannes J. U. D. & Advocatus Sverinensis, Henricus autem Theologiæ fuit studiosus, & Michael Canonicorum Ratzeburgensium Secretarius. Filiæ duæ Joach. Buldichio, Senatori Sverinensi, & M. Rabano Christianio, Rectori Parchimensi, sunt elocatæ. Vitam ejus exposuit, addita ipsiusmet Epistola de Vita sua pariter atqve D. Lucæ Bacmeisteri senioris, ad D. Lucam Bacmeisterum juniorem, A. 1609. *Luctui Academiæ Rostochiensis ob L. Bacmeisteri senioris obitum* præmissa, M. Joach. Mancelius, *in Schediasmate* A. 1717. *in 8.* Rostochii edito, *de Superintendentibus Parchimensibus, p. 33-63.* Fusius qvoqve celebratur a Joh. Caselio, Professore Acadd. Rostoch. & Juliæ inclyto, *in Oratione* (cui vitæ ejus debeo historiam) *parentali*, Helmstadii A. 1612. (M. Martio) *in 4.* edita, Rabanoqve genero inscripta. Huic, in *Oratione* ista (3.), *Vir audit, tum animo religiosus, tum doctrina clarissimus*, in Κρατιάδῃ autem, *sive Aulæ Magistro*, A. 1609. edito (4.), *Theologus doctissimus & moderatissimus.* Anagramma in nomen illius, ac Epigramma in mansvetudinem librumqve nuper publicatum, Alb. Wichgrevius A. 1605. *Secundæ Anagrammatum Centuriæ, Dec. II., n. 7.*, inseruit.

Oratio in laudem lingvæ Hebrææ, a Pet. Lindebergio, *P. III. Poem. Juvenilium, Lib. I., p. 152. 153.*, Epigrammate commendata Elegiaco, eadem, ni fallor, est cum Or. illius de studiis Hebraicis, in Schola Sverinensi habita, & Rost. 1612. in 4. edita.

Theses XXXVI. Theologicæ ex Eph. IV, 10., Præside D. Val. Schachtio defensæ. Rostochii A. 1582.

Luctus Academiæ Rostochiensis, ob D. Lucæ Bacmeisteri Senioris, Prof. Theologi, obitum, Oratione expressus funebri. Rostochii 1609. in 4.

Carmen Græcum in mortem Henr. Lampadii, Past. Brunsvicensis, inter Epicedia, hujus memoriæ sacra, Hamburgi A. 1590. *in 8.* impressa (*lit. a. 3. & 4.*), una cum Epistola de eodem Græca, ad generum, Joh. Hennichium, Past. Hamburg., A. 1589. exarata (*lit. e. 5. 6. 7. & 8.*), occurrens.

Poemation Græcum in obitum D. Dav. Chytræi, Theol. Rostoch., cum Epistola ad D. Joh. Frederum, Chytræi generum, prolixa, ei præmissa, & M. Pauli Neovini, filii, versione Latina Metrica, inter *Epicedia* Chytræo scripta, & cum *Orationibus funebribus* Rostochii A. 1601. *in 4.* excusa, juris factum publici.

Epithalamion Græcum in nuptias Pet. Lindebergii, *Parte III. Juvenilium* Lindebergii, *p. 214. 215.*, obvium.

Carmina Græca alia, sigillatim edita, & a vena profecta neutiqvam triviali.

JOHANNES ANTONIUS NEUCRANTZIUS, Lubecensis, Pauli, Poliatri urbis istius clarissimi, e Christina Princereria filius, Med. D. Helmstadii A. 1674. est creatus, &, Belgio, Anglia, Italia ac Germania, peragratis, praxi artis suæ, in patria initio, ac deinde, ab A. 1698., qvo a Friderico Wilhelmo, Duce Megapolitano, ex ista, ad Archiatri evocabatur dignitatem, in aula hujus Sverinensi, inclaruit. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1698., p. 124.*

Disp. Inaug. de Vulneribus lethalibus, Præside D. Henr. Meibomio Juniore. Helmstadii 1674. in 4.

PETRUS NEUCRANTZIUS, in insula Albis Kirchwerderana, Hamburgo vicina, in lucem editus, & patre haud dubie M. Joh. Neucrantzio, illius Pastore, gavisus, J. U. Licentiatus, in Societ. Rosigera Zesiana der Neubekrantzte, A. 1670. superstes.

Disp. de Decoctoribus, seu debitoribus solvendo non existentibus (von Banqverottirern), Præside D. Georg. Wernero. Helmstadii A. 1667. & Lipsiæ A. 1703. in 4.

ZACHARIAS NEUCRANTZIUS, Hamburgensis, Med. Doctor.

Diss. Philosophico-Medica, abstrusum exhibens Respirationis humanæ negotium, exulante famosa vacui fuga, ex genuinis Φαινομένων illius causis erutum; una cum solutione Problematis ardui bimembris Harveani, *in Lib. de Generat. animalium, Exerc. de partu*, propositi: Cur Animalia, tam propter aëris inspirati cohibitione præsentiam, qvam, in Machina Boyliana exhausta, propter ejusdem absentiam, tam velociter, qvasi exanima, succumbant, breviqve moriantur? Præside D. Mich. Ettmüllero (illius Autore) proposita. Lipsiæ 1676. in 4. Recusa est *Tomo III. Operum* Ettmülleri, Francofurti A. 1688. *in fol.* editorum, & a Pet. Bælio, in recensu ejus prolixo, *Novellis reip. Lit. Gallicis, M. Oct. A. 1688., p. 1104-1109.*, inserto, hoc ornata elogio: *C'est, sans contredit, la plus belle, & la plus curieuse, de toutes ces Dissertations.*

Disp. Inaug. de Dysenteria, Præside Herm. Conringio. Helmstadii 1676. in 4.

GEORGIUS SEBASTIANUS NEUHAUS, Flensburgensis, Med. Doctor & Practicus, ab A. 1718., in urbe patria, ab A. 1720. in Aarhusiensi Iutiæ.

Disp. Inaug. de Passione Hysterica, Præside D. Christoph. Mart. Burchardo proposita. Rostochii 1718. in 4.

HENRICUS NEUMANNUS, J. U. Lic. & Practicus circa A. 1716. in patria Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Matrimonio licito & illicito. Franeqveræ 1702. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1704. literatum p. 19.*)

NICOLAUS III. (BRUNII, uti perhibent, gavisus cognomine), Episcopus Slesvicensis, cathedram, spontanea Helimberti antecessoris abdicatione vacantem, A. 1350. occupavit, & difficillimis, ob pestem in Cimbria grassan-

 tem

(1.) V. Zach. Grapii Jun. *Rostochium Evangelicum*, Germanice editum, *c. 7., p. 163.* (2.) V. Grapium *l. c., c. 10., p. 311.* (3.) *lit. C. 1. a.* (4.) *lit. G. 4. b.*

ſcriptionibus Hafnienſibus p. 121. 122. 123. 134., ac Scriptore Anglo Anonymo, *T. I. de la Relation d' un voyage fait en Danemarc* (Roterodami A. 1707. publicato), *Epiſt. IV.*, *p. 487. 488.*, exhibita. Qvibuscum Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 84.*, Henn. Wittenii *T. II. Diarii Biogr. Sec. XVII. p. 94.*, & Anonymi *Defenſe de Danemarc, contre la Relation de l' Etat de Danemarc* (Molesworthio oppoſita, & Coloniæ A. 1696. edita), *c. 7.*, *p. 74. & ſeqq.*, poſſunt conferri.

Compendium Geographicum; det er: Een kort Beſtrifvelſe ofver den gantſke Verden, hvor udi formeldis om Himmelen, Sool oc Maane, ſamt de andre Planeter oc Stierner, deris Bevegelſe oc Lob, ſaa oc de fire Elementer, hvis der udi er befattet, Jorden, med ſine mange Kongeriger, Lande oc fornemſte Stæder, disligeſte om Siøen oc Siofarten; ſamt Stiernerniß oc Solens Declination: Saa oc en liden Chronologia, om det fornemſte, ſom i Verden ſig hafver tildraget. Hafniæ 1633. in 8. Auctius recuſum ibidem A. 1635. 1638. & 1646. in 8. Primam ſcripti hujus Danici editionem Chriſt. Longomontanus, Mathematicus Acad. Hafn. celeberrimus, emendavit, ac ſua munivit approbatione.

FRIDERICUS NASSERUS, Slesvicenſis, J. U. D. & Dicaſterii Provincialis Cimbrici, auliciqve Gottorpienſis, Advocatus, M. Mart. A. 1704. mortuus; cujus cum Anna Emerentia Kirchmannia nuptias D. G. Morhofius Epithalamio celebravit, *in Veneribus antiqvis, p. 27. 28. 29.*, obvio.

Diſp. Politica de differentiis Regnorum, cum aliunde, tum e Diſſertationibus publicis Herm. Conringii, concinnata, & Præſide eodem propoſita. Helmſtadii 1655. in 4.

Diſp. Inaug. de Pactis legitimis. Argentinæ 1659. in 4.

JOHANNES BARTHOLOMÆUS NASSERUS, Slesvicenſis, J. U. L. & patriæ Advocatus.

Diſp. Inaug. de jure, qvod Marito circa perſonam Uxoris obtingit, Præſide D. Sim. Henr. Muſæo. Kilonii 1699. in 4. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Apr. A. 1699.*, *p. 122.*

EMMICHIUS NEDERGORDUS, Cimber.

Catalogus librorum, qvi Aureliæ, in Bibliotheca nationis Germanicæ, in ordinem a ſe redacta, extant, A. 1664. confectus. Aureliæ in 4.

JOHANNES NEOCORUS Ettahulphides (i. e. Adolphi filius), patria, ni fallor, Dithmarſus, Eccleſiæ, in eadem provincia, Büſanæ ruralis, ab A. 1590., Paſtor, A. 1594., occaſione lautæ, qvæ uxori obtigerat, hæreditatis, liti cum Parochianis ſuis implicitus eſt difficillimæ, & ab iſtis contumaciæ adverſus Superintendentem, maledicentiæqve in ipſum Principem, ſed incaſſum, accuſatus. Superſtes fuit A. 1608., qvo auriga ipſius, qvem, ira concitus, ligone petierat, licet iſto haud eſſet percuſſus, terrore ingenti exanimatus d. 13. Jul. obiiſſe perhibetur. V. Ant. Heimreichii *Lib. III. Chronici Dithmarſici, c. 7.*, *p. 283. 284.*

Dithmarſiſche Hiſtoriſche Geſchichte; Opus ἀνέκδοτον, A. 1598. exaratum, & ab Ant. Heimreichio, *l. c.*, *Lib. I.*, *c. 9.*, *p. 70.*, *Lib. III.*, *c. 7.*, *p. 283.* (ubi ingens Autoris commendatur diligentia), ac *in Catalogo Autorum, libello præfixo*, allegatum. Laudarunt illud etiam Joh. Dethlevus (qvi Autorem *Johannem Adolphi* cognomine appellat patronymico, ſeqve ſchedas ejus ſecutum eſſe fatetur) *in Chronico Dithmarſiæ Saxonico MSto* (de qvo N. P. Sibberus *in Biblioth. Hiſt. Dano-Norweg.*, *c. 6.*, *p. 172.*, poteſt conſuli), & Henr. Muhlius *in præfat. Orationis de Henrico Zutphanienſi (inter Diſſertt. Hiſtorico Theol.) p. 405. 406.*

M. JOHANNES NEOCORUS, Huſenſis (1.), natus d. 27. Dec. A. 1566., patre bajulo, cum ſupremos Philoſophiæ honores, anno circiter 1592., applaudente Frid. Taubmanno (2.), in Acad. reportaſſet Witebergenſi, ſcholæ in Cimbria Hatherslebienſis aliqvamdiu fuit Rector, & ex iſta in urbem Huſenſem, ut M. Joh. Hamero, rude donato, in Paſtoratu ſuccederet, A. 1594. eſt evocatus. Munere hoc ſacro A. 1604., ob potentiorum qvorundam offenſas, & vitam, cujus inſimulabatur, ſcandaloſam, excidit, invitis pleriſqve civibus, qvi, facundiam ejus hactenus admirati, d. 29. Aug. cum uxore ac liberis, ſpectante Hamero anteceſſore (eodem mox die mortuo), ex urbe diſcedentem catervatim comitabantur (3.). Qvos inter ſex, digreſſum alio, ut conciones ejus audirent, ſecuti, 6000. Imperialium mulctam coacti ſunt pendere (4.). Sparta Huſenſi amiſſa, & ſucceſſori M. Andr. Tetzlevio relicta, noſter (cujus inimicos Huſenſes divinam Holmerus teſtatur (5.) perſecutam eſſe Nemeſin) operam ſuam Ulrico, Epiſcopo Slesvicenſi & Sverinenſi, Friderici II., Danorum regis, filio viciſſim addixit, eiqve, per annos complures, a concionibus fuit aulicis (6.) & A. 1617. Superintendens in Ducatu Megapolitano Sverinenſis (7.) Plura de Vita ejus narrat J. M. Kraftius in der Huſumſchen Kirchen-Hiſtorie p. 141-145. Confer de illo, præter Autores jam allegatos, Caſp. Dancwerthium *P. II. Chorogr. Cimbr.*, *c. 12.*, *p. 141.*, & Ant. Heimreichium *l. c.*, *Lib. 4.*, *c. 3.*, *p. 203.*

Theſes Phyſiologicæ de Globo terræ. Witebergæ 1592. in 4. (*V. Catal. Bibl. B. Barthol. p. 82.*)

JOHANNES NEOVINUS, ſive NIVINIUS, Wilſtria Holſatus, patrem habuit Paulum Nivinium, Aqvisgranenſem, mercatorem, matrem vero Geſam, Dethlevi Gebhardi, civis Wilſtrienſis, filiam, patrueli gaviſam M. Henr. Gebhardo, viro bonis ſacriſqve literis erudito. Cum literarum rudimenta domi imbibiſſet, in ſchola Hamburgenſi Matth. Delium & Wernerum Rolfincium nactus Præceptores, in lingvis Græca ac Latina, cæteriſqve ſtudiis ſcholaſticis, eximios brevi fecit progreſſus, & Muſicam ſimul ab Eberh. Deccero, illius magiſtro, addidicit, privatæ etiam puerorum aliqvot vacans inſtitutioni. Roſtochium deinceps a patre, anno circiter 1568., ablegatus, & viatico, non qvo poterat, ſed qvo videbatur, inſtructus, parce in Academia vivebat, modeſtiaqve & ſingulari diligentia, non æqvalium ſolum, ſed Doctorum etiam publicorum, facile ſibi parabat amicitiam. In lingvis, ductu M. Joh. Dureri, Lubecenſis, juvenis iſtarum peritiſſimi, ſed morte immatura A. ſeqv. 1569. extincti, Homerum, Prophetasqve minores Hebræos, privatim interpretantis, multum ſe profeciſſe, hiſce in ſenili ætate verbis (8.) profiteri non dubitavit: *Huic multum me debere agnoſco, ut cujus inſtitutione privata, eaqve accuratiſſima, in qvam caſu aliqvo incidebam, cum in ſtudiis Theologicis, tum in lingvis, maxime Græca, plurimum ſum adjutus.* Præter hunc, e Philoſophis Academiæ, Joh. Caſelium (amicum ſuum poſtea intimum, & Encomiaſten poſthumum) literas elegantiores, Henr. Brucæum Philoſophiam, Andr. Weslingium lingvam Hebræam, & Nicol. Goniæum Romanam, docentes, e Theologis autem Dav. Chytræum, Lucam Bacmeiſterum & Simonem Pauli, ſedulo, nunqvam otioſus, vel publice audiebat, vel familiariter conſulebat, vitæqve ſimul illorum ſanctimoniam & concordiæ ſtudium imitabatur. Talem cum ſe gereret, non Magiſtri ſolum A. 1572. titulum, & Profeſſorum omnium, etiam JCtorum, benevolentiam, ſed ſcholæ etiam Roſtochienſis Jacobææ Rectoratum, promeruit, eoqve, per annos complures, fideliter eſt functus, privatimqve ſimul ſtudi-

oſis

(1.) ſecundum Kraftium: Roſtochienſis contra fuiſſe traditur a Jac. Saxio, Collega Huſenſi *in Annott. MSS. ad P. Eberi Calend. Hiſt.* (2.) V. Hendecaſyllabos ejus ad Neocorum, *in Columbis Poeticis*, Witeb. A. 1594. editis, *p. 41.*, & *in Melodæſiis p. 281.*, obvios. (3.) V. Mart. Holmeri *Præfat.* der Huſumſchen Feuerpredigt *p. 9. 10.* (4.) V. Ant. Heimreichii *L. IV.*, *Hiſt. Eccl Slesv.*, *c. 2.*, *p. 184. 185.* (5.) *l. c.* (6.) V. Heimreichium *l. c.* (7.) teſte M. Joach. Mancelio *in Sched. de Superintendd. Parchimenſibus p. 63.* (8.) *in Luctu Acad. Roſtoch. ob Lucæ Bacmeiſteri obitum p. 15.*

ofis φιλέλλησιν Homerum atqve Herodotum interpretatus. Cum postea Senatus Rostochiensis scholas, Parochiis singulis proprias, graves ob causas, aboleret, & A. 1580. unam vicissim, toti civitati communem, aperiret, istiqve Nath. Chytræum præficeret, noster, abdicato suo in Jacobæa munere, cum familiaribus præcipuas Germaniæ Academias itinere cœpit visere literario. Ex illo A. 1585. (1.) ab Ulrico, Duce Megapolitano, ad ædis Cathedralis Sverinensis Pastoratum, & Ecclesiarum tractus vicini ἐπισκοπὴν, per Joach. a Luhe, aulæ Mareschallum, & Jac. Bordingum Jun., Cancellarium, revocatus, rituqve χειροθεσίας sacro Rostochii inauguratus, doctrina insigni, dexteritate in docendo, modestia, vitæqve innocentia, non civibus solum, sed Canonicis etiam & aulicis, venerabilem se reddidit. Annis seculi XVII. initialibus 1601. ac 1602. Collegio sex Theologorum, qvibus Constitutionis Ecclesiasticæ Megapolitanæ committebatur revisio atqve emendatio, tanqvam assessor, jussu Ulrici Ducis, interfuit (2.), seqventi autem 1603., a Carolo, Ulrici successore, Sverino Parchimum est translatus, & oppidi hujus Protecclesiastes, Diœceseosqve Parchimensis pariter atqve Sverinensis Superintendens, constitutus. Huic officio pari fide atqve diligentia octennio præfuit integro, scholæqve Parchimensis non minorem, qvam antea Sverinensis, curam gerens, ei, a se ac Joh. Schwartzio, Syndico, emendatæ ac amplificatæ, svasu Joh. Caselii, M. Rabanum Christianium, Göttingensem, suum postea generum, præfecit. Kalendis tandem Januarii A. 1612. Theologus hic, ob doctrinam sacram pariter atqve elegantiorem, Græcæqve imprimis literaturæ ac Poeseos peritiam haud vulgarem, ævo suo clarissimus, septuagenario major, catarrhi acris violentiæ succubuit, sex liberos, e Margareta Brandesia, Patricia Rostochiensi, susceptos, relinqvens superstites. E qvibus Paulus, Philos. Mag., e Scholæ Ratzeburgensis Rectore oppidi Pastor factus est Boitzenburgensis, Johannes J. U. D. & Advocatus Sverinensis, Henricus autem Theologiæ fuit studiosus, & Michael Canonicorum Ratzeburgensium Secretarius. Filiæ duæ Joach. Buldichio, Senatori Sverinensi, & M. Rabano Christianio, Rectori Parchimensi, sunt elocatæ. Vitam ejus exposuit, addita ipsiusmet Epistola de Vita sua pariter atqve D. Lucæ Bacmeisteri senioris, ad D. Lucam Bacmeisterum juniorem, A. 1609. *Luctui Academiæ Rostochiensis ob L. Bacmeisteri senioris obitum* præmissa, M. Joach. Mancelius, *in Schediasmate* A. 1717. *in 8.* Rostochii edito, *de Superintendentibus Parchimensibus, p. 33-63.* Fusius qvoqve celebratur a Joh. Caselio, Professore Acadd. Rostoch. & Juliæ inclyto, *in Oratione* (cui vitæ ejus debeo historiam) *parentali,* Helmstadii A. 1612. (M. Martio) *in 4.* edita, Rabanoqve genero inscripta. Huic, in *Oratione* ista (3.), *Vir* audit, *tum animo religiosus, tum doctrina clarissimus*, in Κρισιάδη autem, *sive Aulæ Magistro,* A. 1609. edito (4.), *Theologus doctissimus & moderatissimus.* Anagramma in nomen illius, ac Epigramma in mansvetudinem librumqve nuper publicatum, Alb. Wichgrevius A. 1605. *Secundæ Anagrammatum Centuriæ, Dec. II., n. 7.,* inseruit.

Oratio in laudem lingvæ Hebrææ, a Pet. Lindebergio, *P. III. Poem. Juvenilium, Lib. I., p. 162. 163.,* Epigrammate commendata Elegiaco, eadem, ni fallor, est cum Or. illius de studiis Hebraicis, in Schola Sverinensi habita, & Rost. 1612. in 4. edita.

Theses XXXVI. Theologicæ ex Eph. IV. 10., Præside D. Val. Schachtio defensæ. Rostochii A. 1582.

Luctus Academiæ Rostochiensis, ob D. Lucæ Bacmeisteri Senioris, Prof. Theologi, obitum, Oratione expressus funebri. Rostochii 1609. in 4.

Carmen Græcum in mortem Henr. Lampadii, Past. Brunsvicensis, inter Epicedia, hujus memoriæ sacra, Hamburgi A. 1590. *in 8.* impressa (*lit. a. 3. & 4.*), una cum Epistola de eodem Græca, ad generum, Joh. Hennichium, Past. Hamburg., A. 1589. exarata (*lit. e. 5. 6. 7. & 8.*), occurrens.

Poemation Græcum in obitum D. Dav. Chytræi, Theol. Rostoch., cum Epistola ad D. Joh. Frederum, Chytræi generum, prolixa, ei præmissa, & M. Pauli Neovini, filii, versione Latina Metrica, inter *Epicedia* Chytræo scripta, & cum *Orationibus funebribus* Rostochii A. 1601. *in 4.* excusa, juris factum publici.

Epithalamion Græcum in nuptias Pet. Lindebergii, *Parte III. Juvenilium* Lindebergii, *p. 214. 215.,* obvium.

Carmina Græca alia, sigillatim edita, & a vena profecta neutiqvam triviali.

JOHANNES ANTONIUS NEUCRANTZIUS, Lubecensis, Pauli, Poliatri urbis istius clarissimi, e Christina Princereria filius, Med. D. Helmstadii A. 1674. est creatus, &, Belgio, Anglia, Italia ac Germania, peragratis, praxi artis suæ, in patria initio, ac deinde, ab A. 1698., qvo a Friderico Wilhelmo, Duce Megapolitano, ex ista, ad Archiatri evocabatur dignitatem, in aula hujus Sverinensi, inclaruit. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1698., p. 124.*

Disp. Inaug. de Vulneribus lethalibus, Præside D. Henr. Meibomio Juniore. Helmstadii 1674. in 4.

PETRUS NEUCRANTZIUS, in insula Albis Kirchwerderana, Hamburgo vicina, in lucem editus, & patre haud dubie M. Joh. Neucrantzio, illius Pastore, gavisus, J. U. Licentiatus, in Societ. Rosigera Zesiana der Neubekräntzte, A. 1670. superstes.

Disp. de Decoctoribus, seu debitoribus solvendo non existentibus (von Banqverottirern), Præside D. Georg. Wernero. Helmstadii A. 1667. & Lipsiæ A. 1703. in 4.

ZACHARIAS NEUCRANTZIUS, Hamburgensis, Med. Doctor.

Diss. Philosophico-Medica, abstrusum exhibens Respirationis humanæ negotium, exulante famosa vacui fuga, ex genuinis φαινομένων illius causis erutum; una cum solutione Problematis ardui bimembris Harveani, *in Lib. de Generat. animalium, Exerc. de partu,* propositi: Cur Animalia, tam propter aeris inspirati cohibitione præsentiam, qvam, in Machina Boyliana exhausta, propter ejusdem absentiam, tam velociter, qvasi exanima, succumbant, breviqve moriantur? Præside D. Mich. Ettmüllero (illius Autore) proposita. Lipsiæ 1676. in 4. Recusa est *Tomo III. Operum* Ettmülleri, Francofurti A. 1688. *in fol.* editorum, & a Pet. Bælio, in recensu ejus prolixo, *Novellis reip. Lit. Gallicis, M. Oct. A. 1688., p. 1104-1109.,* inserto, hoc ornata elogio: *C'est, sans contredit, la plus belle, & la plus curieuse, de toutes ces Dissertations.*

Disp. Inaug. de Dysenteria, Præside Herm. Conringio. Helmstadii 1676. in 4.

GEORGIUS SEBASTIANUS NEUHAUS, Flensburgensis, Med. Doctor & Practicus, ab A. 1718., in urbe patria, ab A. 1720. in Aarhusiensi Iutiæ.

Disp. Inaug. de Passione Hysterica, Præside D. Christoph. Mart. Burchardo proposita. Rostochii 1718. in 4.

HENRICUS NEUMANNUS, J. U. Lic. & Practicus circa A. 1716. in patria Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Matrimonio licito & illicito. Franeqveræ 1702. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1704. literatum p. 19.*)

NICOLAUS III. (BRUNII, uti perhibent, gavisus cognomine), Episcopus Slesvicensis, cathedram, spontanea Helimberti antecessoris abdicatione vacantem, A. 1350. occupavit, & difficillimis, ob pestem in Cimbria grassantem

(1.) V. Zach. Grapii Jun. *Rostochium Evangelicum,* Germanice editum, *c. 7., p. 163.* (2.) V. Grapium *l. c., c. 10., p. 391.* (3.) *lit. C. 1. a.* (4.) *lit. G. 4. b.*

tem, ac maritimarum ejus provinciarum inundationem, ornavit temporibus, Svavestedæ plerumqve commoratus. Ecclesiæ suæ reditus augere enixe studuit, &, ob sollicitudinem hanc, *Viri Episcopatui perutilis* a Casp. Dancwerthio reportavit elogium. Privilegia, Senatui populoqve civitatis Flensburgensis, a Bartholdo & Johanne, prædecessoribus suis, concessa, A. 1353. vel 1357. (qvorum utriusqve apud Cypræum occurrit mentio) confirmavit, ac denuo sanxit, neminem incolarum in posterum, extra urbis limites, ab Episcopo, aut Prælatis (qvos vocant) aliis Slesvicensibus, ad causam dicendam, debere citari atqve evocari. Cum Dithmarsis, qvi, ob Nicolaum Rickerat a ministris occisum, vel (si Huitfeldio, qvam Cypræo, malis credere), ob fusam, tempore belli, a Nicolao, Comite Holsatico, patriæ illati, multitudinem popularium haud exiguam, hostili in se erant animo, A. 1358. in gratiam rediit, &, ne qvid damni cognatis, servis aut successoribus suis, ab iis inferretur, pacto ἀμνηστίας cavit mutuæ. Pietas ejus singularis a Cypræo, insignis autem historiarum peritia, istis rarissima temporibus, ab Huitfeldio, celebratur. A. 1362. eum jam fuisse mortuum, & Henricum qvendam habuisse successorem, a plerisqve traditur. Sed ego diutius vixisse crediderim, cum non tantum ingentis, qvi, sub finem anni 1362., Chersonesum hanc afflixit, Cataclysmi literis mandaverit historiam, sed comitiis etiam A. 1366., in Seelandia, Callundburgensibus, teste Huitfeldio (sibi tamen ipsi paulo post, dum Henricum, anno jam 1362., Episcopatui præfuisse refert Slesvicensi, contradicente), interfuerit. V. de illo Joh. Adolphi Cypræi *Annales Episcoporum Slesvicensium, Lib. II., c. 18., p. 335. 336. 337.*, Haraldi Huitfeldii *Chronicon Episcoporum Daniæ Danicum p. 12.*, Casp. Dancwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 9., p. 121.*, Ant. Heimreichii *Lib. III. Hist. Eccl. Slesvic., c. 2., p. 103.*, & *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 8., §. 2., p. 137. 138. 139., ac P. III., c. 3., §. 12., p. 289.*

Catalogus 30. Parochiarum, & pagorum plurimorum, qvi, in Frisia Boreali, Eiderstadia, Strandia, minoribusqve Diœceseos suæ Insulis, ingenti anni 1362. Cataclysmo absorpti perierunt, qvem Joh. Ad. Cypræus penes se habuit, sed vetustate & situ ita obductum, ut scriptura legi vix potuerit. Nomina Parochiarum, ex illo, Cypræus, *l. c., p. 338. 339.*, istumqve secuti Dancwerthius, *P. II., c. 5., p. 93.*, atqve Heimreichius, *l. c., Lib. III., c. 2., p. 131. 132. 133., & in Chronico Frisiæ Borealis, c. 8., p. 174-177.*, exhibent.

Commentarius rerum suo tempore gestarum, qvem Huitfeldius, *l. c.*, ei tribuit, ego autem a Catalogo præcedenti diversum haud esse conjicio.

M. ADAMUS LAURENTIUS NICOLAI, Lubecensis, Johannis Nicolai, Ædis Petrinæ Antistitis, & Sophiæ Helmsiæ, M. Adami Helmsii, templi itidem Petrini Pastoris, gnatæ, filius, diem 9. Febr. A. 1645. habuit natalem. In Schola patria adeo eximios, Seb. Meieri, Henr. Bangerti, & Collegarum, ductu, in literis elegantioribus fecit progressus, ut carmina jam tunc, non Latina solum & vernacula, sed Græca etiam & Hebræa, senilis doctrinæ rore conspersa, funderet. Witebergam ex ista, post recitatam d. 17. Sept. A. 1663. *Orationem de lingvæ Græcæ præstantia valedictoriam*, Seb. Meieri commendatam *Programmate*, profectus, in studio Historico, cujus amorem a Bangerto imbiberat, duce Ægid. Strauchio, strenue perrexit, & Theologiæ sacris ibidem, sicut & postea Giessæ (ubi D. Mich. Siricii *de lachrymis Christi* defendit Diatriben) ac Kilonii, est initiatus. Magisterii laurea, in Athenæo Kiloniensi, d. 29. Mart. A. 1667., a Brabevta D. G. Morhofio reportata (1.), in Angliam, Belgium & Galliam, excurrit, ac, ad suos redux, professioni, qvæ offerebatur, literarum Græcarum Academicæ, Diaconatum Ecclesiæ in patria Jacobææ, Lucæ Steinii in isto successor d. 15. Febr. A. 1672. electus, prætulit, nec multo post Elisabetham, Herm. Segebadii, mercatoris, filiam, filiolum sibi tantum unicum, Johannem, parenti superstitem, enixam, duxit conjugem (2.). Febri tandem acuta correptus, morte, d. 8. Oct. A. C. 1678., & ætatis 33., decessit immatura, qvam contentiones cum Franc. Wörgero, Ecclesiasta Laurentiano, accelerasse creduntur. Vitam ejus, una cum Testimonio Academiæ Giessenæ honorifico, qvod illa A. 1669. discedenti est impertita, typisqve curavit excudi, exhibuit Jo. Henr. a Seelen *Parte II. Athenarum Lubecensium, p. 166-178.* V. de illo Abr. Hinckelmanni, Rectoris tunc Lubecensis (cui *Vir* audit *naturæ dotibus ornatus innumeris, & in publico munere, singulari cum industria & dexteritate, versatus*), *Programma de vita defuncti funebre*, A. 1709. in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum, num. 54., p. 530-537.*, recusum, Collegarum *Epicedia*, & Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biograph. Sec. XVII., ad A. 1678.*

Imago ejus in æde Lubec. Jacobæa superest.

Lessus Græcus ad Christum. (sub titulo: Κέδρων Ἀγλαόδακρυς, & carmine heroico) Lub. 1663. in 4.

Myrtillus lacrymans, sive Ecloga Latina in obitum M. Sebast. Meieri, Scholæ Lubec. Rectoris, cum Lessu in eundem Dorico prodiit Lubecæ 1664. in 4. recus. apud Seelenium *l. c. p. 167-172.*

Disp. de Fato, Præside D. Const. Ziegra, Phys. Prof. Witebergæ 1665. in 4.

Delineatio vitæ & obitus Thomæ Trostii, Lubecensis, LL. Or. peritissimi. Lubecæ 1667. in 4.

Pallas συνηδομένη, seu Carmen Græcum Gratulatorium in Academiæ Kiloniensis fundationem. Kilonii 1667. in 4.

Diss. de defectu luminis naturæ, in asseqvendo augustissimo SS. Trinitatis mysterio, ex veterum Philosophorum sententiis, & monumentis antiqvis, ad gradum Magisterii impetrandum, Præside Ad. Tribbechovio, proposita. Kil. 1667. in 4.

Diss. de Vesta barbara & orientali, Giessæ 1669. in 4. Recusa (juxta nonnullos) Lub. A. 1670. in 4.

De notitia Dei acqvisita Libellus. Giessæ 1669. & 1671. in 4.

Monumentum de Carthusia, & Schedion Philologicum de Aratione. Lubecæ 1671. in 4. Posterius D. G. Morhofius, *in Horis Subsecivis Poeticis p. 14. 15.*, elegantibus commendavit Hendecasyllabis.

Trostschrift an Herrn Alb. Brüning, wegen Ablebens seiner Eheliebsten. Lubecæ 1671. in 4.

Carmina complura Germanica elegantia, diversis edita temporibus.

GEORGIUS NICOLAI Hamburgensis, ni fallor.

Versionem concinnavit Germanicam Λόγυ Ἐπιταφίυ, a Mich. Kirstenio, ad cohonestandas Bartholdi Molleri, Consulis Hamburg., Exeqvias, conscriptam, adjectam Conradi ab Höveln Sonderbahren Hamburgischen Gedächtnissen, Lubecæ A. 1667. in 8. excusis, sub titulo: Unsterblicher Nachruhm Barth. Molleri, auf Befehl der Obern aus dem Lateinischen Programmate verdeutscht. Seorsim etiam prodiit Hamburgi 1675. in 8.

HENRICUS NICOLAI, Lubecensis, Med. Doctor, & in civitate primum patria, ac deinde Argentinensi, Practicus A. 1720. superstes. V. Georg. Frid. Neumanni *Orat. de favore Lubecensium in exteros p. 29.*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 382.*

Disp. Inaug. de Vulneribus sclopetorum. Argentinæ 1675. in 4.

JOHANNES NICOLAI, Lubecensis, Laurentii, mercatoris, filius, d. 3. Maji A. 1609. in lucem editus, scholam patriam, Rectore Joh. Kirchmanno, V. C., freqventavit, & liberorum simul ejus Præceptorem egit domesticum.

Ex

(1.) V. Pet. Musæi *Programma de promotionibus Kiloniensibus Academicis.* (2.) V. Morhofii Tetrastichon in has nuptias, *Lib. 2. Epigramm. pag. 12.*

Ex Academiis deinde Witebergensi (qvam A. 1629. adiit) & Rostochiensi Lubecam reversus, Joach. Frid. Moltkenium, Eqvitem Megapolitanum, privatim instituit, & Joh. Eschenburgii simul, Diaconi Petrini emeriti, vices, in concionibus sacris, per biennium obiit. A. 1638. ab Eleonora, vidua Ducali Holsatica, ad Ecclesiastæ aulici munus, in arcem evocatus est Rethwischensem, A. 1639. autem (d. 13. Sept.) a Lubecensibus ædis Petrinæ Diaconus, & tandem A. 1663. (d. 10. Dec.) ejusdem Pastor, electus. Uxorem A. 1639. duxit Sophiam, M. Ad. Helmsii, Pastoris Petrini, filiam, sed e novem liberis, ex illa susceptis, filiam tantum unicam, matri cognominem, Georgioqve Rittero, Collegæ ac Successori, elocatam, superstitem reliqvit. Post filium Adamum Laurentium (*supra laudatum*) A. 1678., & conjugem seqventi 1679., magno cum dolore elatos, ob langvorem senilem, lapsu in platea periculoso auctum, sacri muneris laboribus impar fuit, &, morbo tandem pectorali, ac δυσπνοίᾳ, d. 22. Jun. A. C. 1686., ætatis vero 77., extinctus, sepulchrum in æde Jacobæa, Epitaphium autem in Petrinæ choro, obtinuit. V. Mart. Lipenii, Conrect. Lubecensis, *Programma funebre*, in G. H. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum (num. 65., p. 615-620.)* A. 1709. recusum, Jac. a Mellen *Seriem MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, & Joh. Henr. a Seelen (Epitaphii recitantis epigraphen) *P. II. Athen. Lubec. p. 164. 165. 166.*

Monumentum nunqvam intermorituri amoris, Patri charissimo, sorori lectissimæ, & liberis desideratissimis, positum. Lubecæ 1650. in 4.

M. MARTINUS NICOLAI, Kellinghusa Holsatus, scholæ Itzehoensis, ab A. 1669., Rector, Pastorqve deinde, ab A. 1673. Niendorfiensis, & ab A. 1687. Utersensis, Consistorii Pinnebergici Senior, A. C. 1716., & æt. 76., d. 15. Nov., mortuus.

Pentas Disputationum de Causa obedientiali in genere & specie. Jenæ 1666. & 1667. in 4.

Disp. de fraude Restrictionum mentalium. Kilonii 1667. in 4. (Commendatur ab Ant. Ittero, *in Synopsi Philos. Mor., Lib. II., c. 8., p. 255.*)

Ἐγκύκλια, seu Diss. de Veterum vestitu, choris, Epistolis, scriptis, præcipue autem παιδείᾳ ἐγκυκλίῳ. Kilonii 1668. in 4.

Carmina qvædam Latina, haud invenusta.

M. MICHAEL NICOLAI, Flensburgensis, Rostochii A. 1586. laurea ornatus Philosophica, oppidi in Alsia Sünderburgensis, ab eodem A. 1586., Pastor, A. C. 1623., & ætatis 69., mortuus.

Evthanasia Christiana; dat is: Christlike Stervekunst, in XII. nüttlicke Regeln afgedeelet. Lubecæ 1610. in 8. (*L. Sax.*)

Dat Gülden Kleenood Davids, edder de XVIde Psalm, in XIII. Predigten erkläret. Rostochii 1611. in 8. (*L. Sax.*). Præfixa sunt Elogia D. Eilh. Lubini & Joh. Monradi metrica.

M. NICOLAUS NICOLAI, Coldingensis, Friderici secundi (neutiqvam vero primi, qvem *Index Bibliothecæ Pet. Resenii tertius* substituit), Regis Daniæ, Ecclesiastes in arce Hafniensi aulicus, Canonicusqve Roeschildensis, d. 25. Aug. A. C. 1578., & ætatis 53. (uti Epitaphii Roeschildensis me docuit inscriptio), est mortuus, ac Roeschildiæ, in templo Cathedrali, cum duabus conjugibus, Anna Jacobæa (A. 1546. ducta, & A. 1574. defuncta), Mariaqve Bangia, Ripensi (priori A. 1575. subrogata, ac triduo post maritum extincta), sepultus. Erasmus Michaelius Lætus, *Libro Rerum Danicarum VIII.* (1.), *artes* eum *multorum*, in aula, *sæpius pertulisse non placidas, sed agendo, qvod decebat, furias cunctorum vicisse, Regiqve, propter virtutem, charum fuisse*, testatur, *Libro* autem *XI.* (2.) ejusdem integritatem, sedulitatem, studiumqve alios juvandi, fuse commendat. Beneficia nova, Academiæ Hafniensi, cum illi instaurandæ ipse ac Pet. Oxenius, Aulæ Magister, essent adhibiti, a Rege per eum impetrata, præter eundem Michaelium (a qvo *Academiæ* vocatur *Conservator, virqve ad juvandos pauperes paratissimus*) (3.), Joh. Olai Slangendorpius (4.) & Er. Vindingius (5.) merito celebrant. E qvibus illi *Vir* audit *clarissimus, & de Academia Hafniensi optime meritus*, huic autem *Svasor beneficiorum, a Friderico II. in Acad. Hafniensem collatorum, non postremus.*

Confer de illo Claud. Lyschandri *Catalogum Scriptorum Danicorum* ἀνέκδοτον, *lit. N.*, & Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 108.*

SCRIPTA DANICA EDITA.

Explicationes in Psalmum XIII. Hafniæ 1566. (*V. Lyschandrum l. c.*)

Meditationes in Psalmum LII. Hafniæ 1566. (*V. eundem.*)

Historiæ & Sententiæ Biblicæ præcipuæ de Magistratus vocatione, officio & gubernatione, jussu Friderici II., Regis Danici, collectæ, &, addita brevi ad Magistratum adhortatione, explicatæ. Hafniæ 1567. in 4. Versio illarum Germanica, cum præfatione D. Nicol. Hemmingii, Theologi Hafniensis, ibidem A. 1572. in 4. prodiit.

Brevis Explicatio trium Christi Tentationum, e Matth. IV. Hafniæ 1571. in 8.

NICOLAUS NICOLAI, Husensis, Petri, Ecclesiastæ urbani, filius, Joh. autem Rölingii in Acad. Regiomontana, ac Dan. Georg. Morhofii in Kilionensi, auditor, & æmulus utriusqve, in Poesi, tam Latina, qvam Germanica, felicissimus; scholæ Cathedralis Slesvicensis, ab A. 168.., Subrector, & deinde Conrector, simulqve Pet. Fabricii, soceri sui, in templi ejusdem civitatis Michaelitani Pastoratu, Coadjutor, morte immatura, M. Dec. A. 1687., est extinctus. D. G. Morhofius, in Epithalamio, ejus dicato nuptiis (qvod *in Opp. Poeticis, Veneribusqve istorum novis, p. 433. 434. 435.*, legitur), his illum compellavit hendecasyllabis:

Proles aureola aurei parentis,
Nicolae, decusqve dulce, Phœbi,
Cui mentem, meliore de metallo,
Incoxit rutili architectus auri;
Cui Vatum pater & patronus idem
Molles carminis aurei figuras,
Et plectrum, dedit, aureum ac sonorum,
Qvod vel aurea Roma non recuset.

Confer aliud ejusdem ad illum Carmen, *l. c., Lib. III. Charisium, p. 242. 243.*, obvium, & *Homonymoscopiam* nostram, *P. I., c. 5., §. 10., p. 148.*

Pietas novissima, manibus D. Sebast. Niemanni, Superint. Holsatici, debita. Slesvigæ 1684. in fol.

Carmina alia, Latina atqve Germanica, venusta pariter ac ingeniosa, singulatim diversis publicata temporibus.

Oratio ἀνέκδοτος in laudes Christiani Alberti, Ducis Holsatiæ, Kilonii d. 3. Febr. A. 1682. recitata, de qva D. G. Morhofii *Programma XC.*, illi præmissum, *in Orationum Appendice, p. 953-956.*, potest consuli.

Poematia alia inedita, e qvibus Saxonicum duorum qvaternionum, ritus apparatusqve Cimbrorum nuptiales stylo Satyrico, Laurembergiani æmulo, festive describens, legisse recordor, Panegyrin autem Metrico-Germanicam de Vindo-

(1.) *p. 358.* (2.) *p. 479-482.* (3.) *Lib. XI. Rer. Dan., p. 408., & in earundem Indice, lit. N.* (4.) *in Orat. de Initiis & progressu religionis Christianæ in Dania, lit. Q. 2. b.* (5.) *in Acad. Regia Hafniensi p. 11.*

Vindobona A. 1683. frustra a Turcis obsessa, & ab exercitu Christiano liberata, inchoatam absolvi ab Autore, morte prævento, haud potuisse, a discipulo ejus accepi.

PAULUS NICOLAI, Husensis, scholæ patriæ Subrector, ab A. 1669., deinde Diaconus, ab A. 1676., Catingensis, & Pastor tandem Coldenbüttelanus. V. J. M. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 356. 357.*

Disp. de Studioso Theologiæ, ab eo conscripta, & Præside D. Christ. Kortholto defensa. Kilonii 1668. in 4.

THEODORUS NICOLAI, Hamburgensis, J. U. Doctor (Argentinæ A. 1630. creatus) &, circa A. 1644., in patria Practicus, deinde autem, circa A. 1656., Consiliarius Danicus & Holsaticus; Annæ Rulandiæ, Rutgeri Rulandi Sen., JCti Hamburgensis celeberrimi, filiæ, A. 1642. defunctæ, maritus, socerqve Ott. Nicol. Reinkingii, Theodori, Cancellarii Danici, filii.

Disp. Inaug. de Foro competenti, seculari & Ecclesiastico, tam Catholico-Romanorum, qvam Protestantium. Argentinæ 1630. in 4.

TORBIORNUS NICOLAI, Ripensis, qvem Claud. Lyschander, *in Catalogo Scriptorum Danicorum ἀνεκδότῳ*, his annumerat, unicum tantum ejus allegans Γαμήλιον *in nuptias Matthiæ Lagonis*, Hafniæ A. 1572. excusum.

M. WILHADUS NICOLAI, in Brönsensi præfecturæ Hatherslebiensis parochia, patre Nicolao, Agricola illius (in cœmiterio ejusdem monumenti Epitaphii inscriptione Metrico-Latina filiali a se commendato gratitudine), natus, Scholæ in Jutia Wiburgensis initio Rector, & Lector deinde, circa A. 1592., Theologus; pater M. Petri Wilhadi, Episcopi Seculo XVII. Wiburgensis; cujus notitiam Pet. Terpagrii & Matth. Rostochii, Virorum clarissimorum, ad me debeo Epistolis. Confer Terpagrii *Appendicem Inscriptionum Ripensium p. 75.*, & Alb. Thura Ideam Hist. lit. Dan. p. 78. Obiit, hoc teste, A. 1637.

Nucleus Locorum communium Theologicorum, qvem Witebergæ A. 1592. ab eo esse editum Rostochianæ me docuerunt literæ.

LAURENTIUS NIEBUERUS, Hamburgensis (1.), Juris utriusqve Doctor d. 2. Maji A. 1574. in Academia, a Joh. Borcholto, creatus est Rostochiensi (2.), cum jam ante, circa A. 1568., uti Disputationes ostendunt, illius in eadem fuisset Professor, ac Rectoratu A. 1571. functus esset Academico, A. 1577. denuo ipsi commisso (3.). In aulam deinde Ulrici, Ducis Megapolitani, evocatus Güstroviensem, cum hujus, per annos complures, Cancellarium egisset & Consiliarium, Güstrovii, d. 13. Apr. A. 1588., morte αὐτόχειρ periit infelici (4.), verbis, in Joh. Caselii Epistola ad Alb. Clampium, JCtum Helmstadiensem, paulo post missa, *Nibusiumqve* eum perperam appellante, descripta seqventibus (5.): *Nocte, qvæ seqvebatur Idus, D. Nibusius ipse manus sibi attulit. Mane cadaver in lecto inventum fuit, lectus ipse cruentus, cultellus hærens in gutture: illud nocte seqvente conditum in vicino cœmeterio. An desperatione ac furiis actus, an morbi gravitate victus, incertum. Namqve & visus fuit multis mensibus animo peregrinari, & laboravit melancholia hypochondriaca, hoc qvoqve testante Bruceo. Tales pestes avertat Deus!* Durius de interitu illius Tragico judicium tulere Theologi, qvibus non admodum favisse videtur, &, hos inter, Polyc. Lyserus Senior, Professor tunc Witebergensis. Is, eodem A. 1588., in Epistola ad Conr. Schlüsselburgium scripta (6.), mirari se, cur *Naogeorgi* (i. e. *Niebueri*) consangvinei beatum illum pronuncient, sermonesqve de obitu ejus prohibere conentur, præfatus, in prælectione se publica auditores, exemplo illius allegato, tum a Calvinismo, tum a *miris Jurisconsultorum* (qvas vocat) *practicis ac imposturis*, esse dehortatum, haud dissimulavit. Qvid qvod ipse Dav. Chytræus, aliis plerisqve mitior, non superstitem solum, in literis ad Joh. Marbachium A. 1580. exaratis (7.), hominem vocavit *ex perfidia & πονηρίᾳ conflatum*, sed αὐτοχειρίας etiam ejus mentionem *Chronico Saxoniæ*, iram Ant. Wietershemii, Cancellarii Schaumburgici, affinisqve Niebueriani, ob istam sibi infensissimi, capitalem haud moratus (8.), inseruit, & de eadem, in Epistola ad amicum, asperam hanc d. 16. Apr. A. 1588. protulit censuram (9.): *Ante triduum, in hac vicinia, testimonium judicii divini singulare editum est in D. Laur. Nieburio, præcipuo Ducis Megapolitani Consiliario, qui fratrum suorum, Abitophelis & Judæ Ischariotis, exemplo, Güstrovii nuper, d. 14. Apr., vitam sibi ipse gula præcisa abrupit; qvem ego sane tantum conscientiæ habere, ut in se ipsum conscientia malefactorum animadverteret, nunqvam existimassem. Nam ex impia simulatione, dolo, fraude, versutia & malitia, consutum & conflatum multos jam annos comperimus, & verba Jacobi blandissima, manus vero Esavi admodum hispidas, persæpe non sine dolore sensimus.* Uxorem habuit Elisabetham; Diet. Rademinii, Senatoris Hamburgensis, filiam, Theodorum ipsi enixam, J. U. Licentiatum, Hamburgi itidem A. 1624. ad dignitatem evectum senatoriam, die autem 20. Jun. A. 1643. extinctum (10.)

Theses Juridicæ de his, qvæ vi metusqve causa gesta sunt. Rostochii 1568. in 4.

Disp. super *L. Nuptias*, de diversis regulis juris antiqvi. Rost. 1568. in 4.

Scholia heterodoxa MSta, Constitutioni Ecclesiasticæ Megapolitanæ, cum revidenda ea esset per Theologos Rostochienses, ab ipso adjecta, & Rostochium transmissa, sed per Theologos improbata, de qvibus Zach. Grapii *Historia Rostochii Evangelici vernacula, c. 10., p. 318.*, potest consuli.

Duæ Epistolæ ad D. Paulum ab Eitzen, Superint. Holsaticum, in Volumine Epistolarum ad hunc ἀνεκδότῳ mihi lectæ.

[Diversus ab eo haud dubie est Laur. Niebuer, Canonicus, circa A. 1580., Lubecensis Pontificius, ac Laur. Surii nepos, de qvo Jani Gulielmii prior ad Suffridum Petri Epistola, *Centuriæ II. Epistolarum* a Sim. Abbes Gabbema collectarum, *n. 72.*, inserta, *p. 404.*, consulatur.]

BURCHARDUS NIEDERSTÄDT, Slesvicensis, Gymnasio Bordesholmensi relicto, studiis Rostochii, Leidæ atqve Andegavi Gallorum, feliciter vacavit Juridico-Politicis. Wilhelmo hinc Rumohrio, Eqviti Cimbro, & Henrici, Toparchæ Rœstensis, filio, præfectus, altera, Ephoria autem Christophori Caspari, Baronis a Blumenthal, a parente Friderico, Elect. Brandeb. in Ducatu Halberstadiensi Vicario, Professorum Acad. Juliæ svasu, sibi commissa, potitus, tertia vice, regiones adiit exteras, ac Germaniam, Galliam, Belgium, Angliam, Italiam, Siciliam, Melitam, Hispaniam, littoraqve Africana, curiosis lustravit oculis, Piratarumqve Turcicorum in mari insultum auspicato evasit. Melitensem ex his insulam, cum, post reditum ex illa, ob pestem in regno sævientem Neapolitano, Capuæ, cum Blumenthalio,

(1.) V. *Titulos Disputt. ejus.* (2.) V. D. Val. Schachtii *Sermonem de Henr. Camerario, Competitore ejus & Collega, funebrem, p. 36.* (3.) V. Nic. Gryfii *Catal. Rectorum Acad. Rostoch.*, *Biographiæ Joach. Sluteri Saxonicæ adjectum.* (4.) V. Nic. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronol. circuli Balthici p. 234.*, & *Compendium Chronici Lub. Kirchringio-Mollerianum, p. 248.* (5.) V. Caselii *Epistolas, a Justo Dransfeldio editas, p. 834.* (6.) V. eam in Schlüsselburgii *Studio Epistolico posthumo p. 305. 306.* (7.) V. Chytræi *Epistolas p. 1157.*, & Joh. Fechtii *Supplem. Hist. Eccl. Sec. XVI. p. 628.* (8.) V. Chytræi *Epist.* ad Conr. Schlüsselburgium A. 1600. missam, in Schlüsselburgii *Studio Epistolico posthumo p. 367.* (9.) V. Anonymi Ende mit Schrecken, *P. I. (A. 1701. edita) p. 29.* Ubi in locum anni 1588. perperam 1585. substituitur. (10.) V. Ad. Tratzigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamburg. p. 45.*

menthalio, per octo menses hærere cogeretur continuos, Commentario descripsit luculento atqve doctissimo, A. 1660. Blumenthalii discipuli sumptibus edito. In patriam redux, Friderico, Duci Holsato-Gottorpiensi (a qvo A. 1659. in aulam ablegatus Brandeburgicam, in reditu Gryphiswaldiæ Licentiati A. 1661. obtinuit titulum), fuit a Secretis, Christiano autem Alberto, filio illius & Successori, non ab his tantum, sed a consiliis etiam deinceps aulæ, Cancellariæ, Ecclesiasticis, ac tandem intimis. Conjuge eximia, & filia unica (*de qvibus postea dicetur*), Hamburgi A. 1680. ac 1681. amissis, triennio post ipse etiam, M. Sept. A. 1684., rebus humanis valedixit. Confer de illo D. Joh. Pomereschii, JCti Gryphiswald., *Programma Disputationi ejus inaugurali* A. 1661. præmissum, & Christoph. Caspari, Baronis a Blumenthal, ac Herm. Conringii (*Virum eximiæ profecto eruditionis* eum appellantis) *Epistolas*, Maltæ ipsius præfixas, qvibus pleraqve de vita illius hactenus narrata debentur; nec non D. G. Morhofii geminum in nuptias Epithalamium, *mox* allegandum.

Malta vetus & nova, auspiciis, jussu & sumptibus Christophori Caspari, Baronis a Blumenthal, edita Helmstadii 1660. in fol., & *Volumini* deinde *Sexto Thesauri Antiqvitatum Græcarum*, a Jac. Gronovio collecti, Lugduni Bat. A. 1699. *in fol.* excuso, *Parte I., p. 3007. & seqq.* (uti Lipsienses *in Actis Erud. A. 1705., M. Jan., p. 26*, testantur), inserta. Caput, in itinere, uti jam monuimus, est scripta, & libris duobus absolvitur, qvorum primus Chorographiam totius insulæ generalem, alter autem historiam ejusdem, ac urbium singularum, exhibet. Præfixæ sunt Epistolæ duæ Blumenthalii editoris ad Fridericum Wilhelmum, Electorem Brandeburgicum, & Mauritium, Nassoviæ Principem, dedicatoriæ, totidemqve ad Blumenthalium gratulatoriæ, altera Niederstadtii Autoris Italica, altera Herm. Conringii Latina (in *Syntagmate* etiam *Epistolarum* illius, Helmst. A. 1666. impresso, *p. 328-332.*, obvia). In ista Vir summus, librum Niederstädtii *genium habere*, judicat *plenumqve esse doctrinæ elegantis & accuratæ, imo omnium, qvos viderit, in eo argumento, & optimum, & nitidissimum, & absolutissimum.* Commendatur qvoqve idem a Val. Henr. Voglero (nostrum *eruditum Melitæ* vocante *descriptorem*), *in Opere de rebus S. Script. naturalibus & Medicis p. 40.*, Joh. Andr. Bosio *in Introd. ad notit. rerump., c. 21., p. 144.*, Joh. Reiskio *in Diss. de Glossopetris Lüneburgensibus p. 4.*, & Joh. Christoph. Rumetschio *in Sched. de Turcarum conversione vel eversione, c. 1., §. 1.*

Diatriba Inauguralis de Jure commentitio, Præside D. Joh. Pomereschio proposita. Gryphiswaldiæ 1661. in 4.

Epigraphe super cunabula novæ Cimbrorum Academiæ Kiloniensis, in Alex. Jul. Torqvati *Historiæ inaugurationis illius*, A. 1666. *in fol.* editæ, *Appendice* publicata.

MARIA ELISABETHA NIEDERSTÄDTIA, Slesvigæ A. 1640. in lucem edita, patrem habuit Adamum Olearium, Mathematicum & Bibliothecarium aulæ Holsato-Gottorpiensis celeberrimum, matrem vero Joh. Mülleri, Senatoris in Livonia Revaliensis, filiam. Adultior virtutibus, qvæ sexum muliebrem & fœminas Christianas decent, eximiis, pietate, humilitate, patientia, castitate, benignitate, vanitatumqve mundi contemptu, adeo enituit, ut Christ. Kortholtus, Theologus Kiloniensis, mulieres alias vitam illius jam defunctæ, velut *Speculum virtutum muliebrium*, intueri, in scripto funebri vernaculo peculiari, jusserit. Locum præterea inter fœminas eruditas, & nobiliores Cimbriæ Poetrias, promeruit, cum non lingvarum solum, artium atqve historiarum, scientia multiplici, parentis ductu, animum in juventute imbuerit, sed Minerva etiam Musisqve haud invitis carmina scripserit vernacula, arguta non minus qvam elegantia. Odarum certe sacrarum, ac precum rythmicarum, suo ipsius maximam partem concinnatarum studio, librum reliqvit integrum, cujus specimina, a Kortholto, in scripto modo laudato, recitata, non summam solum spirant devotionem, sed venæ etiam facilis ac luculentæ ipsi vindicant gloriam. Burchardo Niederstädtio, qvem modo celebravimus, A. 166.. (Dan. Georgio Morhofio, non Inscriptione solum, cui *Veneris Oleariæ* dedit titulum, venustissima, sed Poemate etiam Heroico, nuptiis applaudente (1.)) elocata, filiam marito enixa tantum est unicam, sibi cognominem, morumqve maternorum æmulam. Hanc Andreæ Ulckenio, J. U. Licentiato, & aulæ Holsato-Gottorpiensis Procancellario, A. 1680. qvidem despondit, sed ante nuptias, eodem anno, Hamburgi extinctam, scriptisqve Nicol. Langerhansii & Casp. Pet. Hülsemanni, Ecclesiastarum Hamburgensium, ac aliorum, Paracleticis vernaculis (2.), atqve in monumenti ædis Cathedralis Epitaphii Epigraphe (3.), celebratam, non thalamo, sed tumulo, funere peracerbo, intulit. Ipsa eidem haud diu fuit superstes, & anno seqvente 1681., qvadragenaria major, d. 20. Dec., rebus humanis, beato placidoqve obitu, Slesvigæ exempta, complures itidem Encomiastas habuit posthumos. E qvibus consuli, præ cæteris Epicediorum scriptoribus (Joh. Frid. Stahlio, Joh. Phil. Fortschio & fratre Phil. Christ. Oleario), merentur:

1. D. Christ. Kortholtus, Theol. Kilon., im weiblichen Tugendspiegel, scripto illius sacro memoriæ, Kiloniiqve A. 1682 *in 4.* edito.
2. Joh. Wildenhein, Pastor Slesvico-Fridrichsbergensis, in der Lehr- und Trostschrift über ihren Abschied, Slesv. 1683. in fol.
3. D. Joh. Dan. Major, Prof. Med. Kilon., in der himlischen Beschauung der Göttlichen allergrössesten und herlichsten Kunstkammer der gantzen Welt, so von zwey nunmehr hocherleuchteten Seelen, Ad. Oleario, und dessen ihm nachgefolgten Tochter, M. E. Niederstädtinn, ist vorgenommen, sive Poemate funebri vernaculo prolixo, Kil. 1682. in fol.
4. D. G. Morhofius in Florum ad tumulum M. E. N., matronæ incomparabilis, sparsione, sive Hendecasyllabis funebribus, ibidem A. 1682. *in fol.* impressis, ac *in Operibus Poeticis, Lib. III. Manium, p. 546. 547.*, recusis.

In hac *Florum sparsione* ab illo vocatur

Matrum gloria summa Cimbricarum,
Flos ævi melioris aureiqve,
Flos veræ pietatis & bonorum,
Qveis Deo placuit bonisqve, morum,
Flos sexus, patriæqve, conjugisqve;

In Epithalamio autem Heroico,

Docta patris docti soboles, qvæ tota Minervæ
Incumbit studiis.

Odæ sacræ vernaculæ ἀνέκδοτοι, de qvibus paulo ante dictum, a Joh. Dan. Majore etiam in suo celebrantur Epicedio, dum in nostra commendat

Den nimmer müden Geist zu beten, singen, loben,
Ja es dem David wol, an Dichten, gleich zu thun.

DANIEL NIELSEN, Flensburgensis, Pastor, ab A. 1694., in Alsensi insula, Norburgensis & Tundtoftensis, M. Apr. A. 1721. mortuus.

(1.) Utrumqve Epithalamium Morhofianum in ejus *Veneribus antiqvis, p. 8-27.*, & *Operibus Poeticis, p. 264-282.*, legitur. (2.) Prodierunt illa Hamburgi A. 1680. in fol. (3.) V. illam in Joh. Alb. Fabricii *Auctario Inscriptionum Hamburgensium Theod. Anckelmanni, p. 38. 39.*

Die zur Ruhe gehende Landes-Sonne, oder Trauerrede, bey Augusti, Hertzogen zu Holstein-Norburg, Leichbegängniß, d. 11. Oct. A. 1699., gehalten, und im wolverdienten Ehrengedächtnisse Hertzogs *Augusti* publicirt. Slesvigæ 1704. in fol.

CHRISTIANUS ALBERTUS NIEMANNUS, Sebastiani, Th. D. ac Superintendentis Ducalis Slesvigo-Holsatici, ex Elisabetha, Bernh. Fresii, Consulis Lubecensis, gnata, conjuge secunda, filius, & D. Ant. Wincleri, Consulis Lubecensis, privignus, Slesvigæ A. 1680. natus, Lubecæ autem, ab A. 1684. (qvi Parenti erat fatalis) educatus, & in Schola institutus publica, Juri, ab A. 1697., in Academiis vacavit Jenensi atqve Halensi. Ex itinere dein per Belgium (in qvo Trajecti ad Rhenum d. 4. Jul. A. 1704. J.U.D. creabatur), Angliam & Germaniam, literario Lubecam reversus locum initio inter Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ Utinensis, ac postea, cum praxi jam inclaruisset forensi, A. 1708. munus Syndici Collegii Canonicorum Lubecensium, obtinuit. Cujus permissu, non solum vicinorum simul prædiorum eqvestrium egit Justitiarium, ac Syndicum Ducatus Saxo-Lauenburgici provincialem, sed & A. 1709. Godofredi a Wedderkopf (Consiliarii postea provincialis in Cimbria Danici), in peregrinatione Germanico-Belgico-Anglica, Ephorum. V. Joh. Henr. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 124-128.* Senator urbis Lubecensis dein d. 21. Febr. A. 1722. est electus.

Disp. de Advocatorum culpa, Præside D. Henrico Michaelis proposita. Jenæ 1700. in 4.

Disp. Inaug. de Exercitio Juris Episcopalis Statibus Imperii Augustanæ Confessionis competente. Trajecti ad Rhenum 1704. in 4.

SEBASTIANUS NIEMANNUS, Lubecæ d. 2. Aprilis (in cujus locum Augustus ab Adr. Beiero (1.) substituitur) A. 1625. natus, patrem habuit Mercatorem cognominem, matrem Salomen, Joh. Stauberi, Noribergensis, civis Lubecensis, filiam, avum paternum Joh. Niemannum, Consulem in Wagria Neostadiensem, proavum vero maternum Hermannum a Dorne, eadem Lubecæ functum dignitate. Intra lares patrios privatim ab Andrea primum Zimmermanno, insulæ postea Femariensis Antistite, & deinde, ab A. 1633., in oppido Neostadiensi, a M. Theod. Niemanno, illius, antequam Slesvigam vocaretur, Pastore, patruo suo, per octennium, eo successu, institutus est continuum, ut, septendecim natus annos, in Academiam A. 1642. Rostochiensem potuerit ablegari. Studiorum in hac sacrorum atqve Philosophicorum Hodegos Joh. Qvistorpium Sen., Joh. Cohtmannum & Joach. Lütkemannum, in Regiomontana autem, ab A. 1644., Christ. Dreierum, Hartw. Wichelmannum, ac M. Huldar. Schönbergerum Philosophum oculis captum, habuit, &, exeunte deinceps anno 1646., Friderici filii studiis a D. Dav. Gloxino, Syndico Lubecensi, præfectus, Monasteriumqve, ad Panegyrin Irenicam, cum hoc, atq; discipulo, profectus, integrum illic itidem exegit biennium. Inde A. 1649. digressus, facto per Belgium itinere, Gloxinum juniorem in Academiam deduxit Juliam, Conradumqve Hornejum & (hoc mortuo) Georg. Calixtum (2.), Theologos eximios, adeptus hospites, ductu istorum, Collegarumqve Gerh. Titii ac Balth. Cellarii, omnes doctrinæ sacræ partes sibi reddidit familiarissimas, & in Historia prætertim Ecclesiastica ita profecit, ut hujus cum peritia nemo postea e Theologis inter Lutheranos coævis superaverit. Helmstadio Jenam A. 1651. abiit, &, Philosophiæ Magister d. 31. Jul. a Phil. Horstio creatus, nobiliores ejus scientias, & Historiam simul Ecclesiasticam, tyrones privatim docuit, in Theologia autem Joh. Musæum & Joh. Tob. Majorem Præceptores elegit. Ab his, stipendii, qvo hactenus fruitus erat, Schabbeliani Lubecensis Ephororum hortatu, Licentiati Theologiæ titulum, post Lectiones cursorias in Matth. XXIV. 23. ac sqq. habitas, & disputationem *de Miraculis* inauguralem, M. Oct. A. 1654. exambiit, eodemqve tempore Professionem Theologicam Academiæ Jenensis obtinuit extraordinariam. Hanc, triennio post, A. scil. 1657. (qvo etiam d. 13. Oct. Doctor est creatus, & primas simul cum Martha Justina, Joh. Melch. Forsteri, Consulis Erfurtensis, filia, cujus soror Joh. Musæo cesserat, celebravit nuptias), cum S. Literarum & Historiæ Ecclesiasticæ permutavit ordinaria, & utramqve *Oratione de Hæreticis, & modo cum iis agendi*, d. 21. Sept. recitata, ac *Disputatione de Judice controversiarum fidei*, qvatriduo post habita, auspicatus (3.), per annos XVII. egregie, nec sine famæ incremento, ornavit. Non autem soli Academiæ, cujus Rectoratu A. 1663. & 1669. functus est, inserviit, sed Superintendens etiam simul Pastorqve, ab A. 1666. (qvo Christ. Chemnitio, in hisce muneribus, per D. Nicol. Zapfium, supremum Ducatus Saxo-Vinariensis Antistitem, Dom. XIII. post F. Trin., subrogabatur (4.), fuit urbanus, ac Consistorii Ducalis Saxonici Assessor. A. 1674. tandem e Thuringia in Cimbriam a Christiano Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi (cui, M. Theod. Niemanni, patrui, Principi huic charissimi, commendatione, jam olim innotuerat), est revocatus, & ditionum suarum Superintendens generalis, aulæ Proteccclesiastes, Præpositusqve Gottorpiensis, Strandensis & Trittoviensis (5.), in Joh. Reinbohtii locum, constitutus. Qva in statione, ad obitum usqve, perseveravit, nec Jenam, cum, post Joh. Musæi excessum, A. 1682. professio Theologiæ primaria ipsi offerretur, potuit retrahi. Decertandum autem ei Slesvigæ, qvam primum illuc advenerat, fuit adversus Antoniam Bourignoniam, virginem e Flandria fanaticam, qvæ non solum suos hactenus in Cimbria, libris ibidem editis, sparserat errores, sed sedem etiam asseclarum cœtui fixam, in parte Nordstrandiæ, a Christiano de Cordt, illorum primicerio, sibi legata, constituere annitebatur. Doctrinam hujus Judicio vernaculo, scripto Georg. Henr. Burchardi adversus illam adjecto, sub examen A. 1674. vocavit compendiarium, &, ne in Nordstrandiam cum asseclis admitteretur, omnem movit lapidem, disceptationem etiam cum eadem literariam, schediasmatis aliqvot Polemicis ἀμοιβαίοις (e qvibus Bourignoniana *Parte II. Testimonii veritatis* parentis suæ prodierunt), haud pigratus instituere. Nec irritus labor iste fuit. A Principe enim suo, ut Antoniæ, nisi sancte, se nec doctrinam suam amplius divulgaturam, nec scripta ulla publicaturam, & suæ pariter atqve amicorum vitæ rationem reddituram, promitteret, bonis omnibus, si pollicitis haud staret, multandæ, insulæ istius habitatione interdiceretur, obtinuit. Ob qvem rigorem a Biographo & Encomiasta Bourignoniæ Anonymo (Pet. Poireto), *in Vitæ ejus Continuatione Gallica*, Amstelodami A. 1683. edita (6.), variis laceratus est scommatis atqve invectivis. E qvibus risu digna est inepta ad nostri cognomen (non *neminem*, sicut ille falso credidit, sed *Neandrum*, sive *Virum novum*, designans) allusio, verbis hisce scopticis (7.) proposita: *Un certain Dominus Doctor Nemo ou Nieman, qui auroit bien fait de demeurer un Nemo, un Zero, un o en chiffre, pour Mlle Bourignon, c'est à dire, de ne luy faire ni bien ni mal.* Uxores noster duas habuit, Forsteriam supra jam memoratam, Slesvigæ A. 1676., cum qvatuor ex ea liberos sustulisset, mortuam, &, qvam huic d. 7. Maji A. 1677. subrogavit (8.), Elisabetham, Bernh. Frisii, Senatoris Lubecensis, filiam, Christianum Albertum postea J. U. Doct. & Collegii Canonicorum Lubecensium Syndicum & Fridericam Æmiliam sibi enixam, seqve defuncto D. Ant. Winclero, Consuli Lubecensi, secundis A. 1705. sociatam nuptiis. Obiit autem Theologus doctissimus pariter atqve moderatissimus, Slesvigæ, d. 6. Mart. A. C. 1684., ac ætatis 59., & successorem, in Ecclesiarum Cimbriæ Ducalium Ephoria, nactus est Casp. Herm. Sandhagium, Antistitem hactenus Lüneburgensem. Plura,

(1.) *in Syllabo Professorum Jenensium p. 407.* (2.) V. *Theses* ejus *de Justificatione*, Calixto hospiti A. 1650. inscriptas. (3.) V. Beierum *l. c., p. 407. 408.* (4.) V. D. Nicol. Zapfii Investitur-Predigt D. Sebastiani Niemanns zur Jenischen Superintendentur, aus dem Evang. am XIII. Sontage nach Trin., Jenæ A. 1668. *in 4.* excusam. (5.) V. Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 2., p. 103. 194.* (6.) *c. 25., §. 9., p. 380., & c. 28., p. 425-430.* (7.) *l. c., c. 25., p. 389.* (8.) V. D. Christ. Kortholti *Epistolam de nuptiis bis secundis ad illum Gamicam*, Kilonii A. 1677. *in fol.* excusam.

Plura, ad vitam ejus spectantia, suggerent Bened. Martini, Past. Slesvicensis, Sermo in Dan. XII. 3. funebris Germanicus, sub titulo Des von GOtt ewig wol belohnten Lehrers Slesvigæ A. 1684. *in fol.* excusus, M. Adr. Beieri *Syllabus Rectorum ac Professorum Jenensium*, A. 1659. editus, *p. 497. 498.*, M. Joh. Casp. Zeumeri *Vitæ Theologorum Jenensium*, *p. 207-212.*, & D. Henr. Pippingii (Zeumerum secuti) *Sacer Decadum memoriæ Theologorum renovatæ Septenarius, Dec. I., n. 2., p. 13-17.*

Conferri etiam, præter alios jam ante laudatos, possunt Epicedia varia (Kiloniensibus, qvod D. Christ. Kortholtus, in suo, φιλαργυρίαν defuncto subobscure exprobrasse crederetur, per hæredes, uti ab ipso Kortholto accepi, suppressis) Slesvigæ A. 1684. edita, Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII., ad A. 1684.*, Erdm. Uhsei *Vitæ Theologorum Sec. XVI. & XVII. Germanicæ p. 835. 836.*, Jac. le Long *Pars II. Biblioth. sacræ p. 693.*, & Georg. Henr. Götzii *Specimen Bibliothecæ Anti-Pontificiæ clarorum Lubecensium p. 13. 14.*

ELOGIA.

Christ. Kortholtus, in Vitæ suæ historia (*Programmati Rostochiensi, Disputationi suæ Inaugurali præmisso, inserta*), *Virum* eum vocavit *accuratissime doctum*, seqve illius *in Historia Ecclesiastica informatione Jenæ, magno cum successu, esse usum*, est professus.

Joh. Seb. Mitternachtio (*Disp. VI. de Spir. S. p. 36.*) *celeberrimi* audit *nominis Theologus*.

Joh. Frid. Mayero (*in Sermone funebri Germ., D. Abr. Calovii memoriæ sacro, p. 6.*) ein hochverdienter Mann.

Eberh. Rud. Rohtio, Prof. Ulmensi (*in Or. funebri, Andr. Wigando habita, p. 2.*), *Theologus nemini eloqventia, prudentia, gravitate cum comitate conjuncta, ac eruditione, secundus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Homine, Præside M. Jerem. Nigrino, Scholæ Rostoch. Rectore. Rostochii 1643. in 4.

Disp. de Deo, & attributis divinis, Præside D. Conr. Hornejo. Helmstadii 1649. in 4.

Theses de Justificatione hominis peccatoris coram judicio Dei, Præside D. Gerh. Titio. Ib. 1650. in 4.

Disp. de Sacramentis & Baptismo, Præside D. Balth. Cellario. Helmst. 1650. in 4.

Disp. de Indulgentiis Papalibus, Præside D. Joh. Musæo. Jenæ 1652. in 4. Auctior & emendatior recusa ibidem A. 1656. in 4.

Diss. Inaug. de Miraculis, utrum ex illis doctrinæ vel Ecclesiæ Pontificiæ veritas probari possit, Præside D. Joh. Musæo. Jenæ A. 1655., & auctior ibidem A. 1670. ac 1702. in 4. *Accurata* vocatur a Chr. Kortholto *in Thaumatographia p. 112.*

Disp. de Spiritu Sancto. Jenæ 1655. & 1671. in 4.

Disp. de Judice controversiarum fidei, pro loco in Facult. Theol. d. 25. Sept. proposita. Jenæ 1657. in 4.

Disp. de Vocatione Ministrorum Ecclesiarum, Augustanæ confessioni addictarum, Pontificiis, imprimis Jesuitis, opposita. Jenæ 1657. & 1672. in 4.

Disp. de Receptaculis & statu Animarum separatarum. Jenæ 1658. in 4. Recusa *in Fasciculo scriptorum rariorum Theologicorum de statu animæ post mortem*, Francofurti A. 1692. *in 8.* edito.

Disp. de Merito bonorum operum, contra Rob. Bellarminum. Jenæ 1659. in 4.

Disp. de Personarum divinarum distinctione, & qvænam illa sit. Jenæ 1660. & 1665. in 4.

Disp. de Justificatione. Jenæ 1662. in 4.

Disp. de æterna Infidelium Reprobatione. Jenæ 1662. in 4.

Disp. de Pædobaptismo. Jenæ 1663. in 4.

Biga qvæstionum de Paschate σταυρωσίμῳ. Jenæ 1663. in 4.

Disp. de Visione diei Christi, ab Abrahamo desiderata, seu Exegesis loci Joh. VIII. 56. Jenæ 1663. in 4.

Disp. de Canonizatione Sanctorum Pontificia. Jenæ 1664. in 4.

Compendii Theologici Theoretico-Practici primæ lineæ, de Theologia ipsa & S. Scriptura, illo Præside, a Franc. Taüchlero, Lubecensi, Autore, propositæ. Jenæ 1664. in 4.

Disp. de Bonis operibus. Jenæ 1665. in 4.

Disp. de Viribus liberi arbitrii in conversione. Jenæ 1665. in 4.

Disp. de Reliqviis Christi & sanctorum, earumqve cultu. Jenæ 1666. in 4. (Commendatur a Thoma Stegero *in Diss. Inaug. de Ortu & progressu cultus Reliqviarum, §. 8.*)

Specimen vanarum meditationum Jac. Masenii, Jesuitæ Coloniensis, ex ejus *Meditata Concordia Protestantium cum Catholicis, in una fidei confessione, ex S. Scriptura desumpta*, Disput. publica propositum. Jenæ 1666. in 4.

Atheus refutatus, & ad veram religionem conversus; seu Tractatus de Atheis, qvomodo illi rationibus firmissimis refutari, & ad religionis Christianæ agnitionem adduci, possint & debeant, illo Præside, a Christophoro Joachimo Jani, Hannoverano, Autore, ad disputandum propositus. Jenæ 1668. in 4. Seqvius Morhofii de hoc judicium V. *T. III. Polyhist., Lib. V., p. 49.*

Disp. de principio Theologiæ. Jenæ 1668. in 4.

Disp. de Satisfactione Christi. Jenæ 1668. in 4.

Disp. de legitima Vocatione ministrorum Ecclesiæ. Jenæ 1668. in 4.

Disp. de mysterio Israelis salvandi, e Rom. XI. 23. & sqq., Resp. M. Joh. Dan. Vietore, Hasso (*Ecclesiasta postea Lubecensi*). Jenæ 1668. in 4.

Disp. de Hæresi Nicolaitarum, ex Apoc. II. 15., illo Præside, ab Autore M. Eberh. Rud. Rohtio, Ulmensi (Gymnasii postea patrii Professore), proposita. Jenæ 1668. in 4. Auctior recusa ibidem A. 1679. in 4.

Disp. de duobus Testibus vivis passionis Dominicæ. Jenæ 1668. in 4.

Disp. de Testamentis Veteri & Novo, eorumqve discrimine. Jenæ 1669. in 4.

Disp. de sanctissimo Trinitatis mysterio. Jenæ 1669. in 4.

Disp. de Communicatione Idiomatum. Jenæ 1669. in 4.

Disp. de Libero arbitrio. Jenæ 1669. in 4.

Disp. de JEsu mortuo & sepulto, ex Es. LIII. 9. Jenæ 1669. in 4.

Disp. de distinctis Pontificiorum in Inferno classibus. Jenæ 1669. & 1689. in 4.

Disp. de Libellaticis. Jenæ 1669. in 4. Recensum ejus V. in Wilh. Ern. Tenzelii (*docte* illam *elaboratam esse* judicantis) *Dialogis menstr. Germ., M. Jun. A. 1695., p. 498. 499.*

Disp. de Sacramentis in genere. Jenæ 1670. in 4.

Disp. de Inscriptione electorum in librum vitæ. Jenæ 1670. in 4.

Harmonia Evangelica Historiæ passionis JEsu Christi, illo Præside, ab Autore, Casp. Sagittario (Theol. postea Doctore & Hist. Prof. Jenensi), proposita. Jenæ 1671. in 4. Auctior, & in libros III. a Sagittario divisa, ibidem A. 1684. *in 4.* prodiit.

Disp. de Jejunio Christi qvadragesimali. Jenæ 1671. in 4.

Disp. de Christi derelicti qverela in cruce: *Eli Eli Lamah Sabachtani.* Jenæ 1671. in 4.

Disp. sistens divitem & Lazarum, seu qvæstionem: An Christi de divite & Lazaro narratio sit Parabola, an vera historia, & qvem utriusqve statum Christus eadem adumbrare voluerit. Jenæ 1671. in 4.

Disp. de Concilii Niceni primi autoritate & integritate, contra Dan. Zwickerum, Manichæum, & Christoph. Sandium, Arianum, illo Præside, ab Autore, Joh. Gvilh. Baiero, Noribergensi (Theol. postea Prof. Jenensi), proposita. Jenæ 1671. in 4. Recusa ibidem A. 1695., in Baieri *Decade I. Disputt. Theol. Jenensium, num. 1.*

Disp. de Fide incarnata, B. Luthero emphatice sic dicta, Resp. M. Joh. Ern. Bütnero, Kirchaina Lusato. Jenæ 1673. in 4.

Disp. de Fide Pontificia non fide. Jenæ in 4. (*Catal.*)

Programmata Academica, diversis annis edita.

Disputationes Inaugurales, illo Præside habitæ:

Joh. Georg. Zenckeri de Deo triuno & Christo θεανθρώπῳ. Jenæ 1663. in 4.

Fridemanni Bechmanni, Prof. Theol. Jenensis, de Verbis institutionis Cœnæ Dominicæ, contra Edmundum Albertinum. Jenæ 1668. & 1697. in 4.

Severi Christoph. Olpii, Superint. Römhild., de Antichristo, contra Hilarii a S. Anastasio, Carmelitæ, Uhralte rechte Catholische Glaubensstrasse. Jenæ 1668. in 4.

Joh. Aug. Olearii, Superint. Sangerhusani, Alethologia infallibilis, ab æterno patris Λόγῳ Joh. XVII. 17. revelata. Jenæ 1672. & 1687. in 4.

Joh. Gvilh. Baieri, Noribergensis, Prof. Theol. Jenensis, contra Dialogos Viti Erbermanni, Jesuitæ, inter Lutherum & Arium, fictitiis ejus *Trophæis* insertos. Jenæ 1673. in 4. Recusa *Decade II. Disputt. Theol.* Baieri, Jenæ A. 1698. *in 4.* impressa, *num. 1.*

II. GERMANICA.

Sendschreiben der Lutherschen Studenten an den Jesuiten, Jodocum Kedden. Jenæ 1654. in 4. Scheda ἀδέσποτος, qvam illi deberi M. Trog. Arnkielius me docuit.

Kurtze Ablehnung etlicher falschen Auflagen, und unbefugten Beschüldigungen, welche der Jesuite Jod. Kedde, in seinem neuen Evangelischen Kelterhause, wieder Lutherum, und dessen Lehre, fürzubringen ihm hat gelüsten lassen. Jenæ 1654. in 4.

Verlegene alte Lumpen, welche von unserseits Theologis schon längst sind verworfen, anietzo aber, bey dem Reichstage zu Regenspurg, von dem Jesuiten Jod. Kedden feilgetragen werden, auß seinen bißher außgesprengten Schriften kürtzlich zusammengezogen. Jenæ 1655. in 4. (Scriptum hoc, cum præcedenti, commendatur in Chr. Kortholti *Anti-Frommio p. 123. 124.*)

Augenscheinlicher Beweiß, daß Joh. Laur. Holler, in seiner, A. 1655. außgesprengten, und den alten Lumpen entgegengesetzten, Chartecke, Lutherischer Bettelmantel genandt, die alte Lästerungen Jodoci Kedden nicht habe verthädigen können, sondern verstummen müssen. Jenæ 1656. in 4.

Der Christen hiesige Pilgramschaft und himlische Bürgerschaft, oder Leichpred. über M. Balth. Mittelstäd von Stralsund, auß Hebr. XIII. 14. Jenæ 1667. in 4.

Leichpr. über Christ. Henr. Frisium, Stud., auß Ps. LXXIII. 25. 26. Jenæ 1667. in 4.

Christl. Sterbenslust, oder Leichpr. über D. Joh. Ern. Gerhardum, Theol. Prof. Jen., auß Phil. I. 23. Jenæ 1668. in 4.

Der mit Klage und Wehe angefüllete Brief Ezechielis, oder Leichpr. über Ant. Victor von Plate, Stud., auß Ezech. XI. 8. & sq. Jenæ 1668. in 4.

Des menschlichen Lebens Nichtigkeit und Flüchtigkeit, oder Leichpr. über Jac. Annisium, J. U. Stud. Jenæ 1668. in 4.

Traur- und Gedächtnißpredigt über Fridrich Wilhelm, Hertzogen zu Sachsen, auß 1. Macc. XIV. 4-15. Jenæ 1669. in fol.

Des Menschen ungewisse und unglückliche Zeit, oder Leichpr. über Joach. Cästnern von Treptou, Stud., auß Eccl. IX. 12. Jenæ 1669. in 4.

Pauli Valet- Triumpf- und Siegeslied, oder Leichpr. über Anna Margareta Forsterinn, D. Joh. Musæi, Theol. Prof., Ehfrau, auß 2. Tim. IV. 7. 8. Jenæ 1670. in 4.

Zwey Prob- und Anzugspredigten, zu Jena den X. und XIV. Sontag nach Trinit. A. 1666. gehalten. Jenæ 1670. in 4.

Apostolischer Lebenslauf, oder Leichpr. über D. Joh. Theod. Schenckium, Med. Prof., auß Phil. I. 21. Jenæ 1671. in 4.

Leichpr. über Georg Sengenwald, Buchdruckern. Jenæ 1671. in 4.

Bewährtes Recept wieder den frühzeitigen Todt des Gerechten, oder Leichpr. über D. Joh. Arn. Friderici, Med. Prof., auß Sap. IV. 8. 9. 10. Jenæ 1672. in 4.

Geistliche Sehnsucht nach dem Schatten und Ende der Arbeit, oder Leichpr. über D. Christoph. Phil. Richtern, Jur. Prof. Prim., auß Job. VII. 2. 3. 4. Jenæ 1673. in 4.

Eines rechtschaffenen Christen beständiges Vertrauen und Gedult im Kreutze, oder Leichpr. über Georg. Frid. Kirchbauern, Stud., auß Hebr. X. 35. 36. 37. Jenæ 1673. in 4.

Sermones alii funebres vernaculi complures, Jenæ, ab A. 1667. ad 1673., *in 4.* editi.

Theologisches Bedencken von Antonettæ Bourignon Irrthümern. Legitur in editione secunda *Animadversionum* Germanicarum M. Georg. Henr. Burchardi in ejusdem Bourignoniæ errores, Hamburgi A. 1674. *in 8.* excusa, *p. 209-226.*

Christliche Friedens- und Freudenpredigt, an dem, von ihrer Fürstl. Durchl. zu Holstein-Gottorf, nach geschlossenem Frieden, verordneten Danckfeste, Dom. II. Epiphan., auß dem ordentlichen Evangelio, Joh. II. 1. & seqq., gehalten. Slesvigæ A. 1680. in 4.

INEDITA.

Collegium in Evangelium Johannis, e qvo se partem monitorum Practicorum, *Commentario* suo in idem Evangelium *Anti-Grotiano* subjunctorum, maximam deprompsisse D. Christ. Nifanius, in hujus *præfatione*, fatetur.

Comm. in Acta Apostolorum, qvem vidua Lubecam secum detulit, Christ. Alb. filius ibidem asservat, & D. Aug. Pfeifferus editione dignum judicavit. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1704., p. 196.*, & J. H. a Seelen *P. III. Ath. Lub. p. 125.*

Expositio

Expositio difficiliorum S. Scripturæ locorum, Jenæ publicis proposita lectionibus, & in Autoris *Disp. de divite ac Lazaro*, atqve alibi, allegata.

Historia Ecclesiastica, in Collegio privato. Jenæ A. 1658. tradita, qvam luce publica dignissimam esse censet Justus Christoph. Udenius *in Nova ratione excerpendi p. 32.* Qvæ si eadem est, uti El. Vejelius, Joh. Fechtius, aliiqve, sunt opinati, cum *Historia N. T. Ecclesiastica*, sub D. Christ. Kortholti, Theologi Kiloniensis (Prælectionum istarum Niemanni Jenensium olim auditoris), velut Autoris genuini, nomine, a filiis Kortholti, Lipsiæ A. 1697. & Hamburgi A. 1708. *in 4.*, edita, voto Udenii satisfactum ab istis ignaris jam esse videtur. Confer, qvæ fusius de illa, suo loco, in Kortholti scriptorum narrabuntur historia.

Historia Reformationis Ecclesiæ, per Lutherum factæ, publicis proposita lectionibus, qvam Joh. Musæus, *in Programmate de vita Georg. Götzii inaugurali*, & M. Henr. Ern. Treiberus in der Jubeljahrs Posaune des *Concordienbuchs, p. 158.*, laudarunt.

Vitæ Theologorum Seculi XVI. Lutheranorum, Jenæ lectionibus A. 1663. expositæ publicis, qvas Treiberus, *l. c. p. 3. 22. 27. 42.*, *& alibi*, ac Reinh. Henr. Rollius, *in Bibliotheca nobilium Theologorum p. 87.*, allegant.

Oratio auspicalis de Hæreticis, qva ratione cum iis in Ecclesia sit agendum, Jenæ, d. 21. Sept. A. 1657. recitata. V. M. Adr. Beieri *Syllabum Professorum Jenensium p. 498.*

Scripta nonnulla adversus Antoniam Bourignoniam ἀμοιβαῖα, qvorum in vita nostri, e Pet. Poireti *Continuatione Biographiæ Bourignonianæ Gallicæ (c. 28., p. 425. & seqq.)*, jam facta est mentio.

M. THEODORUS NIEMANNUS, Neostadii in Wagria, d. 11. Nov. A. 1601., natus, patrem habuit M. Henr. Niemannum, oppidi istius Pastorem, matrem vero Christinam Fickeniam. Puer scholam freqventavit Slesvicensem, & ab avia, Diet. Niemanni, tonsoris aulici, conjuge, cujus erat domesticus, ædes templi Cathedralis, qvæ isto reparabantur tempore, Pastorales ipsum aliqvando incolam habituras, præsagio haud vano, jam tunc est edoctus. Sumptu deinde Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, cum in Gymnasio Bordesholmensi, tum in Academiis Rostochiensi (ab A. 1621.) & Witebergensi (ab A. 1624.), institutus, parenti defuncto A. 1625., in urbis Neostadiensis, D. Christ. Sledano autem A. 1647., in Basilicæ Slesvicensis, successit Pastoratu, summaqve pietate ac vitæ integritate, doctrinæ juncta solidiori, non alios solum auditores, sed ipsum etiam Christianum Albertum Principem, sibi conciliavit. A qvo, sicut a genero accepi, Superintendentis etiam Ecclesiarum suarum omnium dignitas, ipsi, si D. Joh. Reinbohtio fuisset superstes, destinata, cum ante hunc, d. 11. Mart. A. C. 1666., ac ætatis 65., noster obiisset, ejus ex fratre nepoti, D. Seb. Niemanno (*qvem modo celebravimus*), qvod a defuncto sibi esset commendatus, A. 1674. est collata. Moriens duos filios (qvorum alter Ecclesiastes factus est Neostadiensis, alter vero Protonotarius Rostochiensis), & qvatuor filias, Joh. Langemakio, Pastori Neostadiensi, M. Pet. Petræo, Concionatori aulico Husensi, M. Georg. Thammio, Parocho Eckernfördensi, & Georg. Volchardo, aulæ itidem Husensis Ecclesiastæ, hujusqve in thoro successori, M. Trogillo Arnkielio, Præposito Apenradensi (cui hactenus de socero relata debentur), elocatas, e fœcundo cum Ida, Joh. Florii, Parochi in Wagria Grubensis, gnata, A. 1630. ducta, conjugio, reliqvit superstites. Extinctum M. Georg. Henr. Burchardus, Collega, non Inscriptione solum funebri encomiastica, Slesvigæ A. 1666. *in 4.* excusa, sed hoc etiam, celebravit, tetrasticho, effigiei, prope ambonem Sacrum Basilicæ Slesvicensis collocatæ, subjecto:

Tanta serenatæ si fulsit gratia frontis,
Qvanta fuit mentis gratia, qvale decus?
Te qvoties cernit viva sub imagine templum,
Non potis est laudis non meminisse tuæ.

A D. Christ. Kortholto, in Vitæ suæ historia, *Programmati* inserta *inaugurali*, *Vir* vocatur, *ut doctissimus, sic rara pietate & candore conspicuus*, in *Epistola* autem *ad D. Seb. Niemannum Gamica*, A. 1677. edita, *Vir decantatissimæ pietatis, doctrinaqve, candore & comitate non minori.*

Disp. de Philosophiæ definitione & divisione, ejusdemqve usu & applicatione, Præside M. Henr. Vulpio. Rostochii 1622. in 4.

Disp. de gloriosa Jesu Christi resurrectione a mortuis, Præside D. Valent. Legdæo. Rost. 1624. in 4. (*Commendatur a M. Frid. Damio, in Dial. de Resurr. mort. p. 85.*)

Christiana Charitum triga, seu Disp. de fide, spe & charitate, Præside D. Balth. Meisnero. Witeb. 1625. in 4.

Paß- und Friedenszettel, oder Leichpredigt über Joh. XVIII. 8. Slesvigæ 1654. in 4.

Geistliche Kaufmannschaft, oder Leichpred. über Peter Petersen, Kramer, aus Ps. XCI. 14. 15. 16. Slesv. 1663. in 4.

JOHANNES NIHUSEN, Lubecensis.

Ortus stellæ felicis, sive Oratio, memoriæ Mariæ Elisabethæ Holsaticæ, Ludovici, Hassiæ Landgravii, conjugis, consecratæ, qvæ, *in Theatro Principalis pulchritudinis*, qvinqve Orationes de Principe hac funebres, ductu D. Phil. Lud. Hannekenii habitas, exhibente, Giessæ A. 1665. *in fol.* prodiit.

JOHANNES NOLTO, Brunsbüttela Dithmarsus, Med. D. & in civitate Lubecensi, circa A. 1690., Practicus, Physicusqve ejusdem, circa A. 1698., ordinarius, ac, ab A. 1708., primarius, A. 1711. defunctus. V. En. Svantenii *Programma funebre.*

Henr. Muhlii in nuptias ejus tertias, A. 1690. celebratas, Epithalamium, *in Appendice Convivii eruditi, p. 86-96.*, legitur.

SCRIPTA EDITA.

Catalogus renovatus omnium Medicamentorum, tam simplicium, qvam compositorum, Galenicorum & Chymicorum, aliarumqve rerum, in officinis Lubecensibus venalium. Lubecæ 1705. in f. obl.

Medicinische Lobrede des von vielen Jahren her hochberühmten Theriaks, worinn von dessen Uhrsprunge, Nahmensbenennung, herlichen ingredientien, und preisbahren Nutzen, aus alten und neuen Autoribus, gehandelt wird. Lubecæ A. 1702., & auctior A. 1706., in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Maj. A. 1702., p. 151., & M. Dec. A. 1706., p. 383.* Recusa etiam est Lipsiæ A. 1718. in 4.

INEDITA, qvæ prælo parata esse *in Novis Lit. Lubec., M. Majo A. 1702., p. 151.*, traduntur.

Historia Josephi.

Gazophylacium Medico-Pharmacevticum.

Sylloge Observationum Chirurgico-Medicarum.

Dispensatorium Pharmacevticum Lubecense, omnium Medicamentorum, tam simplicium, qvam compositorum, Galenicorum & Chymicorum, aliarumqve rerum, in officinis Lubecensibus vendibilium, nomina, descriptiones, præparationes & Etymologias, e variis autoribus, exhibens; cujus σκιαγραφίαν aliqvam *Lubecensium Novorum* Collectores, insigni illud simul ornantes elogio, *M. Jan. A. 1700., p. 32.*, suggerunt.

Historia Physicorum, sive Poliatrorum, urbis Lubecensis, qvam Georg. Frid. Neumannus (*in Orat. de favore Lubecensium in exteros p. 17.*) ab eo jussit expectari.

MARTINUS NORDANUS, Lubecensem se esse in Epithalamio, mox allegando, professus, Rostochii A. 1591., & Gertrudem Dobbiniam duxit uxorem (1.), & Juris utriusqve Doctor ab Henr. Camerario est creatus (2.), privatisqve ibidem acroasibus illius notitia tyrones aliqvamdiu imbuit (3.). Lubecam deinde revocatus, reipublicæ Syndicatum A. 1608. obtinuit, legatus illius A. 1610. in aulam abiit Danicam, & die tandem 28. vel 29. Octobris A. 1620., uti *in Novis Lubecensibus literariis* (4.), *Compendio Chronici Lubecensis Kirchringio-Molleriano* (5.), ac Jacobi a Mellen *Indice Ordinis Lubecensis senatorii MSto*, traditur, vivis excessit. Qvorum relatio an cum *Epistola* Joh. Sibrandi, JCti Rostochiensis, qva is A. 1623. suam *Juris Lubecensis enucleationem* ipsi, cæterisqve Lubecæ Consulibus, Syndicis ac Senatoribus, inscripsit, *dedicatoria* conciliari qveat, alii dispiciant. Conf. de illo Joh. Melch. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 304.*, ubi & liberi ejus enumerantur.

Carmen in nuptias M. Joh. Pauli, Sverinensis. Rostochii A. 1575.

Disp. Inaug. de Debitis. Rost. A. 1591. (*Mentio ejus occurrit in Joh. Fusii Epithalamio, ipsi scripto.*)

Epigramma de Rosis, imagine vitæ humanæ, cum Octosticho in Jani Gulielmii *Rosas*, in Gulielmii *Poematis*, Lignicii A. 1603. *in 8.* editis, *p. 106. 107.*, absqve Octosticho autem in Casp. Dornavii *Amphitheatro sapientiæ jocoseriæ*, Hanoviæ A. 1619. *in fol.* impresso, *T. I.*, *p. 194.*, obvium.

BERNH. ARN. NOTTELMANNUS, Hermanni, scholæ Lubec. Rectoris, filius, & Successoris istius, Abr. Hinckelmanni, privignus, Lubecæ d. 7. Mart. A. 1672. in lucem editus, & Med. Doctor Trajecti ad Rhenum A. 1693. renunciatus, Practicus fuit initio, circa A. 1694., Hamburgensis, deinde vero urbis in Marchia Brandeburgica Gardelegiensis, ab A. 1696., Tractus in Ducatu Lüneburgico Giffhornensis, ab A. 1698., & Danebergici, ab A. 1704., Physicus, tandemqve, ab A. 1705., Civitatis Lüneburgensis Poliater, ac simul, ab A. 1707., Principis viduæ Cellensis Archiater.

Symb.: *Omnia in Jesu crucifixi honorem.*

Plura de vita illius suggeret J. H. a Seelen *Pars III. Athenarum Lubecensium p. 382-385.* Ubi Joh. Wilh. Schmidius etiam, Pastor in Comitatu Dannebergico Widelensis, sanitati per eum restitutus, scriptum in honorem ipsius, & Medicæ artis, peculiare Lüneburgi A. 1705. *in fol.* edidisse perhibetur.

Disp. Inaug. de Melancholia. Trajecti ad Rhen. 1693. in 4.

Kurtze und deutliche Vorstellung von der ietzo herum vagirenden Seuche und Bewahrung dawieder. Lüneb. 1713. in 4.

Sylloge Programmatum Herm. Nottelmanni parentis, & Abr. Hinckelmanni vitrici, junctim excudendorum, ab eo est promissa.

JOHANNES NUMMENSEN, Strandfrisius, Parochiæ in Nordstrandia, insula natali, Bupseensis Diaconus, officio hoc, qvod seditiosis popularium, de milite Cæsareo in patriam haud admittendo, interfuisset consultationibus, scribamqve illorum egisset, d. 6. Nov. A. 1628., a Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, abstinere est jussus, a Christiani IV., Regis Danici, Commissariis, d. 13. Maji A. 1629., ei restitutus, paulo post vero a Friderico iterum deturbatus, tandemqve, facta deprecatione publica, d. 17. Dec. A. 1629., denuo ad istud admissus. In Cataclysmo Nordstrandiæ fatali, d. 12. Oct. A. 1634., aqvæ immersus, cum 490. Parochianis, periit. V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis c. 15., p. 377. 378. 388. 394. 398. 399., & c. 19., p. 494. Edit. primæ*, & J. M. Kraftii zweyfaches Jubel-Gedächtniß *p. 408.*

Bericht von denen über die Insul Nordstrand A. 1612. und 1615. ergangenen Wasserfluhten; Libellus MS., qvi ab Heimreichio, *l. c., c. 16., p. 417.*, & *in Autorum Indice, editioni secundæ præfixo*, allegatur.

O.

BERNHARDUS OELREICH (qvem Henn. Wittenius (6.) *Germanum* vocat, Scriptoribus autem Hamburgensibus Otto Sperlingius Jun. & Joh. Teclenburgius, in suis illorum Indicibus MStis, mihi transmissis, perperam annumerant, Itzehoæ, A. 1626., a matre, Hamburgo ob negotia qvædam illuc profecta, in lucem est editus, studiis Hamburgi, Hafniæ & Rostochii (ubi Magister creabatur), incubuit, professionemqve initio Lingvæ Græcæ in Academia Daniæ Sorana extraordinariam obtinuit. Post reditum deinde ex itinere Batavico, A. 1651. Pastor factus est in Scania Aashemiensis, A. 1664. aulicus Holmiæ Svecorum Ecclesiastes, tituloque Doctoris Theologi d. 27. Apr. 1665. Gryphiswaldiæ reportato, Academiæ Scanorum Londinensis Procancellarius, ac S. Literarum Professor primarius, A. 1668. Bremæ tandem a Svecis Superintendens ac Templi cathedralis Pastor, incertum qvo anno, constitutus, d. 30. Martii A. 1686. æt. 60. obiit. V. *Lexicon Eruditorum compendiosum Germanicum* (Lipsiæ A. 1715. editum) *p. 1507.*

Disp. de Testamento Christi non violando. in 4. (*Catal.*)

Disp. de Angelo. Londini Scanorum A. 1672. in 4. (*Biblioth. Resen.*)

Disp. de S. Scriptura. - - } (*V. Wittenium l. c.*)
Disp. de Ecclesia Lutherana. }

Vale Bremense, seu Oratio valedictoria. in fol. (*Catal.*)

Sermones funebres Germanice, teste Wittenio (*l. c.*), editi.

Vorrede über Annæ Elisabethæ, Freyinn von Schleebusch, Geistliche Ehrenpforte, derselben beygedruckt. Bremæ A. 1677. & Lipsiæ A. 1705. in 8. V. de illa Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 7. A. 1705., p. 438.*

HENRICUS OELSEN, Arithmeticus Hamburgensis.

Neues, kurtzes und wolgegründetes Arithmetisches Büchlein, in drey Theilen. Hamburgi 1673. in 8.

THEODORUS ab OESEDE, Flensburgensis, Gerhardi, Consulis Urbani, e Catharina Lorichia filius, A. 1585. in lucem editus, e patriæ Lyceo, Themidi litaturus, A. 1606. (7.) in Academiam Witebergensem, & inde, testimonio Frid. Taubmanni instructus egregio, in Rostochiensem (Joh. Kirchmannum hospitem ipsi largitam), deinceps autem A. 1612. in Giessenam, A. 1613. in Tubingensem, & A. 1614. in Jenensem, abiit. Biennio in hac exacto, & Collegiis Juridicis privatis, Antecessorum permissu, institutis, Argentinam A. 1616., Ernesti Ludovici, Comitis Mansfeldici, præfectus studiis, migravit, ab A. 1619. autem, cum Stralendorfio, Eqvite Megapolitano, suæ commisso fidei, & Con-

(1.) V. Mart. Chemnitii Jun., & aliorum, *Epithalamia*, Rostochii A. 1591. *in 4.* excusa. (2.) V. Val. Schachtii *Progr. fun.* Camerario scriptum, in H. Wittenii *Dec. I. Memor. JCtorum p. 8.*, & *N. L. Lubec. A. 1701., p. 220.* (3.) Teste Joach. Cüstero *in Or. parent. de Luca Bacmeistero Jun.* (4.) *M. Majo A. 1700., p. 157.* (5.) *p. 291. 292.* (6.) *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII. ad A. 1686.* (7.) V. Gottfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. Ll. 4. a.*

& Consiliariis postea adscripto Cæsareis, Galliam, aliasqve regiones exteras, peragravit. Rostochium inde reversus, conjugem A. 1621. elegit Annam, Nicolai Willebrandi, J. U. D. & Philos. Pract. Professoris, filiam, Arn. Bötticheri, J. U. D. & Consulis Wismariensis, privignam, ac Frid. Heinii, Antecessoris Rostochiensis, neptem, qvatuor sibi filios, totidemqve filias, enixam (1.). A. 1622. J. U. D. ibidem est renunciatus, & Advocatus fisci Protodicasterii provincialis Sternbergensis a Ducibus (qvorum etiam Consiliariis a D. Joh. Bacmeistero (2.) accensetur) constitutus Megapolitanis. Sternberga, ob ærumnas bellicas, Rostochium se denuo A. 1637. recepit, & istic, cum, qvadriennio seqventi, non privatim solum juventutem legum studiosam instituisset, sed vices etiam D. Laur. Stephani in prælectionibus obiisset publicis, M. Dec. A. C. 1641., & ætatis 56., expiravit. Plura de vita ejus D. Joh. Qvistorpii Sen., Theologi Rostochiensis, *Programma*, qvod secuti sumus, docebit *funebre*. Conf. J. H. a Seelen, Taubmanni de illo Testimonium (e Rectoratu A. 1608. p. 98. & sq.) recitantis, *P. III. Athen. Lubec. p. 128. 129. 130.*

(Anagramma in eum Barth. Bilovii *Lib. 7. Anagrammatum* illius, *f. 103. a.*, legitur.)

Disp. de Jure dotium, Præside D. Ern. Cohtmanno proposita. Rostochii in 4.

JOHANNES CHRISTOPHORUS ÖHLERS, Lubecensis, Scholæ trivialis in urbe Flensburgensi Nicolaitanæ Moderator, & deinde, ab A. 1721., Jacobææ Hamburgensis Arithmeticus, in Societate illic Arithmetica Observantis adeptus agnomen.

Offene Schreibschule, in welcher die edle Schreib-Kunst, vermittelst verschiedener, so Teutscher, als Dänischen, Lateinischen, Französischen, Holländischen und Italiänischen Schriften, curieuser Fracturen und Zugwercke, in Kupfer-Figuren, der Jugend angewiesen wird. A. 1717. in 4.

Nova Arithmetica mercatoria, oder neues Kaufmännisches Rechenbuch. Hamburgi 1724. in 8.

CONRADUS OLDE, sive OLDIUS, Hamburgensis, Phil. Magister, in Academia, ab A. 1653. ad 1657., commoratus Rostochiensi, & Theologiæ deinde Licentiati titulo Gryphiswaldiæ, eodem A. 1657., post habitas Lectiones in Ps. XCI. cursorias, & Disput. *de Simonia* inauguralem, a D. Joh. Beringio ornatus.

Meteorologiæ Pars prima, Meteora complectens ignita, Disputationibus V. proposita. Rostochii, ab A. 1653. ad 1657., in 4.

Exerc. Metaph. de Bonitate. Rost. 1654. in 4.

Triumphus Davidis, in Israelis fontibus incorrupti, in Libro I. Psalmorum turbidum Tridentinorum Avthenticum ostendens, Præside D. Aug. Varenio. Rost. 1655. in 4.

Disp. de Sabbatho, ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Georg. Dorscheo defensa. Rost. 1657. in 4. Recensum ejus prolixum D. Joh. Fechtius, *in Prolegomenis Commentarii in IV. Evangelia Dorscheani, lit. m. 3. b - p. 3. a.*, exhibuit.

Dissertationes Christologicæ. Rost. 1657. in 4. (*M. C. K.*)

Disp. de Infallibilitate formalitatis conseqventiarum in secunda & tertia figura. Rostochii 1657. in 4.

Disp. Ethica de principiis Actionum humanarum, qvatenus ex iis bonitas ac malitia moralis æstimari potest. Rost. 1657. in 4.

Disp. de domicilio, victu & amictu Johannis Baptistæ. Rost. 1657. in 4.

Disp. Theol. Inaug. de Simonia, ex Act. VIII., Præside D. Joh. Beringio. Gryphiswaldiæ A. 1657. in 4. Recusa Svobaci A. 1692. in 4.

M. HENRICUS OLDENIUS, Hamburgensis, d. 9. Jul. A. 1624. natus, Parochiæ ruralis in Dithmarsia Burgensis, ab A. 1659., Pastor, & M. Nicol. Hardkopfii, Antistitis Hamburgensis Nicolaitani, gener, d. 2. Mart. A. C. 1670., & ætatis 46., extinctus. V. *Ecclesiastarum Hamburgensium Epicedia.*

Ἀγγελογραφία, seu Disp. in Matth. XVIII. 10., Præside D. Joh. Scharfio proposita. Witeb. 1648. in 4.

NICOLAUS DANIEL OLDE, Med. D. & Practicus, circa A. 1701. & 1704. Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Sputo cruento. Trajecti ad Rhenum 1691. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 20.*).

JOHANNES OLDEHORST, Hamburgensis.

Qvæstio juridica de studiorum sumtibus, ubi qvædam de Beneficiorum ecclesiasticorum origine & usu injiciuntur. Hamb. 1628. in 12.

M. HENRICUS OLDENBURG, Lubecensis, Ecclesiæ Germanorum Marianæ, in Emporio Norwagiæ Bergensi, ab A. 1660., Pastor, septuagenario major, M. Aprili A. 1703., defunctus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Aug. A. 1703., p. 182.*

Εὐθανασία Christiana; das ist: Christliche Sterbekunst, oder Leichpredigt über M. Henr. Lemmichium, Predigern zu Bergen, aus Luc. II. 29 - 32. Lubecæ 1674. in 4.

JOHANNES OLDENBURGIUS, Husensis, A. 1550. natus, Scholæ in civitate patria publicæ Conrector ab A. 1573., Rector ab A. 1582., & antea, solo A. 1572., munere (qvo se ob tentationes abdicavit) Diaconi ibidem functus, d. 20. Jun. A. C. 1605. ac ætatis 55. vivis cælebs excessit.

Plura de vita ejus V. in Joh. Melch. Kraftii Husumscher Kirchen-Historie p. 277. 329. 330. Conf. Mart. Holmeri *Præfat. Sermonis Sacri Germanici de Templi Husensis incendio p. 11.*

Ab Herm. Lathero, JCto, discipulo suo (3.), *Informator teneræ ætatis* vocatur *dexterrimus*, a M. Joh. Hamero autem, Pastore Husensi, *in Epistola* ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, ἀνεκδότῳ, Kal. Oct. A. 1573., cum pridie noster Orationem auspicalem *de Scholarum utilitate, satis splendidam*, recitasset, exarata, hoc ornatus est elogio: *O divinum ingenium! Ecce, qvalis sit Deus noster, erigens ex pulvere pauperem! Gratulamur merito patriæ nostræ de tali ornamento, & peculiari Sp. S. organo.*

Designatio classium, lectionum, & exercitationum Latinæ & Græcæ lingvæ, nec non artium Logicarum, qvæ in qvinqve classibus ludi Husensis proponuntur, jussu Scholarcharum scripta. Slesvigæ 1588. in 4. V. de illa *P. III. Isag. meæ ad Hist. Cimbr., c. 4., p. 356. 357.*

Elegia in nuptias Nicol. Jungii, J. U. D. & Cancellarii Holsatici, cum Anna Broderia (*perqvam elegans*). Slesvigæ 1599. in 4.

Epistolæ III. ad D. Paulum ab Eitzen, Superint. Holsaticum, A. 1581. & 1583. exaratæ, in Volumine Epistolarum ad Eitzenium ἀνεκδότῳ mihi perlectæ.

(1.) De duarum filiarum, parenti superstitum, maritis V. Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochium anni 1699. literatum*, p. 304. 305. (2.) *in Programm. Rostochiensi, A. 1661. Catharinæ Heiniæ præmisso exeqviis.* (3.) *in Præfat. Tr. de Censu.*

M. HENNINGIUS **OLDENDORPIUS**, Hamburgensis, studiis lingvarum, artium ac Theologiæ, in patria primum, & deinde (A. 1562. & seqq.) Witebergæ, Basileæ, Rostochii, imo Lutetiæ qvoqve (1.), incubuit. Lingvæ, cujus peritia excellebat, Hebrææ professionem in Academia Rostochiensi, M. Jun. A. 1566., Ulrici, Ducis Megapolitani, obtinuit beneficio (2.), sed eadem, biennio post, ob crimen Veneris masculæ nefandum, excidit, dieqve 9. Dec. A. 1568. a societate Academica, testibus Thoma Lansio (*Oldencorpium* eum perperam appellante) (3.), & (qvem hic allegat) Ern. Cohtmanno (4.), exclusus est ac relegatus de qva παιδεραστίᾳ turpissima hæc narrat Otto Frid. Schützius *Lib. I. Comm. de vita Dav. Chytræi p. 312. 313.: A. 1568. M. Henn. Oldendorpius, Ebr. Ling. Professor, Joh. Oldendorpii, JCti, nisi me omnia fallunt, filius, delatus a Philippo & Theodoro, Studiosis Livonia oriundis, apud Rectorem Joh. Borcholtum, qvod cum puero, fidei suæ concredito libidinem nefandam exercuisset, lata die 9. Dec. a dicto Rectore & Promotore Nath. Chytræo sententia, exilii poena multatur; pro qvo Joh. Boukius, frater Oldendorpii uterinus* (Acad. Rost. Antecessor), *frustra intercessit.* Rostochio ejectus, A. 1569. Witebergam, & inde Basileam (uti e Joach. Degeneri ad D. Paulum ab Eitzen *Epistola* didici), concessit, diutius ibi, ob hominum doctorum copiam, commoraturus. Argentinam tandem delatus, D. Joh. Pappo, ad Cathedram evecto Theologicam, in professione lingvæ Hebrææ, cæterarumqve Orientalium, d. 14. Jun. A. 1575., successit Academica, Decanum Ordinis A. 1585. egit Philosophici, A. 1588., ut D. Joh. Lud. Havenreuterum, tergemina gravatum professione, Medica, Physica & Organica, parte aliqva istius levaret oneris, Physicam, jussu Scholarcharum, cum Hebræa conjunxit, &, Collegii tandem Wilhelmitani adeptus præfecturam, d. 5. Sept. A. 1589. expiravit (5.).

V. de illo Melch. Junii, Rhetoris Argentinensis, *Programma* (in qvo *Vir vere bonus & doctus, pacis ac tranqvillitatis studiosissimus, & Ἔφορος deniqve & pater eorum, qvi in Collegio Wilhelmitico aluntur, beneficus,* vocatur) *funebre*, Melch. Sebizii Synopsin vitæ ejus, ex isto *ll. cc.* exhibitam, D. Leonh. Hutteri, Theologi Witeb., discipuli ipsius (cui *Professor lingvarum Hebrææ, Chaldaicæ & Syriacæ*, audit *maxime industrius*), *Or. Parent. de vita D. Salom. Gesneri, lit. C. 2. b.*, G. M. Königii *Biblioth. Vet. & novam, lit. O.*, & *Homonymoscopiam* nostram, *Sect. II., c. 7., §. 92., p. 707.*

Programma de lingvæ Hebrææ necessitate & utilitate, qvo professionem illius, F. Joh. Bapt. A. 1566., Rostochii est auspicatus, a Joh. Possellio Sen. *Parti II. Scriptorum Rostochiensium publicorum*, junctim a se Rostochii A. 1567. *in 8.* editorum, *f. 373. 374. 375.*, insertum.

IV. Epistolæ ad D. Paulum ab Eitzen, Superint. Holsaticum, Witebergæ A. 1562. & 1564. exaratæ, qvas in Volumine Epistolarum ad Eitzenium inedito reperi.

JOHANNES **OLDENDORPIUS**, Hamburgensis, Alb. Krantzii, ædis Cathedralis Decani, Theologi, JCti & Historici illustris, avunculi sui, & exemplo, & liberalitate, incitatus, Jurisprudentiæ, in Acad. Coloniensi, aliisqve, tanto ardore & successu, incubuit, ut non supremos solum illius honores Gryphiswaldiæ juvenis admodum reportaverit, sed famæ etiam postea, meritis partæ eximiis, magnitudine Jurisconsultos Germaniæ omnes, sibi coævos, superaverit. In urbe primum Rostochiensi, A. 1529. & triennio seqventi, & Syndicum egit, & publicum simul Juris Interpretem Academicum, primoqve illic doctrinæ Lutheranæ præconi, Joach. Slutero, strenue contra Pontificios patrocinatus, calumnias horum evitare non potuit, Apologia A. 1533. confutatas Saxonica. Eodem anno 1533. Syndici in civitate Lubecensi officium Joh. Oldendorpio, *viro summæ eruditionis, sed malæ vitæ*, a Georg. Wollenwebero, Demagogo, asseclisqve ejus seditiosis, commissum esse, Reimarus Kockius, aliiqve historiæ Lubecensis scriptores, perhibent. Qvi an noster, vel alius ei ὁμώνυμος, fuerit, nondum mihi esse exploratum fateor. Juris deinde in Academiis Germaniæ diversis, Francofurtana scilicet ad Viadrum (si Wolfg. Justum, aliosqve, audias), Coloniensi, & tandem, ab A. 1540., in Marpurgensi fuit Doctor, hujusqve Antecessor, ab A. 1558., primarius, simulqve Philippi magnanimi, Hassorum Landgravii, Consiliarius. In ultima hac statione communis hic JCtorum Germaniæ Præceptor, imo veræ in eadem Jurisprudentiæ vindex & instaurator præcipuus & longe dexterrimus, corruptelarumqve cum Theoriæ legalis, tum Praxeos forensis, reformator judiciosissimus, sed, ob legulejorum & rabularum contumaciam, scopo haud potitus, cum summa eruditione, singulari in docendo dexteritate, scriptisqve plurimis, Germanorum pariter atqve exterorum meruisset admirationem, d. 3. Jun. A. 1567. vivis excessit. Prolixiorem Vitæ ejus, scriptorum & meritorum, historiam, cum judiciis, qvæ de his Viri tulerunt doctissimi, honorificis qvamplurimis, Tomus operis hujus nostri exhibebit ultimus. Evolvantur interim, qvi, justo licet parcius, eo spectantia narrarunt atqve congesserunt, Melch. Adamus *in Vitis JCtorum Germanorum, p. 175-178.*, Paulus Freherus, hunc secutus, *in Theatro Eruditorum p. 854. 855.*, Henr. Pantaleon *P. III. Prosopographiæ p. 188.*, Nicol. Reusnerus *in Iconibus Eruditorum*, Conr. Gesnerus *in Biblioth. universali p. 445.*, Jos. Simlerus *in Epitome Biblioth. Gesnerianæ aucta p. 401.*, Pet. Nigidius *in Elencho Professorum Marpurgensium p. 15.*, & Christ. Wilh. Eybenius *in Eponymologio Critico Tob. Magiri, a se aucto, p. 621.*

M. BERNHARDUS **OLDERMANN**, Slesvicensis, Pastor in Eiderstadia Cotzenbüllensis, totiusqve simul Provinciæ istius, ab A. 1680. (d. 9. Aug.), Præpositus, Apoplexia d. 9. Dec. A. 1681. extinctus. V. Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 3., p. 206.*

Disp. Theol. duas illustres de fide controversias complectens, unam contra Pontificios, de Certitudine salutis, alteram contra Calvinianos, de Electorum amissione fidei & Spiritus sancti, Præside D. Cœlestino Mislenta proposita. Regiomonti 1649. in 4.

PHILIPPUS CHRISTIANUS **OLEARIUS**, Slesvicensis, Ad. Olearii, Mathematici & Bibliothecarii Holsato-Gottorpiensis, filius, d. 14. Apr. A. 1658. in lucem editus, post obitum utriusqve parentis ab affini, Burch. Niederstadio, Consiliario Ducali, educatus, studiisqve scholasticis & Academicis absolutis, post reditum ex itinere Belgico & Anglico, Med. Doctor Erfurti A. 1689. renunciatus. Vitæ ejus seriem fusius exponit D. Justi Vestii, Prof. Med. Erfurtensis, *Programma, Disputationi* illius *inaugurali* præmissum.

Epigraphe in laudes Petri, Comitis a Griffenfeld, in Holsatiam adventantis. Slesvigæ 1675. in fol.

Disp. Inaug. de partu difficili. Erfurti 1689. in 4.

GVILHELMUS **OLTERUS**, Pastor in Dithmarsia Australi Nordhardstediensis.

Geistliche Seelenlust, oder Gesang- und Gebetbuch, in drey Theilen bestehend. Glückstadii 1660. in 12.

HENRICUS

(1.) V. Melch. Sebizii *Append. Chronol. de Professoribus Acad. Argent.*, D. Joh. Schmidii *Homiliis V. de fonte scholastico Jubilæis Germanicis*, A. 1641. editis, adjectam, *p. 276.* (2.) V. *Programma ejus auspicale, infra memorandum.* (3.) *in Tr. de Academiis p. 10. 11.* (4.) *in Responso I. Academico, num. 274.* (5.) V. Melch. Sebizium *l. c., p. 259. 276. 292.*

HENRICUS OLTERUS, Wilhelmi, modo memorati, filius, Nordhardsteda Dithmarsus, Diaconus in Dithmarsia, ab A. 1687., Hemmingstadiensis.

Oratio de Difficultatibus & fructibus studiorum. Kilonii 1683. in 4. Programma, a D. G. Morhofio illi præmissum, inter *Programmata, Orationibus* ejus subjuncta, *num. 92., p. 959. 960. 961.*, est recusum.

M. JOSIAS HENRICUS OPITIUS, Kiloniensis, Henrici, Professoris Theologi, filius, Lipsiæ, d. 31. Jan. A. 1704., suprema Philosophiæ ornatus laurea, Diaconus, ab A. 1709., in Eiderstadia Tonningensis, Parentisqve in Bibliorum Hebræorum editione συνεργος, ad Pastoris tandem dignitatem A. 1717, in eodem evectus oppido, & A. 1719. mortuus.

Oratio, Carolo XII., Sveciæ Regi, ob liberatam ab obsidione Narvam, & reportatam a Moscis victoriam, dicta. Kilonii 1701. in fol. V. *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1701., p. 91.*

Disp. de trito illo: *Vulgus regitur opinionibus;* Præside Georg. Paschio defensa. Kil. 1701. in 4.

Disp. qva Messias capitis LIII. Esaiæ scopus unicus esse, contra Grotium & Judæos, demonstratur, Præside Parente proposita. Kil. 1702. in 4.

Hodegeticum Hebræo-Chaldæo-Biblicum, in qvo vocabula Hebraica & Chaldaica V. T., ordine librorum, capitum & versuum, ita exhibentur, ut lectio Hebræo-Biblica, absqve tædiosæ evolutionis vocum impedimento, facillime institui, &, intra anni spatium, integra Biblia Hebraica commode perlegi atqve intelligi possint; ἀνωνύμως, cum præfatione D. Henr. Opitii, parentis, editum Kilonii A. 1702. in 8., auctiusqve Hamburgi A. 1711. in 8. recusum. Instituti methodiqve notitiam *Nova Literaria Lubecensia, M. Sept. A. 1702., p. 271. 272. 273.*, & Joh. Christoph. Wolfii *Historia Lexicorum Hebraicorum p. 205. 206.*, suggerent.

Disp. de Sepultura Messiæ, & admiranda Dei circa illam providentia, ex Es. LIII. 9., Parente præside defensa. Kil. 1703. in 4.

Disputationum de Libris S. Scripturæ apparenter deperditis prima. Lipsiæ 1704. in 4. V. de illa *Nova Lit. Germ., M. Majo A. 1704., p. 175. 176.*

Disp. de Jeremia inter Prophetas majores primo, Isaaco Abarbeneli præcipue opposita. Lipsiæ 1704. in 4. Recensum ejus *in N. L. Germ., M. Febr. A. 1705., p. 57. 58.*, invenies.

Disp. Pnevmatica de Conceptibus Dei formalibus & objectivis, ad locum in Collegio Philos. obtinendum proposita. Lips. 1705. in 4. V. *N. L. Germ., M. Dec. A. 1705., p. 458.*

Disp. Philol. de libro Domini, ad Es. XXXIV. 16. Kilonii 1706. in 4. Recensum V. in *Novis Lit. Lubec., M. Sept. A. 1706., p. 273. 274.*

Disp. Philologico-Critica de Sectionibus Pentatevchi minoribus, *Pethuchot* vulgo appellatis, Cl. cuidam Philologo Reformato opposita. Kil. 1706. in 4. V. de illa *N. L. Lub., M. Jan. A. 1707., p. 24. 25.*

Disp. de Causa Physica & morali, ac influxus utriusqve imputatione. Kil. 1708. in 4. V. de illa *Nova Lit. Lubec., M. Apr. A. 1708., p. 84. 85.*

Disqvisitio Historico-Philologica de Candelabri Mosaici admirabili structura, ejusdemqve Positu in Sancto. Jenæ 1708. in 4. Hujus (aliam *de Sacerdotum circa Candelabrum istud muniis, & secreta illius mysticaqve ratione,* pollicitæ) recensum *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jan. A. 1709., p. 31-34.*, exhibuerunt.

Promittuntur ab eo:

Vindiciæ usus Accentuationis Hebraicæ distinctivi, pro D. Matthia Wasmuhto, contra Joh. Brunsmannum. V. *Catal. Nund. Lips. A. 1708. Autumn. p. 59., & Hyemal. A. 1709. p. 39.*

Tr. de Kri & Ktibh, qvo formam vocum Hebræarum textualem Ktibh non vitiosam & corruptam, sed Anomalicam, ob certas rationes summo studio ita expressam, esse, ostendetur. V. (ex *Hodegetico* ejus) *Nova Lit. Lubec., M. Sept. A. 1702., p. 273.*

R. Isaaci Abarbenelis Præfationes, qvotqvot in Commentariis ejusdem inveniuntur, omnes, multiplici eruditione refertissimæ, cum Versione Latina, annotationibus, & Præfatione de vita ac scriptis Autoris, edendæ. V. *Catal. Nund. Lips. A. 1704. Autumn. p. 55., Vern. A. 1705. p. 56., & Vern. A. 1706. p. 5.*

R. Salomonis Ben. Melech. Comm. in Pentatevchum, cum R. Jac. Abendanæ ad eundem Spicilegio, Latine translatus. V. *Catal. nund. Lips. A. 1706. vern. p. 5.*

PAULUS FRIDERICUS OPITIUS, Kiloniensis, præcedentis frater, Henriciqve patris, in Bibliorum Hebræorum editione, itidem συνεργος, Professioni Lingvarum Orientalium ac Græcæ in Academia Kiloniensi patria A. 1721. admotus.

Epinicion Heroicum, in gloriosissimum Salvatoris nostri triumphum, publice Kilonii, d. 16. Maji A. 1703., in Parasceve festi ascensionis Christi, recitatum. Kilonii 1703. in fol. V. Seb. Kortholti *Programma illi præmissum*, & *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1703., p. 136. 137.*

Disp. de Philosophia Characteristica & Parænetica, Præside Georg. Paschio. Kil. 1705. in 4.

Disp. de humili & mirabili nativitate Messiæ, ex Es. LIII. 2., Præside Parente. Kil. 1706. in 4.

Disp. Philol. de Libro Domini, ad Es. XXXIV. 16., Præside M. Jos. Henr. Opitio, fratre. Kil. 1706. in 4.

Cimbriæ gaudium ob recens natum Carolum Principem, Christiani Augusti, Ducis Holsato-Gottorpiensis, filium, Oratione solenni declaratum. Kil. 1706. in fol.

Scholia Criticorum in Leviticum examinata, Præside Theod. Dassovio Autore. Kil. 1707. in 4.

Commentarius Historico-Philologicus de Custodia templi Hierosolymitani nocturna, ex Hebræorum monumentis, duabus ante hac Disputationibus, Præside D. Henr. Opitio parente, propositus. Kil. 1710. in 4. *Eruditus* vocatur a J. Alb. Fabricio *in Bibl. Antiqv. c. 9., p. 288.*

Disp. de Gigantibus. Kilonii 1715. in 4.

Disp. de Amico Israelitarum in Festo Tabernaculorum consortio, Psalmo CXXXIII. a Davide celebrato.

Disp. I. de Hadriani Imperatoris nomine, indole, virtutibus ac vitiis, in supplementum Historiæ Augustæ, ex scriptis Judæorum. Kil. 1722. 4. In hac, §. 1., p. 5. simile Historiæ Augustæ aliorum Imperatorum Romanorum, e scriptis Judæorum antiqvissimis, Supplementum promisit.

Disp. II. de Hadriani Imp. moribus, eruditisqve cum Doctoribus Judæorum controversiis. Kil. 1723. in 4.

Gebundene Trauerrede über den Todt und Sterben JEsu Christi. Kil. 1702.

Masora magna, tam textualis, qvam finalis, ad Alphabeti ordinem disposita, cumqve variis MSStis, & inter se, diligentissime collata & emendata, & ab omnibus fere contradictionibus liberata; qvam parens, Henr. Opitius, A. 1709., *in præfat. Bibliorum Hebræorum*, ab eo jussit expectari.

M. CONRADUS OPORINUS, Femariensis, vici in Holsatia Neo-Monasteriensis, ab A. 1677., Archidiaconus, &, ab A. 1679., Pastor, A. 1713. mortuus, de cujus vita plura in *Novis Lit. Lubec., M. Jun. A. 1701., p. 188. 189. 190.*, sunt relata. Conf. de illo J. H. a Seelen P. II. Athen. Lubec., p. 178. 179.

Disp. Ethica de Principiis actionum humanarum, Præside M. Matth. Laurentio. Rostochii 1668. in 4.

Disp. Philologico-Critica ad Matth. II. 23., Præside Balth. Stolbergio. Witeb. 1669. in 4.

Theses ex universa Philosophia inaugurales, Præside Georg. Ern. Heldbergio. Kil. 1673. in 4.

Der Todinn Christsehnliche und hertzliche Todes-Lust, oder Leichpredigt über Anna Todinn, Wittwe, auß 2 Cor. V, 1. 2. Kilonii 1682. in 4.

Die süßtröstende Herrligkeit der Kinder GOttes, oder Leichpred. über Joh. Ellermann, auß Rom. VIII. 18. Kil. 1698. in 4.

Die von den Gerechten erbetene Hülfe auß vielem Leiden, oder Leichpred. über Fr. Anna Maria Bremerinn, auß Ps. LXI. 1-5. Hamburgi 1701. in 4.

M. JOACHIMUS OPORINUS, Neomonasterio Holsatus, Conradi, Vici illius Pastoris, filius.

Historiæ Criticæ de Animi humani perennitate Dissertatio prior. Kilonii 1719. in 4. Scripti hujus σκιαγραφίαν invenies in Joh. Gottl. Krausii neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 37. A. 1719., p. 293. 294.*

Carmen Græcum heroicum ἀνέκδοτον de Emendatione omni tempore inter homines necessaria, Kilonii, in festo anni 1717. Jubilæo, publice recitatum. V. Programma Kiloniense, Jubilæo isti præmissum.

Historia Critica doctrinæ de Animi humani perennitate, a prima rerum memoria, ad præsentem ætatem usqve, deductæ atqve explicatæ. Hamb. 1723. in 8. *(Catal. nund.)*

JOHANNES OPSOPOEUS, sive KOCHIUS, (Germanico hoc cognomine in scriptis Saxonicis, Græco autem in Latinis, usus), Hamburgensis, Parochiæ Geestachedensis Pastor, Poeta venæ, in argumentis sacris, extemporalis, sed minus castigatæ; distingvendus tum a D. Joh. Opsopoeo, Brettano, Prof. Medico Heidelbergensi, cujus vitam ac scripta Melch. Adamus (*in Vitis Medicorum Germanorum p. 325. 326.*) recensuit, tum a Joh. Opsopoeo, Byruthino, cujus *Cantiones sacras* Frid. Taubmannus (*in Melodæsiis, Lib. II. Epigramm. p. 393.*) peculiari commendavit carmine. Confer *Homonymoscopiam* nostram, *Sect. III., c. 4., §. 17., p. 835.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Carmen de Horribili lapsu primorum parentum. Hamburgi 1602. in 4.

Textus Epistolicus, die Viridium, ex 1. Cor. XI., homiletice explicatus, & nunc metrice expressus. Hamb. 1631. in 8.

Carmen Theologicum de Salute generis humani, amissa per Protoplastos, & restaurata per Salvatorem nostrum, Jesum Christum, XVII. libris Christiados comprehensum, Hamb. 1632. in 8.

Historia passionis D. N. I. C., VII. Concionibus (*mox memorandis*) homiletice ante hac proposita, & nunc metrice reddita. Hamb. 1632. in 8.

Textus Evangelicus Luc. II., de Circumcisione Domini, homiletice & metrice redditus. Hamb. 1633. in 8.

Elias, sive Comœdia, vitam, res gestas & translationem Eliæ exhibens. Hamb. 1633. in 8. Germanice etiam eodem anno prodiit.

II. SAXONICA ET GERMANICA.

Passio Christi; dat iß: VII. Christlike Predigden över de, uth allen IV. Evangelisten tosamengetagene, Historie des Lydendes Christi. A. 1620. in 8. Vp dat nye corrigeeret, unn mit eener lehrhaftigen Gröndönnerstagspredigt vermehret. Hamb. 1624. in 8. De Metaphrasi illarum Metrico-Latina jam est dictum.

Resurrectio Christi; dat iß: IV. Predigden van der frölíken Uperstandinge Jesu Christi, över de gewönliken Evangelia in den Osterliken Fürdagen geholden. Hamb. 1624. in 8.

Triumphus Christi; dat iß: Eene Christlike Predigt van der triumpherenden Hemmelfahrt unsers Heylandes Jesu Christi, uth dem LXVIII. Psalme. Hamb. 1624. in 8.

Predigt över dat Evangelium Dom. XXIII. Trinit., uth Matth. XXII. Hamb. 1624. in 8.

III. Predigten über den CXXIV. Psalm. Hamb. 1633. in 8.

Elias, oder eine Comœdie, von dessen Leben, Thaten und Himmelfahrt, aus dem Lateinischen übersetzt. Hamb. 1633. in 8.

JOHANNES OSTERLOH, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de Præscriptione rerum, per mare adlatarum, secundum Statuta Hamburgensia. Halæ 1710. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 34.*

PETRUS OSTERMEIER, Hamburgensis, J.U.L. & in patria Practicus, scriba, ab A. 1684., Præfecturæ Bergerdorf., A. 1710. mortuus. (V. Fabricii *Vol. V. Memor. Hamb. p. 294.*)

A P. A. Lehmanno (*in Hamburgo literato A. 1701. p. 20., & A. 1704. p. 19.*) tribuuntur ei:

Disp. Inaug. de Emphyteusi. Basileæ 1675. in 4.

Disp. Inaug. de Cambiis, eorumqve jure. Aureliæ 1687. in 4. (*Sed hæc D. Dav. Ottoni, paulo post memorando, debetur.*)

MATTHÆUS ab OTTHEN III., Michaelis filius, Matthæi autem I. (qvi Matthæi etiam II., Galeni & Ptolemæi, fuit parens), Friderici I., Regis Daniæ, Archiatri, & prædii prope Slesvigam Apensburgensis Toparchæ, nepos, e familia, qvæ Medicos complures eruditos protulit, nobili ortus est Cimbrica. In Maximiliani II., Imperatoris (a qvo insignia ejus, crucem rubram, stellam fulvam, leonem, caputqve bovis, in qvatuor ostentantia areolis, stella & cruce sunt aucta), aulam delatus, Alberti & Wenceslai, filiorum ejus, studia per annos complures gubernavit. Soli deinde Alberto, Ecclesiæ Rom. Cardinali & Lusitaniæ Proregi, suam addixit operam, atqve Ulyssippone (ab anno circiter 1580., teste ipsius ad Ranzovium Epistola) a secretis fuit consiliisqve intimis. V. Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici (cui *Vir* audit *omni doctrinarum lingvarumqve præcipuarum cognitione imbutus*), *Contextum Historicum*, Jonæ ab Elverfeld *tribus Epigrammatum de Holsatia classibus adjectum, lit. P. 3. b.*, & Andr. Angeli *Chronicon nobilitatis Holsaticæ Germanicum, Lib. I., p. 85. 86.*

Epistola ad Henr. Ranzovium, Proregem Cimbricum, Ulyssippone d. 17. Jul. A. 1592. scripta, & in Sylloge *Consolatoriarum ad Ranzovium*, a Georg. Lud. Frobenio Francofurti A. 1593. *in 8.* edita, *p. 307-310.*, luci exposita publicæ.

DAVID

DAVID OTTO, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, A. 1719. mortuus.

Matth. Nic. Kortholti Hexastichon in honores ejus Doctorales Lib. I. Epigramm. p. 8. legitur.

Disp. Inaug. de Cambiis, eorumqve jure & privilegiis. Aureliæ 1687. in 4.

DAVID OTTO Junior, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de eo, qvod justum est circa Periculum imminens, Præside D. Christ. Wildvogelio proposita. Jenæ 1715. in 4. V. de illa *Partem I.* der Gelehrten *Famæ p. 128. 129.*

JOHANNES OTTONIS, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. de Nobilitate, Præside Joh. Paulo Felwingero. Altorfii 1671. in 4.

Disp. de contractu Assecurationis, Præside D. Joh. Wolfg. Textore. Heidelbergæ 1674 in 4.

Disp. Inaug. de Testamentis rusticorum. Altorfii 1675. in 4.

LAURENTIUS OVENI, Witzworta Eiderstadiensis, J. U. Doctor & Judicii in Eiderstadia provincialis, circa A. 1650., Assessor.

Ei Pet. Saxius, Senator Eiderstad., A. 1660. Exercitationes suas Historicas ἀνεκδότως inscripsit. V. J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 152.*

Disp. Inaug. de Usuris & contractibus usurariis, Præside D. Henr. Hahnio. Helmstadii 1650. in 4.

Traur- und Klaggedicht über die schreckliche Sündfluht, und Ueberstürtzung des saltzen Seewassers, so im Lande Eiderstädt d. 11. Oct. A. 1634. geschehen. Hamburgi 1641. in 4. E vena, non minus qvam Epicedia ejus vernacula complura, profluxit triviali.

JUSTUS ab OVERBECK, Hamburgensis, J. U. D. & ædis in patria Cathedralis, circa A. 1701., Canonicus, A. 1719. mortuus. V. J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 614.*, & P. A. Lehmanni *Hamburgum A. 1701. literatum pag. 20.*

Disp. Inaug. de Fœnore licito, qvincunces excedente. Ultrajecti 1695. in 4.

M. WOLFGANGUS OUWE, Flensburgensis, patre M. Gerhardo Ouwio Juniore, senioris filio & in Parochiæ Johanneæ Pastoratu successore, matre autem Anna Lopia, d. 23. Mart. A. 1632. natus, post finita studiorum in Athenæo patriæ, aliisqve locis, tyrocinia, Theologicis & Philosophicis, in Gymnasio Stettinensi, ab A. 1648., in Acad. Rostochiensi, ab A. 1650. ad 1653., & in Lipsiensi, convictuqve Joh. Hülsemanni, A. 1653., vacavit. Magistri deinde titulo Rostochii A. 1654. reportato, Parochiæ ruralis Husbüensis Pastorem, ab A. 1659., egit, &, ex ista, bonis fere omnibus infelici amissis incendio, seqventi 1660., ad cœtus sacri Johannei, in vicina urbe patria Flensburgensi, revocatus est gubernationem. Huic cum per lustra tria, & qvod excedit, præfuisset, M. Febr. A. C. 1676., ac ætatis 44., expiravit, nullis ex uxore Elisabetha, Olai Georgii, Parochi in Jutia Aschlefiensis, filia (D. Stephano Kenckelio, Præposito Tunderensi, secundis deinde sociata nuptiis), liberis susceptis. A Joh. Vorstio, Rectore Flensburgensi & Berolinensi, Præceptore suo, in *Epistola*, qva *Diatriben de Causa per se & per accidens* A. 1652. ipsi inscripsit, ob *animi dotes præclaras, candorem, probitatem & discendi cupiditatem*, est celebratus.

SCRIPTA EDITA.

Hectas Thesium de extremo Judicio, Præside D. Jac. Fabricio. Stettini 1649. in 4.

Exerc. Log. de Secunda mentis operatione, & oratione externa, hujus signo, Præside M. Joh. Vorstio. Rostochii 1651. in 4.

Disp. Polit. de Summa potestate civitatem gubernandi, qvam unus obtinet, Præside eodem Vorstio. Rost 1651. in 4.

Klag- und Trostschrift über das unzeitige, doch selige, Absterben Gregorii von Pudewels, Erbherrn auf Gramm. Slesvigæ 1658. in 4.

Nohtwendige Erinnerung vom Mißbrauche der Kleider, da viele Christen in defectu, viele in excessu, sündigen, das ist, da viele, auß Mangel zierlicher Feyr- und Sontagskleider, auß der Kirchen wegbleiben, viele mit üppigem alamodischem Kleiderprachte sich hochmühtig erheben. Hamburgi A. 1663. in 12.

Ἐπιφάνεια iræ divinæ; das ist: Cometen-Erscheinung, dadurch GOttes Zorn über alles gottlose Wesen vom Himmel wird offenbahret, in einer Predigt über das Evangelium am Feste der H. Drey Könige (auß Matth. II.) vorgestellet. Hamburgi 1665. in 12.

Wunderbahre Todesfahrt, oder Theologischer und Historischer Discurs von dem wunderlichen Ende und Tode, damit etliche, auch fromme Christen, auß dieser Welt wunderlich gerissen werden; Herrn Henningo Petersen, Holstein-Glücksburgischen Hofpredigern und Probsten, zum Troste, wegen des Todes seiner Ehliebsten, aufgesetzt. A. 1665. in 8.

Mammon, der heutige, grosse, ungeheure, unbarmhertzige Weltgott, auß dem Evang. am XV. nach Trin. (Matth. VI. 24. & sq.), in einer Predigt hervorgesuchet, und allen vervortheilischen eigennützigen Armuhtschändern und Geitzhälsen zur Lehre, Erinnerung und Warnung, außgegeben. Slesvigæ 1669. in 4.

Schüldigster Nachklang, Fr. Sibyllæ Ursulæ, Hertzoginn zu Holstein-Glücksburg, zu immerwehrendem Ehrengedächtnisse aufgesetzt, und, nebst anderer ihren Leichenreden, in der Fürstlichen Holstein-Glücksburgischen Gedächtnißseule gedruckt. Hamburgi 1672. in fol.

Apocalypsis hæreseos, oder Offenbahrung der Ketzerey, Lügen und Irrthümer, welche Antonetta Bourignon, in unterschiedlichen Büchern, und sonderlich im Gezeugnisse der Wahrheit, zu Tage geleget. Hamb. 1675. in 8. Commendatur a D. Sam. Pomario *in præfat. Partis I.* der Schutzschrift wieder den Gutmannischen Offenbahrungs-Patron, & in ipsa *Parte I., p. 292. 293. 549.*, Timoth. Dan. Colbergio im Platonisch-Hermetischen Christenthume, *P. I., c. 10., p. 413.*, ac Joh. Henr. Feustkingio *in Gynæceo Hæretico-Fanatico p. 192.* Invectivis contra scopticis in eam debacchatus est Pet. Poiretus, in *Continuatione* sua *Vitæ Bourignonianæ Gallica*, Amstelod. A. 1683. ἀνωνύμως edita. Non enim solum *cap. XXV., §. 9., p. 387.*, Georg. Henr. Burchardum & nostrum, Bourignoniæ in Cimbria adversarios, vocat *deux Jannes & Jambres de notre siecle, les trompetes de toute la bande, qvi animoient toute la troupe au carnage;* sed *cap.* etiam *seqv. XXVI., §. 5., p. 411. 412.*, cum in Ouwium denuo scommata qvædam effudisset, scriptum hoc ejus appellat *un mechant livre*, & tale de illo addit judicium: *Serieusement, son libelle n' est qv' un ouvrage digne d' un paisan, plein de vin, qvi jure, & peste contre la personne de Mlle Bourignon, sans aucune discretion.* Qvas censuras immites Gotfr. Arnoldus etiam, *Tomo III. Hist. Eccl., c. 16., p. 161.*, approbare videtur.

INEDITA, sive AFFECTA, in præfat. scripti contra Bourignoniam promissa.

Tractat von den Uhrsachen des falschen Christenthums.

Tr. von dem üppigen, in aller Welt, bey Geistlichen und Weltlichen, Hohen und Niedrigen, wolbekandtem Sauff-und Nicotianischen Rauchteufel.

Tr. vom Atheistischen Unglauben, dadurch der Artickel von der Auferstehung der Todten in Zweifel gezogen und gantz niedergerissen wird.

Tr. von kalten, grausamen und grimmigen Wintern, was dabey zu bedencken sey.

MARTINUS OUWMANNUS, oppidi in Stormaria Wilstriensis Pastor, A. 1661. mortuus.

Epaphroditus Christianus, oder Christliche Gedancken eines schwachen Biedermanns. Hamburgi 1661. in 12.

M. NICOLAUS OUWMANNUS, Wilstriensis, Martini, modo memorati, filius, Parochiæ ruralis Thumbyensis, in præfectura Slesvicensi, ad annum usqve fatalem 1693., Pastor.

Tres Qvæstiones Mathematicæ, ex S. literis petitæ (1. de Turri Babylonica; 2. de Colosso Babylonico Dan. III.; 3. de pompa Salomonis Matth. VI. 29.), e Mathesi resolutæ, &, ad gradum Magisterii impetrandum, Præside D. Sam. Reyhero propositæ. Kilonii 1672. in 4.

M. MARTINUS JACOBUS OUWMANNUS, Thumbya Anglo Cimber, Nicolai præcedentis filius.

Disp. de Diris sangvinum in lapidatum derivatis, e Matth. XXVII. 25. Kilonii 1705. in 4.

Lotio manuum Judæis usitata, ex Codice Mischnico, ad mentem Hebræorum interpretum, expressa, & luci restituta: Cum præfatione Theod. Dassovii. Hamburgi 1706. in 8. Exhibet in ea Autor מסכת ידים, sive Codicem de lotionibus manuum Thalmudicum, cum R. Mosis Maimonidis & R. Obadiæ de Bartenora Commentariis, Excerptis e Commentario *Jom Tobh*, suaqve versione Latina & notis, in qvibus Gvilh. Surenhusii editio subinde castigatur. Confer de illa *Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1706., p. 56. 57.*

Promittuntur ab eo:

Diss. de Philologiæ Hebrææ desideratis. V. *Ep. Dedic. Disp. de diris sangvinum.*

Tr. contra Joh. Clericum, ejusqve de Angelo increato, in Commentariis suis, ψευδερμήνειαν, Rabbinorum testimoniis istam confutaturus, qvem *sub finem Tr. de lotione manuum* pollicetur.

Tituli Mischnæ Thalmudicæ de loto diei, aliisqve argumentis, complures, una cum Mosis Maimonidis, Salom. Jarchii, Obadiæ de Bartenora, & Codicis *Jom Tobh*, in eos, Commentariis, Latine vertendi notisqve illustrandi. V. *Tr. de lotione manuum p. 195. 196.*

P.

M. JOH. GERH. PAGENDARM, Lubecæ d. 2. Dec. A. 1681. natus, Jacobi, scholæ publicæ Cantoris, filius, titulo Magistri A. 1703. Witebergæ reportato, A. 1707. Ecclesiastes est factus in templo D. Margaretæ Castelli Noribergensis extraordinarius, A. 1712. Concionator aulicus Wilhelsmdorfii Hohenloicus, simulqve Pastor Neidhardwindensis, & Consistorii Hohenloici Assessor, ac tandem A. 1719. Pastor in Olsnensi Silesiæ provincia Paschkerwitzensis.

V. Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 182. 183.* & *Nov. Lit. Lubec., M. Mart. 1704. p. 94.*

Disp. de Peplo veterum, Præside M. Herm. Henr. Pagendarmio, fratre, defensa. Witeb. 1702. in 4.

Existentia Spectrorum e sagarum veneficarumqve pactis cum Diabolo demonstrata, Præside M. Gust. Frid. Pistorio. Witeb. 1703. in 4.

Disp. de ritu Capitis operiendi in sacris, ex antiqvitatis Virgilianæ memoria, Præside Joh. Gvilh. Bergero, Poes. Prof. Witeb. 1703. in 4. V. de illa *Nova Lit. Germ., M. Majo A. 1704., p. 163.*

Disputt. 2. de Minerva victrice, ab ipso Præside propositæ. Witeb. A. 1703. & 1704. in 4. V. de iis *N. L. Germ., M. Jan. A. 1704., p. 10., & M. Febr. A. 1705., p. 43.*

A Seelenio l. c. seqventia ab eo jubentur expectari:

Epitome conciliorum e Joh. Lud. Ruelio & Joh. Lud. Hartmanno.

Tr. de Particulis Lingvæ Hebrææ, una cum illius Ellipsibus.

התחלת הכתב, i. e. Liber Hebræorum de Formulis Epistolarum initialibus & finalibus.

Diss. de Doctis Lubecensibus, qvi Silesiam, & doctis Silesiis, qvi Lubecam illustrarunt.

Der Geistliche Wandel eines Christen.

GEORGIUS PAHLE, Hamburgi (*teste Ott. Sperlingio V. C.*) natus, Advocatus Stadensis.

Brevia Jocoseria, oder kurtz Ernstlich-Schertz über die Lateinische Wörter, Pax Friede, Lis Zanck, Seditio Aufruhr. Hamburgi 1636. in 4.

ERICUS PAISEN, Eiderstadiensis.

Oratio Epidictica præceptorum artis Dialecticæ, singulari perspicuitate & dexteritate, juxta Logices Aristotelicæ rerum ordinem, a Phil. Melanchtone conscriptorum. Rostochii 1582. in 4. (*M. C. K.*)

ERICUS PAISEN, Husensis, scholæ patriæ, ab A. 1638. Subrector, & ab A. 1640. (qvo nuptias celebravit), Conrector, A. 1647. in Borussiam digressus, & illic Pastor factus Friedlandensis.

V. de illo J. M. Kraftii Husumsche Kirchen- und Schul-Historie *p. 349.*

Delineatio doctrinæ prædicationum, Præside M. Abr. Batto, Log. & Metaph. Professore, proposita. Gryphiswaldiæ 1636. in 4.

Oratio Hebræa, ad imitationem capitis I. Esaiæ, ductu M. Sam. Bohlii, concinnata, & Regiomonti A. 1634. recitata, qvæ an lucem aspexerit, ignoro.

HERMANNUS MATTHIAS PAISEN, Hamburgensis, Med. Doctor, & in patria, circa A. 1701. & 1716., Practicus.

Theses Medicæ inaugurales. Patavii A. 1695. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 26.*

M. MATTHIAS PAISENIUS, Husensis, in Academia Rostochiensi Dav. Chytræo & Valent. Schachtio (hospite suo) studiorum gavisus ducibus, Sam. Rosenbohmium, Poetam cultissimum, commilitonem habuit (1.), & supremam Philosophiæ lauream A. 1594. reportavit (2.). A Dav. Chytræo, in Epistola ad Joh. Adolphum & Joh. Fridericum,

(1.) V. Rosenbohmii *Carmen, albo ejus inscriptum, P. I. Poem., Lib. I., p. 58. 59.* (2.) V. Carmina gratulatoria Sam. Rosenbohmii *l. c., Lib. III., p. 212. 213. 214.*, & P. Lindebergii, *P. I. Juvenilium, p. 81. 82.*

cum, Holsatiæ Duces, commendatitia, *Orationi* ipsius eruditæ & lectu dignissimæ præfixa, non ob virtutes solum & naturæ bonitatem, sed lingvarum etiam Græcæ & Latinæ, omnium Philosophiæ partium, & Astronomiæ præsertim, cognitionem, veræqve Theologiæ scientiam pariter atqve praxin, haud parce laudatur.

Anagrammate eleganti *Pietatis amans* ab Alb. Wichgrevio est vocatus, teste Z. Celspirio *Lib. 2. de Anagrammatismo p. 271,*

Oratio continens hujus Seculi cum antiqvis collationem, qva demonstratur, nihil præsens a prioribus degenerasse, sed, omnibus ætatibus, eandem fabulam, mutatis tantum personis, actam esse, & eos, qvi in contraria sunt opinione, refutans; Rostochii recitata, & cum præfatione D. Dav. Chytræi edita. Rostochii 1595. in 8.

MATTHIAS PAISENIUS, Hamburgensis, patre, d. 4. Febr. A. 1643., natus est cognomine, scholæ publicæ Johannææ Præceptore, matre autem Margareta, Bernh. Kellermanni, Consulis Rostochiensis, filia. E schola atqve Gymnasio patriæ dimissus, peritiam Philosophiæ experimentalis accuratioris, & artis Medicæ, eximiam, in itineribus ad Batavos, Gallos & Anglos, susceptis, sibi paravit, hujusqve Doctor Lugduni Batavorum A. 1666. est creatus. Hamburgum redux, praxi ejusdem inclaruit, & Xenodochii Medicus a Senatu constitutus publici, Margareta Schuldorfia d. 14. Febr. A. 1669. uxore ducta, & filiola tantum unica ex hac suscepta, morte paulo post immatura, d. 9. Oct. A. C. 1670., & ætatis 28., decessit. V. Mich. Kirstenii (*multum in præstantissimo hoc juvene, cujus exemplo vitam brevem esse, unaqve artem, patuerit, nos amisisse*, judicantis) *Inscriptionem* elegantem de vita ejus *funebrem*, in Christ. Weisii *Libro II. de argutis Inscriptionibus, p. 205. 206.*, recusam, Vincentiiqve Placcii (obitum ejus immaturum fuse deplorantis, *Virumqve candidissimum & doctissimum, a cujus industria doctrinaqve non vulgari magna expectabantur*, illum salutantis) *Tr. de Scriptoribus Anonymis detectis, c. 3., p. 39. 40,* Conferri etiam de illo possunt Henr. Oldenburgius (cui *Medicus* audit *ingeniosus & vir præclarus*) *in Actis Philos. Anglicanis, M. Jan. A. 1670., p. 524. Ed. Lat. Sandianæ*, Georg. Wolfg. Wedelius *in Progressu Academiæ Naturæ Curiosorum Germanicæ* (hujus cum accensente fautoribus), Georg. Abr. Merclinus *in Lindenio renovato p. 797. 798.*, & Corn. a Beüghem *in Syllabo recens exploratorum p. 95.*

Disp. Inaug. de Humorum vitiis, illorumqve restitutione. Lugd. Bat. 1666. in 4. In hac, judice Henr. Oldenburgio (*in Actis Philos. Angl., M. Apr. A. 1668., p. 134.*), ab Autore *aliqvid est præstitum, præeunte Francisco le Boe Sylvio, circa explicandas causas degenerationis & corruptionis humorum.* Vinc. Placcius eandem, *l. c.*, *longe* vocavit *doctissimam*, &, *Libro III. Carminum juvenilium, p. 389.*, peculiari commendavit Epigrammate.

Epistola Amici ad amicum, qva examinatur Andr. Cassii Hamburgensis Disputatio Inauguralis, Groningæ A. 1668. habita, contra Triumviratum intestinalem, cum suis effervescentiis. Amstelodami 1668. in 4. Scheda duorum foliorum, qva noster ἀνωνύμως Diatriben suam inauguralem, modo laudatam, in Cassiana, uti credebat, indigne habitam, vindicavit, ipsi a Vinc. Placcio, *in Tr. de Script. Anon., c. 3., p. 39. 40.*, & *Tomo I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 4., p. 243.*, tanqvam vero Autori, attributa.

Fragmentum Epistolæ de Crystallo Erasmi Bartholini Islandico, A. 1670. ad Henr. Oldenburgium scriptæ, qvo sua circa illum experimenta recenset; in Oldenburgii *Actis Philos. Angl., M. Jan. A. 1670., p. 524. Edit. Lat. Sandianæ*, publicatum.

Observationes Anatomicæ, e sex diversis dissectionibus puerperæ, hæmoptoici, icterici, gravidæ hypochondriacæ & hæmoptoicæ, infantis octimestris, capitisqve humani; insertæ *Annis IV. & V. Decuriæ I. Miscellaneorum Academiæ Naturæ Curiosorum Germanicæ*, Lipsiæ A. 1676. *in 4.* excusis, *num. 192-197., p. 247-268.*

WILHELMUS PALE, Civis Lubecensis Seculo XVI.

Epitome inedita Chronici Lubecensis Saxonici MSti Reimari Kockii, Pastoris Petrini, allegata a J.H. a Seelen *P. IV. Athen. Lub. p. 621.*

M. NICOLAUS PALLADIUS, Ripensis, Esberni Johannis, civis plane ἀναλφαβήτȣ (uti a V. C. Pet. Terpagrio accepi), filius, & Pet. Palladii, Theologi Hafniensis Episcopiqve Roeschildensis, germanus, ædis in civitate Hafniensi Marianæ, ab A. 1547., per qvinqvennium, fuit Pastor (1.). Francisco deinde Vormundo, in Episcopatu Scaniæ Londinensi, legitima Presbyterorum Diœceseos electione, d. 9. Dec. A. 1551. facta, & a Christiano III., Rege Daniæ, approbata, est subrogatus, & seqventi 1552., prima post festum Paschale Dominica, a fratre inauguratus (2.). Episcopatui huic per octennium præfuit, &, interea temporis, non fratris solum successorem, D. Joh. Albertium, Roeschildiensi A. 1560. præfecit Episcopatui, sed ipsi etiam Friderico II., Monarchæ Danico, coronam regiam, d. 20. Aug. A. 1559., Hafniæ imposuit (3.). Fatalem habuit eundem, qvem frater, annum 1560., diemqve 17. Septembris, successorem vero in Episcopatu Londinensi M. Tychonem Asmundum, templi Hafniensis Mariani post se antistitem. Canutus Bramtius (4.) carmine hoc illi parentavit Epitaphio:

Præsulis hic magni, qvo non præstantior alter
In regno Danico, frigida membra cubant.
Nestora qvale melos, pugnaces inter Achivos,
Smyrnæus vates personuisse refert,
Talis & Aonius, juncto moderamine gestus,
In templis illi fluxit ab ore liqvor.
Utqve gravem decuit, librabat singula verba;
Non natus patulo foederat ore sonus.
Qvare Fridericus, Rex Danum hac voce secundus,
Hoc ungente viro, sceptra veranda capit.

Concionatorem facundum, & Ecclesiarum inspectorem diligentissimum, eum salutant Magnus Matthiæ, Episc. Lund., *in Serie Episcoporum Lundensium p. 241, 242.*, istumqve secutus Haraldus Huitfeldius *in Chronico Episcoporum Daniæ Danico p. 97.*, ambo de illo, præ aliis jam allegatis, consulendi. Conferantur etiam Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 108. 109.*, meaqve ad hunc *Hypomnemata p. 348.*, ac *Nova Lit. Lubecensia, M. Aug. A. 1707., p. 240.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Tractatus brevis de Articulo Prædestinationis. Hafniæ 1540. & 1554. in 8.

Oratio de vera & Catholica Ecclesia, & qvomodo, qvibusve modis & mediis, Deus se, & voluntatem suam, patefecerit. Hafniæ 1556. in 8.

Concionator, seu Regulæ qvædam utiles & necessariæ, Concionatoribus observandæ, cum præfatione Pet. Palladii, fratris, A. 1556. editæ, Hafniæ A. 1570. in 8., cum eadem, recusæ, & tertia vice a D. Joh. Pauli Resenio, Episcopo Roeschildensi, ibidem A. 1627. *in 8.* recensitæ.

Commonefactio de Vera Invocatione Dei, & de vitandis Idolis. Witeb. 1557. in 8. Præfixa est Phil. Melancht. præfatio.

(1.) V. Pet. Resenii *Inscriptiones Hafnienses p. 1.* (2.) V. Resenium *l. c.*, Conradi Aslaci *Chronologiam, Orationi Jubilææ additam, ad A. 1552.*, & Nicol. Heldvaderi *Sylvam Chronol. circuli Balthici, P. II., p. 151.* (3.) V. Aslacum *l. c., ad A. 1559.* (4.) *in Næniis*, Witeb. A. 1569. editis, *p. 11.*

II. DANICA.

Drukkenskabs Affvisning (sive Dehortatio ab Ebrietate). Hafniæ 1556. 1559. & 1610. in 8., ibidem 1626. in 12.

Egteskabs-Regler, saa oc imod Egteskabs Diefle (i. e. Regulæ conjugii, &c.) Hafn. 1557. in 8.

Tractat om Dommedag (i. e. de judicio extremo). A. 1558. (*juxta Catal. Resen.*), & Hafniæ A. 1576. (*juxta Alb. Barthol. l. c.*) in 8.

Beskickelse til Doden (i. e. Præparatio ad mortem). A. 1558., it. Hafniæ A. 1570. (*juxta Catal. Resen.*) ac 1580. (*juxta Barthol.*) in 8.

PETRUS PALLADIUS, Ripensis, eodem cum Nicolao, modo laudato, parente, Esberno, sive ἀναλφαβήτῳ, gavisus, annum, ni fallor, æræ Christianæ 1503. habuit natalem, cognomenqve PLADII gentilitium, in Acad. demum Witebergensi, svasu Phil. Melanchthonis, Præceptoris sui, boni ominis causa, cum altero PALLADII, qvo, verus qvippe Palladis alumnus, longe dignissimus erat, commutavit (1.). Præter Melanchthonem Luthero etiam (cujus Enarrationes Evangeliorum Dominicalium, ex ore docentis exceptas, juris deinde fecit publici (2.)) studiorum sacrorum hodego Witebergæ gavisus est, ad A. usqve 1535., qvo, a Christiano III., Rege Danico, Ecclesiarum, in regnis suis, Borealium meditante reformationem, per literas, ut consilio hanc suo atqve opera juvaret, in patriam revocatus, non multo post professionem in Academia Hafniensi obtinuit Theologicam. Biennio post, A. scil. 1537. (non autem 1535., qvi in Pet. Resenii *Inscriptiones* irrepsit *Hafnienses* (3.)), Jacobo Ronnovio, una cum cæteris Episcopis Daniæ Pontificiis, A. præced. 1536. Ephoria privato Ecclesiastica, atqve in vincula conjecto, primus e Lutheranis, in Episcopatu Seelandiæ Roschildensi, a Christiano III. datus est successor, & d. 26. Aug., una cum sex novis Episcopatuum Daniæ reliqvorum Antistitibus Lutheranis, per D. Joh. Bugenhagium, Theologum Witebergensem, ad Reformationem evocatum Danicam, inauguratus (4.). Huic ut eo majori cum autoritate præesset, A. eodem 1537., ante inaugurationem, Regis jussu & sumptibus (qvod ferendis istis res ipsius familiaris, perqvam angusta, esset impar), Witebergæ, una cum Tilemanno ab Husen, Episcopo Slesvicensi, Kal. Jun. Theol. Licentiatus, ac d. 6. Jun. ejusdem Doctor, ab ipso Luthero, Decano & Disput. Inaug. Præside, Justoqve Jona, promotore, est creatus (5.). Orationem, in actu promotionis, Lutherus habuit, qvam se, cum aliqvot Centuriis Epistolarum ejusdem ἀνεκδότων, e MSto D. Casp. Bertrami, Superint. Numburg., esse publicaturum D. Joh. Christfridus Sagittarius (6.) olim est pollicitus. Optime de Ecclesia Daniæ Lutherana noster promeruit, qvæ & inter primos eum celebrat Reformatores, & infantiam suam, illius potissimum prudentia & sollicitudine, ita esse gubernatam, & contra varias Pontificiorum, post reformationem etiam in Ordine eqvestri, Canonicorum collegiis cœnobiisqve, latitantium, ipsiqve imprimis infestorum, molitiones defensam, ut incolumis in hunc usqve diem perstet (7.), grata recordatur. Præter hos alios etiam, voce pariter atqve scriptis, impugnavit ἀλλοφύλους, ita tamen, ut moderationis & mansvetudinis Christianæ, his qvoqve debitæ, non oblivisceretur. Experti hanc sunt Reformati ex Anglia, regnante Maria, ejecti, cum Hafniam, M. Nov. A. 1553., in Dania vel hospitium inventuri, vel saltem hybernaturi, appulissent. Licet enim, ob Theologorum aliorum rigorem, spes eos sua frustraretur, mediaqve hyeme finibus excedere cogerentur Danicis, Palladium tamen, præ cæteris, miti in illos fuisse animo, Joh. Utenhovius, exulum istorum συνοδοιπόρος (8.), &, ex eo, Rod. Hospinianus (9.), Joh. Hornbeckius (10.), Sam. Andreæ (11.), Bened. Pictetus (12.), aliiqve Reformati, non sine elogiis ejus, perhibent. Testibus enim illis, cum in exulum horum de religione sententiam a Rege publico inqvirere jussus esset examine, eos, ut libere hanc, absqve periculi metu, profiterentur, est hortatus, verbis adjectis seqventibus: *Siqvidem idem de religione nobiscum sentiatis, vos, tanqvam angelos Dei, recipiemus; sin vero dissentiatis, nihilominus tamen omnia vobis humanitatis officia utpote peregrinis, præstabimus.* Audita deinde illorum de Pædobaptismo, incarnatione filii Dei & S. Cœna, confessione, totum cœtum ita est allocutus: *Pro hac fidei confessione, qvam ex istis viris audivi, ago Deo gratias, ut qvæ, ab omnibus sectis aliena, in præcipuis religionis Christianæ capitibus consentiat. Exiguum duntaxat dissidium est circa Cœnam Dominicam, non qvidem in præcipua ejus parte & mysterio, sed duntaxat in qvæstione de modo præsentiæ corporis Christi in S. Cœna. Qvod sane tanti non est, ut propterea fraternitatis vinculum rumpi a nobis debeat; præsertim cum in præcipuis articulis Christianæ fidei consensus sit. Qvapropter nos decet homines istos, in hac fidei ipsorum confessione, pro fratribus complecti, ac, pro nostra facultate, juvare. Ego sane eos pro Christianis & fratribus agnosco, utqve apud vos omnes constet, me ita de illis sentire, en, publice iis data dextra, id testatum facio.* His dictis, Dav. Simsonio & Hermeti Backerellio dextram amanter admodum porrexit. Cum deinde exules iidem, e Dania jussi discedere, ipsum denuo adiissent, ad Lutheranorum qvidem partes traducere illos est conatus, sed simul tamen professus, se de salute ipsorum, ob dissensum in controversia Eucharistica, non dubitare, fratrumqve eos loco nihilominus habere. Rogatus tandem ab illis, ut apud Regem pro se intercederet, hybernandiqve in Dania potestatem sibi impetraret: *Tam vere*, respondit, *qvam vivit Dominus, vos, hac in re, modis omnibus juvabo.* Hæc sunt, qvæ, de Palladii in suos mansvetudine, Joh. Utenhovius, & scriptores alii Reformati, narrant, e Lutheranis autem Conr. Schlüsselburgius (13.), hanc solam ob causam, qvod is, *in Catalogo Hæresium hujus ætatis* (14.), Calvinianos damnaverit, in dubium vocat, justene, an secus, alii dispiciant. Plura nostri in Ecclesiam Danicam, cujus verum Palladius hic fuit Palladium, merita, Versionem scilicet S. Codicis vernaculam, aliaqve hujus generis, scriptorum reservamus Catalogo. Non minoribus Academiam, Professorio admotus muneri, sibi obstrinxit Hafniensem. Rectorem hujus egit non anno solum (qvo matriculæ est inscriptus) 1538., sed & denuo, Professorum reliqvorum petitu, A. 1553. Qvamvis enim, anno jam 1545., Theologica se professione abdicasset, a Collegis tamen, gratias, ob istam summa hactenus diligentia ornatam, agentibus, ut porro etiam membrum esset Academiæ, inqve negotiis gravioribus eidem auxiliaretur, se passus est exorari. Successit illi, in professione, Joh. Andr. Synningius (15.), qvem, anno præced. 1544., una cum Olao Chrysostomo, S. Lit. itidem Interprete, & Nicol. Kragio, aulæ regiæ Ecclesiasta, Doctorem creaverat. A. 1555., sub comitiorum regni auspicia, in ambone sacro, cum populum institueret, lateris sinistri totius correptus paralysi, lustro seqventi nunqvam satis prospera gavisus est valetudine, sed Podagræ (16.), aliorumqve morborum, crebris ita debilitatus insultibus, ut A. 1559. Joh. Albertium, Prof. Theologum, coadjutorem muneris Episcopalis adsciscere necessum habuerit.

(1.) V. *Homonymoscopiam nostram, Sect. III., c. 3., §. 15., p. 796.* (2.) V. Dan. Crameri *Ep. Dedic. Isagoges Palladii*, & Joh. Micrælii *P. III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 400. 401.* (3.) *p. 240.* (4.) V. Har. Huitfeldii *Chronicon Daniæ vernaculum, P. IX., p. 1496.*, & Nicol. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronol. Circ. Balth. p. 114.* (5.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb. lit. Ddd. 3. b., Fff. 1. a.*, & Andr. Sennerti *Athenas Witeb., Lib. II., p. 88. 99.* (6.) *in Syllabo Epistolarum Lutheri ineditarum p. 23.* (7.) V. ipsius *Lib. de poenitentia*, hanc in rem a Dan. Cramero, *in Ep. Dedic. Isagoges Palladii ad S. Scr.*, allegatum. (8.) *in Narratione de Ecclesia Belgarum, aliorumqve peregrinorum, in Anglia instituta & dissipata*, in Rod. Hospiniani *Parte II. Histor. Sacram., p. 224. & sqq.*, ac Eman. Meterani *Lib. I. Annal. Belg.*, recusa. (9.) *l. c.* (10.) *L. IX. Summæ Controv. p. 683. 685.* (11.) *in Ep. Apol. contra H. G. Masii Daniam Orthodoxam, p. 43. 44. 45. 51.* (12.) *in Diss. de consensu & dissensu inter Reformatos & Aug. Conf. fratres, A. 1697. edita, c. 6.* (13.) *Lib. II. Theol. Calvinistarum, Germanice versa, p. 257.* (14.) *lit. B. 1.* (15.) V. Er. Vindingii *Acad. regiam Hafn. p. 68.* (16.) V. Can. Bramtii Epitaphium ejus, *in Næniis p. 6.*

habuerit. Herm. Hamelmannus, qvi (1.), eodem A. 1559., d. 20. Aug., coronam Friderici II., Regis Daniæ, capiti, in ordinum regni Panegyri, a nostro impositam esse, perhibet, fallitur, & cum fratre eum Nicolao, a qvo id factum esse supra docuimus, confundit. Communem cum fratre hoc, & Præceptore Melanchthone, habuit annum emortualem æræ Christianæ 1560., qvo, cum ætatis 57. attigisset, fato, d. 3. Januarii, functus (2.), Joh. Albertium, modo laudatum, in Episcopatu obtinuit successorem. Cadaver Theologi eruditissimi ac cordatissimi in choro templi Mariani Hafniensis tumulum reperit, cui, 78. post annos, Joh. Pauli Resenii, Episcopi itidem Roschildiensis, exuviæ, ejus sociandæ ossibus, sunt illatæ (3.). *Lapidi sepulchrali* hæc insculpta est Epigraphe (4.):

Nostra conversatio in cœlis. Philipp. 3.

Petrus Palladius, Ripensis, S. Theol. Doctor, Acad. Havniensis Professor, & Sedlandicarum Ecclesiarum Superintendens vigilantissimus, Vir pietate, eruditione, comitate & vera virtute, ornatissimus, in invocatione Filii Dei obdormivit tertio die Januarii, Anno Dom. 1560., ætatis suæ 57.

Patet hinc, & e cæteris hactenus relatis, in tempore ætatis ac mortis Palladii (cujus effigies, in Bibliotheca Academiæ Hafniensis obvia, calculum istum confirmat) definiendo impegisse, non solum El. Reusnerum (5.) & Joh. Henr. Alstedium (6.), qvi annum 1530. ei crediderunt fuisse fatalem, sed Joh. Fechtium etiam (7.), qvi A. 1589. eundem adhuc vixisse falso perhibuit, nec minori errore Pontificiis illum Scriptoribus, a Thoma Ittigio, *in Diatriba de Gvilh. Postello* (8.), ejus *Catalogum Hæreticorum* allegante, annumerari. Inter Italos recentiores ὁμώνυμος illi fuit Pet. Palladius, cujus *Ephemerides motuum solis, ab A. 1664. ad 1670.*, Franc. Leveræ Operi *de inerrantium stellarum viribus*, Romæ A. 1664. (*in fol.*) excuso, Beughemio teste (9.), sunt adjectæ.

In historia Vitæ nostri concinnanda, præter Autores cæteros jam laudatos, usui nobis præsertim fuit Er. Vindingii *Academia regia Hafniensis, p. 63-66.*, cui suam Paulus Freherus (*P. I. Theatri eruditorum p. 181. 182.*) debet integram. Conferri de illo præterea possunt Jos. Simleri *Bibliotheca p. 562.*, Mich. Neandri *Erotemata Gramm. Hebr. p. 319. 437.*, Joh. Georg. Sadolini Elegia ad eum Encomiastica, *in Elegidiis*, Witebergæ A. 1552. editis, *p. 16-20.*, obvia, Har. Huitfeldii *Chronicon Episcoporum Daniæ Danicum p. 48.*, Joh. Is. Pontani *Descriptio Daniæ Chorographica, Historiæ ejus annexa, p. 785.*, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 122. 123.*, *meaqve ad istum Hypomnemata p. 384. 385.*, Joh. Svaningii Jun. *Chronologia Danica p. 98.*, Joh. Micrælii *Pars III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 400. 401.*, Mich. Waltheri *Ep. Dedic. Officinæ Biblicæ, lit. d. 2. a. b.* Gvilh. Crowæi *Elenchus Interpretum S. Scripturæ p. 294. 295.*, Joh. Andr. Qvenstedii *Dialogus de patriis virorum illustrium p. 240.*, J. C. Becmanni *Catal. Biblioth. Francof. p. 337.*, *Catalogus Biblioth. Pet. Resenii p. 344. 347. & alibi passim*, ac Jac. le Long *Pars II. Biblioth. sacræ, p. 287. & seqq. 666.*

ELOGIA.

Canutus Bramtius, Hatherslebius, in *Næniis* suis, Witebergæ A. 1569. editis, *p. 5. 6.*, duo exhibet Epitaphia metrica, a se illi scripta, in qvorum priori *Danorum* vocatur *eximium decus, vigilqve Argus, qvo nil fata sancta potenti Cimbrorum imperio majus dedere, ac forsan dabunt.*

Nicol. Hemmingio (*Lib. II. de Methodis, sub finem, lit. O. 7. a.*) *Episcopus* audit *vigilantissimus*, *& de Ecclesiis Danicis, Norwegicis & Islandicis, optime meritus.*

Erasmo Michaelio Læto (*Lib. V. rerum Danicarum p. 240.*) *Vir modestus & insignis.*

D. Joh. Ol. Slangendorpio (*in Or. de Initiis & propagatione relig. Christ. in Dania, lit. P. 4. b.*) *Vir piissimus* Joh. Georg. Sadolino (*l. c.*) *Doctorum decus immortale virorum, & patriæ gloria summa suæ.*

Abr. Bucholzero (*in Indice Chronol., ad A. 1560.*) *Theologus Danicus celebris.*

Dav. Woldero (*in Ep. Dedic. Bibliorum qvadrilingvium*) *Theologus præstantissimus.*

D. Dan. Cramero (*in Ep. Dedic. Isagogæ ejus ad libros Biblicos præfixa*) *Vir multæ eruditionis & magni Zeli, Lutheri & Melanchtonis fidelis auditor & genuinus discipulus, osor omnium hæresium, maxime suo tempore propullantium, qvi, postqvam VII. rebelles & seditiosi Episcopi juste remoti essent, suo loco & Diœcesi officium diligenter obivit, & totius ordinationis Ecclesiasticæ custodiam, religionisqve reformatæ exercitium, vigilantissime moderatus est, ac multa erudita edidit opuscula.* Cujus elogii verbis prioribus, ad commendandum Palladium, tanqvam suis, nulla Crameri facta mentione, usi deinde sunt D. Mich. Waltherus Sen. (*Theologum* etiam eundem vocans *eximium*) Joh. Micrælius & Joh. Andr. Qvenstedius, *locis supra citatis.*

D. Casp. Er. Brochmanno (*T. II. System. Theol. p. 39.*) *Vir de Ecclesiis Danicis præclare meritus.*

Joh. Isaacio Pontano (*l. c.*) *Vir solidioris doctrinæ laude clarus.*

Thomæ Bangio (*in Præf. Libri IIdi Observv. Philolog.*) *Zelotes vir Dei.*

Er. Vindingio (*l. c. p. 64.*) *fidelis Lutheri discipulus.*

E Reformatis Joh. Hornbeckius (*Lib. IX. Summæ Controv. p. 685.*) *Theologis* eum *Lutheranis probis modestisqve* annumeravit; Sam. Andreæ autem (*in Epist. Apol. contra H. G. Masii Daniam orthodoxam*, A. 1690. edita, *p. 51.*) ob *candorem, & dignam Episcopo constantiam*, ac Bened. Pictetus (*in Diss. de Consensu & dissensu inter Reformatos & Aug. Conf. fratres, A. 1697. publicata, c. 6.*), ob animum in Reformatos exules mitiorem, & concordiæ studiosum, commendarunt.

Elogiis etiam accenseri meretur Censura, qva *Index librorum prohibitorum Romanus, p. 85.*, & Franc. Magdaleni *Elenchus librorum in hoc vetitorum, p. 501.*, nostrum inter Autores primæ classis retulerunt damnatos.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

N. PROPRIA.

Parvus Lutheri Catechismus expositus. Hafniæ 1537. & 1541. in 8. (*j. Barthol., Vind. & Catal.*)

Brevis Expositio Catechismi, pro Parochis Norwagiæ, a Matthia Parvo edita, qvam Bartholinus Hafniæ A. 1546., alii vero *Catalogi* Magdeburgi A. 1546. & Witebergæ A. 1553. ac 1557., *in 8.* prodiisse testantur.

Forma Visitationis provincialis, seu Præpositorum. Hafniæ 1555. in 8. (*Catall.*) Eadem hæc est, ni fallor, cum libello, qvem D. Joh. Pauli Resenius, Hafniæ A. 1627. *in 8.*, sub hoc recudi curavit titulo: *De Visitatione Catechetica, ac sacris Catechumenorum, & exercitatorum religiosa confirmatione, scriptum, cum Epistola P. Palladii de Vita ministrorum*

(1.) *P. III. Chronici Oldenburgici p. 386.* (2.) V. præter Epitaphiam Inscriptionem, Can. Bramtium *l. c. p. 5.*, Vindingium *l. c. p. 64.*, Heldvaderum *l. c. p. 165.*, Pauli Eberi *Calendar. Histor.*, *ad d. 3. Jan.*, Abr. Bucholzeri *Indicem Chronol. ad A. 1560.*, & Pet. Resenii *Inscriptt. Hafn. p. 249.* (3.) V. Vindingium *l. c. p. 186. 187.*, & Pet Winstrupii Jun. *Lib. III. Epigramm. p. 700. 701.* (4.) V. Nath. Chytræi *Delicias variorum in Europa itinerum p. 448.*, Laur. Afferoi *Apographa Inscr. Seelandicarum, lit. B. 3. a*, Vindingium *l. c. p. 65.*, & Pet. Resenium *l. c. p. 32. 33.* (5.) *in Appendice Isagoges Chronol. p. 658.* (6.) *in Thesauro Chronologico, p. 476.* (7.) *in Chronologia, Supplemento Hist. Eccl. Seculi XVI. adjecta, p. 962.* (8.) §. 28., *p. 36.* (9.) *in Bibliographia Mathem. p. 103.*

rum verbi divini qvotidiana, A. 1547. scripta, & qverela rythmica de fide pii & spiritualis cujuspiam Parochi, ante hoc nostrum seculum scripta, & jussu Lutheri, Hafniæ A. 1555., de voluntate P. Palladii, impressa; curante J. P. Resenio recusum.

Isagoge ad libros Propheticos & Apostolicos, cum Præfatione Phil. Melanchthonis (qvæ seorsim A. 1590., *Tomo IV. Declamationum* Phil. Melanchthonis, est recusa, teste Mart. Mylii *Chronol. scriptorum illius, ad A. 1557.*) excusa Witebergæ A. 1557. in 8., ibidemqve A. 1558. 1559. 1564. 1568. 1577. & 1589. (uti varii testantur Autores ac Catalogi) recusa. Prodiit deinde *Isagoge* hæc, a Dav. Cramero, Th. D. Prof. & Pastore Stettinensi (*duas tantum editiones Latinas inter Melanchtonianam atqve suam intercessisse, in Ep. Dedic., falso, si omnes modo memoratæ revera lucem viderunt, arbitrato*), in qvæstiones redacta, pressius diducta, multisqve observationibus & necessariis additamentis adaucta, Crameri ipsius Τρόπω παιδείας θεολογικῆς, seu Methodo concionandi, Menologio Hebræo, Festorum, qvorum in sacris fit mentio, indice, ac Calendario generali, vulgari & Romano, simul adjectis, Stettini A. 1605. in 8., nec non (*testibus Bolduano, Vindingio, Crowæo, Lipenio, &c.*) Witebergæ A. 1611., ac (*si Catalogo nundinali, Lipenioqve P. I. Bibl. Theol. p. 165., credendum*) Rostochii A. 1630. in 8. Extant etiam Henr. Winandi, Corbacensis, *Qvæstiones Biblicæ, ex P. Palladii Isagoge ita formatæ, ut studiosus, intra anni spatium, omnium librorum Biblicorum cognitionem ex illis percipere possit*, Steinfurti A. 1608. (imo, juxta *Catal. Nund.*, A. jam 1602.) in 8. excusæ; in qvibus liber Palladii Erotematis inclusus, paucis additis, mutatis & transpositis, itidem exhibetur. Duæ ejusdem prodierunt Versiones Germanicæ, una Lucæ Geyerbergii, Witebergæ A. 1560. in 8. (*teste J. C. Becmanni Catalogo Bibl. Francof. p. 337.*) publicata; altera Herm. Empfichovii, Tremoniensis, Pastoris in patria Nicolaitani, sub hoc Erfurti A. 1589. in 8. (*uti Bassæus, Bolduanus & Lipenius perhibent*) impressa titulo: *Isagoge* oder Richtige Einleitung in die Bücher der Propheten und Apostel; das ist: Kurtzer Begriff und Einhalt der gantzen H. Schrift, auß dem Lateinischen P. Palladii verdeutschet durch Herm. Empfichov; Samt einer Chronologie, von Anfang der Welt, biß auf die Zerstörung der Stadt Jerusalem. Commendant hanc *Isagogen* Dan. Cramerus (*dignam* illam, *qvæ non tantum manibus omnium eorum, qvibus animus est aggrediendi professionem Theologicam, sed & in universum ab omnibus, qvibus pietatis confessio cordi est, interdiu noctuqve teratur*, arbitratus) *in præfat. suæ editionis*, Mich. Waltherus (velut eruditam celebrans, *seqve in Officina Palladii pressisse vestigia, & qvasi post messem spicas legisse*, professus) *in Officinæ Biblicæ Epistola dedicatoria, lit. d. 2. a. b., & Repositorio II., §. 626., p. 469.*, Joh. Is. Pontanus (*brevem* eandem vocans *in omnes Bibliorum libros seriem, magna cura contextam, & de solidiori* Autoris sui *doctrina testantem*) *in Descript. Chorogr. Daniæ p. 785.*, & Chr. Kortholtus *in Prodromo cultoris Theologiæ Academico p. 39.*

Catalogus aliqvot Hæresium hujus ætatis, & earum Refutatio. Accedit Præfatio Phil. Melanchtonis ad Herlussum Trollium Præsidem Roeschildensem. Witebergæ A. 1557., & deinde, sine mentione anni (*typis Petrii Zeitzii*), in 8. Tertiæ editioni, Hafniæ A. 1638. *in 8.*, ex Autoris Avtographo, a D. Joh. Pauli Resenio publicatæ, hic præfixus est titulus: *Pet. Palladii de novis Hæresibus & Swermeris suæ ætatis Commonefactio gravis & necessaria, pro Ministris Daniæ & Norwegiæ, studiosis Hafniæ A. 1556. proposita.* In prima Witebergensi totum de secta Calviniana articulum, illam condemnantem, a Phil. Melanchtone, fautore istius, inscio Autore, esse omissum, Conr. Schlüsselburgius (*Lib. II. Theol. Calvin. p. 257. ed. Germ.*) & Conr. Tyburt. Rango (*P. II. Historiæ Syncretismi, Sect. 9., §. 15.*) testantur. Ipse liber a Phil. Melanchtone (Palladium *laborem instituisse utilem, non solum in colligendo Catalogo, sed etiam addendis argumentorum extricationibus*, judicante), *in præfatione*, & Casp. Er. Brochmanno (errorem Antinomorum *nervose* in eo esse confutatum censente), *Tomo II. System. Theol. p. 30.*, est commendatus.

Librorum qvinqve Mosis, qvi sunt fons doctrinæ Ecclesiæ, Explicatio brevis & ad usum piorum accommodata. Witeb. 1559. in 8. A Joh. Micrælio, *P. III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 400. 401.*, minus accurate *Commentarius* in solam *Genesin* nostro tribuitur.

De Poenitentia & Justificatione libellus, ex fundamentis S. Scripturæ concinnatus. Witeb. 1559. in 8. Ad Autoris Avtographum denuo emendatus & recensitus a D. Joh. Pauli Resenio, Hafniæ A. 1638. in 8.

Narratio de excessu Christiani III., Regis Daniæ, Hafniæ A. 1559. edita, & a Bartholino, Vindingio, aliisqve, allegata. Verum hujus Autorem (uti *P. I. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 4., p. 181. 182.*, jam monui) Philippum Melanchtonem esse verba Epistolæ ejus, ad Dav. Chytræum A. 1559. exaratæ, & in Chytræanarum editione Hanoviensi *p. 1218. 1219.* obviæ, indicant seqventia. *Bordingi Orationem de Christiano III. curavi & hic a Typographis edi, & qvædam de eo, nomine Palladii, scripsi.*

Enarratio in Threnos Jeremiæ. Witeb. 1560. in 8.

Postilla, sive Enarrationes Lectionum Evangelicarum. Witeb. 1560. in 8.

Brevis & luculenta Explicatio Orationis Christi Joh. XVII., a J. P. Resenio Hafniæ A. 1638. edita, & a Vindingio (*in Acad. Hafn. p. 61.*) memorata.

Tr. de Prodigiis, qvem Jos. Simlerus, *in Bibliotheca p. 562.*, & Joh. If. Pontanus (*eruditum* appellans *Commentarium*), *in Descript. Chorogr. Daniæ p. 785.*, ei tribuunt.

ב. ALIENA.

D. Marth. Lutheri Enarrationes Evangeliorum Dominicalium, qvas nostrum ex ore ejus bona fide excepisse, ac juris fecisse publici, Dan. Cramerus, *in Ep. Dedic. Isagoges Palladianæ*, & Joh. Micrælius, *P. III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 401.*, testantur.

Nicol. Palladii, fratris, Concionator, seu Regulæ Concionatoribus observandæ, cum præfatione ab eo editæ. Hafniæ 1556. 1570. & 1627. in 8. (*Conf. de iis supra dicta.*)

Herm. Torrentini Grammatica Latina, pro juventute Danica, cum ejus præfatione, excusa: Accedunt Joh. Despauterii Syntaxis & Figuræ Grammaticæ, ac Ant. Mancinelli Prosodia. Witebergæ A. 1558. & (*juxta Catal. Resen.*) 1585. in 8., ac (*teste Catal. Rosekrantziano*) Francofurti A. 1559. in 8.

II. DANICA.

א. PROPRIA.

Bedebog, eller merkelige Bønner (i. e. Preces Ecclesiasticæ & domesticæ). Magdeburgi 1541. & 1558. in 12., Lubecæ 1560. in 12., Rostochii 1572. & 1575. in 8. Hafniæ 1632. in 12. (*V. Barthol., Vinding. & Catal. Resen.*)

Stæder i Skriften, som forbyder den formaledide Ager. Hafn. 1553. in 12. (*Catal.*)

Tractat om Sactmodighed oc Mildhed, Troens Frugt. Hafn. 1553. in 8.

Tractat om de Stykker, som Guds salige Ord skal holdes ved Magt ved. Hafn. 1553. in 8. (*Catal. Resen.*)

Tract. om S. Peders Skib, eller Christi Kirkes Forfølgelse, i det gamle og nye Testamente. Hafniæ 1554. & (*juxta Catal. Resen.*) Helsingoræ 1615. in 8.

Vor

Vor Herres Christi Forklarelses Historie. Hafn. 1555. (*juxta Barthol. & Vind.*) ac 1570. (*juxta Catal. Resen.*) in 8.

Advarsel om den store Guds Bespottelse med Sværen oc Banden. Hafniæ A. 1556. (*juxta Barthol. & Vinding.*) vel 1557. (*juxta Catal. Resen. & alios*) in 4., it., cum alio scripto ejusdem argumenti ἀδεσπότῳ (Guds hellige Naffens vorfänglische Banbrug oc Forackelse &c.), ibidem A. 1624. in 12. Latina illius versio, curante D. Joh. Pauli Resenio, Hafniæ A. 1627. *in 8.* sub hoc prodiit titulo: *Compendiolum, qvo pessima & horrendissima jurandi & maledicendi consvetudo utcunqve prædicando averti possit, cum præfatione Pet. Palladii A. 1556. editum.*

JEsu Christi Pines, Dods oc Opstandelses Historie. Hafniæ 1581. in 8.; it., med D. Casp. Er. Brochmanni korte Forklaring, ibidem 1644. in 8.

2. ALIENA, DANICE AB EO TRANSLATA VEL TANTUM EDITA.

Biblia V, & N. T., jussu Christiani III., Regis Danici, e Germanicis Lutheri, in lingvam Danicam, ab ipso, cæterisqve Professoribus Theologis Hafniensibus (*Olao Chrysostomo, Joh. Synningio & Joh. Maccabæo*), transfusa, sumptibusqve regiis ἀνωνύμως A. 1550. Hafniæ, apud Ludov. Dietzium, in fol. edita. V. D. Joh. Wandalini III., Theologi Hafniensis, *Epistolam* de hac cæterisqve Versionibus Bibliorum Danicis recentioribus peculiarem, in Joh. Frid. Mayeri *Historia Versionis Bibliorum Lutheri Germanicæ, c. 6., §. 6., p. 68-72.*, obviam, Dav. Wolderi *Ep. dedic. Bibliorum suorum qvadrilingvium*, Pet. Terpagrii *Prodromum Bibliothecæ sacræ p. 17. 29.*, & Jac. le Long *Bibliothecam sacram, P. II., cap. 10., p. 287-292.*

Ordinatio Ecclesiastica Regnorum Daniæ ac Norwegiæ, & Ducatuum Slesvici ac Holsatiæ, jussu Christiani III., Regis, A. 1537. a D. Joh. Bugenhagio, Theologo Witebergensi, Latine conscripta, a Palladio autem A. 1539., in Comitiis Ottoniensibus, in lingvam translata Danicam, & hac, una cum XXVI. Articulis Ripensibus, A. 1542. eidem adjectis, edita. Hafniæ 1553. & 1582. in 8. Plura de illa *Parte II. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 4., p. 90. 91. 92.*, sunt dicta, & in Bugenhagii Autoris Vita, suo huic operi loco inserenda, porro dicentur.

Alberti Gioe, Nob. Dani, Christelige Lærdoms Hoved-Artickel, sive Loci Communes Theologici, cum præfatione ejus editi Hafn. 1549. in 8. V. *Append. Catalogi Biblioth. Resenianæ.*

Viti Theodori Skriftens Sproger for en bedrøfved Samvittighed. A. 1550. in 12. (*Catal.*)

Phil. Melanchtonis Tractat om Dødis Opstandelse, og om det Ævige Liif, fordansket. Hafn. 1555. in 8. (*Catal. Resen.*)

Casp. Huberini (*Past. Augustani*) Tractat om Ecktestabsstaat, og om fructsommelige Qvinder, udsat paa Danske. Hafn. 1556. in 8. (*Catall.*)

Søndags- oc hellige Dags-Epistler og Evangelier, med Collecter. Magdeb. A. 1556. & Hafniæ 1564. in 8. (*Catal. Resen.*)

INEDITA ET AFFECTA.

Expositiones in omnes V. & N. T. libros Biblicos, qvas ab eo expectatas esse Mich. Neander, *in Erotematis Grammat. Hebr. p. 437.*, testatur.

Comm. in Exodum, Leviticum, Numeros & librum Josuæ, *in 8.*
Comm. in Epistolas Pauli ad Corinth., Gal., Eph., Philipp., Thessal. & Timotheum.
Conciones in Epistolas Dominicales, *in 8.*
Comm. in Historiam passionis Domini, *in 8.*
Loci Communes Theologi, *in 8.*
Tabulæ Theologicæ, in studiosorum gratiam collectæ, *in fol.*
Declaratio qvorundam articulorum in Ordinatione Ecclesiast. Danica.

[VII. hæc MSS. in Biblioth. Reseniana, Acad. Hafniensi donata, supersunt. V. *Catal. Biblioth. Pet. Resenii p. 113. 344. 347.*]

Tr. de Concionibus sacris in genere, cum forma absolutionis privatæ, & Monito de publica pœnitentia.
Tract., qvomodo Superintendenti cum variis diœceseos suæ ordinibus agendum, officiumqve suum, ad gloriam Dei, & Ecclesiæ ædificationem, faciendum, in gratiam Nicolai fratris scriptus.
Tr. de Sepultura nobilium.
Institutio Danica de modo cum Obsessis agendi.

[IV. hæc MSS. a se asservari V. C. Pet. Jani Lucoppidanus, Thorlingiæ, Insulæ Danicæ, Pastor, mihi olim indicavit.]

[Falso ei ab Alb. Bartholino & Vindingio forsan asseritur *Tr. de vera Invocatione, in 8.* editus, qvem eundem cum Nicolai fratris scripto istius argumenti, *supra* memorato, esse suspicor.]

PETRUS PALUDANUS, in Parochia tractus Tunderensis Bulderupensi, patre Jona, illius Pastore, natus, in officio hoc sacro parenti, cum vicinæ Ecclesiæ Rinckenissensi jam ante præfuisset, successit, sed eodem, post usum vocis, cum per annos jam 26. præconem verbi egisset divini, amissum, rude donatus, A. 1613. se abdicavit, & A. 1625. adhuc fuit superstes.

Qverela de amissa Vocis & elocutionis potentia, & inde secuta functionis Ecclesiasticæ desertione, ac sustentationis privatione; qvod tamen malum clementia & munificentia Joh. Adolphi, Ducis Holsatiæ, aliqvo modo lenitum est & mitigatum. Rostochii 1620. in 4. Carmen IV. plagularum, uti ab amico, ejus possessore, accepi, haud inelegans.

Jocus serius in Anserem Martinalem. Slesvigæ 1621. in fol.

Ara gratitudinis metrica, benefactoribus, pro munifica in se liberalitate, erecta. Hamburgi 1625. in 4.

SEVERINUS PALUDANUS, qvem urbem Cimbriæ Ripensem patriam habuisse Erasmus Michaelius Lætus (1.) testatur, aulæ initio Danicæ Scriba fuit, sive Notarius, deinde vero Urbis in Jutia Coldingensis (schola nova, illo intercedente, a Dorothea, Christiani III., Regis Danici, vidua, exornatæ (2.)) Consul, circa A. 1564., generumqve habuit Mart. Petræum, templi Roeschildensium Cathedralis Pastorem (3.). Scriptoribus Danicis a Claud. Lyschandro (de scriptis licet ejus silente) in *Catalogo* horum accensetur ἀνεκδότῳ, ab Erasmo autem Michaelio, ob felicem Poeseos Danorum vernaculæ, pro ævi istius genio, culturam, in *Rerum Danicarum Indice* (4.), *Vir* appellatur *doctrina liberali, & patria Poesi, præstantissimus*, ac *Libro* earundem *VIII.* (5.) hisce celebratur versibus:

- - - Jam qvid memorem, cui Phœbus Apollo
Prima Paludano condendæ jura Poesis
In patrio sermone dedit? qvo doctior alter
Nullus in insignes dat idonea pondera rythmos.
Is, Coldingensi post Consul factus in urbe,
Præfuit officio magna cum laude, tulitqve
E studiis justos, virtus qvos reddit, honores.

 Hymnos

(1.) *in Indice Rerum Danicarum, lit. S.* (2.) V. Jonæ Coldingensis *Descript. Daniæ p. 221.* (3.) teste Inscriptione Roeschildensi Epitaphii Petræani. (4.) *lit. S.* (5.) *p. 301.*

Hymnos ejus varios sacri argumenti Danicos in Hymnologiis legi vulgaribus, & nomen (Søren Skriver, Borgemester i Kolding) adscriptum exhibere, Joh. Mich. Corvinus (*in præf. Heptachordi Danici, lit. f. 1.*) & Pet. Jani Luccoppidanus, V. C. (*in Epistola familiari*), me edocuerunt.

MATTHÆUS PAMPUS, Ecclesiæ ruralis in Eiderstadia Ordingensis, ab A. 1595. (*uti e M. Jac. Fabricii Sen. Epistola ad Joh. Pistorium MSta didici*), Parochus.

Kurtze, iedoch wahrhafftige, Erzehlung der grausamen Fluht, so das fruchtbahre Land Eiderstätt, A. 1634., zwischen dem 11. und 12. Tage des Octobris, verwüstet hat, A. 1635. aufgesetzet; Opusculum ἀνέκδοτον, qvod Hafniæ olim, in Jac. Becceri, Advocati, Bibliotheca, publica auctione distracta, vidisse recordor.

M. HENRICUS PAPE, Hamburgensis, scholæ Slesvicensis, circa A. 1598., Subconrector, suburbii deinde Georgiani Hamburgensis Pastor, in locum Henn. Wichgrevii, soceri, d. 3. Aug. A. 1603., electus, d. 18. Jun. A. 1629. mortuus, generumqve, M. Franciscum Simonis, nactus successorem. V. Anonymi *Catalogum MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis*, & Rud. Capelli *Programma, exeqviis M. Franc. Simonis præmissum.*

Epithalamion Hendecasyllabicum (*non inelegans*) de geminis unisqve nuptiis Caspari Bauwen & Theodori Eickholt, sponsorum, & Gertrudis ac Annæ, filiarum Eberh. Vettii, Civis Flensburgensis, virginum, d. 14. Aug. A. 1598. celebratis. Slesvigæ 1598. in 4.

Carmina alia, singulatim edita.

Disp. Veritatis, eiqve oppositæ falsitatis, naturam & affectiones, ex mente scholarum, exhibens, Præside M. Georg. Stampelio defensa. Francof. ad Viadr. 1601. in 4.

HENRICUS PASCHASIUS, Lubecensis, Med. Doctor & Practicus Hafniensis.

V. de illo Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Script. Med. p. 240.*, Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 398.*, Thomæ Bartholini *Medicinam Danorum domesticam, Diss. II. p. 53., & Diss. VIII. p. 368.*, Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 55.*, & Pet. Borelli *Biblioth. Chymicam p. 173.*

Disp. Inaug. de Phthisi. Basileæ 1614. in 4.

Antilogia contra περίλεξιν & futilem loqvacitatem Joh. Ahasveri Ampsingii, Med. Prof. Rostochiensis, qvam, *in præfatione libri de peste*, evomuit, contra medicinas, ex sulphure, antimonio, vitriolo, Sole & Mercurio, conflatas. Magdeburgi 1619. in 8. A Pet. Borello, *l. c.*, cum seqventi de Peste Tractatu confunditur, velut ab illo haud diversa.

Enchiridion de Pestilentia. Hafniæ 1629. in 8. Commendatur a Thoma Bartholino, *l. c., Diss. II., p. 53.*

Purgatorium Medicum, continens Medicamentorum purgantium præparationes officinales & spagyricas, usum item & dosin. Hafniæ 1631. in 8.

Decas de gravissimis Capitis affectibus, qvam ei Joach. Morsius, *in Albo MS. f. 821.* tribuit.

M. HIERONYMUS PASMANN, Hamburgensis, ædis in Neapoli patriæ Parochialis Michaelitanæ Diaconus d. 9. Jan. A. 1678. electus (1.), Archidiaconatum ejusdem A. 1687. obtinuit. Nimia Zeli laborans intemperie, hujus impulsu, non Pastoribus solum suis, Georg. Haccio & Joh. Winclero, sed ipsi etiam Senatui (a qvo A. 1683. officii illi administratione aliqvamdiu fertur esse interdictum), temere est adversatus, Joh. Frid. Mayeri autem & Christ. Krumholzii, in turbis Ecclesiasticis feralibus, contra moderatiores, fidelis fuit Parastata. Obiit A. 1716.

Disp. Historico-Theologica de ποτηριοκλεψίᾳ, antiqvitatis fuco a Pontificiis illita, Præside D. Christ. Chemnitio. Jenæ 1663. in 4.

Die belobte Gottseligkeit, zum Grunde der, auf seine Anmahnung, in der Hamburgischen Neustadt, gestifteten, Armenschule gelegt, oder Einweihungspredigt derselben, aus 1. Tim. IV. 8., Hamburgi 1683. in 8.

Hamburgisches Denckmahl, bey aufgebaueten neuen Schulhause vor die Neustädtische Armenkinder, aus Gen. XXVIII. 17., in einer Predigt, d. 2. Oct. A. 1684. vorgetragen, und ietzo, samt einem Anhange allerhand denckwürdiger Sachen, so in Hamburg, und sonderlich der Neustatt, seyn vorgegangen, ausgegeben. Hamburgi 1690. in 8.

M. PAULUS Lubicensis, Cœnobii in Wagria Regenfeldensis (sive Reinfeldensis) Præpositus circa A. 1520.

Articuli ejus contra Christianum II., Regem Daniæ, & Tractatus inter Regem hunc ipsumqve Hafniensis, monumentis historicis ἀνεκδότοις, sibi lectis, ab Andr. Sev. Vellejo, *Parte II. Promi Condi Historiæ Danicæ MSti*, accensentur.

ANTONIUS PAULI, Dithmarsus, J. U. D.

Disp. Inaug., continens illustrium Conclusionum Juridicarum centuriam, Præside D. Adriano Beeckerts a Thienen propositam. Lugd. Bat. 1657. in 4.

BRODERUS PAULI, Husensis, d. 3. Aug. A. 1598. natus, patrem habuit Johannem, ordini adscriptum senatorio, avum Jacobum, Præsidem urbis Husensis ducalem (2.), matrem vero Annam, Broderi Dosii, primi ejusdem Consulis, filiam, & hanc novennis A. 1607., patrem vero, viginti natus annos, A. 1618. amisit. E patria A. 1615. in Gymnasium missus Lüneburgense, tres in illo annos substitit, Præceptore gavisus Rectore ejus, Joh. Starckio, Didactico eximio, cujus memoriam, ne in extrema qvidem ætate, sine præfatione honoris, illius recordatus, sacram semper habuit. Sed & Starckius, qvanti discipulum hunc faceret, non solum publicis privatisqve peritiæ ipsius Sermonis Græci pariter atqve Latini præclaræ, ac gratitudinis summæ, jam tunc sæpe est testatus Encomiis, sed *Epistola* etiam *Thesauri Epistolaris*, A. 1621. ei inscripti, *dedicatoria*, in qva *juvenem* illum *elegantiæ morum & sermonis studiosissimum, ac artium, a vulgi scientia remotarum, cupidissimum, virtutum & morum ornamentis insigniter perpolitum, verum Musarum & Gratiarum pullum, juvenum decus, amicorumqve suorum ocellum*, salutavit. Lüneburgo, Jurisprudentiæ vacaturus, A. 1618. Witebergam, & illinc A. 1621. Lipsiam, 1624. autem Argentinam & Basileam, commigravit. Italia deinde peragrata, biennio Spiræ, sede Protodicasterii Germanici, semestriqve Viennæ in aula Cæsarea, exactis, tituloqve Doctoris A. 1629. Helmstadii reportato, ex itinere decennali literario in patriam, eodem A. 1629., redux, dupliciqve carmine de reditu gratulatorio a Vinc. Fabricio (cui *Cimbrorum*, in posteriori, *decus* audit (3.) exceptus, Hamburgi, Catharina, Danielis Langii, mercatoris, filia, uxore ducta (4.), consedit, & inter Advocatos urbis celebriores brevi inclaruit. E conjuge sex sustulit liberos, e qvibus tres filii, ante parentem, in ætate expirarunt tenera, Ulricus vero, J. U. Lic., Anna Catharina, Alb. Schröteringio, J. U. Licentiato, elocata, & Maria Elisabetha, Joh. Henr. Simonis, J. U. D. & Syndici Hamburgensis, conjux, ipsi, matriqve (A. 1663. extinctæ), fuere superstites. Novennio in civitate transacto Hamburgensi, Syndicus ejus, in locum D. Joh. Garmeri, d. 12. Mart. A. 1639. (in cujus locum

1641.

(1.) V. ipsius Hamburgisches Denckmahl *p. 108. 109.*, & Georg. Haccii Michaelischen Eintritt *p. 47.* (2.) V. de illo Casp. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 12., p. 140.* (3.) V. *Elegiam II. Monobibli Elegiarum juvenilium, Libro II. Poematum A. 1633. insertam, & carmen aliud, Libro III. Miscell. p. 54.* Utrumqve in editione *Operum* Lipsiensi est recusum p. 615-619. (4.) V. Vinc. Fabricii *Epithalamium* illi scriptum, *Libro III. Miscellan., p. 56-59.*, in *Poematis* A. 1633. editis, & *in Operibus p. 650. 651. 652.*

1641. ab Ad. Tratligero Jun. (1.) perperam substituitur) est electus, &, per 30. isto munere annos functus, tum scriptis ac laboribus assiduis, tum in crebris ad Imperatorem, Christianum IV., Regem Daniæ, Fridericum, Holsatorum Ducem, Torstensohnium, Strategum Svedicum, Panegyrin Irenicam Osnabrugensem, Comitia imperii (qvæ A. 1654. adiit) Ratisbonensia, Electoresqve & Principes Germanicos, legationibus (2.), fidelem urbi præstitit operam, præmiiqve tandem loco Consulatum d. 15. Jun. A. 1670. reportavit. Ab Henr. Sivero, aliisqve Encomiastis, ob prudentiam, diligentiam in officiis studiisqve indefessam, amorem in literatos, & merita in Gymnasium & Bibliothecam publicam, a civibus vero Hamburgensibus, in Scripto contra Senatum A. 1698. edito (cujus verba supra, in Barth. Molleri Vita recitavimus), ob integritatem, & merita in urbem universam eximia, præclaris ornatur laudibus. Octogenarius gravi lapsu in pavimentum, fallente vestigio, procidit lubricum, atqve ex eo tempore lecto jacuit affixus, placideqve tandem, d. 19. Jan. A. C. 1680., ac ætatis 82., expiravit. Symboli loco Horatiano illo est usus: *Nil admirari*. Plura de illo suggeret Henr. Siveri, Math. Prof. Hamburg., *Programma de Vita ejus funebre*, A. 1680. *in fol.* excusum, & A. 1710., *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 291-299.*, recusum. Qvocum, præter jam allegatos, conferri possunt Gelanoris ψευδωνύμω (sive M. Magni Gärtneri, Regierender Bürgermeister, ihm zu Ehren abgemahlt, opusculum vernaculum, A. 1671. *in 12.* editum, & Aug. Buchneri ad nostrum Epistola, *Parti I. Epistolarum, num. 173., p. 413. 414. 415.*, inserta, elogioqve illum seqventi dignata: *Quotusqvisqve est, qvi non Broderi nomen in tantum veneretur & æstimet, in qvantum, non juris tantum, sed omnis civilis actus, prudentia intelligi potest? Ut nunc de ingenio, de gravitate judicii, de cæteris excellentissimis virtutibus, nihil commemorem.*

Disp. Inaug. de principali rerum communicandarum modo, Donatione propria, Præside D. Joh. Stuckio, Helmstadii 1629. in 4.

Discursus Inqvisitorius de Inventoribus & defensoribus hæreticæ pravitatis V. & N. Testamenti, Inqvisitore: *Nihil est intellectu, qvod non prius fuerit in sensu*; Censore D. Apostolo Paulo 2. Cor. XI. 3. Scriptum ἀδέσποτον, sine Autoris, loci & anni, mentione *in 4.* impressum, qvod se, *in honorem SS. Trinitatis, & informationem S. Scripturæ non credentium, conscripsisse*, Broderus ipse, in Avtographo, sub frontem Exempli, Bibliothecæ Hamburgensi A. 1670. donati, obvio, est testatus. Oppositum præcipue est Rationis in sacris abusui, eamqve hæresium omnium esse fontem ostendere conatur. Confer de illo Vinc. Placcii (cui *scriptum* audit *examine accurato dignum, utpote altioris indaginis & multiplicis conseqventiæ*) T. I. *Theatri Anonymorum & Psevdonymorum, c. 2., p. 122.*

Abgenöhtigte, in jure & facto wolgegründete, Apologia Hamburgensis, entgegengesetzet Christiani IV., Königs in Dennemarck, zweyen A. 1641. an Keyserl. Majestät, und das Churfürstliche Collegium zu Regenspurg, datirten Schreiben, worinn dargethan wird, daß die Hamburger nicht Holsteinische erbgehuldigte Unterthanen seyn, &c. Hamburgi 1641. in 4. Scripti hujus, publico urbis Hamburgensis nomine editi, nostrum Autorem esse, præter rumorem publicum, testantur αὐτόγραφον ipsius, Bibliothecæ Hamburgensis præfixum exemplo, & Aug. Buchneri, qvam supra laudavimus, ad eum *Epistola*, verbis illud commendans seqventibus: *Gotfr. Schneiderus mihi Apologeticum librum, qvem annis superioribus, pro asserendo jure civitatis vestræ (qva qvidem provincia, si qvicqvam judicare possum, egregie atqve magnifice functus es) edidisti, in fidem benovolentiæ tuæ erga me, gratissimum mihi ac acceptissimum munus, exhibuit.* Verum malæ nostrum causæ patrocinatum esse abunde evicit Antapologia Danica, Christiani IV., Regis, jussu, a Theodoro Reinkingio, Cancellario regio (uti creditur), ei opposita, & Hafniæ A. 1642. *in 4.* sub hoc publicata titulo: Königliche Dänische, gründliche, aus den Rechten, und Historischer wahrhafter Bewandniß, genommene, auch mit Documenten, und der Hamburger selbsteigenen verschiedenen Confessionen, Bekäntnissen und Huldigungsgelübden, comprobirte und bestätigte, Remonstration, dadurch der Hamburgischen, also anmaßlich gerühmeten Apologiæ Ungründe angedeutet, und einem jeden öffentlich vor Augen gestellet wird, daß Ihrer Kön. Majestät zu Dennemarck, als Hertzogen zu Holstein Stormarn, und dem hochlöblichen Fürstl. Hause Holstein, dero Stadt Hamburg mit wahrer Erbunterthänigkeit zugethan, und die Hamburger hochgenandtem Fürstl. Hause verpflichtete und gelobete Erbunterthanen, und daß bey dem Hochfürstl. Hause Holstein die ordinaire Landesfürstliche Superiorität über dessen Stadt Hamburg unzweifelich consistire, und Hamburg vice versa demselben subject und unterthan sey. Confer de duobus hisce scriptis contrariis, & illustri, qvam illa discutiunt, de supremo Ducum Holsaticorum in civitatem Hamburgensem imperio, controversia, *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 16., p. 551-557.*, & Placcium *l. c., T. I., c. 11., p. 456. 457.*

Bitte und Ehrenrettung an Ihre Keyserliche Majestät, wieder Joh. Timmensen, diffamanten, der von ihm außgestreuet, daß er Advocatus alterius partis, und zugleich Judex, seyn wolle, auch gesagt habe, er könne gar leicht auß einem ehrlichen Manne einen Schelm machen, und eine Sache auf 10. 20. 30. 40. 50. Jahre aufschieben. A. 1642. in 4.

GEORGIUS PAULS, vel PAULI, Lubecensis.

Panegyricus, Ferdinando Sigismundo Curtio, Comiti a Senftenau, Ferdinandi III., Imperatoris, Camerario & Consiliario, ac S. Rom. Imperii Procancellario, oblatus. A. 1638. in 4.

JOHANNES ULRICUS PAULI, Hamburgensis, J. U. Doctor Rostochii d. 3. Oct. A. 1709. creatus (3.) patriæqve Senator d. 28. Nov. A. 1719. electus.

Disp. Inaug. de Alienatione immediati feudi Imperii, Præside D. Matthia Steinio. Rostochii 1709. in 4.

MICHAEL PAULI, Dithmarsus, urbis Kiloniensis Advocatus, Senator, & tandem, ab A. 1698., Consul, A. 1710. superstes.

Disp. de justitia Hominis circa sua membra, Præside D. Joh. Georgio Simone proposita. Jenæ 1675. in 4.

Notæ MSS. in Ordinationem Judicii provincialis Slesvigo-Holsatici, qvæ in Hansii Leop. Ranzovii *Comm. Acad. de jure conjugum in bona p. 54.* laudantur.

PETRUS PAULI GUNNENS, Eiderstadiensis, Mariæ Elisabethæ Saxonicæ, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, viduæ, in urbe Husensi, ab A. 1664., Consiliarius, præfecturæqve Husensis Administrator (4.); Marqv. Gudii, Consiliarii Danici, inter eruditos perillustris, cui filiam elocavit unicam, socer; A. 1685., vel seqventi 1686., defunctus.

Disp. de Servitutibus realibus, Præside D. Nicol. Langio. Groningæ 1641. in 4.

Synopsis processus judiciarii, manu ejus scripta, cujus *in Bibliothecæ Gudianæ Catalogo p. 110.* occurrit mentio.

ULRICUS PAULI, Hamburgensis, D. Broderi Pauli, Consulis (*supra celebrati*), filius, anno circiter 1637. in lucem editus, J. U. Lic. & in patria Practicus, Dieterici Mülleri, J. U. Lic., Parenti suo in Consulatu A. 1680. subrogati, filiam

(1.) *In Serie Senatus Hamburg. Chronologica p. 49. 50.* (2.) V. Ad. Tratsigerum Jun. *l. c.* (3.) *V. Nov. Lit. Germ. M. Nov. A. 1709. p. 433.*
(4.) V. Ant. Heimreichii *Ep. Dedic. Chronici Frisiæ Borealis, & c. 12., p. 285.*

ti, filiam Annam secundis A. 1677. sibi junxit nuptiis, suamqve vicissim e priore conjugio gnatam, Annam Catharinam, Vinc. Müllero, hujus filio, elocavit (1.). Obiit d. 9. Febr. A. C. 1699., & ætatis 62. A Vinc. Placcio (*T. I. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum, c. 2., p. 122.*) *Virtutum Parentis omnium ex asse hæres, & fori Hamburgensis ornamentum*, appellatur.

Disp. de Arbitris compromissariis, Præside D. Jac. Brandmüllero. Basileæ 1659. in 4.

Disp. Inaug. de Tutelis. Basileæ 1661. in 4.

PETRUS THEODORICUS PAYNGH, Husæ Cimbrorum, ni fallor, circa A. 1575., lucem hanc primum intuitus, post impetratum Doctoris Medici titulum, peritia Chymiæ interiore Rudolphum II., Imperatorem, sibi conciliavit, &, in aula hujus, Pragæ Bohemorum est commoratus (2.). Inde Hafniam Danorum commigravit, ac, a Christiano IV., Rege, Chymici sui dignitate, Canonicatuqve in Scania Londinensi, donatus (3.), septuagenarius illic d. 12. Apr. A. 1645. vivis excessit, filiumqve ὁμότεχνον, Ahasverum (*de quo statim dicetur*), Daniæ reliqvit. V. Inscriptionem sepulchri ejus in æde Petrina Hafniensi, a Pet. Resenio *in Inscriptt. Hafn. p. 221.* exhibitam.

Consilium de Erysipelate, qvod, a filio sibi communicatum, Thom. Bartholinus, *in Cistæ Medicæ Hafniensis*, Hafniæ A. 1662. *in 8.* excusæ, *Loculo XXXII., p. 362-374.*, juris fecit publici; una cum tribus D. Henr. Cüsteri, Poliatri Ottoniensis, Epistolis ad Paynghium Medicis, *Loculo* præcedenti *XXXI., p. 352-362.*, exhibitis.

AHASVERUS PAYNGH, Husæ Cimbrorum (4.) d. 25. Jun. A. 1608., patre Petro Theodorico, Med. D. & aulæ Danicæ Chymico (*modo laudato*), est natus, Hafniæ ab illo educatus, ac, post finem studiis Academicis literarioqve itineri impositum, supremis artis Medicæ A. 1645. Groningæ ornatus honoribus. Praxi illius Husæ initio (si Henn. Wittenio (5.) credas), ac deinde Hafniæ, inclaruit, Archiatrisqve insuper aulicis a Friderico III., Rege Danico, est adscriptus, ac tandem, cum per annos 24. Danis feliciter medicinam fecisset, peripneumonia, d. 13. Maji A. C. 1667., ætatisqve 59., extinctus. In Chymia paucos sua ætate habuit superiores, sed peritiam ejus scriptis ambitiose jactare noluit; Encomiasta contentus eximio, Thoma Bartholino, qvi τεχνεργημάτων ejus rarissimorum indicem, *in Cista Medica Hafniensi*, A. 1662., sacrorum horum naturæ Eleusiniorum Epoptis exhibuit. Qvos inter Ol. Borrichius, Chymicus itidem incomparabilis, *in Epistola*, Amstelodamo d. 25. Mart. A. 1662. ad Bartholinum data (6.), operationes has Chymicas Paynghianas fuse commendavit, seqventiqve dignatus est elogio: *Cl. Payngkii labores summopere æstimo, & magni laboris, industriæ, ingenii, opera agnosco. - - Magnopere me delectant illius in aereis substantiis, & meteoris, labores.* Præsertim tamen, ex iis, oleum, sc. salis nivalis, sulphur vitrioli narcoticum ardens, sales aeris, glaciei, roris, nivis, pruinæ & pluviæ, fixos, salem & liqvorem ignis, oleum talci sine igne, calcinationem Solarem sine eodem, oleum vitrioli & sulphuris per descensum, sulphurqve Veneris ardens, a Paynghio artis ope præparata, summa prosеqvi admiratione in eadem est professus. Epitaphii, defuncto, in æde Hafniensi Mariana, erecti, hanc Pet. Resenius (7.) exhibet Epigraphen:

Pietati & posteritati: AHASVERUS PAYNGH, Med. D., Chymicus eximius, & Archiater regius, e clara & honesta apud Husumenses Holsatiæ prosapia, variis per orbem peregrinationibus edoctus, orbi magis vivendum, quam sibi, in Dania, per annos XXIV., Medicinam feliciter exercuit: Tandem Hafniæ, A.C. 1667., III. Id. Maji, æt. vero 59., vivere desiit, vitio pulmonum mortalitatis vitium absumente. Moestissima conjux, Christina, Tidemanni filia, qvacum annos XXIV., & qvod excurrit, sine jurgiis, vixerat superstes, hic poni voluit reliqvias mariti, cujus animam Deus, famam mundus habet. Æternum ut vivat, apprecare Lector.

Confer de illo Henn. Wittenium *l. c.*, Thomam Bartholinum *locis mox allegandis*, Alb. Bartholinum *in Tr. de Script. Dan. p. 13.*, meaqve ad hunc *Hypomnemata p. 167.*

ELOGIA.

Thom. Bartholinus eum *Centur. VI. Histor. Anatom., n. 29., p. 254.*, *Medicum exercitatum & Chymicum nulli secundum*; nec non (*ibid., n. 83., p. 341.*) *Virum intimiori amicitia & naturæ scientia probatum*; (*Cent. III. Epp. Med. p. 193.*) *Virum in Chymia versatissimum*, it. (*Cent. IV. p. 445.*) *Medicum ac Chymicum eruditissimum*, & (*in Responsione de experimentis Bilsianis ad Zassium, p. 21.*) *Chymicum peritissimum, amicumqve optimum*, vocavit. Alibi, *Diss.* scil. *II. de Medicina Danorum domestica, p. 40.*, his eum verbis celebrat: *Ahasv. Payngk, Med. Hafn., notæ primæ amicus, tanto sudore, ignis beneficio & ingenii, artem Chemicam exercuit, ut ignota qvamplura & rara, in Chemiæ splendorem & augmentum, primus eruerit, in Cista Medica nobis signata. Libro* tandem *VIII. Carminum, p. 223.*, hoc, in honorem defuncti, inseruit Epitaphium:

Herbarum varias cineri reparare figuras	*Nunc propriis Doctor testabitur ossibus, illa*
Igne suo, & forti, plura, liqvore, volens,	*Ex cinere hoc possit qvod reparare Deus.*

Ol. Borrichio (cujus *Epistolæ* excerpta, huc spectantia, supra jam recitavimus), *in vindiciis sapientiæ Hermetis & Ægyptiorum p. 415.*, *Medicus* audit ἐργασίᾳ *Chemica paucis secundus.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. Inaug. de Corde. Groningæ 1645. in 4.

Operationes qvædam Chymicæ rariores, Thomæ Bartholino communicatæ; & ab illo, in *Cista Medica Hafniensi*, Hafniæ A. 1662. *in 8.* excusa, *Loculo LXIV., p. 631-638.*, publicatæ; de qvibus judicia Bartholini & Ol. Borrichii honorifica paulo ante sunt recitata.

(Ab eodem Thoma Bartholino, *in præfatione Dispensatorii Medici Hafniensis*, Hafniæ A. 1658. *in 4.* impressi, Medicis noster accensetur aulicis & urbanis, qvi secum, in revidendis & recensendis illius classibus, desudarunt.)

JOHANNES GEORGIUS PELLICERUS, Eutino Wagrius, patre ædis oppidi istius Collegiatæ Canonico, anno circiter 1636., natus, ipse etiam, anno jam 1666. (qvo J. U. Licentiati titulum Kilonii, d. 22. Jan., Brabeuta Erico Mauritio, in prima reportavit promotione Academica), ejusdem fuit Canonicus, Capituliqve simul Lubecensis Secretarius. Julio deinde Francisco, Duci Saxo-Lauenburgico, A. 1676. fuit a consiliis, &, oppidi ab eo Lauenburgensis *Præses* constitutus, d. 4. Jun. A. C. 1682., ac ætatis 46., teste Wittenio, vivis excessit. Poeta erat, in utroqve sermone, Latino ac Germanico, eximius, Societatisqve Vatum Teutonicorum Floriferæ Pegnicensis, in qvam a fundatore, Sigismundo a Bircken, sub *Thyrsidis* cooptatus est agnomine, ornamentum singulare. A Phil. a Zesen in societatem Rosigeram sub agnomine des Zierenden etiam allectus est (8.). V. de illo Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII., ad A. 1682.*, Erdm. Neumeisteri (præcipuis eum Vatibus Germaniæ accensentis vernaculis) *Diss. de Poetis Germanicis*

(1.) V. *Nova Lit. Germ., M. Jan. A. 1703., p. 30.* (2.) V. Thomæ Bartholini *Cent. IV. Epp. Med. p. 445.* (3.) Teste Willichio Westhovio *Lib. II. Epigrammatum.* (4.) V. Inscriptionem Epitaphii, paulo post recitandam, & Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biogr. Sec. XVII., ad A. 1667.* (5.) *l. c.* (6.) V. illam in Thomæ Bartholini *Cent. III. Epp. Med. n. 99., p. 431. 432. 436.* (7.) *In Inscriptionibus Hafniensibus p. 90.* (8.) V. *Catalogum Collegarum Societatum Zesianarum* Witeb. 1685. editum.

cis p. 78., & Carmina sociorum Pegnicensium, in laudem ejus scripta, ac in *Balthide*, mox alleganda, A. 1677. publicata, Mart. Kempii sc. (a qvo *Pindus* Blume, Themis Ruhm, und erwünschtes Eigenthum, vocatur) unicum, *P. II., p. 118-123.*, & Dan. Bährholzii duo, *P. III., p. 219. 220. 221.*, obvia. Joh. Wilh. Petræo (*in Historia vitæ suæ p. 10.*) *Vir* audit *doctissimus*.

SCRIPTA EDITA.

Disp. Jurid. Inaug. de Æstimatione, Præside D. Erico Mauritio proposita. Kilonii 1666. in 4. Recusa in *Volumine Dissertationum* Mauritii, Francofurti A. 1692. *in 4.* edito, *p. 1208-1246.*

Monumentum acerbo funeri D. Menonis Hannekenii, Superintendentis Lubecensis, consecratum. Lubecæ 1671. in fol. Inscriptio elegans, recusa in Syntagmate Orationum & Epicediorum, memoriæ Hannekenii sacrorum, ibidem A. 1673. in 4. Elegia in obitum Christ. Cassii, Episcopi Lubecensis Consiliarii. Lub. 1676. in fol.

Inscriptio in Dan. Georg. Morhofii, naufragio, uti ferebatur, A. 1671. extincti, obitum falso creditum; inserta *Appendici adoptivæ Dissertationum Academicarum* Morhofii, Hamburgi A. 1699. *in 4.* editarum, *p. 91-94.*

Lob des Floridans (*i. e. Sigismundi a Bircken, Com. Pal. Cæs.*), in den Zimbrischen Lustgefildern, theils in gebundener, theils in ungebundener Rede, von dem ausländischen Pegnitzschäffer Thyrsis besungen. Prodiit in *Balthide*, oder den Gedichten Dreyer am Belthe weidenden Pegnitzschäffer (*J. G. Pelliceri, Mart. Kempii & Dan. Bährholtzii*), Bremæ A. 1677. *in 12.* editis, *p. 14-64.*

Heldenruhm Valentini von Winter, Obersten; Poema Germanicum Heroicum, a Wittenio, *l. c.* memoratum, a Dan. Bährholzio autem, in *Balthide* modo allegata, *P. III., p. 221.*, peculiari commendatum Epigrammate.

Amores Principales (*qvorum apud Wittenium solum occurrit mentio*).

INEDITA.

Tragœdia Germanica de Christi passione, qvam Mart. Kempius (*in Balthide, P. II., p. 118-123.*) carmine celebravit Encomiastico, & Henn. Wittenius, *l. c.*, ab hæredibus editioni destinatam fuisse testatur.

Alia complura, jam absoluta & luce dignissima, in scriniis, teste eodem Wittenio, relicta.

MATTHIAS PELLICERUS, Eutino Wagrius, Joh. Georgii, modo laudati, frater, &, tam in Canonicorum Eutinensium Collegio, qvam in Societate Poetica Florifera Pegnicensi, *Lysidis* ipsi impertita agnomen, Collega, in societatem etiam Liligeram, sub titulo des Gezierten a Phil. a Zesen cooptatus (1.), in Poesi Germanica illo, & reliqvis plerisqve vatibus coævis, superior, M. Aug. A. 1673. defunctus. V. *Epicedia* tum Dav. a Brügge, Subrectoris Lubecensis, ac aliorum, seorsim excusa, tum Joh. Georgii fratris (in *Encomio* etiam *Floridani p. 47.* Claudiano eum præferentis, nulloqve vatum inferiorem fuisse affirmantis) ac Dan. Bährholzii, *Balthidi* A. 1677. inserta, illius *P. I. p. 53. 59-62.*, hujus autem *P. III. p. 223. 224. 225.* Dav. a Brügge hoc extinctum celebravit Epitaphio: *Viator lege ac luge. Jacet hic Siren Musica, & vatum gloria, Poetarum grande specimen, Mercurialium leporum & facetiarum ingenuarum architectus, Mæviorum ac Baviorum osor, Virgiliorum amicus & fautor, Phœbi decus & delicium, Gratiarum corculum, Musarum ornamentum, amicorum lux & gaudium.*

Carmina vernacula plurima sigillatim diversis edidisse fertur temporibus, e qvibus solum mihi se obtulit Tessaradecastichon in Dan. Bährholtzii Poematia Germanica perelegans, his A. 1677., in *Balthide, paulo ante laudata, P. III., p. 172.*, præfixum. Longe tamen plura reliqvit ἀνέκδοτα, a Dan. Bährholtzio, in carmine funebri, *l. c. p. 225.*, his metris commendata:

Ich werde niemahls nicht verschweigen deinen Geist,
Der sich so ungemein, in tausend Liedern, weist.

Eminuit hæc inter, amico teste, Paraphrasis Cantici Canticorum Metrico-Germanica, ad fontium Hebræorum ductum concinnari ab illo cœpta, sed haud absoluta.

JOHANNES FRIDERICUS PENNINGBÜTTEL, Lubecensis.

Tractatus de Testamenti imperfecti approbatione, in qvo controversiæ ac casus qvidam selectiores deciduntur, ac leges obstantes removentur. Jenæ A. 1716. V. de illo *P. LIII. ac LIV.* der Gelehrten *Famæ p. 394. 395. 396.*

M. DAVID PENSHORNIUS (qvem *Danielem Bensborn* Val. Ern. Löscherus (2.) perperam appellat), in civitate, ni fallor, natus Hamburgensi, Pastoratum in eadem ædis ac Xenodochii S. Spiritus, A. 1562., Matthiæ Krögero per Joh. Zarium, Antistitem Nicolaitanum, subrogatus, ac, triennio post, A. 1565., Kal. Nov. (vel, juxta Lambecium (3.), aliosqve, die XI. mensis ejusdem), Parochiæ Nicolaitanæ, Zarii ipsius Successor electus, obtinuit. Hoc fungens, A. 1570. ad Colloqvium Jac. Andreæ & Wolfg. Amlingi, Theologi Anhaltini Cryptocalviniani, de controversis religionis capitibus, Servestanum (4.), A. 1575. autem & 1576. ad conventus Presbyteriorum Lubecensis, Hamburgensis & Lüneburgensis, Mollensem ac Ulzensem, in qvibus de *libro* deliberabatur *Concordiæ* (5.), est ablegatus. A. 1580. tandem, d. 17. Aug., Superintendens Ecclesiæ Hamburgensis, Lectorqve Theologiæ in æde Cathedrali primarius, in locum D. Cyriaci Simonis, a Senatu Pastoribusqve reliqvis, electus, & a Canonicorum Collegio, ad qvod a qvatuor Consulibus d. 25. Oct. deducebatur urbanis, confirmatus, Kalendisqve Novembris inauguratus, omnium ultimus hisce præfuit officiis. Post illius enim, d. 23. Sept. (Michaeli Archangelo sacro) A. 1593. extincti, ac, triduo post, ad suum in choro ædis Nicolaitanæ sepulchrum ab octo Diaconis junioribus, qvadriga Pastorum primariorum feretrum comitante, deportati, obitum, Superintendentem alium Senatus, nimia, uti creditur, Clericorum qvorundam suorum ambitione, indoleqve turbulenta, absterritus, in hunc usqve diem, licet Cives sæpius, & satis interdum importune, fieri id postulaverint, Ecclesiis suis præficere noluit, sed Ephoriam illarum Presbyterii commisit Senioribus. E liberis nostri Joachimus ædis Hamburgensis Catharinææ (ab A. 1608. ad 1629.) fuit Diaconus, Magnus (Joh. Schelhammeri, Pastoris Petrini, gener) Præpositus in Dithmarsia Meldorpiensis (6.), David Senator (ab A. 1621. ad 1629.) Hamburgensis (7.), & Catharina tandem uxor Petri Boyenii, Dithmarsiæ Australis Præpositi (8.). Ob zelum contra Heterodoxos, ac præsertim Reformatos, in Presbyterii Hamburgensis *Judicio de horum sepultura*, qvod A. 1635. prodiit, extollitur *Germanico* (9.), & ab Herm. Hamelmanno (10.) *Vir doctus*, nec non (11.) *virtute & doctrina præstantissimus*, salutatur. Confer de illo Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, Pet. Lambecii *Orationes*

(1.) V. *Catalogum Societatum Zesianarum*, Witeb. A. 1685. editum. (2.) In den unschuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. I. A. 1704. p. 26.* (3.) *In Oratt. p. 89.* (4.) Testibus D. Paulo ab Eitzen, *in Annott. de isto MSS.*, & Löschero *l. c.* (5.) V. Sam. Pomarii Ehrengedächtniß des Concordienbuchs *p. 82. 85.* (6.) *Teste Genealogia Familiæ Schelhammerianæ MSta.* (7.) V. de illo Ad. Trafigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamb. p. 44.* (8.) V. Henn. Conradini Epithalamium ei scriptum, *in Poematis p. 161.* (9.) *P. 4. & 5.*, citante Hier. Pasmanno im Hamb. Denckmahle *p. 72.* (10.) *Lib. II. Hist. Eccl. Evangelii renati (in Opp. Geneal. & Hist.) p. 975.* (11.) *In Ep. dedic. ejusd. Libri II. p. 805.*

tiones & Programmata p. 89., Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 860. 869. 910.*, & *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 10.*, *§. 4.*, *p. 571. 572.*

Christlike Vermahninge und Warninge vör dem Calvinischen Schwarme; Scriptum Saxonicum, a Bernh. Vagetio, *in præfat. Edicti civitatum Vandalicarum contra Sacramentarios*, A. 1616. denuo editi (*teste Pasmanno l. c. p. 81.*), allegatum.

Bedencken, obs recht und Christlich gethan sey, daß man die iunge getauffte Kinder, umb Verminderung der Unkosten willen, ohne alle Christliche Ceremonien, in der Stille und heimlich, in die Gräber läst einstecken? d. 25. Jul. A. 1587. geschrieben. Legitur in M. Georg. Dedekenni *Thesauro Consiliorum Ecclesiasticorum*, Hamburgi A. 1623. & Jenæ A. 1671. *in fol.* excuso, *T. I.*, *P. II.*, *p. 1083-1086.*, & a Christ. Kortholto, im Bedencken vom heimlichen Leichbestattungen, *§. 3.*, commendatur.

DAVID PENSHORNIUS Junior, Hamburgensis, M. Joach. Penshornii, Ecclesiastæ Catharinæi, e Walpurgi Göhrenia filius, Davidis autem senioris, modo laudati, nepos, diem 29. Maji A. 1610. habuit natalem, & in schola Gymnasioqve patriæ studiorum absolvit tyrocinia. Juri deinde vacaturus, ex Academiis Germaniæ & Galliæ, A. 1628. Marpurgensem, 1629. Lipsiensem, 1630. Argentinensem, 1631. Genevensem, 1632. Bituricensem (in qva, Kal. Oct. Præses nationis electus Germanicæ, hujus nomine Henr. Condæum, primum sangvinis regii Principem, oratione compellavit Gallica pereleganti), & 1633. Parisinam, adiit. A. 1634. Belgium utrumqve & Britanniam peragravit, seqventi 1635. Lugduni Batavorum substitit, &, Polonia, Hungaria ac Italia, proximo lustratis triennio, cum Licentiati titulum Basileæ d. 19. Febr. A. 1639. reportasset, & Spiræ, Praxeos forensis palæstra, per qvinqve menses hæsisset, ex undecim annorum itinere d. 8. Sept. Hamburgum rediit. Illic, nuptiis cum Catharina Magdalena, Mich. Wichmanni, J. U. Licentiati, filia, & Barth. Becmanni, Consulis, nepte, duas sibi puellas enixa, A. 1640. celebratis, A. 1642. Judicii inferioris Assessor, A. 1649. (d. 21. Febr.) Senator, & A. 1652. Prætor, est electus. A. 1654., d. 28. Maji, civitatum Hanseaticarum nomine, cum Collega, Theod. Mollero, J. U. L., ad Ludovicum XIV., Galliæ Regem, Legatus abiit, & ab hoc Ordinis Michaelitani adscriptus est Eqvitibus, aureoqve torqve donatus, nec exiguum Julii Mazarini, Cardinalis, cæterorumqve aulæ procerum, expertus favorem. Singulari rem literariam proseqvebatur affectu, urbisqve patriæ Bibliothecam, Scholam, Gymnasium, & utriusqve Doctores, e qvibus Joach. Jungius, qvanti ipsum faceret, indicaturus, Testamenti eum sui, vere Philosophici, cum aliis, A. 1657. (teste *Vita Jungiana*, a Mart. Fogelio edita) designavit executorem. Qvinqvagenarius tandem d. 7. Mart. A. 1660. obiit, & fuse in *Programmate* Pet. Lambecii celebratus est *funebri* (eodem A. 1660. in Lambecii *Orationum & Programmatum Syntagmate*, *p. 88-95.*, & A. 1711. in Joh. Alb. Fabricii *Memoriarum Hamburgensium Parte tertia*, *p. 111-120.*, Hamburgi recuso.) *Senator* huic audit *plusqvam Senator*, *JCtus religiosissimus*, *literarum & literatorum summus Mæcenas*, *qvem, præmatura morte ex oculis sublatum, non pietas tantum, & justitia, & Musæ, & Charites, sed ipsæ illæ parvarum magnarumqve civitatum pestes, ignorantia recti & invidia, lugent & deplorant.* Confer de illo Ad. Trasigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamburg.*, *ad A. 1649.*, *p. 51.*

Disp. Inaug. de Præscriptionibus. Basileæ 1639. in 4.

M. JOACHIMUS PENSHORNIUS, Hamburgensis, Davidis Senioris (*supra laudati*) filius, & junioris (de qvo modo dictum) parens, ædis in patria Catharinææ Diaconus, A. 1608. d. 25. Oct. electus, & d. 29. Oct. inauguratus, templiqve simul Cathedralis Vicarius, peste d. 19. Sept. A. C. 1629., & ætatis 52., expiravit. V. Pet. Lambecii (cui Vir *singularis* audit *sanctimoniæ & eruditionis*) *Programma de vita filii funebre, Orationibus subjunctum*, *p. 89. 90.*, Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 622. 881.*

Epicedion Græcum trium paginarum Heroicum, & Epigramma Latinum, in obitum D. Dav. Chytræi, qvæ in Scriptorum de vita Chytræi Syntagmate Rostochiensi (*lit. Bb. 2. b - Bb. 4. a.*) leguntur.

STEPHANUS PERSEN, Kiloniensis, ædis Slesvicensis Michaelitanæ, ab A. 1634., Pastor. V. Ad. Olearii *Itinerarium Persicum*, *Lib. IV.*, *c. 27.*, *p. 767.* Conf. de illo J. M. Kraftii Zweyfaches Jubel-Gedächtniß *p. 395.*

Christliche Kampf- und Ehrenkrone, oder Leichpredigt über Thomam Hansen, aus 2. Tim. IV. 7. 8. Slesvigæ 1649. in 4. (*M. T. A.*)

JOHANNES PERSIUS, Hamburgensis.

Der teutschredende Isocrates, oder Poetische Uebersetzung der vortreflichen Vermahnungsrede desselben an den iungen Demonicum, aus dem Griechischen in hochteutsche Verse, unter Anführung Joh. Christoph. Losii, Rectoris zu Hildesheim, übernommen, und im Gymnasio hergesagt. Hildesiæ 1685. in 4. De hac ita M. Erdm. Neumeisterus, *in Diss. de Poetis Germ. p. 78.*, judicat: *Mentem Rhetoris Græci bene satis, minimeqve obscura dictione, expressit, nisi qvod, nunc altum petens, mox humi repens, æqvabilem dicendi formam paulo minus videtur observasse.*

M. HERMANNUS a PETKUM, Hamburgensis, patre mercatore sibi cognomine, matre vero Anna a Campen, d. 29. Jun. A. 1610. natus, ex urbis patriæ schola & Gymnasio, ut Theologiæ initiaretur mysteriis, A. 1633. in Academiam Rostochiensem, ac postea in Regiomontanam & Witebergensem, se contulit, supremosqve in ultima Philosophiæ honores, d. 26. Sept. A. 1636., Brabevta D. Jac. Wellero, reportavit. A. 1638. Ecclesiastes factus est Ulrici, Comitis Frisiæ Orientalis, aulicus, A. 1640. autem urbis in eadem provincia Auricensis Pastor primarius, inqve muneribus istis recte administrandis D. Mich. Waltheri, Theologi veterani, plurimum adjutus consiliis. Hamburgum tandem revocatus, in Parochiæ Petro-Paulinæ Diaconatu Sigism. Philoni Schelhammero d. 7. Jul. A. 1644., in Pastoratu vero ejusdem D. Joh. Müllero d. 7. Sept. A. 1673., successit, ac ipse vicissim, cum Cardialgia d. 21. Dec. A. C. 1682., & ætatis 72., expirasset, D. Sam. Schultetum in hoc successorem obtinuit. Vitæ thoriqve sociam, per annos 42., habuit Elisabetham Prætoriam, filiam Johannis, neptemqve Hieronymi, Musicorum celeberrimorum Hamburgensium, filiisqve novem & qvinqve filiabus ex ea sublatis, illorum tantum unum, Joh. Hieronymum (*de qvo statim dicetur*), harum vero qvatuor, reliqvit superstites, ac natu maximam Georgio Jonæ Tonsori, Hadeliæ Superintendenti, elocavit. Symboli loco verbis Nehemiæ est usus, e c. XIII. v. 31.: *Memento mei, Deus meus, in bonum.* Plura de veterano hoc Hamburgensium Antistite (qvem Sam. Pomarius, *in Ep. Dedic. Comm. in Epist. Judæ*, *§. 42.*, *Senem* appellavit *venerandum, & de Ecclesia sua egregie meritum*) D. Rud. Capelli, Prof. Hamb., *Programma funebre*, A. 1683. excusum, & A. 1711. *Parte III. Memor. Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii, *p. 307-318.*, recusum, ac Jac. Genckii, Diaconi Hamb. Petrini, Sermo vernaculus, ejus consecratus memoriæ, Hamburgiqve A. 1683. & 1686. *in 4.* impressus, suggerent. Epitaphii, in æde Petrina erecti, Epigraphen in Joh. Alb. Fabricii *Auctario Inscriptt. Hamburgensium Theod. Anckelmanni*, *n. 135.*, *p. 42. 43.*, invenies. Conf. Christ. Funckii Gedächtniß Aurichscher Prediger.

Disp. de Proprio & accidente, Præside M. Wilh. Witzendorfio. Rostochii 1635. in 4.

JOHAN-

JOHANNES HIERONYMUS a PETKUM, (1.) Hamburgi d. 20. Aug. A. 1657. natus, Hermanni, modo laudati, filius superstes e novem unicus, e patriæ Schola acGymnasio, studiorum causa, A.1677. Witebergam, A. 1579. Giessam, 1680. autem Lipsiam, & hinc, metu pestis, Rostochium, migravit, Batavia & Anglia perlustratis, Witebergam A. 1683. reversus, Magistri obtinuit titulum, & Hamburgi deinde, ad A. usqve 1689., substitit. A. 1689. Hafniam profectus, triennio seqventi Philippi Ernesti, Ducis Holsato-Glücksburgici, in itineribus Germanico, Italico & Gallico, fuit Ephorus, in ipsa vero metropoli Hafniensi studia filiorum Christiani V., Regis Danici, juniorum, Caroli (qvem Aqvisgranum comitabatur) ab A. 1692., & Wilhelmi ab A. 1694., est moderatus, simulqve Ethices in Academia eqvestri egit Professorem. A. tandem 1697., titulo Licentiati a Theologis reportato Hafniensibus, Itzehoam discessit, urbisqve hujus Pastor, & Diœceseos Præpositus Münsterdorfiensis, ab eodem Rege constitutus. Uxorem qvidem A. 1698. duxit Annam Catharinam, Joach. Stemanni, XVviri Hamburgensis Catharinæi, filiam, sed in sterili vixit matrimonio, atqve idcirco Titum Schröderum, Theol. Studiosum, a se educatum, adoptavit. Morte subita, ipso Christi natali, sive die 25. Dec., A. C. 1713., ac ætatis 57., cum, post sermonem sacrum habitum, verbisqve Servatoris Joh. XVII. 24., ac stropha Hymni vernaculi (Weicht ihr Trauergeister, &c.), finitum, domum vix rediisset, Catarrhi vehementioris apoplectici insultui iterato, hora nondum elapsa, succubuit. V. Alb. Christ. Kirchofii, successoris ipsius, Lohn der treuen Knechte Gottes, sive Sermonem in exeqviis ejus (ex Act. XXIV. 14. 15. 16.) funebrem, cum Mart. Schelii, Diaconi Itzehoensis, Parentatione Germanica, Amicorumqve Epicediis, Glückstadii A. 1715. *in fol.* excusum.

A Vinc. Placcio (2.) *Filius* vocatur *venerandi parentis omnino patrissans, imo magna Parentis in Ecclesiam merita majoribus qvandoqve exuperaturus*, ac (3.) *ornamentum patriæ*, ab Henr. Muhlio (4.) autem ein wackerer Theologus.

Disp. de Concursu Dei cum causis secundis prævio & prædeterminativo, Præside Chr. Donato, Log. & Metaph. Prof. Witebergæ 1679. in 4.

Disp. de Analogia Mentis increatæ & creatæ, ab ipso Præside proposita, Witeb. 1683. in 4.

Exerc. Inaug. Anti-Syncretistica de Syncatabasi in causa religionis, pro gradu Licentiæ, Præside D. Henr. Bornemanno, proposita. Hafniæ 1697. in 4.

Commentatio brevis de Scriptoribus Anglicis Anonymis & Psevdonymis detectis, *Theatri Anonymorum & Psevdonymorum* Vinc. Placcii, Hamburgi A. 1708 *in fol.* editi, *Tomo I., Capite XIII., p. 506 - 530.*, ἀνωνύμως exhibita, aliorumqve symbolis & scholiis passim interpolata atqve illustrata; qvam Placcius illi deberi *p. 516. 521. 528*, significavit, & expectari ab eo jam olim (*in Invitatione ad Scriptores suos Anonymos & Psevdonymos augendos p. 34.*) jusserat.

Gekrönte Lilie, bey Absterben Herrn Andreæ, Baronen von Lilgenkron, Königl. Dänischen Kantzlern in den Hertzogthümern Sleswig und Holstein, vorgestellet. A. 1701. in fol. (*Catal.*)

Judicium Germanicum de Fidelium in hac vita beatitudine, eam defendens, Nicol. Sibbero, Pastori Glückstadiensi, peculiari expositum Epistola, & in D. Franc. Julii Lütkenii, Regis Daniæ Concionatoris aulici, Rettung seiner Lehre vom ewigen Leben der Gläubigen hie auf Erden (qvæ Hafniæ A. 1708. *in 4.* prodiit), *c. 5., p. 192-199.*, publicatum.

ANDREAS PETRI, Tranderupæ, pago Arroæ, insulæ maris Balthici Cimbricæ, d. 10. Aug. A. 1602., patre Petro Andreæ Wandalo, Pastore illius, vicinarumqve Ecclesiarum Præposito, matre autem Ægidia Jani Welleja, natus, scholas Fioniæ Svenoburgensem & Ottoniensem puer freqventavit, & adultior Academiam Rostochiensem A. 1620., Hafniensem vero A. 1622., adiit. A. 1627., a D. Joh. Michaelio, Fioniæ Episcopo, Scholæ Svenoburgensi est præfectus, seqventi autem 1628. Pastor, in agro vicino, constitutus Olderupensis & Kirkebyensis, morboqve tandem, qvi in hydropem degeneravit, scorbutico, d. 10. Jul. A. C. 1657., & ætatis 55., cum qvatuor ex uxore Elisa Andreæ, Ottoniæ A. 1630. ducta, sustulisset liberos, extinctus. Inter Vates Daniæ vernaculos locum ævo suo honestum promeruit, ac ab Erico Pontoppidano (*in Grammatica Danica p. 19.*) *Poetæ ingeniosissimi, & patriæ lingvæ peritissimi*, reportavit elogium. Vitæ ejus historia fusius a filiæ ipsius genero, Magno Jani Lucoppidano, Pastore in Fionia Osterskierningensi, Præpositoqve Sundsherredensi, est descripta, e qva, per fratrem hujus, Petrum, Pastorem Thorsingensem, virum eruditum, mihi transmissa, qvæ hactenus narrata sunt excerpsi, & scripta nostri seqventia apud hæredes ἀνέκδοτα superesse didici.

Luscinia spiritualis Ollerupiana, sive Syntagma Hymnorum plusqvam 400. Latino-Danicorum, tum propriorum, tum alienorum (e lingva Germanica in Danicam Latinamqve ab ipso transfusorum), in tria distributum volumina; ita tempori, personis, & devotioni cuivis, aptatum, ut mens Christo devota, sive surgat, sive prandeat, sive cœnet, sive dormiat, sive qvovis sabbatho & festo sacra adeat, ex isto, tanqvam promptuario, preces & suspiria, laudes & sacra gaudia, Deo grata, qveat depromere.

Æneidos Virgilianæ Liber qvartus, rythmis Danicis, rogatu D. Joh. Michaelii, Fioniæ Episcopi, A. 1627. expressus.

Versio Danica Gazophylacii aurei (des güldenen Schatzkästleins), a Mart. Hyllero Germanice scripti ac editi.

Elbeschwan, sive Odæ, partim Latinæ, partim Germanicæ, Joh. Ristii, Pastoris ad Albim Wedelensis, nomini inscriptæ.

BENEDICTUS NICOLAUS PETREJUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1701., Hamburgensis, in patria, M. Augusto A. 1717. mortuus.

Disp. Inaug. de natura Metallorum, nonnullisqve eorum arte factis. Trajecti ad Rhenum 1699. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum p. 20.*)

BERNHARDUS PETRI, Slesvicensis, Nicolai, præfecturæ Morkirchensis Inspectoris, filius, A. 1643. in lucem editus, J. U. Licentiati titulum Rostochii A. 1668. obtinuit, &, uxore ducta Margareta Catharina, Friderici Plonnies, Senatoris Lubecensis, filia, causarum Flensburgi patronum aliqvamdiu egit forensium, postea vero aulæ Holsato-Sunderburgicæ factus est Consiliarius. V. D. Georg. Radovii *Programma de vita ejus, Disputationi Inaugurali A. 1668. præmissum.*

Disp. de Jure sacro in Imperio Romano-Germanico, Præside D. Joh. Christiano Beselino. Rostochii 1665. in 4.

Disp. Inaug. de Jure reluendi, Præside D. Georg. Radovio. Rost. 1668. in 4.

CASPARUS PETRÆUS, Parochiæ ruralis Hoyeranæ, in Diœcesi Tunderensi, Pastor, A. 1721. superstes.

Kürtze und Mühseligkeit des menschlichen Lebens, oder Leichpredigt über Fedder Lund, Fürstl. Haldesvogt in Hoyersharde, aus Ps. XC. 11. Slesvigæ 1701. in 4.

(1.) Qvem Vinc. Placcius *Joh. Georgium* memoriæ appellavit vitio *in Invitatione ad Scriptores suos Anonymos & Psevdonymos augendos p. 34.* (2.) *l. c.* (3.) *T. I. Theatri Anon. & Psevdon., c. 13., p. 510.* (4.) Im Vorbericht des unverfälschten Sinns Lutheri von der Seligkeit der Gläubigen p. 7.

FRIDERICUS PETRI, Husensis, Ecclesiæ ruralis Viöldensis, in Nomarchia Dioeceseos Flensburgensis Nordgoesensi, Diaconus pie eruditus, &, ob singularem, in officio sacro administrando, veraqve Christianismi Theoria pariter atqve Praxi auditorum, & juventutis rusticæ, animis, non publice solum, sed & privatim, assidue instillanda, fidem ac diligentiam, D. Christ. Kortholto, Theologo Kiloniensi, aliisqve, charissimus, Apoplexia d. 25. Jun. A. 1695. expiravit. Zeli is, qvo emendationem vitiorum, qvæ in Ecclesiam Lutheranam, omnesqve ejus ordines, irrepserunt, epidemiorum, enixe exoptabat, ardentissimi impulsu, suas de his, & neglectu imprimis Clavis, qvam vocant, ligantis ac disciplinæ Ecclesiasticæ, qverelas, Theologorum ac Politicorum γνησίως Lutheranorum haud paucis confirmatas suffragiis, Schediasmatis diversis ἀνεκδότοις, A. 1682. Pastoribus Nomarchiæ Nordgoesensis, Consistorio Flensburgensi & D. Christiano a Stöcken, Superintendenti Regio, A. 1688. autem Stöckenii successori, D. Josvæ Schwartzio, exposuit. Hi ejus conatus Schwartzio displicuere, a qvo non tunc solum privatim est objurgatus, & A. 1694., M. Oct., denuo ad Synodum evocatus Rendesburgensem, promissaqve, uti tradit, emendatione domum remissus, sed in scripto etiam publico, mox allegando, simplicitatis & Pietismi insimulatus. V. de illo Frid. Breclingii (Chiliasmi illum suis patronis, incertum an vere, accensentis) *Catalogum testium veritatis* (Gotfr. Arnoldi *Tomo IV. Hist. Eccl.*, *Sect. III.*, *n. 18.*, *insertum*), *num. 105.*, *p. 769. 770.*, D. Josvæ Schwartzii adversus hunc Breclingii locum Apologema, in præfatione des Wahren Berichts vom Sabbath, *lit. a. 7. a. 8. b. 1.*, & qvæ huic, ad famam nostri vindicandam, a M. Kratone (sive M. Joh. Melch. Kraftio), defuncti non Hyperaspista solum sed & Encomiasta, in der Geretteten Unschuld zweyer Hochfürstl. Holsteinischen Superintendenten wieder D. Josvam Schwartzen, Slesvigæ A. 1702. edita, *cap. 2.*, *p. 30-44.*, sunt reposita.

Zwey christliche Lieder wieder des leidigen Satans leibliche und geistliche Anfechtung, das erste von D. Christ. Kortholten, das andere von ihm aufgesetzet. A. 1689. in 8.

Sendschreiben von den Mängeln der Lutherschen Kirche, und dem nohtwendigen Gebrauche des Bindeschlüssels, an die Prediger der Bredstädtischen Gegend, oder des Nordgoesshardes, d. 28. Aug. A. 1682. abgelassen. Prodiit A. 1702., in scripto M. Joh. Melch. Kraftii paulo ante allegato, *c. 2.*, *p. 31-42.* MS. superest Aug. Giesii, Secretarii Husensis, Judicium de illo Germanicum ὁμόψηφον.

Beweis, daß ein Prediger, auf die Weise, wie das Predigampt in dem Christenthume heutiges Tages geführet wird, sein Gewissen nicht befriedigen könne. MStum 20. plagularum D. Christiano a Stöcken, Superintendenti Cimbriæ regiæ, & Consistorio Flensburgensi, anno circiter 1682., exhibitum, qvod a Frid. Breclingio, *l. c.*, nec non *in Paulo redivivo p. 10.*, commendatur.

GEORGIUS PETRÆUS, Apenrada Cimber, Vincentio Alberti, in Pastoris oppidi Tunderensis munere A. 1554., in vicinæ autem Diœceseos Præpositura d. 25. Junii A. 1561., subrogatus, sexagenarius d. 2. Aug. A. 1585. obiit, & in utroqve officio Andream Thomæum habuit successorem. Generi ejus fuere M. Jac. Fabricius Senior, Protecclesiastes aulicus ac Superintendens Holsato-Gottorpiensis, & M. Petrus Hegelundius, Episcopus Ripensis, cujus Epistolæ ad D. Paulum ab Eitzen ἀνεκδότῳ, & Joh. Calixti, Pastoris Medelboensis, Annotationibus MSStis, de illo relata debeo. Conf. Ant. Heimreichii *Hist. Eccl. Slesvic.*, *Lib. 4.*, *c. 3.*, *p. 214.*

Bedencken des Superintendenten und der Prediger Göttliches Wortes Johannis des Aelteren, Hertzogen zu Sleswig und Holstein, über die Schwäbische Unionsschrift, sive Judicium vernaculum, qvo illi Librum Concordiæ improbarunt, ejusqve subscriptionem detrectarunt, ἀνέκδοτον, M. Oct. A. 1576. exaratum; cujus Petræum fuisse Autorem Henr. Muhlius (*Diss. I. Historico-Theol. de Reformatione religionis in Cimbria p. 112.*) testatur.

GEORGIUS PETREJUS, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1701. & 1716. Hamburgensis, in patria.

Disp. Inaug. de Patria potestate, Franeqveræ 1696. in 4. (V. Pet. Ambr. Lehmanni *Hamburgum A. 1701. litteratum p. 21.*)

HENNINGIUS PETERSEN, Wesselbura Dithmarsus, Pastor initio, in Anglia Cimbrica, Flenopoli vicina, Mönckbrarupensis, deinde vero Philippi & Christiani, Ducum Holsato-Glücksburgensium, Ecclesiastes in arce Glücksburgensi aulicus, & Ecclesiarum ditionis Glücksburgicæ Præpositus, munere hoc per septem circiter lustra administrato, cum memoria & judicio omni senectus, ab aliqvot jam annis, eum privasset, M. Oct. A. 1693. est extinctus. De scripto Germanico, qvo M. Wolfg. Ouwius, Pastor Flensb., A. 1665., primæ conjugis, Sophiæ Hedwigis Lundiæ, Thomæ, Ecclesiastæ Flensburg. Johannei, filiæ, gravi melancholia oppressæ, obitum lugentem est solatus, *supra* est dictum. Qvam huic subrogavit, Joh. Mülleri, J. U. D. & Consulis Flensburgensis, gnata defuncto fuit superstes.

Frommer Christen höchstes Gut, und bester Trost, im Leben und Sterben, oder Leichpredigt über Sophia Hedwig, gebohrne Hertzoginn von Sachsen-Lauenburg, Philippi, Hertzogen zu Holstein-Glücksburg, Gemahlinn, auß Ps. LXXIII. 25. Hamburgi 1661. in 4.

Leichpredigt über Philippum, Hertzogen zu Holstein-Glücksburg, auß Job. XIX. 25: 26., A. 1663. gehalten. (*Allegatur ab ipso, in præfat. Sermonis funebris seqventis.*)

Gekrönte Ehrenseule Fr. Sibyllæ Ursulæ, Fürstinn zu Holstein-Glücksburg, oder Leichpredigt über dieselbe, auß Apoc. III. 15., den 6. Febr. A. 1672. gehalten. Prodiit in Syntagmate scriptorum de Principis hujus obitu funebrium, Hamburgi A. 1672. *in fol.* (sub titulo der Fürstlichen Holstein-Glücksburgischen Gedächtnißseule) edito.

Trostschrift an Friderich August von Worgewitz, Fürstl. Glücksburgischen Hofmeister, über das Absterben seiner Eheliebsten, Elisabethæ von Kröchern; beygedruckt Phil. Weyseri Leichpredigt über dieselbe, auß 1 Tim. I. 15. Plönæ 1683. in 4.

JACOBUS PETERSEN, Slesvicensis, J. U. D. & in urbe patria Practicus, Judiciiqve simul Provincialis Cimbrici & aulici Gottorpiensis Advocatus, A. 1700. superstes.

Positiones LXXXIX. Juridicæ miscellaneæ Inaugurales, Præside D. Nicolao Martini. Kilonii 1694. in 4.

Diss. de Juris Civilis, Saxonici & Jutici, qvoad Successionem legitimam, differentiis, *in præfat. Positionum Inauguralium* promissa.

JOACHIMUS PETERSEN, Bergerdorpii, ditionis Lubecensis atqve Hamburgensis oppido, patre Michaele, illius Consule, matre autem Magdalena Grimia, A. 1611. natus, Altorfii (uti Zach. Lundii ad eum docent carmina), & deinde, cum studiis Godschalci a Thienen, Nobilis Holsati, esset præfectus, Argentinæ, circa A. 1643. (teste J. G. Dorschei *Epistola Sceletomaniæ Pontificiæ* dedicatoria), Juri dedit operam, supremosqve illius honores, ex itinere ad exteros reversus, ibidem obtinuit. Ab Augusto, Duce Saxo-Lauenburgico, A. 1643. Consiliariis suis, Judiciiqve aulici Assessoribus, est adscriptus, & ter deinde ad Conventus Circuli Saxonici inferioris, duos scil. Brunsvicenses, & Lünebur-

neburgensem unum, ablegatus. A.1652., d. 30. Nov., in urbis Hamburgensis Syndicatu D. Joh. Christoph. Meurero subrogatus, non multo post in Angliam, ad Oliverium Cromwellum, illius tyrannum, biennioqve Londini exacto, in aulam Bruxellensem Gubernatoris Belgarum Hispanici, A. 1658. autem denuo in Angliam, Orator abiit, &, in ultima hac legatione, Londini, cum Biblia πολύγλωττα Anglicana Bibliothecæ Hamburgensi, studiosis autem oppidi patrii Bergerdorfiensis liberale legasset stipendium, cœlebs, d. 23. Junii, eodem A. C. 1658., ac ætatis 47., vivis excessit. Exuviæ Londino Hamburgum sunt deportatæ, suoqve d 20. Aug., in æde Catharinæa, illatæ tumulo, præter Inscriptionem (a Theod. Anckelmanno, inter *Hamburgenses, n. 98., p. 33.*, exhibitam) Gnoma hac ornato symbolica: *In foraminibus petræ qviesco.* Consulantur de illo Mich. Kirstenii & Georg. Greflingeri *Epicedia*, Joh. Alb. Fabricii breve ipsius Elogium, *Parti I. Memor. Hamburg., p. 445. 446.*, insertum, Ad. Tratligeri Jun. *Series Chronologica Senatus Hamburg., ad A. 1652., p. 53.*, Vinc. Fabricii ad illum Elegia, *Libri II. num. 9., in editione Poematum Leidensi, in Operibus autem, Lipsiæ excusis, p. 661. 662. 663.*, obvia, Zach. Lundii varia ad eum Carmina, *in Poëmatis juvenilibus (Lib. I. Eleg., n. 7., p. 16., Lib. II. Eleg., n. 4., p. 39. 40. 41., in Sylvis p. 83., & in Epigrammatis p. 100.)* locum adepta, & Mich. Johansen *Epistola Tragœdiæ de Caino fratricida Germanicæ, A. 1652. ipsi inscriptæ, dedicatoria.*

Disp. Inaug. Juridica. Argentinæ 164.. in 4.

Bedencken die Registratur betreffend, qvod ἀνέκδοτον a se asservari Ulr. Winckelius Jun., Hamb., J. U. L., mihi indicavit.

JOACHIMUS PETERSEN, Lubecensis, d. 7. Jun. A. 1614. natus, J. U. D. Rostochii A. 1647. creatus, & cum, per septem ferme lustra, causarum in patria patronum egisset forensium, d. 9. Jul. A. C. 1681., & ætatis 67., defunctus. Anagramma in eum V. in Georg. Nicol. Erasmi *Lib. IV. Anagrammatum ἐμμέτρων, n. 61.*

Disp. Inaug. de Sponsionibus, Præside D. Henr. Rahnio. Rostochii 1647. in 4.

JOACHIMUS GOTHOFREDUS PETERSEN, Lubecensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Perscrutatione Domuum (von Haußsuchung). Erfurti 1715. in 4. V. de illa *Partem XL.* der Gelehrten *Famæ p. 246-249.*

JOHANNES PETERSEN, sive PETRÆUS, (qvem *Pettershamium* Joh. Jac. Frisius (1.), *Petersteinium* autem Isr. Spachius (2.), Paulus Bolduanus (3.) & Christ. Gastelius (4.), cognominibus Cimbrorum Patronymicis haud assveti, perperam appellarunt), oppidi in Wagria Oldenburgensis Pastor, circa A. 1531., ad qvem *Chronicon* perduxit *Holsaticum*, Lutheranus, A. 1544., uti mentio divisionis Ducatuum Cimbricorum Rendesburgensis, isto factæ, obiter (5.) injecta, ostendit, adhuc fuit superstes, sed ante annum 1557. teste Domin. Dreveri *præfatione*, vivis excessit. Si Henr. Muhlii *Dissertationi I. Historico-Theologicæ de Reformat. Cimbrica p. 45.* credas, A. jam 1552. obiit, & Timoth. Krusium successorem obtinuit. Primus omnium Chronicon Chersonesi nostræ, ad sua usqve tempora, universale Dialecto scripsit Saxonica. Qvod licet nec perfectum satis sit, nec Methodo ubiqve concinnatum accurata, nec, qvo par erat, judicio fabulosas veterum narrationes a veris discernat historiis, haud exiguas tamen laudes, ob conatum istum egregium, & inter Cimbros antea inauditum, ab æqvis expectat censoribus, nævos hosce temporum, qvibus Autor vixit, in studio Historico, pene neglecto, infelicitati, monumentorumqve veterum, ac subsidiorum aliorum, penuriæ, imputaturis. Confer de illo, præter jam allegatos, *Isagogen nostram ad Hist. Cimbr., P. I., c. 7., §. 1., p. 117. 118. 119.*, Joh. Christ. Nevii (hanc secuti) *Partem II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Historicas p. 325. 326.*, & Mart. Zeileri *Syllogen de Historicis, P. II., p. 113.*

Chronica oder Zeitbuch der Lande zu Holstein, Stormarn, Dithmarschen und Wagern, wer dieselbe Länder regieret, was sich, vor Christi Geburt, und hernach, bis A. 1531., darinn zugetragen; item von ihren Glauben, Sitten, Gewohnheiten, Kriegen und Veränderung der Regimenter: Von wem die Bischofthümer daselbst gestiftet, neben Verzeichniß der Nahmen der Bischöffe zu Hamburg, Aldenburg und Lübeck. Auch von Ankunft, Zunehmung und Befreyung der Städte Hamburg und Lübeck: Ferner, wie das Hertzogthum Schleswig an die Graffen zu Holstein gekommen, und was die anstossende Nachbahren vor Kriege darinn geführet. Alles aufs einfältigste und kürtzeste in IV. Theilen beschrieben. Operis hujus, Saxonico ab Autore conscripti Idiomate, sed illo, uti perperam olim, *loco Isagoges ad Hist. Cimbr. citato*, præfationis Dreverianæ verbis deceptus ambiguis, tradidi (6.), haud publicati, Versio Germanico-Misnica, a Dominico Drevero, Goslariensi, post obitum Petersenii, Eqvitum aliqvot Holsatorum postulatu, concinnata, & Christiano III., Regi Daniæ, fratribusqve ejus, Johanni & Adolpho, Ducibus Holsaticis, inscripta, Francofurti, typis Brubachianis, A. 1557. *in fol.* prodiit. Recusa deinde eadem est, curante Laur. Alberto, Bibliopola Lubecensi (*continuationem Chronici*, ad finem usqve Seculi XVI., *in præfatiuncula*, subsidia a Lectoribus exposcente, absqve successu pollicito), cum Summariis præfixis, Lubecæ A. 1599. *in fol.*, sine his vero ibidem A. 1614. *in 4.* Rinteliæ eandem A. 1627. *in fol.* prodiisse perhibent qvidem Mich. Hertzius (*P. IV. Biblioth. German., lit. P. 4. b.*) & Mart. Lipenius (*in Biblioth. Philos.*), sed mihi aliisqve vix persvadebunt. Joh. Jac. Frisius & Isr. Spachius, qvi, *locis supra citatis*, Petræo *Chronicon Holsatiæ & Stiriæ* falso tribuunt, Stormariam, Holsatiæ partem, cum Stiria, ditionis Austriacæ provincia, longo satis intervallo ab ista sejuncta, ob leviculam nominum vernaculorum similitudinem, confundunt. Benigne admodum de *Chronico* hoc judicat Jac. Andr. Crusius, *in Witekindo* suo, *c. 12., p. 105.*, Petræum *fidelissimum nec non diligentissimum rerum Holsaticarum scriptorem* appellans. Nævos contra ejus, post Casp. Danckwerthium (*in Ep. Dedic. Chorographiæ Cimbricæ*), supra a nobis notatos simulqve excusatos, plus justo exaggerant Pet. Lambecius (*Lib. II. Rer. Hamburg. p. 192.*), *minorum gentium transscriptoribus* nostrum annumerans, & Burch. Gotth. Struvius (*in Biblioth. Historica, c. 24., p. 621.*), *sine judicio illud esse scriptum, multisqve fabulis refertum*, persvasus.

JOHANNES PETRÆUS, Flensburgensis, Parochiæ in Nordstrandia Odenbüllensis, ab A. 1565. ad 1605., teste Ant. Heimreichio (7.), fuit Pastor, & Joh. Petræum alium, filium forte vel cognatum, A. 1604., uti Jac. Fabricii senioris *Agon* docet *Theologicus specialis tertius*, ab isto defensus, in munere hoc sacro nactus est successorem.

Strandia, oder Beschreibung des Nordstrandes, opus Historicum de Insula ista Germanicum ἀνέκδοτον, qvod Ant. Heimreichius, *in præfat.* sui *Frisiæ Borealis Chronici*, commendavit, in ipso autem *Chronico* passim, ac *in Catalogo Autorum*, ei præfixo, allegavit. Confer de illo *Partem III. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 6., p. 249.*

M. JOHANNES PETERSEN, Dithmarsus, in Academia, ab A. 1651. ad 1657., commoratus Jenensi, & Parochiæ deinde ruralis in Dithmarsia Windbergensis, circa A. 1664., functus Pastoratu, Vir in lingvis Orientalibus versatissimus.

(1.) *in Biblioth. Univers. Gesneri continuata p. 464.* (2.) *in Nomenclatore Philosophico p. 511.* (3.) *in Biblioth. Histor. p. 226.* (4.) *in præf. Operis de statu Europæ novissimo.* (5.) *p. m. 77.* (6.) Errorem hunc *Isagoges*, ab Andr. Kellinghusio, cive amicissimo, de illo monitus, in novo ejusdem *Proœmio, p. 42.*, A. 1699. jam emendavi. (7.) *in Chronici Frisiæ Borealis præfatione, & c. 6., p. 110. Edit primæ.*

Disp. de Persona, Præside Paulo Sleevogtio, Prof. P. Jenæ 1652. in 4.

Disp. de salute Regis Salomonis, Præside D. Christ. Chemnitio. Jenæ A. 1655. 1657. 1676. & 1681. in 4. A Præside (*in carmine præfixo*) ipsi vindicatur, & *erudita laudatissimaqve industria exasciata* appellatur.

Disp. in Caput I. Epistolæ ad Galatas, Collegio in hanc Epistolam, a Studiosis qvibusdam conscripto, & Præside eodem Chemnitio publice defenso, inserta. Jenæ 1656. in 4.

MSSta complura, literaturam illustrantia Orientalem, ab eo, uti a Cajo Arndio, Dithmarsiæ regiæ Præposito, accepi, relicta.

LAURENTIUS PETERSEN, Hamburgensis, Marci, Senatoris, filius, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1716. superstes.

Oratio Panegyrica in Hamburgi laudem & memoriam. Witebergæ 1691. in fol. *Erudita* vocatur a Christ. Franc. Paulino *in Geographia curiosa p. 207.*

Disp. Inaug. de Alienatione bonorum hæreditariorum. Lugd. Bat. 1693. in 4.

NICOLAUS PETRI, Husa Cimber, Presbyter Lubecensis, & Cœnobii monialium Lubecensis Johannei, circa A. 1520., Scriba ac Curator, jussu Adelheidis Brömsiæ, ejusdem Abbatissæ, e monumentis variis vetustioribus, librum membranaceum MStum (dat Hovetboock), Monasterii istius statuta, fundationes, diplomata & documenta alia, complectentem, sermone congessit Saxonico. V. Jac. a Mellen *Auctarium I. Notitiæ majorum p. 158.*

NICOLAUS PETRÆUS, Husensis, Petri Nicolaidis, mercatoris (octuagenarii ferme senis, A. 1603. defuncti), ex Elisabetha Simonia filius, inter decem liberos natu maximus, d. 10. Sept. A. 1569. in lucem est editus. Parentum voto studiis destinatus, & præceptoribus publicis pariter atqve privatis in patria ab his concreditus, illa relicta, A. 1585. scholam Magdeburgensem, A. 1587. autem Walkenredensem monasticam, adiit, & in hac, M. Laur. Rhodomanni, Rectoris ac hospitis sui, Collegarumqve ejus, ductu, tantos in lingva Græca fecit progressus, ut, qvicqvid vellet, ista absqve ullo exprimeret negotio. Mensibus deinde aliqvot in cœnobio Ilfeldensi, convictuqve Mich. Neandri, Rectoris illius, ac Polyhistoris celeberrimi, transactis, in Academiam A. 1589. migravit Rostochiensem, hujusqve Philosophos initio & JCtos, ac postea, cum, parentis svasu, studio Juridico Theologicum prætulisset, Theologos etiam, Dav. Chytræum, Lucam Bacmeisterum & Dav. Lobechium, sedulo audivit. Rostochio Marpurgum, Tubingam, Witebergam, & tandem A. 1593. Jenam, est digressus, &, Magisterii illic gradu, locoqve inter XV. competitores primo, impetratis, Rostochium reversus, Ordinisqve Adjunctis adscriptus Philosophici, Disputationibus plurimis, Philosophicis ac Theologicis, privatisqve in Epistolam ad Galatas prælectionibus, brevi inclaruit. A Canonicis tandem Ratzeburgensibus, d. 18. Oct. A. 1597., ad Superintendentis Episcopatus sui, Pastorisqve oppidani, geminum vocatus officium, & a D. Luca Bacmeistero χειροθεσίας ritu sacro Rostochii d. 16. Nov. inauguratus, utriqve ad obitum usqve, per annos XLIII., præfuit. Ingenium, qvod naturæ beneficio habuit capacissimum, in omni scientiarum exercuit genere, nec in Philosophia solum & Theologia (cujus Doctor, anno seculari 1600., Rostochii a Valent. Schachtio est creatus) excelluit, sed Juris etiam, cui junior dederat operam, claruit peritia, ac Medicinæ præterea Chymiæqve, cujus arcana explorata habuisse fertur plurima, per omnem vitam fuit studiosissimus. Uxorem Rostochii, cum Studiosus adhuc esset, d. 7. Apr. A. 1593. duxit Catharinam Winckeniam, Henr. Giselini, Pistoris, Viduam, nullos sibi liberos enixam, & A. 1637., die VII. Januarii, defunctam (1.). Eodem die ipse etiam, qvadriennio post, cum, in tabulis voluntatis ultimæ, aliqvot familiæ suæ studiosis reditus 10000. Thal. annuos legasset nummarios, septuagenario major, A. 1641., febri qvartana maligna expiravit, temploqve urbis Ratzeburgensis Cathedrali, in qvo splendidum ei ab hæredibus erectum est Epitaphium, suas reliqvit exuvias. Symboli loco gnomam hanc usurpavit: *Moderata durant.* V. Vitam ejus, M. Zachariæ Vogelii, Ecclesiastæ Ratzeburgensis, Sermoni funebri vernaculo, in exeqviis illius, e Ps. XC. 11., habito, &, cum Epicediis, Lubecæ A. 1641. *in 4.* excuso, adjectam, ac confer Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1641.*, Frid. Taubmanni duo ad eum carmina, *in Schediasmatis, Lib. I. Eleg., p. 369. 370., & in Melodæsiis, Lib. III. Epigramm., p. 433. 434.*, Zach. Lundii unicum *in Poematis juvenilibus p. 85. 86.*, Conr. ab Höveln Ratzeburgische Merckwürdigkeit *p. 22.*, & J. M. Krastium *l. c.*

Distingvendi ab eo sunt duo Scriptores Danici ὁμώνυμοι: 1. Nicol. Petræus, Aurilesia Zeelandus, Th. D. & Prof. Hafniensis, d. 4. Oct. Anno Seculi XVII. ætatisqve suæ 34. defunctus, cujus vitam & scripta Er. Vindingius, *in Acad. regia Hafniensi p. 306-311.*, recenset; 2. M. Nicol. Petræus, Præpositus in Mona insula, sub finem Sec. XVI., Süderaasensis, cujus *Origines Cimbrorum Gothorumqve, libris duobus expositæ*, Lipsiæ A. 1695. *in 8.* prodierunt.

ELOGIA.

Frid. Taubmannus, *in Schediasmatis, l. c.*, hoc ei de titulo Doctorali gratulatus est hexasticho:

Mens animi sincera tui, gravitasqve verendi
Corporis, & docti pectoris acre sophos,
Et solidæ pietatis opes, studioqve tenaci
Cognita divini res sacrosancta libri:
Hæc te Doctorem Doctoris voce crearunt,
Hæc sunt, qvæ numeris laudo, Petræe, meis.

Zach. Lundio, *l. c.*, audit

Præstans corona Præsulum ac sacerdotum,
Qvem tota ferme Saxonum stupet tellus,
Cor Principis sui.

SCRIPTA EDITA.

Disp. de Cometis, Præside M. Wolfg. Heidero. Jenæ 1594. in 4.

Disp. complectens perspicuam X. librorum Aristotelis Ethicorum Nicomachicorum synopsin. Rostochii 1594. in 4.

Oratio, memoriæ Adolphi, Ducis Holsatiæ, dicta die ejus natali 26. Jan. A. 1596. Rost. 1596. in 4.

Disp. de Philosophia, ejusqve partibus & instrumentis, in genere. Rost. 1596. in 4.

Disputationes Physicæ XXXIV. Rost. A. 1595. 1596. & 1597. in 4.

Disputationes Ethicæ XX. Rost. 1596. in 4.

Disputationes Politicæ. Rost. in 4. (*Catal.*)

Disp. de Principatu occupando, confirmando & administrando, contra Nicol. Machiavellum. Rost. 1596. in 4.

Disputationum Theologicarum Pars prima, XVIII. constans Dissertationibus. Rost. A. 1596. & 1597. in 4. Sub finem Pars earundem secunda, de Dei operibus externis, seu voluntate, promittitur.

Disp. Inaug. de Baptismo, Præside D. Valent. Schachtio. Rost. 1600. in 4.

Epistola

(1) Non ergo cœlebs obiit, uti in Joh. Melch. Krafftii Husumscher Kirchen-Historie *p. 294.* perperam traditur.

Epiſtola ad Henr. Ranzovium, Proregem Cimbricum, de obitu filii ejus, Caji, conſolatoria, Roſtochii A. 1591. exarata, & in Syntagmate *Epiſtolarum ad Ranzovium conſolatoriarum*, a Georg. Lud. Frobenio Francofurti edito, *p. 248-251.*, obvia.

Epiſtola Syſtatica prolixa, Ratzeburgi A. 1606. ſcripta, & D. Alb. Graueri, Theologi Jenenſis, *Anti-Lubino, ſeu Tractatui contra D. Eilh. Lubini Phosphorum de cauſa mali*, Magdeburgi A. 1606. *in 4.* excuſo, præfixa.

Sermones funebres Germanici complures, a Wittenio, *l. c.*, & aliis, allegati.

Pet. Lindebergii, Roſtochienſis, Chronicon Roſtochienſe poſthumum, libris V. comprehenſum, ab illo, cum præfatione ſua, editum. Roſtochii 1596. in 4.

INEDITA.

Diſputt. Theologicarum Pars ſecunda, de qva ſupra jam dictum.

Collegium Theologicum, XVI. conſtans Diſputationibus, qvod M. Chriſtoph. Kraheus, Præpoſitus Hatherslebienſis, MStum aſſervabat.

M. NICOLAUS PETERSEN, Wilſtrienſis, Vici in Comitatu Pinnebergico Elmeshornenſis Paſtor, Dominica Septuageſimæ, ſive die 23. Jan., A. 1701. mortuus. V. Nic. Lud. Esmarchii Epicedium in obitum ejus Germanicum, *in Sione p. 148-151.*

Diſſ. Hiſtorico-Theologica de vita D. Petri Apoſtoli, Præſide D. Ægid. Strauchio. Witeb. 1659. in 4.

Diſſ. de Epiphania, in qva D. Chriſt. Kortholti de Magis Evangelicis ſententiam, *in Tr. de Philoſophia Barbarica* propoſitam, vehementia ingenti impugnavit, ab illo viciſſim Roſtochii publice refutatus. V. Kortholti Bericht wieder Timoth. Laubenbergern, *lit. A. 2.*

Athanaſius alter, ſeu Epicedium, D. Æg. Strauchio, Theologo Dantiſcano, ſcriptum. Glückſt. 1683. in fol.

M. PETRUS PETRÆUS, Herckshuyzæ, pago parochiæ, in tractu Flensburgenſi, Eggebeckenſis, d. 25. Julii A. 1631., parentibus natus eſt ruſticis, Slesvigæ a duobus patruis, mercatoribus, educatus, & in Gymnaſium Stadenſe atqve in Academias Witebergenſem ac Jenenſem (in qva Magiſtri titulum impetravit,) ablegatus. Scholæ initio Slesvicenſis, ab A. 1657. (qvo Chriſtinam, M. Theod. Niemanni, templi Cathedralis Paſtoris, filiam, duxit uxorem) Rector, Cœnobii ejusdem civitatis Johannei, ac vicinæ Parochiæ Haddebyenſis, ab A. 1667., Paſtor, & Mariæ tandem Eliſabethæ Saxonicæ, Friderici, Ducis Holſato-Gottorpienſis, viduæ, Eccleſiaſtes in arce Huſenſi, poſt Georg. Volchardum, affinem ſuum, ab A. 1672., aulicus, M. Oct. A. 1680., æt. 50., mortuus.

Vitam ejus fuſius expoſuit Jo. Melch. Kraftius in der Huſumſchen Kirchen-Hiſtorie p. 309-314.

Optimum fidelis animæ patrimonium & ſolidum gaudium; das allerbeſte Erbgut und wahre beſtändige Freude einer gläubigen Seelen, oder Leichpredigt über Magdalenam Sibyllam, M. Mich. Zwergii Töchterlein, auß Pſ. XVI. 6. Slesvigæ 1669. in 4.

Außerleſene geiſtliche Lieder, auß unterſchiedlichen Geſangbüchern, auf Anordnung Mariæ Eliſabethæ, verwittibten Hertzogin zu Holſtein-Gottorf, von ihm zuſammengetragen, und mit einer Vorrede außgegeben. Slesvigæ 1676. in 4. maj. Commendantur cantilenæ ſacræ, qvas partim Hymnologio huic inſeruit, partim vero ineditas reliqvit, hymnis Pauli Gerhardi eximiis palmam reddentes dubiam, a Kraftio, qvi *l. c.* p. 312. 313. 314. qvatuor etiam ineditas exhibuit.

(De Alloqvio ad Joh. Ad. Kielmannum Encomiaſtico, qvod A. 1665. ſub alieno edidiſſe fertur nomine, ſupra dicta relegantur.)

PETRUS PETERSEN, Slesvicenſis, Theol. Stud., M. Febr. A. 1713. mortuus.

Layenbibel, oder Schriftmäßiger und Catechetiſcher Vortrag der gantzen Chriſtlichen Lehre, welche einem ieden Chriſten zur Seligkeit zu wiſſen von nöhten iſt, mit Bibliſchen Sprüchen bekräftiget, und mit Anmerckungen erläutert. Flensburgi 1711. in 12. Non multo poſt obitum Autoris, ſuppreſſo illius nomine, variorum errorum Theologicorum inſimulabatur a Theod. Daſſovio *in Alloqvio fraterno de pura doctrina ſanctiſſime cuſtodienda*, A. 1713. Hamburgi edito, *c. 2., p. 12-15.*

PETRUS PETERSEN, Cimber e tractu Coldingenſi, Theol. Stud.

Diſſ. Epiſtolica de incrementis Prudentiæ Eccleſiaſticæ ex prudentia ſcholaſtica faciendis, ad Ulr. Selmerum, Paſt. Eltangenſem ac Wilſtrupienſem, affinem ſuum. Witeb. 1720. in 4.

SIMON FRIDERICUS PETERSEN, urbis Crempenſis Diaconus.

Leichabdanckung über D. Andr. Sveſinger von Kronhelm, Münſterdorfiſchen Probſten und Paſtorem zu Crempe. Hamburgi 1696. in fol. (*Catal.*) Alii Nicolao Peterſen, ſupra memorato, hanc tribuunt.

THEODORUS PETRI, Oldenswortenſis, Eccleſiæ ruralis Oſtenfeldenſis, urbi Huſenſi vicinæ, Paſtor, circa A. 1670. defunctus, Aſtronomus fuit eximius, & Arithmetices tanta inſignis peritia, ut non incolæ ſolum Ducatuum Cimbricorum plurimi, ſed cives etiam Lubecenſes atqve Hamburgenſes, liberos ei ſuos hujus imbuendos ſcientia commiſerint. Multa eum, & Aſtronomica, & Arithmetica, reliqviſſe inedita, Dethl. Cluverus, Mathematicus celeberrimus, me edocuit, a qvo publice etiam (*in Novæ temporum Criſeos Tomo I., ſive Anno 1700., num. 26., p. 206.*), ob labores ſcrutinio calculi Aſtronomico-Eccleſiaſtici accuratiori impenſos, & emendatos errores cycli Paſchalis, in Dav. Origani *Ephemeridibus* obvios, eſt commendatus.

THEODORUS PETRÆUS, Flensburgenſis, a parente Petro Dirckſen, cive, tenuioris licet fortunæ, honeſto, in ſcholam miſſus patriam, & ex iſta in Academiam Lugduno-Batavam, aliasqve profectus, præter Magiſtri titulum, inſignem lingvarum, qvas naturæ deperibat inſtinctu, Orientalium peritiam domum reportavit. Qvæ cum Friderico III., Danorum Regi eruditiſſimo, commendatione D. Steph. Klotzii, ſupremi Eccleſiarum Cimbricarum Antiſtitis, Præpoſitiqve Flensburgenſis, innotuiſſet, adeo ei placuit, ut ſuis eum ſumptibus Orientem ipſum adire, & accuratiori lingvarum illius culturæ annos aliqvot impendere, reducem autem ad eandem popularibus, cæterisqve Europæis, facem allucere, juberet. Lubenti Petræus, nihil magis in votis habens, animo mandatis obtemperavit regiis, &, Græcia, Syria, Palæſtina atqve Ægypto, peragratis, urbeqve Hieroſolymitana accuratius luſtrata, poſt diſcrimen vitæ non unum feliciter ſuperatum, Cairi ſive Memphi, Ægypti olim metropoli, annos aliqvot tranſegit continuos, peritisqve lingvarum Orientis fere omnium, præſertim vero Arabicæ, Æthiopicæ, Copticæ, Perſicæ & Armenicæ, uſus doctoribus, eam ſibi harum cognitionem, qvæ pauciſſimis Occidentalium hactenus obtigerat, indefeſſa paravit induſtria (1.).

Sumptibus

(1.) V. de hoc itinere Joh. Chriſtoph. Mœsleri, Med. D., *Teſtimonium*, *Pſalterii* ejus *Coptico-Arabici Specimini* A. 1663. præfixum, & Joh. Georg. Niſſelii *Ep. Dedic. Verſionis libri Ruth Æthiopica*, A. 1660. publicatæ.

Sumptibus, in itinere eodem, maxime vero Hierosolymæ & in Ægypto, haud exiguis MSSta lingvarum istarum sibi comparavit rariora, sacra pariter atqve profana, magnam partem Europæ hactenus incognita, qvæ, Lugdunum Batavorum ex Oriente, anno circiter 1653., reversus (1.), ac σύνεργον nactus Joh. Georg. Nisselium, Palatinum, amicorum intimum, Orientalisqve Philologiæ itidem cultorem, e Typographeo hujus Orientali, Leidæ nuper instructo, juris cœpit facere publici (2.). Qvamvis vero omnia, propter obitum Nisselii, Bibliorum Hebræorum editioni A. 1663. immortui (3.), immaturum, in lucem proferre haud potuerit, prodierunt tamen, utroqve curante, Versiones IV. capitum Geneseos priorum, Libri Ruth, Cantici Salomonei, qvinqve Prophetarum minorum, Epistolarum Apostolicarum totidem, & Sermonis Joh. Chrysostomi in Christi natalem, Æthiopicæ, longe majori accuratione, qvam Psalterium a Joh. Potkenio, Præposito Coloniensi Georgiano, Romæ A. 1513. & Coloniæ A. 1518. (4.), ac Novum Testamentum a Tesfa-Tzejono, Monacho Abyssino, Romæ A. 1548. (5.), Æthiopice publicata, excusæ, ac Translationibus Latinis, scholiisqve & auctariis Philologicis, insigniter illustratæ. Qvæ cum a Joh. Henr. Hottingero (6.), Henn. Henningio (7.), Joh. Andr. Bosio (8.), Joh. Christoph. Becmanno (9.), Aug. Pfeiffero (10.), Jacobo le Long (11.), aliisqve, honorifice sint laudatæ, a Briano eas Waltono (*in Prolegomenis Operis Biblici πολυγλώσσου*), Pet. Dan. Huetio (*in Tr. de Interpretatione*), Gvilh. Crowæo (*in Elencho Interpretum S. Scripturæ*), Christ. Kortholto (*in Tr. de variis S. Scripturæ editionibus*), & Jobo Ludolfo (*Lib. I. III. & IV. Historiæ Æthiopicæ*), versionis Æthiopum Biblicæ, ac editionum istius, historiam fusius, sed absqve illarum mentione, persecutis, miror esse neglectas. Wilh. Ern. Tenzelius, *in Diss. de Bibliis Polyglottis*, Witebergæ A. 1686. edita (12.), mentione qvidem eas non defraudat, sed Nisselio soli, de Petræo, editore præcipuo, silens, perperam vindicat. In utrumqve iniqvior est censura Joh. Henr. Maji (13.), qvæ, *libros Æthiopicos V. T., a Petræo & Nisselio vulgatos, præterqvam qvod rari sunt & sumptuosi, mendis ita scatere, ut, Abba Gregorio Habessino judice, vix digni sint, qvi legantur*, dictatorie satis pronunciat, sed, cum a Jobi Ludolfi, qvem Petræus in literatura Æthiopica æmulum habuit, discipulo ac cliente sit profecta, attendi haud meretur. Si qvæ in illos sphalmata (haud certe adeo numerosa) irrepserunt, Petræo idem patrocinabitur Apologema, qvod Tesfa-Tzejonus, Monachus Habessinus, N. T. Æthiopici, Romæ A. 1548. a se evulgati, titulo, Ludolfo (14.) teste, adjecit: *O Patres mei, & fratres mei, nolite sinistre interpretari menda istius editionis; qvi enim impresserunt, nesciverunt legere, nos autem nescimus imprimere. Itaqve juverunt nos, & nos juvimus illos, sicut cæcus cæcum juvat. Propterea ignoscite nobis & illis.* Leida in Angliam digressus noster, Londini A. 1660. & seqventi hæsit biennio, consvetudine usus jucundissima Briani Waltoni, Episcopi Cestriensis, Is. Basirii, Thomæ Barlovii, Edv. Pocockii, Edm. Castelli, aliorumqve Virorum eruditorum, ac in literatura Orientali inter suos principum, summoqve ab omnibus habitus est in pretio, uti Judicia honorifica, *Psalterii Coptico-Arabici*, cujus se tunc editioni accingebat, *Specimini* præfixa, testantur. Inde in Bataviam remigravit, &, postqvam Uscano, Episcopo in Armenia Uscovanchensi & Vardapietensi, Vicarioqve Patriarchæ Armenorum generali, ab hoc, ut Versionem Bibliorum Armenicam typis curaret excudi, in Europam ablegato, innotuerat, emendationi istius, uti & Catecheseos, qvam ipsemet Latine a se versam publicabat, in typographeo Armenorum Amstelodamensi, una cum Garabied Wartabied, sacerdote gentis istius, suoqve in lingva ejus Præceptore, ad A. usqve 1667., qvo utriqve labori finis est impositus, præfuit (15.). Invitatus est eodem tempore a Friderico Wilhelmo, Electore Brandeburgico, ad publicam lingvarum Orientalium in Academiarum suarum aliqva professionem (16.), de qva etiam ipsi committenda Lugduni Batavorum, & Kilonii Cimbrorum, biennio post, consilia esse agitata, verba Epistolæ Joh. Leusdenii ad Christ. Ravium, d. 10. Dec. A. 1669. exaratæ, &, *in Appendice ad Ravii ac Matth. Wasmuhti Literas de Collegio Orientali circulares Germanicas*, Kilonii A. 1670. editæ, docent seqventia: *Intellexi, Dn. Theod. Petræum, virum per totum Belgium, ob cognitionem lingvarum Orientalium, celeberrimum, Kilonium esse vocatum, vel vocatum iri. Si hoc fiat, magnam celebritatem illi scholæ addet præsentia ipsius. Aliqvoties rumor per Belgium sparsus est, eum vocatum esse Leidam in locum Jac. Golii. Et, si nondum sit vocatus, multi credunt, eum vocatum iri propediem.* Anno eodem 1669., cum Professionem Leidensem vel recusasset, vel (si fidem merentur Alardi Uchtmanni, lingvæ Hebrææ Interpretis Lugduno-Batavi, ad Jobum Ludolfum literæ, A. 1675. scriptæ (17.)), *spe ejus frustratus, Amstelodami ad tempus, re familiari satis angusta, hæsisset*, in Holsatiam, & inde Hafniam Danorum, se contulit, munusqve Orientis lingvas docendi Academicum, istic etiam ipsi (uti a Joh. Mohtio, Consiliario regio, sum edoctus) oblatum, suscipere itidem detrectavit. Ab officiis scilicet publicis abhorrebat, qvod, vitæ jam assvetus desultoriæ, novum in Orientem iter meditaretur, de qvo ipse, anno jam 1660., d. 6. Jan., virum Illustrem, Jobum Ludolfum, sub finem Indicis ἀνεκδότων suorum, illi transmissi, nobisqve a Ludolfo communicati, his verbis certiorem reddidit: *Hoc utilissimo labore ad umbilicum perducto, in hoc a me elaborabitur, tum, ut iter orientale denuo suscipiam, & me Præceptoribus Asiaticis reformandum dem, tum ut MSSta rariora, ceu thesauros reconditæ doctrinæ, comparem, & alias res, vetustate ac raritate notabiles, studiose perqviram, mecumqve in Europam σὺν Θεῷ reportem.* Sed irrita consilia ista reddidit penuria sumptuum, itineri necessariorum, qvos se a Friderico III., Danorum Rege, rursus impetraturum, cum Hafniam A. 1669. abiret, forsan speravit. Illo, sub seqventis 1670. initium, extincto, spe sua falsus, ibidem ad A. usqve 1673., sibimet ipsi fatalem (18.) (in cujus locum 1669. a Jacobo le Long (19.) perperam substituitur), cum uxore, gente Batava, & in Batavia olim ducta, duobusqve liberis, sibi superstitibus, privatus substitit. Cœterum merito alumno hoc Cimbria, cive Flenopolis, gloriatur, qvi non solum literaturæ Orientalis universæ peritia paucissimos, ævo isto, in Europa sibi pares habuit, sed primus etiam ferme notitiam lingvarum Æthiopicæ, Copticæ, Armenicæ, hactenus propemodum ignotarum, accuratiorem eidem, uti alibi (20.) sæpius jam monui, intulit. Animi ejus indolem, vitamqve externam, qvod attinet, illi invidiam ac morositatem literariam, huic autem sordes indecoras, Bened. Hopferus, Prof. Tubingensis, Hafniæ cum eo conversatus, in Epistola ad amicum A. 1674. exarata, & ab Ad. Rechenbergio *Philologicis* Rolandi Maresii *Epistolis*, Lipsiæ A. 1687. recusis, subjuncta, seqventi narratione

(1.) V. ejus *Ep. Dedic. Jonæ Æthiopici, ad Joach. Gerstorfium, aulæ Danicæ Magistrum.* (2.) V. Nisselium *l. c.* (3.) V. Alardi Uchtmanni *Præloqvium*, & Petræi *Alloqvium ad Nisselium defunctum*, *Bibliis* ejus *Hebræis*, Lugd. Bat. A. 1662. *in 8.* editis, præmissa. (4.) V. Mich. Neandri *Append. Erotematum L. Hebr. p. 445.*, Gvilh. Crowæi *Elenchum Interpretum S. Scr. p. 25. 20. 30.*, & Frid. Schererzii *Animadverss. sacras Philologicas, p. 147.*, aliosqve Autores, de versionibus commentatos Biblicis. (5.) V. Neandrum *l. c. p. 449. 450.*, Crowæum & Schererzium *ll. cc.*, Jobum Ludolphum *Lib. III. Hist. Æthiop.*, *c. 3. & 4.*, ac Joh. Henr. Häneri *Observatt. Philol. p. 8.* (6.) *in Bibliothecario quadripartito, Lib. I., c. 3., p. 143., c. 4. p. 162., & L. III., c. 6., p. 440.* (7.) *in Muhammedano precante p. 5.* (8.) *in Diss. de comparanda notitia Scriptt. Eccl., c. 6., p. 60.* (9.) *in Historia orbis terrarum, P. I., c. 9., p. 220.* (10.) *in Introd. ad Orientem, Diss. II., p. 33.* (11.) *P. I. Biblioth. Sacræ, c. 2., p. 259. 260. 261. 265.* (12.) *§. 9.* (13.) *in præfat. Capitum Catecheticorum*, Æthiopice Hamburgi A. 1681. *in 8.* editorum. (14.) *L. III. Hist. Æthiop., c. 4.* (15.) V. *Ep. ejus dedicatoriam Doctrinæ Christianæ Armenicæ, ad Elect. Brandeburgicum.* (16.) *V. eandem Epist. dedic.* (17.) V. Fragmentum illarum in Christ. Junckeri *Comm. de vita Jobi Ludolfi p. 195. 196.* (18.) V. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr., ad A. 1673.*, & Pet. Resenii *Indicem III. Catalogi Bibliothecæ suæ.* (19.) *P. II Bibliothecæ sacræ p. 608.* (20.) *P. III. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 3, §. 7., p. 273., in Homonymoscopia, Sect. I., c. 3., §. 17., p. 72., in præfat. Bibliothecæ Septentr. erud., §. 32., p. 52., & in Hypomnematis ad Alb. Bartholini Lib. de Script. Dan. p. 413.*

narratione (1.), una cum M. Erid. Frn. Scholtzio, temere istam secuto, ac nostrum *Eruditis sine moribus*, in Diatriba de his Lipsiensi, A. 1705. edita (2.), annumerare haud verito, justo acerbius exprobravit: *Non praeterire hic possum hominem qvendam, cujus eruditio scintillae sub cineribus sepultae, vel gemmae pretiosae inter fimeta, jure suo comparatur. Nomen illi Theod. Petraeus, peritia lingvarum Orientalium, & abstrusiorum qvidem, ut Arabicae, Armenicae, Copticae, Aethiopicae, plane singularis, qvam sibi, dum adiret Orientem, paravit. Hujus & Nicelii cujusdam studio, qvarundam Epistolarum Apostolicarum versiones Aethiopicae, ni fallor, & Arabicae prodierunt in Belgio. Prodiit & Catechesis Armenica, qvam Petraeus, ab Armenio sacerdote nactus, Amstelodami, typis Armeniis, cum Latina translatione, dedit in lucem. Rariora tamen sunt, qvae adhuc premit, nunqvam fortassis editurus. Hominis istius si habitum spectes & incessum, imo totam vitae consvetudinem (qvam ab aliis didici) sordida sunt omnia, nec qvicqvam svavitatis, dignitatis vel decoris, habent; aedes & convictus, qvibus utitur, parum qvoqve audiunt honeste. Non semel clarissimorum virorum literis compellatus est, qvibus praeter silentium nihil reposuit, velut ipse mihi fatebatur. Qvid enim hic communicaret tot sudoribus, impensis & periculis, sibi acqvisita? Qvid pecuniam in tabelliones expenderet? irent illi, harumqve rerum notitiam adipiscerentur. Ita scilicet egregie ratiocinatus est. Triduum effluxit, anteqvam, ubi moraretur hic lucifuga, potuerim comperire.* Gemina his sunt, qvae de invidia ejus Jobus Ludolfus Francofurto ad Moenum, IV. Kal. Mart. A. 1692., ad me perscripsit: *Theod. Petraeum fateor in omni literatura Orientali egregie versatum fuisse. Sed insigni laboravit invidia, qvam multi in eo culparunt, & ego ipse expertus sum. Cum enim in conscribendo Lexico meo Aethiopico occupatus essem, aliqvoties literas ad eum dedi, qvas recte redditas fuisse novi, sed nunqvam ne verbulum qvidem respondit, veritus, ne forte alius laudem instauratae lingvae Aethiopicae sibi praeriperet. Cum aliqvando accidisset, ut nonnulla ejus MSSta Aethiopica, Londini furto ablata, in manus Joh. Mich. Wanslebii, clientis qvondam mei, qvi tum correctionem typographicam Lexici mei curabat, incidissent, atqve ille nonnulla ex eis describeret, id resciens Petraeus tam aegre tulit, ut libros illos e manibus Wanslebii vi eriperet, ut a verbis ad verbera pene prolapsi fuissent, & Wanslebii scripta manca atqve mutila manerent. At nunc Elector Brandeburgicus mihi gratiam fecit, & nuperrime ipsos Petraei Codices misit, ut potuerim Wanslebii coepta supplere, iisqve ad nauseam usqve uti. Adeo non consideravit, omne bonum esse communicativum sui.* Naevos hosce nostri haud plane inficior, sed peregrinationem inter gentes barbaras diuturnam moribus forsan ejus barbariei qvoqve nonnihil affricasse, & proinde Euripideum istud *in Oreste:* Βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, in ipsum aliqvatenus qvadrare, fateor. Inhumanum interim arbitror, cum rei familiaris colluctato angustiis parsimoniam in victu cultuqve corporis ab Hopfero exprobrari, nec video, cur magnopere sit culpandus, qvod Ludolfo, studiorum suorum aemulo, lingvaeqve & literaturae Aethiopicae orbi Europaeo illatae palmam sibi praeripere conato, in communicandis istius monumentis, difficiliorem se, qvam aliis, praebuerit. Edmundo certe Castello, *Lexicon* concinnanti ἑπτάγλωττον, eorundem usum benevole concessit, grata ab illo mente, ob προθυμίαν hanc, in operis celebratus prooemio. MSSta, qvae in defuncti Bibliotheca superfuere, Orientalia vidua, cum inopia laboraret, a Martino Murray, amico nostro, LL. Or. peritissimo, M. Andreae Müllero, Praeposito Berolinensi, in iisdem versatissimo, commendata, hoc proxeneta, A. 1682., plus qvam 1000. Imperialium pretio, Friderico Wilhelmo, Electori Brandeburgico, vendidit, orphanis se etiam nostri de victu & institutione prospecturum esse pollicito. Ex hujus Bibliotheca Berolinensi, Aethiopica (qvorum Praefectus illius, Christoph. Hendreichius, *Pandectis* qvoqve suis, sed nomine Petraei suppresso, mentionem inseruit *Brandeburgicis* (3.)) A. 1692. Jobo Ludolfo, illustri nostri aemulo, Friderici III., Borussiae Regis, jussu, uti locus literarum ipsius ad me supra exhibitus, & Christ. Junckeri *de Vita ejus Commentatio* (4.), testantur, sunt communicata.

Confer de illo, praeter jam allegatos, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 136.*, nostraqve ad eum *Hypomnemata p. 413.*, G. M. Königii *Biblioth. V. & N. p. 624.*, Joh. Hallervordii *Biblioth. Curiosam p. 384.*, Jac. le Long *Biblioth. Sacram, P. I., p. 283. 743. 744., & P. II. p. 668.*, Rud. Mart. Meelführeri *Accessiones ad Biblioth. promissam & latentem Theod. Jansonii p. 81.*, Casp. Henr. Starckii *Tr. de Vita doctorum privata, c. 2., §. 37.*, & Andr. Caroli *Memorabb. Eccl. Sec. XVII., T. II., L. 8., p. 65.* Distingvendi ab eo sunt (uti *in Homonymoscopia, Sect. I., c. 3., §. 17., p. 72. 73.*, jam monui):

1. Theod. Petrejus, Campensis Transisalanus, Monachus, ab A. 1586., Carthusianus Coloniensis, de cujus vita & scriptis ipsius *Bibliotheca Carthusiana, p. 298-303.*, Val. Andr. Desselii *Bibliotheca Belgica p. 829. 830.*, Franc. Sweertii *Athenae Belgicae p. 700. 701.*, & Phil. Labbei *Bibliotheca Bibliothecarum p. 331. 332.*, possunt consuli.
2. Theod. Petraeus, JCtus, cujus *Thesaurus conclusionum Criminalium controversarum* Marpurgi A. 1598. *in 4.* prodiit.

ELOGIA.

Ex his, qvae a Joh. Leusdenio, Jobo Ludolfo & Bened. Hopfero, reportavit, supra jam sunt recitata.

Edmundo Castello, *Danum* eum vocanti (*in praefat. Lexici Heptaglotti*), *Vir* audit *summae & reconditae eruditionis.*

Alardo Uchtmanno, L. Hebr. Prof. Leidensi (*in Epist. ad Henn. Henningi, ab hoc in Muhammedano precante p. 5. allegata*), *Vir in LL. Or., ultra communem sortem, versatus.*

Henn. Henningi (*in Ep. Dedic. Muhammedani precantis*) LL. Or. in occidente restauratoribus eum annumerat.

Joh. Wandalinus Jun., Theol. Hafniensis, se, qvicqvid in LL. Or. didicerat, ipsius debere informationi (testibus Matthiae Ancherſoni, V. C., ad me literis), est professus.

Joh. Christoph. Moeslero, Doctori Medico (*in Testimonio, Specimini ejus Psalterii Coptico-Arabici praefixo, & Londini A. 1662.* exarato), *Vir* audit *vere bono publico, & promovendo LL. Or. studio, natus, qvi, inter alias lingvas, antiqvissimam illam Coptitarum, veterum Aegypti Christianorum, prae caeteris diligentissime excoluit, eamqve primus fere e densis illis tenebris, qvibus hactenus temporum injuria latuit, magnis sane sumptuum & ingenii impensis, feliciter eruit, & Europae, cum egregiis aliqvot in eadem MSStis, intulit.*

Joh. Georg. Nisselio (*in Ep. Dedic. Libri Ruth Aethiopici*) *Vir doctissimus & LL. Or. callentissimus.*

Pet. Terpagrio (*in Seculo illustri p. 26.*) *Vir optime de lingua Aethiopica, cum Ludolfo, meritus.*

SCRIPTA EDITA,

omnia ferme aliena, Latine ab eo translata ac illustrata.

Liber Ruth Aethiopice, ex MS. vetusto, recens ex Oriente allato, erutus, Latinitate fideliter donatus; ac nunc primum editus a Joh. Georg. Nisselio. Lugd. Bat. 1654. & 1660. in 4. maj.

S. Johannis Epistolae Catholicae tres, Arabice & Aethiopice, omnes ad verbum Latine versae, ac vocalium figuris, exacte appositis, ornatae, cura J. G. Nisselii & T. Petraei. Ibid. 1654. in 4. maj.

S. Jacobi Epistolae Catholicae versio gemina, Arabica & Aethiopica, Latinitate donata, nec non a multis mendis repurgata, punctis vocalibus accurate insignita, & Notis Philologicis, e probatissimorum Arabum scriptis, illustrata: Cui

 accedit

(1.) *p. 685. 686.* (2.) *§. 32., p. 24.* (3.) *p. 54.* (4.) *p. 120.*

accedit Harmonia variarum lingvarum, qva Orientalium, qva Europæarum, typis genuinis adornata, & juxta seriem Alphabeticam vocabulorum, in hac Epistola contentorum, digesta; Insuper instituta diligens vocum Synonymicarum Codicis Erpeniani cum Parisiensi collatio, inspersis hinc inde Hebræorum, Arabum, Turcarum Persarumqve Adagiis, optimis loqvendi formulis, observatiunculis Syntacticis, & locis Scripturæ Parallelis; Opera J. G. Nisselii & T. Petræi. Lugd. Bat. 1654. in 4. maj. Omnia hæc titulus pollicetur. In exemplis autem, mihi visis, præter textus Arabicum & Æthiopicum, versionem Latinam, lingvæ Æthiopicæ Alphabetarium & Syllabarium, Symbolumqve Apostolorum Æthiopicum, nihil offendi.

S. Judæ Apostoli Epistolæ Catholicæ Versio gemina, Arabica & Æthiopica, Latine translata, & punctis vocalibus animata, additis qvibusdam variæ lectionis notis, a J. G. Nisselio & T. Petræo. Lugd. Bat. 1654. in 4. maj. (Editiones has Epistolarum Johannis, Jacobi & Judæ, totas mendosas esse, & sphalmatis plenas, Jobus Ludolfus, nostri æmulus, judicavit, teste Jacobo le Long, *P. I. Biblioth. sacræ, c. 2., p. 265.* Ubi merito etiam notatur error Joh. Clerici, *Vol. I. Biblioth. Univers. & Histor., p. 431.*, totius Novi Testamenti Æthiopici versionem Latinam a Petræo & Nisselio conditam esse, falso tradentis.)

Canticum Canticorum Salomonis Æthiopicum, e vetusto Codice erutum, cum versione Arabica, Canticis V. & N. T. aliis, ac Symbolo Athanasii, Æthiopice, Arabice & Latine, per J. G. Nisselium. Lugd. Bat. 1656. in 4. Versionem Nisselii Latinam Jobus Ludolfus (teste Jacobo le Long, *l. c. p. 260.*) *indoctam* vocavit.

Vaticinium Obadiæ Æthiopice, cum Versione Latina, editum a J. G. Nisselio. Lugd. Bat. 1660. in 4. maj.

Prophetia Jonæ Æthiopice, Latine ad verbum translata, & Notis atqve Adagiis illustrata, a T. Petræo. Adjecta sunt IV. Capita Geneseos, ex vetusto MS. Æthiopico eruta, & precatio Æthiopica. Lugd. Bat. 1660. in 4. maj.

Prophetia Sophoniæ Æthiopice, ad fidem vetustissimi MSti fideliter Latine versa a J. G. Nisselio. Lugd. Bat. 1660. in 4. maj.

Homilia Æthiopica de nativitate D. N. J. C., Latino sermone ad verbum donata, nunc primum, cum aliis XXIV. Homiliis, & perpaucis MSS. Æthiopicis, ex oriente asportata, & speciminis loco edita, a M. Theod. Petræo. Accessit brevis Oratio Æthiopica matutina. Lugd. Bat. A. 1660. & Amstelod. 1668. in 4. maj. Denuo prodiit, sed Latine tantum ac Germanice, *in Mensa Solis* Petræana, Halberstadii A. 1670. *in 4.*, uti paulo post dicetur, a Joh. Wernero edita, Æthiopice autem, cum lectione & versione Latina, curante M. Christoph. Schlichtingio, Hamburgensi, Hamburgi A. 1691. *in 4.* Autorem Homiliæ esse Johannem Chrysostomum, monuit Joh. Henr. Hottingerus, *in Biblioth. qvadripart., Lib. I., c. 6., p. 195.*

Joel Propheta Æthiopice, cum Latina versione ad verbum, & perbrevi vocum Hebraicarum ac Arabicarum Harmonia, editus a T. Petræo. Lugd. Bat. 1661. in 4. maj.

Vaticinium Malachiæ Æthiopice, cum versione Latina interlineari ad verbum, editum a T. Petræo. Lugd. Bat. 1661. in 4. maj.

Oratio Doxologica Æthiopum, ab illo edita, qvam Joh. Hornbeckius *Tomo Socinismi confutati posteriori*, Ultrajecti A. 1662. in 4. excuso, denuo subjecit.

Biblia V. T. Hebræa, Joh. Georg. Nisselio, editioni immortuo, excudi cœpta, &, post obitum ejus, cum Alardi Uchtmanni præfatione, & Petræi ad defunctum Alloqvio (e Ps. CXXVI. 5.), publicata. Lugd. Bat. 1662. in 8.

Clavis lingvæ Arabicæ, Persicæ & Turcicæ, seu breve Lexicon dictionum Arabicarum, a Persis usurpatarum, Constantinopoli a Petræo allatum, &, facta vocabulorum Turcicorum accessione, nunc primum Latine versum & publicatum. Lugd. Bat. 1663. in 4. maj. Operi huic, cujus priores tantum duo qvaterniones, literæ A. complectentes initium, speciminis loco, prodierunt, Petræus, una cum versione Latina, vocabula, qvæ in MS. deerant, Turcica, e probatis Orientis sedulo collecta Lexicographis, adjecit, Vocales ubiqve addidit, & jucundam insuper lingvarum cognatarum harmoniam (sparsim licet, &, qvantum fieri potuit, ad memoriæ subsidium), cum vera pronunciandi ratione, adjunxit.

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΤΩ ΔΑΤΙΔ ΧΕΝΛΑΣΝΙΓΤΠΤΙΟΣ; h. e. Psalterium Davidis, in lingva Coptica seu Ægyptiaca, una cum Versione Arabica, nunc primum Latine translatum & editum a M. Theod. Petræo. Lugd. Bat. 1663. in 4. maj. Hujus etiam Psalterii, Friderico III., Danorum Monarchæ, inscripti, qvaternio tantum, speciminis loco, prodiit unicus, Psalmum I. Coptico-Arabico-Latinum exhibens. In fronte illius comparent: 1. D. Briani Waltoni, Episc. Cestriensis, D. Is. Basirii Archidiac. Northumbriensis, D. Thomæ Barlovii, Collegii Reginæ Oxoniensis Præpositi, Edv. Pocockii, L. Hebr. & Arab. Prof. Oxon., D. Edm. Castelli & Th. Hakii, Censura, qva & Psalterium hoc, & *Lexicon* in illud *Copticum*, sibi visa & perlecta, commendarunt, operaqve *summo elaborata studio judicioqve, & luce dignissima*, appellarunt; 2. Joh. Christoph. Moesleri, Med. D., Testimonium de Petræi itineribus, studiis, laboribus affectis, Psalterioqve hoc Coptico & Lexico in illud, honorificum, Londini A. 1662. exaratum; 3. M. Joh. Megalini Carmen Encomiasticum. Mentionem illius honestam etiam observes in J. H. Hottingeri *Fasciculo Dissertt. Theologico-Philol., Diss. III., p. 189.*, Chr. Kortholti *Tr. de variis S. Scr. Editionibus, c. 21., p. 307.*, Rud. Mart. Meelführeri *Accessionibus ad T. Jansonii Biblioth. promissam p. 81.*, & Jac. le Long (totum Psalterium prodiisse falso persvasi) *P. I. Biblioth. Sacræ p. 51.*

Versio librorum V. & N. T. omnium (etiam Apocryphorum) Armenica, e Græco LXX. Interpp. textu traducta (*vel a Joh. Chrysostomo, aut Gregorio, primo Armenorum Patriarcha, uti nonnulli credunt, vel, e Rich. Simonis sententia, a Mose Grammatico & Davide Philosopho, Chrysostomo συγχρόνοις*), ex antiqvissimo exemplari, sumptibus Ecclesiæ Armenicæ, jussuqve Jacobi, illius Protopatriarchæ, ac Concilii ab hoc A. 1662. congregati, ob summam Codd. MSS. raritatem ingentemqve discrepantiam, per Uscanum, Episcopum Uscovanchensem & Vardapietensem, Vicarium Patriarchæ generalem (eo fine in Europam ablegatum, ac Massiliæ mortuum), edita, in charta purissima, per columnas dissecta, typis genuinis excusa nitidissimis, locisqve Parallelis uberrimis, capitum in partes distinctione, figuris historiarum Biblicarum æneis, & nominum propriorum, rerum memorabilium, locorumqve V. T. in Novo allegatorum, indicibus, illustrata. Amstelodami, anno æræ Armeniæ 1115., Christianæ autem vulgaris 1666., in 4. maj. Petræum Biblia hæc in Typographeo emendasse, & editionis illorum curam gessisse, V. C. Mart. Murray me edocuit, & e *Doctrina Christiana*, iisdem, qvibus illa, typis Armeniorum Amstelodamensibus, A. seqv. 1667. ab eo publicata, colligo. Innotuit id etiam Mart. Lipenio (*P. I. Biblioth. Theol. realis p. 147.*), Joh. Sauberto Jun. (*in Prolegomenis ad Var. Lect. Matthæi p. 50.*), & hunc, Bibliothecæqve Leidensis Catalogum, secuto Jacobo le Long (*P. I. Biblioth. sacræ, c. 2., p. 283.*), qvi tamen perperam, ni fallor, *Biblia Theod. Petræi Armenica*, Amstelodami, uti perhibent, A. 1670. *in fol.* excusa, a *Bibliis Armenicis, per Uscanum ibidem A. 1666. editis*, distingvunt. Exempla illorum omnia Amstelodamo in Armeniam sunt asportata, &, hanc ob causam, paucis ea Europæis, per lustra aliqvot proxima, innotuerunt, a paucioribus sunt allegata, a paucissimis autem Bibliothecis suis vindicata. Qvos inter Oxonienses (*teste Thomæ Hydii Catalogo Biblioth. Oxon.*) & Andr. Acoluthus, Ecclesiastes Uratislaviensis, ex Armenia illa adeptus, opus possederunt integrum,

tegrum, Jobus autem Ludolfus (uti ex ejus didici ad me literis) partem tantum alteram. Plura, ad eorum spectantia historiam, suggerent Rich. Simon *Lib. II. Historiæ V. T. Criticæ, c. 16., p. 324. 325. 326.*, in *Historia Critica Versionum N. T.* (fidelissime accuratissimeqve ea impressa esse perhibente), *Lib. II., p. 196. & seqq.*, ac in *Historia Critica de religione ritibusqve populorum Orientalium*, Gallice A. 1684., sub larva *Dn. de Moni* edita, *c. 12., p. 137. & seqq.*, Aug. Pfeifferus *in Critica sacra p. 306.*, Henr. Whartonus *in Auctario Historiæ Jac. Usserii dogmaticæ de Scripturis ac sacris vernaculis, c. 8., p. 461.*, istumqve allegans Vinc. Placcius *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 16., p. 668. 669.*, Jac. le Long *P. I. Biblioth. sacræ, c. 2., Sect. 8., p. 276-284.*, Joh. Alb. Fabricius *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 5., p. 193.*, & Andreas præsertim Acoluthus, *in Prolegomenis Obadiæ Armeni, ἀποσπασμάτ*ων illorum, cum versione Latina & notis Lipsiæ A. 1680. in 4. publicati.

Novi Testamenti Versio Armenica, seorsim, iisdem curantibus, Amstelodami A. 1668. *in 8.* (*teste Fabricio l. c.*) edita, & nitidioribus ibidem typis, A. 1698. in 8. (*uti Longius l. c. p. 283.* docet), recusa.

Nersesii, Patriarchæ Armenii, celebrisqve Poetæ, Biblia Armenico-Rythmica, historias Biblicas potiores rythmis Armenicis selectissimis (qvi in V. T. omnes in IN, in Novo autem varie terminantur) exponentia, Amstelodami (*teste Acolutho possessore l. c.*) in 8. (eodem forte A. 1666. vel 1667., curanteqve eodem Petræo) edita, ac 37. constantia octernionibus.

Doctrina Christiana Armenice, cum Versione Latina, a M. Theod. Petræo publicata. Adjectum est Symbolum Athanasii, Armenice & Latine. Amstelodami, impensis Editoris, typisqve Armeniorum, A. 1667. in 8. (*4. pl.*). In *Epistola* ad Frid. Wilhelmum, Elect. Brandeb., *dedicatoria* Petræus, hanc a se versionem, illius jussu, & auxilio Garabied Wartabied, Sacerdotis Armeni, sui in lingva Armenica Præceptoris, concinnatam esse, testatur.

Diss. Gvelphica de lingvarum Orientalium studio, olim a M. Theod. Petræo repræsentata, & a Joh. Wernero edita Halberstadii A. 1669. in 4., testibus Lipenio (*P. II. Biblioth. Theol. p. 186.*) & aliqvot Catalogis.

Mensa Solis (*Mayda Zehaje*), seu Animæ dapes salutiferæ, ab Æthiopibus supra Ægyptum petitæ; h. e. Eximia qvædam Monumenta Abissinica, eandem cum nostra fidem Æthiopum Christianam complexa, nuper, cum variis variarum lingvarum sacris & profanis MSStis, Alcahiræ, Hierosolymis, & in Christi conditorio, studiosissime conqvisitis, allata, & lingva typoqve Æthiopico & Latino interlineari, seu duplici vase, reip. Christianæ Amsterdami apposita, a M. Theod. Petræo, nunc vero sola versione Latina, cum notis, denuo prælo subjecta a Joh. Wernero, Th. D. A. 1670. in 4. Exhibentur in hac duorum qvaternionum Sylloge, Germanice etiam Halberstadii, eodem A. 1670., *in 4.* (sub titulo: Sonnentisch, oder Heilbringende Seelengerichte, von den Ethiopern abgeholet, &c., und durch Joh. Wernern verdeutschet), edita, seqventia, a Petræo Æthiopice jam ante, uti supra dictum, edita: 1. Christus Æthiopibus natus, sive Homilia de nato Christo, qvinqvaginta Concionum Æthiopicarum, e sepulchro Christi allatarum, prima, cum notis; 2. Duæ Æthiopum precationes; 3. Oratio Dominica; 4. Salutatio angelica; 5. Symbolum fidei Æthiopum; 6. Disqvisitiuncula Werneri de Solis apud Æthiopes mensa.

MSSta, A PETRÆO EX ORIENTE ALLATA, ET EDITIONI, SED INCASSUM, DESTINATA, e Catalogo illorum, qvem Jobo Ludolfo, d. 6. Jan. A. 1660., transmisit, scriptisqve ipsius editis, collecta.

Psalterium Æthiopicum, qvod ab eo sibi communicatum esse Edm. Castellus, *in præfat. Lexici Heptaglotti*, testatur.

XII. Prophetæ minores (e qvibus qvinqve, Obadias sc., Jonas, Sophonias, Joel & Malachias, prodierunt), Æthiopice, cum versione Latina, edendi; ab ipso, in *Jona*, a J. G. Nisselio autem, *in Obadiæ & libri Ruth præfationibus*, promissi.

Codex ingens membranaceus Homiliarum sacrarum XXIV. (1.) de Christo, Maria virgine, sanctorumqve diversorum martyriis, a Patriarchis Alexandrinis, aliisqve, scriptarum, Æthiopicus, e sepulcho Christi allatus, ac Latine versus; cujus Homiliam primam in natalem Christi ipsemet, speciminis loco, uti supra monitum, A. 1660. publicavit, reliqvarum autem omnium editionem, J. G. Nisselio (*in Epist. Dedic. libri Ruth*) interprete, itidem est pollicitus. Usum se illo etiam esse, Castellus, *l. c.*, significat.

Liber Precum Æthiopicarum, a Castello itidem laudatus. (E MSStis his Petræi Æthiopicis tres in Bibliotheca regia Berolinensi, uti a Viro Illustri Jobo Ludolfo, iis uso, accepi, supersunt Codices, qvorum primus Homilias, secundus Computum Æthiopicum, Psalterium, Canticum Canticorum & precationes nonnullas, tertius vero nullius pretii meras precationes magicas & superstitiosas, monstrosis, de qvibus Ludolfi *Historia Æthiopica, & Comm. ad eam, Lib. III., c. 4., n. 35.* possunt consuli, plenas nominibus, continet. Mentio eorundem, sed haud satis accurata, in Christoph. Hendreichii etiam, de Petræo, possessore pristino, silentis, *Pandectis Brandenburgicis, p. 54.*, occurrit.

Prisci Persarum Chatajorumqve Annales, Regumqve illorum origines, qvorum editionis Persicæ ipse, *in Epist. dedic. Homiliæ Æthiopicæ*, ac J. G. Nisselius, in simili *libro Ruth* præmissa, spem fecerunt. Laudati etiam sunt ab Andr. Müllero, *in præfat. Historiæ Sinensis Abdallæ*, Berolini A. 1679. editæ.

Clavis Lingvæ Arabicæ, Persicæ & Turcicæ.

Psalterium Coptico-Arabico-Latinum. (Qvæ ad utriusqve hujus operis spectant historiam supra, ubi de *Speciminibus*, A. 1663. editis, est dictum, jam sunt allata.)

Lexicon Copticum in Psalterium istud, ab ipso Petræo, e duobus Lexicis Ægyptiacis ἀνεκδότοις, Cairo asportatis, aliisqve lingvæ Copticæ monumentis, concinnatum, qvod Theologi ac Philologi Angliæ, supra enumerati, in *Censura, Specimini Psalterii Coptici* A. 1663. præfixa, summopere, ob accurationem, commendant, visumqve sibi & lectum esse testantur. Dictionariorum, e qvibus congestum hoc est, Copticorum, ex Ægypto allatorum, unum Edv. Bernhardo, Professori Oxoniensi, A. 1683. a Nicol. Witsenio, Consule Amstelodamensi, est donatum. Cujus etiam munificentia Theatrum illustre Academiæ Oxoniensis Scheldonianum, triennio post (A. 1686.), typographeo Coptico & Æthiopico integro, Petræo-Nisseliano haud dubie, est locupletatum. V. Thomæ Smithi *Vitam Edv. Bernhardi*, & hanc secuti Wilh. Ern. Tenzelii *Bibliothecam curiosam Germanicam, Sect. IV. A. 1705., p. 335.*)

M. VINCENTIUS PETERSEN, Hamburgensis, Benedicti, civis, ex Elisabetha Frisia filius, d. 18. Oct. A. 1632. in lucem editus, A. 1652. (cum Gymnasio patrio, publica *de utilitate peregrinationum* Oratione, Pet. Lambecii, illius tunc Rectoris, commendata *Programmate* (2.), valedixisset) Academiam (in qva Magistri titulum d. 10. Oct. A. 1654. reportavit) Witebergensem, ac deinde A. 1657. Rostochiensem, adiit. Inde Hamburgum redux, ædis Catharinææ Diaconus, in M. Bernh. Wiesii locum, A. 1660., d. 18. Mart., est electus, sed, octennio post, liberis qvatuor e con-

(1.) Hunc numerum ipse, in titulo Homiliæ primæ natalitiæ, A. 1660. editæ, expressit. Viderit ergo Joh. Wernerus, qva fide, L. Homilias Codice isto contineri, *in Solis mensa*, tradiderit. (2.) Invenies istud in Lambecii *Orationum & Programmatum Syntagmate p. 84. 85.*

conjuge priore, nullis vero e posteriore, susceptis, morte subita, d. 17. Dec. A. C. 1667., ac ætatis 35., extinctus. V. M. Henr. Elmenhorstii, Collegæ (ob facundiam eum sacram, Musicesque & Poeseos amorem, commendantis), Schediasma de vita ejus Latinum ἄμελγον (A. 1711. *Volum. III. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 228-239.*, recusum), & Epicedium Germanicum, ipsiusque Fabricii *Vol. II. earundem Memoriarum p. 881. 882.*

Disp. de Irremissibili in Sp. S. Blasphemia, ab eo conscripta, & Præside D. Casp. Mauritio proposita. Rostochii 1658. in 4.

ULRICUS PETERSEN, Slesvicensis, J.U.C.

Der durchläuchtigsten Hertzogen von Holstein-Gottorf Hauptstatt Sleswig, und Residence Gottorf; samt derselben, wie auch der alten Römisch-Catholischen Bischöffe zu Sleswig, ordentlicher Succession, und erlebten Kriegen; biß auf das Jahr Christi 1700., in drey Theilen, kürtzlich beschrieben. Scriptum ἀνέκδοτον de Urbe Slesvicensi, & arce Gottorpiensi, Topographico-Historicum, cujus partem priorem, ab Autore communicatam, ipsemet perlegi.

Historische Nachricht von der berühmten Cimbrischen Land-Wehre, dem sogenandten Kohgraben, und grossen Walle Dennewerck im Hertzogthume Sleswig, an den Gräntzen des Reichs Dennemarck und Holstein, zwischen der Ost- und Westsee, an der Cimbrischen Land-Enge, oberhalb Sleswig und Gottorf belegen. Cujus scripti ἀνεκδότε, sed luce digni publica, recensum encomiasticum prolixum Andr. Hoyeri *Nova literaria anni 1721. Hafniensia, num. VIII., Art. IV.*, exhibent.

WIBE (i. e. WIGBERTUS) PETERS, Dithmarsus, civis oppidi Meldorpiensis, spectatæ inter suos autoritatis, nec infacundus, cum hæreditatem alienam controversam redemisset, &, spe sua falsus, causa, tum coram Dicasterio XLVIII. Dithmarsiæ Gubernatorum, tum coram panegyri incolarum, ad qvos provocaverat, regionis universæ, cecidisset, patriæ se hostem est professus, relictisqve mox post latam sententiam, ædibus paternis, ac omni supellectile, eqvo vectus candido, ac Jus provinciale manu tenens, in spontaneum abiit exilium, ac ad Nobiles Holsatos, Dithmarsis inimicissimos, profugit. Causæ deinde, qva ceciderat, justitiam Christiano III., Daniæ Regi, Ducibusqve Holsaticis, approbare conatus, Juris Dithmarsorum provincialis antiqvi codicem, hoc fine, A. 1539. recudi curavit, sperans se istos, hoc pacto, facilius, ad bellum popularibus suis, ob pertinaciam in obseqvio debito denegando jampridem invisis, inferendum, esse concitaturum. Qvæ spes cum eum frustraretur, ipse nocturnis illos irruptionibus, furtis ac incendiis, latrociniis item diurnis, & tandem, cum in Helgolandiam, falso Johannis Pomerani (Hanß Pomerenings) nomine assumpto, cum fratre, & 16. sodalibus aliis, se recepisset, piratica, in Oceano Germanico, Albiqve fluvio, per annos exercita complures, infestavit. Tot damnis irritati tandem Nautæ aliqvot in Dithmarsia Wesselburenses & Oldenwördenses naves duas centum instruxere classiariis, &, Dominica festum Pentecostes præcedente, Helgolandiam A. 1545. petierunt. Petræum illic, fratre solo, duobusqve ministris (post reliqvos 12. socios, commeatus parandi causa, alio ablegatos), comitatum, ac deditionem nihilominus detrectantem, in cœmiterio, ac æde deinde sacra, in qvam confugerat, adorti, una cum fratre, militumqve uno, in contignatione istius superiori, globis trajecerunt, & scribam solum captivum abduxerunt. Heidam deinde Dithmarsorum reversi, & huic, & tribus cadaveribus, capita, sudibus postea oblongis imposita, amputarunt. Non impune tamen violentam hanc in Insulam, Ducibus subjectam Holsaticis, irruptionem tulere Dithmarsi. Tribus enim lustris elapsis, A. 1559., Principes hi, una cum Friderico II., Rege Daniæ, bello eos adorti, inter alias illius causas, hanc etiam allegarunt, ac brevi subactos Petræi cognatis 6000. Marcas Lubecenses, ob cædem ipsius, mulctæ loco, coegerunt persolvere. V. Ant. Heimreichii *Chronicon Dithmarsiæ vernaculum, Lib. II., c. 10., p. 191-201.*, & *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 6., p. 635.*

Copie aus dem Landesbuch zu Dithmarschen, nach dem rechten Original, bestehend in 245. Artickeln. De iterata hac Juris Dithmarsiæ liberæ antiqvi (A. 1485. jam ante excusi) editione, ἀνωνύμως ab eo A. 1539. in 4. publicata, præter jam narrata, locus *Isagoges* nostræ modo citatus potest consuli.

GEORGIUS PFANNENSTIEL, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria Practicus, A. 1704. superstes.

Disp. Inaug. de Atrophia. Trajecti ad Rhenum 1676. in 4.

ULRICUS PFEFFER, Itzehoa Holsatus, Medicus & Chirurgus, A. 1660. superstes. E Lutheranorum castris, cum Pet. Arndio, Andrea Rudolphi, Joh. Grimmenstenio, aliisqve popularibus, ad Qvakeros transgressus, & deinde, cum Matæologiæ horum agnovissent vanitatem, ad Deum solum, teste Frid. Breclingio, veritatis contra Christianismum degenerem eum annumerante testibus (1.), conversus, vel, uti ego phrasin hanc interpretor, Separatista factus, Chymiæ fuit studiosissimus, eamqve scriptis illustravit compluribus, hactenus, ni fallor, ἀνεκδότοις, de qvibus hoc ab eodem Breclingio fertur judicium: Aus GOttes Gabe hat er vielerley Schriften, aus Böhmio, Bas. Valentino, Helmontio, Paracelso und Weigelio, die er fleißig gelesen, zusammengeschrieben, unter den Nahmen E. P. I. H. (heist Elricus Pfeffer, Itzehoa Holsatus), welche ein Studiosus, Franc. Rottmann, und andere, von ihm abgeschrieben, und vor Philosophische Schriften von einem unbekandten Adepto ausgegeben, biß der Betrug offenbahr worden: Da sonst solche Schriften in ihrem Werthe bleiben, und nicht so gar hoch zu achten, noch zu verachten sind, weil sie den Betrug vieler falschen Chymisten und Philosophisten anweisen. Catalogus MSStorum istiusmodi E. P. I. H. (eines neulichsten und erleuchteten Magi, Cabalisten und Philosophi, uti in inscriptione ambitiosa salutatur) adjectus est Georg. Ern. Aurelii Regeri, Chymiatri Amstelodamensis, gründlichem Berichte auf einige Fragen, libello Theologico-Chymico, Hamburgi A. 1683. *in 8.* excuso. E qvo hunc potiorum indicem Gotfr. Arnoldus, *Tomo III. H. E., c. 11., p. 112.*, exhibet, titulis suis, obscuris licet, fanaticismum Autoris prodentium:

1. Confession, oder Glaubensbekäntniß, von dem dreyeinigen GOtte, als dem unvergänglichen Lichte, in seiner Einheit und Dreyheit, aus dem Lichte der Gnaden und Natur erkläret, und aus den Tieffen ausgewickelt, nach dessen Bild, in Seel, Leib und Geist, offenbahr gestellet, &c.
2. Hydrolithus Sophicus, seu Philosophia aqvarum Sapientum.
3. Das grosse Geheimniß der Babylonischen Hure, das von Anfang verborgene Wunder, samt ihrem Thiere, mit dem Drachengeist und Maule, mit eines Lammes Stimme, unter dem Schaafspeltze, mit Lammeshörnern verdeckt, mit ihrem Character, Mahlzeichen und Anbetern, aufgedeckt und entblösset.
4. Aufdeckung des Grundes der verborgenen und versiegelten, beydes der ewigen, natürlichen und übernatürlichen.
5. Der rechte dritte Anfang der mineral-metallischen Wurtzel, der Saltzmutter aller Dinge, nemblich von dem Philosophischen Saltze der Natur und Kunst; samt Præparation des Steines der Weisen.
6. Kurtze und wahrhafte Erklärung beyder Lichter, des übernatürlichen und natürlichen, auch beyder Abbildung in der Kunst, vor Augen gestellet; vor die angenehme Kinder der Lilien und Rosen des hereinbrechenden Seculi gratiæ.

7. Memo-

(1.) *in horum Catalogo* apud Gottfr. Arnoldum, *T. IV. Hist. Eccl., Sect. III., n. 18., p. 769.*

7. Memorial-Büchlein der geistlichen Göttlichen Gaben der Einfliessungen, welche der Geist des Herren wircket in dem Kleinode der Seelen und Geistes der Menschheit, in dem Göttlichen Bildnisse, in dem Reiche GOttes, das inwendig in uns ist.
8. Magia der Wunder der Zeit und Ewigkeit, das Geheimniß der verborgenen Weißheit GOttes, für die Kinder der Lilien gestellet.
9. Occulta Philosophia, cœlum Sapientum & vexatio stultorum, de metallis Sophorum miracula.
10. Cabala & Philosophia naturæ & artis.
11. Geomantia metallica.
12. Ernstliche Schrift an die falschen Arbeiter der Kunst Hermetis.
13. Magische Prophezeyungen über dem Untergange des falschen Israels, im neuen Bunde, in Europa.
14. Mysterium iniqvitatis, das Geheimniß der Boßheit und Schalckheit der Gelehrten und gestudierten Schandhure, auf dem Thiere im Apocalypsi reitend.
15. Liber clavis artis, Thesaurus mundi, de lapide Philosophorum manualis Practica.
16. Anonymi Tractat an Ulr. Pfefferum, von Natur der Elementen, wie sie in der Kunst des Lapidis Philosophorum erscheinen.

GEORGIUS HENRICUS PFEIFFERUS, Hamburgensis, Judæi conversi nepos, aulæ initio Rudolphi Augusti, Ducis Brunsvicensis, Gvelpherbytanæ Ecclesiastes & Bibliothecarius, ac Pastor deinde urbis Brunsvicensis, ab A. 1693. (1.), Catharinæus, Poeta in Latino pariter atqve Germanico sermone insignis.

Meditatio Davidis. Hamburgi 1693. in 8.

Türcken-Tauffrede, auß Gen. XVIII. 12. Brunsvigæ 1694. in 12.

FRIDERICUS PFENNING, Kiloniensis, Med. Doctor, Joh. Casp. Pfenningii, Medici Kiloniensis clarissimi, filius.

Disp. de Venæsectionem indicantibus, Præside D. Bernh. Matth. Franckio. Kilonii 1701. in 4.

Disp. Inaug. de Bradypepsia, seu tardiori Ventriculi concoctione, Præside D. Frid. Hofmanno. Halæ Saxonum 1703. in 4.

ERDMANNUS PFLUGIUS, Diaconus in Stormaria ruralis.

Catechismus Sermone Germanico editus. Glückstadii 1697. in 12.

Beicht- und Sacraments-Fragen. Glückst. in 12. *Catal.*

JOHANNES PFLUGIUS, Morhusa Holsatus, Parochiæ Ruralis in Stormaria Neodorpiensis Diaconus, ac M. Franc. Alardi, Pastoris Wilstriensis, gener, A. 1672. superstes; scribax plurimorum promissor voluminum.

SCRIPTA EDITA.

Christianorum media pacis; das ist: Frommer Christen Friedensmittel, welche sie zu aller und ieder, sonderlich zu dieser Kriegszeit in Holstein, zu bedencken haben, in 6 Lehr- und trostreichen Reim-Regeln, nach Anleitung der 6. Hauptstücke des Catechismi, entworfen. Glückstadii 1658. in 12.

Decas Concionum Passionalium, oder X. Passions-Predigten, auß der Passions-Historie, und andern Passions-Texten und Liedern, gehalten; die erste beyde von Franc. Alardo, Past. zu S. Margareten in Holstein, die acht andern aber von dessen Sohns Eidam, Joh. Pflugio. Hamburgi 1672. in 4.

INEDITA VEL AFFECTA,

in Catal. Nund. autumn. A. 1656. Lipsiensi, p. 3. 15. 19. 23., promissa.

Harmonia Epistolico-Evangelico-Catechetica.

Concionator Epistolico-Evangelicus.

Concionator Catecheticus.

Elucidarius Geneseos.

Theologus didacticus.

Collectanea Theologico-Philosophico-Philologica; i. e. Qvæstiones & Loci Communes, ad singulas pene voculas, Latinæ præsertim lingvæ.

Concionum in Catechismum Lutheri Germanicarum Dodecas.

Instillatio Catechetica, oder Catechismus-Tropf, durch Frage und Antwort, nach dem kleinen Lutherischen Catechismo, gestellet.

Devotio Dominicalis & festivalis, oder Sonn- und Feyertägliche Andachten, durch Frag und Antwort, auf derselben Episteln und Evangelia gerichtet.

Phraseologia Germanico-Poetica; das ist: Teutsche Poetische Arten zu reden, und eine Person oder Ding, in einem Gedichte, zu beschreiben.

JOACHIMUS CHRISTIANUS PINCIERUS, Lubecensis, Ludovici Junioris filius, J. U. D., & templi in patria Cathedralis, circa A. 1698., Canonicus, Christianiqve Augusti, Ducis Holsato-Gottorp. & Episcopi Lubec., Consiliarius, d. 5. Apr. A. C. 1708. (æt. 37.) mortuus.

Plura de ejus vita ex En. Svantenii Progr. fun., & Anonymi Biographia narrantur in J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 100. 101. 102.*

Disp. Inaug. de privilegiis Dotium Principalium. Lugd. Bat. 1697. in 4.

JOHANNES LUDOVICUS PINCIERUS, Baro a KÖNIGSTEIN, Toparcha Öhensis & Dollrottensis hæreditarius, Lubecæ A. 1660., patre Ludov. Pinciero, Collegii Canonicorum Seniore & Thesaurario, Episcopiqve Lubecensis Consiliario, matre autem Christina, M. Joh. Hudemanni, Superintendentis regii Holsatici, filia, est natus, avoqve Hermanno, Seniore itidem, ac proavo Ludovico, Decano Lubecensium Canonicorum, gavisus. Literis elegantioribus in patriæ Lyceo, cui Abr. Hinckelmannus tunc præerat, per sexennium, studiis vero Juridico-Politicis Kilonii & Leidæ, vacavit, Belgiumqve deinceps, Angliam, Galliam, Italiam ac Germaniam, peragravit. A. 1686. a Christiano Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, filii sui primogeniti, Friderici, præficiebatur studiis, &, cum hoc in aulam ablegatus Svecicam, illic A. 1691. a Carolo XI., Rege, Nobilium indigenarum adscribebatur ordini. A Friderico, parentis successore A. 1695. facto, in Senatum mox admissus est intimum, A. 1698. Præfecti dignitate donatus Tunderensis, negotiis dein aulæ omnibus dirigendis, cum Magno Wedderkopfio affini, Ministrorum ducalium Principe, adhibitus, ac Legatus cum eodem A. 1700. missus ad Panegyrin Travendahlensem Irenicam. Intra qvod temporis spatium,

(1.) V. Christoph. Jac. Blumii Braunschweigisches Prediger-Gedächtniß *p. 28.*

um, Holmiæ, etiam, qvo Fridericum Ducem denuo, ad nuptias celebrandas, erat comitatus, A. 1698., in ipsis illarum solennibus, a Carolo XII., Rege Svedico, Baronis a Königstein titulo ornabatur, ad posteros transituro, & Consiliariis suis adscribebatur bellicis, Lubecæ autem A. 1699. Ædis cathedralis (cujus duo ejus filii sunt Canonici) e Canonico eligebatur Præpositus. Postqvam Fridericus princeps A. 1702. in prælio cum Polonis occubuerat Clitschaviensi, filii ejus unici, Caroli Friderici, impuberis & in Svecia absentis, a Rege Svedico literis die 19. Julii jussus αὐτογράφοις, curam gessit, &, una cum Wedderkopfio suo, ditionum regimini, patrui ejusdem ac tutoris, Christiani Augusti (suo ac propinqvorum suffragiis ad Episcopatum evecti Lubecensem), auspiciis, lustro seqventi, præfuit. Cujus Episcopi gratia cum Wedderkopfius affinis, æmulis annitentibus, A. 1709. excidisset, & Tonningam captivus deportaretur, noster, simile sibi infortunium ab inimicis aulicis communibus imminere prævidens, confestim, missione postulata, sed non impetrata, e ditione Holsato-Gottorpiensi discessit, & Friderico IV., Danorum Monarchæ, Consiliarii mox Intimi & Eqvitis Dannebrogici ipsi largito dignitates, suam A. 1710. addixit operam. In Aula interim Gottorpiensi actio forensis contra absentem est instituta, lataqve sententia (in Apologiis aliqvot ab ipso refutata vernaculis) bona, qvæ reliqverat, immobilia pleraqve Fisco sunt vindicata ducali. Qvæ tamen, mutata rerum facie, ac parte Chersonesi Cimbricæ Ducali per Regem occupata Danicum, A. 1714. ipsi ab hoc restituebantur, simulqve novæ dignitates Directoris Protodicasterii Gottorpiensis supremi, & Præfecti Apenradensis atqve Lugo-monasteriensis, conferebantur. Qvibus, vitæ studio tranqvillæ, A. 1723. se sponte tandem abdicavit.

V. Joh. Henrici a Seelen (plura de illius vita narrantis, ac epigraphen addentis Sacelli sepulchralis, Lubecæ, in æde cathedrali, A. 1714. ab eo conditi) *Partem II. Athenarum Lubecensium p. 67-73.*

Species facti von seiner Verfolgung durch den Gottorfischen Hof, vom Jahre 1709. an, qvæ, illo ignaro, *in Electis Juris publici anni 1710., p. 467. & seqq.*, prodiit. Huic, jussu Christiani Augusti, Episcopi Lubec. & Ducis Holsatiæ, ἀνωνύμως, per D. Frid. Joach. a Creütz, Advocatum Slesvicensem, A. 1712. Slesvici (*in fol.*) opponebatur Acten-mäßiger Bericht von demienigen, was, in der, wieder den Baron von Königstein geführten, Fiscalischen Sache, bey der Gottorfischen Cantzeley vorgenommen.

Aufgedeckter Ungrund des, wieder ihn, von dem Fiscali, D. Frid. Joach. von Creutz, und dem Ober-Directore Processus, D. Gabr. Schreibern, zu Gottorf betriebenen Processus, tam inqvisitorii, qvam accusatorii, und expracticirten Urtheils, auß dem Acten-mäßigen Facto und Jure deduciret. A. 1713. in fol.

Fernere Begründung des aufgedeckten Ungrundes, &c. A. 1714. in fol. Reposita est Scripto D. F. J. a Creütz adversus ipsum, paulo ante memorato.

LUDOVICUS PINCIERUS Junior, Lubecensis, Hermanni, Canonicorum Senioris, filius, & Ludovici, eorundem Decani, nepos, d. 10. Apr. A. 1624. natus, parata sibi, in scholis Lubecensi & Bordesholmensi, Academiisqve Daventriensi, Julia & Leidensi, literarum pariter atqve Juris notitia, Belgium, Galliam, Helvetiam & Germaniam, peragravit, titulumqve Doctoris Hardervici A. 1657. obtinuit. Lubecam reversus, & ædis Cathedralis adscriptus Canonicis, horum Senior tandem evasit ac Thesaurarius, Augustoqve simul Friderico, Duci Holsatiæ & Episcopo Lubecensi, fuit a consiliis. In itinere demum subita, d. 19. Nov. A. C. 1702., ac ætatis 78., morte extinctus, qvinqve filios (& hos inter Johannem Ludovicum, Baronem a Königstein, aularum Holsaticæ atqve Danicæ Ministrum, ac Joachimum Christianum, modo memoratum), duasqve filias, e Christina Langia, Joh. Hudemanni, Superintendentis in Holsatia regii, gnata, susceptos, reliqvit superstites. V. *Nova Literaria Lubecensia, M. Dec. A. 1702., p. 377-378.*, Enochi Svantenii Programma funebre, & J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 95-99.*

Disp. de Inutilibus Stipulationibus, Præside D. Joh. Christenio. Franeqveræ 1646. in 4.

Disp. Inaug. de Compensationibus. Hardervici 1657. in 4. Adjecta illi est, cum Professorum aliorum carminibus, Joh. Frid. Gronovii Epistola Encomiastica.

M. JOHANNES PISTORIUS, sive BECKERUS, Hamburgensis (1.), scholæ patriæ, ab A. 1540. (2.) Conrector, peste d. 25. Aug. A. 1565. extinctus (3.), & ab Henn. Conradino (4.) Epigrammate peculiari, a Joh. Fredero autem Juniore, Theologo Rostochiensi (5.), seqventi celebratus Epitaphio:

Cur pietas, moresqve boni, doctæqve Camœnæ,
Hunc cingunt tumulum? Pietatis idoneus Autor,
Et disciplinæ columen morumqve bonorum,
Interpresqve vocans, medio ex Helicone, Camœnas
Mœnia in Hamburgi, vicini in littoris oras,
In Domino moriens, hoc mortua membra locavit
Sola solo: Felix mens summo vivit Olympo,
Illustres inter proceres, sanctumqve Senatum.

Explicatio Catechismi, methodo concinna, per qvæstiones & responsiones, facta Hamburgi 1567. in 8. Scripta est jussu D. Joh. Æpini, Superint. Hamburg., ac Presbyterii.

JOHANNES PISTORIUS (Græco etiam *Artopoei*, & Germanico Beckeri cognomine, nonnunqvam usus) Husæ Cimbrorum, anno circiter 1527., lucem aspexit, patre natus M. Theodorico Pistorio, qvem primum fuisse Ecclesiæ Husensis reformatorem doctoremqve Lutheranum, ac sudore Anglico obiisse, ipsemet (6.) testatur, Mart. autem Holmerus in suo Ecclesiastarum Husensium perperam omisit Catalogo (7.). A. 1542. in Gymnasium profectus Lüneburgense, qvinqvennio illic substitit integro, ac commilitonem habuit Joh. Holmannum, Stadensem, Academiæ postea Lugduno-Batavæ Theologum, cujus atqve nostri Elegiæ VII. juveniles Eroticæ ἀμοιβαῖαι, de amasiis suis, Eudoxe & Semnia, veterum illic scriptæ exemplo, inter hujus supersunt *Epistolas*. Lüneburgo A. 1547. in Academiam abiit Hafniensem, & toto, in ea, qvadriennio, qvamvis haud continuo (cum Argentinam etiam interea temporis salutaverit), commoratus, Nicol. Hemmingio & Joh. Maccabæo, Theologis, Alb. Knoppero, JCto, Ludolpho Priggio, Philosopho, præsertim vero M. Paulo Noviomago, Ecclesiastæ Christiani III., Regis, aulico, familiariter admodum innotuit. Erico deinde ac Stygoni Hardenbergiis, Hilarii filiis, Eqvitibus Danis, præfectus, insigniqve probitatis & doctrinæ a Nic. Hemmingio, Acad. Rectore, instructus testimonio, Witebergam A. 1552., ad Phil. Melanchthonem, migravit, sed, metu pestis, illic sævientis, paulo post in Academiam ad Viadrum secessit Francofurtanam, & Jod. Willichii ac Franc. Stancari, sacræ tunc cum Andr. Musculo, Collega, impliciti controversiæ, aliqvamdiu usus est consvetudine. A. 1553. Witebergam rediit, &, per annos aliqvot, suos in studiis profectus ita Melanchthoni approbavit, ut in literis is systaticis, d. 25. Mart. A. 1554. exaratis, ob *dexteritatem styli, in soluta & ligata oratione, lingvarumqve Græcæ ac Latinæ, Philosophiæ item, Astronomiæ, & Theologiæ, Theticæ pariter atqve Polemicæ, peritiam*, de nota ipsum meliore omnibus commendare haud dubitaverit. E Germania A. 1555. in Galliam transiit, & inde, seqventi 1556., in Daniam,

(1.) teste J. Fredero, mox allegando. (2.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1124.* (3.) V. Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamb.*, & Fabricium *l. c.* (4.) *in Poem. p. 141.*, teste Fabricio *l. c. p. 1128.* (5.) *in Appendice, Poemati de vita Joach. Westphali Heroico, Rostochii A. 1575. excuso, adjecta.* (6.) *in Epist. ad Ulr. Syadonis, Ecclesiasten Delphensem.* (7.) *in præf. Homiliæ de Incendio templi Husensis Germanicæ.*

niam, cum Hardenbergiis, reversus, in horum prædiis annuo fere hæsit spatio, munusqve Ecclesiastæ in aula Danica regii, de qvo ipsi conferendo Corn. ab Hamsfort, Archiater, Paulus Noviomagus, aliiqve amici, Regi eum commendare haud veriti, Hafniæ consilia agitabant, qvod a vita abhorreret aulica, suscipere detrectavit. Prætulit huic Pastoratum, qvi, eodem A. 1557. exeunte, sibi offerebatur, Parochiæ in Eiderstadia ruralis Tetenbüllensis, &, seqventi 1558., sub initium Martii, Ripis, a M. Joh. Tausano, Episcopo, qvod Diœcesis Slesvicensis Præsule tunc careret, sacro χειροθεσίας ritu est inauguratus. Isti non Pastoratum solum oppidi Tonningensis, A. 1581. sibi oblatum, sed Concionatoris etiam aulici Holsato-Gottorpiensis dignitatem, ad qvam A. 1588., non literis saltem D. Pauli ab Eitzen, Superintendentis, primi vocationis hujus autoris, & Casp. Hoyeri, Consiliarii intimi, sed Epistola etiam Philippi Principis αὐτογράφῳ, d. 8. Oct. exarata, invitabatur, singulari αὐταρκείας exemplo, denuo posthabuit. Hanc enim, in suis ad Hoyerum, Eitzenium, ac Hier. Schultium, Principis Cancellarium, responsoriis, ob ætatem, corporis infirmitatem, vitæqve aulicæ desvetudinem, humillime est deprecatus, suaqve M. Jac. Fabricii, Diaconi Tunderensis, velut illi haud imparis, commendatione, ut is in aulam mox evocaretur, effecit. Ecclesiarum tamen Eiderstadiæ Ephoriam, sive Præposituram, ab Adolpho Duce, svasu Casp. Hoyeri, provinciæ Præsidis, A. 1584. sibi, omnium primo, collatam, ac muneri adjectam Tetenbüllensi, suscepit (1.), & per lustra qvatuor præclare administratam, d. 22. Oct. A. C. 1605., ætatisqve 78., mortuus (2.), successori, M. Georg. Crusio, Parocho Cotzenbüllensi, reliqvit. Eruditione excelluit, non solum Theologica, Philosophica & Philologica, a Melanchthone commendata, sed Medica etiam, cujus eum ope Eiderstadienses suos sanitati sæpe restituisse Epistolæ ipsius, e qvibus totam hanc vitæ collegi historiam, me docuerunt. In sacris suorum temporum certaminibus Melanchthonis Præceptoris partibus usqve adeo fuit addictus, Flacianis autem, & adversariis ejus cæteris, ita infensus, ut, *malle se cum illo errare, qvam his assentiri*, alicubi scripserit. Uxores habuit duas, Mettam, Joh. Hoyeri, Præfecti Husensis, sororem, d. 14. Aug. A. 1558. ductam, filioqve unico, Theodoro (de qvo *statim* dicetur), & filia, Joh. Thomæo, Parocho in Eiderstadia Osterheverano, elocata, in lucem editis, M. Junio A. 1596. defunctam, & alteram, qvam huic A. 1600., septuagenario major, subrogavit, viduamqve moriens reliqvit superstitem. Confer de eo, & recusata dignitate aulica Gottorpiensi, Henr. Muhlii (cui *Vir audit in omni, diviniore potissimum, doctrina excellens*) *Diss. I. Historico-Theol. de Reformat. relig. in Cimbria p. 119. 204-208.* (ubi ipsæ Philippi Principis, ac D. Pauli ab Eitzen, de Vocatione ista, ad illum Epistolæ leguntur), & Joh. Melch. Krafsii (Nic. Hemmingii & Phil. Melanchthonis Testimonia de nostro, supra allegata, recitantis) Husumsche Kirchen-Historie (in dem zweyfachen Jubelgedächtnisse) *p. 228-233. 569-573.*

Volumen Epistolarum, ab illo ad Viros doctos, & ab his ad ipsum, Latine, ab A. 1545. ad 1605., scriptarum, ἀνέκδοτον, qvod possessoris, Pet. Axenii, JCti Slesvicensis doctissimi, indultu totum olim perlegi, & D. G. Morhofius, *non pauca in eo historica de provinciæ Cimbricæ statu civili & ecclesiastico haberi* testatus, publice jam, *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 25., p. 313.*, commendavit. Qvatuor illud, in charta exaratum τετραπτύχῳ, Epistolarum exhibet Centurias. E qvibus XLVII. ab ipso ad Paulum ab Eitzen, Corn. ab Hamsfort, Joh. Holmannum, Casp. Hoyerum, Joh. Lagonium, Alb. Meierum, Paulum Noviomagum, aliosqve viros Cimbriæ, & regionum vicinarum, eruditos, sunt perscriptæ. Reliqvæ CCCLIII. ad ipsum, a Philippo, Duce Holsato-Gottorpiensi, Luca Bacmeistero Sen., Theologo Rostoch., Hier. Cypræo, Canonico Slesvic., Paulo ab Eitzen, Superint. Holsatico, Joh. Francisci, Prof. Med. Hafniensi, Jac. Fabricio Sen., Superint. Holsatico, Oveno Günthero, Acad. Juliæ Philosopho, Joh. Holmanno, Prof. Theol. Leidensi, Corn. ab Hamsfort, Archiatro Danico, Casp. Hoyero, Eiderstadiæ Præside, Joh. Lagonio, Episc. Ripensi, Herm. Lathero, JC. Husensi, Sam. Meigerio, Parocho Norttorpiensi, Alb. Meiero, Past. Lindholmiensi, Paulo Noviomago, aulæ Danicæ Ecclesiasta, Ludolpho Priggio, Prof. Hafniensi, Paulo Sperlingio, Rectore Hamburgensi, Joh. Tausano, Episc. Ripensi, aliisqve obscurioribus hominibus literatis, sunt exaratæ. Decem ex his Eitzenianas ad nostrum H. Muhlius, *l. c. p. 190-194. 197. 198. 204-208.*, edidit.

VIII. Epistolæ Latinæ, ad D. Paulum ab Eitzen, Superint. Holsaticum, ab A. 1563. ad 1592., missæ, qvæ in Volumine Epistolarum ad Eitzenium MSto supersunt; cum præcedens Pistorianum tres tantum, ad illum datas, exhibeat.

THEODORUS PISTORIUS, Tetenbülla Eiderstadiensis, Johannis (*modo celebrati*) filius e Metta Hoyeria unicus, ab eo A. 1585. in Gymnasium Lüneburgense, A. 1588. in Acad. Juliam, Oveniqve Güntheri, Prof. Philosophi, popularis sui, convictum, A. 1591. autem in Francofurtanam, ad Christoph. Pelargum (cui suis cum literis D. Paulus ab Eitzen commendarat) audiendum, ablegatus, Ecclesiæ ruralis in Eiderstadia Sanpetrinæ, ab A. 1600., Diaconus a Poeta non inelegans, & satis interdum argutus.

Poemation de Nativitate Christi, in Laur. Dithmari ad parentem laudatum epistola.

Poema Heroicum de Virtute & voluptate Herculem, in bivio sedentem, adeuntibus. Francofurti ad Viadrum 1593. in 4.

Carmen in felicem reditum Joh. Adolphi, Ducis Holsatiæ, d. 21. Nov. A. 1594. Slesvigæ 1594. in 4.

Parentalia in memoriam anniversariam Casp. Hoyeri, Joh. Adolphi, D. Holf., Consiliarii, & Præfecti Eiderstadiensis, A. 1594. mortui, carmine Heroico scripta. Slesv. 1595. in 4.

Poema tædis Joh. Adolphi, Ducis Holsatiæ, & Augustæ, Friderici II., Danorum Regis, filiæ, sacratum. Slesv. 1596. in 4.

Epithalamium in nuptias D. Nicol. Jungii, Cancellarii Holsatici, & Annæ Paulinæ. Slesv. 1599. in 4.

Epithalamion de laudibus Conjugii, in nuptias Herm. Hoyeri, Eiderstadiæ Præfecti, & Annæ Ovenæ, Tonningæ d. 15. Apr. A. 1599. celebratas. Slesv. 1599. in 4.

XIV. Epistolæ ad Herm. Hoyerum, Herm. Latherum, M. Georg. Crusium, & alios, ἀνέκδοτοι, ab A. 1605. ad 1612. scriptæ, & Volumini Epistolarum parentis (*de qvo supra dictum*), appendicis instar, adjectæ.

JOHANNES PLACCIUS Junior, Hamburgensis, senioris, urbis Hamburg. Poliatri, & Margaretæ, D. Joh. Garmeri, Syndici ejusdem, gnatæ, filius, lauru Philosophica in Academia Duisburgensi (3.), Medica autem A. 1666., in Lugduno-Batava, ornatus, & in patria, cum Praxi aliqvamdiu jam vacasset, ac Melancholia, in maniam degenerante, subinde, una cum matre, laborasset (4.), morte extinctus immatura. Confer de illo Vincentii fratris *Epist. Dedic. Libri IV. Carminum juvenilium*, ipsi inscripti, & Joh. Alb. Fabricii *Vitam* fratris ejusdem, *Theatro* illius *Anonymorum & Pseudonymorum* A. 1708. præfixam, locis passim compluribus.

(1.) V. Casp. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 151.*, & Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, L. III., c. 4., p. 236. 237.*, ac *Hist. Eccl. Slesvic., L. IV., c. 3., p. 204.* (2.) testibus Theodoro filio, *in Epistola ad exeqvias ejus invitatoria*, & Heimreichio *ll. cc.* (3.) V. Vinc. Placcii, fratris, *Pia in hanc Vota, Lib. III. Carminum Juven. p. 303-314.* (4.) V. ejusdem fratris *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 2., p. 190.*

Lucretia hysterica, sive Historia Medica Virginis, suffocatione uterina laborantis, & ex omni parte sanatæ, ad summum artis Medicæ gradum obtinendum proposita. Lugd. Bat. 1666. in 4. Vincentii fratris in hanc elegiam *Libro IV. Carminum juvenilium, p. 387. 388. 389.*, invenies.

Theses Medicæ Inaugurales mistellæ. Lugd. Bat. 1666. in 4.

VINCENTIUS PLACCIUS, Hamburgensis, Joh. Placcio Sen., Thuringo, Med. D. & Poliatro Hamburgensi, Margaretaqve, D. Joh. Garmeri, Syndici, filia, parentibus itidem gavisus, natalem habuit diem 4. Febr. A. 1642., ac in corpusculo perqvam imbecilli felicissimum, qvamprimum studiis potuit admoveri, prodidit ingenium. Patrem qvatuordecim natus annos amisit, &, cum, in Gymnasio patrio, per triennium, in Philosophia Joach. Jungii, in Historia Pet. Lambecii, in Mathesi autem, Philologia & Poesi, Mich. Kirstenii ductu, insignes fecisset progressus, ac Poemate de *Atlantide* sive America *retecta* Heroico, tertium ætatis lustrum vix egressus, indolem doctrinamqve ostendisset præcocem, A. 1659. in Academiam Juliam, & Christoph. Schraderi, Rhetoris inclyti, convictum, se contulit. Illic, Conringium & Collegas duces nactus, Jurisprudentiæ vacavit ac Politicæ, anno autem seqventi 1660. a Joh. Feldeno, affini, in prædio ejus Neukirchensi, accuratiori, & artis Analyticæ, & Juris naturalis, imbutus est peritia. A. 1661. Lipsiam, 1662. Vindobonam, 1663. autem in Italiam, & Acad. Patavinam, perrexit, in qva, seqventi 1664., nationis JCtorum Germanicæ Bibliothecarius primum, deinde vero Consiliarius, Academiæqve Vice-Prorector & Syndicus, est electus. Galliam hinc ingressus, J. U. Licentiati titulum Aureliæ A. 1665. obtinuit, Germaniaqve & Belgio itidem peragratis, & parata sibi, in toto hoc itinere literario, præter doctrinam multiplicem, hominum plurimorum eruditione illustrium amicitia, Hamburgum A. 1667. rediit. In patria hac sua vitam cœlebs exegit reliqvam, &, octennio priori, caussarum forensium patronum egit dexterrimum pariter atqve integerrimum, lustris autem qvinqve seqventibus, ab A. 1675., Professorem Philosophiæ Moralis & Eloqventiæ, in Gymnasio a Senatu instaurato, fide non minus singulari in docendo, qvam eruditione solida atqve varia, inclytum. Toti hanc orbi qvoqve erudito scriptis approbavit qvamplurimis, qvibus Jus naturale, civile ac municipale urbis patriæ, Philosophiam Practicam, Logicam, Rhetoricam, artem excerpendi, Historiamqve literariam, illustravit, & plerasqve simul emendare studuit, novisqve accessionibus locupletare ac subsidiis. Hos inter labores cum morbis ipsi sæpissime confligendum fuit gravissimis, hypochondriaco scilicet ac Colico, & Arthritide, utroqve crudeliore. Cujus doloribus cum alia, per decennium, frustra opposuisset remedia, diæta illos, qvæ ne assis qvidem totius qvotidie postulabat impensas, solo lacte, ab A. 1687. ad obitum usqve, victitare assvetus, feliciter tandem fugavit parcissima, recidivæ, qvotiescunqve jusculo saltem aut ovis vesci audebat, præsentiens initia. Asthmati demum, Apoplexiæ exasperato accessibus, medias inter preces, d. 6. Apr. A. C. 1699., & ætatis 58., imperterritus succubuit, & exuvias monumento ædis Cathedralis avito asservandas reliqvit, cum moribundus ante Bibliothecam qvater mille amplius voluminum Johanneæ Hamburgensi publicæ, tribus Gymnasii alumnis stipendium liberale 100. Marcarum annuum, & reditus e bonis reliqvis haud exiguos pauperibus, Judæisqve conversis, in tabulis voluntatis legasset ultimæ. Fusius, qvæ ad vitæ ejus, meritorum in literas, scriptorumqve, tam editorum, qvam ἀνεκδότων, spectant historiam, Tomo Operis hujus exponentur ultimo. Consuli interim de iis merentur Joh. Alb. Fabricii, successoris, *Vita* illius, ac *præfatio, Theatro Scriptorum Anonymorum & Pseudonymorum* nostri posthumo A. 1708. præmissæ, Georg. Eliez. Edzardi, Collegæ, *Programma funebre*, A. 1699. publicatum, &, qvi ex his sua deprompserunt, Autores *Novorum Germaniæ Literariorum, M. Jul. A. 1708., p. 274-280.*, & Pet. Ambr. Lehmannus *in Observationibus Historicis anni 1699. Germanicis, n. 19., p. 147. 148. 149.*; nec non Placcii ipsius *Epistola de Excerptis propriis*, & *Invitatio ad Anonymos & Pseudonymos suos augendos, Libro de Arte excerpendi* A. 1689. subjunctæ, ac *Præfatio Accessionum Ethicæ & Juris naturalis*, A. 1695. editarum. Scriptorum suorum, editorum, ineditorum & affectorum, indicem ipsemet itidem A. 1674. Joh. Rhodii *Auctorum suppositiitiorum Catalogo*, cum *Notis* suis edito, A. 1679. *Tractatui de Actionibus*, A. 1686. *Excerptis binis Rhetoricarum Accessionum*, A. 1689. *Invitationi* modo laudatæ, & A. 1693. *Musis Juridicis*, subjecit. Loca Ephemeridum, qvæ editorum recensum exhibent, literariarum Cornelii a Beüghem *Apparatus ad Hist. Lit. novissimam, Conspectu I., p. 323., Consp. II., p. 247. 248., Consp. III., p. 154. 155., & Consp. IV., p. 232. 454. 482.*, suggeret.

ANDREAS PLANTECOVIUS, Lubecensis, A. 1661. in lucem editus, Medicinæ (cujus honores summos Patavii d. 3. Jun. A. 1687. reportavit) Doctor, & in patria urbe Practicus, multiplici doctrina, plurimaqve lectione (cujus fructum *Cimbria* etiam hæc nostra *literata*, judiciorum de Scriptoribus qvibusdam Cimbricis, e variis ab eo collectorum Autoribus, mediocri ditata numero, persensit), majorem longe, qvam eam, qva hactenus, ferme nullo ingenii monumento in lucem edito, gaudet, famam promeritus.

Conf. de vita, scriptis ac laudibus illius, J. H. a Seelen *Partem III. Athen. Lubec. p. 385-391.*

SCRIPTA EDITA.

Epistola de Scriptis suis ineditis & affectis, ad D. Achillem Danielem Leopoldum, JCtum Lubecensem, scripta, & *in Novis Literariis Lubecensibus, M. Oct. A. 1707., p. 312-319.*, juris facta publici.

Observatio de Herba Promethea veterum, in iisdem *Novis, M. Apr. A. 1708., p. 87-92.*, obvia.

INEDITA ET AFFECTA.

in Epistola de iis, l. c., promissa.

I. PROPRIA.

Liber de Plantis, qvæ inventoribus suis nomen, vel fabulis, uti ferunt, nomen & originem debent.

Libri singulares de Cultris, Mensis, Poculis, Tubis, Falcibus & Cingulis Veterum.

Lib. de Januis veterum, ad Casp. Sagittarii Tractatum de iisdem Spicilegium exhibens.

Libri singulares de templo Dianæ Ephesiæ, Jove Olympio & Muris Babylonicis.

Diss. ad Nummum Eleusinum.

Diss. ad Nummum Artemisiæ.

Bibliotheca promissa & latens, Opus trium primæ magnitudinis (*in fol.*) voluminum, Theod. Jansonii ab Almeloveen & Rud. Mart. Meelführeri opusculis ejusdem argumenti & tituli longe locupletius.

Bibliotheca Andreana, seu de Andreis, qvi scriptis inclaruerunt.

Bibliotheca combusta.

Tr. de Vitis Manutiorum.

Elogia doctissimorum Seculi XVII. virorum, Casp. Barthii, Thomæ Bartholini, Sam. Bocharti, Ol. Borrichii, Joh. Andr. Bosii, Rob. Boylii, Renati Cartesii, Is. Casauboni, Herm. Conringii, Joh. Freinshemii, Joh. Frid. Gronovii, Jani Gruteri, Dan. Heinsii, Nicol. Heinsii, Joh. Bapt. Helmontii, Athan. Kircheri, Justi Lipsii, Marcelli Malpighii, Joh. Meursii, Dion. Petavii, Laur. Pignorii, Thomæ Reinesii, Conr. Rittershusii, Cl. Salmasii, Jos. Scaligeri, Andr. Schotti,

Casp.

Casp. Scioppii, Joh. Seldeni, Jac. Aug. Thuani, Georg. Hier. Velschii, Gerh. Joh. Vossii, & aliorum complurium, prolixiora.

(Qvibus, ex Autoris ad me literis, addi possunt Observationes Medicæ, & Diss. de Suppressione mensium.)

II. ALIENA.

Phædri Fabularum Æsopicarum Libri qvinqve, cum Notis.

C. Pedo Albinovanus, Cl. Rutilius Numatianus, Valerius Cato, Corn. Severus, Q. Serenus Sammonicus, Gratius, M. Aurelius Olympius Nemesianus, T. Julius Calpurnius, Fl. Cresconius Corippus, C. Juvencus, Cœlius Sedulius & Arator, XII. Poetæ Latini veteres; singuli seorsim, cum Notis variorum integris, propriis animadversionibus, tribusqve vocabulorum in ipsis scriptoribus obviorum, rerumqve & Autorum, in notis memoratorum, Indicibus, publicandi.

Plinii Junioris, & Trajani Imperatoris, Epistolæ de Christianis primævis, cum Commentariis & notis variorum integris, annotationibus propriis, & verborum, rerum Autorumqve, indicibus, edendæ.

Thomæ Brownii, Eqv. & Medici Anglici, Tractatus XIII. (qvos *Epistola p. 316. 317.* enumerat) Physici, Botanici, Historici, Archæologici ac Philologici, e lingva Anglica in Latinam translati.

Marii Assignii Tr. de Antiqvitatibus Romanis, difficilibusqve nominibus, qvæ ad res Romanas spectant (*de qvo Epistola p. 317. 318. plura suggeret*), ex Anglico Latine versus.

Floravantis Martinelli, Romani, Roma in situ suo lustrata, cum rebus memorabilibus, qvæ in illa reperiuntur, omnibus, tam antiqvis, qvam modernis, ex Italico Latine reddita; de qva *Epistola* itidem *p. 318. 319.* est consulenda.

Comparatio Pindari & Horatii (*illa haud dubie, qvam Franc. Blondellus, Strategus Gallicus, & Acad. Scient. regiæ Socius, Gallice Parisiis A. 1673. in 12. edidit*), e L. Gall. in Latinam translata, & locis Scriptorum allegatorum omissis, variisqve eruditorum de Pindaro & Horatio judiciis, aucta.

M. Eliæ Geisleri, Silesii, Diss. de Symbolis (Lipsiæ A. 1675. edita), cum auctario insigni denuo publicanda.

His itidem, ex Autoris ad me Epistola, accedant.

Inscriptiones omnes civitatis patriæ Lubecensis, ab eo collectæ.

Jani Gulielmii, Lubecensis, Opuscula omnia, cum Vita illius denuo edenda.

ANDREAS PLESSIUS, Eqves Holsatus, in Galliis A. 1588. peregrinatus, & castra secutus regia.

Epistola ad Henr. Ranzovium, Proregem Cimbricum, prolixa & elegans, de Friderici, filii ipsius, a sicariis in Gallia trucidati, cæde, ac sepultura, Parisiis d. 18. Apr. A. 1588. scripta; qvæ *in Sylloge Consolatoriarum ad Ranzovium*, a Georg. Ludov. Frobenio Francofurti A. 1595. (*in 8.*) edita, *p. 144-151.*, legitur.

MATTHIAS PLETZIUS, Holsatus, Ecclesiastes in arce Ducatus Lüneburgensis Haarburgensi, circa A. 1631., aulicus, deinde autem, circa A. 1643., Parochus, in diœcesi Bremensi, Visselhövetanus.

Straf-Klag- und Bußpredigt, aus Thren. I. 18. 19., zu Haarburg gehalten. Hamburgi 1631. in 4.

Ehewunsch und Segen über Friderici, Königl. Dänischen Printzen, und Bremischen Ertzbischoffen, und Sophiæ Amaliæ, gebohrner Hertzoginn zu Braunschweig, zu Glückstatt gehaltenes Beylager, in einer Predigt über Ruth IV, 9-12. abgefasset. Hamb. 1643. in 4.

Lob-Leid- und Trostgedicht über den Todt Joh. Frid. Beeren, Thumherren zu Magdeburg. Hamb. 1645. in 4.

JOHANNES PLOCIUS, Hamburgensis, patre natus Davide, J. U. Doctore, Licentiatus ejusdem, Advocatis patriæ annumeratus principibus, & d. 19. Jul. A. C. 1690., ac ætatis 57., mortuus.

Encomion Hamburgi. A. 1651. in 4. (*Catal. Placc.*)

Disp. de Salvo Conductu, Præside D. Henr. Dav. Cunone. Heidelbergæ 1655. in 4.

Disp. Inaug. de Collatione, Præside eodem. Heidelb. 1658. in 4.

FRIDERICUS PLONNIES, Patritius Lubecensis, Friderici, Senatoris, A. 1686. defuncti, ex Anna Wedemhofia, filius, post Philosophiæ peritiam a Joach. Jungio (cujus discipulis a Mart. Fogelio (1.) annumeratur potioribus) Hamburgi haustam, Juri in Germania dedit operam, &, cum Doctor hujus Basileæ A. 1658. jam esset creatus, ante reditum in patriam, apud exteros obiit (2.).

Disp. de Usufructu, Præside D. Jac. Brandmüllero. Basileæ 1657. in 4.

Disp. Inaug. de Procuratoribus. Basileæ 1658. in 4.

BERTRAMUS POGWISCH, Eqves Holsatus, Toparcha arcis, in Anglia Cimbrica, Bockhagensis hæreditarius, filius fuit Wolfgangi, Eqvitis aurati, qvatuor Regum Daniæ Consiliarii, & Dynastæ itidem Bockhagensis, in Cœnobio Bordesholmensi, die Matthiæ A. 1553., uti Epitaphii, illic ipsi erecti, inscriptio, ob doctrinam cum celebrans (3.), testatur, mortui, &, cum 20. aliis ex ordine eqvestri majoribus, de eodem præclare meritis, sepulti (4.), *Viriqve eruditissimi* a Jano Grutero adepti elogium (5.). Religionis Pontificiæ, licet sacra ejus in Cimbria jam universa essent abolita, cum paucis aliis, perqvam tenax fuit, eamqve, non solum gladio, cum A. 1547. Carolo V., Imperatori, adversus Protestantes, ac A. 1572. Duci Albano, contra Belgas, militaret (6.), sed ore etiam ac calamo, defendit. Cum ipso certe Philippo Melanchthone se A. 1559., in arce Witebergensi, de VIII. Articulis, qvos ad veritatem Ecclesiæ Romano-Catholicæ asserendam ediderat, disputasse, solumqve ex illis ultimum, a tanto doctrinæ Lutheranæ promacho, reliqvorum certitudine agnita, esse impugnatum, gloriatur (7.). In Cimbriam reversus, vitam reliqvam studiis Asceticis, & scriptis adversus Lutheranos Polemicis, fere totam impendit, & partim in aula exegit Gottorpiensi (in qva *Examen doctrinæ Prædicantium, Apologiæ adversus Ecclesiasten Anonymum* adjectum, elucubrasse testatur (8.)), partim autem, & ad iter qvidem usqve fatale, in Cœnobio Bordesholmensi, a majoribus olim suis vel fundato, vel large saltem dotato. In hoc, teste Mart. Coronæo Juniore (9.), inter assiduas cum Pastoribus & Præceptoribus Lutheranis disputationes, ac crebras, easqve spontaneas, corporis sui (qvod, die Servatoris emortuali, qvotannis, a Petro, servo suo, donec sangvis efflueret copiosus, flagellis patiebatur lacerari) castigationes, consenuit, & *Malleum Hæreticorum*, aliaqve scripta, Joh. Winckelmanno, aulæ Hassiacæ Theologo, ac Anonymis qvibusdam, opposita, concinnavit. Zelo hoc ipsius, pro sacris avitis, Coronæus Pontificem Romanum adeo, refert, esse delectatum, ut peculiari illum epistola non summopere solum laudaverit, & ad constantiam sit hortatus, sed canonizationem etiam, sive locum inter Sanctos, qvos Ecclesia Romana veneratur, cœlites, defuncto pollicitus. Extremis senectæ temporibus, sacrum ad urbem Romanam,

(1.) *In Annott. ad Jungii Doxoscopias Physicas.* (2.) V. Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma de Vita parentis funebre.* (3.) V. illam in Nath. Chytræi *Deliciis variorum in Europa itinerum p. 589.* (4.) V. Nostri Gegenbericht, *lit. I. 2. a. b.* (5.) *In Annis ac diebus Virorum illustrium emortualibus, Libro II. Chronici Chronicorum* (sub Joh. Gvaltheri larva edit.) *insertis,* (6.) V. den Gegenbericht *lit. E. 3. a.* (7.) In præfatione des Gegenberichtes. (8.) *In præfat. illius.* (9.) *In Antiqvitatibus Bordesholmensibus MSS.* Conf. Ad. Henr. Lacmanni *Or. de meritis Ordinis eqvestris Cimbrici in rem Christianam p. 9. 10. 27. 28.*

manam, & ædem Deiparæ Lauretanam, iter, eodem teste, est aggressus, sed, antequam Alpes superaret, in pago Hassiæ Römmensi, Cassellanæ urbi vicino, defunctus. (Vixit A. 1582.)

Articuli VIII., ad veritatem religionis Pontificiæ asserendam publicati, e qvibus Phil. Melanchthonem, in Colloqvio Witebergensi, A. 1559. secum habito, solum octavum, Anonymum autem Ecclesiasten, in scripto peculiari, primum tantum, impugnasse, sibiqve X. articulos alios, Ecclesiæ Romano-Catholicæ oppositos, regessisse, ipse (*in præfat.* des Gegenberichts *contra hunc Ecclesiasten*) testatur.

Claude januam; Libellus adversus Protestantes Polemicus, cui D. Joh. Winckelmannus, aulæ tunc Hassiacæ Ecclesiastes, alium, *Aperi januam* inscriptum, opposuit, & Cassellis nostro tradidit, ab ipso deinde, in Epistola ad Winckelmannum, *Malleo Hæreticorum* adjecta, sub examen vocatum.

Malleus Hæreticorum, oder Hammer wieder die Ketzer, der erste Tractat, verdeutschet und gemehret. Es sind hiebey gefügt Triumph der Wahrheit, wieder die Secten und Secten-Genossen ietziger Zeit, gemehret; item Grund der Wahrheit wieder den neuen Scribenten und Superintendenten; item Antwort auf D. Joh. Winckelmanns Schreiben. Prodiit primum (*testibus Draudio & Catalogis qvibusdam*) Coloniæ A. 1594. in 8., & deinde, sine loci & anni (qvem 1599. fuisse arbitror) mentione, in 4. Inserti ei sunt Georg. Schereri, Jesuitæ, Triumpf der Wahrheit wieder Lucam Osiandrum (*lit. H. 3. b-K. 2. a.*), & Sigism. Ernhöferi, Jesuitæ, Triumpf der Wahrheit wieder die Lutheristen und Calvinisten (*lit. K. 2. a-L. 4. a.*). Toti libro Elogium hoc Joh. Brambachii præfigitur metricum:

Salve sancte liber, decus admirabile mundi,
Dogmata Romanæ qvi pietatis habes.
Tu Mariæ cultum, tu sanctorumqve virorum
Gesta admirari, docte libelle, doces.
Autori mentem movit regnator Olympi:]
Non tulit huic similem Cimbrica terra virum.
Ergo ita propugnes cultum, Bertrame, sacratum!
Pro meritis Christus præmia digna dabit.

Wahrer Gegenbericht wieder den vermeinten Ecclesiasten, welcher seines eigenen Nahmens nicht bekandt; Samt Erklärung auf 20. Proben gestellt, dabey man die neuen Prædicanten und Clamanten, wie die Vögel an den Federn, kennen sol. Scriptum (de cujus occasione paulo ante, *in VIII. Articulorum* recensu, jam diximus) *Malleo Hæreticorum*, in utraqve editione A. 1594. & 1599., ac in posteriori qvidem auctius, verum seorsim, & sub titulo peculiari, subjunctum.

JOHANNES POGWISCH, Eqves Holsatus Seculi XVI. Collectanea reliqvit Historica, ab Herm. Hamelmanno, *in Catalogo Autorum, Chronico Oldenburgico præfixo*, allegata, qvæ res spectare Holsato-Cimbricas, cum Autor Holsatiæ Historicis a Conrado ab Höveln (*in præfat.* der Hamburgischen Hoheit) annumeretur, haud immerito, *Parte I. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 7., §. 12., p. 130. 131.*, olim conjeci. Diversus ille haud dubie est, sicut ibidem monui, a Joh. Pogwischio, Eqvite itidem Holsatico, & Toparcha in Wagria Oevelgünnensi, juvene erudito, cui Joh. Caselius Themistii Βασανιστὴν, Græce a se Helmstadii A. 1605. editum, Eilh. Lubinus *Paraphrasin Horatianam*, & Frid. Taubmannus Carmen in natalem ipsius Genethliacum (*in Schediasmatis, Libro II. Eleg., p. 423.*, obvium), inscripserunt. Hujus, tabe lenta, IV. Id. Mart. A. C. 1612., ætatisqve 28., Oevelgünnæ extincti, vitam laudesqve Pet. Ruthanus, Philiater, in *Eulogio* ejus Latino eleganti, & *Dialogismo funebri* Metrico-Germanico, paulo rudiori, Rostochii A. 1612. *in 4.* impressis, exposuit. Hamelmannus certe, A. 1595., qvo Pogwischius hic undecennis tantum erat, defunctus, nihil hujus generis, ab illo profectum, videre potuit.

WOLFGANGUS POGWISCH, Eqves Holsaticus, in Acad. Argentinensi A. 1600., studiorum gratia, commoratus.

Oratio de qvæstione: An stricto jure, vel æqvitate, sit judicandum, Argentinæ A. 1599. habita, & in *Orationum Argentinensium, ductu Melch. Junii habitarum*, editionis primæ, Argentinæ A. 1600. in 8. excusæ, *Tomo VIII., p. 321-354.*, in edit. secundæ, qvæ ibidem A. 1606. prodiit, *Tomo II., p. 986-1009.*, & in tertiæ, Argentorati itidem A. 1620. impressæ, *Tomo I., p. 781-801.*, obvia.

Oratio, qvod Philosophi non sint ad reipublicæ administrationem adhibendi, A. 1600. Argentinæ recitata, qvæ in earundem *Orationum* editione prima, *Tomo VIII., p. 45-59.*, in secunda, *Tomo I., p. 1126-1136.*, & in tertia, *Tomo I., p. 332-340.*, legitur.

HENRICUS POHLMANN, Hamburgensis, J. U. Licentiati titulum Argentinæ A. 1659. adeptus, in civium urbis patriæ conventu, d. 27. Sept. A. 1671. habito, scriptum ἀνωνύμως excusum, qvo Optimatum qvorundam, *Recessum*, qvem vocant, de Senatorum electione, A. 1663. conditum & plebiscito confirmatum, abrogare, suisqve cognatis & affinibus Senatum implere, conantium, molitionibus animose se opponebat, curavit distribui. Isto tantum ordinis offensam incurrit Senatorii, ut die is seqventi pagellas has, velut seditiosas, edicto, publice affixo, damnaverit, legiqve a civibus vetuerit. Qvæ licet evanuisse videretur, cum huic A. 1674. a Legato Cæsareo, Gottliebio, Comite a Windischgrätz, esset reconciliatus, non potuit tamen, ob odia potentiorum qvorundam Vatiniana, ad dignitates, qvas eruditione, dotibusqve eximiis aliis, merebatur, emergere publicas. Iniqvo hoc illorum, & Henr. Meureri præsertim, Consulis, plus qvam dictatoriam sibi arrogantis potestatem, in se motus animo, Hier. Schnitkeri, Conradiqve Jastramii, istis adversantium, partibus accessit, & consilio atqve opera adeo fideliter inserviit, ut duumviris illis, cum Senatus autoritatem, favore plebis adjuti, imminuissent, ac in Meureri, a Consulatu deturbati, locum Joh. Sluterum subrogassent, dignus videretur, qvi Slutero, in Syndicatu, d. 3. Oct. A. 1684., succederet. Functus est illo, simulqve legatione ad Electorem Brandeburgicum, ad A. usqve 1686., qvo factio Meureriana, occasione obsidionis Danicæ, potestatem recuperavit pristinam, &, contrariæ ducibus, Schnitkero & Jastramio, ultimo affectis supplicio, cæterisqve asseclis graviter multatis, in ipsum etiam sævire est conata. Absentem enim, & Berolini commorantem, ad causam dicendam, velut perfidum ac perduellem, Hamburgum evocavit, &, cum ad diem sibi dictum haud compareret, ineunte A. 1687., non ab officio tantum removit, sed proscriptum etiam d. 26. Aug. poena relegationis affecit perpetuæ, bonaqve ejus fisco addicenda decrevit. Noster contra, qva erat prudentia, Christiani V., Regis Danici, Domini civitatis Hamburgensis legitimi, patrocinium adversus hostium violentiam, nec incassum, imploravit. Non solum enim contrariam ab illo ad Senatum Hamburgensem obtinuit citationem, istaqve processum, contra se institutum, sufflaminavit, sed regiis etiam Cancellariæ Glückstadiensis Cimbricæ Justitiæqve paulo post adscriptus Consiliariis, in summo hoc tribunali, securus deinceps inimicorum ex pelvi fulgura, chartasqve contra se famosas (den abgefertigten *Alethophilum non Alethophilum*, centonesqve ejusdem furfuris alios), contempsit. Qvam parum enim hæ, illi, ob præstans ingenium, & eruditionem Juridicam plusqvam vulgarem, laudato, Atheismum, ebriositatem, lasciviam & adulteria, proterve exprobare ausæ, fidei, cum ab hostili profectæ sint calamo, mereantur, nemo non perspicit. Obiit Glückstadii A. 1720.

Disp. Inaug. de Jure Militum favorabili. Argentinæ 1659. in 4.

Unvorgreifliches Gutachten auf die, im Collegio der 144ger, d. 22. Sept. A. 1671., in puncto der Veränderung des, einmahl von der Bürgerschaft A. 1663. beliebten, Hamburgischen Rahtswahl-Recessus, von der Herren Oberalten Præside geschehene

schehene Proposition; worinn erwiesen wird, daß man, auf solche Weise, einen rechten Schwiegerraht werde erhalten. A. 1671. in 4. Scheda qvaternionis unici ἀδέσποτος, de qva in vita nostri jam est dictum, & Vinc. Placcius quoqve, *Tomo I. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum, c. 11., p. 457.*, potest consuli.

Höchstabgenöhtigte Ehrenrettung wieder die vom Hamburgischen Niedergerichte, auf Getrieb der Meurerischen Faction, außgelassene verleumbderische edictal Citation. Glückstadii 1686. in 4.

Supplication an Ihre Kön. Mai. zu Dennemarck, pro citatione ex L. Diffamari, wieder den Magistrat zu Hamburg; mit beygefügter Edictal Citation des Magistrats zu Hamburg contra Pohlmann, und der Königlichen Gegencitation contra Magistratum Hamburgensem, ex L. Diffamari. A. 1687. in 4.

Jac. Blumii, J. U. D. & Advocati Spirensis, Supplicationum Cameralium Volumen Germanicum, Francofurti A. 1666. in 4. editum, qvod Pohlmanni, hujus συνέργε, diligentiæ magnam partem deberi Vinc. Placcius, *l. c., T. II. p. 129.*, ostendit.

CHRISTIANUS POLITIUS, Holsatus, Med. D. & Practicus Glückstadiensis, A. 1671. superstes.

Disp. Inaug. de Catarrho. Groningæ 1665. in 4.

A. H. POLITIUS, Glückstadiensis, sobolis Alefeldianæ, in prædio Müggesfeldensi, circa A. 1708., Pædagogus. V. de illo *Nova Lit. Germ., M. Mart. A. 1709., p. 137.*

Diss. de differentia sermonis Latini & Grammatici. Hamburgi 1707. in 4.

Predigt vom kundbahr grossen Geheimnisse der Vereinigung zweyer Naturen in Christo. Lubecæ 1709. in 8.

JOHANNES POLTZIUS Junior, Lubecensis, Johannis, scholæ publicæ Conrectoris, filius, d. 4. Dec. A. 1660. in lucem editus, Scholæ ipsemet etiam Lüneburgensis Johanneæ, ab A. 1689., Conrector, &, ab A. 1694., Rector, viciqve tandem in Holsatia Prezensis, ab A. 1701., Pastor, d. 18. Oct. A. C. 1705., & æt. 45., vivis excessit. V. de illo *Nova* (qvæ vitam ejus fusius enarrant) *Literaria Lubecensia, Anni 1701., M. Febr., p. 63. 64., ac M. Oct., p. 319.*, nec non *anni 1706., M. Febr., p. 57. 58. 59.*, M. Gotfr. Ludovici *P. I. Historiæ Rectorum & scholarum p. 45.*, D. G. Morhofii Elegiam, qva Lüneburgum abeunti est gratulatus, Encomiasticam, *in Operibus Poeticis, Libro III. Charitum, p. 212. 213.*, obviam, J. W. Petræi *Historiam Vitæ suæ Germanicam p. 125. 126.*, & J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 193-204.* Studiorum suorum Scholasticorum & Academicorum historiam fuse ipsemet, *in præfat.* des Geschickten Lateinischen Redners, exposuit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Oratio de Intellectus humani admirandis, in schola Lubecensi habita. Lubecæ 1679. in 4.

Disp. de Harmonia Musica, Præside D. Mich. Walthero Jun. Witebergæ 1679. in 4.

Disp. de Aere, Præside D. Joh. Jac. Döbelio. Rostochii 168... in 4.

Epistola Genethliaca ad Franc. Ranzovium, de studiorum (*pietatis, virtutis, historiarum & eloqventiæ*) ratione. Kilonii 1687. in 4. Recusa Lüneburgi A. 1694., in præfat. des Geschickten Lat. Redners.

Programmata duo Lüneburgensia valedictoria, qvorum altero labores suos Logicos scholasticos, altero autem studia Rhetorica, & 35. Orationes, Lüneburgi habitas, recensuit. V. *Nova Lit. Lub., M. Oct. A. 1701., p. 319.*

II. GERMANICA.

Treuer Raht zu allem, was seine Discipuli in der Oratoria sich anschaffen, und worinn sie sich üben sollen, zu klugen Gedancken und geschickten Reden, auch völligem Oratorischen Begriffe dergleichen Scribenten, zu gelangen. Lüneburgi 1701. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1701., p. 63. 64.*

Der Geschickte Lateinische Redner, Paradoxon novantiqvum; oder Wolgegründete Gedancken von der besten Art kluge und beredte Männer zu erziehen, durch vernünftigen Gebrauch der Lateinischen und Griechischen Scribenten, nicht allein den Verstand zu schärfen, sondern auch den Willen zum Moral-Guten kräftig zu lencken. Lüneburgi 1694. in 12.

Sieg des Glaubens, oder Leichpredigt über Dethlef Reventlou, Königl. Dänischen Geheimten Raht, und des Pretzischen Klosters Probsten, aus Hebr. IV. 15. 16. A. 1702. in fol. V. *N. L. Lub., M. Aug. A. 1702., p. 239. 240.*

Trostschrift und Ehrengedächtniß von Christian Ranzouen, Erbherrn auf Rastorf, Königl. Dän. Geheimen Rahtes, Hofnung, Glauben und Freude im Leiden, aus 1. Pet. I. 3-9. Plönæ 1705. in fol.

INEDITA, *in Consilio Fideli Germanico* A. 1701. promissa, qvorum argumenta fusius *in Novis Lit. Lubec., M. Febr. A. 1701., p. 63. 64.*, exponuntur.

Armarium vocum, phrasium, formularum, expressionum, connexionum & thematum Oratoriorum, compendiarium.

Armarium veri, varii & elegantis Particularum usus, in qvo Dissertatio qvædam de Virtute omnia Horat. Tursellini observata complectitur.

Armarium Variationum, cum propositionis unius, tum propositionum connectendarum.

Idea omnium orationis partium clara & distincta, illustris & efficax.

Semita ad Eloqventiam octuplex. (An ab hac diversa sit *Vera ad genuinam veterum Eloqventiam via*, qvam, in *Catal. nundin. autumn. A. 1693. Lips., p. 41.*, est pollicitus, αὐτόπται dispiciant.)

Thesaurus Exemplorum, felicibus discentium progressibus accommodatissimorum, ad exprimendam aureæ ætatis in Oratoria consvetudinem.

HENRICUS POMERT, Ædis in civitate Hamburgensi Cathedralis Canonicus initio, & deinde (circa A. jam 1466.) Decanus (1.), Canonicusqve simul (teste *Chronici Slavici prioris*, ab Erp. Lindebrogio inter *Rerum Germ. Septentr. scriptores* editi, Autore (2.)) Lubecensis, ac Papæ *Fiscarius*, Christiano I., Danorum Regi, a consiliis etiam fuit, & ab eo A. 1476., cum Magnatibus aliis, ad geminam Panegyrin Irenicam, Calmariensem & Rodnebyensem, controversiarum cum Svecis componendarum gratia, est ablegatus (3.).

Diarium rerum, in templo Cathedrali Hamburgensi, se Decano, gestarum, qvod ἀνέκδοτον eum reliqvisse ab Ott. Sperlingio juniore, Consiliario Danico, accepi.

JOHANNES FRIDERICUS PÖPPINGIUS, Lubecensis, d. 24. Jan. A. 1639. natus, patrem habuit Johannem, Senatorem, & Ferdinandi III., Imperatoris (prærogativam nobilitatis avitæ Cæsarea denuo autoritate confirmare dignati), Consiliarium, matrem vero Gertrudem, Joh. Feldhusii, Senatoris itidem Lubecensis, filiam. Cum scholam adhuc

(1.) V. Joh. Alb. Fabricii (a qvo *Pommerus* vocatur) *P. II. Memor. Hamb. p. 604. 609.* (2.) *Ad An. 1467., p. 237.* (3.) V. Har. Huitfeldii *P. V. Chronici Danici p. 953. 954.*

adhuc patriam frequentaret, parentem, ad Comitia Ratisbonensia, ac in aulam Cæsaream Vindobonensem, A. 1654. ablegatum, in isto comitatus est itinere, ab A. 1657. autem, ut studiis vacaret Juridico-Politicis, in Academiis Julia, Jenensi ac Lipsiensi, commoratus. Angliam hinc A. 1660., & Galliam 1661., perlustravit, seqventi 1662. Spiræ, ut praxin fori Germanici familiarem sibi redderet, substitit, ac, Licentiati titulo Heidelbergæ A. 1663. impetrato, Lubecam suam, facto per Belgium itinere, repetiit. Hujus cum, per lustra ferme qvatuor, egisset Advocatum, A. 1681. (qvo J. U. D. absens etiam Heidelbergæ est creatus) Syndicatum civitatis in Livonia Revaliensis obtinuit, ac triennio post, filiis duobus, ex Hedvige, Henr. Saffii, Senatoris Lubecensis, gnata, A. 1669. ducta, ac uno ex Anna Catharina, D. Joh. Pomereschii, Syndici urbis ejusdem, filia, isti A. 1681. subrogata, susceptis, Revaliæ, e legatione redux Svecica, d. 6. Dec. A. C. 1684., ætatisqve 46., decessit. V. Vitæ ejus historiam, M. Joach. Salemanni, Superint. Revaliensis, Sermoni funebri in Apoc. XIV. 13. adjectam Germanico, Henn. Witteni *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1684.*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 130. 131. 132.*

Disp. Jurid. de Odio. in 4. (*Catal.*)

Disp. Inaug. de Banno imperii, Præside D. Joh. Frid. Böckelmanno. Heidelbergæ 1663. in 4.

Orbis illustratus, seu nova Historico-Politico-Geographica Imperiorum rerumqve publicarum, per totum orbem, Descriptio, in qva, præter alia, Imperiorum status, & hodiernæ circa illum mutationes, Rerumpublicarum admiranda, ratio status, divitiæ & prætensiones, ex variis novissimorum Autorum scriptis, & propriis observationibus, ordine ac methodice exponuntur. Additæ sunt Disqvisitiones qvædam Juridico-Politicæ, occasione Imperiorum ventilatæ. Ratzeburgi 1668. in 12. De hoc scripto, tituli sui haud respondente ampullis, Conr. Sam. Schurtzfleischius, *in Judiciis de novissimis prud. civ. Scriptoribus,* sub larva Sarcmasiana A. 1669. publicatis, *num. 14.*, seqventem merito tulit censuram: *Poppingii Orbis illustratus adeo non illustrat hujus famam, ut qvoqve obscuret. Vix dici potest, qvanta de hoc libro, nondum edito, fuerit expectatio, & qvantæ laudes. Qvibus jam eo plus decedit, qvo minus respondet promissis.* Approbat hanc (frustra indignante, & inepte obganniente, patrono ejus, Dan. Hartnaccio, *in Hodego Bibliothecario vernaculo p. 35.*) Joh. Christoph. Becmannus, *in Historia orbis terrarum Geographica & civili, c. 1., p. 5.*, ita scribens: *J. F. Poppingius ipso splendore tituli Orbis sui illustrati doctorum sinistras suspiciones movit, nec injuria subiit, qvicqvid fuit doctissimæ censuræ ex Parnasso, in secessu Albipolitano.* Nec improbat eandem Censor *Judiciorum* Schurtzfleischii (*lit. F. 3. a.*), *majorem de Orbe hoc illustrato fuisse expectationem, qvam ut illi exacte a Poppingio sit satisfactum,* agnoscens. Confer Christ. Gryphii (qvo teste Autor *numeros* suos *non omnibus videtur explevisse*) *Diss. de Script. Hist. Sec. XVII., c. 1., p. 11.*, & B. G. Struvii (*e Conringii* eum *de Rebuspublicis Collegio* sua *plerumqve depromsisse* monentis) *Biblioth. Philos., c. 7., §. 18., p. 160., & Biblioth. Histor., c. 31., p. 768.*

Tract. Politico-Juridicus de Jure Integritatis ac dexteritatis, & de perversa ac eversa horum temporum impostura. Lubecæ 1676. in 4. Scriptis editis a *Catalogo nundinali*, Wittenio *l. c.*, & Beüghemio *in Bibliogr. Jurid. p. 183.*, accensetur. Mihi nunqvam est visus.

Merck- und verwunderns-würdige Beschreibung und Erforschung der so genandten Lufft-Erd- und Wassergeister. Lubecæ 1676. in 4.

Tractat von dem natürlichen allgemeinen Weltgeiste, samt beygefügter rechtlichen Inqvisition, redlichen Anzeigen, und wieder die abscheulichen Zauberer anzustellendem Rechts- und Reichsconstitutionsmäßigem Processe. Lubecæ 1676. in 4. An duo hæc scripta vernacula, qvæ libris itidem editis, *in Catal. Nund. vern. A. 1676. Lips., p. 27.*, annumerantur, revera prodierint, dubito.

PETRUS PORSIUS, Ripensis.

Disp. de Principiis rerum naturalium. Franeqveræ 1613. in 4. (V. *Catal. Biblioth. Resen. p. 296.*)

CASPARUS PORTA, Med. D. & Practicus, circa A. 1701. & 1716. Hamburgensis.

Disp. Inaug. schema Theoriæ & Praxeos Medicæ exhibens. Lugd. Bat. 1687. in 4. V. Pet. Ambr. Lehmanni *Hamburgum anni 1701. literatum p. 21.*

JACOBUS a PORTEN, Hamburgensis, J. U. D. & ædis in patria Cathedralis, ab A. 1680., Canonicus, d. 15. Maji 1723. mortuus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 611.*

Disp. Inaug. de jure Valetudinariorum. Aurelii 1687. in 4.

JOHANNES PORTNERUS, Flensburgensis, Pastor ruralis, circa A. 1597., in Ducatu Slesvicensi, Oldorpiensis, & deinde, circa A. 1614., in præfectura ejusdem Flensburgensi, Wandorpiensis.

Christlike, eenfoldige und nütte Betrachtinge des düren und heilsamen Namens JEsus. Slesvigæ 1597. in 8. (*L. Sax.*)

Etlike Geestlicke Leeder, bootfardigen und trützdragenden Christen heilsam und tröstlick. A. 1614. in 8. (*L. Sax.*)

M. JOHANNES PORSTIUS, Hamburgensis, d. 9. Mart. A. 1642. natus, laurea Giessæ A. 1667. ornatus Philosophica, & seqventi 1668., d. 15. Jul., æt. 26. in patria defunctus. V. Joh. Weissii, Prof. Giesseni, *Epicedium Germanicum.*

Photologia concisa, ad gradum Magisterii obtinendum, Præside M. Joh. Weissio, proposita. Giessæ 1667. in 4.

Stella Danhaueriana, seu Oratio parentalis, Joh. Conr. Danhauero, Theologo Argentinensi, suo olim hospiti, in Acad. Giessena, d. 18. Febr. A. 1667. habita. Giessæ 1667. in 4.

M. JOHANNES POUCHIUS, Ripensis, Joh. Pouchii, Læra Westphali, Pharmacopolæ & Senatoris urbani, filius, templi in patria Cathedralis, ab A. 1648. ad 1660., Diaconus. V. Pet. Terpagrii *Inscriptiones Ripenses p. 18.*

Harmonia Evangelistarum circa historiam vitæ JEsu Christi MSta, qvam ipsemet sibi, *in Catalogo MSS. Bibliothecæ suæ*, per Christ. Wormium, Theologum Hafniensem, mihi communicato, tribuit.

(Dispiciant alii, an idem hic sit, uti suspicor, cum Joh. Pouchio, Ripensi, Pastore in Seelandia Danica Ringstadiensi, A. 1663., teste *tertio Bibliothecæ Resenianæ Indice*, mortuo, cujus *Prosopopoeia sacra, cœleste SCtam de generis humani reparatione per Λόγον incarnandum, atqve historiam Λόγου, in temporis plenitudine, in carne manifestati, sermone ligato enarrans*, Hafniæ A. 1643. *in 4.* prodiit.)

LUDOVICUS POUCHIUS, Ripensis, patre itidem Johanne, Senatore ac Pharmacopœo, matre autem Margareta Ludovicia, d. 14. Oct. A. 1620., natus, post iter septem annorum per Germaniam, Belgium, Galliam & Italiam, literarium, Doctoris Medici titulum Patavii A. 1646., Poliatri autem urbis patriæ Ripensis officium, cum loco inter ejusdem Canonicos, Friderici III., Regis Daniæ, beneficio, d. 3. Apr. A. 1649., obtinuit. Calculo vesicæ sexagenario major, d. 18. Apr. A. 1681., est extinctus, cum, in duplici conjugio, e marita per 23. annos priore, Dorothea, Severini Velleji, Pastoris Ripensis, filia, & M. Andr. Romdorphii, Canonici, vidua, prolem nullam, e posteriori autem,

tem, Elisabetha, D. Pet. Kraglundii, Episcopi, gnata, VII. annorum conjuge, puellam tantum sustulisset unicam. Plura, ad vitam ejus spectantia, Epitaphiorum Sarcophagiqve ipsius, uxorum ac parentis, Epigraphæ, Ripis, in æde Cathedrali, obviæ, & a Pet. Terpagrio, V. C., *in Inscriptionibus Ripensibus, p. 24. 25. 33. 34. 60. 61. 103-106.*, exhibitæ, suggerent. In hujus ad me Epistola *Vir* appellatur *gravissimus, literatissimus, & patriæ antiqvitatum, rerumqve rarissimarum, amantissimus, qvocum plurima interiere, antiqvitates patriæ illustrantia.* A Thoma Bartholino, *in Observationibus novis de Unicornu,* A.1645. editis, *p. 34.*, *Civis suus, in spem patriæ feliciter surgens*, &, *in Epistola responsoria*, mox laudanda, *Vir rerum Medicarum peritissimus*, itidem est salutatus. Confer de illo ejusdem Bartholini *Lib. VIII. Carminum p. 228.*, *Diss. VIII. de Medicina Danorum domestica p. 369.*, & *Cent. IV. Epp. Med.*, *num. 48.*, *p. 322.*, ac Christ. Aagardi Carmen in conchylia, ab eo collecta, *Tomo I. Deliciarum Poetarum Danorum Frid. Rostgaardi p. 532.* insertum.

Epistola de monstrosis Ungvibus senis mendici, Ripis A. 1659. ad Thom. Bartholinum scripta, & in hujus *Centuria II. Epp. Med.* (qvæ Hafniæ A. 1663. *in 8.* prodiit), *num. 99.*, *p. 729. 730. 731.*, in lucem edita. Subjungitur ei Responsoria Bartholini, *num. 100.*, *p. 731-739.*

Centuriæ complures Adagiorum Danicorum, ab eo collectorum, ἀνέκδοτοι, qvas a Pet. Syvio, *in præfat. Proverbiorum suorum Danicorum p. 15.*, allegari Vir celeberrimus, Otto Sperlingius Jun., me edocuit.

HIERONYMUS PRÆTORIUS (sive SCHULTZE) Senior, Hamburgensis, Musicus urbis patriæ, imo Saxoniæ & Germaniæ universæ, sua ætate, facile ἐξοχώτατος, eoqve majorem apud bonos omnes laudem meritus, qvod in solis argumentis sacris atqve seriis, non autem ludicris, eroticis atqve lascivis, artis suæ ostentaverit peritiam, primam die Laurentii A. 1560. lucem aspexit. Literis artiqve Musicæ, cujus elementa a parente, templi Hamburgensis Jacobæi Organœdo, jam hauserat, operam, in schola patria, & deinde, ab A. 1574., Coloniæ Ubiorum, eo dedit successu, ut, 20. natus annos, a Senatu Erfurtensi, A. 1580. civitatis suæ Cantor sit constitutus. Hinc A. 1582. in patriam a curatoribus ædis revocatus Jacobææ, parenti in Organœdi istius successit officio, spartamqve hanc, per annos 47., præclare, & summa cum civium pariter atqve exterorum admiratione, ad fatalem usqve 1629., ornavit, qvo a Numine terris, ut chorum angelorum in cœlis Musicum augeret, septuagenarius propemodum senex, est ereptus. Parens εὐγενὴς tres filios, famam se haud minorem consecutos, reliqvit, Hieronymum, Superintendentem Smalcaldensem, Jacobum, Musicum & Organœdum Hamburgensem Petrinum, & Michaelem, artis itidem Melicæ cultorem felicem atqve inclytum. Hos inter ultimus, Michael (de cæteris enim seorsim mox dicetur), qvamvis scriptorum nihil reliqverit, nec proinde, uti a nonnullis factum, cum Mich. Prætorio altero, Cruciburgensi Thuringo, chori in aula Gvelpherbytana Præfecto Musici, cœnobiiqve Ringelheimensis Priore, sibi & cognomine, & coævo, & ὁμοτέχνῳ (cui *Syntagma Musicum* insigne, A. 1614. edi cœptum, *Musæ Sioniæ*, aliaqve monumenta melica, debentur) (1.), sit confundendus, honorificam sui, in parentis elogio, mentionem non immerito efflagitat. Qvamvis enim, in flore ætatis, cum peregrinaretur, & Antwerpia jamjam esset discessurus, morte immatura expiraverit, tantam tamen peritia Musices & Ὀργανωδίας admirabili consecutus jam erat gloriam, ut, sicut a Celeb. Sperlingio accepi, non desint, qvi, relationem de apoplexia mortem ejus caussata subitam in dubium vocantes, a Jesuitis eum Antwerpiensibus, Musicum adeo excellentem Lutheranæ invidentibus Ecclesiæ, cum in castra illum sua traducere haud possent, veneno esse extinctum, perhibeant. E filiabus Hieronymi Christiana M. Joh. Jägero, Anna autem M. Lamb. Langemacio, hujusqve successori, M. Joh. Adolpho Fabricio, ædis Hamburgensis Jacobææ Ecclesiastis, est elocata. E qvibus Fabricius soceri hujus sui vitam in Latino breviter enarravit Epicedio. Conferri de illo possunt Mich. Clenovii Jun. duo ad eum carmina, *in Tyrociniis Poeticis p. 54. 142.*, Erasmus Sartorius *in Institutionibus Musicis, lit. K. 2. a.*, & Wolfg. Casp. Printzius *l. c.*, *c. 12.*, *p. 130.*

ELOGIA.

D. Phil. Nicolai, Theologus Hamburg., *Tomo I. Operum* ejus *Musicorum* hoc præfixit Tessaradecastichon:

Marsyas & Phœbus dubia Syringe βραβεῖον
Qvæsierint: victus sit prior, alter ovet:
Deqve Styge Eurydicen fidibus revocaverit Orpheus,
Et melico Amphion flexerit ore petras.
Qvid juvat attentas modulis Gentilibus aures
Reddere, ubi Musæ nil pietatis habent?
O tua, Prætori, lyra qvam superemïnet, & qvam
Obstupet ad voces inclyta Gambra tuas?
Qvi non Delphicolæ citharoedi, nec Corybantum,
Detestabilibus velificare sacris,
Alma sed arguto psalmate munera Christi
Promis, & organico templa canore beas,
Ut, qvem non tua plectra movent, is Prætidas inter,
Inter & agrestes, sit numerandus, apros.

Thomas Lansius (*in Consultatione, Or. I. pro Germania, p. 54.*) Musicis Germaniæ ἐξοχωτάτοις, & Joh. Micrælius (*P. III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 343.*) Musicis Sec. XVI. principibus, eum accensent, Mich. Clenovius Jun. autem (*l. c.*) cum Orpheo comparat.

Erasmus Sartorius (*l. c.*) *Virum* illum vocat *celeberrimum*, ac, ultra XIII. modos, qvorum exempla jam in scriptis ipsius extant, Musicos, XIVti etiam, qvi rarissimus est, exemplum, refert, dare voluisse, sed interea, *cum dolore omnium Musicorum*, mundo valedixisse.

M. Adr. Beiero, *in Syllabo Professorum Jenensium p. 1065.*, Vir audit,

Qvem vocitare solent præstantis Musice ocellum
Italus & Danus, Gallus, Germanus & Anglus.

SCRIPTA EDITA.

Opus Musicum, novum & perfectum, V. Tomis concinnatum, & Basso continuo (seorsim *in fol.* excuso, Tomisqve adjecto singulis) adornatum, cui D. Phil. Nicolai, Er. Sartorius, Cantor Hamburgensis, & Alb. Wichgrevius, carmina præfixerunt encomiastica. Tomus hujus I., Cantiones sacras de festis præcipuis totius anni, 5. 6. 7. 8. 10. & 12. vocum, continens, prodiit Hamburgi A. 1599. & 1606. *in 4.*, denuoqve ab Autore correctus, Motetis aliqvot auctus, & Basso exornatus continuo, ibidem A. 1622. & (*juxta Catal. nundinalem*) Francofurti A. 1625. in 4. Tomus II., Canticum B. Mariæ virginis 8. vocum, super 8. tonos consvetos, exhibens, una cum Motetis aliqvot 8. 10. & 12. vocum, Hamburgi A. 1602. in 4., & denuo correctus, Motetis aliqvot auctus, & Basso continuo exornatus, ibid. A. 1622. in 4. Tomus III., Missas sacras 5. 6. 7. & 8. vocum complectens, Hamb. A. 1616. in 4., correctusqve, & Motetis aliqvot auctus, ibid. A. 1622. in 4. Tomus IV., Cantiones varias, 5. 6. 7. 8. 10. 12. 16. & 20. vocum, cum Basso continuo, comprehendens, Hamb. A. 1618. in 4. Tomus V. deniqve, Cantiones novas officiosas, 5. 6. 7. 8. 10. & 15. vocum,

(1.) De Mich. Prætorio, Cruciburgensi, V. Wolfg. Casp. Printzii Historische Beschreibung der Singekunst, *c. 12. p. 134.*, ac *c. 13. p. 161.*, & Chr. Franc. Paulini Zeitkürtzende erbauliche Lust, *P. II.*, *p. 660.*, de scriptis autem ejus Musicis Pauli Bolduani *Biblioth. Philos. p. 195. 207. 212. 216. 233. 240. 251.*, ac Georg. Draudii *Bibliotheca classica Sectionem de libris Musicis.*

cum Basso continuo, exhibens, Hamb. A. 1625. in 4. Omnes hi Tomi V. junctim (*teste Cornelio a Beughem in Bibliogr. Mathem. p. 107.*) Hamburgi A. 1651. *in fol.* sunt recusi.

Das Te Deum laudamus, mit 16. Stimmen, samt dem Weinachtgesange: Ein Kindelein so löbelich, mit 8. Stimmen. Hamb. 1613. in 4. (*Draud.*)

D. Mart. Lutheri, und anderer Lehrer, Gesänge, mit Melodeyen, Hier. Prætorii, Joach. Deckers, Jac. Prætorii und Dav. Scheidemanni, ordentlicher Musicorum und Organisten in Hamburg, wie auch einer Vorrede Gabr. Husdufs, außgegeben. Hamb. 1604. in 8.

M. HIERONYMUS PRÆTORIUS Junior, Hamburgensis, Senioris (*modo celebrati*) filius, A. C. 1595. (non 1599., ab Adr. Beiero (1.) substitutum), & diem Octobris octavum, habuit natales. E Lyceo Witebergam ablegatus patrio, Magistri A. 1618. obtinuit titulum, & Wolfg. Frantzium, Frid. Balduinum (cujus *Collegii de S. Trinitate Disputatio I.*, eodem A. 1618., ab ipso est defensa), Balth. Meisnerum ac Nicol. Hunnium, in studiorum sacrorum curriculo duces elegit. Jenæ in eodem, ductu Joh. Majoris, Joh. Himmelii, ac Joh. Gerhardi præsertim (cujus *Exerc. XI. de studio pietatis per Heterodoxos labefactato* A. 1621. publice est tuitus), strenue perrexit, locumqve inter Ordinis Adjunctos Philosophici *Disputatione de Entis analogia* A. 1622. (in cujus locum 1620. denuo perperam a Beiero (2.) subrogatur) exambiit, & hunc deinde, d. 30. Dec. A. 1626., cum professione Ethico-Politica, illam autem, d. 2. Nov. A. 1631., cum Physica, M. Theophilo Ænetio datus successor, permutavit. A. 1633. exeunte, primus ædis in civitate Franconiæ Herbipolensi, a Svecis occupata, Cathedralis Pastor constitutus est Lutheranus, ac Vinariæ, d. 26. Dec., sacro χειροθεσίας ritu inauguratus. Inde, biennio post (A. 1635.), Vinariam rediit, & Wilhelmo IV., Duci Saxoniæ, a concionibus, per annos totidem, in arce Hornsteiniana, fuit aulicis. A. 1637. Schleusingam, urbem Comitatus Hennebergici principem, ad Superintendentis evocatus est officium, Gymnasiiqve simul Professor atqve Ephorus, & Consistorii Ecclesiastici, factus, Assessor. Lustro illic exacto, Smalcaldiam tandem, civitatem in finibus Hassiæ haud ignobilem, A. 1642. migravit, eodemqve Superintendentis munere, per novennium, & heic præclare functus, d. 23. Dec. A. C. 1651., ac ætatis 56., vivis excessit, ac exuvias templo oppidano, famam autem eruditionis sacræ & Philosophicæ accuratioris gratæ orbis eruditi, reliqvit, memoriæ. Lapidi sepulchrali, Paulo Frehero teste, hoc insculptum est tetrastichon:

Ossa, sub hoc Saxo, Prætori condita magni
Judicis expectant jura benigna Dei.
Cunas Hamburg magna dedit, Smalcaldia ad aram
Bustum, sed titulum Leucoris alma σοφῶ.

Vitæ ejus historiam exhibent: I. Ortolphus Neunesius, Archidiac. Smalcaldensis, in *Sermone* de vera Justorum παῤῥησίᾳ (von der wahren Hertzensfreude der Gerechten), e Sap. V. 1 - 5., funebri Germanico, Gothæ A. 1652. *in 4.* excuso; II. M. Adr. Beierus, Archidiac. Jenensis (a qvo (3.) ob *ingentem studii Sophici sacriqve profectum, gloriam doctrinæ, virtutem raram, morum gratiam, & honesti candorem*, celebratur), *in Syllabo Rectorum & Professorum Acad. Jenensis*, A. 1659. edito, *p. 270. 271. 920. 921. 1026. 1027. 1064. 1065. 1066.*; III. Paulus Freherus (Beierum secutus) *in Theatro Eruditorum p. 558.* IV. Joh. Casp. Zeumerus *in Vitis Philoss. Jen. p. 87. 88.*

Conferri de ipso possunt Henn. Wittenius *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1651.*, Pet. Winstrupius Jun. (cui *Philosophus* audit *acutissimus*) *Epigrammatum Libro III. p. 690.*, Georg. Nicol. Erasmi *Lib. IV. Anagr. Emmetr.*, *n. 23.*, M. Adr. Beierus *in Architecto Jenensi, c. 57.*, *p. 726.*, ac M. Gotfr. Ludovici *in Historia Ephororum Schleusingensium*, A. 1711. Schleusingæ edita.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Theoremata Metaphysica & Logica. Jenæ 1620. in 4.

Disp. de Causis in genere & specie. Jenæ 1620. in 4.

Disp. de Actu & potentia. Jenæ 1620. in 4.

Disp. de Entis Analogia, pro loco in Ordine Philosophico proposita. Jenæ 1622. in 4.

Florilegium Philosophicum, varias Q. q. Philosophicas enodans, IV. Disputt. propositum. Accedit Ventilatio qvæstionis: An Imperator Romano-Germanicus sit Monarcha? Jenæ 1623. in 4.

Pleias qvæstionum nobilium Philosophicarum controversiarum. Jenæ 1624. in 4.

Diascepsis de modo & ratione videndi. Jenæ 1624. in 4.

Disp. de Anima rationali separata. Jenæ 1625. in 4.

Theatrum Ethicum & Politicum, ex præceptis & canonibus constructum. Jenæ 1626. 1634. & 1642., Arnstadii 1646. & 1648., Amstelodami 1647., Erfurti 1651., Jenæ 1655. 1661. 1663. & 1672. (*quæ editio in titulo decima vocatur*), ac Hamburgi 1694. in 12. Editio Noribergensis, A. 1643. *in 12.* a Joh. Mich. Dilherro recensita, & accessionibus qvibusdam aucta, hunc præfert titulum: *Hier. Prætorii Philosophia Practica, quæ continet Ethicam & Politicam: Adduntur Oeconomica ex Aristotele, Discursus de fundamento Philosophiæ, & Christoph. Besoldi Epitome Historiarum, ab O. C. ad nostra tempora; junctim edidit J. M. Dilherrus.* Commendatur hoc *Theatrum* a Joh. Henr. Ursino *in Musagete p. 19.*, Joh. Andr. Bosio (editionem postremo ab Autore recognitam, notisqve illustratam, cæteris præferente) *in Diss. de eloqv. & prud. civili p. 86.*, & Mich. Havemanno *in Amusio, Sect. II., c. 29., p. 635., ac c. 30., p. 659.*

Centuria prima Canonum Politicorum, V. Disputationibus proposita. Jenæ 1626. in 4.

Canonum Methaphysicorum Partes duæ, generalis & specialis, in qvibus non tantum præcepta perspicue & nervosissime explicantur, ac controversiæ omnes, inter veteres & recentiores exortæ, solide dilucidantur, sed & disciplinæ hujus principia a corruptelis Hæreticorum, Pontificiorum, Calvinianorum ac Photinianorum potissimum, vindicantur. Jenæ 1626. & 1632. in 8.

Disp. pro libro Concordiæ, contra Rob. Bellarmini de illo Judicium, Præside D. Joh. Gerhardo proposita. Jenæ 1629. in 4. (*O. Sperl.*)

Exercitium Politicum de Familiis in genere, & tribus earum speciebus, γαμικῇ, πατρικῇ, δεσποτικῇ. Jenæ 1630. in 4.

Philosophiæ Practicæ Partes duæ, communis & specialis. Jenæ 1638. & (*juxta Catal. Tournesianum p. 342.*) Hamburgi 1657. in 8. Commendatur a Mich. Havemanno *in Amusio, Sect. II., c. 29., p. 635.*

Annotationum in Augustanam Confessionem Fasciculus primus, sex priores illius Articulos, septem Disputationibus, in Gymnasio Hennebergico propositis, illustrans. Schleusingæ 1639. in 4. (Hunc Andr. Prætorio falso tribuit Lipenius *P. I. Biblioth. Theol. realis p. 115.*)

Manuale Biblicum, summam librorum V. & N. T. distichis proponens; in 8. (Tribuitur hoc ei *in Biblioth. Theoll. Protestantium Endteriana p. 131.*, & Dan. Hartnaccii *Hodego Bibliothecario, P. III., p. 255.*)

Pneumatica *in 12.* edita, qvæ in sola *Biblioth. Philos.* Lipenii (perperam forte) illi vindicatur.

Addantur

(1.) *In Syllabo Professorum Jenensium p. 920. 921. 1026.* (2.) *l. c. p. 921.* (3.) *p. 1065. 1066.*

Addantur his Disputationes seqventes miscellæ Jenenses, *in Catalogo Biblioth. Placciana MS.*, sine anni editionis indicio, memoratæ.

Disputationes Qværstionum illustrium Philosophicarum.
Disputt. Physicæ.
Disputt. VIII. Ethicæ.
Mixtura Theorematum Philosophicorum.
Miscella Theorematum Philosophicorum.
Themata Philosophica.
Triga Qværstionum Philosophicarum.
Pentas Qværstionum Philosophicarum.
Heptas Qværstionum Philosophicarum.
Decas Positionum Philosophicarum.
Qværstiones miscellaneæ contra Pontificios, Calvinianos & Photinianos.
Psychologia breviter delineata.
Disp. de Immortalitate Animæ.
De Universali Theoremata Metaphysica & Logica.
Anti-Ramistica, de genere, fine & objecto Logicæ.
Disp. de Meteoris ignitis.

II. GERMANICA.

Conciones nonnullæ funebres, ab Henn. Wittenio *l. c.* memoratæ.

(Accensetur etiam Theologis, qvorum labore socio Biblia Glossata Germanica Vinariensia, sive Ernestina, qvæ Norimbergæ A. 1641. *in fol.* prodiere, sunt concinnata. Debentur enim illi, si El. Mart. Eyringium, *in Historia Ernesti Pii, Ducis Saxonici, c. 16., p. 82.*, audias, Notæ in Matthæum, Marcum & Lucam; juxta Abr. Calovium, *in præf. Bibliorum illustratorum, f. 12. & seqq.*, Joh. Ad. Scherzerum, *in Collegio Bibliothecario MS., Cod. II.*, & Gottfr. Olearium, *in Appendice ad Annott. Biblicas*, Scholia in Marcum & Lucam, juxta Joh. Frid. Meyerum autem, *in Diss. de qvibusdam Scriptoribus Anonymis & Psevdonymis, p. 9.*, Notæ in solum Matthæum (a triumviris modo laudatis Georg. Groshainio, Theologo Erfurtensi, vindicatæ). Alii, cum *Chronici Thuringici*, A. 1685. editi, Autore, nostro Notas in Matthæum & Marcum, Hypomnemata in Lucam autem M. Jac. Braunio vel Brandesio, Diacono Vinariensi, tribuunt. V. W. E. Tenzelii *Dialogos menstruos Germanicos, M. Oct. A. 1693., p. 817.* Joh. Ern. Gerhardus tandem, Theol. Jenensis, in suo Exegetarum Vinariensium Indice (apud Val. Ern. Löscherum, in den Unschuld. *Theol. Nachrichten A. 1708., Sect. II., p. 105.*), Prætorii nullam plane mentionem injiciens, notas in Matthæum Marcumqve D. Joh. Gerhardo, parenti suo, in Lucam autem Brandesio, vindicat. Tantas lites meum non est componere.)

M. HIERONYMUS PRÆTORIUS III., Hamburgensis, scholæ initio Monasticæ in Comitatu Honsteniano Ilfeldensis, & Cellensis deinde, in Ducatu Lüneburgico, circa A. 1661., Rector. V. Joh. Georg. Leückfeldii (cui *bonus* audit *Poeta*) *Antiqvitates Ilfeldenses, c. 14., p. 206.*

Disp. de temporibus Medorum, Præside M. Joh. Vorstio. Rostochii 1650. in 4.
Disp. de Tempore, qvo Templum Hierosolymitanum est instauratum. Rost. 1650. in 4. *(O. Sperl.)*
Poema Heroicum in obitum Johannis, Episcopi Lubecensis, Ducisqve Holsatici. Lubecæ 1655. in fol.
Laurus Kielmannia, Joh. Adolpho Kielmanno, aulæ Holsato-Gottorpiensis Præsidi, consecrata. A. 1665. in fol.

JACOBUS PRÆTORIUS sive SCHULTZE, Hamburgensis, Hieronymi senioris (*supra celebrati*) filius, & æmulus in arte Musico-Organica (qvam ab isto & Joh. Petræo, Amstelodamensium Amphione, didicerat) felicissimus, ipsaqve fere parente superior, templi in patria Petrini, per X. fere lustra, Organoedus, Basilicæqve simul Cathedralis ... Vicarius, ac Vicariorum deinde Decanus, A. 1648., d. 28. Oct., in Frid. Lindebrogii locum electus, triennio autem post, d. 21. Oct. A. 1651., mortuus. V. Joh. Ristii (famam peritiæ ejus Musicæ eximiæ non ad Germanos solum, sed Italos etiam, Gallos & Anglos, penetrasse jactantis) Epicedium in obitum ejus Germanicum, *in Parnasso Teutonico p. 419-425.*, & Odam aliam, ei inscriptam, *in Musa Teutonica, lit. H. 1.*, Joh. Micrælii (illum parentemqve Musicis ævi sui annumerantis principibus) *Partem III. Syntagm. Hist. Eccl. p. 343.*, Nic. Scribonii *Lib. V. Lusuum Anagr. Gottorp. p. 124.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 618.*

Monumentorum ejus melicorum nihil mihi innotuit, præter modos Musicos, tum *Hymnis* Joh. Ristii *Coelestibus recentioribus* haud paucis (den Neuen Himlischen Liedern), tum Canticis Ecclesiasticis, in *Hymnologio* IV. Organoedorum Hamburgensium *Germanico*, A. 1604. edito *(de qvo in Hier. Prætorii Elogio dictum)*, compluribus, adjectos. *Melodiæ sacræ*, qvas Henn. Wittenius (*T. I. Diar. Biogr., ad A. 1629.*) Jac. Schultesio, Elbingensi, J. U. D., Consiliario Saxonico, & Advocato Lipsiensi, tribuit, nostro itidem potius, illi ὁμωνύμῳ, vindicandæ videntur, uti *in Homonymoscopia, Sect. II., c. 7., §. 120., p. 721.*, jam est monitum.

M. JOHANNES ALBERTUS PRÆTORIUS, Eutino-Wagrius, d. 2. Febr. A. 1636. natus, vici, in Dithmarsia Australi, Meldorpiensis, ab A. 1669., Ecclesiastes, ab A. 1670. autem Pastor, & reliqvarum Dithmarsiæ regiæ Ecclesiarum simul Præpositus, eodem A. C. 1670., & ætatis 34., d. 29. Aug., expiravit. V. *Epicedia.*

Disp. de Anima immortali, ejusdemqve statu post separationem a corpore, ab eo conscripta, & Præside D. Casp. Mauritio proposita. Rostochii 1659. in 4.

Mors & sepultura Mosis; des Mannes GOttes, Mosis, Todt und Begräbniß, in einer Leichpredigt über M. Naamanum Bernhardinum, Pastorem und Königl. Dithmarsischen Probsten zu Meldorp, auß Deut. XXXIV. 5-8., vorgestellet. Glückstadii 1670. in 4.

Christlicher Leich-Sermon über Fridericum III., König in Dennemarck, auß Act. XIII. 36. Glückst. 1670. in 4.

JOHANNES HENRICUS PRÆTORIUS, Medicus Glückstadiensis.

Breviarum Physiognomicum; das ist: Kurtze und deutliche Vorstellung, wie man auß dem Angesichte, Gebehrden und Gestalt, iemandes gute oder böse Zuneigungen erkennen, und sich im Umbgange und Handel darinn vorsehen kan: Nebst einer Anmerckung, was ein ieder auß seinen Kindern vor Leute auferziehen kan, und wie, durch eine vernünftige Education, auch die angebohrne Laster können verhütet werden. Hamburgi 1714. in 8. V. *Partem XXXVII.* der Gelehrten *Famæ p. 103. 104.*

JOHANNES ARNOLDUS PRAGEMANNUS, Hamburgensis, cui, Gymnasii etiamnum patrii alumno, pleraqve scripta seqventia contra Heterodoxos eristica a M. Sebast. Edzardo, Præceptore, creduntur esse supposita.

Modesta Defensio Rerumpublicarum Noribergensis, Francofurtensis & Hamburgensis, adversus immodestas & peracres invectivas Meditatoris ad Instrumentum Pacis Cæsareo-Svecicum, & Editorum Bremensium Bibliothecæ Historico-Philologico-Theologicæ. Hamburgi 1719. in 4. V. de illa Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 5. A. 1719. p. 839. 840.*

Die Brandmahle des Sturmischen Gewissens, nebst beygefügten Beweise, daß die Sturmische Verdrehungen der Worte der Einsetzung des H. Abendmahls, so wol von Layen, alß Gelahrten, allerdings zu verwerfen sein. Hamburgi 1714. in 8. Schedæ huic, suo de S. Coena scripto oppositæ, Leonh. Christoph. Sturmius, Consiliarius & Mathematicus Sverino-Megapolitanus, reposuit Gebührende Abfertigung der Gewissenslosen und die Schande ihres Autoris außschäumenden Lästerschrift, die Sebast. Edzardus, occasione seiner Controvers über dem Abendmahle, unter dem Titel der Brandmahle des Sturmischen Gewissens, und Nahmen Joh. Arn. Pragemanns, eines Hamburgischen Gymnasiasten, außfliegen lassen, Francofurti ac Lipsiæ A. 1715. in 8. publicatam. V. de utroqve scripto Halensium Neue *Bibliotheck, Sect. 48., p. 652. 674-677.*

Ungöttliches Wesen im Sturmischen Unwesen, samt dieses aufgeblasenen Lästerers Ignoranz und Præcipitanz, oder Antwort auf Leonh. Christoph. Sturmii Gebührende Abfertigung. Hamburgi 1716. in 8. In hoc responso, Pragemannum ipsum, non autem Edzardum, Schediasmatum contra Sturmium Autorem esse, asseritur. V. *P. LIII. & LIV.* der Gelehrten *Famæ p. 331. 332.*

Gründlicher Beweiß aus der H. Schrift, Vätern, Religions-Frieden, Westphälischen Friedens-Instrumente, und Papistischen Scribenten, daß es allerdings recht sey, auch im Römischen Reiche frey stehe, die Papistischen Irrthümer mit gebührendem Eifer und Nachdrucke zu wiederlegen. Hamburgi 1717. in 8. V. de illo Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theologische Nachrichten, *Sect. I. A. 1718., p. 151. 152.*

WILHELMUS PRENCKE, Kiloniensis, Med. Licentiatus.

Disp. Inaug. de Variolis & morbillis, Præside D. Gothofr. Moebio. Jenæ 1653. in 4.

JACOBUS PREUSSERUS, Junior, Slesvicensis, Jacobi Preusseri senioris, qvi Friderico, Duci Holsato-Gottorpiensi, a consiliis fuit secretisqve cameræ intimis, filius, J. U. D. (Rintelii A. 1657. renunciatus), Christianiqve Alberti itidem, & (ab A. 1695.) Friderici, hujus filii, Principum Holsaticorum, Cancellariæ & Cameræ, in aula Gottorpiensi, Consiliarius, A. 1698. superstes.

Oratio gratulatoria ad Fridericum, Ducem Holsatiæ, ob filiam, Magdalenam Sibyllam, Gustavo Adolpho, Duci Meclenburgico, elocatam, in Acad. Rostoch. d. 10. Jan. A. 1655. habita, &, cum D. Laur. Bodockii, Eloq. Professoris, ac Ern. Cohtmanni Junioris, de eodem conjugio Orationibus, edita. Rostochii 1655. in fol.

Disp. de Crimine læsæ majestatis, Præside D. Georg. Wernero. Helmstadii 1656. in 4.

Disp. Inaug. de Donatione inter vivos, Præside D. Christoph. Joach. Bucholzio. Rintelii 1657. in 4.

(A Laur. Normanno, Theologo Upsaliensi, apud Placcium *Tomo I. Theatri Anonymorum, c. 3., p. 216.*, *Preisterus*, sive, qvi perperam ita vocatus est, Preusserus noster, Autor esse perhibetur *Apologiæ causæ & scriptorum Gottorpiensium* A. 1679. *in 4.* excusæ (qvam D. Sam. Rachelio in hujus vindicabimus elogio), Tractatuumqve aliorum pro Christiano Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, contra Christianum V., Daniæ Regem, Polemicorum, ἀνωνύμως editorum.)

JOHANNES PREUSSIUS, Lubecensis, urbis Ratzeburgensis, in Saxoniæ inferioris Ducatu, Ecclesiastes.

Davidis soliloqvium; König Davids Hertzens- und Seelengespräche, oder Leichpredigt über Amandum von Lintzen, Fürstl. Sachsen-Lauenburgischen Secretarium, auß Ps. CXVI. 7. 8. 9. Lubecæ 1656. in 4.

M. LUDOLPHUS PRIGGIUS, Hamburgensis, in Academia A. 1539. vixit Witebergensi, auditorqve fuit industrius, tum aliorum Professorum, tum Joh. Saxonii inprimis, lit. human. doctoris, & Phil. Melanchthonis, his a se verbis A. 1552., *in Epistola ad Joh. Pistorium*, celebrati: *Philippo certe nihil reperies simile, qvocunqve te contuleris. Summæ felicitatis loco habeas, qvod tibi contigerit eum docentem audire. Est & manebit singulare, electum & salutare organum Dei, tametsi indignis modis ab Æpino, Westphalo, Illyrico, & aliis multis, tractatus sit.* Hujus, qvi, ingenium ejus, ad Poesin feliciter excolendam, insignibus a natura instructum esse adminiculis, solerter deprehenderat, & Saxonii popularis, hortatu, eodem A. 1539., Christiano III., Danorum Regi, de coronatione, Poemate gratulatus est perelegenti Heroico, vatumqve cæterorum Germaniæ coævorum carminibus palmam facile redditurο dubiam. Elegis id ipsemet, in Epigrammate ad Saxonium, ei præfixo, testatur seqventibus:

Tu mihi, cum docto, Præceptor amande, Philippo,
Illius edendi carminis autor eras:
Tu, qvia Cimbriacum sincero pectore Regem,
Laudibus assidue qvem vehis ipse, colis;
Ille sed, ut calcar mihi subdere posset eunti,
Qvem studiis aptum talibus esse putat.

Regem hoc carmine adeo sibi conciliavit, ut, in patriam redux, ab eo in aulam sit evocatus, &, post legationem feliciter expeditam, artium & Philosophiæ in Academia Hafniensi Professor, A. 1549., d. 8. Nov., constitutus. Functus est officio isto semestri circiter tempore, & interea M. Pauli Noviomagi, Ecclesiastæ aulici, Joh. Maccabæi, Prof. Theologi, Alb. Knopperi & Bernh. Frisii (optime, præ aliis, de ipso meriti), Juris interpretum, Pet. Capitanei, Prof. Medici, ac Marci Jordani, Mathematici (qvos, *in Epistola ad Pistorium*, ipse celebrat), familiari gavisus consvetudine. Dimissionem a Patribus Academicis, anno seqv. 1550., nec odio, nec tædio loci, nec alia qvapiam molestia, sed patriæ amore, uti ipse, adjecta gratiarum, ob beneficia in se collata, actione, publice testabatur, permotus, petiit, &, cum mentem mutare nollet, post honorificam favoris & benevolentiæ Collegarum omnium significationem, obtinuit (1.). Ex urbe natali, annuo circiter post tempore, sacris ulterius vacaturus studiis, in Academias se denuo contulit Saxonicas, Lipsiæqve A. 1552. & 1553. est commoratus. Hafniam tunc a Christiano III., Rege, revocabatur, sed, uti Epistolæ ejus & Pistorii docent mutuæ, in Daniam remigrare detrectabat, in aliis autem locis, patriæ vicinioribus, ministeria se ipsi, qvem secundum Deum colat, sua lubenti præstiturum, significabat, animo. Claudio Lyschandro (2.) *Vir* audit *in Philosophicis disciplinis, magna cum laude, & summa ejus facultatis dignitate, magnifice exercitatus, ingenio & eloqvio excellens, moribus & conversatione insignis.*

Carmen Heroicum de Coronatione Christiani III., Regis Daniæ. Witebergæ 1539. in 8.

Comment. MS. in Ciceronis Orationem pro Rege Dejotaro, Hafniæ d. 6. Jun. A. 1550. finitus, & a Cl. Lyschandro *l. c.* memoratus.

Episto-

(1.) V. Er. Vindingii *Acad. regiam Hafniensem p. 60.*, & Conr. Aslaci *Chronologiam, Orationi de Reformatione Danica Jubilæa adjectam, ad A. 1549. & 1550.* (2.) *In Catalogo Scriptorum Danicorum inedito lit. L.*

Epistolæ duæ ad Joh. Pistorium, Præpositum Eiderstadiensem, ἀνέκδοτοι, Lipsiæ A. 1552. & 1553. exaratæ, & in Volumine Epistolarum ad Pistorium Latinarum (*de qvo supra dictum*) MSto obviæ; in qvarum priori de rerum eum suarum statu certiorem reddidit, in posteriori autem Theologica D. Georg. Majoris de necessitate bonorum operum ad salutem sententiam, commodius a se explicatam & limitatam, contra Matthiam Flacium defendit.

Q.

NICOLAUS QVADE, Hamburgensis, templi in patria Cathedralis Vicarius. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 620.*

Carmen de stupendo Nativitatis JEsu Christi mysterio, Rostochii recitatum. Rostochii 1602. in 4.

BENEDICTUS a QVALEN, Eqves Holsatus, circa A. 1600.

Oratio pro Vita militari, Argentinæ habita, qvæ in *Orationum Argentinensium, Melch. Junii ductu habitarum, Tomo I.*, Argentinæ A. 1606. *in 8.* edito, *p. 100-109.*, & in editionis earundem recentioris, A. 1620. ibidem publicatæ, *Tomo II.*, *p. 83-90.*, legitur.

DRUDA a QVALEN, Fœmina nobilis Holsatica.

Psalter in Versen gebracht, in 4. *In Catalogo auctionis cujusdam Hamburgensis* ei tribuitur. A. 1650. Metaphrasin hanc Germanico-metricam esse exaratam, & MS. a V. C. Mich. Richey Hamburgi asservari, Joh. Alb. Fabricius, *Lib. V. Bibl. Gr.*, *P. III.*, *c. 16.*, *p. 678.*, me docuit.

FRIDERICUS ERNESTUS QVAST, Slesvicensis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1689., Lubecensis.

Theses Inaugurales miscellaneæ ex Jure Civili, Canonico & Feudali, Præside D. Bernh. Schultzio. Kilonii 1685. in 4.

R.

JOACHIMUS RACHELIUS, Londino Dithmarsus, M. Maur. Rachelii, vici illius Pastoris, filius, Samuelis autem, JCti celeberrimi, germanus, d. 28. Febr. A. 1618. in lucem editus, e scholis inferioribus in Hamburgense missus Gymnasium, Joach. Jungium, Joh. Ad. Tassium & Henr. Vagetium, Præceptores habuit. Rostochium deinde parente profectus mortuo, Pet. Laurenbergii, Poëseos Professoris, summum erga se amorem arguto hoc in Brandani cujusdam, commilitonis sui, obitum provocavit Epigrammate:

Omine non fausto venit Brandanus Athenas:
Amplecti voluit Pallada, Parca fuit.

Rostochio in Livoniam perrexit, & annos aliqvot, partim in Acad. Dorpatensi, ac D. Laur. Ludenii, JCti illius, popularisqve sui, convictu, partim vero in vicino Leonh. Fitinghofii, Viri nobilis, cujus filios erudiebat, prædio, exegit, *Centuriaqve Epigrammatum* ibidem edita primum insignium in Poesi profectuum specimen exhibuit. Matris hinc postulatu, post mensium aliqvot in regia moram Hafniensi, in patriam reversus, scholæ in Dithmarsia Heidensis Rectoratum, ejus, triumqve patruorum, sacris in provincia hac fungentium muneribus, svasu, invitus suscepit. Inde Nordam, Orientalis urbem Frisiæ, ad Gymnasii Ulriciani A. 1660. vocatus gubernationem, octennio huic præfuit integro, ac interea Paulo Tschemingio, Friderici III., Danorum Regis, Consiliario bellico, Poeseos peritissimo pariter atqve amantissimo, innotuit. Is, lecto Epithalamio nostri Satyrico, Heidæ conscripto, genio ejus adeo delectatus est arguto atqve festivo, ut Regi suo itidem legendum dederit, &, cum huic etiam placuisset, ad plura istiusmodi carmina satyrica sermone concinnanda Germanico, crebris Autorem hortari non dubitaverit Epistolis. Voluntati Ergodioctæ hujus noster obsecutus, satyras qvinqve alias dexteritate pari elucubravit, &, una cum Epithalamio, ejusdem postulatu ac sumptibus, Francofurti A. 1664. editas, ipsius inscripsit nomini. Placuere primi hi illius, in isto carminis genere, a Germanorum fere nemine sua hactenus lingva tentato, conatus felicissimi, & ad Juvenalis ac Horatii venam qvam proxime accedentes, peritis studiorum horum censoribus. Placuere Tscherningio, & literis, & re ipsa, gratum testato animum. Placuere Friderico, Monarchæ Danorum eruditissimo, qvi, teste Tscherningii ad nostrum Epistola, de illo ex ergastulo scholastico in lucem aulæ suæ protrahendo, stipendioqve liberali, ut soli deinceps Poesi in otio vacaret literario, istic sustentando, consilia agitare cœpit, sed successu destituta. A. tandem 1668. in Chersonesum noster remigravit Cimbricam, &, ludi literarii Slesvicensis præfectura, a Christiano Alberto, Principe, oblata, ne annuo qvidem functus spatio, seqventi 1669., qvinqvagenario paulo major, d. 3. Martii, expiravit, filiosqve nonnullos haud indoctos (1.), qvorum uni parentis vitæ notitiam debeo, patriæ reliqvit, Vatem hunc in lingva Germanica pariter atqve Latina pereximium, & Satyricorum illius primum ac festivissimum, Epigrammatographorum autem hujus recentiorum paucis secundum, ornamentis suis merito accensendi. Tantum vero Rachelius ab ambitiosa venæ suæ, aliarumqve dotium, ostentatione abfuit, ut Joh. Ristio, Comitiva Palatii donato Cæsarei, lauream, qvam is sibi, post edita *Epigrammata Evangelica Latino-Germanica*, nihil tale cogitanti transmittebat, contestim remiserit, diadema istud, qvo tot Poetastri superbiunt, a viro Poetica qvidem laude celebri, sed se tamen inferiore, oblatum, merito aspernatus. Qvam ob causam simultates haud obscuræ inter utrumqve perhibentur esse exortæ.

Confer de illo *Hypomnemata nostra ad Alb. Bartholini Lib. de Script. Dan. p. 260.*, & Erdm. Neumeisteri *Diss. de Poet. Germ. p. 83. 84.*

ELOGIA.

Thomæ Bartholino (*in Carmine, Satyris præfixo vernaculis*) *Sacerdos* audit *Musis dilectus*.

Christ. Ostenfeldio, Prof. Med. Hafniensi (*in Epigramm., iisdem adjecto*),

- - Vates, præ qvo Flemmingi carmina sordent,
Claraqve famosi vilescit gloria Ristî.

Vitus Beringius (*in Carmine de iisdem Encomiastico*) *novum* eum vocat *Germaniæ Opitium, cujus numeros Phoebus suos esse velit*, & hoc compellat tetrasticho:

Sis felix, &, si meritis stat gratia, si qvod
Vatibus æternum cum Jove numen inest,
Omnia perrumpent, ibuntqve in secula cuncta,
Carmina Racheli deproperata manu.

Ol. Borrichius (*Diss. V. de Poet. Lat. p. 139.*) & Pet. Terpagrius (*in Seculo illustri p. 68.*) Poetis eum Germaniæ potioribus accensent vernaculis.

D. G. Morhofio (*P. III. Tr. de lingva & Poesi German. vernaculi, c. 16.*, *p. 750.*) audit ein gelehrter Mann, und sehr guter Poete.

Qvir. Kühlmanno (im Lehrreichen Geschichts-Herolde, *P. I.*, *p. 175.*) der Londinische Teutsche Juvenal.

(1.) De sex ejus, & Dorotheæ Twachtmanniæ uxoris, liberis V. J. M. Krafsii Tabulam Racheliorum genealogicam, der Husumschen Kirchen-Historie, *ad p. 501.*, insertam.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Centuria Epigrammatum, in Livonia edita, & Phil. Crusio, Judicii regii castrensis in urbe Revaliensi Vice-Præsidi, ac Bernh. Rosenbachio, Syndico Revaliensi, inscripta.

Epigrammata Evangelica Latino-Germanica in Periochas dierum Dominicorum & festorum Evangelicas, A.1648. primum edita, &, sine mentione loci, A.1654. ac 1668. *in 12.* recusa. Hæc Joh. Ristius juventuti, in scholis, Beustianorum, aliorumqve vulgo receptorum, loco, proponenda esse censuit.

Panegyris Menippea. Kilonii 1669. in 12. Sylloge est 537. distichorum de variis argumentis Epigrammaticorum, notis Autoris, sub finem adjectis, illustrata. Præfixum est D. G. Morhofii *Carmen Encomiasticum* (*in Horis* etiam *subsecivis Poeticis, p. 25. 26.*, obvium), sub cujus initium Autorem hoc alloqvitur disticho:

Legimus arguti risus, vir docte, Menippi,
Et, fateor, risus hi meruere meos.

Sub finem autem seqventi:

Qvis te non alium nunc crederet Orphea, cujus
Ad doctam properent omnia sponte lyram?

Confer ejusdem *T. I. Polyhistoris, Lib. 7., c. 3., p. 374.*, ubi hoc de illa fertur judicium: *Joach. Rachelii Panegyris Menippea, ad rationem Apophoretorum Martialis instituta, laudari etiam meretur. Simili modo Hugenius Tricas morales, Grotius Instrumentum suum domesticum scripsit.*

II. GERMANICA.

Teutsche satyrische Gedichte. Horum, de qvibus in Vita Autoris fusius jam est dictum, sex initio, tria scil. nuptialia (1. das Poetische Frauenzimmer, oder die bösen Sieben, auß dem Simonide, 2. der Vortheilige Mangel, 3. die gewünschte Haußmutter), & totidem, ex Satyricis antiqvis, sed stylo liberiore, & sæpius ad ævi nostri mores evagante, seqve accommodante, translata (4. die Kinderzucht, auß der XIV. Satyre des Juvenalis, 5. vom Gebete, auß der andern des Persii, 6. das Gute und Böse, auß der Zehnden des Juvenalis), cum præfixis Elogiis Thomæ Bartholini (qvi suum Epigramma *Libro* etiam *II. Carminum, p. 88. 89.*, inseruit), Christ. Ostenfeldii, Viti Beringii, Ad. Frid. Werneri, Andr. Bordingi & Matthiæ Johannidis, metricis, Francofurti A. 1664. *in 12.* prodierunt. Recusa deinde sunt, cum duabus novis in Amicos & Poetas Satyris, insciis Autoris hæredibus, &, sicut filius (novam editionem emendatiorem, & carminibus aliis, a satyra non plane abhorrentibus, auctiorem, pollicitus) in suis ad me qvestus est literis, mendosissime, Oldenburgi A. 1677. & Londini (*uti titulus fingit*) A. 1686. (imo, juxta *Catalogos nundinales*, Lipsiæ etiam A. 1689. & 1695.) *in 12.*, atqve, una cum Joh. Laurenbergii *Satyris Saxonicis*, Bremæ A. 1700. in 12. Editio alia, Freyburgi, sine mentione anni, *in 8.*, publicata, octo istis Satyris Rachelii duas de Virginibus alias, sed Rachelio indignas, illiqve ab editore temere suppositas (die Jungfern-Anatomie und das Jungfernlob), adjecit. *Juvenalis Germanici* elogium, ob Satyras hasce, Rachelium a Qvir. Kühlmanno reportasse, supra jam est indicatum. D. G. Morhofius (*Tomo etiam I. Polyhist., Lib. III., c. 12., p. 752.*, easdem commendans), *in Tr. vernaculo de lingva & Poesi Germanica, P. III., c. 16., p. 750.*, ita de illis: In der Hochteutschen Sprache hat zum ersten Satyren geschrieben Herr Joachim Rachel, ein gelahrter Mann, und sehr guter Poete, der den Characterem dieser Schreibart insonderheit wol im Teutschen, auß der Nachahmung des Juvenalis, außgedrückt, welches an ihm billig zu loben. - - - Unser Teutschland ist ihm billig verpflichtet, daß wir auch in diesem Stücke nicht nöhtig haben den Außländern den Vorzug zu gönnen. Morhofio suum adjicit calculum M. Erdm. Neumeisterus, ita, *in Diss. de Poetis German. p. 83. 84.*, scribens: *Satyras, ad Latinorum fere rationem, scribere primus est aggressus. Verborum phaleras prope negligens, schematum tamen freqventia pondus, proverbiorum elegantia, qvæ in ejusmodi argumento utramqve fere paginam facit, dignitatem addit orationi.* Nodum sane in scirpo qværunt B. N. (*i. e. Benj. Neukirchius*), Satyras Rachelianas *nihil esse perfectum* (es sey nichts Vollkommenes), *in præfat. Partis II. Poematum Christ. Hofmanni, lit. b. 8. a.*, pronuncians, & Barth. Feindius Jun., ornamenta iis deesse, in Procemio des Lobes der Geldsucht, *p. 56.*, judicans.

Christlicher Glaubensunterricht, oder Gespräch zwischen Vatter und Sohne, meistentheils auß dem Lateinischen Hug. Grotii in Deutsche Verse gebracht. Aurici, & deinde Noribergæ, sine mentione anni, Tubingæ A. 1666., Gothæ A. 1666., Stutgardiæ A. 1670., Slesvigæ A. 1668., Altonæ A. 1668., & Pirnæ A. 1691., in 12. Qvas inter editiones Altonaviensis S. Scripturæ a qvodam H. P. aucta est testimoniis. In translatione hac Metrico-paraphrastica *Institutionis puerorum baptizatorum*, ab Hug. Grotio versibus, in carcere Lupisteniano, comprehensæ Belgicis, & Latinis deinde redditæ, Rachelius Grotii verbis singulis non inhæsit, & nihilo tamen secius, teste *præfatione*, in nullo unqvam carmine ungves ita, sicut in hac, demordit. Ob elegantiam ea ab Erdm. Neümeistero, *l. c. p. 84.*, commendatur.

INEDITA, qvæ a se, & cohæredibus, asservari filius Autoris mihi significavit.

Periochæ dierum Dominicorum Epistolicæ, Latinis versibus redditæ.

Carmina varia, partim Latina, partim Germanica.

Scripta qvædam Philologica.

MAURITIUS RACHELIUS Junior, Londino Dithmarsus, Phil. Magister (Rostochii A. 1660. creatus) & P. L. C., *Gemebundi* in Societate Cygnea Ristiana donatus agnomine (1.), Parochiæ ruralis Petersdorpiensis in insula Femariensi Pastor, A. 1677. mortuus (2.).

Geistlicher See-Compaß; das ist: Kurtze Entwerfung von denen zur Seefahrt gehörigen Sachen, als der Erfindung der Schiffe, Nutzbahrkeit und Nohtwendigkeit der Schiffahrt, auch von dem Meere, und dessen Bewegung, &c., im ersten Theile; im andern aber, wie sich Seefahrende, auf dem Schiffe, morgens, mittags und abends, und alle Tage in der Wochen, GOtt befehlen können: Nebst dem Catechismo, dessen einfältiger Erklärung, und Gesängen. Lubecæ A. 1663. (&, *juxta Lipenium P. II. Biblioth. Theol. p. 346., A. 1666. etiam*) in 8. Commendatur a Georg. Henr. Görzio, *in præfat.* des Schiffer-Catechismi.

Gedächtniß-Seule über seine Ehefrau, auß Matth. V. 3. Ratzeburgi 1677. in 4. (*Catal.*)

SAMUEL RACHELIUS, Londino Dithmarsus, d. 6. Apr. A. 1628. natus, M. Maur. Rachelii, vici illius, ad annum usqve fatalem 1637., Pastoris, fuit filius, ac Joachimi, Poetæ eximii, paulo ante celebrati, frater germanus. E scholis in Academiam (anno circiter 1649.) Rostochiensem, nec multo post in Juliam (A. 1656. etiamnum cive ipso gavisam), profectus, Philosophiæ, veteri inprimis & Peripateticæ, longe majori, qvam leguleji pleriqve, studio, Conringii, & Collegarum, vacavit, auspiciis, eoqve feliciores postea, in Jurisprudentia solidiori, ac Juris præsertim naturæ atqve

(1.) V. Candorini, sive Conr. ab Höveln, Zimberschwan. (2.) V. Tab. geneal. Racheliorum, in J. M. Krafttii Husumscher Kirchen-Historie, ad p. 591.

atqve gentium doctrina, fecit progressus, paucissimis illius doctoribus coævis secundus. Philosophiæ moralis in eadem Academia Julia professionem, A. circiter 1658., Joh. Schwartzkopfii, aulæ Gvelphicæ Cancellarii (cui primam se fortunam suam debere publice est fassus (1.)), obtinuit, beneficio, & præclare, voce pariter atqve calamo, per integrum ornavit septennium. Inde a Christiano Alberto, Holsatorum Principe, in novellam Acad. Kiloniensem, a se conditam, A. 1665. evocatus, Juraqve naturæ & gentium docere jussus, sumptibus ejusdem, Doctoris axioma, in actu primæ promotionis Academicæ solenni, d. 22. Jan. A. 1666., Brabevta Erico Mauritio, Collega, reportavit (2.). Eluctatus deinceps est ibidem ad locum in Antecessorum collegio secundum, & Decanatu ejus A. jam 1669., Rectoratu autem Academiæ A. 1670., functus, primusqve simul Bibliothecæ Academicæ præfecturam (in qva D. G. Morhofius A. 1680. ipsi successit) consecutus. Turbata A. 1676., dissidiis Christiani V., Daniæ Regis, & Christiani Alberti, Principis Holsatici, intestinis, Cimbriæ tranqvillitate, hujus jussu causæ ejus, adversus Danos, scriptis aliqvot, Latine pariter atqve Germanice editis, vehementia ingenti est patrocinatus, nec multo post (circa A. 1677.) ab eodem, præsentis operam utiliorem sibi fore rato, ex Academia in aulam evocatus, ac in Consiliariorum allectus numerum, Hamburgi cum illo exulavit. A. 1678., M. Oct., ad Panegyrin Irenicam Noviomagensem, post revocatum ex ista Magnum Wedderkopfium, a Principe, ut suam in integrum, ac ditiones avitas, restitutionem urgeret, ablegabatur, & Andr. Ulckenio, eodem jam ante misso, adjungebatur Collega (3.). Indefessa, qva Principis sui hic partes, non voce solum viva, sed scriptis etiam, tuitus est, industria, domum redux, A. 1680. Eiderstadiæ præfecturam meruit vicariam, Danorum autem contra haud exiguas incurrit offensas. Qvas metuens, A. 1680. Ludovici XIV., Regis Galliæ, imploravit patrocinium, ac, interpretibus Herm. Conringii ad Steph. Baluzium, Joh. Bapt. Colberti, Ministri aulæ Gallicæ primarii, Bibliothecarium, duabus Epistolis (4.), *inter ministros regios*, Colberti intercessione, *saltem titulotenus*, *qvo ab insidiis Danicis esset tutus*, *recipi*, sed frustra, petiit. Triennio enim, post pacificationem Neomagensem, cujus beneficio Princeps ejus Ducatum suum A. 1680. recuperaverat, vix elapso, cum pristina inter Danos, ac illum, dissidia recruduissent, denuo cum eodem, relicto Thomæ Balthasari Jessenio, Consiliario Regio, munere Eiderstadiensi, Hamburgum se recipere, & sexennio ferme integro istic exulare, est coactus. Cui cum eodem, qvo Princeps regionibus suis Cimbricis, anno 1689., post amicabilem controversiarum cum Danis compositionem, Altonaviæ factam, tandem esset restitutus, solo superstes fuit biennio, annoqve 1691. exeunte, d. 13. Decembris, est defunctus, eo ipso ferme tempore, qvo, de illo inter Collegii Imperialis Historici allegendo Adjunctos, ac circuli Balthici Ephoria ipsi committenda, ab ejus deliberatum fuisse Collegis, Christ. Franc. Paulini, primi autoris, me edocuerunt literæ. Duplex cum Catharina Ursula, Joh. Rohtschröderi, Præfecti in Ducatu Calenbergico Brunsvicensis, filia, A. 1660. ducta, & Anna, Jac. Stegelmanni, Senatoris Kiloniensis, gnata, isti, A. 1667. defunctæ, subrogata, iniit conjugium, & ex utroqve liberos aliqvot reliqvit superstites (5.), ac, hos inter, e priori, Joach. Mauritium, suum in Præfectura Eiderstadiæ successorem.

Confer de illo Matth. Wasmuhti *Programma, conjugis primæ præmissum exeqviis*, D. G. Morhofii *Programma* de vita filii ejus, Petri Georgii, *funebre, in Orationum Appendice, num. 54.*, recusum, *p. 761. 762.*, G. M. Königii *Biblioth. Vet. & novam lit. R.*, Corn. a Beüghem *Bibliogr. Juridico-Polit. p. 188.*, & *Partem IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 4., p. 367. 368.*

ELOGIA.

Herm. Conringius, in Epistola ad ipsum, Ludov. Montaltii *Literis provincialibus*, ab eo recensitis, præfixa, *industriam* ejus deprædicavit, *& doctrinam eximiam*, in *4ta* autem *ad Steph. Baluzium, p. 107.*, *Virum* eum vocavit *optimum pariter atqve doctissimum*, & locum, inter Regis Gallici ministros, *præclara virtute atqve eruditione* mereri censuit.

Joh. Henr. Bœclerus, *in Judicio de Sarcmasii Judiciis*, sub Pet. Nasturtii larva edito, & *in Actis Sarcmasianis* Theod. Crusii recuso, *p. 106.*, *Virum* illum salutavit *magna ingenii & eruditionis vi præditum, qvem eo nomine nemo bonus & doctus hactenus non laudavit & æstimavit, amicum veris Musis & familiare Apollini nomen;* in *Præfatione* autem *Commentarii in Lib. II. Grotii de Jure belli & pacis*, ipsum pariter atqve Sam. Pufendorfium *Viros clarissimos, natos ad optima qvæqve studia ornanda, Academiarum Heidelbergensis & Juliæ lumina*, ὃις γόνυ χλωρὸν.

Lipsiensibus (*in Actis Erud., M. Apr. A. 1682., p. 123.*) *Vir* audit *eruditissimus, qvi variis in lucem editis* φιλοσοφήμασιν, *aliisqve publici Juris exercitationibus, tum extraordinaria ad nupera pacis Neomagensis consilia legatione, magnum sibi nomen comparavit.*

Jac. Thomasio (*in Diss. de duellis, T. IX. Observv. Select. Halensium, Obs. V., p. 159.*) *Vir maximus.*

Christ. Kortholto, (*in Lib. de tribus magnis Impostoribus p. 138. 139.*) *Vir celeberrimus, pie doctus, & Christianus Philosophus atqve JCtus.*

Constant. Germanico, sive Phil. Andr. Oldenburgero (*in Itinerario Germaniæ Politico p. 387.*) *Vir celeberrimus, Juris naturæ, gentium & civilis, Doctor incomparabilis.*

Vinc. Placcio (*in Tr. de Scriptt. Anon. & Psevdon. p. 227.*) *Vir doctissimus.*

D. Joh. Fabricio Jun., Theologo Acad. Juliæ (*in Orat. auspicali Helmstadiensi, Amœnitatibus Theologicis inserta, p. 692.*), *Vir acutissimus.*

Joh. Franc. Buddeo (*Diss. IV. de erroribus Stoicorum in Philos. morali, in Analectis Hist. Philos. p. 195. 196.*) *Vir doctissimus.*

Georg. Paschio (*in Tr. de Curiosis hujus seculi Inventis, c. 5., p. 277.*) *Universitatis Kiloniensis qvondam decus & ornamentum.*

A Joh. Christiano, Barone a Boineburg, in Epistola ad Zach. Prüeschenckium A. 1663. exarata (apud B. G. Struvium *Fasc. 8. Act. Liter. p. 63.*), Germanis annumeratus est, *qvibus nemo in morali juris, ac civili universa intelligentia, exercitatior, saltem qvod facultatem spectat artes illas recte tradendi.*

Justo Christoph. Böhmero (*Progr. III. Disputt. Grotianis & Pufendorfianis præmisso p. 41.*) *singulare* audit *qvondam Academiæ Juliæ, deinceps etiam Kiloniensis, ornamentum.*

CENSURA.

Conr. Sam. Schurtzfleischius, *in Judiciis ex Parnasso de novissimis prudentiæ civilis Scriptoribus*, sub ficto Eubuli Theosdoti Sarcmasii nomine, Martismonte A. 1669. editis, *num. 6., p. 11. 12.*, hoc de illo judicium tulit asperum atqve iniqvum: *Facile de hujus ingenio cognoscet, qvi Commentarium in Officia Ciceronis, nuper editum, paulo intentius lustrabit.*

(1.) *In Otio Neomagensi, p. 200.* (2.) V. Petri Musæi *Programma de Comitiva Rectoris Acad. Kil. palatina.* (3.) Scriptum utriusqve de legatione hac Mediatoribus A. 1678. Noviomagi exhibitum, invenies in Joh. Christ. Lunigii *Sylloge negotiorum publicorum*, A. 1694. edita, *p. 438. 439.* (4.) V. illas inter Conringii *ad Baluzium Epistolas*, A. 1694. editas, *num. 45. & 46., p. 107. 108. 109.* (5.) V. de illis Tabulam Racheliorum genealogicam, in J. M. Krafftii Husumscher Kirchen-Historie, *ad p. 591.*

ſtrabit. In qvo ad nauſeam pene laudat Boeclerum; non, qvod hunc non cenſeam dignum laude, ſed qvia tam amplum juris gentium ambitum in arctum unius cerebrum cogere, & auctoritate potius, qvam ratione, niti, mihi velle videtur. Siqve libere, qvod ſentiam, aperire inſtituerem, ſine invidia dicerem, majorem eſſe titulo, qvam effectu, & magis verboſum, qvam ſolidum. Magnum ſane Doctoris juris naturæ & gentium inſigne eſt, dummodo huic paria ſpecimina edantur. Sed non omnes, qvi thyrſum gerunt, ſunt Bacchi. - - Eloqventiam, ſi qvædam aſcita exceperis, non ſimpliciter improbaverim; licet eloqventiam magis ſæpe commendet, qvam exerceat. In judicio etiam aliqvando haud abs re qvid deſideraverim. Animadverſiones in Grotium promiſit. Sed expectationi fortaſſe tantæ non ſatisfaciet; promiſſis, qvam opera, melior ſcriptor. Ex ungvibus leo, ex factis vir cognoſcitur. Curam illam vix mihi approbabit, qvi videam, eum, in enucleandis J. N. & G. principiis, duces ſeqvi parum fidos, aut certe aliqvando ancipites, & non raro plane mutos aut cœcos. - - - Qvod Ciceronem Tacito longiſſime anteponat, & infirmi judicii, & parum verſati in Tacito hominis, argumentum eſt. Interim probo Rachelii conatum, ſi vel maxime huic non ſemper reſponderit eventus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

a. PROPRIA.

Diſp. de Invito ac ſponte facto. Roſtochii 1650. in 4. (*Catal.*)

Exerc. de Juſtitia, Præſide M. Joh. Vorſtio. Roſt. 1651. in 4.

Oratio, Helmſtadii A. 1658. habita. Helmſt. in 4. (*Catal.*)

Diſp. Moralis de Morte voluntaria, ſeu Ἀυτοχειρία. Helmſtadii 1659. in 4. Commendant hanc Joh. Franc. Buddeus (*Stoicorum* eam *ineptias ſummo judicio convellere* pronuncians) *in Analectis Hiſt. Philoſ., Diſſ. IV. de erroribus Stoicorum, p. 191. 196.*, & Ant. Itterus (*exqviſitam* vocans) *in Synopſi Philoſ. mor., L. 3., c. 2., p. 152.*

Programmata duo, ad Philoſ. Mor. cultores, qvorum priori eos ad ſuas in Ciceronis libros de Officiis prælectiones invitavit, poſteriori autem de Honeſto atqve utili diſſeruit. Helmſt. 1661. in 4. Recuſa ſub initium *librorum* Ciceronis *de Officiis*, cum ejus *Commentario* A. 1668. & 1686. editorum.

Diſp. de Ἐυφυΐα, ſeu bona indole. Helmſt. 1661. in 4. Adjecta eſt etiam *Diſſertationibus de Jure naturæ & gentium*, Kilonii A. 1676. *in 4.* excuſis.

Diſp. de Pœnis. Helmſt. 1661. in 4.

Diſp. de Scientia & ignorantia Incontinentis. Helmſt. 1661. in 4.

Oratio anniverſaria, feſto Acad. Juliæ, Id. Oct., habita. Helmſt. 1661. in 4.

Diſp. de primis Societatibus naturalibus, earumqve juſto. Helmſt. 1662. in 4.

Diſp. I. de Honeſto in genere. Helmſt. 1662. in 4.

Diſp. de Æqvitate. Helmſt. 1662. in 4.

Tractatus de Actionum moralium principiis, in Diſputt. VII. diſpertitus. Helmſt. 1662. & 1664. in 4. Commendatur a D. G. Morhofio *T. III. Polyhiſt., Lib. I., p. 6.*

Diſp. Polit. de Majeſtate. Helmſt. 1664. in 4.

Exerc. Moralis de Juſtitia. Helmſt. 1664. in 4.

Diſp. de Jure naturæ. Helmſt. 1664. in 4.

Romanorum Germanorumqve Cæſarum nominum, ſucceſſionum & ſeculorum, diſtincta notatio, metris compendioſe deſcripta, addita ſuccincta explicatione. Acceſſit Car. Sigonii, Marqv. Freheri & Dav. Chytræi Series Hiſtoricorum. Helmſt. 1664. & 1676. in fol. Soli de Cæſaribus, eorumqve claſſibus, verſus, cum explicatione, in ipſius *Otio Neomagenſi*, Amſtelod. A. 1680. & 1685. *in 12.* edito (*cap. XV., p. 127-170.*), & in Joh. Henr. Ackeri *Selectis Poeticis*, Rudolſtadii A. 1711. *in 8.* impreſſis, ſunt recuſi.

Exerc. de Sophiſmatis. Helmſt. 1665. in 4.

Diſp. Jurid. Inaug. de Duellis, Præſide D. Erico Mauritio propoſita. Kilonii 1666. in 4. In librum deinde integrum excrevit, de qvo paulo poſt dicetur.

Diſp. de Securitate publica. Kilonii 1666. in 4.

Diſp. de Jure in genere. Kilonii 1670. in 4.

Diſp. de Monarcharum in genere, nec non Monarcharum Europæorum Chriſtianorum in Specie, mutua obligatione. Kil. 1670. in 4.

Tractatus de Duellis, A. 1666. loco Diſp. Inaug. propoſitus, nunc vero Parte II., & additamentis aliis, auctus. Mantiſſæ loco, præter alia, acceſſit S. Cæſareæ Majeſtatis ad S. Rom. Imp. Legatos, Ratisbonæ congregatos, ſuper duellis reſolutio. Lubecæ 1670. & 1675. in 4. Recuſus etiam eſt in *Volumine Diſſertationum* D. Er. Mauritii Jun., Wetzflariæ A. 1692. *in 4.* publicato, *p. 933-1035.* Commendatur ab Iſ. Schookio (*eruditum* vocante) *in Proœm. Diſqviſ. I. de duellis*, & Trog. Arnkielio *Lib. II.* von den Cimbriſchen Heidenbegräbniſſen, *c. 18., p. 286.*

Diſp. de beneficio Competentiæ, Reſp. pro Doctoratu Erico Tilem. Beckero, Weſtphalo. Kil. 1670. in 4.

Diſp. de Comitiis Electoralibus (den Kurfürſtentagen oder Collegialtagen), Reſp. & Autore Tob. Frid. Linckio, Noribergenſi. Kil. 1671. 1690. & 1697. in 4. Recuſa etiam *in Volumine novo Exercitationum Juris Publici*, ab Ahasv. Fritſchio Lipſiæ A. 1675. *in 4.* edito, *num. 7.* Commendatur a B. G. Struvio, *in Biblioth. Juris ſelecta, c. 11., §. 20., p. 406.*

Exerc. e J. Nat. & Civ. de Æqvitate. Kil. 1671. in 4.

Diſp. de Injuriis & earum actionibus, Reſp. pro Doctoratu Joh. Phil. Rosmanno, Prof. Kilon. Kil. 1672. in 4.

Diſp. de Jure arbitrario in genere. Kil. 1673. in 4.

Diſp. de Jure gentium. Kil. 1673. in 4.

Diſp. exhibens Compendium Juris controverſi, ſive Theſes & Antitheſes 200., ex Jure civili Romano, juxta ſeriem Digeſtorum. Kil. 1673. in 4.

Diſp. de Reviſionibus. Kil. 1674. in 4.

Diſp. de Jurisprudentia. Kil. 1675. in 4.

Diſp. de Juſtitia univerſali. Kil. 1675. in 4.

Diſſ. Juris publici de Capitulatione regni Germanici, Reſp. Ott. Nicol. Lindholtzio, Kilonienſi (patriæ deinceps Conſule). Kilonii A. 1675. Lipſiæ A. 1676. & 1725. in 4. Qvæ ad hujus ſpectant hiſtoriam, ſupra *p. 345.*, ſub Lindholtzii nomine, jam ſunt expoſita.

Diſſertationes de Jure naturæ & gentium. Kil. 1676. in 4. Recenſus illarum Georg. Beierus, *Specimine III. Notitiæ Autorum Juridicorum, n. 1., p. 1-7.*, & Joh. Gröningius, *Libro III. Bibliothecæ Juris gentium Europeæ, c. 11., §. 7-10., p. 333-336.*, exhibuerunt. Scripſiſſe eas videtur, ut Joh. Chriſtiani, Baronis a Boyneburg, ſatisfaceret deſiderio, a qvo ſe, ut de J. N. & G., juxta diſciplinam Chriſtianorum, Seldenum, Hebræi illuſtratorem, imitatus, commentaretur, per literas

literas esse sollicitatum, ipsemet *num. 101.* perhibet. Thomam Hobbesium sæpe refutant, & scriptis idcirco huic oppositis, *in Vita* ejus ἀδεσπότῳ *p. 105.*, accensentur. Vinc. Placcio, *in præfat. Accessionum Ethicarum*, A. 1695. editarum, *doctissimæ* audiunt, Joh. Franc. Buddeo autem (*in Historia J. Nat.*, §. 38., *p. 51.*) judice, *Aristotelis legunt vestigia*, *nec facile qvicqvam, qvod alibi obvium non sit, afferunt.*

Rendesburgensia inter Sereniss. ac potentiss. Principem, Christianum V., Daniæ Regem, & Christianum Albertum, Ducem Slesvici & Holsatiæ Gottorpiensem, ad d. 10. Jul. A. 1675. qvoqvo modo pacta non pacta, restitutionem in integrum provocantia; Scriptum ἀνωνύμως A. 1677. *in 4.* editum, cujus, eodem Anno, Versio Germanica ἀδέσποτος *in 4.* sub hoc prodiit titulo: Rendesburgische gantz nichtige Pacten, so zwischen Christiano V., Könige in Dennemarck, und Christian Albrecht, Hertzogen zu Holstein-Gottorf, d. 10. Jul. A. 1675. vermeintlich aufgerichtet, und daher restitutionem in integrum erfordern, nebst 2. Fürstlichen Schreiben an den König in Groß-Britannien, verdeutscht. Latine recusa sunt A. 1677. *in Append. Tomi XXXV. Diarii Europæi.*

Apologia causæ & Scriptorum Gottorpiensium, libro Germanico, Sereniss. Regis Daniæ, Christiani V., autoritate nuper (*A. 1679.*) edito (Uhrsachen und Beschaffenheit der Streitigkeiten, zwischen J. K. M. zu Dennemarck und F. Durchl. zu Holstein-Gottorf, nebst einer summarischen Anzeige des falschen ungegründeten Berichts, so von Holstein-Gottorfischer seiten ausgegeben worden), jussu Christiani Alberti, Ducis Holsato-Gottorpiensis, ἀνωνύμως opposita. A. 1679. in 4. Vindicavit in ea *Relationem* suam de controversiis hisce illustribus vernaculam, paulo post memorandam, & A. 1677. publicatam, contra Scriptum regium, ei oppositum. Jac. Preusserum Jun., Consil. Holsato-Gottorpiensem, Autorem ejus esse Laur. Normannus, Theologus Upsaliensis (*Preisterum* hunc male vocans), falso credidit, & Vinc. Placcio persvadere voluit. V. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 3.*, *p. 215. 216.*

Responsio ad Epistolam Amici ad amicum, Memoriale Ablegatorum Gottorpiensium contra Danos, Legationi Cæsareæ Noviomagi exhibitum, refutantem, qva Memoriale hoc vindicatur, ἀνωνύμως Lubecæ A. 1679. *in 12.* edita. Rachelium nostrum Autorem habere putatur, teste Christ. Gryphio, *in Diss. de Scriptt. Histor. Sec. XVII.*, *c. 2.*, *p. 159.* In scriptis hisce controversias illustres Danico-Holsaticas ventilantibus, *causam* eum *Gottorpianam erudite & graviter, contra Danos, esse tutatum* Conr. Sam. Schurtzfleischius, *Tomo I. Epistolarum arcanarum, Ep. 31.*, *p. 46.*, est opinatus.

Otium Neomagense, seu Introductio in Jus publicum Germanicum, præcipuos eo facientes Scriptores exhibens. Amstelodami A. 1680., & auctior ibidem A. 1685., in 12. Neomagi est scripta, cum legatione ad Panegyrin in urbe ista Irenicam A. 1679. fungeretur, &, in gratiam Svecorum, sæpe ad res evagata Gothicas. Commendatur a D. G. Morhofio *in Epigrammate præfixo*, Joh. Georg. Kulpisio *in Diss. de studio Juris publ. recte instituendo p. 2.*, ac B. G. Struvio *in Biblioth. Juris selecta*, *c. 11.*, *§. 1.*, *p. 331.*

Institutionum Jurisprudentiæ Libri IV., jus universale & Romanum certa methodo, & utriusqve capita ex genuinis principiis, exhibentes. Kilonii 1681. in 4. Recensus operis hujus Encomiasticos, ex Autoris ac solidioris Jurisprudentiæ studiosos præfatione, exhibuerunt Lipsienses (*præ compluscnlis aliis libellis Isagogicis cupidæ legum juventuti* illud *commendantes*, &, *in obligationum inprimis jure tradendo, cum multis, in hoc doctrinæ genere occupatis*, *de palma contendere* judicantes), *in Actis Erud.*, *M. Apr. A. 1682.*, *p. 123. 124.*, ac Georg. Paschius *in Tr. de curiosis seculi hujus Inventis*, *c. 5.*, *p. 277-283.* Iniqviores contra in istud sunt Nicol. Christoph. Lynckerus, *in Instructorio forensi* (*Lib. I.*, *c. 1.*, *§. 5.*, *lit. F. 2. a.*), Rachelium, aliosqve, methodo Pandectarum neglecta, nova Jurisprudentiæ effingentes Systemata, *magis confundere, qvam juvare*, contendens, & B. G. Struvius, cui (*l. c.*, *c. 4.*, *§. 4.*, *p. 213.*) ex Aristotelis libros hos deprompsisse videtur Moralibus.

β. ALIENA, EDITA AC ILLUSTRATA.

Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X., Græce, cum Dionys. Lambini Versione Latina, a Matthia Bergio interpolata. Accesserunt huic editioni Loca parallela ex ejusdem Magnis Moralibus, Eudemiis, Politicis & Rhetoricis, singulorum item capitum summaria, & in Paragraphos sectio, cura Sam. Rachelii: Cujus etiam præmissa est in universam Aristotelis Philosophiam Moralem Introductio. Additus etiam est Matthiæ Bergii Index variarum lectionum & notularum qvarundam. Helmstadii 1660. in 4. Editionem hanc Vinc. Placcius, *in Epitome Consilii de studio Philos. Practicæ p. 25.*, *omnium esse commodissimam, & distinctione versuum, versione præ reliqvis tolerabili, ac locorum parallelorum marginalium usu, maxime commendabilem*, judicat. *Introductio* Rachelii *ad Philos. moralem*, ei præmissa, commendatur ab Herm. Conringio (*doctissimam* vocante) *in Epistolis p. 421.*, Val. Henr. Voglero *in Introduct. ad notit. bon. Scriptt.*, *c. 10.*, *p. 52.*, D. G. Morhofio *T. III. Polyhist.*, *Lib. I.*, *p. 2.*, B. G. Struvio *in Biblioth. Philos.*, *c. 6.*, *§. 11.*, *p. 113.*, & Seb. Kortholto (cui *politissima* audit) *in Diss. de doctrinæ morum scriptoribus p. 12.*

Veterum Scholiastarum Græcorum, Aspasii, Eustratii & Michaelis Ephesii, aliorumqve, Commentationes eruditissimæ in Aristotelis Opus Ethicum ad Nicomachum, ex translatione Latina Joh. Bernh. Feliciani, a Rachelio iterum publicatæ, & ad suam Nicomachicorum editionem accommodatæ. Helmst. 1662. in 4. Præfixa est Herm. Conringii ad Rachelium Epistola (in *Epistolarum etiam & Præfationum* Conringianarum Syntagmate, *p. 418-428.*, obvia), partim de tribus istis Commentatoribus fusius differens, partim vero nostri, in iis edendis, institutum summis ornans laudibus.

Ludovici Montaltii (*i. e. Blasii Paschalis, Nobilis Galli, scriptis etiam aliis Theologicis & Physicis famam adepti, ac A. 1662. mortui* (1.)) Literæ Provinciales de Morali & Politica Jesuitarum disciplina, a Wilh. Wendrockio, Theologo Salisburgensi (*i. e. Pet. Nicolio, Jansenista*), e Lingva Gallica in Latinam translatæ, & cum Notis Theologicis Coloniæ A. 1652. editæ, qvibus tum Jesuitarum adversus Montaltium criminationes repelluntur, tum præcipua Theologiæ Moralis capita a novorum Casuistarum corruptelis vindicantur: Denuo nunc publicatæ a Sam. Rachelio, cujus accedit Examen Probabilitatis, qvam Jesuitæ, noviqve Casuistæ, præcipuum Theologiæ suæ moralis fundamentum constituerunt, una cum Actis de Pontificis Romani infallibili, circa qvæstiones facti, autoritate Parisiensibus. Helmstadii A. 1664. in 4. Præfixa est Herm. Conringii ad Rachelium Epistola (*in Syntagmate Epistolarum & præfationum*, *p. 454-464.*, recusa), historiam scriptorum, in collectione hac editorum, exponens, ipsius in iis recensendis laborem, & *Probabilitatis Examen*, deprædicans, eumqve (uti & A. 1662., *in Epistola*, *Scholiastis Nicomachicorum* præmissa, ab illo erat factum) serio exhortans, ut Jesuitarum etiam *æqvivocationes*, *restrictiones mentales*, *cæteraqve monstrosa doctrinæ moralis capita*, *stylo suo pariter confodiat, Herculis ἀλεξικάκου nomen & laudes eo facto a grata posteritate meriturus.* *Probabilitatis Examen* Sam. Pufendorfius etiam, *Lib. I. de Jure nat. & gent.*, *c. 3.*, *p. 39.*, D. G. Morhofius *T. III. Polyhist.*, *Lib. I.*, *p. 8. 119.*, Thom. Stegerus *in Diss. de Probabilitate*, *§. 2. 8. 9.*, Ant. Itterus *in Synopsi Philos. Mor.*,

(1.) V. Vinc. Placcii *Tr. de Scriptt. Anon. & Pseudon. p. 227.*, & *T. II. Theatri Anon. ac Pseudon. p. 447. 448.*, W. E. Tenzelii *Dial. menstr. Germ.*, *M. Oct. A. 1693.*, *p. 803. 804. 805.*, & J. F. Mayeri (inscriptionem Epitaphii ejus recitantis) *Disp. an pro Veritate religionis sacramento contendere liceat*, *§. 7.*, *p. 18. 29. 30.*

Mor., *Lib. 2.*, *c. 3.*, *p. 98.*, & alii plures, commendarunt. Impugnavit contra idem Honoratus Fabri, Jesuita Gallus doctissimus, in scripto peculiari, *Apologetico* suo *doctrinæ moralis Societatis Jesu, variis Tractatibus diversorum Autorum confutanti opuscula*, Lugd. Gall. A. 1670. & Coloniæ A. 1671. *in fol.* edito, sub eadem Bernh. Stubrockii, Theologi Viennensis, larva inserto, sub qva antea *Notas in Notas Wendrockii* Bruxellis A. 1659., & *Refutationem XVIII. Epistolarum Montaltii* Coloniæ A. 1660. (teste Nath. Sothwelli *Biblioth. Jesuitica p. 350.*), ediderat. Cui adversario se *Vindicias* repositurum Rachelius, *in Epistola* ad Marqv. Gudium, d. 2. Febr. A. 1673. exarata, & in Gudianarum, qvæ Trajecti ad Rhenum A. 1697. prodierunt, *adoptiva Appendice*, *n. 24.*, *p. 61. 62.*, obvia, pollicitus qvidem est, sed promissis haud satisfecit.

M. Tullii Ciceronis de Officiis Libri III., cum Commentario Philosophico-Juridico, qvo omnia ad Juris naturæ principia cumprimis revocantur, cum aliorum Philosophorum, præcipue Peripateticorum, placitis conferuntur, illustrantur, & partim emendantur. Præmissa sunt Prolegomena, qvibus natura honesti, aliaqve, ad Jus naturæ spectantia, explicantur, cum Programmate ad prælectiones in libros hos Ciceronis invitatorio, Helmst. A. 1661. publicato. Francof. A. 1668., Amstel. A. 1686., & (*si Catalogo credendum nundinali*) Dresdæ A. 1701., in 8. Recensus Encomiasticos editionis hujus, & *Commentarii* Racheliani (e qvo Notæ etiam selectæ, cum aliis Virorum eruditorum, in Joh. Georg. Grævii *librorum* Tullii *de Officiis* editione, Amstelod. A. 1688. *in 8.* excusa, locum invenerunt), exhibent Parisienses *in Diario Erud. Gallico anni 1688.*, *num. 16.*, *p. 417. 418.*, & Joh. Clericus (nostrum, qvod & ab ipsomet *in præfatione* est monitum, *in Commentario*, perpetuam sententiarum Ciceronis, Stoicos secuti, cum Aristotelis, Juris Romani & Grotii, placitis instituere comparationem, & Aristoteli plerumqve applaudere, recte observans) *in Bibliotheca Universali Historica, T. V.*, *M. Majo A. 1687.*, *p. 265. 266. 267.* Recusus est etiam hic Comm. in Joach. Meieri, J. U. D. & Prof. Götting., editione, Goslar. A. 1721. in 8. Iniqvam Conr. Sam. Schurtzfleischii de hoc Rachelii labore censuram supra jam recitavimus. Longe æqvius de illo alii judicarunt Viri eruditi. E qvibus Casp. Sagittarius (*in Comm. de vita Cic. p. 159.*) his ei verbis adversus Schurtzfleischium est patrocinatus: *Rachelii operam etsi sciolus Judiciorum de novissimis prudentiæ civilis Scriptoribus Autor elevare voluit, amplam tamen laudem, & bonorum omnium punctum, meretur, & magis indies merebitur.* Lipsienses (*in Actis Erud.*, *M. Oct. A. 1692.*, *p. 467.*), *solum Rachelium Philosophice in Cic. de Officiis libros, inter tot illorum Exegetas, commentatum esse*, observant, & non immerito mirantur. Phil. Andr. Oldenburgerus (*in Itinerario Germaniæ Politico p. 387. 388.*) *Comm.* hunc vocat *doctissimum*, & Ciceronis *de Officiis libros*, eo illustratos, ab ipsis Principibus & magnatibus diurna ac nocturna manu censet evolvendos, Tacitoqve præferendos. Commendarunt qvoqve eundem Joh. Schefferus *in Diss. de Generosi nobilisqve informatione literaria p. 21. 46.*, D. G. Morhofius *T. III. Polyhist.*, *Lib. I.*, *p. 5.*, Joh. Pet. Titius *in Manuduct. ad excerpendum p. 304.*, Joh. Franc. Buddeus *in Historia Juris naturæ, inter Selecta J. N. & G. obvia*, *§. 38.*, *p. 51.*, Joh. Dav. Schwertnerus *in Idea Philosophiæ Epictetica*, Lipsiæ A. 1681. edita, *p. 36.*, Joh. Alb. Fabricius (*eximium* vocans) *Lib. I. Biblioth. Latinæ*, *c. 8.*, *p. 123. Ed. sec.*, Seb. Kortholtus (*annotationes omnium sermone celebratas* appellans) *in Diss. de doctrina morum Scriptoribus p. 12.*, & B. G. Struvius *in Biblioth. Philos.*, *c. 6.*, *§. 5.*, *p. 108.*

II. GERMANICUM.

Wahrhaffter Bericht desjenigen, was, zwischen ihrer Kön. Mai. zu Dennemarck, und des mitregierenden Hertzogen zu Holstein-Gottorf Hochfürstl. Durchlauchtigkeit, A. 1675. zu Rendesburg, und nachgehends, biß auf den Martium des 1677. Jahres, vorgekommen: Nebst kurtzer Wiederlegung einiger Dänischen Schrifften. Wobey das Königliche an den Fürsten abgelassene Schreiben, und die darauf ergangene Antwort, die Seqvestration des Hertzogthums Sleswig betreffend. Alles auf Fürstl. Befehl abgefasset und außgegeben. A. 1677. in 4. De scripto Danico, qvo Narratio hæc ἀδέσποτος A. 1679. Germanice est impugnata, & *Apologia* nostri Latina, A. 1679. ibi reposita, supra, in *Apologiæ* recensu, monita possunt relegi.

INEDITA ET AFFECTA.

Comm. in Hug. Grotii libros III. de Jure belli & pacis, qvem A. 1668., *in præf. Comm. ad Cic. libros de Officiis*, promisit, A. 1671., ante qvadriennium jam absolutum fuisse, Marqv. Gudio, *in Epistola*, mihi lecta, significavit, & A. 1675. *in Diss. de Capitulatione regni Germanici p. 44. 46. 49.*, allegavit. Eundem D. G. Morhofius, *T. III. Polyhist.*, *Lib. VI.*, *p. 74.*, mentione dignatus est honorifica, C. S. Schurtzfleischius autem, in censura de nostro, supra recitata, expectationi eruditorum haud satisfacturum esse conjecit.

Diss. de Poenis, *in Otio Neomagensi p. 108.* promissa.

Alia Opuscula argumenti moralis affecta, qvorum editionem Herm. Conringius A. 1662., in *Epistola*, editioni ejus Scholiastarum in Ethica Aristotelis Græcorum præfixa, ab ipso efflagitavit.

[De Libello Scriptoris ὁμωνύμου sacro, per Lipenium & Königium perperam ei attributo, *statim* dicetur.)

SAMUEL RACHELIUS, Dithmarsus, filius Samuelis, Pastoris ad ædem S. Annæ, ejusqve in officio successor, natus Anno 1640. Obiit A. 1679.

Novantiqvitas doctrinæ de S. Trinitate, qva refutatur *Magnus* ille *Amicus honesti* (1.), qvi in nuper edita (2.), & per Eiderstadiam ac Dithmarsiam sparsa, Dissertatione (*Utri partium de S. Trinitate disputantium, post longa certamina, victoria tribuenda sit?*), eam impugnavit. Lubecæ 1665. in 8. Male hæc Sam. Rachelio, JCto, modo celebrato, a Georg. Matth. Königio (*in Biblioth. V. & N.*, *lit. R.*) & Mart. Lipenio (*P. II. Biblioth. Theol. realis p. 878.*, *ac in Indice operis*) tribuitur, sicut *in Homonymoscopia*, *Sect. II.*, *c. 7.*, *p.*, *§. 104.*, *p. 713. 714.*, jam est monitum.

Wunderhochzeit des Herren Christi zu Cana in Galilæa, auß Joh. II., in einer Predigt vorgestellet. Lubecæ 1666. in 4. (*Catal.*)

Gedächtniß der S. Annen-Kirche in Dithmarschen, in einer an S. Annen Tage gehaltenen Predigt, auß Matth. XII. 46-50., vorgestellt. Hamburgi 1671. in 8.

Carmen Trochaicum non invenustum Joach. Rachelii, Rectoris Slesvicensis, patruelis sui, Panegyri Menippeæ A. 1669. præfixit.

HERMANNUS MATTHIAS RADEMACHER, Hamburgensis, J. U. Licentiatus & in patria Practicus, A. 1716. superstes.

Disp. de Injustitia Vocationis, factæ ad clamorem populi, Præside D. Justo Henningo Böhmero defensa. Halæ 1703. in 4. V. de illa *Nova Literaria Germaniæ*, *M. Majo A. 1703.*, *p. 179.*

Disp. Inaug. de Jure circa Correctionem disciplinarem. Hardervici 1711. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 34.*

JOACHI-

(1.) Sive (qvi sub larva hac Anagrammatica latet) *Joachimus Stegmannus* Junior, Pastor Socinianorum initio Polonicus, & deinde Claudiopolitanus in Transsylvania. *V. Chr. Sandii Biblioth. Antitrinitariorum p. 161. 162.* (2.) Latine A. 1649. & 1657., ac Belgice A. 1649., in 8. V. Sandium *l. c.*

JOACHIMUS RADEMANN, Arithmeticæ mercatoriæ in urbe Hamburgensi magister.

Neues, nützliches, und zur ietzigen Kaufmanschaft und Handlung dienliches Buchhalterwerck. Hamburgi 1682. in fol.

Gründliche Erklärung, darinn gewiesen wird, wie 1. die Lagio pro cento, in Verwechselung der Gelder, 2. die Interesse und Rabatt, 3. der Thara pro cento, 4. die ausländischen Wechsel, nach der Regula Detri gerechnet werden. Hamburgi 1687. in 4.

Uebung des Buchhaltens. Hamb. A. 1687., und vermehrter A. 1698., in 4.

Der Stadt Hamburg stets blühender Wechselbaum, von allerhand ein- und ausländischen Wechselblumen. Hamb. 1698. in 4., & auctior ibidem A. 1717. in 4.

Werthgeschätzter Handelsmann, oder General Buchhaltens-Werck. Hamb. 1713. in fol.

HENRICUS RADEMIN, Hamburgensis, J. U. L.

Disp. contra vulgatum dictum: *Unus testis nullus testis*; Præside D. Joh. Amselio. Regiomonti 1695. in 4.

Disp. Inaug. de jure Bodmeriæ, Præside D. Henr. Bodino. Halæ 169.. in 4. (*V. Catal. Scriptorum, a Professoribus Halensibus editorum, p. 16.*

M. GEORGIUS RADIGINIUS, Slesvicensis, Philosophiæ & Medicinæ in Acad. Julia (in qva A. 1604. Dunc. Liddelii *Disp. Pathologicam tertiam*, & A. 1606. Joh. Fridæ, Osnabrugensis, *Disp. Pathologicam secundam*, publice est tuitus) cultor haud infelix, in Chersoneso patria A. 1623. superstes; qvem Phil. Fabricius, in Oda ad eum, *Sylloge carminum suorum in obitum Joh. Nannii funebrium* A. 1617. inserta (1.), *Philosophum acutissimum, clarum Slesvigii jubar*, & *oculum orbis aureum*, salutare non dubitavit.

Συζήτησις de definitione & divisione Philosophiæ, & veræ germanæqve Logicæ constitutione. Helmst. 1606. in 4.

Disputationum Logicarum Prima de Prædicamentis & Prædicabilibus, Secunda de Enunciatione, ejusqve principiis & speciebus, ac Tertia de affectionibus Enunciationum, oppositione & conversione. Helmst. 1606. in 4.

Prosphonesis ad Matthiam Boethium, Strandfrisium, *Libris* hujus *tribus de Cataclysmo Nordstrandico*, Slesvigæ A. 1623. *in 8.* excusis, subjuncta.

Oraculum Sibyllæ Græcum, ab eo Latine redditum, notisqve illustratum, qvod MS. in Bibliotheca aulica Gottorpiensi superesse hujus *Catalogus* testatur.

JOHANNES JOACHIMUS RAGWITZ, Hamburgensis, scholæ Flensburgensis Trivialis Marianæ ab A. 1687., & deinceps Kiloniensis ab A. 1704. Pædagogus atqve Arithmeticus.

Gottgeheiligte Schul-Andacht, ein Reimen-Gebetbüchlein, Catechismus-Fragen, das grosse Einmahl Eins &c. begreiffend. Hamburgi (seu potius Flensburgi) 1704. in 12.

M. HERMANNUS RAHTMANNUS, Lubecæ A. 1585., patre Hansio, matre vero Anna Lennepelia, natus, ab his initio mercaturæ, deinde vero, svasu D. Ott. Gvaltperii, Rectoris, studiis, destinabatur, horumqve προπαιδεύματα in scholis patria, Ratzeburgensi & Magdeburgensi, edoctus, Philosophiæ & Theologiæ sacris Lipsiæ ac Rostochii initiabatur. Coloniam hinc, ut dogmatum rituumqve Pontificiorum accuratiorem sibi pararet notitiam, profectus, cum officinæ aliqvamdiu correctorem egisset typographicæ, doctrina insigni, in conflictibus, in qvibus sæpe Theses propositas publice impugnaverat, perspecta disputatoriis, non Ephoriam solum Juvenum aliqvot ditiorum, a Canonico qvodam, illorum patruo, sibi commissam, sed & Magistri titulum, a Professoribus Philosophiæ Pontificiis & sponte oblatum, & gratis, juramentoqve religionis, qvod Lutheranus esset, remisso, collatum, promeruit. Hoc impetrato, cum ad Apostasiam subinde sollicitaretur, Lipsiam remigravit, ac, locum inter Ordinis Assessores adeptus Philosophici, Collegiis privatis & Disputationibus publicis brevi inclaruit. Lipsia A. 1612. in urbem Borussiæ Dantiscanam a Senatu est evocatus, & ædis initio Johanneæ, deinde vero A. 1617. Marianæ, constitutus Diaconus, ac tandem A. 1626., ut a Pastore hujus contentioso, D. Joh. Corvino, sejungereretur, & hoc pacto controversia, qvam is ipsi, ἑτεροδοξίας insimulato, moverat, paulatim sedaretur, Catharinææ Antistes designatus primarius. Morbo tandem fatali, cum e conjuge Catharina, Enochi Hützingii, Pastoris Johannei, filia, A. 1614. ducta, duos nobilioris, & qvatuor seqvioris sexus liberos, sustulisset, correptus, morte placida, post preces ardentissimas, pro ipsis etiam adversariis, ad Deum effusas, d. 30. Jun. A. C. 1628., & ætatis 43., expiravit. Certaminis sacri, a Corvino Collega, ob scriptorum initio Joh. Arndii defensionem, & phrases postea de Verbi divini externi efficacia obscuriores atqve suspectas, ipsi moti (in qvo Corvino Witebergenses, Regiomontani & Jenenses Theologi, nostro autem Rostochienses & sex Collegæ Dantiscani, ut singulos sacrorum Doctores, alterutri patrocinatos, taceam, suppetias scriptis tulerunt publicis), historiam, cum prolixior sit, una cum aliis ad vitam ejus spectantibus, & Scriptorum indice, Tomo operis hujus reservamus ultimo. Consulantur interim, præter scripta utriusqve partis ἀμοιβαῖα Polemica, fusius ibidem enumeranda, Mich. Blanckii, Diaconi Gedanensis Catharinæi, Sermo in exeqviis ejus funebris Germanicus, in locum 1 Cor. IV. 9-13. habitus, &, cum Appendice Biographica (doctrinam illius vitæqve sanctitatem celebrante), Thorunii A. 1628. & Lipsiæ A. 1629. *in 4.* excusus, Christoph. Hartknochii *Historia Prussiæ Ecclesiastica*, Germanice edita, *Lib. III., c. 8., p. 798-816.*, & *Prussia vetus ac nova*, itidem vernacula, *p. 502, 503.*, ac Gotfr. Arnoldi *Tomus III. Hist. Eccl., c. 12., p. 112-119.*

NICOLAUS RAIMARUS URSUS, Hensteda Dithmarsus, & Danis proinde ab Alb. Bartholino (2.) perperam annumeratus (3.), e qvo Georg. Matth. Königium (4.) duos diversos effinxisse scriptores a Pet. Bælio (5.), erroris haud admodum diversi sub finem Elogii hujus convincendo, jam est notatum, an URSI agnomen gentilitium habuerit, vel ipsemet adsciverit, ignoro. Ipse certe ad istud allusit, dum suo *de Astronomicis Hypothesibus* adversus Braheum, Rohtmannum & Röslinum, Tractatui, A. 1597. edito, verba hæc Hoseæ, Vatis sacri (6.), in titulo præfixit: Ἀπαντήσομαι αὐτοῖς ὡς ἄρκτος. Subulcus ἀναλφάβητος fuit ad annum usqve ætatis XVIII., qvo horas, qvas porcorum suffurabatur custodiæ, succisivas legendi, literasqve pingendi, exercitiis cœpit impendere. Hoc pacto a suum cura, exemplis forte Sixti V., Pontificis (7.), & Pet. Damiani, Cardinalis (8.), qvos subulcos itidem in prima juventute fuisse constat, similibus animatus, ad literarum studia felici adeo successu transiit, ut, licet ὀψιμαθὴς, ingenii solertis ope, non lingvas solum, Græcam, Latinam atqve Gallicam, sed Poesin etiam, Philosophiam, scientiasqve præsertim Mathematicas, & ex his Astronomiam maxime & Geometriam, brevi temporis spatio, & plerasqve qvidem αὐτοδιδάκτως,

(1.) *Lit. C. 2. b. C. 3. a. b.* (2.) *In Lib. de Script. Dan. p. 109.* (3.) V. *Hypomnemata* mea *ad Alb. Bartholini librum p. 350.*, *& Spicileg. illorum p. 22.* (4.) *In Biblioth. Vet. & nov.* sub *Raimari* ac *Ursini* nominibus. (5.) *T. II. Dictionarii Hist. & Critici, P. II, p. 1234. Ed. primæ, & T. III. p. 2998. Ed. secundæ.* (6.) *C. XIII. v. 8.* (7.) V. Greg. Leti *Vitam illius.* (8.) V. Franc. Harzi *Vitas SS., ad d. 22. Febr., p. 199.*

Jos, perqvam sibi reddiderit familiares (1.). Scholas enim, sicut ipsemet, *rusticum* se vocans *Dithmarsum*, in *Tractatu* paulo ante laudato (2.), testatur, *uti sus hortum, percurrit, & vix a limine salutavit, sed a stiva illico in remp. literariam, singulari qvodam fato aut genio, irrupit.* In Mathesi & Astronomia tamen doctorem suum fuisse agnoscit Justum Byrgium, Helvetium, Gvilhelmi (non Philippi, qvem in hujus olim (3) locum memoriæ substitui vitio) & Mauritii, Hassiæ Landgraviorum, Mechanicum & horologiarium, qvem *artificis artificiosissimi, summi Astronomi, Geometræ ac Mechanici, nec non Præceptoris instructorisqve sui in Astronomicis exercitiis fidelissimi, longeqve charissimi,* dignatus est elogio (4.). Patroni studiorum juveni obtigerunt Henr. Ranzovius, Prorex Cimbricus, & eruditorum Mæcenas, cujus sumptu ac auspiciis primi fœtus ingenii ipsius, Evergetæ huic inscripti, *Grammatica* sc. *Latina* A. 1580., & *Geodæsia Ranzoviana* A. 1583., lucem viderunt publicam (5.), & Gvilhelmus, Hassorum Princeps, sideralis doctrinæ amantissimus pariter atqve peritissimus, cui se *unico ac soli pleraqve, ac fere omnia illa, qvæ in Astronomicis sciat, accepta referre* profiteri non dubitavit (6.). E patria digressus, vitam juvenum informatione toleravit nobilium, & in Dania qvidem anno 1584., cujus M. Septembri Ericum Langium, Virum nobilem, herumqve suum, Tychonem Braheum, inclytum Astronomiæ instauratorem, in arce Huenæ insulæ Uraniburgica invisentem, est comitatus (7.). In hoc itinere Tychoni, qvem *de se qvam optime meritum esse,* in medio certaminis contra illum literarii æstu, haud ausus est diffiteri (8.), primum innotuit, sed exiguam discessurus retulit gratiam. Publice enim ab illo, uti fusius deinceps narrabitur, qvod hypothesin suam Astronomicam, cujus delineationem in scheda qvadam repererat, sibi tunc surripuerit, & leviter postea immutatam, velut inventum proprium, in aula Hassiaca, & aliis Germaniæ locis, furti hujus ignaris obtruserit, est accusatus. Qvod plagii crimen noster qvidem falso sibi impingi respondit, nec tamen inficias ire potuit, se, Uraniburgi commorantem, domunculam Tychonis depinxisse, & carmina qvædam, ignaro illo descripta, chartulis illevisse, nocte ante discessum penultima, ab ejus ministris, Domini haud dubie instinctu, sibi surreptis (9.). Nec publice gloriari erubuit (10.), Tychonem, præsente Langio, ad certamen de rebus Geometricis a se provocatum, qvod rudis esset hujus scientiæ, istud detrectasse, seqve postea odio persecutum esse irreconciliabili. Patet autem ex hactenus allatis, Tychoni ipsi nunqvam eum esse famulatum, & perperam proinde, cum a Christoph. Rohtmanno (11.) pro Chalcographiæ illius Uraniburgicæ typotheta fuisse habitum, tum a Georg. Rollenhagio, Gymnasiarcha Magdeburgensi, *ministrum* ejusdem *fugitivum,* in literis ad illum suis (12.), appellatum. Qvorum utriqve ipsemet publice, satisqve mordaciter, A. 1597. contradixit (13.). E Dania in Pomeraniam A. 1585. delatus, in extremis hujus versus Poloniam finibus, Georg. Svavenii & Andreæ a Walde, Virorum nobilium, filios in Grammatica & Arithmetica instituit, ac Kal. Oct. novum, si ipsi credas, Systema excogitavit Astronomicum (14.). Istud A. 1586. Magdeburgi, in transitu, Georg. Rollenhagio, a qvo humaniter se esse exceptum, & viatico sponte donatum, testatur (15.), & deinde, Kal. Maji, in aula Cassellana, Gvilhelmo, Hassiæ Landgravio, detexit. Qvem, structura ejus orichalcea, a Justo Byrgio, Mechanico suo, confecta, cum suo hanc munere rite persungi, summa cum admiratione, observasset, hilari se fronte, & grato satis animo, itidem esse complexum perhibet (16.). Non satisfecit tamen Christoph. Rohtmanno, Principis Mathematico, qvi illum, Tychonem, amicum suum, conviciis, coram pictoribus, aliisqve, qvorum sodalitio gaudebat, opificibus, ausum proscindere, repressit, & Tychoni, de invento, qvod jactabat, musteo certiori per epistolam reddito, sua sibi vindicandi præbuit occasionem (17.). Cassellis, ubi Principis benignitate aliqvamdiu erat sustentatus, in Academiam migravit Argentinensem, &, patronos nactus Melch. Junium, Rectorem, Laur. Tuppium, JCtum, & Dav. Wolckenstenium, Matheseos Professorem, hujus permissu, A. 1587. & seqventi biennio, studiosos in Mathesi privatim instituit, auditorumqve sumptibus, ob inopiam (18.), A. 1588. *Fundamentum Astronomicum,* & A. 1589. *Metamorphosin Logicæ,* Scholarchis inscriptam Argentinensibus, edidit. Pragam tandem Bohemorum non multo post a Rudolpho II., Imperatore, evocatus, non Mathematici solum aulici dignitatem, sed, teste Tych. Braheo (19.), Matheseos etiam in Academia professionem, obtinuit, & patrono præsertim gavisus est Jac. Curtio, Consiliario Rudolphi intimo, & S. Rom. Imp. Procancellario, ejusdem peritissimo. Cui, A. 1594. defuncto, carmine ab ipso parentatum est heroico. Suam in muneribus hisce αὐτάρκειαν ipse, *in Tr. de Hypothesibus Astronomicis* (20.), verbis deprædicavit seqventibus: *Me minime esse impostorem* (pecuniæ cupidum), *ipsam Cæsaream sacrosanctam majestatem, muneribus me aliqvoties clementissime ornare volentem, perqve suos Camerarios ministros invitantem, meqve semper abnuisse, atqve omnino nihil, præter ordinarium stipendium, inhiasse, scientem, appello, testemqve voco.* Qvæ tamen conciliari vix possunt cum Epilogo ejusdem libelli de paupertate sua, qvæ plura propriis excuso sumptibus adjicere prohibuerit auctaria, & Principum magnatumqve qvorundam, ne obulo qvidem conatus suos sublevantium (qvibus *ingenia sordida, illiberalia, servilia, humi, more opificum, reptantia, magisqve ad rastra, qvam ad astra, idonea,* exprobrat), tenacitate, qverulo, prosaico partim, partim vero metrico (21.). Tractatum hunc *de Hypothesibus Astronomicis,* suis A. 1597. Pragæ impensis editum, tot in adversarios, præsertim vero Tych. Braheum, calumniis, mendaciis, scommatis & dicteriis, scurra, qvam homine erudito, dignioribus, opplevit, ut Joh. Jessenius, Medicus doctissimus (22.), seqvens de illo merito tulisse videatur judicium: *Ante annos pauculos, qvidam ingeniosus & doctus, sed absqve religione & virtute homo tetricum & famosum contra præstantissimum hunc virum* (T. Braheum) *divulgavit scriptum, qvale, in hoc genere, non vidit antiqvitas, nec fortassis unqvam spectatura est posteritas. Non sat fuerat infamatori illi plagium committere literarium, & Tychonis hypothesin, Uraniburgi repertam, falsarie pro proprio invento venditare; nisi etiam Virum aviti generis, summæ eruditionis, inculpatissimæ vitæ, cum tota ipsius honestissima familia, sexcentis contumeliis, & totidem mendaciis, apud alios, si non deformatum, suspectum saltem, reddidisset. Et profecto jure actum cum hoc fuisset, velut etiam jam agi coeptum fuerat, nisi mors feram illam singulari beneficio affecisset, & poenæ subduxisset commeritissimæ.* Tot scilicet in Tychonem injuriarum, ac rumorum de illo mendacissimorum, privatis sparsorum sermonibus, cum Raimarus sibi esset conscius, Viri hujus illustris, in aulam Pragensem a Rudolpho II., Imperatore, A. 1598. evocati, adventum, sicut ipse Tycho facturum eum esse solerter jam, in Epistola ad Christ. Longomontanum, conjecerat (23.), noluit opperiri, sed, metu actionis adversus se forensis, poenarumqve imminentium, Praga se, aliqvot, anteqvam

(1.) V. Ant. Heimreichii *Chronicon Dithmarsiæ, Lib. III. c. 7., p. 286., P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 3., p. 628. 629.,* & Seb. Kortholti, hanc secuti, *Diss. de Studio Senili p. 35.* (2.) *Lit. G. 1. a.* (3.) *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 12., p. 620.* (4.) V. *Epp. dedicatorias Tr. de Hypoth. Astron. & Fundamenti Astronomici.* (5.) V. Scripta ipsa, & Pet. Lindebergii *Hypotyposin Ranzovianam, c. 3., p. 65.* (6.) *in Ep. Dedic. Tr. de Hypoth. Astron. p. 9.* (7.) V. Tych. Brahei *Ep. ad Chr. Rohtmannum,* A. 1589. scriptam, *Lib. I. Epp. Astron. p. 149.,* Pet. Gassendi *Lib. II. de vita Tychonis p. 59.,* & ipsius Reimari *Ep. Dedic. Tr. de Hypoth. Astron. p. 8.* (8.) *in eadem Ep. Dedic. p. 7.* (9.) V. *Tr. de Hypoth. Astron. lit. F. 2. a.* (10.) *in Carmine, eidem Tractatui præfixo.* (11.) *in Epist. ad Tychonem, A. 1586. scripta, Lib. I. Epistolarum hujus Astron., p. 33.,* & apud Gassendum *Lib. V. de vita Tychonis p. 166.* (12.) *teste Tychone, in Ep. ad Rohtmannum, n. 7. laudata.* (13.) *in Tr. de Hypoth. Astron. lit. E. 3. a. F. 1. a. F. 2. a.* (14.) V. *eundem Tr., lit. D. 2. b. E. 3. a., & Ep. Dedic. ejusdem p. 3.* (15.) V. *eundem Tr. lit. F. 2. a., & Tychonis Epistolam, n. 7. allegatam.* (16.) V. *Ep. Dedic. Tr. de Hypoth. Astron. p. 3. 4. 5.* (17.) V. *eandem Dedic. p. 4. 5., & Tr. ipsum lit. E. 3. a. b.,* Rohtmanni *Epistolam, n. 11. laudatam,* & Gassendum *l. c., L. 2. p. 59., ac L. 5. p. 166.* (18.) V. *Ep. dedic. Fund. Astron.* (19.) *in Ep. ad Christ. Longomontanum, laudata a* Gassendo *l. c., Lib. V., p. 159.* (20.) *lit. F. 2. a.* (21.) *lit. K. 1. a.* (22.) *in Or. de vita & morte Tych. Brahei p. 11. 12.* (23.) V. Gassendum *l. c., Lib. V., p. 159. 166.*

teqvam adverſarius hanc ingrederetur, ſeptimanis, clam alio ſubduxit. De qva illius fuga Tycho, illuc delatus, A. 1599. Longomontanum ſuum, cui profeſſionem Matheſeos Pragenſem, a Raimaro deſertam, votis deſtinabat tacitis, verbis denuo certiorem reddidit ſeqventibus (1.): *Cæterum de fera iſta Dithmarſica, nimis efferа & bruta, ut aliqva ſubjungam, licet indigna ſit, cujus recordetur, ſcias iſtam, ante aliqvot ſeptimanas, prout nuper reſcivi, Praga ſe ſubduxiſſe, ſive male ſibi conſcia, & qvod juſtas poenas per leges formidaret, ſive qvid aliud ſinu ſuo, latenter more ſuo, ruminans. Sed inveſtiganda tamen ſuo tempore per otium, atqve in jus pertrahenda & punienda, qvod etiam optimi qviqve Pragæ ſvadent.* Sed hoc metu Raimarum liberavit mors opportuna, qvæ, teſte Jeſſenio (2.), profugum paulo poſt, eodem, niſi fallor, anno 1599., incertum qvo in loco, oppreſſit vivisqve exemit.

Anſam ſimultatibus inter illum & Tychonem, uti jam ante monuimus, præbuit Syſtema, qvod noſter inventum a ſe eſſe jactabat, Tycho autem ſibi ab illo ſurreptum contendebat, Aſtronomicum, a Gvilh. Gilberto (3.), Pet. Gaſſendo (4.), Joh. Andr. Boſio (5.), Sam. Reyhero (6.), &, qvi huic ſua debet, Georg. Paſchio (7.), aliisqve, paſſim obiter memoratum, ab ipſomet autem fuſius, *in Fundamento Aſtronomico*, A. 1588. deſcriptum, & A. 1597., contra Tychonem, Chriſtoph. Rohtmannum & Heliſæum Röslinum, *in Tr. de Hypotheſibus Aſtronomicis*, dictione ferme ſcurrili, defenſum. Hoc, ab Hypotheſi Tychonica vix diſcrepans, niſi qvod in eo terra, in medio mundi, circa proprium axem, fingatur eſſe mobilis, noſter, in ſcripto poſteriore (8.), & præfixa illi ad Mauritium, Haſſorum Principem, epiſtola (9.), in extremis, a ſe, Pomeraniæ finibus, Kal. Oct. A. 1585., cum Nicol. Copernici *Revolutionum libros* diligentius evolviſſet, ternasqve Ptolemæi, Ariſtarchi, ſive Copernici, hunc ſecuti, & Apollonii Pergæi, hypotheſes inter ſe contuliſſet; ac harum ultimam invertiſſet, excogitatum eſſe, perhibet. A. ſeqv. 1586., Kal. Maji, Caſſellis Gulielmo, Haſſiæ Landgravio, iſtud a ſe narrat eſſe detectum, &, cum ſtructura ejus orichalcea, a Juſto Byrgio confecta, munere ſuo, in prima illa generali, adhuc licet rudi, delineatione, rite perfungeretur, adeo placuiſſe, ut ſumma cum admiratione & lætitia exclamaverit: *Dii boni! qvot ſumma excellentiaqve ingenia talia adinvenire excogitareqve præſumſere ac tentavere? tamen nullus adhuc ſimile qvicqvam præſtare, vel perficere, potuit, licet mire miſereqve ſe torſerint. Jam vero, præter ſpem expectationemqve omnem, Deus, dans cui vult, per hominem plane ignotum, nulliusqve autoritatis & æſtimationis, eqve neſcio qvo angulo terræ prorumpentem, & ex improviſo nos accedentem, tanta, tamqve ſæpe, ac tot votis, nobis optata re benigne clementisſimeqve nos beare dignatur.* Syſtema hoc ſuum, una cum aliis Principis ac Byrgii arcanis, a Chriſt. Rohtmanno (qvem *Rotzmannum* ſcoptice ſemper appellat), Aſtronomo aulico, gloriam ſibi iſtam invidente, Tychoni, exeunte A. 1587., per Epiſtolam, inter *Aſtronomicas* Tychonis obviam, fuiſſe ait proditum, ſed velut proprium, & a ſemet ipſo, unacum aliis hypotheſibus nonnullis, excogitatum; Tychonem vero idem, leviter immutatum, & ita inverſum, ut in ipſam Apollonii Pergæi tranſiret hypotheſin, a Martiano Capella & Copernico (10.) jam deſcriptam, in reſponſoriis, ſibi poſtliminio, velut ſuum inventum, vindicare, ac Raimarum, ab eodem jam factum alieniorem, illius furto in Huena ſibi ſubrepti inſimulare, haud eſſe veritum. Ultimum acceſſiſſe addit Heliſæum Röslinum, &, in libro *de opere Creationis*, A. 1597. publicato, eandem Apollonii & Tychonis hypotheſin, plagio impudenti, pro ſua venditare, & Raimarum ſimul convitiis adoriri, non erubuiſſe. Hæc noſtri de certamine iſto relatio, in compendium contracta, δὶς διὰ πασῶν a Tychonis adverſarii narratione diſſidet, qvam verbis ipſius propriis, in Epiſtola ad Rohtmannum A. 1589. exarata, & *Libro I. Epiſtol. Aſtron.* (11.) inſerta, obviis, a Raimaro autem, *in Tr. de Hypoth. Aſtron.* (12.), repetitis, & notis qvalibuscunqve Apologeticis, margini adjectis, pro virili confutatis, proponemus: *Mirabar*, inqvit, *valde ab initio, cum legerem in tuis literis, Illuſtriſſimo Principi haſce meas hypotheſes prius cognitas fuiſſe, utpote qvi eas in avtomato qvodam expreſſas haberet. Neqve ſatis cogitare potui, qvi id fieri poſſet, ſiqvidem optime mihi conſcius eſſem, me a nullo mortalium has cognoviſſe, priusqvam ipſemet ex obſervationibus eo perducebar, qvodqve interea mecum latuerint antea non publicatæ. Verum, poſtqvam libellus* (Fundamentum ſc. Aſtronomicum) *iſtius Urſi Dithmarſici, qvem aliqvando, in qvibusdam ad me datis literis, digno elogio ornaſti, impurum appellans nebulonem, mihi transmiſſus eſſet, idqve a doctiſſimo Viro, D. Georg. Rollenhagio, Magdeburgi degenti, qvi etiam dudum antea indicarat, has noſtras hypotheſes ſibi, ante biennium, a qvodam meo fugitivo miniſtro communicatas eſſe. Ideoqve ſciens a me primum inventas, dolensqve Urſum iſtum ſibi immerito eas attribuere, librum illum mihi innoteſcere voluit, ut furtum illud cognoſcerem, & ab aliis foras eliminata mihi denuo aſſererem. Ex iſto ſatis perſpexi, unde hæc ad vos pervenerit revolutionum cœleſtium ordinatio; ſiqvidem iſte plagiarius referat, ſe, ante triennium fere, poſtqvam hanc in angulo qvodam regni Poloniæ excogitaſſet (intellige potius in inſula regni Daniæ, Huena, qvando A. 1584., in Septembri, cum nobiliſſimo Viro, D. Erico Lange, amico meo ſingulari, cui tunc inſerviebat, hic adfuiſſet, apud me clam exceptas, ut qvædam etiam alia), Illuſtriſſimo Principi Haſſiæ obtuliſſe, atqve ab ipſius Celſit. artifice, Juſto Byrgio, in orichalcicum avtomatum redactas eſſe. Sed ſatis prodit furtum ſuum iſte impoſtor, unaqve ignorantiam rei, qvam venditat. Dum enim orbem Martis totaliter Solem ambientem delineat, imitatur falſam qvandam deſignationem, qvæ neſcio qva incuria hic ita depicta erat, atqve ob id, tanqvam inepta, alicubi inter chartas meas projecta, qvam etiamnum ad manus habeo, eodem nomine reqviſitam, ut certo id ipſum pateret. Cumqve vitium iſtud, in ſchemate depingendo commiſſum, emendare neqviverit, ſufficienter intelligentibus notum reddit, ſe eam inventionem non intelligere, multo minus ejus autorem eſſe, utut hic conqviſitam ſibi impudenter arrogare, & Illuſtriſſimo Principi Wilhelmo, tanqvam propriam excogitationem, dedicare, non erubuerit. Multa inſuper alia habet in iſto libello, qvæ, licet non omnia hinc abſtulerit, tamen partim a vobis, partim ab aliis Mathematicis in Germania, ſive clam, ſive palam, corraſit, adeo ut, ſi aliena demantur, nihil fere reſtet, qvod ſuum erit. Sed faceſſat ille cum ſuo plagio, tibi & aliis eruditis, apud qvos aliqvando fuit, qvis ſit, & qvam perfrictæ frontis arrogansqve nugator, ſatis perſpectus.* Hæc Braheus, e cujus epiſtola ſuas de eodem certamine narrationes Pet. Gaſſendus (13.) excerpſit, in illius partes, qvam Raimari, qvem circumſtantiæ complures, fuga ſpontanea, mentis index male conſciæ, & ipſa in defenſione ſui inconſtantia, plagii ſuſpectum merito reddiderunt, cum plerisqve eruditis, longe pronior. Homo certe noſter fuit ſatis qvidem ingenioſus, & in literis etiam humanioribus, ac antiqvorum lectione, verſatus, ſed doctrinam, qvod τοῖς ὀψιμαθέσιν & αὐτοδιδάκτοις ſolenne eſt, ad ſcribendum attulit indigeſtam, ſtyloqve (cujus cenſuram, adverſus Tychonem & Rohtmannum, inepte nihilominus ſibi arrogavit) uſus eſt minus caſtigato, ad παῤῥησίαν contra ſe præſtantiores nimiam, calumnias & ſarcasmos mordaces, jocosqve & ineptias ſcurriles, proclivi, ac moribus Autoris ſui, qvos Ant. Heimreichius jam notavit (14.), agreſtibus & inurbanis haud diſſimili. Appoſite ſatis Naſonis de Ennio judicium, ſi leviter immutaveris, in eum qvadrabit:

Ingenio eſt magnus, moribus, arte, rudis.

(1.) apud Gaſſendum *l. c. p. 166.* (2.) *l. c., p. 11. 12.* (3.) *Lib. II. Phyſiologiæ novæ, c. 10. & 20.*, teſte Boſio, *mox allegando.* (4.) *paſſim in Vita Tychonis.* (5.) *Diſſ. III. de ſtatu Europæo, ſub finem Introductionis in notit. rerump., p. 358.* (6.) *in Diſſ. de Mundo, c. 7., lit. F. 1. a. b., & c. 8., lit. G. 1. a.* (7.) *in Tr. de Curioſis hujus ſeculi Inventis, c. 6., p. 171. 172. Ed. primæ.* (8.) *lit. C. 3. a. D. 2. b. D. 4. b.* (9.) *p. 3-8.* (10.) *Lib. I. c. 10., Lib. III. c. 25., & Lib. V. c. 3. ac 35.* (11.) *p. 149. & ſeq.* (12.) *lit. E. 4. F. 1. 2. 3.* (13.) *in Vita Tychonis, L. 2. p. 59., L. 3. p. 77. 98., & L. 5. p. 166.* (14.) *in Chronico Dithmarſico, Lib. III., c. 7., p. 286.*

Jos, perqvam sibi reddiderit familiares (1.). Scholas enim, ficut ipsemet, *rusticum* se vocans *Dithmarsum*, in *Tractatu* paulo ante laudato (2.), testatur, *uti sus hortum, percurrit, & vix a limine salutavit, sed a stiva illico in remp. literariam, singulari qvodam fato aut genio, irrupit.* In Mathesi & Astronomia tamen doctorem suum fuisse agnoscit Justum Byrgium, Helvetium, Gvilhelmi (non Philippi, qvem in hujus olim (3) locum memoriæ substitui vitio) & Mauritii, Hassiæ Landgraviorum, Mechanicum & horologiarium, qvem *artificis artificiosissimi, summi Astronomi, Geometræ ac Mechanici, nec non Præceptoris instructorisqve sui in Astronomicis exercitiis fidelissimi, longeqve charissimi*, dignatus est elogio (4.). Patroni studiorum juveni obtigerunt Henr. Ranzovius, Prorex Cimbricus, & eruditorum Mæcenas, cujus sumptu ac auspiciis primi fœtus ingenii ipsius, Evergetæ huic inscripti, *Grammatica* sc. *Latina* A. 1580., & *Geodæsia Ranzoviana* A. 1583., lucem viderunt publicam (5.), & Gvilhelmus, Hassorum Princeps, sideralis doctrinæ amantissimus pariter atqve peritissimus, cui se *unico ac soli pleraqve, ac fere omnia illa, qvæ in Astronomicis sciat, accepta referre* profiteri non dubitavit (6.). E patria digressus, vitam juvenum informatione toleravit nobilium, & in Dania qvidem anno 1584., cujus M. Septembri Ericum Langium, Virum nobilem, herumqve suum, Tychonem Braheum, inclytum Astronomiæ instauratorem, in arce Huenæ insulæ Uraniburgica invisentem, est comitatus (7.). In hoc itinere Tychoni, qvem *de se qvam optime meritum esse*, in medio certaminis contra illum literarii æstu, haud ausus est diffiteri (8.), primum innotuit, sed exiguam discessurus retulit gratiam. Publice enim ab illo, uti fusius deinceps narrabitur, qvod hypothesin suam Astronomicam, cujus delineationem in scheda qvadam repererat, sibi tunc surripuerit, & leviter postea immutatam, velut inventum proprium, in aula Hassiaca, & aliis Germaniæ locis, furti hujus ignaris obtruserit, est accusatus. Qvod plagii crimen noster qvidem falso sibi impingi respondit, nec tamen inficias ire potuit, se, Uraniburgi commorantem, domunculam Tychonis depinxisse, & carmina qvædam, ignaro illo descripta, chartulis illevisse, nocte ante discessum penultima, ab ejus ministris, Domini haud dubie instinctu, sibi surreptis (9.). Nec publice gloriari erubuit (10.), Tychonem, præsente Langio, ad certamen de rebus Geometricis a se provocatum, qvod rudis esset hujus scientiæ, istud detrectasse, seqve postea odio persecutum esse irreconciliabili. Patet autem ex hactenus allatis, Tychoni ipsi nunqvam eum esse famulatum, & perperam proinde, cum a Christoph. Rohtmanno (11.) pro Chalcographiæ illius Uraniburgicæ typotheta fuisse habitum, tum a Georg. Rollenhagio, Gymnasiarcha Magdeburgensi, *ministrum* ejusdem *fugitivum*, in literis ad illum suis (12.), appellatum. Qvorum utriqve ipsemet publice, satisqve mordaciter, A. 1597. contradixit (13.). E Dania in Pomeraniam A. 1585. delatus, in extremis hujus versus Poloniam finibus, Georg. Svavenii & Andreæ a Walde, Virorum nobilium, filios in Grammatica & Arithmetica instituit, ac Kal. Oct. novum, si ipsi credas, Systema excogitavit Astronomicum (14.). Istud A. 1586. Magdeburgi, in transitu, Georg. Rollenhagio, a qvo humaniter se esse exceptum, & viatico sponte donatum, testatur (15.), & deinde, Kal. Maji, in aula Cassellana, Gvilhelmo, Hassiæ Landgravio, detexit. Qvem, structura ejus orichalcea, a Justo Byrgio, Mechanico suo, confecta, cum suo hanc munere rite perfungi, summa cum admiratione, observasset, hilari se fronte, & grato satis animo, itidem esse complexum perhibet (16.). Non satisfecit tamen Christoph. Rohtmanno, Principis Mathematico, qvi illum, Tychonem, amicum suum, convitiis, coram pictoribus, aliisqve, qvorum sodalitio gaudebat, opificibus, ausum proscindere, repressit, & Tychoni, de invento, qvod jactabat, musteo certiori per epistolam reddito, sua sibi vindicandi præbuit occasionem (17.). Cassellis, ubi Principis benignitate aliqvamdiu erat sustentatus, in Academiam migravit Argentinensem, &, patronos nactus Melch. Junium, Rectorem, Laur. Tuppium, JCtum, & Dav. Wolckenstenium, Matheseos Professorem, hujus permissu, A. 1587. & seqventi biennio, studiosos in Mathesi privatim instituit, auditorumqve sumptibus, ob inopiam (18.), A. 1588. *Fundamentum Astronomicum*, & A. 1589. *Metamorphosin Logicæ*, Scholarchis inscriptam Argentinensibus, edidit. Pragam tandem Bohemorum non multo post a Rudolpho II., Imperatore, evocatus, non Mathematici solum aulici dignitatem, sed, teste Tych. Braheo (19.), Matheseos etiam in Academia professionem, obtinuit, & patrono præsertim gavisus est Jac. Curtio, Consiliario Rudolphi intimo, & S. Rom. Imp. Procancellario, ejusdem peritissimo. Cui, A. 1594. defuncto, carmine ab ipso parentatum est heroico. Suam in muneribus hisce αὐτάρκειαν ipse, *in Tr. de Hypothesibus Astronomicis* (20.), verbis deprædicavit seqventibus: *Me minime esse impostorem* (pecuniæ cupidum), *ipsam Cæsaream sacrosanctam majestatem, muneribus me aliqvoties clementissime ornare volentem, perqve suos Camerarios ministros invitantem, meqve semper abnuisse, atqve omnino nihil, præter ordinarium stipendium, inhiasse, scientem, appello, testemqve voco.* Qvæ tamen conciliari vix possunt cum Epilogo ejusdem libelli de paupertate sua, qvæ plura propriis excuso sumptibus adjicere prohibuerit auctaria, & Principum magnatumqve qvorundam, ne obulo qvidem conatus suos sublevantium (qvibus *ingenia sordida, illiberalia, servilia, humi, more opificum, reptantia, magisqve ad rastra, qvam ad astra, idonea*, exprobrat), tenacitate, qverulo, prosaico partim, partim vero metrico (21.). Tractatum hunc *de Hypothesibus Astronomicis*, suis A. 1597. Pragæ impensis editum, tot in adversarios, præsertim vero Tych. Braheum, calumniis, mendaciis, scommatis & dicteriis, scurra, qvam homine erudito, dignioribus, opplevit, ut Joh. Jessenius, Medicus doctissimus (22.), seqvens de illo merito tulisse videatur judicium: *Ante annos pauculos, qvidam ingeniosus & doctus, sed absqve religione & virtute homo tetricum & famosum contra præstantissimum hunc virum* (T. Braheum) *divulgavit scriptum, qvale, in hoc genere, non vidit antiqvitas, nec fortassis unqvam spectatura est posteritas. Non sat fuerat infamatori illi plagium committere literarium, & Tychonis hypothesin, Uraniburgi repertam, falsarie pro proprio invento venditare; nisi etiam Virum aviti generis, summæ eruditionis, inculpatissimæ vitæ, cum tota ipsius honestissima familia, sexcentis contumeliis, & totidem mendaciis, apud alios, si non deformatum, suspectum saltem, reddidisset. Et profecto jure actum cum hoc fuisset, velut etiam jam agi coeptum fuerat, nisi mors feram illam singulari beneficio affecisset, & poenæ subduxisset commeritissimæ.* Tot scilicet in Tychonem injuriarum, ac rumorum de illo mendacissimorum, privatis sparsorum sermonibus, cum Raimarus sibi esset conscius, Viri hujus illustris, in aulam Pragensem a Rudolpho II., Imperatore, A. 1598. evocati, adventum, sicut ipse Tycho facturum eum esse solerter jam, in Epistola ad Christ. Longomontanum, conjecerat (23.), noluit opperiri, sed, metu actionis adversus se forensis, poenarumqve imminentium, Praga se, aliqvot, an-

teqvam

(1.) V. Ant. Heimreichii *Chronicon Dithmarsiæ, Lib. III. c. 7., p. 286.*, P. *IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 3., p. 628. 629.*, & Seb. Kortholti, hanc secuti, *Diss. de Studio Senili p. 35.* (2.) *Lit. G. 1. a.* (3.) *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 12., p. 620.* (4.) V. *Epp. dedicatorias Tr. de Hypoth. Astron. & Fundamenti Astronomici.* (5.) V. Scripta ipsa; & Pet. Lindebergii *Hypotyposin Rantzovianam, c. 3., p. 65.* (6.) *in Ep. Dedic. Tr. de Hypoth. Astron. p. 9.* (7.) V. Tych. Brahei *Ep. ad Chr. Rothmannum*, A. 1589. scriptam, *Lib. I. Epp. Astron. p. 149.*, Pet. Gassendi *Lib. II. de vita Tychonis p. 59.*, & ipsius Reimari *Ep. Dedic. Tr. de Hypoth. Astron. p. 8.* (8.) *in eadem Ep. Dedic. p. 7.* (9.) V. *Tr. de Hypoth. Astron. lit. F. 2. a.* (10.) *in Carmine, eidem Tractatui præfixo.* (11.) *in Epist. ad Tychonem, A. 1586. scripta, Lib. I. Epistolarum hujus Astron., p. 33.*, & apud Gassendum *Lib. V. de vita Tychonis p. 166.* (12.) *teste Tychone, in Ep. ad Rothmannum, n. 7. laudata.* (13.) *in Tr. de Hypoth. Astron. lit. E. 3. a. F. 1. a. F. 2. a.* (14.) V. *eundem Tr., lit. D. 2. b. E. 3. a., & Ep. Dedic. ejusdem p. 3.* (15.) V. *eundem Tr. lit. F. 2. a., & Tychonis Epistolam, n. 7. allegatam.* (16.) V. *Ep. Dedic. Tr. de Hypoth. Astron. p. 3. 4. 5.* (17.) V. *eandem Dedic. p. 4. 5., & Tr. ipsum lit. E. 3. a. b.*, Rohtmanni *Epistolam, n. 11. laudatam*, & Gassendum *l. c., L. 2. p. 59., ac L. 5. p. 166.* (18.) V. *Ep. dedic. Fund. Astron.* (19.) *in Ep. ad Christ. Longomontanum, laudata a* Gassendo *l. c., Lib. V., p. 159.* (20.) *lit. F. 2. a.* (21.) *lit. K. 1. a.* (22.) *in Or. de vita & morte Tych. Brahei p. 11. 12.* (23.) V. Gassendum *l. c., Lib. V., p. 159. 166.*

teqvam adversarius hanc ingrederetur, septimanis, clam alio subduxit. De qva illius fuga Tycho, illuc delatus, A. 1599. Longomontanum suum, cui professionem Matheseos Pragensem, a Raimaro desertam, votis destinabat tacitis, verbis denuo certiorem reddidit seqventibus (1.): *Cæterum de fera ista Dithmarsica, nimis effera & bruta, ut aliqva subjungam, licet indigna sit, cujus recordetur, scias istam, ante aliqvot septimanas, prout nuper rescivi, Praga se subduxisse, sive male sibi conscia, & qvod justas poenas per leges formidaret, sive qvid aliud sinu suo, latenter more suo, ruminans. Sed investiganda tamen suo tempore per otium, atque in jus pertrahenda & punienda, qvod etiam optimi qviqve Pragæ suadent.* Sed hoc metu Raimarum liberavit mors opportuna, qvæ, teste Jessenio (2.), profugum paulo post, eodem, nisi fallor, anno 1599., incertum qvo in loco, oppressit vivisqve exemit.

Ansam simultatibus inter illum & Tychonem, uti jam ante monuimus, præbuit Systema, qvod noster inventum a se esse jactabat, Tycho autem sibi ab illo surreptum contendebat, Astronomicum, a Gvilh. Gilberto (3.), Pet. Gassendo (4.), Joh. Andr. Bosio (5.), Sam. Reyhero (6.), &, qvi huic sua debet, Georg. Paschio (7.), aliisqve, passim obiter memoratum, ab ipsomet autem fusius, *in Fundamento Astronomico*, A. 1588. descriptum, & A. 1597., contra Tychonem, Christoph. Rohtmannum & Helisæum Röslinum, *in Tr. de Hypothesibus Astronomicis*, dictione ferme scurrili, defensum. Hoc, ab Hypothesi Tychonica vix discrepans, nisi qvod in eo terra, in medio mundi, circa proprium axem, singatur esse mobilis, noster, in scripto posteriore (8.), & præfixa illi ad Mauritium, Hassorum Principem, epistola (9.), in extremis, a se, Pomeraniæ finibus, Kal. Oct. A. 1585., cum Nicol. Copernici *Revolutionum libros* diligentius evolvisset, ternasqve Ptolemæi, Aristarchi, sive Copernici, hunc secuti, & Apollonii Pergæi, hypotheses inter se contulisset; ac harum ultimam invertisset, excogitatum esse, perhibet. A. seqv. 1586., Kal. Maji, Cassellis Gulielmo, Hassiæ Landgravio, istud a se narrat esse detectum, &, cum structura ejus orichalcea, a Justo Byrgio confecta, munere suo, in prima illa generali, adhuc licet rudi, delineatione, rite perfungeretur, adeo placuisse, ut summa cum admiratione & lætitia exclamaverit: *Dii boni! qvot summa excellentiaqve ingenia talia adinvenire excogitareqve præsumsere ac tentavere? tamen nullus adhuc simile qvicqvam præstare, vel perficere, potuit, licet mire misereqve se torserint. Jam vero, præter spem expectationemqve omnem, Deus, dans cui vult, per hominem plane ignotum, nulliusqve autoritatis & æstimationis, eqve nescio qvo angulo terræ prorumpentem, & ex improviso nos accedentem, tanta, tamqve sæpe, ac tot votis nobis optata re benigne clementissimeqve nos beare dignatur.* Systema hoc suum, una cum aliis Principis ac Byrgii arcanis, a Christ. Rohtmanno (qvem *Rotzmannum* scoptice semper appellat), Astronomo aulico, gloriam sibi istam invidente, Tychoni, exeunte A. 1587., per Epistolam, inter *Astronomicas* Tychonis obviam, fuisse ait proditum, sed velut proprium, & a semet ipso, unacum aliis hypothesibus nonnullis, excogitatum; Tychonem vero idem, leviter immutatum, & ita inversum, ut in ipsam Apollonii Pergæi transiret hypothesin, a Martiano Capella & Copernico (10.) jam descriptam, in responsoriis, sibi postliminio, velut suum inventum, vindicare, ac Raimarum, ab eodem jam factum alieniorem, illius furto in Huena sibi subrepti insimulare, haud esse veritum. Ultimum accessisse addit Helisæum Röslinum, &, in libro *de opere Creationis*, A. 1597. publicato, eandem Apollonii & Tychonis hypothesin, plagio impudenti, pro sua venditare, & Raimarum simul convitiis adoriri, non erubuisse. Hæc nostri de certamine isto relatio, in compendium contracta, δὶς διὰ πασῶν a Tychonis adversarii narratione dissidet, qvam verbis ipsius propriis, in Epistola ad Rohtmannum A. 1589. exarata, & *Libro I. Epistol. Astron.* (11.) inserta, obviis, a Raimaro autem, *in Tr. de Hypoth. Astron.* (12.), repetitis, & notis qvalibuscunqve Apologeticis, margini adjectis, pro virili confutatis, proponemus: *Mirabar*, inqvit, *valde ab initio, cum legerem in tuis literis, Illustrissimo Principi hasce meas hypotheses prius cognitas fuisse, utpote qui eas in avtomato qvodam expressas haberet. Neqve satis cogitare potui, qvi id fieri posset, siqvidem optime mihi conscius essem, me a nullo mortalium has cognovisse, priusqvam ipsemet ex observationibus eo perducebar, qvodqve interea mecum latuerint antea non publicatæ. Verum, postqvam libellus* (Fundamentum sc. Astronomicum) *istius Ursi Dithmarsici, qvem aliqvando, in qvibusdam ad me datis literis, digno elogio ornasti, impurum appellans nebulonem, mihi transmissus esset, idqve a doctissimo Viro, D. Georg. Rollenhagio, Magdeburgi degenti, qvi etiam dudum antea indicarat, has nostras hypotheses sibi, ante biennium, a qvodam meo fugitivo ministro communicatas esse. Ideoqve sciens a me primum inventas, dolensqve Ursum istum sibi immerito eas attribuere, librum illum mihi innotescere voluit, ut furtum illud cognoscerem, & ab aliis foras eliminata mihi denuo assererem. Ex isto satis perspexi, unde hæc ad vos pervenerit revolutionum cœlestium ordinatio; siqvidem iste plagiarius referat, se, ante triennium fere, postqvam hanc in angulo qvodam regni Poloniæ excogitasset* (*intellige potius in insula regni Daniæ, Huena, qvando A. 1584., in Septembri, cum nobilissimo Viro, D. Erico Lange, amico meo singulari, cui tunc inserviebat, hic adfuisset, apud me clam exceptas, ut qvædam etiam alia*), *Illustrissimo Principi Hassiæ obtulisse, atqve ab ipsius Celsit. artifice, Justo Byrgio, in orichalcicum avtomatum redactas esse. Sed satis prodit furtum suum iste impostor, unaqve ignorantiam rei, qvam venditat. Dum enim orbem Martis totaliter Solem ambientem delineat, imitatur falsam qvandam designationem, qvæ nescio qva incuria hic ita depicta erat, atqve ob id, tanqvam inepta, alicubi inter chartas meas projecta, qvam etiamnum ad manus habeo, eodem nomine reqvisitam, ut certo id ipsum pateret. Cumqve vitium istud, in schemate depingendo commissum, emendare neqviverit, sufficienter intelligentibus notum reddit, se eam inventionem non intelligere, multo minus ejus autorem esse, utut hic conqvisitam sibi impudenter arrogare, & Illustrissimo Principi Wilhelmo, tanqvam propriam excogitationem, dedicare, non erubuerit. Multa insuper alia habet in isto libello, qvæ, licet non omnia hinc abstulerit, tamen partim a vobis, partim ab aliis Mathematicis in Germania, sive clam, sive palam, corrasit, adeo ut, si aliena demantur, nihil fere restet, qvod suum erit. Sed facessat ille cum suo plagio, tibi & aliis eruditis, apud qvos aliqvando fuit, qvis sit, & qvam perfrictæ frontis arrogansqve nugator, satis perspectus.* Hæc Braheus, e cujus epistola suas de eodem certamine narrationes Pet. Gassendus (13.) excerpsit, in illius partes, qvam Raimari, qvem circumstantiæ complures, fuga spontanea, mentis index male conscia, & ipsa in defensione sui inconstantia, plagii suspectum merito reddiderunt, cum plerisqve eruditis, longe pronior. Homo certe noster fuit satis qvidem ingeniosus, & in literis etiam humanioribus, ac antiqvorum lectione, versatus, sed doctrinam, qvod τοῖς ὀψιμαθέσιν & αὐτοδιδάκτοις solenne est, ad scribendum attulit indigestam, styloqve (cujus censuram, adversus Tychonem & Rohtmannum, inepte nihilominus sibi arrogavit) usus est minus castigato, ad παῤῥησίαν contra se præstantiores nimiam, calumnias & sarcasmos mordaces, jocosqve & ineptias scurriles, proclivi, ac moribus Autoris sui, qvos Ant. Heimreichius jam notavit (14.), agrestibus & inurbanis haud dissimili. Apposite satis Nasonis de Ennio judicium, si leviter immutaveris, in eum qvadrabit:

Ingenio est magnus, moribus, arte, rudis.

(1.) apud Gassendum *l. c. p. 166.* (2.) *l. c., p. 11. 12.* (3.) *Lib. II. Physiologiæ novæ, c. 10. & 20.*, teste Bosio, *mox allegando.* (4.) *passim in Vita Tychonis.* (5.) *Diss. III. de statu Europæo, sub finem Introductionis in notit. rerump., p. 358.* (6.) *in Diss. de Mundo, c. 7., lit. F. 1. a. b., & c. 8., lit. G. 1. a.* (7.) *in Tr. de Curiosis hujus seculi Inventis, c. 6., p. 171. 172. Ed. primæ.* (8.) *lit. C. 3. a. D. 2. b. D. 4. b.* (9.) *p. 3-8.* (10.) *Lib. I. c. 10., Lib. III. c. 25., & Lib. V. c. 3. ac 35.* (11.) *p. 149. & seq.* (12.) *lit. E. 4. F. 1. 2. 3.* (13.) *in Vita Tychonis, L. 2. p. 59., L. 3. p. 77-98., & L. 5. p. 166.* (14.) *in Chronico Dithmarsico, Lib. III., c. 7., p. 286.*

Nec immerito proinde Pet. Bælius (1.), eum, in certamine cum Tych. Braheo, mores vitæ, in qva subulcum egit, juvenilis pristinos ostendisse, verbis judicavit seqventibus: *En ce dispute fit paroitre, qv'il se ressentoit encore des manieres de son premier metier; car il s' emporta si brutalement contre Tycho, qv'il s' exposa à un proces criminel.* Stultitiam qvoqve mentis inepta vaticinandi libidine, & temeraria anni Universo huic, e calculo suo erroneo, fatalis futuri, 1673. scil., prædictione, a compluribus impugnata, & ab ipso demum eventu mendacii convicta, haud obscure prodidit.

Historiam hanc vitæ Raimari, a nemine antehac descriptæ, e variis ipsius & aliorum scriptis, congessi, Epitomenqve illius jam olim, *Parte IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 6., p. 517., ac c. 12., §. 3., p. 628. 629.*, exhibui; ex ista autem Pet. Bælius, *in Dictionario Historico-Critico, T. II. P. II., p. 1233. 1234. prioris, ac T. III. p. 2998. 2999. posterioris editionis*, Gallice repetiit. Conferantur de illo, præter Scriptores jam antea allegatos, Pet. Gassendus *in Vita Tych. Brahei, Lib. II. p. 59., Lib. III. p. 77. 98., & Lib. V. p. 155. 159. 166. 231.*, Joh. Franc. Buddeus *T. IV. Lexici Historici p. 648.*, *Hypomnemata* nostra *ad Alb. Bartholini Lib. de Script. Dan. p. 350., istorumqve Spicilegium p. 31-34.*, & Vinc. Paravicini *Singularia de Viris eruditione claris, Cent. I., n. 45., p. 17.*

Joh. Kepleri, Mathematici Cæsarei, Epistola ad eum, Græcii d. 15. Nov. A. 1595. scripta, *in Tr.* Raimari *de Hypothesibus Astronomicis, lit. D. 1. a. b.*, alia autem Theodosii Rubei, Scutiferi Apostolici, sub initium mutila, Romæ Kal. Jan. A. 1593. exarata, *ibidem, lit. F. 2. b. F. 3. a.*, legitur.

ELOGIA.

Joh. Keplerus, *in Epist. citata*, eum *decus* salutat *Germaniæ*, se, *illo Præceptore, id est libris ejus, qvantulum cognitionis in Mathematicis habeat, sibi acqvisivisse*, fatetur, & his tandem verbis eundem compellat: *Te mihi notum pridem fecit illustrissima tua gloria, qva Mathematicos hujus ævi tantum præcedis unus, qvantum Phœbeus orbis minuta sidera.*

Joach. Rosalechius, Pomeranus, Math. Prof. Friburgensis, *in Carmine, Tractatui* nostri *de Hypoth. Astron.* A. 1597. subjuncto, *Mathematicum* eum appellat *unicum*, & siderum notitia Atlante, Ptolemæo, Copernico, cæterisqve Astronomis omnibus, jactat esse superiorem.

M. Phil. Fabricius, in Elegia ad Dithmarsiam, *Syllogæ Epicediorum, Joh. Nannio scriptorum*, A. 1617. inserta (*lit. B. 6. a.*), ita hanc alloqvitur:

> *Tu qvondam Astronomæ unum atqve aureum gentis honorem,*
> *Fovisti, Raimarum Ursiaden, gremio.*
> *Doctrinæ monstrum, ingentemqve scientiæ abyssum:*
> *Sed tamen hoc monstrum labe caret vitii.*

Ant. Heimreichio (*l. c. p. 286.*) audit ein guter Arithmeticus und Logicus, der in Mathesi sich sonderlich hat herfürgethan.

CENSURÆ.

Tych. Brahei (a qvo in Epistola etiam ad Christoph. Rohtmannum, A. 1598. scripta, & a Gassendo, *l. c., Lib. V. p. 166.*, allegata, *Ursina & Dithmarsica bestia* est vocatus) Joh. Jessenii & Pet. Bælii, in illum invectivas duriores in vitæ jam recitavimus historia.

Christoph. Rohtmannus, in Epist. ad Tychonem A. 1586. exarata, & inter hujus *Astronomicas, Lib. I. p. 33.*, edita, *impurum* eum appellavit *nebulonem*.

Helisæus Röslinus, Med. D. & Poliater Hagenœnsis, *Hypotheses* suas *de opere Creationis, seu de Mundo*, Francofurti A. 1597. *in 4.* editas, Raimaro magnam partem opposuit, eiqve, *in præfatione, novas in Astronomia absurditates* exprobravit, ab illo vicissim, *in Tr. de Hypothesibus Astronomicis*, passim refutatus & exagitatus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Grammatica Latina Ranzoviana, ad Henr. Ranzovium, Proregem Cimbricum, scripta, & sine loci mentione edita A. 1580. in 8. Sumptibus Ranzovii prodiit, teste Pet. Lindebergio *in Hypotyposi Ranzoviana, c. 3., p. 65.*

Fundamentum Astronomicum, i. e. Nova doctrina Sinuum & triangulorum, eaqve absolutissima & perfectissima, ejusqve usus in Astronomica calculatione & observatione. Cui adjunctæ sunt: 1. Hypotheses novæ ac veræ motuum Corporum mundanorum; 2. Extructio Canonis sinuum, vulgaris qvidem, sed solita via facilior; 3. Sectio anguli data ratione, seu in qvotlibet partes; 4. Qvadratio Circuli demonstrabili ratione, ejusqve demonstratio; 5. Solutio Triangulorum usitatiorum nova & facillima ratione; 6. Solutio plerorumqve Triangulorum per solam prostaphæresin; 7. Ejusdem Prostaphæreseos Apodixis, causa & demonstratio; Omnibus seculis problemata sane desideratissima, aliaqve, prius nec audita, nec antea visa, Paradoxa qvamplurima. Argentorati, sumptibus auditorum Autoris, A. 1588. in 4. Senatui dedicatum est Argentinensi. Qvartum ejus additamentum in lucem revocavit & illustravit Pet. Crügerus, a qvo *Nicol. Raimari Tetragonismum circuli, per lineas Fundamento ejus Astronomico insertas, expeditiori structura productum*, Lipsiæ A. 1607. *in 4.* editum esse, Paulus Bolduanus (*in Biblioth. Philos. p. 276.*), Thom. Hydius (*in Catal. Biblioth. Bodlejanæ*), Lipenius, & alii, testantur. Sextum autem, de solutione plerorumqve Triangulorum per solam prostaphæresin, Christoph. Clavius, Mathematicus & Jesuita Romanus, sub nostri, primi inventoris, nomine, sed a se *auctum, perqve omnes casus late deductum, in Tractatu* suo *de Astrolabii forma & usu*, Romæ A. 1593. *in 4.* excuso, denuo publicavit. V. Raimari ipsius *Tr. de Hypoth. Astron., lit. F. 2. b. F. 3. a. I. 3. a.* Honorifica de scripto hoc suo judicia Theodosii Rubei, Scutiferi Pontificii (illud *ingeniosissimum*, inventum autem prostaphæreseos *ingeniosum, jucundum, necessarium, & immortalibus dignum gratiis*, vocantis), & D. Joh. Georg. Brengkeri, Medici (qvo judice *liber* hic, *etsi mole parvus videatur, multa præclara inventa continet*), ex utriusqve Epistolis, Autor ipse, in eodem *Tr. de Hypoth. Astron., lit. F. 2. b. F. 3. a. b.*, exhibuit. Asperiorem de illo, ejusqve plagiis, Tycho Braheus, in Epist. ad Chr. Rohtmannum, A. 1589. tulit censuram, in vitæ jam recitatam historia, & a nostro, *in Tr. de Hypoth. Astron.*, fuse, sed minus solide, refutatam. Præter istum Antagonistas etiam nactus est Helisæum Röslinum, Med. D. & Poliatrum Hagenoensem, *in Hypothesibus de opere Creationis, seu de Mundo*, Francof. A. 1597. *in 4.* editis, & Adr. Romanum, Lovaniensem, Math. Prof. Herbipolensem, *in Exercitationibus Cyclicis contra Jos. Scaligerum, Orontium Finæum & Raimarum Ursinum, in decem tributis Dialogos*, & Herbipoli, eodem A. 1597., *in fol.* excusis (2.), ejusdem *Fundamenti Astronomici* nonnulla refellere aggressos. Qvorum illi ab ipso, anno itidem 1597., *in Tr. de Hypoth. Astron.*, ingenti styli acerbitate est responsum, huic autem, honorifice laudato (*lit. H. 2. b.*), verbis inculcatum paucissimis, qvadrationis circuli, *Fundamento* adjectæ *Astronomico*, & *in Exercitationibus* improbatæ *Cyclicis*, autorem inventoremqve Simonem a Qvercu, se vero tantum interpretem, nec proinde illius loco impugnandum, fuisse.

Metamor-

(1.) *loco mox allegando.* (2.) V. de istis Val. Andr. Desselii *Biblioth. Belg. p. 16.*, Gerh. Joh. Vossii *Lib. de Scient. Mathem., c. 37., §. 21., p. 337.*, & Pauli Bolduani *Biblioth. Philos. p. 275.*

Metamorphosis Logicæ, in qva rationalis & liberrima ars ab omnibus supervacaneis & superfluis amputatur, solaqve necessaria ad percipiendas artes, & intelligendos Autores, indicantur, omniumqve, de arte methodoqve Logica inaniter & temere disceptantium, errores deteguntur, cum solida & evidenti demonstratione Syllogismorum necessario concludentium: Inscripta Reip. Argentinensis Scholarchis. Argentinæ A. 1589. in 8. Georg. Draudius, *in Bibliotheca Classica*, sub solo eam *Dialecticæ* titulo allegavit.

Parentatio in pios manes Jac. Curtii, S. Rom. Imp. Procancellarii, & S. Cæs. Maj. Consiliarii intimi. Pragæ 1594. in 4. Carmen qvaternionis unius heroicum.

De Astronomicis Hypothesibus, seu Systemate mundano, Tractatus Astronomicus & Cosmographicus, scitu cum jucundus, tum utilissimus; Item Astronomicarum Hypothesium, a se inventarum, oblatarum & editarum, contra qvosdam, eas sibi temerario, seu potius nefario, ausu arrogantes, Vindicatio & defensio, eqve sacris demonstratio, earundemqve usus. In qvo usu tota genuina Astronomia, ipsumqve Fundamentum Astronomicum, latitat, spectatur, exhibetur ac manifestatur: Cum qvibusdam novis subtilissimisqve compendiis & artificiis, in plane nova doctrina sinuum & triangulorum, iterum, jamqve altera vice, exhibita: Nec non aliqvibus exercitiis Mathematicis jucundissimis, ad solvendum omnibus, & præsertim suis Zoilis & sugillatoribus, ob palmam magisteriumqve Mathematicum, Mathematiciqve exercitii gratia, propositis. Ac deniqve Problemata totius processus Astronomicæ observationis, seu rationis observandi τὰ φαινόμενα. Pragæ, apud Autorem, absqve omni privilegio, A. 1597. in 4. Inscriptus est Mauritio, Hassiæ Landgravio, & hypothesin Raimari Astronomicam, in *Fundamento* A. 1588. propositam *Astronomico*, ulterius astruit, ac contra Tych. Brahei, plagio hanc sibi ab ipso subreptam esse conqvesti, & Christoph. Rohtmanni, Epistolas de illo mutuas, *Libro I. Astronomicarum* a Tychone Uraniburgi A. 1596. editas, & Helisæi Röslini (eandem sibi, velut inventum proprium, asserere ausi) *Hypotheses de opere Creationis, seu de Mundo,* Latine Francofurti, *Tractatumqve Meteorastrologiphysicum, sive Prædictiones Cometicas de imminentibus Imperiorum mutationibus,* Germanice Argentorati A. 1597. publicatas, Autori suo, stylo perqvam maledico & scurrili, vindicat. Præfixa est illi Elegia Raimari *in novam Zoilorum suorum Grammaticam,* vitia qvædam Grammatica & metrica, in stylo adversariorum soluto pariter atqve ligato observata, pari dicacitate exagitans, & plus justo exaggerans. Ejusdem furfuris, nec minus in illos maledica, sunt Carmina, qvæ libello huic Joh. Trunccius, Borussus, præfixit, & Joach. Rosalechius, Prof. Friburg., subjunxit, Autori turpiter adulantia. Tych. Brahei hoc de scurrili ista adversus se Apologia judicium, in Epistola ad Chr. Longomontanum A. 1598. scripta, legitur, & a Pet. Gassendo (*Lib. V. de vita ejus p. 155.*) recitatur: *Vidisti procul dubio plagiarii mei, impuri illius Ursi, maledicentissimum scriptum, in qvo, præter alia innumera convitia, meo & meorum honori non parcit. Ego qvidem refutatione illum indignum censeo, cum omneis modestiæ limites, imo honestatis, longe transscenderit: efficiam tamen, ut non impune ferat.* Cui similis Joh. Jessenii de eadem censura, supra in Vitæ jam exhibita recensu, potest adjungi.

Chronotheatrum, sive Theatrum Temporis. Pragæ 1597. in fol. & 4. De plagii crimine, ob istud etiam sibi impactо, ita ipsemet *in Tr. de Hypoth. Astron., lit. H. 2. b.: Qvidam homines exotici, Pragæ circumcursitantes, mihiqve, ut cum mente, tum gente, Germano, invidentes, mendacissime & falsissime de me sparserunt, me omnia, in meo hoc anno edito Chronotheatro, ad verbum, imo & ipsum titulum, ex aliqva edita charta patente, Autore Alano Copo, Anglo, descripsisse: qvam tamen chartam a me minime esse visam ego sancte juro, neqve eam extare puto. Si forte qvis viderit, qvæso me admoneat, ut cum meo Chronotheatro conferri possit.*

II. GERMANICA.

Geodæsia Ranzoviana, Landrechnen und Feldmessen, samt Messen allerhand Grösse; alles, auf eine leichte, behende, und vormahls unbekandte neue Art, künstlich, gründlich und deutlich, beschrieben. Lipsiæ 1583. in 4. Ranzoviana vocatur, qvia Henr. Ranzovio, Proregi Cimbrico, est inscripta, ejusqve auspiciis & sumptibus, teste Pet. Lindebergio (*in Hypotyp. Ranzov., c. 3., p. 61.*), prodiit. Deducta ea est, sicut Autor *in præfatione significat,* non e Canonibus vulgatis, sed ipsis naturæ fundamentis. *Tractatus de Civitatibus Hansaticis in Dithmarsia,* qvem una cum illa prodiisse Alb. Bartholinus, *in Lib. de Script. Dan. p. 109.*, &, qvi hunc exscripsit, sed A. 1563. in locum 1583. perperam substituit, Mart. Lipenius, *in Biblioth. reali Philosophica,* falso tradiderunt, chimæricus est, nec unqvam, vel illi adjunctus, vel seorsim a nostro scriptus aut editus, imo ne scribi qvidem, cum nullis Dithmarsia civitatibus, sed vicis tantum & pagis, in fœdus nunqvam receptis Hanseaticum, gaudeat, potuit. V. qvæ, hanc in rem, *in Hypomnematis ad libellum Bartholini p. 350.*, & *Parte IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 12., p. 517.,* ac *c. 12., §. 3., p. 628.*, jam olim a nobis sunt monita. Pet. Bælio, V. C., qvi, *Tomo II. Dictionarii Historico-Critici,* Roterod. A. 1697. Gallice editi, *P. II., p. 1233. 1234.*, Vitam Raimari, ex *Isagoge* nostra, & aliis, enarrans, errori Bartholiniano patrocinari voluit, & hoc fine Nicol. Reimerum, scripti chimærici Autorem, Danis a Bartholino annumeratum, a Nicol. Raimaro Urso nostro, non Dano, sed Dithmarso, ac proinde a Bartholino, si ipsum audias, haud celebrato, diversum esse, contendit, *in Hypomnematum ad lib. Bartholini Spicilegio, p. 31-34.*, & *recentiori Isagoges ad Hist. Cimbr. Proœmio, p. 57. 58.*, abunde itidem est satisfactum. Non enim solum, ex adjecta *Geodæsiæ Ranzovianæ* mentione, nostrum a Bartholino, alios etiam Holsatos & exteros Danis suis perperam accensente, designari, ac, inter Danos, neminem alium, hoc gavisum nomine, scriptis inclaruisse, ὀφθαλμοφανῶς ostendimus, sed veram etiam simul erroris Bartholiniani originem, ac natales utopicarum Civitatum Dithmarsiæ Hanseaticarum, scriptiqve de iis fictitii, in cerebro Bartholini, plane ridiculos, deteximus. Nostro scil. Nicolao Raimaro Urso patria fuit Hensteda (Henstede), pagus Dithmarsiæ, civitates autem Hanseaticæ a Saxonibus, Cimbris & Danis, vocantur die Hensestede. In *Geodæsiæ* porro titulo Autoris nomen & patria hisce verbis exprimuntur: *Nicolai* Reymers, von Henstede in Dithmarschen, *Geodesia Ranzoviana,* Landrechnen und Feldmessen, &c. Hunc libri, sive obiter inspecti, sive ex Catalogo aliqvo cogniti, titulum Bartholinus, nomen pagi Raimaro natalis proprium Henstede cum appellativo Hensestede idem esse, falso arbitratus, Latine, de verbo ad verbum, sed non sine ψευδερμηνείᾳ infelici, e vocibus patriæ Autoris indicibus, librum, de qvo scribendo Raimarus nunqvam cogitavit, monstrosum effingente, ita *l. c.* expressit: *Nicol. Reimers de civitatibus Hensaticis in Dithmarsia, Geodesia Ranzoviana,* &c. E qvibus cum errores, & Bartholini, & suum, ἀναμφηρίστως confutatos, perspicere celeberrimus Bælius, qvem *Hypomnemata & Spicilegium in Bartholini libellum,* anteqvam secundam *Dictionarii* A. 1702. publicaret editionem, legisse crebræ illorum in hac allegationes evincunt, potuerit, suam eum de Raimaro relationem in eadem non emendasse, & ab erroribus istis purgasse, sed, dissimulato meo illorum elencho, nulla sui parte mutatam, *T. III., p. 2998. 2999.*, denuo exhibuisse, mirum forte mihi videretur, nisi lapsus alieni, adeo manifesti, temere ac infeliciter defensi, illum puduisse conjectarem.

Arithmetica Analytica, vulgo Coss, oder Algebra. Francof. ad Viadr. A. 1601. in 4.

Chronologische, gewisse, und unwiederlegliche Beweisung, aus H. Göttlicher Schrift, und den H. Vättern, daß die Welt vergehen, und der iüngste Tag kommen werde, innerhalb 67. Jahren, von dem Jahre Christi 1606. anzurechnen: Samt einer gewissen und ohnfehlbahren Chronologie, oder Zeitrechnung, von Anfang der Welt, biß auf das Jahr Christi 1606. Welche Rechnung noch bißher von keinem unter allen Chronologis ist getroffen worden, darinn auch eigentlich dargethan wird, wie lange die Welt biß anhero gestanden, und noch ferner stehen werde. Nach des Autoris Tode im Druck verfertiget, und biß aufs Jahr 1606. continuiret. Noribergæ A. 1605. *in 4.* (sub titulo eines Judicii vom Jüngsten Tage, *testibus Draudii, Bolduani & Lipenii Bibliothecis Theologicis*), Slesvigæ 1606. in 4., Islebiæ 1607. in 4. (cui editioni, *in Catalogo* memoratæ *Zeidleriano*, accessit Anonymi Auszug, was sich vor grosse Veränderungen, seit Christi Geburt, in einem ieglichen hunderten Jahre, zugetragen), & sine loci mentione A. 1666. in 4. Scripto huic Raimari, Pragæ, A. 1596. ineunte, uti *Epistola* ostendit *dedicatoria*, concinnato, annum æræ Christianæ 1673. Universi hujus fore ultimum temere (ex traditione præsertim de sex illius annorum millenariis Eliana) prædicenti, & ab eventu ipso calculi dudum convicto erronei, opposuerunt: I. M. Andr. Lampius, Pastor Neomarchicus, *Anti-Dithmarsum*, oder gewisse Zeitrechnung, von Anfang der Welt, biß A. C. 1612., darinn, sonderlich wieder Nic. Raimarum Ursum, Dithmarsum gezeiget wird, daß kein Mensch auf der Welt befuget sey scrupulose zu bekundschaften, wann der iüngste Tag kommen werde, ed. Halæ Sax. A. 1613. in 4., II. Nicol. Mollerus, Hatherslebia Cimber, Organoedus Apenradensis, die Chronologiam, oder Zeitrechnung, wie lange die Welt gestanden, und künftig, vermöge H. Schrift, noch stehen möge, wieder Nic. Raimari Ursi Chronologische Zeitrechnung; de cujus tribus diversis editionibus supra *p. 433.* allata possunt relegi. Confer de illo Joh. Vulpii Historischen Bericht von vermeinten Jüngstentags Propheten (ed. A. 1680.), *lit. C. 1. b.*

INEDITA.

De his ita ipsemet, in Elegia, *Tractatui de Hypothesibus Astronomicis* præfixa:

Multaqve præterea mihi, & edere cuncta volebam,
Et dare qvoqve aliis, qvæ dedit ipse Deus.
At jam mutatum est hoc consilium, estqve voluntas,
Omnia ut hæc pereant, me pereunte, simul;
Ne dicant etiam me aliis hæc surripuisse,
Ut facit in reliqvis absqve pudore Tycho.

M. GERHARDUS RAM, Meldorpio Dithmarsus, Stephani, Pastoris illic & Præpositi regii (*de quo statim dicetur*), e Margareta Spanhakia filius, A. 1608., Dominica post festum Paschatis tertia, in lucem est editus, &, cum scholis patriæ, Itzehoensi ac Flensburgensi, valedixisset, in Academiam Rostochiensem A. 1628., ac biennio post in Witebergensem, ablegatus, Magistri in hac A. 1631. obtinuit titulum. Seqventi 1632. Parochiæ in Dithmarsia Australi Eddelakensis cœpit agere Diaconum, conjugemqve elegit Elisabetham Franziam, tres sibi filios, duasqve filias, in 36. annorum convictu, enixam. Diaconatum Eddelakensem cum Meldorpiensi patrio A. 1634. permutavit, nec ab isto, per lustra fere qvatuor, qvamvis A. 1640. Tellingstadienses & Wesselburenses, A. 1646. Eddelakenses, A. 1648. Hemmenses, & A. 1650. Heidenses, ad suarum in Dithmarsia Parochiarum eum invitarent Pastoratus, potuit avelli. A. 1653. tandem, ut ædis, in Civitate Ducatus Bremensis Stadensi, Pastorem ageret Wilhadianæ, persvasus, mentem ac locum mutavit, & per annos huic XVII., spreta, qvæ a Rege Sveciæ A. 1665. ipsi offerebatur, Superintendentis Ducatus Verdensis dignitate, præfuit. A. 1659. Bibliothecæ suæ, bonorumqve omnium, in ferali, qvo magna pars urbis Stadensis d. 26. Maji est absumpta, jacturam fecit, incendio, ejusdemqve occasione sacræ, de diebus festis ac mnemonicis, controversiæ, momenti qvidem exigui, sed non minori, qvam aliæ, vehementia, & scriptorum Eristicorum acerbitate, ventilatæ, est implicitus. Cum enim, memoriam incendii illius solenni in templis supplicatione qvotannis esse recolendam, fuisset decretum, de die autem, isti destinando, regiis in Ducatu Bremensi Consiliariis, 26. Maji, qvem clades hæc publica funestarat, eligentibus, cum urbis Senatu & presbyterio, diem Jovis, festo Pentecostes proximum, præferentibus, convenire haud posset, adversus *Stadam* nostri *exustam* huic patrocinantem, sententiam illorum M. Ant. Hofmannus, Parochus Asselensis, Præpositusqve Kedingensis & Ostensis, *ἀνωνύμως Judicio Theologico* A. 1661. defendit vernaculo. Huic Rammius, Senatus ac Presbyterii Promachus, A. 1663. respondit, &, conflictui, aliqvoties, non sine bile multa, utrinqve iterato, immortuus, Stephano filio, Ecclesiastæ Glückstadiensi, serram contentionis istius ulterius, cum Hofmanno, reciprocandam reliqvit. Triennio ante obitum illi a Friderico III., Rege Daniæ, vici patrii Meldorpiensis Pastoratus, una cum Ecclesiarum Dithmarsiæ australis Ephoria, erat promissus, ipseqve Naamani Bernhardini, Senis propemodum emeriti, in utroqve officio, designatus successor. Verum, licet iste, A. 1669. exeunte, vivis excederet, noster tamen, ob corporis infirmitatem, Regis, A. seqv. 1670. extincti, obitum, aliasqve causas, geminum hoc munus adire non potuit, sed, in officio Stadensi, non multo post, eodem A. C. 1670., magnoqve ætatis Climacterico, die 6. Sept. (nuptiis cum Dorothea Waltheria, nuper sibi desponsa, secundis frustra destinato), Apoplexia expiravit. V. Filii ejus, M. Steph. Rammii Historiam Vitæ parentis vernaculam prolixiorem, Apologiæ suæ pro illo, contra Hofmannum, Germanicæ A. 1671. subjunctam.

Anti-Marianus, oder Geistliches Seelengeschütz, wieder die offene Hertzenspforte zum wahren Reiche Christi des Angeli Mariani, darinn die Irrthümer dieses Buchs gezeiget werden. Glückstadii 1637. in 12. De libello, qvem is impugnavit, *ψευδωνύμω*, *Tomo II.*, in Joh. Angeli a Werdenhagen, veri illius Autoris, vita plura afferentur, & nonnulla jam, *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr.*, *c. 6.*, *§. 11.*, *p. 512.*, sunt monita.

Martinus coronatus, oder Leichpred. über Mart. Bruhn, J. U. C., auß 2. Tim. IV. 7. 8. Hamb. 1642. in 4.

Gülden Kleinod Mariæ, oder Leichpr. über J. Maria Cordes, aus Luc. X. 42. Hamb. 1645. in 4.

Dithmarsische Huldigungspredigt, alß zu Meldorp, am 21. Sont. nach Trinit. A. 1648., der Huldigungseyd Friderico III., Könige in Dennemarck, von den Eingesessenen des Südertheils Dithmarschen geleistet wurde, auß 2. Sam. V. 1. 2. 3. gehalten. Ib. 1648. in 4.

Abbildung eines getreuen Rathes, oder Leichpr. über Joachim von Schencke, Kön. Schwedischen Raht im Hertzogthum Bremen, auß Apoc. II. Hamb. 1660. in 4.

Stada exusta, oder die Feurruthe GOttes, damit er die uhralte Stadt Stade unbarmhertzig d. 26. Maji A. 1659. gestaupet, in einer Predigt vorgestellet. Stadæ 1660. in 4. Huic sermoni M. Ant. Hofmannus, Consil. Sveco-Bremensis Ecclesiasticus, circulorum Kedingensis & Ostensis Præpositus, Parochusqve Asselensis, *ἀνωνύμως* A. 1661. *in 4.* opposuit Theologisches Bedencken von iährlichen Gedenck-, alß Brandt-Bet-Danck-, und ordentlichen Festtagen, von Mitteldingen, und Christlicher Freyheit; wobey auch zugleich vom Ampte der weltlichen Obrigkeit in Religions- und Kirchensachen, und vom Beruffe und Wahl der Prediger, mit Zuziehung der Geistlichen des Orts, gehandelt wird; eröfnet von einem Mitgliede des Predigampts im Hertzogthum Bremen. Refutatum illud autem est a nostro scripto seqventi.

Nasturtium, oder Abgenöthigte Hauptreinigung, wieder die aufgestiegene Galle eines nahmlosen Mitgliedes des Predigampts im Hertzogthum Bremen, entstanden auß einem ungeziemten Eifer über dem *Theol.* Bedencken von iährlichen Gedenck- und ordentlichen Festtagen, *&c.*; præpariret im Laboratorio des H. Geistes, in 21. Doses abgetheilet, und dem

dem Anonymo heilsamlich zu gebrauchen publiciret. Glückstadii 1663. in 4. Reposuit isti Hofmannus *Parallela Heortologica*, oder das, Ehr und Leumuths halber, wiederholte, und, zur Steur der Wahrheit, wieder M. Gerh. Ram, und den bekandten Theologum, N. N., nohtdringlich verthädigte, Theologische Bedencken von jährlichen Gedenck- und ordentlichen Festtagen, &c., Glückstadii A. 1669. in 4. Patrocinatus autem contra hæc est parenti, A. seqv. 1670. defuncto, M. Steph. Ram Jun., Ecclesiastes Tychopolitanus, in Apologia, Glückstadii A. 1671. *in 4.* sub hoc publicata titulo: M. Gerh. Rams Predigt, *Stada exusta* genandt, samt der darauf erfolgten Apologie, *Nasturtium* tituliret, erklätet, und wieder M. Ant. Hofmannum verthädiget: Samt Belehrungen der Leipziger und Wittenbergischen Theologischen Facultäten, und M. Gerh. Rams Lebenslaufe.

Leichpredigt über Herrn Claus von der Decken. A. 1665. in 4.

Tuba Jonæa; das ist: Jonæ Bußposaune, nebst allerhand Theologischen Qvæstionen, Casibus conscientiæ, emphasibus verborum, und nothwendigen Observationibus; Scriptum *ἀνέκδοτον, in Catal. Nund. Lips. A. 1636. autumn., p. 33.,* promissum.

STEPHANUS RAM Senior, Hamburgensis, Diaconus initio vici in Dithmarsia Meldorpiensis, Petro deinde Boethio, in Pastoratu ejusdem, A. circiter 1598., in Præpositi autem Dithmarsiæ Australis dignitate, d. 22. Jun. A. 1600., successit (1.), &, Gerhardo filio (*de qvo modo dictum*) e Margareta Spanhakia, uxore, suscepto, d. 25. Dec. A. 1621. defunctus (2.), utrumqve officium D. Christiano Matthiæ, Theologo celeberrimo, reliqvit. Carmine celebratus est peculiari a Mich. Clenovio Jun., *in Myrmeciis Poeticis p. 122. 123.*

Possedi olim, & M. Georg. Henr. Burchardo, Præposito Segebergensi, utendam dedi, Epistolam ejus ad Benedictum ab Alefeld, Præfectum Steinburg. regium, Saxonicam *ἀνέκδοτον*, A. 1610. exaratam, qva mutationem *Ordinationis*, qvam vocant, *Ducatuum Slesvicensis & Holsatici Ecclesiasticæ* qvinqve serio dissvasit rationibus, excerptis, uti ipse monet, e scripto suo ejusd. argumenti prolixiori, Saxonico itidem atqve inedito: Of de Christlike Sleswig-Holsteenische Kerkenordnung to endern sy, oock in wat Saken, und up wat Wyse, sülckes gescheen möchte? Confer de isto *P. II. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 5., p. 92. 93.*

STEPHANUS RAM, Marnensis Dithmarsus, Med. D., & Medicus Fioniæ, insulæ Danicæ, provincialis, Kal. Aug. A. C. 1658., & ætatis 33., extinctus. V. de illo Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 80.,* & Thomæ Bartholini *Diss. VIII. de Medicina Danorum domestica p. 370.*

Disp. Inaug. de Apoplexia. Argentinæ 1651. in 4.

M. STEPHANUS RAM, Meldorpio Dithmarsus, Gerhardi (*supra memorati*) filius, urbis Glückstadiensis, circa A. jam 1671. & 1680., Ecclesiastes.

(Parens fuit filii infelicis, Joach. Gerh. Rammii, J. U. Studiosi, qvi, ex Academia Witebergensi relegatus, d. 29. Jan. A. 1688. laqveo, e qvercu suspenso, filum sibi vitæ ipsemet abrupit, cum schedam paulo ante Latinam, desperationis extremæ testem, animæ negantem *ἀφθαρσίαν*, ac in religionem omnem (*ad decipiendos homines, mundumqve eo melius regendum*, ipso judice *inventam*) valde injuriam, exarasset, ac in museo suo reliqvisset. V. de filio hoc, ejusqve *αὐτοχειρία*, *Programma* Rectoris Academici Witebergensis peculiare, A. 1688. editum, M. Georg. Schimmeri, Diaconi Witebergensis, das von einem Mordkinde erschreckte Wittenberg, sive Sermonem de homine isto desperabundo, ex historia Ahitophelis (2. Sam. XVII.), Germanicum, Witebergæ A. 1688. *in 4.* excusum, *Observationum Selectarum Halensium Tomi X. Observationem IX.*, schedam ejus scriptis annumerantem Atheisticis, Andr. Caroli *Memorabilia Sec. XVII. Ecclesiastica, T. II., Lib. IX., c. 60., p. 484. 485., & c. 61., p. 488. 489. 490.*, Gotfr. Arnoldi (Schedam, tanqvam impiam, detestantis, sed Atheismum, stricte ac proprie dictum, haud arguere ostendentis) *T. II. Hist. Eccl., Lib. XVII., c. 16., p. 604. 605.*, & Joh. Henr. Feustkingii *Disp. de Achitophelismo Machiavelli, §. 3., p. 7.* E qvibus Schimmerus, Carolus & Arnoldus, schedam ipsam legendam exhibent.)

Disp. de Universalitate gratiæ Dei, ceu primi salutis principii, Marco Friderico Wendelino potissimum opposita, Præside D. Joh. Ern. Gerhardo. Jenæ 1658. in 4.

M. Gerhardi Ram, seines Vatters, Predigt, Stada exusta genandt, samt der darauf erfolgten Apologie, Nasturtium tituliret, erkläret, und wieder M. Ant. Hoffmanni *Parallela Heortologica* verthädiget: Samt Belehrungen der Leipziger und Wittenberger Theol. Facultäten, und M. Gerh. Rams Lebenslaufe. Glückstadii A. 1671. in 4. De historia hujus scripti, supra allata relegantur.

Aller GOttes Heiligen vor dem HErren werthgehaltener Todt, oder Leichpredigt über Mariam, Caji Arends, Schloßpredigern zu Glückstatt, Eheliebste, auß dem Verse des Todtengesangs: So fahr ich hin zu *Jesu Christ, &c.* Glückst. 1675. in 4.

Wolgemeinte Warnung an die Evangelische Stadtgemeine in Glückstatt, das Pabsthum zu meiden. Glückst. 1680. in 4. (*M. C. K.*)

M. ENWALDUS (NICOLAI Filius) RANDULFUS (qvi a Phil. Labbeo (3.) *Nicolaus Randulfus* minus accurate vocatur), Hathersleviæ Cimbrorum d. 18. Febr. A. 1596. natus, ædis cathedralis, in Seelandia Danica, Roeschildensis, Pastor Primarius atqve Canonicus, Ecclesiarumqve Nomarchiæ Sommensis vicinæ Præpositus, apoplexia aliqvot ante obitum tactus annis, suas deinde sedens conciones habuit, & d. 30. Apr. A. C. 1667., ætatisqve 72., expiravit (4.). Filium reliqvit Nicolaum, Th. D., Pastorem initio in Seelandia Coagiensem, & postea, ab A. 1665., ædis Sp. S. Hafniensem, ad Episcopatum paulo post Norwagiæ Bergensem, eodem A. 1665., evectum (5.), ac in isto A. 1708. adhuc superstitem. De Parente confer Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 37., meaqve ad eum Hypomnemata p. 206.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1667., Indicem III. Biblioth. Reseniane jam allegatum,* ac Pet. Winstrupii Jun. Epigramma in cognomen ejus Encomiasticum, *Libro III. Epigramm. p. 966.* obvium.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Tuba Danica; h. e. Diss. Theologica de Aureo Cornu, in Cimbria invento, qvo, ceu tuba clangente, Deus opt. max. nos, qvi regnum Daniæ incolimus, excitat ex infelici securitatis somno, ut innumera beneficia, nobis & majoribus collata, agnoscamus, & nefandam nostram ingratitudinem ac contumaciam deploremus & deprecemur: Cum præfatione D. Casp. Er. Brochmanni, Seelandiæ Episcopi. Hafniæ 1644. & (*juxta Catal. nundinalem ac Lipenium P. I. Bibl. Theol. p. 472.*) 1663. in fol. Theologicam exhibet Emblematum Cornu aurei Christiani V., Danorum Principis, in via publica Mögeltunderensi, M. Jul. A. 1639., a virgine rustica e terra eruti, interpretationem, piam qvidem, sed

PPP PP PP 2 ἀπροσδιό-

(1.) V. Ant. Heimreichii *Chron. Dithmars., L. 3., c. 5., p. 256.* (2.) V. M. Steph. Rammii Jun. *Vitam parentis sui, M. Gerh. Rammii.* (3.) *in Mantissa supellectilis antiqvariæ, Bibliotheca Bibliothecarum adjecta, p. 635.* (4.) V. *Indicem III. Bibliotheca Reseniana.* (5.) V. Pet. Resenii *Inscriptt. Hafn. p. 110.*

ἀπροσδιόνυσον, atqve idcirco a Trogillo Arnkielio, *in Tr. de eodem Cornu* Germanico, A. 1683. edito, rejectam. V. *P. I. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 12., p. 29.*

Resonabilis Echo: h. e. Orationis seriæ & sinceræ, a pia mente conceptæ, ex fide vera profectæ, ad normam verbi divini formatæ, mira vis & ἐνέργεια, utpote qvæ Deum, & devotam animam, colloqvio mutuo & familiari conjungit, ex fontibus S. Scripturæ, & præsertim Cap. III. Threnorum, deducta, explicata, & qvinqve libris comprehensa. Hafniæ 1651. (*imo, juxta Alb. Bartholinum l. c., A. jam 1649.*) in 4.

II. DANICA.

Klar Beviisning, at JEsus Christus er piint og kaarsfest, død og begrafven om Fredagen (i. e. Demonstratio, JEsum Christum die, non Jovis, sed Veneris, mortuum esse ac sepultum.) Hafniæ 1651. in 12. Opposita est Claudio Nicolai Eistadio, seu Lesleo, scriptori Dano, opinioni novæ, de Christo die Jovis mortuo, *in Appendice Geometriæ planorum universæ*, Lubecæ A. 1650. & 1661. *in 4.* editæ, patrocinato, & per Joh. Windefontanum etiam, Parochum Steenlosiensem (*in Anatome Qvæstionum paradoxarum Cl. Nic. Leslei de motu terræ, anima hominis a sola matre, & Servatore JEsu die Jovis passo*, Hafniæ A. 1662. *in 4.* excusa), Latine refutato.

Tr. om den Formørkelse, som skede i Solen d. 2. Aug. A. 1654. (i. e. Pia institutio de Eclipsi solari, d. 2. Aug. A. 1654. facta.). Hafniæ 1655. in 12.

CHRISTOPHORUS, Comes a RANZOU, e familia Cimbrica eqvestri ortus antiqvissima, patrem habuit Henricum, prædiorum in Wagria eqvestrium, Schmolensis atqve Hohenfeldensis (qvæ ipse etiam jure possedit hæreditario) Toparcham, Christ. IV., Regis Daniæ, Consiliarium, Præfectum Rendesburgensem, Basilicæ Hamburgensis Præpositum, Slesvicensis autem Canonicum, Heroem magnæ in Cimbria autoritatis, A. 1644. rebus humanis exemptum (1.); matrem vero Idam Pogwischiam, e Dynastarum Ovelgünnensium stirpe oriundam. Majores familiæ paternæ reliqvos fuse Casp. Dancwerthius, in serie Ranzoviorum Schmolensium, enumerat, Genealogica (2.). Ingens in ipso a teneris pietatis, candoris, virtutum & eruditionis omnigenæ, studium, Calixtinis ornatum laudibus, eluxit, cujus igniculos parentes magis excitaturi, *Fabro* illum cuidam domi bonis literis atqve moribus imbuendum commiserunt (3.), &, cum adolevisset, in Academias ablegarunt. In Sorana Daniæ cum viveret, studium tanto ardore Juridicum excoluit, ut *Institutiones* Justinianeas integras memoriæ mandare haud dubitaverit (4.). Juliam A. 1649. adiit, &, convictu Georg. Calixti, Theologi eximii, suiqve popularis, a d. 19. Febr. ad Kal. Oct. usqve, usus, in sacro, ad qvod animum istic serio appellebat, studio, Viri hujus summi, cui ob pietatem, candorem & φιλομάθειαν, longe erat charissimus, ductu, brevi ita profecit, ut, cum Sam. Vossio, Nobili Megapolitano, amicorum intimo, Wernerum Geichium, Monachum, in Lutheranorum castra traduxerit (5.). Παιδείας sacræ, qvalis nobili & Politico convenire visa est, methodum, a se illi suggestam, sed ab Abr. Calovio, nodos in scirpo qværente, fuse (6.) exagitatam, ipse Calixtus, *in Appendice sui ad Ernestum Hassum Responsi* (7.), hisce A. 1651. verbis exposuit: *Cum primum accederet, totus immersus erat studiis Hebrææ linguæ. Ego vero monere, non videri operæ pretium, qvod tantum temporis & laboris Grammaticæ, & vocabulis ediscendis, impenderet, qvi rerum scientiam adamaret, & studium illud ad eximiam perfectionem deducturus non esset. Rectius itaqve facturum, si Philosophiæ, Metaphysicæ, Logicæ, qvarum plane rudis erat, certis & necessariis ad res cognoscendas, ac recte dijudicandas, præsidiis, incumberet. Hebrææ linguæ studio vix eo perventurum, ut Latinis V. T. versionibus, qvæ satis præclaræ extarent, meliores aliqvando daret. Ad rerum cognitionem aspiranti eas sufficere, satiusqve fore, ut ipsis illis rebus considerandis industriam suam impendat: hacqve fini, cum lectione & studio Scripturarum, cognitionem Ecclesiasticæ antiqvitatis, priscorumqve Patrum & Conciliorum, conjungat. Paruit e vestigio, &, missis prioribus, ad hæc studia animum adjecit: qvanqvam, propter temporis angustiam, & sæpe iteratos excursus, vix inchoare potuit, nedum aliqvo perducere. Satis mihi erat, compendia qvædam, a qvibus initium faceret, indicare, qvalia sunt Summa Conciliorum Carranzæ, vel Longi Coriolani, aut potius Codex Canonum universæ Ecclesiæ, qvem edidit Justellus, aut etiam Romanæ; Augustini Lib. de Hæresibus, una cum Danæi Commentario, Bellarmini Lib. de Scriptt. Eccles., ut eorum, juxta decursum seculorum, seriem & nomina primum cognosceret. Non memini, me unqvam ei volumen aliqvod prisci Patris, vel Græci, vel Latini, evolvendum dare: eo enim usqve, ut ex usu daretur, res deducta nondum erat.* Helmstadio, exeunte A. 1649., Amstelodamum est digressus, & Mennoniticæ sectæ Anabaptistarum consvetudine, teste Calixto, tempore usus haud exiguo. Continuato deinde itinere in Italiam delatus, Romæ anno Ecclesiæ Romanæ jubilæo 1650. substitit, &, diversum a peregrinatoribus aliis, curiosa aut ludicra sectantibus, amplexus institutum, in Ecclesiæ Pontificiæ statum, ac cum Protestantibus controversias, accuratius cœpit inqvirere. In scrutinio hoc occupato Lucas Holstenius, popularis eruditissimus, Bibliothecæ præfectus Vaticanæ, Henricus Julius Blumius, Eqves Lüneburgicus & Apostata, Jesuitæ nonnulli, & alii Viri docti, qvibuscum conversabatur, plurima de religionis Lutheranæ veritate moverunt dubia, & eo qvidem successu, ut alienior ab hac esse, atqve Pontificiam illi præferre, inciperet (8.). Vacillantem ad Apostasiam tandem manifestam, eodem A. 1650., permovit, præter admirationem devotionis Pontificiorum, & peregrinorum inprimis, ad Jubilæum confluentium, speciosæ, numerosæqve librorum de pietatis studio Asceticorum, apud Lutheranos non ita freqventium, qvibus a teneris delectatus erat, multitudinis, Holstenii præsertim de modo Ecclesiam veram a sectis discernendi consilium. Svasu enim illius, in mentis hac fluctuatione, Vincentii Lirinensis, a Calixto etiam commendati, regulam secutus, sacri Codicis autoritati Ecclesiæ Catholicæ junxit traditionem, istumqve juxta hujus normam, sive doctrinam & consensum Patrum, qvi seculis a N. C. qvinqve prioribus floruerunt, ac IV. Conciliorum generalium, unanimem, Praxin item Ecclesiæ, a sacris eorundem temporum Historicis descriptam, interpretandum esse, in animum induxit. Cum igitur, χειραγωγία gavisus ejusdem Holstenii, in qvinqve primis Ecclesiæ Christianæ seculis, & monumentis, qvæ supersunt, istorum literariis, eadem, qvæ apud Pontificios, dogmata, eosdem ritus sacros, eandem politiam & disciplinam, deprehendisse sibi videretur, ad hos a Lutheranis, velut Proselytus, transgredi haud dubitavit (9.). Rumore interea, de ipsius cum Holstenio, Blumio & Jesuitis, conversatione, Helmstadium, per Germanos, ex Italia reduces, perlato, Calixtus, hospes ejus atqve doctor pristinus, & sponte sua, & Sam. Vossii, nostro amicissimi, rogatu, d. 6. Maji A. 1650., epistola eum familiari ab apostasia humaniter est dehortatus. In hac, post brevissimum corruptelarum aliqvot ac errorum Ecclesiæ Romanæ, sæviitiæqve ejusdem in Anathemate Ecclesiis aliis dicendo, recensum, Cimbricarum autem & Brunsvicensium, tanqvam ὀρθοδοξοτάτων, & optime præ cæteris comparatarum, commendationem, amice nostrum obsecravit, ne scrupulis, Romæ sibi forte injectis, locum concederet, omnesqve ipsi, si in reditu Helmstadium velit iter deflectere, coram a se exemptum

(1.) V. D. Steph. Klotzii *Sermonem de illo funebrem vernaculum.* (2.) *P. III. Chorograph. Cimbr., c. 6., p. 207. 208.* (3.) V. Georg. Calixti *Appendicem Responsi ad Ernestum, Landgr. Hassiæ.* (4.) V. Calixtum *l. c. p.* 49. 50. (5.) V. Calixtum *l. c.* (6.) *in tota Epist. Dedic. Isagoges suæ ad SS. Theol., A. 1652. editæ.* (7.) *l. c. p. 49. 50.* (8.) V. Calixti *ad eum Epistolam, ipsiusqve responsoriam, sub initium.* (9.) V. *ipsius Epist. ad Calixtum p. 4. 5. 6. edit. Mogunt.*, & Andr. Caroli *Memorabilia Ecclesiast. Sect. XVII., T. II., Lib. VI., c. 2., p. 5.*

emptum iri, est pollicitus. Reposita est Epistolæ isti Calixtinæ, sub Ranzovii qvidem nomine, non tamen ab ipso, sed (uti paulo post docebitur) a Luca Holstenio, Responsoria prolixa, non ob styli minus elegantiam, qvam eruditionem, commendanda, Romæ Kal. Sept. A. 1650. scripta, & seqventi 1651. typis excusa publicis. In hac Ranzovius, cum Apostasiæ suæ rationes initio exposuisset, Calixtinæ, ab ista dehortatæ, examen aggressus, Ecclesiæ Romanæ autoritati, Pontificisqve infallibilitati ac primatui, acriter patrocinatur, nec segnius cætera Pontificiorum dogmata, a Calixto erroris insimulata, Ignem sc. purgatorium, numerum Sacramentorum septenarium, Baptismi Johannis atqve Christi discrimen, Communionem solius panis Eucharisticam, & Missas privatas, defendit. Nec Calixto ipsi Autor parcit, sed Senis vere καλλίςυ, & optime de Ranzovio meriti, consilia atqve hypotheses, de sectarum orbis Christiani dissidentium reconciliatione aut toleratione mutua, Irenicas, non solum, tanqvam irritas ac frustraneas, sarcastice perstringit, sed viam etiam Ranzovio ad apostasiam stravisse comminiscitur. *Ad hunc salutis portum*, sub persona inqvit Ranzovii (1.), *invitare te non desinam, ad qvem sedulo pervestigandum, tua imprimis opera, me excitatum profiteor. Nam, Romanam Ecclesiam unam illam, sanctam, Catholicam & Apostolicam, esse, non tam facile mihi licuisset perspicere, nisi antea, tuo ductu, certo credidissem, eam non Antichristi sedem, & Babylonicæ meretricis lupanar, sed vere Ecclesiam etiam nunc esse, & salutis spem pie in ea viventibus neutiqvam denegandam, eo qvod præcipua fidei capita, qvibus, fundamenti instar, salus nostra innititur, salva & immota retineat. De reliqvis, sin absqve partium studio esset, unionem aliqvam, vel saltem Syncretismum, iniri posse, existimabas. Adhæc multa temerario illo reformationis tumultu abrogata dolebas, qvæ, cum magno pietatis emolumento, potuissent retineri, multa qvoqve Ecclesiæ Catholicæ falsa & absurda fatebaris affingi, qvæ aut plane ignoret, aut ipsa improbet. Ita tu, Hermæ vialis instar, in bivio defixus, digito intento, viam, qva ad Ecclesiam Catholicam pergerem, mihi subindicasti.* Hæc ille, qvæ Calixto aliqvot e Lutheranis suis adversarii sæpius deinde exprobrarunt, arreptaqve hinc occasione doctrinam ejus, velut Pontificiæ affinem, acerbe traduxerunt (2.). Sed criminationem istam, ad alenda dissidia Protestantium intestina haud dubie excogitatam, Calixtus ipse, *in Appendice sui ad Ernestum, Hassiæ Landgravium, Responsi*, Epistolæ Ranzovianæ A. 1651. opposita, & Gerh. Titius, ejus ex auditore Collega, *in Pleniori Consilii de concordia Ecclesiastica Calixtini Repræsentatione* (3.), solide jam confutarunt, & ad confessiones non matris solum Ranzovii, causam apostasiæ filii, Calixto falso imputatam, in Fabrum, Præceptorem ejus domesticum non admodum religiosum, transferre solitæ, sed ipsius etiam Ranzovii, Calixtina se contra Pontificios argumenta, magis qvam reliqva adversus eosdem omnia, suspensum atqve cunctabundum tenuisse, cum Ernesto Hasso, ingenue antehac fassi, provocarunt. Post apostasiam Ranzovius in peregrinatione aliqvamdiu perrexit literaria, istaqve finita, Comitis a Ferdinando III., Imperatore, donatus titulo, partim in prædiis Cimbriæ hæreditariis, partim autem in regionibus exteris, ætatem exegit reliqvam, doctrinæ Romano-Catholicæ, ad obitum usqve, tenacissimus, ejusqve propagandæ, si qva se offerret occasio, studiosissimus. Conjugem A. 1679. elegit Dorotheam Hedwigem, Friderici, Ducis Holsato-Norburgensis, filiam, A. 1636. natam, ac paulo ante, relicto Cœnobio, cui Abbatissæ titulo hactenus præfuerat, Gandersheimensi Lutherano, sacra itidem amplexam Pontificia (4.). Annis duodecim in matrimonio hoc, prolis, si rite audita recordor, haud experte, transactis, ipse Hamburgi, M. Augusto A. 1691., conjux autem seqventi 1692., d. 23. Sept. (5.), rebus humanis valedixit.

ELOGIA.

Georg. Calixtus, in Epistola ad illum, his eum, inter alias, laudibus ornavit: *Fecit tuum pietatis, virtutis & eruditionis, studium, cujus hic luculenta specimina edidisti, ut te in oculis geram, & de incolumitate tua sollicitus sim; certa spe nixus, te communi nostræ patriæ magno ornamento, insigniqve emolumento, brevi fore. - - - Non ignarus sum, qvanta tibi prudentia, & ingenii vis, divinitus sit concessa. - - - Tuo consilio, & prudentia, & autoritate, in patria nostra, qvæ adhuc in disciplina Ecclesiastica desiderari possint, aut emendari postulent, aliqvando suppletum & correctum iri, spem omnino certam concepi.*

Joh. Christ. Baro a Boyneburg, *Ep. XX. ad Joh. Conr. Dietericum, p. 92. 93.*, ita A. 1649. de illo scribebat: *Sine dubio Ranzovius, felix, ut fando percepi, suæ gentis exornator, in Italia opes Græcanicas, & diliget, & inveniet, ut qvi in Julia Academia studiorum dulcedinem, ex ore præstantissimorum antecessorum, per electissimos libros, limpida curiositate cœperit degustare.*

Henr. Marcellius, Jesuita (a Joh. Fabricio Jun., *in Defensione Considerationis controversiarum p. 80.*, allegatus), *in Sapientia pacifica p. 158.*, *Viris* eum annumeravit *non mansvetudine minus clementiaqve qvam eruditione & sangvine, illustribus, qvi moderatione & humanitate in disputationibus sacris eximiam laudem promerentur.*

SCRIPTUM UNICUM, IDQVE SUPPOSITIUM.

Epistola ad Georg. Calixtum, Theol. Professorem Helmstadiensem, qva sui ad Ecclesiam Catholicam accessus rationes exponit. Adjecta est Calixti ad Ranzovium Epistola, cui in hac respondetur. Romæ, typis hæredum Ludov. Grignoni, A. 1651. in 8. Recusa deinde est Francofurti ad Mœnum (Legati, teste *Appendice* Calixti sæpius allegata, jussu Cæsarei), Moguntiæ A. 1652. in 4., Romæ, typis S. Congregat. de propaganda fide, A. 1662. in 8., & Salisburgi A. 1686. in 12. Editionis Moguntinæ, centonibus aliqvot auctæ ineptis, hic est titulus: *Jucundus congressus, seu Epistolæ, anno 1650. Jubilæo scriptæ, & ad avtographum Romanum recusæ: 1. Acatholica, a Lutherano Magistro, Calixto; 2. Catholica, ab illustri, generoso & nobilissimo Viro, Christoph. Ranzovio, ex Holsatiæ nobilitate, Romæ, ad fidem Catholicam, ex Lutherana secta, eodem anno, prudentissime converso. Accedit Cautio brevis Theologi Romani* (qvem Hier. Mulmannum, Jesuitam, esse, Nath. Sothwelli *Biblioth. Jesuitica p. 344.* me docuit), *circa easdem literas, & Indiculus Patrum, excerptorum ex V. Seculis puris, qvi Romanam Ecclesiam agnoverunt esse Apostolicam, & magistram Ecclesiarum, &, velut præfationis loco, Epistola tertia cujusdam G. L., adversus Calixtinam, de Jubilæo, Molshemio ad Constantinum Münnich, Bibliopolam Coloniensem, transmissa* (stolida & lectu indigna, cujus, dubium se de religionis Lutheranæ veritate Roma Florentiam discessisse, e Leonis Allatii narrantis literis, mendacium Frid. Ulr. Calixtus, Georg. Fil., *in Disp. Inaug. de Protestantium & Pontificiorum circa S. Eucharistiæ sacramentum controversiis*, A. 1652. confutavit); Moguntiæ 1652. in 4. Germanica utriusqve Epistolæ, Calixtinæ & Ranzovianæ, Versio (sub titulo: Abdruck zweyer Schreiben G. Calixti und Christophori, (Grafen von Ranzou) Coloniæ A. 1652. *in 8.* prodiit. Qvæ ad ambarum argumentum spectant & historiam, paulo ante jam exposuimus. Ranzovianam confutavit Henr. Meierus, im Pfeiler der

(1.) *p. 30. 31.* (2.) V. Joh. Hülsemanni Calixtinischen Gewissens-Wurm *p. 771. ac seqq.*, & *Tr. de Auxiliis gratiæ, p. 225.*, Abr. Calovii *Ep. dedic. Isagoges ad SS. Theol.*, *Consultationem Cassellanam expensam p. 8.*, & *Antapologiam Witeb. contra Rintelienses Theologos p. 621. 622.*, Enochi Hanmanni *Diss. Inaug. de Symb. Apostol.*, *c. 4.*, §. 3., Sam. Pomarii *Disp. VI. de Moderat. Theol.* § 8., & Thomæ Crenii *Animadvers. Philol. P. V.*, *c. 2*, *p. 87.*, *ac P. VII.*, *c. 3.*, *p. 161. 162.* (3.) §. 33., *p. 147-151.* (4.) V. Jac. Wilh. Imhofii *Notitiam procerum S. Rom. Imp. p. 633. 1446.*, & Pet. Ambr. Lehmanni Jetzt herschendes Europa *p. 90.* (5.) V. Autorem der heutigen Christlichen Souverainen von Europa *p. 864.*, & Lehmannum *l. c.*

der Evangelischen Wahrheit, darinn wieder das Ranzouische Schreiben erwiesen wird, daß die Evangelisch-Luthersche Kirche die wahre, uhralte, Catholische und Apostolische Kirche sey, libello Osterodæ A. 1662. *in 8.* excuso. Sub examen eandem, non κα]ὰ πόδα, nec qvoad dogmatica, sed qvoad historiam tantum apostasiæ Ranzovianæ, & causam illius, falso sibi imputatæ, ipse vocavit Georg. Calixtus, *in Appendice* peculiari, *Responso* suo *ad Ernestum, Hassiæ Landgravium*, Helmstadii A. 1651. *in 4.* excuso, adjecta, & ab Anonymo, in der gründlichen Wiederlegung der Unwahrheiten und Calumnien, so G. Calixtus wieder Herrn Christophorum, Grafen von Ranzou, außgesprenget, qvæ Moguntiæ A. 1652. (*testibus Catalogo nundinarum anni istius autumnalium p. 21., & Lipenio P. I. Biblioth. Theol. p. 83. 84.*) prodiit, vicissim impugnata. Non immerito autem Calixtus, in hac *Appendice*, sibi persvadet, Epistolam Ranzovianam Autorem non agnoscere ipsum Ranzovium, *cui nunqvam tanta lingvæ Latinæ peritia vel usus fuerit, qvanta in illa deprehenditur, sed, absente illo, imo forte etiam nolente (cum multa contineat ab ipsius candore, sibi cognito, aliena), sub ejus nomine, esse editam ab homine antiqvitatis, non modo Ecclesiasticæ, sed etiam exoticæ, nec non Latinæ elegantiæ, & Oratoriæ facultatis, studioso & perito. Hinc esse, qvod, qvæcunqve afferantur, verborum qvadam pingantur cerussa, efficacia vero evincendi & demonstrandi destituantur.* Eadem, de Autore, Gerh. Titii fuit sententia, qvi, *in Ostensione contra Pontificios summaria p. 101. 102.*, loca Patrum, pro Confirmationis sacramento, ab eo allata, examinans, *Ranzovianum* illum *Catecheten, an seductorem, superstitiosumqve Epistolæ apostaticæ Ranzovianæ architectum*, appellavit. Uterqve, indice velut digito, demonstrasse mihi videtur Lucam Holstenium, Virum & eruditione ista multiplici inclytum, & inter hodegos Ranzovii ad Ecclesiæ Romanæ castra (sicut supra jam indicatum est) facile principem, cui Epistolam hanc mea *ad Hist. Cimbr. Isagoge (P. II., c. 5., §. 3., p. 100.)* A. jam 1691. vindicavit. Qvod ut facerem, alia mihi ejusdem Holstenii persvasit Epistola, *Libro II.* Συμμίκ]ων Leonis Allatii, Coloniæ A. 1653. editorum, *p. 436. 437.*, inserta, qva, a Barth. Nihusio consultus, Abassinorum sub una specie, qvam vocant, communionem, in Ranzoviana memoratam, ulterius defendit, &, qvæ in hac de ista leguntur, *se suggerente* esse scripta fatetur. Sed & alios postea eidem hanc asseruisse observavi, Adr. Bailetum scil., *in Indice Auctorum, libro Gallico des Auteurs degvisez adjecto, lit. R., p. 592.*, Christ. Helwichium, Med. Uratislav. doctissimum (stylum qvoqve Holsteniano simillimum esse monentem), *in Epistola ad me M. Oct. A. 1699.* exarata, &, qvi a Vinc. Placcio (*T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 531.*) laudantur, Joh. Cinellum *Sect. I. Biblioth. volantis p. 24.*, ac Laur. Normannum, a qvo Holstenius ipse, Autorem se illius esse, Olao Svebilio, Sveco (Archiepiscopo deinceps Upsaliensi), Romæ A. 1655. detexisse perhibetur.

DANIEL RANZOVIUS, Eqves Holsatus, Toparchaqve Neuenhofensis, Troieburgensis ac Woldenhornensis hæreditarius, Heros arte pariter atqve Marte inclytus, & in castris ipsis, medios inter tubarum clangores, Musarum sacris vacare solitus, annum æræ Christianæ 1529. habuit natalem, & Godeschalci III., Christiani III., Danorum Regis, Consiliarii, e Margareta Buchwaldia fuit filius (1.). In juventute Musarum castra secutus, comparata sibi, in Academia, qvam A. 1544. adiit (2.), Witebergensi, Lutheriqve convictu, nec non in itinere Germanico-Gallico-Italico (3.), literarum & Poeseos, lingvarumqve Latinæ, Gallicæ & Italicæ, peritia insigni, in Martia adultior auspicato transiit. Tyrocinia militiæ, Caroli V., Imperatoris, auspiciis, in Italia posuit, patriæ autem restitutus, & ab Adolpho, Duce Holsato-Gottorpiensi, in aulam & Consiliariorum adscitus ordinem, huic, in expeditione anni 1559. Dithmarsica, duarum cohortium ductor, & robur animi invictum, & peritiam rerum bellicarum eximiam, abunde approbavit (4.). Longe tamen illustrioribus postea rebus gestis, in bello Friderici II., Danorum Monarchæ, adversus Ericum XIV. & Johannem, Sveciæ Reges, septennali, inclaruit. Dux enim copiarum Danicarum supremus a Friderico constitutus, vias, qvibus in Sveciam penetraretur, abstrusas, & antehac incognitas, primus detexit, præliis adversus hostes plurimis, manu licet impari, victor decertavit, in campo Astropheidensi, 4000. Danis tantum stipatus, 26. Svecorum prostravit ac in fugam conjecit chiliadas, totqve præterea urbes expugnavit munitas, ac toties solum hostile est depopulatus (5.), ut rerum ipsius gestarum, in Annales dudum relatarum Arctoos, & Commentariis insuper peculiaribus, paulo post memorandis, ab ipso pariter atqve aliis, fusius expositarum, recensu omnino abstinere, qvam pauca de iisdem addere, satius videatur. Tantam sane hæ ipsi, apud exteros etiam, gloriam conciliarunt, ut Ferdinandus, Archidux Austriæ Oenipontanus, cum Regum, Principum, ac Ducum bellicorum ἐξοχω]άτων, armaturas, effigies, elogia & insignia, in armamentario ea splendido repositurus, ac æri incisa, typisqve excusa, orbis totius exhibiturus conspectui, colligere cœpisset, Danielis etiam nostri ac Johannis Ranzoviorum panoplias ac imagines, suis ornatas elogiis, ab Henr. Ranzovio, Joh. filio, Prorege Cimbrico, A. 1591. transmitti sibi voluerit (6.). DIVERSO tamen TEMPORE DIVERSA mortalibus esse FATA (ander Jahr, ander Glück), non symbolo solum suo (7.), Heros hic fortissimus, sed interitu etiam docuit tristi atqve immaturo. Qvem & ipse præsagiens, paucis ante diebus, tabulas voluntatis condiderat ultimæ, precibusqve, qvam antea, vacaverat ardentius (8.), & Henr. Ranzovius, gentilis, Prorex Cimbricus, e valedictione triplici, ultimæ ejus ad se subnexa epistolæ, specieqve arcis illius splendidæ, in monumentum subsidentis lapideum exiguum, paterno simillimum tumulo, per somnum sibi oblata, imminere ipsi divinatione suspicaci erat ominatus (9.). Cum enim Wartburgi, Hallandiæ oppidi, a Danis obsessi, &, triduo post obitum ipsius, his deditii, oppugnationem A. 1569., d. 11. Nov. (qvi D. Martino sacer erat), præsens adornaret, & tormentis bellicis, qvæ uno impetu simul exonerari jusserat, qva fortuna disploderentur observaturus, pone scopulum, minima sui parte prospiciens, adstaret, tormenti oppidanorum hostilis ictu fortuito, seu potius fatali (cum collimari ad ipsum, loci opportunitate tectum, recta ex urbe haud posset), capite oculotenus comminuto, ingenti cum Regis, exercitus, & patriæ totius, luctu, occubuit. Collapsi cadaver ministri sustulerunt, & opobalsamo aromatisqve inunctum, turma eqvitum comitati, Helsingburgum, & inde in Holsatiam, ut monumento Westenseensi inferretur gentilitio, deportarunt (10.). Fato adeo lugubri Achilles hic Cimbricus, vix qvadragenarius, cœlebs periit, & sponsam, Catharinam a Damme, Ottonis filiam, Petro fratri, Consiliario regio, Præfectoqve Flensburgensi, conjuge illa deinceps potito (11.), arcem autem Neuenhofensem germano alteri, Antonio (12.), reliqvit. Epitaphium ei Henr. Ranzovius, Prorex Cimbricus, amicorumqve intimus, in templo rurali præfecturæ Rendesburgensis Westenseensi, curavit erigi, & inscriptione duplici, metrica atqve ἀμέ]ρῳ, ornavit. Metrica, qvam solus Franc. Sweertius recitat (13.), hoc sistit hexastichon:

Svecorum jacet hic domitor, terrorqve pavorqve,
Spes Charitum, generis gloria, Martis honos.
Ingenium, pietas, gravitas, facundia, candor,
Cuncta sub hoc uno marmore clausa jacent.
Defunctum lugent virtus, Rex, patria, fratres,
Sponsa, fides, bonitas, Cypria, Pallas, Hymen.

Αμε-

(1.) Majores familiæ paternæ reliqvos *Genealogia Ranzoviana p. 9. 10.*, & C. Danckwerthius, *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 82.*, enumerant. (2.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. L. 1. a.*, & Nath. Chytræi *Epitaphium Elegiacum.* (3.) V. N. Chytræum *l. c.* (4.) V. Henr. Ranzovii *Elogium illius, in Epistolis ad hunc Consolatoriis p. 68.*, & Joach. Hinckii *Ep. de obitu ejus, ib. p. 60.* (5.) V. Henr. Ranzovium *l. c. p. 58. 68.* (6.) V. *Epistolas* Ferdinandi & Henr. Ranzovii mutuas, *l. c., p. 64. 65. 66.* (7.) V. Pet. Lindebergii in illud distichon, *in Juvenilibus p. 177.*, & *Epistolas ad Henr. Ranzovium consolatorias p. 47.* (8.) V. Pauli Ranzovii *Epist. de obitu ejus, inter eadem Consolatorias p. 53.* (9.) V. Henr. Ranzovii *Epist. de obitu ejus ad Joach. Hinckium, l. c. p. 57. 58.* (10.) V. Paulum Ranzovium *loco n. 8. citato.* (11.) V. *Genealogiam Ranzovianam p. 9. 10.* (12.) V. Danckwerthium *l. c. p. 82.* (13.) *In Deliciis orbis Christiani p. 774.*

Ἄμειρον Biographicam, ista prolixiorem, *in Epistolis ad Ranzovium Consolatoriis* (1.), Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzoviana* (2.), & Nath. Chytræi *Deliciis itinerum* (3.), invenies.

Plura de vita ac laudibus ejus suggerent, præter ipsius Relationem de sua contra Svecos expeditione Germanicam ἀνέκδοτον; I. Isaaci, Presbyteri in Scania Landskronensis, Descriptio ejusdem expeditionis Svecicæ Danica, itidem inedita, ab Andr. Sev. Vellejo, illius possessore, *Parte II. Promi condi*, laudata; II. Sylloge *Epistolarum* ad Henr. Ranzovium, de suorum obitu, *consolatoriarum*, a Georg. Lud. Frobenio congesta, & Francofurti A. 1593. ac 1595. *in 8.* edita, in qva, *p. 47-68.*, præter ipsius Epistolis, effigiem & Epitaphium, Elogium ejus breve, ab Henr. Ranzovio conscriptum, & Ferdinando Austriaco A. 1591. transmissum, Johannisqve Junioris, Ducis Holsatici, Pauli Ranzovii, Consiliarii Holsato-Gottorpiensis, Joach. Hinckii, Decani Bremensis, & Mich. Rhederi, Decani Hamburgensis, ad Henr. Ranzovium, hujus autem ad Hinckium, de obitu ac laudibus ejusdem Epistolæ, A. 1569. exaratæ, junctim exhibentur; III. Henn. Conradini, Hamburgensis, *Brevis narratio de vita, præcipuis rebus gestis & obitu, Dan. Ranzovii, cum Querela Daniæ, & Responsione Cimbriæ, de morte ejusdem, diversorumqve Epitaphiis*, Hamburgi A. 1570. *in 4.* publicata; IV. *Narratio vitæ ejus & rerum gestarum*, M. Georg. Crusii *Descriptioni Bredenbergæ*, sine loci mentione A. 1569., & deinde Witebergæ A. 1570. atqve Argentinæ A. 1573., excusæ, Appendicis instar adjecta; V. Nath. Chytræi Sylva in obitum ejus Heroica, *Libro III. Sylvarum, fol. 66-71.*, triaqve Epitaphia, *Lib. II. Epitaphiorum, f. 305.*, obvia, nec non *Deliciæ itinerum per Europam p. 625. 687.*; VI. Petri Lindebergii (Epicedia D. Pauli ab Eitzen, Superint. Holsatici, Mich. Rhederi & Henn. Conradini, una cum Epitaphio, exhibentis) *Hypotyposis Ranzoviana p. 71-74.*

Præter qvos conferri etiam de illo possunt *Genealogia Ranzoviana*, Henr. Ranzovii auspiciis edita, *p. 9. 10.*, Hier. Henningii *Genealogiæ familiarum Saxoniæ, qvæ Episcopos protulere, nobilium, f. 20. b.*, Dav. Chytræi *Chronicon Saxoniæ, Lib. 21., p. 637., & Lib. 22. p. 655.*, Andr. Angeli *Chronicon nobilitatis Holsaticæ Germanicum, Lib. I., c. 3., p. 20. 25., ac c. 30., p. 142. 143.*, Erasmi Michaelii Læti *Res Danicæ, Lib. VI., p. 304. 305.*, Pet. Resenii *Chronicon rerum Friderici II., R. Dan., Danicum*, Joh. Laurentii Preißwürdiges Gedächtniß Kön. Frid. II. *p. 41-66.*, & *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 14., §. 11., p. 235. 236.*

ELOGIA.

Johanni Juniori, Duci Holsatico (*in Epist. de obitu ejus, Syllogæ consolatoriarum ad Henr. Ranzovium inserta, p. 52.*), *Heros* audit *egregius & ductor fortissimus.*

Paulo Ranzovio, Consil. Holsatico (*ibid. p. 53.*), *Heros fortissimus, ac totius exercitus regniqve Danici, Regis etiam ipsius, lacrymis cohonestatus, singulare familiæ Ranzovianæ universæ columen & decus, ex qvo virtutem veram, belliqve laborem, omnes, qvibus Mars vere cordi est, egregie discere potuissent.*

Mich. Rhedero, Decano Hamburgensi (*ibid. p. 62.*), *Vir heroicis præditus virtutibus, qvi non minus animi fortitudine, qvam rebus heroice gestis, omnium qvasi oculos in se converterat, & apud remotissimos qvoqve, & nomen, & famam, fuerat adeptus; in qvo nihil ad virtutem deerat, qviqve politioribus disciplinis animum egregie excoluerat.*

Erasmus Michaelius Lætus (*l. c. p. 305.*) versibus eum heroicis, ob generis nobilitatem, virtutem, prudentiam & felicitatem bellicam, benignitatemqve in milites, fuse celebrat, simulqve, *omnes doctrinæ numeros cum perfecisset, honesto doctrinas loco habuisse, doctosqve fovisse*, testatur.

Nathani Chytræo (*in Epitaphio primo, l. c. f. 305.*) *consilio* audit *dextraqve potens, & gloria Martis.*

Joh. Lauterbachio (*in Carmine funebri*) *Danorum Daniel dextera Ranzovius.*

Jonæ Coldingensi (*in Descript. Daniæ*) *Dux nobilissimus & fortissimus.*

SCRIPTA.

Epistola Latina ad Car. Mornæum, Archistrategum Svecicum captivum, Malmogiæ Non. Jun. A. 1568. exarata, qvæ, una cum Mornæi responsoria, *in Sylloge Epistolarum ad Henr. Ranzovium consolatoriarum*, supra jam laudata, *p. 48. 49. 50.*, legitur.

Octodecastichon Elegiacum haud incultum, Henr. Ranzovio, Proregi Cimbrico, e castris transmissum, *ibidem p. 50. 51.* obvium.

Expeditionis suæ adversus Svecos bellicæ Descriptio Germanica ἀνέκδοτος, qvam Andr. Sev. Vellejus sibi, in historia Danica scribenda occupato, ad manum fuisse, in hujus *Promo condo MS., Parte II.*, testatur.

DANIEL RANZOVIUS, Henrici filius, Eqves Holsatus.

Disp. de Testamentis. Præside D. Pet. Wasmundio proposita. Rostochii 1612. in 4.

(An idem cum hoc sit Daniel Ranzovius, cujus Disp. de necessaria defensione, *in 4.* excusa, *in Catalogo Biblioth. Rosenkrantzianæ* allegatur, alii dispiciant.)

DETHLEVUS RANZOVIUS, Eqves Holsatus, Henrici, Toparchæ Pottlosiensis, Panckerani & Schwelbeckensis, Præfectiqve regii Rendesburgensis, ex Benedicta Buchwaldia, Dethlevi, Dynastæ Wensinensis, gnata, filius (4.), Pottlosiæ, arce Wagriæ non ignobili, primam, testibus Andr. Angelo (5.) & Nicol. Heldvadero (6.), lucem d. 19. Aug. A. 1577. aspexit. Fratres habuit Joachimum, Henricum & Ottonem (7.), e qvibus Joachimus, illo natu major, in Academia A. 1596. & 1597. cum ipso vixit Argentinensi, & studio Juridico-Politico, Melch. Junii, ac Professorum aliorum, ductu, dedit operam. Itinere per Germaniam, Galliam, Belgium, Angliam, Italiam, Siciliam & Hispaniam, diuturno ad finem perducto, in patriam reversus, Dorotheam, Balth. Alefeldii, Præfecti Rendesburgensis, filiam, A. 1614. elegit conjugem, arcium Panckeranæ in Wagria, a parente, Dragensisqve, Hilgenstedensis ac Colmariensis, in Stormaria, a socero sibi relictarum, dominium adiit hæreditarium, & magnam simul, in Chersoneso hac, propter opes, dotes animi præclaras, resqve adversus Svecos fortiter gestas, obtinuit autoritatem. Christiano certe IV., Daniæ Regi, ita se approbavit, ut non solum Consiliariis ab eo adscriptus sit intimis, tractuiqve Stormariæ Steinburgensi & Dithmarsiæ Australi A. 1614. præfectus, ac Coldingæ, postrid. Kal. Dec. A. 1616., in ordinem eqvestrem, cum aliis Daniæ & Cimbriæ magnatibus, receptus Elephantinum (8.), sed ad Præposituram etiam Cathedralis, in urbe Hamburgensi, A. 1627. evectus basilicæ. Obiit d. 20. Mart. A. C. 1639., & ætatis 63., filiisqve destitutus (9.), qvatuor reliqvit filias, Dorotheam scilicet, Christiano, Comiti a Ranzou, Proregiqve Cimbrico, hujusqve sorores, Cajo Alefeldio, Præfecto Flensburgensi, Henrico Alefeldio, Dynastæ Lehmkulensi, Magistroqve eqvitum regio, & Bertramo Reventlovio, Toparchæ Lammertshagensi, elocatas. V. de illo Joh. Luderi, Parochi Hohenaspensis, *Sermonem funebrem Germanicum*, Hamburgi A. 1639. *in 4.* excusum, & Joach. Strigelii, Megapolitani, *Cimbriam Herois nobilissimi, Dethl. Ranzovii,*

(1.) *p. 59.* (2.) *p. 71. 72.* (3.) *p. 687.* (4.) Reliqvos illius majores paternos V. in Casp. Danckwerthii *P. III. Chorograph. Cimbr., c. 6., p. 210.* (5.) *Lib. I. Chronici nobilitatis Holsaticæ p. 130.* (6.) *P. II. Sylvæ Chronol. circ. Balth. p. 204.* (7.) V. C. Danckw. *l. c.* (8.) V. Heldvaderum *l. c. p. 298.*, & M. Joh. Lubberti, Parochi in Dithmarsia Altenwürdensis, Concionem in Luc. III. 14. Germanicam, de dignitate hac eqvestri ei gratulatam, ac A. 1617. *in 4.* editam. (9.) V. Danckwerthium *l. c.*

vii, obitum deplorantem, sive Poema de vita ejus Heroicum perelegans, Glückstadii eodem A. 1639. *in 4.* editum. Conferri etiam, præter jam allegatos, poterunt Joh. Adolphus Cypræus *in Annalibus Episcoporum Slesvicensium, Lib. III., p. 381.*, Christ. Solinus *in Ep. Dedic. Chronologiæ suæ vernaculæ*, Sam. Rosenbohmius *P. I. Poem. p. 161.*, & Joh. Ristius *in Parnasso Teutonico p. 108. 113. 114.* E qvibus Cypræo *Eqves* audit, *qvi, ob generis nobilitatem, personæ gravitatem, officii autoritatem, rerumqve gerendarum usum & experientiam, totius nobilitatis Holsaticæ illustre est decus, & patriæ ornamentum.*

Oratio pro armis, in Acad. Argentinensi A. 1597. habita, qvæ *in Orationum Argentinensium, ductu Melch. Junii recitatarum*, editione prima, Argentinæ A. 1597. *in 8.* publicata, *Tomo VI., p. 397-439.*; in secunda, ibidem A. 1606. impressa, *T. II., p. 746-761.*, & in tertia anni 1620., *T. I., p. 587-601.*, prodiit.

DETHLEVUS, S. Rom. Imperii Comes a RANZOU & LÖUWENHOLM, arciumqve Bredenbergensis, Dragensis, Lindewittensis, & aliarum complurium, Dynastes hæreditarius, d. 11. Mart. A. 1644. in lucem editus (1.), patrem habuit Christianum, Christiani IV. & Friderici III., Daniæ Regum, Consiliarium intimum ac in Cimbria Proregem, in Comitum S. Rom. Imp. ordinem Cæsareo, primum inter Ranzovios, evectum beneficio, matrem vero Dorotheam, Dethl. Ranzovii (*modo celebrati*) e Dorothea Alefeldia filiam (2.). Avus ejus Gerhardus, proavus Henricus, Mæcenas eruditorum eruditissimus, abavusqve Johannes, Achilles Cimbricus (3.), præter alias dignitates, eodem Proregis in Ducatibus Cimbricis munere, familiæ ipsorum, beneficio Regum Daniæ, successione qvasi hæreditaria, per aliqvot secula, commisso, qvo parens atqve ipse, præclare sunt functi. A. 1658., cum Mich. Vibio, Scano, Ephoro suo & ministro deinceps primario, intimoqve tandem Christiani V., Daniæ Regis, Consiliario, in Acad. missus Tubingensem, studiis in Illustri hujus per qvadriennium vacavit Collegio, &, arrepta a mutatione regni Danici, jure supremo & hæreditario Friderico III. tunc commissi, occasione, *de Vicissitudine formarum imperandi*, d. 13. Sept. A. 1661. publice peroravit. A. 1662. in patriam rediit, ac, post moram in illa trimestrem, comite eodem Vibio, in Belgium discessit, & Trajecti ad Rhenum semestri hæsit tempore. In Galliam hinc digressum, & Cadomum jam delatum, nuncius de morte parentis, A. 1663. extincti, reditum in patriam, febre maligna tamen bimestri Bruxellis in itinere sufflaminatum medio, accelerare coegit. Redux A. 1664. animum confestim ad conjugium pariter atqve gubernationem Comitatus Ranzoviani, cæterarumqve ditionum avitarum, appulit, hujusqve curam Vibio suo, qvem A. eodem Consiliarium & aulæ Præfectum, A. 1669. vero Comitatus totius Gubernatorem, constituit, maxima ex parte, demandavit (4.). Ipse interim nihil prius habuit aut antiqvius, qvam ut, majorum exemplo, Regibus Daniæ fidelem præstaret operam, omniqve cultus & obseqviorum genere horum gratiam familiæ suæ propriam redderet ac perpetuam. Hanc ipsius in se fidem Fridericus III., præfectura Rendesburgensi, Cubicularii supremi & Consiliarii provincialis dignitatibus, loco inter Ordinis Elephantini Eqvites, A. 1669. ei decreto, & Proregis tandem Ducatuum Cimbricorum vicarii officio splendido, est remuneratus. Non minor in eum benignitas fuit Christiani V., qvi Friderico parenti A. 1670. successit, illumqve non Chiliarcham solum eqvestrem & Consiliarium creavit intimum, sed affini etiam suo, Friderico, Comiti ab Alefeld, Heroi inclyto, Hafniam, ad locum inter ministros aulicos principem occupandum, evocato, A. 1676., in Proregis Cimbrici dignitate, dedit successorem, Comitatuqve in Jutia donavit Löuwenholmiano (5.). In officiis hisce arduis cum ita se gessisset, ut, Symbolo familiari (*Recte faciendo neminem timeas*) pro virili satisfacere conatus, candoris, integritatis & justitiæ, laudem ab omnibus ferme reportaret, Hamburgi tandem d. 7. Sept. A. C. 1697., ac ætatis 54., vivis excessit. Conjugem A. 1664. elegit amitinam suam, Catharinam Hedwigem, Dethlevi Brocktorfii, Dynastæ Rixtorfiensis & Depenoviensis, ex Oligarde Catharina Ranzovia, parentis sorore, filiam, cum duodecim sibi liberos, brevis plerosqve ævi, qvos scriptores enumerant Genealogici (6.), esset enixa, d. 25. Nov. A. 1689. defunctam. Soli, e tot liberis (filio primogenito, Friderico, Padi undis, d. 27. Jun. A. 1683., prope Augustam Taurinorum, suffocato), Christianus Dethlevus (d. 28. Jun. A. 1670. natus), Catharina Hedwigis (d. 8. Jun. A. 1683. in lucem edita, & Joh. Friderico, Comiti a Castel, A. 1699. elocata), ac Wilhelmus Adolphus (cui dies 30. Jan. A. 1688. erat natalis), parenti utriqve fuere superstites. Conjux altera, Dorothea Benedicta Alefeldia, Henrici filia, e cœnobio Prezensi in thorum d. 20. Jun. A. 1690. adscita, nullius eum prolis parentem reddidit, &, sexennio post (d. 20. Jun. A. 1696.), est mortua. Inscripsit ei D. Joh. Lassenius, Ecclesiastes ipsius aliqvamdiu aulicus, & Theologus deinde Hafniensis, *Atheismum* suum *devictum*, Germanice A. 1673. editum.

Oratio de Imperandi formarum vicissitudine, d. 13. Sept. A. 1661., in illustri Collegio Tubingensi, habita. Tubingæ 1661. in fol. Recusa in Magni Hesenthaleri, Rhetoris Academici Tubingensis, *Svadæ octennis*, Tubingæ A. 1666. *in 12.* editæ, *Parte II.*, Orationes, ductu ejus ab aliis habitas, exhibente.

GEORGIUS RANZOVIUS, Christophori filius, Eqves Holsatus, & arcis, in tractu Kiloniensi, Qvarnebeckensis Toparcha hæreditarius, cujus majores a Casp. Dancwerthio, *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 191.*, enumerantur.

Abdruck aller Acten, Protestationen, Instrumenten, Promotorialschreiben, und anderer dergleichen Schrifften, so in Sachen Georg Ranzouen, und Consorten, hochbefugter Kläger, wieder Dorothea Seestädinn, und Adhærenten, rechtmäßig condemnirte beklagte, weiland Hans Levens Seel. Erbschafft betreffend, für dem Preußischen und Dantziger Gerichte, ergangen; Samt einem, darüber verfertigten, und von unterschiedlichen Juristischen Facultäten approbirten, Consilio: durch ihn selbsten außgegeben. A. 1625. in 4.

GERHARDUS RANZOVIUS, Eqves Holsatus, Pauli, Consiliarii Holsato-Gottorpiensis (*de qvo infra dicetur*), ex Beata Seestädia filius (7.), in arce paterna Bothkampiensi, Kilonio vicina, A. 1554. natus (8.), in Academiam A. 1569. commigravit Witebergensem (9.), & deinceps in Argentinensem, A. 1572. cive illo gavisam. Galliam hinc atqve Italiam peragravit, & ex istis, cum in aulis etiam Cæsaris Electorisqve Palatini aliqvamdiu hæsisset, non aliarum solum artium, homine dignarum nobili, sed lingvarum etiam, Latinæ, Græcæ, Gallicæ atqve Italicæ, peritia instructus insigni, domum rediit (10.). A. 1580. Ottoniam, Fioniæ metropolin, ut actum solennem, qvo feudum Ducatus Slesvicensis Principibus a Friderico II., Daniæ Rege, conferebatur Holsaticis, spectaret, est profectus, & fato istic immaturo, a Frid. Brocktorfio, populari, per se itidem vulnerato, in duello, d. 19. Maji, occisus, pompamqve funebrem comitantibus

(1.) Testibus Steph. Klotzio, *in Sermone funebri, matris ejus sacro* memoriæ, & Pet. Ambr. Lehmanno, *P. I.* des ietzt herrschenden Europæ *p. 342.* (2.) Conf. Jac. Wilh. Imhofii *Notitiam Procerum S. Rom. Imp. p. 1451. Ed. prima.* (3.) V. de his cæterisqve majoribus, Tabulam Genealogicam Casp. Danckwerthii, *Parte III. Chorogr. Cimbr., c. 14., p. 283. 284.* (4.) V. Cosmi Bornemanni, JCti Hafniensis, *Programma funebre*, Vibii A. 1690. consecratum memoriæ. (5.) V. Imhofium *l. c.* (6.) V. Imhofii *Notitiam Procerum S. Rom. Imp., L. 9, c. 7., p. 783. Ed. secundæ anni 1687. Tubingensis*, Lehmannum *l. c. p. 342. 343. 344.*, & Autorem der Heutigen Christlichen Souverainen Europæ *p. 1045.* (7.) Majorum reliqvorum Seriem V. in C. Danckw. *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 190.* (8.) V. *Geneal. Ranzov. p. 16.*, & Andr. Angeli *Lib. I. Chronici Nobilit. Holsat. p. 171, 172.* (9.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb. lit. V, 2. b.* (10.) V. Angelum & *Geneal. Ranzov. ll. cc.*

mitantibus Friderico Rege, ac tribus Holsatiæ Ducibus, in æde urbis Franciscana sepultus (1.). Monumenti sepulchralis, in eadem a matre ipsi erecti, inscriptionem, præter Pet. Lindebergium (suum aliorumqve addentem Epicedia) (2.), & Nath. Chytræum (3.), Henr. Ranzovius, Prorex Cimbricus, ejus patruus, adjecto Carmine funebri, memoriæ defuncti consecrato, *in Cognatorum suorum Epitaphiis* (4.), exhibuit. Qvi alibi etiam (5.), cædem hujus sui ex fratre nepotis, ob indolem præclaram pari cum liberis propriis amore a se dilecti, biduo anteqvam in monomachia nocturna occumberet, somnio de morte filii sui, ei cognominis, subita sibi esse prænunciatam, testatur. Confer de illo, præter scriptores jam allegatos, Jonæ ab Elverfeld *Tr. de Holsatia, Classe II., lit. H. 4. a.*, & Jani Gruteri *Recensum annorum dierumqve, viris illustribus emortualium, Libro II. Chronici Chronicorum, sub Joh. Gvaltheri nomine editi, insertum.*

Epistolæ Latinæ familiares ad Adolphum, Ducem Holsatiæ, Eberh. Mollerum, Consulem Hamburgensem, Henr. Mollerum, Theol. Witebergensem, Nicol. Alefeldium, Alb. Tweftrengium, aliosqve amicos, Argentorato A. 1572. scriptæ, qvarum fasciculum (*in fol.*) MStum, luce non indignum, a J. V. E. D. collectum, in Bibliotheca inveni Johannea Hamburgensi.

HANSIUS LEOPOLDUS **RANZOVIUS**, Friderici, Dynastæ Knopensis & Pronstorpiensis, Consiliariiqve provincialis Holsato-Gottorpiensis, ac Judicii aulici Præsidis, filius.

Commentatio Academica de Jure Conjugum in bona, speciatim de Præcipuo, qvod Viduis Nobilium, in Ducatibus Slesvicensi & Holsatico, ex jure fasciæ capillaris competit, vulgo von der Huven-Bandes-Gerechtigkeit, antea, in Academia Kiloniensi, Dissertationis loco, Præside D. Franc. Ern. Vogtio, proposita; auctior, sub solo Ranzovii nomine, publicata. Kilonii 1714. in 4.

HENRICUS **RANZOVIUS**, Eqves Holsatus, qvo Cimbria nec inter scriptores suos atqve eruditos, famam præ cæteris adeptos æternam, nobiliorem, nec inter nobiles eruditiorem, & in literarum doctores & cultores benigniorem, vel hactenus habuit, vel in posterum forte habebit, primum d. 11. Mart. A. 1526., in arce Stormariæ Steinburgensi, hausit spiritum. Patrem habuit Johannem Ranzovium, trium Daniæ Regum, Friderici I., Christiani III. & Friderici II., Consiliarium intimum, Archistrategum, Proregem Slesvigo-Holsaticum, & Præfectum Steinburgensem (infra fusius a nobis celebrandum), matrem vero Annam Walstorpiam, Gerhardi filiam, A. 1582. cum ipsa familia Walstorpiana, cujus ultimus illa erat surculus, extinctam. Domi literarum imbutus notitia, duodecennis A. 1538. in Academiam migravit Witebergensem, & Lutheri, qvoad illic substitit, commensalis fuit atqve domesticus. Inde, doctrina multiplici sibi parata, digressus, & ab Adolpho, Holsatiæ Duce, Consiliarii ornatus titulo, A. 1548. Bruxellas, cum isto, in aulam Caroli V., Imperatoris, abiit, eamqve septennio sectatus integro, Magnatum, tum Germanorum, tum exterorum, sibi conciliavit amicitiam, & non Politicarum solum rerum assvevit tractationi, sed in conscribendis etiam militibus Cæsari, cum Adolpho, navavit operam. Domum hinc revocatum Christianus III., Rex Daniæ, in Senatum initio provincialem adscivit Cimbricum, deinde autem, anno circiter 1556., parenti superstiti, non in arcis solum (qvam perpetuo fere postea inhabitavit) & tractus Segebergensis præfectura, sed vicario etiam Ducatuum Slesvicensis & Holsatici regimine, invitum licet, Collegam dedit atqve successorem. Dignitatibus hisce amplissimis, per annos 44. continuos, trium Monarcharum Danicorum, Christiani III., Friderici II. & Christiani IV., Prorex, præclare admodum est functus, & gratia singulorum gavisus perpetua. Præcipue tamen Friderico II., nihil alicujus momenti, nisi judicium ejus explorasset, aggresso, fuit in deliciis, a qvo non A. 1580. solum, in Comitiis Ottoniensibus, Eqves auratus Ordinis creatus est Elephantini, sed Præpositura etiam cathedralis in urbe Hamburgensi donatus Basilicæ, & A. 1577. testis ac sponsor Christiani IV., primogeniti & successoris sui, baptismo adhibitus. Negotia majoris momenti publica, extra ordinem freqventer ipsi commissa, legationes, & expeditiones, qvibus interfuit, bellicas, ac in his Dithmarsicam anni 1559., prætereo. Rebus tot in pace belloqve præclare gestis summam sibi apud exteros etiam peperit autoritatem, & plerosqve Europæ Christianæ conciliavit Imperatores, Reges, Principes, Magnates aulicos, Heroasqve bellicos ἐξοχωτέρους, qvorum plurimæ, qvibus familiariter eum compellarunt, Epistolæ, *in Consolatoriarum* ad ipsum Syntagmate, per Georg. Lud. Frobenium collecto, & A. 1593. edito, bisqve deinceps recuso, obviæ, qvanti ab illis æstimatus sit, abunde testantur. Conjugem A. 1554. duxit Christinam, Francisci ab Halle, Eqvitis Brunsvicensis ditissimi, filiam unicam, qvæ, præter magnam auri vim, arcesqve & palatia plurima, a patre sibi relicta, dotem marito plus qvam 400000. attulit Imperialium, liberosqve duodecim, septem nempe mares, & qvinqve fœmellas, in auspicatissimo novem lustrorum conjugio, est enixa. E qvibus, filiis qvatuor, unaqve filia, fato extinctis immaturo, Franciscus, Præfectus in Jutia Silckeburgensis, Breido, Langelandiæ Gubernator, Gerhardus, Prorex Slesvigo-Holsaticus, & gnatæ qvatuor, tribus Alefeldiis, uniqve Ranzovio, Eqvitibus Cimbricis nobilissimis, Præfectisqve ac Consiliariis partim regiis, partim ducalibus, elocatæ, parenti, 24. nepotum neptiumqve, cum viveret, avo a se reddito, fuere superstites. Ipsis tandem Kalendis Januarii Anni æræ Christianæ 1599., cum ætatis ageret septuagesimum tertium, & per octiduum ægrotasset, post sermones cygneos, pietatis pariter atqve prudentiæ senilis eximiæ testes, cum necessariis suis, aliisqve, habitos, morte placidissima, patriæ Orbiqve literato est ereptus, &, aliqvot post mensibus, comitantibus pompam funebrem Christiani IV., Regis Daniæ, ac Principum qvorundam Germanicorum, Legatis, cryptæ sepulchrali, in Sacello ædis Itzehoensis Laurentianæ Ranzoviano, a semet ipso olim magnifice extructo, illatus. Brevissimam hactenus vitæ Herois hujus & Musagetæ incomparabilis exhibuimus synopsin, justam autem & copiosam ejusdem historiam, jampridem concinnatam, cum, ob molem, Tomo huic operis nostri primo haud possit inseri, ultimo reservamus. Fuse illic de familia ipsius, Cimbricarum eqvestrium ferme antiqvissima, majoribus, liberis, posteris, rebus in pace ac bello gestis, virtutibus moralibus ac Politicis, divitiis, qvibus Reges ac Principes æqvavit, ingentibus, arcibus prædiisqve eqvestribus XXI. splendidissimis, palatiis IX. urbanis, sacellisqve duobus, nosocomiis, orphanotropheis, ternis Pyramidibus, Obelisco, molis XXXIX., aliis item ædificiis sumptuosis, ac monumentis plurimis suorum Epitaphiis, magnifice extructis, potiorumqve ornamentis & inscriptionibus, differetur. Eruditio præsertim ejus eximia & multiplex, Philologica, Poetica, Historica, Politica, Medica, Physica & Mathematica, merita in omne ferme literarum genus, & patriæ præsertim atqve Septentrionis historiam, immortalia, benignitas in homines eruditos, non Cimbros solum, sed & exteros, qva Mæcenatem, omnesqve ejus æmulos, superavit, incomparabilis, Bibliotheca 6300. voluminum Bredenbergensis decantatissima, & Europæis potioribus ævo isto annumerata, sed a milite A. 1627. direpta Cæsareo, apparatusqve nummorum veterum, statuarum, tabularum, ac instrumentorum Mathematicorum atqve Astronomicorum, locupletissimus, justis ornabuntur laudibus. Indices exhibebuntur Regum, Principum, Magnatum, hominumqve doctorum, qvorum compellatus est epistolis, Amicorumqve

(1.) V. Angelum, Dancwerthium & *Genealogiam Ranzovianam*, ll. cc. (2.) *in Hypotyposi Ranzoviana* p. 80. 81. 82. (3.) *in Deliciis itinerum per Europam* p. 686. 687. (4.) p. 27-30. (5.) *in Poemate de Somniis, eorumqve eventibus*, p. 20. 21.

rumqve & clientium eruditorum, qvi Carminibus eum scriptisqve celebrarunt integris, ac elogia, qvæ, tum ab his, tum ab aliis, reportavit luculenta ac invidenda qvamplurima, ex innumeris selecta, adjicientur. Scriptorum tandem Catalogi addentur historici accuratiores, non propriorum solum, editorum pariter atqve ἀνεκδότων, satis numerosorum, sed alienorum etiam, vel e Bibliotheca illustri (partim ab ipso, partim ab amicis), vel auspiciis ejus ac sumptibus, publicatorum, illiusqve nomini a suis inscriptorum Autoribus. Consuli interim, præter paucula huc spectantia, qvæ in *Isagoges ad Historiam Cimbricam Parte I.*, *c.3.*, *§. 8. 9.*, *p. 23. 24. 25.*, *ac c. 14.*, *§. 6-11.*, *p. 218-235.*, *Parteqve IV.*, *c. 3.*, *§. 5.*, *p. 427. 428. 429.*, *c. 7.*, *§. 4.*, *p. 523. 524. 525.*, *c. 12.*, *§. 4.*, *p. 630. 631.*, ac locis passim aliis, nec non *in Hypomnematis ad Alb. Bartholini Lib. de Scriptis Danorum p. 183. 244.*, *eorundemqve Spicilegio p. 9.*, in medium jam attulimus, poterunt Ranzovii ipsius, & clientium ejus, Steph. Macropi, Pet. Lindebergii, Georg. Crusii, Andr. Angeli, Hier. Henningii, Jonæ ab Elverfeld, Georg. Lud. Frobenii, Henn. Conradini, Alb. Lomeieri, & aliorum, Scripta, locis *Isagoges* citatis fuse jam enumerata. Qvibus plures, brevius de nostro commentatos, jam non vacat addere.

HENRICUS RANZOVIUS, Eqves auratus, & Toparcha arcium in Dania Aagardensis & Rosenwoldensis, in Wagria vero nostra Schöneweidensis, hæreditarius, Francisci, Præfecti in Jutia Silckeburgensis, ex Anna, Erici Rosenkrantzii, Proregis Norwagici, gnata, filius, Henrici autem (*modo celebrati*) nepos (1.), primam, Sec. XVI. expirante, lucem aspexit. Annos juveniles longinqvis in Belgium, Angliam, Galliam, Italiam, Hispaniam, Germaniam, imo in Græciam qvoqve, Palæstinam & Ægyptum, A. 1623. ac 1624. peragratas, impendit itineribus. In Daniam ex his redux, insigni rerum civilium, militarium ac Mathematicarum, peritia omnium in se oculos convertit, &, præter Diœceseos in Jutia Aarhusiensis, Præfecturarumqve Ballegardensis, Kalloensis ac Sternholmensis, gubernationem, locum etiam inter regni Senatores obtinuit. In cujus dignitatis, mutata Imperii forma, A. 1660. amissæ, locum Consiliarii intimi, Judiciiqve supremi ac Collegii Status Assessoris, officia splendida ipsi vicissim a Friderico III. & Christiano V., Daniæ Regibus, sunt collata. Finem vivendi fecit A. C. 1674., & ætatis 76. V. *Hypographen Imaginis ejus æri incisæ, & carmina eidem adjecta.*

Denckwürdige Reißbeschreibung seiner, A. 1623. und 1624., auf Jerusalem, Cairo in Ægypten und Constantinopel, gethanen Reisen. Hafniæ 1669. in 4., & Hamburgi 1704. in 8.

JOACHIMUS RANZOVIUS, Eqves Holsatus, arcisqve in Wagria Pottlosianæ Dynastes hæreditarius, in eadem d. 6. Aug. A. 1576., teste Andr. Angelo, natus, eosdem cum fratre Dethlevo (*supra celebrato*) parentes ac majores, eosdemqve A. 1596. & 1597., in Academia Argentinensi, Præceptores habuit. In Cimbriam reversus, arcem inhabitavit natalem Pottlosianam, A. 1636. adhuc fuit superstes, & filios aliqvot, a Danckwerthio enumeratos, Hansium scil., Strategi (qvem *Generalem Majorem* vocant) officio in exercitu functum Cæsareo, Bertramum, Toparcham Aschebergensem, & Henricum, in urbis Belgicæ Cortracensis obsidione occisum, progenuit.

V. de illo Andr. Angeli *Chronicon nobilitatis Holsaticæ, Lib. I., p. 130.*, Casp. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 6., p. 210.*, & Vinc. Barsicii *Coronam Holsaticam nobilem*, A. 1636. editam, *p. 12.*

Oratio de Nobilitate, Argentinæ A. 1596. recitata, & ibidem, *in Orationum Argentinensium, Melch. Junii ductu habitarum*, Editionis primæ *Tomo V.*, A. 1600. *in 8.* excuso, *p. 302-321.*, in secundæ anni 1606. *Tomo II.*, *p. 612-623.*, & in tertiæ anni 1620. *T. I.*, *p. 483-492.*, publicata.

Oratio pro Legibus, Argentinæ A. 1597. recitata, & in earundem *Orationum* Edit. primæ *Tomo VI.* (A. 1597. impresso), *p. 397-439.*, in secundæ anni 1606. *T. II.*, *p. 761-773.*, ac in tertiæ anni 1620. *Tomo I.*, *p. 601-612.*, edita.

JOHANNES RANZOVIUS, Eqves auratus Holsaticus, Dynastesqve hæreditarius Bredenbergensis, Bothcampianus, Sturenhagensis & Meelbeccensis, Achilles Chersonesi Cimbricæ, virtute in toga pariter atqve sago heroica famam adeptus immortalem, A. 1492. (non autem 1494., qvi a Christoph. Kellinghusio, Poematis de illo Panegyrici scriptore (2.), perperam substituitur) in lucem est editus. Pater ei fuit Henr. Ranzovius, bonorum feudalium in civitate Itzehoensi hæres, & Hamburgensium in arce Steinburgensi præfectus, qvi sexagenarius A. 1497. obiit; mater autem Oligardis Buchwaldia, Dethlevi, Eqv. aurati, Toparchæqve Borstelani & Sirhagensis, filia, A. C. 1538., ætatis 80., & viduitatis 41., defuncta. E fratribus qvatuor, Breido primogenitus in bello A. 1500. occubuit Dithmarsico, & cum monumento eum avito Dithmarsi inferri haud paterentur, cum cæteris nobilibus, eadem clade absumptis, sub dio tumulum reperit; Paulus, Friderici I., Regis Daniæ, aulæ præfectus, in flore ætatis A. 1521. expiravit; Cajus, Adolphi, Ducis Holsatici, Consiliarius, & Tractus Trittoviensis gubernator, A. C. 1560., ac ætatis 72., obiit, & Dethlevus tandem, Canonicus Bremensis & Hamburgensis, post navatam Bononiæ studiis operam, Romæ A. 1504. decessit. Soror unica, Catharina, cœnobii virginei Itzehoensis, per lustra qvatuor, fuit Abbatissa, ac d. 23. Jan. A. C. 1564., ætatisqve 81., est defuncta (3.). Noster, fratrum natu minimus, vix qvinqvennis patre orbatus, non pietatis solum & literarum rudimenta domi, in pueritia, imbibit, sed &, cum indoles ejus heroica mature se proderet, fortitudinis ibidem bellicæ progymnasmatis adolescens est assvefactus. A. 1505. (non 1507., pro qvo Kellinghusius militat), tredecim vix natus annos, cum gloriæ vehementi cupiditate flagraret bellicæ, clam instructo domi eqvo, matre & consangvineis invitis, in castra vicina evolavit, & vitæ se totum deinceps dicavit militari. A. 1516., tum religionis ergo, tum inprimis, ut multarum gentium mores, variasqve belli gerendi rationes, perspiceret, peregrinationem exorsus, adita primo Anglia, & deinde Hispania, Divoqve in hac Jacobo Compostellæ salutato, Germaniam, Italiam, Cretam, Græciam, Thraciam, Asiam minorem ac Syriam, peragravit, & Hierosolymam tandem delatus, sacris rite factis, dignitatem Eqvitis aurati, baltheumqve militarem, A. 1517. (Nic. Heldvadero (4.) teste), reportavit. Cum autem peregrinatio hæc in ea incidisset tempora, qvibus Selimus, Turcarum Imperator, Sultanorum Ægypti imperio cruentis finem attulit victoriis, & Palæstinam simul ditioni suæ adjecit, in reditu, Turcis eum sociosqve, velut Mammeluchos, perseqventibus, captivitatem & vitæ discrimen evitare vix potuisset, nisi, ope Numinis, navi conscensa, illorum se subduxisset sævitiæ. Ægre hac elapsus, Neapolin trajecit, Romæqve Leonis X., Pontificis maximi, pedes, more Italico, sed non sine fastu Cimbrico, deosculatus, per Italiam, Galliam & Germaniam, multiplicem variarum rerum, & exqvisitioris præsertim disciplinæ militaris, peritiam patriæ dicaturus commodis, domum rediit. Friderico I., Duci tunc adhuc Cimbrico, hanc ita approbavit, ut A. 1520., mox a reditu, filii ab eo primogeniti, Christiani III., constitutus sit Ephorus, &, cum illo, in aulam Joachimi I., Electoris Brandeburgici, Berolinensem, nec multo post, in hujus comitatu, ad prima, qvæ Carolus V., Imperator, indixerat, Comitia ablegatus Wormatiensia. Hic cum Lutherum, ad eadem a Cæsare evocatum, vidisset, & dogmata sua, in publico Ordinum Imperii consessu, summa defendentem audivisset constantia, istis approbatis, ritus Ecclesiæ Romanæ supervacuos ex eo neglexit tempore. Wormatia in Cimbriam reversum Fridericus I. A. 1522. palatii sui Magistrum, in Pauli fratris locum, nec multo post Præfectum Gottorpiensem (5.), creavit, omnibusqve

(1.) V. Casp. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 14.*, *p. 283.* (2.) *Lib. I.*, *lit. B. 1. a.* (3.) V. de his nostri parentibus, fratribus ac sorore, nec non majoribus reliqvis, Henrici, ejus filii, *Genealogiam Ranzovianam p. 16. 17. 18. 26. 27.* (4.) *P. II. Sylvæ Chronol. circuli Balthici p. 30.* (5.) V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis*, *c. 13.*, *p. 313.*, *edit. primæ*, & *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic.*, *c. 1.*, *p. 171*

qve majoris momenti, velut intimæ admissionis Senatorem, adhibuit consiliis. Qvantæ apud illum fuerit autoritatis, eodem A. 1522. patuit, cum ei a Daniæ Ordinibus, adversus Christianum II., Regem suum, insurgentibus, diadema regium, isti ereptum, offerretur. Qvod an accipiendum esset, cum Fridericus dubitaret, noster illi, ne, dignitatem hanc detractando, familiam universam regnis duobus Arctois defraudaret, serio svasit, & tandem persvasit. Exercitui deinde, in Daniam ablegando, Imperator a Principe præfectus non manu minus & ferro, qvam consilio, promptum se esse, mox ostendit, &, Jutia, Fionia, Seelandia ac Scania, A. 1523., brevi temporis spatio, non minori cum clementiæ & moderationis erga incolas, a militari violentia disciplinæ castrensis severitate defensos, qvam fortitudinis bellicæ, laude, sub illius potestatem redactis, reliqvum anni tempus octimestri Hafniæ, qvæ, cum Malmogia Scanica, sola obseqvium Friderico denegabat, obsidioni impendit, eamqve sub initium anni seqventis, fame diuturna domitam, ad deditionem, una cum Malmogia, metropoleos secuta exemplum, itidem adegit (1.). Regno hac ratione pacato, Lüneburgum a Friderico, cum Ascanio Crammio & Melch. Ranzovio, Strategis, missus, illic A. 1524. militibus exteris & mercenariis, qvicqvid adhuc stipendiorum singulis debebatur, post exautorationem, præsenti ita persolvit pecunia, ut summam ab omnibus justitiæ, integritatis ac humanitatis, laudem reportaret (2.). Eodem A. 1524., juxta Chytræi, Heldvaderi & Olearii, seqventi 1525. autem, juxta Huitfeldii calculum (Kellinghusium enim, ad A. 1532. expeditionem hanc Seanicam falso referentem (3.), non moramur), cum Severinus Norby, Nobilis Norwagus, Christiani II., Exregis, Thalassiarchus, & Gotlandiæ Præfectus, classe in Scaniam trajecisset, &, rusticis civibusqve ad partes suas traductis, urbes plerasqve occupasset, arces autem & prædia nobilium, Friderico adhærentium, devastaret, Malmogiam hi, militari instructam præsidio, qvæ sola fere sibi supererat, cum suis se receperunt, &, missis inde nunciis, Friderici opem implorarunt. Ferre hanc illis jussus Ranzovius, cum qvatuor peditum cohortibus (duo tantum alii vexilla numerant), & turma 300. eqvitum unica, ex Holsatia in Scaniam trajecit, Nobilibusqve Seelandis in itinere, Scanicis autem, & præsidio 900. militum urbano, Malmogiæ sibi adjunctis, manum hanc exiguam, post imperium militare cum Tychone Krabbio communicatum, Lundam, in qva 8000. suorum Severinus Mauritio, Comiti notho Oldenburgico, asseclæ suo, reliqverat, eduxit. Illi, contempta Ranzovianorum, 2000. vix excedentium, paucitate, ante oppidum armati, curruumqve cincti munitione, hos opperiebantur, sed, facta d. 7. Apr. a Ranzovio subita irruptione, post prælium acre, devicti, cæsis suorum 1500., & 500. captis, profligabantur. Cujus cladis nuncium ubi Severinus, qvi arcem obsidebat Helsingburgensem, accepit, abductis inde copiis, adjunctisqve sibi in itinere fugitivis, Landskronam profectus, hanc communivit, sed a Ranzovio, novis interim confirmato auxiliis, mox est obsessus, &, post fusa, d. 29. Apr., nocturno & improviso e castris excursu, agricolarum, qvi, duce Ottone Stigessonio, Severini Legato, opem obsessis laturi appropinqvabant, duodecim millia, captumqve Ottonem, fame indies accrescente, d. 29. Jun. ad deditionem adactus. Seriem hanc rerum in Scania gestarum, e Joh. Petræo (4.), Dav. Chytræo (5.), Nic. Heldvadero (6.), Har. Huitfeldio (7.) & Ad. Oleario (8.), narrationes illorum prolixiores, amice conspirantes, secutus, exhibui. Dissentiunt ab istis Autor Elogii secundi atqve prolixioris, ad Ranzovium scripti (9.), qvem a Dav. Chytræo, non sine indignatione hanc narrationum de præliis paternis repugnantiam Henr. Ranzovio, filio, Epistola peculiari (10.) exponere auso, notatum jam esse video, & Christoph. Kellinghusius, illius ubiqve, in *Poemate* suo, secutus vestigia (11.). Hi enim Ranzovium, mox post adventum in Scaniam, pugna ancipiti, cum ipso Severino, & qvindecim millibus agrestium, conflixisse, hisqve superatis, eadem die, Ottonem etiam Stiggesonium, subsidio hostibus, cum manu alia plebejorum, venientem, devicisse, atqve sic una luce bis victoriam reportasse, binisqve hostium castris, & totidem Ducibus, sine ulla obsidionis mora, potitum, subito bellum universum confecisse, perhibent. E Scanica hac expeditione in Chersonesum patriam noster est reversus, &, officiis fugens pristinis, Christiano III., Friderici Regis filio, & Ducatuum Cimbricorum Proregi, operam, in horum gubernatione, præstitit utilissimam, togæ studiis non minus illustre, qvam armis, nomen adeptus. Hujus enim Principis, sui olim alumni, auspiciis, A. 1526., & biennio seqventi, Ecclesiarum Cimbriæ reformationem & visitationem generalem, Joh. Bugenhagio, Eberh. Weidenseo, Joh. Vandalo, Gerh. Slewarto & Herm. Tastio, Theologis Lutheranis, commissam, una cum Dethl. Reventlovio, Cancellario regio, est moderatus (12.); A. 1528. autem, cum ipso Principe, Reventlovio & Bugenhagio, Theologorum Colloqvio cum Melch. Hofmanno, Fanatico, de controversia Eucharistica, Flensburgensi præfuit (13.). A. 1532. ei, qvatuorqve regni Danici Senatoribus, ac tribus Eqvitibus Holsatis, Christiani II. Exregis, perpetuæ in arce Sünderburgensi mancipati custodiæ, tutela a Friderico Rege, & Christiano hujus filio, est demandata. A. 1533., qvo Fridericus obiit, confœderationem filii ejus & successoris, Christiani III., cum fratribus suis impuberibus, & Ordine Daniæ ac Holsatiæ eqvestri, de auxiliis mutuis ferendis, ac litibus suis componendis, Rendesburgensem, & ipse subscriptione solenni approbavit, ratamqve habuit, a Carolo V. autem, Imperatore, & Francisco I., Rege Galliæ, adversus se invicem belligerantibus, cum uterqve, hoc anno, amplissimo oblato stipendio, ad exercituum eum invitaret præfecturam, ad servitia bellica se non passus est pertrahi (14.). Nec sane patria Heroe tanto, turbulentis istis temporibus, qvibus novi undiqve tumultus bellici illius tranqvillitatem, Lubecensibus, aliisqve Christierni, Exregis captivi, fautoribus & assectis, indigenis pariter atqve exteris, Christiano III. dignitatem, ad qvam ab Ordine Danico eqvestri vocabatur, regiam invidentibus, turbabant, carere, absqve ingenti detrimento, poterat. Initium belli A. 1534. a plebis Lubecensis seditiosæ demagogis est factum, qvi, fœdere adversus Christianum cum Alberto, Duce Megapolitano, Christophoro, Comite Oldenburgico, & Proceribus aliqvot Danicis, novis rebus studentibus, percusso, Holsatiam subito, ducibus Oldenburgico, & Marco Meyero, copiarum suarum Præfecto, invaserunt, oppidisqve Trittoviensi & Eutinensi occupatis, aliis autem exustis aut direptis, arcis Segebergensis obsidionem sunt aggressi. His Ranzovius, jussu Christiani, a se, ut istorum audaciam primum reprimeret, persvasi, claudicans, qvod pede uno per annum laborasset integrum, obviam profecturus, statim, eqvo conscenso, non sine admiratione omnium, divinitus id contigisse credentium, pedum robur & agilitatem, absqve ulla Medicorum aut Chirurgorum ope, recuperavit. Collecta deinde parva militum manu, cum Christiano hostes aggressus, prælio prope Eutinum superatos, multis desideratis, aufugere, Segebergæ obsidionem solvere, & urbem tueri propriam, coegit. Victoria enim sapienter usus, Travemunda, oppido & portu Lubecensium, expugnato, Mollenam, &, non multo post, ponte Travæ injecto, Lubecam ipsam, obsedit, cives, eruptionem facere ausos, 150. cæsis,

Rr rr rr 2 &250.

(1.) De prima hac expeditione Danica plura suggerent Chr. Kellinghusius, *in Poemate de ejus rebus gestis, Lib. I.*, Joh. Petræus *in Chronico Holsatiæ Germanico, P. IV.*, *p. 209-212.*, Dav. Chytræus *P. I. Chronici Saxon.*, *p. 645-649.*, & Har. Huitfeldius *P. VIII. Chronici Daniæ vernaculi, p. 1250-1263.* (2.) V. Joh. Petræum *l. c. p. 212.*, & Huitfeldium *l. c. p. 1267.* (3.) *l. c. Lib. I., lit. D. 2. 3. 4.* (4.) *l. c., p. 212-216.* (5.) *P. II. Chron. Sax., p. 9. 10. 11.* (6.) *l. c. p. 65-68.* (7.) *l. c. p. 1278. 1279.* (8.) *in Compendio Chronici Holsatici Germanico, Lib. 4., c. 1., p. 64. 65.* (9.) V. illud *in Sylloge Epistolarum ad Henr. Ranzovium Consolatoriarum p. 13. 14.* (10.) V. illam inter *Epistolas* Chytræi *p. 688. 689.* (11.) *Lib. I., lit. D. 2. 3. & 4.* (12.) V. Dav. Chytræi *P. II. Chron. Sax. p. 79. 80.*, Herm. Hamelmanni *Opp. Histor. p. 981. 982.*, C. Danckwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 24.*, Ant. Heimreichii *Chron. Frisiæ Borealis, c. 13., p. 313., & Hist. Eccl. Slesvic., L. 4., c. 1., p. 169. 170. 171.*, nec non *P. II. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 4., p. 85. 86.* (13.) V. Herm. Hamelmanni *P. III. Chronici Oldenburgici p. 344.*, & *P. II. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr. c. 6., p. 131. 132.* (14.) V. Henrici filii *Exegesin Historicam ad Jonæ Elverfeldii Classes Epigrammatum de Holsatia, lit. H h. a. b.*, & Chytræi *Chron. Sax. L. 13., p. 389.*

& 250. captis, in urbem repulit, decem illorum navibus, partim armatis, partim mercatoriis, est potitus, & multis tandem cladibus affectos ad pacem cum Holsatis, licet bellum in Dania utrinqve continuaretur, interventu vicinorum, instaurandam adegit (1.). Qvæ anteqvam conciliaretur, in Fioniam noster, eodem A. 1534., est ablegatus, & a civibus rusticisqve rebellibus, per copias aliqvot regias, nobilibus adversus ipsos subsidio missas, in prælio Faarschoviensi superatis, homagium, cum Joh. Frisio, Regis nomine, exegit, ab istis, post nostri discessum, cum auxilia militaria e Seelandia a Christophoro obtinuissent Oldenburgico, ad hostium partes relapsis, perfide mox violatum (2.). Exeunte anno, cum Christianus consilio ejus salutari, de copiis Alberti Megapolitani & Christophori Oldenburgici hostilibus, per Danicas maris Balthici dispersis insulas, sigillatim adoriundis, suum adjecisset calculum, ex Holsatia, cum Erico Banerio, nonnullas eqvitum alas, & peditum cohortes, in Jutiam primum traduxit, ut agrestium ejus multitudinem, autoribus Episcopis Pontificiis, duce vero Clemente Nauclero, Pirata Christierni Exregis addicto partibus, & ab Oldenburgico illuc ablegato, rebellantem, aut bona cum gratia ad officium reduceret, aut armis oppressam pœnis afficeret. Copias has urbi, in qvam plebs rustica cum Clemente confluxerat, admovit Aalburgensi, eaqve, post oppugnationem, ob defensorum pertinaciam, difficilem (in qva ipse, cum primus vallum conscendisset, lapsu ex hujus culmine periculoso in subjectam præceps decidit planitiem), potitus, 2000. agrestium, & cunctos fere mares reliqvos, exempli causa, a militibus passus est trucidari, Clementem vero, e fuga retractum, corona plumbea capiti ejus imposita, palo, in perfidiæ & ambitionis pœnam, jussit configi. Aalburgo A. 1534., die Decembris 18., juxta Huitfeldii, 23. autem, juxta Heldvaderi calculum, occupato, Jutiam reliqvam, inprimis autem partem ejus extremam, Vensiliam, in qvam fugitivi se receperant, trajecto sinu Lymico, tribus aggressus & pervagatus itineribus, Episcopos, turbarum autores, in ordinem redegit, sublatisqve factionis rusticæ principibus, cæteros vacillantes in fide continuit, & novo Regi obstrictos juramento vim pecuniæ, ad stipendia militibus numeranda necessariæ, ingentem, ut vitam & possessiones avitas redimerent, mulctæ nomine viritim jussit persolvere (3.). A. seqv. 1535., cum exercitum, non admodum numerosum, subito, anteqvam hostes id factum iri putarent, navibus in Fioniam traduxisset, milites Oldenburgici, longe majore numero, cum civibus & rusticis insulæ seditiosis, prope Medelfardam sibi, occurrentes, in fugam conjecit, Assenam urbem, in qvam, dilapsis cæteris, milites se receperant, per aliqvot obsedit hebdomadas, nec procul ab illa, in campo patenti, seorsim ante primos ordines, cum Balthasare de Jessen, Friderici, Saxoniæ Electoris, notho, se petente, singulari congressus certamine, mortifero affectum vulnere de eqvo deturbavit. Non multo post, cum copias Oldenburgici & Lubecensium auxiliares, ducibus Johanne, Comite Hoyano, & Nicolao Teclenburgico, obsidione Assenam liberaturas, adventare comperisset, castris incensis, imperterrito his animo per dimidium milliare profectus obviam, prælio d. 11. Jun. in Ochsenbergico monte commisso, omnes ferme (exceptis 1700. captivis), una cum ipsis Comitibus, occidit, eodemqve die, & castris hostium, & civitate Assensi, deinde autem tota insula, est potitus (4.). E Fionia in Seelandiam, cum Rege & exercitu, perrexit, &, locis illius, Scaniæ & Falstriæ, reliqvis munitis, Callundburgo, Helsingora & arce vicina Coronæburgensi (cujus tractusqve adjacentis ipsi commissa est gubernatio) Landskrona, Malmogia, Vardberga, Niecopia, partim per ipsum, partim per alios, vel jam occupatis, vel milite cinctis, Hafniæ denuo obsidendæ plerasqve copias, M. Jul. A. 1535., admovit. Hanc Albertus, Dux Megapolitanus, & Christophorus, Comes Oldenburgicus, cum civibus & militibus præsidiariis, per XII. menses, spe auxilii a Cæsare e Belgio submittendi, sed, qvo minus mature adventaret, copiis Danicis in ditionem hujus Groningensem, svasu Ranzovii, duceqve Meinardo Hammio, missis, Dammiaqve, oppido munito, ab istis occupato, prohibiti, fortiter defenderunt. Qvam spem cum frustraneam esse, omnesqve aditus, & mari, & terra, clausos, seqve a Lubecensibus etiam, Regi pace nupera reconciliatis, desertos, viderent, consumptis tandem omnibus alimentis, tolerataqve fama Saguntina, M. Julio A. 1536. se dedere, duoqve ductores, Megapolitanus & Oldenburgicus, ad Christiani Regis (in urbe paulo post coronati) pedes se projicere, culpæqve veniam petere, sunt coacti (5.). Cum expeditionibus, hactenus memoratis, Daniam universam denuo Heros noster pacasset, &, sicut antea Friderico I., ita nunc Christiano III., ejus filio, subjecisset, A. 1536., jussu regio, qvatuor Episcoporum Jutiæ, cum reliqvis custodiæ inclusorum arctiori, ditiones atqve arces occupavit, & regno restituit (6.), A. 1537. autem Hafniæ coronationi regiæ, & A. 1538. Hamburgi actui, qvo civitas hæc Regi homagium præstabat, solenni, interfuit (7.). Annis seqventibus in Chersoneso Cimbrica Proregis Ducatuum Slesvicensis & Holsatici functus est munere, per Christianum sibi demandato (8.), ac, consensu ejusdem, a superstite in filium tandem Henricum translato (9.). Halcyoniis hoc tempore & Dania, & Cimbria, gaudebant tranqvillis, qvæ tamen Caroli V., Imperatoris, Christiani II. Exregis, affinis sui, carcere irritati, armis turbatum iri timebatur. Contra qvem cum Franciscus I., Rex Galliæ, & Carolus, Dux Juliacensis, fœdere A. 1542. conspirassent mutuo, Christianus, ex usu regni fore arbitratus, si istis tertium se adjungeret, Ranzovium hoc fine in aulam ablegavit Juliacensem. Is vero, cum, & Gallum sua tantum spectare commoda, & Juliacensem, ob senectam, bello gerendo imparem, segniter illud per Præfectos administrare, observasset, fœdere infausto Regem suum obstringere noluit, legionem tantum peditum veteranorum, & qvinqve eqvitum nigrorum centurias, Gallis, sumptu illorum, in Brabantiam auxilio missum iri, & classem præterea regiam, ad vires Imperatoris distrahendas, oram Belgii maritimam esse infestaturam, pollicitus. Qvod utrumqve ab eo est præstitum. Copiæ enim terrestres, in Brabantiam delatæ, magnam illi, duce Mart. Roshemio, vastitatem attulerunt. Naves vero, adverso licet vento, per totam æstatem, a littoribus prohibitæ Belgicis, sui tamen metu horum incolas, ne aliis opem ferrent, impediverunt. Interjecto deinde tempore, aliqvoties a nostro cum Maximiliano, Comite Burano, aliisqve Cæsaris ministris, de pace inter hunc & Regem, non uno in loco, sed absqve successu, est actum, donec, d. 23. Maji A. 1544., in Comitiis tandem Spirensibus, ejusdem, & cæterorum Regis Legatorum, Andr. Bildii, Pet. Svavenii ac Casp. Fuchsii, opera fideli, post crebros cum Nicol. Perenotto Granvellano, Joh. Navio, Car. Boisoto & Viglio Zvichemo, aulæ Cæsareæ Magnatibus, congressus, illa inter utrumqve coaluit (10.). Spira Ranzovius, torqve magni ponderis a Cæsare donatus aurea, eodem A. 1544. in Holsatiam rediit, & Regem, ejusqve fratres, Johannem, Adolphum & Fridericum, in dividendis Ducatibus Cimbricis, Rendesburgi occupatos invenit. Huic conventui ipse qvidem etiam interfuit (11.), sed, qvod divisio illa, qvam potentiæ unitæ decremento, & simultatibus inter Principes perni-

(1.) V. Chytræum *l. c. p. 218. 219.*, Huitfeldium *P. IX. Chronici Danici p. 1416. 1417. 1421.*, Heldvaderum *l. c. p. 97. 98.*, & Olearium *l. c., Lib. V., p. 74. 75. 76.* (2.) V. Huitfeldium *l. c. p. 1420.* (3.) Plura de expeditione hac Jutica docebunt Erasmus Michaelius Lætus *Lib. V. Poematis de rebus Danicis heroici*, Dav. Chytræus *l. c., P. II., p. 234. 235.*, Huitfeldius *l. c. p. 1430. 1433.*, & Heldvaderus *l. c. p. 98. 99.* (4.) De rebus his in Fionia gestis V. Er. Mich. Lætum *lib. cit.*, Chytræum *l. c. p. 235.*, & Huitfeldium *l. c., p. 1444-1447.* (5.) De secunda hac obsidione Hafniensi V. Er. Mich. Lætum, *Lib. V.*, Chytræum *l. c. p. 235. 251.*, Huitfeldium *P. IX., p. 1451-1480.*, & Olearium *l. c., Lib. V., p. 78. 79. 80.* (6.) V. Huitfeldium *l. c. p. 1488.*, & Georg. Crusii *Descriptionem Bredenbergæ, lit. P. 1. a.* (7.) V. Huitfeldium *l. c. p. 1502.* (8.) V. Henr. Ranzovii *Geneal. Ranzov. p. 18.*, *Epistolas ad eundem consolatorias p. 67.*, & Casp. Dancwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 6.* (9.) V. Danew. *l. c., P. III., c. 14., p. 283.* (10.) De pace hac, ejusqve conditionibus, V. Huitfeldium *l. c., P. IX., p. 1535-1538.*, Instrumentum illius, a G. G. Leibnitio, *in Mantissa Codicis Juris gentium Diplomatici*, Hannoveræ A. 1700. edita, *P. II., p. 233-240.*, publicatum, ac Chytræi Chron. Sax. L. 16. p. 466. (11.) V. Henr. Ranzovii *Exegesin Elverfeldianam, lit. H. 2. a.*

perniciosis, occasionem esse præbituram sapienter prævidebat, summopere sibi displiceret, deserta aula regia, dignitate Proregis, præfecturis, omniqve magistratu, se abdicavit, &, retentis illarum tantum functionum, qvæ, ob merita, literis sibi regiis, ad obitum usqve, erant confirmatæ, fructibus, senectutem in posterum, cum suis, qvietam in arcibus transigere constituit hæreditariis. Discessus hic, Christiani Regis, ab inimicis ejus & calumniatoribus in aula clandestinis, aliis illum de causis negotiis se subduxisse publicis, persvasi, animum ab eo aliqvamdiu abalienavit, & benevolentiam pristinam tantum non plane evertit, donec is, post annos complures, morti jam propior, Viri in se ac regnum meritis accuratius pensitatis, sponte sua gratia ipsum priore complexus, fraudesqve & calumnias inimicorum detestatus, redditis honoribus, Friderico II., filio, ad operam fidelem, necessitate ingruente, præstandam, & hunc vicissim ipsi, ad beneficia in Heroem avita ac paterna rata habenda, solenniter denuo obstringeret. Nec Fridericus, parentis, A. 1559. defuncti, in regnis Arctois successor, suis defuit partibus, sed, præmia tot laborum, ab avo & parente collata, novis se cumulaturum, Ranzovio, vetera itidem obseqvia recentibus a se auctum iri regerenti, benigne est pollicitus. Non vana autem promissa sua fuisse, noster, eodem mox anno 1559., in ultima adversus Dithmarsos expeditione, tota horum regione, menstruo spatio, sub Regis, & patruorum ejus, Johannis ac Adolphi, Ducum Holsatiæ, potestatem redacta, satis superqve demonstravit. Cum enim Adolphus, vindictæ de gente rebelli, qvæ tot olim cladibus Danos atqve Holsatos affecerat, sumendæ, suæqve ditionis extendendæ, cupidus, clam exercitum conscriberet, & solus eam perdomare in animum induceret, ab Heroe hoc, id olfaciente, & simultates, hinc inter Principes orituras consangvineos, præcavendas esse recte judicante, advocatis in auxilium Andrea Barby, Episcopo Lubecensi, & Henrico filio, Prorege Cimbrico, ut, communicatis cum Rege, & Johanne germano, consiliis, communi sumptu, communiqve exercitu, debellandam potius esse statueret, est persvasus. Exercitui huic, qvatuor constanti peditum legionibus, ac tribus eqvitum millibus, pauloqve post auxiliaribus Antonii, Comitis Oldenburgici, aucto copiis, communi omnium consensu, Ranzovius, 67. jam annos natus, Dux, cum senectutis excusatione nihil adversus preces Regis Ducumqve proficeret, auspicato est præfectus. Hostiles ille fines, exeunte Majo, ingressus, juvenilem Principum audaciam senili cunctatione, donec fossas hostium triplices, & munimenta alia limitanea, copiæ, captata temporis & loci opportunitate, celeriter transcendissent, repressit. Hinc, simulata callide, ut Dithmarsorum vires distraheret, locorum aliorum invasione, Meldorpiam, in medio regionis, inter tractus australem & borealem, sitam, diviso exercitu, tribus locis, eodem adortus tempore, expugnavit, multisqve hostium interfectis, cæteris autem fugatis, castra illic posuit, & hoc pacto copias incolarum, ne conjungi possent, diremit. In Australem deinde tractum cum parte suorum progressus, maxima strage edita, reliqvam multitudinem, exercitu circumdatam, sine ulla conditione se dedere coegit, & captivam extra fines ablegavit Dithmarsicos. Inde, motis confestim castris, Heidam, Borealium metropolin, nocturno atqve molestissimo contendit itinere, & agricolas, acerrime licet resistentes, tribus præliis, uno die commissis, vulnere, in genu accepto, minime retardatus, ita perdomuit, ut, plerisqve trucidatis, superstites libertatem amiserint, & se, suaqve omnia, Regis ac Ducum potestati, medio mense Junio, post publicam contumaciæ deprecationem, subjicere sint coacti. Magnam, in expeditione hac, fortitudine, qvæ militibus exemplo fuit, bellica laudem promeruit, majorem tamen singulari in victos humanitate & clementia. Qvorum cæde cum manibus Breidonis germani, a Dithmarsis olim occisi, parentare posset, vindictæ tamen immemor, Principibus, contra multorum sententiam, ut supplicibus parcerent, & agros facultatesqve relinqverent, svasit ac persvasit, palam, humanum se belli ducem, non carnificem, esse, professus. Venia illis exorata, securitati etiam eorundem, adversus milites tumultuantes, prudenter consuluit. Orta enim inter legiones pedestres, fortunis incolarum, inhiantes, nec, nisi hisce direptis, e finibus volentes discedere, gravi seditione, tumultuantes, restitutis parti Dithmarsorum armis, legionibus in loca diversa ablegatis, tormentisqve abductis, & eqvitibus juxta hæc dispositis, vi & imperio ad officium redire, perterritosqve e Dithmarsia & Holsatia pedem sine maleficio referre, coegit. Tota Belli hujus Dithmarsici historia fusius atqve accuratius ab ipso Ranzovio, in Germanica illius *Descriptione*, ἀνωνύμως Argentinæ A. 1569. excusa, & filio ejus Henrico, Prorege Cimbriæ, in libris de eodem duobus, Latino sermone, sub *Christiani Cilicii* larva, Basileæ A. 1570. editis, & Argentinæ A. 1574., Francofurtiqve A. 1575. ac 1583., recusis, (qvos nostro Jac. Aug. Thuanus (1.), & Casp. Sagittarius, huic credulus (2.), perperam, uti alibi (3.) solide est ostensum, tribuerunt), est exposita. Hæc scripta, a Ducibus, qvi expeditioni isti non interfuerunt solum, sed & præfuerunt, αὐτόπταις publicata, merito, in suis ejusdem narrationibus, secuti sunt Hieron. Osius, Thuringus, Gymnasii in Stiria Gracienſis Rector, qvi *Historiam belli Dithmarsici, a Friderico II., Rege, gesti, & coronationis ejusdem*, carmine Latino Epico prolixiori descriptam, Witebergæ A. 1559., & Poema ejusdem argumenti Germanicum brevius ibidem A. 1560., evulgavit, Casp. Ensius, Lorchensis, *Historiæ rerum Danicarum, Friderico II. imperante, terra mariqve gestarum*, Francofurti A. 1593. impressæ, & non inculti *de bello Dithmarsico* Poematis, huic inserti, Autor, Pet. Resenius, urbis Hafniensis Præses, qvi *Chronicon Friderici II.* Danicum A. 1680. Annalibus Danicis Huitfeldianis, velut supplementum, adjecit, Claudiusqve Lyschander, Historiæ ejusdem Regis ineditæ, ac M. Nicol. Fedderus, insulæ Monensis Antistes, Poematis de Bello Dithmarsico, itidem adhuc latentis, scriptores. Qvibus, alibi (4.) majori a nobis cura enumeratis, Dav. Chytræus (5.), Jac. Aug. Thuanus (6.), Casp. Danckwerthius (7.), Ad. Olearius (8.), Ant. Heimreichius (9.), aliiqve rerum Cimbricarum & Germanicarum scriptores, brevius de hoc bello commentati, possunt adjungi. Colophone hoc adeo glorioso expeditionibus imposito bellicis, reliqvum senectæ tempus, impetrata ætatis venia, Ranzovius, tranqvillo vitæ privatæ fruens otio, in arcibus transegit hæreditariis, & jucunda uxoris, filiorum, nepotumqve plurimorum, oblectavit consvetudine. Soli, qvoad vixit, patriæ, ejusqve Principibus, obstrictus, & omnibus, qvi ulli ejusdem loci & ordinis collati in ea unqvam fuerant, ornatus honoribus, trium Daniæ Regum Consiliarius fuit intimus atqve Imperator bellicus, & ex octo diversis præliis, in campis patentibus, ductu suo, commissis, victor semper discessit (10.), urbesqve itidem, qvas obsedit, universas, sola Lubeca, cui terrorem eminus tantum injiciebat, excepta, ad deditionem adegit. Stupendæ scilicet Herois incomparabilis fortitudini fortuna etiam ipsa, in bellis licet instabilis atqve ambigua, assidue est obsecuta, & se veluti propriam, etsi sæpe copiarum numero hostibus esset inferior, mancipavit. Merito certe perpetua hæc in tot bellis felicitas, nullis unqvam obscurata cladibus, non Christophi, solum Kellinghusium (11.), sed Joachimum etiam, Abbatem Reinfeldensem (12.), & Joach. Hinckium, Decanum

(1.) *in Catalogo Autorum, libro XXII. Histor. præfixo.* (2.) *in Diss. de Historia Rensburgi, §. 71., p. 38.* (3.) *P. IV. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 4., p. 630. 631., in Homonymoscopia, Sect. II., c. 7., §. 105., p. 714., in Hypomnematis ad Alb. Bartholini Lib. de Script. Dan. p. 183., istorumqve Spicilegio p. p.,* ac Elogio Henr. Ranzovii, *Tomo ultimo* hujus operis exhibendo. (4.) *P. I. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 12., p. 182-185., & P. IV., c. 12., §. 4., p. 630. 631.* (5.) *P. III. Chronici Saxoniæ.* (6.) *Lib. XXII. Hist., sub initium.* (7.) *P. III. Chorogr. Cimbr. c. 10., p. 299.* (8.) *In Compendio Chronici Holsatici Germanico, Lib. 7., p. 100-117.* (9.) *Lib. III. Chronici Dithmarsiæ Germanici, c. 1. & 2., pag. 202-213.* (10.) V. Pet. Lindebergii *præfat. Hypotypos. Ranzovianæ.* (11.) *sub finem Narrationis de ejus sepultura.* (12.) *in præfat., duobus illius præmissa Elogiis; inter Epistolas consol. ad Henr. Ranzovium p. 2. 3.* obvia.

Decanum Bremensem (1.), in tantam rapuit admirationem, ut duo posteriores, exemplum illius, Ranzoviano simile, in omnibus Græcorum, Romanorum & Germanorum, annalibus inventum haud iri, audacter asseveraverint. Utriqve, fortitudini & felicitati bellicæ, famam noster debuit ingentem, qvæ, per omnem diffusa Europam, summis etiam Monarchis ac principibus venerabilem eum reddidit. E qvibus Ferdinandus, Archidux Austriæ, defuncti arma (qvæ, in divisione hæreditaria, filio natu minori, Paulo, vel sortis beneficio, vel Henrici fratris indulgentia, cesserant (2.), ab hujus autem gnatorum uno in Russiam erant deportata), una cum effigie, Elogio historico & insignibus, armamentario suo Oenipontano, Imperatorum, Regum, Principum, Heroumqve bellicorum, panopliis similibus qvamplurimis, sumptu ingenti conqvisitis, exornato, inferenda, & opere peculiari (per Consiliarium ipsius, Jac. Schrenckium a Notzing, edito), typorum æneorum ope, orbi universo, cum cæteris, communicanda, literis A. 1591. & 1593. iteratis, ab Henrico, filio superstite, expetiit, & aliqva ex parte impetravit (3.). Uxorem noster habuit Annam Walstorpiam, Gerhardi Walstorpii, e Catharina Ranzovia, Henrici, Toparchæ Niendorfensis & Qvarnebeckensis, gnata, filiam, cum liberos marito (septendecim ante se annis defuncto) qvatuor esset enixa, & nepotes pronepotesqve XLIV. superstes vidisset, d. 29. Dec. A. C. 1582., ætatisqve 72., una cum familia Walstorpiana, cujus surculus fuit ultimus, inter Holsatos nobilissima olim atqve celeberrima, uti *Genealogia* Henrici filii *Ranzoviana* (4.), Epitaphium ipsi ab eodem Itzehoæ erectum, & clientum Epicedia (5.), testantur, extinctam. E liberis qvatuor, duo filii patrissantes, Henricus, Prorex Cimbricus incomparabilis, & Paulus, Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius intimus, cum posteris, suis seorsim locis, a nobis fuse celebrantur, Margareta infans est extincta, & Magdalena, Oswaldo a Wisch, viro nobili, nupta, ante patrem, A. C. 1557. ac ætatis 30., in qvinto mortua puerperio (6.). Filiis, præter arces alias, duas reliqvit, suo emptas ære, & funditus denuo a se extructas, Paulo scilicet Bothcampiam, monti excelso, lacui Bisseno, fluviisqve duobus, Storæ & Eidoræ, vicino, ab Architectis, Italorum structuras feliciter æmulatis, tanto inædificatam artificio, ut inter elegantissimas totius Holsatiæ locum sibi vindicet (7.), Henrico autem Bredenbergam, in præfectura Stormariæ sitam Steinburgensi, A. 1521. (in cujus locum 1530, a Georg. Crusio substituitur) in clivo, Storæ proximo, conditam, & tot tamqve egregiis firmatam munimentis, ut locus inter propugnacula Cimbrica secundus, Seculo XVI. exeunte, publico illi consensu tribueretur. Accuratiorem illa sui hoc loco descriptionem merito exposceret, nisi Henrici filii, qvi magnifice eandem instauravit, plurimisqve ædificiis novis, ac ornamentis innumeris, longe splendidiorem reddidit, inserta hæc jam esset Elogio, & e scriptoribus, qvos ibidem, sicut & *Parte IV. Isagoges ad Historiam Cimbricam* (8.), enumeravimus, de illa Historicis, Georg. Crusius & Henn. Conradinus libris peculiaribus, Georg. Braunius autem, Pet. Lindebergius, Casp. Dancwerthius, & alii, in scriptis suis, data occasione, fuse eandem celebrassent. Vicinus arci est pagus Bredenbergensis, cujus ædem sacram, vetustate collapsam, sumptu suo noster restauravit, turriqve, & donariis aliis, exornatam & ipse, sacris vacaturus, adiit, & ab agricolis, subditis suis (qvorum unum, sacra præ somno negligere solitum, cum ad templum properaret, curru desiliens, & in casam irruens, hasta in lecto male mulctavit), sedulo voluit freqventari (9.). In arce hac Bredenbergensi, qvam senex emeritus sexennio vitæ incoluit ultimo, A. 1564. lenta morbi diuturni tabe paulatim cœpit confici (10.). Qvem cum lethalem fore, Medicis, a Friderico II., Rege, & Adolpho Duce, submissis, incassum obnitentibus, prævideret, testamento condito, arces ac bona sua filiis, ad mutuum eos amorem concordiamqve multis verbis cohortatus, distribuit, templo, Ecclesiastis, ministris domesticis ac pauperibus, ultra 12000. tetradrachmas legavit, ad Regem nonnulla, qvæ necessaria videbantur, per Consiliarios & Medicos ejus, curavit referri, cæteraqve, qvæ ad morituros pertinent, sancte ac pie composuit (11.). Memorabile inprimis est colloqvium, proximo ante obitum die, cum Henrico filio habitum, & ab Ad. Tratsigero, Cancellario Holsatico, in Epistola ad hunc consolatoria (12.), e narratione Petri Buctani, Adolphi Ducis Archiatri, qvi moribundo adfuerat, repetitum. Cum enim filium, qvi lectulo assidebat, moestum, & sæpius suspirantem, vidisset, causamqve tristitiæ sciscitatus, mortem hanc, sibi imminentem, esse cognovisset, prolixo eum sermone ad omnem ægritudinem pectore excutiendam hortatus, domesticæ utriusqve consvetudinis, in annos 40. divino prorogatæ beneficio, qvalis paucissimis contingere parentibus liberisqve soleat, ac grato sit animo agnoscenda, commonefecit, similemqve nepotibus e filio felicitatem est apprecatus. Mox addidit, se mortem, in tot bellis ac præliis, in qvibus sæpe vitæ discrimen pro patria fuerit adeundum, contemptam, jam neutiqvam extimescere, sed votis a Deo efflagitare ardentissimis, hoc felicius secum actum iri, qvo citius ex Orbe se is evocaverit, certissime persvasum. Piis hujusmodi sermonibus ac precibus Senex immortaliter de patria meritus, in conjugis filiorum, & nepotum, complexu, cum integris, ad extremum usqve vitæ halitum, gavisus esset animi sensibus, nulloqve corporis affligeretur cruciatu, d. 12. Dec. A. C. 1565., ac ætatis 73., hora 12. meridiana, placide & constanter est immortuus (13.). Cadaver, sicut moribundus jusserat, donec sepulchro majorum gentilitio in æde Laurentiana urbis Itzehoensis, peste tunc afflictæ, hac remittente, posset inferri, exenteratum, opobalsamoqve & aromatis inunctum, ac sarcophago inclusum plumbeo, in templo Bredenbergensi, domunculaqve lateritia, in hac extructa, per menses qvindecim asservabatur. Inde, lue cessante, post habitum a Nicol. Wintergio, Parocho Bredenbergensi, sermonem funebrem, est depromptum, & die ultimo Februarii A. 1567., pompa funebri magnifica, a Christoph. Kellinghusio, Hamburgensi, *Narratione* descripta peculiari, Itzehoam deductum, & in Mausoleo avito, parentante denuo M. Joh. Vorstio, regio urbis Antistite, repositum. Exeqviis, præter omnes (excepto Paulo filio, in expeditione Gothana absente) consangvineos, Eberhardus ab Holle, Episcopus Lubecensis, Friderici II., Regis Daniæ, Johannis senioris atqve junioris ac Adolphi, Ducum Holsatiæ, Comitis Schauenburgici, Civitatumqve Lubecensis & Hamburgensis, Legati, ac 300. ferme Viri plurimæqve fœminæ nobiles, cum urbis Itzehoensis Senatu & civibus, totiusqve viciniæ Ecclesiastis ac rusticis, interfuerunt. Mausolei arcuati, & supra pavimentum tribus fere ulnis assurgentis, cui exuviæ illatæ sunt, descriptionem Kellinghusius, in *Narratione* modo laudata, Sacelli autem familiæ Ranzovianæ, in eadem æde Laurentiana Itzehoensi, sepulchralis splendidissimi, ab Henrico filio A. 1591. conditi, in qvod illæ postea, una cum uxoris ossibus, sunt translatæ, typum, æri insculptum, & inscriptiones lectu dignissi-

(1.) in duabus ad Henr. Ranzovium epistolis, qvarum prior inter easdem *Epp. Consol. p. 37.*, posterior autem in *Append. descriptionis Bredenbergæ* Georg. Crusii, *lit. X. 4. b. Y. 1. a.*, occurrit. (2.) V. duo de iis Epigrammata in P. Lindebergii *Hypotyp. Ranz. p. 68. 69.*, & G. Crusii *Descr. Bredenberga, lit. B. 4. a. b.* (3.) V. Ferdinandi, Schrenckii & Henr. Ranzovii, Epistolas mutuas, *in Epistolis ad hunc Consolatoriis, p. 64. 65. 66. 73-83.* (4.) *p. 19. & 27.* (5.) in Henr. Ranzovii *Epitaphiis Cognatorum*, Lipsiæ A. 1584. editis, *p. 9 - 20.*, ac Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzov. p. 83. 84.* (6.) V. Epitaphii ejus Itzehoensis inscriptionem, & Pet. Lindebergii in obitum ejus Epigrammata, in hujus *Hypotyp. Ranzov. p. 62. 63.* (7.) V. Epigramma in eam elegans, a Lindebergio *l. c. p. 132.* exhibitum, & C. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 190.* (8.) *Cap. VII., §. 4., p. 523. 524. 525.* (9.) V. Georg. Crusii *Descriptionem Bredenbergæ lit. T. 3. a. b.*, & Chr. Kellinghusii *de sepultura Ranzovii Narrationem, sub initium.* (10.) V. Kellinghusium *l. c.* (11.) V. Mart. Coronæi Epistolam de obitu ejus, ad Joach., Abb. Reinfeld, inter *Consolatorias ad Henr. Ranzovium p. 3. 4.*, filiorum de eodem ad Frid. II., Regem, literas, *ib. p. 20.*, & Elogium illius tertium, *ib. p. 67. 68.* (12.) *ibid. p. 30. 31. 32.* (13.) V. Chr. Kellinghusii *Narrationem de sepultura ejus, sub initium*, filiorumqve & Coronæi *Epistolas, num. 11. allegatas.*

dignissimas, conditor illius, *in Poematis de Somniis*, A. 1591. editi, *Appendice* (1.), exhibuit. Nos solam, *ex Epistolis ad Henr. Ranzovium consolatoriis* (2.), Epitaphii, parieti Mausoleo vicino immissi, addemus inscriptionem (3.):

Johanni Ranzovio, Nobili Holsato, Equiti aurato, qvi, post collatum balthei militaris decus, & perlustratas remotissimarum gentium provincias, qvantum, pacis belliqve artibus adminiculantibus, omni contentione corporis atque animi eniti, & utriusqve eximiis bonis conseqvi potuit, tantum, proximo secundum pietatis cultum, Deo exhibitum, loco, uni patriæ, ejusqve laudatissimis Principibus, Friderico I., Christiano III. & Friderico II., Danorum ex ordine Regibus, hujusqve patruis, Johanni & Adolpho, Holsatiæ Ducibus, strenue impendit, felicissimo eventu; utpote summus cum imperio justo Dux, exortis subinde bellis destinatus, semper victor; qvi nimirum, præter captas deditasqve urbes atqve arces, profligatos ejectosqve procul Cimbricis & Holsaticis finibus hostes, rebellium Dithmarsorum contusam ac fractam animis contumaciam, patentibus in campis, diversis præliis, octies superatas hostiles acies, vel ab ipsius indulgentia, vel a fœda fuga, vitam coegerit impetrare: illustri & fidei erga patriam, ejusqve Principes, & clementiæ erga victos gloria, qva ad fatalem maturæ senectutis horam, sine fortunæ ludibrio, sine ulla offensione, excelluit; tandem domi suæ, ætatis veniam nactus, omnibus animi sensibus integris, in carissimæ conjugis, filiorum & nepotum, complexu, æterno Numini spiritum, a qvo acceperat, firma in Christum fide, & certa resurrectionis spe, confirmatus, reddidit:

Henricus & Paulus, filii, parenti amantissimo mærentes posuere. Oppetiit Anno Domini MDLXV., die XII. Mensis Decembr., cum vixisset annos LXXIII. & mensem unum.

Effigies ejus non ære solum insculpta, a Filio Henrico, *Epistolis ad se Consolatoriis p. 6.*, aliisqve scriptis suis, passim est inserta, sed in Numismate etiam superest, circa A. 1534. cuso, cujus ectypon sistit Joh. Jac. Luckius, *in Sylloge numismatum elegantiorum, ab A. C. 1500. ad 1600. cusorum*, Argentinæ A. 1620. *in fol.* edita, *p. 80. 81.* In parte illius anteriori Ranzovii apparet imago, verbis hisce cincta: JOAN. RANZOVI., EQV. AUR., DAN. REG. SUM. BELL. DUX. In postica autem Patientia, dextra manu palmam tenens, & in dextro brachio horologium gestans pendulum. Ectypo addita est a Luckio narratio præcipuarum illius rerum gestarum, e Jac. Schrenckii a Notzing, Ferdinandi, Austriæ Archiducis, Consiliarii, Opere de Heroibus bellicis deprompta.

Plura de Vita ac laudibus ejus suggerent, qvi, una cum Autoribus aliis, jam ante allegatis, materiam huic Elogio, & ipsam sæpe phraseologiam, subministrarunt:

1. Anonymus, cujus duo Elogia, sive Narrationes de vita & rebus gestis Ranzovii, ad eum superstitem scriptæ, e Bibliotheca Bredenbergensi, a M. Mart. Coronæo seniore, cum Epistola eleganti, ad Joachimum, Abbatem Reinfeldensem, M. Dec. A. 1565. transmissæ, & ab hoc, cum præfatione sua, seorsim editæ, sæpius deinde sunt recusæ, & insigne Justi Lipsii meruerunt Encomium, uti supra, *pag. 113.*, sub Coronæi, veri, ni fallor, illorum parentis (cui *Vita* etiam *& res gestæ Joh. Ranzovii*, Rostochii A. 1566. & Francofurti A. 1567. *in 4.* impressæ, in ipso tribuuntur titulo), nomine, & *Parte I. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 14.*, *§. 8.*, *p. 223. 224. 225.*, fusius est expositum.
2. Anonymus, cujus Elogium illius tertium, duobus præcedentibus brevius, Ferdinando, Austriæ Archiduci, ab Henr. Ranzovio, filio, A. 1591. transmissum, in Georg. Lud. Frobenii *Sylloge Epistolarum ad hunc consolatoriarum*, Francofurti A. 1593. *in 8.* edita, & aliqvoties recusa, *p. 67. 68.*, legitur.
3. Christoph. Kellinghusius, Hamburgensis, J. U. D., cujus *Poematis* Heroici *de præcipuis Joh. Ranzovii rebus gestis Panegyrici*, Libris III. comprehensi, istasqve *Elogiorum* duorum priorum ductu, singulari persecuti elegantia, uti & *Narrationis* prosaicæ *de ejusdem sepultura & exeqviis*, editiones varias, supra *pag. 291.*, sub Kellinghusii nomine, enumeravimus, nec hic denuo recensebimus.
4. Henrici & Pauli, filiorum, Epistola de obitu ejus, ad Fridericum II., Regem Daniæ, Ducesqve Holsaticos, qva ad exeqvias hos invitarunt, Epistolæqve ad filios responsoriæ ac consolatoriæ, a Friderico II., Rege Daniæ, Johanne Seniore & Adolpho, Ducibus Holsatiæ, Joh. de Ligne Comite Arnsburgico, Ad. Trafigero, Cancell. Holsatico, & Joach. Hinckio, Decano Bremensi, exaratæ, & in *Sylloge Consolatoriarum ad Henr. Ranzovium* Frobeniana, paulo ante allegata, *p. 24-38.*, obviæ.
5. Variorum in obitum ejus & uxoris Epicedia, qvæ in Henrici Ranzovii *Epitaphiis cognatorum suorum*, Lipsiæ A. 1584. editis, *p. 3-20.*, junctim prodierunt, & partim in Sim. Schardii *Tomo III. Rer. German. p. 77. ac seqq.*, & Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzoviana*, *p. 12. 13. 65-70.*, sunt recusa.
6. Henr. Ranzovius, filius, *in Genealogia Ranzoviana p. 16-26.*
7. Pet. Lindebergius *in Hypotyposi Ranzoviana.*
8. M. Georg. Crusius *in Descript. Bredenbergæ*, locis passim plurimis.
9. Hier. Henninges *in Genealogiis familiarum Saxoniæ, qvæ Episcopos protulere, nobilium*, Hamburgi A. 1590. *in fol.* editis, *p. 22-26.*
10. Andr. Angelus *Lib. I.* der Holsteinischen Adel-Chronica, *c. 3.*, *p. 21. 25.*, *& c. 31.*, *p. 145-151.*

Confer de illo Jonæ ab Elverfeld *Epigrammatum de Holsatia, cum Henr. Ranzovii Exegesi editorum, Classem II.*, *lit. H. 1. 2. 3.*, Steph. Macropi *Immortalitatem Henr. Ranzovii*, *lit. D. 3. & 4.*, Abr. Bucholzeri *Indicem Chronol.*, *ad A. 1565.*, El. Reusneri *Append. Isagoges Historicæ p. 660.*, Jac. Wilh. Imhofii *Notitiam procerum S. Rom. Imp. p. 1447.*, Mich. Hertzii *P. IV. Biblioth. Germanicæ*, *lit. P. 4. b.*, nostram *Isagogen ad Hist. Cimbr.*, *P. I.*, *c. 14.*, *§. 8.*, *p. 223-226.*, *P. II.*, *c. 4.*, *§. 2.*, *p. 85. 86.*, *p. 85. 86.*, *c. 6.*, *§. 2.*, *p. 131.*, *& P. IV.*, *c. 7.*, *§. 4.*, *p. 523. 524. 525.*, *c. 12.*, *§. 4.*, *p. 630.*, nec non *Homonymoscopiam*, *Sect. II.*, *c. 7.*, *§. 105.*, *p. 714.*, ac Ad. Henr. Lacmanni *Or. de meritis Ord. Eqv. Cimbrici in rem Christianam p. 13. 15. 16. 17. 30. 31.*

ELOGIA.

Fridericus II., Rex Daniæ, in Epistola ad filios ejus (inter *Consolatorias ad Henr. Ranzovium p. 35.* obvia), *merita* illius *in avum, patrem ac se, præclara* fuisse *& eximia, magnamqve ornamentorum suorum jacturam, tanti viri obitu, ditiones suas fecisse*, est professus.

Adolphus, Dux Holsato-Gottorp., in suis ad eosdem responsoriis (*ibid. p. 29.*), *Virum* eum *gravem, judicioqve valentem, & longo rerum usu edoctum, ac rebus gestis clarum*, vocavit.

Henr. Ranzovius, filius ejus, a qvo *Libro* etiam *II. Historiæ Belli Dithmarsici*, sub Christ. Cilicii larva editæ, *Vir eqvestri dignitate apprime nobilis, &, ut summæ confirmatæqve apud Principes autoritatis & gratiæ, ita exactæ & absolutæ prudentiæ, senex*, ac, in *Monumento Majorum Bredenbergensi* (apud G. Crusium *l. c.*, *lit. N. 4. b.*), *Heros strenuus, cui, ætate illa, in re militari, hæc regio aqvilonaris vix parem habuit*, est appellatus, in eadem arce Bredenbergensi, imagini Parentis, cæteris Heroum bellicorum immissæ, hoc (teste Crusio, *lit. F. 4. b.*) adjecit Decastichon:

(1.) *p. 45-51.* (2.) *p. 24.* (3.) Exhibent eandem, sed phraseologia nonnunqvam mutata, Henr. Ranzovius *in Epitaphiis cognatorum p. 12.*, & *in Exegesi Elverfeldiana*, *lit. H. 3. a.*, ac Pet. Lindebergius *in Hypotyp. Ranz. lit. K. 1. a. b.*; aliam vero metricam, e Dania missam, & tabulæ aneæ, in sacello arcis Bredenbergensis, insculptam, Lindebergius, *lit. C. 2. b. C. 3. a.*, & G. Crusius *in Descr. Bredenb.*, *lit. P. 4. a.*

Non sine re magnis Heroibus inferor illis,
Qvos volui tantos hoc ego stare loco.
Nam nec eram virtute minor, nec fortibus ausis,
Sive toga spectes edita, sive sago.
Regibus assedi tribus, imposuiqve coronam,
Exuvias victo bis qvater hoste tuli.
Effera submisit, Duce me, Dithmarsia collum:
Libera bis ductu Dania facta meo est.
Sic fatur invictæ fama virtutis, & annis,
Succubui fatis; nunc habet aula poli.

Distichon, tetrastichon & hexastichon, in laudes ipsius, qvæ in eadem arce Bredenbergensi legebantur, Crusius (*l.c. lit. F. 4. b. K. 1. b.*) itidem exhibet.

Joachimo, Abbati Reinfeldensi, *in præfat. duorum ejus Elogiorum, raræ* audit, *imo inauditæ virtutis exemplum*, & *Vir, cujus memoria magna conantibus sacrosancta esse debet.*

Mart. Coronæo, in *Epistola*, iisdem præfixa *Elogiis*, *Vir fortis, gravis, prudens, belloqve & pace præclarus & excellens, qvo extincto patria, resqve illius publica, multum splendoris, multum præsidii atqve ornamenti, amisit.*

Ad. Trafigero, Cancell. Holsatico, in Epist. ad Henr. Ranzovium (inter *Consolatorias* ad hunc, *p. 30. 31. 32.*, obvia), *Vir incomparabilis, de patria optime meritus, & rebus gestis clarissimus.*

Dav. Chytræo, in Epist. ad eundem (inter Chytræanas *p. 688.* qværenda), *Heros fortissimus.*

Justo Lipsio, in suis ad eundem literis (*inter Consolatorias p. 182. 183.*), *Vir famæ æternæ, & Achilles* Cimbricus.

Georg. Crusio, *in Descript. Bredenbergæ* (*lit. B. 2. a.*), *Heros incomparabilis*, nec non (*lit. T. 2. a. b.*) *paterfamilias sapientissimus & Dux felicissimus*, ac (*lit. T. 4. b.*) *Cimbricæ gentis columen & decus, vindex libertatis Danicæ, Heros in virtutum bellicarum & togatarum tanqvam speculam sublimem positus, ad qvam laudis utriusqve cupidi cursum dirigant.*

Petro Lindebergio (cujus etiam Dodecastichon Encomiasticum, *in Epigrammatis Ranzovianis p. 4.*, potest consuli), *in præfat. Hypotyposeos Ranzovianæ, illud qvondam Cimbricæ gentis lumen & numen, decus & columen*, ac *Vir, qui omni virtutum bellicarum & togatarum laude & lampade, præ cæteris, fulsit.*

El. Reusnero, *l. c.*, *Eqves auratus Holsatus, militari laude & virtute celeberrimus.*

Joh. Pennibuttelius, J. U. D. & Senator Lubecensis, hoc defuncto scripsit Epitaphium, a P. Lindebergio, *in Hypotyp. Ranzov. p. 68.*, recitatum:

Consiliis validisqve potens Ranzovius armis,
Ille pater patriæ, moriens hac conditur urna.
Scilicet, hoc vivo, nunqvam se Cimbria vinci
Passa fuit, semper victrix ductore recessit.

SCRIPTUM GERMANICUM Ἀνώνυμον.

Wahrhafftige und kurtze Verzeichniß des Krieges, welchen Fridericus II., König in Dennemarck, und Johannes und Adolphus, Hertzoge zu Holstein, A. 1559. wieder die Dithmarscher geführet. Argentinæ A. 1569. in 4. Nostro illud vindicatum est ab Henr. Gieseberto, famam secuto publicam, *in Introduct. III.*, *Periculo I. Harmoniæ statutorum cum Jure Dithmarsico Practicæ* A. 1652. præmissa, *p. 39.* Confer *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 12.*, §. 4., *p. 630.*

MARQVARDUS RANZOVIUS, Eqves Holsatus, e Ranzoviorum in Wagria Neverstorpiensium ortus familia, Breidonis fuit filius (1.), &, ob fortitudinem reiqve bellicæ peritiam insignem, a Christiano IV., Daniæ Rege, præter tractus Hanroviensis gubernationem, Tribuni militaris dignitatem, noviqve Stormariæ propugnaculi Glückstadiensis, ac præsidii ejusdem, præfecturam, obtinuit. In urbe hac A. 1628., ab exercitu Cæsareo, duce Altringero, obsessus, non eam tantum summa, per semestre integrum, defendit fortitudine, sed crebris etiam eruptionibus, donec pax Lubecensis A. 1629. & bello, & obsidioni, finem imponeret, damna hostibus intulit plurima; imo, concremata d. 25. Aug., tempore nocturno, magna castrorum parte, multisqve occisis, ductores non paucos, &, hos inter, Hannibalem, Comitem Schauenburgicum, supremum excubiarum Præfectum, captivos abduxit (2.). Hamburgensibus, novi, qvod a navibus suis exigebatur, vectigalis Glückstadiensis abolitionem importunius postulantibus, Epistola A. 1637., jussu Regis, minus benigne respondit Germanica, justitiam illius ostendente, eandemqve, ab Hamburgensibus cum notis marginalibus editam contrariis, adversus has *Declaratione* A. 1638. vindicavit publica. Vivis tandem A. 1640. excessit.

Abdruck des Hamburgischen, wie auch des Kön. Dennemärckischen Gen. Majors, Herrn Marqv. Ranzou, an Bürgermeister und Raht der Stadt Hamburg, d. 27. Sept. A. 1637. abgegangenen Antwortschreibens: Mit etlichen, an statt gegenberichtlicher Ablehnung, dabey dienenden Hamburgischen marginal notis, die angemaßte Continuation des Glückstädtischen Elbzolls betreffend. Hamburgi 1637. in 4.

Abdruck Declarationis des vom Kön. Gen. Major, Marqv. Ranzou, an Bürgermeister und Raht der Stadt Hamburg, d. 27. Sept. A. 1637., abgegangenen, die Abschaffung des Glückstädtischen Retorsions-Zolles concernirenden, Berichtschreibens, worinn die, abseiten Hamburg, an statt vermeinter gegenberichtlichen Ablehnung, publicirte, notæ getilget, und deren Ungrund kürtzlich angedeutet wird. Glückstadii 1638. in 4.

PAULUS RANZOVIUS, Eqves Holsatus, Toparcha arcium Bothcampensis, Arlewatensis, Kohövetanæ, Himmelwattensis, Lindevithensis, Bejenflethanæ & Schafhusensis, hæreditarius, Johannis, Archistrategi Danici (*supra celebrati*), ex Anna Walstorpia filius (3.), & Henrici, Proregis Cimbrici (*de qvo supra dictum*), germanus, d. 16. Oct. A. 1527. (4.), in arce forte paterna Bredenbergensi, in lucem est editus. Cum juventutem in aula Philippi, Hassorum Landgravii, inter exercitia literaria & eqvestria, exegisset, Alberti I., Ducis Borussiæ, aliqvamdiu fuit Cubicularius, & Adolphum deinde, Ducem Holsato-Gottorpiensem, in itinere ad aulam Caroli V., Imperatoris, urbisqve Metensis obsidionem, A. 1552. est comitatus, ac signiferi Cæsarei functus officio (5.). Inde secum in patriam reversum Adolphus suis adscripsit Consiliariis, præfecturis Holsatiæ, Trittoviensi, Reinbeccensi & Tremsbüttelanæ, dedit gubernatorem (6.), in expeditione anni 1559. Dithmarsica bellicum constituit Senatorem & Commissarium (7.), in Angliam A. 1560., & ad civitatis Gothanæ obsidionem A. 1567., comitem abduxit (8.), & bis mille tandem eqvitibus, qvos ipsemet, Regis Hispanici merens stipendia, Duci Albano in Belgium adducebat, legatum militarem præfecit supremum (9.). E Belgica hac expeditione domum redux, in morbum incidit diuturnum, istiqve in Monasterio tandem Reinbeccensi, A. C. 1579., ac ætatis 52., d. 24. Martii, in Urnæ sepulchralis expresso epigraphe (in cujus locum ab Henrico fratre (10.) diem 16. Oct., ab Andr. Angelo autem (11.) 24. Aprilis, substitui video), succubuit, nec multo

(1.) Majorum reliqvorum Seriem V. in C. Danewerthii *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 6.*, *p. 209.* (2.) V. Danew. *l. c.*, *P. III.*, *c. 3.*, *p. 188.*, *c. 6. p. 209.*, & *c. 14. p. 281.*, ac Ad. Olearii *Compend. Chronici Holsatici, Lib. XI.*, *p. 217. 218. 221. 222.* (3.) Majores reliqvos C. Danewerthii *Chorographia Cimbrica, P. III.*, *c. 14.*, *p. 283.*, enumerat. (4.) V. Andr. Angeli Holsteinische Adel Chronica, *Lib. I.*, *p. 170-173. 176. 177.*, & Nic. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronologicæ circuli Balthici p. 297.* (5.) V. Urnæ sepulchralis inscriptionem, & Andr. Angelum *ll. cc.*, *nec non p. 21.* (6.) V. Angelum *ll. cc.* (7.) V. Angelum *p. 25.* (8.) V. Angelum *ll. cc.*, & Danewerthium *P. III.*, *c. 4.*, *p. 150.* (9.) V. Angelum & Danewerthium *ll. cc.* (10.) *in Exegesi historica Classium Jonæ Elverfeldii de Holsatia, lit. H. 4. a.* (11.) *ll. cc.*

to post Itzehoæ, iisdem cum Metta filia, brevi parentem secuta intervallo (1.), exeqviis, monumento illatus est gentilitio. E conjuge, Beata Seeſtädia (d. 8. Jan. A. C. 1589., ac ætatis 54., extincta), præter sexus seqvioris liberos, novem sustulit filios: 1. Gerhardum, in duello Ottoniæ A. 1580. interemptum, & *supra* jam celebratum; 2. Ottonem, Toparcham Hemmelmarkensem; 3. Breidonem, Dynastam Bothcampianum, Josiæqve Ranzovii, fortitudine bellica, in Galliis, Mareschalli Franciæ dignitatem promeriti, parentem; 4. Melchiorem, Toparcham Arlewattensem; 5. Cajum, ab Andr. Angelo memoratum, a Dancwerthio autem præteritum; 6. Johannem, a Polonis A. 1587., cum Maximiliano Austriaco militaret, in prælio Bitzinensi, interfectum; 7. Henricum, Dynastam Lindevithensem & Bejenflethanum; 8. Bertramum, Toparcham Kohövetensem, patremqve Pauli, Præfecti Kiloniensis ac Consiliarii Holsatici; 9. Danielem, a militibus A. 1587. Gvisianis Alneti in Gallia trucidatum (2.). Epigraphen urnæ ejus sepulchralis Biographicam, & Henrici Fratris, Joh. Majoris Henningiqve Conradini, in obitum illius Epicedia, ejusdem fratris Henrici *Epitaphia cognatorum suorum, p. 20-27.*, & Pet. Lindebergii *Hypotyposis Ranzoviana p. 76. 77. 78.*, effigiem autem ipsius, æri insculptam, *Epistolæ ad Henr. Ranzovium consolatoriæ*, a Georg. Lud. Frobenio collectæ, *p. 25.*, exhibent. Confer de eodem, præter alios, jam allegatos, Henrici fratris *Genealogiam Ranzovianam p. 20. 21.*, & *Exegesin Elverfeldianam, Classe II., lit. H. 2. a. b. H. 4. a.*, ac Hier. Henningii *Genealogias familiarum Saxoniæ, qvæ Episcopos protulerunt, nobilium fol. 30. 31.*

Epistola Latina, ad Henricum fratrem, elegans, de morte Dan. Ranzovii, Archistrategi Danici, heroica, Kilonii d. 26. Nov. A. 1569. exarata, qvæ inter *Epistolas* ad eundem Henricum *consolatorias*, a Georg. Lud. Frobenio collectas, & Francofurti A. 1593. ac 1595. *in 8.* editas, *p. 52-56.*, legitur.

Epistola alia de Johannis, parentis sui, obitu, ad Fridericum II., Regem Daniæ, Johannemqve & Adolphum, Duces Holsaticos, communi ipsius fratrisqve Henrici, Bredenbergæ, d. 12. Dec. A. 1565., scripta nomine, qvæ, cum tribus Regis Ducumqve responsoriis, in eadem Sylloge, *p. 25-36.*, locum obtinuit.

SIGFRIDUS RANZOVIUS, Eqves Holsatus, arcis in Wagria Nienhusanæ Toparcha hæreditarius, Hansiiqve, primi istius conditoris, e Margareta Brocktorsia filius, Balthasaris autem, Episcopi Lubecensis, Melchioris, aulæ Danicæ Mareschalli, Caspari, Præfecti Flensburgensis, Breidonis, Strategi Danici, Henrici, Præfecti Gottorpiensis, & Ottonis, Toparchæ Ranzoviani, Germanus (3.), Johanni Seniori, Holsatiæ Duci, Friderici I., Regis Daniæ, filio, fuit a consiliis, præfecturæqve Hatherslebiensis, & Femariensis insulæ, gubernator. A Principe hoc A. 1573., una cum D. Hieron. Ölgardio, Cancellario, ad conventum solennem, in qvo *Ordinatio*, qvam vocant, *judicii provincialis Slesvigo-Holsatici*, ab ipsis, & Henr. Ranzovio atqve Erasmo Kirstenio, Friderici II., Regis Daniæ, Consiliariis, Benedictoqve Alefeldio ac Ad. Tratsigero (Autore præcipuo), ab Adolpho Duce, Johannis fratre, ad eundem missis, sociatis laboribus fuit concinnata, est ablegatus. Obiit coelebs d. 12. Mart. A. 1576., & templo Parochiæ Gikoviensis rurali suas reliqvit exuvias (4.).

ERASMUS RASCHIUS, Tundera Cimber, tonsoris filius, Wolfii Blomii, Præfecti Tunderensis, liberis, in pueritia, fuit a servitiis, &, una cum iisdem informatus, qvæ tradebantur ita arripuit avide, ut brevi studiis aptus evaserit Academicis. Istis, inprimis autem Juridico atqve Philologico, circa Orientis lingvas occupato, Witebergæ A. 1643., ac deinde Helmstadii, in Georg. Calixti, Theologi inclyti, convictum admissus domesticum, A. 1647., vacavit, vitamqve reliqvam in perpetuis ferme, extra patriam, transegit peregrinationibus, Principis initio Holsato-Gottorpiensis, ac postea Baronum aliqvot Bohemorum, aliorumqve juvenum nobilium, Ephorum agens ac comitem (5.). Supremos Juris honores Basileæ obtinuit, &, teste Christoph. Grafio, *Politicis* eum, qvos vocat, *Orientalibus*, sive Jurisconsultis in Philologia Orientali versatissimis, in Indice horum Alphabetico (6.), annumerante, & ob peritiam XIV. lingvarum Orientalium atqve Occidentalium insignem, ac Hebrææ præsertim adeo accuratam, ut ea, tanqvam vernacula, in suis qvotidie uti potuerit itineribus, celebrante, Amstelodami A. 1665. vivis excessit. Qvæ mors ejus immatura R. Davidi Cohen de Lara, Archisynagogo Hamburgensi, cum A. 1668. *Lexicon* suum *Thalmudico-Rabbinicum* Lingvarum orientis doctoribus ac cultoribus inter Christianos ἐξοχωτέροις, & hos inter ipsi etiam, inscriberet, nondum innotuisse videtur.

Exerc. de Intelligentiis, ab ipso conscripta, & Præside Joh. Scharfio proposita. Witeb. 1643. in 4.

Exerc. de Synedrio magno Hebræorum, Præside M. Joh. Ern. Bornitio, Wurcensi. Witeb. 1644. in 4.

Annotationes in Thomæ Brownii Religionem Medici, cum ista, sub L. N. M. E. M. (i. e. Lev. Nicol. a Moltken, Eqvitis Megapolitani) nomine, sæpius editas (de qvibus, *Tomo II.*, in Moltkenii plura dicentur Elogio), Gothofr. Gvilh. Leibnitius hoc vindicavit monito, qvod in Joach. Frid. Felleri *Otio Hannoverano p. 167. 168.* legitur: *Notas ad Religionem Medici composuit Raschius, etsi Moltkii nomen sit adjectum. Raschius Principis Gottorpiensis Informator, sed Moltkius Gubernator fuit.*

Notæ qvædam Biblicæ MSStæ, eruditione Philologica non vulgari refertæ, qvas sibi ab affini ejus esse communicatas M. Christoph. Kraheus, Antistes regius Hatherslebiensis, olim mihi retulit.

JOHANNES RASCHIUS, Eckernfördensis, scholæ oppidi patrii publicæ Rector.

Kurtzer Entwurf von der Seelen Wesen, Unsterbligkeit, und Zustande nach dem Tode. Appendicis instar accessit D. Theod. Reinkingii, Cancellarii in Cimbria Danici, *Tractatui de Vita Animarum in morte* Germanico, in editione Lubecæ A. 1699. *in 12.* publicata.

PHILIPPUS HENRICUS RATEKE, Lubecensis, cum Juri in Academiis Julia, Sorana & Lugduno-Batava, dedisset operam, Belgiumqve, Galliam, Angliam & Italiam, cum Car. Frid. Wrangelio, perlustrasset, A. 1671. (qvo J. U. D. Gryphiswaldiæ creabatur) Francisco Erdmanno, Duci Saxo-Lauenburgico, fuit a secretis, deinde vero A. 1686. Johanni Adolpho, Principi Holsato-Plönensi, a consiliis. V. *Programmata* duo, Gryphiswaldense, *Disputationi* ejus *Inaugurali* A. 1671., & Lubecense, soceri ipsius, Friderici Plonnies, Senatoris Lubecensis, exeqviis A. 1686., præmissa.

Disp. Inaug. de Collectis, sive contributionibus Imperii, atqve provinciarum ejus, Præside D. Frid. Gerdesio proposita. Gryphiswaldiæ 1671. in 4.

(1.) V. Henn. Conradini in mortem filiæ carmina, *in* Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzoviana p. 78. 79.* (2.) De filiis hisce V. Henr. Ranzovii *Genealogiam Ranzovianam p. 16.*, Andr. Angelum *l. c. p. 170-177.*, & præsertim Dancwerthium, *l. c.*, *P. III.*, *c. 4.*, *p. 190.*, *ac P. II.*, *c. 10.*, *p. 131.* (3.) V. Henr. Ranzovii *Geneal. Ranzov. p. 9. 11.*, C. Dancwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 6.*, *p. 207.*, & Dav. Chytræi *P. II. Chron. Sax. p. 239. 240.* (4.) V. Henr. Ranzovium *l. c. p. 11.*, *ac in Exegesi Elverfeldiana*, *Cl. II.*, *lit. H. 3. H. 4.*, ac Andr. Angelum *Lib. I.* der Holsteinischen Adel-Chronica *p. 131. 134.* (5.) Hactenus de illo narrata D. Steph. Kenckelii, Præpositi Tunderensis, Epistolæ, ad me exaratæ, debeo. (6.) *Parte II. Dyotæ sacræ p. 46.*

JOHANNES CHRISTOPHORUS RATH, J. U. Lic. & Practicus Hamburgensis, in patria. M. Decembri A. 1716. mortuus.

Positiones Juridicæ Inaugurales. Aureliæ 1701. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamb. Lit. A. 1704. p. 21.*)

BERNHARDUS RAUPACH, Tunderensis, Musici urbani filius, Vir eruditus, Theol. & literarum elegantiorum cultor industrius, Pastor Damshagensis in Ducatu Megapolitano ab A. 1717. & ab A. 1724. M. Nov. Diac. Hamb. Nicolaitanus. Uxorem duxit filiam Baronis ab Höpken.

Exerc. de Lingvæ Saxonicæ inferioris neglectu atqve contemptu injusto, ab ipso conscripta, & Præside M. Franc. Alb. Æpino proposita. Rostochii 1704. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Literariis Lubecensibus, M. Nov. A. 1704., p. 323. 324. 325.* Commendavit eandem haud immerito, & *non indocte elaboratam esse* judicavit, Joh. Georg. Eccardus, *in Historia studii Etymologici lingvæ Germanicæ, c. 10., p. 101.* Defensio ejus, qvæ Sundiæ 1704. in 4. prodiit Jo. Henr. a Seelen *in præf. Memor. Staden. p. 22., calculo digna* audit.

Decades duæ Observationum sacrarum in loca qvædam publica, ex Patribus Apostolicis, Præside Alberto zum Felde propositæ. Kilonii A. 1711. & 1712. in 4.

Oratio de utilitate peregrinationis Danicæ. Kiloni 1712. in 4. Recensum illius exhibuerunt Lipsienses (ob dictionis elegantiam & relationes de statu religionis, reiqve literariæ in Dania hodierno lectu dignas, eam commendantes) *in Actis Eruditorum Germanicis, Parte XIV., p. 176-181.*

De Præsenti rei sacræ & literariæ in Dania statu Commentatio academica, publica antehac Oratione in Academia Kiloniensi recitata, repetita nunc editione variis observationibus aucta. Hamburgi 1717. in 8. Eadem est cum Oratione præcedenti, sed auctior reddita, cum accessionibus aliis, tum Vindiciis in ista de Theologia dictorum polemica, contra recensum Lipsiensium modo allegatum. Argumentum ejus, additis laudibus, exposuerunt Halenses in der neuen Bibliotheck, *Sect. 67., p. 361-366.*, & Val. Ern. Löscherus (Orationem in Academia Giessena esse recitatam perperam tradens) in den Unschuldigen Theologischen Nachrichten, *Sect. 3. A. 1718., p. 437-440.*

Diss. de Officio Ministri Ecclesiæ, ex mente & exemplo Patrum Apostolicorum: cum Joh. Rivii Libello de Officio Pastorali Ministrorum Ecclesiæ in pagis. Kilonii 1714. in 8. Commendatur a Lipsiensibus *in Actis Erud. Latinis, M. Dec. A. 1715., p. 530.*, & V. E. Löschero, *l. c., Sect. 2. A. 1715., p. 370.*

Opus ab illo promittitur Historicum de Ecclesiis Lutheranorum deperditis, per partes edendum, harumqve prima Fata Lutheranorum in Austria expositurum præcipua. V. Joh. Gottl. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 44. A. 1717., p. 359. 360.*

CHRISTIANUS RAUSCHE, Lubecensis.

Die heilige Wundergeburt des Kindes JEsu, A. 1651. einfältig und andächtig besungen. Slesvigæ 1652. in 12.

AUGUSTINUS RECHEL, Husensis, J. U. D., Eberhardi, Senatoris, filius. De Phrenesi ejus, e fastu ac amore orta, ob qvam catenis, per annos complures, fuit compescendus, donec, mentis iterum compos, in patria obiret, V. J. M. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 201.*)

Disp. Inaug. de omni genere Contractuum, Præside D. Nicol. Langio proposita. Groningæ 1643. in 4.

Encomion Jurisprudentiæ, Groningæ 1643. in 4. (*Catal. Rosenkrantz.*)

SIMON RECHEL, Husensis, A. 1628. natus, urbis patriæ ab A. 1659. Diaconus, ab A. 1665. Archidiaconus (1.), & ab A. 1685. Pastor, A. 1712. rude donatus, & M. Mart. A. 1713. mortuus; Maritus Annæ, D. Casp. Danckwerthii, Consulis Husensis, filiæ, πολύτεκνος. Uberiorem vitæ illius historiam invenies in M. Joh. Melch. Kraftii, successoris, Husumscher Kirchen-Historie *p. 203-209. 279.*

Cogitata de stylo N. T., Præside M. Joh. Vorstio, Autore, defensa. Rostochii 1651. in 4.

Gottgelassenes Mutterhertz, oder Leichpredigt über Joh. Adolph. Uthdermarck, J. U. Stud., auß Baruch IV. 19-23. Slesvigæ 1680. in 4.

Der von GOtt erlassene, und willig gefolgte, Diener JEsu, oder Leichpred. über M. Mart. Holmer, Pastorem zu Husum, auß Gen. XXXII. 9. 10. Slesvigæ 1685. in fol.

Grosse Freudigkeit im Tode, oder Leichpr. über Broderum Boisen, J. U. D. und Bürgermeistern zu Husum, auß Rom. VIII. 38. 39. Slesvigæ 1685. in fol.

Leichpredigt über Catharina, D. Broderi Boysens Wittwe, auß 2. Tim. IV. 18. Slesvigæ 1696. in 4.

NAAMANUS REDLEFSEN, Husensis, patre Hansio Redleffen, cive, matre autem Catharina, Naamani Edleffen, mercatoris Husensis, filia, d. 2. Apr. A. 1660. natus, post conciones vicarias Husæ, per biennium, vespertinasqve Hamburgi, in aula Christiani Alberti, Ducis Holsatiæ exulis, totidem annis, habitas, templi cathedralis in Ducatu Megapolitano Güstroviensis Diaconus A. 1689., simulqve A. 1707. Ecclesiastes viduæ Gustavi Adolphi, Ducis Meclenburgici, in arce aulicus, A. 1709. autem ejusdem ædis Cathedralis Pastor, est constitutus.

Plura de vita ejus V. in Frid. Thomæ *Catalogo Biographico, Analectis Güstroviensibus subjecto, p. 35. 36.*, & *Novis literariis Lubecensibus, M. Mart. A. 1704., p. 67.*

Sermo parentalis Germanicus, in exeqviis D. Justi Balth. Haberkornii, Superint. & Protecclesiastæ aulici Güstroviensis, habitus, &, cum Joach. Schröderi, successoris ejus, Concione in locum Luc. II. 29-32. funebri vernacula, Güstrovii A. 1707. *in fol.* editus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jan. A. 1708., p. 7. 8.*

HANSIUS sive JOHANNES REGKMANN, A. 1494. natus, Civis Lubecensis, factionisqve Wollenweberianæ, in dissidiis, qvæ urbem, circa A. 1530., affligebant, intestinis, uti e *Chronico* ejus apparet, fautor, ac forsan assecla.

Lübeckische Chronica; das ist: Alle vornehmste Geschichte und Händel, so sich in der Keyserlichen Reichsstadt Lübeck, von Zeit ihrer ersten Erbauung an, biß A. 1550., zugetragen, was iederzeit vor Bürgermeister und Bischöffe gewesen, &c., aufs kürtzeste, in drey Büchern, auß gewissen Autoribus und alten Chronicken, zusammengetragen durch Hans Regkmann, Bürgern daselbst; ietzt aber an den Tag gegeben auß den MSStis Joh. Frid. Fausten von Aschaffenburg. Spiræ A. 1619. in fol. Deductum est hoc Chronicon ab U. C. ad A. C. 1550., & Consulum atqve Senatorum, qvi, ab A. C. 1200. ad eundem usqve A. 1550., urbi præfuerunt, recensu, sub finem adjecto, auctum. Appendicem de rebus Wismariensibus, qvam Mart. Zeilerus (*P. II. Sylloges de Historicis p. 124.*) eidem accessisse tradit, in exemplis libri, mihi visis, non offendi. Confer de illo *Partem IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 3., p. 435. 436.*, B. G. Struvii (cæteris historiæ Lubecensis scriptoribus illud præferentis) *Bibliothecam Historicam, c. 17., p. 491.*, Joh. Christ. Nevii (Regkmannum,

(1.) V. Mart. Holmeri *Præfat. Concionis de Incendio Husensi p. 11.*

num, in *Chronico* hoc concinnando, Joh. Frid. Faustii, qvi illud tantum edidit, longeqve Autore recentior fuit, MSto usum esse, falso perhibentis) *Partem II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Historicas p. 181.*, & Joh. Hübneri Cent. VII. Bibliothecæ Historicæ vernaculæ *p. 83. 84.*

JOHANNES REGKMANN Junior, Lubecensis, Pastor in Livonia Rigensis, d. 11. Febr. A. C. 1601., ætatis 69., officiiqve sacri 43., defunctus, cum Witebergæ studiis incumberet, Disputationes Mart. Lutheri, Phil. Melanchthonis, & Collegarum, Theologicas, oretenus tantum habitas, collegit, & tersissime Tomis aliqvot descriptas Bibliothecæ Rigensi reliqvit publicæ. V. Jonæ Joh. Phragmenii *Rigam literatam p. 18.*

REHBEENIUS Scriptoribus Historiæ Lubecensis a Gotsch. Kirchringio & Gotsch. Müllero (1.) annumeratur. Hunc eundem esse cum M. Thoma Rehbeenio, Lubecensi, qvi, testibus iisdem (2.) ac Jacobo a Mellen (3.), patriæ Protonotarius A. 1573., Senator autem d. 26. Jan. A. 1593., est electus, ac d. 2. Maji A. 1610. obiit, *Parte Isagoges ad Historiam Cimbricam IV.* (4.), satis olim probabiliter conjeci. A Cl. Mellenio tamen, in literis ad me, A. 1698. exaratis, Henricus Rehbeenius vocatur, & circa A. 1608. scripsisse traditur. A qvo si verum illi prænomen est attributum, a Thoma coævo videtur esse diversus. Ejus Summarischer Begriff der Chronicken der Stadt Lübeck MS. adhuc in Bibliothecis delitescit Lubecensibus.

PETRUS REHBINDERUS, Lubecæ (non Lüneburgi, uti Henn. Wittenius (5.) falso tradidit) in lucem A. C. 1609., M. Novembri, editus, patrem habuit Christophorum, mercatorem, matrem vero Margaretam, Dieterici Aqvarii, Med. D. & Poliatri Lubecensis, filiam. E privata disciplina in Scholam A. 1624., Rectore Joh. Kirchmanno, transiit publicam, &, alumnis deinde adscriptus Schabbelianis, Witebergam A. 1628. commigravit (6.). Ubi cum integro ferme substitisset qvadriennio, & Magistri titulum, Brabevta Joh. Scharfio, A. 1632. reportasset, Lubecam reversus, & in convictum Nicol. Hunnii, Superintendentis, Theologi celeberrimi, receptus, annuo hunc spatio, cum aliis, Hodegum ad doctrinæ sacræ adyta habuit domesticum (7.). Regiomonti postea, ab A. 1633., D. Levinum Pouchenium, hospitem, ceterosqve Professores Theologos, per qvadriennium audivit, & Ordinis simul Philosophici permissu privata aperuit Collegia. A. 1637. Lubecam, in ædes Hunnianas, &, ex istis, A. 1638. Witebergam remigravit, Wilh. Lyseri *Disputationum in Johannem* unam, ac Joh. Hülsemanni *de Auxiliis gratiæ tertiam*, publice defendit, Ordinisqve Adjunctis A. 1639. adscriptus Philosophici brevi ita inclaruit, ut Senatus urbis Lüneburgensis A. 1641. ipsi, a Theologis sibi commendato Witebergensibus, Pastoris atqve Superintendentis officium, post Sigism. Schererzii, præclare illo functi, excessum, conferre non dubitaverit (8.). Spartam istam, post titulum Licentiati d. 20. Maji, publice defenso *Calvinismo* Joh. Hülsemanni *irreconciliabili*, Doctoralem autem d. 12. Oct., eodem A. 1641., sibi, tribusqve competitoribus (Joh. Müllero, Antistiti Hamburgensi, Paulo Sperlingio Fribergensi, & Enocho Himmelio Orlamundano), per Wilh. Lyserum, Decanum, & J. Hülsemannum, promotorem, collatos (9.), Witeberga, non sine faustis, qvæ excusæ prostant, acclamationibus Professorum metricis, Lüneburgum dimissus, per annos 30. ornavit continuos. Uxorem A. seqv. 1642. duxit Sabinam, D. Nicol. Hunnii, Antistitis Lubecensis, de se optime meriti, filiam, A. 1643., d. 8. Apr., in primo, una cum filiolo, paucis matri septimanis superstite, extinctam puerperio (10.). Ipse vivis Lüneburgi, d. 9. Dec. A. C. 1671., magnoqve ætatis climacterico, excessit, &, publicis Senatus sepultus impensis (11.), Casp. Herm. Sandhagio, Antistiti hactenus Bilefeldiensi, geminum reliqvit officium. Partem Vitæ priorem D. Pauli Röberi, Theologi Witebergensis, *Programmati*, Prælectionibus ejus in Psalmum II. cursoriis A. 1641. præmisso, reliqvam vero Autoribus aliis, jam allegatis, debeo. Plura de illo suggeret Joh. Georg. Bertrami Evangelisches Lüneburg *p. 227-236.* Conf. Vitæ Synopsin in Joh. Henr. a Seelen Athen. Lubec., P. II. p. 220-223.

ELOGIA.

Joh. Hülsemannus Witeberga Lüneburgum discedendi disticho hoc valedixit ἀνεκδότῳ:

I SOL, & vacuam collustra lumine LUNAM,
Per TE nulla ausit nubere eclipsis EAM.

Wilh. Lysero (*in Programmate, promotioni Doctorali præmisso*) *Vir* audit *donis instructus egregiis, dignus omnino, qvem Ecclesia Lüneburgensis amet, ornet, foveat.*

Aug. Buchnero (*in Carmine Propemptico*) *novum jubar Sionis.*

Joh. Christoph. Seldio, Theologo Coburgensi (*in Decasticho Propemptico*),

Prælustre Eusebiæ lumen columenqve sacratæ
Firmum, Leucorei gloria magna poli.

Joh. Ristio (*in Ep. dedic.* der Catechismus-Andachten) ein fürtreflicher, fleißiger und hochbegabter Prediger, und ein Mann von aufrichtigem teutschem Hertzen.

Abr. Calovius (*in Lessu, memoriæ Pet. Haberkornii A. 1676. consecrato, p. 19.*) præcipuis eum Theologis Lutheranis Seculi XVII. orthodoxis annumeravit.

Joh. Frid. Mayerus (in der Schutzschrift des Hamburgischen Ministerii, wieder D. Spenern, *p. 51.*) Nicol. Hunnium, Joh. Müllerum, ac illum, appellat die grosse Streiter Christi.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Tetras qvæstionum miscellanearum, Præside Joh. Scharfio. Witebergæ 1631. in 4.

Explicatio dicti Ps. XXXIV. 8., Præside D. Levino Pouchenio proposita. Regiomonti 1633. in 4.

Trias Errorum Pontificiorum circa Eucharistiam, seu Disp. de Cramate Eucharistico, communione sub una, & transsubstantiatione, Præside eodem Pouchenio. Regiom. 1635. in 4.

Exerc. I. Philologica in Psalmum XVI. Regiom. 1636. in 4.

Collegii Logici privati disputatorii Theoremata. Regiom. 1638. in 8.

Disp. de Substantia, *ex Lib. Categ. c. 5.*, pro Loco in Ordine Philos. proposita. Witeb. 1640. in 4.

Disp. de sex Regulis Philologicis sacris, Præside D. Jac. Wellero. Witeb. 1640. in 4.

Calvinismus irreconciliabilis, seu delineatio causarum, earumqve applicatio ad Calvinismum, propter qvas Josephus Hallus, Episc. Exoniensis (*in Roma irreconciliabili*), Papismum esse censuit irreconciliabilem, pro gradu Licentiæ, Præside D. Joh. Hulsemanno (*illius Autore*), proposita. Witebergæ 1641. in 4. Denuo prodiit, adjectis Joh. Du-

(1.) *in titulo Compendii vernaculi Historiæ Lubecensis, ac p. 236.* (2.) *p. 251.* (3.) *in Serie MS. Senatus Lubecensis.* (4.) *c. 4., §. 5., p. 420.* (5.) *Tomo II. Diarii Biographici Sec. XVII., p. 102.* (6.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. Rr. 4. b.* (7.) Præceptorem hunc suum ipse vocavit *in Disp. de Substantia p. 6.* (8.) V. Casp. Sagittarii *Memorabilia civitatis Luneburgensis, §. 113. 144.* (9.) V. Wilh. Lyseri *Programma ad actum promotionis invitatorium*, Gotfr. Svevi *Acad. Witeb. lit. Kee. 2. b. Fff. 3. a.*, & Andr. Sennerti *Athenas Witeb., Lib. I., p. 93. 102.* (10.) V. M. Seb. Meieri *Orat. parentalem, D. Nic. Hunnio habitam*, *lit. C. 2. b. C. 3. a.* (11.) V. Wittenium *l. c.*, & Sagittarium *l. c. § 156.*

ræi Epistola ad Hülsemannum & Rehbinderum, qva utrumqve de reatu schismatis inter Protestantes continuandi evitando fraterne monuit, & Hülsemanni ad hanc Responsione, Witebergæ A. 1644. in 4., nec non ibidem A. 1667. in 8. Scriptum hoc a nemine Calvinianorum esse refutatum, gloriatur Joh. Christoph. Seldius im Syncretistischen Abgotte *p. 305.*

II. GERMANICA.

Schriftmäßige Erklärung des Nahmens Christian aus Phil. I. 21. Hamb. 1649. in 4.

Gottes theurer Sohn und trautstes Kind, oder Leichpredigt über Georg von Dassel, Sultzmeistern zu Lüneburg, aus Jer. XXXI. 20. Hamburgi 1657. in 4.

Lüneburgische Wasserfluht, oder Predigt von der, den 26. Febr. A. 1658. zu Lüneburg geschehenen, ungewöhnlichen Ergiessung der Elbe, nach Anleitung des Passions-Textes von Juda dem Verräther, Matth. XXVI. 47-50. Hamb. 1658. in 4.

Judæus baptizatus, oder Bericht von der Tauffe eines Juden, so den 28. Dec. A. 1659., in S. Johannis-Kirche zu Lüneburg, geschehen. Hamb. 1660. in 8.

Des Ministerii zu Lüneburg Bedencken über Joh. Melch. Stengers, Predigern zu Erfurt, Lehre von der Busse; qvod in Dan. Hartnaccii *Stengerismo enervato, p. 78-91.*, prodiit.

GEORGIUS REICHIUS, Lubecensis, M. Joh. Reichii I., Pastoris Ægidiani (de qvo *statim* dicetur), filius, 7. Id. Mart. A. 1618. natus, literis elegantioribus in Schola patria, ab A. 1624., studio autem Medico, ab A. 1637., in Academiis Regiomontana, Rostochiensi, Lugduno-Batava, Parisiensi & Patavina, incubuit, Doctorqve in ultima A. jam 1647. creatus, Leidam, facto per Gallias itinere, rediit, ac annuo illic hæsit spatio. Inde Lubecam A. 1648. reversus, ducta seqventi 1649. uxore Sophia, D. Joh. Henr. Meibomii, Poliatri Lubecensis eximii, gnata, filium sibi unicum, Johannem Georgium, duasqve enixa filias, praxi artis salutiferæ, & in patria, & in aula Utinensi vicina Johannis, Episcopi Lubecensis, a qvo Archiater A. 1655., in locum soceri, hujus svasu, est electus, inclaruit, donec febri acuta, d. 23. Febr. A. C. 1657., ætatisqve 39., extingveretur. Mortem acceleravit Luctus ob filiolæ obitum, qvi solatia respuebat omnia, viresqve corporis jam exhauserat, immodicus. V. Georg. Henr. Götzii (merito hunc culpantis) bey dem Grabe seiner Kinder weinenden Vater *p. 77.* V. M. Sebast. Meieri, Rect. Lubec., *Programma* de vita illius *funebre*, & J. H. a Seelen *Partem III. Athen. Lubec. p. 391. 392.*

Disp. de Urina, Præside D. Joach. Stocmanno. Rostochii 1642. in 4.

M. JOHANNES REICHIUS I., Lubecensis, patre cognomine, matre autem Catharina Scheelia, Henrici, mercatoris, filia, A. 1587. natus, e schola patria A. 1607. in Acad. Rostochiensem, A. 1610 in Francofurtanam ad Viadrum, & A. 1613. in Witebergensem, commigravit. In patriam inde redux, Mich. Trostio A. 1614., d. 30. Aug., in Diaconatu, Henr. Mennio autem A. 1621., d. 4. Oct., in Pastoratu ædis, successit, Ægidianæ, ductaqve d. 23. Apr. A. 1615. uxore Barbara Stampehlia, Paschæ, mercatoris Soltqvellensis, filia, ac Georgii, Superint. Lubecensis, sorore, qvatuor ex hac liberos, &, hos inter, Georgium, Med. Doctorem, Johannem, Pastorem Ægidianum, ac Catharinam, Jac. Kockerti, scholæ Lubecensis Subrectoris doctissimi (qvi socero eleganti parentavit Epicedio), conjugem, sustulit. Sexagenario tandem major d. 27. Dec. A. 1648. mortuus, monumentum in templo Ægidiano obtinuit Epitaphium. Fusius vitam ejus perseqvitur M. Seb. Meieri, Rect. Lubec., *Programma funebre*, A. 1709. in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum, num. 24., p. 189-191.*, Lubecæ recusum, brevius autem Joh. Henr. a Seelen *Pars II. Athenarum Lubecensium p. 206-208.* Epitaphii epigraphen Autor des beglückten und geschmückten Lübecks *p. 138.* exhibet.

Disp. de Calvinismo fugiendo, ob principium ejus incertum, qvod est Rationis speculatio, Præside D. Balth. Meisnero proposita. Witebergæ 1614. in 4. Recusa est *Tomo III. Disputt. Theol. Witebergensium, num. 10.*

M. JOHANNES REICHIUS II., Lubecensis, primi (*de qvo modo dictum*) filius, A. 1617. III. Id. Mart. in lucem editus, in Acad. Regiomontana (cui Magistri debuit titulum) ab A. 1637., in Rostochiensi ab A. 1641., & in Witebergensi ab A. 1645., studiis incubuit, Ordinisqve hujus Philosophici A. 1647. adscriptus est Adjunctis. A. 1649. ædis, cui Pater præfuerat, Lubecensis Ægidianæ Diaconatum, A. 1662. autem, Joh. Zeidleri successor, Pastoratum, obtinuit, & Presbyterii tandem totius Senior, d. 8. Maji A. C. 1688., ætatisqve 71., asthmate decessit. Conjugem, ab A. 1650., habuit Elisabetham, D. Menonis Hannekenii, Superintendentis Lubecensis, filiam, & parens ab ea Menonis ac Johannis, Ecclesiastarum templi Jacobæi, sexqve filiarum, est redditus. Effigies defuncti prope templi Ægidiani spectatur suggestum. V. Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma* de vita ejus funebre, in G. H. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum, num. 67., p. 628-635.*, A. 1709. recusum, Henn. Wittenii *T. II. Diarii Biographici Sec. XVII., p. 150. 151.*, & J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 209. 210. 211.*

Disp. de fide Infantum, Præside D. Joh. Qvistorpio. Rostochii 1642. in 4.

Historia Passionis D. N. J. C., Præside El. Taddelio. Rost. 1642. in 4.

Disputt. II. in cap. IV. & XV. Johannis, Præside D. Wilh. Lysero. Witeb. 1645. in 4.

Disp. de missione Filii Dei, Præside D. Joh. Hülsemanno. Witeb. 1646. in 4.

Disputt. II. de Tetragrammato, seu nomine Dei proprio יהוה, qvarum prior ab ipso, Præside Andr. Sennerto, LL. Or. Professore, posterior vero, respondente Joh. Vorstio (Philologo deinceps inclyto), est proposita. Witeb. 1646. in 4.

Disp. de Justitia, pro loco in Ordine Philos. proposita. Witeb. 1647. in 4.

Disp. de Virtute heroica. Witeb. 164.. in 4. (*V. Svantenium & Wittenium ll. cc.*)

M. JOHANNES REICHIUS III., secundi, modo laudati, ex Elisabetha Hannekenia filius, primam Lubecæ d. 23. Febr. A. 1659. lucem aspexit, & institutione, cum privata Barth. Botsacci, Antistitis postea Brunsvicensis ac Hafniensis, tum publica Præceptorum scholasticorum, gavisus, insignes in literis elegantioribus, ac deinde Hamburgi, ductu Esdræ Edzardi, in Hebraicis, fecit progressus. Giessam hinc A. 1677., &, reportatis illic Magisterii honoribus, Argentinam A. 1679., profectus, D. Seb. Schmidium Præceptorem & hospitem per annum habuit integrum, lustratisqve A. 1680., comite Hect. Gothofr. Masio, Theologo postea Hafniensi, provinciis Belgicis Lubecam reversus, illic, uti & Brunsvigæ, in D. Barth. Botsacci convictu, Oratoriæ sacræ vacavit exercitiis. A. 1682. Rostochium adiit, & locum inter Adjunctos Collegii obtinuit Philosophici, seqvens autem triennium itineri ad Helvetios, Gallos, Anglos & Belgas, impendit literario. Ex isto Lubecam A. 1686. redux, ædis mox Jacobææ d. 9. Sept. electus est Diaconus, & cum per decennium hoc functus esset officio, liberosqve e conjuge Barbara Maria, Galli Humborgii, mercatoris, filia, sustulisset qvatuor, febri petechiali maligna, d. 11. Mart. A. C. 1696., ætatisqve 37., expiravit. V. Enochi Svantenii, Rect. Lubec., fusius eum celebrantis, *Programma funebre*, in G. H. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum, num. 73., p. 666-673.*, itidem recusum, & J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 212-217.* Epitaphium a vidua in æde illi Jacobæi est erectum. Abr. Hinckelmanno (*sub finem præfationis Corani Arabici*) Vir audit *pietate & doctrina insignis.*

Disp. Philos. Inaug. de Iride, Præside D. Laur. Straussio proposita. Giessæ 1679. in 4.

Disp. de Terra Australi. Argentinæ A. 1679. (*non 1669., qvem Lipenius substituit*) in 4.

Disp.

Disp. Theol. de obligatione Formulæ Concordiæ, ab eo conscripta, Præside D. Seb. Schmidio defensa, Presbyteriisqve Lubecensi, Hamburgensi & Lüneburgensi, inscripta. Argentinæ A. 1680. in 4. Commendatur a Sam. Pomario, *in Notis Latinis, Mnemosyno Libri Concordiæ Germanico subjunctis, p. 118.*, & Conr. Tyb. Rangone *in Obice Syncretismi p. 214. 276.*

Spicilegia de Serpente æneo, publica Disput. exhibita. Rostochii 1683. in 4.

Apparatus ad Rationarium Theologicum, de Scriptoribus & scriptis Seculi III. Ecclesiasticis, Præside D. Aug. Varenio, Autore illius, defensus. Rostochii 1684. in 4.

M. MENO REICHIUS, Johannis II. (*supra laudati*) itidem filius, Lubecæ d. 25. Aug. A. 1651. natus, Giessæ ab A. 1669. vixit, Magistriqve titulum A. 1672. exambiit, ac Prussiam deinceps, Daniam, Angliam & Belgium, peragravit. Ædis in patria Jacobææ Diaconus d. 5. Jun. A. 1679., Pastorqve d. 26. Jun. A. 1690., est electus, sed seqventi 1691., qvadragenarius, eadem die 2. Julii, qva anno præcedenti Pastorale exorsus erat officium, liberis septem e conjuge, Cornelia Verportia, Johannis Henrici, mercatoris, filia, susceptis, vivis ereptus. V. Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma funebre*, a G. H. Götzio, *in Elogiis LXXX. Theoll. Germ., num. 71., p. 653-659.*, denuo exhibitum, D. G. Morhofii Epithalamium ad eum vernaculum, *in Poem. Germ. p. 340. 341.* obvium, & J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 211. 212.*

Disp. de motu Maris, Præside Frid. Nitschio, Math. Prof. Giessæ 1671. in 4.

Aphorismi Philosophici inaugurales, Præside Henr. Phasiano, Prof. Eloqv., propositi. Giessæ 1672. in 4.

Disp. I. de Sortitione. Giessæ 1673. in 4.

M. ALBERTUS REIMARUS Senior, Lubecensis, e schola patria A. 1601. in Acad. Tubingensem, A. 1603. in Marpurgensem, & A. 1604. in Viadrinam, digressus, templi in urbe natali Burgensis Ecclesiastes d. 5. Oct. A. 1610., ædis autem Cathedralis Diaconus d. 12. Jun. A. 1617., electus, & in hoc munere, M. Joh. Reimaro, filio, relicto, d. 22. Sept. A. 1641. defunctus; Maritus Annæ, M. Joh. Stolterfohtii, Pastoris Mariani, filiæ, A. 1611. ductæ, & seqventi 1612. in primo extinctæ puerperio. V. Jacobi a Mellen *Catalogum MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, & *Notitiam majorum suorum editam p. 42.*

Orationes duæ Scholastico-Theologicæ; prior de personali duarum naturarum in Christo Unione, & Idiomatum communicatione, Lubecæ A. 1601.; posterior de Filii Dei nativitate, hujusqve fructu & beneficiis, Tubingæ A. 1602. habita. Francofurti ad Viadrum A. 1604. in 4., & (*juxta Bolduanum in Supplem. Biblioth. Theol. p. 38., ac Lipenium P. II. Biblioth. Theol. p. 926.*) Witebergæ A. 1612. in 8.

De erroribus Nestorianorum. Francof. 1604. in 4. (*V. Biblioth. Mayerianam p. 150.*)

Oratio de primo membro voti Augustiniani, h. e., de laudibus Christi Dei, in carne manifestati, Marpurgi A. 1604. recitata. Francofurti, sine mentione anni, in 4.

Papismi Calvinianorum practici XXV. ἐλεγχόμενοι, qvi etiamnum hodie in praxi Theologiæ Calvinianæ passim occurrunt, & cuivis sese offerunt, metrice expositi, una cum Discursu itidem metrico de Papismis Calvinianorum dogmaticis XXV. ἐλεγχομένοις. Lubecæ 1630. in 4. V. de iis Georg. Henr. Götzii *Bibliothecam Anti-Pontificiam Presbyterii Lubecensis, §. 13., p. 30.* (Papismos Calvinianorum Dogmaticos, itidem XXV., D. Salom. Gesnerus, Theol. Witeb., jam ante, Disput. peculiari, Witeb. 1597. in 4. impressa, exhibuerat.)

Christiana castigatio Idolomaniæ Poeticæ. Lubecæ 1630. in 4. (*V. Catal. Biblioth. Joach. Hemmingii p. 68.*).

Veritatis triumphus, in zwey Predigten. Lubecæ 1637. in 4. (*V. Indicem Autorum, Ephr. Prætorii Bibliothecæ Homileticæ præfixum.*).

Carmina sacra inedita, Joh. Henr. Meibomio, in Jambis in illa (*in Albo Joach. Morsii MSto fol. 598. mihi lectis*), judice *aurea, qveis aura spirat alma sancti Flaminis.*

ALBERTUS REIMARUS Junior, Lubecensis.

Abgebildetes Altes Rom, darinn die weiland gewesene Kirchen, Schaubürge, runde Schaubürge, Rennkreise, Schiffgefechtesplätze, Triumpfsbögen, Rahthäuser, Palläste, Seulen, Triumpfs-Procesf, Kriegs- und Bürgerliche Dignitäten, Gebräuche, Ceremonien, und dergleichen denckwürdige Sachen, der Stadt Rom, beschrieben, und mit 128. zierlichen und recht lebendigen Kupferstücken vor Augen gestellet werden: Samt einem Anhange von der Grösse des Römischen Reiches; Auß dem Italiänischen, von ihm, mit Fleisse, ins Hochteutsche übersetzet. Arnhemii 1662. in 12.

Abgebildetes Neues Rom, darinn die heute verhandene Kirchen, heilige Leiber, Reliqvien, Ablässe, Klöster, Hospitale, Betkapellen, Societäten der Weltpersonen, Collegia, hohe Schulen, Palläste, Gebäude, Gemählde, gehauen und geschnitzte Bilder, Bibliothecken, Studierkammern, Gärten, Brunnen, Fortwercke oder Meyerhöfe, auch Päbste, Cardinäle, Fürsten, und dergleichen merckwürdige Herligkeiten der Stadt Rom, beschrieben, und in 90. Kupferstücken vorgestellet werden: Auß dem Italiänischen verdeutschet. Arnhemii 1662. in 12. Ambo scripta *bene ac perspicue*, a Reimaro, e Lingva Italica in Germanicam esse translata, Justus Georgius Schottelius, *in Opere de Lingva Germanica, Lib. V., Tr. IV., p. 1184.*, judicat. De Belgicis eorundem Versionibus, sub iisdem fere titulis, eodem A. 1662., Amstelodami *in 12.* editis, Cornelii a Beughem *Bibliographia Mathematica p. 463.* potest consuli.

Der gantzen Welt Religionen; oder Beschreibung aller Gottes- und Götzendienste, wie auch Ketzereyen, in Asia, Africa, und Europa, von Anfang der Welt, biß auf gegenwärtige Zeit; auß dem Englischen Alexandri Rossen durch ihn verdeutschet, und mit Kupfern gezieret. Amstelodami A. 1667. in 8. (Præter Reimarianam hanc scripti Rosseani versionem Germanicam, alia Christiani Sixti cujusdam Heidelbergæ A. seqv. 1668. *in 8.* prodiit.)

HENRICUS ERNESTUS REIMARUS, Bilwerderanus, patre M. Joh. Reimaro, insulæ illius, Hamburgo vicinæ, Parocho, A. 1663. natus, cum Hamburgi, in æde Petrina, conciones hebdomadatim, per biennium, habuisset extraordinarias, in Ducatum, A. 1688. exeunte, vocatus Megapolitanum, in ædis Marianæ Güstroviensis Pastoratu socero suo, M. Johannni Marci, successit, & d. 19. Nov. A. C. 1702., ac ætatis 39., obiit. Plura de vita illius V. in Frid. Thomæ *Catalogo Biographico, Analectis Güstroviensibus annexo, p. 53. 54. 55.*, & *Novis Literariis Lubecensibus, M. Febr. A. 1704., p. 36. 37.*

Der die Sache GOttes klüglich führende, und Glückfindende, fromme Jurist, oder Leichpredigt über Joh. Pet. Tornou, J. U. C., auß Ps. LXXIII. 23. 24. A. 1701. in 4. V. Frid. Thomam *l. c. p. 55.*

M. HERMANNUS SAMUEL REIMARUS, Hamburgensis, Ord. Philos. Witeb. Assessor, & deinde Scholæ Wismariensis Rector, d. 7. Jul. A. 1723. inauguratus.

Disputationes duæ de differentiis Vocum Hebraicarum, prior sub Joh. Christoph. Wichmanshausii præsidio, altera ab ipso Præside proposita. Witebergæ 1717. in 4.

Primitiæ Wismarienses, sive Oratt. duæ auspicales, altera ostendens omnes homines æqve esse felices, altera de Genio Socratis. Wismariæ 1723. in 4.

Matthæi Camariotæ Orationes duæ de Fato, ab ipso, e MS. Bibliothecæ Leidensis, editæ & Lat. redditæ; cum præfatione D. Joh. Alb. Fabricii. Lugd. Bat. 1721. in 8. V. de iis *Acta Erud. Lipf.*, *M. Majo A. 1722.*, *p. 274. 275. 276.*, de Republyk der Geleerden, *M. Maj. & Jun. A. 1721.*, *n. 6.*, & de Maandelyke Uittreksels, *M. Jul. A. 1721.*, *n. 3.*

DIETERICUS REIMBOLD, Hamburgensis, J. U. D., urbis patriæ Senator d. 8. Sept. A. 1710. electus, & A. 1716. in aulam ablegatus Cæsaream, M. Apr. A. 1721. obiit.

Disp. Inaug. de Jure Repræsentationis legalis, hæredibus ab intestato venientibus competente. Lugd. Bat. 1696. in 4. *V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum p. 40.*)

JOHANNES REIMBOLD, Hamburgensis, J. U. Lic. & oppidi Bergerdorfiensis, patriæ vicini, ab A. 1677. Præfectus, A. 1713. illic d. 8. Nov. mortuus; Dieterici Molleri, J. U. L. & Consulis Hamburgensis (cujus filiam, Gertrudem, A. 1672. duxit uxorem) gener. V. de illo Joh. Murgaschii, Rect. Bergerdorf., *Gratulationem ad eum*, A. 1677. editam, & J. A. Fabricii P. V. Memor. Hamb. p. 294.

Disp. Jurid. Inaug. de Qvæstionibus. Basileæ 1667. in 4.

M. JOACHIMUS LUDOVICUS REIMERUS, Hamburgensis, in Hafniensi A. 1656. Academia commoratus, Ecclesiastes initio in exercitu Danico castrensis, deinde scholæ oppidi in Stormaria Wilstriensis, circa A. 1663. (*qvo Salomonem bifrontem* edidit), Rector, & templi deniqve ejusdem urbani Diaconus; Philologus multæ lectionis eruditus, anno circiter 1680. mortuus. V. de illo Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 66.*, Georg. Matth. Königii *Biblioth. Vet. & Novam p. 683.*, & Corn. a Beüghem *Bibliographiam Historicam p. 205.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Prodromus Dissertationum juvenilium, seu Diss. gemina de natalium Servatoris tempore & loco. Lubecæ in 4. Denuo prodiit, sub finem *Salomonis bifrontis*, Glückstadii A. 1663. in 4.

Disp. de Patriarchia in populo sancto, sub V. T. Hafniæ in 4.

Disp. de Indivisione in se, per qvam Ens est unum. Hafniæ 1656. in 4.

Specimen Antiqvitatum abstrusiorum, in novo fœdere, a Matthæo, cæterisqve Evangelistis, memoratarum, Lugduni Batavorum initio editum, & ἀνωνύμως deinde, atqve auctius, sine loci (qvem Hafniam fuisse typi mihi ferme persvadent) mentione, A. 1657. *in 4.* recusum. Vidi etiam exempla qvædam, Lundini (uti titulus perhibet) eodem A. 1657. *in 4.* impressa, qvibus nomen Reimeri Autoris est præfixum, ab Alb. Bartholino etiam, *l. c.*, Mart. Lipenio, P. *I. Biblioth. Theol. p. 56.*, & Vinc. Placcio, *T. I. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum p. 75. 76.*, jam detecti.

Respublica Hebræorum, ex Car. Sigonio, Bonav. Corn. Bertramo, Pet. Cunæo, aliisqve, ita concinnata, ut sententiæ illorum succincte proponantur, largiter adaugeantur, & dextre dijudicentur. Hafniæ A. 1657. in 12., Altenburgi A. 1671. in 12., & Rostochii A. 1710. in 4. Cæteræ, qvæ a nonnullis allegantur, editiones, Hanoviensis sc. anni 1658. *in 4.*, ab Anonymo Autore des Neuen Büchersaals, *Sect. IV.*, *p. 335. 336. 337.*, scripti hujus exhibente recensum, & Lipsiensis A. 1659. *in 12.*, in *Catalogis nundinalibus*, memoratæ, nunqvam mihi sunt visæ, & non minus forte chimæricæ, qvam ista, qvam Dan. Hartnaccius, in Syntagmate suo omnium de Republ. Hebræa scriptorum, indice augendo generali, comparituram esse, *in præfat.* des Bedenckens von Einrichtung der Historien, est pollicitus. Commendatur Opusculum hoc a Gerh. Meiero, *Lib. II. Biblioth. Theol. contractæ*, *c. 4.*, *p. 208.*, & Nic. Mollero *in Disp. de Antiqq. Hebr. Scriptoribus*, *p. 15.* Non injusta tamen mihi videtur censura Joh. Franc. Buddei, *in Introd. ad hist. Philos. Ebræorum*, *p. 404.*, & Reimerum, & cæteros *de Rep. Hebr.* scriptores, P. Cunæum, B. C. Bertramum ac Joh. Steph. Menochium, *a prudentia civili non satis fuisse instructos, ac jejune nimis in hoc argumento versatos, Herm. autem Conringium, in Diss. de Rep. Hebr.*, *omnes superasse*, judicantis.

Ecclesia Hebræorum. Hafn. 1657. in 4.
Schola Hebræorum. Hafn. 1657. in 4.
Antiqvitates Hebræorum. Hafn. 1657. in 4. (Tria hæc opuscula, mihi non visa, præter *Catalogum nund. Lips. A. 1657. vern. p. 14.*, Lipenius *l. c.*, Rud. Capellus *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani*, & Corn. a Beüghem *l. c. p. 205.*, prodiisse testantur, sed mihi nondum persvaserunt.)

Philologia sacra contracta & aucta. Hafn. 1657. in 4. Hanc editis, sed pari incertitudine, *Catalogus nundinalis modo citatus*, *p. 3.*, & Lipenius, accensent.

Metaphysica Metaphysicarum. Hafn. 1657. in 4.
Pnevmatica Pnevmaticarum. Hafn. 1657. in 4.
Logica Logicarum. Hafniæ 1657. in 4. (Tria hæc scripta revera prodiisse, præter *Catal. nundin. citatum p. 16.*, & Lipenium, Mich. Watsonus, *fastuosos* illorum obelo notans *titulos*, in *Unione sapientiæ p. 556.*, & M. Christoph. Kraheus, *in literis ad me*, testantur.)

Salomo bifrons; seu Dissertatio gemina, qvarum prima miraculum mundi collapsum, seu Salomonem Regem peccantem, posterior miraculum mundi restauratum, seu Salomonem Regem pœnitentem, exhibet; juxta archetypum, Lib. I. Regum cap. XI. a Scriptore sacro expressum, & a vario spissoqve sqvallore, qvo cum Rabbini, tum alii Interpretes, illud obscuraverant, jam abhinc decennio repurgatum, depictus. Accessit Prodromus Dissertationum juvenilium, seu Diss. gemina de natalium Servatoris tempore & loco. Glückstadii 1663. in 4.

Epistola ad Joh. Vorstium, Syllogismos qvosdam Joh. Gerhardi, Theologi Jenensis, contra ejus *Dissertationum sacrarum libros* vindicans. A. 1663. in 12. Joh. Vorstii *Epistolæ ad J. L. Reimerum*, huic oppositæ, & Berolini A. 1664. *in 12.* editæ, seqvens a nostro reposita est *animadversio*.

Animadversio in Responsionem Joh. Vorstii ad Epistolam nuper editam, qva magni Theologi, Joh. Gerhardi, Syllogismi qvidam ab ulterioribus ejus cavillationibus vindicantur. Glückstadii 1664. in 12.

II. GERMANICA.

Reimerianæ juventutis oblatio, oder Säuffferhammer, auß Eph. V. 18., in einer Predigt vorgestellt. Hamb. 1651. in 4.

Leichabdanckung über Joh. Rhederum, J. U. D., Joh. Boltenii, Past. zu Wilster, Leichpredigt über denselben, auß dem dritten Glaubens-Artickel, beygedruckt. Glückst. 1677. in 4.

INEDITA ET AFFECTA.

Vocum N. T. Græci Repertorium, sive Concordantiæ, superiori seculo a Xysto Betulejo primum concinnatæ, & ab Henr. Stephano postmodum expolitæ, ab ipso vero adauctæ (*in fol.*).

Appendix

Appendix Concordantiarum Hebraicarum Joh. Buxtorfii, non parvam vocum cohortem, locis suis S. Scripturæ V. T. vestitam, exhibens (*in fol.*).

Manuale N. T. Philologicum, qvæcunqve ad Philologiam Græcam pertinent, succincte & dilucide exhibens. Promissum est ab eo, una cum operibus binis præcedentibus, *in Catalogo nundin. Lipf. A. 1674. vernali, p. 38.*

In *Epilogo* praeterea *Speciminis antiqvitatum abstrusiorum, ab Evangelistis memoratarum*, similem in Acta & Epistolas Apostolicas laborem, in *præfatione* vero ejusdem plenam observationum istiusmodi messem, est pollicitus.

FRIDERICUS REINBOHT, Slesvicensis, Johannis, Theologi aulæ Holsato-Gottorpiensis primarii, filius, J. U. Licentiatus.

Disp. Inaug. de Obstagio, Præside D. Joh. Christoph. Falcknero proposita. Jenæ 1674. in 4. Commendatur a D. G. Morhofio, *T. III. Polyhist., Lib. VI., Sect. XI., p. 114.*, & C. H. Amthorio *in Tr. de Obstagio, c. 1., §. 3., p. 5.*

FRIDERICUS ADOLPHUS REINBOHTIUS, Slesvicensis, Henrici, Ecclesiastæ Gottorpiensis aulici, filius.

Planctus Germaniæ super immaturo obitu Leopoldi, Caroli VI. Cæsaris filii unici, A. 1716. d. 13. Apr. nati, & eodem anno, d. 4. Nov., extincti. Kilonii 1716. in fol. V. *Partem LVIII.* der Gelehrten *Famæ p. 811.*

M. HENRICUS REINBOHT, Slesvicensis, Johannis, Superintendentis & Protecclesiastæ aulici Holsato-Gottorpiensis, filius, aulicus itidem Christiani Alberti, Ducis Holsatici, in patria fuit Concionator, ad A. usqve 168.., qvo, Principis consensu impetrato, tituloqve Consiliarii Ecclesiastici, & salario 100. Imperialium annuo, sibi reservatis, officio se isto, in gratiam Joh. Conr. Kiefferi, successoris, abdicavit. Conjugem d. 29. Apr. A. 1672. duxit Mariam Elisabetham, Georg. Holmeri, Qvæstoris Ducalis, filiam, & ex ista Catharinam Augustam progenuit, D. Henr. Muhlii, Superintend. Ducalis Holsatici, ab A. 1705., uxorem.

Disp. de θεοπνευστίᾳ S. Scripturæ, Præside D. Abr. Calovio. Witebergæ 1666. in 4.

Exerc. Philol. de insigni Prophetia Jacobæa Gen. XLIX. 10. Jenæ 1667. in 4. *Erudita* hæc vocatur a Jobo Ludolfo, *in Duce Judæorum sublato p. 4.*

JOHANNES GEORGIUS REINBOHT, Slesvicensis, Johannis itidem filius, J. U. D., & Ecclesiarum Cimbriæ Holsato-Gottorpiensium, post Joh. Adolphum Beckerum, Commissarius, A. 1680. extinctus. V. Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 2., p. 193.*

Disp. de non speranda Arcæ fœderis restitutione, ad Jer. III. 14. & seqq., Præside Joh. Frischmuthio, LL. Or. Professore, proposita. Jenæ 1658. in 4.

Decas Inauguralis qvæstionum Juridicarum, Præside D. Christoph. Joach. Bucholzio exhibita. Rinteliæ 1663. in 4. (*Catal.*)

JOHANNES ADAMUS REINICKE, templi Hamburgensis Catharinæi Organoedus, A. 1693. mortuus, Musicus haud incelebris.

Sonaten. A. 1689. in fol.

Sonaten, Concertaten, Alemanden, Correnten, Sarabanden und Chiqven, auf 2. Violinen und dem Cembalo, in Kupfer gestochen. Hamburgi 1704. in fol. V. P. A. Lehmanni Historische Remarqves des Jahrs 1704., *n. 34., p. 272.*

Hortus Musicus, novis floribus consitus, *in Catalogo Nund. Lipf. A. 1688. vernali p. 45., & autumnali A. 1689. p. 33.*, promissus, & postea editus.

Musicalische Orgelstücke, qvæ apud Lehmannum, *l. c. p. 272.*, promittuntur.

HIERONYMUS REINSTORF, Hamburgensis, Fabri lignarii filius, J. U. Lic. & in patria Practicus, Joh. Schultzii, Consulis, ex famulo & scriba, gener. V. de illo Aug. Wigandi Entsetzten Wortrab, *lit. D.*

Disp. Inaug. exhibens analysin Canon. IV. Dist. LVI. de legitimatione Nothorum. Argentinæ 1687. in 4.

JOHANNES REINSTORP, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus circa A. 1719.

Disp. Inaug. de commodato. Groningæ 1717. in 4. (V. *Hamb. Lit. A. 1719. p. 35.*)

VINCENTIUS REISERUS, Hamburgensis, Mich. Reiseri, J. U. Doctoris, filius, ac Vinc. Molleri, Consulis, ex filia, nepos, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1688., Practicus, non diu post hunc superstes.

Disp. Inaug. de Jurisdictione. Aureliæ in 4. (*O. Sperl.*)

Genealogiæ Familiarum patriciarum Hamburgensium ineditæ, qvas eum prælo paratas reliqvisse, ab Henr. Heldio, J. U. Lic., edoctus, *Parte IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 12., p. 547.*, jam monui.

CHRISTOPHORUS RELOU (qvem *Petrum* perperam Pet. Ambr. Lehmannus (1.) appellat), Hamburgensis, Pauli, Scholæ publicæ Præceptoris, filius, Med. Doctor & in patria Practicus.

Disp. de Cerebro, Præside D. Joh. Arnoldo Friderici. Jenæ 1661. in 4.

Disp. de Affectu Hypochondriaco, Præside eodem. Jenæ 1664. in 4.

Disp. Inaug. de Febre petechiali, Præside D. Wern. Rolfincio. Jenæ 1664. in 4.

JOHANNES RENDTORFIUS, Hamburgensis, Esdræ Edzardi in studiis Hebræo-Rabbinicis auditor cum Academias reliqvisset Germanicas, Regiomonto Cracoviam profectus, in castra Ecclesiæ Romanæ e Lutheranis transiit. E Polonia in Italiam delatus, Ant. Magliabechio, Biblioth. Mediceæ Præfecto, hujusqve commendatione, cum Romam abiret, Carolo Josepho Imbonato, Mediolanensi, Theol. & Lingvæ sanctæ Professori Romano, familiariter innotuit, ac literaturæ Orientali atqve elegantiori triennium illic impendit integrum. Theologiæ ibidem Doctor creatus, & in Presbyterorium evectus ordinem, A. 1699. Germaniam, urbemqve patriam Hamburgensem, repetiit, & in ista otium omne, publicis abstinens muneribus, studiis consecravit. V. de illo Car. Jos. Imbonati (singularem ei tum omnium, tum præsertim Hebraicarum literarum, cognitionem tribuentis) *Appendicem ad Biblioth. Hebraico-Latinam p. 418.*, & hanc secutos Lipsienses, *in Actis Erud., T. II. Supplem., Sect. VI., p. 298.*, Joh. Christoph. Wolfium *in Historia Lexicorum Hebræorum p. 216. 217.*, ac Gotfr. Arnoldum *T. II. Hist. Eccl., Lib. 17. c. 3., p. 453.*

Sylvio (*olim Paulo*) Bocconi, Panormitano, Monacho Cistercienſi, & Ducis Hetruriæ Botanico, *in Observationum de rebus naturalibus curiosarum*, Germanice A. 1697. editarum, *decimæ octavæ*, ipsi inscriptæ, Epigraphe, *Doctor* audit *Theologus, ac insuper Historicus, & Philologus insigniter doctus*, Joh. Alb. Fabricio (*Lib. III. Biblioth. Græcæ, c. 26., p. 629.*) *Vir doctissimus*, (*Lib. IV., P. II., c. 29., p. 295.*) *Vir præclarus*, ac (*Lib. V., P. IV., c. 25., p. 414.*) *Vir præclarus atqve insigniter eruditus*, & Joh. Chr. Wolfio (*T. I. Biblioth. Hebr. p. 632.*) *Vir eruditissimus.*

(1.) *in Hamburgi anni 1701. literato p. 81.*

SCRIPTA EDITA.

Oratio prolixa, *Bibliothecæ magnæ Rabbinicæ*, Julii Bartoloccii de Celleno *Parti IV.*, Romæ A. 1693. *in fol.* a Car. Jos. Imbonato editæ, præfixa, qva Operi Bartolocciano æternitatem est auguratus. V. Lipsienses *l. c.*

Anonymi Poetæ veteris Poema Græcum de Viribus Herbarum, Deo alicui consecratarum, Venetiis olim ab Aldo Manutio, cum Dioscoride, A. 1518. *in. 4.* editum, cum ipsius autem versione Latina prosaica, notisqve Critico-Physico-Medicis, recusum in Joh. Alb. Fabricii *Bibliothecæ Græcæ Libro III.*, Hamburgi A. 1707. *in 4.* impresso, *Cap. XXVI.*, *p. 629 - 660.* Notæ ejus a Joh. Clerico, *Tomo XIII. de la Biblioth. choisie p. 345.*, *tres bonnes* vocantur.

Anatolii & Democriti Junioris Fragmenta duo Græca proliviora de Sympathiis & antipathiis, cum ipsius versione Latina, & Notis Physico-Philologicis uberrimis, in ejusdem *Bibliothecæ Græcæ* J. Alb. Fabricii *Libri IV. parte altera*, qvæ Hamburgi A. 1711. *in 4.* prodiit, *capite XXIX.*, publicata; Anatolianum qvidem *p. 295 - 333.*, Democriteum vero *p. 333 - 367.* Versionem ejus Fabricius *p. 295. perspicuam*, notas autem *eruditas*, merito appellat.

Maximi Philosophi, (Juliano Imp. coævi) Poema Græcum heroicum περὶ Καταρχῶν, seu de Auspiciis actionum e Lunæ positu dijudicandis, cum Versione Latina Bibl. Græcæ Fabricianæ Vol. VIII., seu libri V. Parti IV. (ed. Hamburgi A. 1717. *in 4.*) *c. 25.*, *p. 414 - 448.* inseruit.

Prosopolepsia Christo adversa, Christianis interdicta; das ist: das Ansehen der Person Christo zuwieder, und den Christen nicht anständlich, nach Anleitung des Evangelii Matth. XXII. 16., am XXIII. Sontage nach Trinit., im Schottländischen Gotteshause der Jesuiten bey Dantzig, A. 1694. in einer Predigt vorgestellet. Francof. & Lipsiæ 1696. in 4.

INEDITA ET AFFECTA.

Comm. in Proverbia Salomonis.

Notæ & Observationes in Commentarios R. Salom. Jarchii in totum V. T., Lexici & versionis instar futuræ.

Notæ & Observationes in Versionem N. T. Syriacam.

Lexicon Hebraicum, Chaldaicum & Thalmudicum.

Liber Thalmudicus ברכות Latine versus, cum notis.

Notæ in Comm. R. Salom. Jarchii de Salomonis Regis salute.

Versio Latina Commentarii R. Isaaci Abarbenelis in Jonam & Prophetas priores.

Tr. de Fœminis eruditis. (Octo hæc scripta ab eo promitti, Car. Jos. Imbonatus, &, qvi hunc allegat, J. Chr. Wolfius, *ll. cc.*, testantur.)

Tr. de Hospitalitate veterum, inprimis Christianorum, prælo maturus, cujus ipse V. C., Jacobo a Mellen, & hic mihi fecit indicium.

Observationes & Animadversiones præclaræ in Plutarchum, aliosqve scriptores egregios, qvas edi optant Joh. Alb. Fabricius *Lib. III. Biblioth. Græcæ, c. 26.*, *p. 629.*, & Joh. Clericus *T. XIII. de la Biblioth. choisie p. 345.*

Nova operum Justini Martyris editio, de qva J. C. Wolfius *l. c. p. 217.* consulendus.

Tr. de Eruditis, qvi nihil, vel paucissima, scripsere. V. J. H. a Seelen Or. de præcocibus eruditis p. 45.

JOHANNES RENZELIUS Senior, Hamburgensis, urbis patriæ XIIvir ab A. 1532. Petrinus, & deinde, ab A. 1534., Senator, A. 1544., pridie festi Simonis & Judæ, defunctus. V. Joh. Ritzenbergii Epitaphium ei scriptum, *in Epitaphiis virorum clarorum Hamburgensium, num. 22.*, Ad. Trafigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamburg. p. 27.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1130.*

Gründlike Underrichtinge und Bescheed van de Münte, A. 1537. geschreven.

Tractat vam Sülverkoope, in 212. Jahren, van A. C. 1325. bet 1537. Duo hæc MSSta Saxonica, qvorum ultimum D. Herm. Langenbeckii, Consulis Hamburgensis, *in jus Hamburgensium municipale Commentario*, itidem inedito, in plerisqve exemplis, subjungitur, Rud. Capellus, *in Indice Nummographorum, Sciagraphiæ* suæ *Nummophylacii Lüderiani Hamburgensis* A. 1678. præmisso, ei tribuit.

JOHANNES RENZELIUS Junior, Hamburgensis, Henrici, mercatoris, & Annæ a Windten filius, d. 20. Aug. A. 1569. natus, cum scholam, ab anno ætatis qvarto ad decimum octavum usqve, freqventasset patriam, A. 1587. Rostochium profectus, Lucam Bacmeisterum, Theologum, hospitem, Chytræos autem fratres, Joh. Caselium, Joh. Posselium Sen. & Dunc. Liddelium, in Philosophia literisqve elegantioribus, ac Mich. Grassum, Ern. Cohtmannum, Joh. Georg. Godelmannum atqve Christoph. Sturcium, in Jurisprudentia, Præceptores, seqventi habuit qvadriennio. Inde cum literis Patrum Academicorum dimissus systaticis, Marpurgi, ab A. 1591., Witebergæ ab A. 1593., & Jenæ, ab A. 1594., JCtorum Germaniæ celeberrimorum, & Witebergæ etiam Theologorum, fuit auditor, septiesqve Marpurgi Hier. Treutlero, & bis Jenæ, Leop. Hackelmanno præside, disputavit. Jena, cum Collegia illic privata Juridica, in gratiam discipuli nobilis, aliorumqve tyronum, Antecessorum aperire cœpisset permissu, Budissinam, Lusatiæ urbem, ab Hier. Treutlero, Præceptore, Cæsaris tunc Consiliario, ut se, negotiorum oppressum multitudine, sublevaret, A. 1596. est evocatus. Operam huic, in causis plurimis arduis, vicariam, non in Lusatia solum, sed & Silesia, Bohemia ac Misnia, præstitit, ipsoqve vicissim ad Praxin forensem gavisus est hodego. A. 1597. Basileæ juris honores supremos obtinuit, ac Dresdæ postea, Misniæ metropoli, ducta A. 1598. uxore Margareta, Jonæ Möstelii, Consulis illius, filia (post novem liberos, &, hos inter, filium, patri cognominem ac superstitem, in lucem editos, A. 1626. defuncta (1.)), consedit, Praxeosqve forensis peritia ac felicitate per universam inclaruit Misniam. Dresda, post exactum illic septennium, Lipsiam A. 1605. migravit, & munere Advocati curiæ, in urbe hac, provincialis supremæ ordinarii, a Christiano II., Saxonum Electore, sibi collato, insigni cum famæ incremento, per qvinqve lustra, est functus, egenisqve gratis semper patrocinatus. A. 1631. sparta hac genero suo, D. Joh. Schiltero, cui Annam Mariam elocarat filiam, impetrato Joh. Georgii I., Electoris, consensu, cessit, nec multo post, cum menses aliqvot vitæ residuos piis meditationibus, sermonumqve funebrium lectioni, impendisset, apoplexia d. 5. Aug., eodem anno, magno ætatis suæ climacterico, exspiravit. Symboli loco hoc usus est hemistichio: *Christo nil triste recepto.* Exstat Sermo funebris in Ps. LXXIII. Germanicus, in exeqviis defuncti a D. Polycarpo Lysero Juniore, Prof. Theologo & Superintendente Lipsiensi, habitus, Lipsiæqve A. 1632. *in 4.* editus, cujus Appendici Biographicæ vernaculæ, subjunctoqve isti Programmati de vita ipsius Latino Academico, hanc ejusdem debemus historiam, & scriptorum simul notitiam seqventium.

Disp. de Donationibus. Rostochii A. 1591.

Disputationum in Pandectas, Præside D. Hieron. Treutlero Marpurgi habitarum, ac ibidem junctim A. 1617. *in 4.* editarum, Voluminis I. Disp. IV., VII. & XXI., ac Voluminis II. Disp. XI., XX., XXIV. & XXXI., non solum illo Respondente Marpurgi A. 1591. & 1592. propositæ, sed ab ipso qvoqve, teste Biographia vernacula, conscriptæ.

(1.) V. Epitaphia ejus novemqve liberorum Lipsiensia, in Salom. Stepneri *Inscriptionibus Lipsiensibus p. 267. 268.*

Disputt. duæ Juridicæ, Præside D. Leop. Hackelmanno, Jenæ A. 1594. & 1595. propositæ.

Disp. Inaug. de plus qvam 300. qvæstionibus, ex Jure Civili, Canonico & Feudali, desumptis. Basileæ 1597. in 4.

(Addenda his forsan est Joh. Renzelii Disp. de Criminibus extraordinariis, *in 4.*, teste *Catalogo Rosenkrantziano*, excusa.).

HENRICUS RESE, Hamburgensis, J. U. Licentiatus, Witebergæ A. 1676. creatus (1.), ejusdemqve in patria Practicus, A. 1705. circiter defunctus.

Disp. Inaug. de Usucapionibus, Præside D. Joach. Nergero. Witebergæ 1676. in 4.

CHRISTIANUS DETHLEVUS, Comes a REVENTLOU, & Baro a Friesenwold, Loystrup ac Clausholm, d. 21. Jun. A. 1671. in lucem editus (2.), patrem habuit Conradum, Comitem a Reventlou, Ordinis Elephantini Eqvitem, Christiani V., Regis Daniæ, Consiliarium intimum & provincialem, Camerarium, supremum venationum Ephorum, tractusqve Hatherslebiensis gubernatorem, Friderici autem IV., successoris, magnum Cancellarium, matremqve Annam Margaretam Gabeliam. In plerisqve hisce dignitatibus Parenti, Friderici IV., Regis, beneficio, successit, regiarum initio venationum præfectura vicaria, loco inter cubicularios, diœceseosqve Hatherslebiensis donatus regimine, deinde vero A. 1707. Consiliariis intimis, & Ordinis Elephantini (cum Danebrogicum, novennio ante, M. Aug. A. 1698., a Christiano V. jam promeruisset) adscriptus Eqvitibus. Chiliarchæ præterea eqvestris in exercitu Danico, ac pedestris in Leopoldi Imperatoris (qvem anno jam 1691. Christiani V., Regis, Legatus adierat) Germanico, functus munere, locumqve inter Strategos utriusqve tandem consecutus præcipuos, copiis Cæsareis in Italia A. 1706., Danicis vero A. 1710., in expeditione Scanica, summo cum imperio, præfuit. Conjugem elegit Benedictam Margaretam, Caji Bertrami Brocktorfii, Eqvitis Holsatici, Tribuni militaris, Toparchæqve Bothcampensis, filiam, ac Schelii, Nobilis Dani, viduam, liberos sibi sexus utriusqve complures enixam.

Oratio Panegyrica de gentis Danorum antiqvitate, rerumqve ab ea gestarum celebritate, Christiani V., Regis, die natali, & in ejus præsentia, in auditorio Hafniensi, anno ætatis decimo tertio, recitata. Hafniæ A. 1684. in fol. Versionem ejus Danicam M. Janus Petræus, Past. Christiansdalensis, concinnavit, ac ibidem A. 1684. *in 12.*, teste *Catalogo Biblioth. Reseniana*, edidit.

FRIDERICUS REVENTLOU, Eqves Holsatus.

Diss., ex Jure publico, de Eqvitibus & Eqvestribus Ordinibus, Præside D. Phil. Reinh. Vitriario proposita. Lugd. Bat. A. 1707. in 4. Recensum illius *in Novis Liter. Germanicis, M. Apr. A. 1708., p. 124-128.*, invenies.

HENRICUS REVENTLOU, Eqves Holsatus, Dynasta Lehmkulensis & Retwischensis hæreditarius, Caroli Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius intimus, ac Præfectus, ab A. 1711., Tunderensis, a Josepho Imperatore, cum legatione ad eum Viennæ fungeretur, in S. Rom. Imp. Comitum ordinem, & Senatum Imperialem aulicum, evectus.

Magnatibus, qvorum Orationes Politicæ *Parti II.* der Reden grosser Herren und vornehmer Ministern, Lipsiæ A. 1708. *in 8.* a Joh. Christ. Lünigio editæ, sunt insertæ, annumeratur *in Novis Lit. Germ., M. Apr. A. 1709., p. 214.*

FRIDERICUS RHEDERUS, Wilstria Stormarsus.

Angelus Daniæ tutelaris, Christianus IV., Rex Daniæ & Norwagiæ, solenni Oratione, d. 10. Oct. A. 1674., in Academia Lipsiensi exhibitus. Lipsiæ in fol.

JOHANNES RHEDERUS, Wilstria Stormarsus, Petri, Senatoris oppidani, Scribæqve regii provincialis, e Margareta Grabbia filius, primam d. 7. Dec. A. 1629. lucem aspexit. E domestica Parochorum aliqvot ruralium disciplina A. 1646. in scholam Lüneburgensem, A. 1647. in Gymnasium Bremense, & deinde, Juris vacaturus studio, A. 1648. in Academiam Witebergensem, A. 1650. in Argentinensem, A. 1652. in Groninganam, & A. 1654. in Lugduno-Batavam, abiit, Doctorqve in hac M. Julio creatus Belgium, Angliam, Galliam, Helvetiam, ac partem Germaniæ, peragravit. Domum A. 1655. redux, nuptias, seqventi 1656., cum Margareta, Reimari Dornii, Cancellariæ regiæ Glückstadiensis Consiliarii, celebravit filia, præter filium unicum, Reimarum Petrum, ejusdem Cancellariæ Senatorem, Canonicumqve Lubecensem, gnatas sibi qvatuor, Conrado Vasmaro, Cancellario provinciali Slesvigo-Holsatico, Joh. Matthiæ Sommero, J. U. Doctori, aliisqve, elocatas, enixa. Huic, A. 1676. defunctæ, non diu fuit superstes, sed seqventi æræ Chr. 1677., ac ætatis 48., d. 2. Augusti, in urbe itidem expiravit patria. V. Joh. Boltenii, Pastoris, & M. Joach. Lud. Reimeri, Diaconi Wilstriensis, *Sermones* in obitum ejus *funebres* Germanicos, Glückstadii A. 1677. *in 4.* excusos.

Applausus gratulatorius, qvo auspiciis regnorum Friderici III., Regis Daniæ, bene est precatus. Bremæ 1648. in fol.

Disp. de Sponsalibus & nuptiis. Lugd. Bat. 1654. in 4. (*V. Boltenium l. c.*)

Disp. Inaug. de Jure dotium. Lugd. Bat. 1654. in 4.

MICHAEL RHEDERUS, Hamburgensis, J. U. D., Michaelis, Senatoris patriæ, (A. 1522. defuncti), fuit nepos, Conradi autem, Patricii, ex Catharina, Joh. Wetkenii, Consulis, gnata, filius, & parentibus hisce, M. Nov. A. 1575., intra sextiduum, simul extinctis, monumentum in æde Nicolaitana erexit Epitaphium (3.). Loco inter ædis in patria Cathedralis Canonicos d. 20. Jul. A. 1553. jam impetrato, in Italiam, aliasqve regiones exteras, studiorum gratia, est profectus, &, cum Patavii aliqvamdiu substitisset, D. Simoni Schardio, Saxoni, illic, in Juris Feudalis professione, A. 1560. datus successor (4.) Hamburgum hinc reverso ædis Cathedralis Decanatus A. 1566., post M. Henr. Withmarii obitum, urbis autem Syndicatus, non eodem, uti J. Alb. Fabricius (5.) credit, anno, sed 1574. demum, post D. Ant. Wietersheimii in aulam Schauenburgicam discessum, est commissus. Alb. Krantzio, Historico illustri, suo in Decanatu prædecessori, monumentum Epitaphium, extra portam basilicæ Cathedralis australem, sub stillicidio (ubi sepeliri is voluerat), sumptibus propriis, A. 1569., ut memoriam meritorum ejus ad posteros propagaret, curavit erigi (6.). Mortem ejus, qva, d. 28. Oct. A. 1585. (Canonicatu suo paulo ante, d. 10. Oct., Jac. Elero resignatione solenni transscripto), ante diem occubuit, accelerasse feruntur contentiones cum Paulo Tesmaro, Canonico, homine turbulento ac perfrictæ frontis, vehementissimæ, qvibus haud ita pridem, officii ratione exigente, fuerat implicitus. Epitaphii, qvod, octennio ante excessum, in æde sibi cathedrali A. 1577. extruxit, epigraphen Theod. Anckelmannus (7.) exhibet.

(1.) V. Andr. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 107.* (2.) V. Pet. Ambr. Lehmanni Jetzt-herschendes Europa, *P. III., p. 75.*, ac Anonymi Heutige Christliche Souverainen von Europa *p. 497.* (3.) V. Inscriptionem ejus Germanicam in Theod. Anckelmanni *Inscriptionibus Hamburgensibus, num. 61., p. 24.*, & Ad. Trasigeri Jun. *Serie Chronol. Senatus Hamburg. p. 22.* (4.) V. Jac. Phil. Tomasini *Gymnasium Patavinum, Lib. IV., p. 411.* (5.) *P. I. Memor. Hamb. p. 440.* (6.) V. Henn. Conradini Carmen in illud, *Lib. I. Epigr. p. 131.*, & *P. I. Isagoges meæ ad Hist. Cimbricam, c. 6., §. 20., p. 98. 99.* (7.) *l. c., num. 7., p. 8.*

exhibet. Gener illi obtigit Hieron. Voglerus, Consul Hamburgensis eximius, successores autem, in Syndicatu D. Phil. Meurerus, Lipsiensis, ac in Decanatu Vitus Ortelius Winshemius Junior, Electoris antea Saxonici Consiliarius & Acad. Witeb. Antecessor. Confer de illo Joh. Alb. Fabricii *Memor. Hamburg. P. I. p. 440., & P. II. p. 605.*

Scripta & carmina amicorum & gentilium, memoriæ Matthiæ Rhederi, Proconsulis de rep. Hamburgensi, per 42 annos, optime meriti, ejusqve filii Conradi, in Acad. Rostoch. defuncti, sacra, ab illo collecta, & cum præfatione edita. Accessit ipsius Oratio funebris in obitum Leonhardi, Comitis ab Ortenburg, Veronæ A. 1561. extincti, Patavii olim scripta, una cum Epitaphio, qvod Alb. Krantzio, extra portam australem summi templi Hamburgensis, poni curavit. Rostochii 1581. in 4. Epicedia, Matth. Rhedero scripta, Joh. Alb. Fabricius A. 1710., *Parte I. Memor. Hamburg., p. 139-150.*, denuo exhibuit.

Oratio in obitum Leonhardi, Comitis ab Ortenburg, seorsim recusa Noribergæ *(non Hamburgæ, qvam B. G. Struvii Bibliotheca Historica, c. 25., p. 637., substituit) A. 1589. in 4. in Epitaphiis qvorundam Comitum Ortenburgensium, ἀνωνύμως* editis.

Epistola Consolatoria de obitu Dan. Ranzovii, Archistrategi Danici, ad Henr. Ranzovium A. 1569. scripta, qvæ, adjecto Epitaphio Elegiaco, in M. Georg. Crusii *Appendice Descriptionis Bredenbergæ*, Witebergæ A. 1570. *in 4.* editæ *(lit. Y. 1. 2. 3.)*, prodiit, sine Epitaphio autem inter *Epistolas ad Henr. Ranzovium consolatorias*, a G. L. Frobenio collectas, *p. 57. & seqq. Edit. primæ Francof. A. 1593., & p. 62. ac 63. alterius A. 1595. publicatæ*, est recusa.

Carmen Consolatorium ad Henr. Ranzovium, de liberorum & cognatorum suorum obitu, in Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzoviana*, Hamburgi A. 1591. edita, *cap. 8.*, obvium.

JOHANNES GEORGIUS RHODIUS, in pago Alsensis insulæ Kettingensi d. 6. Jan. A. 1625. natus, Scholæ primum in Fionia Ottoniensis, & deinde Aarhusianæ in Jutia, Conrector, Wiburgi d. 7. Jun. A. C. 1679., & ætatis 54., mortuus (1.); parens M. Georg. Rhodii, ejusdem Lycei Aarhusiensis ab A. 1701. Rectoris (2.).

Epitome elegantiarum Syntaxeos Latinæ, e Thomæ Bangii Observationibus Philologicis congesta. Hafniæ 1666. 1681. & 1705. in 8. Hanc ipsi Bangio perperam tribuit Henn. Wittenius *Dec. X. Memor. Theol. renov. p. 1395., & T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., lit. Q q. 2. b.*

Orbis sensualium pictus Danico-Latino-Germanicus. Hafniæ 1672. in 8.

M. WOLFGANGUS RHUMANNUS, Coldingæ Cimbrorum, patre Johanne, matreqve Frokinda, A. 1572. natus, & Christiani IV., Regis Danici, adscriptus alumnis, hujus sumptu, sexennium, in Schola Sorana, literis elegantioribus, totidemqve annos sublimioribus, in Academia Julia, summa industria, pariqve, ob ingenii præcocis excellentiam, felicitate, impendit. Inde reducem Steno & Axelius Brahei, regni Danici Senatores, ob doctrinam & virtutem eximiam, trium filiorum suorum, Basileæ commorantium, moribus ac studiis præfecerunt. Illuc A. 1602., stipendio ante regio omnium Professorum Hafniensium impetrato suffragiis, profectus, jussu Monarchæ sui Magisterii honores confestim ambivit, &, Brabeuta D. Jac. Zwingero, obtinuit. eaqve deinceps fide ac industria trium juvenum Braheorum, Erici, Falconis ac Georgii (Eqvitis postea aurati & regni Daniæ Senatoris), studia, per qvadriennium, in Helvetia, Germania, Gallia & Belgio, est moderatus, ut grato hi animo ipsius in se merita, per omnem vitam, deprædicaverint, crebrisqve remunerari studuerint beneficiis. Hafniam reverso, & per Christ. Frisium, Dynastam Borrebyensem, Regis Cancellarium, Professoribus commendato, horum suffragiis, A. 1607. professio Pædagogica, A. 1608. Rhetorica, & tandem A. 1634. Dialectica, sunt commissæ, ac Ordinis Philosophici (cujus jussu 87. Magistros & 37. creavit Baccalaureos) Decanatus qvinqvies (A. 1612. 1620. 1624. 1630. & 1636.), totiusqve Academiæ Rectoratus ternis vicibus (A. 1619. 1628. & 1637.), demandati. Tertii Rectoratus mense primo, pestem, post obitum filiæ, illa extinctæ, declinaturus, d. 30. Jun. A. 1637. Hafnia in pagum se vicinum recepit, sed illuc eandem secum deportavit, & qvinto post die, sive qvarto Julii, annos natus 65., vivis ibi excessit, exuviasqve templo Hafniensi, in qvo monumentum ejus sepulchrale, Danica ornatum epigraphe (3.), superest, reliqvit Mariano. E conjuge prima Dorothea, Johannis Matthiæ, ministri regii cubicularii, filia, puellam tantum unicam, e secunda Botilla, M. Joh. Michaelii, studiorum Christiani IV., Regis, puerilium moderatoris, gnata, intra XVI. annos, liberos octo, &, hos inter, M. Johannem, Pastorem ac Præpositum Aarhusiensem, e tertia autem, Dorothea, M. Arnoldi Johannis, Theologiæ in Gymnasio Londinensi Lectoris, vidua, A. 1631., post annos qvinqve in thoro transactos viduo, ducta, filium unicum duasqve sustulit filias, & gravidam eandem moriens reliqvit. E filiis paterna in literas elegantiores merita suis auxit M. Arnoldus, Scholæ Roeschildensis e Conrectore Lector Theologus, cui *Roma Attica*, opus 20. annorum ἀνέκδοτον amplissimum, Romanos, in omni doctrinæ genere, Græcis usos esse magistris luculenter ostendens (4.), famam pollicetur haud perituram. Fusius Wolfgangum parentem celebrant Olaus Wormius, Prorector defuncti, & Med. Prof. Hafniensis, in *Programmate funebri*, istudqve secutus Er. Vindingius, *in Academia regia Hafniensi* (cui nostra debemus), *p. 221-225.*

Confer de illo Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 149. 150.*, nostraqve ad hunc *Hypomnemata p. 466.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1637.*, Bertilii Canuti *Reliqvias Juvenilium p. 78. 183. 184.*, & Henr. Albertii *Anagrammata, Tomo I. Delic. Poet. Dan. Frid. Rostgaardi inserta, p. 65.*

SCRIPTA EDITA.

Themata Philosophica, pro gradu Magisterii, Præside D. Jac. Zwingero, proposita. Basil. 1602. in 4.

Disp. de Baptismo. Heidelbergæ 1607. in 4. (Hæc, a Vindingio & Bartholino omissa, *in Catalogo Biblioth. Theod. Fuirenii* ei tribuitur.)

Disp. de bene dicendi causis. Hafniæ 1611. in 4.

Disputt. XIII. Rhetoricæ. Hafniæ 1612-1617. in 4.

Disputt. II. de Officio Oratoris. Hafn. 1613. in 4.

Disp. de Natura Rhetoricæ. Hafn. 1620. in 4.

Laurus Delphica de Brabeuterio regio, qvod Hafniæ d. 14. Maji A. 1621. fuit apertum. Hafn. 1621. in 4.

Disp. περὶ τῆς πρὸς τὰς πολλὰς ἐντεύξεως, sive de Congressu vulgi, in Magistrorum promotione proposita. Hafn. 1621. in 4.

Disputt. duæ de Inventione Rhetorica. Hafn. 1622. & 1624. in 4.

Disp. Philosophica miscellanea, Magistrorum promotioni dicata. Hafn. 1625. in 4.

Disp. de Elocutione. Hafn. 1626. in 4. (*V. Barthol. l. c.*)

Disp. I. de Pulchro, in Magistrorum promotione proposita. Hafn. 1631. in 4.

Fori

(1.) V. Pet. Resenii *Indicem III. Catalogi Biblioth. suæ.* (2.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1701., p. 76. 77.* (3.) Recitat hanc Pet. Resenius *in Inscriptionibus Hafniensibus p. 85.* (4.) V. de illo, & Autore, Ol. Borrichii *Diss. contra Georg. Henr. Ursinum, §. 19.*, & Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 126.*

Fori Romani instructionis nudæ & facilis, ex Aristotele, Disputatio prima. Hafn. 1632. in 4.
'Εξέτασις de natura Logicæ, in promotione Magistrorum exhibita. Hafn. 1637. in 4.
Programmata funebria Biographica, memoriæ D. Georg. Fuirenii, Medici, A. 1628., D. Casp. Bartholini, Pof. Theol. ac M. Herm. Nicolai, L. Hebr. interpretis, A. 1629., aliorumqve plurium, diversis consecrata temporibus. E qvibus duo priora, in epitomen a se contracta, Thomas Bartholinus *Cistæ Medicæ Hafniensis Loculis XXV. & XXVI.* inseruit.

GEORGIUS RICHARDI, Flensburgensis, urbis Altonaviensis Pastor Lutheranus, simulqve Comitatus Pinnebergici, ab A. 1696., Præpositus, Kal. Mart. A. C. 1717., ætatisqve 73., defunctus. A Christ. Grundmanno (1.) perperam *Georg. Richterus* vocatur.
Philologema de Adoratione religiosa & civili Gentilium, cujus occasione virulenta hujus imitatio, nec non acclamatio Sarcastica, verbis: *Ave Rex Judæorum;* Christo jam crucifigendo exhibita, declaratur, Præside M. Joh. Schlemmio. Hameliensi. Jenæ 1664. in 4.
Disp. de passione Salvatoris nostri Jesu Christi, Præside D. Joh. Meisnero. Witeb. 1665. in 4.
Ehrenruhm und Gnadenlohn getreuer Knechte GOttes, oder Leichpredigt über Tob. Fabricium, Past. zu Neuenstätt, auß Matth. XXV. 21. Altonaviæ 1696. in 4.

M. JACOBUS RICHARDI, Tonninga Eiderstadiensis, D. Ægid. Strauchii Jun. (a qvo fuse *in Epistola Astrognosiæ dedicatoria* commendatur) in Acad. Witebergensi convictor, in ejusdem qvoqve musæi ab eo admissus societatem; Parochiæ initio ruralis San-Petrinæ in Eiderstadia Pastor, & urbis deinde patriæ Tonningensis Diaconus, M. Dec. A. 1679. electus, ac A. 1693. mortuus. V. Pet. Aug. Siveri Appendicem der Tönningschen Kantzelpredigt *p. 62. 63.*
Disp. de Καλῃχουμένῳ, Præside D. Ægid. Strauchio Juniore. Witebergæ 1661. in 4.
Einfältige Catechismus-Lehre, darinn der Catechismus Lutheri, nach seinem eigentlichen Verstande, kürtzlich und einfältiglich, durch Frag und Antwort, erkläret wird. Sine mentione loci edita A. 1688. in 8., cum *præfatione* Achatii Maji, Præpositi Eiderstadiensis.

PETRUS RICHARDI, in Oelandia, Insula Cimbriæ Frisica, d. 8. Jul. A. 1658. natus, parentis ὁμωνύμυ, in illius Pastoratu, ab A. 1678., successor, & Diaconus deinde, ab A. 1687., Husensis, d. 10. Mart. A. C. 1706., ac ætatis 48., mortuus. Vitam ejus fusius, nec sine laudibus, exposuit, Joh. Melch. Kraftius in der Husumschen Kirchen-Historie *p. 282-292.*
Der, wie eine Blume, im Leben aufgehende, und im Tode hinfallende, Jüngling, oder Leichpredigt über Georg. Boysen, aus Sap. IV. 13. 14. Slesv. 1699. in 4.
Die Davidische Freude und Vergnügung, oder Leichpredigt über Christina, Levini Bensen, Conrectoris zu Husum, Wittwe, auß Ps. LXXIII. 28. Slesv. 1701. in 4.
Antiqvitates Nordstrandicas ἀνεκδότυς ab eo relictas, commendat Kraftius *l. c.*

M. MICHAEL RICHEY, Hamburgensis, Kal. Oct. A. 1678. natus, D. Joh. Frid. Mayeri in Gymnasio patriæ fuit discipulus, duasqve ejus *Dissertationes de antiqvioribus S. Scripturæ Versionibus Germanicis* A. 1697., ac unam *de Catharina, Lutheri conjuge* (in cujus *Proœmio* insigne ab illo reportavit elogium), A. 1698., publice defendit. Witebergam hinc A. 1699. profectus, illic A. 1701. titulum Magistri, loco inter 31. Candidatos principe, a Conr. Sam. Schurtzfleischio collatum, Gryphiswaldiæ autem, seqventi 1702., professionem Philosophiæ extraordinariam, obtinuit. Qvam ne adiret, cum lenta, qvacum in patria conflictabatur, tabe esset prohibitus, confirmatis viribus, Academias Kiloniensem, Lipsiensem, Jenensem & Halensem, salutavit, in Belgium autem & Galliam, Medicorum svasu, discessurus, A. 1704. exeunte ad Athenæi urbis Stadensis vocabatur Rectoratum, illumqve, itinere intermisso, d. 4. Sept. *Oratione* solenni *de veterum Christianorum disciplina* auspicabatur *scholastica*. A. 1713., postqvam Dani civitatem occupaverant Stadensem, ipsi, ob Carmen, qvo Carolum XII., Regem Sveciæ, celebraverat, vernaculum, in gentem suam injurium, indignantes, relicto munere illius scholastico, urbem patriam repetiit Hamburgensem. In hac privatus, sed Collega tamen Societatis Philo-Teutonicæ Hamburgensis (der Teutsch-liebenden Gesellschaft), A. circiter 1714. conditæ, & alterius, Bibliothecam sermone Germanico congerentis Historicam, A. 1715. a Joh. Hübnero per partes edi coeptam (cujus plerosqve ac potiores articulos ei deberi ipse Hübnerus publice est fassus (2.)), vixit ad A. usqve 1717., qvo ineunte, die Polycarpi, Lingvæ Græcæ ac Historiarum in Gymnasio patrio eligebatur Professor, &, die 11. Martii, officium istud Oratione *de Religione Historiæ præsidiis firmata* solenni auspicabatur.
Lipsiensibus (*in Actis Erud., T. VI. Supplem., Sect. 2., p. 96.*) *Vir audit in Historia literaria, literisqve ad humanitatem spectantibus, versatissimus;* Joh. Alb. Fabricio autem, e Præceptore Collegæ (*Lib. V. Biblioth. Græcæ, P. II., c. 5., p. 372.*), *Amicus suus ingenii & doctrinæ laude clarissimus,* & (*in Præfat. Partis III. ejusdem Libri V. p. 5.*) *Vir non minus accuratæ & exqvisitæ doctrinæ laude commendabilis, qvam amoeni & elegantis ingenii felicitate florentissimus.* Similia illius encomia invenies in Joh. Gottl. Krausii Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 27. A. 1717., p. 215.*, Joh. Henr. a Seelen (Præceptore ipso Stadæ olim gavisi) *Orat. de Eruditis* (qvibus annumeratur) *præcocibus p. 59.*, & *Cogitatis de conservando Styli Latini puri studio,* A. 1717. ei inscriptis, & Joh. Klefekeri *Bibliotheca Eruditorum præcocium p. 322.*
Fusius de vita ejus disseruit Joh. Henr. a Seelen, discipulus, *in Stada anni 1711. literata, p. 90-94.* Confer de illo Conr. Sam. Schurtzfleischii brevem ad ipsum Epistolam, A. 1701. exaratam, *Tomo II. Epistolarum arcanarum, num. 226., p. 329.*, & Epigramma de Magistri titulo, ei collato, Græcum, *in Poematis p. 306. 307.*, Bartholdiqve Feindii Junioris Carmen de professione Gryphica gratulatorium vernaculum, *Parte I.* der Teutschen Gedichte, *p. 476-479.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Disp. de Mathesi nova non nova, Præside M. Henr. Klausingio. Witebergæ 1701. in 4.
Brevis Disqvisitio de Monogrammate, qvod extat in capite Kalendarii veteris, sub Constantio Imperatore editi, & ab Henr. Leonh. Schurtzfleischio, *in Anno Juliano illustrato,* repetiti, sub literis nominis initialibus M. M. R., *in Novis Lit. Germ., M. Sept. A. 1704., p. 333. 334.*, exhibita, qvam J. H. a Seelen, *l. c. p. 92.*, ei vindicat.
Programma qvo Gallorum qvædam de Germanorum ingeniis judicia iniqvitatis convincuntur. Stadæ 1705. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Germ., M. Mart. A. 1705., p. 118. 119. 120.* Commendatur a B. G. Struvio *in Introduct. ad notitiam rei literariæ, c. 4., p. 216. ed. sec.*
Programmata IV. de Polymnemonibus, sive plus qvam centum Memoriæ divinioris exemplis. Stadæ 1706. 1707. 1710. & 1711. in 4. Duorum priorum recensum *in N. L. Germ., M. Mart. A. 1706., p. 126. 127., & M. Apr. A. 1707., p. 141. 142. 143.*, invenies.

(1.) *in Officinis & cineribus A. 1717. defunctorum p. 35.* (2.) V. Joh. Gottl. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 16. A. 1716., p. 126.*, ac J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 371.* Plura de illa in Joh. Hübneri Vita, suo loco, a nobis dicentur.

Programma de eo, qvod nimium videtur in Jac. Frid. Reimanni Piis desideriis Historiæ literariæ. Stadæ 1709. in 4. V. de illo *N. L. Germ., M. Mart. A. 1709., p. 106.*

Consilium de optimis Subsidiis ad comparandam Latine scribendi facultatem, una cum Notitia Autorum veterum aureæ præsertim & argenteæ ætatis, ubi de rebus eorundem, Scriptis, dictione & editionibus, disseritur. Jenæ 1710. in 8. Hujus, ἀνωνύμως & admodum mendose, se inscio, editi, accuratiorem ipsemet (*teste Seelenio l. c. p. 93. 94.*) pollicetur editionem. Confer de illo Anonymi Neuen Büchersaal, *Sect. V., p. 409. 410. 411.* Commendatur ab Aug. Grischovio *in Introd. in Philol. gen., c. 6., p. 402.*

Oratio auspicalis de Religione Historiæ præsidiis firmata, d. 2. Mart. A. 1717., cum professionem Gymnasii Hamburgensis ingrederetur, dicta; qvæ *Volumine V. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii (Hamburgi A. 1723. *in 8.* excuso), *p. 164-198.*, prodiit.

Mars und Irene in vergnügligster Verbindung, bey dem, von der Colonel-und Capitainschaft der Stadt Hamburg, in dero erstem Jubel-Jahre 1719., den 31. Aug., angestellten, Freuden-mahle, fürgestellet; Poema, eodem *Vol. V. Mem. Hamb., p. 226-246.*, a Fabricio exhibitum.

Serenade auf das, am 6. Apr. A. 1723. gehaltene, Jubelmahl des, vor 100. Jahren gestifteten, Hamburgischen Admiralitäts-Collegii, qvæ ibidem *p. 253-272.* legitur.

Sechs, zwischen D. Joh. Alb. Fabricio und Mich. Richey freundlich gewechselte, Streitschriften, über verschiedene, die teutsche Sprache betreffende, Puncte (drey nemblich vom Gebrauche und Mißbrauche in den Sprachen, und sonderlich der Teutschen, und drey über die Frage: Ob man deutsch, oder teutsch, schreiben müsse?); præmissæ a C. F. Weichmanno Parti Secundæ der Poesie der Nieder-Sachsen. Hamburgi A. 1723. *in 8.* editæ, nostroqve inscriptæ.

II. ALIENUM.

Flavii Junii, Andriensis, Centum Veneres sive Lepores, cum ejus præfatione. Hamb. 1714. in 8. V. de iis *Acta Erud. Lips., T. VI. Supplem., Sect. 2., p. 96.*

INEDITA.

Historia Rectorum Gymnasii Stadensis, & Virorum bene de illo meritorum. V. Seelenii *Stadam Literatam p. 94.* & Ej. Diss. ad eum de Laboribus suis Scholasticis Stadensibus, Lubecæ A. 1722. editam.

Tr. Historico-Criticus de Paraphrastis Librorum Biblicorum metricis. V. Joh. Alb. Fabricii *Præfat. Partis III. Libri V. Bibliotheca Græcæ, p. 5.* Joh. Christoph. Wolfii *T. I. Biblioth. Hebr, p. 315.*, & J. H. a Seelen *Or. de Præcocibus eruditis p. 50.*

Notæ & Animadversiones in Burch. Gotth. Struvii Introductionem ad notitiam rei literariæ. V. J. H. a Seelen P. *I. Athen. Lubec. p. 96.*

Joh. Kirchmanni, Scholæ Lubec. Rectoris, Tr. de Magistratibus veterum Romanorum, qvem, e MS. suo, cum Notis editurus est propriis. V. J. H. a Seelen *l. c., P. I., p. 55.*

Chrestomathia Græca, seu Consilium de recte instituendo Græcæ Lingvæ studio. V. Joh. Alb. Fabricii *Vol. X. Biblioth. Græcæ p. 82. 85.*

Sylloge Poematum, *dextro Apolline effusorum*, ad qvam, una cum aliis *præclaris ingenii foetibus*, in lucem proferendam hortatus eum est idem Fabricius *in Epistola*, qva Leonis Allatii *Diatriben de Georgiis, Volumini X. Bibliothecæ* suæ *Græcæ* subjunctam, illi A. 1720. inscripsit, *dedicatoria.*

Versio Germanica Commentariorum Historicorum C. Julii Cæsaris accuratissima affecta, qvam absolvi ediqve optavit idem Fabricius *Vol. II. Biblioth. Lat. p. 199.*

Umbständliche Historische Nachricht vom Hamburgischen Admiralitäts-Collegio, A. 1723. in Novellis promissa Holsaticis.

LAURENTIUS DIETERICUS RICHERTS, Altonaviensis, Georg. Richardi, Pastoris Altonaviensis, Præpositiqve Pinnebergici, filius, Theol. C.

Diss. Historico-Theologica de Sam. Huberi vita, fatis & doctrina, Præside D. Joh. Andr. Schmidio proposita. Helmstadii 1708. in 4. Ipsum illius esse Autorem, præter titulum, Schmidius Præses, *Tomo II. Introductionis Sagittarianæ in Hist. Eccl. p. 687.* eam commendans, testatur. Laudes ejusdem ac recensum invenies *in Novis Germaniæ literariis Hamburgensibus, M. Oct. A. 1708., p. 364-368.*

Disp. de Clave ligante & solvente, Præside D. Joh. Fechtio proposita. Rostochii 1711. in 4.

ANDREAS RICHIUS, Dithmariensis, sive Dithmarsus, filius forte Bernh. Richii, Parochi Hemmensis, qvi A. 1556. *Confessionem de S. Cœna Dithmarsicam* subscriptione sua approbavit.

Oratio de admirando opere Incarnationis Filii Dei, scripta in Acad. Regiomontana. Regiom. 1567. in 4.

(Dispiciant alii, an idem hic sit cum Andr. Richio, cujus *Postilla* über die Evangelien durchs gantze Jahr, nebst dem Passional, Güstrovii A. 1583. *in 8.*, testibus Paulo Bolduano, *in Biblioth. Theol., f. 161. a.*, & Georg. Draudio, *in Biblioth. classica*, prodiit.)

CHRISTOPHORUS RICHTERUS, Civis & Destillator Lubecensis.

Kurtzer, doch gründlicher und heilsamer, Bericht, wie man für der giftigen Seuche der Pestilentz, nicht allein könne præserviret, sondern auch, so iemand damit inficiret, davon liberiret, und heilsamlich curiret werden. Hamburgi 1603. in 4. (*P. J. Lucopp.*)

M. JOHANNES RICHTERUS, Parochiæ ruralis Troyanæ, in præfectura Ducatus Slesvicensis Svabstediensi, Pastor, A. 1693. ab officio, ob delicta, remotus.

Disp. de principiis Actionum humanarum. Kilonii 1670. in 4.

(Parenti huic suo, ob nescio qvod factum male audienti, filius, qvi scholam adhuc freqventabat,

JOHANNES HENRICUS RICHTERUS, Slesvicensis, Apologia patrocinatus est rhapsodica, sub hoc Slesvigæ A. 1689. *in 8.* excusa titulo: *Lingva profana*, die Lästerhafte Zunge, mit beygedruckten Bedencken hochgelahrter Leute über ein factum.)

NICOLAUS RIDEMANNUS, Kiloniensis, Henrici, Oenopolæ & XVIviri, ex Anna Dreieria, Eckernfördensi, filius, d. 13. Maji A. 1610. in lucem editus, matrem, cum moreretur, anno ætatis 85., & viduitatis 34., reliqvit superstitem, patre autem maturius A. 1628. amisso, studiis, qvæ in schola inchoarat patria, Hafnia, qvo ob bellicam Cimbriæ tempestatem profugerat, redux, invitus valedixit, œnopolioqve paterno per tria præfuit semestria. Non potuit tamen Musarum plane oblivisci, sed horis succisivis, ad veteres recurrens amicas, Plautum, aliosqve scriptores Latinos, evolvit, & de locis difficilioribus M. Joh. Vicostadium, Rectorem, aut Barth. Bramerum, Conrectorem sub-

inde

inde consuluit. A. 1629. Christ. Kirchero, mercatori Coloniensi, marito Margaretæ sororis (secundis postea D. Steph. Schulteto, Professori Medico Rostochiensi, junctæ nuptiis), cellam Kiloniensem transscripsit vinariam, literisqve mentem iterum applicuit, & operam Hamburgi, in schola ac Gymnasio, per biennium, haud infelicem impendit. A. 1631., M. Junio, in Academiam profectus Regiomontanam, Theologis ejus ac Philosophis seqventi auditis qvadriennio, A. 1635., cum M. Abr. Calovio (Theologo postea Witebergensi), in Rostochiensem discessit, ac, svasu D. Joh. Qvistorpii Senioris, Præceptoris, hospitis, futuriqve soceri, Magistri titulum, d. 13. Oct. ejusdem anni, Decano Pet. Sassio, Professore Logico, exambiit. Kilonium A. 1637. reversus, inde in Belgium paulo post excurrit fœderatum, officioqve Pastoris, qvod Coloniæ Agrippinæ a cœtu urbis hujus Lutherano, Pontificiorum obnoxio persecutioni, offerebatur, ex consilio Qvistorpii, certas ob causas, recusato, Argentinam perrexit, & Theologorum ejus, Joh. Schmidii, Joh. Georg. Dorschei, ac Joh. Conr. Danhaueri, hospitis sui, ad A. usqve 1640., gavisus est consvetudine. Isto, monitu Qvistorpii, Rostochium rediit, &, seqventi 1641., d. 14. Aug., templi illic Mariani electus Ecclesiastes, Licentiati Theologiæ titulum, duodecim post annos, Gryphiswaldiæ, habitis prælectionibus *in caput III. Epistolæ ad Romanos* cursoriis, publiceqve defensa, Præside D. Joh. Beringio, Brabevta, Diatriba *de Spiritus sancti subsistentia* inaugurali, A. 1653. demum reportavit (1.). Officio Rostochiensi, per lustra qvatuor, & qvod excurrit, non sine laude præfuit, &, teste Joh. Georg. Dorscheo (2.), *in concionibus suis, magna semper diligentia, & doctrinæ redundantia, S. Literarum fontes est secutus*; in vita autem ita se gessit, ut, *in Programmate funebri* Bacmeisteriano, *Viri revera boni nomen, rariore sane exemplo, omnium prope civitatis Rostochiensis hominum conscientia ac verbis, assecutus esse* perhibeatur. Primas d. 13. Oct. A. 1641. nuptias celebravit cum Barbara, D. Joh. Qvistorpii Sen., Theologi Acad. Rostoch. primarii, filia, &, octo ex hac nobilioris, tribusqve seqvioris sexus liberis sublatis, tres ex iis pueros, puellamqve unicam, ante se vidit efferri. E superstitibus Barbara M. Sim. Taddelio, Ecclesiæ apud Hornanos in Frisia Lutheranæ Pastori, A. 1661. est elocata, Henricus autem, Philos. Magister, e suis *Architecturæ militaris Institutionibus*, A. 1674. editis, aliisqve schediasmatis Mathematicis, mihi innotuit. Qvistorpiæ, d. 29. Jun. A. 1660. partus extinctæ doloribus, d. 4. Febr. A. 1662. Margaretam Catharinam, M. Remberti Sandhagii, Archidiaconi Rostochiensis Nicolaitani, subrogavit filiam, sed, septem post nuptias hebdomadibus vix elapsis, febri acuta, d. 25. Mart., anno ætatis 52., defunctus, duobus suis in hoc matrimonio successoribus, Henr. Schlutovio, Diacono Nicolaitano, & M. Joh. Ern. Helwigio, scholæ Conrectori, eam, A. 1705. demum, in viduitate tertia denatam (3.), reliqvit. Plura de vita ejus suggeret D. Joh. Bacmeisteri, Prof. Rostoch. Medici, *Programma funebre*, Lubecæ A. 1709., in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum, num. 57., p. 358-369.*, recusum. Conferri etiam possunt Henn. Wittenii *Tomus I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1662.*, Georg. Nic. Erasmi *Lib. IV. Anagramm. emmetrorum, n. 58.*, Zach. Grapii Jun. Evangelisches Rostock, *c. 7., p. 197.*, & M. Joh. Conr. Bœckmanni *Schediasma de doctis Nicolais p. 42. 43.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Disp. Metaph. de Ente dependente & independente, Præside M. Abr. Calovio. Regiom. 163., in 4. (*Progr. fun.*)

Disp. Theologico-Scholastica de Anima separata, ab eo conscripta, & Præside D. Levino Pouchenio proposita. Regiomonti 1634. in 4.

Disp. de æterna Filii Dei a Patre generatione, Photinianis opposita, Præside D. Joh. Qvistorpio Sen. Rostochii 1637. in 4.

Disp. Inaug. de Subsistentia Spiritus sancti divina, heterodoxiæ Photinianorum opposita. Præside D. Joh. Beringio. Gryphiswaldiæ 1653. in 4.

Syntagma Theologicum, in qvo controversiæ potiores, qvæ cum Hæreticis & Schismaticis modernis, Socinianis, Anabaptistis, Weigelianis, Remonstrantibus, Pontificiis, Calvinianis, Autore Præadamitarum, & aliis Novatoribus, nobis intercedunt, in cohærentem ac certam articulorum fidei methodum, tam pro astruenda orthodoxa veritate, qvam pro destruenda heterodoxa falsitate, sunt redactæ; XXV. Disputationibus publico-privatis, consensu Facult. Theol. Rostoch., expeditum. Rostochii 1659. in 4. Præmissa est D. Joh. Georg. Dorschei, Theol. Prof. primarii, præfatio, his illud verbis commendans: *Pulcherrima profecto & liqvidissima methodo Autor totum corpus doctrinæ cælestis præsentavit, perspicua brevitate amplissimum rerum divinarum thesaurum complexus est, partitionibus planis & evidentibus confusa digessit, testimonia S. Literarum idoneis sedibus exprompsit selectissima, eaqve ad controversiæ statum accommodavit, opiniones fugiendas perspicue detexit, & confutationis ostensis medullis conculcavit, atqve hæc omnia, limatissimorum Theologorum præsidio, adeo præstitit feliciter, ut magno adjumento lucubrationes hæ ejus res sacras tractantibus esse qveant. Fas est labores ejus ἐκ ὑπωτιν ὑπεξυγιώτεως sacrosanctæ verborum sanorum appellare. -- Sera sane, si qva futura est, posteritas meritis demum encomiis deprædicabit ejus industriam.*

(An Ridemanni *Disp. de Hierarchia Politica & Oeconomica*, qvam in *Catalogo* qvodam video memorari, nostro huic debeatur, anceps hæreo.)

GERMANICA.

Salutis æternæ fundamenta, Grundfeste der Seligkeit, oder Leichpredigt über Ericum Soltou von Sleswig, J. U. Stud., auß 1. Tim. I. 15. Rostochii 1650. in 4.

Labsaal in Trübsaal, oder Leichpr. über Joach. Kleinschmid, Bürgermeistern zu Rostock, auß Es. LIV. 7. 8. Rost. 1652. in 4.

Hertzstärckung wieder alle geistliche und leibliche Symptomata und Zufälle, oder Leichpr. über Eberh. Deichmann, J. U. D. und der Stadt Rostock Consiliarium, auß Ps. XXIII. Rost. 1655. in 4.

Leichpred. über Henr. Gosebrok, Kaufmann. Rost. 1659. in 4.

Wolverdienter Lehrer Ehrenkrone, oder Leichpred. über D. Joh. Georg. Dorscheum. Theol. Prof. primarium zu Rostock, auß Dan. XII. 3.: Samt zwey Leichen-Programmatis und den Epicediis. Francofurti 1660. in 4.

Sermones alii funebres vernaculi.

M. JOHANNES RIEBLINGIUS, Hamburgensis, Lutheri & Melanchthonis, in Academia Witebergensi auditor, ædis in urbe Brunsvicensi Catharinææ, ab A. 1529., fuit Pastor (4.), unusqve e primis Civitatis istius Reformatoribus, sed fastu auditores offendit nimio, teste Melch. Neofanio, ita de illo canente (5.):

Cui

(1.) V. D. Joh. Beringii *Programma, Disp. Inaugurali præmissum.* (2.) *in præfat. Syntagmatis ejus Theologici.* (3.) V. de illa *Nova Lit. Lubec. M. Majo A. 1705., p. 165. 166.* (4.) V. Melch. Neofanii *Catalogum Concionatorum Brunsvicensium elegiacum p. 16.*, & Christoph. Jac. Blumii Braunschweiger Prediger-Gedächtniß *p. 23.* (5.) *l. c.*

Cui fastu celebris Ribelingus, & ore disertus,
Successit, tanto fretus honore nimis.
Reddidit invisum sese qvo nomine plebi,
Et sic mutato cessit & ipse loco.
Hunc Henetæ gentis Princeps accivit, & ipsum
Parchemia fecit Præsulem in urbe sacrum.
Qvem cum cepissent vestis fastidia sacræ,
Qvarum hic tunc pie adhuc temporis usus erat,
Cive subornato petulante, invadere amictum
Veste sacerdotem jusserat ipse sacra.
Fratribus hinc aliis minitans restare periclum,
Consilio abjecta hoc vestis honesta fuit.

Brunsviga anno 1539. (1.), non autem 1536., qvi a Mich. Cordesio (2.), vel 1537., qvi in Epitaphii Parchimensis substituitur epigraphe, ab Henrico Pacifico, Duce Megapolitano, evocatus, primusqve, non urbis tantum ac diœceseos Parchimensis, sed & totius Ducatus Meclenburgici, Superintendens Lutheranus constitutus, Ecclesias hujus scholasqve, in gemina visitatione, A. 1540. & 1541., ac deinceps A. 1553., instituta, emendavit, primamqve Sanctionem de Sacris illarum publicis, istorumqve ritibus, Rostochii, anno jam 1540., dialecto edidit Saxonica. Eloqventia illius sacra, & brevitatis in sermonibus ecclesiasticis studium, a Joh. Posselio Seniore (3.) verbis celebrantur seqventibus: *Ipse audivi puer Concionatorem Joh. Rieblingium, qvem honoris causa nomino, Parchimensis Ecclesiæ Pastorem, & inclyti Ducatus Megalburgensis Superintendentem, mira dicendi svavitate præditum, hanc vocem crebris sermonibus usurpare: Mea in habendis concionibus sacris consvetudo hæc est, ut, cum Auditores mei omnium attentissime auscultant, prolixiorem concionem expectantes, ego finem faciam dicendi. Scio enim, inqvit, hac ratione fieri, ut illa, qvæ a me dicta sunt, & facilius animo percipiant audientes, & firmius memoria complectantur ac custodiant.* Nec eum fefellit opinio. E conjuge priori tredecim sustulit liberos, e posteriori autem Eva, Caspari Lonnies, Ecclesiastæ primi Parchimensium Lutherani, gnata, Philippum, filium unicum, tandemqve sexagenarius d. 25. Nov. A. 1554. obiit, teste inscriptione Epitaphii, in choro ædis Georgianæ Parchimensis, defuncto erecti, elegiaca. Recitat hanc, qvi plura, qvam cæteri Autores jam allegati, de illo annotavit, & præcipue meretur consuli, M. Joach. Mancelius *in Schediasmate de Superintendentibus Parchimensibus p. 6-19.*

Ordnung, wo ydt van den Lutherischen Prædicanten und Kerckendeners, mit den Ceremonien und Gades-Densten, in dem Förstenthomb Mecklenborg, geholden schal werden. Rostochii 1540. in 8. De prima hac Constitutione ecclesiastica Ducatus Megapolitani Lutherana, in Liturgicis tantum occupata, solum Rieblingium agnoscente Autorem, nec non de altera, dogmatica istis additura, qvam idem Rieblingius, D. Joh. Aurifaber, Theologus Rostochiensis, aliiqve, A. 1551. ab Henrico & Johanne Alberto, Ducibus Meclenburgicis, conscribere sunt jussi, sed non absolverunt, V. Joach. Mancelium *l. c. p. 13. 14. 15.*, &, qvem is etiam allegat, Zach. Grapium Juniorem in dem Evangelischen Rostock *p. 313. & seqv.*

HENRICUS RIECK, Civis Lubecensis, & Ptochotrophei D. Annæ Oeconomus, mercatoribus eruditis a Georg. Henr. Götzio, *in Additamentis ad suam de illis Diatriben, §. 13., p. 10. 11.*, annumeratus. Conf. Pauli Jac. Marpergeri *Cent. I.* der Gelehrten Kaufleute, *num. 62., p. 115.*

Evangelischer Jesus-Lust Erster Theil, oder neuentsprungener Trost- und Lebensbrunn aus dem Hertzen und Munde des liebreichen Herrn Jesu, nach allen Sontags- und Fest-Evangelien des gantzen Jahres, bestehend in 73. geistreichen Evangelischen Jesus-Liedern: Samt einer Vorrede D. Georg. Henr. Götzii, Superintendenten. Lubecæ 1706. in 12. obl.

Derselben Ander Theil, von 71. Liedern: Samt einem Anhange kurtzer, doch Schriftmäßiger, Fragen über die fünf Hauptstücke des Catechismi Lutheri, und Schriftmäßiger Antwort darauf. Lubecæ 1706. in 12. obl: Autorem, cujus nomen in titulis est omissum, Præfatio Götziana detexit. V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1706., p. 375-376.*

GEORGIUS RIEGE, Arithmeticus urbis Hamburgensis, & Societatis istius Arithmethico-Technicæ Collega, *Maturantis* (des Reiffenden) donatus agnomine.

Lapis Lydius mercatorius, oder Probierstein der Kaufmännischen Rechnung, darin selbige, mit vorhergehenden nöthigen Fundamenten, aufs deutlichste vorgestellet und abgehandelt wird. Hamburgi 1697. in 8. V. *N. L. Lubec., M. Mart. A. 1700., p. 96.*

PETRUS RIEGE, Arithmeticus Hamburgensis.

Arithmetische Lust- und Lehrschule, darinn sinnreiche Gedancken, deutliche Gleichnisse, beqveme Hülfsmittel, und kurtzrichtige Compendia im Rechnen, in Frag und Antwort sind verfasset. Hamburgi 1683. in 8.

Haußbüchlein. Hamb. 1685. in 8. (*Catal.*)

Freundschaftsspiegel, mit angehengten Christlichen Denckzetteln. Hamb. 1691. in 8.

Süsses Jesusgedächtniß, oder Beicht- und Communionbuch. Hamb. in 12.

HEINO RIGIUS, Hamburgensis, mercatoris sibi cognominis e Juditha Peinia filius, d. 17. Jun. A. 1616. in lucem editus, in Acad. Rostochiensi (qvam A. 1637. adiit) A. 1642. Philos. Magister, in Lugduno-Batava autem, post reditum e Galliis, Med. Doctor A. 1649., creatus, Practicus artis suæ initio in Dithmarsia Meldorpiensis, deinde Rostochiensis, & urbis tandem in Ducatu Megapol. Sternbergensis (in qvam a Protodicasterio evocatus est provinciali), ab A. 1657., Physicus, Rostochii, qvo ob calamitates bellicas A. 1658. remigrarat, seqventi 1659., ac ætatis 43., d. 25. Martii, asthmate expiravit, duosqve reliqvit liberos, ex Anna, M. Gerh. Tidemanni, Ecclesiastæ Rostochiensis, susceptos filia. V. D. Mich. Cobabi, Theologi Rostoch. (cui *Vir* audit *doctrina & experientia spectatissimus*), *Programma* de vita ejus *funebre*, & D. G. Morhofii Epigramma in illius obitum, *in Funeribus p. 38.* obvium.

Disp. Inaug. Medica. Lugd. Bat. 1649. in 4.

JOHANNES RISTIUS, Ottensæ in Comitatu Pinnebergico, d. 8. Mart. A. 1607., in lucem editus, patrem habuit Casparum, pagi illius Pastorem, A. 1626. defunctum, matrem vero Margaretam Ringemuhtiam, secundis postea Godofr. Fritschio, Electoris Saxonici Organopoeo, junctam nuptiis (4.), ac A. 1653. extinctam, votoqve parentum, anteqvam nasceretur, ministerio est destinatus Ecclesiastico. E schola Hamburgensi, & Gymnasio, qvod Matth. Martinio Rectore freqventavit (5.), Bremensi, A. æt. 21. dimissus, in Acad. migravit Rinteliensem, & Theologiæ (studio Juridico, primum adamato, svasu aliorum, prælatæ) sacris a D. Joh. Gisenio est initiatus. In urbe postea celebri (Hamburgensi, ni fallor) juvenis opulenti privatum egit Pædagogum, &, a sorore hujus, procum, utriqve parenti invisum, depereunte, ut χρυσαλλομαντείας illicitæ, qva anus venefica amoris hujus frustranei exitum felicem prædictum a se iri (sed falso, cum tristissima qvæqve, ab eventu comprobata, crystallum inspicientibus se offerrent) erat pollicita, secum spectator esset, temeritate ἀθεολόγῳ, & ab Erasmo Francisci merito reprehensa, persvaderi sibi passus, noctes ex eo tempore haud paucas, crebros inter terrores, insomnes transegit (6.). Ad idem forte tempus referendæ etiam sunt

(1.) testibus Neosanio & Blumio, modo citatis. (2.) *in Chronico Parchimensi p. 28.* (3.) *Orat. VIII. de Pronunciatione p. 183. 184.* (4.) V. ejus Epicedium in obitum vitrici, im Poet. Schauplatze *p. 228. & seqq.* (5.) V. *Vitam Martinii, Lexico* illius *Philologico*, in edit. tertia, Ultrajecti A. 1697. excusa, præfixam. (6.) Tragicæ hujus χρυσαλλομαντείας historiam prolixiorem V. in ipsius Alleredelsten Zeitverkürtzung, *p. 155. & seqq.*, ac Er. Francisci Höllischen Proteo, *Sect. 78., p. 825-838.*

sunt tentationes, qvibuscum, in juventute, triennio se conflictatum esse testatur (1.) integro, longe gravissimæ. Persvasum tunc habebat, Deum, secundum justitiam suam & voluntatem occultam, penitus se rejecisse, & Cacodæmoni ita in peculium tradidisse, ut nunqvam speranda esset ejus gratia. Summopere hanc ob causam perterrefacto, qvæcunqve se oculis offerebant, diabolicam præ se ferre speciem, omnesqve creaturæ, conditoris jussu, in suum conspirasse videbantur exitium. Hinc hominum, velut obsessorum, cervicemqve sibi fracturorum, in agris occursum cane pejus & angve vitabat, &, audito, sive in templis, sive alibi, Diaboli nomine, genibus flexis, & capite denudato, honorem illi exhibebat, ab aliis in aurem ratus insusurrari, se, ni id faceret, in barathrum confestim detrusum iri Tartareum. Hamburgo, cum discipulo suo, Rostochium profectus, cum studio Theologico Medicum conjunxit, ductuqve Jac. Fabricii, Prof. publici, & Angeli Salæ, Chymiatri Itali, eos, in Botanicis, Chymicis & Pharmacevticis, fecit progressus, qvibus fretus, cum officio postea fungeretur Ecclesiastico, & laboribus vacare Hermeticis, & Praxin, licet πολυπραγμοσύνης ob hanc vetitæ a nonnullis insimularetur, Medicam, M. Joh. Neucrantzii Epigrammate (2.) defensam, exercere, non dubitavit. Utriqve, in itinere Belgico, cum Leidæ & Trajecti ad Rhenum diutius hæreret, Matheseos etiam aliqvam adjunxit notitiam. In patriam redux, vici Stormariæ ad Albim Wedelensis antiqvissimi, in Comitatu siti Pinnebergico, Pastor A. 1635. est constitutus, istiqve, per annos 32., ad obitum usqve, non verbum solum divinum annunciavit, sed &, in duplici cum Danis bello Svecico, a plurimis illius incommodis immunitatem, sua, apud hostilium copiarum Duces, intercessione, obtinuit. Sed nec parum eidem conciliavit ornamenti, statua illius vetusta Rolandina, seu potius Carolina, Caroli M. sistente imaginem, A. 1651., cum lapsum minaretur, suo, per Joh. Bremerum, Præfectum regium, instaurata hortatu, clavis trabalibus firmata ferreis, & retrorsum suffulta, seqventiqve a se decorata tetrasticho (3.):

Alß sechszehnhundert und noch ein und fünfzig Jahr,
Im Wintermonat, die bekandte Jahrszahl war,
Ist dieses Keysersbild aufs neu hieher gesetzet:
GOtt woll' es, und unß all', erhalten unverletzet.

Duas habuit conjuges, e qvarum priore, Elisab. Stapelia, A. 1635. ducta, & A. 1662. extincta, tres filios, duasqve filias, &, hos inter, Joh. Ernestum, J. U. C., Joh. Casparum, Pastorem Wedelensem, ac Annam Margaretam, Joh. Petræo, Med. D. & Practico Glückstadiensi, elocatam, qvi soli parenti fuere superstites, sustulit. Secundas cum Anna Badehoopia, Phil. Hagedornio antehac nupta, sed infœcundas, A. 1664. celebravit nuptias, eamqve febri, qvam hydrops & diarrhoea comitabantur, sexagenarius d. 31. Aug. A. 1667. (non 1668., qvem Christ. Junckerus substituit (4.)) defunctus, viduam reliqvit. Non Theologiæ solum, Medicinæ & Matheseos, inprimis vero Musicæ, sed lingvarum etiam Exoticarum, Gallicæ Italicæqve, e qvibus opuscula nonnulla in vernaculam transtulit, peritia laudem est adeptus, ac rerum insuper naturalium, qvarum apparatu haud spernendo Museum suum, a Joh. Dan. Majore (5.) modernis annumeratum celebrioribus, locupletaverat, scrutator fuit industrius. Nulla tamen ingenii dote magis inclaruit, qvam vena in sermone Germanico Poetica, mediocri qvidem tantum, si cum Vatibus hodiernis, longe ἐξοχωτέροις, compararetur, &, ob scribacitatem nimiam, ab idiotismis patriis, archaismis, tavtologiis, vitiis prosodicis, aliisqve nævis, haud immuni, sed laudes tamen, si ævum, qvo vixit, respiciamus, aliqvas, etsi non tantas, qvantis ipse, scriptor περιαυτόλογος, amici & clientes, illam ornarunt, vel prodige potius onerarunt, merita. Applausum certe, non plebis solum indoctæ, & vulgi literatorum (in qvo sui etiam, de qvibus passim qveritur (6.), ipsi haud defuere plagiarii), sed eruditiorum qvoqve, ipsorumqve Imperatorum, Regum & Principum, carmina ejus ista tempestate reportarunt vernacula. In qvibus, uti mentionis Deorum Ethnicorum fuga perpetua (7.) homine sacri ordinis apprime est digna, ita parum contra eidem decora, & a calumniatoribus, invidis, falsisqve, qvibus toties indignatur, fratribus, accedente præsertim aliqva vitæ hilarioris licentia, facile in opprobrium Autoris detorqveri potuit, multitudo Eroticorum, qvæ, velut juvenilia, se invito atqve ignaro in lucem protrusa, & partim Principum jussu conscripta, excusare incassum est conatus (8.). Hymni sacri, qvorum tot edidit volumina, magnam partem publicis Ecclesiarum Lutheranarum (qvarum complures, vicinæ pariter atqve longius dissitæ, Epistolis ei, ob labores hos melicos, peculiaribus egerunt gratias (9.)) dudum inserti hymnologiis, & in coetibus ubivis decantati Ecclesiasticis, non his solum, sed & Pontificiis placuere, pari honore illos passim dignatis. *Hymni* certe illius *coelestes*, cum a Barone qvodam in aulam delati essent Cæsaream, Mariæ Eleonoræ, Ferdinandi II. Imp. viduæ, sacerdoti aulico ita arriserunt, ut huic eos de nota meliore commendaret, & nonnullos, atqve in his paschalem Lasset uns den Herren preisen, cum sacra celebrarentur, juberet decantari, summo cum Augustæ applausu, hoc eum dignatæ elogio: Ey dieses ist ein gar schönes herliches Lied, welches man noch einmahl singen müste! Wäre immer Schade, daß der Verfasser solte zum Teufel fahren (10.). Non minus celebre est Canticum de morte Christi servatoris: O Traurigkeit, o Hertzeleid, cujus a Carpzovio, Mayero, aliisqve Lutheranis, passim commendati (11.), Parodiam vernaculam, e Pontificiis, Moguntini suo A. 1679. inseruerunt hymnologio (12.). Hujus verba, Deo ipsi mortem tribuentia: O grosse Noht! GOtt selbst liegt todt, cum, velut duriora, Brunsvicenses, in suo Hymnologio, hæc GOttes Sohn liegt todt, & in Tremoniano D. Bernh. Dresingius, urbis Superintendens, alia der Herr liegt todt, substituendo, emendassent, vindicem ista, præter D. Christ. Kortholtum, Theologum Kiloniensem (13.), repererunt M. Rumpæum qvendam, A. 1700., in Gymnasio Tremoniano, *in Disput. de Propositionibus primi Communicationis idiomatum generis Idiomaticis: Christus est passus, Deus est passus;* Præside D. Joh. Christoph. Nungessero, Dresingii successore, habita, phraseos hujus tuitum ὀρθοδοξίαν. Cui cum Dresingii filius Apologiam pro parente excusam, aliqvot post annis, opposuisset, fraternæ vicissim Diatribæ, & verbis simul Ristianis, ceu scripturæ sacræ & Analogiæ fidei congruis, patrocinatus est M. Justus Wesselus Rumpæus, Unna-Westphalus, in peculiari de his *Problemate Theologico*, sub D. Joh. Nic. Qvistorpii Præsidio A. 1703. Rostochii (14.) proposito, & a Theologis reliqvis, Joh. Fechtio ac Joh. Pet. Grünebergio, in adjectis approbato Epistolis. Nos, misso hoc, cujus historiam Lubecenses (15.), Georg. Henr. Götzius (16.) & Val. Ern. Löscherus (17.), Ristio itidem faventes, fusius exposuerunt, certamine, Principes, Magnates & Eruditos celebrio-

(1.) Narrationem ipsius de his tentationibus fuse repetiit M. Christ. Feustelius *in Sched. de eruditorum German. vitis*, *p. 127. 128.* (2.) In Appendice adoptiva *Parnassi Teutonici* Ristiani, *p. 885. 886.* (3.) V. de Statua hac lapidea J. D. Majoris Bevölckertes Cimbrien, *c. 86.*, *p. 142.*, W. E. Tenzelii *Dial. Menstr. Germ.*, *M. Nov. A. 1695.*, *p. 984.*, Trog. Arnkielii Cimbrische Heydenbekehrung, *L. 3.*, *c. 9.*, *p. 141. 142.*, & W. H. Adelungii *Append. Chronici Hamburg. vernaculi p. 41.* E qvibus tres priores Iconem ejusdem, æri incisam, exhibent. (4.) *in Sched. de Ephemeridibus Erud. p. 105.* (5.) Im Bedencken von Kunst- und Naturalienkammern *p. 34.* (6.) *in præfat. Parnassi Teutonici, lit. b. 6 b*, *& alibi.* (7.) V. de illa eandem *præfat.*, *lit. b. 10. b. b. 11. a. b.*, & *Prolegomena*, dem Poetischen Lustgarten A. 1637. præfixa. (8.) In Præfat. der neuen Musicalischen Catechismus-Andachten. (9.) V. *eandem præfat.* (10.) V. ipsius *præfat.* der Sabbathischen Seelenlust *p. 24.*, &, ex ista, Joh. Stiefleri *Continuationem Locorum Theologico-Historicorum p. 1468.*, Georg. Henr. Götzii *Diss. de odio Pontificiorum in Hymnos Lutheranos*, §. *11.*, *p. 31. 32.*, ac G. Serpilii Fortsetzung der Liedergedancken, *p. 196.* (11.) Loca V. in Georg. Serpilii Zufälligen Liedergedancken *p. 66.* (12.) Recitat illam Joh. Frid. Mayerus *in Diss.*, *quantum Pontificiis B. Lutheri reformatio profuerit*, *Th. 4.*, *p. 21.* (13.) *in Corollariis Disp. de Vita renatorum sancta*, A. 1694. editæ, *p. 28.* (14.) *in 4.* (15.) *in Novis Lit. Septentr.*, *M. Nov. A. 1703.*, *p. 241-243.* (16.) *in Append. epistolica* der Liederpredigt, *p. 74. 75. 76.* (17.) In den unschuld. Theolog. Nachrichten, *Sect. IV. A. 1704.*, *p. 238. 239.*

celebriores, qvorum favorem, benignitatem atqve amicitiam, Ristio Hymni sui, atqve carmina vernacula, conciliarunt, enumerabimus. Eminet hos inter Ferdinandus III., Imp. Rom., qvi A. 1644. laurea Poetica, A. 1653. autem, per Hermannum, Comitem a Tschernin, Legatum suum (1.), nobilitatis privilegiis & insignibus, Virginem serto caput redimitam, alterumqve dextra gestantem, una cum Cygno, cujus guttur corolla cingit tertia, exhibentibus (2.), ac Comitis simul Palatini dignitate, nostrum donavit. Qva ille fretus, non Doctorem solum creavit Medicum (3.), & homines illiteratos, ob venam in Poesi Germanica haud plebejam, applaudente Joh. Balth. Schuppio (4.), laurea ornavit Poetica, sed Conr. ab Höveln etiam, teste Chr. Franc. Paulino (5.), Vice-Comitem Palatinum constituit. E Regibus patronos & Evergetas veneratus est Christianum IV. & Fridericum III., Monarchas Danicos, e Principibus autem (qvorum nonnullis literarium cum ipso intercessit commercium (6.)) Ludovicum præsertim Anhaltinum, Societatis Carpophororum, ad lingvæ Germanicæ culturam institutæ, primum Autorem ac Præsidem, a qvo & ipse A. 1647. in eandem, attributo agnomine des Rüstigen (*Armati*), additoqve ligni sacri, hoc ornati elogio: Wozu man sein bedarf, emblemate, est receptus (7.). Nec minori illum affectu sunt prosecuti Wilhelmus, Dux Saxo-Vinariensis, ejusdem Ordinis post Ludovicum moderator, Augustus & Rudolphus Augustus, Principes Brunsvico-Gvelpherbytani eruditissimi, Fridericus Holsato-Gottorpiensis, Christianus Ludovicus Sverino-Megapolitanus, Consiliarii eum Ecclesiastici, imo, si Joh. Hudemannum (8.) audias, Intimi, dignatus titulo, ac, e Comitibus, Antonius Güntherus, Oldenburgicus, & Christ. Ranzovius, Protex Slesvigo-Holsaticus. Proceres Cimbriæ & Ducatus Bremensis plurimos, Urbisqve Hamburgensis Consules, Senatores, Canonicos, & Patricios opulentiores, qvorum prolixum in se favorem & benignitatem in scriptis passim celebravit, prætereo. Inter Amicos ipsius eruditos celebriores aliis fuerunt Jac. Wellerus, Steph. Klotzius, Joh. Reinbohtius, Joh. Hudemannus, Mich. Waltherus, Brand. Detrius, Meno Hannekenius, Jac. Stolterfohtius, Joh. Müllerus, Joh. Balth. Schuppius, Joh. Mich. Dilherrus, Dan. Ludemannus, Joh. Meisnerus, Dan. Wülferus, Gerh. Gravius, Joh. Corfinius, Andr. Henr. Bucholzius, Pet. Rehbinderus, Seb. Gotfr. Starckius, Tob. Scifartus, & Joh. Rotlöbius, Germaniæ & Cimbriæ ævo isto Theologi; Jasp. ab Örtzen, Satrapa Pinnebergicus, Theod. Reinkingius, Cancellarius in Cimbria Danicus, Joh. Angelius a Werdenhagen Ferdinandi III. Imp., Justus Georg. Schottelius & Gotfr. Hegenitius, Augusti Ducis Brunsvic., & Joach. Hagemeierus Comitis Oldenburgici, Consiliarii, Enochus Gläserus, Acad. Juliæ Antecessor, Joh. Georg. Stürzelius, Consul Rotenburgensis, Georg. Phil. Harsdörferus, Senator Noribergensis, Christoph. Schwanmannus, Synd. Buxtehudanus, Birnbaumius, Elect. Sax. Archiater, Nicol. Fontanus, Med. Amstelod., & Paulus Marqv. Slegelius Hamburgensis; Philologiqve tandem ac Poetæ eximii, Joh. Henr. Bœclerus, Joh. Matth. Schneuberus, Andr. Tscherningius, Ægid. Gutbierius, Joh. Mich. Moscherofchius, Sigism. a Bircken, Ad. Olearius, & Mich. Kirstenius. Qvos pene omnes, cum longe pluribus famæ minoris literatis, scriptis suis, vel judicia honorifica, vel Carmina Encomiastica, præfixisse, ipsemet, in prolixo Amicorum Catalogo, *Meditationum Catechetico-Musicarum* Prolegomenis A. 1656. inserto vernaculis testatur. Non contentus autem Noster loco inter Carpophoros, lingvæ & Poeseos Teutonicæ instauratores, sibi assignato, postqvam e Colle Schuloviensi amoeno, duobus irriguo fonticulis, Albiqve ac Wedeliæ suæ vicino, ob carmina plurima in illo condita, Parnassum sibi Cimbricum μεζονομασία audaci effinxerat (9.), velut novus qvidam Apollo, Poeticam Vatum, vernaculorum, suis in Parnasso hoc somniaturorum auspiciis, societatem (qvam ab ipso Imperatore fundatam esse Joh. Ovingtonus, *Itinerarii Surattensis*, Londini Anglice A. 1696. editi, Autor (10.), a Lipsiensibus (11.), ob errorem hunc, jam notatus, falso credidit), anno circiter 1660., instituit, & *Cygneæ Albianæ* (des Elbeschwanenordens) nomine ornavit ambitioso. In hac ipse, illius Præses, modo *Daphnis*, modo (ob palatii Cæsarei Lateranensis Comitivam) *Palatinus*, e sociis autem, absqve justo receptis selectu, qvi præ reliqvis innotuere, fictitiis pastorum assumptis, nominibus Balth. Kindermannus *Kurandor*, Gotfr. Wilh. Sacer *Hierophilus*, Constant. Christ. Dedekindus *Concord*, Gothilfius Treuerus *Fidelio*, Georg. Greflingerus *Celadon*, Mart. Kempius *Kleodor*, Dan. Bährholtzius *Philoclytus*, Frid. Hofmannus *Epigrammatocles*, Gotfr. Zamelius *Almesius*, Georg. Henr. Weberus *Hyphantes*, & Sam. Sturmius *Philamon*, vocabantur. Reliqvorum, hominum obscurorum, notitiam ac nomina Pastoralia, uti & Societatis, qvæ cum autore suo non multo post expiravit, historiam ac leges, unius e sociis, *Candorini* (i. e. Conradi ab Höveln), hominis in scriptura & stylo lingvæ Germanicæ ridicule ineptientis, libelli duo suggerent Germanici, sub hisce excusi titulis: 1. Zimberschwan, darinn des hochlöblichen edlen Schwanenordens Ausfang, Zunehmen, Benandniß, Gebräuche, Satzungen, Ordensgesässe, samt der hochansehnlichen Gesellschafter Ordensnahmen, sind entworfen: Lubecæ 1665. *in 8. obl.*; 2. Thränfliessender Zimberschwan, welcher aller des Schwanenordens, zu des Uhrhebers Lebezeit, rühmlichst gewesenen Lobwürdigen Mitglieder Ordensnahmen, neben sonderbahren Merckwürdigkeiten, und anderen Ordens-Bewandtnissen, eröfnet: Lubecæ 1669. *in 8. obl.* Cui scripto sodalium etiam in Ristii, Præsidis, obitum adjecta sunt Epicedia. Laudibus eam nimiis Christ. Franc. Paulinus (12.), & alii amici Ristiani, onerant potius qvam ornant. Certum enim est, & alibi (13.) a nobis præstantissimorum lingvæ Germanicæ vindicum ac Poetarum confirmatum suffragiis, & Cygneam hanc societatem, & qvatuor similes (*Rosigeram, liligeram, caryophylligeram* ac *rutigeram*), a Philippo a Zesen, Ristii æmulo, fundatas, licet patrii sermonis puritati, & Poeseos ejusdem elegantiæ, vindicandis essent destinatæ, in utriusqve pestes ac corruptrices, ob promiscuum qvorumvis rythmopoeorum ineptientium ad illas confluxum, & Præsidum, inprimis autem Zesii, novaturiendi libidinem, degenerasse. Catervatim certe ex iis Poetastri prodiere nugaces, qvi veterem veramqve lingvæ Germanicæ orthographiam & syntaxin pro lubitu immutare, & voces, non vere solum peregrinas, civitate vero dudum donatas Germanica, sed vernaculas etiam, qvæ ipsis, genuinæ lingvarum antiqvitatis atqve cognationis vel ignaris, vel incuriosis, peregrinæ falso videbantur, eliminare, aggressi, novas, at perqvam ridiculas atqve absonas, in locum istarum substituerunt, præcipuas autem Poematis egregii dotes, inventionis scil. acumen, & elocutionis dignitatem, turpiter neglexerunt.

Vitæ Ristii historia Germanica (qvam e multis ipsius aliorumqve scriptis auximus) M. Joh. Hudemanni, Superintendentis Holsatiæ regii, Sermoni, in exeqviis ejus, e Luc. XVIII. 13., habito, &, sub titulo der Christlichen Sterbekunst, Hamburgi A. 1667. *in 4.* edito, est subjuncta, ab Henn. Wittenio autem Latine translata, & *in Memoriæ Theologorum renovata*

(1.) V. Ristii Lobrede an Ferd. III., A. 1653. editam. (2.) V. M. Joh. Neucrantzii Epigr. Latino-Germ. in illa, *in Append. Parnassi Teutonici Ristiani p. 871. 872.* (3.) V. Chr. Franc. Paulini *Lagographiæ Cap. VI.*, & ex illo W. E. Tenzelii *Dialogos menstruos, M. Apr. A. 1692., p. 345.* (4.) im Teutschen Lehrmeister, *in Append. Opp. Germ. p. 193.* (5.) P. I. der Zeitkürtzenden erbaulichen Lust, *num. 241., p. 715.* (6.) V. ipsius *Præfat.* der neuen Musicalischen Catechismus-Andachten. (7.) V. Georg. Neumarckii Neusprossenden teutschen Palmbaum, seu Societatis illius historiam. *p. 286.* (8.) *in Serm. funebri, in exeqviis Ristii habito.* (9.) V. ipsius prolixam Collis istius descriptionem, in Prolegomenis des teutschen Parnassi, *f. b. 2.-b. 6.*, & Frid. Hofmanni, Conrect. Elbing., in eundem Epigramma, *in Appendice Lusuum Epigrammaticorum seria, p. 240.* (10.) *p. 252.* (11.) *in Actis Erud., T. III. Supplem., Sect. X., p. 448.* (12.) In der Lobrede der Poesie, *Parte II.* der Poetischen Erstlinge, *p. 75. 76. 103. 104.* (13.) *Parte II. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 2., p. 203-207.*, in *Homonymoscopia, Sect. 3., c. 4., §. 15., p. 887. 888.*, & in Vita Philippi a Zesen, suo operi huic loco inserenda.

renovatæ Centuria, qvæ Francofurti A. 1685. prodiit, *Decade XII.*, *p. 1578-1582.*, adjecto scriptorum indice minus accurato, denuo exhibita.

Passim eandem illustrant: 1. Ipsius, Scriptoris περιαυτολόγου, Prolegomena scriptorum suorum, præsertim des Teutschen Parnassi, & der Neuen Musicalischen Catechismus-Andachten; 2. Poetarum plurimorum, partim celebrium, partim mediocrium, partim vero obscurorum atqve ineptorum (qvorum ipse, in eodem *Meditationum Catecheticarum Proœmio*, prolixum A. 1656. contexuit indicem), Carmina in laudem ipsius adoptiva innumera, singulis ferme ejus scriptis præfixa, & Sylloge imprimis talium uberrima, *Parnasso Teutonico*, appendicis instar, sub titulo des Nebenbergleins, A. 1652. adjecta; 3. Candorini, sive Conr. ab Höveln, libelli duo de Ordine Cygnæo Germanici, paulo ante memorati, &, qvæ horum ultimo, sicut & *Sermoni funebri* Hudemanniano, addita sunt, aliorum in obitum nostri Epicedia.

Præter hos, carminibus eum variis celebrarunt Christoph. Bernhardi, Musicus Hamburgensis, im letzten Schwanengesange Joh. Ristii, Hamburgi A. 1667. edito, Andr. Petri, Presbyter in Fionia Ollerupensis, im Elbeschwane, sive Odis ad illum Latinis ac Germanicis ἀνεκδότοις, supra *num. 1451.* memoratis, Georg. Phil. Harsdörferus sub finem *Partis VI.* der Gesprächspiele (ed. Norib. A. 1646.), Frid. Hofmannus, Conrect. Elbing., *in Serie Epigrammatum seriorum, Lusibus subjecta Epigrammaticis, p. 223. 226. 227. 228. edit. primæ Amstelod. A. 1665.*, *& p. 246. 251. 252. 253. edit. Sec. A. 1703. Bremensis*, Christ. Franc. Paulinus, *P. II.* der Poetischen Erstlinge, *p. 75. 76.*, *&* P. III. (Epicedium exhibente) *p. 134. 135.*, Mart. Kempius, cujus tria ad illum Poemata, in der Balthis, oder den Gedichten etlicher am Belthe weidenden Pegnitzschäffer (ed. Bremæ A. 1677.), *P. II.*, *p. 82-93.*, leguntur, ac Justus Siberus in der Poetisirenden Jugend, *Cl. X. p. 443.*, *& Cl. XIII.*, *p. 649-654. 670-675. 680-683. 686-691. 701-704.*

Conferri etiam de illo possunt, præter Autores, in Vita jam allegatos, & Joh. Casp. Wezelii (Hymnos ejus sacros, e Syntagmatis illorum, fuse enumerantis) *Partem II. Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 358-392.*, *Epistolæ Dedicatoriæ*, qvibus Phil. a Zesen *Scalam Heliconis Teutonici*, Amstelod. A. 1643. editam, & Gotfr. Wilh. Sacer Mascaronii letzte Worte des sterbenden Senecæ, e lingva Gallica in Germ. a se translata, Budissæqve A. 1666. impressa, ei inscripserunt, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1667.*, Erdm. Uhsei Leben der Kirchenlehrer des XVI. und XVII. Seculi *p. 893. 894.*, Joh. Balth. Schuppii teutscher Lehrmeister, *in Append. Opp. Germ. p. 180. 181. 193. 194. 195.*, Justi Georg. Schottelii Opus de lingva Germanica vernaculum, *Lib. V.*, *Tr. IV.*, *p. 1176. 1177.*, Georg. Neumarckii Neusprossender Teutscher Palmbaum *p. 467.*, D. G. Morhofii Unterricht von der Teutschen Sprache und *Poesie*, *P. II.*, *c. 9.*, *p. 430.*, *& P. III.*, *c. 3.*, *p. 509.*, Erdm. Neumeisteri *Diss. de Poetis Germanicis p. 86.*, & allerneueste Art zur reinen Poesie zu gelangen, *c. 9.*, *p. 476.*, Christ. Junckeri *Tr. de Diariis eruditorum p. 105. 106. 107.*, Wolfg. Casp. Printzii Historische Beschreibung der Singekunst, *c. 13.*, *p. 166.*, Joh. Christoph. Olearii Entwurf der Lieder-Bibliotheck, *p. 64. 65.*, Georg. Serpilii Zufällige Liedergedancken *p. 66.*, und Fortsetzung derselben *p. 61. 62. 196.*, Conr. ab Höveln Hamburgische Hoheit *p. 10.*, locaqve scriptorum meorum, *num. 33. Vitæ marginali* indicata.

ELOGIA.

Augustus, Dux Brunsvicensis, duobus eum compellavit Tessaradecastichis Germanicis, *in Appendice Parnassi Teutonici adoptiva, p. 858. 859.*, obviis. Posterius adjicio:

Ja freylich sag ich recht, daß du so herlich singest,
Als je ein Meister kan: wie du denn auch, Herr Rist,
Der Teutschen Liederkunst und Singer Meister bist.
Wo ist ein Deutsches Ohr, da du nicht hindurch dringest?
Wo ist ein Christenhertz, dem du nicht Buß außzwingest?
Wie wol mahlstu unß vor des Satans böse List?
Wie herlich führstu aus, daß GOtt barmhertzig ist?
Wie steigstu himmelan, wenn du dich aufwerts schwingest?
Was deine Feder sagt, ist Geist, Verstandt und Witz.
Die Musen, die mit ihm dich Rist zugleich gebohren,
Die sagen, weil du lebst, so stirbet nicht Opitz:
Dein Zwilling ist im Tod' in dir nicht gantz verlohren.
Dis sagt der Musen Chor durch mich dem Vatterland,
Und schreibt das Zeugniß dir durch eines Fürsten Hand.

Joh. Balth. Schuppius, im Teutschen Lehrmeister, in qvo Daphnidem (sive Ristium) secum colloqventem introducit, *p. 193.*, ita de illo: Virgilius ist ein Mann gewesen, wie mein Herr Daphnis, ein Mann, der gute naturalia, gute influenz, gehabt, und die Welt gekandt hat; it. *p. 180.*: Alles, was in gantz Deutschland Verstandt und ein gesundes Judicium hat, wird erkennen, daß ihm GOtt sonderbahre Gaben in der Poesie mitgetheilet habe. Er verdienet den Ruhm und die Ehre, daß er sey ein Fürst unter den Teutschen Poeten. Confer ejusdem unterrichteten Studenten (*in Append. Opp. Germ.*) *p. 247.*, ubi Poeseos Germanicæ studiosos, non Witebergam, sed Wedelam, ad Ristium, *Opitium alterum*, jussit proficisci. Gerh. Meierus, Theol. Brem., *Lib. II. Biblioth. Theol. contractæ*, *c. 10.*, *p. 252.*, sacra ejus Poemata scriptis potioribus accenset Asceticis.

Gotfr. Hegenitius, in Epigrammatis, *Appendici Parnassi Teutonici*, *p. 860. 861.*, insertis, eum, *Polyhistoris ad unguem facti* ornatum titulo, metris hisce compellavit:

Annulus insculptos habeat si forte Poetas,
Qvi patriæ promunt optima metra lyræ,
Gemma tuam referet, Risti, lux enthea vatum,
Effigiem, ut primo sic numerere loco.
Et cur non? qvivis merito tibi porrigit herbam,
Qvi se majorem, qvi putet esse parem.
Unus es in paucis, cui, ne trivialia fundas,
Ipse suam Phœbus donat habere chelyn.

Joh. Mich. Moscheroschius, in Epigr. suo (*ibid. p. 876.*), ita de illo:

Unus, qvi lapsam dicendi restituit rem:
Qvis poterit nostro doctius orbe loqvi?
O pia lingva viri, prisci nova gloria mundi!
Tu Germanorum sola reducis avos.

Justus Georg. Schottelius, in Carmine Heroico (*ibid. p. 862.*), Hymnos ejus sacros appellat *dulce sonantes, doctrina gratos, & pietatis flore refertos*; in Catalogo vero Autorum, Operi de lingva Germanica præfixo, *svaves ac utiles*, & in ipso opere, *Lib. V.*, *Tr. IV.*, *p. 1176. 1177.*, hisce ipsum verbis (a Georg. Neumarckio, im neusprossenden Teutschen Palmbaume, sine ulla mutatione, *p. 467.* descriptis) commendat: der Ristige ist, wegen seiner in Teutscher Sprache, sonderlich in Teutscher Poesie, leichtvernehmlichen lieblichen Schreibart, wolbekandt und berühmt.

Thom. Bartholinus (in Epigrammate Joach. Rachelii *Satyris Germanicis* præfixo) ita de ipso:

Ristius ille potens lingva, cui laurea crevit,
Aonidum titulis fulget ubiqve novis.

Vitus Beringius, in Elegis in Thomæ Kingovii *Chorum sacrum* (*T. II. Delic. Poet. Dan. Frid. Rostgaardi p. 85.*), Hymnos ejus sacros metris extollit seqventibus:

Hactenus altisoni rythmos & carmina Risti,
Et numeros, pietas qvos velit esse suos,
Miramur Dani, & peregrino assvescimus ori,
Et bibimus rivos, Rhene superbe, tuos.

Ol. Borrichius, *in Conspectu Scriptorum Chemicorum*, §. 67., *p. 42.*, *Poetam* eum salutat *facundissimum*, &, in *Dissertt. de Poetis p. 139.* (una cum Joh. Frid. Scharfio, *in Problematis Poeticis p. 16.*, & J. F. Hekelio, *in Tr. de Corona Poetarum p. 62.*), præcipuis Vatibus Germaniæ annumerat vernaculis.

D. Mich. Walthero (in Judicio, ipsius Neuen Musicalischen Catechismus-Andachten A. 1656. præfixo) audit ein hochberühmter, und in der Schule der ungefärbten Gottesfurcht wolerfahrner, Mann.

Georg. Phil. Harsdörfero (in Carmine in lauream ejus Poeticam Latino, *Parti VI.* der Gesprächspiele subjecto) *Theologus devotus, Mathematicus ingeniosus & Philologus eruditus.*

Andr. Tscherningio (in metris, *Theatro* ipsius *Poetico* A. 1646. præfixis) ein Liecht der Zeit, und Sohn der steten Ewigkeit.

Joh. Hudemanno (in Carmine ad illum, *in Append. Parnassi Teutonici p. 872.* obvio) ein Fürst der Teutschen Singer, und unsrer Muttersprach berühmter Wiederbringer, it. ein Mann, davon das Cimberland Ruhm ewig haben kan.

Christoph. Schwanmanno, in Epigr. Latino (*ibid. p. 869.*), *Vates doctissimus, Germanis pollens odis.*

Georg. Neumarckio, in Carm. Germ. (*ib. p. 896.*), ein grosser Fœbus-Sohn, des Schriften lauter himlisch sind.

Sigismundo a Bircken, in Oda ad illum Germanica (*ib. p. 917.*), eine Zier und Preiß der Dichter, Unsrer Sprachverderber Richter, und der reinen Reimen Rächer; it. Süsser Orpheus Teutscher Lieder.

Mich. Kirstenio, in Oda Latina (*ib. p. 890-892.*), *Vates magnus, imo Teutonum maximus, Phœbo dilectus, perqve altum æthera penna nil trepidante volans, & astris caput insinuans.*

Joh. Neucrantzio, in Epigraphe Epigramm. Encomiastici (*ib. p. 882.*), *Ristius* ἐρισὴς ϗ ἔυσης ἄρισος *lingvæ patriæ.*

Georg. Greflingero (*ib. p. 907.*) Ein Fürst der Teutschen Tichter, von allen Musen außgeschmückt.

Philippo a Zesen (*in Ep. dedic. Scalæ Heliconis Teutonici*) *Theologus, Mathematicus, Philologus, ad perennitatem Poeseos Teutonicæ eruendam, fovendam, conservandam, natus, Musarum, inprimis divæ Uraniæ, delectamentum, & Holsatiæ ornamentum.*

Gabr. Claudero (*in Tr. de Tinctura universali c. 3.*) *Theologus Holsatus, ob Hymnos angelicos, variaqve alia scripta curiosa, literato orbi haud incognitus.*

Joh. Christ. Frommanno (*in Tr. de Fascinatione p. 667.*) *illustre Germanici orbis sidus.*

Erasmo Francisci (im Höllischen *Proteo, num. 78., p. 827.*) Ein Mann, der, als ein gelehrter Poet, und zierlicher Redner, durch seine Feder gar berühmt ist worden.

Georg. Casp. Kirchmaiero (*in Ὑποτυπωμένοις decori Oratori sacro observandi, c. 1., §. 3., p. 6.*) Vindicibus Germanæ in loqvendo scribendoqve puritatis videtur annumerandus.

Gregorio Michaelis (*in Notis ad Jac. Gaffarelli Curiositt. Inauditas, P. I., p. 9.*) *Poetarum* audit *ocellus.*

M. Joh. Alb. Prætorio, Antistiti Meldorpiensi, in Epitaphio (qvod H. Wittenius *l. c.* integrum *p. 1581.* exhibet):

- - Astrum orbis eruditi fulgidum,
Minervæ amores, Gratiarum corculum,
Phœbi decus, splendensqve fax Sionia;
Præstantibus qvem Theologis dudum inseruit
Pietas fidesqve, svada & elegantia;
Cui carminis venusta liberalitas
Inter Poetas principem dedit locum;
Peritia qvi consiliiqve magmine,
Non sordidus naturæ & artis arbiter,
Vel Principum merere norat gratiam.

Henn. Wittenio (*in Centuria memor. Theol. renov. p. 1578. 1580. 1581.*) *Theologus, Poeta & Polyhistor inclytus, svavissimus olor & Poeta præstantissimus, qvi tot eruditissimis elegantissimi ingenii monumentis æternitatem nominis dudum promeruit, & tot divini spiritus plenissimas reliqvit cantilenas, qvot nostro ævo alius fere nemo.*

Christ. Franc. Paulino, *P. II.* der Poet. Erstlinge (in der Lobrede der Poesie) *p. 75. 76.*, der edle Rüstige, der zur Teutschen Sprache Glück war vom Himmel selbst erkohren; &, *P. III.* (in Epicedio ei scripto), *p. 134. 135.*, das Hertz der Teutschen Loorbeerhelden, das Fama täglich an den Sternen-Ercker schrieb, Sions Flamme, und der Zierraht unsrer Zeit.

Joh. Georg. Eccardo (*in Historia studii Etymologici L. Germ., c. 12., p. 119.*) *Vir magnæ apud nos famæ.*

Georg. Henr. Götzio (*in Diss. de odio Pontificiorum in Hymnos Lutheranos p. 31.*) *Poeta multo clarissimus.*

Mich. Schirmero (*in præfat. versionis Æneidos Virgilii Germanico-metricæ*) der überirdische Gesangtichter.

Justo Sibero, in carmine Encomiastico (*Classe XIV.* der Poetisirenden Jugend, *p. 670. & seqq.*) der hochgelahrten Wunder, der Tichter Jupiter, der Poesie Zunder, der Wissenschaften Liecht, &c.

Frid. Hofmanno (*in Append. Lusuum Epigrammaticorum p. 251. 252.*) *Præcellens Jovæ Phœbiqve sacerdos, & Rex Poetarum Teutonicorum.*

Christ. Feustelio (*in Sched. de Vitis Erud. Germ. p. 127.*) *Maro Christianus.*

(Plura hujusmodi Encomia hyperbolica, qvorum haud exiguus superest numerus, addere supersedeo.)

CENSURÆ.

Christ. Hofmannus, *in præfat.* der Heldenbriefe, de illo ac Paulo Flemmingio hoc fert judicium, sie haben sich, in ihren Versen, ihrer Mundart nicht gäntzlich entbrechen können.

D. G. Morhofius, *P. II.* des Unterrichts von der Teutschen Sprache und Poesie, *c. 9., p. 430.*, ita de illo: Herr Rist hat eine flüssige Art Lieder zu schreiben gehabt, dessen letzte Schriften sehr von den ersten verschieden seyn. Dann seine Musa Teutonica, die er A. 1640. herausgegeben, lauft sehr wieder die Regeln der Kunst; it. *P. III., c. 3., p. 509.*: In seiner Musa Teutonica setzt er, fast in allen Carminibus, andern Verbis das Wort thun hinzu; nec non *in Prælectionibus Polyhistoricis MSS., c. 9.*: *Ristius in Alexandrino genere est insvavis & verbosus, in Odis numerosus & facilis, sed tavtologiis, & nescio qvibus formularum qvotidianarum emblematibus, molestus, ne dicam de idiotismis patriis, in ejus carmine occurrentibus.*

Gotfr. Arnoldus, *T. II. Hist. Eccl., Lib. XVI., c. 11., p. 131.*, hanc de Hymnis ejus tulit censuram: Seine Geistliche Lieder sind etwas gezwungen, und nicht so kräftig, wie Joh. Franckens, Paul Gerhards, Joh. Hermanns, &c.

Erdm. Neumeisterus, *in Diss. de Poetis Germanicis p. 86.*, hæc de illo habet: *De hoc viro tanto minus verborum sumus facturi, qvanto majoribus pluribusqve hunc elogiis, nescio qvo jure, qvave injuria, pleriqve omnes ornarunt, an onerarunt? Cumqve multum ipsi a multis deferatur, tum vero, si recte omnia pensites, longe rem aliter se habere manifesto deprehendes, qvando neqve dictionis castitas, neqve structuræ concinnitas, neqve ipsi postremo spiritus ac nervi, usqveqvaqve numeros implent, etiam in Odis sacris, qvas tamen vulgo ad coelum laudibus extollunt: nobis vero constat exploratumqve est, optimas qvasqve Patrum Ecclesiæ veteris, atqve in his maxime D. Augustini, meditationibus vitam spiritumqve debere.* Gemina his sunt, qvæ, in der allerneuesten Art zur reinen und galanten Poesie zu gelangen, *c. 9., p. 476.*, monuit: Man machet sonst einen grossen Staat von Joh. Risten. Allein mein Judicium, ohne jemanden zum Præjudiz, von ihm zu geben, so finde ich in dem zehnden Gesange kaum ein bißgen Saft und Kraft, welches ein andächtiges Hertze recht vergnügen könne. Wie konte es aber auch anders kommen? Indem er den Buchführern alle Lieder, und derer gantze Lasten voll, umbs Geld außfertigte. Gleichwol waren sie in grosser Æstime; das machte, er hatte einen Mantel umb, welcher opinio heisset.

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

(Horum Catalogos, sed nec plenos, nec accuratos, jam olim Henn. Wittenius, *in Centuria memor. Theol. renov, p. 1581. 1582.*, J. G. Schottelius, *in Opere de lingva Germanica, Lib. V., Tr. IV., p. 1176. 1177.*, & Georg. Neumarckius, huic suum debens, im Neusprossenden Teutschen Palmbaume, *p. 467.*, exhibuerunt.)

Musa Teutonica, oder Teutscher Poetischer Miscellaneen Erster Theil, darinn begriffen allerhand Oden, Epigrammata, Sonnetten, Elegien, Epitaphia, Lob- Traur- und Klagegedichte. Mit einer Vorrede von der Teutschen Poesie. Hamburgi 1634. 1637. & 1640. in 8. D. G. Morhofii de illa Censuras paulo ante recitavimus.

Perseus, eine neue Tragœdie, welche, in Beschreibung theils wahrhaftiger Geschichte, theils lustiger Gedichte, einen Sonnenklaren Welt- und Hof-Spiegel darstellet. Hamb. 1635. in 8. Editam hanc esse, qvam non vidi, præter Schottelium & Neumarckium *ll. cc.*, *Catalogi nundinarum A. 1635. autummalium p. 16.*, & *Bahnsianus p. 53.*, testantur. Promissam tamen A. 1637. adhuc ab Autore esse video, im Poetischen Lustgarten, *lit. O. 2. a.*

Capitain Spavento, oder Rodomontades Espannoles; das ist: Spanische Aufschneidereyen, auß dem Frantzösischen in deutsche Verse gebracht. Hamb. 1635. & 1640. in 8.

Poetischer Lustgarten; das ist: Allerhand anmuhtige Gedichte, auch wahrhaftige Geschichte, auß alten und neuen Geschichtschreibern außgelesen, und, benebenst mancherley Elegien, Sonnetten, Epigrammaten, Oden, Grabschriften, Hochzeit- Lob- Traur- und Klage-Gedichten, auch einem Anhange geistlicher Lieder, außgegeben. Hamb. 1637. in 8. Præmissa est præfatio prolixa de Poesi Teutonica, carminibus Eroticis, nominibus Deorum Gentilium e Poesi eliminandis, & argum. similibus.

Philosophischer Phoenix; das ist: Kurtze, jedoch gründliche und Sonnenklare, Entdeckung der wahren und eigentlichen Materie des alleredelsten Steines der Weisen. Præfixis literis nominis Autoris sui initialibus J. R. H. prodiit Hamburgi A. 1638. in 12., sub integro autem illius nomine, samt einem Außzuge auß seiner alleredelsten Thorheit der Welt von gleicher Materie, Dantisci A. 1682. in 8. De hoc ita Ol. Borrichius, *in Conspectu Scriptorum Chemicorum*, *§. 67.*, *p. 42.*: *Joh. Ristii Phoenix Philosophicus magis adeo concinnatus videtur propitiando facundissimi Poetæ genio, qvam investigandæ artis hujus sinceritati; ita, qvæ de cucurbita ex osse balænario confecta, & succo cancrorum, scobe chalybea & silicibus imbuta, commentatur, ad captandum e sublimi spiritum universalem, olent svavem ad irridendos stolidos fabellam.* Confer de eodem Jac. Thomasii, Autorem, sibi ignotum, Chymicis fabulæ de Phœnice, aliarumqve Poeticarum, accensentis interpretibus, *Diss. IX. Stoicam de Phœnice*, *§. 228.*, *p. 130.*, & Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 11.*, *p. 462.*

Rettung des Philosophischen Phœnix: Qvæ e solis Schottelii & Neumarckii scriptorum Ristianorum indicibus mihi innotuit.

Kriegs- und Friedensspiegel; das ist: Christliche, Teutsche und wolgemeinte Erinnerung an alle Kriegs- und Friedensliebende Leute, insonderheit sein vielgeliebtes Vatterland Holstein, worinn die abscheulichen Greuel des blutigen Krieges, und mannigfaltige Süßigkeiten des güldenen Friedens, poetisch werden beschrieben. Samt Vorrede und Anmerckungen. Hamb. 1640. in 4.

Lob- Traur- und Klagegedicht über das frühzeitige, doch selige, Absterben Mart. Opitii, Königl. Polnischen Rahts und Secretarii, des fürnehmsten unter den Poeten dieser Zeiten, und eines in allen Wissenschaften und Künsten hocherfahrnen Manns. Mit Anmerckungen. Hamb. 1640. in 4.

Himlischer Lieder erstes Zehn, mit anmuthigen Melodeien Joh. Schoopen, Hamburgischen Musici. Lüneburgi 1641. in 8. Anderes, drittes, vierdtes und fünftes Zehn, ibid. 1642. in 8. Junctim qvinqve istæ Hymnorum cœlestium Decades (sub titulo: Neue Himlische, in fünf Classen, 1. der Fest- und Passions-Lieder, 2. der Danckgesänge der Heiligen A. und N. Testaments, 3. der Betrachtungs-, 4. der Bet-, und 5. der Lob- Morgens- Abends- Tisch- und Reise-Lieder, eingetheilte Lieder), auctiores, & meliori ordine dispositæ, sunt recusæ Lüneburgi A. 1644. 1652. & 1658. *in 8.*, &, una cum M. Tob. Petermanni, Rectoris in Misnia Pirnensis, Metaphrasi illorum Latinorythmica (sub titulo des Ersten Theils der geistlichen Poetischen Schriften Joh. Ristens, mit M. Tob. Petermanns Lateinischer Uebersetzung, und Joh. Schoopens Melodeyen), ibidem A. 1657. & 1685. in 24. Danicam eorundem Versionem metricam ἀνέκδοτον reliqvit Severinus Terkelsen, Exactor vectigalis Glückstadiensis regius, teste Pet. Syvio in Betenckninger om det Cimbrische Sprog, *p. 141.*

Neuer Himlischer Lieder sonderbahres Buch, begreiffend 1. Klag- und Lob-, 2. Buß- und Danck-, 3. sonderbahre, 4. Sterbens- und Gerichts-, und 5. Himmels- und Höllen-Lieder, in fünf Theilen, mit Thomæ Sellii, Hamburgischen Cantoris, melodeyen. Lüneburgi A. 1651. (*&, juxta Wittenium, 1653,* etiam) in 8. Denuo prodiit, cum M. Tob. Petermanni metaphrasi Latino-rythmica (sub titulo des Andern Theils der geistlichen Poetischen Schriften Joh. Ristii, mit M. T. Pet. Lateinischer Uebersetzung), ibid. A. 1658. & 1685. *in 24.* De Severini Terkelsen versione illius Danico-Metrica inedita V. Pet. Syvium *l. c.*

Hymnum nostri de Inferno (O Ewigkeit du Donnerwort, &c.) M. Joh. Henr. Kindervaterus, Pastor, Northusanus, 24. explicavit Meditationibus, sub titulo eines Spiegels der verdammten Ewigkeit. Jenæ A. 1722. *in 8.* excusis. V. die fortgesetzte Samlung von *Theol.* Sachen, *Sect. 5. A. 1722.*, *p. 810.*

Triumpflied, alß Christianus IV., König in Dennemarck, zu Glückstatt, A. 1641. anlangete, auf Christiani, Grafen von Ranzou, Befehl aufgesetzt. Hamb. 1641. in 4. Denuo A. 1646. prodiit im Poetischen Schauplatze, *p. 1-6.*

Baptistæ Armati (*qvæ larva Joh. Ristii nomen occultat*), Vatis Thalosi (per ἀνάγραμμα *Holsati*), Rettung der edlen Deutschen Sprache, wieder derselben muhtwillige Verderber, und alamodisirende Aufschneider, in unterschiedlichen Briefen vor Augen gestellet. Hamb. 1642. in 8. Nostro, qvi, eam a se in der Schäfferey Dewel (i. e. Wedel), am edlen Lebestrom (i. e. dem Elbestrom), scriptam esse, *sub finem Epistolæ dedicatoriæ*, perhibet, merito vindicata est a Schottelio & Neumarckio, in scriptorum ejus Catalogis, Vinc. Placcio *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 78.*, T. Crenio *P. V. Animadv. Philol. & Histor.*, *c. 3.*, *p. 183.*, & J. G. Eccardo *in Historia studii Etymol. L. Germ.*, *c. 12.*, *p. 120.*

Daphnis auß Cimbrien (i. e. Ristii) Besungene Galatee, mit Melodeyen. Hamb. A. 1642. & (*juxta Catalogos nundinales*) 1644. ac 1647. in 8.; it. mit der Mittelstimme außgefertigt von Joh. Andr. Herbsten Francofurti A. 1653. & 1657. in 12. (*juxta Beughemii Bibliogr. Mathem. p. 333.*, *& Catal. A. 1657. nundinalem*); it. (sub titulo: *Daphnis aus Cimbrien* Hirtenlieder an die Schäfferinn *Galatee*), zu vier Stimmen aufgesetzt durch Casp. Dietbold von Zürich, Schafshusiæ (qvam, in titulo haud expressam, *Catalogus nundinalis* detexit) A. 1656. in 8. Præfixa est Theobaldi Grummeri præfatio, Lüneburgi A. 1642. exarata. An Severini Terkelsen Versio illius Danica, ab ipso Ristio Oda peculiari (*in Parnasso Teutonico p. 560-563.*) commendata, prodierit, ignoro.

Lobrede und Poetische Gedancken, über das Beylager Friderici III., Königs in Dennemarck; Hamb. 1643. in 4.

Lob- und Trostrede über den Todt Diet. Niebauers, J. U. L. und Hamburgischen Rahtsherrn. Hamb. 1643. in 4. Recusa A. 1710. in Joh. Alb. Fabricii *Parte I. Memoriarum Hamburgensium, p. 497-512.*

Starcker Schild GOttes, wieder die giftige Mordpfeile falscher und verleumbderischer Zungen; das ist: Kräftiger Hertzenstrost vor alle fromme Christen, welche unschuldiger weise von bösen Lügnern geschmähet, und von mißgünstigen Lästerern geneidet werden. Hamb. A. 1644., & Wedeliæ, uti titulus fingit (adjectis Joh. Arndii, & aliorum, opusculis ejusdem argumenti Germanicis), A. 1690. in 8.

Friedliebs von Sanftleben Holsteinisches Klag- und Jammerlied, an Georg. Phil. Harsdörfern, in 100. Sätzen. A. 1645. in 4. Poemation de calamitatibus patriæ bellicis ψευδώνυμον, cujus ipse (*in Notis* der Friedensposaune adjectis, *lit. C. 3. a.*, & im Teutschen Parnasso *p. 606.*), Autorem se est professus. Confer Schottelii & Neumarckii Catalogus scriptorum illius, *P. Imam Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 8.*, *§. 8.*, *p. 147. 148.*, istamqve secutum Placcium, *l. c.*, *T. II.*, *p. 556.*

Friedensposaune, mit welcher, nach wiedererlangtem Landfrieden, die Holsteinische Fürstenthümer zur schuldigen Danckbahrkeit gegen GOtt aufgemuntert werden: Mit Anmerckungen. Hamb. 1646. in 4. Recusa A. 1652., im Teutschen Parnasso, *p. 582-617.*

Poetischer Schauplatz, auf welchem allerhand Wahren, gute und böse, kleine und grosse, Freude und Leid zeugende, zu finden. Hamb. 1646. in 8. Præfixa sunt Prolegomena de qvinqve Poetarum Germanicorum classibus, e qvibus sola postrema laudanda.

Lobrede an Christian, Grafen von Ranzou, wegen seiner neulichen Kriegshändel. A. 1646. in 4.

Friedwünschendes Teutschland, in einem Schauspiele vorgestellet durch ein Glied der fruchtbringenden Gesellschafft (i. e. Ristium). Hamb. A. 1647. & 1673. in 8., Coloniæ 1649. in 12., & (*juxta Wittenium*) Noribergæ 1653. in 8.

Friedjauchzendes Teutschland, in einem Schauspiele, theils in gebundener, theils in ungebundener Rede, vorgestellet: Mit Melodeyen Mich. Jacobi, Lüneburgischen Cantoris. Norib. 1653. in 8.

Der zu seinem allerheiligsten Leiden und Sterben hingeführte, und ans Kreutz geheftete, JEsus Christus, in wahren Glauben und hertzlicher Andacht besungen: Mit Henr. Papen, Altonaischen Organisten, Melodeyen. Hamb. 1648. in 12. Aufs neue übersehen und verbessert, auch von M. Tob. Petermanno in Lateinische Reimen übersetzet. Hamb. 1655. in 12. Petermanni Metaphrasis Latina sola etiam (sub titulo *Christi JEsu ad passionem deducti, cruciqve tandem sanctissimæ affixi, a Ristio Germanis Germanice, nunc vero Latinis Latine, decantati*) Dresdæ A. 1652. *in 12.*, sicut & Danica Severini Terkelsen (sub tit. Joh. Ristens Paßionsviser) Hafniæ A. 1661. *in 12.*, prodiit.

Holstein vergiß es nicht; das ist: Kurtze, doch eigentliche Beschreibung des erschrecklichen Ungewitters, Erdbebens, und überauß grossen Sturmwindes, der, in der Fastnacht A. 1648., an vielen Orten in Holstein, sonderlich am Elbstrome, erschrecklich gewütet, in gebundener Rede verfasset, und mit Anmerckungen außgegeben. Hamb. 1648. in 4. Scripta est jussu Friderici III., Regis Danici, & non Joh. Hudemanni solum (hoc testantis), G. P. Harsdörferi, aliorumqve, carminibus præfixis, sed duobus etiam Augusti, Ducis Brunsvicensis (a qvo ein schönes Bußgedicht vocatur), tessaradecastichis commendata Germanicis, *in Parnassi Teutonici Appendice, p. 858. 859. 860.*, obviis.

Der Adeliche Haußvatter, von Torqvato Tasso, in Welscher Sprache, beschrieben, nachmahls durch Joh. Baudoin ins Frantzösische übersetzet, und nunmehr verdeutschet, in gewisse Abtheilungen verfaßt, und mit nützlichen Erläuterungen vermehret. Lüneburgi 1650. in 12. Aug. Buchneri in hanc versionem Epigramma *in Poematis* ejus *Latinis, p. 500. 501.*, legitur.

Gedächtnißseule Nicolao Jarren, J. U. L., als er zum Bürgermeistern, und Jürgen Möllern und Lucæ von Spreckelsen, als sie zu Rahtsherren in Hamburg, d. 21. Febr. A. 1650., angenommen worden, aufgerichtet: Mit Anmerckungen. Hamb. 1650. in 4. Recusa A. 1652. im Teutschen Parnasso, *p. 298-331.*

Sabbathische Seelenlust, oder Lehr- Trost- Vermahnungs- und Warnungsreiche Lieder, über alle Sontägliche Evangelia des gantzen Jahres, mit Thomæ Sellii Melodeyen. Lüneburgi A. 1651. & (*juxta Catal. nundin. ac Wittenium*) 1653. in 8., it. Germanice pariter atqve Latine, adjecta M. Tob. Petermanni Metaphrasi Latinorythmica (sub titulo des dritten Theils der Geistlichen Poetischen Schriften Joh. Ristii), Lüneburgi 1659. in 24. Versionem ejus Danico-metricam ἀνέκδοτον reliqvit Severinus Terkelsen, teste Pet. Syvio, *in Meditationibus de lingva Cimbrica Danicis p. 141.* Judiciis αὐτόγραφοις, illi præfixis, eam commendarunt Mich. Waltherus, Steph. Klotzius, Meno Hannekenius, Pet. Rehbinderus, Seb. Gotfr. Starckius, Alb. Kirchovius, Jac. Stolterfohtius & Dan. Wülferus, Theologi, metricis autem Joh. Wilh. Baro a Stubenberg, G. P. Harsdörferus, Mich. Kirstenius, & alii.

Des edlen Daphnis auß Cimbrien (*i. e. Ristii*) Besungene Florabella, oder 50. weltliche Lieder, von Pet. Meiern, Hamburgischen Musico, außgegeben, und mit neuen Melodeyen außgezieret. Hamb. 1651. & 1656. in 8.; it. mit unterschiedlichen Stückgen vermehret. Hamb. 1666. & 1677. in 8. Odas hasce eroticas, maximam partem e lingvis Gallica, Italica & Hispanica, in Germanicam transfusas, inscio nec præmonito Autore, qvod nonnullæ illarum, sparsim excusæ, a plagiariis sibi vindicarentur, ac proinde omnes junctim uno publicandæ viderentur volumine, a se esse editas, Meierus, *in Ep. dedic.* ad Eberh. & Vinc. Molleros, Ristii amicos, testatur.

Neuer Teutscher Parnaß, auf welchem befindlich Ehr- und Lehr-, Schertz- und Schmertz-, Leid- und Freuden-Gewächse, zu unterschiedlichen Zeiten gepflantzet, nun aber gesamlet, und in die offenbahre Welt außgestreuet: Samt einem Nebenberglein, auf welchem befindlich fürnehmer Herren, und wolvertrauter Freunde, an den Rüstigen überschickte Ehrengedichte. Lüneburgi A. 1652. & (*juxta Wittenium, Catalogosqve nundinalem, & Resenianum*) Hafniæ 1668. in 12. Scripti hujus, a colle Schuloviensi, Wedeliæ vicino, Parnassiqve sui nomine a nostro donato, qvod pleraqve ejus carmina in hoc essent scripta, sic appellati, Pars secunda in Prolegomenis promittitur.

Allerunterthänigste Lobrede an Keyser Ferdinandum III., als er ihn, durch Hermann, Grafen von Tschernin, mit Adelichen Wapen und Freyheiten, und dem Loorbeerkrantze, begabet hatte. Hamb. 1653. in 4.

Lobrede an Christian Ludwig, Hertzogen zu Mecklenburg. Hamb. 1653. in fol. (*Catal.*)

Frommer und Gottseliger Christen Alltägliche Hauß-Musick, oder Musicalische Andachten, bestehend in neuen geistlichen Liedern; mit Joh. Schoopen Melodeyen. Lüneb. 1654. in 8. De Severini Terkelsen Versione ejus Danico-metrica ἀνεκδότῳ V. Pet. Syvii *Meditt. de lingva Cimbr. Danicas p. 141.*

Neue Musicalische Festandachten, bestehend in Lehr- Trost- Vermahnungs- und Warnungsreichen Liedern, über alle Evangelia und sonderbahre Texte, welche jährlich, an hohen und gemeinen Fest- Apostel- und andern Feyertagen, werden erkläret, mit Melodeyen Thomæ Sellii. Luneb. 1655. & (*juxta alios*) 1685. in 8.

Neue Musicalische Catechismus-Andachten, bestehend in Lehr- Trost- Vermahnungs- und Warnungsreichen Liedern, über den gantzen H. Catechismum, samt 12. erbaulichen Gesangen über die Haußtafel: Mit Melodeyen Andr. Hammerschmids, Zittauischen Organisten. Lüneb. 1656. & (*juxta alios*) 1686. in 8., nec non (*si Catalogo cuidam credendum*)

Hafniæ 1666. in 12. Præfixa sunt, præter Ristii præfationem de Scriptis suis, illorumqve Encomiastis, prolixam, Judicia honorifica Mich. Waltheri, Jac. Welleri, Joh. Reinbohtii, Pet. Rehbinderi, Joh. Corfinii & Gerh. Gravii, Theologorum, nec non G. P. Harsdörferi, Dan. Wulferi, Andr. Tscherningii, aliorumqve, partim epistolica, partim vero metrica.

Der verschmähten Eitelkeit, und erlangten Ewigkeit, Erster Theil, in XXIV. erbaulichen Seelengesprächen, und eben so vielen, von Henr. Scheidemann, Hamburgischem Musico, in Melodeyen gesetzten, Geistlichen Liedern, verfasset. Luneb. 1658. in 12. Ander Theil derselben, in 24. Seelengesprächen, und eben so viel lehrreichen Liedern, bestehend. Francof. 1668. in 12. A Joh. Balth. Schuppio, sub initium des Teutschen Lehrmeisters (*in Append. Opp. Germ. p. 180.*), vocantur schöne und Geistreiche Meditationes, die ihn über alle Maaß wol contentiret haben.

Willkommrede an Christian, Grafen von Ranzou, als er von der Gesandschaft nach dem Keyserlichem Wahltage zu Francfurt war zurückgekommen. Hamb. 1658. in fol.

Neue Musicalische Kreutz-Trost-Lob-und Danckschule, worinn befindlich neue Lehr-und Trostreiche Lieder, in mancherley Kreutz und Trübsaal hochnützlich zu gebrauchen; mit Mich. Jacobi, Lüneburgischen Cantoris, Melodeyen. Luneb. 1659. & (*juxta alios*) 1685. in 8.

Neues Musicalisches Seelenparadeiß, begreifend die vornehmsten Sprüche Heiliger Schrift Altes Testamentes, in Lehr- und Trostreichen Liedern und Hertzensandachten richtig erklaret und abgefasset: Samt einem Vorberichte von den eigentlichen Uhrsachen des heutigen falschen Christenthums, und gottlosen Lebens der so genandten Christen. Luneb. 1660. in 8.

Neues Musicalisches Seelenparadeiß, begreiffend die fürtreflichsten Sprüche der H. Schrift Neues Testaments, in Lehr- und Trostreichen Liedern und Hertzensandachten richtig erklaret und abgefasset: Mit Melodeyen Christ. Floren, Luneburgischen Organisten. Luneb. 1662. & (*juxta alios*) 1685. in 8.

Dennemarck ein Erbkönigreich, an König Friderich den dritten. Luneb. 1660. in fol.

Des Rüstigen (i. e. Joh. Ristii) anmuhtige und erbauliche Monatsgespräche, durchs gantze Jahr. Horum sex priora ipsi debentur Ristio, nempe:

Das alleredelste Naß der gantzen Welt, oder Jenner-Unterredung. Francofurti A. 1663. & 1674. in 12.
Das alleredelste Leben der gantzen Welt, oder Hornungs-Unterredung. Francof. 1663. in 12.
Die alleredelste Thorheit der gantzen Welt, oder Mertz-Unterredung. Ibid. 1664. in 12.
Die alleredelste Belustigung Kunst-und Tugendliebender Gemühter, oder Aprill-Unterredung. Ibid. 1666. in 12.
Die alleredelste Erfindung der gantzen Welt, oder May-Unterredung. Francof. 1667. in 12.
Die alleredelste Zeitverkürtzung der gantzen Welt, oder Brachmonahts-Unterredung. Francof. 1668. in 12.

Sex posteriora Colloqvia, Ristio telam coeptam, ob infirmitatem, labores alios, & mortem deniqve, cui A. 1667. succubuit, pertexere non valente, ab Erasmo Francisci, Lubecensi, V. C. (*quem supra p. 178. sqq. celebravimus*), methodum secuto Ristianam, præcedentibus sunt adjecta, & his gaudent titulis:

Die alleredelste Rache der alleredelsten Gemühter, oder Heumonats-Unterredung. Francof. 1668. in 12.
Die alleredelste List der gantzen Welt, oder August-Unterredung. Ibid. 1669. in 12.
Die alleredelste Kunst der gantzen Welt, oder Herbstmonats-Unterredung. Ib. 1670. in 12.
Das alleredelste Unglück der gantzen Welt, oder Weinmonats-Unterredung. Ib. 1670. in 12.
Das alleredelste Pferd der gantzen Welt, oder Wintermonats-Unterredung. Ib. 1670. in 12.
Die alleredelste Veränderung der gantzen Welt, oder Christmonats-Unterredung. Ib. 1671. in 12. Omnia junctim Augustæ Vindelicorum A. 1703. *in 12.* sunt recusa, sub titulo: Joh. Risten und Er. Francisci Curieuses Recreations-Jahr, wie dasselbe mit den erbaulichsten Discursen von den schönsten Erfindungen, und nützlichsten Wissenschaften, höchstergötzlich zuzubringen. In hisce Dialogis, Ristius pariter atqve Er. Francisci, in naturam initio qvorundam florum herbarumqve inqvirunt, ac deinceps argumentum aliqvod sermonis, fictis colloqventium nominibus, in utramqve partem discutiunt. Sic e. g., in Dialogo primo, cuinam liqvori, Vinone, an lacti, an aqvæ, an vero atramento, palma debeatur, disceptari, & ultimo illam deferri, observabis. V. Christ. Junckeri, fusius de illis differentis, *Schediasma de Ephemeridibus eruditorum p. 105. 106. 107.*, & de solis Franciscianis ipsius Er. Francisci Verzeichniß seiner Schriften *p. 11. 12.* Admodum jucundos lectu eos esse censet Christ. Thomasius in der weiteren Erläuterung wieder Tenzelium, *c. 2.*, *p. 86.*, Junckerus autem, *l. c. p. 105.*, *ob laborem jucundum pariter, nec minus utilem*, commendat, & simul *p. 107.* Autoris *Observationis VI. Anni VI. Decuriæ II. Miscell. Acad. Nat. Cur. Germ.* censuram (*p. 21.* obviam) de Chiromantiæ defensione, a Ristio (*M. Mart. p. 114.*) frustra suscepta, recitat.

Die Keyser Juliani; das ist: Eine anmuhtige Satyra oder Schimpfgedicht des abtrünnigen Keysers Juliani, in welcher eine Vergleichung beynahe aller Römischen Keyser, so vor ihm regieret, wird angestellet, und von derselben Leben und Wandel ein vernünftiges Urtheil gefasset, auß dem Griechischen verdeutschet, und mit nützlichen Anmerckungen erklaret, durch einen Liebhaber guter Wissenschaften und Sprachen. Hamb. 1663. in 12. Versionis hujus Satyræ Juliani in Cæsares ἀδεσπότῳ, Vinc. Mollero, Consil. & Legato Svecico, amico Ristii intimo, inscriptæ, Autorem esse ipsum Ristium, *Catalogus nund. Lipsf. A. 1663. autumnalium, p. 22.*, testatur, & Joh. Naumannus, Bibliopola Hamb., cujus sumptu excusa est, mihi confirmavit.

Neue hochheilige Passions-Andachten, in Lehr-und Trostreichen Liedern verfasset, mit Mart. Coleri, Fürstl. Wolfenbüttelschen Musici, Singeweisen: Samt einem Vorberichte von den Uhrsachen des heutigen falschen heuchlerischen Christenthums. Hamb. 1664. & (*juxta Catal. Elzevir.*) 1674. in 8.

Jesusgebetlein über alle Sontags-und Fest-Evangelia. Hamb. 1664. in 12.

Blutige Thränen über den Todt Caroli I., Königs in Engelland, qvarum in Schottelii & Neumarckii Catalogis scriptorum ipsius occurrit mentio.

Epistola Germanica ad Joach. Burmeisterum d. 13. Oct. A. 1663. scripta, in qva de Christiani Ludovici, Ducis Megapol., ad Pontificios apostasia differit, seqve nullam ei sermonibus suis occasionem dedisse protestatur; edita a Val. Ern. Löschero, in den Unschuld. Theol. Nachrichten A. 1708., *Sect. 7.*, *p. 404-407.*

INEDITA ET PROMISSA.

Sicilimenta sacra, seu Carmina & Epigrammata Latina, varias preces & meditationes sacras, Patrumqve sententias, continentia, qvæ ἀνέκδοτα asservari a se, *in præfat.* des Poetischen Schauplatzes, A. 1646. jam est testatus.

Volumen Poematum Germanicorum, qvod Svecos milites, in bello Cimbrico, A. 1643. & sq. gesto, in usum bombardarum suarum absumpsisse, in eadem *præfat.* conqveritur.

Pars II. des Teutschen Parnassi, in prima e, A. 1652. editæ, promissa Prolegomenis.

Deutsche Dichtkunst, qvam, *in præfat.* des Poetischen Lustgartens, A. 1637. est pollicitus, & expectari qvoqve ab illo jussit Phil. a Zesen, im Eingange des Teutschen Helicons, *lit. C. 6. b.*

Tragoediæ IX. Germanicæ, im Poetischen Lustgarten, *lit. O. 2. a.*, promissæ: 1. Polymachia, 2. Irenochorus, 3. Berosiana, 4. Begamina, 5. Herodes, 6. Wallensteinius, 7. Gustavus, 8. Gviscardus, 9. Perseus. De qvarum ultima, qvæ in scriptorum editorum monita sunt Catalogo, possunt relegi.

Tractatus von der Gartenlust, qvem A. 1648., *in Epist. dedic.* Poematis de tempestate Holsatica vernaculi (Holstein vergiß es nicht), & A. 1652., *in Parnasso Teutonico p. 84.*, a se jussit expectari. Nicol. Peuceri Tessaradecastichon in illum Germanicum, in *Parnassi* ejusdem *Appendice, p. 901. 902.*, legitur.

FALSO EI ATTRIBUTA.

Schediasmata & Poematia nonnulla, bello Dano-Svedico, A. 1643. & 1644. gesto, Cimbriam affligente, sub ejus publicata nomine, qvæ sua non esse, *in Parnasso Teutonico*, & qvidem in *notis* der Friedensposaune adjectis, *p. 606. 607.*, est protestatus.

Ritterschaft des H. Röm. Reiches im Untern Elsaß. Noribergæ 1653. in 4.

Ritterschaft der sechs Orten in Francken. Norib. 1659. in 4. Scripta duo *adiemsa*, *in Catalogo Elzeviriano*, aliisqve librariis Alphabeticis, Ristii monumentis, ordine Alphabeti sic exigente, immediate subjuncta, qvæ Henn. Wittenius, incautus horum lector atqve exscriptor, Ristiana itidem esse credens, in suos librorum nostri indices, tam *in Centuria memor. Theol. renov. p. 1582.*, qvam *Tomo I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1667.*, *lit. zzz. 3. a.*, perperam retulit.

Depositions-Büchlein Joh. Risten, mit Joh. Lud. Vietors neuaufgesetztem Format-Büchlein. Francofurti A. 1679. *in 8.* prodiisse, *in Catalogo nundinarum anni istius vernalium Lipsiensi*, *p. 28.*, perhibetur. Qvalis hic sit libellus, an nostro debeatur, & an revera prodierit, ignorare me fateor.

JOHANNES CASPARUS RISTIUS, Wedelia Pinnebergicus, Johannis (*modo laudati*) ex Elisab. Stapelia filius, & in Vici ad Albim natalis Pastoratu, ab A. 1667., successor, A. 1693. superstes.

Todtenfackel, bey dem Grabe Gregorii Krögers, Königl. Dänischen Rahtes, und Amptmanns der Graffschaft Pinneberg, d. 25. Dec. A. 1683. aufgestecket, oder Leichabdanckung über denselben. Altonaviæ 1683. in 4.

JOHANNES ALBERTUS RITSCHER, Hamburgensis, J. U. Lic. & Judicii in patria superioris Procurator sive Advocatus ordinarius, circa A. 1704.

Disp. Inaug. de Mensura Poenarum, magnitudini delictorum respondente, Præside D. Joh. Hermanno a Sode. Erfurti 1693. in 4.

ANDREAS RITTERUS, Lubecensis, Georgii, Pastoris Petrini, e Sophia, Joh. Nicolai, Antecessoris, gnata, filius, M. Oct. A. 1681. in lucem editus, e schola patria A. 1699. in Academiam migravit Lipsiensem, & illic, Thomæ Ittigii, Theologi celeberrimi, usus convictu, Magistri titulum d. 27. Jan. A. 1701. obtinuit, publiceqve, seqventi 1702., d. 31. Oct., *de Reformatione ante Lutherum frustra tentata, peroravit.* A. 1703. in patriam, & inde mox Gryphiswaldiam, profectus, studiis sacris, Joh. Frid. Mayeri ductu, continuatis, locum inter Ordinis Assessores Philosophici A. 1705. istic promeruit, ac Theologiæ Baccalaureus A. 1706., Licentiatus autem & Doctor (post habitas prælectiones *in 2 Tim. III. 1-9.* cursorias, ac *Disp. Inauguralem*) d. 2. Maji A. 1707., est renunciatus. Eodem A. 1707. Insulæ vicinæ Rugianæ Præpositus, & oppidi in ea Bergensis Pastor, constitutus, Catharinam, filiam D. Balth. Bebelii, Theologi Argentinensis & Witebergensis, Mayeriqve (a qvo Bebelii soceri *Collegium Antisyncretisticum* A. 1709. ei est inscriptum) domesticam, conjugem elegit.

Plura de vita ejus suggerent bina Mayeri *Programmata, lectionibus cursoriis* & *Disputationi inaugurali* Gryphiswaldiæ A. 1706. præmissa, *Nova Literaria Lubecensia, M. Oct. A. 1706., p. 307. 308., M. Jan. A. 1707., p. 8. 9. 10., Menseqve Julio ejusd. p. 201. 204., Nova Literaria Germanica A. 1703., M. Febr. p. 60., & M. Jun. p. 217.*, ac Joh. Henr. a Seelen *Athenæ Lubecenses, P. II., p. 226-229.*

SCRIPTA.

Disp. de Juramentis, qvæ falso habentur non obligantia. Lipsiæ 1701. in 4.

Disp. de Vestibus sacris, certis literis notatis, pro Loco in Ord. Philos. proposita. Lips. 1703. in 4. V. de illa *N. L. Germ., M. Jun. A. 1703., p. 217.*

Disp. de fide Christi, seu utrum Christus fidem habuerit? Præside D. Joh. Frid. Mayero. Gryphiswaldiæ 1704. in 4. Recensum V. *in Nov. Lit. Lubec., M. Oct. A. 1704., p. 296. 297.*

Dispp. duæ de Vestibus Clericorum, crucis signo notatis. Gryphisw. 1704. in 4. V. de iis *N. L. Lub., M. Dec. A. 1704., p. 359.*

Programma de Principum in Renatum Cartesium favore, prælectionibus de vita ejus, M. Julio A. 1705., præmissum. Gryph. 1705. in 4. V. *N. L. Lub., M. Sept. A. 1705., p. 265.*

Disp. de Religione Renati Cartesii. Gryph. 1705. in 4. V. de illa *N. L. Lub., M. Majo A. 1706., p. 141. 142.*

Diss. Historico-Theologica de Sacerdotum salutandi formula: *Dominus vobiscum;* Præside D. J. F. Mayero proposita. Gryph. 1705. & 1709. in 4. V. de illa *N. L. Lub., M. Nov. A. 1705., p. 344. 345.*

Disp. de Pietistarum Socinismo circa Indifferentismum religionum, pro gradu Baccalaurei Theologiæ, Præside J. F. Mayero, defensa. Gryph. 1706. in 4. V. *N. L. Lub., M. Oct. A. 1706., p. 308.*

Disp. Inaug. de Qv.: Utrum Filius a Spiritu sancto fuerit missus? pro gradu Licentiæ, Præside J. F. Mayero, proposita. Gryph. 1706. 1719. in 4. Recensum V. *in N. L. Lub., M. Jan. A. 1707., p. 9. 10. 11.*

Oratio Panegyrica de Carolis & Fridericis rei literariæ statoribus, qva Academiæ ad Viadrum Francofurtanæ annum ætatis ducentesimum, d. 26. Apr. A. 1706., Gryphiswaldiæ publice est gratulatus; cum Programmate Joh. Phil. Palthenii præmisso, excusa *in Sacris secularibus secundis Acad. Viadrinæ,* Francofurti ad Viadrum A. 1707. in fol. publicatis. Confer de illa *N. L. Lub., M. Jun. A. 1706., p. 174.*

Disp. de Præceptoribus Platonis. Gryph. 1707. in 4. V. *N. L. Lub., M. Jul. A. 1707., p. 201.*

JOHANNES RITTERUS, Lubecensis, d. 27. Sept. A. 1622. natus, patrem habuit Andr. Ritterum, mercatorem, Johannis, Consulis in Wagria Neostadiensis, filium, matrem vero Angelam, Alb. Ritteri, Westphali, negotiatoris itidem Lubecensis, filiam, ac cognomen proinde Ritterianum, utriqve parenti commune, jure usurpavit duplici. Scholam patriæ, Rectore Joh. Kirchmanno, juvenis freqventavit publicam, ac studiis deinde Juridico-Politicis, in Acad. Regiomontana, Sim. Dachium, Poeseos Professorem, nactus hospitem, ab A. 1641., in Argentinensi, Joh. Rebhanii, JCti, una cum Viro illustri, Vito Lud. Seckendorfio, commilitone suo, usus convictu, ab A. 1644., & in Julia tandem, ab A. 1648., incubuit, titulumqve Licentiati, in ultima, cum Germaniam, Belgium, Galliam & Italiam, ab A. 1649., triennio perlustrasset integro, A. 1651. reportavit. In patriam redux, praxi per octennium vacavit forensi, A. 1659. autem, d. 21. Dec., in ordinem cooptatus est Senatorium (1.), &, legatione ad Leopoldum Imperatorem (qvi

Comitiva

(1.) V. Justi Tribbechovii *Carmen gratulatorium.*

Comitiva eum Palatina sponte ac gratis donavit), seqventi 1660., homagii præstandi causa, cum Diet. Brömsio, Collega, feliciter expedita (1.), in Consularem d. 20. Febr. A. 1669. evectus (2.), locumqve tandem in hoc principem A. 1686. obtinuit. Dignitatibus hisce, qvas inter Senatoriam & Italus qvidam, Physiognomiæ peritus, facie ejus Venetiis inspecta, & alius Anagrammate nominis ominoso (*Johannes Ritter* * *Senator inerit*), ipsi prædixerat, magna cum justitiæ & pietatis laude est functus, nec curiam, nisi post preces in museo flexis fusas genibus, unqvam ingressus. E conjugibus priorem, Annam Margaretam, D. Nicol. Hunnii, Superintendentis Lubecensis, filiam, & Henr. Sluteri, civis primarii, viduam, d. 16. Jun. A. 1656. ductam, post tres masculos, filiamqve matri cognominem (D. Achillis Danielis Leopoldi, JCti celebris, uxorem), in lucem editos, A. 1660., d. 17. Oct., amisit, & posteriorem, Annam Schirmeisteriam, Joach. Brandii, mercatoris, viduam, isti d. 7. Dec. A. 1663. subrogatam, Andrea Angelaqve (Adolpho Matthæo Roddio, J. U. D. ac Consuli Lubecensi, elocata) ex illa susceptis, A. 1693. itidem extulit. Septennium vitæ residuum, qvatuor filiis ante se extinctis, viduus, atqve, ob assiduos calculi, ischuriæ & diabetis, cruciatus, valetudinarius, exegit, donec Anno æræ Chr. seculari 1700., ætatis 78., & Consulatus 31., Kal. Sept. tortoribus suis succumberet. Memoriæ ejus hæredes numisma consecrarunt argenteum, in antica parte imaginem ejus titulosqve (*Joh. Ritter, Com. Pal. Cæs. & COS. Lubec.*), in postica autem seqventem exhibens inscriptionem: *Insignium meritorum Vir, natus Lubecæ A. MDCXXII., d. XXVII. Sept., reip. patriæ ab A. MDCLIX. d XXI. Dec. Senator, ejusdemqve ab A. MDCLXIX. d. XX. Febr. Consul, pius justus, integer, non sine bonor. luctu, Kal. Sept. A. MDCC. obiit.* Plura de vita ejus docebunt Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma funebre Latinum*, & M. Jac. a Mellen, Antistitis Mariani, Biographia Germanica, qvæ Lubecæ A. 1700. *in fol.* prodierunt, nec non *Nova Literaria Lubecensia, M. Oct. A. 1700., p. 317. 318.*, & Pet. Ambr. Lehmanni *Curieuse Remarqves* des 1700. Jahres, *num. 41., p. 326. 327.* Vitæ ejus etiam historiam, una cum Herm. Nottelmanni Oda in Consulatum ejus Choriambica, Epitaphii, in æde Mariana erecti, epigraphe, & qvinqve Numismatum, in honorem illius cusorum, descriptionibus, Joh. Henr. a Seelen qvoqve, *Parte I. Athen. Lubec. p. 202-210. 213.*, exhibuit.

Disp. Inaug. de Præscriptionibus jurium ex qvasi possessione, Præside D. Joh. Mehlbaumio. Helmstadii 1651. in 4.

M. JOHANNES RITZENBERGIUS, Hamburgensis, Secretarii urbis patriæ qvarti officium, qvod M. Joh. Clootius, Protonotarius, ob ætatem, muneris sui impar esset laboribus, A. 1535. obtinuit, & hoc A. 1540., cum duo Collegæ reliqvi, M. Joach. Sommerfeldius & M. Herm. Röverus, in Senatum essent cooptati, cum Protonotarii sparta commutavit. Istam cum per tria lustra ornasset, A. 1556. sponte abdicavit (3.), &, lustris aliqvot vitæ reliqvis in otio transactis literario, superstes adhuc fuit A. 1574., qvo Joach. Westphali, Superintendentis, excessum Epigrammate luxit funebri, *Epicedio* D. Joh. Frederi Jun., Theologi Rostochiensis, adjecto. Socerum habuit Joh. Schröderum, Senatorem Hamburgensem, *in Epitaphiis* (*num. 18.*) a se celebratum, Gesamqve, filiam unicam, Ludolpho a Schöningen, civi primario, & Alberti ab Eitzen, J. U. Lic. ac Consulis, socero, elocavit (4.). Poeta fuit venæ, pro Seculi, qvo vivebat, genio, haud proletariæ, &, ob istam, cæterasqve ingenii dotes, non Joh. Æpino solum, Joh. Fredero Seniori, & Joach. Westphalo, Theologis Hamburgensibus, sed Philippo etiam Melanchtoni, suo Witebergæ olim Præceptori (qvi eum ab Henr. Mollero, in *Epistola* ad hunc Hamburgum A. 1553. scripta, voluit salutari), Joh. Stigelio (cujus Epigramma ad illum superest Encomiasticum (5.)), aliisqve hominibus Germaniæ eruditis, longe gratissimus.

ELOGIA.

Joh. Frederus Senior, *in Encomio Hamburgi heroico*, A. 1537. edito, *lit. C. 6. b. C. 7. a.*, his illum, juvenem adhuc, metris celebravit:

Nec mihi Johannes es tu Risperge tacendus.
Hic est ingenio plusqvam florente beatus,
Indolis & celsæ juvenis, & pectoris alti.
Hic, nisi me, nec me fallunt præsagia mentis,
Ardua conscendet meriti fastigia honoris.
Hic erit & patriæ, jamqve est laus, gloria, fama
Magna, salusqve, suæ: tantis virtutibus auctus,
Tam pectus prudens est, consiliisqve senile,
Sit qvamvis ætas primævo in flore juventæ.
Est & in eximiis miranda modestia donis,
Qvæ sibi mirificum cujusvis conflat amorem.
Talem fecerunt divinæ Palladis artes,
Castaliiqve chori præses sanctæqve sorores:
Nam juga Parnassi conscendit amœna virentis,
Pegasei & fontis sacros dulcesqve liqvores
Ore bibens avido, plena se proluit unda.
Hinc facili manat ditissima carmine vena,
Tam prædulce canens docto modulamine carmen,
Ut Peligniacam credas resonare Camœnam. &c.

Joach. Westphalo (*in præfat. Epitaphii ejus Æpiniani*) *Vir* audit *ingenii, doctrinæ virtutisqve, laude præcellens.*
Joh. Alb. Fabricio (*in præfat. Partis I. Memor. Hamburg.*) *Poeta felix juxta ac pius.*

SCRIPTA EDITA.

Elementa pietatis brevi carmine, per qvæstiones & responsiones, reddita; cum præfatione Joach. Westphali, Pastoris Hamburgensis. Witebergæ 1555. in 8. In his Joh. Alb. Fabricius, *l. c.*, *perspicuam versuum facilitatem, & limpidam puritatem doctrinæ salutaris*, commendat.

Epitaphium Reverendi & clarissimi Viri, Joh. Æpini, Th. D. & Ecclesiæ Hamburgensis Superintendentis, Patris de universa Christi ecclesia optime meriti, A. 1553. defuncti. Adjecta sunt Epitaphia alia breviora qvorundam, propter virtutem, & merita in Ecclesiam & rempublicam (*inprimis Hamburgensem*), memoria non indignorum. Accessit etiam Joach. Westphali præfatio ad Frid. Æpinum, Joh. filium. Rostochii A. 1555. in 4. Poema hoc Elegiacum, Æpini sacrum memoriæ, & Henr. Ranzovio, Proregi Cimbrico, inscriptum, cæteraqve Epitaphia, Consules, Pastores, Ludimagistros & Senatores Hamburgenses præcipuos, aliosqve nonnullos Viros eruditos, ab A. 1528. ad 1554. defunctos, celebrantia, edidit Ritzenbergius hortatu Joach. Westphali, qvi, in *præfatione*, fuse ea commendante, *contineri illis* censet *bonam partem historiæ exordii instauratæ apud Hamburgenses puræ religionis, copiosa brevitate luculenter descriptam.* Sub finem adjiciuntur aliæ qvædam Elegiæ & Epigrammata. Epitaphium Æpini recusum est, cum Æpini *Enarrationibus in Psalmorum Davidis Decades I. & II.*, Francofurti A. 1555. *in 8.* Totius Sylloges novam editionem, *Inscriptionibus* suis subjungendam *Hamburgensibus*, Otto Sperlingius Jun., Consil. Danicus, *in Catalogo nundin. Lips. A. 1678. autumn. p. 39.*, est pollicitus, exhibuit autem, cum ista justo diutius differretur, Joh. Alb. Fabricius, *Parte I. Memoriarum Hamburgensium*, Hamburgi A. 1710. *in 8.* impressa, *p. 71-128.* Cui, *in præfatione*, Epitaphia hæc *digna* audiunt *qvæ conserventur, & Musis scripta haud invitis.* Confer de illis *Partem IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 13., p. 548., & c. 10., §. 4., p. 571.*

(1.) *V. Compendium Chronici Lubecensis Kirchringio-Mollerianum p. 325.* (2.) *V. idem Compendium p. 324. 325.*, & Jac. a Mellen *Lubecam anni 1701. literatam p. 14.* (3.) Hactenus relata D. Ott. Sperlingii Jun. ad me literis debentur. (4.) V. Inscriptionem Epitaphii, cognatis suis ab Eitzenio in æde Petrina Hamburgensi erecti, in Theod. Anckelmanni *Inscript. Hamburg., num. 45., p. 20.* (5.) *Parte II. Poematum, p. 455. 456.*

Cantilena Satyrica adversus Synergistas & Majoristas seculi XVI. Saxonicos. Huic, ab ipso editæ, & Joach. Magdeburgii, Ecclesiastæ Hamburgensis Petrini, Dialogo vernaculo *de Asino & ejus agasone* (vom Esel und dessen Treiber), A. 1558. contra eosdem publicato, Anonymum qvendam, anno eodem 1558., Odam aliam Saxonicam, itidem scopticam (sub tit.: Een nye Leedt van twee Eseldrivern, Joh. Ritzenberg und Joach. Magdeburg), reposuisse, ex Alb. Meieri, Pastoris Lindholmiensis, *Epistola ad Joh. Pistorium ἀνεκδότῳ* didici.

CHRISTIANUS RODBERG, Parochus in agro Slesvigæ vicino Tolckensis.

Consideratio Incendiorum, oder einfältiges Bedencken und Erinnerung von denen ietzo hin und wieder entstehenden Feursbrünsten, aus dem Evangelio Lucæ XIV. 6. u. f., nachdem ihm sein Pfarrhof war abgebrandt, vorgestellet. Slesvigæ 1672. in 4.

HENRICUS RODBERTUS, Borna Holsatus, Parochus in Ducatu Megapolitano Kolzoviensis.

Koltzouischer Anfang, oder Antrittspredigt, vom Ampte treuer Lehrer und Christlicher Zuhörer, auß dem Evangelio von der Wittwe zu Nain Luc. XVI. Rostochii 1648. in 4.

Pfingstpredigt auß Luc. XXIV. 49. Rostochii 1652. in 4.

Koltzouische Feuersnoht, oder Predigt von dem d. 30. Jul. A. 1667. zu Koltzou geschehenen Brande, auß Luc. VI. 36. Rost. 1667. in 4.

ADOLPHUS MATTHÆUS RODDE, Lubecensis, Matthæi, Consulis, filius, J. U. D., urbis patriæ, ab A. 1688., Secretarius, ab A. 1695. (d. 20. Febr.) Protonotarius, ab A. 1701. (d. 22. Febr.) Senator, & tandem, ab A. 1708. (d. 20. Febr.) Consul; Gener Joh. Ritteri, J. U. L., Consulari itidem functi dignitate.

V. *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1701., p. 94., & M. Mart. A. 1708., p. 64.*, ac Jacobi a Mellen *Lubecam A. 1702. literatam p. 10., Seriemqve MS. Senatus Lubecensis*. Conf. de illo J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 213. 214. 215.*

Disp. Inaug. de Repressaliis, Præside D. Nicolao Martini, Kilonii 1682. in 4.

JOHANNES RODDE, Lubecensis, d. 31. Dec. A. 1692. natus, Francisci Bernhardi, Mercatoris, ex Anna Magdalena, Joh. Siricii, Consulis, gnata, filius, J. U. Lic. & Patriæ, ab A. 1717., Secretarius. V. de illo Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 259. 260.*, & Programma, ipsius, d. 25. Apr. A. C. 1720., ac ætatis 28., extincti, memoriæ consecratum.

Disp. Inaug. de Legatis ad pias causas, Præside D. J. Chr. Schrötero proposita. Jenæ A. 1714. in 4. Recensum ejus invenies *Parte XXXV.* der Gelehrten *Famæ p. 795-801.*

ANDREAS ALBERTUS RODE, (non *Richey*, uti perperam alicubi (1.) cognominatur), Barmsteda Pinnebergicus, Christ. Dethl. Rodii, pagi primum istius Parochi, & Pastoris deinde atqve Inspectoris in Femaria Burgensis, filius, Pastor & ipse Holsaticus castrensis. Conf. de illo *Nova literaria Lubecensia, M. Jul. A. 1702., p. 201.*

Cimbrisch-Holsteinische Antiqvitäten-Remarqves, oder Accurate und umbständliche Beschreibung derer, in den Grab-Hügeln der alten heidnischen Holsteiner, der Gegend Hamburg, gefundenen Reliqvien, alß Urnen, Wehr und Waffen, Zierrahten, Ringe, Armbänder, &c., welche, durch häufige Untersuchung und Aufgrabung der Tumulorum, auß selbigen hervorgeholet worden durch Christ. Dethl. Roden, Inspectorem auf Femern, und Pastorem zu Burg, und dessen Sohn, Andr. Alb. Roden, Pastorem; von welchem selbige, so viel möglich, aufs accurateste, nicht allein abgezeichnet, sondern auch illustriret worden. Am Ende sind beygefüget verschiedene, zu dieser materie gehörende, und bißher ungedruckte, Brieffe, 18. Lateinische nemlich des Seel. Ottonis Sperlingii, und 4. anderer berühmten Antiqvariorum (Oligeri Jacobæi, Trogilli Arnkiels und Jac. von Mellen), an Christ. Dethl. Roden; wie auch Chr. Dethl. Roden Lateinisches Sendschreiben an Ott. Sperlingium A. 1699. abgelassen, und Beschreibung eines sonderbahren Begräbniß-Hügels zu Barmstädt in der Graffschaft Ranzou. Nebst einer Vorrede D. Joh. Alb. Fabricii. Hamburgi 1720. in 4. V. de iis *Acta Erud. Lipsiensia Germanica, Parte LXXI., num. 6.*, & (ex istis) Joh. Gottl. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 16. A. 1721., p. 125. 126. 127.*

Anastasis Cimbrorum veterum, cum adjecto illi Taciti Libro de Moribus Germanorum veterum, Notis illustrando; promissa in scripto præcedenti *p. 338. 339.*

CHRISTIANUS DETHLEVUS RODE, Itzehoa Stormarsus, Pastor, circa A. 1698., in Comitatu Ranzoviano (Pinnebergici parte) Barmstediensis & deinde Ecclesiarum insulæ Femariensis Inspector, Pastorqve oppidi ejusdem Burgensis, A. 1717. mortuus.

Ob singulare antiqvitatum studium, ac diligens tumulorum Cimbriæ sepulchralium scrutinium, a Jacobo a Mellen, in *Relatione duplici de curiosis qvibusdam illius circa tumulos istos, & res in iis inventas, observationibus, Novis anni 1699. literariis Lubecensibus, M. Mart., p. 88-96., & M. Jul. p. 219-224.*, inserta, ac Pet. Ambr. Lehmanno, in breviori de iisdem narratione (*in Observationibus curiosis Historicis anni 1701. Germanicis, num. 37., p. 294. 295. 296. & num. 47., p. 374. 375.*, exhibita), publice est commendatus. D. Oligeri Jacobæi, Prof. Medici Hafniensis, Epistola ad eum Latina de tribus nummis Henrici III., Regis Angliæ, antiqvis, in museo ipsius obvius, in Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogis menstruis A. 1698. Germanicis, M. Oct., p. 893. 894. 895.*, prodiit.

Musei ejus rerum rariorum, e Tumulis erutarum Cimbricis, Hamburgi, post obitum ipsius, ab Andrea Alberto, filio, A. 1721. D. Menoni Paulo Hannekenio, Medico Lubecensi (Musei itidem insignis rerum naturalium possessori) venditi, duplex ibidem prodiit Descriptio, altera brevior (13. plagularum), sub titulo des Rhodischen Antiqvitäten- und Müntz-Cabinets edita, & a filio in seqventi *p. 336. 352.* allegata; altera uberior, Hamburgi A. 1720. *in 4.* juris facta publici, cujus hæc est inscriptio: Cimbrisch-Holsteinische Antiqvitäten-Remarqves, oder accurate und umbständliche Beschreibung derer in den Grab-Hügeln der alten Heidnischen Holsteiner, der Gegend Hamburg gefundenen Reliqvien, alß Urnen, Wehr und Waffen, Zierrahten, Ringe, Armbänder, &c.; welche durch häufige Untersuchung und Aufgrabung der Tumulorum, auß selbigen hervorgeholet worden, durch Christ. Dethl. Rhoden, und dessen Sohn, Andr. Alb. Rhoden, Pastorem: von welchem selbige, so viel möglich, aufs accurateste nicht allein abgezeichnet, sondern auch illustriret worden: Nebst einer Vorrede D. Joh. Alb. Fabricii. Subjunctæ sunt huic posteriori Epistolæ ad Chr. Dethl. Rhodium, de Tumulis ac reliqviis talibus, archæologicæ (p. 389-442.), Ott. Sperlingii Jun. XVIII., Oligeri Jacobæi duæ, G. A. Pegavii, Trog. Arnkielii & Jac. a Mellen, singulorum singulæ, Rhodiiqve ipsius una ad O. Sperlingium, ac Versio Germanica Descriptionis suæ Tumuli sepulchralis Barmstedensis.

Descriptio Luci cujusdam, in Dithmarsiæ & Holsatiæ confiniis, antiqvissimi, sacris destinati Ethnicis, *in Novis Literariis Lubecensibus, M. Sept. A. 1699., p. 286. 287. 288.*, publicata.

Descriptio singularis cujusdam Tumuli sepulchralis Barmstediensis, in iisdem, *M. Dec. A. 1699., p. 368-376.*, obvia. Hanc illustrat, sæpiusqve ab ea dissentit, D. Ott. Sperlingii junioris ad Autorem Epistola, ibidem, *M. Jan. A. 1700., p. 14-24.*, occurrens.

Respon-

(1.) in H. P. L. M. *Continuation* des Nachrichtes von *Journalen p. 113.*

Responsoria ad Epistolam Sperlingii modo laudatam, qva *Descriptio* praecedens ulterius illustratur, & contra istam defenditur, Sperlingianae, *l. c.*, *p. 24-27.*, immediate subjecta.

Excerpta Epistolae de Tumulo prope pagum Cöllensem a se effosso, & lampade sepulchrali, caeteraqve supellectile, in eo inventa, qvae *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Jun. A. 1702.*, *p. 180-184.*, exhibentur.

(Addantur D. Steph. Klotzii, Superint. regii Slesvigo-Holsatici, Diss. de Urim & Thumim, ac Oratio de propagatione bonarum artium, nec non H. Lehmanni Tr. von Vermeidung frembder Sünden, qvorum editionem, *in Catalogo nundin. Lips. A. 1698. vernali, p. 54. & 78.*, a se jussit expectari.)

JOHANNES RODE, Londino Dithmarsus, scriptor incertae aetatis, cujus Chronicon breve Dithmarsicum, lingva conscriptum Saxonica, & ab A. C. 1146. ad 1475. perductum, ἀνέκδοτον, inter MSSta Bibliothecae Hamburgensis publicae Lindebrogiana, asservatur (*in 4.*), & *Parte IV. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 12.*, *§. 2.*, *p. 628.*, a nobis jam est laudatum.

(Diversi ab eo sunt: I. Joh. Rode, Ecclesiae Bremensis Praepositus major, bullarumqve Apostolicarum Corrector, qvi A. 1463. Archiepiscopatum Bremensem, sibi oblatum, recusavit, & Henrico, Comiti Schwartzburgico, transcripsit, ab Alb. Krantzio, *in Metropoli, Lib. II.*, *c. 52.*, *& Lib. 12.*, *c. 23.*, ac Casp. Danckwerthio, *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 13.*, *p. 274.*, celebratus; II. Joh. Rode, Bremensis, praecedentis ex fratre nepos, Ecclesiae Bremensis initio Praepositus, ac deinde, ab A. 1496. ad fatalem 1511., Archiepiscopus, libri *de Archiepiscopi Bremensis introductione* vernaculi (cujus excerpta Lindebrogiana in Hamburgensi Bibliotheca offendi) Autor, de qvo Krantzius, *l. c.*, *Lib. 12.*, *c. 23. 25. 26. & 30.*, Dav. Chytraeus *Parte I. Chronici Saxoniae*, *p. 68-72.*, & C. Danckwerthius, *l. c. p. 274.*, consulendi; III. Joh. Rode, Dithmarsiae borealis, ab A. 1599., Praefectus, Londini A. 1626. mortuus, & a Danckwerthio, *l. c.*, *P. III.*, *c. 16.*, *p. 300.*, ac Ant. Heimreichio, *Lib. 3. Chronici Dithmarsici*, *c. 4.*, *p. 249. 250.*, memoratus.)

JACOBUS RODEMANN, Parochiae Ulnusbullensis in Eiderstadia Pastor.

Sermo Panegyricus, oder Ehren-und Trostpredigt über Claus von Buchwald, einen in Franckreich erschossenen Holsteinischen Edelmann, auß Joh. XIV. 2. 3. Hamburgi 1652. in 4.

JOACHIMUS RÖDERUS, Lubecae, patre Hermanno mercatore, matre vero Magdalena, Erasmi Jappii, Senatoris, filia, d. 31. Aug. A. 1623. natus, Juris utriusqve (cui, ab A. 1641., Helmstadii, Witebergae & Argentinae, vacaverat) Doctoris titulum Basileae A. 1648. obtinuit, & ex Helvetia deinde, Italia, Gallia, Anglia & Belgio, seqventi peragratis biennio, in patriam A. 1650. redux, inter hujus Advocatos inclaruit. Obiit M. Oct. A. C. 1689., & aetatis 67., cum qvatuor ex Anna Schötleria uxore, A. 1655. ducta, sustulisset liberos. V. Enochi Svantenii, Rectoris Lubecensis, *Programma de vita ejus funebre*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 133. 134. 135.*

Disp. de Legibus, Praeside M. Joh. Meisnero. Witeb. 164., in 4.

Disp. ad titulos Codicis de Usuris pupillaribus, & re judicata, textusqve parallelos, directa, Praeside D. Joh. Ott. Tabore. Argentinae 1646. in 4.

Disp. Inaug. de Seqvestratione conventionali. Basileae 1648. in 4.

JOACHIMUS RÖDERUS Junior, Lubecensis, Senioris, J. U. Doctoris (de qvo modo est dictum), filius, d. 2. Oct. A. 1672. natus, & Duisburgi A. 1702. J. U. Doctor itidem renunciatus. V. J. H. a Seelen (plura de vita ejus addentis) *P. III. Athen. Lubec. p. 135. 136.*

Disp. Inaug. de Emptione rerum futurarum. Duisburgi 1702. in 4.

M. PETRUS RÖDING, Hamburgensis, insulae Albis Billianae, Hamburgo vicinae, Pastor, A. 1704. superstes.

Leichpredigt über Salomonem Petri, Pastorem zu Steinbeck, auß Matth. XXV. 21., M. Jan. A. 1685. gehalten. Ratzeburgi 1685. in 4.

EBERHARDUS RODOLPHI, Parochus in Nordstrandia, sub seculi XVI. initium, Stintebüllensis Pontificius, & fraternitatis Kalendarum in eadem insula Marianae Decanus.

Die Gesetze und Beliebungen der Brüderschaft des Kalandes im Nordstrande, von ihm A. 1510. zusammengetragen, qvae in Ant. Heimreichii *Chronici Frisiae Borealis Germanici* editione secunda, Slesvigae A. 1668. *in 4.* excusa, *Libro II.*, *c. 1.*, *p. 69-84.*, lucem viderunt publicam.

C. A. RÖDSCHER, Slesvicensis.

Coronata integritas, Gekrönete Redligkeit, oder Leichenrede über Cay Wildhagen, Fürstl. Holsteinischen Kammerrahts Assessorem. Slesvigae, sine mentione anni, in fol.

CORNELIUS ROELOFS, Civis Hamburgensis, Qvakerorum sectae addictus, de qvo supra, (sub Henr. Dehnii, socii ejus, nomine), narrata possunt relegi.

(Diversus ab hoc est Joh. Roelofs, Qvakerus, cujus Wiederlegung wieder Joh. Berkendals Neujahrsgedichte a Joh. Conr. Danhauero, *in Colluvie Qvakerorum p. 36.*, aliisqve, allegatur.)

JOHANNES ROELOF, Lubecensis, civis & typographus, Seculo XV. expirante, Coloniensis, *Roelofius* a Suffrido Petri, qvem seqvimur, Haringi Sifridi Synnamae, Frisii, Academiae Coloniensis JCti, *Expositiones titulorum utriusqve Juris*, Coloniae A. 1500. *in fol.* ab eo excusas, laudante, *Decade VIII. Scriptorum Frisiorum*, *n. 9.*, *p. 96.*, vocatur. *Joh. Koelhoff de Lubeca* contra audit Autori *praefationis*, *Brunello* Nigelli Wirekeri, & *Vetulae* Ovidio suppositae (qvae ille Poemata, circa A. jam 1490., Coloniae impresserat), in editione anni 1662. Gvelpherbytana, praemissae, *p. 2.*, & Andr. Senftlebio, *in Notis ad Alani de Insulis Parabolas p. 10.* Qvorum ultimus cum *antiqvissimum Commentatorem Boethii super Consolationem Philosophiae* eundem appellet, scriptoribus Cimbricis merito accensendus videtur. De Chronico Germanico, Coloniae A. 1499. *in fol.* per eum impresso, V. Joh. Hübneri *Cent. V. Biblioth. Hist.*, *n. 9.*, *p. 32. 33. 34.*

TILEMANNUS ROENERUS, JCtus, Spirae, ut fori Germanici praxin familiarem sibi redderet, circa A. 1567., commoratus, Slesvigae A. 1602. fuit superstes, & eandem, causis forensibus patrocinatus, uti credo, exercuit. V. *Epist. dedic. Animadversionum ad Joh. Adolphum, Ducem Holsatiae.*

Animadversionum Juris Practicarum Tomus I., secundum Tractatus Juris civilis varios, variorum casuum decisiones, partim in foro receptas, partim, ad amussim juris scripti, & processus judiciarii, compilatas, continens. Slesvigae, typis Nicolai Wegneri, A. 1602. in 4. Basileae illum etiam A. 1603. *in 4.* prodiisse, *Catalogus nundinarum anni istius vernalium*, & Lipenii *Bibliotheca Juridica*, perhibent, sed mihi non persvadent. Praefixae sunt duae *Epistolae dedicatoriae*, ad Joh. Adolphum, Ducem Holsatiae, & Gerh. Ranzovium, Proregem Cimbricum, Slesvigae A. 1602. scriptae. In qva-

qvarum prima, publicasse se in hoc Tractatu, qvæ, ad praxin forensem spectantia, ante annos 35., in Camera Imperiali, observaverat, paucaqve alia iisdem addidisse, significavit.

M. CHRISTOPHORUS ROHNIUS Lubecensis, natus d. 10. Dec. A. 1663., Coenobii initio patriæ Laurentiani, in Suburbio, Ecclesiastes, d. 24. Aug. A. 1693. electus, deinde vero Diaconus in urbe ipsa Jacobæus, in Henr. Dürcopii locum d. 15. Jul. A. 1706. subrogatus, & ab A. 1712. d. 6. Oct. Pastor.

Uxorem duxit Catharinam Elisabetham, Herm. Westhovii, Pastoris Jacobæi, filiam natu maximam, &, hac defuncta, A. 1713. d. 10. Jul. Annam Charitatem, Christoph. Wendii, Templi cathedr. Pastoris ac Ord. Eccl. Senioris, filiam.

V. Jac. a Mellen *Lubecam Anni 1698. Literatam p. 11.* & *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium, Nova Lit. Lubecensia, M. Oct. A. 1706., p. 319.* ac J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 223.*

Historia Vitæ M. Balth. Gerh. Hannekenii, Pastoris Mariani Lubecensis, Germanice ab eo Lubecæ M. Apr. A. 1706. edita allegatur in *Novis Lit. Lubec., M. Sept. A. 1706. p. 287.*

GERHARDUS MATTHÆUS ROHR, Hamburgensis, patre Christophoro, Medico celebri, d. 19. Nov. A. 1672. natus, Medicinæ Doctor, & Practicus, circa A. 1698., in Pomerania Anclamensis. V. *Nova Lit. Lub. A. 1698. p. 52. 126. 127., & A. 1699. p. 7.*, ac A. D. Habichthorstii *Rostoch. Lit. p. 443.*

Disp. Inaug. de Arthritide, Præside D. Joh. Ern. Schapero. Rostochii 1698. in 4.

GVERNERUS ROLFINCIUS, Hamburgensis, Gverneri, Gymnasii patriæ publici Professoris, e Catharina Hermesia, Consulis Buxtehudani gnata, filius, d. 15. Nov. A. 1599. in lucem editus, avum habuit sibi itidem cognominem, Gvern. Rolfincium, scholæ Hamburgensis, ad A. usqve fatalem 1590., Rectorem, insignibus, ob doctrinam, a Joh. Caselio, Joh. Fuchtio, Geverh. Elmenhorstio & Sam. Rosenbohmio, publice ornatum elogiis. Oriundus fuit e familia antiqva Westphalica, qvæ, Seculo jam XV., per Wernerum Rolevincium de Laer, Monachum Carthusiæ Coloniensis eruditum, *Fasciculo temporum, Martyrologio, libro de laudibus Westphaliæ*, aliisqve scriptis Historicis, famam adeptum, & A. 1502. defunctum (1.), inclaruit, Ludolphumqve deinde Rolevincium, Magdeburgensem, Th. D. ac Comitatus Barbyensis Seculo XVII. Superintendentem (2.), itidem protulit. Ab his majoribus ad nostrum transierunt insignia familiæ, fringilla scilicet frumenti insidens mergiti, & stella inter duo bubali cornua effulgens, isti superimposita (3.). Utroqve parente in ætate orbatus tenera, patrem invenit alterum in Christoph. Schelhammero, scholæ Hamb. Johanneæ Præceptore, agnato suo, a qvo sollicite & educatus, & institutus, in lingvis literisqve humanioribus ita profecit, ut 17. natus annos Witebergam adire potuerit, & biennio illic seqventi Philosophiæ pariter ac Medicinæ, duce Dan. Sennerto, felicissimo incubuerit successu. Lugdunum hinc Batavorum A. 1618. delatus, in coepto strenue perrexit curriculo, Anatomesqve imprimis peritiam accuratiorem dissectionibus animalium sibi acqvisivit assiduis. A. 1621. Leida discessit, &, Anglia, Gallia atqve Italia, perlustratis, in Athenis diutius hæsit Patavinis, perqvam industrius Joh. Prevotii (cujus discipulorum a Jac. Phil. Tomasino (4.) annumeratur primiceriis), cæterorumqve Hygeæ mystarum, auditor. Brevi autem adeo illic, doctrina rariori, & admiranda in exercitiis Anatomicis dexteritate, inclaruit, ut non Professorum solum, sed & Magnatum Venetorum ac Patavinorum, summum sibi conciliaret favorem, a studiosis autem, Philiatris inprimis atqve Germanis, non minori, qvam doctores publici, haberetur in pretio. Magnis præsertim famam ejus auxerunt incrementis duæ dissectiones publicæ, A. 1625., d. 21. Mart. & 12. Apr., in fratrum Contarenorum, Petri & Francisci, palatio, spectantibus, cum applausu, proceribus qvamplurimis, & plusqvam 300. variarum gentium studiosis, tanta institutæ dexteritate, ut Natio Artistarum, qvos vocant, Germanica honorifico hanc testimonio, Actis publicis ab Henr. Lysio, Consiliario suo, nostriqve cive, inserto (5.), deprædicandam esse censuerit. Joh. Thuilius, Mariæmontanus, Med. D. & Eloqv. ac Hist. Professor, adeo eandem est admiratus, ut ipsi, cum d. 7. Apr., eodem A. 1625., Phil. & Med. Doctor, in Panegyri (qvam ipse Dux Venetus, Contareni, aliiqve Optimates, præsentia sua ornabant) splendidissima, crearetur, his applauserit elegis (6.):

Mortua qva rursum nostros animantur in usus
Membra parente manu, hanc qvis neget esse Dei?
Longam a defunctis, Rolfinci, discere vitam,
Corpora & ex obita noscere morte, facis.
Tam bene membra secas, tam docte secta recenses,
Ut depicta putem, qvæ laniata scio.

Contarena domus testis sit, & umbra penatum
Clara augustorum, lucis origo tuæ.
Splendeat & vigeat lux hæc dispersa per orbem,
Famaqve ab illustri stet tibi cœpta loco!
Nunc te serta manent, nulla peritura senecta:
Phœbeum Mysten talia dona decent.

Oblati hi honores Academici ipsi jam ante erant in Gallia; sed scholæ eos debere maluit Patavinæ, cui Georg. Spörlinus, Basileensis, de Candidato adeo insigni metris gratulatus est seqventibus:

Gestiit hac olim te cingere Gallia lauro:
Tanta sed Ausoniæ debita fama fuit.

Debuit Adriacis decus hoc accedere Musis,
Inqve Patavino stella micare polo.

Tanti vicissim Patavini eum, ex Italia licet A. 1628. jam digressum, & Witebergam reversum, fecerunt, ut privatim hic viventi professionem Anatomes, eodem anno, jussu Nicol. Contareni, Senatoris Veneti & Academiæ Reformatoris, obtulerint ordinariam, ad qvam suscipiendam Natio etiam Artistarum Germanica & Joh. Thuilius aliqvot ipsum invitarunt epistolis (7.). Prætulit tamen huic, post aliqvot mensium deliberationem, vel patriæ & religionis amore, vel causis permotus aliis, Anatomico-Chirurgico-Botanicam Academiæ in Thuringia Jenensis, ad qvam A. seqv. 1629., d. 30. Jan., in locum Eusebii Schenckii, literis Witeberga evocabatur publicis. Hanc solenni *de Epilepsia* disputatione M. Majo A. 1629., Jenæ auspicatus, d. 21. Febr. A. 1641. cum Practica & Chymica (ipsi omnium primo decreta), Ducum Saxonicorum jussu, commutavit, cum Senioris Collegii Medici dignitatem triennio ante jam esset adeptus, anno sc. 1638., qvo, post obitum Collegarum, Ant. Vari & Zach. Brendelii Jun., solus in illo, tempore menstruo, ad civis usqve sui & auditoris, Pauli Marqvardi Slegelii, adventum, docuit (8.). Totam Acad. Jenensem, cujus sexies (A. sc. 1632. 1638. 1646. 1652. 1658. ac 166..) fuit Rector (9.), & Senior tandem A. 1664., post Phil. Horstii, Rhetoris, excessum, evasit, meritis sibi æternum devinxit ingentibus, famaqve eruditionis medicæ stupendæ, & summæ in docendo dexteritatis, per omnem Europam longe lateqve diffusa, tot, e plerisqve illius regionibus, & Germania imprimis, Jenam allexit Philiatros, ut horum illa numero, qvoad superstes fuit, Athenæa Germanica superaverit omnia.

Solus

(1.) V. de illo Joh. Trithemii *Catal. viror. illustr.*, R. Bellarmini *Lib. de Scr. Eccl. p. 300.*, G J. Vossii *Lib. 3. de Hist. Lat. c. 6., p. 569. 572.*, Phil. Labbei *Diss. de Scr. Eccl., P. II., p. 497.*, Cavium item, Olearium, aliosqve Scriptorum Ecclesiasticorum & Historicorum nomenclatores. (2.) V. de hoc Pauli Bolduani *Ep. dedic. Complementi Biblioth. Theol.*, A. 1622. editi. (3.) V. M. Adr. Beieri *Architectum Jenensem, c. 57., p. 728.* (4.) *in Elogiis posterioribus p. 231.* (5.) Præfixum illud etiam est *Dissertationibus* nostri *Anatomicis*, A. 1656. editis. (6.) Prodierunt Patavii A. 1625. *in f. pat.*, cum aliorum (Henr. sc. Lysii Hamb., Georg. Spörlini, Basileensis, Car. Avantii, Rhodigini, & Ott. Sperlingii Hamb.) carminibus in promotionem hanc Doctoralem gratulatoriis, seorsim autem A. 1656., in frontispicio *Disserti. Anatomicarum*, sunt recusi. (7.) V. M. Adr. Beieri *Syllabum Rectorum & Professorum Jenensium p. 924. 925.* (8.) V. Beierum *l. c. p. 563. 564.* (9.) V. Beierum *l. c. p. 235. 251. 274. 293. 332. 621. 809.*, & Joh. Frischmuhtii *Programma funebre.*

Solus certe CIV. ex istis Candidatos tiara ornavit doctorali, cum integro hactenus seculo (ab A. 1558. ad 1658.) totidem tantum essent promoti (1.), suisqve annumeravit auditoribus plerosqve celebriores Germaniæ, nec paucos septentrionis, Archiatros, Poliatros & Professores in Academiis Medicos, atqve, hos inter, omnes suos in Salana, ab A. 1638., Collegas, P. M. Slegelium, Joh. Placcium, Gotfr. Mœbium, Christoph. Schelhammerum, Joh. Theod. Schenckium, Joh. Arn. Friderici, Georg. Wolfg. Wedelium & Aug. Henr. Faschium. E qvibus Slegelius, in Historia vitæ propriæ ἀνεκδότῳ, se *potissimam eruditionis suæ Medicæ partem illi debere*, ingenue est fassus, Mœbius autem in familiaribus sæpe gloriatus colloqviis, se, nunqvam apud Gallos, Anglos, Italos & Hispanos, peregrinatum, aut plantas illorum scrutatum exoticas, & Botanices nihilominus, & reliqvarum Medicinæ partium, peritiam, in Thuringiæ solo natali, haud infeliciter sibi parasse, Rolfinciοqve, Præceptori ac Collegæ, secundum Deum, ferre acceptam (2.). In prælectionibus publicis, primis muneris Academici annis, Rhasen Arabem, ultimus Medicorum hujus gentis veterum inter Germanos exegetes, illustravit, deinde vero ipse etiam, misso his nuncio, Hippocratem & Galenum, Græcosqve cæteros, isto ἑρμηνείας scholasticæ honore digniores censuit (3.). Non tamen ita in horum verba ac dogmata jurandum sibi putabat, ut omnia recentiorum placita atqve inventa, cum Joh. Riolano Jun., Casp. Hofmanno, aliisqve tyrannis ac dictatoribus reip. Iatricæ αὐτοχειροτονήτοις, superciliose sperneret. Qvinimo potius, qvæcunqve, in Anatome, Chymia, Chirurgia & Therapevtica, a Viris ætatis suæ ingeniosis atqve eruditis, vel noviter esse detecta, vel solerter excogitata, compererat, sub accuratum, rationis & experimentorum ope, revocabat examen, &, ubi in isto certitudinem illorum deprehenderat, non minus qvam veterum doctrinam, in prælectionibus suis atqve scriptis, proponebat & commendabat, imo hanc sæpe, ad istorum ductum, emendabat & reformabat. Talem ipsius in se animum Circulatio sangvinis Harveana, Vasa Thomæ Bartholini lactea & lymphatica, Chirurgia Joh. Dan. Majoris infusoria, aliaqve aliorum εὑρήματα, sunt experta. Dissectiones brutorum privatas, in Studiosorum gratiam, instituit qvamplurimas, nec non octo cadaverum humanorum, ab A. 1629. ad 1638. (qvo cultrum Slegelio successori tradidit Anatomicum) publicas. Harum primæ, in duobus corporibus masculis d. 24-30. Oct. A. 1629. peractæ, & Venarum lactearum, veteribus ignotarum, in cane vivo demonstratione illustratæ, Symbolum, *Programmate* præmisso explicatum, fuit *Anatome Medicinæ oculus*; secundæ (M. Febr. A. 1631.) *Homo microcosmus*; tertiæ (M. Mart. A. 1632.), Instrumentorum Chirurgicorum, & istorum ad singulos artus applicationis, ostensione finitæ, *Anatome, calumniam non merita*; qvartæ (M. Mart. A. 1633.) *Fœmina, animal mirabile*; qvintæ (M. Jul. A. 1634.) *Anatome Theologiæ principium*; sextæ (M. Sept. A. 1634.) *Fœmina animal amabile, in qvod intuentes pios esse oportet*; septimæ (M. Apr. A. 1636.) *Anatome, piæ devotionis suscitabulum*; & octavæ deniqve (M. Oct. A. 1637.) πολυθρύλλητον illud Chilonis: Γνῶθι σεαυτόν (4.). Exceperunt octo istas, cum professione Slegelio jam cessisset Anatomica, tres aliæ, qvarum una, in arce Vinariensi peracta, sex Principes spectatores habuit. In Anatome certe, sua ætate, vix qvenqvam in Germania parem habuit, &, ut tanto illa felicius Jenæ excoleretur, Principes Saxonicos, ad sumptus, extruendo Theatro Anatomico necessarios, Academiæ donandos, permovit, structuramqve ejusdem A. 1654. & 1655., cum collega Joh. Theod. Schenckio, strenue promovit (5.). In Botanica qvantopere excelluerit, non scripta solum de Vegetabilibus, præsertim purgantibus, ostendunt, sed feræ etiam *Rolfinciani*, qvo adhuc gaudet, cognomine testabitur posteritati Hortus Acad. Jenensis Medicus, in area Acroateriis Juridico ac Philosophico vicina, A. 1630. ab ipso primum plantatus, &, civis sui, Slegelii (cui Hortum Wilhelmitanum, ab hoc diversum, Proxenetæ qvippe, in isto a Wilhelmo, Duce Saxo-Vinariensi, exorando, felici, idem A. 1641. debere cœpit Lyceum), ope socia accedente, seqventi 1631. dispositus, excultus, rarissimisqve plantis, floribus & fruticibus exoticis, magnam partem ex Hortis ducalibus, Vinariensi & Lützendorfiensi, submissis, exornatus. Hortum hunc, plantis Alphabetico ordine, per areolas artificiosas, collocatis pulchre jam tum superbientem, d. 11. Jul. A. 1631., declamatione *de studii Botanici utilitate* solenni, initiavit, primusqve deinde ejusdem, ad A. usqve 1638. (qvo Slegelius ipsi successit), fuit Ephorus (6.). Chirurgiam & primus in Acad. Jenensi publice docuit, & felicissime, manu pariter atqve ingenio promptus, exercuit. A. certe 1631., F. Ascens., fœtum mortuum, utero Barbaræ Stolbergeriæ, Joh. Justo Brathschio, Judici provinciali Jenensi, nuptæ, firmissime impactum, vixqve ex ore ejus interno verticem ostendentem, intra qvadrantem horæ, feliciter adeo extraxit, ut mater, illæsa sanitate, vitæ evaserit periculum, atqve ad secundas postea transierit nuptias (7.). Nec minor fuit in Chymia, Iatro-Pharmacevtica imprimis, qvæ, cum a Chrysopœiæ fallacis amasiis exiguo hactenus habita esset in pretio, ipsius, atqve D. Joh. Michaelis, Prof. Lips. Medici, beneficio, a contemptu hoc vindicata, &, emolumento mortalium incredibili, in lucem revocata, utrumqve loco inter Mystas suos principe dignum merito judicavit. Ob peritiam certe illius singularem primus Jenæ publicam Chemiæ professionem obtinuit, eamqve dextre adeo ornavit, ut, e scholis ejus, Medici plurimi, sacris his naturæ initiati Eleusiniis, velut ex eqvo Trojano, in omnem dispersi sint Germaniam. Joh. Joach. Becheri, Chrysopœiæ adversus eum patroni, censuræ, qvibus, cum alibi, tum *in Physica subterranea*, experientiæ ei Chymicæ defectum, variosqve in hac doctrina errores, exprobavit (8.), & ironice *alterum* illum salutavit (9.) *Æsculapium Jenensem, Anatomicum insignem, imo apud rudem plebeculam Hermetem, qvi tam parum in dictis & scriptis errare posse credatur, qvam ipse Lutherus*, non magis merentur attendi, qvam contraria Car. Patini, Chymiæ contemptoris (10.), nimium in eodem hujus studium atqve usum reprehendere haud veriti. Ut rem in pauca contraham, Medicus fuit Rolfincius tantæ, qvantam natura mortalium asseqvi potest, perfectionis, nec literaturæ reliqvæ ἀμύητος, sed Philosophiæ pariter atqve Philologiæ insigniter peritus, floribusqve & observationibus utriusqve selectissimis Meletemata sua Medica exornare, ac ita dulce utili miscere, semper est solitus (11.). Praxeos qvidem Medicæ gloriam qvod attinet, Gvido Patinus, e solis scriptis sibi visis de dotibus ejus temerarium ferre ausus judicium, an istam æqve, ac theoricæ eruditionis laudem, meruerit, censura hac in dubium vocavit præcipiti (12.): *J'ay receu les livres de Gvernerus Rolfinckius, que vous m' avez envoyez. Si cet homme ne sait de Practique, que ce qui paroit en ses escrits, il fera bien de ne pas venir à Paris. Je dirois volontiers de luy, ce que Monf. de Saumaise a dit de nôtre Monf. de Gorris, dans ses Exercitations sur Solinus: Si in curandis ægris nihil plus videt, væ miseris!* Sed Galli hujus (in iisdem *Epistolis*, an Dan. Sennertus, Practicorum Germaniæ princeps, Practicus fuerit, ambigere haud veriti (13.)) temeritatis abunde convincet falsitatisqve judicium unanimis, non incolarum solum urbis Jenensis & Thuringiæ universæ, sed aularum etiam ducalium Vinariensis (cujus Archiater

a Wil-

(1.) V. Beierum *l. c. p. 623.* (2.) V. M. Adr. Beieri *Architectum Jenensem, c. 57., p. 732.* (3.) V. Günth. Chr. Schelhammeri *Additt. ad H. Conringii Introduct. in artem Medicam p. 65.* (4.) V. Adr. Beieri *Syllabum p. 930. 913. 929.*, & *Architectum Jenensem, c. 54., p. 670.* (5.) V. ejusd. *Syllabum p. 931. 936.* (6.) V. ejusd. *Syllabum, p. 885. 926. 927. 928.*, & *Architectum Jenensem, c. 52., p. 633., c. 57., p. 718. 720. 721.*, P. M. Slegelii *Programma lectionibus Botanicis A. 1630. præmissum, p. 7.*, & Joh. Dan. Majoris *Memoriam Horti Med. Kilon. p. 6.* (7.) V. Beieri *Syllabum p. 933. 937.* (8.) *Lib. I. Sect. IV., c. 1., p. 181.* Locum infra, ubi de nostri *Chymia in artis formam redacta* dicendum, recitabimus. (9.) *Lib. I., Sect. V., c. 3., p. 401.* (10.) *in Lyceo Patavino p. 95.* (11.) V. G. C. Schelhammerum *l. c. p. 362.*, & Georg. Francum *in Epist. de Medicis Philologis p. 22.* (12.) *Vol. I. des Lettres choisies, Ep. 124., p. 483. 484.* (13.) *V. Acta Erud. Lips., M. Majo A. 1684., p. 254.*

a Wilhelmo IV., Duce, est delectus) cæterarumqve Saxonicarum omnium, Holsato-Gottorpiensis, Brunsvico-Cellensis, & qvatuor Anhaltinarum (qvarum Principes, in suis suorumqve morbis, vel præsentis auxilium, vel absentis consilium, sæpissime, & magno plerumqve cum emolumento, desiderarunt), nec non Comitum Strategorumqve partis in bello tricennali Germanico utriusqve plurimorum, in ope Æsculapii hujus, qvam grata etiamnum recordatione posteri proseqvuntur, ægris innumeris salutifera, deprædicanda, consensus. A Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, ad Archiatri dignitatem, a Christiano Alberto autem, illius filio, A. 1665., ad professionem Medicinæ in novella Academia Kiloniensi primariam, invitatus, Jenam suam, cui juvenis Patavium posthabuerat, deserere noluit, sed ipsi etiam Chersoneso patriæ senex prætulit. Domum in urbe hac inhabitabat Schenckianam, ab hæredibus antecessoris sui, D. Eusebii Schenckii, A. 1641. emptam, suisqve sumptibus instauratam ac magnifice exornatam, prætereuntes mortalitatis suæ gnoma hac commonefacientem Apostolica (1.): Ουκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν. (2.). Instructa illa erat a possessore, elegantiarum omnium studioso, tribus ingentibus artis, qvam profitebatur, Medicæ præsidiis, Horto nempe pulcherrimo, Laboratorio (*in qvo Minerva, Physis & Pyrotechne,* Joh. Dan. Majore (3.) judice, *habitarunt*) Chymico, & Museo (qvod ab eodem Majore (4.) celebrioribus orbis Europæi annumeratur, sed a spectris, sceleta ejus subinde animantibus, crebris infestatum esse perhibetur tumultibus (5.)) Physico-Anatomico. Uxorem, eodem, qvo ædes istas cœpit incolere, anno 1641., die 9. Febr., duxit Sophiam Margaretam, Günth. Henr. Platneri, Consiliarii Saxo-Vinariensis Ecclesiastici atqve intimi, filiam, cujus soror, Catharina Elisabetha, D. Christoph. Schelhammero, Collegæ ipsius in ordine Medico, &, post hujus obitum, D. Joh. Ern. Gerhardo, Theologo Jenensi, est elocata. Nullos ex hac mares, sed qvinqve filias, sustulit, e qvibus duæ, Anna Catharina, Joh. Christoph. Wexii, J. U. D. & Cancellarii Saxo-Martisburgici, conjux, ac Maria Sophia, cum matre, defuncto tantum fuere superstites. Qvo pauciores autem reliqvit liberos, morti obnoxios, tanto plures edidit libros, fœtus ingenii præcellentis immortales, & in omne ævum parentis propagaturos memoriam. Istos, Vinc. Placcio teste (6.), characteribus adeo grandibus, pollicisqve latitudinem æqvantibus, exarare consveverat, ut, librum modicæ magnitudinis editurus, typographo volumina vastissima, qvibusqve portandis viri vix pares essent robustissimi, transmitteret. Corpus procerum ac torosum, faciemqve decoram, præter artuum concinnitatem, mores & gestus ornabant, ad omnem elegantiam, mista gravitati inaffectatæ comitate singulari, compositi. Valetudine gavisus est integra, eamqve laboribus confirmavit assiduis, & si qvæ illi, vel a destillationibus capitis, vel caussis aliis, subinde imminebant pericula, Dei atqve artis suæ ope, triumphator morborum propriorum felicissimus, diu averruncavit. Novissime Catarrhus, oculo dextro incumbens, & alio deductus, cervicem inflammavit, &, qvamvis locus affectus a chirurgo percuratus jam ferme esset, febri lenta cum marasmo senili accedente, finem vitæ instare, & ad solam Medici cœlestis, opem esse confugiendum, senem inclytum monuit. Nec invitus is emigrationi in πόλιν μέλλουσαν καὶ μένουσαν se accinxit, totusqve in æternitatis defixus consideratione, amico, moribundum, qvid ageret, interroganti, sola se τὰ ἄνω καὶ κάτω, suprema atqve infima, cœlum scilicet ac sepulchrum, meditari, non pie minus qvam argute, respondit (7.). Inter præclaras hujusmodi meditationes, crebra de rebus divinis cum D. Seb. Niemanno, Antistite tunc Jenensi, aliisqve, colloqvia, ac preces ardentissimas, recurrentibus deliqviis, die 6. Maji, A. C. 1673. & ætatis 74., placide expiravit, scholæqve Salanæ, cujus per lustra novem Professor, & per annos totidem Senior, fuerat, valedixit.

Vitæ ejus historiam fusius sunt persecuti, qvos & nos præcipue consuluimus: 1. Joh. Frischmuhtius, LL. Or. Prof. Jenensis, *in Programmate funebri*, in Henn. Wittenii *Memoriæ Medicorum renovatæ* (Francof. A. 1676. *in 8.* editæ) *Decade II., p. 264-271.*, adjecto scriptorum Indice, recuso, cujus Epitomen Paulus Freherus, *in Theatro Erud. p. 1412. 1413.*, exhibuit; 2. M. Adr. Beierus, Archidiac. Jenensis, *in Syllabo Rectorum & Professorum Jenensium*, A. 1659. Jenæ edito, *p. 5. 224. 235. 251. 252. 270. 274. 275. 293. 332. 335. 336. 564. 621. 769. 770.*, imprimis autem *882-885.*, nec non in Poemate peculiari in primum illius Rectoratum elegiaco, de Professoribus Acad. Jen. Saxonicis, ipsiusqve vitæ cursu ac laudibus, qvod A. 1632. seorsim prodiit, A. 1658. autem, in qvinto ejusdem Rectoratu, est revisum, auctum, *Syllaboqve* modo laudato, *p. 898-951.*, insertum. Brevius eandem contraxerunt Henn. Wittenius *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1673.*, Georg. Abr. Merclinus *in Lindenio renovato, p. 367.*, Joh. Franc. Buddeus *T. IV. Lexici Historici p. 299.*, & Joh. Casp. Zeumerus *in Vitis Proff. Med. Jen. p. 36-40.*

Conferri, præter jam ante allegatos, de illo possunt Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Scriptt. Med. p. 220.*, Thom. Bartholinus *Lib. 8. Carminum p. 235.*, & *Cent. II. Epp. Med. p. 567. 568.*, Frid. Rappoltus *in Poematis p. 195. 226. 227.*, Car. Patinus *in Lyceo Patavino p. 95.*, Günth. Chr. Schelhammerus *in Addit. ad H. Conringii Introd. in artem Medicam p. 30. 65. 135. 209. 288. 334. 335. 362. 385. 404.*, & *in Introd. in Physiologiam p. 25.*, M. Adr. Beierus *in Architecto Jenensi c. 20., p. 190. 196. 197., c. 41. p. 541., c. 52 p. 633., c. 54. p. 667. 670., c. 57. p. 718. 720. 721. 728. 732.*, ac *in præfatione Syllabi Doctorum Medicinæ, Jenæ promotorum*, A. 1644. editi, Georg. Nic. Erasmi *L. 3. Anagramm. emmetr. n. 67.*, Corn. a Beüghem *in Bibliographia Medico-Physica p. 225. 226. 227.*, Andr. Ottom. Gölicke *in Historia Anatomiæ p. 148. 149.*, & *Homonymoscopia* nostra, *Sect. I., c. 3., §. 18., p. 75.*

Addantur Epistolæ, qvibus Joh. Sperlingius, Prof. Witeb., *Tractatum de formatione Hominis in utero* A. 1641., M. Aur. Severinus, Med. Prof. Neapol. (*teste Matth. Zimmermanno in Analectis menstruis, M. XII., n. 6., p. 615.*), *Phocam illustratum* A. 1659., Thom. Bartholinus *Spicilegium ex Vasis lymphaticis* A. 1658., & Joh. Dan. Major *Descriptionem machinarum mechanicarum Renati Cartesii*, Latine a se versam & Kilonii editam, A. 1672., ipsi inscripsere, dedicatoriæ. Alia Bartholini, qva Eucharisticæ Rolfincii ob dedicatum *Spicilegium* A. 1661. respondit, A. 1667., *in Centuria Epp.* ejus *Med. tertia, n. 27., p. 99-102.*, prodiit. Joh. ab Horne, Acad. Lugduno-Batavæ Medici, ad eundem *Epistola, observationum in partibus sexus utriusqve genitalibus specimen exhibens,* Leidæ A. 1660. & Lipsiæ A. 1675. (*in 12.*), cum *Microcosmo* illius, est excusa.

ELOGIA.

(Joh. Thuilii & Georg. Spörlini metrica, in Vitæ ejus historia, jam supra recitavimus.)

Joh. Frischmuhtius, *in Programmate funebri*, ita de illo: *Enimvero, cum Athenæ nostræ Salanæ desiguntur in contemplatione Hippocratis sui, G. Rolfincii, tantam reverentiam virtus insolita, beneficia charitatem, gloriam cœlestis ingenii animiqve vastissimi monumenta, protinus imperant, ut nullum satis amplum, satisqve honorificum, SCtum facturis occurrat, unde divinas Viri maximi dotes, & merita in Academiam ingentia, per idoneum obnoxiorum & devotorum pectorum redhostimentum, videamur agnoscere. - - Cum Jenam vix adiisset, plura confestim doctrinæ, & insolitarum ad istam diem demonstrationum, miracula struxit, ut qvi Æsculapius olim ab Epidauro Romam, nunc Patavio Jenam transi-*

(1.) ex Hebr. XIII. 14. (2.) V. M. Adr. Beieri *Architectum Jenensem, c. 20., p. 190. 196. 197., & c. 54., p. 657.* (3.) *in Epilogo Descriptionis Machinarum mechanicarum Renati Cartesii*, A. 1672. Rolfincio inscriptæ. (4.) im Bedencken von Kunst und Naturalien-Kammern *p. 33.* Conf. Dan. Gvilh. Molleri *Diss. de Technophysiotameis, c. 7., p. 44.* (5.) V. Erasmi Francisci Höllischen Proteum *p. 554.* (6.) *in Lib. de Arte excerpendi p. 51.* (7.) V. M. Casp. Neumanni Leichabdanckungen *p. 264.*, &, ex illis, M. Christoph. Krahei *Sermonem in exeqviis Val. Schmidii funebrem p. 13.*

transiisse, credi posset. - - Chemiæ professionem & primus Jenæ orsus est, immenso Medicæ rei bono, &, Practica accedente, ad fastigium perduxit, majori inde Germaniæ salute, quam quæ exputari digneqve dilaudari possit. - - Rolfincius, ceu pater Medicorum, innumeram discipulorum non inficiandorum multitudinem per omnes Germaniæ partes emisit, in remotiora aliqvibus, & extremas septentrionis oras, penetrantibus, &c.

Joh. Sperlingius (*in Ep. cit. dedic.*) ita illum A. 1641. compellavit: *Vir amplissime & nominis celebritate insignis. Qvantopere Medica studia tuis promota sint laboribus, dicere in faciem erubesco. Publicæ id loqvantur voces, contestantur facta, grata mente renarrant discipuli clarissimi.*

Thom. Bartholinus (*Lib. 8. Carm. p. 235.*), *regnare* eum, ait, *in orbe medentum*, & (*in Consilio de peregrinat. Medica p. 11.*) *professoribus* accenset *clarissimis, in cultioribus Europæ regnis florentibus, & exterorum studia ad se allicientibus.* Eidem *Doctor* audit *in Acad. Jenensi exercitatissimus* (*in Tr. de Vasis lymphaticis in homine inventis, c. 5.*); *Vir integerrimus decusqve Anatomicorum* (*in Spicilegio secundo ex Vasis lymphaticis, c. 5.*); *Vir in Anatome & aliis summus* (ibid. c. 6.); *Vir, cujus autoritatem omnes venerantur* (*Cent. II. Epp. Med. p. 709.*); *Vir ubiqve amplissima eruditione, judicii maturitate, famæ magnitudine, orbis applausu, regnans, magnorum in remp. literariam meritorum, Germaniæ ornamentum, Medicorum hujus seculi clarissimus* (*Cent. III., in Ep. 27. ad ipsum Rolfincium, p. 99-102.*); *magnusqve Germaniæ Æsculapius, cujus oracula omnes suspicimus* (*Cent. IV. p. 400.*).

Eccardus Leichnerus, Med. Prof. Erfurt. (*in Ep. ad Thom. Bartholinum, Centuriæ II. Epp. Med. Bartholini p. 690. inserta*), *aciei Medico-Anatomicæ antesignanis*, Ol. Borrichius (*in Diss. de ortu & progr. Chymiæ p. 5.*) *iis, qvi Chymica accuratius tractant*, Joach. Vitus Wigandus sive Joh. Val. Willius (*Diss. I. de Itineribus Philiatr. Germ. p. 45.*) celebrioribus Germaniæ Chymicis, & Georg. Francus, *in Epist. de Medicis Philologis p. 22.*, his, eum annumerarunt.

Joh. Rhodio (*Cent. II. Observatt. Med., Obs. 4.*) *Vir* audit *eximius, contubernalis suus & conseraneus.*

Joh. Mich. Dilherro (*in Epist. ad Joach. Morsium MS.*, A. 1634. *exarata*) *Medicorum Princeps.*

Johanni ab Horne (*in Epist. ad ipsum, paulo ante laudata*) *Anatomicus veteranus exercitatissimus.*

Ant. Deusingio (*in Elegantiarum Philologicarum examine, seu Calonum caterva disjecta*) *Vir inclytus, Philosophus ac Medicus incomparabilis, a Segero Bibliothecarius naturæ vocatus, qui nempe vivam in pectoris scriniis Biblothecam circumferat, naturæ virtutes ac ἐνεργείας complectentem.*

Georg. Hier. Velschio (*Dec. III. Curationum & Consiliorum Medicorum, Curat. I.*) *Vir illustris & amplissimus.*

Casp. Marchio (*in Programm. qvodam Kiloniensi*) *Vir per universam Europam celeberrimus.*

Car. Patinus (*in Lyceo Patavino p. 95.*) ita de illo: *Fato functum audivi celeberrimum G. Rolfincium. - - Medicinam ille callebat ad ungvem, reconditiora ejus Axiomata liberalissime profundens, qvæ tamen minori Chymiæ usui conjuncta esse voluissem. Parcant ejus manes huic meæ opinioni.*

Joh. Joach. Becherus, *in Supplem. I. Physicæ subterraneæ*, pro Mercurio qvidem corporum fuse contra illum disputat, sed *Virum* tamen eum *alias prudentem, doctum & circumspectum*, esse *p. 623.* fatetur.

Phil. Jac. Sachsio *Senex* audit *de rep. Medica meritissimus, & nunqvam satis laudandus* (*Lib. II. Gammarologiæ, Sect. 2., c. 3.*), nec non (*in Append. ad Lib. II. Ampelographiæ, Sect. 9.*) *Vir excellentissimus & de rep. Medica meritissimus, ex cujus institutione, velut ex eqvo Trojano, Viri Medici florentissimi prodierunt, Phœbusqve Acad. Salanæ.*

Joh. Sigism. Elsholzio (*in præfat. in Non entia Chymica, Destillatoriæ curiosæ adjecta*) *Excellentissimus nuper seculi nostri Medicus.*

Joh. Dan. Majori *Atlas orbis Medici summus, Jenensium Æsculapius, illustris meritis, & vel ob senium venerandus* (*in Ep. dedic. Descriptionis machinarum Ren. Cartesii*); *Medicorum maximus, qvem Italia desideravit, qvem Gallia, Belgium, & reliqvæ Europæ provinciæ, cum Imperatrice & Regina earum Germania, genuinum ac redivivum ejus Hippocratem venerantur* (*in ejusd. Descript. Epilogo*); *Vir maximi nominis, vere Medicorum Germaniæ hodie facile primus, Patavium ad professionem pene juvenis vocatus, nunc senex emeritus, & conscientia rerum, prudentissime a se gestarum, contra qvosvis famæ suæ insultantium conatus, intra animum nemini insidiosum, triumphans* (*in Memoria Horti Med. Kilon. p. 6.*); *Anatomicus oculatissimus* (*in Historia Calculi Sperlingiani p. 25.*); & *Vir multa meritorum laude celebratissimus* (*in Prodromo Chirurgiæ infusoriæ p. 31.*).

Joh. Christ. Frommanno (*in Problematis tribus miscell. p. 18.*) *Alter Hippocrates, senex venerandus.*

Matthiæ Tilingio *Illustris Germaniæ Anatomicus & Medicus* (*in Anatomia lienis, Sect. 2., c. 1.*); *Anatomicus & Medicus nunqvam satis laudandus* (*in Disqv. de Placenta uteri, Art. 3.*); *Vir in arte Medica sane incomparabilis* (*ib. Art. 4.*); *Germanorum Medicorum ac Anatomicorum aqvila* (*in Proœmio Exerc. de admiranda Renum structura & usu*); & *incomparabilis ille Anatomicus ac Medicus Germanus* (*ib. Sect. I., §. 55.*)

Jac. Barnero (*in Append. Sennerti novi*) *Summus ille artis nostræ Antistes.*

Gabr. Claudero (*in Invento Cinnabarino, c. 15.*) *Vir magnus.*

Val. Andr. Mollenbrocio (*in Tr. de Varis, c. 10., n. 42.*) *Chymicus insignis.*

Christ. Frid. Garmanno (*L. I. de Mirac. Mortuorum, Tit. 7., §. 36.*) *Magnus Jenensium Apollo*, & (*in Diss. de Ovo humano, §. 41.*) *Vir de arte nostra optime meritus.*

Jac. Wolfio, Prof. Med. Jenensi (*in Progr. de αὐτοδιδάκτοις*, A. 1690. *edito, p. 3.*) *Vir illustris ac vere θαυμάσιος.*

Christ. Daumio (*Ep. 28. ad Joh. Andr. Bosium p. 40.*) *Æsculapius Jenensis, Vir, ut mira doctrina, experientia, & meritis maximis, stupendus, ita Academiæ Jenensis, Medicorumqve omnium, æternum decus.*

Casp. Posnero (*in Diss. de Manna §. 10.*) *Vir a morte qvoqve celeberrimus.*

Erasmo Francisci (im Höllischen Proteo *p. 994.*) Ein annoch, dem Ruhme nach, unsterblicher Anatomiste.

Gothofr. Vogtio (*in Curiositatibus Physicis, c. 1., Sect. 1., §. 3.*) *Chymicus excellentissimus.*

M. Adr. Beiero *Phosphorus in cælo Medico clarissimus, & firma scholæ Salanæ columna* (*in Syllabo Proff. Jen. p. 252. 293.*); *Hamburgi patriæ æternum decus* (*ib. p. 564.*); *primusqve in Salana Chirurgus & Chymicus, Anatomiæ autem & Botanicæ instaurator* (*ib. p. 860.*)

Christ. Franc. Paulino (*in Tr. de Angvilla, Sect. 2., c. 3. §. 11.*) *Vir eximius*, & (*Sect. 3., c. 1., §. 3.*) *magnus.*

Lucæ Schröckio Jun. (*in Memoria Welschiana p. 28.*) *Medicus astra fama & anima jam incolens.*

Joh. Andr. Schmidio (*in Miscellaneorum Physicorum Fasciculo p. 53.*) *Immortale Acad. Salanæ lumen, nunc ad cælos translatum.*

Frid. Hofmanno (*in Ep. dedic. Cardianastrophes admirandæ*. A. 1671. illi inscriptæ) *Ævi nostri Medicorum coryphæus, omnium seculorum memoria dignus, cujus doctrina admiranda modernæ sanioris medicinæ cultus nititur; Humanæ salutis antistes, morborum debellator, optime de re Medica meritus, qvi absolutissimam variis ingenii sui monumentis Iatrices encyclopædiam contexuit, & abstrusiores artis latebras illustravit; cujus aurea dictionis catena animos audito-*

rum capiebat quasi & vinciebat, verba erant oracula, admonita consilia, consilia auxilia, diagnostica & prognostica Sibyllina folia.

Joh. Conr. Barckhusio (*in Historia Medicinæ, Dial. 17., p. 518.*) *Medicus Eclecticus, eruditione longe clarissimus.*

Günth. Christoph. Schelhammerus, *in Additt. ad H. Conringii Introd. in artem Medicam, p. 30.*, *magnum* eum vocat *Chymiatrum, p. 334. Botanicum absolutissimum, p. 404. Chirurgum manu & ingenio præstantissimum & felicissimum, p. 135. vastissimæ Virum doctrinæ, qvo, & Joh. Michaele, autoribus caput primum extollere cœpit Chemiæ pars Pharmaceutica, antea fere neglecta;* ac *p. 385.* de iisdem duumviris ita scribit: *Isti duo Viri, qvicqvid deinceps in Germania Chemicorum eruditorum emicuit, videntur nobis peperisse.* In iisdem *Additamentis, p. 362.*, nostrum commendat, qvod *scriptis Medicis Grammaticarum & Philosophicarum rerum subinde aliqvid immiscere soleat*; in *Introductione* autem *in Physiologiam, p. 25.*, verbis celebrat seqventibus: *Ex Germanis nostris addendus Physiologis celebrioribus venit, magno suo merito, G. Rolfinckius, avunculus meus, nulli Anatomicorum sui temporis secundus, & non doctrina magis, qvam facundia ac gravitate morum, illustris, qvi cum Botanices ac Chymiæ, tum Anatomici studii cumprimis, in Acad. Jenensi, non restaurator modo, sed novus conditor, extitit. Illi enim viro debetur, qvod hæc studia, ex eo tempore, ibi altius caput extulere.*

Eidem Schelhammero *celeberrimus* audit *Acad. Jenensis Æsculapius* (in *Exerc. de Fonticulis, c. 1., §. 9.*); *Vir æternæ memoriæ, & immortalis (ib. c. 2., §. 2. & 6.)*; *Splendidissimum Acad. Jenensis lumen (in Disp. Inaug. de Voce, ejusqve affectibus, c. 4., p. 17.)*; *magnum Jenensis Academiæ qvondam sidus (Disp. III. de Resolutione corporum per ignem, §. 27., p. 18.)*; & *decus Acad. Jen. immortale (in Diss. de genuina curandi febres Methodo, P. II., Sect. I., §. 3.).*

Joh. Franco *in Tr. de Veronica, Sect. II., P. I., Memb. I., c. 5.) Vir immortalis memoriæ.*

Benj. Scharfio (*in Tr. de Natura Venenorum, c. 6.*) *Vir post fata illustris*, & (*c. 7.*) *accuratissimus.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Ὑμεναίων Οἰώνισμα, seu Poema Græcum in nuptias M. Henr. Winsenii, Past. Wilstriensis, & Mariæ Tegeneriæ. Hamburgi 1617. in 4.

Disp. de Hydrope, Resp. Paulo Marqv. Slegelio Hamb. (*Collega postea Jenensi*) Witebergæ 1628. in 4.

Disp. de Epilepsia, pro loco in Ordine Medico obtinendo proposita. Jenæ 1629. in 4.

Disp. de Dolore capitis, Resp. Joh. Placcio Sen. (*Poliatro postea Hamburgensi*). Jenæ 1629. in 4.

Disp. de Melancholia. Jenæ 1629. in 4.

Disp. de Phrenitide. Jenæ 1629. in 4.

Disp. de Lethargo. Jenæ 1629. in 4.

Disp. de Apoplexia. Jenæ 1630. in 4.

Disp. de Paralysi. Jenæ 1632. in 4.

Disp. de Chylificatione & circulatione Sangvinis. Jenæ 1632. in 4. (*Lipen.*)

Disp. de Febris malignæ natura & curatione. Jenæ 1638. in 4.

Disp. de Epilepsia. Jenæ 1640. in 4.

Encomion Chymiæ. Jenæ 1641. in 4. (*O. Sperl.*)

Disp. de Febre maligna. Jenæ 1642. in 4.

Disp. de Arthritide. Jenæ 1644. in 4.

Disp. de Melancholia hypochondriaca, Resp. Joh. Theod. Schenckio (*Prof. postea Med. Jenensi*). Jenæ 1644. in 4.

Disp. de Scorbuto. Jenæ 1648. in 4.

Disp. de Ictero flavo. Jenæ 1650. in 4.

Disp. de Arteriis. Erfurti 1651. (*v. Beüghemii Bibliogr. Med. p. 226.* & 1653. (*v. Catal. nund.*) in 4.

Disp. de Chylo & sangvine. Jenæ 1652. in 4.

Disp. de Inundatione Microcosmi, Resp. Godofr. Walthero. Jenæ 1652. in 4. (*V. Beügh. l. c. p. 292.*)

Diss. de Hepate, ex Veterum & recentiorum propriisqve observationibus concinnata, & ad circulationem sangvinis accommodata. Jenæ 1653. in 4. *Elegans* vocatur a Thoma Bartholino, *in Tr. de Vasis lymphaticis in homine inventis, c. 5.*

Methodus cognoscendi & curandi affectus particulares Capitis, qvi cerebro, τῷ πρώτῳ αἰσθητηρίῳ, insidiantur, Hippocraticis, Paracelsicis ac Harveanis principiis illustrata, & XII. Dissertationibus explanata. Jenæ 1653. in 4. Denuo, nova *Dissert. de Autoribus Practicis* aucta, & Georg. Hier. Welschio, Medico Augustano, inscripta, sub hoc Jenæ A. 1671. *in 4.* prodiit titulo: *Ordo & methodus Medicinæ specialis commentatoriæ, ὡς ἐν εἴδει cognoscendi & curandi dolorem Capitis, ad normam veterum & novorum dogmatum proposita.* G. H. Welschio (*Hecatost. II. Observatt. Medico-Phys., Obs. 87.*) *libellus* audit *aureus.*

Disp. de Vulneribus. Jenæ 1653. in 4.

Diss. de Corde, ex veterum & recentiorum propriisqve observationibus concinnata, & ad circulationem sangvinis accommodata. Jenæ 1654 in 4.

Ordo & methodus Medicinæ specialis commentatoriæ, ὡς ἐν γένει, ad normam veterum & novorum dogmatum proposita. Præmittitur Diss. de Autoribus Practicis. Jenæ 1654. & 1665. in 4. Continuatio ejus (testibus Wittenio & Beughemio) Jenæ A. 1669. *in 4.* prodiit. Recensum ejus exhibent Joh. Galloesii *Ephemerides Erud. Gallicæ anni 1666., n. 24. (ad d. 14. Jun.)*, & Versio istarum Latina Nitschiana *p. 383. 384.*

Disp. de Palpitatione cordis. Jenæ 1654. in 4. (*V. Beügh. p. 292.*)

Epitome methodi cognoscendi & curandi particulares Corporis affectus, secundum ordinem Abubetri Rhazæ, ad Regem Mansorem Libro IX., Hippocraticis, Paracelsicis & Harveanis principiis illustrata. Jenæ 1655. in 4. Recognita deinde, & triplici indice locupletata, curante Georg. Wolfg. Wedelio, Autoris Collega, cum nova ejus præfatione, prodiit Jenæ A. 1675. in 4. Hæc, judice G. C. Schelhammero (*in Additt. ad H. Conringii Introd. in art. Med. p. 209.*) *Studiosis apprime est utilis, & sua se cumprimis brevitate & elegantia commendat, veterum præcipue Græcorum dogmata complectens, qvibus subinde aliqvid novi, ex propria Autoris observatione, accessit.*

Disp. de Catarrho suffocativo. Jenæ 1655. in 4.

Dissertationes Anatomicæ, methodo synthetica exaratæ, sex libris comprehensæ, theoricis & practicis veterum & recentiorum, propriisqve observationibus, illustratæ, & ad circulationem sangvinis accommodatæ. Noribergæ 1656. in 4. Qvanti hoc opus (metu plagiariorum, MStum istud possidentium, &, velut suum, aliqvando forsan edituorum, ab Autore, teste *præfatione*, publicatum) Joh. Riolanus Jun., Prof. Med. Paris., fecerit, Gvido Patinus Thomæ Bartholino, in Epistola ad eum A. 1656. data (*Cent. II. Epp. Med. Bartholini p. 646.*), verbis hisce significavit: *Riolanus nuper*

per accepit ex Germania novam qvandam Anatomiam(saltem primam ejus partem) G. Rolfinckii, Prof. Jenensis, qvam multis laudibus extollit, ejusqve lectione plurimum delectatur. Alias duas partes, qvæ in posterum edendæ superfunt, qvam libenter videret! Editionem novam, pleniorem atqve auctiorem, sperari jubet G. C. Schelhammerus, ejusdem Encomiastes, *in Introd. in Physiologiam p. 25.* ita scribens: *Sunt in manibus Differtt. Anatomicæ, satis prolixæ, qvæ tamen fortassis aliqvando (qvod faxit Deus!) auctiores, novam indutæ formam, prodibunt in publicum, qvod post mortem absolutum hoc opus, cum aliis, illum reliqvisse novimus.* Partis editæ *Lib. I.* de Anatome in genere, II. de ossibus, III. de musculis, IV. de nervis, V. de venis, & VI. de arteriis, commentantur. In Biblioth. Hamburgensi publica MSta asservatur Rolfincii *Anatomia*, a Paulo Marqv. Slegelio, cive illius ac Collega eximio, notis aucta αὐτογράφοις, qvam ab hoc opere haud credo esse diversam.

Disp. de Salivatione, Resp. Zach. Nic. Götzio. Jenæ 1656. in 4. (*V. Beügh. p. 102.*)

Ordo & methodus cognoscendi & curandi Febres generalis, Hippocraticis, Paracelsicis, Harveanis & Helmontianis principiis illustrata. Jenæ A. 1658. (*imo, si Beüghemio p. 226. & Catalogo Elzeviriano credas, jam ante A. 1656.*) in 4. Commendatur a G. C. Schelhammero *in Additt. ad Conringii Introd. in art. Med. p. 211.*

Disp. de Incubo, sive Ephialte. Jenæ 1658. in 4.

Disp. de Vertigine. Jenæ 1659. & 1665. in 4.

Disp. de Sangvificatione læsa. Jenæ 1659. in 4.

Differtt. VI. Chymicæ: 1. de Tartaro, 2. de Sulphure, 3. de Margaritis, 4. de perfectis Metallis duobus, Auro & Argento, 5. de Antimonio, 6. de imperfectis Metallis duris duobus, ferro & cupro. Seorsim singulæ prodierunt Jenæ A. 1660. in 4., junctim vero ibidem A. 1679. in 4. Commendantur a G. C. Schelhammero, *l. c. p. 288.*, Phil. Jac. Sachsio *in Append. Ampelographiæ, ad Lib. 2. Sect. 9.*, & Christ. Hellwichio (*eruditissimas* vocante) *in Proœmio Schediasmatis de ære, Appendici Ann. VII. & VIII. Dec. III. Miscell. Acad. Nat. Curiosorum inserti, p. 147.*

Epistola ad uxorem, cum ipsi Diss. suam de Margaritis offerret. Jenæ 1660. in 4. (*V. P. II. Biblioth. Carpzov. p. 46.*)

Chymia in artis formam redacta, & VI. libris comprehensa. Jenæ A. 1661., Genevæ 1671., Francofurti 1675. & (*juxta Merclini Append. Lindenii renovati p. 1093.*) 1686. in 4. Breves Autoris ad eam Notæ, Disput. peculiari exhibitæ, seorsim Jenæ A. 1669. in 4. prodierunt. Editus qvoqve est, si Chr. Hendreichii *Pandectæ Brandenburgicæ p. 421.* fidem merentur, D. Jac. Barneri, Elbingensis, Tr. de Vulgi in Chemia erroribus, secundum seriem capitum Chymiæ Rolfincianæ elaboratus. Commendatur opus hoc Rolfincii a Joh. Sig. Elsholzio (*eum, Chymiam in artis formam redigendo, universos ante se Didacticos superasse* persvaso), *in præfat. Non entium Chymicorum, Destillatoriæ curiosæ adjectorum*, Joh. Dan. Majore (*magno illud posterorum commodo in lucem esse missum* censente) *in Diss. de Cancris & Serpentibus petrefactis p. 32.*, ac Georg. Hier. Velschio, in *Epist. de Scriptis suis*, sub finem *Bibliothecæ latentis & promissæ* Theod. Jansonii recusa, *p. 80. 81.*, ita scribente: *Pulcerrimus qvidem Illustris Rolfincii labor Chemiæ in artis formam redactæ. Sed multa sigillatim tetigisse non videtur, qvorum vulgaris jactantia est, & publica scientia esse debet.* Defectum hunc ipse supplere voluit Velschius in *Censura* sua *Chemica* affecta, de qva eadem Epistola, *l. c.*, & Lucæ Schröckii Jun. (nihil illius, præter Collectanea qvædam in *Lib. sextum Chymiæ* Rolfincianæ *de non entibus Chymicis*, post obitum Velschii inventum esse, testantis) *Memoria Welschiana p. 58.*, possunt consuli. Mercurios corporum, inter non entia Chymica, in libro hoc, a Rolfincio relatos, acriter contra illum defendit Joh. Joach. Becherus, *Lib. I. Physicæ subterraneæ, Sect. V., c. 3., p. 401-409.*, de toto etiam opere, *Lib. I., Sect. IV., c. 1., p. 181.*, iniqvius hoc ferre non veritus judicium: *Rolfincius Jenensis, nescio qvibus Aristotelicis alis, extra functionem suam, in Chymiam involavit, eamqve in artis formam redigere voluit, sc. Aristotelicam. Ast qvam turpiter Theologia larvetur, si Aristotelis larva personetur, tam pessime qvoqve ei cum Hermete convenit. Deinde in præfata artis forma nullas video rationes, nisi novum ordinem processus ponendi, & qvod, Græcos qvosdam terminos rebus illinens, multa falsa pro veris, vera pro falsis, statuerit, non sine argumento nullius experientiæ.* D. G. Morhofius qvoqve, Chymiæ secretioris justo studiosior, *in Prælectionibus Polyhistoricis MSS.*, nostro, qvod *multas operationes Chymicas, qvas veras esse constet, & speciatim Mercurium metallorum, tanqvam non entia, extruserit*, præjudiciis suis indulgens, succensuit.

Disp. de fluore albo Mulierum. Jenæ 1661. in 4.

Comm. in Hippocratis Aphorismum I. Libri I., disputationi subjectus. Jenæ 1662. in 4. A J. Casp. Zeumero *l. c. p. 40.* perperam *Comm. in Hippocratem* vocatur.

Disp. de Syncope. Jenæ 1662. in 4.

Disp. de Scabie. Jenæ 1662. in 4.

Disp. Med. de Mola. Jenæ 1662. in 4.

Disp. de Arthritide. Jenæ 1663. in 4. (*V. Beügh. p. 227.*)

Disp. de Podagra, Resp. Aug. Henr. Faschio, Arnstadiensi (*Prof. postea Med. Jenensi*). Jenæ 1663. in 4.

Disp. de Chylificatione læsa. Jenæ 1663. in 4.

Ordo & methodus Partium generationi dicatarum fabricam, per Anatomen, cognoscendi, ad normam veterum & recentiorum scriptorum exarata. Præfixus est Applausus Epistolicus D. Ott. Sperlingii Sen., Medici Hamburgensis. Jenæ 1664. in 4. Recusus ἀνωνύμως (nisi qvod, sub finem *Partis I., p. 120.*, literæ nominis initiales GVER. superfint) Francofurti A. 1684. *in 4.*, sub novo hoc titulo: *Sacra Eleusinia patefacta, seu Tr. Anatomicus novus de Organorum, generationi dicatorum, structura admirabili in utroqve sexu, veterum atqve neotericorum hypothesibus & inventis accommodatus.* Postremæ hujus editionis recensum Pet. Bælius (cui Autor fuit ignotus) exhibuit, *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jul. A. 1684., p. 535. 536.*, & hoc librum ornavit elogio: *L' Auteur de ce livre égaye fort cette matiere, & on voit bien qve le jeu lui plait. On y trouve de l'erudition, & des remarqves curieuses.*

Disp. de Enterocele, sive Hernia. Jenæ 1664. in 4. (*V. Beügh. p. 227.*)

Disp. de lapide Bezoar. Jenæ 1665. in 4. (*V. Beügh. p. 227.*)

Scrutinium Chymicum Vitrioli. Jenæ 1666. in 4. (*Lipen. & Catal. Fogel.*)

Pyretologia, seu Disp. de febribus in genere. Jenæ 1666. in 4. (*V. Beügh. p. 84.*)

Disp. de Lue Venerea. Jenæ 1666. in 4.

Liber de Purgantibus vegetabilibus, Sectionibus XV. absolutus, & Gvidoni Patino inscriptus. Jenæ A. 1667. & 1684. in 4.

Disp. de Ebrietate & crapula. Jenæ 1667. in 4. (*V. Beügh. p. 227.*)

Disp. de Qvartana intermittente. Jenæ 1667. in 4.

Disp. de Scrophulis, seu strumis. Jenæ 1667. in 4. (*V. Beügh. p. 168.*)

Disp. de Phthisi. Jenæ 1667. in 4.

Disp. de Diaria. Jenæ 1668. in 4.

Disp. de curatione Ascitis. Jenæ 1668. in 4.

Ordo & methodus Medicinæ specialis consultatoriæ, ὡς ἐν ἀ7όμῳ, continens Consilia Medica, ad normam veterum & novorum dogmatum adornata. Jenæ 1669. in 4., & (sub titulo *Consiliorum ac responsorum Medicorum*) Francofurti 1675. in 4. Editio antiqvior anni 1665. vel 1666. Jenensis, a Beüghemio, *l. c. p. 226.*, & *Catalogis* aliqvot, memorata, haud dubie est chimærica.

Ad Chymiam in artis formam redactam illustrandam Notæ breves, disputationi expositæ, Resp. Luca Schröckio Jun., Augustano (*patriæ postea Poliatro*). Jenæ 1669. in 4.

Disp. de Ileo. Jenæ 1669. in 4.

Disp. de Gutta serena. Jenæ 1669. in 4.

Disp. de Ἀγρυπνίᾳ, seu pervigilio. Jenæ 1669. in 4.

Disp. de Catarrho narium. Jenæ 1669. in 4.

Non ens Chymicum, Mercurius metallorum & mineralium. Jenæ 1670. in 4. Liber hic (Athan. Kirchero inscriptus), una cum Utinis Udenii (*sive Mich. Kirstenii*) *Non entibus Chymicis*, recusus est sub finem *Destillatoriæ curiosæ* Joh. Sigism. Elsholtzii, Archiatri Brandeburgici, Berolini A. 1674. *in 8.*, & Germanice qvoqve, cum Germanica illius versione, Noribergæ A. 1683. *in 12.* prodiit, teste *Catalogo nund. Lips. A. 1683. Autumn. p. 14.* Recensum ejus *Ephemeride VI. Erud. Ital. A. 1676.* exhiberi, docet Corn. a Beüghem *Conspectu III. Apparatus ad Hist. Lit. noviss. p. 281.* Oppositum illi est Joh. Joach. Becheri *Experimentum Chymicum novum, quo artificialis & instantanea Metallorum generatio & transmutatio ad oculum demonstratur, loco Supplementi ad Lib. I. Physicæ subterraneæ, & Responsi ad D. Rolfincii schedas de non entitate Mercurii corporum*, Francofurti A. 1671. *in 8.* excusum, &, cum *Physica subterranea*, Lipsiæ A. 1703. *in 8.* recusum.

De Vegetabilibus, plantis, suffruticibus, fruticibus & arboribus in genere, libri duo, Joh. Dan. Majori, Prof. Medico Kiloniensi, inscripti. Jenæ 1670. & 1686. in 4. Excerptus ex his est Joh. Dan. Majoris *Catalogus plantarum, quarum mentio fit in Rolfincii Lib. I. & II. de Vegetabilibus, in gratiam prælectionum & demonstrationum Botanicarum adornatus*, Kiloniiqve A. 1673. *in 4.* editus. G. C. Schelhammerus (*in Additt. ad Conringii Introd. in art. Med. p. 335.*) *librum* eos vocat *deliciis hortensibus atque amoenitatibus ita refertum, ut in hortis ipsis versari, & prodeambulare per eorum areas & vireta, legentes sibi videri queant*; nec multo post (*p. 354.*) *elegantem libellum, ad Philosophicam plantarum notitiam referendum.*

Disp. de Aphtis. Jenæ 1672. in 4. (*Lipen. & Beügh.*)

Disp. de Dysenteria maligna. Jenæ 1672. in 4. (*V. Beügh. p. 227.*)

Disp. de Phrenitide. Jenæ 1672. in 4. (*V. Beügh. p. 114.*)

Theatrum Practicum, in qvo omnes affectus, in Medicina speciali occurrentes, producuntur & examinantur; Opus posthumum. Francofurti & Lipsiæ A. 1686. in 4.

Disputationes, in H. Wittenii *Dec. II. Memor. Med. renov. p. 271.*, & *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1673.*, *Catalogisqve* nonnullis, sine anni memoratæ indicio: 1. de Partu difficili; 2. de renum & vesicæ Calculo; 3. de Febre hectica; 4. de Tertiana intermittente; 5. de Synocho putrida; 6. de Mania; 7. *de Valore missarum*; 8. de Tussi; 9. de Febre petechiali; 10. de dolore dentium; 11. de Suppressione mensium; 12. de Fœtu; 13. de Vertiginis διαγνώσει, προγνώσει & θεραπείᾳ; 14. de Calculo; 15. de Variolis; 16. de Cardialgia. Qvas inter septimæ, si Medica est, titulus monstri aliqvid videtur alere.

Programmata VIII. (qvorum argumenta Vitæ nostri jam indicavit historia), dissectionibus Anatomicis publicis, ab A. 1629. ad 1638., præmissa, aliaqve complura Academica.

Epistola ad Thom. Bartholinum, *pro dedicatione Spicilegii ex Vasis lymphaticis*, Eucharistica perbrevis, A. 1661. scripta, qvæ in Bartholini *Centuria III. Epp. Med.*, Hafniæ A. 1667. *in 8.* excusa, *num. 26.*, *p. 98. 99.*, adjectis (*n. 27.*, *p. 99-102.*) hujus responsoriis, prodiit.

II. ALIENA.

D. Zach. Brendelii Jun., Prof. Med. Jenensis, Chymia in artis formam redacta, & Prælectionibus publicis Philiatris, in Acad. Jenensi, communicata, ubi, præter methodum addiscendi ἐγχειρήσεις Chymicas facillimam, & plurimorum medicamentorum correctionem, varii discursus Chymici reperiuntur, qvorum agmen claudit accurata Disqvisitio de famosissima præparatione Auri potabilis. Ab Autore Jenæ A. 1630. *in 12.* (*teste Lindani Libro I. de Scr. Med. p. 617.*) est edita, a Rolfincio autem revisa, & præfatione ornata, denuo ibidem A. 1641. in 8., Lugd. Bat. A. 1672. in 12., & (*juxta Beughemium p. 43.*), cum Joh. Beguini *Tyrocinio Chymico*, per Gerh. Blasium recensito, Amstelodami A. 1658. & 1669. *in 12.*, prodiit.

D. Christoph. Schelhammeri Hamburg., Prof. Jen. Medici, Biga Dissertationum de Humoribus humani corporis posthuma, ab illo edita. Jenæ 1652. in 4.

DISPUTATIONES MEDICÆ INAUGURALES, illo Præside propositæ.

Christ. Seb. Ayreri, Franci, de Phrenitide. Jenæ 1632. in 4.
Victorini Gregorii, Weissenfelsensis, de Hydrope Ascite. Jenæ 1633. in 4.
Nath. Vogtii, Servestani, de Arthritide. Jenæ 1635. in 4.
Georg. Chr. Gramanni, Meinungensis, de Melancholia. Jenæ 1636. in 4.
Conr. Vict. Schneideri, Bitterfeldensis, Prof. Med. Witeb., de Pestilentiæ natura & curatione. Jenæ 1636. in 4.
Abr. Birnbaumii, Ascanii, de Catarrho. Jenæ 1637. in 4.
Joh. Georg. Henisii, Practici Cizensis, de Epilepsia. Jenæ 1637. in 4.
Joh. Sam. Albini, Dresdensis, Practici Torgensis, de Pleuritide. Jenæ. 1638. in 4.
Andr. Mackii, Archiatri Schwartzburgici, Decas Thematum miscellaneorum. Jenæ 1638. in 4.
Gothofr. Mœbii, Prof. Med. Jen., de Cervi natura, usu & arcanis Hermeticis utilissimis. Jenæ 1639. in 4.
Balth. Wildtmarckii, Thuringi, de Febre pestilentiali & maligna in genere. Jenæ 1640. in 4.
Hieron. Bierlingii, Lipsiensis, de Scorbuto. Jenæ 1640. in 4.
Joh. Georg. Waltheri, Lignicensis, Decas qvæstionum Medicarum illustrium. Jenæ 1640. in 4.
Tob. Matthæi, Odera Misnici, de Pestilentiæ natura & curatione. Jenæ 1641. in 4.
Joh. Drawizii, Magdeburgensis, de Ichore ulcerum seroso (vom Gliedwasser). Jenæ 1642. in 4.
Henr. Steinmetzii, Ilebergensis, de Suffocatione uterina. Jenæ 1644. in 4.
Joh. Matthiæ Nesteri, Culmbacensis, de Anorexia. Jenæ 1649 in 4.
Frid. Hofmanni, Halensis, de Dysenteria. Jenæ 1651. in 4.
Christ. Ern. Tarbii de Plica Polonica. Jenæ 1658. in 4.

Herm.

Herm. Andreæ de dolore Colico. Jenæ 1660. in 4.
Joh. Arn. Friderici, Altenburgensis, Prof. Med. Jen., de Apoplexia. Jenæ 1661. in 4.
Joh. Jacobi, Brunsvicensis, de Hydrope Ascite. Jenæ 1662. & 1672. in 4.
Joh. Nicol. Ewaldi, Gothani, de χλωρώσει, seu foedis Virginum coloribus. Jenæ 1665. in 4.
Georg. Wolfg. Wedelii, Spremberga Lusati, Prof. Med. Jen., de Pollutione nocturna. Jenæ 1667. in 4.
Car. Schröteri, Zittaviensis, de Qvartana intermittente. Jenæ 1670. in 4.
Chr. Henr. Ruperti de Hydrope. Jenæ 1672. in 4. (*V. Beügh. p. 231.*)
Andreæ Persicke de Siti immoderata. Jenæ 1673. in 4. (*V. Beügh. p. 201.*)

INEDITA.

Herbarium vivum, industria incomparabili, & ordine Remb. Dodonæi pulcherrimo, ab eo adornatum, decemqve integris Voluminibus (*in fol.*) comprehensum, qvod G. C. Schelhammerus, *in Catalogo plantarum horti sui rariorum*, A. 1683. edito, *p. 4.*, & *in Additt. ad Conringii Introd. in art. Med. p. 334.*, ac Joh. Dan. Major (*rarissimum* illud *artis & naturæ* vocans *pægnion*, Jenæqve, aut in finitima aula Ducali Saxonica, tradens asservari), *in Memoria Horti Med. Kilon.*, *p. 6. 7.*, commendant.

Opus Chirurgicum, de qvo ita Schelhammerus in iisdem *Additt. p. 404.*: *Rolfincius, uti erat Chirurgus manu & ingenio præstantissimus & felicissimus, ita conscripserat etiam, in ea arte, opus absolutum, & ad editionem paratum, qvod manibus plurimum versavi, sed, ex peregrinatione redux, post obitum ejus, frustra qvæsivi, furtiva manu sine dubio ablatum. Forte prodibit aliqvando sub alieno nomine.*

Opus novum Anatomicum, *Dissertationes Anatomicas*, A. 1656. editas, longe auctiores, aliamqve indutas formam, exhibens, de qvo in illarum jam dictum est recensu.

Formulæ remediorum pharmacevticæ, Philiatris in privato communicatæ Collegio, qvas Joh. Crusius, Medicus Slesvic., & alii, MSS. asservant.

Oratio de studii Botanici utilitate, qva hortum Medicum Jenensem d. 11. Jul. A. 1631. initiavit. V. M. Adr. Beieri *Syllabum Professorum Jenensium p. 927.*, & *Architectum Jenensem*, *c. 52.*, *p. 633.*, *c. 57.*, *p. 718. 720. 721.*

M. JOHANNES RÖLINGIUS, Lütkenburgi, Wagriæ oppido (1.), d. 23. Sept. A. 1634. natus, patrem habuit Liborium, prædiorum Comitis Ranzovii Schmolensis, Hohenfeldensis, Holtzgartensis & Hobygardensis, inspectorem, matrem vero Margaretam, cujus cognomen ignoratur. E schola Lubecensi A. 1652. in Gymnasium Stettinense migravit, & ex isto, cum in Philosophia pariter atqve Philologia egregios, Joh. Micrælii & Henrici Schævii ductu, fecisset progressus, A. 1656. in Academiam Rostochiensem transiit, studiiqve sacri hodegos Joh. Georg. Dorscheum ac Aug. Varenium, hospitem suum, auspicato elegit. Horas succisivas Musis dicavit Poeticis, & successu qvidem eo feliciori, qvod & naturæ, dotes ipsi largitæ eximias, hasce deperiret instinctu, & Henr. Schævii ac Andr. Tscherningii, ducum peritissimorum, premeret vestigia, & currenti commilitonis præstantissimi, Dan. Georg. Morhofii, Pyladis sui, exemplo calcar perpetuo adderetur. Horum ope præsidiorum cum alios plerosqve Pieridum cultores longo post se reliqvisset intervallo, post supremam Philosophiæ lauream, competitore Morhofio, Præceptore utriusqve communi Schævio applaudente (2.), Rostochii reportatam, Simoni Dachio, Vati cultissimo, in professione Academiæ Regiomontanæ Poetica, per Fridericum Wilhelmum, Electorem Brandeburgicum (cui e Carminis cujusdam elegantissimi lectione dotes ejus innotuerant), A. 1660. est subrogatus. Hanc, in Borussiam, inter fausta Propemptici vernaculi, a Morhofio, qvem amor vere ἀμφιθαλὴς ipsi devinxerat, scripti (3.), omina atqve encomia, proficiscens, M. Majo A. 1661. *Disputatione de Metro* auspicatus est *Poetico*, eaq; fide & dexteritate administravit, ut Electori (a qvo suprema etiam alumnorum suorum mensarumqve communium ephoria illi est commissa), Collegis, bonisqve omnibus, satisfaceret. Uxorem Regiomonti duxit Mariam, Johannis Wegneri, Architecti & molarum Electoralium directoris, filiam, XII. sibi enixam liberos. Novem ex istis, & ipsam tandem conjugem, d. 20. Apr. A. 1679. extinctam, turbato naturæ ordine, vivus extulit, trigamqve tantum filiorum reliqvit superstitem, cum, qvadrimestri vix elapso, viduus, d. 25. Aug., eodem A. C. 1679., ac ætatis 45., orbi erudito, morte prematura, itidem eriperetur, Musasqve patrias pariter atqve Borussicas in luctum ingentem conjiceret. Si enim longior, qvam, paucissimis in Poesi, præsertim vernacula, jam fecundus, mereri utiqve videbatur, usura illi vitæ obtigisset, vix dubitandum erat, qvin palmam principibus ejusdem redditurus fuisset ambiguam. V. de illo *Programma* Regiomontanum (cui nostra magnam partem debemus) *funebre*, Mich. Kongehlii, urbis Regiomontanæ Secretarii Kniphoviani, Odas duas in obitum ipsius uxorisqve Germanicas, Dantisci A. 1694., in illius Immergrünendem Cypressenhayne, *p. 517-524. 659-694.*, recusas, & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1679.*

ELOGIA.

Rector Acad. Regiomontanæ, *in Programmate funebri*, ita de illo: *Ingenii ejus magnitudinem posteritas agnoscet, qvoties leget exasciatissima carmina, qvæ cecinit innumera.*

D. G. Morhofius, in *Propemptico* jam laudato, multis verborum ambagibus ipsum, ejusqve carmina (qvæ *p. 112. cedro* esse *digna*, *invidia* autem *temporisqve injuria superiora*, judicat), celebravit, &, in alio Epigrammate nuptiali (*P. I. Poem. Germ. p. 90.*), *alterum* illum salutavit *Dachium*, *cujus citharæ eruditæ svavitatem arundo sua stridula minime sit æqvatura.*

Joach. Fellerus (*in præfat. ad Versionem Meditationum D. Joh. Gerhardi sacrarum Metrico-Germanicam*, a Tob. Richtero concinnatam, & A. 1691. editam) ac Erdm. Neumeisterus (*in Diss. de Poet. Germ. p. 87.*) Vatum eum Germaniæ vernaculorum accensent principibus.

Dan. Bährholtzio, Elbingensi, auditori suo, in Epigrammate vernaculo (4.), audit der Dichter Printz, dem keiner nicht mag gleichen, weil ihm Apollo längst geschenckt den ersten Sitz.

Mich. Kongehlio, in Oda funebri (*l. c. p. 518. 520.*), ein Liecht der Dichter, des Preußischen Pindus Kron, und der Dichtkunst echter Sohn, der durch so viel nette Lieder die gelehrte Welt ergetzt, und ihm selbst ein mahl gesetzt, das kein Neid der Zeit wirft nieder; der da war, was Opitz, Rist, Flemming, Dach und Tscherning, waren.

(1.) Patriæ hujus, in *Programmate* non expressæ funebri, notitiam M. Christoph. Krahei debeo relationi. (2.) V. Henr. Schævii *Castorem & Pollucem*, *seu Epiphonema Heroicum ad Rölingium & Morhofium*, *Magistros Poeseosqve Professores A. 1660. creatos*, *in Dissertationum Morhofii Academicarum, junctim A. 1699. editarum, Appendice adoptiva, p. 61.-72.*, *recusum.* (3.) Legitur illud in Morhofii *Poematis Germanicis, P. I.*, *p. 111-119.* (4.) Legitur illud in Balthide, oder den Gedichten Dreyer am Belthe weidenden Pegnitzschäffer (ed. Bremæ A. 1677.), *p. 227. 228.*

SCRIPTA.

Θρηνοπαίγνια, Poemation Latinum, Rostochii, A. circiter 1659., *in fol.* editum, qvo (uti a Morhofio sum edoctus) sortem Cimbriæ, Svecorum tunc armis oppressæ, miseram ac calamitosam deploravit. Confer de illo *P. I. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 8.*, *§. 9.*, *p. 148.*

Disp. de Metro Poetico, pro Loco in Ord. Philos. proposita. Regiomonti 1661. in 4. Philosophice in naturam atqve efficaciam metrorum ac rythmorum inqvirit.

Teutscher Oden sonderbahres Buch von geistlichen Sachen. Regiomonti 1672. in 8. De hac Sylloge ita Morhofius im Unterrichte von der Teutschen Sprache und Poesie, *P. II.*, *c. 9.*, *p. 432.*: Herrn Rölings, der mein lieber Freund gewesen, und uns gar zu frühe durch den Todt entrissen ist, seine geistliche Lieder, deren ein Theil herausgegangen, seyn voll tiefsinniger Einfälle, und führen eine Flemmingsche Art bey sich, als die er jederzeit beliebet hat. Nec non *P. III.*, *c. 15.*, *p. 713.*: Herrn Rölings seine geistliche Oden sind voll Tieffsinnigkeit, und an Erfindung reich.

Carmina alia Germanica, tum sigillatim edita, tum ἀνέκδοτα, qvæ junctim publicari Morhofius, *l. c.*, *P. II.*, *c. 9.*, *p. 432.*, verbis optavit seqventibus: Es ist zu beklagen, daß nicht alle seine Verse in ein vollständig Werck versamlet werden sollen, die fähig seyn unter die treflichsten Geister dieser Zeit ihn zu setzen, und der Nachwelt vorzustellen.

(A Lipenio, *P. II. Biblioth. Theol. p. 226.*, memoratur Joh. Rölingii *Manuale sacrum*, oder Neuzugerichtetes geistliches Handbuch, so in 30. trost- und lehrreiche Tractätlein ist abgetheilet; *in 24.* excusum. An istud nostro debeatur, αὐτόπται definiant.)

M. ANDREAS (PETRI fil.) ROMDORPHIUS, Cimber, A. 1605. natus, supremos Philosophiæ honores Hafniæ A. 1638. (qvo studia juvenum aliqvot in Acad. Sorana gubernabat nobilium), Brabeuta Christ. Longomontano, Mathematico illustri, post *VII.* hujus *de Summo bono ζητήματα* publice defensa, obtinuit. Scholæ deinde in urbe Ripensi publicæ, ab A. 1630. ad 1640., fuit Rector, ac, seqventi novennio, templi ejusdem cathedralis Archidiaconus ac Canonicus. Obiit d. 29. Mart. A. C. 1649., ac ætatis 44., viduamqve reliqvit Dorotheam, M. Severini Velleji, Pastoris Ripensis, filiam, XI. hactenus annorum conjugem, secundis D. Ludovico Pouchio, Medico & Canonico Ripensi, sociatam nuptiis. Hac curante Epitaphium illi in Basilica erectum est Ripensi, cujus tumuliqve Epigraphæ non inelegantes, in Pet. Terpagrii *Inscriptionibus Ripensibus*, *p. 24. 25. 58. 148.*, recitantur. In literis ejusdem ad me amicis *Theologus* vocatur & *Philologus excellens, qvi, ut statura præ omnibus aliis urbis Ripensis præminuit, ita etiam eruditione.* Confer de illo Pet. Resenii *Indicem Catalogi Biblioth. suæ tertium*, & Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *p. 63.*

Disp. miscellanea, theses Logicas, Metaphysicas, Physicas & Mathematicas, continens. Hafniæ 1640. in 4.

Decachordum Jubilæum; det er: Aandelig Jubilfryd, ofver vor Frelseris, JEsu Christi, naaderige Fødsel, gudeligen fore stilled udi ti trøstelige Julesange. Hafniæ A. 1668. in 8. Decas est Hymnorum in Christi incarnationem Danicorum, a Georgio Laurentii Aaskovio edita.

Prælectiones in Locos Theologicos, & Enarrationes in Epistolam posteriorem Petri, Johannisqve secundam & tertiam, ἀνέκδοτοι, *in Catalogo MSS. M. Joh. Pouchii* memoratæ.

Commentarius sive Paraphrasis in Apocalypsin MS., cujus editionem G. L. Aaskovius, *in Epistola Decachordi* ejus *dedicatoria*, optavit, ac Pet. Terpagrius, possessor, pollicetur. Ad hujus ductum Matthias Frisius Senior, Parochus Abelensis, concinnasse se fatetur *Tabulam* suam *Historiæ N. T. Apocalypticæ synopticam*, Lüneburgi A. 1683. *in fol.* editam, ac supra *p. 200.* memoratam.

Conciones in Apocalypsin ἀνέκδοτοι, qvas Aaskovius, *l. c.*, luce itidem dignas censet publica.

Carmina non pauca Testimoniaqve scholastica, qvæ αὐτόγραφα Cl. Terpagrius asservat.

ERICUS a RONNE, Hamburgensis, mercatoris, sibi cognominis (A. 1653. defuncti), filius, J. U. D. Altorfii A. 1664. creatus, & Romæ A. 1675. mortuus.

Disp. Inaug. de Proxenetis. Altorfii 1664. in 4. *(O. Sperl.)*

GERHARDUS ROOSE, Civis ab A. 1640. Hamburgensis, A. 1697. superstes.

Gründlicher Unterricht von dem ietzo gewöhnlichen Gebrauche und Art der unrahtsamen Kachelöfen, darinn angewiesen werden die grossen Fehler, warumb dieselbe keine gnugsame Wärme von sich geben, und wie solchen zu helfen stehe: Samt deutlicher Vorstellung einer neuen Invention sehr vortheilhafter Kachelöfen, welche mit wenigem Holtze mehr Wärme geben, &c. Hamburgi A. 1695. in 4. Obscuritatis accusatur a Georg. Paschio, in *Inventis novantiqvis*, A. 1700. recusis, *c. 7.*, *p. 713. 714.*

Appendix an den Unterricht, oder Auflösung und Gegenbericht auf einige Bedenckungen der Hamburgischen Bürger, gegen seine neue Iventions-Oefen. Hamb. 1697. in 4.

GERHARDUS ROOSE, Mennonitarum Altonaviensium Ecclesiastes, a præcedenti, uti suspicor, diversus.

Unschuld und Gegenbericht der also genandten Mennisten, über die Beschüldigung, als ob sie von der aufrührischen Münsterschen Rotte entsprossen; benebenst deren Glaubens-Bekäntnisse, und Menno Simens Lebenslaufe. Ratzeburgi 1702. in 8.

M. NICOLAUS RÖPERUS, Hamburgensis, Scholæ Itzehoensis, circa A. 1662., Rector.

Disp. de Telluris, & qvorumvis locorum, longitudine. Gryphisvaldiæ 1651. in 4.

Florilegium festivum, Germanice editum. Nordhusæ. 1652. in 4. *(Catal.)*

Helleuchtender Spiegel der Liebe des himlischen Bräutigams, und seiner Braut, der Christlichen Kirchen, aus dem Hohen-Liede Salomons, in XCI Predigten, der Gemeine zu Itzehoe vorgetragen. Jenæ 1662. in 4.

DAVID RORARIUS, Rendesburgensis (1.) Holsatus, J. U. Doctor Heidelbergæ VIII. Kal. Maji A. 1581. cum qvinqve creatus competitoribus (2.), Protodicasterii Germaniæ Spirensis, curiæqve Palatinatus supremæ, A. 1580. jam egit Advocatum (3.), &, nuptiis cum Elisabetha, Phil. Freundii, arcis Breüburgensis Præfecti, filia, Id. Aug. A. 1583. Heidelbergæ celebratis (4.), A. 1596. etiamnum superstes, non juris solum, Praxeosqve ejus, peritia, sed venæ qvoqve Poeticæ præstantia, inclaruit.

Paschalis festi, tam veteris, qvam novi, repetitio, carmine Heroico illustrata. Heidelbergæ 1578. in 4.

Carmen Heroicum in nuptias Caroli IX., Sveciæ Principis hæreditarii, & Mariæ, Ludovici, Electoris Palatini, filiæ, genealogiam ac progeniem illustrissimarum familiarum continens. Heidelbergæ 1579. in 4.

Aulæum Principum Palatinorum & Ducum Bavariæ, sive Poema de illis heroicum, Eliæ Reusneri *Operi* Βασιλικῷ *Genealogico*

(1.) Rendesburgensem ipsemet se vocavit *in* Ἐπιβατήριῳ *MS. ad Eberh. Twestrengium.* (2.) V. *Carmina Gratulatoria amicorum.* (3.) V. Ἐπιβατήριον *modo citatum.* (4.) V. Joh. Lauterbachii, Rectoris Heilbrunnensis, & aliorum, *Epithalamia.*

Genealogico Catholico, Francofurti A. 1592. *in fol.* edito, insertum, & stirpi Carolinæ (*p. 230. ac seqq.*) subjunctum. V. Mich. Hertzii *P. IV. Biblioth. Germanicæ, lit. N. 1. a.*, & Phil. Jac. Speneri (sæpe istud allegantis) *Syllogen Genealogico-Historicam p. 186. 187. & seqq.*

Ἐπιβατήριον Elegiacum, ad Eberh. Twestrengium, Hamburgensem, J. U. Lic., Spira in patriam A. 1580. remigrantem, exaratum, qvod inter MSSta Bibliothecæ Hamburgensis publica ἀνέκδοτον offendi.

Julii Clari, Patritii Alexandrini, JCti clarissimi, & Philippi II., Regis Hispaniæ, in provincia Mediolanensi, supremi Consiliarii & Regentis, Receptarum Sententiarum Opera omnia, qvæ qvidem hactenus per Autorem in lucem sunt edita, in hac editione, pluribus in locis, haud contemnenda fide revisa. Accesserunt Additiones Hieron. Giaccharii Lugiensis, item ejusdem Consilia ac responsa duo, nec non Animadversiones Manfredi Goveani & Joh. Gviotii, JCtorum. Omnia junctim edita, curante Dav. Rorario, Holsato, J. U. D., cujus Epistola ad Henr. Ranzovium, Cimbriæ Proregem, dedicatoria (*Francofurti A. 1596. scripta*) præmittitur. Francofurti A. 1596. 1604. & 1613. in fol. Tres hasce *Sententiarum* Julii Clari *receptarum* (de qvarum historia & laudibus Er. Mauritii *Nomenclator Scriptorum feudalium*, in *Volumine Dissertationum* ejus obvius, *p. 665. 666.*, potest consuli) editiones Rorarianas præcessere Venetæ A. 1568. & 1570., ac Francofurtana A. 1572., subsecutæ autem sunt Francofurtana A. 1636., Lugdunensis A. 1661., & Genevensis A. 1666., *in fol.* itidem publicatæ, &, præter Additiones, prioribus jam adjectas, novis augmentis Joh. Bapt. Bajardi, Bernh. Rosignoli & Ant. Draghii, notisqve & animadversionibus Joh. Harprechti, locupletatæ. V. de illis Jos. Simleri *Bibliothecam p. 438.*, de his autem Corn. a Beughem *Bibliographiam Juridicam p. 46.*

GEORGIUS ROSA, Hamburgensis, Georgii, qvi urbi a commentariis fuit, filius (1.), in Acad. Rostochiensi Dav. Chytræum & Valent. Schachtium (cujus Epistola ad illum gratulatoria, A. 1597. exarata, in Joh. Fechtii *Supplemento Hist. Eccl. Sec. XVI.* (2.) prodiit), ab A. 1593., uti Chytræi ad commendatitiam Henr. Gareri docet responsoria (3.), ingenii atqve morum ejus deprædicans elegantiam, in studiis sacris habuit Præceptores. Inde illum, exeunte A. 1596., Argentinam, cum Chytræi ad Phil. Marbachium, Professorem Theologum, systaticis profectum esse literis, & filiorum ab hoc suorum præfectum studiis, alia Chytræi ad eundem Marbachium Epistola, d. 20. Febr. A. 1597. scripta, & a Fechtio (4.) publicata, verbis testatur seqventibus: *Georg. Rosam, ingeniosissimum juvenem, a me qvoqve ad te literas habuisse arbitror, & filiis tuis de tali vitæ & studiorum inspectore, fido & industrio, gratulor.* Argentinæ, post supremam Philosophiæ lauream 6. Id. Mart. A. 1597. reportatam, & Orationem *de Bello fugiendo*, qvam Melch. Junius excuso commendavit Programmate, non multo post habitam, in Academiam Tubingensem digressus, in hac, præter Licentiati Theologiæ titulum, professionem Historiæ ac Politices obtinuit ordinariam, & per annos aliqvot administravit. Anno tandem 1605. e Svevia in Cimbriam revocatus, & Mart. Pletzio in ædis Cathedralis Slesvicensis Pastoratu datus Successor, hunc, cui, nondum qvadragenarius, A. 1613., teste inscriptione lapidis in eodem templo sepulchralis Latina, d. 20. Dec., est immortuus, D. Christ. Sledano, conjugem autem Mariam, filiam Joh. Brentii Junioris, neptemqve Joh. Brentii Senioris, Theologorum Acad. Tubingensis illustrium, Marco Lüdero, Consiliario Holsatico, Præfectoqve Husensi, qvocum secundas illa A. 1614. celebravit nuptias (5.), reliqvit.

Theses de fide Abrahæ, veraqve ejus imitatione, Præside D. Phil. Marbachio propositæ. Argentinæ 1597. in 4.

Oratio de puero Jesu. Tubingæ 1604. in 8. (*O. Sperl.*)

Oratio pro Jurisprudentia & Jurisconsultis. Tubingæ 1604. in 4.

HENRICUS ROSENBOHMIUS, Dithmarsus, Samuelis, *supra* celebrandi, filius, *Partisqve Poematum* ejus *Latinorum primæ*, a se collectæ, ac in *libros III.* distinctæ, qvæ Hamburgi A. 1634. *in 8.* prodiit, editor.

SAMUEL ROSENBOHMIUS (qvem F. Taubmannus (6.) μεταφράσει cognominis Græca *Rhododendrium*, Mart. autem Lipenius (7.) perperam *Joh. Rosenbornium*, appellavit) gente fuit Holsatus, ac forte Dithmarsus, annumqve æræ Christianæ 1567. (8.), & diem secundum Martii (9.), natales habuit. Studiorum prima fundamenta scholæ debuit Hamburgensi (10.), ulteriora autem incrementa Academiis Witebergensi (in qva intra eosdem cum Gvilh. Alardo, V. C., vixit parietes (11.)), & Rostochiensi, A. 1594., uti amicorum testantur propemptica (12.), relictæ. In patriam redux, vici primum in Dithmarsia Boreali Wesselburensis, ac deinde, uti ex Joach. Morsii *Albo* didici ἀνεκδότῳ, Elmeshornensis in Comitatu Pinnebergico, sacerdotium obtinuit, &, ruris licet incola, Presbyterorum multorum (qvos Casp. Rodolphi, Prof. Marpurgensis, *pecora campi* appellare consveverat (13.)) ruralium exemplo, otio ignavo obtorpescere, aut curis œconomicis commerciisqve qvæstuosis Musas posthabere, noluit, sed studiis, & literis imprimis elegantioribus, non minori, qvam antehac in Academiis, ardore vacavit ac diligentia. Librum Analectorum (qvem *genium* suum *ingeniiqve promum condum* appellabat) perpetuo ad manus habebat, &, qvicqvid in scriptoribus, sive antiqvis, sive recentioribus, selectiorum observabat rerum ac phrasium, in istum apis instar sedulæ congerebat, opeqve Anthologiæ hujus Musarum postea favos, qvovis melle dulciores, effingebat (14.). Cum enim ad Poesin natura esset factus, hanc inprimis deperiit, nullumqve ferme sine ducta in studio isto Musico linea diem passus præterlabi, carmina conscripsit innumera, non trivialia, sed talia, qvæ inventionis acumine, sermonis elegantia, metrorumqve concinnitate, ad Poetarum veterum adspirarent gloriam, & eruditiorum qvorumvis applausum provocarent. Paulus sane Melissus, eorum delectatus venustate, lauream ipsi Heidelberga, M. Aprili A. 1597., sponte transmisit, hoc adjecto Epigrammate, *Poematis* nostri præfixo Latinis:

Qvi sua victuris intexere nomina chartis,
Spe lætus famæ nobilioris, amat,
Cogitur is certe cunctis contendere nervis,
Ut punctum varii judicis omne ferat.
Rarus in hac robur Vates explorat arena:
Rarior ex pugna victor honorus abit.
Tu vero, Holsatæ, Samuel, flos integer oræ,
Digna canis Musis carmina, digna cedro.
Inde tibi nomen, vivace perennius ære,
Surget ad ætherea picta theatra domus.
De Clario saltem purum bibe fonte liqvorem
Largius: est capiti laurea texta tuo.

Nec minori eum prosecuti sunt affectu, qvos metris subinde suis compellavit, sibiqve conciliavit, Jos. Scaliger, Justus Lipsius, Janus Dousa, Dom. Baudius, J. Gruterus, Dan. Heinsius, Pet. Scriverius, Thom. Segethus, Joh. Wouwerius, Joh. Rodenburgius, Nicod. Frischlinus, Frid. Taubmannus, Æg. Hunnius, Joh. Huswedelius, Frid. Tilemannus,

(1.) V. Melch. Junii *Programma*, Orationi ejus de bello præmissum. (2.) *p. 772. 773.* (3.) V. illam inter *Epistolas Chytræanas p. 837. 838.* (4.) *l. c. p. 770.* (5.) V. M. Joh. Cröchelii *Sermonem in exeqviis Lüderi habitum, lit. D. 4. a.* (6.) in Carmine in laudem versuum Rhododendrii, qvod *in Melodæsiis, Lib. I. Epigramm. p. 355.*, legitur. (7.) *in Biblioth. Philos.* (8.) V. Carmen ejus ad seipsum (*P. I. Poem., lib. I., p. 8.*), in qvo se A. 1597. tricenarium lauream reportasse testatur Poeticam. (9.) V. Elegos ejus in diem natalem, ibid. *Lib. III., p. 184.* (10.) V. Phaleucos ad M. Osw. Dammannum, *ib. L. III., p. 208.* (11.) V. Hendecasyllabos ad Alardum, *ib L. III, p. 164.* (12.) V. *Carmina comitativa, Sam. Rosenbohmio consecrata*, qvæ Rostochii A. 1594. *in 8.* (teste *Catalogo Biblioth. Lerkianæ p. 113.*) prodierunt. (13.) V. Ott. Melandri *T. II. Jocorum atqve seriorum, n. 3., p. 4. 5.* (14.) V. Carmen ipsius de libro suo Analectorum, *P. I. Poem., Lib. I., p. 40.*

nus, Dav. Herlicius, Barthol. Battus, Ad. Theod. Siberus, Henr. Gerlachius & Wilh. Alardus, Viri eruditionis fama, inter Belgas & Germanos, aliis ævo isto superiores. Nimium archaismi studium sibi exprobantibus Elegos hosce, in fronte Sylloges Poematum posthumæ, opposuit Apologeticos:

Lector, in his forsan deprendes multa libellis,
Quæ sint prisca nimis, sive Latina minus,
Te censente; sed, oro, nigrum præfigere Theta
Parce meis verbis, parce meis numeris.
Obvia non lippis, tonsoribus obvia non sunt
Omnia, quæ veteri sunt tamen e Latio.
Nititur Autorum fundamine nostra proborum
Pallas, & hinc vitii nil proba Pallas habet.

In vivis A. 1619. adhuc fuit Poeta tersissimus, qvem, ab Ol. Borrichio licet in suo Vatum Latinorum præteritum recensu, ex augurio ipsius verissimo (1.),

Delius dudum stitit auspicato,
Ob lyræ argutam resonantis artem,
Inter illustres animas Virorum
Morte carentum.

E conjuge, Hardovici Langii, Parochi in Dithmarsia Hemmensis, filia, liberos aliqvot sustulit (2.), hosqve inter Samuelem, Vici Elmeshornensis, post se, circa A. 1635., Pastorem (3.), & Henricum, Sylloges Poematum posthumæ, qvæ A. 1634. prodiit, editorem.

ELOGIA.

Pauli Melissi Epigramma Encomiasticum jam recitavimus.

Frid. Taubmannus (cujus aliud etiam Epigramma in carmina ejus Onomastico-Encomiasticum, *in Melodæsiis, Lib. I. Epigr., p. 355.*, legitur) eum, *in Schediasmatis, Lib. II. Epigr., p. 767.*, hoc compellavit hexasticho:

Immo, Rosenbohmi, qvod es esto (qvid occulis ignem,
Illa Prometheis aurea furta tubis?):
Ede (nec attrepida) specimen juvenile pericli,
Aut nihil in curis est juvenile tuis?
Ede tamen: videat Batavûm juvenilis Apollo,
Heinsius, Holsatis numen & esse suum.

(Confer ejusdem Taubmanni ad nostrum Epistolam, Carminaqve Pauli Melissi, Domin. Baudii, Joach. Vagetii (*novum Marsiæ Martiæ Phœbum* eum salutantis) & Nicol. Langii, de illo & Poematiis ejus, encomiastica, A. 1612. in *Thalysiorum* edita *Appendice.*)

Thomæ Segethi Anagramma hoc Gallicum *Poematum* ejus *Parti I.* A. 1634. est præfixum:

*Samuel Rosenbom. * La Muse son ombre.*
Le Gentil ROSENBOM, honneur du sacre nombre,
De LA MUSE est suivi, comme cors de SON OMBRE.

Mich. Clenovius Junior *Myrmeciis* suis *tyrociniorum Poeticorum*, A. 1614. editis, qvædam in laudem ejus carmina, *p. 50. 54. 56. 72.*, inseruit, *librumqve Carminum adoptivorum*, iisdem subjunctum, Elegia ipsi inscripsit peculiari, in qva ita compellatur:

Nobile Dithmarsum decus, & spes una cohortis
Pieriæ, vatum fama, medulla Sophi, &c.

Barth. Bilovius, *Lib. V. Anagramm. f. 45. b.*, hoc nominis illius exhibet: *Samuel Rosenbomius; * En i Musarum soboles.*

D. G. Morhofius (*Orat. VIII. p. 243.*) illustribus eum orbis literati e Cimbria annumerat sideribus.

SCRIPTA EDITA.

Thalysia, seu Floridorum Liber singularis, cum Epiphora Laureæ Melisseæ: ad V. Cl. Frid. Taubmannum. Lugd. Bat. 1612. in 8. Recusa (*teste G. M. Königii Biblioth. Vet. & nova*), vel integra, vel aliqva sui parte, *in Deliciis Poetarum Germanorum, Tomo V., p. 902. & seqq.* Joach. Vagetii Carmen in illa Encomiasticum *in Decade Asmatum philicorum*, Hamb. A. 1613. edita, *n. 9.*, legitur.

Poematum variorum, piissimorum, svavissimorum, tersissimorum, Pars prima, libris tribus distincta, collecta & edita opera ac sumptibus Henrici filii. Hamburgi A. 1634., & (*si Biblioth. Oizelianæ Pars II. p. 325. fidem meretur*) Groningæ A. 1638., in 8. Præfixa sunt Elogia Pauli Melissi, Thomæ Segethi, F. Taubmanni, Gvilh. Alardi, Joh. Huswedelii & Thomæ Rhædi, Scoti, metrica.

INEDITA.

Poemata ἀνέκδοτα qvamplurima, qvorum Volumina aliqvot ingentia Hamburgi A. 1631., apud fratrem Autoris, Davidem, delituisse Joach. Morsius, *in Albo suo MS. fol. 815.*, testatur. De illorum, prælo paratorum, multitudine, ita noster, *in Carmine ad semetipsum* (P. I. Poem., Lib. I., p. 9.), cecinit:

Fœcundo mea vena fluxu
Carmina fudit,
Mille qvæ possent saturare chartas
Melle Musarum, modo negligentum
Non moraretur studium premendi
Chalcographorum
Appetens lucri gravis officina:
Qvod tamen tardat minime laborem
Ingeni fœtus numerosiores
Congerere, ampla
Mole in immensum cupidos volumen
Indies cogi: cumulantur Horti,
Nobiles longa serie ROSARUM
Pulchra comantum.

Argumenta illorum & titulos, *in Oda ad Christoph. Schwanmannum* (*ibid., Lib. II., p. 132-135.*), *hisce metris exposuit:*

- - - - - - - - Lyræ
Diverso strepitu nam *vaga Pieris*
Titillat teneras, non sine pectoris
Motu, svaviter aures
Indefessa legentium.
Inspirata sacri numine Flaminis
Nunc pæana Deo cantat; amoribus
Nunc castis operata
Pangit carmina nuptiis;
Commendans socii gaudia fœderis:
Lessum funeribus nunc faciens piis
Ferales Hyacynthi
"Aι "Aι ingeminat notas.
Nunc aptam facili materiem stylo
Dat divina libri pagina cœlitis:
Nunc festiva facessunt
Rerum inventa negotium.

Est

(1.) *loco num. 8. pag. praec. citato.* (2.) V. Carmen ejus ad socerum, P. I, Poem., Lib. III., p. 228. seq. (3.) V. Carmen, a filio hoc Svavis *socris* Christoph. Schwanmanni, Syndici Buxtehud., A. 1635. præfixum.

Est & qvando gravi detonat inclyta
Heroum lituo facta celebrium
Cleio, tradita chartis,
Et tradenda perennibus.
Non gentilitii nominis immemor
Qvodvis lemma mihi clarat opusculum:
Hinc est nata RHODANTHE,
Sunt hinc nata THALYSIA,
Consorsqve ANTHOLOGUS nobilibus ROSIS,
ODIS, EIARINIS atqve RHODARGMATIS;
Præter Musica TEMPE,
Et Phœbi VIRIDARIA,
Florum multiplici germine consita.

Rosæ ex his *nobiles*, qvas ipse Georg. Lud. Frobenio, Typographo Hamburgensi, carmine peculiari (*ibid.*, *Lib. II.*, *p.124.*) edendas obtulit, ac deinceps A. 1631. M. Joh. Adolphus Fabricius, Ecclesiastes Jacobæus Hamburgensis (*teste Joach. Morsio l. c.*), asservavit, venusto hoc a Joh. Huswedelio, Prof. Rostochiensi, celebratæ sunt Epigrammate, *Parti I. Poematum* præmisso:

Dicite, qvi colitis Vates Heliconia Tempe,
Vidistis, vestrum qvod magis ad genium
Jam dudum faceret? non hic mordacis aceti
Offundit vappam aut fellis amaritiem.
Nulla venit vibex calamo, nullumqve flagellum,
Nulla qviritantis lacryma stigmatiæ.
Ni si forte Rosæ fulgor præstrinxit ocellos:
Ah! parce ah! teneris livor amabo oculis.
Ilicet Invidiæ Medici collyria lippæ;
Jam genuit, & limis lacruma inest oculis.

JOHANNES ADOLPHUS ROSMANNUS, Bordesholmiæ Holsatorum d. 12. Febr. A. 1653., patre Eccardo, Præfecturæ Bordesholmensis subqvæstore, matre vero Anna, Reimari Kielmanni filia, natus, Literis humanioribus in Gymnasiis patrio atqve Lubecensi imbutus, ac Theologiæ postea in Academiis Rostochiensi, Salana & Kiloniensi ab A. 1673. studiosus, M. Nov. A. 1683. æt. 30. Kilonii, in ædibus Fratris Joh. Philippi, Jurisprud. Prof. Extraord. extinctus. Plura de eo V. in D. G. Morhofii Progr. Funebri, in Syntagmate *Orationum ac Programmatum* (*n.56.*, *p. 771-778.*) recuso, & M. Joach. Giesii Serm. funebri ex Phil. I. 21. Kilonii A. 1683. in 4. edito. Conf. Joh. Henr. a Seelen *P. III. Athen. Lubec.*, *p. 524. 525.*

Disp. de Univocis, ab eo conscripta, & Præside M. Franc. Wolfio, Log. PP. defensa. Rost. 1674. in 4.

JOHANNES PHILIPPUS ROSMANN, Itzehoensis (1.) iisdem, qvibus frater modo laudatus, Joh. Adolphus, parentibus d. 29. Jun. A. 1642. natus, cum, e Gymnasiis Bordesholmensi & Lubecensi dimissus, Juri, ab A. 1660. ad 1665., Giessæ ac Leidæ dedisset operam, Galliamqve & Angliam lustrasset, in Acad. Kiloniensi, commendatione cognati sui, Joh. Ad. Kielmanni, ministri aulæ Holsato-Gottorpiensis primarii, A. 1667. Secretarii Academici officium, & A. 1672. Doctoris titulum, professionemqve Institutionum extraordinariam, obtinuit. Uxorem, Ursulam, Joach. Faustii, civis Kiloniensis, filiam, eodem A. 1672. ductam, duasqve sibi puellas enixam, cum A. 1680., M. Aprili, expirasset, adeo immodice luxit, ut, bimestri tempore vix elapso, ipse etiam, anima vinculis corporis, nimia pingvedine laborantis, exsoluta, d. 20. Jun., eodem A. C. 1680., ac ætatis 37., extingveretur. V. M. Joach. Giesii, Past. Kilon., Sermonem exeqvialem in Job. XIX. 25. Germanicum, Kilonii A. 1680. *in 4.* excusum, & D. G. Morhofii duo *Programmata* de vita ejus conjugisqve *funebria*, in *Appendice Orationum Programmatica, num. 51. & 52.*, *p. 736-746.*, recusa, nec non Epigrammata in promotionem illius Doctoralem ac nuptias, *Libro II. Epigramm. p. 12. 13.*, & in *Veneribus novis p. 43.*, obvia.

Disp. de Jure emphyteutico, Præside D. Adr. Beeckertio a Thienen. Lugd. Bat. 1663. in 4.

Disp. Inaug. de Injuriis, & earum actionibus, Præside D. Sam. Rachelio. Kilonii 1672. in 4.

MATTHIAS ROSTOCHIUS, Petri filius, Ripensis, ædis initio Canutianæ in metropoli Fioniæ Ottoniensi Ecclesiastes, & Pastor deinde ac Præpositus, in eadem insula, ab A. 1705., Middelfartensis. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Febr. A. 1705.*, *p. 57.*

SCRIPTA DANICA EDITA.

Guds Borns Christelige Bordskick ved hans Bord (Libellus de præparatione filiorum Dei ad mensam ejus, sive S. Cœnam, Danicus). A. 1689. primum prodiit, Ottoniæqve A. 1694. in 8., & Hafniæ A. 1697. in 12., est recusus.

Catechismus, eller en enfoldig Huus- og Reysepostill, ofver de Son- og Hellige Dagers Evangeliske Texter, sive Erotemata in periochas dierum dominicorum ac festorum Evangelicas Danica. Hafniæ 1699. in 8. Titulum integrum V. *in N. L. Lubec.*, *M. Nov. A. 1699.*, *p. 346. 347.* Recusa, addita simili Periocharum Epistolicarum explicatione, Hafniæ 1721. in 4., teste Alb. Thura.

SCRIPTA DANICA INEDITA.

Lac Catecheticum, seu Qvæstiones & responsiones Catecheticæ.

Calendarium sacrum perpetuum, seu Exercitia pietatis qvotidianæ in tabula.

Poema Danicum prolixum in laudem urbis patriæ Ripensis, virorumqve ejus celebrium.

Lexici Danici ingentis, qvod, circa A. 1698., a Viris eruditis compluribus, Christiani V., Regis, adornabatur auspiciis, pars aliqva, ab ipso, uti amicus me docuit, elaborata.

M. HERMANNUS RÖVERUS, Patricius Hamburgensis, urbis patriæ, ab A. 1528., Secretarius & Protonotarius, ac, ab A. 1540., Senator, præclare de civibus suis meritus, diversisqve ad Reges Arctoos, Conventus Protestantium Smalcaldiæ A. 1535. & Brunsvici A. 1538. institutos, & Principes Germanicos, functus legationibus, ac die tandem nono Augusti (qvi D. Cyriaco erat sacer) A. 1543. extinctus. V. de illo M. Joh. Ritzenbergii, Protonotarii Hamburg., Epitaphium ei scriptum, & *Virorum urbis Hamburgensis celebrium Epitaphiis* (*lit. F. 1. b.*) insertum, Joh. Frederi Sen. *Encomion Hamburgi, lit. A. 6. b.*, Ad. Trafsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam p. 28.*, Pet. Lambecii *Indicem Autorum, Libro II. Rer. Hamburg. adjectum*, & *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 8.*, *§. 12.*, *p. 546. 547.*

ELOGIA.

Joh. Ritzenbergius, in *Epitaphio* modo laudato, his illum commendat elegis:

Mentis in hoc viguit vis atqve industria tanta,
Posset in urbano qvanta vigere viro.
Clarus & eximiis multis virtutibus, atqve
Ingenii propter plurima dona, fuit.
Dulciloqvis inerat vis persvasoria labris,
Est qvalem Pylii fama fuisse senis.
Hinc inter Reges pacem reparare seqvestram
Eloqvio potuit, consiliisqve suis.
Heu mihi! præsidium qvantum respublica nostra
Et decus hoc uno perdidit orba viro?

(1.) Teste *Disputationis Inaug.* titulo. *Programma funebre* de patria silet.

Joh. Frederus Sen., *l. c.*, ita de illo:

Hic a secretis vir prudentissimus urbi
Est nostræ, ingenii præcellens viribus ampli,
Omnis virtutis cumulata laude refulgens.
Huic studiosorum rebus sunt nata juvandis
Pectora: nam doctos citius non provehit alter.

Ad. Trafsigero Juniori (*l. c p. 28.*) audit ein feiner, gelahrter und geschickter Mann, der der Stadt Hamburg viel nützliche Dienste erwiesen.

SCRIPTUM SAXONICUM INEDITUM.

Verteckenisse derjenigen Personen, so im Rade to Hamborg gewesen sind, wenn se darinn sind gekamen, und wenn se gestorven; uth olden Recessen, Skriften und Breven, tosamengebracht A. C. 1534. Catalogo huic Senatus Hamburgensis Chronologico, qvem ab A. C. 1160. auspicatus ad A. 1534. perduxit, præfixum est Epigramma M. Joh. Ritzenbergii encomiasticum, in *Epitaphiis* etiam hujus *Hamburgensibus, lit. I. 1. a. b.*, obvium. Tria illius in Biblioth. publica Hamburgensi MSSta evolvi, qvorum primum solum Röveri indicem exhibet, alterum autem a Joh. Mollero, Hamburgensi, J. U. D. & Joh. Adolphi, Ducis Holf., Consiliario, ad A. 1610., ac tertium ab Anonymo ad A. 1630., sunt continuata. Post istos eandem (qvam circa antiqviora sunt secuti tempora) ulterius pertexuerunt, ad A. 1663. Ad. Trafsigerus Jun., J. U. L. & Practicus Stadensis, *in Serie Senatus Hamburgensis Chronologica*, Germanice Stadæ A. 1664. *in 4.* edita, ad A. 1709. vero Gerh. Schröderus, J. U. D. & Consul Hamburgensis (passim errores illius emendans), *in Fastis Proconsularibus* & *Consularibus Hamburgensibus*, Hamburgi A. 1709. *in fol.* publicatis.

JOACHIMUS RÖVERUS, Hamburgensis, Petri Senatoris filius, J. U. D., A. 1678. defunctus.

Oratio de literarum utilitate, qvæ tum omni, tum præsertim Martiali hoc tempore, ex iis redundat. Rostochii 1627. in 4.

Disp. Inaug. de Nuptiis. Argentinæ 1635. in 4.

MARTINUS RÖVERUS, Hamburgensis, mercatoris sibi cognominis, ex Anna Alexandrina, Justi Varendorpii, Præfecti Reinbeccensis, gnata, filius, d. 19. Mart. A. 1612. in lucem editus, ex Academiis Germanicis in Angliam, Galliam, Belgium, Italiam & Hispaniam, excurrit. Hamburgum, J. U. Licentiati titulo apud exteros impetrato, reversus, Secretarii urbani spartam d. 25. Sept. A. 1650. obtinuit, &, d. 23. Nov. A. C. 1657., ac ætatis 45., extinctus, viduam, liberis ex ea qvatuor susceptis, reliqvit, qvam decennio ante duxerat, Mariam, Jacobi Schleebuschii, Curatoris ædis Petrinæ, filiam, Gothardo Marqvardo, Consuli Lubecensi, secundis postea sociatam nuptiis. V. *Epicedia*, & Joh. Alb. Fabricii *Catalogum Secretariorum urbis Hamburgensis, P. I. Memor. Hamburg. p. 590.*

Disp. de Furtis, Præside D. Zach. Prüeschenckio. Jenæ 1638. in 4.

PETRUS RÖVERUS Junior, Hamburgensis, Petri Senatoris filius, J. U. Lic., in ordinem d. 12. Nov. A. 1679. evectus Senatorium, eodem, cum Scholarcham etiam ageret, d. 5. Aug. A. 1698., a civibus, ob crimen repetundarum, motus, & 16000. multatus Imperialibus, sed a Legatis Cæsareis M. Majo A. 1709. loco suo restitutus, & seqventi 1710., d. 7. Mart., defunctus. Plura de illo V. in Joh. Frid. Wincleri *Programm. funebri* recuso A. 1715. in Joh. Alb. Fabricii *Mantissa Memor. Hamb. p. 342-353.*

Disp. Inaug. Juridica. Aureliæ in 4.

Wahrhafte Erzehlung; Scriptum adversus concives suos Apologeticum, A. 1699. editum, cui, anno eodem, ab Anonymo Pet. Meieri, J. U. L. & Senatoris, hyperaspista opposita est die Nohtwendige Anzeige einiger falschen Auflagen L. Pet. Rövers wider L. Pet. Meiern, *in 4.* excusa.

MARTINUS RUARUS, qvi Esdræ Edzardo, Theologo Hamburgensi, ob Socinismum, per Anagramma cognominis mutilati Hebraicum, mihi olim coram recitatum (*Ruar* * ארור), maledictus audiebat & execrabilis, a Socinianis, in commercio literarum secretiori, μεταφράσει nominis cryptica, *Aretius Crispinus* vocabatur (1.). A Dan. Georg. Morhofio (2.) Dithmarsis, & a Jac. Bernhardo, *Un Gentilhomme d' Holstein* eum appellante (3.), Nobilibus Holsatis, perperam annumeratur. Crempæ enim Stormarsorum, uti filius parenti ὁμώνυμος me edocuit, A. 1588. est natus, Petriqve Ruari Senioris, scholæ Crempensis, per annos XVI., ad fatalem usqve 1595., Rectoris doctissimi, fuit primogenitus. Fratres germanos habuit Joachimum, Med. D. & Electoris Brandeburgici Archiatrum (*Dominici Anastasii Crispini* larva in commercio Socinianorum arcaniori gavisum epistolico), & Petrum juniorem, Parochiæ Bredenbergensis Pastorem, ad qvos complures ipsius Epistolæ in harum supersunt *Centuriis* (4.), & nonnullæ qvidem (5.), in Socinismi, a nostro hausti, eos adducentes suspicionem. Studiorum qvibus in Lyceis patrio ac Hamburgensi vacavit, scholasticorum, &, qvæ istis successerunt, Academicorum, rationem ipsemet, *in Epistola ad Heinonem Voglerum* (6.), hisce verbis exposuit: *Post pueritiam, non aliæ fere occupationes meæ, aliqvot deinde annos fuere, qvam ut per florentissimos Græciæ Latiiqve campos, instar apis, vagarer, non ut febriculosas aliqvot observationes, ad Grammaticam pertinentes, colligerem, sed, ut stylum ad scribendum prosa vorsaqve, nec minus lingvam ad disserendum, formarem, animum vero præclaris vitæ præceptis imbuerem, & ad civile commercium subigerem ac præpararem. In Hebraicis etiam, qvorum sub Joh. Tarnovii vexillo tyrocinium felix nobis fuit, eousqve progressus sum, ut nec in Rabbinis plane sim hospes. Qvin & Syriacæ Arabicæqve rudimenta, sub Erpenio & Maronitis Parisiensibus, delibavi.* Lingvas, uti ibidem testatur, Gallicam, Italicam & Polonicam, ita, ut expedite iis sermocinaretur, calluit, nullam Philosophiæ partem intactam reliqvit, &, in singulis, in sectarum omnium, tam veterum, qvam recentium, placita liberrime, nullius in magistri verba jurare addictus, inqvisivit, plusculum tamen Philosophiæ immoratus est civili, eumqve in finem jus, tum naturale, tum civile, scrutatus, & varia diversarum rerumpublicarum instituta, partim ex historiis, partim in peregrinatione, observavit. Eruditionis hujus multiplicis, sacræ & profanæ, fundamenta solida in Academiis jecit Germanicis Rostochiensi præsertim, Saxonicis (in qvibus A. 1610. est versatus (7.)), Argentinensi, Tubingensi, &, qvam reliqvis prætulisse videtur, Altorfina. In hac anno jam 1611., uti literæ ad Joh. Kirchmannum (8.) ostendunt, vixit, & lustro integro, ad A. usqve 1616., substitit. Familiariter illic tum aliis Professoribus, tum Ern. Sonero innotuit, Med. Doctori, ejusdemqve & Physices interpreti, Philosopho inter Germanos tunc omnium accuratissimo, sed promacho simul ac propagatori doctrinæ (qva, præter nostrum, Joh. Crellium etiam imbuit) Socinianæ

clande-

(1.) V. *Homonymoscopiam* nostram, *Sect. III., c. 4., §. 1., p. 804.* (2.) *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 24, p. 309.* (3.) *in Novis Reip. Lit. Gallicis, M. Jan. A. 1702., p. 50.* (4.) *Cent. I. n. 14. 15. 16.*, ac *Cent. II., n. 11. & 19.* (5.) *Cent. II., n. 11. & 19.* (6.) *Cent. I., n. 17.* (7.) V. Conr. Ritterthusii Epist. ad Joh. Kirchmannum A. 1610. scriptam, *in Append. Epistolarum Gudianarum, n. 175., p. 248.* (8.) *in eadem Append. Epp. Gud., n. 189. 190. 191., p. 261-266.*

clandestino, de qvo, præter Georg. Richteri, Reip. Noriberg. Consiliarii, Orationem, qva d. 30. Sept. A. 1612. extincto parentavit, funebrem (9.), Christoph. Sandius Junior, Socini eum asseclis publice annumerare haud veritus (10.), & Thom. Crenius, de religione illius in partem utramqve disputans (11.), consuli merentur. Is, uti aliis adolescentibus, qvos ingenii commendabat præstantia, studiosis, ita & Ruaro, se accedenti, Socini de Bonis operibus, renatorum in hac vita perfectione, rationis in mysteriis scrutinio, ipsaqve Trinitate & Christi persona atqve officio, dogmata paulatim cœpit instillare, &, cum hunc idcirco suam vitare observasset consvetudinem, tanto prensavit ambitiosius, alloqvioqve benigno, ne se ac contribules proderet, placavit. Ruarus, blandimentis delinitus, cum Gregorii Nysseni Sermonem qvendam adversus Arianos κατηχητικὸν, Latine a se, svasu Conr. Rittershusii & Dav. Hoeschelii, translatum, edere pararet, a Sonero, qvibus Socini doctrinam, Gregorianæ contrariam, tueretur argumentis, discere voluit, ut, si refellendis iis par esset, Nysseni illa Orationi, addita refutatione, attexeret. Verum, cum, partim ex ore Soneri, partim e libris, ab eo suppeditatis, omnia istuc pertinentia collegisset, res eum habuit eventum, ut ipsemet, argumenta Socino-Soneriana S. Lit. præsidio gaudere persvasus, post multas deliberationes, a Lutheranis ad Socinianos deficeret (12.). Mortuo A. 1612. Sonero, Ruarus, qvi justa Præceptori Jambis in obitum & Hendecasyllabis in tumulum defuncti venustissimis persolvit, cœtus in Acad. Altorfina Crypto-Sociniani factus, in locum ejus, antesignanus, *museum suum*, teste cujus verba recito, Mich. Piccarto (13.), *impietati isti commodavit, in qvo & sacramento se invicem obstrinxerunt, & cœnam administrarunt, sed minime dominicam.* Detecto tandem A. 1616. hoc sodalitio, e studiosis, qvi nomen illi dederant, reliqvis, Witebergam nonnulli, alii Helmstadium, alii Jenam, diffugerunt, Ruarus autem, *aucta*, Piccarto, amico veteri, judice (14.), *eruditione, sed non fama*, Argentinam concessit, & inde, eodem A. 1616., literas Altorfium ad Piccartum dedit apologeticas, rumori de se turbarum in schola Altorfina Socinianarum Autore, per Germaniam sparso, oppositas (15.), in qvibus huic (16.) *cum innocentia de puritate* visus est *contendere*. Joach. Peuschelium contra & Joh. Vogelium, Senatus Noribergensis alumnos, ab hoc, ob Socinismum, carceri inclusos, & in isto ad palinodiam tandem adactos, eodem A. 1616., duabus epistolis prolixis, ad captivos exaratis (17.), in Heterodoxia Neophotiniana ulterius instituere, ac suis ad constantiam incentivis confirmare, non dubitavit. E ditione Noribergensi cum, ob Socini errores Altorfii sparsos, esse relegatum, præter Lipsienses (18.), Christoph. Hartknochius (19.) perhibet, ad Senatus Dantiscani provocans Epistolam (20.), qva Castellano is Cracoviensi, nostrum, ex aliqvot jam ante Germaniæ locis, ob molitiones suas, fuisse expulsum, retulit. Sed nec solum illum, nec præsentem, verum sponte jam digressum, Senatus Noribergensis A. 1616., Altorfio, tanqvam *sacrorum desertorem, impietatis partiarium, & juventutis Altorfinæ corruptorem* (21.), arcuit. Processum relegationis Piccartus, in Epist. ad Joh. Kirchmannum prid. Kal. Aug. A. 1616. data, ita descripsit (22.): *Prid. Kal. Jul., in ipso Academiæ natali & festivitate annua, in publico foro oppidi nostri, circumstante Amplissimo Scholarcharum ordine, & plerisqve reip. nostræ Senatoribus, & præterea Corpore Academico, & magna hospitum caterva, peregrinorumqve concursu, libri Photinianæ insaniæ, reperti apud nostros male fascinatos adolescentes, concremati sunt, interveniente voce præconis, qvi impietatem illam dejerabat, & omnes ejus fautores complicesqve excesse, & ditione nostra excedere, serio jubebat, idqve brevi.* In Holsatia, ob eandem apostasiam, hæreditate paterna, teste Morhofio (23.), excidit, multorumqve, antea amicissimorum, incurrit indignationem. Qvos inter Theod. Bussius, J. U. D. & Cancellarius provinc. Slesvigo-Holsaticus, cum in Socini eum castra transiisse accepisset, in hæc verba, uti Mich. Piccarto, sua eadem facere haud verito (24.), est relatum, erupit: *Utinam Deus illum cito perdat! nisi enim hoc futurum est, magnam stragem dabit: Ita in animos hominum influere novit, & qvæ cupit, persvadere.* Nec Argentinæ, qvo Altorfio, cum Ern. Lud. Burgstorfio, Eqvite Marchico (cujus studiis præerat, & ad qvem aliqvot ejus in *Centuriis* supersunt epistolæ), abierat, diu subsistere ipsi licuit. Tutores enim Burgstorfii, de illius edocti Socinismo, res eum sibi suas habere mox jusserunt, ejusqve magisterio cognatum subtraxerunt (25.). Argentorato, media anni 1616. æstate, digressus, Germaniam reliqvam, Daniam, Angliam, Belgium, Italiam & Galliam, itinere peragravit literario (26.), multosqve in isto, per annos complures continuato, viros dignitate & eruditione præstantes sibi conciliavit. A. 1618. Lugduni Batavorum vixit, seqventi autem 1619. e Batavia in Angliam trajecit, &, in Academia aliqvamdiu commoratus Cantabrigiensi, professionem hujus Historicam, a Fulcone Grevilio, Fisci regii Cancellario, recens fundatam, & perpetuo 100. librarum dotatam salario, sibi autem omnium primo, svasu Thomæ Rhædi, Jacobi I. Regis Secretarii, destinatam, ejusdemqve literis, Londini XI. Kal. Febr. A. 1619. exaratis (27.), anteqvam eo advenisset, oblatam, libertatis & sectæ suæ amore recusavit. De vocatione ista ipsemet, A. eod. 1619., Nicol. Dumlerum verbis edocuit seqventibus (28.): *De me privatim hoc habe, difficilem mihi in Anglia conflictum fuisse contra tam validas preces, tot aurea promissa, qvibus istic attinebar, ac propemodum deligabar. Puto te intellexisse, qvam splendida mihi professio illic in Acad. Cantabrig. fuerit oblata. Ejus conditiones augebantur supra modum, cum intellectum esset, me difficulter animum ad eam adjicere. Nam, ultra centum librarum stipendium, promittebatur mihi locus in Collegio aliqvo honestissimus, unde tota vitæ ratio mihi gratis constitura erat: addebatur, si privatim adolescentium qvorundam ἐπιτροπὴν suscipere vellem, posse me inde ad minimum circiter alias centum libras colligere, ita ut, ultra victum & cultum, & cætera, qvæ hominis literati vita reqvirit, omnia, qvotannis ad cıɔccc. florenos vestrates reditus meos redigere potuerim. - - Vicit tamen libertatis amor, cui qvodammodo compedes illic parari videbam.* In Gallia Lutetiæ noster aliqvamdiu substitit, &, si fidem meretur Andr. Rivetus (29.), *veneno illic Sociniano aliqvos afflavit.* Fuere, qvi cum ipso Hug. Grotio ibidem esse conversatum, & hunc eruditorum ævi sui principem in castra Socinianorum traduxisse, rumoribus sparserunt publicis, ac Morhofio propemodum persvaserunt, ita de nostro scribenti (30.): *Primus certe fuisse creditur, qvi Grotium in partes Socinianorum traxerit; ut vel inde ingenium hujus viri conjicere possimus, cui tantus vir potuerit succumbere.* Sed vanos fuisse rumores istos, ac, qvas And. Rivetus & Jac. Laurentius his assuerunt, relationes, de Ruaro hospitio & convivio per Grotium Parisiis excepto,

(9.) Recusa est illa A. 1676., in Henn. Wittenii *Decade I. Memoriæ Medicorum renovatæ, p. 18. & seqq.* (10.) *in Biblioth. Antitrinitariorum p. 96. 97.* (11.) *P. V. Animadvers. Philol. & Histor., c. 3., §. 8., p. 242-252.* (12.) V. ipsius prolixam Apostasiæ suæ historiam, in Epist. ad Joh. Huswedelium, *Cent. II., n. 26., p. 172-176.*, & confer Mich. Piccarti Epist. ad J. Kirchmannum, 6. Kal. Maj. A. 1616. exaratam, *in Append. Gudianarum, n. 183., p. 255. 256.*, ac Th. Crenii *P. XVI. Animadvers., p. 311-314.* (13.) in Ep. ad J. Kirchmannum, prid. Kal. Aug. A. 1616. scripta, *in Append. Gudianarum, n. 184., p. 256. 257.* (14.) *loco num. 12. allegato.* (15.) Supersunt illæ *Cent. II. Epistolarum, num. 15.* (16.) *loco num. 13. citato.* (17.) Leguntur hæ *Cent. II. Epp., p. 50-65. 93-130.* (18.) *in Actis Erud., M. Jan. A. 1683., p. 21.* (19.) *Lib. III. Hist. Eccl. Prussicæ vernaculæ, c. 9., p. 818. 819.* (20.) *Cent. II. Epp, Ruari, n. 81., p. 384.* (21.) V. Ruari ipsius *Epist. ad Piccartum, Cent. II., num. 15.* (22.) *loco num. 13. citato, p. 257.* (23.) *T. I. Polybist., Lib. I., c. 24., p. 309.* (24.) *in Ep. ad Kirchm., n. 12. citata, p. 250.* (25.) V. eandem Piccarti *Epistolam p. 256.* (26.) V. ipsius *Ep. 55. Centuriæ II.*, & aliam ad G. J. Vossium, A. 1623. exaratam, *Cent. I. adoptivarum*, Vossianis, Londini A. 1690. *in fol.* editis, adjectarum, *n. 54, p. 32. 33.*, Lipsienses item atqve Hartknochium, *locis n. 18. & 20. citatis.* (27.) Legi has Rhædi literas, cum aliis ad Joach. Morsium ejusdem argumenti, *in Albo Morsiano MS., f. 605. 606.* (28.) *Cent. I. Ep. 10.* (29.) *in Examine Animadversionum Hug. Grotii*, Leidæ A. 1642. edito, *p. 12.* (30.) *T. I. Polybist., L. I., c. 24., p. 309. Conf. T. III., L. V., p. 68.*

itidem mendaces, abunde Grotius, in Epistola ad Gvilhelmum fratrem d. 23. Maji A. 1643. exarata (31.), evicit, ac, Ruarum Parisiis sibi nunqvam esse visum, sed Hamburgi tantum in ædibus Leonh. Sorgii, se convenisse, monuit. Colloqviorum Hamburgensium argumentum eidem, d. 4. Jun. A. 1639., hisce verbis exposuit (32.): *Cum Ruaro sæpius collocutus sum. Defendi veteres sententias περὶ τρ'αδος, de satisfactione, de pœnis post hanc vitam; ex S. Literis, ex consensu antiqvitatis, ex usu ipso, refutavi contrarias. De satisfactione ita mihi respondit, ut nihil admodum controversiæ relinqveretur.* Fusius idem, biennio ante, d. 19. Dec. A. 1637., in literis ad Nicol. Reigersbergium, affinem (33.), enarraverat, disputationis seqventia subjungens historiæ: *Certe non otiosus, neqve pœnitendus, mihi is cum ipso congressus fuit. - - Confido, me apud ipsum profecisse, si non qvantum vellem, certe plus, qvam facturi fuerant clamosi convitiatores. Literarum qvoqve commercio abstinere cur debuerim, non video, cum id beneficium etiam Paganis præstitisse videam eos, qvi columina Græcæ Ecclesiæ fuerunt. Non mihi tanti est maligna curiositas, ut eas literas proferam: si luberet, jam adspicerent, non illas qvæstiones, propter qvas Photinus, & Photini sectatores, male audiunt, sed qvid sit unius uxoris vir apud Paulum, expellendusne sit a communione, qvi nuptias fecit legibus civilibus solis vetitas, & alia ejusmodi. Est vero Ruarus, propter vitæ & consvetudinis lenitatem, in tanta apud Dantiscanos Reformatos gratia, ut qvidam eorum, inter eos Andr. Conradi, liberos suos ad me, cum ipsius testimonio, miserint, qvibus ego ita me comem facilemqve præbui, ut uberrimas mihi gratias & ipsi egerint, & ipsorum parentes. Ego vero ejus sum animi, ejusqve instituti, ut mihi cum hominibus cunctis præcipue cum Christianis, qvantumvis errantibus, necessitudinis aliqvid putem intercedere, idqve me, neqve dictis neqve factis, pigeat demonstrare.* In Poloniam tandem, ut libere sibi Socinianam liceret religionem profiteri, abiit, ac in Racoviensis scholæ Rectoratu Joh. Crellio, ad Pastoris munus evecto, successit (34.). Tanta autem scholæ hujus Socinianæ, triennio isto, vel qvadriennio, qvo ei præfuit, fama fuit & freqventia, ut plures sæpe, in illa, qvam trecenti, eqvestris ordinis juvenes, non Unitarii tantum, sed & Pontificii ac Evangelici, erudirentur, qvibus si filios civium urbanorum adjicias, facile numerus discipulorum millenarius exurget (35.). Munere hoc scholastico Racoviensi (in qvo Joach. Stegmannus Sen., Marchicus, illi est subrogatus (36.)), circa A. jam 1623. (qvo Francofurto ad Viadrum, VIII. Id. Nov., literas ad Gerh. Joh. Vossium de Academiæ illius dedit Professoribus (37.)), se abdicavit, & in emporium Prussiæ Gedanense habitatum concessit. Hic certe A. 1624. jam vivebat, qvo Joh. Crellius, Antistes Racoviensis, amicusqve ipsius intimus, prolixis eum d. 19. Jul. compellavit literis, a Thoma Crenio editis (38.), causamqve immigrationis in istam Borussiæ metropolin præcipuam verbis hisce (39.) detexit: *Fratrem meum germanum, si Dantisci ad nundinas futurus est, tibi qvæso commendatum habe, &, si qvid illi poteris de religione instillare, vel saltem ad veritatem penitus cognoscendam eum animare, id ut facias, oro. Qvanqvam te orare nihil est opus, qvi hanc operam omnibus sponte tua præstas ac lubens, eamqve ipsam ob causam istic locorum es futurus.* Toto igitur cœlo errat Henr. Kippingius, Racovia eum demum A. 1638., & Amstelodamum qvidem, profugum discessisse, seqventi tradens narratiuncula (40.): *Disperso A. 1638. Racoviensi cœtu, Jonas Schlichtingius fuga se proripuit in Belgium, demum in Transsylvaniam venit, & Claudiopoli permansit. Ruarus, amicus ejus, Amstelodami informare cœtum suum porro voluit.* Dantisci enim, ab A. 1624. (in cujus locum a Chr. Hartknochio (41.) 1632., qvo e patria, brevi salutata itinere, eodem rediit, (42.) perperam substituitur), ad A. usqve 1643., per lustra qvatuor, ducta ibidem A. 1633. conjuge, est commoratus, & non politica solum negotia, a Stanisl. Koniecpolscio, Archistratego Polonico & Castellano Cracoviensi, Palatino Posnaniensi, aliisqve Poloniæ magnatibus, suæ commissa curæ & fidei, dexteritate expedivit insigni, sed doctrinam etiam Socinianam propagare, ac secum conversantibus instillare, nullo licet sacro functus munere (falso enim a Car. Ogerio (43.) Arianorum, circa A. 1635., Dantisci fuisse Pastor perhibetur), nunqvam non allaboravit. Hoc fine, duos hebdomadatim, modo in hoc, modo alio in loco, conventus hominum X. vel XII., maximam partem plebejorum, clandestinos (poculo, ne religiosi, sed familiares, viderentur, semper præsente) instituit, ac, permissa singulis suam de religionis capitibus sententiam libere expromendi potestate, est moderatus, uti ipsemet, *in Epistola ad Eugenium*, fusius eosdem describente (44.), testatur. Ad disputationem in Gymnasio publicam, ut theses propositas impugnaret, invitatus, Arianismum palam defendit, ac libros præterea Socinianorum, Racoviæ excusos, multis distribuit, virisqve, tum civitatis Dantiscanæ, tum locorum aliorum, eruditis, operam in rarioribus conqvirendis suam efflagitantibus, prompte inserviit (45.). Hac librorum distributione, & eloqventia, in commendandis, qvotiescunqve cum eruditis etiam congrediebatur, sacris sectæ suæ dogmatis, flexanima; *qvosdam*, uti *in Epistola ad Eugenium*, refert, *Viros* in urbe Dantiscana *doctos, moderatioris ingenii, etiam ex sacro ordine, permovit, ut dexteram sibi fraternitatis junxerint, & se Socinianos, ob sententiam ipsorum, nolle tristi ferire anathemate, sint fassi.* Cæteris longe alia mens fuit Ecclesiastis, qvorum postulatu Senatus ipsi, ob Socinismum inter cives disseminatum, A. 1639. urbe interdixit, sola per hyemem proximam in eadem subsistendi concessa potestate. Intercessionibus tamen Stanisl. Koniecpolscii, Archistrategi Polonici, Sigismundi de Grudna, Palatini Calissiensis, & Nobilitatis Evangelicæ submontanæ, pro ipso crebris est effectum, ut, sententiæ executione dilata, urbem porro inhabitandi, si qviete in posterum vivens suos haud spargeret errores, potestas ei concederetur. Verum, cum, libertate conscientiæ non contentus propriæ, promissis haud stetisset, sed dogmata sua aliis perrexisset instillare, qvadriennio post, A. 1643., insuper habitis novis Koniecpolscii, Christophoriqve Opalinscii & Gerh. Denhofii, provinciarum Posnaniensis ac Pomerellicæ Palatinorum, aliorumqve procerum Polonicorum, intercessionibus, urbe, una cum socero, Mart. Vossio, mercatore, Medicis duobus, Floriano Crusio & Dan. Zwickero, Ladebachio, civitatis Secretario, & Wernero Büttels, tonsore, in castra Socini traductis, coactus est emigrare (46.). Ejectus Straffinum se contulit, prædium Pauli Ivanicii, viri nobilis, milliari Gedano tantum distans unico, inqve isto, licet sacerdos non esset, cœtus, qvi e vicina potissimum civitate colligebatur, Sociniani Mystagogum reliqvo vitæ tempore egit ac Concionatorem (qvod Pastor ordinarius lingvæ hujus imperitus esset) Germanicum (47.). Eodem A. 1643., Konieckpolscii patroni commendatione, ab Uladislao IV., Poloniæ Rege, diplomate peculiari (48.), in *Servitorum* (qvos vocant) sive ministrorum suorum receptus est numerum, omnibusqve istorum juribus, privilegiis & immunitatibus (libere sc. ubivis commorandi, negotia exercendi, sacraqve peragendi, coram

(31.) *in Append. Voluminis Epistolarum omnium, num. 654., p. 954.* (32.) *Ep. 456. ejusd. Appendicis, p. 883.* (33.) *in Volumine Epistolarum, n. 880., p. 388.* Locum integrum in W. E. Tenzelii *Dialogis menstruis Germanicis, M. Mart. A. 1693., p. 253. 254. 255.*, etiam invenies. (34.) V. Sandii *Biblioth. Anti-Trinit. p. 114.*, & subjunctam illi Anonymi *Epistolam de vita Andr. Wissovatii p. 232.* (35.) V. eandem *Epist. de Vita Wissovatii p. 230.*, &, de discipulis Pontificiis, Stanislai Lubienicii *Historiam Reformationis Polonicæ, Lib. III, c. 12., p. 240. 241.* (36.) V. Christoph. Sandium *l. c. p. 132.* (37.) Allegatæ hæ jam sunt *num. 26.* (38.) *P. V. Animadvers. Philol. & Hist., c. 3., p. 252-262.* (39.) *p. 261.* (40.) *in Supplementis ad Joh. Pappi Hist. Eccl. p. 91.* (41.) *Lib. III. Hist. Eccl. Prussicæ, c. 9., p. 818. 815.* (42.) V. Ruari Epist. ad G. J. Vossium, Dantisci A. 1632. III. Kal. Oct. scriptam, *in Appendice Vossianarum adoptiva, Cent. II., n. 160., p. 105.* (43.) *in Itinere Polonico, p. 418. 419.*, teste Pet. Bælio *T. II. Dictionarii Hist. & Crit., P. II, p. 976.* (44.) *Cent. I. Epp., n. 25.* (45.) V. Hartknochium *l. c., p. 825. 826.* (46.) V. Ruari ipsius, Procerum Polonicorum, & Senatus Gedanensis, de gemina hac relegatione, epistolas, *Cent. II. Epp.* illius, *num. 48-72., p. 324-386.*, obvias, Hartknochium *l. c.*, Lipsienses *in Actis Erud., M. Jan. A. 1683., p. 21.*, & Vinc. Fabricii Epist. ad Henr. Vagetium A. 1653. exaratam, *in Opp. p. 338. 339.* (47.) V. Anonymi *Epist. de vita Andr. Wissovatii, n. 34. citatam, p. 241.*, Hartknochium *l. c. p. 819. 826.*, & Vinc. Fabricium *l. c.* (48.) Exhibet illud *Centuria Epp.* ipsius *secunda, num. 88.*

coram nullo autem, præter tribunal regium, causam dicendi judicio, &c.), donatus, ac eadem etiam dignitate, iisdemqve prærogativis, a successore Uladislai, Joh. Casimiro, A. 1649., sub suo gaudere jussus imperio (49.). A. 1645. ab Unitariis Poloniæ, una cum Jona Schlichtingio, ad Colloqvium Irenicum Thoruniense ablegatus (50), in popularem suum, Georg. Calixtum, Theologum Acad. Juliæ incomparabilem, ab Electore eodem missum Brandenburgico, illic incidit. Is, in primo cum Schlichtingio ipsoqve congressu (cujus historia a Frid. Ulr. Calixto, filio, *in calce Disputationis de Deo & attributis divinis*, est exhibita), sub Colloqvii statim initium, idololatriæ accusavit Socinianos, qvod Christum, qvem verum Deum esse negarent, cultu nihilominus, vero Deo soli debito, afficerent. Idem postea, uti a filio, modo laudato, per literas sum edoctus, Ruarum, aliqvoties solum ad se reversum, in Ecclesiæ, qvam deseruerat, gremium reducere studuit, & serio atqve ardenter, cum invocatione nominis divini, ut, ratione salutis æternæ habita, ad istam e coetu reverteretur hæretico, est obtestatus, sed pertinaciam ejus, nec argumentis, nec monitis, superare potuit. Vivis tandem noster A. C. 1657. septuagenarius excessit, uti non tantum Christoph. Sandius (51.) & Henn. Wittenius (52.) publice tradiderunt, sed filius etiam illius ὁμώνυμος privatim me edocuit. Conjugem Dantisci A. 1633. (53.) elegit filiam Mart. Vossii, mercatoris, ob Socinismum urbe secum A. 1643. ejecti, eandemqve Senatoris Dantiscani neptem. Liberos ex hac sustulit complures, e qvibus mihi tres innotuere filii, in Bataviam post parentis delati obitum, Martinus scilicet, Chymiater Amstelodamensis, lectis Jac. Böhmii libris, in hujus assectarum castra, desertis Socinianis, transgressus, cui Vitam hanc paternam nonnulla, Frid. Breclingio interprete communicata, debere jam indicavi, Joachimus, Ecclesiæ Romanæ proselytus, qvi, post editam A. 1677. *primam Epistolarum* parentis *Centuriam*, opusculis etiam aliqvot propriis de Cultu Dei interno Belgico-rythmicis inclaruit, ac David, Typographus Amstelodamensis, posterioris *Epistolarum* paternarum *Centuriæ* editor.

Vir fuit Ruarus eruditione solida pariter atqve omnigena paucis ævi sui secundus, lingvarum Græcæ Latinæqve (in qvibus, & soluta oratione terse, & ligata splendide atqve argute, scribendi artifex erat eximius), Hebrææ item, Germanicæ, Gallicæ, Italicæ & Polonicæ, peritissimus, in Philosophia universa, Historia & doctrina civili, cura versatus exqvisitissima, disputatorqve subtilis & singulari judicii accuratione præcellens. Ob dotes has ingenii egregias, virtutesqve animi ac morum haud inferiores, ab ordinis literarii, ævo isto, non in Germania solum, sed & apud exteros, principibus, sacra licet diversissima, Lutherana, Pontificia, Reformata, sectantibus (qvorum notitiam *Epistolarum* suggerent *Centuriæ*), dignus amicitia sua & commercio judicabatur literario. In Theologia partes qvidem aliis Christianorum coetibus invisas est sectatus, sed ob candorem nihilominus, & doctrinam in singulis literaturæ divinioris partibus præclaram, raramqve animi moderationem, ab illorum etiam promachis, Hug. Grotio, Georg. Calixto, Georg. Kônigio, Abr. Calovio, Marino Mersenno, Conr. Bergio, Steph. Curcellæo, aliisqve pluribus, maximo habitus in pretio. In controversiis sacris, Socinianis aliis longe mitior fuit ac moderatior, imo, in articulo de Satisfactione Christi, sententiæ illorum, cum Jona Schlichtingio, post falsitatem ejus utriqve Leidæ, a Simone Episcopio, in familiaribus ostensam colloqviis, desertor (54.), &, Grotio qvoqve (cujus verba supra recitavimus) teste, contrariæ, inter Christianos receptæ cæteros, ὁμόψηφος. Circa sacra a se dissentientibus, qvemlibet Christianorum in religione sua salutis æternæ fieri posse compotem persvasus, æqvissimum se perpetuo præbuit, *eaqve*, teste Joachimo filio (55.), *simplicitate fidei Christianæ contentus, qvæ clarissimis Scripturæ testimoniis, atqve Symbolo Apostolico, est confirmata, præterea nihil ad salutem necessarium ursit, nisi vitam ad mandata Christi pro viribus exactam.* Novatoribus sectæ suæ animose se opposuit, & hos inter Danieli præsertim Zwickero, fraternitatem cum Hussitis, sive fratribus Moravis, & bonorum communionem, duabus ad ipsum epistolis (56.), importune admodum, nec sine convitiis plurimis, A. 1654. urgere aggresso, sed tribus ejus responsoriis (57.), illam dissvadentibus, hanc vero acriter impugnantibus, pari styli vehementia castigato. Chiliasmo se favere, *in Epistola ad Philomathen* (58.), haud dissimulavit, ab aliis autem Fanaticorum erroribus animum, in duabus, ad Valent. Grünewaldum exaratis, ac ineptias hujus egregie refellentibus Enthusiasticas (59.), prodidit alienissimum. Pietatis contra infucatæ, & studii bonorum operum assidui, strenuus, in Epistolis ad fratres, Mich. Piccartum, aliosqve amicos (60.), est ergodioctes, nec ab exercitiis cultus divini, in iis, qvæ ἀδιάφορα sunt, spontaneis exterioribus se abhorruisse, jejunio suo, cui singulis Veneris diebus assveverat, & carnium abstinentia, contra Mich. Gittichii, iisdem secum sacris addicti, censuras iniqviores, Pentade Epistolarum (61.) defensis, abunde demonstravit.

Vitæ ejus historiam, fuse a nobis, tum ex Autoribus aliis, jam allegatis, tum e duabus præcipue *Epistolarum* ipsius *Centuriis*, expositam, breviori narratione perseqvuntur, præter *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr.*, *P. II.*, *c. 5.*, §. *5.*, *p. 106. 107.*, Christoph. Sandius Jun. *in Bibliotheca Antitrinitariorum p. 114. 115. 230. 241.*, Christoph. Hartknochius *in Historia Prussiæ Ecclesiastica vernacula, Lib. III.*, *c. 9.*, *p. 818. 819. 825. 826.*, Lipsienses *in Actis Erud.*, *M. Jan. A. 1683.*, *p. 20. 21. & seqq.*, Pet. Bælius (Sandium & *Isagogen* nostram secutus) *T. II. Dictionarii Historici & Critici, P. II.*, *p. 976. Edit. primæ, & T. III.*, *p. 2619. 2620. Edit. secundæ*, Joh. Franc. Buddeus *T. IV. Lexici Historici p. 311.*, & Gotfr. Arnoldus *T. II. Hist. Eccl.*, *Lib. XVII.*, *c. 13.*, *p. 562.*

Conferri etiam de illo possunt Abr. Calovius *in Socinismo confutato, p. 1066. 1067. 1068.*, *ac in Indice Scriptorum Socinianorum, eidem præfixo*, Joh. Hornbeckius *in Summa Controvv.*, *Lib. 8.*, *p. 598.*, D. G. Morhofius *in Polyhist.*, *T. I.*, *Lib. I.*, *c. 24.*, *p. 309.*, *& T. III.*, *Lib. V.*, *p. 68.*, Matth. Zimmermannus *in Disp. Inaug. de Acceptilatione Sociniana*, *p. 25-27. 32.*, Andr. Caroli *in Memorabilibus Sec. XVII. Ecclesiasticis, T. II.*, *Lib. VIII.*, *c. 46.*, *p. 158. 159. 160.*, Thom. Crenius *P. V. Animadvers. Philol. & Histor.*, *c. 3.*, *p. 248. 249.*, & M. Frid. Ern. Ketnerus *in Disp. de Unitariis, imprimis Sec. XVII.*, Lipsiæ A. 1694. edita, §. *35. & 42.*

Addantur Epistolæ ad illum Virorum eruditorum, tum *Epistolarum* ipsius *duabus* insertæ *Centuriis*, de qvibus in harum dicetur recensu, tum seorsim editæ, Joh. Crellii sc., Antistitis Racoviensis, una, Racoviæ d. 19. Jul. A. 1624. exarata, & a T. Crenio, *l. c.*, *p. 252-262.*, exhibita, ac decem Hug. Grotii, in Syntagmate Grotianarum omnium Amstelodamensi A. 1687. publicatæ. Harum prima, Parisiis d. 10. Maji A. 1631. scripta, qva amicitiam cum nostro contraxit (inter *Epistolas* etiam *Remonstrantium Ecclesiasticas*, a Phil. Limburgio A. 1684. iterum editas, *n. 502.*, *p. 764.*, occurrens), *num. 282.*, *p. 104.*, secunda (d. 19. Jan. A. 1632.) *n. 288.*, *p. 105.*, tertia (Hamb. d. 2. Jul. A. 1633.) *n. 322.*, *p. 115.*, qvarta, de morte Joh. Crellii & Qq. nonnullis matrimonialibus (Hamb. d. 20. Aug. A. 1633.), *n. 327.*, *p. 116. 117.*, qvinta (Hamb. d. 4. Jan. A. 1634.) de Baptismo Judæorum veterum, & Conjugio sine parentum consensu contracto, *n. 336.*,

(49.) Diploma illius V. *ibid.*, *Cent. II.*, *n. 89.* (50.) V. *Vitam Stan. Lubienicii*, ejus *Historiæ Reformationis Polonicæ* præfixam. (51.) *in Biblioth. Antitrinit. p. 114.* (52.) *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1657.* (53.) V. Hug. Grotii *Ep. 336. ad illum, p. 121. 122.* (54.) V. Phil. Limburgii *Vitam Sim. Episcopii p. 329. 330.* (55.) *in præfat. Centuriæ I. Epistolarum.* (56.) *Cent. I. Epp. Ruari, num. 70. & 73.* (57.) *Cent. I.*, *n. 71. 72. & 74.* (58.) *Cent. I.*, *n. 100.*, *p. 455.* (59.) *Cent. I.*, *n. 5. & 7.* (60.) *Cent. II.*, *n. 8. 15. &c.* (61.) *Cent. I. n. 90. 92. 94. 96. 98.*, ubi singulis Gittichianæ, in iis confutatæ, præmittuntur.

n.336., *p.121.122.*, sexta (d.26. Febr. A. 1634.) *n.340.*, *p.123.*, septima, de Pythagora Judaizante & Essenis (d. 8. Febr. A. 1636.), *n.552.*, *p.216.217.*, octava (d. 3. Aug. A. 1637.) *n.803.*, *p.348.*, nona (d. 5. Aug. A. 1638.) *n.998.*, *p.452.*, & decima (d. 7. Maji A. 1639.) *n.1166.*, *p.529.530.*, in illo sunt obviæ. De Thomæ Rhædi Epistola ad eum ἀνεκδότῳ supra, *num. 27. Vitæ marginali*, jam est dictum.

ELOGIA.

I. SOCINIANORUM.

Hier. Moscorovius, in Epist. ad eum (*Cent. I. n.34.*), *admirabilem* in eo *divinæ veritatis proferendæ ardorem*, *suavitatem ingenii, judiciique dexteritatem, rara comitatam eruditione*, commendavit.

Joh. Crellio, in Epigraphe Epistolæ modo laudatæ, *Vir* audit *doctrina & pietate clarissimus, Theologusque & Philosophus eximius.*

Autor Anonymus *Epistolæ de vita Andr. Wissovatii*, Chr. Sandii *Bibliothecæ Antitrinitariorum* subjunctæ, *p.227.*, cum inter *lucida Ecclesiæ suæ sidera, virosque pietate & doctrina præclaros*, retulit, *p. 229.* autem *Virum inclytum*, & *p.230. Virum summum*, salutavit.

II. ERUDITORUM, RELIGIONES ALIAS PROFESSORUM.

Hug. Grotii Epistolæ ad Nic. Reygersbergium verba, huc spectantia, in vita ejus jam recitavimus.

Conr. Rittershusius (in Epist ad Joh. Kirchmannum A. 1610. exarata, *in Append. Gudianarum, n.175.*, *p. 248.*) ita de illo: *M. Ruarus, Holsatus, magnopere me sibi devinxit pulcherrimis & elegantissimis duabus Elegiis suis, quibus secundas nuptias meas exornavit. - - Nuperrime e Saxonia ad me scripsit literas, eruditione, & amore mei singulari, refertas.*

Joh. Kirchmannus, in Epist. MS. ad Theod. Bussium, A.1623. *veterem* eum *amicum suum* appellavit, *a qvo eruditionis solidæ laudem veritas ipsa non spreverit*; in Carmine autem ad Joh. Starckium atqve illum metris commendavit seqventibus:

Starcki, deliciæ novem sororum,
Patris deliciæ, Ruare, Phœbi,
Qvem Phœbus pariter, novemqve natæ,
Utrumqve unanimi beant amore,
Donantqve egregium sonare carmen.

Marinus Mersennus, in Epist. ad eum (*Cent. I. n. 50.*), *Parisiis* ipsum *primum audire omnium, qvi Dantisci degunt, doctorum*, testatur.

Joach. Morsius, *in Ep. dedic.*, Sim. Simonidæ *Poematiis* A. 1619. præmissa, *veterem* eum vocavit *suum, ac qvantum est hominum fidissimum, familiarem, qvem, ob ingenium sublime, judicium acerrimum, & variam atque reconditam eruditionem, olim veneratura sit posteritas.*

Vinc. Fabricius, Consul Gedanensis, in Epist. ad Henr. Vagetium A. 1653. scripta (*in Opp. p. 338. 339.*), ita de illo: *Ruarum a fama ingenii & eruditionis, ante multos jam annos, audivi celebrari. Vivit ruri, in prædio satis amoeno, distante ab hac urbe passibus 5000. Publicus sectæ Socinianæ est mystagogus, eamqve ob causam larem in hac urbe habere, a pluribus jam annis, per SCtum prohibitus.*

Joh. Weitzius, Rect. Gothanus, *in Poemate gratulatorio ad Christoph. Colerum, Biblioth. Uratislaviensi præfectum*, Poetis illum annumeravit Germanicis, Opitii secutis vestigia, *qvorum in corde lepos, Svadaqve in ore, sedet.*

D. G. Morhofius, *T. I. Polyhist.*, *L. I.*, *c.24.*, *p.309.*, ita de illo: *M. Ruari, Dithmarsi, Viri qvidem doctissimi, sed Sociniani, Epistolæ in Batavia editæ sunt. - - Erat vero ille Vir doctus, Græcæ Latinæqve lingvæ scientissimus, ac præterea omnium illarum controversiarum, qvæ Socinianis intercedunt cum Orthodoxis, præ aliis gnarus, disputator acutus, cui accedebat notitia antiqvitatum sacrarum. Primus certe fuisse creditur, qvi Grotium in partes Socinianorum traxerit, ut vel inde ingenium hujus viri conjicere possimus, cui tantus vir potuerit succumbere. Misere tamen vixit, & paterna in Holsatia hæreditate excidit, ob religionem legibus imperii vetitam.* Conf. ejusd. *Orat. VIII.*, *p.243.*, ubi *illustribus orbis literati e Cimbria sideribus* annumeratur.

Lipsiensibus (*in Actis Erud.*, *M. Jan. A. 1683.*, *p.20.21.*), & hos exscribenti Andr. Carolo (*in Memorabb. Eccl. Sec. XVII.*, *T. II.*, *L. 8.*, *c. 46.*, *p.158.*), *Vir* audit, *exceptis sectæ suæ, qvæ Socini fuit, erroribus, sic satis probus, qvi, ob summam eruditionem, & maximas ingenii dotes, non modo inter suos illustre obtinuit nomen, sed & magnis ubiqve viris, a religione ejus alioqvin alienis, gratissimus vixit.*

Abr. Calovio (*in Socinismo confutato p. 1066.*) *Vir magni inter Socinianos nominis.*

Frid. Ulr. Calixto (*in Via ad pacem inter Protestantes, P. II.*, *c. XI.*, *p. 218.*) *Vir & ingenio pollens, & eruditione haud vulgari munitus*; nec non (*in Orat. de uberrimo Sectarum proventu*, A. 1695. edita, *p. 25.*) *Vir, qvanto eruditior, tanto in tuenda hæresi pertinacior.*

Gvilh. Saldeno (*Lib. I. de libris, & eorum usu ac abusu, c. 7.*, *p. 204.*) *Vir sane non indoctus.*

Frid. Breclingio (*in Epist. ad amicum*) Ein moderater und sehr gelahrter Mann, der nicht so streng gewesen, wie die rechten Socinianer.

Gotfr. Arnoldus (*T. II. Hist. Eccl.*, *L. 17.*, *c. 13.*, *p. 562.*) ob eruditionem & probitatem ingentem eum commendat.

SCRIPTA EDITA.

Notæ in Catechesin Ecclesiarum Polonicarum, unum Deum patrem, illiusqve filium unigenitum, una cum Spiritu sancto, ex S. Scriptura confitentium, Racoviensem, a Val. Smalcio conscriptam, & ab Hier. Moscorovio Latine versam, insertæ editioni hujus a Joh. Crellio ac Jona Schlichtingio recognitæ, & dimidia amplius parte auctæ, una cum Schlichtingii Responsionibus qvibusdam ad notas hasce Ruari, Irenopoli, sumptibus Friderici Theophili, post Ann. Dom. 1659. (sive circa A. 1665.), in 8. Recusæ in editionibus per Andr. Wissovatium recognitis, & notis etiam propriis illustratis, Stavropoli, per Evlogetum Philalethen, A. 1680. *in 4.*, ac A. 1684. *in 8.*, nec non, cum adjecta *Ethica Aristotelea & Christiana* Joh. Crellii, Cosmopoli (*i. e. Amstelodami*) A. 1681. *in 4.* Belgice illæ pariter atqve responsiones Schlichtingianæ prodierunt, cum Versione Catecheseos ejusdem Belgica, A. 1666. in 4. V. Chr. Sandii *Biblioth. Antitrinit. p. 100. 101. 105. 106. 114. 115. 117. 130. 131. 147.*, & Joh. Andr. Schmidii *Programma de Catechesi Racoviensi*, Helmstadii A. 1707. *in 4.* editum.

Centuria prima Epistolarum Mart. Ruari selectarum, & his adjunctarum complurium, ab Eruditis aliis ad ipsum scriptarum, in qvibus res magni in religione momenti, inter diversarum sententiarum atqve sectarum homines, tractantur & examinantur. Subjunguntur Scriptum Ruari de Magistratu ad Dan. forte Brenium, & Rationes cur Ecclesiæ Roma-

Romanæ asseclæ Unitariis non adeo deberent esse infensi; præmittitur autem Joachimi filii ad Lectorem præfatio. Amstelodami, apud Dav. Ruarum, Typographum, A. 1677. in 8. Exhibet illa Epistolas Ruari ad Ern. Lud. Burgstorfium, Joh. Crellium, Val. Grünewaldum, Joach. Peuschelium, Nic. Dumlerum, Pet. Bertium, Joach. & Pet. Ruaros, fratres, Hein. Voglerum, Conr. Bergium, Frid. Schofferum, Henr. Hudemannum, Hug. Grotium, J. Grevinchovium, Abr. Calovium, Mar. Mersennum, Barthol. Nigrinum, Mich. Gittichium, J. Pelsium, Franc. Limburgium, Georg. Calixtum, Flor. Crusium, Dan. Zwickerum, N. Mierzynium, Sam. & Joh. Nzranos, Rhenanum, Matth. Rhawum, Steph. Curcellæum, Vinc. Frisium, Eugenium & Philomathen ψευδωνύμως, ac qvosdam Anonymos; nec non adoptivas Val. Grünewaldi, Pet. Bertii, Conr. Bergii, Hug. Grotii, Abr. Calovii, Mar. Mersenni, Mich. Gittichii, Franc. Limburgii, Dan. Zwickeri, Sam. & Joh. Nzranorum, ac Steph. Curcellæi, ad ipsum exaratas.

Centuria altera & ultima Epistolarum M. Ruari selectarum, nec non aliorum Illustrium, spectabilium doctorumqve virorum, ad ipsum, vel ejus causa, scriptarum, a Dav. Ruaro, filio Autoris, cum sua præfatione, publicata. Amstelod. A. 1681. in 8. Centuria hæc posterior (cujus recensum Historico-Encomiasticum, *in Actis Erud. Lipsiensibus, M. Jan. A. 1683., p. 20-25.*, invenies) proprias Ruari sistit Epistolas ad E. L. Burgstorfium, Joh. Cobium, Gabr. Conerdingium, Coqvum, Joh. Crellium, Fratres Transsylvanos, Sigism. de Grudna, Joh. Huswedelium, Joh. Kirchmannum, Kurossium, Sam. & Joh. Nzranos, Mich. Piccartum, Joach. Peuschelium, J. Pelsium, Georg. Richterum, Matth. Rhawum, Joach. & Pet. Ruaros, Ulr. Rudigerum, Chr. Russanovium, Pet. Riczicium, Senatum Gedanensem, Senatum Claudiopolitanum, Jac. a Sienno, Val. Smalcium & Hein. Voglerum, alienas vero, ad ipsum, aut de ipso, scriptas, Conr. Bergii, Jac. Bongarsii, Dan. Brenii, Fr. Bethlenii, Flor. Crusii, Nic. Dumleri, Joh. Huswedelii, Georg. Königii, Stanisl. Koniecpolscii, Franc. Limburgii, Chr. Lubienicii, Chr. Martini, G. Meieri, Chr. & Lucæ Opalinskiorum, Poemeri & D. Sapmæ. Epistolas has Ruari nitidissimas, rerumqve variarum, tum eruditis aliis, tum Theologis imprimis ac Historiæ literariæ studiosis, cognitu utilium ac jucundarum, copia lectoribus se commendaturas, Lipsienses, magno eas cum eruditorum applausu exceptas esse addentes, *l. c. p. 21. 22.*, hoc ornant elogio: *Multa continentur, qvæ cuivis docto, tum ob styli elegantiam, tum rerum erudite cognoscendarum jucunditatem, eas facile commendant: siqvidem, in iis, non Philosophus modo, Politicus & Historicus, sed & potissimum Theologus, invenit, qvorum notitia eum forte antehac fugiebat.* Commendant qvoqve easdem Gotfr. Arnoldus (rebus notatu dignis refertas esse judicans) *T. II. Hist. Eccl., L. XVII., c. 13., p. 562.*, & D. G. Morhofius, *in Polyhistore, T. I., L. I., c. 24., p. 309., & T. III., L. V., p. 68.*; loco priore hæc de illis subjungens monita: *Multa in iis habentur, qvæ ad historiam Socinianismi pertinent. Multæ illic sunt ad Grotium Epistolæ, qvæ ipsum Socinianismi suspectum faciunt: multæ etiam ad alios Theologos, qvas illi forte abesse inde velint.*

Epistolæ seorsim editæ:

1. Una ad Val. Grünewaldum, Dantisci Prid. Kal. Dec. A. 1632. scripta; inter *Epistolas Remonstrantium Ecclesiasticas*, curante Phil. Limburgio Amstelod. A. 1684. *in f.* recusas, *n. 515., p. 771.*
2. Tres ad Joh. Kirchmannum, Altorfii & Noribergæ A. 1611. ac 1612. exaratæ; *in Appendice Epistolarum* Marqv. Gudii, Trajecti A. 1697. *in 4.* editarum, *n. 189. 190. 191., p. 261-266.*
3. Una ad Franc. Limburgium, Francofurti ad Viadrum M. Jul. A. 1620. scripta, & in *Centuriis* haud obvia; in Th. Crenii *Parte V. Animadversionum*, A. 1699. publicata, *c. 3., §. 10., p. 262. 263. 264.*
4. Duæ ad Georg. Richterum, inter *Epistolas* Richteri *Selectas* (*Norib. A. 1662. in 4.*), *p. 386-388. & sq.*
5. Una ad Heinonem Voglerum, de studiis suis, sub finem *Divitiarum Poeticarum* Henr. Hudemanni, Hamburgi A. 1625. *in 8.* editarum.
6. Duæ (qvæ in *Centuriis* desiderantur) ad Gerh. Joh. Vossium, una Francofurti ad Viadrum VIII. Id. Nov. A. 1623. (de Academiæ illius Professoribus), altera autem Dantisci III. Kal. Oct. A. 1632. scripta; inter *Clarorum Virorum ad Vossium Epistolas*, Vossianis, a Paulo Colomesio Londini A. 1690. *in fol.* editis, subjunctas, *Cent. I., n. 54., p. 32. 33., & Cent. II., n. 160., p. 105.*
7. Epistolæ de statu damnatorum, ad Abr. Calovium Gedano A. 1638. datæ, & *Centuria I.* obviæ (qvæ in Chr. Sandii *Biblioth. Antitrinit. p. 27.*, typographi incuria, Mart. Bucero perperam tribuitur), Fragmentum; in Abr. Calovii *Socinismo confutato p. 1067. 1068.*

Carmina Latina varia, argutissima atqve elegantissima, sigillatim diversis edita temporibus, e qvibus mihi innotuerunt:

1. Elegiæ duæ in secundas Conr. Ritterhusii, Acad. Altorfinæ JCti, nuptias, A. 1610. excusæ, de qvibus judicium Ritterhusii honorificum inter Autoris supra exhibitum est elogia.
2. Jambi in obitum Ern. Soneri, Med. D. ac Prof. Altorfini, & Hendecasyllabi in ejusdem tumulum, A. 1612. scripti, & cum Georg. Richteri *Or. funebri*, Sonero habita, impressi; e qvibus illos Th. Crenius *Parti V. Animadvers.*, *c. 3., p. 248. 249.*, hos autem Henn. Wittenius *Decadi I. Memor. Med. renov. p. 37.*, inseruit.
3. Carmina duo Encomiastica, Mich. Piccarti *Decadibus VI. Observationum Historico-Politicarum prioribus*, Ambergæ A. 1613. editis, & *Organo Aristotelico in Q. q. & responsiones redacto*, qvod Lipsiæ eodem A. 1613. prodiit, præfixa.
4. Scazontes in Sim. Simonidis *Poematia*, a Joach. Morsio Leidæ A. 1619. edita, iis præmissi.

Carmen Germanicum Alexandrinum, prolixum & haud invenustum, Henr. Hudemanni Emblematis Germanicis, sub tit. des Hirnschleiffers A. 1626. *in 8.* excusis, subjunctum.

INEDITA ET AFFECTA.

Nova Bibliorum Versio, Lexiconqve Biblicum, qvæ illum editioni parasse Joach. Morsius, *in Albo suo MS. fol. 759.*, testatur.

Analyses seu Conciones in varia S. Scripturæ loca. V. Chr. Sandii *Biblioth. Antitrin. p. 115.*

Annotationes in Catechesin Racoviensem, ab editis diversæ. V. Sandium *l. c. p. 114.*

Anti-Botsaccus, D. Joh. Botsacco, Theologo Gedanensi, oppositus, cujus ipsemet *Cent. II. Ep. 98.* mentionem injecit.

Historia sui temporis. V. Sandium *l. c. p. 115.*

Excerptorum liber. V. Sandium *p. 115.*

Epistolæ, in duabus illarum haud publicatæ Centuriis. V. Sand. *p. 115.* Harum unam, ad Joach. Morsium Altorfio missam, αὐτόγραφον satisqve prolixam, cum Propemptico ad eundem, Britanniam aditurum, Elegiaco, Leidæ A. 1618. exarato, *in Albo* Morsii *MSto*, qvod V. C. Jac. a Mellen Lubecæ asservat, *f. 759. 760. 761.*, reperi.

Scripta varia, tum Historica, tum Theologica, nullius conscientiam turbatura, sed ad mores solum corrigendos ac pieta-

pietatem incitatura; qvorum editionem Dav. Ruarus, ejus filius, A. 1681., *in præfat. secundæ Epistolarum Centuriæ*, a se jussit expectari.

Gregorii Nysseni Sermo adversus Arianos κατηχητικός, Latine versus, qvem, Altorfii vivens, A. 1611., cum notis, publicare voluit, uti in Vita ejus fusius est narratum.

Joh. Crellii, Franci, Antistitis Sociniani Racoviensis, Opera posthuma, qvæ Hugo Grotius, *Ep. 336.* ad nostrum, *p. 122.*, *avide se expectare* A. 1634. ei significavit, *eoqve magis, qvod a Ruaro dijudicata & limata sint proditura.*

FALSO ILLI TRIBUITUR.

Versio Germanica N. T. Sociniana Racoviensis, A. 1630. *in 8.*, sine Autoris, loci ac typographi, mentione, sub hoc publicata titulo: Das Neue Testament; das ist: Alle Bücher des Neuen Bundes, welchen GOtt durch Christum mit den Menschen gemacht hat; treulich auß dem Griechischen ins Deutsche übersetzet. Hanc præter annotationem nonneminis in exemplo mihi viso & lecto MStam, illi asserunt Theod. Hackspanius, in Elencho ψευδεςμηνειῶν ejus, qvem Interpreti errabundo, §. 72-77., inseruit, prolixo, ad aliorum, a qvibus relatum sibi sit, *obstetricante Ruaro eam prodiisse*, testimonium, *§. 72.*, provocans, & Matth. Zimmermannus, *in Diss. Inaug. de Acceptilatione Sociniana, p. 27. & 31.*, seqventi, loco posteriore, censura eandem perstringens: *Sociniani, si verba S. Scripturæ sint nimis clara, transponunt commata, textum novo modo distingvunt, qvasdam voces subintelligunt, aliisqve modis sententiam corrumpunt, ut alium sensum, qvem qvis ne per febrim qvidem somniare possit, eliciant. Et hoc est artificium Ruari & Felbingeri in suis versionibus.* At falli eos inde patet, qvod Ruarus, nihil se adhuc in lucem edidisse publicam, A. 1641., duobus post hanc excusam lustris, in Epistola ad Marinum Mersennum (*Cent. I., n. 49.*), sit professus, & alius proinde Autor, circa qvem erud. torum sententiæ discrepant, est qværendus. Joh. Saubertus Junior (*in Disp. ad initium Evangelii Johannis, a Macedonianis corruptum, §. 12.*) Valentino eam Smalcio, rumore fretus publico, vindicat. Christoph. Sandius contra, *in Biblioth. Antitrinit.* (Smalcio Versionem N. T. Polonicam Racoviensem, A. 1620. editam, deberi, *p. 94. & 104.*, testante), hanc a Joh. Crellio & Joach. Stegmanno Seniore, concinnatam esse, *p. 94. 116. & 133.*, perhibet. Cujus sententiam verba Epistolæ Crellii ipsius, ad Ruarum A. 1624. exaratæ, & a Crenio *P. V. Animadvers., c. 3.*, *editæ*, confirmare videntur seqventia (*p. 258.*): *In N. T. Versione Germanica parum hactenus laboravi, neqve vero multum laborare potui. Nunc qvoqve mihi aliqvantum parco, dum fervet Sirius. Agam tamen, Deo volente, qvotidie aliqvid. Editio tum ob correctionis tarditatem maturari non potest, tum ob summam non modo caritatem, sed inopiam etiam chartæ.* Nec difficulter forte cum eadem conciliari poterit relatio Mart. Ruari junioris, filii nostro ἐμωνύμε, a qvo, adornatam illam credi a Christoph. Ostorodo, ac συνέργοις aliqvot, revisam esse a tota societate, & in hac parente suo, tandemqve præfatione a Crellio ornatam, A. 1684. scheda peculiari, Amstelodamo transmissa, sum edoctus. Confer de illa *P. II. Isagoges* meæ *ad Histor. Cimbr., c. 5., §. 5., p. 107.*, Vinc. Placcii (hanc secuti) *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 11., p. 441.*, Gust. Georg. Zeltneri, Theologi Altorfini, *Diss. de novis Versionibus Bibliorum Germanicis non temere vulgandis, c. 1., §. 11., p. 14. 15.*, & Jacobi le Long *P. II. Biblioth. sacræ, c. 9., p. 269.*

JOHANNES RUFFUS, scriptor ætatis mihi nondum exploratæ.

Chronicon Lubecense ἀνέκδοτον, Saxonico conscriptum idiomate, qvod ab Henr. Bangerto (*in Notis ad Helmoldum, p. 157. 204. 496., & in Indice Autorum præfixo*), Paulo Neukrantzio (*in Exerc. de Harengo, p. 57.*) & Casp. Sagittario (*in Historia Bardovicensi, c. 6., p. 61.*), allegatur, uti *P. IV. Isag. ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 1., p. 431. 432.*, jam monuimus.

JACOBUS RUGE, Fanaticus e Ducatu oriundus Slesvicensi, mente, uti e Schedis ejus inficetis, tædiosa ἀταξίᾳ molestis, eandemqve cramben sæpius recoqventibus, colligo, forsitan motus, non Visiones solum divinas jactavit, ac in Principes, Clericos, horumqve conjugium, ac jura Saxonica, vehementer est debacchatus, sed in literis etiam ad Jac. Fabricium, αὐθαδείᾳ ridicula, seipsum orbis Christiani Dominum, pseudomonarchiæ Dæmonum victorem, luporum ac Pseudochristianorum Ephorum, Practicæqve Theologiæ, Juris & artium atqve subtilitatum omnium, Syndicum, appellavit. Qvid qvod, Regem se Daniæ ac Ducem Holsatiæ fieri potuisse, & literarium cum præcipuis orbis Monarchis excercere commercium, stolide est gloriatus. In potestatem meam, e Bibliotheca Jac. Becceri, Advocati Hafniensis, seqventia ejus pervenere ἐκτρώματα vernacula ἀνέκδοτα:

1. Beschreibung von der aufrichtigen Antichristischen Tyranney, was fromme Christen in solchem Casu thun sollen. (*4. pl. in f.*).
2. Poema ejusdem argumenti rythmicum, cujus titulus hic est: Ein greulich miraculum mundi, in Holstein passiret (*7. pl. in f.*).
3. Zwey Brieffe an M. Jac. Fabricium, Fürstl. Holsteinischen Hofprediger, A. 1643. geschrieben (*3. pl. in f.*).

NICOLAUS RUGE, Eckernfördensis, Ecclesiastes circa annum 1618. Slesvicensis.

Rostochii A. 1607. Respondentem egit in D. Christ. Sledani Disp. Theol. VIII. de Peccato, & XV. de Prædestinatione; it. in M. Pet. Hinckelmanni Disputatt. de Baptismo.

Legi MStam Relationem ejus Epistolicam de Itinere Joh. Rhuelii, Conc. aul. Slesvicensis, in Pagos vicinos, se comite, A. 1615. facto, & indecore atqve lascive in isto per Rhuelium perpetratis, A. 1618., jussu superiorum, ni fallor, exaratam, sub titulo: Wallfart zweyer geistlichen Wallbrüder in Angeln und was sich dabey zugetragen, vormahls nie gesehen, noch gehöret.

RUTGERUS RULANDUS Junior, Hamburgensis, Rutg. Rulandi Senioris, JCti perillustris, & Practicorum Germaniæ sua ætate principis, *Tomo seqventi* fusius celebrandi, e Catharina Grevia, Ægidii gnata, filius, d. 25. Aug. A. 1621. in lucem est editus. E patriæ A. 1638. dimissus schola ac Gymnasio, Juris studio Witebergæ, Tubingæ & Argentinæ (qvæ Doctorem A. 1648. eum creavit), seqventi vacavit decennio, ac qvatuor deinde annos itineri per Germaniam, Italiam, Galliam, Belgium & Britanniam, impendit literario. Hamburgum A. 1652. reversus, inter Advocatos urbis brevi inclaruit, &, ducta d. 24. Febr. A. 1659. uxore Margareta, Erasmi Wetkenii, J.U.Lti, filia, duas ex hac puellas, & filium sibi cognominem, J. U. Doctorem, sustulit. A. 1670. tandem, Prid. Kal. Sept., Syndicus patriæ, in D. Broderi Pauli, Consulis, locum, electus, cum ter ad Christianum V., Daniæ Regem, & semel ad Georgium Wilhelmum, Ducem Brunsvico-Cellensem, legatus abiisset, phtisi d. 19. Maji A. C. 1675., ac ætatis 54., expiravit. V. D. Mich. Kirstenii (cui *patriæ prudens* audit *Orator, legum plenus scientia*) *Programma funebre*, A. 1710., *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 447-455.*, recusum, & Georg. Greflingeri *Epicedium Germanicum.* Joh. Matth. Schneuberi, Prof. Argent., Carmen in promotionem ejus Doctoralem in *Fasciculo Poematum* illius, *p. 47. 48.*, legitur.

Conclusiones Inaugurales de Juramento purgationis. Argentinæ 1648. in 4.

RUTGE-

RUTGERUS RULANDUS III., præcedentis filius, Hamburgensis, J. U. D., e cujus Bibliotheca Joh. Alb. Fabricius Gothofr. Vogtii, Th. Lic. & Scholæ Hamburgensis Rectoris, *Thysiasteriologiam*, *seu Tr. de Veterum Christianorum Altaribus posthumum*, A. 1709. edidit, ipsiqve inscripsit. A. 1719., d. 13. Sept., patriæ electus est Senator.

Disp. Inaug. de Jure expellendi conductores singulari, qvod successoribus competit. Trajecti ad Rhenum 1690. in 4.

JOHANNES BALDUINUS RULL, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Jure exportandi & importandi res in civitatem. Lugd. Bat. 1689. in 4.

CAJUS RUMOHR, Eqves Holsatus, Toparcha hæreditarius Röstensis, Satrupholmensis, Hohenlitzensis & Hanroviensis, Christiani V., Regis Daniæ (a qvo, d. 5. Maji A. 1684., ordinis Eqves creatus est Danebrogici (1.)), & Joh. Georgii III., Joh. Georgii IV., Fridericiqve Augusti, Electorum Saxoniæ, Consiliarius intimus ac provincialis; hoc usus Symbolo: *Qvo fata trahunt*. Superstes fuit A. 1709.

Disp. de Duello, ab ipso conscripta, & Præside D. Wilh. Ludwello, hospite suo, proposita. Altorfii 1658. in 4. Erudita est, flosculisqve historiæ Borealis exornata plurimis.

M. HENRICUS RUMPIUS, Hamburgensis, patre Johanne, sericopola, ac matre Walpurgi Claenia, M. Augusto A. 1561. natus; vividum adeo, numinis beneficio, nactus erat ingenium, ut tempus, qvo alii balbutiunt, literarum jam elementis impenderet, spatiaqve bonarum artium, adolescentiæ studia pueritiæ rudimentis, curasqve viriles juventuti, miscens, semper anteverteret. Octodecim natus annos, lingvas Latinam, Græcam & Hebræam, literasqve humaniores, egregie calluit, &, in Acad. Witebergensem A. 1579. missus, plus illi intulit, qvam pleriqve e scholis sublimioribus referre solent. Præter Philosophiam, cujus Magister illic A. 1582. est creatus, notitiaqve privatim deinde alios imbuit, lingvas ibidem Orientales, Hebræam, Chaldæam, Syriacam & Arabicam, ductu Val. Schindleri, illarum Professoris, ita feliciter addidicit, ut Philologis postmodum in hac literatura accenseretur ἐξοχωτέροις, filiusqve, *illum parem fortassis, suo tempore, in studio Orientali non habuisse, certe nemini fuisse secundum*, asserere non dubitaverit. Schindlerus sane tantum illi tribuit, ut, ex tot, qvos per 30. annos habuerat, auditoribus, soli huic suum *Grammaticæ Hebrææ Compendium* A. 1602. inscripserit, &, paulo ante mortem, alteram ejusdem editionem auctiorem curandam commiserit. Theologiæ postea, integro septennio, partim Witebergæ, partim vero Rostochii, eo vacavit successu, ut in Acad. deinceps Juliam delato Ordo istius Theologicus Doctoris titulum plus semel, sed, ob modestiam ipsius, incassum, obtulerit. Decennio in Academiis transacto Germanicis, Lugduno-Batavam A. 1589. adiit, & Jos. Scaligerum, Dom. Baudium, aliosqve Doctores publicos, eruditionis atqve indolis præstantia ita sibi conciliavit, ut toto vitæ tempore carus iis fuerit, & absens etiam plerorumqve amicis subinde sit compellatus epistolis. E Batavia vix reverso Lingvarum Græcæ & Hebrææ in Academia Helmstadiensi A. 1592. oblata est professio, & præclare ab ipso seqventi administrata qvinqvennio. Hamburgum inde A. 1597. revocatus, socero suo, M. Johanni a Duthen, adhuc superstiti, in ædis Johannææ Pastoratu, d. 4. Sept. (qvo a Joh. Schelhammero, Antistite Petrino, inaugurabatur), successit (2.), cum ipsi interim Helmstadii, in LL. Or. professione, Val. Schindlerus, Præceptor, grata utriqve subrogaretur vicissitudine. Muneri Ecclesiastico Hamburgensi, a Senatu, d. 12. Mart. A. 1613., adjectum est scholasticum easdem, qvas Helmstadii juventuti instillarat, lingvas, in Gymnasio recens condito, docendi officium, qvod d. 12. Aug., in panegyri inaugurationis istius solenni, erudita auspicatus est oratione (3.). Utriqve A. 1617. Vicaria Gymnasii, post discessum M. Jac. Fabricii, Rectoris, accessit gubernatio, ipsi atqve Pet. Laurenbergio commissa, & ab ambobus, ad A. usqve 1620., qvo M. Zach. Schefferus Rectoratum adiit, administrata (4.). Spartam hanc Gymnasticam fide ac industria ornavit incomparabili, nec publice solum, in corona juvenum, imo Virorum etiam, qvi, ad illum audiendum ac salutandum, e locis sæpe longe dissitis adventabant, eruditorum, numerosa, libros V. T. Hebræos, Poetasqve Græcos, suis ante impensis, ut auditorum sumptibus parceret, e Bibliotheca selectissima editos, erudite illustravit, sed privata etiam qvotidie collegia, & gratis qvidem (nullum enim διδακτρον postulabat) omnia, aperuit. Biduum insuper, singulis septimanis, Judæis e Codice V. T. Hebræo erroris sui convincendis, & ad Christum convertendis, nec sine fructu, impendit. Aliqvot enim gentis istius homines κατηχήσεις hæ ejus Christianos reddiderunt, & Doctorem atqve Practicum Medicinæ ex eadem percelebrem, ad literas Græcas, Catonis exemplo, in senectute, ut Christianæ religionis fundamenta ac origines accuratius posset scrutari, addiscendas, permoverunt. Morum ejus sanctimonia, humanitas, candor, modestia, αὐτάρκεια (qva motus Pastoratum Hamburgensem Catharinæum, longe suo lautiorem, recusavit) plus qvam vulgaris, & ab avaritiæ immunis contagio, mansvetudo, qvæ vix unqvam irasci eum est passa, incredibilis, diligentia in officii curis pariter ac studiis indefessa, aliæqve virtutes, in superstite vocibus deprædicatæ publicis, a filio, in Vitæ historia, eximia autem in certaminibus sacris moderatio, & in heterodoxos animi æqvitas, a Dom. Baudio, in Epistola ad ipsum, cujus verba paulo post recitabimus, celebrantur. Liberalitatis in pauperes profusæ moribundus qvoqve ea specimina edidit, ut pleriqve, an familiæ qvippiam indonatum relinqveret, dubitaverint. Vegetam nactus valetudinem, nec ullis, nisi in prima infantia, per omnem vitam, morbis obnoxius, catarrho tandem pedis, & febri hunc subsecutæ, senex, A. C. 1626., ætatisqve 65., die 16. Augusti (5.), succubuit. Successorem in officio habuit Ecclesiastico M. Joh. Turbanum, Hadelensem, suum olim auditorem, superstitemqve reliqvit filium, qvem ex Anna uxore, M. Johannis a Duthen, Antecessoris gnata, sustulerat, tantum non posthumum, Marcum, templi Cathedralis Vicarium. Hujus *Memoria*, cui nostra debemus pleraqve, Parentis *vindicata*, schediasma stylo exaratum eleganti, &, cum præfixa ejus imagine, subjunctoqve scriptorum Catalogo, Hamburgi, sine anni mentione, *in 4.* editum, in Henn. Wittenii autem *Centuria memoriæ Theologorum renovatæ* (qvæ Francofurti A. 1685. prodiit), *Decade VII., p. 885-892.*, recusum, præ aliis de illo meretur consuli.

Conferri possunt, præter jam allegatos, Mich. Clenovii Jun. *Tyrociniorum Poeticorum Myrmeciæ p. 29. 106.*, Mich. Kirstenii *Programma Orationi Eberh. Anckelmanni, L. Hebr. Professoris Hamburg.*, *auspicali A. 1675. præmissum*, Joh. Alb. Fabricii *Pars II. Memor. Hamburg. p. 908. 909. 1066. 1067. 1068. 1071. 1072.*, M. Erdm. Uhsei *Vitæ Doctorum Sec. XVI. & XVII. Ecclesiasticorum Germanicæ p. 903. 904.*, & *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr.*, *P. IV.*, *c. 10.*, *§. 26.*, *p. 613. 618.*

Inscripserunt illi Val. Schindlerus, LL. Or. Prof. Witeb. & Helmst., *Compendium Grammat. Hebr.*, Witebergæ A. 1602. excusum, & Joh. a Fuchte, Acad. Juliæ Theologus, Didymi Alexandrini *Libros III. de Spiritu Sancto*, Helmstadii A. 1614. *in 8.* a se editos.

(1.) V. Pet. Resenii *Prolegomena Versionis Nomocanonis Jutici Germanicæ Krabbianæ p. 14.* (2.) V. *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.* αἰδέσποτον. (3.) V. eundem *Catalogum*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1066. 1067. 1071.* (4.) V. Pet. Lambecii *Orationes p. 69.*, & Fabricium *l. c. p. 1067. 1068.* Qvorum ultimus perperam Rectoris eum vices A. 1626. & 1627. denuo tradit obiisse, cum ante A. 1627. vivis jam excesserit. (5.) Diem hunc emortualem, a filio omissum, *Catalogus*, *num. 2.* allegatus, & Henn. Wittenius, *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1626.*, indicarunt.

Exſtant etiam Epiſtolæ ad eum : 1. Joh. Caſelii, qvarum complures lucem publicam vidiſſe filius, *in Memoria parentis*, teſtatur ; 2. Dominici Baudii qvinqve, A. 1605. 1606. & 1608. ſcriptæ, in *Centuria* Baudianarum *tertia*, *n. 12. 18. 19. 23. & 32.*, obviæ ; præter qvas tres alias prolixiores, momentiqve majoris, ineditas apud ſe ſuperfuiſſe Rumpius Dan. Heinſio, in literis ad eum, infra allegandis, A. 1622. ſignificavit ; 3. Joh. Wouwerii, Hamburgenſis (cujus itidem plures ἀνέκδοτοι deliteſcunt), una, A. 1603. exarata, qvam *Centuria Epiſtolarum* illius *prima, num. 35.*, exhibet.

ELOGIA.

Domin. Baudius eum, in Epiſtola d. 9. Maji A. 1606. exarata (*Cent. III., n. 19., p. 530.*), ita compellavit : *Vellem occaſio ferret, ut majori in re teſtari poſſem meam erga te benevolentiam dicam, an obſervantiam. Nam, inter cæteras ingenii doctrinæqve dotes, valde fama, & ſermone bonorum omnium, commendatur animi tui* (in controverſiis ſacris) *æqvitas & moderatio : qvæ virtus rara repertu eſt inter homines tui muneris atqve ordinis.*

D. Phil. Nicolai (*in Ep. dedic. Comm. de Chriſto omnipræſente*) ita : *M. Dav. Wolderus, & M. Henr. Rumpius, donis lingvarum excellentibus præpollent.*

D. Joh. a Fuchte (*in Ep. dedic. librorum Didymi de Sp. S.*), ob antiqvitatis Eccleſiaſticæ ſtudium atqve æſtimium, eum commendat.

Joh. Henr. Hottingerus (*P. I. Biblioth. Qvadripart., c. 6., p. 110. 111.*) *nominibus* illum accenſet *inter eruditos notis atqve honoratis*, qvorum ipſe Epiſtolas, in archivo privato, aſſervabat ineditas.

Mich. Kirſtenius (*in Programm. cit.*) ita de illo : *Profeſſioni LL. Or., per 13. annos, præfuit Hamburgi, eo ſucceſſu, ut recentis ſcholæ incrementa adjuvaret qvam maxime, pro inſigni pietate, eruditione & dexteritate, qvæ in eo erant.*

Marcus Rumpius, filius, imagini parentis, *Memoriæ* ejus præfixæ, hoc adjecit hexaſtichon :

Vivus adhuc iſto genitor mihi ſpirat in ære,
Hunc vultum, hæc qvondam, dum fuit, ora tulit ;
Qui Latio & doctis palmam contendit Athenis,
Qvoqve Oriens docuit præcipiente loqvi ;
Cui mundi patuitqve omnis ſapientia coeli :
Heu qvod me puero debuit ille mori !

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Iſagoge in lingvas Orientales primarias, imprimis Chaldaicam & Syriacam, cum præceptionum, per inſigniora V. ac N. T. dicta, uſu. Hamburgi 1614. in 8.

Carmen funebre Heroicum elegans in exceſſum Henr. Lampadii, Brunsvicenſis Presbyterii Senioris, inter Epicedia reliqva, Lampadio ſcripta, & M. Joh. Gasmeri *Orationi de ejus vita ac obitu*, A. 1590. *in 8.* excuſæ, ſubjuncta, *lit. c. 1. & 2.*, publicatum.

II. ALIENA.

Ariſtophanis Comoedia Plutus, cum Verſione metrica Nicod. Friſchlini, ad imitationem Plauti & Terentii comparata, Græco-Latine denuo edita. Hamburgi 1613. in 8.

Joach. Camerarii Hymni ſacri, Græcis verſibus redditi, ex *Diſputatione de piis, catholicis & orthodoxis precibus* excerpti, &, in uſum Gymnaſii Hamburgenſis, cum præfatione editi. Acceſſerunt ejusdem Capita pietatis, & alia Patrum Græcorum elegantia opuſcula. Hamb. 1613. in 8.

Valent. Schindleri Compendium Grammaticæ Hebrææ, qvod Autor Witebergæ A. 1602. editum Rumpio inſcripſerat, &, paulo ante mortem, auctum emendatumqve transmiſerat, ab eo, cum præfatione nova, denuo editum. Hamb. 1613. in 8.

Homeri Iliados Libri I. & II., Græce, cum verſione metrica Helii Eobani Heſſi. Hamb. 1614. in 8.

Ejusdem Libri III. & IV., Græce, cum Verſione metrica H. E. Heſſi. Hamb. 1617. in 8.

Ejusdem Liber IX., ſeorſim itidem (*teſte filio in Memoria parentis*) editus.

Vaticinia aliqvot Biblica de Meſſia Θεανθρώπῳ, Hebræo-Latine, in uſum Φιλεβραίων, collecta, & in Gymnaſio Hamburgenſi propoſita. Hamb. 1615. in 8.

Ariſtophanis Comoedia Εἰρήνη, Græce, cum Verſione Latina Qvinti Septimii Florentis Chriſtiani, Comicorum Latinorum ſtylum imitata, eodemqve verſuum cum Græcis conſcripta genere. Hamb. 1615. in 8.

Joh. Chryſoſtomi Homilia de liberorum educatione, Græce, in uſum Gymn. Hamb., edita. Hamb. 1615. in 8.

Tryphiodori, Poetæ Ægyptii, Poema de excidio Trojæ, in qvo pleraqve belli Trojani ἀξιομνημόνευτα, tanqvam in epitome, exponuntur, Græce editum. Hamb. 1617. in 8.

Coluthi Thebani Lycopolitæ de raptu Helenæ, & Muſæi de Herone ac Leandro, Poemata, ab Hel. Eob. Heſſo, & Andr. Papio Gandenſi, Latino carmine reddita ; Gr. & Lat. Hamb. 1617. in 8.

Euripidis Hecuba, Græce & Latine, ex verſione Deſid. Er. Roterodami, edita. Hamb. 1617. in 8.

Theocriti Syracuſani Idyllia aliqvot Græca, cum Verſione metrica Hug. Grotii, Dan. Heinſii, Jac. Mycilli & Helii Eob. Heſſi, in uſum Gymn. Hamb. ſelecta. Hamb. 1617. in 8.

Hiſtoria Eſtheræ Hebraice, cum verſione Latina Imman. Tremellii & Franc. Junii, ſeorſim, in uſum G. H., edita. Hamb. 1618. in 8.

Euripidis Cyclops, Græce, cum Verſione Latina Q. Sept. Flor. Chriſtiani, editus. Hamb. 1618. in 8.

Euripidis Tragoedia, Iphigenia in Aulide, ab Er. Roterodamo Latine verſa, & Londini A. 1519. excuſa, nunc denuo Græco-Latine edita. Hamb. 1618. in 8.

Euripidis Medea, Græce, cum translatione Lat. metrica Georg. Buchanani, edita. Hamb. 1618. in 8.

Joh. Caſelii Oratio pro arte Poetarum, cum præfatione edita. Hamb. 1618. in 8.

Euripidis Andromache, Græce, cum Verſione Lat. Q. S. F. Chriſtiani, edita. Hamb. 1619. in 8.

Ariſtophanis Comoedia Σφῆκες, ſeu Veſpæ, Græce, cum verſione Lat. metrica Q. S. F. Chriſtiani, edita. Acceſſit Commentatiuncula de Comoediæ definitione, origine & diviſione. Hamb. 1620. in 8.

INEDITA.

Opus contra Judæos prolixum atqve egregium, qvod ab ipſo, ante mortem, ad umbilicum ferme fuiſſe perductum M. Joh. Turbanus, ſucceſſor, amiciqve alii, filio retulerunt, cui nihil illius inter chartas paternas invenire licuit.

Grammatica Arabica, qvam Autorem, paucis ante obitum hebdomadibus, Hamburga, typis tunc deſtituta Arabicis, Lugdunum Batavorum, ut illic excuderetur, transmiſiſſe M. Georg. Buſchius, Subrector Hamb., filium edocuit, cuinam illa fuerit commiſſa, qvove deinceps pervenerit, ignarum. Mihi, in Volumine Epiſtolarum ad Joh. Meurſium inedito, per Zach. Lundium congeſto, Epiſtola Rumpii ad Dan. Heinſium, A. jam 1622., integro ante obitum qvadriennio, exarata, occurrit, in qva remitti is ſibi ab Heinſio poſtulavit *pagellas Arabicas, & MSStas, & editas, rudi-*

menta

menta linguæ ejus, cum farragine exemplorum, continentes, A. 1618. Leidam ad ipsum, ut per Thom. Erpenium imprimerentur, & deinde *Isagoge* suæ *in Ling. Chald. & Syriacam*, Hamburgi publicatæ, subjungerentur, ablegatas.

Joh. Caselii, aliorumqve Virorum summorum, Belgarum cumprimis Anglorumqve, & Rumpii, Epistolæ mutuæ, a filio hujus asservatæ. Qvibus, præter modo laudatam nostri ad D. Heinsium, aliæ etiam ejusdem ἀνέκδοτοι, qvas penes se superfuisse J. H. Hottingerus, *P. I. Biblioth. qvadrip.*, *c. 6.*, *p. 110. 111.*, testatus est, possunt adjungi.

JOHANNES RUMPIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & Judicii in patria inferioris, circa A. 1700. (qvo Casp. Thurmanni *Bibliotheca Academica* ipsi aliisqve est inscripta), Vice-Præses, invitus deinde in Senatorium, d. 17. Febr. A. 1708., a plebe evectus ordinem, & d. 28. Maji A. C. 1718., ætatisqve 53., extinctus.

Disp. Inaug. de Clausulis executivis. Heidelbergæ 1687. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamb. Lit. A. 1701.*, *p. 23.*)

MARCUS RUMPIUS, Hamburgensis, Henrici (*supra celebrati*) filius tantum non (uti ipse testatur) posthumus, ædis in patria Cathedralis, ab A. 1664. (1.), Vicarius, A. 1688. superstes, & Evergetis suis ab Henn. Wittenio annumeratus literariis (2.).

Memoria M. Henr. Rumpii, Pastoris Hamburg., parentis sui, vindicata, &, cum Imagine ejus, scriptorumqve Catalogo, edita; Hamburgi, sine mentione anni, in 4. Recusa Francofurti A. 1685., in Henn. Wittenii *Centuria memoriæ Theologorum renovatæ, Dec. VII.*, *p. 885-892.* Stylo scripta est eleganti.

VINCENTIUS RUMPIUS Senior, Hamburgensis, d. 17. Dec. A. 1637. natus, J. U. Licentiati titulum Heidelbergæ A. 1659. adeptus in Senatum patriæ d. 8. Mart. A. 1675. admissus, filioqve unico cognomine (*de qvo statim dicetur*) e conjuge, Anna Maria, Pet. Lütkenii Sen., J. U. L. & Consulis, gnata, A. 1662. ducta, suscepto, d. 22. Apr. A. C. 1682., ac ætatis 45., mortuus. V. Joach. Henningii, Conrect. Hamb., & aliorum, *Epicedia*.

Disp. de Emptione & venditione, Præside D. Henr. Dav. Cunone. Heidelbergæ 1658. in 4.

Disp. Inaug. de Litis contestatione, Præside eodem. Heidelb. 1659. in 4.

VINCENTIUS RUMPIUS Junior, filius præcedentis unicus, J. U. Lic. & in patria civitate Hamburgensi Practicus; Eberhardi a Campen, J. U. L. & Senatoris, gener.

Disp. Inaug. de jure Retractus. Heidelbergæ 1688. in 4.

MARCUS RUNGIUS, Parochus ruralis, in Sylva Ducatus Slesvicensis, qvam vocant, Danica, Gettorpiensis.

Corona triumphantium; Geistlicher Ritter Himmelskrone, oder Leichpredigt über Fr. Hedwig von Buchwald, und ihren Sohn Friederich, aus Jac. I. 12. Slesvigæ 1641. in 4.

S.

JOACHIMUS SAGER, scholæ in civitate Lubecensi trivialis Præceptor.

Kunstbuch allerhand schöner Schriften. Lubecæ 1608. in 4. V. *Catal. Nund. Francof. A. 1608. vern. p. 36.*

FRIDERICUS a SALLERN, Apenrada Cimber, J. U. C., Caroli Friderici, Ducis Holf., circa A. 1723., Qvæstor & Cameræ Consiliarius.

Disp. Juris Ecclesiastici de Jure precum publicarum, Præside D. Justo Henningo Böhmero proposita. Halæ 1705. in 4. Recensum ejus V. *in Novis Lit. Germ.*, *M. Sept. A. 1705.*, *p. 333-336.* Qvæ in hac, ejusqve Corollariis, Clericis parum grata passim occurrunt, illorumqve autoritatem ac reditus imminuere posse videntur, frater ipsius, Georgius, eodem A. 1705., Rostochii, *in Disput. suæ, statim* memorandæ, Corollariis, impugnare est aggressus. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Dec. A. 1705.*; *p. 355.*

GEORGIUS a SALLERN, Apenrada Cimber, Theol. Cultor, & fratris modo laudati, uti jam dictum, Antagonista.

Disp. de peccatis Heroum fidei eminentibus, Præside D. Joh. Pet. Grünebergio proposita. Rostochii 1705. in 4. V. de illa *Nova Lit. Lubec.*, *M. Dec. A. 1705.*, *p. 355.*

JOHANNES HENRICUS a SALLERN, Neomonasteriensis Holsatus, antequam supremos Juris, qvos Disputatione inaugurali Kilonii d. 15. Dec. A. 1698. ambiverat, honores reportaret, ob cædem commilitonis, ibidem factam, A. 1699. ineunte patriam profugus reliqvit. Venia deinde homicidii impetrata, in urbe Advocatum egit Slesvicensi, donec ipse etiam A. 1707., in itinere ad castra Svecica, Lipsiæ vicina, jussu Ducis sui suscepto, violenta morte, sive a latronibus occisus, sive alio extinctus fato, periret.

Oratio de laudibus ac virtutibus Friderici, Ducatus Slesvigo-Holsatici hæredis, ipso ejus natali, d. 18. Oct., recitata. Kilonii 1694. in 4.

Disp. de Mitigatione pœnarum, favore matrimonii contracti, Præside D. Joh. Kleinio proposita. Rostochii 1697. in 4. Recusa in Kleinii *Volumine Dissertationum Juridicarum*, Güstrovii A. 1706. in 4.

Disp. Inaug. de jure Immunitatis a vectigalibus, certis personis competente, Præside D. Sim. Henr. Musæo. Kilonii 1698. in 4. Recensum ejus V. *in Nov. Lit. Lubec.*, *M. Jan. A. 1699.*, *p. 26. 27.*

Epistola ad Joh. Pechlinum, Biblioth. Gottorp. Præfectum, de parentis sui, D. Joh. Nicol. Pechlini, Consiliarii & Archiatri Holsatici, obitu. Slesvigæ 1706. in fol.

CHRISTOPHORUS SANDINUS, Parochiæ cujusdam ruralis Holsaticæ Ecclesiastes.

Gülden Kleinod, oder Gründlicher Bericht vom trostreichen Artickel der Auferstehung von den Todten. Lubecæ 1614. in 12. Libellus Nobilibus aliqvot Ranzoviis inscriptus.

M. HENRICUS SANTMANNUS, Lubecæ A. 1586. natus, laureaqve Francofurti ad Viadrum A. 1609. ornatus Philosophica, templi in patria Ægidiani Diaconatum d. 22. Oct. A. 1612. obtinuit, ac, conjugio gemino cum D. Jac. Eberti, Professoris Acad. Francofurtanæ Theologi (3.), Henriciqve Mennii, Pastoris Lubecensis Ægidiani, filiabus contracto, d. 25. Jun. A. C. 1639., ætatisqve 54., Michaele filio (de qvo mox dicetur) superstite, vivis, uti Epicedia me docuerunt, excessit. Perperam enim, & a Jacobo a Mellen (4.) d. 23. Julii, & a Conrado ab Höveln (5.) anno 1630., obiisse traditur. Imago ejus in templo Ægidiano superest (6.).

Triga Orationum Panegyricarum: 1. Διδασκαλικὴ de Incarnatione Christi; 2. Ἐπιδεικτικὴ de fundatione & incrementis inclytæ Lubecæ; 3. Συμβουλευτικὴ, an Eruditio, an vero morum integritas, in demandandis officiis, potius fit

(1.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 635.* (2.) *in Indice V. Tomi II. Diar. Biograph. Sec. XVII.* (3.) V. *Programma de Vita Eberti funebre*, & Joh. Christoph. Becmanni *Notitiam Acad. Francof. p. 118.* (4.) *in Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium.* (5.) *im Beglückten Lübeck p. 145.* (6.) Confer de illo Willichii Westhovii *Lib. II. Epigramm. f. 16. b.*

sit spectanda? pro gradu Philosophico Francofurti ad Viadrum habitæ, & ibidem editæ A. 1609. in 4. Secundam Joach. Morsius (1.) *elegans opusc.* vocat.

Prognosticon Mosaicum; das ist: Ein herlicher, unveränderlicher, ewiger und nutzbahrer Kirchen-Calender, auß Devt. XXVIII., ordentlich und vollkommen erkläret; in welchem vorhanden eine tröstliche Erqvickung der möglich Frommen, und eine treuhertzige Warnung der Unbußfertigen. Lubecæ 1614. in 4. Svecica ejus Versio, ab Arvido Johannis Tidero, Parocho Wakelsängensi, concinnata, Holmiæ A. 1622. *in 8.* prodiit, teste Joh. Scheffero *in Svecia literata p. 116.*

Bußglöcklein, in drey Predigten von Theurung, Krieg und Pest, verfasset. Lubecæ 1628. in 8.

Victrix fati pietas, oder Bild und Feldgleichniß wieder die Hertzfressende Melancholey und Schwermuht, auß Es. XL. 6. 7. 8. Lubecæ 1629. in 4.

M. MICHAEL SANTMANNUS, Lubecensis, Henrici, modo memorati, filius, d. 16. Jan. A. 1625. in lucem editus, & d. 21. Sept. A. C. 1666., ac ætatis 42., in patria defunctus. V. Epicedia.

Trauriges Passions- und Tortur-Hauß Jesu Christi, darinn die Marter-Instrumente, womit ihm Pein und Qvaal angeleget worden, gezeiget werden. Lubecæ A. 1661. & 1682. in 8.

Cave Propheticum, oder Christeinfältiger Unterricht, wie ein Christe, in dieser grundbösen und falschen Welt, leben müsse, damit er nicht betrogen werde, auß Mich. VII. 5. 6. vorgestellet. Lubecæ 1662. & 1682. in 8.

ERASMUS SARTORIUS, Slesvicensis (2.), P. L. C., Musicus pariter atqve Vates haud ignobilis, A. 1577. natus, vix decennis a Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, pueris aulæ suæ adscriptus est symphoniacis, ab hujus autem fratribus atqve successoribus, Philippo & Johanne Adolpho, in Cantorum ejusdem cooptatus numerum, & ab ultimo tandem, loco inter suos ei attributo alumnos, ad studia excolenda, in Bordesholmense (cujus Organœdum simul egit (3.)) Gymnasium, Academiamqve Rostochiensem, ablegatus. Rostochii a Senatu Cantoris templi Mariani, choriqve Directoris Musici, officium ei est commissum (4.), sed ab ipso A. 1604. cum eodem in urbe Hamburgensi munere permutatum, In hac, cum ingenio sibi omnes conciliasset faceto ac hilari, locumqve etiam inter ædis cathedralis obtinuisset Vicarios (5.), sexagenarius tandem d. 17. Oct. A. 1637. (6.), decennio post nuptias secundas celebratas, expiravit. Musicæ veteris fuit tenacissimus, & contemptores hujus novaturientes, in artis suæ *Institutionum Proœmio*, acriter est insectatus. Joh. Adolphus Fabricius, Ecclesiastes Hamburgensis, hoc nominis eum commendavit anagrammate:

Erasmus Sartorius, Cantor. * *Ars, virtus ac sors, me ornat;*

Vinc. Fabricius autem, Consul Gedanensis, Epigrammate seqventi, *Institutionibus* ipsius præfixo *Musicis*, & in Fabricianis recuso *Poematis* (7.) atqve *Operibus* (8.):

Felix autor & arbiter jocorum,
Invenire facetias disertus,
Blandæ vocis, Erasmus, architectus,
Artem, qvam Polyhymnia magistra,
Qvos Phœbo didicit sonos magistro,
Profert deniqve posterisqve tradit:
Famam deniqve posteri rependent.

Verni temporis, amoenissimi, commodissimi, illustrissimi, Laudatio, heroo pede scripta. Rostochii 1604. in 4.

Belligerasmus; i. e. Historia belli exorti in regno Musico, in qva liberalis & non tetrici ingenii lector inveniet, qvod tam prodesse, qvam delectare, possit. Hamburgi 1622. in 8. In eodem versatur argumento Pet. Laurembergii *Musomachia, seu Bellum Musicale, ante qvinqve lustra, in gratiam Er. Sartorii, belligeratum, denuo* autem *institutum* & editum Rostoch. 1639. in 8.

Institutionum Musicarum tractatio nova & brevis, libris duobus comprehensa, qvibus non tantum artis præcepta breviter & dilucide proponuntur, verum etiam pulcherrima Modorum Musicorum doctrina exhibetur, & exemplis illustratur. Præmittitur Oratio de Artis hujus inventoribus, præstantia & utilitate. Accedunt etiam Fugæ aliqvot 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. vocum, in unisono, pro discipulis scholæ Hamburgensis. Hamburgi 1635. in 8.

Scripta complura jocularia ἀνέκδοτα, imprimis autem *Mortualium jocularumqve opera*, jam absoluta, qvæ *in præfat. Belligerasmi* est pollicitus. E qvibus *Mortualia* ejus, seu *Epitaphia lepida & mirabilia*, a Joh. Starckio etiam, in Carmine *Belligerasmo* eidem præfixo, metris hisce commendantur:

- - - - - - - - *Non levis ars est*
In tragicis etiam spargere posse jocos.

M. NICOLAUS SASSIUS, Hathersleblensis, supremos Philosophiæ honores Hafniæ A. 1639., Brabeuta Jac. Finckio, post *Disput.* hujus *de Elementis* defensam, adeptus, Pastor & Præpositus in Fionia Asnensis, d. 19. Jul. A. 1665. defunctus; Vir Poeseos, & Latinæ, & Germanicæ, amantissimus. V. *Indicem III. Catalogi Biblioth. Reseniana*, & Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 109.*

Carmen in natalem Filii Dei, & de lapsu humani generis, ejusqve instauratione. Lubecæ 1631. in 4. (*M. C. K.*)

Threnodia, memoriæ Udalrici, Hæredis Norwagiæ, Ducisqve Slesv. & Holf. (*Christiani IV., Regis Daniæ, filii*), sacra. Hafniæ 1633. in 4. *In ea, nec artem, nec genium, desiderari,* censet Ol. Borrichius, *in Diss. ult. de Poetis p. 172.*

Gratiarum actio pro immenso Dei beneficio veræ & sinceræ religionis, a D. Mart. Luthero prolatæ, sive Carmen de hoc Elegiacum, die Martini A. 1633., in Acad. Hafn., recitatum. Hafn. in 4.

Threnodia & Epitaphium memoriæ Henrici, Comitis ab Holck, sacra. Hafn. 1634. in 4.

Epicedia & Epithalamia alia Latina, diversis edita temporibus.

Geistlich Neujahrs- und Friedens-Geschencke. Hafn. 1634. in 4. (*M. C. K.*)

Englische Schildwacht, oder Lobgesang auf das H. Engelfest. Hafn. 1635. in 4. (*M. C. K.*)

Historia des Leidens und Sterbens Jesu Christi. Hafniæ 1637. in 4. (*Id.*)

ANDREAS SAURIUS, Scholæ Kiloniensis Cantor.

Hertzliche Glückwunschung an Christian Albert, Hertzogen zu Holstein, als er die Erbhuldigungspflicht von seinen Unterthanen empfieng, in einer Musicalischen harmonie von 7. 9. oder 14. Stimmen überreichet. Hamburgi 1661. in fol.

(Diversus ab eo est Andr. Saurius, Tragœdiarum scriptoribus a Pet. Resenio, *in præfat. Eddæ lit. e. 2. b.*, annumeratus, Chimæricus forsan, & ex Abrahamo Saurio effictus.)

JACO-

(1.) *in Albo MS. f. 670.* (2.) V. ejus *Belligerasmum Musicum p. 68.* (3.) teste Mart. Coronæo Jun. *in Antiqq. Bordesholmensibus MSS.* (4.) V. ipsius *Epist. dedic. Belligerasmi Musici, ad Joh. Frid.*, D. Holf. (5.) V. Joh. Alb. Fabricii P. *II. Memor. Hamburg. p. 622.* (6.) *testibus Epistolis ad me Sperlingii ac Winckelii.* (7.) *in Libro Miscellaneorum, p. 147, edit. Leid.* (8.) *in eodem Libro Miscell. p. 615. ed. Lips.*

JACOBUS SAXE, Eiderstadiensis, d. 4. Mart. A. 1563., patre Saxio Jacobi, aggerum maritimorum præfecto, natus, qvi Tonningæ A. 1610., per decennium jam exul, commorabatur, & hoc se erigebat Symbolo: ὀιςέον καὶ ἐλπιςέον. V. *Epist. dedic. opusculo seqventi* præmissam.

Kurtze und förmliche Beschreibung des löblichen Eiderstädtischen Landes, so weiland von Casp. Hoyern, Stallern desselben, in Lat. Sprache ist außgegeben, ietzt aber in die Deutsche übersetzet, und folgends auch in feine Niedersächsische Rythmos componiret, von Jac. Saxen: Samt einer nützlichen Vorrede vom Lobe desselbigen Landes. Hamburgi 1610. in 8. Continentur: 1. Hoyeri scriptum Latinum; 2. Sachsii Versio illius Germanica ἄμετρος; 3. Ejusdem Μετάφρασις istius Saxonico-rythmica; 4. Ejusdem Rythmi alii complures Saxonici. Confer de illa *Partem III. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 5., p. 245. 246.*

JACOBUS SAXE secundus, Flensburgi d. 8. Dec. A. 1554., parentibus Petro, Cive primario, & Ingeburga, Mart. Svelundii, Senatoris, filia, natus, Scholæ, in Ducatu Anhaltino, Cothenensis, ab A. 1577., per XV. menses, & A. 1580., Bregensis in Silesia, per semestre, fuit Præceptor, deinde vero, in Cimbria, Pastor ruralis, ab A. 1580., Oldorpiensis ad Arlam, &, ab A. 1583. Coslevienfis, tandemqve, ab A. 1586. (M. Febr.), Civitatis Husensis Ecclesiastes. Angina d. 16. Apr. A. 1616. ac ætatis 63. extinctus, præter liberos alios, e Christina, Pet. Paynckii, Civis Husensis, filia, A. 1583. ducta, & A. 1609. mortua, susceptos, M. Pet. Saxonium, Matheseos in Acad. Altorfina Professorem, reliqvit superstitem. Synopsin hanc vitæ ejus ex Annotationibus ipsius collegi ad *Calendarium* Pauli Eberi *Historicum* MSStis. Conf. Joh. Melch. Kraftii (fusius de vita ejus ac familia differentis) Husumsche Kirchen-Historie (in dem Zweyfachen Jubel-Gedächtnisse) *p. 236-240.* Mart. Holmeri *Præfat. Sermonis sacri de templi Husensis incendio Germanici p. 11.* & *P. III. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr. c. 2. §. 5. p. 245. 246. ac c. 4. seqv.*, §. 4. *p. 355.* ubi cum præcedenti a nobis incaute est confusus.

Annales Husumenses MSSti, ab Ant. Heimreichio *in Chronico Dithmarsico, & Catalogo Autorum illi præfixo*, allegati. Conf. de illis Kraftium *l. c. p. 240.*

Diarium MS. ab Holmero *l. c. p. 22.* laudatum.

PETRUS SAXE (1.), Evensbülla Strandfrisius, d. 6. Sept. A. 1597. in lucem editus, post reditum e schola Lubecensi atqve Academiis Vici in Eiderstadia Coldenbüttelensis incola, Provinciæqve Eiderstadiensis Senator, & qvidem, circa A. 1653., primarius, A. 1661. adhuc superstes, Vir fuit solide eruditus, Historiæqve patriæ Frisico-Cimbricæ, ac Matheseos etiam, peritissimus. Abunde id demonstrant

Scripta ejus Chorographico-Historica ἀνέκδοτα, VI. Voluminibus (*in fol.*) αὐτογράφοις, qvorum, in auctione Bibliothecæ Kielmanseggianæ Lubecensi emptorum, D. Balth. Krüsingius, Flensburgensis, Medicus Lubecensis, jam est possessor, comprehensa, partim Latina, partim Germanica. Latina sunt:

1. Frisia minor, in Tabulis exactis Chorographicis, cum brevi Explicatione, A. 1638. exhibita.
2. De Rebus gestis Frisiorum Septentrionalium Libri VI., A. 1656. conscripti.
3. Exercitationes Historicæ, sive Animadversiones in varios Scriptorum complurium Historiæ patriæ Cimbrico-Frisicæ, editorum & ἀνεκδότων, errores, A. 1657. inchoatæ, & d. 12. Nov. A. 1661. absolutæ.

Germanica autem seqventia:

4. Nord-Friesland, sive Descriptio totius Frisiæ septentrionalis, A. 1636. concinnata.
5. Nordstrandia, Föhra, Amera & Silta, Insulæ, nec non Hardæ Lundenbergicæ, Sydergoficæ, Nordergoficæ, Kahrianaatqve Widingica, ingenti A. 1637. descriptæ Volumine, multis mappis exornato chorographicis. Chronicon Nordstrandiæ, sibi licet haud visum, Heimreichius *loc. citand.* laudavit.
6. Eiderstadiæ, Everschopiæ & Utholmiæ, Descriptio Historica, A. 1636. finita.
7. Annales Eiderstadienses, ad A. usqve 1645. continuati, cum multis Tabulis chorographicis. Iidem procul dubio sunt cum *Chronico Eiderstadiæ*, a C. Danckwerthio *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 13. p. 148.* & Ant. Heimreichio (autoris singularem in colligendo commendante diligentiam) *in Præfat. Chronici Frisiæ Borealis*, & *Indice Autorum eidem præmisso*, allegatum.
8. Dithmarsia, A. 1640. scripta.

Consulatur de iis Joh. Henr. a Seelen, *Parte III. Athenarum Lubecensium p. 137-152.*, singulorum non titulos solum prolixiores recitans integros, sed & σκιαγραφίας adjungens uberiores, una cum M. Ant. Heimreichii Epistola de illis sibi communicandis, A. 1653. ad Autorem (qvem *Virum præstantissimum, & antiqvitatis rerumqve memorabilium curiosum* appellat *indagatorem*) exarata.

JOHANNES SAXONIUS, Saxonis Johannis, Agricolæ, filius, Hattstediæ, vico Frisiæ nostræ Borealis (qvam *minorem* Suffridus Petri appellat), urbi Husensi vicino, natus, *Hattestilii* agnomine, hanc ob causam, a Joh. Bapt. Ziletto (2.), *Halstedii* autem a Joh. Alb. Fabricio (3.), perperam, scriptura ejus depravata, donatur. Belgis eum falso a Val. Andr. Dessclio (4.) & Franc. Sweertio (5.) annumerari, rectius autem Chersoneso asseri Cimbricæ, luculenter evincunt, tum verba ipsius, qvibus, *in Orat. de Vita Rud. Agricolæ, patriam suam non solum Frisiis*, testatur, *esse vicinam, sed Frisiorum etiam coloniam, & ideo adhuc hodie nomen Frisiæ minoris in Holsatia retinere*, tum *Programmata*, in qvibus subinde *M. Joh. Saxonem Holsaciensem* se appellat, Witebergensia. Taceo Jos. Simleri, Suffr. Petri, aliorumqve, imo scriptorum ejus propriorum, testimonia, Hattstediæ nostræ ipsum vindicantia. Philologus fuit, Historicus & JCtus Sec. XVI. nobilissimus, supremis, & Philosophiæ, & Juris utriusqve, potitus honoribus, ac inter literarum elegantiorum in Germania instauratores neutiqvam postremus. Professioni Academiæ Witebergensis Philosophicæ, qvam Gotfr. Svevus (6.) & Andr. Sennertus (7.) A. demum 1539. obtinuisse illum perhibent, jam ante admotum fuisse crediderim, cum non solum A. 1539., sed & 1533., Collegii Decanum egerit Philosophici (8.). Functus est illa ad A. usqve circiter 1546., & Rectorali etiam ibidem A. 1544. ornatus purpura (9.) Jurisprudentiam deinde, testibus Suffrido Petri (10.) & Val. Andr. Dessclio (11.), in diversis Germaniæ docuit Academiis, & Erfurti qvidem A. 1559., qvo se ac Henr. Knaustinum, JCtum, familiariter cum illo ibidem esse conversatos Suffridus perhibet. Hoc circiter tempore in Belgium etiam, ad conqvirenda gentis, e qva ortus erat, cujusqve historiam meditabatur, Frisicæ monumenta antiqviora, iter instituit literarium, de qvo mox in operis hujus affecti plura dicentur recensu. In Cimbriam tandem redux, in Basilicæ (cujus Canonicus ante fuerat) Cathedralis Hamburgensis Decanatu (A. jam 1554., uti, e *libro*

(1.) Conf. de illo *P. III. Isag.* ad Hist. Cimbr., c. 2. §. 5. & 6. p. 247. 249. (2.) *in Indice librorum juris*, Venetiis A. 1563. *in 4.* edito, *f. 41.* (3.) *P. II. Memor. Hamburg. p. 604.* (4.) *in Biblioth. Belg. p. 559.* (5.) *in Athenis Belgicis p. 406.* (6.) *in Acad. Witeb.*, *lit. Kkk. 4. b.* (7.) *Lib. I. Athenarum Witebergensium, p. 141.* (8.) V. Svevum *l. c.*, *lit. Hbb. 2. b. Hbb. 3. a.*, & Sennertum *l. c.*, *p. 122.* (9.) V. *Programmata*, ab eo Rectore proposita, Svevum *lit. L. 1. b. & Kkk. 3. b.*, ac Sennertum *l. c. p. 62.* (10.) *Decade XII. Scriptorum Frisiorum, num. 2.* (11.) *l. c.*

libro hujus *Visitatorio*, Ulr. Winckelius, J. U. L., me edocuit, administrato), vel D. Vito Krummero (pro qvo Index Decanorum, a D. Joh. Dancwerthio, eadem dignitate functo, mihi transmissus, militat), vel (qvem literæ Ott. Sperlingii substituunt) M. Joh. Garlefftorpio, A. 1550. extincto, successit, simulqve inter Canonicos Bremenses A. 1555. locum obtinuit. Dignitatibus hisce Hamburgi, vel A. 1561. (uti a J. Alb. Fabricio (1.) traditur), vel 1564. (2.), immortuus, Decanatum Hamburgensem M. Henr. Withmario, successori, reliqvit. Suffrido Petri (3.) *Vir* audit *insigni eruditione & prudentia conspicuus.*

(Postqvam hæc scripseram incidi in Jac. Saxii, Nostri ex fratre nepotis, Ecclesiastæ Husensis, *Annott. MSS. ad Calendarium historicum Eberianum*, a qvo, *ad diem 16. Martii*, Witebergæ, per decennium, Oratoriæ fuisse Professor, deinde Adolphi, Ducis Holsato Gottorpiensis, aliqvamdiu (circa A. 1550. & 1551.) Cancellarius, ac tandem Decanus Hamburgensis, Canonicusqve Bremensis, ob religionem puriorem & integritatem Collegis exosus, atqve cœlebs Hamburgi, die 16. Martii A. 1561., defunctus tumulum in æde Nicolaitana obtinuisse traditur.)

Confer de illo præter scriptores jam allegatos, Continuatores *Biblioth. Univers. Gesnerianæ*, Jos. Simlerum *p. 413.*, & Joh. Jac. Frisium *p. 494.*, Lud. Priggii *Poema de coronatione Christ. III., R. Dan., p. ult.*, Pet. Lambecii *Prodromum Hist. Lit., L. 2., c. 31.*, Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis Germanicum, L. 2., c. 2., p. 86. ed. sec.*, *Indicem* (qvi scriptorum ejus lectionem permittit) *Expurgatorium Hispanicum*, ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore generali, Madriti A. 1667. editum, *p. 648.*, Ant. Teiserii *Partem II. Catalogi Catalogorum p. 168.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 604. 614.*, Joh. Melch. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie (im zweyfachen Jubel-Gedächtnisse) *p. 237. 238.* & *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. III., c. 2., §. 2., p. 237. 238. 239.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Duæ Orationes, cum titulum Magisterii qvibusdam eruditis juvenibus decerneret, habitæ: prior de Vita Rudolphi Agricolæ, posterior de D. Augustino; ad Johannem, Ducem Slesvici & Holsatiæ. Witebergæ 1539. in 8. (*V. T. II. Monum. Avtogr. Rud. Aug., D. Brunsvic., p. 226.*) Harum posterior recusa est *Tomo II. Orationum Melanchthonianarum*, Argentinæ A. 1560. *in 8.* editarum, *p. 257-267.*, prior vero *ibidem p. 444-458.*, & in M. Reinh. Henr. Rollii *Decade I. Memoriæ Philosophorum renovatæ*, Rostochii A. 1710. *in 8.* excusa, *p. 1-18.*

Comm. in Ciceronis Orat. pro Q. Ligario. Witeb. 1542. in 8. (*V. Pauli Bolduani Biblioth. Philos. p. 520.*)

Comm. in Ciceronis Orationem pro S. Roscio Amerino, una cum ipsius Orationibus de Utilitate studii dicendi, & de observandis legibus. Basileæ, apud J. Oporinum, A. 1545. in 8. Solus, sine Orationibus istis, recusus est *in Volumine Enarrationum Virorum doctissimorum in Orationes Ciceronis*, Basileæ, ex eadem Oporini officina, A. 1553. *in fol.* publicato, *p. 178-209.* Excerpta ejus M. Joh. Beati Helii, Basileensis, *Bibliothecæ Commentariorum, scholiorum, & aliarum lucubrationum, in Orationes Ciceronis Tomo I.*, ibidem A. 1594. *in fol.* edito, sunt inserta.

Commentariolus in T. Livii Patavini Historiarum ab U. C. libros XXI. & XXII., de secundo bello Punico. Basileæ, apud Oporinum, A. 1547. in 8., & Lugd. Gall., ap. Gryphium, A. 1555. in 8. Recusus est in editionibus nonnullis Livii, cum notis variorum evulgatis, Gallo-Lugdunensi sc. Frelloniana A. 1553., tribus Francofurtensibus Feyrabendianis A. 1568. 1578. & 1588. (*T. II.*), & Parisiensi (qvæ textum eum librorum Livianorum in singulis substravit paginis) Jac. Gohorii, Parisini, A. 1573., *in fol.* impressis. Additus qvoqve est, teste Lipenio, Const. Schröteri *Fastis Rom. Livianis*, Dantisci A. 1675. *in 4.* editis.

Assertio de Glossis Accursianis, & Bartholi, consimiliumqve Doctorum, Commentariis, absqve iis Jus civile recte intelligi non posse; ad Viglium Zvichemum. Basileæ, apud Joh. Oporinum, A. 1548. in 8. (Thom. Hydius, *in Catal. Biblioth. Bodlejanæ*, Ticini qvoqve, eodem A. 1548., illam prodiisse, perhibet.)

Programmata varia, ab eo, Acad. Witeb. Rectore, A. 1544. publicata, qvæ in *Scriptis Acad. Witeb. publicis, ab A. 1540. ad 1553. propositis*, Witeb. A. 1553. *in 8.* editis, *lit. L. 4. b.-M. 8. a.*, prodierunt.

Programma, enarrationi librorum C. Julii Cæsaris de bello civili Witebergæ, Prid. Id. Jun. A. 1546., præmissum, qvod in eadem Sylloge, *lit. X. 3. & 4.*, legitur.

Phil. Melanchthonis Comm. in Ciceronis Partitiones Oratorias, A. 1545. ab eo, teste Mart. Mylio (*in Chronologia scriptorum Melanchthonis, ad hunc annum*), editus.

AFFECTUM ET INEDITUM.

Historia Frisiæ totius generalis. Hanc cum conscribere decrevisset, ad conqvirenda subsidia necessaria, in Belgium est profectus, & a Viglio Zvichemo, Consilii secretioris Belgici Præside (cui, hoc fine, suam *de Glossis Accursianis Assertionem* A. 1548. dedicaverat), Bruxellis salutato, Senatui Frisiæ Occidentalis regio, imprimis autem D. Aggæo Albadæ, Julio a Geel, Advocato regio, & Steph. Sylvio, Pastori, commendatus, ope illorum omnia fere Frisiæ Chronica ac monumenta antiqviora collegit, secumqve in Germaniam asportavit. Qvæ, post illius, labori immortui, obitum, Suffridus Petri, simile opus moliens, per Henr. Knaustinum, Hamburgensem, JC. Erfurtensem, ab hæredibus ejus ac fratre germano A. 1571. qvidem repetiit, sed recuperari nunqvam potuisse indignabundus, *Decade XII. Scriptt. Fris., n. 2.*, conqveritur. Me tamen judice, si ejusdem illa fuerunt furfuris cum cæteris Frisiæ, qvæ Suffridus ubiqve crepat ac seqvitur, Chronicis vetustioribus, ineptis, anilibus & fabulosissimis, non est cur jactura ista tantopere deploretur. Fragmenta & ἀποσπασμάτια operis Saxonii, ad umbilicum non perducti, haud dubie fuerunt *Annotatiunculæ* ejus *de Frisiæ rebus* MSStæ, qvæ ab Herm. Hamelmanno (*in Catalogo Autorum, Chronico Oldenburgico præfixo*), & hunc secuto Ant. Heimreichio (*Lib. II. Chronici Frisiæ Borealis, c. 2., p. 86.*), allegantur. Confer de iis, & ipso opere affecto, *Partem III. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 2., p. 237. 238. 239.*

PETRUS SAXONIUS, Husensis, Jac. Saxii, Flensb., Diaconi Husensis, filius, parentibus honestis, e gente apud Dithmarsos perantiqva oriundis, d. 16. Aug. A. 1591. natus, Mathematum superiorum, in Academia Altorfina, professionem, post obitum Joh. Prætorii, M. Oct. A. 1617. obtinuit, &, cum per octennium summa cum laude ei præfuisset, morte d. 16. Sept. A. C. 1625., ac ætatis 34., extinctus immatura, Dan. Schwentero, auditori suo, transscripsit. Obitum illius Casp. Hofmannus, in Epistola ad Joh. Kirchmannum die ejus emortuali exarata, & in *Epistolarum* Marqv. Gudii edita *Appendice* (4.), verbis deploravit seqventibus: *Nos cras terræ mandabimus Virum egregium, D. Pet. Saxonem, Holsatum, Mathematicum nostrum. Hei mihi, qvam difficulter carebimus hoc viro publico bono! Ausim affirmare, Europam nostram huic similem non habere, in hoc, inqvam, studii genere. Obiit autem ille marasmo, cum fectus esset alienissimo tempore (in ferroribus canicularibus) tamex ipsius carnosus.* Hæc Medicus ille Altorfinus incomparabilis. *Virum Mathematum peritissimum* eum vocat Magnus Daniel Omeisius, cujus *Gloriæ Academiæ Altorfinæ* (5.) & paucula,

(1.) *P. II. Mem. Hamb. p. 604.* (2.) V. Dessellium *l. c.*, & Joh. Gvalteri (sive potius Jani Gruteri) *Lib. II. Chronici Chronicorum.* (3.) *l. c.*
(4.) *num. 146., p. 307.* (5.) *p. 110., & in Additamentis p. 175.* Conf. Joh. Jac. Baieri Beschreibung der Altorfischen Universität, *c. 14., p. 71*

cula, de vita illius supra relata, debentur, & hæc, qvæ de scriptis subjungit ἀνέκδοτοις: *Decreverat secum edere Græcos aliqvot Tractatus Mathematicos, una cum Commentationibus suis, si diutius vixisset.* Plura de illo suggeret D. Georg. Königii, Acad. Altorfinæ Theologi, Sermo in memoriam ipsius, qvem A. 1626. prodiisse Henn. Wittenius (1.) testatur, sed mihi consulere non licuit, funebris Germanicus. Conferri etiam possunt filii hujus, Georg. Matth. Königii, *Bibliotheca vetus & nova, lit. S.*, ac Joh. Jac. Poemeri *Oratio in obitum Dan. Schwenteri parentalis* (*Decade III. Memor. Philos. renovatæ* Henn. Wittenii obvia) *p. 358*.

JOHANNES HENRICUS SBÜELEN, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria Practicus.

Theses Medicæ Inaugurales. Patavii A. 1698. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 27.*

M. ANDREAS JACOBI SCERBECIUS, a pago natali cognomen mutuatus, filius fuit Jacobi Laurentii, Parochiæ in præfectura Hatherslebiensi Scherbeccensis Pastoris, & Nomarchiæ Gviddingherdensis Præpositi. Gymnasium Bordesholmense, a Joh. Seniore, Duce Holsatico, sustentatus, per qvinqve annos freqventavit, & in Acad. deinde Rostochiensi, D. Lucæ Bacmeisteri Sen., Theologi, convictor, integrum exegit novennium, Magistriqve titulum reportavit. Illic viventem Fridericus II., Rex Daniæ, stipendio donavit annuo, qvod ut in aliqvot ei annos prorogaretur, testimonio totius Academiæ publico, a Bacmeistero Rectore conscripto, Monarchæ huic est commendatus. Offerebantur ipsi ibidem, præter scholæ Itzehoensis Rectoratum ac Bordesholmensis Conrectoratum, locumqve inter Canonicos Ripenses, a Diœceseos hujus promissum Episcopo, munera in urbibus Rostochiensi, Parchimensi & Barthensi, Cœnobioqve Reinfeldensi, Ecclesiastica, sed omnia vitæ ab eo posthabita sunt Academicæ. A. tandem 1586. parenti se adjutorem, in sacra parochiæ natalis Scherbeccensis ephoria, passus est adjungi, & a Bacmeistero, anteqvam Rostochio discederet, χειροθεσίας ritu initiatus. A. 1590. a Pet. Ranzovio ad officium in arce vicina Troyeburgensi vocatus Ecclesiasticum, huic ad A. usqve 1598. præfuit, qvo parenti in Pastoratu Scherbeccensi, &, lustris dein aliqvot elapsis, in Præpositura etiam Gviddingherdensi, successit. Superstes fuit A. 1618., qvo e Catharina Nissenia, uxore, præter Johannem filium, aliqvot sustulerat filias, Willehado Canuti & M. Pet. Fabricio, Parochis Ecclesiarum Loydtensis & Warnensis, elocatas. Doctrinam ejus, eloqventiam, & literarum humaniorum Poeseosqve peritiam, Epistolæ luculenter demonstrant ἀνέκδοτοι, Carminaqve elegiaca & Epigrammata, illis passim immista. Symboli loco hoc usus est disticho Latino-Danico:

Nostra per adversas agitur dum vita procellas,
Agnus erit fessis anchora tuta piis.
Naar Modgangs Bølger paa mig indslaar,
Paa Guds Lam mit trygge Anker staar.

Poemation Latinum, Rostochii editum.

Oratio de traduce animæ, ex Gen. II., M. Andr. Vellejo inscripta, & Rostochii (uti in *Epistolis* testatur) itidem publicata.

Epistolarum Latinarum, maximam qvidem partem familiarium, sed stylo eleganti, ad Parentem, Johannem fratrem, M. Andr. Vellejum, M. Sim. Brandesium (Rect. Bordesholm.), Lucam Bacmeisterum & Joh. Frederum Jun. (qvi Poema ipsi qvoddam inscripsit), Theologos Rostochienses, Val. Schachtium, Er. Stocmannum, Andr. Helvigium, Jac. Fabricium Sen., Pet. Hegelundium, Joh. Posselium Jun., aliosqve Viros Cimbriæ ac Germaniæ eruditos, exaratarum, tres Centuriæ, qvas pronepos ejus, Willehadus Fabricius, Ecclesiæ Loydtensis Pastor, MSStas asservat.

JOHANNES SCERBECIUS, Andreæ modo laudati frater, eodem cum illo patre, inqve eodem pago, cui cognomen debuit, Ducatus Slesvicensis Scherbeccensi, A. 1553. est natus, ac Danis proinde a Pet. Borello (2.) minus accurate annumeratur. Fallitur etiam Bernh. Mölmannus, qvi *Viris in rep. lit. illustribus, Flensburgo oriundis*, eum, *in Diss. de his p. 17. 18. 19.*, accensuit. Post absolutum curriculum studii Medici Academicum, Christiano Barnekovio, Eqviti Dano, præfectus, isto comite, plerasqve Europæ, Asiæ & Africæ, regiones integro pervagatus est decennio, & pericula, in itinere illo, non pauca, persona modo Medici, modo militis, modo aulici, modo nautæ, assumpta, divino superavit beneficio. In Europa Galliam bis, Angliam ter, adiit, & Daniam qvoqve, Germaniam, Bohemiam, Belgium, Scotiam, Hyberniam, Italiam, Siciliam ac Illyricum, peragravit. Legatum Cæsareum, ex Austria, per Hungariam, Bulgariam & Thraciam, in aulam comitatus Turcicam, inde in Græciam, Epirum, Macedoniam, vicinasqve provincias imperii Turcici Europæas, excurrit, ac Asiam postea minorem, Syriam, Chaldæam, Persiam, Phoeniciam, Palæstinam, Arabiam, Indiam, Chinam, Africam, Ægyptum, &, ex insulis, Rhodum, Cyprum, Meliten, aliasqve celebriores, peregrinator admodum curiosus, uti Epicediorum, aliorumqve carminum, memoriæ ejus sacrorum, docet fasciculus, perlustravit. Fine peregrinationi imposito, Basileæ honores Artis Medicæ supremos, Brabevta Casp. Bauhino, 17. Kal. Apr. A. 1591., cum uterqve de peregrinatione Medica perorasset, obtinuit, & Lubecæ deinde praxi artis felicissima, peritiaqve Chymiæ (cujus illum scriptoribus Pet. Borellus (3.), fidem Ernesti cujusdam secutus, accenset) interiori, ad annum usqve fatalem 1633. (qvo octuagenarius d. 27. Jun. extingvebatur), inclaruit. Exstant *Carmina, memoriæ piisqve manibus ipsius, partim ab ipsomet, partim, in ejus honorem, olim a magni nominis viris, & post obitum a familiaribus, conscripta*, Lubecæqve A. 1633. *in 4.* junctim excusa. In hac Sylloge duo occurrunt Carmina, qvibus ipse, paulo ante obitum, sibi parentavit, Enneastichon sc. Epicum, & tessaradecastichon de peregrinationibus Elegiacum, hoc clausum disticho:

Per duo lustra, solo & pelago, perpessus Ulysse est
Plura, Sophos, Medicus, navita, miles, eqves.

Leguntur in eadem Elogia metrica Pauli Melissi, ob Chymiæ eum celebrantis peritiam, Hippolyti a Collibus, Consiliarii Palatini (cui *decus* audit *urbis & orbis, Vir forte, virtute, ingenio, arte, clarus, patriæ Phoenix, laus σοφῶν, lumen Medicum, Machaon alter, & Cimbrorum novus Ulysses*), Hermanniqve Fagii, Theologi, *Cimbrorum Ulyssem verum, & raram Medicorum σοφῶν gloriam*, ac Mart. Chmieletii, Prof. Medici Basileensis, *clarum Chymiopyrotechniæ præsidem*, ipsum salutantis. Additur tandem Epitaphium hoc, a Joh. Henr. Meibomio, Poliatro Lubecensi, conscriptum:

Memoriæ Sacr.: Johanni Scherbetio, Cimbro, Philosopho & Med. excellentiss., Viro moribus, ingenio, comitate, dum in vivis esset, præstantissimo, abstrusioris naturæ rerum, dum, totis X. annis, Europæ, Asiæ & Africæ, loca celebriora perlustrat, investigatori indefesso, summatibus viris, bonisqve cunctis, unice caro, qvum octuagenario paulo major, annorum satur, humanæ vitæ fabula peracta, animo minime turbato, in vera Dei agnitione, de scena non invitus decederet, hoc publicum fidei monumen, sincerique amoris testamen chartaceum, qvia marmoreum non poteram, J. H. Meibomius, Med.

(1.) Dec. VIII. Memor. Theol. renov. p. 1119. (2.) in Biblioth. Chymica p. 197. (3.) l. c.

Med. D. & reip. Lub. Med. ordinarius, amico bene merenti, luctu & desiderio plenus, posui. Natus A. 1553., obiit A. 1633., V. Kal. Qvinctil. Animæ desideratæ in æternum sit bene!

Encomiastus hisce addo Casp. Bauhinum, qvi, *in Orat. de Peregrinatione Medica* ἀνεκδότῳ, in Actu promotionis Doctoralis A. 1591. habita, *Pancratiasten* eum vocavit *Phœbeum præstantis ingenii, doctrinæ singularis, virtutisqve eximiæ;* ac M. Ulr. Bollingerum, *in Elegia de vera antiqva Medicina Philosophica*, Osw. Crollii *Basilicæ* adjecta *Chymicæ*, Mystis illum Chymiæ potioribus seqventi accensentem disticho:

Et peregrinator Scerbetius, alter Ulysses,
Multa videns terræ mystica, multa maris.

SCRIPTA.

Ἀπορήματα Ἰατροσοφικὰ, pro gradu Doctoratus d. 9. Febr. proposita. Basileæ A. 1591. in 4.

Oratio de Peregrinatione Medici, in promotionis suæ Doctoralis actu Basileæ A. 1591. habita, qvam, cum Casp. Bauhini, promotoris, alia ejusdem argumenti, Willehadus Fabricius, Pastor Loydtensis, fratris ipsius pronepos, ἀνέκδοτον asservat.

Diarium Germanicum suorum per Europam, Asiam & Africam, itinerum, qvod MS. apud eundem superest.

CHRISTOPHORUS SCHACHTIUS, Lubecensis, Johannis, Pastoris Jacobæi, filius, Theol. Studiosus, M. Dec. A. 1706. in patria defunctus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jan. A. 1707., p. 32.*

Disp. de propagatione Philosophiæ veteris, Præside M. Matth. Lobetantzio. Kilonii 1704. in 4.

Oratio divæ memoriæ & sempiternæ gloriæ Sophiæ Charlottæ, Reginæ Borussorum, & Electricis Brandeburgicæ, in Acad. Jenensi, III. Kal. Julii A. 1705., habita. Jenæ 1705. in fol. V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1705., p. 383. 384.*

Sylloge Observationum Theolog., contra Joh. Lightfootum, Præside D. Georg. Henr. Götzio. Lub. 1706. in 4.

HENRICUS SCHÆVIUS, Kilonii A. 1624. in lucem editus, patrem, uti credo, habuit Johannem, urbis istius Secretarium, &, in schola, qvam, Rectore M. Zach. Mosero, freqventavit, illius publica, circa A. 1641., Joh. Jonsio, Polyhistore postea celeberrimo, Gymnasiiqve Prorectore Francofurtani, commilitone est gavisus. Ex Academiis, Regiomontana, in qva A. 1645. & seqventi commoratus est biennio, aliisqve Germanicis, præter divitem eruditionis Medicæ, Philosophicæ & Philologicæ, apparatum, Poetæ etiam laureati & Doctoris Medici, reportavit titulos. Gymnasii hinc Stettinensis Prorector, & Lingvæ Græcæ ac Poeseos in eodem Professor, circa A. 1650., constitutus, non minus singulari in auditoribus (qvos inter D. G. Morhofius, plurimum se illi debere semper professus, facile eminuit) instituendis dexteritate, qvam scriptis eruditissimis, brevi inclaruit. Stettino A. 1660. Thorunium Borussorum a Senatu ad Gymnasii vocatus est Rectoratum, qvem d. 31. Oct. suscepit, sed vix annuo administratum spatio, pestis sævitia d. 7. Nov. A. C. 1661., ætatisqve 37., in flore ætatis, extinctus, M. Jac. Gerhardo, successori, reliqvit (1.). Vir fuit solertis admodum ingenii, nulliusqve laboris fugitans, nec in Medicina solum, & literatura atqve polymathia amoeniori, sed Musica etiam, pictura atqve sculptura, πολλῶν ἄλλων ἔξοχος, artis Mnemonicæ peritia vix cuiqvam secundus, & Poeta in Latino pariter atqve vernaculo sermone expeditus, in cujus tamen Latinis carminibus Morhofium majorem dictionis puritatem desiderasse recordor. Opera, qvæ moliebatur, complura, ob mortem immaturam, vel ad umbilicum non sunt perducta, vel in manus inciderunt partim discipulorum, partim plagiariorum, qvorum nonnulli fœtus ejus asserere sibi jam cœperunt literarios, alienas.

Confer de illo D. G. Morhofii *Poculum boni Dæmonis, seu Carmen ad eum valedictorium*, A. 1657. scriptum, & *in Opp. Poet. p. 909-914.*, recusum, Mich. Filizii *Specimen Analectorum ad Ol. Borrichii Dissertt. de Poetis p. 37.*, & Ephr. Prætorii *Athenas Gedanenses p. 213.*

ELOGIA.

D. G. Morhofius, *Orat. VIII., p. 243.*, illustrioribus eum orbis literati e Cimbria accenset sideribus, &, *in Vitæ suæ historia. Dissertationibus subjuncta Academicis, p. 6. 7.*, ita de illo scribit: *Vir ille erat ad omnes elegantias factus, Poeta, Musicus, Mathematicus, Mechanicus, Philosophus, sed Cartesii potissimum partibus addictus. Sub ejus auspiciis universæ Matheseos curriculum absolvi, Physicam doctrinam ingressus fui, in Poeticis me exercui. Et, qvoniam vir ille Statium imitandum sibi unice proposuerat, ingenio olim suo plus justo indulgens, solam tum scribendi carminis vim seqvebar, a qva tandem me ipsum revocabam, judicio maturiore, & Poetarum antiqvorum lectione, monitus.*

Eidem *Limatulus* audit *elegantiarum lingvarumqve pater, pater leporum* (*in Miscell. Poet. p. 73.*); *Vir ingeniosissimus* (*T. I. Polyhist., L. 2., c. 6., p. 374.*); *Vir doctissimus, & in omni disciplinarum genere versatissimus* (*ibid. L. 4., c. 9., p. 108.*); nec non im Unterrichte von der Deutschen Sprache und Poesie, *P. III., p. 620.*) Ein Mann von grossem Geiste, und vielen Wissenschaften, der ihm selbst das beste Denckmahl seines Ruhmes hätte stiften können, wann ihn nicht der Todt zu frühzeitig hinweggerissen.

Andr. Beyero (*in Notis ad Joh. Seldeni Syntagmata de Diis Syris p. 137.*) *Vir de juventute optime meritus.*

Erdm. Neumeistero (*in Diss. de Poetis German. p. 89.*) *Vir in cæteris longe doctissimus, in Poesi vero patria parum præstans.*

Ephr. Prætorio (*l. c. p. 213.*) *Vir omni eruditionis genere clarus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Cimbria rediviva, seu Epos Prosphoneticum, qvo pacem inter Daniæ & Sveciæ Reges redintegratam, adeoqve Holsatiæ restitutam, Holsaticæ nationi est gratulatus. Regiomonti 1645. in fol.

Ecloga Gamica in nuptias D. Joh. Latermanni, Theol. Prof. Regiomontani, cum Maria, D. Joh. Behmii, Collegæ, filia. Regiom. 1647. in 4.

Decas Dissertationum Philologicarum de Origine Lingvarum, & qvibusdam earum attributis. Stettini A. 1652. 1653. & 1654. in 4. Dissertt. harum I. de origine agit lingvarum & lingva primigenia, II. de Lingg. confusione, III. de illarum immutatione, IV. & V. de Qv.: An lingvæ sint a natura? VI. de Qv.: An sint ab arte, vel casu? VII. de Scriptione, VIII. de methodo lingvas discendi; IX. de Critice, & X. de pronunciatione qvarundam lingvarum. D. G. Morhofius, *T. I. Polyhist., L. 4., c. 3., n. 7., p. 26.*, hoc eas dignatus est elogio: *Selecta sunt omnia, & cum cura expensa. Erat enim Vir ingeniosissimus, & in his rebus accurate doctus. Liber rarior est, cum pauca ejus exemplaria sint edita.* Commendantur etiam ab Aug. Grischovio *in Introd. in Philol. gen., c. 2., §. 18., p. 31.*

Idea Jurisprudentiæ Romanæ, ad methodum Vultejanam, cum Mnemonica rubricarum per Pandectas & Codicem, XIV. tabulis delineata. Stettini 1654. in fol. In ea singulis Pandectarum & Codicis titulis voculas adjecit Mnemoni-cas,

(1.) V. Christoph. Hartknochii *Lib. IV. Hist. Eccl. Prussicæ, c. 7., p. 962.*, & Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biograph. Sec. XVII., ad A. 1661.* E qvibus emendandus est error mei *Cimbriæ Litteratæ Prodromi*, in qvo A. jam 1659. obiisse perperam traditur.

cas, numerum, & libri, & tituli, literis suis memoriæ suggerentes, Lipsiæ A. 1708. *in 8.* (*teste Catalogo nundinarum anni illius vernalium p. 30.*) seorsim recusas. Exempla exhibet, seqve in titulis Institutionum & Decretalium idem tentasse testatur, Morhofius *T. I. Polyhist., L. 2., c. 6., p. 375.*

Sceleton Geographicum, in usus Poeticos & Historicos adornatum. Stettini A. 1654. in fol. (*juxta Beüghemii Bibliographiam Historicam*), Argentinæ 1654. in fol. (*juxta eandem, Catal. nundinalem & Lipenium*), Hannoveræ 1659., Brunsvici 1662. & 1671., ac Mindæ 1679., in fol. Commendatur a Christ. Henelio *in Statua Mercuriali ad stud. Jurispr. p. 133.*, a Joh. Christoph. Becmanno autem, *in Historia Orb. Terr., P. I., c. 1., p. 4.*, errorum variorum verbis insimulatur seqventibus: *Sunt, qvi H. Schævii Sceleton Geographicum alicujus æstimant, sed in qvo emendari possit, Californiam in sinum Mexicanum conjici, regiam magni Mogoris esse Delli, Isthmum, Estretto, Straet, Canal, idem significare, &c. Aliis non immorabimur.*

Vocabularium Grammaticale, ad Evmethodiam didacticam redactum, & Stettini A. circiter 1654. editum. Correctius deinde, cum Joh. Gerlaci Wilhelmi, Gymnasii Heidelbergensis Rectoris, præfatione encomiastica, prodiit Heidelbergæ A. 1673. in 8. Voces in eo ita sunt dispositæ, ut puer, una cum vocibus, ipsam Grammaticam, absqve regulis, addiscat. Nomina masculina nigro, fœminina rubro, neutra utroqve colore, picta exhibentur. Methodum ejus atqve artificia mnemonica (ob qvæ a Morhofio, *T. I. Polyhist., L. 2., c. 6., p. 374., & L. 4., c. 9., p. 108.*, commendatur) ipsemet, *Diss. 8. Philol. de lingvis, Qv. 9. 10. & 13., p. 118. 119. 121.*, uberius exposuit.

Monumentum literarium, D. Joh. Micrælio, Gymnasii Stettinensis Rectori, erectum, sive Programma de vita ejus funebre. Stettini 1658. in 4. Recusum Francofurti A. 1685., in Henn. Wittenii *Decade X. Memoriæ Theoll. renovatæ, p. 1282-1288.*

Sermo Epinicius super subita liberatione urbis Stettinensis, ab obsidione Cæsareo-Brandeburgica, Id. Nov. A. 1659. habitus, ad Paulum Würtzium, ejus defensorem. Stettini 1659. in fol. Commendatur a Morhofio, *in Prælect. Polyhist. MSS., c. 7.*

Mythologia Deorum & Heroum, ex Natali Comite, Herm. Torrentino, Joh. Ravisii *Officina*, & Poetis classicis, methodice contracta. Accedunt Geographia Poetica, & Mantissa materiæ Poeticæ. Stargardiæ Pomeranorum (*in cujus locum Lipenius Stutgardiam, Ducatus Würtenbergici metropolin, perperam substituit*) A. 1660. in 12. Auctior & correctior reddita a M. Frid. Redtelio, Landsberga Neomarchico, scholæ Stettinensis Subrectore, recusa est Stettini A. 1683. & 1700. in 12. Solam partem generalem M. Andr. Beyerus, Ecclesiastes Fribergensis, *Notis* suis ad Joh. Seldeni *Syntagmata duo de Diis Syris*, his in editione A. 1672. Lipsiensi subjunctis, *p. 151-180.*, inseruit. Commendatur a D. G. Morhofio (*elegans* eam *mythologiæ Poeticæ* vocante *compendium*, & ob ordinem imprimis laudante) *T. I. Polyhist., L. 7., c. 1., p. 327.*, Andr. Beyero *l. c. p. 137.*, Joh. Gabr. Drechslero *in* Ευχλιεία *contra Schurmanniam p. 130.*, Th. Crenio (ordinem itidem laudante) *P. III. Animadverss., c. 2., p. 50.*, & Mich. Filizio *l. c. p. 37.* Soli displicet B. G. Struvio, *in Bibliotheca Antiqq. Rom., Libro I. Syntagmatis illarum præfixa, p. 58. 59.*, *in usum* eam *scholarum magis esse scriptam, qvam ut solide instruat*, judicanti.

Monumentum literarium, Georg. Kirstenio, Med. D. & Prof. Stettinensi, constitutum. Stettini 1660. in 4. Recusum Francofurti A. 1676., in Henn. Wittenii *Dec. II. Memoriæ Medicorum renovatæ, p. 209-214.*

Castor & Pollux, seu Epiphonema Heroicum ad Joh. Rölingium & Dan. Georg. Morhofium, suos olim auditores, Magistros ac Poeseos Professores A. 1660. creatos. Recusum in Morhofii *Dissertationum Academicarum*, Hamburgi A. 1699. *in 4.* editarum, *Appendice adoptiva, p. 69-72.*

Oratio inauguralis de Remediis laborantis eruditionis, Thorunii III. Id. Nov. A. 1660., cum ad præfecturam inclyti Gymnasii accederet, habita. Thorunii in fol.

Tractatus de qvinqve Sensibus. Stettini 1665. in 12. (*Tribuitur ei in Catal. Endteriano.*)

Collegium de Exercitatione styli, qvod, velut proprii fœtum ingenii, per M. Frid. Redtelium, Subrectorem Stettinensem, circa A. 1685., esse editum, a Morhofio, plagii hunc insimulante, in colloqvio edoctus sum familiari.

Metamorphoses sacræ XIV., sermone ligato descriptæ, & Stettini, sine mentione anni, excusæ. Has, præter Morhofium, M. Mich. Filizius (*tanta* eas Schævium judicans *oris decantasse dulcedine, ut Ovidium non longe seqvi videri possit*), *in Specimine Analectorum ad Ol. Borrichii Dissertt. de Poetis p. 37.*, commendavit.

Disputationes Physicæ in Joh. Amosi Comenii Januam lingvarum auream Thorunienses.

Collegium Erotematicum Physicum. (*Duorum horum scriptorum Morhofius mihi fecit indicium.*)

Ars Fortificatoria, a Wittenio (*T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1661.*) ei tributa.

Dramata duo de Pentæstasia & Hercule Thalassio, a Wittenio *l. c.* itidem memorata.

Orationes, Programmata & carmina varia, sigillatim, imprimis Stettini, edita.

II. GERMANICA.

Felicis Wirtzii Wundartzney, von ihm, samt seinem Anatomischen Berichte, außgegeben. Stettini 1659. in 8. (*V. Catal. nund., & Corn. a Beüghem Bibliogr. Med. p. 420.*)

Ein Büchlein von Lebertreimen, unter dem erdichteten Nahmen Euphrosynes von Sittenbach außgegeben. V. Morhofii Unterricht von der Teutschen Sprache und Poesie *p. 768.*, Vinc. Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 267.*, & Erdm. Neumeisteri (inventum hoc ejus rythmorum hepaticorum exagitantis) *Diss. de Poetis Germanicis p. 89. 90.* Nomen Euphrosynes a Sittenbach plane fictitium est, ac perperam proinde illa mulieribus annumerata eruditis ab Ott. Sperlingio Jun., *in Tr. MS. de fœminis doctis, num. 787.*, Christ. Franc. Paulino (Schævium sub larva illius latitare voluisse persvaso) im Philosophischen Feyrabend, *c. 5., p. 211.*, & im Hochgelahrten Teutschen Frauenzimmer *p. 135.*, ac Georg. Chr. Lehmsio in Teutschlands galanten Poetinnen *p. 227.*

Uebersetzung der XVII. ersten Oden des I. Buches Horatii, in unterschiedliche Arten der deutschen Verse und Reimgebäude; Prodiit sub finem des Unterrichts D. G. Morhofii von der teutschen Sprache und Poesie (ed. Kilonii A. 1682. *in 8.*), *p. 751-807.*

INEDITA VEL AFFECTA.

Στοιχειολογία, seu Tractatus contra Joh. Sperlingii de Elementis doctrinam, a D. G. Morhofio, illius possessore, *in Historia naturali, P. II., c. 13.* (*T. II. Polyhist. Lib. II.*), *p. 362.*, commendatus.

Curriculum Mathematicum, cujus notitiam colloqviis ejusdem debeo familiaribus.

Lexicon Etymologicum lingvæ Latinæ, mole perexiguum, promissum *Diss. VIII. de lingvis, §. 18., p. 125.*

Mnemonica radicum Græcarum (qvas Eilh. Lubini *Clavis* exhibet) & Hebræarum, imaginum Mnemonicarum, sollerter inventarum atqve ordinatarum, ope, memoriæ illas imprimens; qvam M. Ægid. Neudorfius, Autoris discipulus, scholæqve in Dithmarsia Heidensis Rector, teste Morhofio, eam *T. I. Polyhist., L. 2., c. 6., p. 374.*, ac *L. 4., c. 6. p. 70.*, commendante, asservavit.

Pansophia Poetica, sive Lexicon universale Poeticum affectum, omnia, qvæ in Poetis occurrunt, mythologica, prosopographica, nomina Deorum, Heroum, urbium, regionum, patronymica, epitheta, &c., collecta exhibiturum, qvod, ex omnibus Poetis antiqvis, discipulorum (e qvibus Morhofio Seneca Tragicus obtigerat) opera, congerere cœperat, sed absolvere, ob mortem præmaturam, non potuit. V. D. G. Morhofii *T. I. Polyhist. Lit., Lib. III., c. 10., p. 66. 67.*, & Th. Crenii *P. III. Animadvers., c. 2., p. 50.*

Paraphrasis & Lexicon in P. Papinii Statii Poemata, qvæ prælo parata fuisse Morhofius (*T. I. Polyhist. L. 3., c. 10., p. 66. 67., & L. 4., c. 13., p. 105.*) testatur, ac a se editum iri M. Frid. Redtelius, Conrector Stettinensis, *in Novis Lit. Lubec., M. Mart. A. 1702., p. 73.*, est pollicitus. Utriusqve apud Wittenium etiam & Crenium mentio ll. cc. occurrit. Lexicon Statianum, eadem, qva Lexicon Poeticum universale, congestum methodo, apud hæredes Autoris, Filizio (*l. c.*) teste, superfuit. Lacinias ejusdem aliqvot Morhofius possedit, unamqve illarum de Hercule, speciminis instar, loco priori e modo laudatis, exhibuit. Mentio illius etiam in J. G. Walchii Historia Critica L. Lat., c. 5., p. 255., occurrit.

Paraphrasis in Juvenalis Satyras, cujus editionem M. Frid. Redtelius, *in N. L. Lub., M. Mart. A. 1702., p. 73.*, itidem promisit.

JOHANNES SCHÆVIUS, Mollena (oppido Urbi vicino Lubecensi) Saxo, J. U. D. & Dicasterii aulici Saxo-Lauenburgici Advocatus ordinarius, deinde Syndicus, ab A. 1717., Lubecensis.

Disp. Inaug. ad Legem finalem octavam Codicis, de Novationibus ac delegationibus, Præside D. Joh. Werlhofio proposita. Helmstadii 1709. in 4. V. de illa *Nova Lit. Germ., M. Jun. A. 1709., p. 279. 280.*

BARTHOLDUS NICOLAUS SCHAFSHAUSEN, Hamburgensis, Nicolai, J. U. D. & Cancellarii Saxo-Lauenburgici, ex Elisabetha, Erasmi Wetkenii, J. U. Lic., gnata, filius, ipse etiam J. U. D. ac in patria Practicus circa A. 1716., generqve Danielis a Campen, J. U. L. ac Senatoris.

Disp. Inaug. ad L. Ult. C. Famil. Hercisc. Lugd. Bat. A. 1677. in 4.

BARTHOLDUS NICOLAUS SCHAFSHAUSEN Junior, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. de Jure Assignationis inter mercatores, Præside D. Sam. Strykio proposita. Halæ A. 1708. in 4.

Theses Juridicæ Inaugurales. Trajecti ad Rhenum 1708. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 33.*

JOHANNES THEODORUS SCHAFSHAUSEN, Hamburgensis, frater præcedentis germanus, iisdem d. 26. Mart. A. 1643. natus parentibus, schola Gymnasioqve patriæ relictis, Juri, ab A. 1663., per triennium, in Academia vacavit Julia, Doctorqve ejusdem Basileæ A. 1667. est creatus. Germania deinde, Italia, Gallia & Belgio, per biennium lustratis, Hamburgum redux, Senatoriam dignitatem d. 17. Mart. A. 1677., præturamqve A. 1682., obtinuit, &, cum Legatus aliqvoties ad Regem Daniæ Ducesqve Lüneburgicos, nec non A. 1678. ad Panegyrin Irenicam Neomagensem (1.), ac A. 1685. in aulam Cæsaream, abiisset, Scholarchis A. 1688., ac Consulibus patriæ d. 22. Jul. A. 1690., est adscriptus. Obiit d. 10. Nov. A. C. 1697., ac ætatis 55., &, e sedecim liberis, qvorum patrem Agatha Beckmannia, uxor, A. 1674. ducta, ipsum reddiderat, filios duos, qvatuorqve filias, reliqvit superstites. MStum Alcorani, aliosqve Codices Arabicos rariores, Vindobonæ, cum legatum illic ageret, coemptos, sibiqve communicatos, Abr. Hinckelmannus, *in præfatione Corani a se editi*, locis passim pluribus, Musæum autem ejus nummorum, rerumqve naturalium & artificialium, Gabr. Artisius, *in Diario eruditorum Hamburgensi Gallico* (2.), commendavit. Numismatum (qvæ Medagliones vocant) aureorum majorum, ab eo collectorum, sed post obitum venalium, Index Hamburgi A. 1699. (3.) prodiit Germanicus. Numismatis, in ipsius A. 1695. cusi honorem, idem Artisius (4.), memorialisqve in obitum Collectores *Novorum Literar, German.* (5.), & Pet. Ambr. Lehmannus (6.), sistunt ectypa. Joh. Frid. Mayero (7.) *Jurisconsultus* audit *egregius*, Jacoboqve a Mellen (8.) *Vir magni nominis, majorumqve meritorum.* Plura de illo suggeret Georg. Eliez. Edzardi, Prof. Hamb., *Programma funebre* Biographicum, *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* J. Alb. Fabricii, *p. 343-359.*, recusum. Confer etiam Artisium, *l. c., T. I., p. 54. 55. 56., & T. II. p. 144.*, ac Barth. Feindium Jun., *in Poematis Germanicis, Parte I., p. 482. 483. 623.*

Disp. de Thesauro, Præside D. Enocho Glasero proposita, Helmstadii 1666. in 4.

Disp. Inaug. de Cessione bonorum. Basileæ 1667. in 4.

JULIUS HENRICUS SCHAFSHAUSEN, Hamburgensis, duorum præcedentium germanus, J. U. Lic., urbis patriæ Secretarius d. 17. Aug. A. 1683., Senator autem d. 22. Aug. A. 1699., electus, ac d. 4. Maji A. 1715. mortuus.

Disp. Inaug. de Inventario in genere, ejusqve speciebus nobilissimis. Lugd. Bat. 1671. in 4.

MATTHIAS DIETERICUS SCHAFSHAUSEN, Hamburgensis, Julii Henrici, modo memorati, filius, J. U. D. & patriæ, ab A. 1713., Syndicus ad A. 1719.

Disp. de Differentiis Juris in statu naturali & adventitio, Præside D. Joh. Nicol. Hertio proposita. Giessæ 1705. in 4. Recensum V. *in Novis Lit. Germ., M. Jun. A. 1705., p. 229. 230.*

Disp. Inaug., Juris Hamburgensis cum legibus aliorum populorum sistens parallelismum. Giessæ 1706. in 4. Recensum V. *in iisdem N. L. Germ., M. Majo A. 1706., p. 187. 188. 189.*

NICOLAUS LUCAS SCHAFSHAUSEN, Hamburgensis, Joh. Theodori, Consulis (de qvo *supra* dictum), filius, J. U. Licentiatus A. 1702., Doctor autem Kal. Jul. A. 1703., in Academia creatus Halensi, urbis patriæ, ab A. 1708. (d. 5. Dec.), Secretarius.

Barth. Feindii Jun. Carmen ad eum vernaculum *P. I. Poem. German., p. 480-483.*, legitur.

Disp. de Mutatione & conservatione ultimarum voluntatum, Præside D. Sam. Strykio. Halæ 1701. in 4. Recusa in Strykii *Tractatu de Cautelis Testamentorum*, ibid. A. 1703. in 4.

Diss. Inaug. de Jure singulari Fœminarum Hamburgensium, Præside D. Joh. Sam. Strykio. Halæ 1702. in 4. V. *Nova Lit. Germ., M. Jan. A. 1703., p. 28.*

M. HENRICUS SCHARBAU Lubecensis, natus d. 25. Maji 1689., Templiqve D. Mariæ Magdalenæ in patria Burgensis ab A. 1715. Ecclesiastes, cujus Vitam fusius enarrarunt D. Georg. Henr. Götzius, in Ordinations-Sermon über D. Joh. Staupitzens Leibspruch, Lubecæ A. 1717. in 8. edito & Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lub., p. 277-292.*

SCRIPTA

(1.) Confer qvæ de hac legatione supra, *num. 415.*, sunt dicta. (2.) *T. I. p. 206. 244.* (3.) *in 4.* (4.) *l. c., T. II., p. 144.* (5.) *M. Sept. A. 1703., p. 360.* (6.) *in Observatt. Historicis anni 1702. vernaculis, n. 51., p. 407. 408.* (7.) in der Schutzschrift des Hamb. Ministerii wieder D. Spenern *p. 17.* (8.) *Classe I. Sylloges nummorum uncialium p. 15.*

SCRIPTA.

Disp. de homicidio doloso, supra aggratiandi jus posito. Præside M. Joh. Dan. Heinrico. Jen. 1708. in 4.
Disp. philol. de Creophagia ante diluvium licita. Præside Joh. Andr. Danzio. Jen. 1709. in 4.
Diss. de Provocatione ad Tribunal Dei. Jen. 1710. (V. Seelenium *c. l.* p. 277. 278.
Disp. de fatis studii moralis inter Hebræos. Lipf. 1712. in 4. V. de illa Partem XIV. der Gelehrten Famæ p. 163. 164.
Diss. de Monica, matre Augustini, Præside D. G. H. Götzio defensa. Lub. 1712. in 4. V. Partem XXII. ejusdem p. 724.

Exerc. Philol. de Serpentis æneis significatione mystica. Lubecæ 1713. in 4. V. de illa *Partem* XXXII. der Gelehrten Famæ *p. 544. 545.*

Tractatus de Parallelismo cum Hæreticis instituto; cum Præfatione encomiastica D. Joh. Fechtii. Rostochii 1714. in 4. Argumentum hujus exposuere Val. Ern. Löscherus in den Unschuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1714., p. 1015.*, Autor der Gelehrten Famæ, *Parte XXXVII., p. 20. 21. 22.*, &, e Pontificiis, Parisienses (Zelum Autoris culpantes nimium) *in Diario Erud. Gallico, M. Sept. A. 1715., p. 340. 341.*, ac Jesuitæ Trevoltiani (Autorem multæ esse lectionis agnoscentes, sed confusæ tractandi rationis, calumniarumqve contra Pontificios & Jesuitas, accusantes) *in Memoriis suis Artium ac scientiarum Gallicis, M. Sept. A. 1716., Art. 109., p. 1668-1674.*

Epistola pro Tractatu de Parallelismo cum Hæreticis instituto apologetica, contra Jesuitarum Trevoltianorum Recensum illius, modo memoratum, ad Joh. Henr. a Seelen, Rect. Lubec., d. 19. Febr. A. 1720. scripta, & Lubecæ, eodem A. 1720., in Seelenii *Athenarum Lubecensium Parte II., p. 280-291.*, juris facta publici.

Commentatio de D. Joh. Staupitio, Præside D. Georg. Henr. Götzio defensa. Lubecæ 1715. in 4.

Dissertatio Philologico-Theologica de Caipha, ejusqve Vaticinio, ex Joh. XI. 49. 50. 51. Lubecæ 1715. in 4.

Observatio Philologica de Plantis voce πνοῆς comprehensis & respirantibus, ad illustrationem loci Act. XVII. 25. inserta *Tomo V. Miscellaneorum Lipsiensium*, Lipsiæ A. 1717. *in 8.* edito, *num. 105., p. 167-178.* Alia de affectata Arianorum Pietate, A. 1720. *Tomo IX.* eorundem *Miscellaneorum, num. 12.*, exhibita.

Parerga Philologico-Theologica. Lubecæ 1719. in 8. In his, posthac continuandis, de Luxu Hebræorum, & pœna luxuriantium, ad Es. III. 24., de Lacedæmonum & Judæorum fraternitate, ad 2. Macc. XII., & de Historia Samaritanæ, ad Joh. IV. 20. 21. 22., est commentatus. V. Seelenium *l. c. p. 291. 292.*, & V. E. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 2. A. 1719., p. 332. 333.* Pars II. Lubecæ 1721. in 8. Pars III. ibid. 1723. in 8. Pars IV., ibid. 1724. in 8.

Judaismus detectus, in qvo vindicantur & restituuntur, qvi vel injuste inter Judæos relati, vel ex Judæorum numero immerito exclusi sunt. Lubecæ 1722. in 8. V. de illo *Acta Eruditorum Germanica, Parte LXXXI., num. 6.*

Der gewaltige Ernst im Christenthume, welchen diejenige auszuüben trachten, die GOttes Rechte in ihrem Leben halten wollen, auß Joh. XI. 12. vorgestellet, und mit nöhtigen Anmerckungen erläutert. Scriptum ἀνέκδοτον, sed prælo maturum. V. Seelenium *l. c. p. 292.*

De Bibliotheca Lubecensi Exercitationum Philologico-Ecclesiastico-literariarum, Novorumqve literariorum Maris Balthici, ab ipso, & Joh. Henr. a Seelen, Scholæ Lubec. Rectore, colligenda, &, ab A. 1725., Partibus diversis publicanda, V. Alloqvium utriusqve ad eruditos, Lubecæ A. 1724. *in 8.* editum.

M. DAVID SCHARFIUS, Hamburgensis, Joachimi, mercatoris, & Margaretæ Krebsiæ filius, d. 8. Aug. A. 1624. natus, e schola patria, Theologiæ vacaturus, A. 1641. in Acad. Gryphicam, A. 1644. in Witebergensem (Magistri illi titulum, primumqve inter competitores locum, A. 1646. largitam), & A. 1647. in Lipsiensem, abiit. Bardovici, oppido Ducatus Lüneburgici, intergemino Pastoris, Canonici & Superintendentis, munere, A. 1650., Dom. XII. post F. Trin., D. Joh. Henichio, ad professionem Theologicam Rinteliensem avocato, successit, &, cum Ecclesiæ huic, *summa cum pietatis, eloqventiæ & eruditionis, gloria,* teste Casp. Sagittario (1.), per annos 42., præfuisset, inqve sermonum sacrorum 4510., per totam vitam habitorum, ultimo auditoribus, se, Dom. I. Adv. imminente, cursum eorundem de Vitæ æternæ contemplatione annuum esse inchoaturum, absqve successu significasset, d. 4. Dec. A. C. 1691. & ætatis 68., decessit. E duarum, qvas habuit, conjugum priore, Anna, M. Henr. Janichii, Ecclesiastæ Hamburgensis Catharinæi, filia, A. 1650. ducta, tres mares, totidemqve puellas, ex posteriore autem, Anna, Christoph. Gerkenii, mercatoris Hamburgensis, gnata, illi, A. 1681. mortuæ, seqventi 1682. subrogata, nullam prolem sustulit. E filiis Henricus Wilhelmus, Th. Lic., Superintendens fuit Lühnensis, David Jonathan, J. U. D., Advocatus Sverinensis, & Petrus Bartholdus Pastor Hojanus; e filiabus autem Clara Margareta, Joh. Henr. Köpkio, J. U. D. & Advocato Lüneburgensi, nupta, nepotem illi enixa est Dav. Henr. Köpkium, Th. D. & Philos. in Acad. Rostoch. Professorem (2.). Fusius vitam ejus exponunt M. Joh. Westphali, Canonici & Ecclesiastæ Bardovicensis, Sermo in 1. Joh. III. 2. 3. funebris vernaculus, sub titulo der Seligen Hofnung der wiedergebohrnen Kinder GOttes, Lüneburgi A. 1692. *in 4.*, cum Appendice Biographica & Epicediis, editus, ac Christiani Schlöpkenii, Rectoris Bardovicensis, Chronicon der Stadt und des Stiftes Bardowick, Lubecæ A. 1704. *in 4.* excusum (*qvod Tenzelius, in Biblioth. Curiosa anni 1706., Sect. 6., p. 440., allegat*), *Parte II., Cap. IX.*

Theologus a facultatis præstantia commendatus, in biga Theologorum Gryphiswaldensium incomparabilium, sive Poema Panegyricum in obitum D. Bartholdi Krakevitzii & D. Bartholom. Batti. Gryphiswaldiæ 1643. in 4.

Disp. Anti-Rabbinica in Es. VII. 14. 15., Præside M. Joh. Michaelis. Gryphisw. 1644. in 4.

Disp. de Accentibus Hebræis. Witeb. 1646. in 4. (*M. C. K.*)

Christianorum militia, cœlorum lætitia, der Christen Streit und Seligkeit; oder Leichpredigt über Henr. Christ. Heldberg, auß Apoc. III. 5. Lüneburgi 1653. in 4.

Christianismus Paulinus. Hamb. 1654. in 4. (*Catal.*)

Vita spiritualis, fides vitalis: Geistliches Leben der Glaube muß geben; oder Leichpred. über Ursula Clara Heldberginn, auß Gal. II. 20. Hamb. 1656. in 4.

Lebensdampf und Sterbenskampf, oder zwey Predigten, deren die erste ein geistliches Nichts, und die Nichtigkeit unsers zeitlichen Lebens, auß Ps. XXXIX. 7., die andere einen fünfeckigten Glaubensschild, wieder fünferley Anfechtungs-Pfeile des Höllischen Bösewichts, im Sterben zu gebrauchen, auß Act. XV. 11., vorstellet. Hamb. 1663. in 12.

Memoria Rudeniana, oder zwey Leichpredigten über Georg. Rudenium, Seniorem und Thesaurarium des Stiftes zu Bardewick, und seine Ehfrau, Claram, auß 2 Tim. IV. 7. 8. und Luc. II. 29-32., gehalten. Lüneb. 1671. in 4.

Himlischer Heldenberg ewiger und über alle maaß wichtiger Herlichkeit, oder Leichpr. über Henr. Heldberg, Fürstl. Lehn-Secretarium und Archivarium zu Zell, auß 2 Cor. IV. 17. 18. Lüneb. 1679. in 4.

(1.) *in Historia Bardovicensi p. 241.* (2.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Aug. A. 1704., p. 255.*

Göttliche Gewissensfreudigkeit rechtgläubiger Christen, oder Leichpr. über Georg. Dav. Erythrophilum, Past. zu Pattensen, aus Ps. CXXXIX. 23. 24. Lüneb. 1684. in 4.

M. Henr. Janichii, Predigern zu S. Cathar. in Hamburg, Geistliche Sterbuhr, aus 1 Sam. XXV. 29., nach dessen Tode, von ihm, mit einer Vorrede (darinn der Autor mit dem sterbenden Simeon verglichen wird), außgegeben. Hamb. 1656. in 4.

MICHAEL SCHARFIUS, Ludimagister atqve Arithmeticus Hamburgensis, in Societatem urbis suæ Arithmeticam A. 1690. receptus, & *Acuentis* (des Schärfenden) donatus agnomine, ac A. 1703. mortuus. V. de illo *Nova Lit. Lubecensia, M. Mart. A. 1700., p. 91. 94. 95.*

Recht lesen lehrendes Buchstabierbüchlein, oder deutliche Anweisung zum gründlichen Buchstabieren und fertigen Lesen. Hamburgi 1683. in 12.

Henr. Meisners Arithmetischer Rosenkrantz, oder 100. Arithmetische, A. 1687. von ihm publicirte, Aufgaben, aufgelöset, und mit 50. Solutionibus außgegeben. Hamb. 1688. in 8.

Arithmetica jocoseria, oder allerhand nützliche, lustige, scharffsinnige und kunstrichtige Schertz- und Ernstrechnungs-Aufgaben, in II. Theilen. Hamb. 1693. in 8.

THOMAS SCHATTENBERG Junior, Flensburgensis, Thomæ, Præpositi Pastorisqve Mariani, filius, templi Nicolaitani Hafniensis Organœdus.

Jubilus S. Bernhardi de nomine Jesu, IV. vocibus decantatus. Hafniæ 1620. in 4.

An huic Schattenbergii etiam *Cantiones sacræ*, Stettini *in 4.* excusæ, qvarum mentionem *in Bibliopolii Herteliani* offendi *Catalogo*, debeantur, haud definio.)

M. BENEDICTUS SCHEELE, Lubecensis, Joachimi, urbis illius Ecclesiastæ, filius. V. de illo Willichii Westhovii *P. H. Poem. fol. 56. & 57.*

Ἐυφημία ἐπινίκιος ad M. Andr. Pouchenium, Superint. Lubec., & M. Joach. Scheelium, parentem suum, carmine expressa. Witebergæ 1593. in 4.

JOHANNES SCHEELE, Wilstriensis, Gymnasii Bordesholmensis, circa A. 1623. (*teste Mart. Coronæo Jun. in Antiqq. Bordesholmensibus MSS.*), Conrector, ac deinde Parochiæ ruralis in Wagria Schönbergensis, circa A. 1643., Pastor, A. 1653. superstes.

Disp. de natura & essentia Tropi, Præside Æg. Hunnio Jun., Th. Lic. Witeb. 1622. in 4.

Trauriger Hertzen heilsamer Trostbecher, oder Leichpredigt über Rich. Bennichium, Pastorem zu Pretz, aus 1 Tim. I. 15. 16. Hamburgi 1653. in 4.

JOHANNES SCHEELE, Civis & Chirurgus (*uti Ott. Sperlingii Jun. me docuerunt literæ*) Hamburgensis.

Continuatio Chronici Hamburgensis D. Ad. Trafsigeri senioris Germanici ἀνεκδότου, MSta itidem atqve vernacula. V. *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 5., p. 534-537.*

JOHANNES SCHEELE, Hamburgensis, Martini (*de qvo statim dicetur*) filius, J. U. Lic., Lucæ Langermanni, Decani ædis Cathedralis eruditissimi, gener atqve ex asse hæres, A. 1704. superstes.

Disp. Inaug. de Jure naufragii colligendi. Argentinæ 1674. in 4. Recusa *in Decuria III. Disputt. Inauguralium Juridicarum Argentinensium*, ibidem A. 1676. in 4.

JOHANNES THEODORUS SCHEELE, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de Potestate Statuum Imperii circa Privilegia. Trajecti ad Rhenum 1713. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 34.*

MARTINUS SCHEELE, Hamburgensis, Wolderi Scheelii, J. U. Lic. & Senatoris, Annæqve Peiniæ, Georgii, mercatoris, gnatæ, filius, d. 5. Jun. A. 1613. in lucem editus, & J. U. Doctor Basileæ A. 1643. creatus, Advocatus urbis patriæ celebris, maritus Cæciliæ Sylmiæ, Wolderiqve, J. U. D. ac Syndici Hamburgensis, & Johannis, J. U. Lti, parens, d. 23. Nov. A. C. 1665., ac ætatis 52., vivis excessit. V. Joh. Ern. Pfuelii (Theol. postea Doctoris & Gymnasii Stettinensis Rectoris) *Consolationem ad viduam, de obitu ejus, vernaculam, & Næniam exeqvialem Latinam*, Hamburgi A. 1665. excusas; qvibus hoc ab eodem adjectum est Epitaphium:

Palladis heic tegitur molli tellure voluptas,
Palmare Eunomies Historiæqve decus,
Oraclum populi, Schelius, Svadæqve medulla,
Eloqvii qvicum fulmina fracta jacent:
Vir vere antiqvus, vulgi securus, & omnis
Horæ, qvem decuit non potuisse mori.

Disp. Inaug. de Chirographo. Basileæ 1643. in 4. Recusa *in Volumine novo Disputt. Inauguralium Jurid. Basileensium*, ibidem A. 1653. *in 4.* per Georg. Deckerum edito, *num. 3., p. 169-223.*

MARTINUS SCHEELE Diaconus circa A. 1701. Itzehoensis, A. 1714. superstes.

Traur-Rede über den Tod Joh. Hier. von Petkum, Theol. Lic., Münsterdorfischen Probsten und Past. zu Itzehoe; beygedruckt Alb. Christ. Kirchofii Leichpredigt über denselben. Glückst. 1715. *in fol.*

MARTINUS LUCAS SCHEELE, Hamburgensis, Wolderi, Syndici (*de qvo infra dicetur*), filius, J. U. D. a Joh. Werlhofio d. 27. Sept. A. 1707. Helmstadii creatus, urbis patriæ autem Senator M. Majo A. 1715. electus. V. *Nova Lit. Germ., M. Sept. A. 1708., p. 342.*, & Herm. ab Hardt, Prof. Helmst., *Epistolam ad illum de Germana Polizzæ origine*, Helmstadii A. 1707. editam, ac a Joh. Georg. Eccardo, *in Historia studii lingvæ Germanicæ Etymologici p. 320.*, allegatam.

Disp. de Instrumentis indiscretis, Præside D. Georg. Engelbrechtio. Helmstadii 1707. in 4.

Disp. Inaug. de Instrumento Assecurationis, sive Polizza, Præside D. Joh. Werlhofio. Ibid. 1707. in 4.

MATTHIAS SCHEELE, Hamburgensis, qvi circa A. 1524. vixit.

MStum von den Landes-findungen, qvod allegatur in M. Joh. Christoph. Krüsickii *Notis ad Poema sacrum seculare* (A. 1717. editum) *p. 30.*

PETRUS SCHEELE, in vico Holsatiæ Preenensi, d. 7. Jun. A. 1623., patre natus cognomine, cum Kilonii scholasticis, Regiomonti autem, ab A. 1645., Academicis vacasset studiis, urbis initio Rendesburgensis Diaconatum A. 1659., & deinde Archidiaconatum, obtinuit, hinc Parochiæ ruralis in Wagria Gykoviensis, circa A. 1679., egit Pastorem, ædisqve tandem, in urbe Hamburgensi, Mario-Magdalenææ, post Georg. Haccium, d. 8. Jan. A. 1681., factus est Ecclesiastes. Duas qvidem duxit uxores, &, has inter (cujus in tumuli Hamburgensis inscriptione vernacula (1.) mentio occurrit), Elisabetham, M. Joh. Rhenii, Rectoris (seu potius Conrectoris) Husensis, filiam, sed ἄπαις tamen

d. 4.

(1.) apud Joh. Alb. Fabricium, *in Auctario Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium, n. 171., p. 54.*

d. 4. Dec. A. C. 1700., ætatisqve 78., decessit, cum magnam ante facultatum partem pauperibus, ac Bibliothecam, redditusqve summæ 2000. Imperialium annuos, qvatuor vici Prezensis patrii studiosis, moribundus legasset. Symbolo hoc delectatus est (*ex Apoc. II. 10.*) ἀκροστιχω: *Perseverantium Sporta Plenitudinem Habebit.* Confer de illo Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes curiosas Historicas anni 1700. vernaculas, num. 50., p. 400. Nova Lit. Lubecensia, M. Mart. A. 1701., p. 92.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 907.*

Psychoscopia, seu Consideratio animæ, qvoad ejus immortalitatem & statum a separatione. Norībergæ 1679. in 4.

Veste Burg der Christen, oder Leichpredigt über Fr. Wibke Jansens, auß Ps. XVIII. 1. Hamb. 1661. in 4.

Triumpfsbogen einer gläubigen Seele, oder Leichpr. über Jungf. Heilwig von Alefeld, Conventualinne zu Sleswig, auß Es. XXXVIII. 1. Hamburgi 1661. in 4.

Versiegelte Rahtstube GOttes; das ist: Schriftmäßige Gedancken von den geheimen Gerichten GOttes, durch Gelegenheit einer erbärmlichen Mordthat, da eine sonst fromme Mutter ihre zwey leibliche Kinder ermordet, zu Rendesburg A. 1664., auß Luc. XXIII. 31., eröfnet. Hamburgi 1665. & 1676., ac Budissæ 1670., in 4.

Böhmische Martensganß, der man zwar gerne das Feur hätte gegönnet, aber die dennoch, durch GOttes Verhängniß, ist ungebraten blieben; oder Historische und Schriftmäßige Erinnerung des grossen Gnadenwerckes, welches GOtt der Herr seiner Kirchen, in Sendung seines außerwehlten Rüstzeugs, Mart. Lutheri, erwiesen hat, zu Rendesburg, A. 1665., am Tage Martini, auß Col. I. 12. 13. 14., vorgetragen: Imgleichen auch das Gefüllte der Martensganß, so da heist Lutherus non Calvinus, das Lutherthum hat keine Gemeinschaft mit dem Calvinismo, auß Eph. IV. 14. 15. Lipsiæ 1667. in 4.

Fallstrick Adams; das ist: Beschreibung des hochkläglichen Sündenfalls des ersten Menschen, auß Gen. III., in LXII. Predigten, zur Beförderung des Erkäntnisses unsers sündlichen Verderbens, und hertzlicher Bereuung der Sünden, vorgetragen, und, nach eingeholter Censur der Theol. Facultät zu Leipzig, mit 3. Registern, außgegeben. Norībergæ 1670. in 4.

Adams Heil, oder Ander Theil des Sündenfalls desselben, von der Christlichen Religion der alten Patriarchen, vor und nach der Sündfluht, wie dieselbe mit der Lutherschen, in allen Puncten, genau übereinstimmet, auß Gen. III., in XXX. Predigten, vorgetragen. Norib. 1670. in 4. Præfixa sunt elogia metrica Frid. Rappolti, Hier. Kromayeri & Joh. Ben. Carpzovii Jun., Theologorum Lipsiensium, ac Joh. Lud. Hartmanni, Superint. Rotenburgo-Tuberani.

Bußleuchter, daran der Christen Himmelsglaube, wieder Gogs Aberglauben, und der Welt Scheinglauben, erhellet, auf GOttes Wort und Sacramenten, nach des theuren Lutheri seiner ewigwährenden Reformation, gegründet, und jetzo aufgestellet: Erster Theil, Noribergæ 1677. in 4. Ander Theil, Norib. 1679. in 4.

Liebesgruß an die Stadt Hamburg, oder Anzugspredigt zu S. Marien Magdalenen, auß Ps. CX. 7., von der Erniedrigung und Erhöhung unsers Heilandes. Ratzeburgi 1681. in 4.

Trifolium Hamburgense, oder drey Anzugspredigten von dem H. Predigamte, dessen Kern das Kreutz Christi ist, auß Matth. V. 14. 15. 16. Hamb. 1681. in 4.

Hamburgische Zuchtgedancken, oder Erörterung, was von der Zucht und Zuchthause zu halten, in einer Antrittspredigt in demselben, auß Jer. I. 6-10., geschehen. Ratzeburgi 1681. in 4.

Homiliæ in Ecclesiasten Salomonis Germanicæ, ab Autore superstite promissæ, sed nondum editæ.

WOLDERUS SCHEELE, Hamburgensis, Martini (*de qvo supra dictum*) & Catharinæ Schröteringiæ filius, d. 14. Mart. A. 1649. natus, J. U. Doctoris titulum Basileæ d. 22. Maji A. 1672., &, Gallia, Italia Germaniaqve lustratis, triennio post, d. 26. Nov. A. C. 1675., ætatisqve 26., locum inter patriæ Syndicos, obtinuit. Officio hoc fungens, A. 1679. in aulam Gallicam, & A. 1691. in Danicam, est ablegatus, & obitu eidem subitaneo, in ipsa curia Hamburgensi, d. 25. Oct. A. C. 1700., ac ætatis 51., immortuus. Conjuges duas habuit, Cæciliam, D. Lucæ Langermanni, Decani Hamburgensis, filiam, A. 1675. ductam, & cum prole fœminea unica non multo post extinctam, ac Margaretam, Hier. Rumpii, mercatoris, gnatam, qvam A. 1680. isti subrogavit, &, cum filio puellisqve duabus, reliqvit superstitem. Plura de vita ejus invenies *in Novis Lit. Lubec., M. Nov. A. 1700., p. 345.*, Pet. Ambr. Lehmanni *Observationibus curiosis Historicis anni 1700. vernaculis, n. 43., p. 341. 342.*, & Mich. Schumanni *Epicedio Germanico, A. 1710., Parte I. Memor. Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii, *p. 475-482.*, recuso.

Disp. Inaug. de Reconventione. Basileæ 1672. in 4.

HENRICUS SCHEFFERUS, Flensburgensis, Joh. Wilhelmi, Med. Lic. & Practici celebris, filius, d. 22. Dec. A. 1674. in lucem editus, cumqve Doctoris Medici titulum Jenæ, M. Apr. A. 1704., Brabeuta Georg. Wolfg. Wedelio, obtinuisset, Praxin artis paternæ in urbe patria itidem confestim exorsus, A. autem 1722. Medicus aulæ regiæ constitutus Hafniensis, & Justitiæ simul A. 1724. Consiliarius.

Vitæ ejus ac studiorum historiam fusius exponunt G. W. Wedelii *Propempticon de Agonia Christi, Disput. Inaugurali præmissum*, &, ex isto, *Nova Literaria Germanica, M. Jun. A. 1704., p. 227. 228.* Chr. Woltereckii Epithalamion ei scriptum, invenies in den Holsteinischen Musen *p. 26-29.*

Historia Choleræ humidæ siccam excipientis, ac curationis ejusdem in viro, e D. Joh. Hadr. Sleevogtii, Prof. Med. Jen., observationibus, eodem Præside, loco Disp. Inauguralis proposita. Jenæ 1704. in 4. Recensum historiæ illius V. *in N. L. Germ., l. c., p. 225. 226. 227.*

JOHANNES HENRICUS SCHEIDEMANN, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, circa A. 1716.

Disp. Inaug. de Vertigine. Trajecti ad Rhenum 1670. in 4.

Epicedia, aliaqve Carmina Germanica elegantia complura, diversis sigillatim edita temporibus.

CHRISTOPHORUS SCHELHAMMERUS, Hamburgi d. 15. Apr. A. 1620. (ipso Paschatis profesto) natus, patrem habuit cognominem, P. L. C. ac scholæ publicæ Johanneæ Præceptorem, Joh. Schelhammeri, Antistitis Petrini, ordinisqve Ecclesiastici Senioris, filium, matrem vero Margaretam, M. Gvern. Rolfincii, Scholæ Hamburg. Rectoris, filiam, & D. Gverneri Rolfincii Jun., Medici Acad. Jenensis inclyti, suiqve in eadem & Præceptoris, & Collegæ, amitam. E Lyceo patriæ Jenam A. 1637. missus, invidendos brevi, tum in Philosophia, tum in Medicina ac Anatome, ductu Rolfincii & Pauli Marqv. Slegelii, civium suorum, indolisqve præclaræ ac industriæ pertinacis ope, fecit progressus. A. 1641. ad peregrinationem animum appulit, lustratisqve potioribus, Belgii, Angliæ, Galliæ & Italiæ, Academiis, A. 1643., d. 18. Jul., Basileæ Doctoris titulum, ac, menstruo tempore vix elapso, d. 21. Augusti, Jenæ Professionem Anatomico-Chirurgico-Botanicam, hortiqve Medici præfecturam, Slegelii successor designatus, obtinuit. Muneribus hisce, per octennium, insigni cum doctrinæ Medicæ rarioris, ac dexteritatis in docendo, laude, functus, bis simul (A. 1644. & 1650.) Academiæ fuit Rector, ter Collegii Medici Decanus, ac bis Candidatorum artis suæ promotor. A Patribus Academicis, lustro belli tricennalis Germanici ultimo, ad exercitus utriusqve, Cæsarei & Svecici, duces sæpius ablegatus, negotia, sibi commissa, e voto illorum, plerumqve expedivit. A Christiano, Marchione Familiæ Brandeburgicæ

deburgicæ Baruthino, ad munus Archiatri invitatus aulicum, obseqvi huic, licet ipse cuperet, qvod Academia dimittere se nollet, haud potuit. Nuptias Vinariæ, d. 30. Maji A. 1648., cum Catharina celebravit Elisabetha, Güntheri Henrici Platneri, Consiliarii Saxo-Vinariensis intimi, filia, ac sorore uxoris Rolfincii Collegæ germana. Ex hac filium sustulit unicum, Güntherum Christophorum, felicem parentis æmulum, & Professorem artis Medicæ, in Academiis Julia, Jenensi ac Kiloniensi, inclytum, Herm. Conringii, Viri summi, Collegam pariter atqve generum. Cum nova nupta, eodem A. 1648., in ædes Joh. Gerhardi immigravit, Theol. Acad. Jenensis eximii, cujus filium, Johannem Ernestum, publicum itidem S. Lit. interpretem, defunctus, vicissitudine fatali, & in domo hac paterna, & in conjugio cum Platneria, A. 1653. habuit successorem (1.). Morbo ab ipsa usqve juventute, obnoxius fuit hypocondriaco, qvi, annuo ante obitum tempore, aliis auctus symptomatis, tanta sumpsit incrementa, ut maximam vitæ reliqvæ partem uni loco affixus transegerit, & Vinariæ tandem (qvam, ante mensem, an aeris sibi mutatio, post remedia alia incassum adhibita, salutaris esset futura, experturus, petierat), in soceri ædibus, d. 20. Jun. A. C. 1651., ætatisqve 32., morte immatura, decesserit. Defuncto, in æde Jenensi Academica, Epitaphium est erectum, cujus hanc Casp. Sagittarius (2.) recitat inscriptionem:

J. C. S. Hic situs est Christoph. Schelhammerus, Hamb., Med. D., qvem vidit Bat., Angl., Gall., Italia, peregrinum, Jena Anatomen, Botan., Chirurgiam, profitentem, Vinaria A. æt. XXXII., XII. K. Qvint., expirantem. Abi nunc Lector, &, vita qvid sit, cogita. Posit. Anno MDCLI.

Vitæ historiam debeo D. Gothofredi Cundisii, Theologi Jenensis, *Sermoni* vernaculo, e Pf. XXXIX. 6. & seqq., in ejus habito exeqviis, & Joh. Zeisoldi, Prof. Physici, Academico tunc functi Rectoratu, *Programmati funebri*, junctim, una cum Epicediorum sylloge, Jenæ A. 1651. *in 4.* excusis.

Confer de illo M. Adr. Beieri *Syllabum Professorum Jenensium p. 267-271. 288. 497. 886. 887. 888., & Architectum Jenensem, c. 20., p. 194., ac c. 25. p. 311.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1651.*, Joh. Ant. a Linden *Lib. I. de Script. Med. p. 115.*, Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 179. 180.*, & Joh. Casp. Zeumeri *Vitas Proff. Jen. Med. p. 46-49.*

ELOGIA.

Joh. Zeisoldus (*in Progr. funebri*) ita de illo: *Cecidit tale membrum facultatis Medicæ, in qvod Deus & natura, non manu parca, sed πλονι μέτρω, dona sua contulerant. Donatus enim erat felici ingenii sagacitate atqve acumine; eruditione instructus erat admiranda; pollebat facunda & grata dicendi ubertate; In docendo aderat singularis solertia & dexteritas.*

Gvern. Rolfincio Jun., Collegæ (*in Carmine funebri*), *Anatomicus* audit, *Chirurgus, Botanicus & Medicus Practicus, supra laudem positus.*

Paulo Marqv. Slegelio, *in Ep. dedic. libri de sangvinis motu,* ipsi & Giliano Gartzio, discipulis suis, A. 1650. inscripti, *Anatomicus exercitatissimus.*

Gothofr. Mœbio, Prof. Jen. Medico, *in Epicedio,*

Nobile Salanæ sidus, flos nobilis artis
Pæoniæ, domitor morborum fortis, amœnæ
Delitium Floræ, ferro Vesalius alter
Dædaleo, desiderium prædulce juventæ
Phœbeæ.

Phil. Horstio, Philosopho Jenensi (*in Carmine epitaphio*), *Salanæ lucida gemma.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Ophthalmographia & Opsioscopia, Præside D. Paulo Marqv. Slegelio proposita. Jenæ 1640. in 4.
Disp. Inaug. de Ictero. Basileæ 1643. in 4.
Disp. de Convulsione, pro loco in Collegio Medico d. 8. Sept. habita. Jenæ 1643. in 4.
Disp. de Variolis & morbillis. Jenæ 1643. in 4.
Disp. Physiologica de Spiritibus. Jenæ 1644. in 4.
Disp. de Febri ardente, Resp. Christ. Bunckio, Hamb. (*Prof. postea Med. Giessensi*). Jenæ 1645. in 4
Disp. de Incubo. Jenæ 1646. in 4.
Disp. de Peripnevmonia. Jenæ 1647. in 4. (*Lipen.*)
Disp. de Angina, Resp. Dan. Ludovici (*Archiatro postea Saxo-Gothano*). Jenæ 1647. in 4.
Disp. de Paralysi. Jenæ 1649. in 4.
Biga posthuma Dissertationum de Humoribus humani corporis, curante Gvern. Rolfincio, Med. D. & Prof. primario, edita. Jenæ 1652. in 4. Lineamenta hæc prima exhibet operis de iisdem Humoribus inchoati, sed immatura Autoris morte interrupti. V. Günth. Christoph. Schelhammeri, ejus filii, *Introd. in Physiologiam p. 25.*, & *Addit. ad H. Conringii Introd. in art. Med. p. 182.*
Disputationes de Phtisi, Vertigine & Catalepsi, in Catalogis qvibusdam memoratæ.
Programmata varia Jenensia Academica.

Disputationes Medicæ Inaugurales, Præside illo propositæ.

Joh. Georg. Macasii, Egrani, de Epilepsia. Jenæ 1644. in 4.
M. Joh. Zenckeri de Hydrope tympanite. Jenæ 1644. in 4.
Christ. Aug. Mithobii, Cellensis, de Dysenteria. Jenæ 1644. in 4.
Valent. Andr. Mollenbrocii, Erfurtensis, de Veneno. Jenæ 1649. in 4.
Statii Henr. Cravelii, Osterodensis, de dolore Colico. Jenæ 1651. in 4.

DAVID SCHELHAMMERUS, Hamburgensis, Sigismundi Philonis, Ecclesiastæ Petrini, filius, Canonicus initio in Ducatu Brunsvicensi Hamelensis, ac deinde Bibliothecæ Johanneæ Hamburgensis publicæ, ab A. 1679., Præfectus, febri acuta, d. 23. Sept. A. C. 1693., ac ætatis 64., expiravit. Museum ejus rerum naturalium rariorum, qvod Bibliothecæ Hamburgensi magnam partem intulit, a Joh. Dan. Majore (3.), & Dan. Gvilh. Mollero (4.), curiositas autem & peritia in collectione illarum ac cognitione, ab eodem Majore (5.), commendatur. Aug. Buchneri Epistolam de corona triplici Imperatoria, A. 1649. ad eum exaratam, *Parte I.* Buchnerianarum (6.) invenies.

Descriptio rerum variarum naturalium, potissimum exoticarum, Germanica ἀνέκδοτος, duobus comprehensa Voluminibus, qvam ipsemet olim pervolvi, & Rud. Capellus (Autorem, sibi amicum, *virum* benigne salutans *eruditissimum*),

(1.) V. M. Adr. Beieri *Architectum Jenensem, c. 20., p. 194.*, & *Syllabum Professorum Jenensium p. 497. 887.* (2.) *in Inscriptionibus sepulchralibus templi Jenensis Academici p. 27.* (3.) im Bedencken von Kunst- und Naturalien-Kammern *p. 13. 19.* (4.) in Diss. de *Technophysiotameis, c. 7., p. 43.* (5.) in der Vorstellung der Kunst- und Naturalien-Kammern in Italien *p. 21.* (6.) *num. CXI., p. 264. 265. 266.*

num), in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani, Jobus Ludolfus, *in Comm. ad Hist. Æthiop. p. 180.*, istumqve secutus Joh. Paulus Hebenstreitius, *in Diss. de locustis Jenensibus*, A. 1693. edita, *c. 2.*, *§. III.*, publice allegarunt. Joh. Dan. Major, qvi Schelhammero den Grossen, aus den meisten Schätzen der Welt zusammengebrachten Reichthum, oder Poetischen Interims Discurs von Kunst- und Naturalien-Kammern, Kilonii A. 1679. editum, inscripsit, mire de opere hoc, ex collatione, uti ait, Autorum veterum & novorum, lingvis commentatorum diversis, sedula, & experientia propria atqve diuturna, cœpto congeri, in *epistola παραγγελματώδει dedicatoria*. Inventarium enim illud fore auguratur rerum naturalium rarissimarum generale, perfectum, & Bibliothecis dignum regiis atqve ducalibus, qvod Plinius, si in vitam redeat, non sine pudore, ob credulitatem suam, sit evoluturus, Aristoteles ambitiosus præ invidia impugnaturus, Salomon autem, Democritus, Galenus, Albertus Magnus, Gesnerus, Georg. Agricola, Cardanus, Scaliger, Aldrovandus, Bauhinus, Verulamius, Peirescius, Kircherus, Wormius, Velschius, ceteriqve scrutatores naturæ accuratiores atqve ἰξοχώτεροι, applausu gratulabundo unanimi excepturi, suisqve approbaturi suffragiis. Sed imposuisse Panegyristæ huic adeo diserto affectus videtur nimius in amicum, de suo rerum naturalium ac artificialium museo crebris istius generis præclare meritum donariis, cui palpum vicissim obtrudere, & gratum hoc pacto animum declarare, voluit. Ego sane, cum opus hoc, ab Autore invitatus, evolverem, nihil tanto hiatu dignum in illo offendi. Solam enim propemodum illud exhibebat farraginem narrationum, de rebus naturalibus exoticis, e variis scriptoribus (qvorum se nomina, incuria qvadam, addere plerumqve neglexisse Autor ipse fatebatur) congestarum, rudem ac indigestam, votoqve Georg. Hier. Welschii, qvi (*in Somnio Vindiciani p. 46.*) *Ideam Pinacothecæ Physico-Medicæ* inter Medicinæ desiderata retulit, minime satisfacturam. Confer, qvæ de eodem, *in Hypomnematis ad T. II. Polyhistoris Morhofiani p. 525.*, diximus.

JACOBUS SIGISMUNDUS SCHELHAMMERUS, Hamburgensis, Dieterici, Senatoris, filius, & Sigismundi Philonis, Ecclesiastæ Petrini, nepos, J. U. Lic. & in patria Practicus, tandemqve illius Senator, d. 3. Oct. A. 1716. electus, & M. Apr. A. 1719. mortuus.

Judicium pro anima, qvod ablatorum restitutione, sive satisfactione, peragitur, Præside D. Henr. Linckio, JC., Diss. peculiari propositum. Altorfii in 4. Laudatur a D. Gotfr. Wegnero, Theologo Regiomontano, *in Disp. de Restitutione ablati p. 22.*

Disp. Inaug. de jure Matheseos, tum antiqvæ, tum hodiernæ. Lugd. Bat. 1695. in 4.

JOHANNES SCHELHAMMERUS Junior, Hamburgensis, Sigismundi Philonis, Ecclesiastæ Petrini, e Magdalena, Dieterici a Göhren, mercatoris, gnata, filius, Johannis autem Schelhammeri Senioris, Pastoris Petrini, Presbyteriiqve Hamburgensis Senioris, nepos, A. 1612. in lucem editus, Regiomonti A. 1638. M. Andr. Mylii *Disp. Criticam de Interpretatione S. Scripturæ posteriorem* publice defendit. A. 1640. Ecclesiæ, in ditione Comitatus Oldenburgici Jeverana, Heppensensi est præfectus, A. autem 1644. Hagam Comitum evocatus, &, in Cœtus ejus Lutherani Pastoratu, D. Christiano Matthiæ, qvi illo se abdicaverat, datus successor (1.). Munere hoc sacro Hagiensi cum per integrum functus esset semiseculum, ab auditoribus rude est donatus (2.), & nonagenario proximus, sed ἄπαις, A. 1699. adhuc fuit superstes. Ob promptam de bonis atqve eruditis omnibus præclare merendi voluntatem ab Henn. Wittenio (3.) eum video commendari, Museum autem, qvod collegerat, κειμηλίων naturæ, artis atqve antiqvitatis, rariorum, imprimis exoticorum, instructissimum a Joh. Ern. Gerhardo (4.), Joh. Dan. Majore (5.), Rud. Capello (6.), Christ. Hofmanno (7.), & aliis (8.), celebrari.

Conr. Sam. Schurtzfleischii Epistola ad illum, A. 1681. exarata, *Tomo I. Epistolarum arcanarum*, Halæ A. 1711. edito, *n. 72.*, *p. 122. 123.*, legitur.

ELOGIA.

C. S. Schurtzfleischius, *Epist. 63. ejusdem Tomi I., p. 106. 107.*, eum ob *prudentiam*, ac *insigne de rebus sacris judicium*, commendavit.

Rud. Capello (*l. c.*) *Senex venerandus & clarissimus audit, de Ecclesia orthodoxa bene meritus, qvi rariora multa & possidet ipse, & satis intelligit.*

Henn. Wittenio (*in Dedic. Decadis XIV. Memoriæ Theoll. renovatæ, ei A. 1685. inscriptæ*) *Theologus pius, cordatus, industrius, sua æqve ac majorum virtute percelebris, multis præclarisqve, per plurimos annos, laboribus de Ecclesia orthodoxa optime meritus, bonorum delicium, malorum terror.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Schriftmäßige Herbstgedancken, von der edlen Kreutzruhte, auß Apoc. III. 19., der veränderlichen Menschenblume, auß Ps. CIII. 15., richtiger Haußbestellung, auß Es. XXXVIII. 1., und ritterlicher Sterbekunst, auß 2 Tim. IV. 7.; in IV. Predigten verfasset. Samt Morgen- und Abend-Gebeten auf alle Tage in der Wochen. Hamburgi 1657. & 1668. in 12., ac (*si Lipenio P. I. Biblioth. Theol. p. 123. credendum*) Lugd. Bat. qvoqve A. 1656. in 12.

Hagische Kirchengedancken, von dem äusserlichen und innerlichen Gotteshause, bey Einweihung der Lutherschen Kirche in Gravenhage, d. 15. Apr. A. 1663., auß Joh. X. 22. 23., in einer Predigt vorgestellet. Hamb. 1664. in 4.

Der Krancken und Sterbenden Angst- und Freuden-Gedancken, oder Leichpredigt über M. Henr. Cordes, Lutherschen Prediger im Hage, auß Es. XXXVIII. 9. & sq. Hamb. 1678. in 4.

II. ALIENA.

D. Christiani Matthiæ, Pastoris Hagiensis, Antecessoris sui, Sophistica, seu Doctrina modum fallacias artificiose solvendi docens, exemplis Theologicis illustrata. Hamb. 1659. in 12.

Ejusdem Poenitentialia Davidica, seu Elucidationes Theoretico-Practicæ in Psalmos Davidis poenitentiales. Lipsiæ 1692. in 4.

Ejusdem Antilogiæ Biblicæ, sive Conciliationes dictorum S. Scripturæ, in speciem inter se pugnantium, e schedis Autoris dispersis ab eo collectæ, absolutæ & editæ. Hamb. 1700. in 4.

INEDITA ET PROMISSA.

Hochnöhtige Buß- Kreutz- und Todes-Gedancken, auß 100. Kernsprüchen der Heil. Schrift genommen, samt zugehörigen Gebeten und Liedern.

Selige Simeons-Gedancken, über das Absterben seines 29iährigen Collegen, Herm. Glaseri.

(1.) V. Henn. Wittenii *Dec. XI. Memoriæ Theoll. renov. p. 1484.* (2.) V. Joh. Coleri, Collegæ, Epigramma D. Christ. Matthiæ *Antilogiis Biblicis* A. 1699. præfixum. (3.) *in Præfat. Centuriæ novæ Memor. Theol. renov.*, *& Indice V. Tomi II. Diar. Biogr. Sec. XVII.* (4.) *in Diss. de Ecclesia Coptica p. 16.* (5.) im Bedencken von Kunst- und Naturalien-Kammern *p. 31.* (6.) *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani.* (7.) *in Umbra in luce, lit. K. 4. b. N. 3. b. R. 3. b. Bb. 4. b.* (8.) V. Dan. Gvilh. Molleri *Diss. de Technophysiotameis, c. 7., p. 47.*, & M. Dan. Grützmanni *Disp. de Ave Paradisiaca, in proloqvio.*

Heilige Abendmahls-Gedancken. (Tria hæc opuscula, *in Catalogo nundin. vern. A. 1676. Lipsiensi, p. 33. 34.* est pollicitus.)

D. Christ. Matthiæ Theatrum Psalterii totius Theoretico-Practicum, cujus ἀποσπασμάτιον sunt *Poenitentialia Davidica*, A. 1692. publicata. V. *præfat. illorum.*

Ejusdem Annotationes in N. T. breves ac selectæ, qvarum editionem A. 1699., *in præfatione Antilogiarum* illius *Biblicarum*, promisit. (De scriptis his D. Christ. Matthiæ, ab ipso promissis, sicut & cæteris jam editis, in Elogio illius, *supra*, fusius narrata possunt relegi.)

SIGISMUNDUS SCHELHAMMERUS, Hamburgensis, Johannis, modo laudati, frater germanus, d. 2. Jan. A. 1622. natus, Parochiæ in Ducatu Lüneburgico Bevensensis, ab A. 1654., Pastor, d. 14. Aug. A. C. 1684., ætatisqve 63., defunctus (1.); Musei rerum naturalium atqve artificialium collector industrius (2.).

Disp. de Corona novantiqva, Præside D. Joh. Ern. Gerhardo. Jenæ 1646. in 4.

Diatriba de Christo mediatore, Joh. Szydlovii, Theologi Reformati, *Vindiciis Q q. difficiliorum* maxima ex parte opposita, ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Tob. Majore defensa. Jenæ 1646. in 4.

Testimonia Gentilium de Miraculis in religione Christiana celebratissimis, *in Catalogo nund. vern. A. 1653. Lipsiensi, p. 46.*, promissa; qvæ Hamburgi, anno isto, *in 12.*, revera prodiisse H. Wittenius, *l. c.*, & Mart. Lipenius, *P. II. Biblioth. Theol. p. 294.*, perperam tradiderunt.

HENRICUS SCHEMEL, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. de Neutralitate, Præside Jacobo Lebleu, PP. Giessæ 1661. in 4.

Disp. de Cæde seu homicidio, Præside D. Ern. Frid. Schrötero. Jenæ 1666. in 4.

Disp. Inaug. de privilegiis Opificum, Præside D. Sylvestro Jacobo Danckelmanno. Heidelbergæ 1669. in 4.

CAROLUS SCHENCKEN, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de Ortu & retractu Feudali. Altorfii 1717. in 4. V. *Hamburgum A. 1719. literatum p. 35.*

M. CASPARUS GOTFRIDUS SCHEPLERUS, Holsatus, Arnoldi, Pastoris Altonaviensis, filius, Cœnobii in Ducatu Bremensi Himmelpfortensis Ecclesiastes & ab A. 1677. 28. Oct. Past. in Ostfrisia Auricensis, d. 11. Maji A. 1691. mortuus. V. Christ. Funccii Erneuertes Gedächtniß der Aurichschen Prediger & (ex isto) Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theol. Nachrichten *Sect. V. A. 1717. p. 891.*

Applausus Panegyricus Latino-Germanicus, Altonaviensium, ob dignitatem civitatis M. Aug. A. 1664. confirmatam, felicitatem succincte proponens. Altonæ 1665. in 4.

HENRICUS SCHERNWEBEL, Bibliopola Lubecensis.

Historisches Lustwäldlein. Lubecæ 1660. in 8. V. *Catal. nund. autumn. A. 1660. p. 18.*

JACOBUS SCHERTLINGIUS, Hamburgi d. 13. Oct. A. 1613., patre Petro, Oenopola, matreqve Elisabetha Beermannia, natus, in Academia A. 1638. Juris Politicæqve studiis vacavit Lugduno-Batava, multisqve jam tunc Magnatibus, etiam Pontificiis, &, hos inter, Anshelmo Casimiro, Electori Moguntino, cui suas *de Majestate Theses* inscripsit, longe fuit gratissimus. Eruditione præclara, & insigni lingvarum, Hebrææ, Græcæ, Latinæ, Gallicæ, Italicæ & Hispanicæ, peritia, in regionibus parata exteris, ab Adolpho Friderico, Duce Megapolitano, filio suo, Carolo, datus est Informator, & deinde, ab A. 1645., Johanni, Episcopo Lubecensi, Principiqve Holsatico, a secretis fuit cameralibus, lingvarumqve Latinæ & Hispanicæ studiis. A. 1648. Gustavo Adolpho, Duci lineæ Güstroviensis Meclenburgico, studiorum Ephorus, & in itinere Gallico-Italico comes, ab Adolpho Friderico, patruo, est adjunctus, ejusdemqve postea, ad suos reducis, in aula Güstroviensi, Secretarius fuit intimus, & Consiliarius tandem aulicus. Obiit d. 23. Aug. A. C. 1672., ac ætatis 59., &, una cum uxore, Anna Maria Becmannia, Jacobo, Secretario aulæ Sverinensis intimo, patre gavisa, filios IV., Gustavum Adolphum & Adolphum Fridericum, JCtos, Svederum Dietericum, Neapoleos Magdeburgicæ Ecclesiasten, ac Petrum, totidemqve filias, reliqvit superstites. Fusius ejus vitam exposuere M. Nicol. Heidemannus, Past. Güstrov., *in Sermone funebri in Phil. III. 20. 21. vernaculo*, Güstrovii A. 1673. excuso, & Frid. Thomas (cui *Vir* audit *perpoliti ingenii & solidæ eruditionis, lingvarum Hebr., Gr., Lat., Gall., Ital. & Hispan., perqvam gnarus, atqve sincerus Dei in vera fide cultor*) *in Append. Biographica Analectorum Güstroviensium p. 120. 121.* Vinc. Fabricii duæ de ipso supersunt epistolæ, Coloniæ A. 1638. exaratæ; altera ad Gerh. Joh. Vossium commendatitia, *in Appendice Epp. Vossii adoptiva, num. 264., p. 174.*; altera vero ad Henr. Vagetium, ejus Præceptorem, in Fabricii ipsius *Operibus, p. 313.* In priori *Hominem* eum vocavit *justæ saneqve indolis, & recte judicantem*; in posteriore vero *in solis rectissimæ Juvenem, calumniisqve popularium, ob conversationem cum Cardinali Ghinetto* (Pontificis Nuncio), *aliisqve Papistis primariis, Coloniæ familiarem, immerito impeti* doluit. Confer de illo G. H. Götzii *Continuationem Bibliothecæ mortuorum Germanicæ p. 34. 35.*

Theses Juridicæ de Majestate, & regaliorum jure, præside D. Jac. Mæstertio propositæ, Lugd. Bat. 1638. in 4.

ANDREAS SCHILLING, Scholæ Glückstadiensis Rector.

Die Kunst Christlich zu leben, selig zu sterben, und ewig wol zu leben, auß der Historie des alten Simeons, zum Gedächtniß Annæ Sophiæ, Herren Jac. Stollii, Regierungs-Secretarii zu Glückstatt, Eheliebsten, aufgesetzt. Glückstadii 1645. in 4.

M. HENRICUS SCHINCKIUS, Hamburgensis, ex Academia Rostochiensi in urbem Ducatus Megapolitani vocatus Güstroviensem, in ædis illic Marianæ Parochialis Pastoratu M. Henrico Piperiti, in cathedralem translato, A. 1568. successit (3.), A. 1576. nuptias ibidem cum Christina Lysandria celebravit, gratulantibus Joh. Fredero Juniore, Valent. Schachtio, Joh. Posselio & Nath. Chytræo, qvorum Epithalamia junctim Rostochii (4.) prodierunt. Nath. Chytræi Carmen in *Poematis* etiam illius (5.) legitur recusum. Obiit A. 1593. (6.), & Bibliothecam reliqvit instructissimam, e qva Paulum Tarnovium, Theologum postea Rostochiensem inclytum, non parum profecisse, Encomiastæ hujus posthumi, Joh. Huswedelius, *in Programmate funebri*, & Herm. Tarnovius, *in Orat. parentali* (7.), testantur. Dotes ingenii illius Joh. Frederus Junior, *in Epithalamio*, his celebravit elegis:

Est mihi nota fides, est nota scientia rerum,
Nota mihi virtus eloqviumqve viri.

Vitæ qvanta fuerit sanctimonia, abunde Henr. Brucæi, Professoris Medici Rostochiensis, ostendit judicium, qvi, teste Eilh. Lubino (8.), dicere est solitus, *duos Henricos*, illum sc. & Piperiten Collegam, *veros esse Theologos, qvod, qvæ plerique*

(1.) V. Henn. Wittenii *T. I. Diarii Biograph. Sec. XVII., ad A. 1684.* (2.) V. Joh. Dan. Majoris Bedencken von Kunst- und Naturalien-Kammern *p. 32.* (3.) V. Frid. Thomæ *Catalogum Biographicum, Analectis Güstroviensibus subjectum, p. 37. 38.*, & *Nova Lit. Lubec.*, *M. Febr. A. 1704., p. 35.* (4.) A. 1576. *in 4.* (5.) *L. I. Epithalam. f. 247.* (6.) V. *N. L. Lubec.* & Frid. Thomam, *ll. cc.* (7.) *p. 12.* (8.) *in Elogio Valent. Schachtii p. 11.*

plerique tantum dicunt & praecipiunt, vita, factis, & moribus suis integerrimis, exprimere studerent. Utriqve cum M. Christoph. Mageiro, Stendaliensi, templi Cathedralis Güstroviensis Diacono (1.), sacra intercessit controversia, scriptis (haud dubie ineditis) utrinqve agitata, & Theologorum tandem Rostochiensium commissa decisioni. Consuli, & de ista, & de partis utriusqve scriptis, absqve titulorum & argumenti mentione allegatis, duae possunt Dav. Chytraei *ad M. M. Henricos, Pastores Güstrovienses* (Piperiten sc. & Schinckium), epistolae, nomine Collegii Rostochiensis exaratae Theologici, & in Syntagmate Chytraeanarum Hanoviensi (2.) A. 1614. publicatae. In qvibus uti Mageirum, ob data scandala, ἀντιχειρόφορον appellat, ita in Piperite & Schinckio, a compositione, qvam Rostochienses svadebant, dissidii amica alienioribus, majus pacis ac tranqvillitatis ecclesiasticae desiderare videtur studium. Nihil mihi Schinckii, qvod lucem viderit publicam, innotuit, praeter Carmen de Joach. Westphalo, Superintendente Hamburgensi, Graecum funebre, Joh. Frederi Jun. *Poemati* Latino *in obitum ejusdem* heroico, Rostochii A. 1575. *in 4.* excuso, subjunctum.

JOHANNES SCHLEEBUSCH, Hamburgensis, Jacobi, Oenopolae & aedis Petrinae Curatoris, Mariaeqve Brüseriae, Henrici, eadem in templo Catharinaeo dignitate functi, gnatae, filius, d. 12. Oct. A. 1607. in lucem est editus. E scholis patriae dimissus, Juri in Academia Rostochiensi, & deinde in Anglia Oxoniae, in Gallia Aureliis, in Helvetia Basileae (qvae Licentiati illum A. 1631. ornavit titulo), ac in Germania Spirae, sedulam dedit operam. Hamburgum redux, ducta A. 1636. uxore, Elisabetha, Herm. Wetkenii, Canonici, filia, qvinqve ipsi mares & puellam enixa unicam, A. 1639. patriae Senator, A. 1643. Praetor, & tandem, post legationes aliqvot publicas, A. 1653. Consul, est electus. Sexennio hac dignitate gavisum, sed dubia interea usum valetudine, mors subita d. 25. Jul. A. C. 1659., ac aetatis 52., rebus humanis eripuit. V. Professorum Gymnasii Hamburgensis (qvibus *Civis* audit *egregius, Senator optimus, Consulqve prudentiae consummatae, & Christianae pietatis observantissimus*) *Programma funebre*, A. 1710. *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 242-248.*, recusum, & Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Chronol. Senatus Hamburg., ad A. 1639., p. 49.*

Oratio pro Justitiae eminentia, in Athenaeo Hamburgensi recitata. Hamburgi 1625. in 4.

Disp. Inaug. de eo qvod interest. Basileae 1631. in 4. Recusa *Volumine VIII. Disputt. Jurid. Basileensium (num. 17.)*, ibidem A. 1658. in 4.

DIETERICUS HERMANNUS SCHLEEBUSCH, Hamburgensis, J. U. Lic., A. 1696. in patria defunctus.

Disp. Inaug. ad L. 2. C. de rescindenda Venditione. Basileae 1667. in 4.

JOHANNES HENRICUS SCHLETT, Lubecensis, Med. D. & Practicus, circa A. 1698. & 1716. Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Cephalalgia particulari. Trajecti ad Rhenum 1689. in 4.

MARCUS DANIEL SCHLETT, Lubecensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de eo qvod interest. Franeqverae, & mox Lubecae, eodem A. 1672., in 4.

M. CHRISTOPHORUS SCHLICHTING, Hamburgensis, Jobi Ludolfi in lingva discipulus Aethiopica, qvam deinde in patria saepius docuit, publicisqve Programmatis, A. 1693. editis, commendavit. V. Christ. Junckeri *Comm. de vita Jobi Ludolfi p. 160.*

Homilia Aethiopica de nativitate Christi, ante annos multos Latine ad verbum versa, jam vero emendata, & Aethiopice, cum lectione ac Vers. Lat., denuo ab eo edita. Hamburgi 1691. in 4.

Castrum doloris Joh. Stuhrio, J. U. D. & Senatori Hamburgensi, inscriptione funebri erectum. Hamb. 1698. in fol.

Inscriptio votiva, Canonicorum Hamburgensium dicata Collegio. Hamb. 1700. (*V. Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1700., p. 62.*)

Castrum doloris Rudolpho Augusto, Duci Brunsvicensi, Inscriptione Latina erectum. Hamb. 1704. in fol. (*V. Nova Lit. Germ., M. Jul. A. 1704., p. 278.*)

Or. inedita de pace victoribus aeqve ac victis utili, qvam Vinc. Placcius A. 1681. Hamburgi excuso indixit Programmate.

HENRICUS SCHLICKER, Hamburgensis, J. U. Lic.

Exerc. ad Tit. XV. Libri IV. Instit., Praeside D. Barthol. Leonh. Schwendendörfero. Lipsiae 1663. in 4.

Disp. Inaug. ad *L. Contractus XXIII. de R. J., L. V. §. 2. Commod.*, Praeside D. Joach. Dechero. Francofurti ad Viadrum 1666. in 4.

CHRISTIANUS SCHLUMPFIUS, Rendesburgensis, Jacobi, venatoris regii, e Catharina Waseria filius, d. 2. Jun. A. 1634. in lucem editus, Magister Lipsiae d. 28. Jan. A. 1658., & J. U. D. Witebergae seqventi 1659. (3.), est creatus. Lipsiam deinde redux, ducta uxore Sabina Weinrichia, A. 1664. extincta (4.), minoris illic Principum Collegii, ab A. 1662., fuit Collegiatus, nationis Saxonicae Claviger, Canonicusqve simul, ab A. 1659., Martisburgensis. Lapsu vehementi crurifragium d. 25. Apr. A. C. 1672., ac aetatis 38., passus, die 30. mensis ejusdem expiravit. Fusius vitam ejus *Programma* Rectoris Academiae Lipsiensis enarrat *funebre*.

Disp. Politica de Legibus. Lipsiae 1658. in 4. (*M. C. K.*)

Disp. Inaug. de Tempore legali, Praeside D. Casp. Zieglero. Witebergae 1658. in 4.

M. PAULUS SCHMEDICKE, Hamburgensis.

Diss. Theol. de natura & cura Adiaphororum, qva tam Romanensium, qvam Calvinianorum, aliorumqve qvorumvis, errores taxantur. Argentinae 1667. in 4.

JOHANNES HENRICUS SCHMEUSER Hamburgensis, Med. D. & Practicus, ab A. 1698., in patria, A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. de usu & abusu Alcalium. Lugd. Bat. 1697. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum Literatum A. 1701. p. 24.*)

CHRISTOPHORUS SCHMIDIUS, Lubecensis, Med. Doctor & in patria, ab A. 1717., Practicus. V. de illo J. H. a Seelen *Partem III. Athen. Lubec. p. 392. 393.*

Diss. Inaug. Medico-Practica de Siriasi. Lugd. Bat. 1717. in 4.

(1.) V. de hoc Frid. Thomam *l. c. p. 23. 24.*, & *N. L. Lubec., M. Mart. A. 1704., p. 66.* (2.) *p. 117. 118. 120.* (3.) V. Andr. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 111.* (4.) V. Salom. Stepneri *Inscriptt. Lipsienses p. 66.*

ERICUS SCHMIDIUS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus circa A. 1716.

Disp. Inaug. de Jure circa lumen cœli. Aureliæ 1682. in 4.

HENRICUS SCHMIEDEN, sive SCHMIDIUS, Slesvicensis, Juris utr., cui Regiomonti & Argentinæ vacaverat, honores supremos, post reditum e Belgio, Gallia & Anglia, Gryphiswaldiæ M. Jul. A. 1657. obtinuit, Slesvigæ Dorotheam Beatam, Balth. Gloxini, Consiliarii Ducalis, filiam, elegit conjugem, & ipse ibidem Christiano Alberto primum, Duci Holsato-Gottorpiensi, ac deinde Christiano V., Regi Danico, fuit a consiliis, tandemqve M. Febr. A. 1689. vivis excessit.

Disp. de Testamentis, Præside D. Joach. Schnobelio. Rostochii 1648. in 4.

Disp. Inaug. de Qvæstionibus & torturis, Præside D. Joh. Pomereschio. Gryphisw. 1657. in 4.

HERMANNUS SCHMIDIUS, Husensis, ab Adolpho, Duce Holsatiæ, Phil. Melanchthoni commendatus, Witebergæ A. 1559. vixit, &, Melanchtonis hortatu, Historiam Susannæ, carmine comprehensam Sapphico, Augusto, Saxonum Electori, inscripsit, sed qvinqvaginta tantum ejus excudi curavit exempla, teste Epistola ipsius ad Joh. Pistorium, Præpos. Eiderst., ἀνεκδότῳ, in *Volumine Epistolarum ad hunc* MS. Axeniano, *Cent. II.*, *n. 9.*, mihi perlecta.

JOACHIMUS SCHMIDIUS, Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Plönensis, Ecclesiastes, circa A. 1683., aulicus.

Christliche Einweyhungspredigt, bey der von Hertzog Joh. Adolphen zu Holstein-Plön, am andern Advents-Sontage A. 1683., angestellten Einweyhung der neuerbauten Kirche zu Kurou, auß Matth. XXI. 1. sq., gehalten. Plönæ 1683. in 4.

Das von GOtt erleuchtete scharffsehende Glaubensauge der Kinder GOttes, oder Leichpredigt über Henr. Ern. von Kram, Fürstl. Plönischen Hofmarschall, auß 2. Tim. IV. 7. 8. Plönæ 1683. in 4.

Leichpred. über Dan. Granovium, Diaconum zu Plön, auß Dan. XII. 13., A. 1704. gehalten. A. 1704. in 4. (*V. Nova Lit. Lubec., M. Oct. A. 1704., p. 314.*)

Leichpred. über D. Schabbelium. in 4. (*Catal.*)

M. JOHANNES SCHMIDIUS, Hatherslebiensis, Valentini, Pastoris urbani, filius, laurea Kilonii, in prima promotione Academica, d. 22. Jan. A. 1666., ornatus Philosophica, Pastor initio in tractu Hatherslebiensi Biertensis, & in Schwanzia deinde Riesbyensis, simulqve Burchardi, Comitis ab Alefeld, Ecclesiastes aliqvamdiu aulicus, A. 1706. superstes.

Disp. de Scholis Græcorum apud Athenienses insignioribus, Præside M. Frid. Lersio, Argentinensi, proposita. Witebergæ 1661. in 4.

Carmen Propempticum, Burchardo, Comiti ab Alefeld, cum, ad capessendum regimen in Comitatibus Oldenburgico & Delmenhorstano vicarium, abiret, oblatum. Slesvigæ 1681. in fol. (*M. C. K.*)

GOttes Todesregiment, zum Christlichen Ehrengedächtnisse seiner drey verstorbenen Brüder, Valentini, Christiani und Gothofredi, auß Ps. XC. 1. u. f., vorgestellt. Slesv. 1677. in 4.

JOHANNES HENRICUS SCHMIDIUS, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1698., & 1704. Hamburgensis.

Theses Inaugurales ex utroqve jure. Aureliæ 1684. in 4. (*V. P. A. Lehm. Hamb. Lit. A. 1701. p. 24.*)

MICHAEL SCHMIDIUS, civitatis Hamburgensis scriptoribus ab Ott. Sperlingio Jun., *in Indice illorum MSto*, annumeratus, & a Mich. Schmidio, Hamburgensi, Ecclesiasta Grödensi, distinctus.

Schrift gegen Hartwigs von Spreckelsen Procesś und Schmähungen. A. 1638. in 4. (*O. Sp.*)

M. NICOLAUS SCHMIDIUS, Hamburgensis, Rostochii A. 1624. a Joh. Huswedelio laurea ornatus Philosophica, Parochiæ ruralis Bargstediensis, in præfectura Trittoviensi, ab A. 1626., Pastor.

Catechismus-Schole, darinn eenfoldige Christen schlecht und recht, in den 5. Hooftstücken des Gelovens, underwiset werden. Hamburgi 1632. in 12. (*L. Saxon.*)

OTTO SCHMIDIUS, sive (uti ab Alb. Bartholino (1.) appellatur) FABRICIUS, Husensis, Poeta non contemnendus, Matthiæ Boethio (2.) *Vir audit doctior, qvam celebrior.* An idem sit cum Ott. Schmidio, Husensi, qvem Scribam Nordstrandiæ, ante Christiani III., Regis Danici, tempora, provincialem fuisse Ant. Heimreichius, *in Chronico Frisiæ borealis vernaculo*, testatur (3.), anceps hæreo. Confer de illo *Partem Isagoges* nostræ *ad hist. Cimbriæ primam, c. 11., §. 2., p. 171. 172., & c. 13., §. 1., p. 195.*, ac Joh. Alb. Fabricii *Centuriam Fabriciorum p. 64. 65.*

Historia de nativitate & incarnatione Christi, carmine Græco reddita. Witeb. 1564. in 4.

Poema Elegiacum de obitu Johannis Senioris, Ducis Slesvici & Holsatiæ, qvo vita & mores tam rari & dignissimi Principis perstringuntur. Slesvigæ 1581. in 4.

Daniados Pars prima, libris III. comprehensa, qva Vitæ & res gestæ Christiani I. ac Johannis, Regum Daniæ, carmine breviter & succincte describuntur. Slesvigæ 1581. in 4. Poematis hujus, Regum Daniæ, e familia ortorum Oldenburgica, perseqventis historiam, *Partes* etiam *II.; III. & IV.*, mihi non visas, Slesvigæ *in 4.* postea prodiisse, *Catalogus* qvidam testatur.

WERNERUS SCHMIDIUS seu FABRICIUS, Neomonasteriensis Holsatus, Parochiæ ruralis Süderoviensis in Stormaria Ecclesiastes, parens Alberti, Organœdi Flensburgensis, avus Werneri Fabricii, Musici Lipsiensis eximii, & proavus Joh. Alb. Fabricii, Th. D. ac Gymnasii Hamburgensis Professoris inclyti. V. hujus *Centuriam Fabriciorum p. 76. 77.*

Levavi oculos Davidicum; das ist: Erklärung des CXXI. Psalms, in drey an Bußtagen gehaltenen Predigten. Hamburgi 1626. in 8.

PETRUS SCHNELLERUS, J. U. D. & Practicus, circa A. 1630. (qvo D. Rutg. Rulandi Senioris *Responso de Assecuratione* suffragium suum, cum ulteriori ejus *Deductione*, adjecit), Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Actionum investigatione & cumulatione, Præside D. Henr. Andr. Cranio proposita. Helmstadii 1622. in 4. (*Catal.*)

JOHANNES SCHNELLIUS, Holsatus, J. U. D. & Dicasterii supremi Gottorpiensis Advocatus, circa A. 1636., emeritus, generqve D. Pauli ab Eitzen, JCti & Canonici (ad A. usqve fatalem 1617.) Slesvicensis; Anagrammatis a Nic. Scribonio (*Lib. II. Lusuum Anagrammaticorum Gottorpiensium p. 48.*) & Georg. Nic. Erasmio (*Lib. II. Anagrammatum ἐμμέτρων, n. 97.*) commendatus encomiasticis.

Disp.

(1.) *in Li. de Script. Dan. p. 114.* (2.) *in Scholiis ad Comm. de Cataclysmo Nordstrandico p. 140.* (3.) *c. 12., p. 305. ed. primæ.*

Disp. Inaug. de Stipulatione, de qva Frid. Taubmanni carmen gratulatorium, *in Schediasmatis, Lib. II. Epigramm.*, *p. 772.*, obvium, potest consuli.

(Diversi ab eo sunt Joh. Schnellius, Tunderensis, Rector sub finem Sec. XVI. Tonningensis, & Joh. Schnellius, Amstelodamensis, Autor *Orationis de Qv.: An Judex secundum acta & probata, an secundum conscientiam, judicare debeat?* Bremæ A. 1672. *in 4.* editæ.)

JOHANNES CHRISTOPHORUS SCHNELLIUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1704. superstes.

Delibata qvædam ad Processum Hamburgensem, pro gradu Licentiæ proposita. Trajecti ad Rhenum 1694. in 4.

JOACHIMUS SCHOLVIEN, Lubecensis, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de Medicamentis Balsamicis, Præside D. Frid. Hofmanno proposita. Halæ 1716. in 4. V. de illa *Partem XLVIII.* der Gelehrten *Famæ p. 939. 940. 941.*

ACHILLES FRIDERICUS SCHOMERUS, Lubecensis, d. 20. Apr. A. 1664. natus, Nicolai Schomeri, Osnabrugensis, J. U. D. & Senatoris Lubecensis, e Susanna Schlasia, Christophori, Advocati Hamburgensis, gnata, filius, Friderici Wilhelmi, Ducis Megapolitani, e studiorum Ephoro in aula Sverinensi, ab A. 1692., Consiliarius Justitiæ, &, ab A. 1709., Cancellariæ Vicedirector, A. 1719. adhuc superstes; a Joh. Fechtio, *in præfat. Annotationum* fratris ejus, Justi Christoph. Schomeri, Theologi Rostochiensis, *in Epistolas Pauli minores posthumarum*, commendatus. Conf de illo Joh. Henr. a Seelen *Partem II. Athen. Lubec. p. 106. 107.*

Huic deberi Præfationem novam, prolixam atque eruditam, Justi Christoph. Schomeri, fratris, *Theologiæ morali sibi constanti, sive Specimini Theologiæ moralis*, in editione altera auctiore, Rostochii A. 1707. *in 8.* publicata, suppresso nomine suo, præmissam, testatus est A. 1710. Autor des Neuen Vorraths von allerhand Büchern, *Sect. II.*, *p. 190. 191.*

JUSTUS CHRISTOPHORUS SCHOMERUS, Lubecæ A. 1648. ipso festo natus Paschali, patrem habuit Nic. Schomerum, Osnabrugensem, J.U.D. & Advocatum tunc Lubecensem, deinde vero urbis Brunsvicensis Consiliarium, ac Lubecensis tandem Senatorem, Jodoci, prædiorum cathedralis Osnabrugensium templi Inspectoris, Judiciiq; Kappelensis Secretarii, filium, matrem vero Susannam, parente gavisam Christoph. Schlasio, Senatore primum ac Secretario Osnabrugensi, postea autem, cum patriam religionis causa reliqvisset, celebri causarum forensium in civitate Hamburgensi patrono, Collegiiqve Canonicorum ejusdem Secretario & Prosyndico. Literarum rudimentis in schola imbutus est patria, ac deinceps in Martiniana urbis Brunsvicensis, in qvam pater decennem A. 1658. secum abduxerat. Lubecam hinc, cum eodem, A. 1664. reversus, eximios, in Athenæo publico, in Græcis Latinisqve literis fecit progressus, eamqve, ductu Henr. Bangerti, Rectoris, Historiæ, tam exoticæ, qvam patriæ, sibi acqvisivit peritiam, cujus specimine *de veterum Germanorum virtutibus* Oratorio, ante discessum recitato, bonorum omnium favorem promeruit. Ab Herm. Nottelmanno, Bangerti successore, A. 1667. in Academiam dimissus Kiloniensem, Matth. Wasmuthium, hospitem, in Lingvis Orientalibus, Christoph. Franckium in Philosophia, & Sam. Reyherum in Mathesi, duces elegit, seqventi autem 1668. Wismariæ Steph. Masii, Theol. Licentiati, fuit convictor, & discipulus in studio Rabbinico perqvam sedulus. A. 1669., cum stipendium Theologicum Schabbelianum decantatissimum a diribitoribus ejus, Dav. Gloxino & Henr. Schabbelio, civitatum Lubecensis & Wismariensis Consulibus, impetrasset, Academiam Giessenam adiit, & in studiis sacris Pet. Haberkornii, Joh. Nic. Misleri, Phil. Lud. Hannekenii, civisqve sui & hospitis, Mich. Siricii, in Mathesi vero & Philosophia Cartesiana Frid. Nitschii, institutione per integrum usus est biennium. Giessa A. 1672. in Italiam abiit, ac in civitatibus ejus diutius commoratus nobilissimis, Ecclesiæ Romanæ Christianorumqve Orientalium sacra ac ritus coram inspexit, monumenta antiqvitatis studiose lustravit, Bibliothecas, publicas pariter atqve privatas, excussit, & e conversatione cum hominibus eruditis assidua fructum doctrinæ variæ collegit uberrimum. Galliam hinc, tractumqve Germaniæ Rheanum, pari curiositate pervagatus, Giessam A. 1673. rediit, &, ardori discendi vehementissimo obsecutus, non in sacro solum alacriter perrexit curriculo, sed Juri etiam utriqve, Civili & Canonico, ut in Moralistarum, qvos vocant, scriptis eo felicius versaretur, incubuit. Tantos sane in utroqve fecerat progressus, ut in Consistorio postea Ducali Rostochiensi processum forensem, non minori dexteritate, qvam magni nominis JCti, sit moderatus, Johannesqve Fechtius *in Programmate* asserere non dubitaverit *funebri*, *plures creari Juris Doctores, qvi, vel in legum notitia, vel fori actionibus, paria cum ipso facere nunqvam potuerint.* Giessam, Licentiati titulo, qvem Ordo offerebat Theologicus, modeste recusato, A. 1674. reliqvit, &, salutatis in itinere Academiis Julia, Lipsiensi, Leucorea, Jenensi ac Erfurtina, Lubecam redux, integrum illic annum, ut, qvæ apud exteros observarat, domi recoqveret, inqve futuros usus digereret, substitit, & ex sacro aliqvoties ambone, cum applausu, peroravit. A. seqv. 1675., novum iter aggressus literarium, in Belgium fœderatum & Britanniam excurrit, cumqve hujus Episcopis, utriusqve Theologis, & variarum sectarum doctoribus, crebra instituit colloqvia, & animum præterea, plura discendi cupidum, aliorum etiam hominum eruditorum consvetudine, deliciisqve non unius generis exsaturavit literariis. Oxoniæ in Bibliotheca Bodlejana fuit assiduus, ejusqve ope Historiæ adyta felicius penetravit Ecclesiasticæ, nec parum ex qvotidiano Edv. Bernhardi, Astronomiæ Professoris, ac Polyhistoris eximii, profecit convictu. Cantabrigiæ A. 1676. lingvam ab Isaaco Abendana, Judæo, addidicit Hispanicam, & hujus privata, publicaqve Academiæ Bibliotheca, cum fructu usus est maximo. Ex Anglia in Belgium trajecit Hispanicum, lustratisqve hujus urbibus Lubecam reversus, in vicinam mox Academiam Rostochiensem A. 1677. commigravit, svasuqve Aug. Varenii, Theologi celeberrimi, hospitis sui, post *Anti-Calvinismum* ejus *Orthodoxum* publice jam ante defensum, Doctoris Theologi titulum, *Disputatione de religiosæ Adorationis objecto inaugurali*, d. 28. Aug. eodem proposita Præside, nullo negotio exambiit. Triennio post, A. sc. 1680., a Christiano Ludovico, Duce lineæ Sverinensis Megapolitano, Professor ejusdem Academiæ Rostochiensis Theologus, Consistorii Ducalis Assessor, & Diœceseos Meclenburgicæ Superintendens, auspicato est constitutus, iisqve dignitatibus, cum locum, Collegis omnibus (Varenio, Mich. Siricio & Mich. Cobabo) intra annum vertentem extinctis, in Collegio, solus e sacrorum doctoribus superstes, Theologico, A. 1685. jam occupasset principem, ad obitum usqve, summa cum laude, & insigni Athenæi Varniaci, reflorescere illius visi auspiciis, incremento, perfunctus. Munus enim Cancellarii Academiæ in Livonia Dorpatensis splendidum A. 1689., professionem Witebergensis Theologicam A. 1691., & supremam Ecclesiarum Ducatus Sverino-Megapolitani Ephoriam A. 1692., cum sibi offerrentur, istis posthabuit. Rectoratu Academico, in alterum semestre præter morem prorogato, A. 1687. (1.), Collegii vero Theologici Decanatu sæpius, est functus, tituloqve Doctorali Joh. Fechtium, Joh. Nicol. Qvistorpium (ambos Collegas suos), Joh. Wilh. Petræum & Jac. Hier. Lochnerum, licentia autem, qvam vocant, ad eundem aspirandi Gottl. Frid. Seligmannum, Jac. Dorncreilium & Jac. Winnemerum, donavit. Theologus fuit omnium consensu eximius at-

(1.) V. Joh. Nic. Qvistorpii *Programma de Rectoribus Acad. Rostoch. Sec. XVII.*, *p. 34.*

qve πολυμαθέςατος, ingenii judiciiqve præstantia, doctrina multiplici, sacra pariter atqve profana, Lingvarum plurimarum, tum eruditis propriarum (Græcæ, Latinæ, Hebrææ, Chaldææ & Syriacæ), tum exoticarum (Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Danicæ, Anglicæ & Belgicæ), peritia, & cognitione Philosophiæ accuratioris Historiæqve Ecclesiasticæ interiori, vix cuiqvam coævorum, inter Germanos, secundus, & ob fidem præterea dexteritatemqve in docendo, sedulitatem laboriosam, prudentiam sacram, & pietatis (cujus instinctu qvintum cujusvis hebdomadis diem jejunio destinarat) infucatæ laudem, commendatissimus. Pacis & tranqvillitatis Ecclesiasticæ studiosissimus, certaminibus, qvibus hæc turbabatur, Theologorum Lutheranorum domesticis ingerere se noluit, & argumentum de Collegiis pietatis privatis, inter illos controversum, scripto discutere aggressus peculiari, tanta de illo moderatione disseruit ac prudentia, ut, rara admodum felicitate, partis utriusqve laudes ac applausum reportaverit. Merito proinde boni piiqve omnes mortem Viri hujus, nullo Antecessorum, si longiorem vitæ usuram fata ei indulsissent, futuri inferioris, acerbe luxerunt immaturam, qva, febri correptus maligna, d. 9. Apr. A. C. 1693., ac ætatis 46., ingenti cum Ecclesiæ detrimento, expiravit. Ex Anna Catharina Vettenia, conjuge, Bernhardi gnata, A. 1683. ducta, & A. 1688. mortua, filium qvidem & tres puellas sustulit, sed superstitem, e qvatuor hisce liberis, filiam tantum reliqvit unicam, Susannam Margaretam, Constant. Fidlero, Pastori Nicolaitano Wismariensi, A. 1702., mense elocatam Januario, sed marito hoc, novimestri vix elapso tempore, M. Octobri ejusdem anni, orbatam (1.). Sangvinis esu abstinuisse, conscientiæ tenerioris stimulo motus, traditur (2.).

Vitæ ejus historiam e duobus de illa *Programmatis* deprompsi Rostochiensibus, altero D. Aug. Varenii, *Disputationi Inaugurali* A. 1677. præmisso, altero D. Joh. Fechtii, Collegarum amicorumqve conjunctissimi, laudibus defunctum dignati maximis, sed haud injustis, funebri, seorsim A. 1693. *in 4.* Rostochii edito, *Lectionibus* nostri *in Epistolas ad Romanos & Corinthios* A. 1699., *Speciminisqve Theologiæ Moralis editioni secundæ* A. 1707., præfixo, & Lipsiæ qvoqve A. 1705., in Henr. Pippingii *Septenario Decadum Memoriæ Theologorum renovatæ, Dec. IV., n. 6., p. 482-500.*, recuso. Qvibus addi possunt D. Sim. Henningii, Past. Jacobæi Rostochiensis, Sermo in obitum ejus parentalis, a Zach. Grapio Jun., *in Rostochio Evangelico, c. 7., p. 191.*, allegatus, &, qvam nonnemo prodiisse itidem mihi retulit, Gothofr. Weissii, Ecclesiastæ Rostoch., Concio funebris Germanica.

Sam. Pufendorfii & Viti Ludov. Seckendorfii duæ ad ipsum Epistolæ, *de Specimine Theologiæ Moralis*, A. 1690. exaratæ, huic, in editione secunda anni 1707. Rostochiensi, sunt præfixæ. Phil. Jac. Speneri Germanica, de controversiæ cum D. Franc. Wolfio, Collega, compositione, d. 28. Jan. A. 1688. ad eum data, legitur in Speneri letzten Theologischen Bedencken, *P. I., Cap. II., Art. I., Sect. V., p. 338. 339.*

Confer de illo *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jul. A. 1693., p. 336.*, Joh. Franc. Buddei *T. IV. Lexici Historici p. 391. 392.*, Erdm. Uhsei *Vitas Theologorum Sec. XVI. & XVII. Germanicas, p. 923. 924.*, Anonymi Neuen Vorraht von allerhand Büchern, *Sect. II., p. 183-191.*, Joh. Henr. a Seelen *Partem II. Athenarum Lubecensium p. 298-314.*, & Joh. Fabricii P. *V. Hist. Biblioth. Fabric. p. 332. 333.*

ELOGIA.

Lipsienses, *in Actis Erud., M. Jun. A. 1691., p. 254.*, eum *Virum* appellant *solida eruditione & judicandi facultate instructum*, &, *M. Jul. A. 1693., p. 336.*, *in ætate* eundem *terris florentissima, magno ecclesiæ orthodoxæ, qvæ plurimum sibi a singulari Viri eruditione pollicita fuerat, detrimento, esse ereptum*, deplorant.

Vitus Ludov. Seckendorfius, *in Epistola* ad illum, paulo ante allegata, Virum eum vocat, *de cujus eximia eruditione patriæ & Ecclesiæ nostræ sit gratulandum.*

Sam. Pufendorfius, in *Epistola* itidem jam laudata, *in Theologiæ moralis* eum *studio cumprimis* judicavit *excellere.*

Aug. Varenius (*in Programmate Disputationi Inaugurali A. 1677. præmisso*) ingenium ei tribuit, *diligentiæ ac exercitii lima, doctrinæqve præceptis, in usum salubrem sepositis, lingvarum qvoqve, Theologo partim necessariarum, partim decorarum, cognitione, probe excultum, pectus qvacunqve Theologiæ parte non tantum bene præparatum, sed & instructissimum, & omni doctrinæ sublimioris genere oppletum, judiciumqve in re Theologica accuratum.*

Phil. Jac. Spenerus eum publice salutavit einen tapfern Theologum (*in Tr.* von der Freyheit der Gläubigen vom Ansehen der Menschen *p. 116.*), einen vortreflichen, und nechst mit billigem Leide der Evangelischen Kirchen verstorbenen, Theologum (in der Beantwortung des Unfugs der *Pietisten, c. 2., §. 33., p. 145.*), einen gelehrten und unverdächtigen Theologum (*P. III.* der *Theol.* Bedencken, *Art. II., Dist. II., n. 31., p. 791.*), einen stattlichen Mann (*P. III.* der letzten *Theol.* Bedencken *p. 348.*), einen sehr gelehrten und judiciösen Theologum (*ibid. p. 510.*); in *Epistola* autem ad Joh. Fechtium, nostri *Specimini Theol. Mor.*, in secunda editione, præfixa, ita illius deploravit obitum: *Qvod Schomerum attinet, dici non potest, qvam illius me perculerit mors nunciata. Qvamvis enim Virum nunqvam noverim, neqve inter nos commercium aliqvod intercesserit, Viri tamen eruditionem, ἀκρίβειαν & judicium incomparabile, ex qvo mihi innotuere, adeoqve ipsum, inter præcipua seculi nostri atqve Ecclesiæ ornamenta, ex debito veneratus sum. - - Bene sit bene de studiis merito in æternum! - - An aliqvid Beatus ille reliqverit, qvod adhuc publicandum sit, rescíscere averem. Certe λείψανα qvæcunqve in pretio fuerint habenda.*

Joh. Fechtii *Programma* de vita ipsius *funebre* plurimis ejus scatet encomiis, e qvibus pauca hæc subjungo: *Si qvi sit, qvi universalem qvandam variarum rerum scientiam eadem perfectione in unum conjunxerit, inesse in hoc qviddam admirabile & prope divinum, omnes recte existiment. Id Schomero obtigisse, nemo eorum, qvi eundem penitius noverat, inficiabitur. Qvæ singula mirari solemus in aliis, ea junctim in eum confluxerant. Nam & Philosophiæ, veteris & recentioris, omniumqve, qvæ ei ex variarum sectarum genere adhærent, perplexitatum, & controversiarum Theologicarum, si ad ultimas etiam minutias & subtilitates progrediamur, & lingvarum, cum orientalium, Hebrææ, Chaldaicæ, Syræ, Rabbinicæ, tum exoticarum, Anglicæ, Gallicæ, Italicæ, Hispanicæ (Danicam etiam adjunxit), qvas omnes ego, qvod bona fide refero, eundem legentem & interpretantem his oculis meis conspexi, ne qvid de Græca Latinave dicam, & antiqvitatis totius, sacræ, & profanæ, ejus cumprimis, qvæ in Synodicorum Canonum curatiori notitia consistit, qvos qvasi singulos in numerato habebat, & Historiæ recentioris, cum literariæ, tum religiosæ, erat ad admirationem usqve peritus. Nec qvidqvam literarum, qvod vel ad SS. Theologiæ nostræ decus, vel ad ejusdem perfectionem & majestatem, faceret, non dicam, intactum reliqvit & inexpertum, sed curiosa felicitate intime penitissimeqve imbibit. Mathematicas etiam disciplinas, ipsa sublimitate sua plerisqve aliis impervias, ita hausit, ut, de difficillimis qvæstionibus, cum earum artium magistris prompte, subtiliterqve & solide, contenderet. Qvibus componendis exarandisqve manum apposuit, vulgaribus doctorum meditationibus superiora sunt, ad eruditæ antiqvitatis gloriam adspirant, nec verborum lenociniis & inani fuco, sed inaffectata simplicitate & naturali pulcritudine, decurrunt. Qvæ legenti incertum est, felicitatem ingenii, an judicii pondus & gravitatem, prius admireris. - - Finitus est florentissima integerrimaqve ætate Theologus*

(1.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Nov. A. 1704., p. 315. 316.* (2.) V. Ott. Frid. Schützii *Lib. I. Comm. de Vita Dav. Chytræi p. 323.*, &c, qvam is allegat, *Theologiam* ipsius *Moralem, c. 18., §. 5., p. 440.*

gus vere eximius, vere consummatus. - - Præcipuum Academiæ nostræ lumen, qvod unicum spes nostras, nubilas satis & obscuras, illustrare posse videbatur, extinctum est. - - Sine ambitionis metu pronunciare ausim, vix visuram posteritatis nostræ ætatem esse doctorem, vel doctrinarum ubertate, vel prudentiæ laude, vel omni deniqve contentu consensuqve laudis, præstantiorem. Confer ejusdem *Præfationem Collegii Controvv. noviss. Schomeriani*, in qva *divinas* illi *virtutes, raram eruditionem, & incredibile indefessumqve studium officium in omnibus partibus suum faciendi*, tribuit.

Eidem qvoqve *Vir* audit *eruditionis exqvisitissimæ, cujus jacturam nullis satis lacrymis deflere Ecclesia nostra potest, nomen sibi, dum vixerit, pretiosissimam* (*Orat. I. de studio Biblico, Schomeri Exegesi in Epistolas Pauli minores subjuncta, lit. Gg. 3. a.*); *Vir, in qvo ingenium & memoria cum judicio certavit* (*in præf. Analyseos J. G. Dorschei in Esaiam p. 17. 18.*); *Theologus vere solideqve eruditus* (*in præf. Comm. Dorscheani in IV. Evangg., lit. c. 2. b.*); *Theologus nemini, seu consummata doctrina, seu judicandi prudentia, secundus* (*ibid. lit. d. 2. b.*); nec non *Theologus inæstimabili cum Academiæ Rostochiensis, & Ecclesiæ nostræ, damno rebus humanis ereptus, cui, nec insitato ingenii acumine, nec perfecto de rebus qvibuslibet judicio, nec diffusa solidæ eruditionis scientia, nec consiliorum ad admirandam prudentiam exacta incredibiliqve promptitudine, qvenqvam facile Theologorum, qvos sibi intime novisse datum sit, parem extitisse, ex qvo propius eundem intueri potuerit, semper fuerit persvasus* (*in Epist. ad Hect. Gotfr. Masium, A. 1696. scripta, & Disputationi in Epist. Judæ subjecta.*).

Phil. Lud. Hannekenio (*in Epistola de Collegiis pietatis Germanica p. 4.*) audit ein ihm, und der wahren Kirchen, billich hochwehrter Theologus.

Abr. Hinckelmanno (*in Detectione fundamenti Böhmiani p. 19.*) ein fürtreflicher, und, zu der gesamten Kirchen Leidwesen, in diesen Tagen, selig verstorbener Theologus.

Ad Rechenbergio (*in Or. fun. in obitum D. Gottl. Frid. Seligmanni p. 7.*) *Theologus celeberrimus, Virqve pietate erudita & prudentia insigni.*

Sam. Schelgvigio (im Erweise der Uebereilung D. Speners in seiner Eilfertigen Vorstellung *p. 50.*) ein redlicher Theologus.

Joh. Frid. Mayero (*P. IV. Musæi ministrorum Ecclesiæ p. 47.*) *Theologus exactissimus, & dexterrimus orthodoxiæ vindex*; nec non (*in Biblioth. Theol. Mor. p. 25.*) *Theologus eruditione, & judicii acie, plurimos suæ ætatis antevertens.*

Joh. Joach. Zentgravio (*in Programm. de vita D. Joh. Faustii, Theol. Argent.*, A. 1695. edito) *Theologus, cujus magna fuit in Ecclesia expectatio.*

Joh. Nicol. Qvistorpio (*in Programm. de Rectoribus Acad. Rostoch. Sec. XVII. p. 25.*) *magni nominis, amplissimæqve apud exteros famæ, Theologus acutissimus.*

Joh. Henr. Feustkingio (*in Gynæceo Hæretico-Fanatico p. 471.*) ein Grundgelehrter Theologus, und unvergleichlicher Lehrer.

Joh. Kleinio, Acad. Rostoch. JCto (*in Programm. de vita D. Joh. Gottl. Molleri*), *Vir de Acad. Rostochiensi, & universo orbe orthodoxo, immortaliter meritus.*

Zach. Grapio Jun. (im Evangelischen Rostock *p. 567.*) ein unvergleichlicher Theologus.

Joach. Fellero (*in Poemate de Brabeis Philosophicis Lipsiensibus*, A. 1690. edito, *p. 47.*) *Eusebiæ Argus.*

Joh. Franc. Buddeo (in der Erzehlung von den Pietisten, §. *21.*, *p. 28.*) ein berühmter und vortreflicher Theologus, und vernünftiger Mann.

Joach. Lindemanno (*in Memoria D. Christ. Kortholti p. 23.*) *Spesqve decusqve Rostochii.*

Joh. Frid. Hekelio (*in Additt. ad Phil. Cluverii Introd. Geogr. L. 3. c. 14.*) *Academiæ Rostochiensis decus & columna, Theologus clarissimus atqve modestissimus.*

Car. Arndio (*in Bibliotheca Politico-Heraldica p. 56.*) *Vir post fata etiam inæstimabilis.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. Theol. de Poenitentia, Præside D. Phil. Lud. Hannekenio. Giessæ 1671. in 4.

Disp. Inaug. de Religiosæ Adorationis objecto, Præside D. Aug. Varenio. Rostochii 1677. in 4.

Assertio endoxa fidei Christianæ de Spiritu Sancto, contra novam & antehac inauditam hæresin, sub schemate Problematis paradoxi nuper in lucem protrusam. Francofurti A. 1679. in 8. Opposita est C. C. S. (i. e. Christophori, Christophori filii, Sandii, Regiomonto Borussi, Neo-Arianorum promachi, ut ipsius *Bibliotheca Antitrinitariorum p. 170.*, post alios, docuit) *Problemati paradoxo de Spiritu Sancto, annon per illum sanctorum Angelorum genus intelligi possit?* Coloniæ (seu potius Roterodami) A. 1678. in 8. edito. Hoc noster, post Christoph. Wittichium, Theologum Acad. Lugduno-Batavæ Reformatum (de cujus atqve Sandii scriptis ἀμοιβαίοις *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jan. A. 1683.*, *p. 39. 40.*, possunt consuli), ex principiis ab adversario concessis, in *Assertione* ista, impugnavit, &, judice Joh. Fechtio (*in Programmate funebri*), in ea *vastum ingenium, & admirandam posteris industriam, & tot lingvarum scientiam, & exactum S. Lit. scrutinium, & solidum de antiqvitate judicium, ubiqve conspiciendum præbuit.* Commendatur etiam a Joh. Frid. Mayero, *in Disp. contra eandem Sandii de Sp. S. sententiam*, Hamburgi A. 1700. edita, *p. 7.*

Disp. de Semiprædestinatione Latitudinaria. Rostochii 1682. in 4. Examini subjicit novam Henr. Mori & Latitudinariorum Angliæ sententiam, qvi Deum ita arbitrantur hominibus gratiam suam dispertiri, ut pauci qvidam per illam irresistibiliter salventur, reliqvis autem ea sufficienti mensura distribuatur, sed relicta arbitrii libertate, ac omnes proinde, qvi damnantur, sua culpa perire. *Perqvam erudita* audit Joh. Fechtio *in Lectt. in Syllogen Controvv.*, *Disp. 20.*, *p. 277.*

Theses Anti-Socinianæ. Rost. 1682. in 4. Recusæ sub finem *Collegii Anti-Sociniani*, ibid. A. 1706. in 4.

Disp. de Sacramentis Veteris Testamenti. Rost. 1684. in 4.

Disp. de differentia inter Unionem personalem & mysticam. Rost. 1684. in 4.

Disp. de Animarum separatarum statu & conditione post mortem, Resp. Gothofr. Weisio (*Superint. postea Lüneburgensi*). Rost. 1684. in 4.

Disputationes IV. de Collegiis privatæ pietatis, qvarum I. de iis in genere, II. de collegiali dicendi libertate in Synaxibus Christianis, III. de Syncretismo Collegiali, & IV. de utilitate Collegiorum, commentatur. Rostochii A. 1685. & 1686. in 4. Auctiores deinde recusæ, sub titulo *Disputationum IV. de Collegiatismo, tam orthodoxo, qvam heterodoxo*, Lüneburgi A. 1692. in 4. Harum, institutionem Collegiorum pietatis haud improbantium, multoqve minus anathemate notantium, sed caute tamen in iis versandum, ne schismati occasionem præbeant, recte monentium, recensus exhibuerunt Encomiasticos Lipsienses, *in Actis Erud.*, *M. Sept. A. 1692.*, *p. 448. 449.*, & Henr. Basnagius, *in Historia*

operum eruditorum Gallica, M. Majo A. 1694., p. 219. 220. Merito autem ipsemet Autor, applausu hoc, ob prudentiam & moderationem suam, una cum eruditione, in argumenti hujus controversi tractatione, abunde (uti Lipsienses etiam observarunt) ostensas, dignissimus, *in præfatione* secundæ illarum editionis, utrique eas Theologorum Lutheranorum, de collegiis istis dissentientium, parti placuisse, sibi est gratulatus. E Defensoribus enim istorum Phil. Jac. Spenerus, in der Beantwortung des Unfuges der Pietisten, *c. 2., p. 145.*, & in den Theologischen Bedencken, *P. I., c. 2., Art. 4., Sect. I., p. 16., Sect. 17., p. 67., ac P. III., Art. 2., Distinct. 2., n. 31., p. 788.*, eas commendavit, imo, in Tr. von der Freyheit der Gläubigen vom Ansehen der Menschen, p. 116., hoc ornavit elogio: So hat der tapfere Rostockische Theologus, Herr D. Justus Chr. Schomerus, in seinen Dispp. de Collegiis privatæ pietatis, die materie so gründlich als iemand ausgeführet, und, wie der Irrgläubigen Collegia stattlich wiederleget, also, was auch vor Sorge und Bedencken in den wahren Kirchen dabey seyn möchte, klüglich überleget, mit was Behutsamkeit wer dergleichen einführen wolle zu verfahren sey, gezeiget, und nirgend sie, als etwas der Kirchen zu Schaden gereichendes, verworfen. Pari in pretio Joh. Winclerum illas habuisse, *Refutatio ejus Epistolæ Phil. Lud. Hannekenii contra Collegia pietatis vernaculæ* passim testatur. Sed &, ex ipsis horum Collegiorum adversariis, honorificum de iis tulere judicium Phil. Lud. Hannekenius, *in Epistola modo allegata p. 4.*, Joh. Fechtius *in Programmate de vita Schomeri funebri*, & Joh. Frid. Mayerus *P. IV. Musei Ministrorum Ecclesiæ p. 17.* Nec proinde immerito Gust. Georg. Zeltnerus (*in Diss. de Priscilla p. 50.*), laborem hunc Schomerianum *communi totius Ecclesiæ consensu esse probatum*, pronunciavit. Confer simile judicium Joh. Franc. Buddei in der Erzehlung von den Pietisten, *§. 21., p. 28. 29.* Solus Sam. Schelgvigius (im Erweise der Uebereilung D. Speners in seiner eilfertigen Vorstellung *p. 50.*), quæ Pietistis faveant in eo deprehendisse sibi visus, retractaturum hæc fuisse Autorem, si diutius vixisset, conjecit.

Disp. de Passione Domini. Rost. 1686. in 4.

Theses Anti-Jesuiticæ. Rost. 1687. in 4.

Theses Theologicæ de Justificatione. Rost. 1687. in 4.

Programma de servanda Orthodoxia in articulo de Peccato, D. Franc. Wolfio, Collegæ, oppositum. Rost. 1687. in 4.

Specimen Theologiæ moralis, quo vera & naturalia omnis juris atque honestatis principia breviter eruuntur, quinque Disputationibus propositum. Rostochii 1690. in 4. Nova atque auctior ejus editio ibidem A. 1707. & 1717. *in 8.* sub hoc prodiit titulo: *Theologia moralis sibi constans, seu Specimen Theologiæ moralis, V. Disputationibus, vera ac naturalia juris ac honestatis principia eruentibus, A. 1690. primum publici juris factum, nunc IV. aliis, postea additis, auctum, &, præter revisionem Autoris, qualicunque operis supplemento ex Collegio MS. completum. Accedunt Præfatio nova, & Sam. Pufendorfii ac Viti Ludov. Seckendorfii de illo ad Autorem Epistolæ.* Præfationem novam *αὐτάδελφον* fratri Autoris, Achilli Friderico Schomero, Consiliario Megapolitano, deberi, Anonymi testimonio, *superius*, jam est astructum. Editionis prioris recensum Lipsienses, *in Actis Erud., M. Jun. A. 1691., p. 253. 254.*, posterioris autem iidem, *Tomo IV. Supplementorum, Sect. IV., p. 157. 158.*, & Parisienses, *in Diario Eruditorum Gallico anni 1708., n. 52. (M. Dec.), p. 480. 481.*, exhibuerunt. Scriptum est plane egregium, sed, ob mortem Autoris immaturam, imperfectum. Quamvis enim, noluisse Schomerum hoc *Specimen* ulterius pertexere, sed novum potius ejusdem argumenti opus, alia methodo, res a ratione & revelatione pendentes sollicite discernente, concinnandum, suasu & exemplo Sam. Pufendorfii, esse molitum, perficere autem non potuisse, Joh. Frid. Mayerus (ad Joh. Phil. Palthenii, Professoris Gryphiswaldensis, & communis utriusque amici, narrationem provocans), *in Bibliotheca Scriptorum Theologiæ moralis*, Æg. Strauchii *Theologiæ morali* A. 1705. adjecta, *p. 25. 26. 27.*, & hanc secuti Lipsienses, *in Actis Erud., M. Dec. A. 1705., p. 561. 562.*, perhibeant, falsitatis tamen hæc relatio, suppressis Autorum nominibus, a Schomeri fratre modo laudato, *in præfatione nova*, editioni A. 1707. præmissa secundæ, *p. 10. 11. 12. 19-33.*, jam est convicta. Lipsienses, *l. c., M. Jun. A. 1691., p. 253. 254.*, hoc illud ornarunt elogio: *Universam hanc pædiam Theologiæ moralis sane accuratam, non ex lacunis Moralistarum, sed ex solis S. Scripturæ fontibus, ac juris naturalis fundamentis, idoneo ordine, ac puro & eleganti stylo, deducit: Ut optandum sit, Virum solida eruditione & judicandi facultate instructum telam, quam exorsus est, valde utilem pertexere.* Sam. Pufendorfius autem, in *Epistola ad Autorem*, editioni secundæ præmissa, sequenti: *Non pauca in iis subtiliter disceptata video, adversus recentiorum quorundam scita, profani quid spirantia, quibus moralis doctrina in universum non parum stabilitur. Nec dubium est, quin, ubi integrum opus, ad eum, quem designasti, modum, absolveris, ingens apud S. Lit. studio deditos facturus sis operæ pretium.* Imo idem Pufendorfius, uti Lipsienses (*in Actis Erud., T. IV. Supplem., Sect. IV., p. 158.*) testantur, *non tantum Schomerum, quamvis in constituendo Juris naturalis fundamento a se modeste dissentiret, ut Theologiam suam moralem absolveret, est hortatus, sed amico etiam quasi in aurem dixisse fertur, se, etsi publice hoc declarare commode non posset, convictum tamen esse in conscientia, & Schomeri principia, tanquam firmiora, & magis sufficientia, suis præferre.* De Vito Lud. Seckendorfio Phil. Jac. Spenerus, in literis ad Joh. Fechtium, secundæ *Speciminis* editioni præfixis, refert, eum, hoc lecto, ad se scripsisse, *se hujus generis simile nihil adhuc a nostris vidisse Theologis, quod exterorum celeberrimorum quorumcunque ἀγχίνοιαν & soliditatem æquaret, aliorum vero nostræ gentis, qui plerumque ingenii nervos scribentes minus intendunt, labores plurimum superaret.* Joh. Fechtius, in *Programmate de vita nostri funebri*, scriptum hoc *solidum subactumque* vocat, & mox sequentia in laudem ejus addit: *Specimen hoc Schomerianum a summi nominis Viro, Sam. Pufendorfio, tanti factum esse accepimus, ut, in illo scriptionis argumento, cæteris, quæ edita passim a Viris etiam doctissimis fuerunt, præripere palmam, omnium incorrupte arbitrantium judicio, statui merito debeat. Credimusque, si & cætera ex divino viri ingenio operi illi accessissent, tum demum numeris suis perfectum moralis Theologiæ corpus, quo nos destitui liberrime fateri debemus, nos habituros fuisse.* Joh. Mich. Langium (*in Diss. Proœmiali, Compendio Theol. moralis Joh. Conr. Durrii præmissa, §. 26.*), & alios, itidem illud commendantes, prætereo. Epitomen ejus, ni fallor, exhibent Joach. Ottonis, Rectoris Güstroviensis, *Theses doctrinæ moralis, juxta præscriptionem D. Schomeri, IV. Disputationibus propositæ*, & Güstrovii A. 1704. *in 8.* editæ, deinde vero, sub titulo *Doctrinæ J. C. Schomeri moralis in compendio*, cum *præfatione* D. Joh. Fechtii, Rostochii A. 1710. *in 8.* recusæ, de quibus *Nova Lit. Lubecensia A. 1704. p. 161., & A. 1705. p. 8. 202.*, possunt conferri.

Disp. de forma Fidei justificantis. Rost. 1690. in 4.

Disp. de functionis Ecclesiasticæ & Politicæ combinatione, Resp. M. Henr. Christ. Tielkenio, J. U. C., proposita. Rost. 1691. in 4.

Logica, cum accessionibus Joach. Ottonis, Rect. Güstrov., edita Rostochii A. 1695. *in 8.*, quæ illi *in Bibliotheca nominali*, Witebergæ A. 1703. excusa, *p. 226.*, tribuitur.

Lectiones privatæ, & Observationes Exegeticæ, in Epistolas Pauli ad Romanos & Corinthios, a D. Joh. Fechtio editæ. Rost. 1699. in 4.

Exegesis

Exegesis in omnes Epistolas S. Pauli minores ad Gal., Eph., Phil., Col., Thessal., Timoth., Titum & Philemonem, a D. Joh. Fechtio edita, cum præfatione sua de S. Literarum studio in Academiis exculto, duabusq; ejusdem argumenti Orationibus Academicis. Rost. 1700. in 4.

Exegesis in Epistolas S. Pauli ad Hebræos, Jacobi, & partem prioris Petri, a D. Joh. Fechtio edita, cum præfatione sua de Academicorum Doctorum, circa interpretandas S. Literas, & instillandam inde, tum sacrorum notitiam, tum animi pietatem, officio, uti & Programmate de particulari defunctorum pro vivis intercessione. Rost. 1701. in 4. Recensum ejus Parisienses *Novo Diario Erud. Gallico anni 1702., T. II., P. II., n. 31., p. 88-92.*, inseruerunt. Fechtio (*in præfat. Analyseos J. G. Dorschei in Esaiam p. 18.*) judice Exegeses hæ atqve præcedentes observationibus *concisis qvidem, sed accuratissimis selectissimisqve*, libros sacros illustrant.

Collegii Controversiarum novissimarum in universam Theologiam, A. 1682. habiti, &, post Autoris obitum, a D. Henr. Asc. Engelke, Prof. Theologo Rostochiensi, publice ventilati, Disputationes XIII. seorsim publicatæ Rostochii A. 1702. & 1703. in 4., junctim vero recusæ, cum editoris Engelkii Diss. Proœmiali de Sententiis in S. Scripturam injuriis, & in tractanda illa minus tutis, ac D. Joh. Fechtii Præfatione Isagogica, ibidem A. 1703. 1711. 1721. in 4. V. de iis *Nova Lit. Lubecensia A. 1702., p. 155-158. 189. 190. 219-222. 251. 254. 255. 316. 319., & Anni 1703., p. 170. 192.* Commendantur a Val. Ern. Löschero in den Unschüldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 3. A. 1704., p. 180-183.*

Collegium Anti-Socinianum in universam Theologiam, Præside D. Henr. Asc. Engelke, editore, XIII. publicis A. 1704. & 1705. Rostochii subjectum disputationibus, totum vero, una cum Schomeri Thesibus Anti-Socinianis (jam ante A. 1682. seorsim editis), & Engelkii Disp. de damnabili Socinianismi gangræna, sive Sectæ Socinianæ natura, autoribus, antecessoribus atqve progressu, publicatum ibidem A. 1706. in 4. Recensum ejus V. in *Novis Lit. Lubec. A. 1704., p. 174. 230. 235. 258. 263. 323., Anni 1705., p. 4. 33. 34. 66. 98. 99. 195.*, & *anni* præsertim *1706., M. Jun., p. 161-167.* Recusum est Rostochii A. 1725. in 4.

Collegium Anti-Calvinianum in universam Theologiam, a D. Henr. Asc. Engelke editum, & publicis A. 1706. ac 1707. Rostochii ventilatum disputationibus, totum vero, adjecta Engelkii Dissertatione de Controversiis Reformatorum domesticis, publicatum ibidem A. 1708. in 4. V. de illo *N. L., Lubec. anni 1706., p. 128. 129. 130. 259. 260., & anni 1707., p. 4. 5. 33. 34. 38. 39. 194. 195.*, nec non *Nova Lit. Germ. A. 1709., p. 134.*

Oratio in gaudia festi Paschalis. Rost. in 4. (*Catal. Rosenkranz.*)

Disp. de officio Voluntatis & Affectuum, in *Catalogo* qvodam memorata, qvam *Speciminis Theologiæ moralis* partem esse conjicio.

Disputationes Theologicæ Inaugurales, illo Præside propositæ, qvibus erudita præmisit Programmata.

1. Joh. Wilh. Petræi, Superint. Lüneburg., Christus omnia in omnibus. Rost. 1686. in 4.
2. Jac. Hier. Lochneri, Norib., Superint. Brem., Disp. de Separatismo. Rost. 1686. in 4.
3. Gottlob. Frid. Seligmanni, Zittaviensis, Prof. tunc Rostochiensis, de sentiendi & credendi Libertinismo. Rost. 1686. in 4.
4. Jac. Dorncreilii, Lüneburgensis, de nobili studio Harmoniæ sacræ. Rost. 1686. in 4. (Recusa hæc est in fronte *Bibliorum* ejusdem Dorncreilii *Historico-harmonicorum & Dogmatico-parallelorum*, Lüneburgi A. 1686. *in fol.* Germanice editorum.)
5. Jac. Winnemeri, Archidiaconi Stettinensis, Scrutinium arcanorum Jehovæ, qvæ Moses Devt. XXIX. 29. revelavit. Rost. 1690. in 4.

II. GERMANICUM.

Gewissensfreudigkeit im Tode, oder Leichpredigt über Aug. Varenium, Th. D. und Prof. primarium auf der Rostockischen Academie, aus 2. Cor. I. 12. Rost. 1684. in 4.

INEDITA.

Annotationes in IV. Evangelistas & Epistolas Catholicas, qvarum editionem Joh. Fechtius, *qvolibet* eas *auro* vocans *pretiosiores, in præfat. Annott.* ejusdem *in Epistolas Pauli minores*, & *Orat. II. de studio Biblico*, his subjuncta, est pollicitus.

Institutiones Theologiæ Moralis, privato propositæ Collegio, e qvibus supplementa qvædam *Specimini Theologiæ moralis*, in secunda editione, A. 1707. sunt adjecta. V. hujus *præfationem p. 16.*

Observationes ad Hug. Grotii libros de Jure Belli & pacis, in Collegio propositæ Academico, qvas Autor ejusdem *præfationis p. 16.*, & Car. Arndius *in Bibliotheca Politico-Heraldica p. 66.*, allegant.

Collegium Anti-Papisticum, cujus, disputationibus a se ventilandi publicis, editionem D. Henr. Ascan. Engelke promisit. V. Anonymi Neuen Vorraht von allerhand Büchern, *Sect. II., p. 201.*

JOHANNES SCHÖNBACHIUS, Lubecensis, J. U. D., Christiani IV., Daniæ Regis, ab A. 1608., per 27. annos, in Ducatibus Cimbricis, Consiliarius, Principisqve Holsatici, per triennium, Procancellarius (1.), Canonicus Slesvicensis, d. 7. Mart. A. 1635. Kilonii vivis excessit. Maritus fuit Reginæ Finckelthusiæ, paterqve ex illa Joh. Christoph. Schönbachii, J. U. D. & Cancellarii provincialis Slesvigo-Holsatici, socer autem Theod. Lentii, Cancellariæ in aula Friderici III., Regis Danici, Germanicæ Præsidis (2.). Carminibus eum celebrarunt Mich. Clenovius Jun. *in Tyrociniorum Poeticorum Myrmeciis p. 48. 49. 50.*, Georg. Nicol. Erasmi *Lib. II. Anagrammatum ἐμμέτρων, n. 55.*, Nicolausqve Scribonius *Lib. I. Lusuum Gottorpiensium p. 14.*, & ultimus qvidem hoc nominis Anagrammate:

Joannes Schönebachius. Eho, an hic bonus? Sic sane.

Poema Elegiacum de S. Johanne Baptista, Christi præcursore. Rostochii 1597. in 4.

Illustrium Qvæstionum Juridicarum Disputationes XX., ab eo Præside propositæ. Jenæ 1604. in 4.

CHRISTOPHORUS LUDOVICUS SCHÖNBACHIUS, Kiloniensis, Johannis, modo laudati, nepos, & Joh. Christophori, Cancellarii provincialis Slesvigo-Holsatici, filius, J. U. D.

Theses miscellaneæ Inaugurales ex jure Civili, Canonico & feudali, Præside D. Bernh. Schultzio. Kilonii 1680. in 4.

FRIDERICUS WILHELMUS SCHÖNBACHIUS, Kiloniensis, frater præcedentis germanus, J. U. D. & Cancellariæ in Ducatibus Cimbricis regiæ Glückstadiensis Assessor, A. 1693. superstes.

Theses Inaugurales ex Jure Civili, Canonico & feudali, Præside D. Bernh. Schultzio. Kilonii 1677. in 4.

(1.) V. *Vitas Professorum Groningensium, in Vita Nic. Langii, JCti, filii ejus soceri.* (2.) V. Pet. Resenii *Inscriptiones Hafnienses p. 462.*

JOHANNES CHRISTOPHORUS SCHÖNBACHIUS Junior, Joh. Christophori Senioris itidem filius, Kiloniensis, J. U. D., & Præfectus in Seelandia Danica, circa A. 1698., Callundburgensis, Draxholmensis ac Seebygardensis.

Theses miscellaneæ Inaugurales ex Jure Civili, Canonico & feudali, Præside D. Bernh. Schultzio. Kilonii 1680. in 4.

FRANCISCUS HENRICUS SCHÖNEMANN, Hamburgensis, a Diaconatu Grödensis in præfectura Ritzbüttelensi Ecclesiæ ad Pastoratum ædis in suburbio Hamburgensi Paulinæ Kal. Maji A. 1701. avocatus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1701., p. 190.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 914.*

Das durch GOttes Gnade gewonnene Judenhertz, in der Person Simon Joels, eines zum Galgen verurtheilten, und darauf in der Hamburgischen Frohnerey bekehrten und getauften, Juden. Hamburgi 1710. in 4. ibid. 1719. in 4.

STEPHANUS a SCHÖNEVELD, Hamburgensis, Med. Doctor Rostochii A. 1591. creatus, Joh. Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, per annos XVI., & qvod excurrit, ad A. usqve illius fatalem 1616., Archiater, & Practicus deinde in patria celebris (1.); Medicus eruditissimus, & solers admodum naturæ scrutator.

Disp. Inaug. de Scorbuto. Rostochii 1591. in 4.

Ichthyologia, & nomenclatura Animalium marinorum, fluviatilium, lacustrium, qvæ, in florentissimis Ducatibus Slesvici & Holsatiæ, & celeberrimo emporio Hamburgo, occurrunt trivialia, ac plerorumqve, hactenus desideratorum, imagines, breves descriptiones & explicationes. Hamburgi A. 1624. in 4. maj. (*Catalogus nund. A. 1649. vern. Lipsiensis*, qvi *p. 21.*, A. 1649. eam denuo ibidem prodiisse, tradit, fidem haud meretur.) Ob librum istum, in qvo aqvatilium historiam piscibus aliqvot nostratibus, qvorum antehac nulla aut perexigua facta erat mentio, esse auctam, *Epistola* ad Hier. Voglerum, Consulem Hamb., *dedicatoria* vere perhibet, Autor & *clarissimis Historiæ piscium naturalis scriptoribus*, a Lipsiensibus, *in Actis Erud., M. Apr. A. 1687., p. 169.*, & viris de historia Chersonesi Cimbricæ naturali optume meritis a me, *P. I. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 3., p. 13.*, & Scriptoribus Medicis a Joh. Ant. Lindano, *Lib. I. de illis p. 578.*, merito est annumeratus. Thom. Bartholinus, *Diss. VI. de Medicina Danorum domestica p. 275.*, hoc eum, (jam ante etiam *Diss. I. p. 28.* commendatum) ornavit elogio: *Ichthyologiam, seu nomenclaturam animalium marinorum, fluviatilium, lacustrium, in Ducatibus Slesvici & Holsatiæ, ac emporio Hamburgo, trivialium, conscripsit Steph. a Schonevelde, Medicus doctissimus, qvæ, ex mari Balthico, Oceanoqve Germanico, illabentibusqve amnibus, fluviis, & mediterraneis locis, curiose pariter & erudite collegit & illustravit.*

AUGUSTUS a SCHÖNFELD.

Aufrichtige Erwegung der Erläuterung der Fürstl. Mecklenburgischen Kirchen-Ordnung, so A. 1708. publiciret ist, was darinn theils sonderlich preißwürdig, theils auch anstößig, vorgekommen, dem Herrn Autori, D. Joh. Petro Grüneberg, Professori Theol. zu Rostock, vorstellend. Hamburgi 1709. in 4. V. de illa *Nova Liter. Germanica, M. Sept. A. 1709., p. 372. 373.*, & Val. Ern. Löscheri Unschuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 8. A. 1709., p. 464-467.*

ALBERTUS SCHOOPE, Hamburgensis, Musicus & Organoedus Ducis Megapolitani aulicus.

Exercitia vocis; das ist: Theils Deutsche, theils Lateinische, Concerten, mit einer Stimme, und beygefügtem Basso continuo. Hamburgi 1667. in fol.

JOHANNES SCHOOPE, Musicus Hamburgensis eximius, ob peritiam artis suæ a Joh. Balth. Schuppio celebratur, tum *cap. 4.* des Regentenspiegels (*in Opp. p. 45.*), tum im Unterrichteten Studenten (*in Append. Opp. p. 247.*). Qvo loco ultimo eum vocat einen wolberühmten Mann, additqve Musicos tribus Hamburgensibus, illi scil., Scheidemanno & Wechmanno, pares in aliqvot aulis sacellisqve regiis ac electoralibus non inveniri. A Joh. Ristio, *in præfatione Hymnorum cœlestium*, & carmine peculiari vernaculo, im Poetischen Schauplatze, *p. 37-44.*, obvio, itidem extollitur, ac, *in Parnasso Teutonico p. 309.*, Amphion alter salutatur.

Neuer Paduanen, Galliarden, Allemanden, Balletten, Couranten und Canzonen, mit 3. 4. 5. und 6. Stimmen, nebst einem Basso continuo, Erster Theil. Hamburgi 1633. & 1640. Ander Theil, ibid. 1635. & 1640. in 4.

Geistlicher Concerten, mit 1. 2. 3. 4. und 8. Stimmen, sambt beygefügtem Basso continuo, vor die Orgel, Erster Theil. Hamb. 1644. & (*juxta Catal. nundin.*) 1650. in 4. Joh. Ristii Carmen Encomiasticum, ei præfixum, legitur etiam im Poetischen Schauplatze, *p. 83-84.*

Modi Musici, cum qvibus, ab ipso in gratiam Autorum additis, prodiere:

1. Joh. Ristii Himlische Lieder, Lüneb. 1644. 1652. & 1658. in 8.
2. Ejusd. Frommer Christen alltägliche Hauß-Musick, Lüneb. 1654. in 8.
3. Phil. a Zesen Dichterische Jugend- und Liebesflammen, Hamb. 1651. in 12.
4. Ejusd. Geistliche Wollust Salomonis, oder Hohes Lied in Dattelreimen, Amstelod. 1657. in 12.
5. Des flüchtigen (*i. e. Jac. Schwiegeri*) Flüchtige Feldrosen. Hamb. 1655. in 12.

GERHARDUS SCHOTTE, Hamburgensis, patre Antonio Reinhardo, mercatore, d. 30. Apr. A. 1641. natus, Juris utriusqve, cui, ab A. 1661., Helmstadii (Conringii convictu gaudens) & Heidelbergæ vacaverat, Licentiati titulum Basileæ A. 1665. obtinuit, Galliamqve deinde, Germaniam, Italiam, Belgium & Sveciam, peragravit. Hamburgum redux, Judicii inferioris Actuarius & Archivarius A. 1682., Senator autem d. 16. Aug. A. 1693., est constitutus, ac dysenteria tandem, qvam esu sibi pomorum accersiverat, d. 25. Oct. A. C. 1702., ætatisqve 62., extinctus, duas filias, cum vidua Anna Cæcilia a Spreckelsen, A. 1671. ducta, reliqvit superstites. Ludorum Hamburgensium Musico-Scenicorum, qvos *Opera* cum Italis vocamus, fundator & director fuit præcipuus, &, ob istorum patrocinium, controversiæ cum Abr. Hinckelmanno, Antistite cordatissimo, est implicitus. Vitæ ejus Synopsin *Nova Literaria Lubecensia, M. Nov. A. 1702., p. 344.*, *Nova literaria Germanica, M. Jan. A. 1703., p. 37.*, & Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Historicæ Anni 1702. vernaculæ, num. 45., p. 359. 360.*, exhibent. Joh. Alb. Fabricio (*in Progr. funebri de vita Hier. Hartw. Molleri, Consulis, p. 2.*) *Vir* audit *omnium elegantiarum*, Collectoribus vero *Nov. Lit. German.* (*l. c.*) *Vir ob amorem in literas, experientiam Architectonices, collectam nummorum ex antiqvis rariorum suppellectilem, instituta exqvisitioris operis dramata, & florentem in patria Musicam, celeberrimus.* A Joh. Dan. Majore qvoqve (*in Tr. de Nummis Græce inscriptis p. 96.*) ob curiositatem nummariam, ac Autore der geöfneten Raritäten- und Naturalien-Kammer (*P. III.* des geöfneten Ritterplatzes), *p. 143.*, ob Musei talis collectionem, commendatur. Bibliothecæ defuncti Catalogus Hamburgi A. 1704. *in 8.* prodiit.

Disp. Inaug. de Substitutione vulgari. Basileæ 1665. in 4.

Viet

(1.) V. *Ep. Dedic. Ichtyologiæ.*

Vier Bedencken fürnehmer Theologischer und Juristischer Facultäten zu Rostock und Wittenberg, wie auch D. Joh. Frid. Mayers, was von den Opern zu halten, von ihm außgegeben. Francofurti 1693. in 4. Judicia hæc, sumptu suo, A. 1687. jam collegerat; sed A. 1693. demum edidit, & D. Abr. Hinckelmanno, Pastori Hamburgensi Catharinæo, in ludos istos scenicos sæpius in sacris invecto sermonibus, opposuit.

CHRISTIANUS ULRICUS SCHREIBERUS, Slesvicensis, Chirurgi aulici filius, Medicinæ Doctor Kilonii d. 30. Dec. A. 1706. creatus. V. *Nova Lit. Lubec. A. 1707. p. 124.*

Disputationes Medicæ, Præside D. Günth. Christoph. Schelhammero, Autore, ab eo & Christoph. Mart. Burchardo, A. 1700. 1701. 1702. & 1703., alternis defensæ, Kilonii in 4. V. *Nova Lit. Lubec. A. 1700. p. 255. 272. 379., A. 1701. p. 78. 208., & A. 1703. p. 62.*

Disp. altera de Resolutione corporum per ignem, Præside eodem. Kil. 1702. in 4.

Qvid pro qvo, seu Disp. de Substitutis Therapevticis, Præside D. Wilh. Huld. Waldschmidio. Kil. 1702. in 4.

Disp. an herba Thee exiccandi virtute polleat, Præside D. Car. Frid. Luthero. Kil. 1703. in 4.

Disp. Inaug. de Calculo renum (*qvo ipse laborabat*), Præside D. Wilh. Huld. Waldschmidio. Kil. 1703. in 4.

FRIDERICUS SCHREIBERUS, Rendesburgensis, J. U. D. & Cancellariæ regiæ Glückstadiensis Advocatus, A. 1709. mortuus.

Disp. Inaug. de Commentariensibus, Præside D. Engelb. Wippermanno. Rintelii 1678. in 4.

GABRIEL SCHREIBERUS, Rendesburgensis, J. U. D. Francofurti ad Viadrum A. 1693. creatus (1.), Advocatus initio Slesvicensis, deinde Fisci Ducalis Holsato-Gottorpiensis patronus, & Principis tandem ipsius, ab A. circiter 1704., Consiliarius aulicus; gener Pet. Axenii, JCti Slesvicensis doctissimi, *Epistola* ei peculiari de Doctoris gratulati titulo. Obiit Slesvigæ M. Sept. A. 1722.

Disp. Inaug. de Subtilitatibus juris utilibus, Præside D. Pet. Schultzio. Francofurti ad Viadrum 1692. in 4.

MATTHIAS SCHREIBERUS, Lubecensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Judiciis. Gryphiswaldiæ 1651. in 4.

ALBERTUS SCHREININGIUS, Hamburgensis, d. 12. Jan. A. 1633. natus, e Gymnasio patriæ, Themidi litaturus, A. 1654. discessit, lustroqve Altorfii, biennio Heidelbergæ, tribusqve semestribus Spiræ, exactis, in itinere, qvod A. 1663. orsus est, per Italiam, Galliam, Britanniam & Belgium, literario, Aureliæ Doctoris reportavit titulum. Hoc ornatus in patriam rediit, & duplici conjugio cum Gesa a Fechte A. 1664., & Elisabetha Hormannia A. 1669., inito, ex illa nullos liberos, ex hac autem filios duos, sed brevis ævi & ante se extinctos, sustulit. Syndicus urbis Hamburgensis, in locum D. Joh. Mülleri, d. 20. Febr. A. 1672. electus, tanta hoc munus integritate & dexteritate, per annos XVII., administravit, ut civium universorum, non expectationem solum, sed & vota, superaret, tredecimqve legationes, duas scil. ad Imperatorem, & secundam qvidem triennio (ab A. 1676. ad 1679.) continuatam integro, unam ad Regem Galliæ, qvinas ad Regem Daniæ, unam ad Electorem Saxonicum, & qvatuor deniqve ad Georgium Wilhelmum, Ducem Brunsvico-Cellensem, summa obiit fide atqve diligentia. Ex studiorum assiduitate corpus, ab eo jam tempore, qvo Heidelbergæ his vacabat, causarium habuit ac debile, crebrisqve morborum insultibus obnoxium, febriqve tandem hecticæ, ac catarrhis pectoris, pie d. 8. Maji A. C. 1688., ac ætatis 55., defunctus, succubuit. Posthumus ei laudator obtigit Georg. Eliezer Edzardus, Gr. & Hist. Professor Hamburgensis, qvi, in *Programmate* Biographico *funebri*, A. 1710. *Parte I. Memoriarum* Joh. Alb. Fabricii *Hamburgensium (p. 456-475.)* recuso, *ingenium ei sublime, animum præsentissimum & infractum, memoriam admirabilem, acrimoniam judicii rarissimam, facundiam ingenitam incredibilem, doctrinam vel invidia fatente exqvisitissimam, & prudentiam eximiam, communemqve modum supergressam*, tribuere non dubitavit. Non minus fuse ab eodem celebrantur pietas ejus ἀνυπόκριτος, cujus instinctu nunqvam fere curiam adiit, qvin templi prius limina salutasset, & agenda Numini precibus commendasset seriis, justitiæ amor perpetuus, & ab omni δωροφαγία alienissimus, candor infucatus & spuriæ Psevdo-Politicorum contemptor prudentiæ, αὐτάρκεια, humanitas, omnibus inserviendi promptitudo, beneficentia in egenos, animi tranqvillitas, & vitæ ἀνεπιλήπτου sanctitas, aliæqve virtutes, hoc ævo, tum alibi, tum in patria ipsius, inter istius ordinis homines, rarissimæ. *Vir* tandem ei audit *Syndici vere optimi nomen, mensuram, partes numerosqve omnes, implevisse credendus, Syndicus semper ἔνδικος, nunqvam ἄδικος, nunqvam ὑπόδικος, qviqve τοὺς ἀντιδίκους, &, vel cum justitiæ sacerdote Samuele, in publico & solennissimo conventu, omnes, qvotqvot adessent, provocare, si qvis esset, qvi vel corruptæ justitiæ, vel alterius criminis, reum peragere posset, intrepidus auderet; Vir ad omnes res aptus, ad ungvem factus, omnibus virtutum numeris dives, & πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.*

Observationes ad Jus statutarium Hamburgense, præjudiciis illustratæ, qvas eum ἀνεκδότους reliqvisse, a Viro Consultissimo, Ulr. Winckelio, J. U. L., sum edoctus.

HENRICUS SCHRITSMEIER, Dithmarsus, Med. D., & Falstriæ ac Lalandiæ, insularum Danicarum, Medicus, circa A. 1670. (qvo Carmen Leonh. Schritsmeieri *Speculo* præfixit *Politico*), provincialis.

Disp. Inaug. de Asthmate. in 4. (*Catal.*)

LEONHARDUS (2.) SCHRITSMEIER, Meldorpio Dithmarsus, Hafniæ Danorum A. 1670. (qvo *Speculum* suum *Politicum* Senatui inscripsit Lüneburgensi) commoratus.

Speculum Politicum, qvo exhibentur nobilissimæ & selectissimæ qvæstiones, ex Jure publico decerptæ, artificiosa & perspicua methodo pertractatæ, & Historicorum flosculis exornatæ. Francofurti A. 1670. (*&, juxta Beughemii Bibliogr. Jurid., 1673. etiam*) in 8. Commendatur a Dan. Hartnaccio *P. I. Bibliothecarii Hodegi p. 69.*

Juristenspiegel, durch Anleitung des Sprichwortes: Juristen sind böse Christen, aufgesetzt, von Leonh. S. Hamburgi 1666. & (titulo leviter mutato, cum accessionibus qvibusdam) 1701. in 12. Confer de illo (cognominis Autoris sui literam tantum exprimente initialem) Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Psevdon, c. 11., p. 460.*

PETRUS SCHRITSMEIER, Dithmarsus, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de Epilepsia. Trajecti ad Rhenum 1680. in 4.

ANDREAS SCHRÖDERUS, Flensburgensis, Marci, Consulis, filius, Jurisconsultus pariter atqve Philologus haud ignobilis, post reditum ex Academia (in qva A. 1608. vixit) Witebergensi, aliisqve exoticis, vitam in ædibus civitatis

(1.) V. Georg. Pet. Schultzii *Diss. I. de claris Marchicis p. 14. 15.*

(2.) *Wilhelmus* perperam appellatur ab Ad. Rechenbergio, *in Diss. de propagatione Religionis violenta, §. 24.*

civitatis patriæ Meerfeldianis, otii literarii (pro qvo Apologiam suo *de Religionum variarum toleratione Discursui* A. 1622. præmisit) amantissimus, egit privatam, testamentiqve Meerfeldiani d. 27. Oct. A. 1617. adscriptus Curatoribus, A. 1638. vivis excessit. Exuviæ sepulchro soceri Henr. Meerfeldii, Consulis, in æde Fleusburgensi Mariana, sunt illatæ.

Oratio de laudibus Jurisprudentiæ. Witebergæ 1608. in 4.

Palatinus novus. Francof. A. 1612. in 8.

Epistolarum liber. Francofurti A. 1611. & Spiræ 1613. in 8. (*juxta P. Bolduani Biblioth. Philos. p. 159.*), Spiræ A. 1612. in 8. (*juxta Biblioth. Carpzovianam & Catalogos alios*). Mihi non est visus, sed a Joach. Morsio tamen (*in Albo MS. f. 914.*) itidem illi tribuitur.

Somnium pro laude Ruris. Rostochii 1618. in 4.

Discursus, num variæ Religiones, uno in regno, principatu & ditione, tolerandæ, ex *Monitis & Præceptis* suis *regiis* ab ipso excerptus, & publici juris factus. Accedit Præfatio Apologetica pro Autoris otio ac secessu. A. 1622. in 4.

Adhortatio ad amicos & populares, de Saltatoribus & Saltationibus Platonicis, venustis, pudicis, probatis, recipiendis, invenustis autem, impudicis & Platonicis improbatis, rejiciendis. A. 1622. in 4. Commendatur a Thoma Bartholino *Diss. VI. de legendis libris p. 166.*

Vita Francisci Petrarchæ, literatorum Phœnicis ac parentis. A. 1622. in 4. Commendant hanc Joh. Henr. Hottingerus *in Analectis Historico-Theologicis, Diss. I., p. 12.*, Mart. Hankius *Lib. II. de rerum Romanarum scriptoribus p. 331.*, & Joh. Hallervordius (*summa* eam *diligentia e scriptis Petrarchæ collectam esse* judicans, sed Autorem *Johannem* perperam appellans) *in Spicilegio de Historicis Latinis p. 58.*

Discursus Laconicus de Militia, ad Ægid. a Lancken, Consiliarium Holsaticum. Hamb. 1630. in 8.

Nihil, cum præfatione ad Neminem: Sine loci anniqve mentione, in 4.

Monita & præcepta regia inedita.

Libellus de vita aulica ei tribuitur *P. I. Biblioth. Kielmansegg. p. 862.*

BENEDICTUS GEORGIUS SCHRÖDERUS, Slesvicensis.

Oratio valedictoria de Juditha Holofernem in castris interficiente, in Schola Lubecensi A. 1662. recitata. Lubecæ 1662. in 4.

BERNHARDUS SCHRÖDERUS, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, M. Junio A. 1691. defunctus.

Disp. Inaug. de Apoplexia, *in 4.* edita, & in *Catalogo* qvodam memorata.

BERNHARDUS SCHRÖDERUS, Hamburgensis, cui in Ott. Sperlingii Jun. *Indice MS. Scriptorum Hamburgensium* tribuitur Carmen Hebraicum & Græcum, cum Jena discederet, illic A. 1678. *in 8.* editum.

GEORGIUS SCHRÖDERUS, Flensburgensis, Johannis, Senatoris urbani, e Magdalena Boysenia, filius, Marciqve Schröderi & Joh. Boysenii, Consulum, nepos, J. U. Licentiati titulum Giessæ A. 1662. adeptus, Legati initio in Angliam Danici fuit Secretarius, deinde vero Cancellariæ Ducatuum Cimbricorum regiæ Glückstadiensis Consiliarius, &, ab A. 1697., Procancellarius, simulqve, ab A. 1684., Helgolandiæ, a Rege suo Holsatico Duci ereptæ, per annos aliqvot, donec pax restitueretur, Gubernator. Obiit M. Febr. A. 1713.

Disp. Inaug. de Gratificatione. Giessæ 1662. in 4.

GERHARDUS SCHRÖDERUS, Hamburgi, patre cognomine, Civium Centurione, d. 12. Aug. A. 1659. natus, cum e patriæ discessisset Schola ac Gymnasio, Theologiæ primum, ab A. 1679., Witebergæ & Rostochii, deinde vero, post apostasiam studiorum, Juri, ab A. 1682., Lipsiæ (ductu præsertim Christ. Thomasii, a qvo Ulr. Huberi Positiones in Instituta & Pandectas, Scholiis auctæ propriis, ei sunt inscriptæ) & Altorfii, dedit operam. Altorfii J. U. Doctor A. 1685. creatus, mox Spiram, & A. 1686. Comitia Ratisbonensia, Aulamqve Cæsaream Vindobonensem, adiit, ac, eodem atqve seqventi 1687., Italiam, Galliam, Angliam & Bataviam, peragravit. Hamburgum redux praxi vacabat forensi, ac, d. 14. Jan. A. 1689., conjugium, sed sterile, cum filia D. Rutg. Rulandi, Syndici, contrahebat unica. A. 1698. Kal. Sept. urbis patriæ Senator a civibus, senatu invito, est electus, ab hoc tamen A. 1699. d. 4. Aug. confirmatus, ac A. 1703., eodem die in consularem evectus ordinem, dignitati huic, Ordinis sui Senior, d. 28. Jan. A. 1723. immortuus. Nummi, Consulatus ejus consecrati auspiciis, iconem *Novorum Germaniæ literariorum* Collectores, *M. Sept. A. 1703., p. 360.*, exhibent. Ab iisdem, *M. Jan. A. 1703., p. 40.*, *Vir de patriæ re, & publica, & literaria, optime meritus*, ac, *M. Sept. A. 1703., p. 359.*, *Vir multis prudentiæ ac virtutum encomiis, solida, tum in Jure, tum reliqvis doctrinarum generibus, eruditione, & insigni antiqvitatum studio, celebris*; a Joh. Alb. Fabricio (qvi *Bibliothecæ* etiam *Græcæ libros duos priores* A. 1705. ei Epistola inscripsit encomiastica), in præfatione *Partis I. Memoriarum Hamburgensium*, *gnarissimus rerum patriæ suæ meritissimusqve Consul*, a Georg. Eliez. Edzardo autem (*loc. cit. nd.*) *Vir multæ lectionis stupendæqve eruditionis, ad hæc judicio acri, in caussis cognoscendis sagacissimus, in dijudicandis expeditissimus, in rebus gerendis in defessi prorsus & durati animi*, appellatur. Confer de illo Barth. Feindii Jun. *P. I. Poem. Germ. p. 623.*, & Georg. Eliez. Edzardi Programma funebre, uberiorem vitæ suppeditaturum historiam. Recusum illud est, adjectis Epicediis qvibusdam, Hamburgi A. 1723., in Joh. Alb. Fabricii *Memoriarum Hamburgensium Qvinto* (cui effigies ejus præfixa est) *Volumine, p. 371-396.*

Positiones Juridicæ selectiores Inaugurales. Altorfii 1685. in 4.

Fasti Proconsulares & Consulares Hamburgenses, sive Series continua duplex, Chronologica atqve Alphabetica, Dominorum Proconsulum & Consulum (*i. e. Senatorum*) reipublicæ inclytæ Hamburgensis, ab A. C. 1299. ad 1709. Accedit Syndicorum, Physicorum & Secretariorum ejusdem, accurata recensio. Cum præfatione Joh. Mülleri, Med. D. & Phys. ac Poes. in Gymn. Hamb. Professoris. Hamburgi 1709. in fol. Scriptum ἀνώνυμον, Herm. Röveri, Secretarii & Senatoris Hamburgensis (A. 1543. defuncti) Catalogum Consulum & Senatorum Hamburgensium vernaculum ἀνέκδοτον emendatum, & ultra sesqvisecculum continuatum, exhibens, cujus Autorem esse Schröderum *Nova Germaniæ literaria, M. Mart. A. 1709., p. 157.*, testantur. Commendatur a Joh. Alb. Fabricio, *P. I. Memor. Hamburg. p. 483.*, &, teste illo, a Parisiensibus, *in Ephemeridibus Erud. Gallicis A. 1709., M. Apr., p. 217.*

Fasti Proconsulum atqve Consulum (*sive Senatorum*) Hamburgensium soli, ab A. 1292. ad 1710., secundis curis auctiores, & singulis annis, qvotqvot in Senatu fuerunt, enumerantes, ἀνωνύμως editi Hamburgi A. 1710. in fol. Recusi sunt ibid. A. 1721. *in fol.* & ad annum qvidem istum continuati, auctiqve præterea Proconsulum & Senatorum Tabulis Genealogicis ac Insignibus.

Vitæ & res gestæ complurium Consulum, Syndicorum & Senatorum Hamburgensium, qvibus Historia Hamburgensis fere universa præclare illustratur, cum eorum insignibus & stemmatibus gentilitiis, publicandæ. V. D. Joh. Mülleri *Præfationem Fastorum ipsius Hamburgensium*, &, ex illa, *Nova Lit. Germ.*, *M. Mart. A. 1709.*, *p. 157.*

Præclara qvædam alia, ad Historiæ lucem, & urbis Hamburgensis decus atqve antiqvitatem, facientia, qvæ Joh. Alb. Fabricius, *in præfat. ad Pet. Lambecii libros duos Rerum Hamburgensium*, ab illo jussit expectari.

Scripta varia inedita, Hamburgensium res atqve historiam spectantia, a se elaborata, superstes Archivo, teste Edzardo, donavit urbano. Molitus etiam esse traditur, & magnam partem absolvisse, eine umbständliche Beschreibung der Stadt Hamburg, und von ihrem allmähligem Anwachse, und übrigen Veränderungen; cujus Tabulæ aliqvot, diversam urbis diversis temporibus sistentes faciem, æri jam, ipsius jussu, sunt incisæ.

M. HENNINGUS SCHRÖDERUS, patria, ni fallor, Hamburgensis, Gymnasii certe urbis illius, circa A. 1634., alumnus, Scholæ, in Ducatu Bremensi, Stadensis A. 1646. Conrector, & Lemgoviensis in Westphalia A. 1652. Rector; *Vir*, judice Henr. Ernstio (*in Aristarcho Philosophico p. 78.*), *maxime pius, & solide eruditus.*

Disp. de principio cognoscendi in doctrina morali, in schola Stadensi habita. Hamburgi 1646. in 4.

Disqvisitiones de principiis Corporum naturalium, in schola Lemgoviensi propositæ. Hamb. 1652. in 4.

Epitome Scholastica Logicæ Peripateticæ. Francof. 1658. in 12. (*Catal.*)

HENRICUS SCHRÖDERUS, Hamburgensis, Joh. Adolphi Buchwaldii, Eqvitis Holsati, in Acad. Argentinensi, circa A. 1643., Ephorus (1.), J. U. Licentiati titulum ibidem seqventi 1644. adeptus, patriæ urbis, ab A. 1668., fuit Secretarius, &, cum munere hoc d. 13. Aug. A. 1683. se abdicasset, non multo post A. 1684. obiit. V. *Catalogum Secretariorum Hamburgensium, in Appendice Chronici Hamburg. Adelungiani obvium.*

Disp. Inaug. de Compensatione. Argentinæ 1644. in 4.

HENRICUS SCHRÖDERUS, Wilstria Stormarsus.

Predigt von der ewigen Sonnen der Gerechtigkeit, Christo Jesu, auß Mal. IV. 2. Glückstadii 1649. in 4.

De boni laboris glorioso fructu; das ist: Eine Predigt von König Davids Christ-geistlichen Buß- und Erneurungs-Arbeit. Glückst. 1650. in 4.

JACOBUS SCHRÖDERUS, Senatus Bancæqve mercatoriæ Hamburgensis δοκιμαστής monetarius (Müntzwardein).

Compendiöse, in IV. Theilen bestehende, und in Tabellen verfassete, Silber- und Goldrechnung, darinn zu finden, wie viel Marck, Lohte, und Grain fein, ein iedes stück Silbers, an seinem Gehalt, begreife, und ferner, nach Bedingung des Preises, an Gelde belauffe; item wie viel Ducaten in iedem stücke Goldes enthalten, und was folglich davor bezahlet werden müsse. Samt einem Anhange von curiöser Berechnung der Stücke von Achten, und andern Merckwürdigkeiten. Hamburgi A. 1695.

JOHANNES SCHRÖDERUS, Kiloniensis, Parochiæ ruralis Bargumensis, in nomarchia Præfecturæ Flensburgensis Nordgoesiana, Pastor, cæterarumqve nomarchiæ ejusdem Vice-Præpositus. V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis p. 342.*

Pilulæ, sine qvibus esse nolo, sive Narratio Elegiaca Lationo-Germanica signorum & ostentorum, qvæ apud Cimbros, & insularum Oceani septentrionalis incolas, nuper acciderunt. A. 1636. in 4.

JOHANNES CAROLUS SCHRÖDERUS, Flensburgensis, Caroli, scholæ publicæ Rectoris, filius, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1701., & 1716. Hamburgensis.

Theses Juridicæ inaugurales. Franeqveræ 1700. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 24.*)

JOSIAS HERMANNUS SCHRÖDERUS, Ecclesiastes in Dithmarsia Hemmensis.

Parentations-Rede, bey Leichbestattung Jürgen Jungens, eines studirenden Knabens, gehalten. Slesvigæ 1699. in fol.

LAURENTIUS SCHRÖDERUS, Scholæ Glückstadiensis Rector & Catecheta, A. 1672. superstes.

Trifolium strenæ annuæ, oder drey Neujahrspredigten. Glückstadii 1667. in 4. (*V. Henn. Wittenii Indicem Autorum, Repertorio adjectum Homiletico.*)

M. SEBASTIANUS SCHRÖDERUS, Scholæ initio Flensburgi Rector fuit, ab A. 1570., publicæ (2.), & in ea Thomæ Finchii, Medici Acad. Hafniensis celeberrimi, Præceptor (3.), deinde vero, ab A. 1571., ædis ibidem Nicolaitanæ, post socerum suum, Gerh. Sleewartum, primum illius Antistitem Lutheranum, Pastor, simulqve, ab A. 1585., in Præpositura Ecclesiarum vicinæ dioeceseos, M. Joh. Meieri successor. Obiit d. 14. Jul. A. 1693. (4.), æt. 52., & Mariam Sleewartiam, conjugem (d. 16. Jan. A. C. 1611., ac æt. 74., demum extinctam), filiumqve sibi cognominem, Med. D. & Practicum, ad A. usqve fatalem 1619., Flensburgensem, reliqvit superstites. Joh. Bernhardi, Præpositi Alsensis, IX. ad eum Epistolæ in MSto Epistolarum hujus mihi lectæ sunt Volumine. Confer de illo *Partem III. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 3.*, *§. 3. & 29.*, *p. 259. 333.*, *Catalogumqve Rectorum scholæ Flensburg.*, *Novis Literariis anni 1702. insertum Lubecensibus*, *M. Oct.*, *p. 297.*, nec non Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic.*, *c. 3.*, *p. 197*, ac Schediasma German. de Scholæ Flensb. historia, A. 1717. a me editum, *p. 7. 8.*

Oratio ἀνέκδοτος de Beneficiis, qvæ Deus urbi Flensburgensi exhibuit, & plurimis, & maximis, in M. Pauli Sperlingii, scholæ Rectoris, inauguratione, d. 18. Jul. A. 1586. habita, qvam Sperlingius (*disertam* eam vocans & *pulcherrimam*), in *Orat.* sua *auspicali*, *Administrationi Scholæ Flensburgensis præmissa*, *fol. 2. a. 3. a. 7. a.*, commendavit.

THEODORUS SCHRÖDERUS, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Avaria (vom Haverey-rechte). Altorfii 1676. in 4.

WILHELMUS SCHRÖDERUS, Hamburgensis, Joh. Schröderi, Consulis, filius, J. U. Doctor Trajecti ad Rhenum A. 1690. creatus, ac in patria d. 9. Dec. A. C. 1692., ætatisqve 28., defunctus.

Disp. Inaug. de privilegio Hamburgensium de non appellando. Trajecti ad Rhenum 1690. in 4.

HERMANNUS SCHRÖTERUS, Husensis, templi in urbe Slesvicensi Cathedralis circa A. 1592. Cantor, & deinde Ecclesiastes, A. 1605. (in cujus locum 1665. typographi irrepsit incuria), teste Nicol. Heldvadero, d. 25. Martii mortuus. V. hujus *P. I. Sylvæ Chronologicæ circuli Balthici*, *c. 10.*, *p. 50. 52.*, & *P. III. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 4.*, *§. 1.*, *p. 348. 349.*

(1.) V. J. G. Dorschei *Epist. dedic. Sceletomaniæ Pontificiæ.* (2.) V. Pauli Sperlingii *Ep. dedic. Administrationis scholæ Flensburgensis* (3.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafniensem p. 160.* (4.) teste Joh. Calixto *in Annott. MSS.*

Chronodisticta IX., annos, menses ac dies emortuales Regum Daniæ Principumqve Holsaticorum dynastiæ Oldenburgicæ, in æde Cathedrali Slesvici sepultorum, indicantia, occasione obitus Christinæ Hassiacæ, Adolphi, Ducis Holsatici, viduæ, A. 1604. scripta, & seorsim Slesvigæ in folio excusa unico, a Nicol. Heldvadero autem deinde, tum *Descriptioni urbis Slesvicensis vernaculæ* (*lit. F. 1. a.*), tum *Parti I. Sylvæ circuli Balthici Chronologicæ* (*c. 10., p. 50. 51. 52.*), inserta.

Carmina alia, sigillatim diversis annis edita.

GEORGIUS SCHRÖTERING, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1704. superstes; qvem Vinc. Placcius, symbolis ejus adjutus literariis, *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 3., p. 222., JCtum consultissimum, & alia multiplici eruditione atqve virtute sibi charissimum*, salutavit.

Disp. de Anticategoria, Præside D. Henr. Linckio. Altorfii 1682. in 4.

Theses Juridicæ inaugurales. Aureliæ 1682. in 4.

HENRICUS SCHRÖTERING, Hamburgensis, J. U. Licentiati Basileæ consecutus titulum, urbis patriæ, ab A. 1644. (d. 2. Apr.), Secretarius, & deinde Protonotarius, abdicato d. 3. Aug. A. 1683. hoc officio, A. 1686. extinctus; maritus Catharinæ, Henningii Matthisii, J. U. L. & Senatoris, filiæ.

Disp. Inaug. de Fidejussoribus. Basileæ in 4. (*I. T. L.*)

(An idem cum ipso, an vero diversus, sit Henr. Schrötering, Hamb., cujus *Disp. de Homine societatis civilis membro*, Præside D. Joh. Gryphiandro Jenæ est proposita, & in Domin. Arumæi *Vol. III. Discursuum de Jure publico*, ibidem A. 1621. *in 4.* impresso, *num. 24., p. 961-1001.*, recusa, incertus hæreo.)

JOACHIMUS SCHRÖTERING, Hamburgensis, J. U. Lic. & Consiliarius Saxo-Gothanus, A. 1704. in patria superstes.

Theses miscellaneæ inaugurales de Nuptiis. Basileæ 1663. in 4.

MARTINUS WOLDERUS SCHRÖTERING, Hamburgensis, J. U. Doctor, A. 1716. superstes.

Disp. de pluribus hominibus personam unius gerentibus, Præside D. Joh. Nicol. Hertio. Giessæ 1709. in 4.

Disp. Inaug. de Dominii reviviscentia, occasione *Part. II. Tit. V. Art. III. Statutorum Hamburgensium* conscripta, Giessæ 1711. in 4. (*V. P. X.* der Gelehrten *Famæ p. 714.*, & Matth. Nic. Kortholti Hexastichon in illam, *Libro I. Epigramm. p. 9.* obvium.)

MARQVARDUS SCHULDORPIUS, Kiloniensis, primus templi Slesvicensium Cathedralis Pastor Lutheranus, a Friderico I., Danorum Rege, A. 1526. muneri huic, ut civibus, Ecclesiæ suæ curam Friderico cuidam, desertori vitæ monasticæ procaci ac seditioso, committi temere postulantibus, aliqvatenus gratificaretur, est admotus. Lutheri doctrinam, cum Friderico isto, qvo per semestre usus est sacellano, pro virili propagavit (1.), Sacramentariis autem se vehementer opposuit atqve Fanaticis, ac utrorumqve imprimis promacho, Melch. Hofmanno, qvi in Ecclesiam Kiloniensem, Parochi a Rege donatus officio, subdole irrepserat. Hunc, in demegoriis sacris, necessariis doctrinæ Christianæ capitibus omissis, Vaticinia Apocalypseos interpretari aggressum obscurissima, & multa proponentem erronea, privatim initio corripuit, &, cum monitis istis nihil proficeret, apud Theologos detulit Witebergenses, cumqve illis, ac Nicol. Ambsdorfio, Antistite Magdeburgensi, tum invectivis e suggestu acrioribus, tum scriptis publicis, impugnavit (2.). Non pepercit ei vicissim Hofmannus, sed, tam in responsis, ipsi ac Ambsdorfio in Cimbria repositis, Kiloniiqve A. 1528. excusis (3.), qvam *in Narratione de Colloqvio Flensburgensi apologetica*, Argentinæ paulo post in exilio edita (4.), eloqventia illi canina conjugium inprimis cum sororis filia, svasu Lutheri atqve Ambsdorfii, Magdeburgi A. 1526., præsente urbis senatu, initum, velut incestum, perqvam scandalosum, doctrinæ Evangelii ignominiosissimum, &, ab ipso usqve N. T. exordio, inter Christianos inauditum, acerbe exprobravit (5.). Neqve solus ille has detestabatur nuptias, sed omnes etiam Pontificii, nec pauci ex auditoribus Schuldorpii Lutheranis, qvos se vocibus, ob istas, in platea, probrosis sæpius esse insectatos, ipse, factum suum libertatis Christianæ prætextu frigide excusans, & infectum jam non posse reddi inculcans, testatur (6.) Non dubitarunt tamen conjugio huic publice patrocinari Mart. Lutherus ipse & Nicol. Ambsdorfius, a Joh. Ad. Cypræo (7.) virgula notati censoria. Lutheri de illo extat ad Schuldorpium Epistola, Germanice d. 5. Jan. A. 1526. scripta, a Schuldorpio in dialectum translata Saxonicam, suæqve *Epistolæ ad Kilonienses Apologeticæ* (8.) A. 1528. adjecta, sed Operum Epistolarumqve Lutheri Tomis nunqvam inserta. In ista conjugium hoc, qvod svasu suo fatetur esse contractum, Zelo & παῤῥησίᾳ ingenti, contra obtrectatores, defendit, & licitum esse, cum nullibi in Scriptura verbis disertis sit vetitum, a Pontificibus Romanis, pecunia corruptis, haud raro approbatum, & Abrahami præterea, Saram, suam vel e parente tantum uno sororem, vel e fratre Harano neptem, uxorem ducere haud veriti, prævia seqvatur vestigia, animose contendit. Scripti pro eodem Ambsdorfiani hæc, *Tomo II. Monumentorum Rudolphi Augusti, Ducis Brunsvicensis, autographorum* (9.), occurrit inscriptio, A. 1529. (10.) istud prodiisse indicans: Grund und Orsake, worum Marqvard Schuldorp heft syner Süster Dochter tor Ehe genamen, bewert dörch Ern Nicol. Ambsdorf, Licentiaten, und Ern Mart. Luther, Doctor in der Hilligen Schrift. Præfuit Schuldorpius Ecclesiæ Slesvicensi unico saltem triennio, & A. 1529., sudore correptus Anglico, vitam cum morte, teste Cypræo (11.), commutavit. Confer de illo Joh. Ad. Cypræum *ll. cc.*, Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 1., p. 168.*, *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 6., §. 1., p. 130. 131.*, & *P. IV., p. 645.*, Petriqve Bælii, istam secuti, *T. II. Dictionarii Historici & Critici, P. L., p. 111.*

Inhalt vom Sacramente und Testamente des Leibes und Blutes JEsu Christi, in 4. Huic Melch. Hofmannus opposuit den Beweiß, daß Marqv. Schuldorp, in seinem Inhalt vom Sacramente und Testamente Christi, ketzerisch und verführisch geschrieben, ed. Kilonii A. 1528. in 4.

Breef an de Glövigen der Stadt Kiel, wedder eeren Prediger, Melch. Hofmann. A. 1528. in 4. Subjuncta huic est Mart. Lutheri pro conjugio Schuldorpii Epistola, supra jam memorata.

ALBERTUS SCHULTE, Hamburgensis, Johannis, Consulis primarii, filius, d. 26. Dec. A. 1651. in lucem editus, J. U. Licentiati titulum Cadomi in Gallia d. 10. Jan. A. 1677. obtinuit, &, ex itinere per Germaniam, Belgium, Angliam & Galliam, literario, Hamburgum A. 1678. reversus, patriæ, ab A. 1683. (d. 15. Aug.) fuit Secretarius, ab A. 1693. autem (d. 15. Mart.) Protonotarius. Obiit d. 2. Oct. A. C. 1702., ac ætatis 51. V. Vitæ ejus Synopsin, *in Novis Lit.*

(1.) V. Joh. Ad. Cypræi *Annales Episcoporum Slesvicensium, Lib. III., c. 5., p. 417. 418. 419.* (2.) V. *ejus Epist. ad Cives Kilonienses p. 2.* (3.) V. Den Beweiß wieder Schuldorps Inhalt vom Sacrament, it. den Beweiß, daß Nic. Ambsdorf ein lügenhafter falscher Nasengeist sey, *p. 10.* (4.) V. Cypræum *l. c. p. 422.* (5.) V. *Scriptum contra Ambsdorfium modo citatum p. 19.* (6.) *in Epistola ad Kilonienses, p. 18-20.* (7.) *l. c. p. 425. 426.* (8.) *p. 15-20.* (9.) *p. 152.* (10.) *in 4.* (11.) *l. c. p. 426.*

Lit. Lubec., *M. Nov. A.1702.*, *p.344.*, *Novis Lit. Germanicis*, *M. Jan. A.1703.*, *p.37.*, & P. A. Lehmanni *Observationibus Historicis A.1702. vernaculis*, *n. 42.*, *p.336.*, exhibitam.

Disp. Inaug. de Sententiis. Cadomi 1677. in 4.

ANDREAS SCHULTZE, Hamburgensis, Alberti XIIviri filius, & Johannis Consulis germanus, Medicinæ (cujus honores summos Basileæ A. 1657. obtinuit (1.)) simul ac Juris utriusqve fuit Doctor, templiqve in patria cathedralis, teste Nicol. Blancardo (2.), Canonicus. Ob partis Jastramio-Schnitkerianæ, in dissidio urbis civili, studium, illa oppressa, d. 26. Aug. A. 1687., lata a Senatu sententia, e patria annis XX. jussus est exesse, 10000. multatus Imperialibus, omniqve spe honorum publicorum privatus. Seqvens qvadriennium in urbe vicina exul transegit Altonaviensi, & in eadem M. Sept. A. 1691. vivis excessit. Conr. Sam. Schurtzfleischii Epistola, qva illum A.1681. compellavit, honorifica *Tomo I. Epistolarum arcanarum*, Halæ A. 1711. edito, *num. 61.*, *p. 101-104.*, legitur.

Disp. Med. Inaug. de Plevritide. Basileæ 1657. in 4.

BARTHOLDUS HIERONYMUS SCHULTZE, Hamburgensis, Joachimi, Ecclesiastæ Jacobæi, filius, J. U. Lic. & urbis in Ducatu Slesvicensi Tunderensis Consul, M. Aprili A. 1708. mortuus.

Disp. Jurid. Inaug., Saulis regimen antecedentia exhibens. Argentinæ 1674. in 4. Recusa, *in Decade Disputt. Inaug. Jurid. Argentinensium tertia*, ibidem A. 1676. in 4.

CORNELIUS SCHULTZE, Eckernfördensis, Christiani, urbis istius Pastoris, filius, insulæ Nordmarsensis, civitati Husensi vicinæ, Parochus.

Christlicher Haußvatter, oder einfältige Anleitung, wie ein Haußvatter seine Kinder und Gesinde den Morgen- und Abendsegen, wie auch die Tischgebete, Gottgefällig möge beten lehren; der Gemeine auf Nordmarsch in etlichen Predigten mitgetheilet. Slesvigæ 1678. in 8.

Treuer Knechte GOttes Gnadenlohn, oder Leichpredigt über Joh. Petrejum, Past. auf der Nordstrandischen Insul Höge, auß Matth. XXV. 23., A. 1687. gehalten. Slesvigæ 1694. in 4.

M. DANIEL SEVERINUS SCHULTETUS, Hamburgensis, M. Joach. Schulteti, Treptoa-Pomerani, Ecclesiastæ Hamburgensis, per annos 38., ad fatalem usqve 1682. Jacobæi, filius, literis humanioribus ac Philosophiæ in patriæ schola ac Gymnasio, studio Hebræo-Biblico ibidem, ab A. 1661. ad 1664. (3.), in Collegiis Esdræ Edzardi, doctoris illius celeberrimi, domesticis, ac Theologico tandem in Academiis Witebergensi, Lipsiensi, Jenensi, Giessena & Argentinensi (4.), egregio cum successu, incubuit. Domum redux, muneribus haud inhiavit publicis, sed in otio vitæ privatæ consenuit literario, ac proinde perperam a Christ. Junckero (5.) Ecclesiæ minister vocatur Hamburgensis. Otium istud negotiosum sacris impendit lucubrationibus, præsertim vero polemicis adversus Pontificios, Reformatos, Socinianos & Anabaptistas, præcipuos Ecclesiæ Lutheranæ adversarios. Pacis tamen cum Reformatis Ecclesiasticæ studium aliqvot tum in scriptis professus est publicis, tum in Collatione etiam, de horum ac Lutheranorum controversiis, Epistolica privata, ad illam promovendam, D. Phil. Jac. Speneri auspiciis, A. 1699., cum Theologo instituta Tigurino, de qva tres Speneri ad Theologum hunc consuli possunt Epistolæ, *Parte III. Consiliorum Theologicorum Latinorum* obviæ (6.). Applausum hoc Reformatorum qvidem reportavit, sed nonnullis tamen illorum justo visus est esse rigidior, &, dum, controversorum dogmatum conciliatione, tolerantia & silentio, rejectis, eorundem per disputationes ventilationem, ac partis in istis superatæ in alterius castra transitum, urgebat, pacem, qvam una manu obtulerat, altera eripere. Mortuus est Hamburgi d. 29. Dec. A. C. 1712., ætatisqve 67. (cum qvatriduo ante, ipso Christi natali, sacrum habuisset sermonem) est mortuus, & hoc Joh. Alb. Fabricii celebratus Epitaphio:

Qvem Pacis studium Veri haud excussit amore,
Nec studium Veri siverat esse ferum,
Scultetus jacet hic, fugiente extinctus ab anno:
Vere novo nova lux pacis in axe micat.

V. Lipsiensium *Acta Eruditorum Germanica*, *P. IX.*, *p. 791.*, & *Partem XXIV.* der Gelehrten Famæ *p. 858. 859.*

Confer de illo Recensum scriptorum ejus historicum prolixiorem, ab ipsomet, ni fallor, concinnatum, & *Novis Literariis Germanicis*, *M. Majo A. 1703.*, *p. 196-200.*, insertum.

ELOGIA.

Lipsiensibus, *in Actis Erud.*, *M. Nov. A. 1693.*, *p. 527.*, *Theologus* audit *minime incelebris*, &, *M. Mart. A. 1698.* *p. 142. 144.*, *Vir doctissimus.*

Frid. Ulr. Calixto, *in præfatione*, Georgii parentis *Consultationi de tolerantia Reformatorum*, A. 1697. denuo editæ, præfixa, *Vir, qvem haud vulgaris, & eruditio, & prudentia, commendat.*

Phil. Jac. Spenero (*P. I. Consil. Theol. Lat.*, *c. 1.*, *Art. 1.*, *n. 38.*, *p. 100. 101.*) *Vir doctissimus, qvi, muneri publico non innexus, eo majori libertate sacras paginas indefessus versat, & controversias enodare laborat, veritatisqve studio tenetur.*

Ad. Rechenbergio (*in Diss. Inaug. de Justitia Dei ultrice*, §. 44.) *Theologus eximius.*

Lubecensibus (*in Novis Liter. Septentr.*, *M. Aug. A. 1700.*, *p. 256.*) *Vir doctrina & scriptis Theologicis clarissimus.*

Joh. Frid. Mayero (*in Disp. de Christoph. Sandii de Sp. S. sententia*, §. 4., *p. 8.*) *Theologus multis magnisqve in Ecclesiam Lutheranam meritis inclytus, & immortale patriæ suæ ornamentum.*

Joh. Alb. Fabricio (*P. II. Memor. Hamburg. p. 889.*) *Vir pietate, doctrina, & variis scriptis utilibus, in lucem editis, clarissimus.*

Pet. Ambr. Lehmanno (*in Observationibus Historicis A. 1700. vernaculis, n. 27.*, *p. 215.*) ein, wegen seiner Theologischen Schriften, berühmter, und umb die Kirche wolverdienter, Mann.

Pet. Jurius, adversarius ejus e Reformatis, *in Consultatione de pace inter Protestantes ineunda*, A. 1688. ei opposita, *Virum* eum vocavit *clarissimum & doctissimum*, & ob pacis amorem commendavit Ecclesiasticæ, sed, disputationes, tanqvam hujus conseqvendæ medium, illi arridere, moleste tulit.

Henr. Basnagius, JC., *in Historia operum Eruditorum Gallica*, *M. Jun. A. 1692.*, *p. 450. & sq.*, eum a Jac. Basnagio, fratre suo, Theologo Batavico, *in Historia Ecclesiarum Reformatarum*, ob pacis cum Reformatis studium, itidem testatur deprædicari; ipsemet autem, *M. Dec. A. 1687.*, *p. 533-534.*, illum salutat *Un Theologien de la ville de Hambourg, & de la communion Lutherienne, qvi tient un rang considerable dans son party.*

(1.) V. Mich. Kirstenii *Carmen gratulatorium*, & Nicol. Blancardi *Append. Panegyrici secularis Franequerani p. 67.* (2.) *l. c.* (3.) V. *Ep. dedic. Judicii divini supremi contra Reformatos.* (4.) V. Balth. Bebelii *Præfat. Disputationis ejus de Fide hypocritica.* (5.) *in Tr. de Diariis Erud. p. 207. 208.* (6.) *p. 781. b. 785. 786. 787.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Fidei justificantis natura, Præside D. Joh. Ern. Gerhardo. Jenæ 1668. in 4.

Disp. de momento Justificationis, Præside D. Seb. Schmidio. Argentinæ 1671. in 4.

Disp. Anti-Calviniana de Fide Hypocritica, D. Joh. Maccovio præcipue opposita, Præside D. Balth. Bebelio. Argent. 1671. in 4. Præmissa est Bebelii præfatio, Schulteto Autori illam asserens.

Antididagma, qvo probatur, doctrinam a Jacobo Benigno Bossveto, Episcopo Condomensi, expositam, & ab Innocentio XI., Pont. Rom., egregie laudatam, admitti non posse, invicta tamen argumenta pro veritate Evangelica, in Episcopi *Expositione*, contineri, ipsa Tridentina convelli placita, & latissimam viam corrigendis Ecclesiæ Romanæ doctrinæ & moribus pandi. Dehinc agitur de puritate Ecclesiæ Evangelicæ ex Fleurio, de ratione tollendi dissidii, de tolerantia Evangelicorum κατ' ἄνθρωπον, de nuperis Parisinæ Synodi decretis, de censura eorum Hungarica, de methodo conversionis Gallicana, de Apocryphis V. T. scriptis contra Huetium, & de methodo conversionis Evangelica. Subjicitur ipsum Bossveti scriptum, cum suis suffragiis. Hamburgi 1684. in 8. Recensum illius uberiorem exhibuit Pet. Bælius *in Novellis reip. Lit. Gallicis, M. Jan. A. 1685., Art. II., p. 13-24.*, breviorem vero Adr. Bailletus, *in Tr. des Satyres personelles, T. II., p. 330. 331.* Contra Anonymum qvendam adversarium Autor istud defendit in *Vindiciis*, tum prioribus, A. 1686. *Epicrisi ad Articulos Argentinenses*, tum *iteratis*, A. 1687. *Animadversionibus ad scriptum Pet. Jurii Irenicum*, adjectis.

Epicrisis ad Articulos Argentinenses nuperos, unionem Ecclesiæ Evangelicæ & Romano-Catholicæ concernentes. Subjiciuntur Vindiciæ Antididagmatis contra Anonymum Jac. Ben. Bossveti hyperaspisten. Francofurti 1686. in 8.

Diagraphe rerum fidei, inter Evangelicos, Reformatos & Romano-Catholicos, controversarum, in eorum gratiam, qvi prima Theologiæ Polemicæ limina salutant, adornata: additis Particularismi elencho & Canonum Dordracenorum Censura. Hamburgi 1686. in 8.

Animadversiones ad nuperum scriptum Pet. Jurii, Theol. Professoris Roterodamensis, unionem Ecclesiæ Evangelicæ & Reformatæ concernens, qvibus complures difficultates, sanctam animorum concordiam remorantes, expenduntur. Subnectuntur conditiones piæ Unionis Ecclesiarum Protestantium, cum observationibus necessariis, & iteratæ Vindiciæ Antididagmatis contra Anonymum. Hamburgi 1687. in 8. Oppositæ sunt libello Jurii, in qvo Schultetum nominatim ac amice compellaverat, sub titulo hoc A. 1686. Roterodami edito: *Jugement sur les Methodes rigides & relachées d' expliqver la providence & la grace, pour trouver un moyen de reconciliation entre les Protestans, qui suivent la Confession d' Augsbourg, & les Reformées.* Recensum illarum pleniorem, sed (uti a Chr. Junckero, *in Tr. de Diariis eruditorum p. 207. 208.*, observatum jam est) *admodum falsum*, Henr. Basnagii *Histoire des Ouvrages des Sçavans, M. Dec. A. 1687., p. 533-537.*, exhibuit. *Mirifice eas sibi placuisse, dignasqve esse, qvarum conditiones propositæ maturius adhuc expendantur,* indicavit Phil. Jac. Spenerus *P. II. Consil. Theol. Latin., c. 3., Art. 3., n. 8., p. 78., & A. III., p. 665.*, ubi, in iis, *cum eruditione & ἀκριβείᾳ, moderationem eximiam, argumento dignam, deprehendi*, additur. Reposita est illis a Pet. Jurio *Consultatio de pace inter Protestantes ineunda, sive Amica Disceptatio cum D. S. Schulteto, circa qvæstiones de Gratia, qvæ remorantur unionem Protestantium Confessionis Augustanæ & Reformatæ*, Trajecti ad Rhenum A. 1688. *in 8.* edita. Cujus scripti *Parte I.* Controversiæ de gratia discutiuntur, IIda autem de momento earum, & ratione illas componendi, tractatur, & Schultetus ob pacis qvidem laudatur amorem, sed disputationes, qvas is medium hujus conciliandæ esse judicarat optimum, rejiciuntur. V. recensus ejus, apud Basnagium, *l. c., M. Febr. A. 1688., p. 186-216.*, & *in Actis Erud. Lipsiensibus, M. Mart. A. 1698., p. 142.*, obvios. Qvibus addi etiam potest Jac. Ben. Bossveti, Episcopi in Gallia Condomensis & dein Meldensis, *Additio de scriptis P. Jurii & D. S. Schulteti, qvibus de conciliatione Protestantium inter se contenderunt, Tomo II. Historiæ Variationum Ecclesiarum Protestantium*, Gallice Parisiis A. 1688. *in 12.* editæ, adjecta, censuram, hypothesibus conformem Pontificiis, de utriusqve consiliis exponens Irenicis. Schultetus ipse, novennio post, *Consultationi* Jurianæ, in *Iterata* (de qva mox dicetur) *Ecclesiæ Reformatæ ad pium in doctrina fidei consensum Invitatione*, A. 1697. publicata, respondit.

Responsio ad difficultates, circa articulos Unionis Ecclesiarum Protestantium, in Pet. Bælii *Novellis reip. literariæ Gallicis, M. Martio A. 1687.*, propositas, iisdem *Novellis, M. Jul. A. 1687., p. 714-730.*, inserta. Patrocinatur hæc Theologi cujusdam Lutherani (Schultetine ipsius, an alterius, mihi non constat) Articulis XXIV. Irenicis, Gallice (sub titulo: *Articles de reunion entre les Protestans de la confession d' Augsbourg, & les Reformez, proposez par un Theologien de la confession d' Augsbourg*) Roterodami A. 1687. *in 4.* editis, contra Animadversiones, qvibus Pet. Bælius, in recensu illorum (*l. c. M. Mart. A. 1687., p. 250-260.*), loca eorundem nonnulla impugnaverat.

Judicium supremum, a Deo luculentissime atqve uberrime factum, in scripturis Prophetarum atqve Apostolorum, de causa Evangelicam inter Reformatamqve Ecclesiam hactenus disceptata, ad demonstrandam doctrinæ Evangelicæ veritatem, & ad promovendam piam Protestantium harmoniam, ex Hebræo Græcoqve fonte exhibitum, & D. Phil. Jac. Spenero inscriptum. Lipsiæ 1689. in 8. Recusum *in Stereomate doctrinæ Evangelicæ*, ibidem A. 1692. in 8. Congessit Autor, in hoc opusculo, sub certis titulis, & CVI. thesibus, dicta S. Scripturæ, contra Reformatos in singulis militantia controversiis, non tamen integra, sed vocem illorum unam vel alteram, in qva nervus argumenti delitescit. Pollicetur autem *in præfatione* Exegesin illius prolixiorem, qvam vim probandi loca obscuriora, in eo allegata, habeant, ostensuram.

Panoplia sacra, ex armario Prophetico & Apostolico, pro doctrina Ecclesiarum Protestantium, contra Ecclesiæ Romanæ errores & abusus, collecta, deprompta ac digesta. Lipsiæ 1691. in 8vo. Recusa in *Stereomate doctrinæ Evangelicæ* ibidem A. 1692. in 8. Eadem, qva præcedens opusculum, adornata est methodo.

Stereoma doctrinæ Evangelicæ, lubricis Reformatorum, Romano-Catholicorum & Socinistarum, placitis oppositum, ex avthentico Codice divino universo collectum, atqve in tria distincta opuscula congestum. Lipsiæ 1692. in 8. Continentur in hoc Syntagmate: 1. Prolegomena prolixa de præstantia doctrinæ Evangelicæ, & necessitate proprii de rebus ac controversiis sacris judicii; 2. Panoplia sacra contra Pontificios, seorsim A. 1691. edita; 3. Judicium supremum contra Reformatos, seorsim itidem A. 1689. publicatum; 4. Testimonium Spiritus, per Prophetas & Apostolos, pro doctrina salutis, contra Socini φλυαρίας, datum, & eadem, qva *Judicium supremum*, methodo congestum. Recensus totius Sylloges exhibuerunt Henr. Basnagius (Autorem, tum, qvod nuda tantum Scripturæ testimonia, tanqvam pro Lutheranis extra controversiam militantia, absqve ullis explicationibus, ratiociniis & vindiciis, congerat, tum, qvod in Reformatos, qvibuscum antehac pacem desideraverit, sit durior, reprehendens), *in Historia Operum eruditorum Gallica, M. Jun. A. 1692., p. 450-454.*, & Pet. Rabus (Censorem agens Satyricum) im Boeckzaal van Europa, *M. Nov. & Dec. A. 1692., p. 528-535.*

Iterata Ecclesiæ Reformatæ Invitatio ad pium in doctrina fidei consensum, occasione *Consultationis* Pet. Jurii *de pace inter Protestantes ineunda* facta: Cum præfatione D. Joh. Gvilh. Baieri, Theologi Jenensis. Jenæ 1697. (*falso enim A. jam 1689. & 1694. ibidem prodiisse in Catalogis traditur nundinalibus*) in 8. Commendatur a Lipsiensibus, recensum ejus, *in Actis Erud., M. Mart. A. 1698., p. 141-144.*, sistentibus accuratum, & Frid. Ulr. Calixto, *in præfatione*, D. Georg. Calixti, parentis, *Consultationi de tolerantia Reformatorum*, A. 1697. denuo editæ, præfixa. Frustraneam contra eam fore, qvod Autor, tolerantia & silentio mutuo rejectis, solum Reformatorum ad Lutheranos urgeat transitum, Henr. Basnagii monuit amicus, cujus Epistolæ excerpta in hujus *Historia operum Eruditorum Gallica, M. Mart. A. 1698., p. 131. 132.*, leguntur.

Disceptatio amica cum Bened. Picteto, Theologo Genevensi, ejus Dissertationi de Consensu ac dissensu inter Reformatos, & Augustanæ confessionis fratres (*Amstelodami A. 1697. publicatæ*), opposita, & ἀνωνύμως, ni fallor, A. 1699. in 8. edita; qvam ei tribuunt Ad. Rechenbergius (eam commendans), *in Disp. Inaug. de Justitia Dei ultrice, §. 44.*, & *Nova literaria Germanica, M. Majo A. 1703., p. 198.* Reposita est illi a Picteto *Amica Responsio ad Amicam Disceptationem Rev. ac Celeb. Hamburgensium Theologi, D. S. Schulteti, de rebus inter Protestantes controversis*, Amstelod. A. 1700. *in 12.* excusa, cujus argumentum in Jac. Bernhardi *Novellis reip. lit. Gallicis, M. Jul. A. 1700., Art. 7., p. 115. 116.*, enarratur.

Assertio amplissimæ divinæ gratiæ, ad Amicam Responsionem celeberrimi Genevensis Theologi, Bened. Picteti, ex amore veritatis & pacis, amice repetita. Annectitur Epicrisis ad ejusdem Viri celeberrimi novissimum de consensu Lutheri & Calvini scriptum, cum Observationibus ad D. Sam. Strimesii, Theologi Francofurtensis ad Viadrum, Criticam concionatoriam Irenicis. Hamburgi 1701. in 8. Recensum V. in *Novis Lit. Lubecensibus, M. Jun. A. 1701., p. 191.*, & Jac. Bernhardi (rigorem postulati de doctrina a Reformatis mutanda irridentis) *Novellis reip. lit. Gallicis, M. Sept. A. 1701., p. 356. 357.* Observationibus ad *Criticam* suam *concionatoriam*, ei adjectis, Sam. Strimesius *Epistolam ad Schultetum* opposuit *Irenicam*, Francofurti ad Viadrum A. 1701. *in 8.* impressam.

Universalismi Reformati discussio, ad Epistolam Irenicam celeberrimi Francofurtensis Theologi, D. Sam. Strimesii. Accedunt Monita Irenica ad D. Barth. Holtzfussii recentissimum de Prædestinatione Tractatum. Hamburgi 1703. in 8. Recensum ejus invenies in Henr. Basnagii *Histoire des Ouvrages des Sçavans, M. Mart. A. 1703., p. 125-128.*, & *Novis Literariis Germanicis, M. Majo A. 1703., p. 196. 197.*

Succincta Depulsio errorum Romanæ Ecclesiæ, ad Jacobi Benigni Bossveti *Historiam des Variations des Eglises Protestantes* suscepta; cum præfatione de officio Episcoporum Galliæ. Jenæ 1704. in 8. Recensus ejus encomiasticos exhibent *Nova literaria Germanica, M. Jun. A. 1704., p. 220. 221.*, & Val. Ern. Löscheri Unschuldige Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. V. A. 1704., p. 281-285.*

Animadversiones Irenicæ ad Langianam (*i. e. Joach. Langii, Theologi Halensis*) de Theologia irregenitorum sententiam, cum Observationibus de natura ac indole fidei justificantis; a D. Val. Ern. Löschero, cum præfatione, & Notionibus suis Theologicis de Illuminatione impii orthodoxi, editæ. Lipsiæ 1710. in 4. Duo illarum recensus, Latinus (in qvo melior τρόπος παιδείας in nonnullis Schulteti *p. 337.* desideratur) & Germanicus (Schulteti cum Löschero & Parastatis consensum, & a Langio dissensum, contra hujus *Epistolam* mox allegandam, ostendens), a Löschero, in den Unschuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. III. A. 1711.*, sunt exhibiti, ille qvidem *p. 336-340.*, hic vero *p. 340-354.* Respondit iis Langius in *Epistola ad Schultetum & Löscherum, Tomo II. Antibarbari Orthodoxiæ Dogmatico-Hermenevtici*, Partes III. & IV. complexo, Halæqve A. 1711. *in 4.* edito, præmissa.

Gratia Spiritus Sancti negotiosa, occasione Epicriseos epistolicæ Joach. Langii edita. Flensburgi 1712. in 4. Hujus recensum, phrases nonnullas obelo notantem, invenies in V. E. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 3. A. 1712. p. 507. 508. 509.*

Diss. de Scientia Theologica & Pietate Doctorum Evangelii, qvæ utriusqve sit necessitas in Ecclesia Dei, Halensibus opposita. Flensburgi 1712. in 4.

Paraphrasis continua in Novum Testamentum, a Wern. Mich. Borcholto, Gymnasii Lüneburg. Professore, cum Observationibus, edita Lüneburgi A. 1720. in fol. Duplex illius Elogium invenies in der fortgesetzten Samlung von Theol. Sachen in Append. A. 1720., p. 1100. 1101., & Sect. I. A. 1721., p. 89. 90. 91.

II. GERMANICA.

Nichtigkeit des Päbstischen Meßopfers. Hamburgi 1686. in 12. Impugnavit hoc scriptum Dionysius Werlensis, Capuccinus Hildesiensis, *Parte II.* des Meßberichtes, refutatus vicissim seqventi:

Mehrerer Beweis der Nichtigkeit des Päbstlichen Meßopfers, Dionysii von Werlen Anderem Theile des Meßberichtes entgegengesetzt. Hamb. 1705. in 8. Recensum V. *in Novis Lit. German., M. Oct. A. 1705., p. 399. 400.*

Nohtwendigkeit der Verbesserung der Reformirten Lehre, mit sattsamen Gründen dargestellt. Hamb. 1686. in 8.

Wo stehts geschrieben? Nirgend; das ist Ungrund der irrigen Meinungen, und sündlichen Gewohnheiten der Römischen Kirche, auf Veranlassung eines Päbstischen, zu Münster A. 1684. gedruckten, Büchleins (dessen Titul ist: Unterricht auf die Frage: Wo stehts geschrieben, was die Römische Kirche glaubet und thut in ihren Versamlungen?) außgefertiget. Hamb. 1697. in 12.

Wo stehts geschrieben? In dem H. Worte GOttes; das ist: Fester Grund des Lutherthums, oder Beweiß der heilsamen Evangelischen Lehre, hergenommen auß den Schriften der Propheten und Apostel, und in möglichster Kürtze dargestellet. Am Ende wird erörtert die Frage: Ob nicht dieienige sich schwer versündigen, welche von der Evangelischen Kirche zur Römischen abtretten? Hamb. 1698. in 12.

Betstimme der Kinder GOttes, oder auß H. Schrift zusammengesuchte Gebete auf allerhand Fälle. Hamb. 1698. in 12.

Außgefegtes Fegefeur; Nebst einer Antwort auf Dionysii Werlensis, eines Hildesheimischen Capucciners, Catholischen Ehrenretter. Hamb. 1699. in 12.

Friedensgedancken in dem Hamburgischen Streite, wegen Renovation des Beruffes D. Joh. Frid. Mayers zum Pastorate zu S. Jacobi, A. 1703. in 4. His, e factionis Stielckio-Krumholtzianæ, renovationem istam urgentis, asseclis, tenebrio qvidam, Christianus Mothes, mox opposuit die Erwegung der Friedensgedancken Herrn Schultzen, refutatam, eodem anno 1703., in M. Leandri ψευδωνύμου Vertheidigung der Friedensgedancken D. S. Schultzens, gegen eines, unter dem Nahmen Christiani Mothes versteckten, Hamburgischen Demagogi Anpackungen, & Eberhardi Arends Erbärmlichen Niederlage Christiani Mothes in Erwegung der Schultzischen Friedensgedancken, in der Eil vorgestellet. Qvæ duo scripta pro nostro Apologetica seorsim A. 1703. in 4. prodierunt, & deinde *in Protocollo & Actis* der peinlichen Sache gegen D. Christ. Krumholz, Hamburgi A. 1711. *in fol.* editis, sunt recusa; prius qvidem M. Leandri (cui a Mothio scheda, sub titulo *Leanders* des elenden *Advocaten*, A. 1703. est reposita) *p. 149-155.*, posterius vero Arndii *p. 155-159.* Præter Mothium istum larvatum, Schulteti *Meditationes* has *Irenicas* ipse etiam impugnavit Christ. Krumholzius, Pastor templi

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Fidei justificantis natura, Præside D. Joh. Ern. Gerhardo. Jenæ 1668. in 4.

Disp. de momento Justificationis, Præside D. Seb. Schmidio. Argentinæ 1671. in 4.

Disp. Anti-Calviniana de Fide Hypocritica, D. Joh. Maccovio præcipue opposita, Præside D. Balth. Bebelio. Argent. 1671. in 4. Præmissa est Bebelii præfatio, Schulteto Autori illam asserens.

Antididagma, qvo probatur, doctrinam a Jacobo Benigno Bossveto, Episcopo Condomensi, expositam, & ab Innocentio XI., Pont. Rom., egregie laudatam, admitti non posse, invicta tamen argumenta pro veritate Evangelica, in Episcopi *Expositione*, contineri, ipsa Tridentina convelli placita, & latissimam viam corrigendis Ecclesiæ Romanæ doctrinæ & moribus pandi. Dehinc agitur de puritate Ecclesiæ Evangelicæ ex Fleurio, de ratione tollendi dissidii, de tolerantia Evangelicorum κατ' ἄνθρωπον, de nuperis Parisinæ Synodi decretis, de censura eorum Hungarica, de methodo conversionis Gallicana, de Apocryphis V. T. scriptis contra Huetium, & de methodo conversionis Evangelica. Subjicitur ipsum Bossveti scriptum, cum suis suffragiis. Hamburgi 1684. in 8. Recensum illius uberiorem exhibuit Pet. Bælius *in Novellis reip. Lit. Gallicis, M. Jan. A. 1685., Art. II., p. 13-24.*, breviorem vero Adr. Bailletus, *in Tr. des Satyres personelles, T. II., p. 330. 331.* Contra Anonymum qvendam adversarium Autor istud defendit in *Vindiciis*, tum prioribus, A. 1686. *Epicrisi ad Articulos Argentinenses*, tum *iteratis*, A. 1687. *Animadversionibus ad scriptum Pet. Jurii Irenicum*, adjectis.

Epicrisis ad Articulos Argentinenses nuperos, unionem Ecclesiæ Evangelicæ & Romano-Catholicæ concernentes. Subjiciuntur Vindiciæ Antididagmatis contra Anonymum Jac. Ben. Bossveti hyperaspisten. Francofurti 1685. in 8.

Diagraphe rerum fidei, inter Evangelicos, Reformatos & Romano-Catholicos, controversarum, in eorum gratiam, qvi prima Theologiæ Polemicæ limina salutant, adornata: additis Particularismi elencho & Canonum Dordracenorum Censura. Hamburgi 1686. in 8.

Animadversiones ad nuperum scriptum Pet. Jurii, Theol. Professoris Roterodamensis, unionem Ecclesiæ Evangelicæ & Reformatæ concernens, qvibus complures difficultates, sanctam animorum concordiam remorantes, expenduntur. Subnectuntur conditiones piæ Unionis Ecclesiarum Protestantium, cum observationibus necessariis, & iteratæ Vindiciæ Antididagmatis contra Anonymum. Hamburgi 1687. in 8. Oppositæ sunt libello Jurii, in qvo Schultetum nominatim ac amice compellaverat, sub titulo hoc A. 1686. Roterodami edito: *Jugement sur les Methodes rigides & relachées d' expliqver la providence & la grace, pour trouver un moyen de reconciliation entre les Protestans, qui suivent la Confession d' Augsbourg, & les Reformées.* Recensum illarum pleniorem, sed (uti a Chr. Junckero, *in Tr. de Diariis eruditorum p. 207. 208.*, observatum jam est) *admodum falsum*, Henr. Basnagii *Histoire des Ouvrages des Sçavans, M. Dec. A. 1687., p. 533-537.*, exhibuit. *Mirifice eas sibi placuisse, dignasqve esse, qvarum conditiones propositæ maturius adhuc expendantur*, indicavit Phil. Jac. Spenerus *P. II. Consil. Theol. Latin., c. 3., Art. 3., n. 8., p. 78., & A. III., p. 665.*, ubi, in iis, *cum eruditione & ἀκριβείᾳ, moderationem eximiam, argumento dignam, deprehendi*, additur. Reposita est illis a Pet. Jurio *Consultatio de pace inter Protestantes ineunda, sive Amica Disceptatio cum D. S. Schulteto, circa qvæstiones de Gratia, qvæ remorantur unionem Protestantium Confessionis Augustanæ & Reformatæ*, Trajecti ad Rhenum A. 1688. *in 8.* edita. Cujus scripti *Parte I.* Controversiæ de gratia discutiuntur, IIda autem de momento earum, & ratione illas componendi, tractatur, & Schultetus ob pacis qvidem laudatur amorem, sed disputationes, qvas is medium hujus conciliandæ esse judicarat optimum, rejiciuntur. V. recensus ejus, apud Basnagium, *l. c., M. Febr. A. 1688., p. 186-216.*, & *in Actis Erud. Lipsiensibus, M. Mart. A. 1698., p. 142.*, obvios. Qvibus addi etiam potest Jac. Ben. Bossveti, Episcopi in Gallia Condomensis & dein Meldensis, *Additio de scriptis P. Jurii & D. S. Schulteti, qvibus de conciliatione Protestantium inter se contenderunt, Tomo II. Historiæ Variationum Ecclesiarum Protestantium*, Gallice Parisiis A. 1688. *in 12.* editæ, adjecta, censuram, hypothesibus conformem Pontificiis, de utriusqve consiliis exponens Irenicis. Schultetus ipse, novennio post, *Consultationi* Jurianæ, in *Iterata* (de qva mox dicetur) *Ecclesiæ Reformatæ ad pium in doctrina fidei consensum Invitatione*, A. 1697. publicata, respondit.

Responsio ad difficultates, circa articulos Unionis Ecclesiarum Protestantium, in Pet. Bælii *Novellis reip. literariæ Gallicis, M. Martio A. 1687.*, propositas, iisdem *Novellis, M. Jul. A. 1687., p. 714-730.*, inserta. Patrocinatur hæc Theologi cujusdam Lutherani (Schultetine ipsius, an alterius, mihi non constat) Articulis XXIV. Irenicis, Gallice (sub titulo: *Articles de reunion entre les Protestans de la confession d' Augsbourg, & les Reformez, proposez par un Theologien de la confession d' Augsbourg*) Roterodami A. 1687. *in 4.* editis, contra Animadversiones, qvibus Pet. Bælius, in recensu illorum (*l. c. M. Mart. A. 1687., p. 250-260.*), loca eorundem nonnulla impugnaverat.

Judicium supremum, a Deo luculentissime atqve uberrime factum, in scripturis Prophetarum atqve Apostolorum, de causa Evangelicam inter Reformatamqve Ecclesiam hactenus disceptata, ad demonstrandam doctrinæ Evangelicæ veritatem, & ad promovendam piam Protestantium harmoniam, ex Hebræo Græcoqve fonte exhibitum, & D. Phil. Jac. Spenero inscriptum. Lipsiæ 1689. in 8. Recusum *in Stereomate doctrinæ Evangelicæ*, ibidem A. 1692. in 8. Congessit Autor, in hoc opusculo, sub certis titulis, & CVI. thesibus, dicta S. Scripturæ, contra Reformatos in singulis militantia controversiis, non tamen integra, sed vocem illorum unam vel alteram, in qva nervus argumenti delitescit. Pollicetur autem *in præfatione* Exegesin illius prolixiorem, qvam vim probandi loca obscuriora, in eo allegata, habeant, ostensuram.

Panoplia sacra, ex armario Prophetico & Apostolico, pro doctrina Ecclesiarum Protestantium, contra Ecclesiæ Romanæ errores & abusus, collecta, deprompta ac digesta. Lipsiæ 1691. in 8vo. Recusa in *Stereomate doctrinæ Evangelicæ* ibidem A. 1692. in 8. Eadem, qva præcedens opusculum, adornata est methodo.

Stereoma doctrinæ Evangelicæ, lubricis Reformatorum, Romano-Catholicorum & Socinistarum, placitis oppositum, ex avthentico Codice divino universo collectum, atqve in tria distincta opuscula congestum. Lipsiæ 1692. in 8. Continentur in hoc Syntagmate: 1. Prolegomena prolixa de præstantia doctrinæ Evangelicæ, & necessitate proprii de rebus ac controversiis sacris judicii; 2. Panoplia sacra contra Pontificios, seorsim A. 1691. edita; 3. Judicium supremum contra Reformatos, seorsim itidem A. 1689. publicatum; 4. Testimonium Spiritus, per Prophetas & Apostolos, pro doctrina salutis, contra Socini φλυαρίας, datum, & eadem, qva *Judicium supremum*, methodo congestum. Recensus totius Sylloges exhibuerunt Henr. Basnagius (Autorem, tum, qvod nuda tantum Scripturæ testimonia, tanqvam pro Lutheranis extra controversiam militantia, absqve ullis explicationibus, ratiociniis & vindiciis, congerat, tum, qvod in Reformatos, qvibuscum antehac pacem desideraverit, sit durior, reprehendens), *in Historia Operum eruditorum Gallica, M. Jun. A. 1692., p. 450-454.*, & Pet. Rabus (Censorem agens Satyricum) im Boeckzaal van Europa, *M. Nov. & Dec. A. 1692., p. 528-535.*

Iterata

Iterata Ecclesiæ Reformatæ Invitatio ad pium in doctrina fidei consensum, occasione *Consultationis* Pet. Jurii *de pace inter Protestantes ineunda* facta: Cum præfatione D. Joh. Gvilh. Baieri, Theologi Jenensis. Jenæ 1697. (*falso enim A. jam 1689. & 1694. ibidem prodiisse in Catalogis traditur nundinalibus*) in 8. Commendatur a Lipsiensibus, recensum ejus, *in Actis Erud., M. Mart. A. 1698., p. 141-144.*, sistentibus accuratum, & Frid. Ulr. Calixto, *in præfatione*, D. Georg. Calixti, parentis, *Consultationi de tolerantia Reformatorum*, A. 1697. denuo editæ, præfixa. Frustraneam contra eam fore, qvod Autor, tolerantia & silentio mutuo rejectis, solum Reformatorum ad Lutheranos urgeat transitum, Henr. Basnagii monuit amicus, cujus Epistolæ excerpta in hujus *Historia operum Eruditorum Gallica, M. Mart. A. 1698., p. 131. 132.*, leguntur.

Disceptatio amica cum Bened. Picteto, Theologo Genevensi, ejus Dissertationi de Consensu ac dissensu inter Reformatos, & Augustanæ confessionis fratres (*Amstelodami A. 1697. publicatæ*), opposita, & ἀνωνύμως, ni fallor, A. 1699. in 8. edita; qvam ei tribuunt Ad. Rechenbergius (eam commendans), *in Disp. Inaug. de Justitia Dei ultrice, §. 44.*, & *Nova literaria Germanica, M. Majo A. 1703., p. 198.* Reposita est illi a Picteto *Amica Responsio ad Amicam Disceptationem Rev. ac Celeb. Hamburgensium Theologi, D. S. Schulteti, de rebus inter Protestantes controversis*, Amstelod. A. 1700. *in 12.* excusa, cujus argumentum in Jac. Bernhardi *Novellis reip. lit. Gallicis, M. Jul. A. 1700., Art. 7., p. 115. 116.*, enarratur.

Assertio amplissimæ divinæ gratiæ, ad Amicam Responsionem celeberrimi Genevensis Theologi, Bened. Picteti, ex amore veritatis & pacis, amice repetita. Annectitur Epicrisis ad ejusdem Viri celeberrimi novissimum de consensu Lutheri & Calvini scriptum, cum Observationibus ad. D. Sam. Strimesii, Theologi Francofurtensis ad Viadrum, Criticam concionatoriam Irenicis. Hamburgi 1701. in 8. Recensum V. in *Novis Lit. Lubecensibus, M. Jun. A. 1701., p. 191.*, & Jac. Bernhardi (rigorem postulati de doctrina a Reformatis mutanda irridentis) *Novellis reip. lit. Gallicis, M. Sept. A. 1701., p. 356. 357.* Observationibus ad *Criticam* suam *concionatoriam*, ei adjectis, Sam. Strimesius *Epistolam ad Schultetum* opposuit *Irenicam*, Francofurti ad Viadrum A. 1701. *in 8.* impressam.

Universalismi Reformati discussio, ad Epistolam Irenicam celeberrimi Francofurtensis Theologi, D. Sam. Strimesii. Accedunt Monita Irenica ad D. Barth. Holtzfussii recentissimum de Prædestinatione Tractatum. Hamburgi 1703. in 8. Recensum ejus invenies in Henr. Basnagii *Histoire des Ouvrages des Sçavans, M. Mart. A. 1703., p. 125-128.*, & *Novis Literariis Germanicis, M. Majo A. 1703., p. 196. 197.*

Succincta Depulsio errorum Romanæ Ecclesiæ, ad Jacobi Benigni Bossveti *Historiam des Variations des Eglises Protestantes* suscepta; cum præfatione de officio Episcoporum Galliæ. Jenæ 1704. in 8. Recensus ejus encomiasticos exhibent *Nova literaria Germanica, M. Jun. A. 1704., p. 220. 221.*, & Val. Ern. Löscheri Unschuldige Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. V. A. 1704., p. 281-285.*

Animadversiones Irenicæ ad Langianam (*i. e. Joach. Langii, Theologi Halensis*) de Theologia irregenitorum sententiam, cum Observationibus de natura ac indole fidei justificantis; a D. Val. Ern. Löschero, cum præfatione, & Notionibus suis Theologicis de Illuminatione impii orthodoxi, editæ. Lipsiæ 1710. in 4. Duo illarum recensus, Latinus (in qvo melior τρόπος παιδείας in nonnullis Schulteti *p. 337.* desideratur) & Germanicus (Schulteti cum Löschero & Parastatis consensum, & a Langio dissensum, contra hujus *Epistolam* mox allegandam, ostendens), a Löschero, in den Unschuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. III. A. 1711.*, sunt exhibiti, ille qvidem *p. 336-340.*, hic vero *p. 340-354.* Respondit iis Langius in *Epistola ad Schultetum & Löscherum, Tomo II. Antibarbari Orthodoxiæ Dogmatico-Hermenevtici*, Partes III. & IV. complexo, Halæqve A. 1711. *in 4.* edito, præmissa.

Gratia Spiritus Sancti negotiosa, occasione Epicriseos epistolicæ Joach. Langii edita. Flensburgi 1712. in 4. Hujus recensum, phrases nonnullas obelo notantem, invenies in V. E. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 3. A. 1712. p. 507. 508. 509.*

Diss. de Scientia Theologica & Pietate Doctorum Evangelii, qvæ utriusqve sit necessitas in Ecclesia Dei, Halensibus opposita. Flensburgi 1712. in 4.

Paraphrasis continua in Novum Testamentum, a Wern. Mich. Borcholto, Gymnasii Lüneburg. Professore, cum Observationibus, edita Lüneburgi A. 1720. in fol. Duplex illius Elogium invenies in der fortgesetzten Samlung von Theol. Sachen in Append. A. 1720., p. 1100. 1101., & Sect. I. A. 1721., p. 89. 90. 91.

II. GERMANICA.

Nichtigkeit des Päbstischen Meßopfers. Hamburgi 1686. in 12. Impugnavit hoc scriptum Dionysius Werlensis, Capuccinus Hildesiensis, *Parte II.* des Meßberichtes, refutatus vicissim seqventi:

Mehrerer Beweis der Nichtigkeit des Päbstlichen Meßopfers, Dionysii von Werlen Anderem Theile des Meßberichtes entgegengesetzt. Hamb. 1705. in 8. Recensum V. *in Novis Lit. German., M. Oct. A. 1705., p. 390. 400.*

Nohtwendigkeit der Verbesserung der Reformirten Lehre, mit sattsamen Gründen dargestellt. Hamb. 1686. in 8.

Wo stehts geschrieben? Nirgend; das ist Ungrund der irrigen Meinungen, und sündlichen Gewohnheiten der Römischen Kirche, auf Veranlassung eines Päbstischen, zu Münster A. 1684. gedruckten, Büchleins (dessen Titul ist: Unterricht auf die Frage: **Wo stehts geschrieben, was die Römische Kirche glaubet und thut in ihren Versamlungen?**) außgefertiget. Hamb. 1697. in 12.

Wo stehts geschrieben? In dem H. Worte GOttes; das ist: Fester Grund des Lutherthums, oder Beweiß der heilsamen Evangelischen Lehre, hergenommen auß den Schriften der Propheten und Apostel, und in möglichster Kürtze dargestellet. Am Ende wird erörtert die Frage: Ob nicht dieienige sich schwer versündigen, welche von der Evangelischen Kirche zur Römischen abtretten? Hamb. 1698. in 12.

Betstimme der Kinder GOttes, oder auß H. Schrift zusammengesuchte Gebete auf allerhand Fälle. Hamb. 1698. in 12.

Außgefegtes Fegefeur; Nebst einer Antwort auf Dionysii Werlensis, eines Hildesheimischen Capucciners, Catholischen Ehrenretter. Hamb. 1699. in 12.

Friedensgedancken in dem Hamburgischen Streite, wegen Renovation des Beruffes D. Joh. Frid. Mayers zum Pastorate zu S. Jacobi, A. 1703. in 4. His, e factionis Stielckio-Krumholtzianæ, renovationem istam urgentis, asseclis, tenebrio qvidam, Christianus Mothes, mox opposuit die Erwegung der Friedensgedancken Herrn Schultzen, refutatam, eodem anno 1703., in M. Leandri ψευδωνύμῳ Vertheidigung der Friedensgedancken D. S. Schultzens, gegen eines, unter dem Nahmen Christiani Mothes versteckten, Hamburgischen Demagogi Anpackungen, & Eberhardi Arends Erbärmlichen Niederlage Christiani Mothes in Erwegung der Schultzischen Friedensgedancken, in der Eil vorgestellet. Qvæ duo scripta pro nostro Apologetica seorsim A. 1703. in 4. prodierunt, & deinde *in Protocollo & Actis* der peinlichen Sache gegen D. Christ. Krumholz, Hamburgi A. 1711. *in fol.* editis, sunt recusa; prius qvidem M. Leandri (cui a Mothio scheda, sub titulo *Leanders* des elenden *Advocaten*, A. 1703. est reposita) *p. 149-155.*, posterius vero Arndii *p. 155-159.* Præter Mothium istum larvatum, Schulteti *Meditationes* has *Irenicas* ipse etiam impugnavit Christ. Krumholzius, Pastor templi

Hamburg. Petrini seditiosus, in den Anmerckungen über vier Schriften wieder die Renovationem vocationis D. Joh. Frid. Mayers (quæ, post Autoris sui exautorationem, *in Actis Krumbolzianis*, modo laudatis, A. 1711. demum prodierunt), *Sect. IV., p. 775-801.*

Gottes heiliger guter Wille, betreffend der gesamten Menschen Bekehrung und Seligkeit, durch Veranlassung einer Reformirten Neujahrspredigt, vorgestellet und erwiesen. Hamb. 1704. in 4. Oppositum est hoc opusculum Laur. Steverslotii, Ecclesiastæ Altonaviensis Reformati, *Sermoni de novo cœlo & nova terra, in 2 Pet. III. 13.*, Belgico, A. 1704. publicato, in quo is locum 2 Pet. III. 9. ad solos electos restrinxerat. Sub finem adjicitur Σκιαγραφία doctrinæ de Conversione hominum Latina. V. *Nova Lit. Germ., M. Mart. A. 1704., p. 118., & M. Jun. p. 240.*

Kräftige Irrthümer der Römischen Kirche vom Ablasse, Meßopfer und Fegefeur, durch Veranlassung einiger wiedrigen Hildesheimischen Schriften, derselben zur Besserung, vor Augen gestellt. Hamb. 1705. in 8. Oppositus est libellus scriptis Dionysii Werlensis, Capuccini, & Joh. Rempenii, Jesuitæ, contra Meinolphum Viartum, Capuccinum, a Pontificiis ad Lutheranos transgressum, editis. V. *Nova Lit. Germ., M. Nov. A. 1704., p. 439. 440.*

Wolgemeinte Warnung vor der Gemeinschaft des Gottesdienstes der Mennonisten, an die Evangelische in Hamburg. Hamb. 1706. in 8. Opposita est Sermonibus XVIII. sacris Belgicis Jac. Denneri, Mennonitarum Altonaviensium Ecclesiastæ, eodem A. 1706. ἀνωνύμως editis. V. *Nova Lit. Germ. A. 1708., p. 118. 119.*

Evangelisches Glaubensbekäntniß einer gewesenen Mennonistinn, mit einigen Anmerckungen. Hamb. 1707. in 8. V. de illa *N. L. Germ., M. Aug. A. 1707., p. 296.*

Die in gläubiger Zuversicht zu GOtt gerichtete Betstimme der Krancken und Sterbenden, samt dem erfreulichen Wiederhalle der Göttlichen Erhörung, in Gebets-Formeln verfasset. Flensburgi 1707. in 12.

Der weise Kirchenbau, auß Veranlassung des kurtzen Entwurfs, welchen D. Sam. Strimesius, von der Lutherschen und Reformirten Einigkeit im Grunde des Glaubens, hat ans Liecht gegeben, zur Besserung der Reformirten, und Beförderung heiliger Eintracht, entworfen. Hamb. 1711. in 8.

Wagschaale, darinn der ietzigen Römisch-Catholischen Lehre Ungrund und Nichtigkeit, hiernechst der Evangelischen Lehre Grund und Wahrheit, wird vor Augen gestellet; Hamburgi A. 1713. in 12., teste Catalogo quodam, excusa.

Untersuchung wieder D. Sam. Strimesium, sub larva Philalethæ Irenophili edita, quam illi vindicat D. Joh. Fabricius *Parte III. Historiæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 165.*

INEDITA ET AFFECTA, pleraque *in Novis Lit. Germ., M. Majo A. 1703., p. 198. 199. 200.*, promissa.

Otia Exegetica, Opus 40. Alphabetorum, in quo universa ferme S. Scriptura, per brevem, plenam planamque paraphrasin, primo exponitur, tum per observationes subjunctas sensus verborum, ubi necessum id videtur, uberius firmatur, & verba etiam, ad res fidei probandas, secundum *Stereomatis doctrinæ Evangelicæ*, A. 1692. editi, ordinem, applicantur.

Censura Cultus publici Romanæ Ecclesiæ, qua probatur, Romano-Catholicorum Missalia, Breviaria, Hymnos Germanicos, Rituale, Pontificale & Ceremoniale, vitiis scatere, iisque bonam sui partem enormibus, adeoque Sacra publica Romanæ Ecclesiæ esse contaminata, & multo maxima indigere emendatione. Publice *in Catalogo nundin. Lipſ. An. 1686. vernali* est promissa.

Exegesis uberior locorum S. Scripturæ, *in Judicio divino supremo contra Reformatos* allegatorum, quam in hujus *præfatione*, uti supra monitum, est pollicitus.

Halcyonia Protestantium, in quibus, e Bened. Picteti, Henr. Horchii & Pet. Allingæ, Reformatorum, scriptis Irenicis, collecta sistuntur, quæ pro Ecclesia Lutherana adversus Reformatos militant. Confer de his Phil. Jac. Speneri *P. III. Consil. Theol. Lat. p. 782. b.*

Vindiciæ gloriæ Dei, pro Trinitatis mysterio, Exegeticæ, contra Dan. Zwickerum, aliosque Socinianos & Arianos, quas, tanquam *librum doctum atque utilissimum*, commendavit, edique vehementer desideravit, Joh. Frid. Mayerus, *in Disp. de Chr. Sandii de Sp. S. sententia, §. 4., p. 8.*

Lob der Heiligen Schrift.	Opuscula, dogmatis Pontificiorum specialibus opposita.
Der Bußfertigen hohe Glückseligkeit.	
Uebermachter Heiligen-Dienst.	
Heßlicher Bilder-Dienst.	
Apparatus mensæ sacræ.	
Poculum salutis.	

Römische Feigenblätter, wieder P. Dionysii de S. Marthe A. 1688. außgegebenes Réponse aux plaintes des Protestans, touchant la prétendue persecution de France.

Capuccinus Evangelicus plenius informandus, P. Dionysii Werlensis, Capuccini Hildesiensis, *Viæ pacis*, Hildesiæ A. 1686. editæ, oppositus.

Lehre der Wahrheit, in welcher alle Evangelische und Reformirte Christen einstimmig werden müssen: Nebst Anmerckungen über D. Sam. Strimesii Entwurf der Vereinigung. V. *Catal. nundin. Lipſ. A. 1710. vern. p. 72.*

Allgemeine Pflicht der Menschen.

Betstimme der Tischgäste GOttes, oder Communicanten-Büchlein.

M. DAVID SCHULTETUS, Hamburgensis, M. Petri Schulteti, Diaconi ædis Catharinææ, filius, & D. Dav. Klugii, ejusdem Pastoris, ex filia nepos, d. 16. Sept. A. 1679. natus, e patriæ Schola ac Gymnasio Witebergam A. 1700. abiit, & istic die 28. Apr. A. 1701. Magistri obtinuit titulum. In patriam A. 1703., ob mortem Parentis, reversus, sequenti 1704. Rostochium excurrit, reliquum autem vitæ quadriennium, ab A. 1705. ad fatalem 1709. (quo, d. 25. Aprilis, morbo extinctus est Colico), Hamburgi transegit. Cum sacris, quæ a Præceptoribus hauserat, valde laboraret præjudiciis, istorumque effata, velut oracula, veneraretur, ac zelum immodicum φιλονεικίᾳ præcoci ἀκαίρως imitaretur, audacia juvenili controversiis nuperis Ecclesiæ Lutheranæ domesticis, accuratioris licet de istis judicii expers, temere se ingessit, & Theologos moderatiores, aliosque scriptores, a sacris alieniores litibus, schediasmatis subinde lacessivit eristicis. Quo cum esset animo, mirum haud est, eum a doctore suo, D. Joh. Frid. Mayero, cujus γνήσιος erat discipulus, *in Oratione de Joh. Bugenhagio p. 5.*, *Juvenem* esse salutatum *summæ spei, &, si doctrinæ apparatum, morum innocentiam, discendique ardorem, spectes, in exemplum hominis natum studiosi.* Plura de vita ejus suggerent C. O. F., Lüneburgensis, Narratio de hac vernacula; scripto ipsius posthumo von den Hamburgischen von der Schule beruffenen Predigern A. 1709. subjuncta, &, quæ istam sequuntur, *Nova Germaniæ literaria* Hamburgensia, *M. Sept. A. 1709., p. 371. 372.* Conf. de illo *Diarium Eruditorum Parisiense Gallicum anni 1708., in Supplem. Augusti, p. 402-405.*

-40.., & sequens anni 1709., in Supplem. Junii p. 611., Conr. Sam. Schurtzfleischii Græcum ad eum Epigramma in Poematis p. 347., ac Barth. Feindii Junioris Carmen in lauream ipsius Philosophicam Germanicum, Parte I. der Teutschen Gedichte, p. 463-468., obvium.

Disp. de Salute Aristotelis, Præside Gerh. Meiero, Th. Lic., defensa. Hamburgi 1698. in 4.

Disp. de D. Lutheri Voto: *Deus vos impleat odio Papæ!* Præside D. Joh. Frid. Mayero defensa. Hamb. 1699. in 4.

Disp. de Pietista per Status Evangelicos accusato & judicato, Præside eodem. Hamb. 1700. in 4.

Disp. de Jure Gratiæ Principis Christiani in reos noxæ capitalis, e S. Scriptura & Veterum Piorum moribus repetito, Præside D. Phil. Lud. Hannekenio Autore defensa. Witebergæ 1701. in 4.

Diss. de LII. Doctis præcocibus, Accessiones ad Adr. Bailleti Librum *des Enfans devenus celebres par leurs études, ou par leurs écrits*, suppeditans, Præside M. Henr. Klausingio, Ord. Philos. Witeb. tunc Adjuncto, proposita. Witebergæ 1702. in 4. V. de illa *Nova Germaniæ literaria, M. Jul. A. 1703., p. 245.* Idem argumentum fusius deinde persequi A. 1708. cœpit, in der Eröfneten Schaubühne der gelehrten Jugend, Scripto, de quo infra dicetur, vernaculo, sed, morte impeditus, non nisi primam illius edidit Sectionem.

Disp. qva formula *Dicis causa* ex literatura explicatur, Præside Conr. Sam. Schurtzfleischio, Autore, defensa. Witebergæ 1703. in 4. Recensum ejus invenies in iisdem *Novis Germaniæ literariis, M. Jul. A. 1703., p. 243. 244.*

Disputationes duæ de Fœminis 24. prima ætate eruditione ac scriptis illustribus & nobilibus, ab ipso Præside propositæ. Witebergæ 1703. in 4. V. de istis eadem *Nova, l. c. p. 244. 245.* Plagii eas in suam *de Poetriis puellis* Diatriben, Kilonii A. 1700. editam, accusavit Sebast. Kortholtus, Professor Kiloniensis, in amicis ad me literis, consentiente Autore des Außführlichen Berichtes von neuen Büchern, *Sect. 7., p. 688. 689.*

Theses ex Theologia selectæ, Præside D. Joh. Fechtio propositæ. Rostochii 1705. in 4. V. de iis *Nova literaria Lubecensia, M. Oct. A. 1705., p. 291.*

Innocentia Theologorum Hamburgensium contra Gothofredum Arnoldum, aliosqve, asserta. Hamburgi 1706. in 4. Tractatui huic (de qvo Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theologische Nachrichten, *Sect. 4. A. 1707., p. 262. 263. 264.*, possunt conferri) per Gothofr. Arnoldum, cujus ille *Historiæ Ecclesiastico Hæreseologicæ* Germanicæ potissimum erat oppositus, paucis, sed nervose, responsum est, in den Theologisch-Historischen Betrachtungen, Francofurti A. 1709. *in 4.* editis, *P. V., c. 1., p. 619-623.* Ubi Autori, qvod juveniliter ferociens, impudenti maledicentia, Spenero, Arnoldo, aliisqve eruditis, temere insultaverit, Zelum immodicum atqve ἀνόητον ubiqve prodiderit, libellum famosum, ejusqve calumnias, exscripserit, ἀλόγια inepte cumulaverit, verba Arnoldi perverterit, manifeste vera negaverit, manifeste falsa defenderit, Historicorumqve consensui, imo sibi ipsi contradixerit, exprobratur, luculentisqve probatur speciminibus, & hæc tandem *p. 623.* de scripto ejus censura additur: Ich bin gewiß, daß, wenn die Rhetorischen und Sophistischen Künste, zusamt den groben Convitiis, weggethan werden, nichts wahrhaftiges noch solides miteinander daran bleiben kan. Qvæ *Isagoges* meæ *ad Historiam Cimbricam Partis IV. Capitis X.* narrationibus de Ordinis Ecclesiastici Hamburgensis Certaminibus sacris, præsertim intestinis, in eodem Tractatu a Schulteto sunt opposita, cum Autor Zelum qvorundam degenerem argumentis, pro legitimo solum militantibus, frustra defenderit, in singulorum certaminum historia domestica tantum Zelotarum Hamburgensium, & Parastatarum, qvos illi habuere, immitiorum, allegaverit testimonia, contraria autem aliorum moderatiorum, audacia juvenili, mendacii sæpe impudenter, nullis licet rationibus adductis, insimulaverit, & certamina Æpinianum, Schuppianum, Haccianum, Reiserianum & Horbianum, qvorum vitia excusari non poterant, callide præterierit, responso indigna esse, & egomet judicavi, & alii prudentiores censuerunt.

Schediasma de Doctoratu Theologico apud Reformatos non assumendo: Una cum Enneade Observationum ad nuperum Reformatorum in Comitiis Ratisbonensibus postulatum, ut iis a nostratibus licentia concedatur sacram ædem extruendi, ubicunqve viginti Reformatorum familiæ reperiuntur. A. 1708. in 4. V. de illo *Nova Germaniæ literaria, M. Mart. A. 1708., p. 120.*, & Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theologische Nachrichten, *Sect. 6. A 1708., p. 3 7.*

Eröfnete Schaubühne der gelehrten Jugend, worauf bey die 400 in allen Wissenschaften erfahrne und gelehrte Jünglinge aufgeführet werden, in unterschiedlichen Oefnungen. Hamburgi 1708. in 8. Sylloges hujus, ex Adr. Bailleti Tractatu ejusdem argumenti Gallico, aliisqve Autoribus, ordine Alphabetico congestæ, Scenæ sive Sectionis primæ, qvæ sola tantum prodiit, σκιαγραφίαν invenies *in Novis literariis Germaniæ, M. Dec. A. 1708., p. 479. 480.*, & in dem Außführlichen Berichte von neuen Büchern, *Sect. 3., p. 314-317.*

D. Mart. Lutheri und Casp. Calvörii gantz ungleiche Lehren von der Vereinigung der Evangelischen und Reformirten, auß beyderseits Schriften zur Gnüge gezeigt. Hamburgi 1709. in 4. Scheda Casp. Calvörii, Superintendentis in Ducatu Brunsvicensi Cellerfeldensis, *Consultationi de Pace ecclesiastica inter Protestantes* opposita. V. Val. Ern. Löscherum, *l. c., Sect. 8. A. 1709., p. 484-488.*

Der von der Schule zur Kirche beruffene Hamburgische Prediger. Hamburgi 1709. in 8. Catalogus est Ecclesiastarum Hamburgensium, scholasticis antea functorum officiis, cujus recensum *Nova Germaniæ literaria, M. Sept. A. 1709., p. 368-372.*, & Val. Ern. Löscherus, *l. c., Sect. 11. A. 1709., p. 690. 691. 692.*, exhibuerunt.

Schediasma de Doctis προσηλύτοις, sive Apostatis, in der Schaubühne der gelehrten Jugend, *Sect. I., p. 17.*, promissum. Semicenturiam horum tantum unicam a C. O. F., Vitæ ejus scriptore, reliqvisse perhibetur.

Schediasma affectum de Mortibus Calvinianorum tragicis, cujus mentio apud eundem occurrit Biographum.

GEORGIUS DIETERICUS SCHULTZE, Hamburgensis, Joachimi, Diaconi Jacobæi, filius, & Danielis Severini, modo laudati, germanus, Med. Doctor & in patria Practicus, Poliater ejusdem inferior d. 5. Jul. A. 1700. electus. Obiit A. 1722. V. *Nova literaria Lubecensia, M. Aug. A. 1700., p. 256.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1044.*

Disp. Inaug. de Dysenteria. Trajecti ad Rhenum 1682. in 4.

GODOFREDUS SCHULTE, J. U. Lic. & Practicus Hamburgensis, Johannis, Consulis primarii, filius, A. 1704. superstes.

Theses inaugurales, ex utroqve jure selectæ. Patavii A. 1695. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum pag. 25.*)

HENRICUS SCHULTZE, Lubecensis, J. U. D. Rostochii A. 1658. creatus.

Disp. de acqvirendo Rerum dominio, Lovanii edita, teste Henr. Rahnio, in *Programmate Disp. Inaug. sequenti præmisso.*

Disp. Inaug. de Jure Belli & pacis, Præside D. Henr. Rahnio. Rostochii 1658. in 4.

JOACHIMUS SCHULTZE, Hamburgensis, Johannis, J. U. Licentiati, filius, Med. Doctor Helmstadii A. 1605. creatus, urbis patriæ, circa A. 1618. (uti ex *Albo* Joach. Morsii *MSto* (1.) didici), fuit Poliater, & ab Alb. Wichgrevio (2.) hoc nominis commendatus est Anagrammate: *Joachimus Schultetus; * Es hic Musis oculus.*

Disp. de ratione purgandi, Præside D. Duncano Liddelio. Helmstadii 1601. in 4.

Disp. de Catarrho, carmine peculiari ab Alb. Wichgrevio, *l. c.*, laudata.

JOHANNES SCHULTZE, patria haud dubie Eiderstadiensis.

Verzeichniß von den Ländern Eiderstätt, Everstop und Utholm, A. 1612. aufgesetzet; opusculum ἀνέκδοτον, qvod ab Ant. Heimreichio, in *Chronico Frisiæ borealis vernaculo, c. 6., p. 111.*, & *Catalogo Autorum, secundæ ejusdem editioni præfixo*, allegatur.

JOHANNES SCHULTZE, Lubecensis.

Cœleste 'Οικητήριον, oder Schrift von der himlischen Behausung der Kinder GOttes, bey Absterben Fr. Annæ Catharinæ, Herrn Alexandri Lüneburgs Eheliebsten, aufgesetzt. Lubecæ 1683. in 4.

JOHANNES SCHULTZE, Hamburgensis, Alberti, XIIviri & Mercatoris, ex Gertrude Fechtia filius, avo Joh. Schultzio, J. U. L. & Senatori, ὁμώνυμος, diem 14. Dec. A. 1621. natalem habuit, &, e patriæ schola Gymnasioqve dimissus, Jurisprudentiæ Rostochii A. 1641., & Argentinæ seqventi vacavit qvadriennio, Licentiati autem titulum Basileæ A. 1647. obtinuit. Gallia deinde ac Batavia perlustratis, Hamburgum A. 1648. reversus, Secretariis patriæ d. 16. Mart. A. 1658., Consulibus autem d. 20. Jul. A. 1668., adscribi meruit, ordinisqve horum amplissimi, per lustra qvatuor vitæ ultima, fuit Senior. Vivis d. 2. Mart. A. C. 1697., & ætatis 76., excessit, cum ex Elisabetha Reinstorfia uxore, A. 1649. ducta, in conjugio ferme semiseculari, VII. sustulisset filios & VI. filias. E qvibus decem, ipsi superstites (&, hos inter Albertus, J. U. L. ac Protonotarius, & Godofredus, J. U. L., suis supra locis memorati), nepotum & neptium XXXI., octoqve pronepotum & proneptium, avum ac proavum, ante obitum, eum jam reddiderant. Plura de ejus vita, laudibus ac in patriam meritis, suggerent Epitaphii, in æde ipsi Petrina erecti, inscriptio, a Joh. Alb. Fabricio, *in Auctario Inscriptionum Hamburgensium* Theod. Anckelmanni, *num. 132., p. 41. 42.*, exhibita, & Joh. Frid. Mayeri, Pastoris tunc Jacobæi Hamburgensis, *Elogium*, qvo defuncto parentavit, panegyricum, seorsim Hamburgi A. 1697. *in fol.*, cum præmisso *Programmate* de senectute illius vegeta, excusum, sine hoc autem A. 1710. ibidem, in Fabricii modo laudati *Parte I. Memoriarum Hamburgensium, p. 320-342.*, recusum. Idem Mayerus suum etiam *de Pontificum Romanorum electione* Epistola peculiari illi inscripsit *Commentarium*, & in hac *vivam* eum vocavit *Bibliothecam, ambulatoriumqve museum*, ac ob *judicii divinitatem cum memoriæ pertinacitate, in senecta etiam, contendentem*, celebravit. *Summus veræ Jurisprudentiæ Antistes* audit Vinc. Placcio in Epistola *Tr.* sui *Juridici de Actionibus*, illi A. 1679. inscripti, *dedicatoria.* Nummum exeqvialem, extincti A. 1697. dicatum memoriæ, Pet. Ambr. Lehmannus, *in Observationibus Historicis anni 1702. vernaculis, num. 51., p. 407. 408.*, descripsit, & *in Novis Lit. Germ.*, *M. Sept. A. 1703., p. 360.*, æri insculptum exhibuit.

Disp. Jurid. de Collationibus, Præside D. Joh. Ott. Tabore. Argentinæ 1646. in 4.

Disp. Inaug. de Contributione jactus. Basileæ 1647. in 4.

Observationes ejus in Jura, tum Imperii Romani, tum Civitatis Hamburgensis, ineditas, *judicio & labore longe maximo conscriptas*, oculis suis se usurpasse, testatur Placcius *l. c.*

JOHANNES SCHULTZE, Hamburgensis, Alberti, Protonotarii, filius, & Johannis Consulis nepos, J. U. Licentiatus, A. 1716. Præsidis in Judicio patriæ inferiori functus munere. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 33.*, & Mich. Richey (ob *solidam doctrinam, cum prudentia qvam dexterrime conjunctam*, eum commendantis) *Epist. dedic. Centum Venerum* Flavii Junii, Andriensis, a se, ex illius MSto, Hamburgi A. 1714. iterum editarum, ipsiqve inscriptarum.

Disp. Inaug. de Transactione jurata. Tubingæ 1705. in 4.

M. PETRUS SCHULTZE, sive SCHULTETUS, Hemma Dithmarsus, Stephani, Pastoris pagi primum istius, & ædis deinde Hamburgensis, Spiritui sancto sacræ, e Barbara Sabelia filius, d. 11. Mart. A. 1641. in lucem editus, Witebergæ, d. 16. Oct. A. 1662., laurea a D. Æg. Strauchio ornatus est Philosophica, Parochus Ecclesiæ in Dithmarsia Wördensis A. 1668., Catharinææ autem Hamburgensis Diaconus d. 22. Mart. A. 1674., electus, &, post qvinqve liberos ex Anna Maria, D. Dav. Klugii, Pastoris Catharinæi Hamburgensis, gnata, A. 1671. ducta, susceptos, calculi doloribus d. 16. Maji A. C. 1703., ac ætatis 63., extinctus. V. Vitæ ejus historiam, *in Novis liter. Germanicis, M. Jul. A. 1703., p. 280.*, exhibitam, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 882.* Joh. Frid. Mayero, *P. III. Musei ministri Ecclesiæ, c. 3., p. 92.*, *Orator* audit *Ecclesiasticus scitissimus, & Theologus pie solideqve doctus.*

Bructerus, Poema Heroicum. Hamburgi 1658. in 4.

Disp. de Causa per accidens, Præside M. Sim. Frid. Frenzelio. Witebergæ 1662. in 4.

Exerc. Historica de Imagine τετραμεγέθλω Danielitica, Præside D. Ægid. Strauchio proposita. Witeb. 1662. in 4. Ipsi tribuitur, simulqve commendatur, in Aug. Pfeifferi *Antichiliasmo p. 283.*

Disp. ad Gen. XLIX. 5. Witeb. 1663. in 4.

Disputt. duæ de Dario Medo. Witeb. 1663. in 4.

Unterschiedener Himmels- und Höllenweg, nach Anleitung des ersten Psalms, in VI. Predigten beschrieben. Hamb. 1673. in 8.

Das von Liebe brennende Prediger-Hertz Petri, auß Joh. XXI. 15. 16. 17., in einer Anzugspredigt an S. Catharinen-Kirche in Hamburg, d. 9. Apr. A. 1674. vorgetragen. Es ist hinbeygefüget seines Vattern, M. Steph. Schulteti, Pastoris emeriti an des H. Geistes Kirche, Abdanckung, geschehen d. 11. Febr. A. 1674. Hamb. 1674. in 8.

Tauffermon bey der Taufe eines Türckischen Mädgens, so vorhin Fattima, nun aber Elisabeth Christina, genandt, d. 11. Apr. A. 1689. gehalten. Hunc D. Joh. Frid. Mayerus, in *Museo* suo *ministri Ecclesiæ*, Lipsiæ A. 1690. *in 4.* edito, *P. III., c. 3., p. 92-99.*, juris fecit publici.

SAMUEL SCHULTETUS, Eddelakiæ, in Dithmarsia Australi, d. 28. Oct. A. 1635., natus, eosdem cum Petro fratre, modo memorato, parentes, Stephanum, Ecclesiasten Dithmarsicum atqve Hamburgensem, & Barbaram, Petri Sabelii, mercatoris Hamburgensis, filiam, habuit. Qvinqvennis Hamburgum cum parente migravit, &, schola civitatis publica per qvadriennium, ac Gymnasio per triennium, freqventatis, studio Theologico, ab A. 1656., in Academia Witebergensi, seqventi 1657. Magistri ei largita titulum, &, ab A. 1659., in Argentinensi, convictuqve D. Joh. Conr. Danhaueri, incubuit. Ex hac, biennio elapso, digressus, Hamburgi substitit, ad A. usqve 1667., qvo Vici

(1.) *fol. 671.* (2.) *Cent. I. Anagrammatum, Dec. IV., n. 7., p. 45.*

vici in Dithmarsia boreali Diaconatum obtinuit Heidensis, cum Pastoratu, & Præpositi Ecclesiarum provinciæ ejusdem Ducalium reliqvarum dignitate, post mortem M. Joh. Crügeri, Collegæ, A. 1681. commutatum. A. 1683., d. 4. Nov., Ecclesiæ Petro-Paulinæ Hamburgensis Pastor, in locum M. Hermanni a Petkum, est electus, istudqve officium, titulo Doctoris Theologi in Acad. Kiloniensi d. 21. Dec. impetrato, d. 22. Jan. A. 1684. auspicatus, ac deinceps A. 1688. Senior etiam ordinis Ecclesiastici, scholarumqve Inspector, a Senatu, post D. Dav. Klugii, designatus, obitum. Duo, cum presbyterio præesset Hamburgensi, non hujus solum, sed civitatis etiam universæ, tranqvillitatem certamina sacra, perqvam infausta, turbarunt, in qvibus ipse partis rigidioris, cum D. Joh. Frid. Mayero, Pastore Jacobæo, & incentore utriusqve præcipuo, fuit promachus. Prioris, A. 1690. Joh. Winclero, Joh. Henr. Horbio & Abr. Hinckelmanno, Ecclesiarum Michaelitanæ, Nicolaitanæ & Catharinææ, Antistitibus, ob Collegia pietatis domestica, formulamqve novi Juramenti Ecclesiastici vernaculam, istis, aliisqve circa sacra innovationibus, Magistratu ignaro, a nostro, ejus (uti Mayerus (1.) testatur) autore, oppositam, & Presbyterio obtrusam, animose repudiatam, moti, sed a Senatu A. seqv. 1691. sopiti, historiam breviorem, *h. l.* haud repetendam, *Parte IV. Isagoges ad Historiam Cimbricam* (2.) jam exhibuimus, uberiorem autem Wincleri, Horbii & Hinckelmanni, biographiis reservamus. Isto vix sedato, nova, A. 1693. ineunte, adversus Horbium, ob libelli de Juventutis educatione, a Pet. Poireto, homine heterodoxo, Gallice scripti, Versionem Germanicam, incaute publicatam, a Mayero concitata est tempestas, eaqve priori longe truculentior, in qva, exemplo hactenus inter Lutheranos inaudito, tanta in Collegam hunc, ab adversariis, & plebe seditiosa, illorum secuta autoritatem, sævitum est animorum intemperie, ut Horbio, Magistratu atqve auditoribus invitis, ne vitæ discrimen incurreret, munere sacro fuerit abstinendum, & urbs tandem ipsi, cui πανολεθρίαν turbæ a factionibus excitatæ seditiosis, minari videbantur, relinqvenda. In tragoedia ista Mayeri noster denuo fuit assecla, & sermonibus sacris justo vehementioribus (qvorum unum, in Joh. Nicol. Blanckii, Diaconi Petrini, inauguratione, d. 22. Aug. A. 1693. recitatum, Laicus qvidam Hamburgensis refutare mox est aggressus (3.)), *Declamatione in fanaticos scholarum osores* scholastica, d. 11. Maji A. 1693. habita, scriptisqve variis, sub Ordinis totius Ecclesiastici nomine publicatis, animum in Horbium, ejusqve patronos, Winclerum & Hinckelmannum, immitem atqve infensum abunde prodidit. Certaminis hujus funesti, cujus beneficio noster, scriptis aliis parum famæ consecutus, exteris innotuit, series universa, monumentis jam Senatus Hamburgensis, atqve aliorum, compluribus publice exposita literariis, in Vitæ Horbianæ suo loco commodius enarrabitur historia. Sex e duabus uxoribus, Anna, Nicolai Bojeni, Actuarii Dithmarsici, gnata, A. 1669., & Anna Margareta Raschia, Johannis Adolphi, ærario Dithmarsiæ borealis præfecti, filia, Reimariqve Clausenii, Prætoris Tellingstedensis, vidua, A. 1673. ducta, sustulit liberos, sed filium tantum unicum, Stephanum, J. U. Licentiatum, cum A. C. 1699., ac ætatis 64., d. 30. Maji, & festi Pentecostalis (cujus prima concionatus publice erat) tertia, morte subita expiraret, reliqvit superstitem. Epitaphii, ab illo parenti in æde erecti Petrina, Epigraphen Joh. Alb. Fabricii *Auctarium Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium, n. 136., p. 43.*, exhibet. Parentatum est defuncto a Joh. Schultzio, scholæ Hamburgensis Rectore, *Oratione ἀνεκδότῳ*, a Balth. Menzero autem, Professore Gymnasii Mathematico, *Programmate funebri*, Hamburgi A. 1699. excuso, & A. 1711. *Parte Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii *Tertia, p. 340-350.*, recuso. E qvo, mecum, Pet. Ambr. Lehmannus, *in Observationibus Historicis anni 1699. vernaculis, num. 23., p. 180. 181. 182.*, & Autor Anonymus *Excerptorum curiosorum e novellis anni 1699. Germanicorum, p. 76.*, vitæ ejus repetierunt historiam. Bibliothecæ illius, auctione publica distractæ, Catalogus Hamburgi A. 1701. *in 8.* prodiit. Confer etiam elogium insigne, qvo Parastatam hunc suum Joh. Frid. Mayerus, im Mißbrauche der Freyheit der Glaubigen, *c. 2., p. 16.*, est dignatus.

SCRIPTA.

Disp. de persona Christi, Præside D. Abr. Calovio. Witebergæ 1658. in 4.

Ecclesia Muhammedana breviter delineata, & Præside D. Joh. Conr. Danhauero exhibita. Argentinæ 1660. & 1668. in 4., ibidem (si titulo, typis contradicentibus, credendum), sine mentione anni, in 4., & Lipsiæ tandem (*in Appendice Voluminis Disputt. Theologicarum Danhaueri*) A. 1707. in 4. Præfixa est præfatio Danhaueri Præsidis, & veri, uti stylus, aliaqve, mihi ferme persvadent, Autoris, cujus nomen in editionum secundæ ac tertiæ titulis perperam est omissum. Ipse certe Schultetus, *in Proœmio*, Disp. hanc ductu illius, per *Christeidos Act. III. Phæn. VIII.* præbito, & svasu, elaboratam esse, non diffitetur. Commendatur a Joh. Henr, Hottingero (*compendium* eam *Muhammedismi, sed historicum potius, qvam elenchticum*, vocante), *in Bibliothecario qvadripartito, P. IV., c. 3., p. 406.*, & Joh. Frid. Mayero *P. III. Musei ministri Ecclesiæ, c. 3., p. 67.*

Disp. Inaug., Hodomoriam Muhammedanam breviter exhibens, Præside D. Matthia Wasmuhtio proposita. Kilonii 1683. in 4. Eadem est cum Diatriba præcedenti, titulo mutato, initio hic suo & fine mutilata.

Scriptis hisce Latinis addantur Germanica, sub Ordinis Ecclesiastici Hamburgensis nomine, ab ipso,
uti creditur, adversus Joh. Henr. Horbium, Joh. Winclerum & Abr.
Hinckelmannum, Collegas, edita.

Des Ministerii zu Hamburg Verbindungs-Formul in der reinen Lehre, wieder allerhand neue Schwärmer und Sectirer, d. 14. Mart. A. 1690. unterschrieben. A. 1690. in 4. Pomum Eridos in ecclesiam projectum Hamburgensem, de cujus historia *Pars IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 22., p. 601-607.*, potest consuli. Joh. Frid. Mayerus, qvem Autorem ejus esse, *istic p. 603.*, rumorem secuti publicum, perhibuimus, Schulteto illam deberi indicavit im Mißbrauche der Freyheit der Glaubigen zum Deckel der Boßheit, scripto Anti-Speneriano, Hamburgi A. 1692. *in 4.* edito, *c. 2., §. 4., p. 19.*

Sendschriben an D. Joh. Frid. Mayern, von der Streitigkeit des Hamb. Ministerii mit D. Phil. Jac. Spenern, d. 3. Mart. A. 1692. geschrieben. Prodiit in scripto Mayeri modo allegato, *c. 3., §. 3., p. 34-37.*

Grundrichtiges Urtheil von dem Büchlein, Klugheit der Gerechten genandt, den Deputatis des Rahts zu Hamburg, am 10. Mart. A. 1693., schriftlich communiciret: Samt den Wolgegründeten Uhrsachen, Herrn Joh. Henr. Horben, Pastoris zu S. Nicolai, höchstnöhtig erachtete Remotion betreffend, so dem Rahte d. 20. Mart. sind eingehändiget. A. 1693. in 4. Opposita huic scripto est Horbii *Apologia* Germanica, eodem A. 1693., jussu Senatus, *in 4.* edita.

Kurtze Anzeige, was von J. H. Horbii Responso, so er, auf des Ministerii, am 20. Mart. eingegebene, Uhrsachen seiner Remotion, am 27. Jun. dem Rahte übergeben, zu halten sey. A. 1693. in 4. Reposita huic est Horbii Kurtze Fürstellung, daß die Anzeige der Herren Ministerialen, was von seiner Apologie zu halten, wieder Christliche Liebe und Wahrheit sey, excusa A. 1693. in 4.

Vortrab der zukünftigen Verantwortung des Ministerii in Hamburg, auf die harte Beschuldigung, so, in dem, so genand-

(1.) im Mißbrauche der Freyheit der Glaubigen *p. 10.* (2.) *Cap. X., §. 22., p. 601-607.* (3.) in der Gewissensrettung eines redlichen Einwohners in Hamburg, an die Kirchen-Vorsteher zu S. Petri und Pauli, scripto qvaternionis unici, A. 1693. edito.

ten, Protokollmäßigen Berichte deßen, was, zwischen einem Hochweisen Rahte, und dem Ministerio, occasione der Horbischen Sache, bißher vorgefallen, enthalten ist. A. 1693. (d. 7. Jul.) in 4. Prodromum hunc, qvaternione constantem unico, & Senatus Hamburgensis de certamine Horbiano Relationi, a D. Joh. Henr. Simone, Syndico, A. 1693. scriptæ ac editæ, oppositum, Schulteto vindicat Joh. Frid. Mayerus in Wahrhaften Gegenberichte gegen eben denselben Protokollmäßigen Bericht, *p. 4. 6.*, confutavit autem scriptum pro Horbio *ἀδέσποτον*, eodem A. 1693. *in 4.* sub hoc excusum titulo: der, samt seinen Ritt- und Rottmeistern, geschlagene Vortropp, oder Vortrab, der Herrn Ministerialen in Hamburg, mitten unter dem An- und Abtraben dieser Apocalyptischen Cavallerie (*Zach. VI. Apoc. VI.*), entworfen von einem, der dem auf dem weisen Pferde (*Apoc. XIX.*) folget.

Urtheil von D. Abrah. Hinckelmanns Schriften wieder D. Joh. Frid. Mayern, am 14. Febr. A. 1694. aufgesetzt, und Mayeri Ablehnung der vernunftlosen Antwort Hinckelmanni, so A. 1694. (d. 14. Febr.) *in 4.* ist publiciret, *p. 9. 10. 11.*, einverleibet. Improbatum mox est a Joh. Winclero, in Epistola, Hinckelmanni Vernünftiger Abfertigung der dritten Schmähschrift Mayeri, eodem anno, d. 15. Febr., adjecta.

Erste Abfertigung Herrn Joh. Wincleri und D. Abr. Hinckelmanni, mit ihrem gründlichen Beweise, daß in Hamburg keine Gefahr der Verlierung reiner Lehre, unter den Lehrern, gewesen. Hamburgi 1694. in 4. Refutata est a Winclero, in der, an die geheiligte Häupter, Vorsteher, und Christl. Gemeine zu S. Michaelis, gerichteten. Zugemühtführung der schmählichen Schrift des Hamb. Ministerii, so unter dem Titul der Ersten Abfertigung heraußgekommen, und angehengter Ablehnung der unbilligen Auflagen, Hamb. A. 1694. *in 4.* edita.

Andere Abfertigung Herrn Joh. Wincleri, mit seiner Zugemühtführung. Hamb. 1694. in 4. Huic itidem responsum est in Wincleri kurtzer Rettung seiner Unschuld, wieder die heftige ungegründete Auflagen der Hamburgischen XX. Ministerialen, in ihrer andern Abfertigung; qvæ Hamburgi eodem A. 1694. *in 4.* prodiit.

Inedita adhuc est Historia totius Certaminis Horbiani Hamburgensis Germanica, qvam, velut accuratissime conscriptam, Sam. Schelgvigius, *in Itinerario Anti-Pietistico p. 49.*, commendavit.

M. SEVERINUS SCHULTZE, Hatherslebiensis, Hafniæ M. Septembri A. 1704. extinctus. V. *Nova literaria Lubec., M. Dec. A. 1704., p. 372.*

Virgula divina, seu Prodromus demonstrationis existentiæ Dei, ex operationibus mentis humanæ, Disput. publica exhibitus. Jenæ 169.. in 4.

STEPHANUS SCHULTZE, Heida Dithmarsus, Samuelis (*de qvo supra est dictum*) filius, J. U. Lic. &, ab A. 1700., Practicus Hamburgensis.

Disp. Inaug. de Pactis. Lugd. Bat. 1699. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum p. 25.*)

HENRICUS WILHELMUS SCHUMACHER, Lubecensis, J. U. Doctor, & Dicasterii Ratzeburgensis regii Advocatus.

Disp. Inaug. de Communione Bonorum inter Conjuges, ejusqve effectu, Præside D. Franc. Ern. Vogtio proposita. Kilonii 1722. in 4.

JOHANNES SCHUMANNUS, Prezensis, Cœnobii initio in vico natali virginum nobilium inclyti, circa A. 1666., ac oppidi deinde in Wagria Plönensis, circa A. 1681., Pastor.

Aller gläubigen Christen Trostreiche Grabschrift, oder Leichpredigt über Jungf. Magdalena Brocktorfinn, auß Apoc. XIV. 13. Kilonii 1666. in 4.

Aller Gläubigen Benedictiner Loß und Erbruhe, oder Leichpredigt über Jungf. Benedicta Ranzouinn, auß Ps. XVI. 6. Kilonii 1669. in 4.

Plötzliche Todesfälle als nützliche Zeitlehrer vorgestellt, oder Leichpred. über den plötzlich erschossenen Dänischen Kornett von Koesfeld, auß Eccl. IX. 12. Plönæ 1681. in 4.

Leichpredigt über Gen. XXXV. 16-21. in 4. (*Catal.*)

ALBERTUS SCHUNEMANN, Lubecensis, J. U. D. & in patria, circa A. 1698., Practicus.

Disp. Inaug. de Contractu avertendi periculi. Giessæ 1687. in 4. Auctior recusa est in Joh. Nicol. Hertii, Acad. Giessenæ JCti, *Opusculorum*, Francofurti A. 1700. impressorum, *Tomo III. Libro I. Paroemiarum Juridicarum*, *sub Paroemia 43.*, teste Andr. Langio *in Introd. in Notitiam Legum nauticarum, c. 15. p. 139. 140.*

HANSIUS SCHUPPE, Coqvus Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Plönensis, aulicus.

Traiteur à la mode, so der delicaten und neubegierigen Welt darleget ein neues wol eingerichtetes Kochbuch, darinn zu finden, wie man, sowol Fürstliche, als andere vornehme Tafeln, nach bester Manier des heutigen Estats, mit Speisen galant bestellen und versehen könne. Lubecæ 1698. & (443. ferculis, aliisqve accessionibus, auctus) Plönæ 1702. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1698., p. 44., & M. Mart. A. 1702., p. 86.* Tertia ejus editio, denuo prioribus reddita locupletior, A. 1709. in 4. prodiit.

HENNINGUS SCHURIUS.

Flora Cimbrica, A. 1648. edita, qvam Anagrammata in Viros Cimbriæ insignes exhibere, Ulr. Petræi, Slesvicensis, J. U. C., me docuit epistola.

HENRICUS SCHÜTZE, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, A. 1704. superstes.

Disp. Inaug. de Ulceribus. Hardervici 1672. in 4.

ANDREAS SCHWARTZE, Hamburgensis, patre Johanne, cive honesto, matre autem Catharina Schrõderia, d. 11. Aug. A. 1620. natus, Themidi, in Academia initio Witebergensi (qvæ illum, de qvæstione: *An Principem a subditis diligi præstet, qvam metui?* publice A. 1641. audivit perorantem (1.)), deinde, ab A. 1642., in Lipsiensi, & tandem, ab A. 1647., in Tubingensi (qvam, comite Wolfg. Ad. Lauterbachio, JCto deinceps istius perillustri, est ingressus (2.)), litavit, & supremos in hac illius honores eodem anno obtinuit. In patriam redux, cum Anna Maria Becmannia A. 1648. primas, cum Walpurgi ab Holten vero A. 1650. secundas celebravit nuptias, &, a Sveciæ Rege suis in Ducatu Bremensi Consiliariis, Judiciiqve provincialis Assessoribus, adscriptus, Hamburgi tandem d. 11. Oct. A. C. 1668., & æt. 48., decessit (3.). Aug. Buchnerus, in *Programmate* paulo ante laudato, *adolescentem* eum *ingenii juxta & morum elegantia* vocavit *commendatissimum*, suamqve *Orationum Pet. Cunæi Oeconomiam*, A. 1643. editam, epistola illi inscripsit peculiari, *Parti Epistolarum Buchnerianarum*, qvæ Dresdæ A. 1708. prodiit, *tertiæ* inserta (4.).

Disp.

(1.) V. Aug. Buchneri *Programma*, Orationi huic præmissum, *Volum. I. Dissert. Acad.*, *p. 510-513.* (2.) V. Vitam Lauterbachii, D. Balth. Raithii *Sermoni in Memoriam ejus funebri Germanico* subjunctam. (3.) V. Mich. Kirstenii, & aliorum, Epicedia. (4.) *num. 53.*, *p. 129. 130. 131.*

Disp. de Monarchia, regno & tyrannide, Præside D. Mich. Wendelero. Witeb. 1641. in 4.
Pentas Theorematum Philosophicorum. Lipsiæ 1642. in 4. (*M. C. K.*)
Disp. Inaug. de Jure aggratiandi, Præside D. Joh. Wurmsero proposita. Tubingæ 1647. in 4. Recusa ibidem *in Quarto Disputt. Juridicarum, sub præsidio Wolfg. Ad. Lauterbachii habitarum, Volumine.*

JOHANNES CASPARUS SCHWARTZ, Chirurgus Hamburgensis, ab Andr. Ottom. Gölickio (*in Historia Chirurgiæ recentiore, §. 412. p. 263. 264.*) tum ob doctrinam vulnerum triplicium exemplis practicis breviter, sed egregie & accurate, illustratam, tum ob candorem, qvo errores in curando proprios exposuit atqve emendavit, ingenuum, fuse commendatur.
Die gezerrete Narrenkappe der Bartscherercy. Friburgi 1702. in 8. Opposita huic est Joh. Friedliebs von Wahrheitsburg, scriptoris ψευδωνύμυ, Zurückgeschickte Schwartzische Narrenkappe, oder Gründliche Ablehnung der verleumbderschen Chartecke, welche J. C. Schwartz gegen der Barbierkunst Verwandte außgestreuet hat, Freyburgi A. 1703. in 12. edita.
Der Wundartznevischen Anmerckungen Erstes Dutzet, von gehauenen Wunden. Hamburgi 1705. in 8.
Anderes Dutzet, von gestochenen Wunden. Hamb. 1705. in 8.
Drittes Dutzet, von geschossenen Wunden. Hamb. 1706. in 8.
Der Wundartznevischen Anmerckungen Vier Dutzent von gehauenen, gestochenen, geschossenen und zufälligen Wunden, zusammengedruckt. Hamburgi 1713. in 8. (*Catal.*)
Derselben fünftes Dutzet, von Geschwulsten und Geschwüren. Hamb. 1718. in 8.
Klystieren, als ein allgemeines Hülfsmittel, in allen Vorfällen sicher zu gebrauchen; imgleichen vom Wasser- und Tobacks-Gebrauche. Hamb. 1723. in 8.

JOHANNES FRIDERICUS SCHWARTZE, Lubecensis, Med. Doctor & Practicus, circa A. 1709., Berolinensis. V. Georg. Frid. Neßmanni *Or. de favore Lubecensium in exteros p. 29.*
Themata Medica de Vestitu, Præside D. Joh. Jac. Baiero. Altorfii 1704. in 4.
Disp. Inaug. de impedimentis Sudationum, eorumqve medela. Altorfii 1706. in 4. V. *Nova Lit. Germ., M. Sept. A. 1707., p. 323.*

CASPARUS SCHWENCK, Flensburgensis, Caspari, Secretarii urbani, e Christiana, D. Steph. Klotzii, Cimbriæ regiæ Superintendentis, gnata, filius, Scholæ in Eiderstadia Gardingensis moderator.
D. Steph. Klotzii Erläuterter Catechismus, von ihm auß des Autoris anderen Schriften vermehret, und, den Erwachsenen zum besten, mit Sprüchen der H. Schrift bestättiget. Hamburgi 1699. in 12.

JOHANNES SCHWENCK, Gardinga Eiderstadiensis, Caspari Schwenckii, Eiderstadiæ Præsidis, ex Anna, Rudolphi Langii, Consulis Tonningensis, gnata, fuit filius, Caspariqve Schwenckii Senioris & Joh. Camperi, Consulum Stadensium, nepos ac pronepos. Causarum forensium patronum, circa A. 1662., in urbe egit Flensburgensi, deinde autem, J. U. Licentiati titulo Helmstadii A. 1664. ante reportato, Novellarum ac Institutionum in Academia Kiloniensi Professor A. 1666. est constitutus, Doctorqve, triennio post (A. 1669.), a Collega Erico Mauritio renunciatus. A. seqv. 1670. munere Professorio, qvod Magno Wedderkopfio, locum inter Antecessores adepto tertium, esset posthabitus, sponte se abdicavit, &, Hamburgum initio, posteaqve in patriam, digressus, partem vitæ reliqvam, inter conjugii infelicis tædia, privatus transegit.
Disp. Jurid. de Re militari, Præside D. Georg. Wernero proposita. Helmstadii 1661. in 4. Recusa *Volumine II. Exercitationum Juris publici*, ab Ahasv. Fritschio collectarum, Rudolstadii A. 1668. *in 4.* edito, *num. 15.*
Disp. Inaug. de Privilegio sumptuum, studiorum causa factorum, ex celebri *L. 50. ff. fam. herc.*, Præside D. Georg. Wernero. Helmst. 1664. in 4.
Programma ad Novellas & Jus privatum audituros. Kilonii 1666. in 4.
Disp. de jure Academiarum. Kilonii 1666. in 4.
Epithalamion in nuptias Christiani Alberti, Ducis Holsatici, & Fridericæ Amaliæ, Principis Danicæ. Kil. 1667. in fol.

JOHANNES THOMAS SCHWERMANN, Tunderensis, Johannis, pharmacopœi oppidani, filius, d. 10. Aug. A. 1670. natus, artisqve Medicæ, cum Praxin ejus in patria A. 1697. jam inchoasset, Doctor in Academia creatus A. 1699. Kiloniensi. De vita ejus plura suggerent Wilh. Huldar. Waldschmidii *Programma Disput. inaugurali præmissum*, &, ex isto, *Nova Literaria Lubecensia, M. Sept. A. 1699., p. 276.*
Disp. Inaug. de Mictione cruenta, ex suppressione Hæmorrhoidum, Præside D. Wilh. Huldar. Waldschmidio. Kilonii 1699. in 4.

CHRISTOPHORUS SCHWICHEL, Husensis.
Oratio de JEsu Christi, totius generis humani Servatoris, laudibus, in Pædagogio Stettinensi d. 10. Maji A. 1636. habita. Stettini 1636. in 4.

JACOBUS SCHWIEGER, Altonavia Holsatus (1.) Poeta alicujus inter vernaculos nominis, cujus patriam, in Holsatia, ni fallor, sitam, Phil. a Zesen (2.) primis tantum literis (von A. auß H.) indicavit, in Societate Poetica Zesii hujus, cui Kal. Aug. A. 1645. adscriptus est (3.), rosigera agnomen *Fugacis* (des Flüchtigen), in Cygnea autem Joh. Ristii pastorale *Filidoris*, obtinuit, dramatumqve & Poematum suorum nonnullis nomina hæc adoptiva, aliis autem verum præfixit ac gentilitium. Castra, uti e *Veneris* patet *Armatæ* titulo, aliqvamdiu est secutus, magnamqve vitæ partem Hamburgi, Glückstadii, ac in locis vicinis, exegit, circa A. 1665. autem in aula Comitis in Thuringia Schwartzburgici Rudolstadiensi, uti dramata docent tunc edita, est versatus. De Carminibus ejus vernaculis Erdmannus Neumeisterus, *in Diss. de Poetis Germanicis* (4.), hoc tulit judicium: *Ingenium ad poetandi facilitatem proclive est; sed nescio qvid in dictione affectet, qvo Poemata placeant minus.*
Ueberschriften und Gedichte. Stadæ 1654. in 12. (*V. Catal. Tournes. p. 466.*)
Der Liebesgrillen, oder Lust- und Liebes-Schertz- Ehr- und Sittenlieder, Erster Theil. Hamburgi 1654. in 12.
Der Liebesgrillen Erster und Anderer Theil beysammen, in 4. Büchern. Hamburgi 1656. in 12.
Des Flüchtigen flüchtige Feldrosen, in unterschiedlichen Lustgängen vorgestellet, und von Joh. Schoopen, und anderen Musicis, mit neuen Melodeyen gezieret. Hamb. 1655. in 12.
Gebets-Räuchwerck, auß Col. I. 9-14., in einer zu Stade gehaltenen Predigt, A. 1655. vorgestellet. Stadæ 1655. in 4.
Wandelungslust, welche in allerhand Anbindungs-, Hochzeit-, Neujahrs- und Liebes-Schäffereyen bestehet: mit Hans Haken, Violisten in Stade, Melodeyen. Hamb. 1656. in 12.

(1.) V. Catal. Collegarum Societatibus Zesianis adscriptorum, ed. Wit. 1685. (2.) im Helikonischen Rosenthale. (3.) V. Zesium l. c. (4.) p. 97.

Verlachte Venus auß Liebe der Tugend, auf Begehren der edlen Constantia aufgesetzt. Glückstadii A. 1659. & Hamburgi 1660. in 12.

Adeliche Rose, welche den getreuen Schäffer Siegreich, und die wanckelmühtige Adelmuht, in drey Theilen fürstellet. Glückst. 1659. in 12.

Geistliche Seelenangst, zur Zeit der Anfechtung, mit schönen Melodeyen Mich. Jacobi. Hamburgi 1660. in 12. (*Catal. nundin.*)

Sicherer Schild wieder die Verleumbdungspfeile. Glückst. 1660. in 12.

Filidors geharnischte Venus, oder Liebeslieder, im Kriege gedichtet, mit neuen Gesangweisen: Nebst etlichen Sinnreden der Liebe. Hamb. 1660. in 12. In scripto hoc Erdm. Neümeisterus, *l. c. p. 82. 83.*, culpat *archaismos, duritiem, dictionemqve biulcam, &, Virgilianæ pecudis instar, vix ossibus hæremem, nec eo secius tamen passim lascivientem.*

Die verführte Schäfferinn Cynthie, durch listiges Nachstellen des Floridans. Glückst. 1660. in 12.

Filidors Erster Theil der Trauer-Lust- und Mischspiele, oder Lustspiel von dem vermeinten Printzen Floridor in Sicilien, Herrn Alberto Antonio, Grafen von Schwartzburg, und Æmiliæ Julianæ, Gräfinn von Barby, auf dero Gräflichem Beylager, d. 7. Jun. A. 1665., in dem Schlosse Heydeck, vorgestellt: Auß dem Italiänischen Frid. Pallavicini übersetzt. Rudolstadii 1665. in 4. Dramati huic, haud invenusto, qvoad argumentum pariter atqve styli elegantiam, gemina sunt, & Filidori proinde, sive Schwiegero, itidem vindicanda videntur, duo seqventia, ἀνωνύμως ibidem edita: 1. Ermelinde, Princeßin von Norfolck, oder die viermahl Braut, Rudolst. 1665. in 4.; 2. Die Witekinden, oder Sieg- und Freudenspiel von des Hochgräflichen Schwartzburgischen Hauses Uhrsprunge, Fortwachsen und Christenthume, bey Alberti Antonii, Grafen von Schwartzburg, Vermählung, auf dem Schlosse Heydeck, vorgestellt. Jenæ 1666. in 4.

Filidors Erst entflammte Jugend. Hafniæ 1667. in 12. (*Catal.*)

JOHANNES SCOLVINUS, Lubecensis, Joh. Winckelmanni (cujus *Disput. I. contra Anabaptistas* (1.) A. 1609. defendit) & Balth. Menzeri, Theologorum, in Academia Giessena auditor, Scholæ Lubecensis Subrector M. Majo A. 1610., Insulæ autem in Albi Curslacensis, Hamburgo vicinæ, Parochus d. 12. Nov. A. 1613., est constitutus (2.), tandemqve Pastoratum oppidi in Ducatu Bremensi Buxtehudensis Petrinum, qvo A. 1642. adhuc fungebatur, obtinuit. Autoribus prohibitis, *in Indice expurgatorio Hispanico*, per Ant. Sotomajorem Madriti A. 1667. edito, *p. 649.*, annumeratur. Confer de illo J. H. a Seelen *Partem IV. Athen. Lubec.*, *c. 13.*, *p. 244. 245.*

Æthiopissa, Tragico-Comœdia nova, ex Historia Heliodori Æthiopica. Francofurti ad Viadrum A. 1608. & (*juxta Partem II. Biblioth. Carpzovianæ p. 187.*) 1621. in 8.

Synopsis Theologiæ, Analytico ordine comprehensæ, Præside D. Balth. Menzero proposita. Giessæ 1610. in 4.

Tractatus Theologicus de loco Rom. V. 12., in qvo agitur de Peccato originali. Giessæ 1618. in 8.

M. CHRISTIANUS SCRIVERUS, *Scriptor*, non solo nomine, sed & re ipsa, imo κατ᾽ ἐξοχὴν, *Christianus*, non Flensburgi (uti Joh. Franc. Buddeus (3.) credidit), sed Rendesburgi Holsatorum, d. 2. Jan. A. 1629., in lucem editus, patrem habuit cognominem, mercatorem honestum, matrem vero Abigaelem, Mich. Gudii, Senatoris, filiam. Embryoni ingens jam imminuit periculum, cum mater gravida, filiolo alteri, in lacum prolapso hortensem, opitulatura, utero in currum graviter impingens, & in terram prostrata, lipothymiam pateretur, ipsaqve deinde, in eadem cum infante piscina, submersioni esset proxima, socruiqve, subito accurrenti, salutem deberet propriam. Infans, cum genitrix eadem, cujus lacte alebatur, peste decumberet, puer autem qvinqvennis, cum in Eidoram fluvium, haud procul a rotis molendini, procidisset, & a muliercula, aqvam hauriente, præsentissimo vitæ vix eriperetur discrimini, denuo vehementer est periclitatus (4.), sed ope tamen divina Ecclesiæ reservatus commodis. Patre, cum sextum ætatis mensem ageret, lue pestilenti extincto, a matre, & Vitrico, qvem secundis hæc ipsi conciliarat nuptiis, Gerh. Culemanno Juniore, Pastore ac Præposito Rendesburgensi, qva par erat cura, educabatur. Vitricum hunc octennis itidem amisit, & nihilo tamen minus a matre, ut voto parentis moribundi, qvi muneri eum sacerdotali destinaverat, puerique ipsius in hoc vitæ genus affectui, satisfieret, fideli Joh. Hamerici, scholæ patriæ Rectoris, institutioni est commissus, illoqve in Dithmarsiam digresso, per M. Christoph. Straussium, Præpositum Rendesburgensem, pueri delectatum ingenio, literis aliqvamdiu imbutus humanioribus. Sollicitudinem matris, qvo pacto, in re domi angusta, studia feliciter esset continuaturus, anxiæ, opportune levavit Thomas Hebberus, mercator Lubecensis opulentus, aviæqve paternæ germanus, qvi puero, Lubecam a genitrice qverula A. 1638. adducto, cum ingenium ejus explorasset, non solum ad pietatem & diligentiam monitis præclaris calcar addidit, sed stipendium etiam 50. Joachimicorum annuum, donec muneri admoveretur publico, est pollicitus, & moribundus præterea, in ultimæ voluntatis tabulis, illi pariter atqve fratri subsidium aliud legavit nummarium, qvo noster, post fratris obitum, integro solus est potitus (5.). Benignitate hac Evergetæ animatus eximii, majori indies animi ardore palæstræ insudavit literariæ, in schola primum patria, & deinde, ab A. 1645., in Lubecensi, qvam, Rectore M. Sebast. Meiero, & Conrectore Henr. Bangerto, biennio freqventavit integro, privatumqve simul filiorum patricii cujusdam egit pædagogum. Lubeca A. 1647. in Academiam digressus Rostochiensem, hospitem elegit D. Casp. Mauritium (cujus Exercitatio *de S. Cœna, Anti-Calvinianarum sexta*, biennio post publice ab eo est defensa), Præceptores autem, præter eundem, in Philosophia D. Joach. Lütkemannum, D. Steph. Schultetum & M. Mich. Falckium, in Philologia profana Andr. Tscherningium, in Hebræo-Biblica Aug. Varenium, in Theologia vero Joh. Qvistorpium, Joh. Cothmannum & Herm. Schuckmannum. Triennio Rostochii, inter progressus in eruditione solidiori, imprimis sacra, assiduos atqve insignes, exacto, Segebergæ in Wagria privatæ liberorum Joach. Radebrandi informationi seqvens impendit biennium, Magistriqve interea titulo absens Rostochii a D. Joh. Corfinio, Phys. & Metaph. Professore, est ornatus. A. 1652. affinem suum, M. Henr. Christoph. Trinceum, scholæ in Marchia Brandeburgica Stendaliensis Conrectorem, illuc, sororis, ei nuptæ, comitatus, rogatu, sermonibus aliqvot sacris incolarum ita sibi conciliavit animos, ut eum Trinceo, aliorsum mox avocato, eodem anno, in Conrectoratu subrogaverint scholastico, &, anteqvam hunc adiret, d. 23. Febr. A. 1653. templi Jacobæi elegerint Diaconum. Muneri huic d. 11. Martii admotus, & postea ad Archidiaconatum evectus, utrumqve insigni fide ac industria, inter adversitates & persecutiones injustas, imo tentationes etiam Spirituales plurimas, divinitus, ut verus atqve practicus evaderet Theologus, immissas, per annos XIV., administravit. Pari deinde dexteritate atqve Sanctimonia Ecclesiæ præfuit civitatis Magdeburgensis Jacobææ, cujus Pastor A. 1667. est electus, Synedriiqve simul Ecclesiastici Assessor A. 1674., Scholarcha A. 1676., Ordinis sacri Senior, Judexqve causarum matrimonialium A. 1679., ac tandem

(1.) Recusa est A. 1617., *Tomo III. Disputt. Theol. Giessensium, num. 12.* (2.) testibus Henr. Bangerto & Jacobo a Mellen, *in Catalogis Præceptorum scholæ Lubecensis.* (3.) *Tomo IV. Lexici Historici p. 406.* Seqvitur hunc *Lexicon Eruditorum Lipsiense Germanicum p. 2064.*, nec non Joh. Casp. Wezelius *Parte III Hymnopœographiæ Germanicæ p. 147.* (4.) Conf. ipsius *Partem III.* des Seelenschatzes *p. 1274.*, &, ex illa, G. H. Götzii *Diss. de Eruditis, qvi aqvis vel perierunt, vel divinitus liberati fuerunt*, §. 19., *p. 23. 24.* (5.) Confer ipsius Scriveri *P. IV.* des Seelenschatzes, *Serm. VI.*, §. 36., *p. 148.*, ubi, studia sua 900. Thaleris a benefactore hoc sublevata esse, testatur.

tandem Ecclesiarum etiam vicini tractus sylvestris (des Holtzkreises) ruralium Ephorus A. 1685., partim a Senatu urbano, partim vero ab Augusto Saxone, Archiepiscopatus Magdeburgensis Administratore, & Friderico Wilhelmo, Electore Brandeburgico, merita Theologi eximii singulari favore remuneratis ac gratia, constitutus. Magdeburgi per annos vixit XXIII. continuos, nec inde vel A. 1676. ad Pastoratum Halberstadiensem ac Præpositi civitatis Berolinensis dignitatem, vel A. 1680. ad aulæ Electoralis Dresdensis Protecclesiastæ officium (inter cujus, Joh. Andr. Lucio tandem collati, Candidatos, post Mart. Geieri obitum, ipse etiam & Phil. Jac. Spenerus tunc sunt relati (1.)), potuit abstrahi. A. 1679., & denuo A. 1680., ad eandem in aula Svecorum regia dignitatem sacram primariam, ab Ulrica Eleonora, Principe Danica, Caroliqve XI., Svecorum Monarchæ, sponsa, Censorem eum actionum suarum ἀπροσωπόληπτον, vitiosas παῤῥησιαστικῶς objurgaturum, & ad optimas qvasqve assidue hortaturum, uti ipsamet significabat, desiderante, cum Hafnia Holmiam transiret, plus semel invitabatur. Impedire hanc vocationem, Indiculo errorum nostri, e vocubis scriptorum ejus aliqvot innoxiis Zelo præcipiti & temerario exsculptorum, peculiari, Reginæ transmisso, frustra conatus est Conradus Tyburtius Rango, Pastor tunc Stettinensis, & Professor deinde Gryphiswaldensis, ad cujus nomen, monumenta Scriveriana manibus suis excutere aggressi, tot pios, apud qvos ubiqve illa in pretio sunt, expulsuros esse Phil. Jac. Spenerus, cui conatus hujus debeo notitiam, ominari haud dubitavit (2.). Sed & istam dignitatem Scriverus, qva erat αὐταρκεία, postqvam Collegia aliqvot Academica, aliosqve Theologos, consuluerat, deprecari, qvam Magdeburgenses deserere, maluit, licet Spenerus, in Responso suo vernaculo (3.), vocationem hanc Svecicam divinam esse judicaret, & neutiqvam recusandam, Regina autem stipendium 1000. Imperialium offerret annuum, ac senectutem valetudinemqve infirmam, itineri longinqvo imparem, prætexenti, se canos ejus, capillamentis juvenum adoptivis præferendos, summopere esse veneraturam, valetudinis ipsius curam non minus, qvam propriæ, gesturam, &, lectica, qva in Sveciam commode deportari posset, submissa, itineris levaturam molestias, polliceretur. Hujus tamen, in opera sua Reginæ, ob pietatem, aliasqve virtutes, inclytæ, deneganda, pertinaciæ, postea, cum non uno adversitatum genere, Numinis permissu, Magdeburgi affligeretur, ductus esse fertur pœnitentia (4.). Deo certe, aliorsum vocanti, obtemperare his edoctus, decennio post, officia Concionatoris aulici primarii, Consiliarii Ecclesiastici, Scholarchæ & Pastoris in oppido Qvedlinburgensi Servatiani, d. 3. Jan. A. 1690. ab Anna Dorothea, Duce Saxonica & Abbatissa Qvedlinburgensi (cui Spenerus de felici vocationis successu Epistola gratulatus est peculiari (5.)), sibi oblata, longe promptius suscepit, ac qvinta post F. Pasch. Dominica, sive d. 18. Maji, auspicatus, seqventi, ad obitum usqve, administravit triennio. In omnibus hisce muneribus sacris ita se gessit, ut, si qvisqvam Doctorum ævi nostri Ecclesiasticorum, ipse vel imprimis Theologi γνησίως, & fidelissimi mysteriorum divinorum dispensatoris, titulo dignus fuisse videatur. Vir erat non eruditione tantum sacra, solida atqve multiplici, prudentia doctori Ecclesiæ necessaria, eloqventia flexanima, aliisqve dotibus eximiis, conspicuus, sed Zelo etiam pro gloria Dei, salute Ecclesiæ, & Christianismi degeneris emendatione, ardentissimo aliis plerisqve superior, & nihilo tamen minus pacis, tum in conversatione civili, tum in sacris domesticisqve Lutheranorum certaminibus, studiosissimus, & a litibus haud necessariis alienissimus. Accedebant sanctimonia Vitæ ἀνεπιλήπτου, exemplar virtutum omnium auditorum oculis imitandum proponentis, eximia, integritas Germana, humilitas (cujus instinctu, de semetipso in scriptis subinde locuturus, alienam sibi personam induit) infucata, & assiduitas in precibus, piis meditationibus, ac colloqviis cum Deo mysticis, indefessa. His certe armis spiritualibus miles ille Christi intrepidus Cacodæmonem e corpore infelici Petri Ottonis, Goslariensis, Decurionis Danici castrensis, post pactum execrabile cum illo initum, ab eodem obsessi, diuqve misere excruciati, ejecit. Cujus de Diabolo victoriæ historiam cum & ipse, *in Ove perdita ac iterum inventa*, sive libello de Energumeno hoc vernaculo, A. 1672. in lucem edito, & Theoph. Spizelius (6.); Georg. Fresius (7.), aliiqve plures, fuse exposuerint, brevitatis studiosus prætereo. A tentationibus, qvas, una cum oratione & meditatione, Theologo, qvalem imperfectio admittit humana, perfecto esse necessarias Lutherus inculcavit, itidem haud fuit immunis. Adversitatibus enim plurimis, morbis freqventibus, viduitate triplici, jactura liberorum pene omnium acerbissima, calumniisqve & persecutionibus Zelotarum aliqvot importuniorum (e qvibus, post Rangonem, supra memoratum, Ecclesiastes qvidam in Ducatu Halberstadiensi, grandi eum volumine, typis destinato, hæreseos publice insimulasset, nisi a Viris bonis ac cordatis esset prohibitus (8.)), ac hostium aliorum, malitiosis, sæpius toto vitæ afflictus est tempore. Crebras præterea tentationes Cacodæmonis, numinis permissu, passus est internas, sed ope tamen divina (qva Canis etiam rabidi, se adorti, morsum, tegulæqve grandis, e tecto, juxta prætereuntis caput, præcipitatæ, impetum, A. 1656. evitavit, ac lapsum gravem, e superioris ædium partis scabello, in cellam vicinam subterraneam, sensit innoxium) ex omnibus hisce animæ atqve corporis feliciter eluctatus periculis. Perpetuam tandem ab illis immunitatem, obitu, qvem jampridem, piis de vita æterna vacans meditationibus, ultima *Thesauri animarum* incomparabilis parte comprehensis, exoptaverat, placido ac beato, paralysi lingvæ laterisqve dextri (qva antea etiam aliqvoties laboraverat) bimestri, ac remediis, qvæ Princeps clementissima, Medicis tribus in consilium adhibitis, copiose suppeditabat, pertinaciter resistente, accelerato, post suspiria & soliloqvia mentis in lectulo emortuali assidua ac devotissima, d. 5. Apr. A. C. 1693., ætatis 64., munerumqve sacrorum 40mo, est consecutus. Cadaver, post justa ei, comitantibus Principibus aliqvot, Qvedlinburgi persoluta, Magdeburgam est deportatum, & istic monumento, in æde Jacobæa, illatum hæreditario, Epitaphio a superstite exornato, cujus descriptionem, variasqve inscriptiones Germanico-Latinas, Joh. Vulpius, *in Magnificentia Parthenopolitana*, Magdeburgi A. 1702. edita (9.), exhibet. Hunc vitæ finem habuit SCRIPTOR, cui solum nomen vere ominosum ad laudem sufficit, κατ' ἐξοχὴν CHRISTIANUS, post mortem, Ecclesiæ luctuosam, etiamnum, non in coelo tantum, sed & in terris, superstes, fama qvippe, tot meritis parta, gavisurus immortali, & piorum omnium perpetuo obversaturus memoriæ, dignusqve proinde, cui Paulino isto (2. Cor. VI. 9.), qvod Symboli loco usurpavit (10.), parentetur: Ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν. Thori vitæqve socias qvatuor habuit, easqve omnes, beneficio (qvod ipsemet (11.) celebravit, divino, pias, probas, & virtutibus, sexum ornantibus muliebrem, instructissimas. Primam harum, Annam Margaretam, M. Joh. Stralii, Superintendentis Palæo-Marchici, filiam, A. 1653. ductam, & filiolum enixam unicum, seqventi 1654. in puerperio amisit. Qvæ hujus jacturam A. 1655. solata est, Catharina, M. Joh. Herphardii, Pastoris Jacobæi Stendaliensis,

Qqq qq qq 2

(1.) V. Phil. Jac. Speneri *Partem III.* der Theologischen Bedencken *p. 414.* (2.) V. ejus *Partem III. Consiliorum Theologicorum Latinorum p. 374. 375. 655.* Idem C. T. Rango publice etiam heterodoxiæ, Zeli præcipitis impulsu, Scriverum accusare voluit in Tractatu, qvem meditabatur *de Tribæresio nostri temporis, Arndianismo, Spenerianismo & Scriverianismo.* V. Val. Ern. Löscheri Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 3. A. 1715. p. 459.* (3.) Legitur illud *Parte I.* der Theol. Bedencken, *c. 2., Art. 2., Sect. 4., p. 455.-463.* Confer ejusdem *Partem III. Consiliorum Theologicorum Latinorum p. 261.* (4.) V. Pet. Zitscheri *Sermonem Glückstadiensem valedictorium, in Sermonibus sacris Germanicis miscellaneis p. 323.* (5.) Hanc, d. 5. Febr. A. 1690 exaratam, invenies in ejus Letzten Theol. Bedencken, *P. I., c. 2., Art. 2., n. 18., p. 390. 397.* (6.) in der Gebrochenen Macht der Finsterniß, *p. 229. & seqq.* (7.) in der Anweisung über die Zehn Gebote *p. 69-72.* (8.) V. Gottfr. Arnoldi *T. II. Hist. Eccl., Lib. 17., c. 5., p. 470.* (9.) *Cap. IV., p. 51. 52. 53.* (10.) V. Thomæ Crenii *Partem XI. Animadversionum, c. 2., p. 142.* (11.) *Parte IV.* des Seelenschatzes, *Serm. X., §. 42. & 43.*

liensis, gnata, 4. puellarum (e qvibus Abigail Catharina M. Joh. Henr. Hävekero, oppidi Calbensis Parocho, scriptorumqve soceri plurimorum editori, est elocata) & 5. masculorum foecunda genitrix, d. 6. Nov. A. 1670. decessit (1.). Ex tertia, Margareta, Joh. Drehnii, Consulis Magdeburgensis, filia, A. 1671. in thorum admissa, & A. 1680. extincta, bigam filiorum, & gnatam unicam, e qvarta autem, Elisabetha, Christoph. Silovii, ministri rei tormentariæ, in propugnaculo Spandoviensi, Brandeburgici, filia, qvam, A. 1681. ductam, viduam moriens reliqvit, solam Catharinam Elisabetham, sustulit. Præter qvam, & Joachimum Henricum, Mercatorem in Holsatia Kiloniensem, Herphardiæ filium, e XIV. liberis, nemo parenti defuncto fuit superstes (2.).

Fusius vitam ejus enarrant M. Sethi Calvisii, Superint. Qvedlinburgensis, Sermo funebris, in Ps. XXXVII. 4. 5., Germanicus, cum Appendice Biographica accurata, M. Sam. Schmidii, Rectoris Qvedlinburgensis, Parentatione vernacula, Amicorumqve Epicediis, Helmstadii A. 1694. & 1698. *in 4.* excusus, istumqve secuti Henr. Pippingius *in Septenario sacro Decadum Memoriæ Theologorum renovatæ, Dec. IV., n. 5., p. 466-482.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Bibliotheca curiosa*, Germanice edita, *Sect. XI. A. 1705., p. 890-894.*, & M. Erdm. Uhseus *in Vitis Theologorum Sec. XVI. & XVII. Germanicis, p. 929. 930. 931.*

Conferri de illo, præter alios, supra jam allegatos, possunt Phil. Jac. Speneri Epistolæ duæ ad illum Theologicæ, Germanice A. 1679. scriptæ, *Parteqve III.* der Theolog. Bedencken, *Art. I., Distinct. II., num. 41., p. 286. 287. 288., ac n. 52., p. 324-328.*, editæ, nec non tertia (de Vocatione ipsius in Sveciam), d. 30. Sept. A. 1680. exarata, & ibidem, *Dist. III., n. 16., p. 402. 403. 404.*, occurrens, *Acta Erud. Lipsiensia, M. Jul. A. 1693., p. 336.*, Joh. Franc. Buddei *Tomus IV. Lexici Historici p. 406. 407.*, Vinc. Placcii *Tomus II. Theatri Anonymorum ac Pseudonymorum p. 321.*, Frid. Ern. Ketneri Qvedlinburgische Kirchenhistorie, *c. 31., p. 219. 220.*, Joh. Casp. Wezelii *Pars III. Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 147-153.*, & Joh. Henr. a Seelen *Pars II. Athenarum Lubecensium p. 316-320.*

ELOGIA.

Abr. Hinckelmannus, Theol. Hamburg., hoc imaginem ejus ornavit Epigrammate:

Eusebie, terras lictura, omnemqve suam rem
Ostensura piis, Scriverium exhibuit.
Huic animi coelestem aciem roburqve recludit,
Instruit hunc Svadæ robore fulmineo.
Proh, qvoties stupuere tui rumpentia verba
Per mentis scopulos saxea, Parthenope!
Horruit ipse stygis princeps, & viscera Othonis
Liqvit, Scriverii territus eloqvio.
Scripta Viri qvid habent, nisi numen habentia verba?
Qvem non æthereis ignibus illa replent?
Scribite Scriptores: aut hic est dignus habendus,
Aut nullus scriptor, nomine Theiologi.

Ahasv. Fritschius, Cancellarius Schwartzburgicus, defuncto seqventi parentavit tetrasticho:

In coelum est raptus, qvi coelum mente tenebat,
Scriverus noster, præco Dei egregius.
Digneris, Jesu, Scriveros mittere plures,
Exemplo ac verbo qvi populum doceant.

Lipsienses (*in Actis Erud. A. 1693., p. 336.*) *Virum* eum appellant *clarissimum, & scriptis qvamplurimis Homileticis, in lucem editis, de Ecclesia præclare meritum.*

Phil. Jac. Spenerus einen Gottseligen und geistreichen Magdeburgischen Prediger (in der Allgemeinen Gottesgelahrtheit *p. 73.*), einen treuen Diener Christi (*ibid. p. 151.*), den wolerfahrnen Scriver (*ibid. p. 290.*), einen rechtschaffenen Gottesfreund (*P. III.* der *Theol.* Bedencken *p. 324.*), & *pientissimum Magdeburgensium Antistitem* (*P. III. Consil. Theol. Latin. p. 837.*). Confer ejusdem *Partem III.* der Letzten *Theol.* Bedencken, *c. 6., p. 57. 58. 293.*, & loca scriptorum alia, supra, in vitæ historiæ, jam allegata.

Gebh. Theod. Meiero (*in Supplementis libri de tribus novellorum nascentis Ecclesiæ Christianorum Initiamentis p. 145.*) *Vir sui nominis, amicusqve pie doctus*, audit.

D. Joh. Fabricio Jun., Acad. Juliæ Theologo (*in Amœnitatibus Theologicis, Disp. VI., p. 278.*), *Vir religiosissimus.*

Ad. Rechenbergio (in der Vorrede über *M. T. K.* Bescheid auf *D. Alb. Joach. Krakewizens* Antwort *de termino salutis peremptorio, lit. e. 2. a.*) ein geistreicher Theologus.

Gotfr. Wegnerus, *in Diss. de Postillis Ecclesiasticis, §. 5., p. 9.*, ejus Postillas, qvas vocant, iis, qvæ præ aliis laudantur, una cum Joh. Frid. Mayero (*in Museo Ministri Ecclesiæ, P. II., p. 42.*), accenset.

Eidem Mayero Scriverus (*P. IV. Musei modo citati p. 189.*) *Vir* audit *incomparabilis*, nec non ein tapferer Gottesmann (in den Erbaulichen Frühstunden *p. 55.*), it. ein des Heiligen Geistes und wahren Glaubens voller Lehrer (im betrübten und getrösteten Kinde GOttes, *P. I., p. 366.*)

Joh. Franc. Buddeo (*T. IV. Lexici Historici p. 406. 407.*) Ein geistreicher und erbaulicher Prediger, dessen Leben mit seiner Lehre wol übereingetroffen.

Georg. Henr. Götzio (in den *Miscellan*-Predigten *p. 475.*) ein lobliebens- und lesenswürdiger Theologus; & (*in Diss. de Eruditis, qvi aqvis perierunt, §. 19.*) *Meritissimus de Christi ecclesia Antistes.*

Ab eodem Götzio (in der Krancken-*Bibliothek p. 9.*), Bernh. Raupachio (*in Diss. de Lingvæ Saxonicæ inferioris neglectu injusto, §. 18., p. 42.*), & Autore *Præfationis*, secundæ editioni *Tractatus de Lingva & Poesi Germanica* Morhofiani A. 1700. præfixæ, scripta ejus, ob singularem sermonis Germanico-Misnici puritatem & elegantiam, commendantur.

Gotfr. Arnoldus, *T. II. Hist. Eccl., Lib. XVII., c. 5., p. 461.*, eum vocat einen unsträflichen *Theologum, p. 470.* autem Testibus veritatis contra Christianismum degenerem (assentiente Frid. Breclingio, in sui eorundem *Catalogi, Tomi IV.* Operis hujus Arnoldini *Sect. III., n. 18.*, exhibiti, *Prolegomenis, p. 760.*) annumerat, nonnullasqve de Ecclesiæ Lutheranæ corruptelis qverelas, e *Thesauro Animarum*, recitans, einen redlichen Mann appellat. In *Descriptione* præterea & *Historia Theologiæ Mysticæ, c. 24., p. 388.*, scripta illius mysticis accenset potioribus.

Christ. Thomasius (in den freymühtigen Gedancken von allerhand Büchern, *M. Apr. A. 1689., p. 274.*) ita de illo: der Herr Scriver ist berühmt, daß er unter das kleine Häuflein der Gottesgelassenen und erleuchteten Prediger gehöre.

Conr. Sam. Schurtzfleischius (*T. II. Epistolarum arcanarum, Epist. 241., p. 352.*), scripta ejus, & Phil. Jac. Speneri, *veterum pietatem sanctimoniamqve æmulari*, judicat.

M. Car. Frid. Lochnero (im Seltenen Alter *p. 629.*) audit ein Christeifriger Mann, it. (*in præfat. ejusdem*) ein lehrreicher Mann.

Pet. Zitzschero (in den *Miscellan*-Predigten *p. 323.*) ein geistreicher und redlicher Lehrer unserer Kirchen.

Joh. Christ. Ittero, JCto (*in Lib. de Honoribus Academicis, c. 2., §. 15., p. 40.*), *Theologus pientissimus.*

Georg. Fresio, Civi Hamburg. ϑαυματούργῳ (in der Anweisung über die 10. Gebote *p. 71.*), ein Geistreicher Evangelischer Prediger.

Autor

(1.) V. de illa ipsius *præfationem* der Zufälligen Andachten.

(2.) Confer Georg. Henr. Götzii den bey dem Grabe seiner Kinder weinenden Vatter *p. 71. 72.*

Autor Anonymus Historiæ Henr. Kratzensteinii, Fanatici Qvedlinburgensis, Germanicæ, Cothenis A. 1701. *in fol.* editæ, *c. 2.*, *§. 3.*, *p. 22.*, hominis hujus, Scriverum, qvod suis adversaretur deliriis, *nebulonem senem & hypocritam* impudenter vocare haud veriti, merito detestatur maledicentiam, ipsumqve contra salutat den andächtigen Herrn Scriver, den alle Welt für ein Muster eines rechtschaffenen, und umb die Kirche Christi wolverdienten, Lehrers gehalten, und der gewiß allem heuchlerischem Wesen mit Ernst entgegengegangen, wie seine Gottselige Schriften außweisen.

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Methodus concionandi concisa & utilissima, e Colloqviis cum Christ. Scrivero familiaribus observata, & ad fratrem perscripta, a Joh. Joach. Wolfio, Th. Lic. & Pastore Magdeburgensi. Magdeburgi 1699. in 8. Editio Lipsiensis, qvam A. 1688. *in 8.* prodiisse Henr. Pippingius, *l. c. p. 481.*, perhibet, haud dubie est chimærica. Recensum Schediasmatis hujus (Wolfio potius, qvam Scrivero, tribuendi) V. in Val. Ern. Löscheri Altem und Neuen auß dem Schatze Theol. Wissenschaften, *M. Oct. A. 1701.*, *p. 397-400.*

Epistola latina de Interdicto Elenchi contra Reformatos Brandeburgico ad D. Casp. Mauritium, Theologum Hamburgensem, A. 1665. scripta, a Val. Ern. Löschero edita est in den Unschuld. Theol. Nachrichten, Sect. 5. A. 1717. p. 732-735.

Blutrünstiges Bild JEsu des Gekreutzigten, in III. Predigten, auß 1. Pet. II. 21., vorgetragen. Magdeburgi 1653. in 4., Lipsiæ 1690. in 8., Ibid. 1702. in 12.

Glückselige Unglückseligkeit Christlicher Frauen, auß 1. Tim. II. 15. Magdeb. 1655. in 12. Recusa, sub finem *Chrysologiæ Catecheticæ*, in editionibus Lipsiæ A. 1681. 1690. 1702. & 1709. *in 8.* publicatis.

Gnadenhimmel aller gläubigen Kinder GOttes, auß Ps. III. 11. vorgestellt. Magdeb. 1658. in 12., & (sub finem *Chrysologiæ Catecheticæ*) Lipsiæ A. 1681. 1690. 1702. & 1709. in 8.

Chrysologia Catechetica, oder VII. Goldpredigten, darinn die seligmachende Catechismuslehre aufs kürtzeste verfasset, mit Betrachtung des Goldes erkläret, und allem vergänglichen Golde und Schätzen der Welt vorgezogen wird; zu Stendal gehalten. Magdeb. 1659. in 8. Wieder nachgedruckt, nebst einem Anhange sonderbahrer Predigten von der glückseligen Unglückseligkeit Christlicher Frauen, und dem Gnadenhimmel aller gläubigen Kinder GOttes, Lipsiæ A. 1681. 1690. 1702. & 1709. in 8.

Gotthold's zufällige Andachten, bey Betrachtung mancherley Dinge der Kunst und Natur, in unterschiedlichen Veranlassungen, geschöpft, aufgefasset und entworfen. Meditationum harum subitanearum, Jos. Halli, Episcopi Exoniensis, in eodem argumento diligentiæ feliciter æmularum, Centuriæ tres, sub fictitio GOTTHOLDI (i.e. Theophili) nomine, ab eo sunt editæ Magdeburgi A. 1663. & Lipsiæ A. 1671. in 8., emendatiores autem, adjecta Centuria qvarta, recusæ Lipsiæ A. 1674. & 1679. (qvo iis accessit die Anweisung, wie dieselbe, bey den Sontags- und Fest-Evangelien und Episteln, zu gebrauchen) in 8., Francofurti A. 1681. in 12., Lipsiæ A. 1683. 1686. 1591. & 1697. in 8., Helmstadii A. 1701. in 8., Lips. 1715. in 8. Versio Latina Anonymi (sub titulo *Meditationum THEOCHARÆ extemporanearum sacrarum, ad omnis generis naturalium & artificialium rerum objecta*) A. 1690. *in 8.* prodiisse traditur *in Catal. nund. Lips. A. 1690. vern. p. 51.* Aliam, Magdeburgi *in 8.* edendam, Joh. Jac. Kyderlingius, *in Catal. nund. Lips. A. 1699. autumn. p. 63.*, est pollicitus. Nisi idem forte prioris etiam est Autor. Continuare illas, sub *Christliebii* larva, aggressus est Gener Autoris, M. Joh. Henr. Hävekerus, Pastor Calbensis, im Himmel auf Erden, oder vierhundert geistlichen Andachten, Magdeburgi A. 1684. in 8. excusis. Scriverianæ a Jac. Thomasio (in iis *cum pietate ingenium, cum ingenio certare eloqventiam*, judicante), *Orat. XXI. de vitæ Theoreticæ præstantia, p. 524. 525.*, Gottl. Frid. Seligmanno, *in Idea studiosi πολυμαθεσέρυ, §. 20.*, & aliis, commendantur.

Glußpredigt und Valetsegen, damit er von der Gemeine zu S. Jacobi in Stendal, am Michaelisfeste A. 1667., Abschied genommen, auß 1. Thess. II. 11. 12. 13. Magdeb. 1668. & 1683. in 4.

Magdeburgische Antrittspredigt, oder erster Segen, womit er bey der Gemeine S. Jacobi in Magdeburg, am XIX. Sontage nach Trin., auß dem ordentlichen Evangelio Matth. IX. 1-8., seine Kirchenarbeit A. 1667. angefangen. Magdeb. 1668. & 1683. in 4.

Verlohrnes und wieder gefundenes Schäflein, oder Historischer Bericht von einem jungen Menschen (*Peter Otten*), der mit dem Teufel einen Bund hat gemacht, und von ihm leiblich ist besessen, doch aber von seiner Tyranney wieder errettet worden: Samt einem Anhange allerley merckwürdiger Sachen. Magdeb. 1672. in 4., Helmstadii A. 1673., Magdeb. 1680. 1684. 1688. 1717., Helmst. 1695., Magdeb. 1702. & Lipsiæ 1705. in 8. Scripti hujus, de qvo in vita Autoris jam est dictum, recensum exhibuerunt, illudqve commendarunt, Theoph. Spizelius & Georg. Fresius, ibidem allegati. Commendavit etiam, e Medicis, Günth. Chr. Schelhammerus, *in Disp. Med. de Obsessis, §. 11., p. 7.*

Seelenschatz, in deßen Ersten Theile von der menschlichen Seelen hohen Würde, und tiefem und kläglichem Sündenfalle, im Andern von der Buße und Erneurung durch Christum, im Dritten vom Göttlichen heiligen Leben, im Vierdten von der Gläubigen Seelen vielfältigem Kreütze und Anfechtungen, wie auch dem Troste darwieder, und den Mitteln selbige zu überwinden, und, im Anhange, vom Gebete, Hofnung und Gedult, im Fünften endlich von der Gläubigen Seelen Verlangen nach dem Ewigen, Vorbereitung zum Tode, Abscheide auß der Welt, triumphirlichen Einzuge in den Himmel, und Genuße der ewigen Seligkeit, erbaulich und tröstlich gehandelt wird; In öffentlichen Wochenpredigten, über allerhand Oerter der H. Schrift, der Magdeburgischen Gemeine gezeiget, hernach aber weiter außgeführet, und mit nützlichen Registern versehen. Seorsim initio Partes I. & II. prodiere Lipsiæ A. 1675. in 4., Pars III. Magdeburgi A. 1678. in 4., Pars IV. Francof. A. 1681. in 4., Appendix illius ibidem A. 1681. & 1684. in 4., Partes IV. priores, junctim recusæ, Francof. A. 1681. & Lipsiæ 1687. in 4., Pars V. Magdeburgi A. 1688., Lipsiæqve 1692. & 1696. in 4. Totum tandem opus, qvinqve partes uno exhibens volumine, post Autoris obitum, Lipsiæ A. 1693. in 4., ac ibidem A. 1698. 1701. 1704. 1708. & (addita præfatione nova D. Joh. Georg. Pritii) 1723. in fol., est impressum. Partis I. Versio Svecica Holmiæ in 4. A. 1723. prodiit. V. *Nova literaria Danica anni 1723., n. 34., p. 270.* Autor ejus est Ant. Munchenbergius, Pastor Borgensis in Ostrogothia, editor Reinerus Brocmannus, Pastor Norcopensis Teutonicus; uti *in Actis literariis Sveciæ, Trim. IV. A. 1723., p. 488.*, traditur. Cum Partis qvintæ ac ultimæ editio, diutius dilata, ab Autore multoties ab amicis ac patronis efflagitaretur, totum opus Vitæ æternæ claudendum esse descriptione monentibus, his, testibus Setho Calvisio (*in Biographia, Sermoni funebri adjecta, lit. N. 3. a.*) & Sam. Schmidio (*in Parentatione Vernacula, lit. Q. 3. a.*), ita respondit: Er wüste nicht, wie es zugienge: es scheine, ob wolte es GOtt nicht haben, und hätte dieses einem andern zu thun vorbehalten. Denn ehemahls hätte er wol schreiben können, aber anietzo wolte es ia nicht mehr so fließen. Wenn er so schreiben wolte, wie man heutiges Tages schriebe, so wolte er bald damit fertig werden. Et alio tempore: Es würde wol nicht geschehen, es scheine, ob wolle es sein Jesus nicht haben, er möchte es nicht recht treffen, er würde es wol müßen selbst vorher alles in Augenschein nehmen; dis sey sein einiges Verlangen, dis sey sein täglicher Wunsch. Opus hoc Præstantissimum Phil. Jac. Spenerus, in der Allge-

meinen Gottesgelahrtheit *p. 73.*, salutavit den andächtigen Seelen so angenehmen Seelenschatz, & *p. 299.* den herlichen Seelenschatz, ac, in Epistola ad Autorem (*P. III.* der Theol. Bedencken *p. 326.*), itidem deprædicavit. A Joh. Frid. Mayero, *in Museo Ministrorum Ecclesiæ, P. II., p. 41.*, his idem de nota commendatur meliori, & *P. I.* des Betrübten und getröstteten Kindes Gottes, *p. 366.*, der unschätzbahre Seelenschatz appellatur. Theologi cujusdam Saxonici (Joh. Bened. Carpzovii Junioris, ni fallor), Scriveri scripta, & hoc præsertim opus, *Chaos mixtum* vocare haud veriti, judicium præceps Autor Anonymus der Offenbaren Fehler der heutigen verderbten Welt, *Considerat. I.* (A. 1703. edita), *p. 36. 37.*, exagitavit. Joh. Michaelis, Separatistæ, in istud pariter atqve Autorem proterve (*in Luthero redivivo p. 166.*) debacchati, maledicentia a Val. Ern. Löschero, in den Unschuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. IX. A. 1710, p. 528.*, est castigata. Indicibus istud illustrarunt, atqve ἀξιομνημόνευτα ejus selectiora, in classes certas digesta, exhibuerunt:

1. M. Joh. Frid. Engelmannus, cujus Anweisung über M. Chr. Scriveri Seelenschatz, wie er bey den jährlichen Evangeliis zu gebrauchen; samt einer Probe am ersten Advents-Sontage, *in Catalogo nund. vern. A. 1683. Lips., p. 51.*, est promissa.
2. Christoph. Kochius, Scriveri, in Pastoratu Jacobæo Magdeburgensi, successor, im Sterne und Kerne des Seelenschatzes, der in sich begreiffet, so wol unterschiedliche vollkommene Register über denselben, als auch Anweisungen, wie er, in den Predigten über die ordentlichen Evangelia und Episteln, Passions-Historie und Catechismum, könne gebrauchet werden, und auf alle Editiones desselben gerichtet ist. Qvod opus satis vastum 6. vel 7. Alphabetorum Lipsiæ initio A. 1689. *in 4.*, ac deinde, plus dimidia parte auctius, Magdeburgi A. 1692. ac Lipsiæ A. 1697. *in 4.*, & ibidem A. 1701. ac 1717. *in fol.*, prodiit.
3. Anonymus, qvi (*teste Catalogo nundinali*) die auß dem Seelenschatze herausgezogene Hauptsprüche Magdeburgi A. 1686. *in 8.* edidit.
4. Christ. Goclenius, Pastor Bezendorfiensis, cujus Güldenes, in dem Seelenschatze C. Scriveri beygelegtes, Gebetskleinod, oder Auszug aller Gebete und Seufzer auß demselben, Magdeburgi A. 1686. *in 8.*, posteaqve a Paulo Simonis, Diacono Salzenli, iterata vice auctum, & commodiori digestum ordine, Magdeburgi A. 1693. *in 8.*, Norimbergæ A. 1697. *in 8.*, & ibidem (*juxta Catal. nund.*) A. 1704. & 1713. *in 12.*, prodiit.
5. Anonymus, cujus Gleichnißschatz, auß Chr. Scriveri Seelenschatze, und andern Schriften, gesamlet, Magdeburgi A. 1688. lucem vidisse, *in Catalogo nund. Lips. anni istius autumn. p. 16.*, traditur.
6. M. Crispinus Weisius in des Seelenschatzes C. Scriveri Safte und Kraft, oder 88. Geistreichen Betrachtungen und Seelenandachten auß demselben, Witeb. A. 1704. in 4.
7. Joh. Frid. Möckhelius, cujus Memento mori, oder erbauliche Todesgedancken, auß C. S. Seelenschatze zusammengelesen, Lipsiæ A. 1711. *in 8.* (*teste Catal. nund.*) prodierunt.
8. M. Dav. Heermannus im Historischen Seelenschatze der in selbem vorkommenden Historien. Magd. A. 1712. in 8.
9. Eines Liebhabers JEsu (i. e. Sebast. Jac. Jungendreß) XCV. Passions Andachten auß C. Scrivers Schriften gezogen und mit eigenen Gedancken vermehret. Norib. 1725. in 8.

Magdeburgische Huldigungspredigt, auß 1. Reg. VIII. 66., darinn die wahre Glückseligkeit eines Christlichen Fürsten, und seiner Unterthanen, vorgestellet wird, bey der ihrer Churfürstl. Durchlauchtigkeit von Brandenburg, den 30. Maji A. 1681., geschehenen Huldigung gehalten. Helmstadii 1682. in 4.

Gottholds Wolvergnügte Seelenruh, bey Erklärung der überauß schönen Kraft- und Macht-Worte Christi Joh. III. 16. Francof. 1683. in 4.

Gottholds Rechtgläubiger Christen selige Brüderschaft, oder die, durch wahre Busse, bey GOtt wolvergnügte Christenseele, in IX. Predigten vorgestellt. Francof. 1684. in 4.

Gottholds Artzney der Betrübten und Trost der Sterbenden, oder Geistliche Andachten Christlicher Hertzen. Lipsiæ 1685. in 12. Opusculum hoc, pestis metui præcipue oppositum, sicut & duo præcedentia, illi, ni fallor, *Gottholdi* jam antehac larva in *Meditationibus* delectato *subitaneis*, debentur.

Herligkeit und Seligkeit der Kinder GOttes, deren sie, vor den ungläubigen Weltkindern, als eines sonderbahren Vorrechtes, im Leben, Leiden und Sterben, zu geniessen haben; auß den Sonn- und Festtags-Evangelien vorgestellt, und von M. Joh. Henr. Hävekern, Past. zu Kalbe, des Autoris Schwiegersohne, außgegeben. Lipsiæ 1685., & Norimbergæ 1694. ac (*juxta Catal. nund.*) 1709. in 4.

Die Neue Creatur, oder das in Christo erneuerte menschliche Hertz, auß den Sonntags- und Fest-Evangelien, in erbaulichen Predigten (deren Einhalt in einem Reimsprüche und Seufzer verfasset ist) vorgetragen, und, mit des Autoris Vorrede, von M. J. H. Hävekern außgegeben. Lüneburgi 1685. & 1701. in 4.

Theologisches Bedencken über die Frage: Ob und wie weit es einem Christen zugelassen sey, bey einer guten Gesellschaft, sich mit dem Truncke zu ergetzen, und ob es schlechterdings eine Todtsünde sey, einen Rausch zu trincken? Helmst. 1685. in 12. Recusum est, cum simili D. Joh. Qvistorpii judicio, sub titulo des Christlichen Sallustii oder Trinckmeisters ridiculo, A. 1701. in 12.

Rechtschaffener Christen geheiligte und GOtt wolgefällige Haußhaltung, in einem Jahrgange über die ordentlichen Evangelia vorgestellet, und von M. J. H. Hävekern außgegeben. Magdeb. 1686. in 4., Francof. & Lips. 1688. 1695. 1700. & 1706. in 4., ac (*juxta Catal. nund.*) Magdeb. 1712. 1717. in 4.

Des Christlichen Siech- und Sieg-Bettes Erster Theil, in 19. Betrachtungen über so viel Sprüche der Schrift. Norimbergæ 1687. in 8. Ander Theil, in 9. Betrachtungen, ibid. 1694. in 8. Beyde Theile zusammen, ibid. 1698. 1709. 1718. in 8. Commendantur a G. H. Götzio in der Krancken-*Bibliotheck p. 9.*

Andächtiger Schluß und Gruß, oder Magdeburgische Abschiedspredigt, am dritten Ostertage, auß Gal. VI. 14. 15. 16., und Qvedlinburgische Anzugspredigt, am Sontage Rogate, auß Joh. XVI. 23-30., A. 1690. gehalten. Norib. A. 1690. & 1694. (*in titulo haud expresso*) in 4.

Der süsse Todt der Kinder GOttes, oder Leichpredigt über Catharina Bachinn, M. Joh. Erichs, Magdeburgischen Conrectoris, Wittwe, Lips. 1691. in 8. (*V. H. Pipping. l. c. p. 481.*)

Theognosia Evangelico-Christiana, oder das lebendige und thätige Erkäntniß GOttes, auß den Sonn- und Festtags-Evangeliis vorgestellt, und von M. J. H. Hävekern außgegeben. Norib. 1692. in 4. Ibidem A. 1718. in 4.

Evangelia Symbolica, oder sonderbahre, nachdenckliche und erbauliche Evangelische Gedenckspruche, darinn alle Sontags- und Fest-Evangelia anmuhtig erkläret sind, und insonderheit eines ieden Hauptlehre enthalten ist. Lips. 1697. in 4. Ibidem (*juxta Catal. nund.*) 1718. in 4.

Wittwentrost, vor eine vornehme Wittwe, bey Absterben ihres Eheliebsten, gestellet: Mit einer Vorrede Joh. Georg. Pritii. Lips. 1697. in 8.

Drey-

Dreyfaches erbauliches Absehen eines Christen, auf GOtt, seinen Nächsten, und sich selbst, auß den ordentlichen Sontags- und Fest-Evangeliis, in einem Jahrgange vorgestellt. Norib. 1698. in 4. & ibidem. 1713. in 4.

Das Andächtige Christenthum, welches sich, durch Evangelische und Epistolische Morgen- und Abend-Gebete, zu GOtt in den Himmel erhebet, darinn sowol die Sonn- als auch Festtags-Evangelia und Episteln, zur geistlichen Anwendung und Uebung, kürtzlich wiederholet werden: Welchem beygefüget ist das Geistliche Haußopfer, auf Begehren einer andächtigen Seelen abgefasset von M. Chr. Scrivern. Lipſ. 1701. & 1709. in 12.

Güldene Kunst reich zu werden, vermittelst welcher auch der ärmste Mann, bey seinem Glauben und Religion durch die Gnade Gottes, zu einem gesegneten beständigen und zulänglichem Reichthum gelangen kan. Lipsiæ 1714. in 12.

Gesegneter Kaufmann. in 8. (*Catal.*)

[Ex omnibus hisce monumentis sacris Scriveri editis congesta sunt: I. M. Polycarpi Lyseri, Pastoris Mariani Numburgensis, Parva Biblia oder kleine Bibel, in welcher alle Sprüche und Schriftörter A. und N. T., welche M. Christ. Scriverus hin und wieder erkläret, auß allen seinen geistreichen Schriften, sind zusammengetragen, und in Ordnung gebracht (Lipsiæ A. 1705. in 4.); II. M. Joh. Christoph. Gerstückeri, Past. Grumbachiani, Kern der allerschönsten Gleichnissen Joh. Arnds, Henr. Müllers, Chr. Scrivers, der Carpzoviorum, und anderer berühmten Gottesmänner, auß deren herlichen Schriften zusammengesucht, und in Ordnung gebracht (Dresdæ 1706. in 4.).

II. ALIENA, PRÆFATIONIBUS AB EO ORNATA.

D. Christ. Otfari, Rostockischen Medici, Geistlicher Hertzfasser und Seelenstiller betrübter und unruhiger Christen. Lipsiæ 1678. in 8.

Mich. Kubachs, Lüneburgischen Buchhändlers, Grosses vollkommenes Gebetbuch. Lipsiæ 1692. 1697. & 1699. in 8. & 12. (*juxta Catalogos nundinales*).

SCRIPTA INEDITA AC PROMISSA.

Heiltrieffender Balsambaum, oder IV. Predigten von den theuren Wunden Jesu Christi.

Die schmähliche Ehrenkrone Jesu Christi des Gekreutzigten, oder IV. Predigten von seiner Dornenkrone.

Zodiacus Christianus, oder Neujahrs-Predigt vom Laufe und Wandel frommer Christen, welchen sie, nach Anlaß der XII. Himlischen Zeichen, das Jahr hindurch, zu halten haben.

Sulamith, oder das Hohe Lied Salomons, in Gottseligen Betrachtungen erkläret.

Apostolischer Leuchter, oder Erklärung der Sontags- und Fest-Episteln.

Kirchenbuch von allerhand Beicht-Tauf- und Ehvertrauungs-Reden. (Sex hæc scripta præcedentia A. 1655., in præfatione der Glückseligen Unglückseligkeit Christlicher Frauen, est pollicitus.)

Erster Jahrgang über die Sontags- und Fest-Evangelia, darinn das liebreiche Hertz Jesu, zum Troste, Prüfung und Nachfolge, gezeiget wird. V. *Catal. nundin. autumn. A. 1669. Lipſ. p. 32.*

Collectio variorum Tractatuum, oder Catechismus-, Ab- und Anzugs-, Passions-, und andere Predigten. V. *Catal. nundin. vern. A. 1694. Lipſ. p. 63.*

Amphitheatrum Providentiæ divinæ, oder Denckwürdige Thaten und Wunder Göttlicher Vorsorge vor die Frommen, und der Gerechten Gerichte über die Gottlosen, in beglaubten, sonderlich neuen und bißher unbekandten, Exempeln. De opere hoc (cujus editionem, socero mortuo, gener M. Joh. Henr. Hävekerus, Pastor Calbensis, *in Catalogo nundin. autumn. A. 1702. Lipſ. p. 47.*, promisit) V. Phil. Jac. Speneri, suas amicorumqve Symbolas polliciti, Epistolam ad Scriverum Germanicam, A. 1679. exaratam, & *Parte III.* der Theol. Bedencken, *Art. I., Distinct. II., num. 52., p. 326. 327.*, obviam, *ejusdemqve Consiliorum Theolog. Latinorum Partem III. p. 837.*, ubi mentio illius itidem occurrit honorifica.

Lobklingende Festposaune, zu Verkündigung der hohen Wolthaten GOttes, an hohen und anderen Festtagen, auß unterschiedlichen Sprüchen der H. Schrift, erthönend. V. *Catal. nund. autumn. A. 1702. Lipſ. p. 47.*

Emblematische Epistel-Postilla über die Sontags- und Fest-Episteln. V. *eundem Catalogum p. 47.*

M. JOACHIMUS SCRIVERUS, Mollena (urbe Lubecæ vicina) Saxo, Cœnobii B. Virginis Lutherani Magdeburgensis, circa A. 1673., Conventualis, Prior & Senior; Scriptor in stylo Latino pariter atqve vernaculo inepte novaturiens, qvem Erdm. Neümeisterus (*in Diſſ. de Poetis Germanicis p. 93.*) *Aug. Buchneri* in Poesi qvidem Germanica fuisse *discipulum*, sed *non tamen Buchneriani hæredem cothurni*, vere judicavit.

SCRIPTA EDITA.

Kurtzer Bericht von der Deutschen Reimkunst. Altenburgi 1648. in 12. *Levis* (judice Neumeistero *l. c.*) *est opella, fere ex Phil. Cæsii Helicone descripta, & cujus subsidio vix levidense carmen componas.*

Wilh. Schroteri, der Königl. Englischen Societät Beysitzern, Dissertation de Ministrissimo, vom Oberstaatsbedienten, auß dem A. 1663. und 1671. gedrucktem Lateinischen Uhrsprungs-Aufsatze verdeutscht: Samt Jac. Thomasii Dissertation von eben derselben Materie. A. 1673. in 8.

INEDITA AC PROMISSA.

Poesis Epigrammatico-Satyrica, partim Latina, partim Theodesca, partim Latino-Theodesca, enormis vitiosorum perversicordiæ perstrigmenta Epigrammatica exhibens. Accedit Antidiconicesos elenchticæ specimen unum & alterum Latino-Germanicum. V. *Catalogum nundin. autumn. A. 1674. Lipſ. p. 24.*, & G. M. Königii (eam prodiisse credentis) *Biblioth. V. & N. p. 742.*

Joach. Beüstii Christiados libellus novantiqvus, sive Disticha Evangelica Græco-Latina, tetrastichis Germanico-Alexandrinis ab ipso expressa, & plurimis augmentis illustrata. V. *Catal. nundin. autumn. A. 1662. Lipſ. p. 38.*, *& vernalem A. 1663., p. 44. 45.*

Pædagogia Heavtoparalogizomena; das ist: Kinderzuchtlicher Selbstbetrug, von der Jugend Verhärtung in der Boßheit, und erfolgendem übelen Gerahten, und bey wem die Schuld desfals am meisten zu finden. (Hanc Lipsiæ A. 1663. *in 12.* prodiisse perperam Lipenius, *P. II. Biblioth. Theol. p. 388.*, tradiit.)

Hymnodia Ecclesio-Paradotica, Latino avthentico idiomate recentata, vernaculo interpretativo-nova, oder die alten Lateinischen Hymni und Festgesänge, theils verbessert, allesamt aber in Deutsche Reimen übersetzet.

Hierodia Buchnero-Scriverurgica, vernaculo avthentico idiomate recentata, Latino interpretativo-nova, oder Aug. Buchneri, Prof. zu Wittenberg, Geistliche Teutsche Lieder, samt Scriveri Lateinischer gleichstimmig-reimzeiligen Uebersetzung. (In hac exhibere haud dubie voluit tres Hymnorum sacrorum Buchneri, Præceptoris sui, Germanicorum centurias, qvas ab eo promissas qvidem esse, sed non editas, Erdm. Neumeisterus, *l. c. p. 20.*, dolet.)

Hierodia Mixo-Scriverurgica, oder Unterschiedlicher Verfasser Teutsche Geistl. Lieder, theils verbessert, samt einer Lateinischen gleichstimmig-reimzeiligen Uebersetzung. (Integros qvatuor horum scriptorum ultimorum titulos, perqvam nugaces, qvos describere piget, *in Catalogo nundin. vern. A. 1663. Lipsiensi*, ea pollicito, *p. 44.*, invenies.)

HENRICUS SEEDORFIUS, Lubecensis, Civis cognominis e Christiana Hagenia filius, d. 25. Aug. A. 1631. est natus, & Jurisprudentiæ, cui Witebergæ, Altorfii, Helmstadii, ac in itinere ad exteros literario, vacaverat, Doctor, M. Oct. A. 1661., in Academia creatus Julia. Lubecæ postea, Consiliarii etiam Hassiaci ornatus titulo, inter causarum forensium patronos inclaruit, & A. 1664., d. 24. Oct., Heilwigem Ursulam, Balth. Gloxini, J. U. D. ac Consiliarii Holsatici, filiam, Dethleviqve Heldii, J. U. D., viduam, A. 1673., d. 6. Mart., Reginam Elisabetham, Christiani ab Hatten, Consiliarii Danico-Holsatici, gnatam, & Nicol. Schwabii, J.U.D., viduam, ac A. tandem 1682., d. 26. Oct., Rosinam Barbaram, Bernh. Diet. Brauero, J. U. D. & Consule Lubecensi primario, patre gavisam, duxit conjuges. Ineunte A. 1686., eadem, qva Brauerus socer, duæqve hujus filiæ, & affinium unus, expiraverant, febri maligna, d. 2. Febr., anno ætatis 55., est extinctus, & iisdem cum uxore ultima, diebus 12. elapsis itidem mortua, cryptæ sepulchrali illatus exeqviis. V. Mart. Lipenii, Conrectoris Lubecensis, *Programma* de illius vita *funebre*. Bibliothecam suam Lubecensi publicæ legavit.

Disp. de Jure accrescendi, Præside D. Wilh. Ludwello. Altorfii 1654. in 4.

Disp. de Processu. Helmstadii 1656. in 4. (*Catal.*)

Disp. Inaug. de Judiciis in genere, & personis principalibus, ea constituentibus, Præside D. Georg. Wernero. Helmst. 1657. in 4. (*Catal.*)

JOHANNES SEEDORFIUS, scholæ trivialis Jacobææ in civitate Hamburgensi Arithmeticus.

Resolutio oder Auflösung etlicher Geometrischen Aufgaben, von dem neuaufgeführten Thurme zu S. Nicolai. Hamburgi 1656. in 4.

M. JOHANNES CHRISTOPHORUS SEELING, Samuelis, Pastoris in Wagria Plönensis, e Bohemia exulis filius, laurea A. 1657. Lipsiæ ornatus Philosophica. V. Frid. Rappolti in illam carmen, *in Poematis p. 328. 329.*

Disp. de natura Prædicationis. Lipsiæ in 4. (*Catal.*)

CHRISTIANUS SEERUPIUS, Ripensis, Nicolai Seerupii Senioris, Pastoris, Præpositi & Canonici Ripensis, filius.

Disp. de Pompa triumphali. Hafniæ 1675. in 4. (*A. D. L.*)

GEORGIUS SEERUPIUS, Ripensis, d. 13. Sept. A. 1660. natus, M. Nicol. Seerupium Seniorem, Canonicum & Præpositum Ripensem, templiqve Cathedralis Pastorem, & Elisam, M. Severini Velleji, ejusdem ædis Sacræ Antistitis, filiam, parentes habuit. E schola, qvam, ab A. 1672., Rectore M. Georg. Fogio, freqventaverat, patria in Academiam A. 1676. ablegatus Hafniensem, qvadriennii spatio, ductu præsertim Ol. Borrichii, civis, gavisus, inclyti, in adyta, cum literaturæ elegantioris universæ, tum Medicinæ & Chymiæ, interiora, labore indefesso, feliciter sibi patefecit aditum. Scholæ deinde patriæ ab A. 1680. egit Præceptorem, Fridericianæ autem, ab A. 1686. (qvo & Magisterii lauream Hafniæ, Brabevta Borrichio, obtinuit), Rectorem. Ex ista ad eandem in patria dignitatem A. 1693. revocatus, praxi simul Medica adeo inclaruit, ut a Christiano V., Rege Daniæ, morbo decumbente arthritico diuturno & fatali, A. 1698., ad consilia cum Archiatris socianda aulicis, Hafniam sit evocatus. Tanta hic dexteritate, per annum integrum, ejus satisfecit expectationi, ut Philosophiæ ac Metaphysicæ in Academia Hafniensi Professor, Collegiiqve Medici Adjunctus, ab illo, die ultimo Martii A. 1699., sit designatus, & a Friderico IV., filio & successore, post Andr. Aagardi discessum, d. 2. Dec. anni ejusdem, constitutus. Laurea tandem artis Medicæ suprema, post lares Ripis Hafniam translatos, a Casp. Bartholino Juniore, d. 18. Mart. A. 1700., ornatus, paulo post d. 22. Maji morte decessit immatura, & Georg. Frid. Franco, successori, munera reliqvit Academica. V. de vita illius Olai Römeri, Mathematici Hafniensis, *Programma*, actui promotionis ejus Medicæ M. Mart. A. 1700. præmissum, *Nova Literaria Lubecensia, M. Majo A. 1700. p. 146. 147., & M. Mart. A. 1703., p. 59. 60.*, ac Pet. Terpagrii *Inscriptt. Ripenses p. 149.* harumqve Appendicem, p. 28. 29. ipsius, & p. 47. 48. 49. Nicolai, filii unici (scholæ Ripensis hypodidascali), exhibentem epitaphia, nec non Alb. Thura *Ideam Hist. lit. Dan. p. 68. 69. 171.* E qvibus Römerus *Virum* eum salutavit, *qui in omni literarum elegantia se non versatum tantum, sed ejusdem etiam possessorem, plurimis monstravit argumentis, ac Sanitatis conservandæ & restituendæ artem ita suam fecit, ut Roscios inter numerari potuerit.*

Disputationes duæ de Auguriis. Hafniæ 1678. in 4.

Disp. de Cordis structura & motu, Præside D. Casp. Bartholino Jun. Hafn. 1678. in 4.

Disp. de Olfactus organo, Præside eodem. Hafn. 1679. in 4.

Methodus Logica Didactica. Hafn. 1679. in 4.

Diss. Polemica, Cyriaco Lentulo opposita, qva Renatus Cartesius ab Atheismo vindicatur. Hafn. 1679. in 4.

Triumphus Lithargyriatorum, seu Disp. Inaug. Medico-Chymica, qva vindicantur Saccharum Saturni & Mercurius lithargyrii, ab animadversionibus Joh. Vict. Jägerschmidii, Medici & Physici Ulmensis. Hafn. 1700. in 4. Opposita est Jägerschmidii Tractatui, Ulmæ A. 1699., sub titulo des in denen durch die Silberglätt bestrichenen Weinen verborgenen, nun aber entlarvten, Mercurii, edito; impugnata autem in M. Immanuelis Weismanni *Disp. Inaugurali de docimasia Vini Lithargyrio mangonisati*, Tubingæ A. 1707., Præside D. Joh. Zellero, proposita. V. *Nova Lit. Germ., M. Nov. A. 1708., p. 433.*

NICOLAUS SEEREPIUS Junior, Nicolai Senioris itidem filius, Ripensis, Medicinæ & Philosophiæ Professor in Academia Hafniensi designatus, sed, anteqvam hanc adiret professionem, A. 1691., in itinere ad exteros literario, extinctus. V. Christophori de Hemmer, civis ipsius, *Elegiam in ejus obitum*, Parisiis, M. Nov. A. 1691., *in fol. pat.* excusam.

Disputationum Philosophicarum, seu Cogitationum rationalium, de Disputationibus Philosophicis Burcheri de Volder, Prof. Lugduno-Batavi, de Rerum naturalium principiis, Prima, qva, contra eundem, solidis, ut spes est, rationibus ac argumentis, Aqva solum materiale omnium Corporum principium astruitur, & simul ea assertio, ab animadversionibus Clarissimorum qvorundam Virorum, vindicatur. Hafniæ 1681. in 4.

Diss. contra Paradoxa Joh. Bapt. Helmontii. Hafniæ 1682. in 4.

Animadversiones ad Frid. Hofmanni, Archiatri Saxo-Halensis, Judicium de Auro potabili Christiani Adolphi Balduini, Dissertatione Epistolica expressum. Adjecta sunt specimina aliqvot Philosophiæ experimentalis sacræ, e locis Biblicis deductæ. Hafn. 1682. in 4.

M. SEVERINUS SEERUPIUS, Ripensis, Nicolai Senioris filius, triumqve præcedentium frater germanus, templi in patria Cathedralis, post parentem, ab A. 1695. (1.), Pastor & Canonicus, vicinarumqve simul Ecclesiarum Præposi-

(1.) V. *Inscriptiones Ripenses Pet. Terpagrii p. 18.*

Præpositus; cujus duarum uxorum, Ingeburgis Baggoniæ & Dorotheæ Margaretæ Terpagriæ (qvibus tertia deinde Susanna Catharina, Matthiæ Wormii, Præsidis regii Ripensis, filia, successit), Epitaphia Ripensia, hortiqve Liliomontani inscriptiones, Pet. Terpagrius (1.) exhibet.

Disput. miscellanea. Hafniæ in 4.

Disp. de Admiratione. Hafn. 1673. in 4.

Sermo funebris in obitum D. Christ. Lodbergii, Episcopi Ripensis, A. 1693. mortui, Danicus, qvem, aliqvot post annos, edidisse perhibetur.

CAJUS a SEESTÄTT, Eqves Holsatus, Georgii, Toparchæ Noschensis, Güldensteinensis & Pardvelensis, filius.

Oratio de dicto: Νόμῳ καὶ Χώρᾳ (*Legi & regioni inserviendum*), in Academia Argentinensi A. 1597. recitata; qvæ in *Orationum Argentinensium, ductu Melch. Junii habitarum*, editione prima, Argentinæ A. 1597. *in 8.* excusa, *Tomo VI., p. 373-397.*, in editione secunda, ibidem A. 1606. publicata, *Tomo II., p. 728-743.*, & in tertia, ibidem A. 1620. impressa, *Tomo I., p. 575-587.*, prodiit.

Oratio, qvatenus ætatis ratio in Magistratu habenda? Argentinæ A. 1596. recitata; qvæ in *Orationum* earundem *Argentinensium* editionis primæ *Tomo VI., p. 397-409.*, in secundæ *Tomo I., p. 875-880.*, & Tertiæ *Tomo II., p. 624-628.*, legitur.

M. CHRISTIANUS LUDOVICUS SEILERUS, Hamburgensis.

Disp. de Henoticis Orientis, Præside Joh. Gvilh. Bergero proposita. Witeb. 1723. in 4.

Diss. de Typo Constantis II. Imp., A. C. 648. promulgato. Witeb. 1723. in 4. (*V. Fabricii Vol. XII. Bibl. Gr. p. 344.*)

M. BENEDICTUS SELLIEN, Hamburgensis, templi in patria Cathedralis, ab A. 1663., Petriniqve, Jacobæi & Nicolaitani, ab A. 1665., Vicarius, d. 16. Maji A. 1672. defunctus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 625, 630. 632. 635.*

Disp. ex Theologia naturali, de ratione qvidditativa Dei. Witeb. 1668. in 4. (*M. C. K.*)

Sublime SS. Trinitatis mysterium, e libris V. & N. T. propositum, oder eine Predigt von des Göttlichen Wesens Einigkeit, und der Göttlichen Personen Dreyfaltigkeit, auß 1 Joh. V. 7., in der Lutherschen Kirche zu Amsterdam A. 1671. gehalten. Amstelodami, 1671. in 4.

CONRADUS SELMER, Parochus ruralis in Anglia Cimbrica Vahrenstedensis.

Christlike und nütte Kinderfragen uth dem Catechismo Lutheri. Slesvigæ 1601. in 8. (*L. Sax.*)

CORNELIUS SELMER, Kiloniensis, oppidi Eckernfördensis Pastor, A. C. 1643., & ætatis 78. (qvo *Poenitentiali* Christ. Schultzii, generi ac successoris, carmen præfixit), adhuc superstes, qvem anno demum ætatis 96. expirasse nonnemo retulit.

Elegia in nuptias M. Pauli Sperlingii, scholæ Hamburgensis Rectoris, & sui olim in Flensburgensi Præceptoris. Helmstadii 1592. in 4.

Außlegung über den XXXIV. Pslam. Slesvigæ 1608. in 8. (*Catall.*)

Verhör des Catechismi, oder Kinderlehre Und unterweisung, aus dem kleinen Catechismo Lutheri. Slesvigæ 1626. in 8.

Christlicher Haußväter und Haußmütter Seelenschatz, oder ein schöner Unterricht, wie Gottselige Haußväter die Ihrigen, nicht allein mit Leibes Unterhalt, sondern vielmehr der Seelen nach, versehen müssen, und wie sie demnach dieselben, in Christlicher Uebung der Gottseligkeit, einrichten und halten sollen: Mit einer Vorrede D. Nicol. Hunnii, Superintendenten zu Lübeck. Lubecæ 1632. in 12.

DANIEL SELMER, urbis Slesvicensis Senator, Judiciique provincialis & aulici Advocatus, A. 1638. superstes, difficili cum D. Christ. Sledano, Pastore, & M. Henr. Gladovio, Diacono templi Cathedralis, implicitus controversiæ, cujus *Parte II. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 7., §. 4., p. 187. 188.*, & in Vita Sledani, suo loco, facta est mentio.

Unterthänigste Deductio gravaminum, und, zu dero behuf, Anzeige etlicher wider GOtt, und die H. Christliche Kirche, großer erschrecklicher Greuel D. Christ. Sledani und M. Henr. Gladovii; MStum sex plagularum, in adversarios, inprimis autem Sledanum, perqvam maledicum. Opposuit illi Sledanus, sed non edidit: 1. Epistolam (4. *plagularum*) ad Consules Slesvicenses Apologeticam; 2. Apologeticum, famæ, non aucupandæ, sed servandæ, scriptum, adversus uti varias, ita vanas, sycophantias Dan. Selmeri, Censoris in oppido Slesvicensi inqvietissimi, & si qvos in eodem luto domi forisqve forsan habet doctos ad malitiam & calumniam (*schediasma 10. plagularum*). A. Gladovio ei itidem est responsum in der Abgenöhtigten Anzeige und Berichte, weswegen Dan Selmer nicht hat zur Absolution, und Genießung des H. Abendmahls, gelaßen werden können, an das Sleswigische Thum capittel (*MS. 4. pl.*)

BURCHARDUS a SERKEN, vel (si Alb. Krantzium (2.) seqvi malis) SARKEN, incertum cujas, ex Ecclesiæ Lubecensis Canonico ac Cantore, octuagenarius, A. C. 1276. (3.), post Joh. Tralovii obitum, ejusdem evasit Episcopus, & spem Collegarum, qvi eum, paucis annis superstitem fore persvasi, Cardinalium Romanorum, Pontifices eligentium, exemplo, suis in cathedram evexerant suffragiis, vivacitate *rara, & monstri* (Krantzio (4.) judice) *simili*, senex *annis qvidem grandævus, sed viribus recens* (5.), lustrisqve octo dignitate gavisus Episcopali, delusit (6.). Nec tamen Ecclesiæ, ob senectutem, fuit inutilis, sed commoda ejus studiose promovit, jura autem atqve immunitates ea defendit constantia, qvæ in pertinaciam interdum nimiam degeneraret. Debita, ab antecessore contracta, ut dissolveret, prima ipsi cura fuit; nec dubitavit in Galliis aliqvamdiu, qvod minore illic pompa sibi opus esset, ut sumptibus parceret, vivere, & e reditibus suis absens Ecclesiæ satisfacere creditoribus. Villam Eggerstorfianam 430. Marcis comparavit, tertiamqve partem supremi in villis, ad mensam Episcopalem spectantibus, judicii. Cellario, cui panes, qvos vocant, *Præbendales* Collegis hebdomadatim distribuendi cura incumberet, Canonicorum primus auxit numerum, & huic de reditibus prospexit annuis, alioqve beneficio perpetuo S. Habundi in æde cathedrali altare donavit. In æde oppidi Utinensis lapidea Parochiali, novo a se ornata sacello, primus Canonicorum, qvod hodienum superest, erexit Collegium (7.), & Monasterio etiam Prezensi virginum religiosarum Benedictino favorem suum ac benignitatem tribus, de qvibus infra dicetur, testatus est diplomatis. Toto Episcopatus tempore assidua ei cum civibus & monachis Lube-

(1.) *l. c. p. 108. 109. 160. 161.* (2.) *Lib. 8. Metropolens, c. 37.* (3.) testibus Alb. Krummendikio, Krantzio & Autore *Chronici Slavici.* (4.) *l. c.* (5.) teste eodem Krantzio *Lib. 7. Vandaliæ, c. 38.* (6.) V. Krantzii *Lib. 8. Metrop. c. 37.* (7.) V. Alb. Krummendikii *Chronicon Episcoporum Lubecensium p. 397. 398.*, & Alb. Krantzii *L. 8. Metrop. c. 37.*, ac speciatim, de æde parochiali Utinensi dignitate Collegiatæ aucta, ejusdem *Vandaliam, Lib. 7. c. 49.*, ac Frid. Cogelii Uthinisch Stadtgedächtniß, *c. 6., p. 27. 28. 29.*

Lubecensibus intercessere certamina, qvibus, Krantzio (1.) teste, *fatigatus qvidem est, sed non fractus*, Præsul animosus, *ideo diu in terris dilatus, ut Fratrum rebellionem, & sævientis tumultuantisqve Laici populi in Clerum temeritatem, cohiberet, castigaret, reprimeret*. Primæ liti A. 1280. occasionem suggessit sepultura Rigburgis, viduæ opulentæ, cujus cadaver, qvod illa in Coenobio monachorum mendicantium Catharinæo humari jusserat, Parochus, ceteriqve sacerdotes, in sua detinebant dioecesi, Coenobitæ autem e templo parochiali furtim ablatum monasterii includebant fornici. Reddere illud sacrificulis ab Episcopo jussi, non obtemperarunt, sed, cum civibus, qvos in partes suas pertraxerant, anathema, qvo idem, in vibrando hoc fulmine, nimis præceps, utrosqve percusserat, contemserunt, &, in sacris publicis celebrandis, interdicto illius insuper habito, post appellationem interpositam, nihilominus perrexerunt. Plebs, Episcopi irritata anathemate, illum, cum toto Canonicorum & sacerdotum grege, urbe ejecit, & Utini per annos aliqvot exulare coegit, donec Romæ dissidium hoc, a Jacobo Columna, Cardinali, Pontificis componeretur auspiciis (2.). A. 1293. novæ inter Senatum & Clerum lites sunt enatæ, ob molas ab illo, in vicinia & fundo australi templi Cathedralis, nuper extructas, qvas Canonici a civitate frustra, una cum Episcopo, sacris idcirco huic denuo interdicere haud verito, repetebant. Burchardus ipse, Clero ex urbe excommunicata iterum digresso, centenarius Romam abiit, &, post causam Ecclesiæ suæ, coram tribunali Pontificio, laboriose pariter atqve animose, integro defensam qvadriennio, victor qvidem Lubecam remigravit, sed compositione tamen postea litem dirimi, cum necessitas hoc exigeret, accepta, passus est, pecunia (3.). Majores turbas dedit, qvæ, inter Episcopum & urbem, de agris aliqvot & pratis, in veteri sitis Lubeca, A. 1299. exorta est, dissensio. Ille enim cives tertio subjiciebat anathemati, nec tamen monachos Dominicanos & Franciscanos, his adhærentes, ut sacris abstinerent publicis, adigere, vel sua autoritate, vel nova Giselberti, Archiepiscopi Bremensis, excommunicatione, contra ipsos, tanqvam interdicti Episcopalis violatores, promulgata, poterat. Cives pari se illi opponebant pertinacia, &, urbe egressi, prædium Episcopale *Kaltenhof* igne injecto vastabant, deinde autem, intra mœnia reversi, Canonicis omnibus fugatis, palatia illorum spoliabant soloqve æqvabant. Episcopus, vindictæ cupidus, Ottonis, Ducis Lüneburgici, nec frustra, imploravit auxilium. Is enim A. 1301., trecentis comitatus eqvitibus, irruptione in agrum facta Lubecensem, prædaqve pecoris haud exigua abacta, cives, cum militibus se perseqventes, fudit, cæsoqve Præfecto, reliqvos partim in fugam conjecit, partim vero magno captivos abduxit numero. Anno tandem 1308., si *Chronici Slavici* autorem & Krantzium, vel 1314., si Mellenium audias, per transactionem amicam, sopitæ sunt istæ Episcopi & Canonicorum cum civibus & monachis controversiæ, illiqve prædia sua ac palatia, ab his occupata atqve vastata, recuperarunt, utriqve autem, legatis Romam missis, sacris denuo publicis, sublato anathemate, vacandi potestatem, qvod Clementi V., Pontifici, his urbem vix ingressis, mortuo, per biennium, & qvinqve menses, nemo subrogaretur, A. 1317. demum obtinuerunt (4.). Krantzius suum, de lite ista, ejusqve compositione, hisce verbis exposuit judicium (5.): *Octavo tandem anno post 1300., Burchardus, Episc. Lubecensis, cum Clero suo justificatus in Romana curia, recepit possessionem Ecclesiæ, & prædiorum ejus, nec tamen jactare potuit de lucro. Piscatum erat aureo reti, &, illo amisso, ea fuere litis impendia, ea plebis in res Ecclesiæ violentia, ut non facile lucra damnis compensarentur. Et tamen decorum est, imo etiam debitum, pro jure Ecclesiæ, & ejus libertate, ad sangvinem usqve decertare. Sic factus est Christo martyr Thomas Cantuariensis.* Nec tamen diuturna pax ista fuit, sed a civibus A. 1315. subitanea in templum Jacobæum violata est irruptione, qva, Minoritarum auspiciis, & in horum gratiam, cadaver, tumulo inferendum, cunctis ad exeqvias rite jam præparatis, abstulerunt, & Episcopo qvartum sacrorum interdictum extorserunt. Qvod tamen, postqvam cum illo, perspecta constantia ejus in adversis heroica, in gratiam rediissent, & Clerum ejectum revocassent, paulo post est sublatum (6.). Tot inter turbas fatalem vitæ terminum Antistes hic longævus attigit, qvi Hermanno qvidem Bonno (7.) *bonio* audit *singularis audaciæ, & civitati parum conferens*, & Joh. Petræo (8.) ein kühner Mensch, der viel Müh den Grafen zu Holstein, und der Stadt Lübeck, durch sein frevel Fürnehmen, gemacht, sed a Krantzio tamen, in partes ejus proniore, & a monachis merito alieniore (9.), *Viri multis ex rebus memorabilis* reportavit elogium. Causa utiqve, in dissidiis hisce feralibus, si ex temporum illorum conditione eam dijudices, plerumqve gavisus est meliore, sed motus, qvi lenitate prudenti sopiendi erant, more Clericis solenni, Zelo nimio, sui ipsius faber infortunii, exasperavit. Obiit, teste Alb. Krantzio (10.), A. C. 1317., ætatisqve 120., Episcopatus autem (juxta eundem, Alb. Krummendikium (11.) & *Chronici Slavici prioris* Autorem (12.)) 41mo, ac Henricum a Bocholt, Ecclesiæ Lubecensis e Medico, stirpe orto plebeja, Decanum & Præpositum, in hoc successorem obtinuit. Annis XLI. Ecclesiæ illum Lubecensi præfuisse, præter Conradi Bocholt, Cœnobii Prezensis, Sec. XIII. exeunte, Præpositi, *Registrum Præpositura Prezensis ἀνέκδοτον*, tria etiam confirmant ipsius Diplomata Prezensia, mox alleganda, qvorum primum, annum æræ Christianæ 1286. Episcopatus ejus fuisse undecimum, diserte testatur, tertium autem A. 1313., & proinde qvadriennio saltem ante obitum, est exaratum. Longævitatis ejus nullam ab Henr. Meibomio Juniore, Lubecensi, in eleganti *de Longævis, ad Augustum, Ducem Brunsvicensem, Epistola*, A. 1664. edita, mentionem esse factam, Jac. a Mellen (13.) haud immerito miratur, sed temere in dubium eandem vocat, &, conjectura justo audaciori, *Episcoporum Lubecensium unum, ac forte Burchardum alium, per negligentiam scriptorum, serie Episcopali excidisse*, contra tot veterum consensum, suspicatur. Conferri de illo possunt, præter Alb. Krummendikium (*in Chronico Episcoporum Lubecensium, Tomo II. Rer. German. Henr. Meibomii Jun. publicato, p. 397. 398.*), *Chronici Slavici prioris* Autorem, Alb. Krantzium, Herm. Bonnum, Joh. Petræum & Jac. a Mellen, locis jam allegatis consulendos, Anonymus *in Continuat. Chronici Alberti Stadensis, ad A. 1276., p. 10., ad A. 1299., p. 24. 25., ad A. 1314., p. 64.*, & *ad A. 1317., p. 77. 78.*, Casp. Danckwerthius *P. III. Chorographiæ Cimbricæ, c. 8., p. 227.*, Gotsch. Kirchringius *in Compendio Chronici Lubecensis vernaculo p. 31. 32. 33.*, & alii historiæ Episcoporum rerumqve Lubecensium scriptores.

In Monasterii Virginum nobilium Holsatici Prezensis Archivo tria ejus Latina supersunt Diplomata *ἀνέκδοτα*, mihi perlecta. Horum primum, die Agnetis A. 1286. exaratum, Conradi Bocholt, Præpositi, Adelheidis Priorissæ, & Conventus totius Prezensis, sanctionem de victu atqve amictu monialium Oeconomicam, illi insertam, confirmat. Secundo Virgines solito plures in cœnobium, ad debita ejus eo citius dissolvenda, recipi A. 1307. permisit. Tertio deniqve, A. 1313., die Agnetis, scripto, Monasterio decimas decimarum, sibi debitas, sed ab initio usqve Episcopatus haud persolutas, benigne remisit.

JOHANNES a SESEN, Arithmeticus Lubecensis.

Arithmetica, edder Rekenkunst, up Linien und Ziffern. Lubecæ 1611. in 8. (*Sax.*)

Flores

(1.) *L. 7. Vandaliæ c. 49. & 54.* (2.) V. Krantzii *Metrop. L. 8. c. 37.*, & *Vandaliam L. 7. c. 38.*, Anonymi *Chronicon Slavicum prius, ad. A. 1280., p. 206. Edit. Lindebrog.*, inprimis autem Jacobi a Mellen *Historiæ Lubecensis Disp. III., c. 4., §. 6. 7.* (3.) V. Krummendikium *l. c.*, Krantzium *L. 8. Metrop. c. 37.*, & *L. 7. Vandal. c. 40.*, ac Mellenium, *l. c., Disp. III., c. 6., §. 6.* (4.) V. *Chronicon Slavicum prius, ad A. 1308. & 1314., p. 206. 207.*, Krantzium *L. 7. Vandaliæ c. 44. & 47.*, ac præsertim Mellenium *l. c. Disp. III., c. 6., §. 8., & Disp. IV., c. 1., §. 3. & 8.* (5.) *L. 7. Vandaliæ c. 47.* (6.) V. Krantzii *Vandaliam, Lib. 7., c. 54.* (7.) *in Chronico Lubecensi, Lib. II., lit. D. 1. 2. 3.* (8.) *P. II. Chronici Holsatici p. 77. 80.* (9.) *L. 7. Vandal. c. 54.* (10.) *L. 8. Metrop., c. 37.* Conf. *L. 7. Vandaliæ c. 38. & 49.* (11.) *l. c.* (12.) *p. 221.* (13.) *l. c., Disp. III., c. 4., §. 6., & Disp. IV., c. 1., §. 10.*

Flores Arithmeticæ, edder Arithmetica, mit veelen schönen utherlesenen Exempeln, welcke Johann van Sesen erstlick colligeret, und nu van Otto Weselou, Scholmeistern in Bremen, resolveert und upgelöset sind. Sine loci mentione A. 1617. (&, *juxta Catalogum nundinalem ac Draudium, A. 1620. quoque*) in 8. (*Sax.*)

M. ANSGARIUS SEVERINI, Hafniæ A. 1637. a Wolfg. Rhumanno, post defensam hujus *de natura Logices* Ἐξέτασιν, supremis Philosophiæ ornatus honoribus, urbis in Jutia Coldingensis, per 47. annos, fuit Pastor, Nomarchiæqve simul Pontanæ Præpositus, &, d. 16. Nov. A. 1682. defunctus (1.), successorem habuit Ansgarium Ansgarii, filium suum, Doctorem postea Theologum, & Ecclesiæ Ripensis Episcopum.

Sermo funebris Danicus, in exeqviis Erici Porsii habitus. Aarhusiæ 1647. in 4.

JACOBUS SEVERINI, Ripensis, in urbe patria scholæ publicæ Rectoratu, ab A. 1550., ædis Catharinææ Diaconatu, ab A. 1557., Pastoratuqve ejusdem, ab A. 1565., functus, d. 29. Mart. A. C. 1580., & ætatis 57. vivis excessit. V. Pet. Terpagrii *Inscriptiones Ripenses p. 118. 119. 147.*, & Epitaphium Ripense, qvod ipsemet sibi scripsit, Elegiacum, in iisdem *p. 127. 128.* obvium.

Homiliæ Danicæ in Devteron. cap. XXXII. (seu Canticum Mosis) & XXXIV., Psalmos LXXIV. LXXIX. & XC., Ezech. cap. XXXIII., nec non XXXVIII. & XXXIX. (de Gogo & Magogo), ac Danielis cap. VII. (de IV. Monarchiis); qvas ἀνεκδότους in M. Joh. Pouchii, Diaconi Ripensis, Bibliotheca superfuisse *Catalogus MSStorum illius* testatur.

PETRUS SEVERINUS, Chymicorum Seculi XVI. æræ Christianæ eruditiorum extra controversiam princeps, Ripis Cimbrorum A. 1542. est natus, Patre Severino Jessæo, Senatore, matre autem Bothilda Severini. In schola patria, & Academia Hafniensi, brevi eos in literis fecit progressus, ut, nondum XX. natus annos, dignus judicaretur, cui Poesin publice in hac docendi munus committeretur. Isto summa cum laude aliqvamdiu functus, A. 1562., Magistri titulo, Brabevta M. Nicol. Scavenio, paulo ante reportato, ad studia Medica & Philosophica accuratius excolenda, in Galliam abiit, & Hafniam A. 1565. reversus, doctrinam Meteorologicam publice tradidit. Non diu autem post, Comite Joh. Pratensi, Pylade suo, ad professionem deinde Medicam Hafniæ evecto, Italiam adiit, eandemqve, post secundum in patriam reditum, tertio itinere literario, ut suam in Praxi Medica augeret experientiam, repetiit. Hujus felicitate adeo Venetiis, ac in aliis Germaniæ & Italiæ urbibus, inclaruit, ut Fridericus II., Rex Daniæ, fama ejus permotus ingenti, patriæ illum, oblata A. 1570. Archiatri sui dignitate, postliminio vindicare haud dubitaverit. Paruit noster voluntati regiæ; & A. 1571., gradu Doctoris Medici, in Gallia, qvam transibat, impetrato, Hafniam reversus, in officio isto, Canonicatus Roeskildensis accessione aucto, non Friderico solum, sed & filio ejus, Christiano IV., summa fide ac industria inserviit, Monarchis hisce, Magnatibus aulicis, & popularibus reliqvis, ob doctrinam atqve experientiam insignem, eximiam in medendo dexteritatem & felicitatem, pietatem, probitatem, candorem infucatum, ac perpetuum de omnibus bene merendi studium, gratissimus. Diligentia in studiis fuit indefessa, vereqve Herculea, &, ut istis, ac experimentis Physico-Chymicis, assidue vacaret, Euclio temporis parcissimus. Doctrina ejus in Poesi literisqve elegantioribus (qvam stylus scriptorum, floridus pariter atqve castigatissimus, abunde commendat) fuit egregia, in Philosophia, imprimis naturali, solida, & cum paucissimis ævo isto ipsi communis, in arte autem Medica, & sacris Chymiæ Eleusiniis, admiranda atqve incomparabilis. Philosophiam certe hanc Hermeticam, per Theophrastum qvidem Paracelsum a neglectu superiorum temporum jam vindicatam, sed ingenii simul rudis ac ferocioris vitio valde deformatam, nugisqve & sordibus inqvinatam plurimis, ausu primus feliciter reformavit heroico, & digno artibus cultu, habituqve decoro, ornatam, nitori suo ac integritati restituit, inqve eadem instaurata principatum, & superstes, & post fata, absqve æmulo, suffragiis mystarum ejus concordibus, obtinuit; stator qvippe illius præcipuus, & ubiqve gentium, ob *Ideam Medicinæ Philosophicæ*, monumentum ingenii θαυμασίου æternaturum, Panaceam auspicato repertam, ac inventa alia haud vulgaria, decantatissimus. Hermanno utiqve Conringio, in Commentario de *Medicina Hermetica*, locis paulo post allegandis, Hermeti huic redivivo ἀπαιδευσίαν, turpem inscitiam, Logicæ ignorantiam, nugasqve & ineptias, effræni maledicentia passim objicienti, merito, licet a sententia ipsius de Χρυσοποιΐας, & promissorum cæterorum inanium, qvibus Chymici vulgares corvos hiantes deludunt, vanitate, haud sim alienus, indignior, & præcipitantiam in judicando nimiam, ex odio Chymiæ ipsius injusto, & superstitiosa dogmatum scholæ Peripateticæ Philosophicorum, Galenicæqve Medicorum, veneratione, profectam, longe justius mihi exprobrare posse videor. Nullos, me judice, cœtus Chymicorum universus, per aliqvot secula, scriptores habuit, vel solidiores, vel πολυμαθεστέρους ac elegantiores, qvibusqve justius possit gloriari, duobus, qvos Ripæ Cimbricæ protulerunt, artis suæ statoribus ac vindicibus, Pet. Severino, & hujus adversus Conringium Hyperaspista, Olao Borrichio, civis sui, qvocum fata, in vita prope omni, uti ipsemet (2.) observavit, expertus est eadem, æmulo, hac etiam in parte, felicissimo. Dotes tot ingenii illustris præclaras a Severino, non aulæ solum & ægrorum saluti, sed juventutis etiam in arte salutifera institutioni, esse impendendas, Christianus IV., Danorum Monarcha, est arbitratus, eoqve fine hujus illum in Academia Hafniensi, A. 1602., post abitum D. Andreæ Christiani, designavit Professorem (3.). Verum isto eum munere fungi prohibuit mortis (qvam paulo ante, sanus adhuc, sibi intra paucos dies imminere, observato subobscuro supercilii exanthemate, prædixerat (4.)), suæ hinc decrementa metuentis potentiæ, sævitia. Hæc enim domitorem tot morborum Herculeum, ne sectam novam (qvalem inter Chymicos jam enatam esse Joh. Gabr. Drechslerus (5.) comminiscitur) *Severinianam*, sibi infestam, Doctor Academicus, in Dania conderet, pestis sexagenarium adorta contagio, huic, die Julii 28. (6.), vel 29. (7.), eodem A. 1602. (non autem d. 29. Junii A. 1603., qvem Conr. Aslacus (8.) perperam substituit), coegit succumbere. Qvanta moribundi fuerit pietas, Apophthegma ostendit memorabile, qvo, paucis ante obitum horis, est professus, *Animam bene habere, qvam Spiritus sustentat & vivificat, non secus ac corpus, qvando, qvi in illo est, spiritus, suo modo, in corde, cerebro, hepate, & cæteris partibus, facit officium.* Votum cœlibatus mutuum, qvo ipse & D. Joh. Pratensis, amicorum intimus, se invicem, Thoma Bartholino (9.) teste, obstrinxerant, septennio post hujus, in cathedra Academica, Kal. Jun. A.C. 1576. ac ætatis 33., hæmorrhagia extincti subitanea, & a se Epitaphio celebrati elegantissimo (10.), excessum, solvit, lugubrem atqve immaturum. Conjugem enim A. 1583. elegit Drudam, Reinholdi tor Smeden, Senatoris Flensburgensis, e Gesa Langia filiam, in fœcundo 19. annorum conjugio qvatuor sibi masculos, totidemqve puellas, enixam, &, cum per octennium marito fuisset superstes, d. 21. Sept. A. C. 1610., & ætatis 43., itidem extinctam (11.). E liberis, filiæ duæ, Sophia & Bothilda, Reinholdusqve filius, parentis obitum suo præverterunt,

(1.) teste Pet. Resenio, *in Indice Catalogi Bibliothecæ suæ tertio.* (2.) *in Ep. dedic. Diss. de Chemiæ ortu & progressu.* (3.) V. Er. Vindingii (in Vita nostri de professione hac ipsi decreta silentis) *Acad. Hafn. p. 119* (in Epitaphio) *& 165.* (in Thomæ Finchii, Successoris, elogio), ac Thomæ Bartholini *Cistam Medicam Hafniensem, Loc. 12., p. 118.* (4.) V. Thomæ Bartholini *Cent. VI Histor. Anatom., num. 26., p. 230.* (5.) *Disp. I. de Alchymia.* (6.) juxta *Programma funebre*, & Vindingium *l. c., p. 119.* (7.) *juxta inscript. Epitaphii.* (8.) *in Chronologia Orationi Jubilææ adjecta.* (9.) *in Or. parentali, D. Paulo Mobtio, Archiatro regio, habita, p. 50.* (10.) Exhibent illud Er. Vindingius *l. c. p. 130. 131.*, & Thom. Bartholinus *in Cista Med. Hafn., Loc. V., p. 59. 60.* (11.) V. Programma de illa funebre Hafniense, apud Bartholinum *l. c., Loc. XII., p. 121. 122.*

runt, Severinus autem, Johannes, & Gesa, Matthiæ Johannæo, Consuli Hafniensi, nupta, eundem cum illo annum habuere fatalem. Diutius utriqve parenti fuere superstites Fridericus, Med. D. & Practicus Flensburgensis atqve Hafniensis (1.), & Anna, Flensburgi A. 1586. nata, Jonæ Charisio, Nicopiensi, J. U. & Med. Doctori, ac Christiani IV., Danorum Regis, Consiliario ac Legato, Canonicoqve Roeschildensi, inclytæ Charisiorum familiæ in Dania conditori, A. 1602. elocata, eumqve, A. 1619. defunctum, A. C. 1633., ac ætatis 47., ad superos subsecuta (2.). Inscriptionem Epitaphii, Severino & uxori, in sacello S. Rochi ædis Hafniensis Marianæ, a liberis erecti superstitibus, duplicem metrico-prosaicam, prolixiorem, qvam ut *h. l.* qveat repeti, Er. Vindingius (3.), Thom. Bartholinus (4.), Laur. Asserous (5.), Pet. Resenius (6.) & Paulus Freherus (7.), exhibent.

Vitam Severini fusius exponunt: I. Rectoris Academiæ Hafniensis *Programma funebre*, A. 1602. editum, cui sua cæteri debent Biographi; II. Ambrosii Rhodii Jun., Kemberga Saxonis, Medici & Professoris in Norwagia Christianiensis, neptisqve Severinianæ mariti, *Præfatio Disputationum suarum in Severini Ideam Medicinæ Philosophicæ*, Hafniæ A. 1643. *in 4.* editarum; III. Erasmi Vindingii (scripta etiam recensentis) *Historia Academiæ Hafniensis p. 117-122.;* IV. Thomæ Bartholini (Scriptorum ἀνεκδότων & affectorum indicem, cum duabus nostri Epistolis, unaqve D. Joh. Paludani de ipso ad Henr. Smetium, ei subjungentis) *Cista Medica Hafniensis*, *Loculo XII.*, *p. 114-132.;* V. Pauli Freheri, Vindingium secuti, *Theatrum Eruditorum p. 1310. 1311.*

Jac. Bongarsii, Legati Gallici, brevis ad illum Epistola, A. 1597. exarata, inter Bongarsii & Georg. Mich. Lingelshemii *Epistolas*, Argentinæ A. 1660. *in 12.* editas, *p. 36. 37.*, occurrit.

Conferri etiam de illo possunt Erasmi Michaelii Læti *Liber VIII. Rerum Danicarum p. 391-394.*, Joh. Is. Pontani *Descriptio Daniæ Chorographica, Historiæ Danicæ annexa, p. 786.*, Jonæ Coldingensis *Oda ad eum, Descriptioni Daniæ* A. 1594. subjuncta, Alb. Bartholini *Lib. de scriptis Danorum p. 124.*, nostraqve ad istum *Hypomnemata p. 387. 388.*, Jos. Simleri *Bibliotheca Universalis p. 566.*, Mich. Neandri *P. II. Syllog. Phys. p. 199.*, Pasch. Galli *Bibliotheca Medica p. 258.*, Joh. Georg. Schenckii *Biblioth. Med. p. 450. 451.*, Isr. Spachii *Nomenclator Scriptt. Med. p. 8. 31. 32.*, Joh. Ant. Lindani *Lib. I. de Script. Med. p. 535.*, Georg. Abr. Merclini *Lindenius renovatus p. 906.*, Corn. a Beughem *Bibliographia Medica p. 69. 258.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1602.*, Casp. Conradi *Millenarius II. Prosopographiæ Melicæ p. 181.*, Joh. Andr. Qvenstedii *Dialogus de patriis Virorum illustrium p. 250.*, Dan. Sennerti *Lib. de Chymicorum cum Aristotelicis consensu & dissensu, c. 4., p. 50.*, Pet. Borelli *Biblioth. Chymica p. 200. 201.*, Thomæ Bartholini *Diss. II. de Med. Danor. domest. p. 40.*, & *Diss. II. de legendis libris p. 43.*, Herm. Conringii *Lib. II. de Medicina Hermetica p. 179. 182. 188. 195. 196. 208. 306. 367.*, & *Apologeticus contra Borrichium, eidem subjunctus, p. 436.*, Ol. Borrichii *Diss. de ortu & progressu Chemiæ, in Ep. dedic.*, uti & *p. 145.*, *Sapientiaqve Hermetis contra Conringium vindicata p. 290. 291. 292.*, & Joh. Conr. Barckhausii *Dissertationum 26. de Medicinæ origine & progressu* (ed. Trajecti A. 1723.) *Vigesima de ejus, Crollii, Scheunemanni & Helmontii, hypothesibus.*

ELOGIA.

Rector Acad. Hafniensis, *in Programmate funebri*, Erasmusqve Vindingius, hujus verba, *l. c. p. 118. 119.*, sua faciens, ita de illo: *Vir erat admirandæ eruditionis & experientiæ, imo ingens naturæ bonum,* κοινὸν ἀγαθὸν, *& rarum patriæ* κειμήλιον, *cui nihil magis in votis fuit, qvam bonis omnibus prodesse, nocere nemini. In ipso nihil fictum, nihil simulatum. Nulla in ipso, præterqvam temporis, observata est avaritia. Ipsi vita studia erant, deliciæ meditatio, divitiæ scientia, voluptas summa placere Deo & prodesse bonis omnibus.*

Erasmus Michaelius Lætus, *Lib. VIII. Rer. Dan. p. 391-394.*, tum aliis eum, ob doctrinam, solertiam & felicitatem Medicam, elogiis fuse ornat metricis, tum Virum fuisse testatur *felici plane ingenio, fatisqve secundis, solertiqve manu.* Similem in laudes ejus παρέκβασιν *Libro XI.*, *p. 484. 485.*, invenies.

Casp. Bartholino Seniori (*in Consilio de studio Medico p. 1.*) *Medicus* audit *& Spagyricus olim incomparabilis, & nusqvam non celebris.*

Conr. Aslaco (*Orat. IV. de Anima mundi p. 134.*) *Præstantissimus hac nostra tempestate Medicus.*

Joh. Georg. Schenckio (*in Biblioth. Med. p. 450.*) *Medicus & Philosophus eximius.*

Frid. Taubmanno (*in Schediasmatis, Lib. I. Epigr., p. 658.*) *Vir & Melici titulo nobilis & Medici.*

Joh. Js. Pontano (*l. c.*) *Vir Philosophicæ & Medicæ artis excellentia, aliarumqve scientiarum ac virtutum præstantia, omnibus Ordinibus summe charus.*

Franc. Baco Verulamius, teste Ol. Borrichio (*in Diss. de ortu & progressu Chemiæ p. 145.*, *& Lib. 2. Sapientiæ Hermetis vindicatæ, c. 2., p. 291.*), tanti illum æstimavit, ut *calamum ejus Bombasteo gregi inviderit,* ac *L. 3. de augm. scient., c. 4., p. m. 230.*, cum *Paracelsi doctrinam eloqventer in corpus qvoddam, & harmoniam Philosophiæ, redegisse, judicavit.*

Casp. Conradus (*l. c.*) hoc eum disticho celebrat:

Arte Severinus Medica fuit hercle serenus;
Talem se scriptis comprobat ipse suis.

Joh. Jonstonus (*in Tr. de Naturæ Constantia p. 67.*) præcipuis illum Paracelsi annumerat sectatoribus, Georg. Hornius autem (*Lib. 6. Hist. Philos. c. 10., p. 318.*), &, ante hunc Joh. Henr. Alstedius (*L. 32. Encyclopæd., c. 9., p. 2010. a.*), celebrioribus Chymicis.

Herm. Conringius (*Lib. II. de Med. Hermet., c. 1., p. 179.*), *præcipuum* eum *inter Paracelsi discipulos esse,* agnoscit, & *Chymicos plerosqve Severinum jam potius, qvam Paracelsum, sectari.*

Thom. Bartholinus *Virum* eum vocavit *de re Medica bene meritum* (*Diss. II. de legendis libris p. 43.*), *Chymicumqve clarissimum* (*in Diss. de Medicis Poetis p. 145.*), ac (*Diss. II. de Med. Dan. domest. p. 40.*) hoc ornavit elogio: *Chemia nihil non debet Pet. Severino, Dano, qvi Paracelsi infantiam virili habitu ornavit, atqve novis laciniis illustriorem ejus purpuram fecit.*

Ol. Borrichius, *in Ep. dedic. Diss. de Ortu & progr. Chemiæ*, ejus *laudes in Chemia partas, laureamqve tota Europa collectam,* sibi, *tropæorum Miltiadis instar, somnos interpellasse,* fatetur; & *p. 145. Chemicum* illum salutat *sine controversia excellentem, cujus ingenio multum debeat splendoris sui alioqvin inanior futurus Paracelsismus, cujus calamum veneratur Germania, adorat pene Davissonius, invidet Bombasteo gregi Verulamius Baco.*

Jac. Barnerus, *in Prodromo Sennerti novi*, cum Paracelsum, ejusqve asseclas, inconstantiæ in morborum causis explicandis insimulasset, addit: *Severinum, cum ille, præ reliqvis, aliqvid constantiæ præ se ferre videatur, expendendum mibi præcipue sumo.*

Ambr.

(1.) V. de illo Alb. Bartholini *Lib. de Scriptis Danorum p. 45. Edit. secunda, a me curatæ.* (2.) teste Epitaphii Roeschildensis inscriptione, a V. C., Petro Jani Lucoppidano, communicata. (3.) *l. c. p. 119-121.* (4.) *in Cista Med. Hafn.*, *Lo. XII.*, *p. 116-121.* (5.) *in Inscriptionum Seelandicarum Antigraphis, lit. C. 1. a. b. C. 7. b. C. 8. a.* (6.) *in Inscriptionibus Hafniensibus p. 94. 104. 105.* (7.) *in Theatro eruditorum p. 1311.*

Ambr. Rhodio Juniori (*in Disputt. in Ideam ejus*) *Optimus* audit *naturæ & mundi Interpres, decusqve ac ornamentum reip. literariæ nunqvam intermoriturum.*
Pet. Borello (*Cent. I. Observatt. Med., num. 74., p. 79.*) *Vir doctissimus.*
Joh. Betto (*in præfat. libri de ortu & natura sanguinis*) *Chymistarum unus, qvi instar habet omnium.*
Joh. Conr. Barckhusio (*in Historia Medicinæ, Dial. 16., p. 442.*) *Vir in studio literarum oppido versatus, Sectator Paracelsi, qvi doctrinam hujus inprimis posteritati propagavit.*
Joh. Sophr. Kozackio (*in Anatomia vitalis Macrocosmi*) *Paracelsus secundus.*

CENSURÆ.

Joh. Paludanus, e Reginæ Danicæ viduæ Archiatro Medicus Wiburgensis, in Epistola de illo ad Henr. Smetium, Prof. Heidelb., d. 3. Jun. A. 1605. scripta, a Thoma Bartholino, *Loc. XII. Cistæ Med., p. 127. 128. 129.*, A. 1662. edita, & a Dan. Sennerto qvoqve (*in Lib. de Chymicorum cum Aristotele consensu & dissensu, c. 4., p. 50.*) ac Herm. Conringio (*Lib. II. de Med. Herm., c. 3., p. 208.*) allegata, hoc de ipso tulit judicium: *Qvod inqviris de* Severini *miraculosa & certa deploratorum (& incurabilium aliis) affectuum curandorum solertia & successu (qvanqvam homini docto, & apud multos magni habito, nihil detrahere volo), ingenue tamen fateor, famam factis superiorem. Ad Panaceam ejus qvod attinet, Anwaldinum imitari conatus est, cum per resolutionem medicamentum hoc ingredientia inqvireret, sed haud perfecte est consecutus; nec is tantis laudibus suam, qvantis Anwaldinus a se inventam, extulit. Variis medicamentis ad morbos varios usus est, sed sæpe vehementioribus; in qvorum usu hoc persæpe evenit, qvod illis accidere solet, qvi, ad fructuum maturationem, arborum radicibus calcem admovent. Intelligenti satis. Medicamentis Paracelsicis non semper est usus, verum & compositionibus Galenicis sæpe: sed extremis morbis extrema adhibebat remedia. At, cum morbus epidemicus Hafniæ multum sæviret, circiter A. 1602. ipse qvoqve peste extinctus fuit. - - Non potuit autem D. Mart. Ædituo, Medico regio, viro alioqvin doctissimo, cum D. Pet. Severino convenire, qvi eam ob causam in Hollandiam rediit, & ante annos aliqvot Amstelodami vivis excessit.*

Andr. Libavius (a Dan. Sennerto, *judicium* ejus *non de nihilo esse* rato, *l. c., c. 8., p. 164.*, allegatus), *in Examine Philosophiæ Hartmanni*, ita de illo: *Bonus vir multa dicit, qvasi nuper ex thesauris & abyssis naturæ prodiisset, & omnia nuda vidisset, sed nihil probat.*

Herm. Conringius, *Lib. 2. de Med. Hermet., c. 1., p. 179.*, hanc de illo tulit censuram: *Qvi sane inter discipulos Paracelsi præcipuus est, Pet. Severinus, Danus, licet videri velit Paracelsicorum hinc inde disjectorum dogmatum compilator, multa tamen Bombastica rejecit, multa ex suo cerebro confinxit, qvo informis Paracelsica ars & Philosophia aliqvam doctrinæ effigiem nancisceretur. Jam vero pleriqve Severinum potius, qvam Paracelsum, sectantur.* Idem, *Lib. 2., c. 2., p. 182.*, Severinum *nugari* affirmat. *P. 195.* verba Severini scribentis, *Morbos non in categoriis, sed categorias in morbis collocandas; sibiqve aliqvoties visam febrim tertianam, in forma viscosæ & viridis mucilaginis, per vomitum rejectam, qvæ vitalia motus vestigia febrili horrore aliqvantisper demonstraverit, magna adstantium admiratione, ἀπαιδευσίαν hominis apertissime* censet *prodere*; ac *Lib. 2., c. 11., p. 367.*, eandem narrationem, ceu *inscitiæ summæ*, & parum cognitæ Prædicamentorum doctrinæ, argumentum, denuo exagitat. *Lib. 2., c. 2., p. 196.*, de verbis (a Dan. Sennerto etiam, *l. c., c. 4., p. 50.*, jactantiæ insimulatis) ejusdem, *in Idea Medicinæ, c. 14., p. 341.*, *nec podagras, nec hydropes, nec lepras, nec epilepsias, insanabiles esse, sive hæreditariæ, sive alimentariæ, existant, sive leviores, sive graviores, sive incipientes, sive confirmatæ, nisi occulta prædestinatione, mortalibus incomprehensa, insanabiles evadant*, affirmantis, judicat idem hoc esse, ac si dicas, *curabiles esse omnes morbos, præter eos, qvi sunt incurabiles. Lib. 2., c. 10., p. 306.*, *mire* eum *se, & inepte, in definitionibus principiorum Chemicorum, c. 18. Ideæ, gerere*, pronunciat. In *Apologetico* tandem contra *Borrichium*, editioni secundæ adjecto, *p. 436.*, nostrum *rudem, & omnis Logicæ artis contemptorem*, appellat. Ubi monendum, durioribus hisce censuris abunde satisfactum esse, locaqve Severini singula, a Sennerto ac Conringio in sensum detorta alienum, dextre explicata ac defensa, ab Ol. Borrichio, *in Sapientia Hermetis & Chemicorum adversus Conringium vindicata, Lib. II., c. 2., p. 290. 291. 292.*

SCRIPTA EDITA.

Idea Medicinæ Philosophicæ, fundamenta continens totius doctrinæ Paracelsicæ, Hippocraticæ & Galenicæ; Friderico II., Daniæ Regi, inscripta. Basileæ A. 1571. in 4., Erfurti 1616. & (*juxta Catal. qvendam*) 1636. in 8., & (*testibus Alb. Bartholino, Beüghemio ac Merclino ll. cc.*), cum Commentario Gvilh. Davissonii, Regis olim Galliæ, & deinde Poloniæ Sveciæqve Regum, Archiatri, Hagæ A. 1660. & 1664. in 4. Edidit initio Davissonius *Commentariorum in sublimis Philosophi & Viri incomparabilis, Petri Severini, Ideam Medicinæ Philosophicæ Prodromum, in qvo Platonicæ doctrinæ explicantur, fundamenta, super qvæ Hippocrates, Paracelsus & Severinus, nec non ex antithesi Aristoteles & Galenus, sua stabilivere dogmata, &, sub finem, Autoris doctrina, febrium exemplo, in praxin reducitur, adjecto Remediorum Chemicorum selectiorum Manipulo*, Hagæ A. 1660., & ibidem ac Roterodami A. 1668. in 4. Secutus est *Prodromum* ipse *Commentarius*, Hagæ A. 1663. *in 4.* publicatus. V. de utroqve Corn. a Beüghem *Bibliogr. Med. p. 69.* Extant etiam Ambr. Rhodii Jun., Poliatri & Prof. in Norwagia Christianiensis Physico-Mathematici, neptis Severinianæ mariti, *Disputationes in Ideam* hanc *Medicinæ Philosophicæ, qvibus loca illius obscura & difficilia illustrantur, adversarii refutantur, & multi discursus, ex intimis naturæ adytis deprompti, moventur*, Hafniæ A. 1643. *in 4.* impressæ. *Ideæ* ipsius argumentum fusius Joh. Conr. Barckhusius, Med. Prof. Trajectinus, *in Historia Medicinæ*, Amstelodami A. 1710. edita, *Dial. XVI., p. 442-451.*, brevius autem Joh. Georg. Schenckius, *in Biblioth. Med. p. 450.*, hisce verbis exposuit: *Immutata & repudiata Dogmaticorum, Galeni potissimum, doctrina, novas artis hypotheses, fundamenta & axiomata nova, utplurimum ex Paracelsi sententia, constituit. Consensum antiqvorum Philosophorum, Hippocratis imprimis, adjungit, cujus scriptis freqventer, ad stabiliendam sententiam suam, utitur. Siqvidem Hippocratem Hermetici admittere videntur. Cujus autoritate non tam sua confirmare, qvam novitatem excusare, simul etiam, qvantum hæc ætas ab antiqva Philosophia Democriti, Heracliti, Empedoclis, Anaxagoræ, Parmenidis, Orphei, Hermetis, Platonis, &c., deflexerit & defecerit, demonstrare, conatur. Proinde, præter innumeras locorum & librorum Hippocraticorum citationes, qvas ad Hermeticorum sententiam & consensum enixim trahere laborat, ex professo Paraphrasin in ejusdem de antiqva Medicina librum pollicetur.* Præter Joh. Pratensem, Prof. Hafn. Medicum, cujus Carmen prolixum libro est subjectum, Thomamqve Bartholinum, Ol. Borrichium, & cæteros, qvorum loca inter Autoris elogia jam exhibuimus, alii etiam *Ideam* hanc summis dignati sunt laudibus. Joh. Is. Pontano (*in Descr. Chorogr. Daniæ p. 786.*) judice, *doctrinæ illa Paracelsicæ, Hippocraticæ & Galenicæ, fundamenta, hactenus in obscuro posita, eruit, & eruditis styli verborumqve involucris explicuit an texit, ut hodie non nisi initiatis, & artis utriusqve mystis, ad ea sacra aditus & via pateat.* Gabr. Naudæus, *Epist. 92. ad Hier. Bardum p. 691.*, principem ei locum inter *libros Chymicos, qvi maximi apud omnes, hac tempestate, fiunt*, tribuit. Er. Vindingius, *in Acad. Hafn. p. 118.*, *cordatos censores*,

vel ex unito hoc scripto, facile, scribit, *æstimaturos, qvanti judicii, qvantæqve eloqventiæ, Autor extiterit.* Joh. Episcopus, Bibliopola Erfurtensis, *nullum scriptum Medicum, toto tempore negotiationis suæ librariæ, freqventius ab emptoribus esse expetitum*, in *præfat.* editionis A. 1616. a se curatæ, testatur. Erasmus Michaelius Lætus, *Libro VIII. Rer. Dan. p. 392. 393.*, *& Lib. XI. p. 484. 485.*, in illa celebranda satis itidem est prolixus, sed vere tamen simul, *p. 393.*, *Eridos* eam fatetur evasisse

- - Ingratæ pomum, qvod volvere multi
Cum satagant, laudatur ab his, culpatur ab illis.

E Chymiæ certe adversariis, sectæ Galenico-Aristotelicæ addictis, qvibus sudes ea est in oculis, ex professo illam impugnarunt: 1. Thom. Erastus, Prof. Heidelberg., in *Disputationibus de nova Paracelsi Medicina*, in Partes IV. divisis, ac Basileæ A. 1572. & 1573. *in 4.* editis (*V. Schenckium l. c.*); 2. Theod. Zwingerus, Prof. Basileensis, a Schenckio itidem allegatus, in editione sua Operum Hippocratis, ibidem A. 1579. *in fol.* publicata; 3. Dan. Sennertus, Prof. Witeb., *in Libris II. de Chymicorum cum Aristotelicis & Galenicis consensu ac dissensu*, Witebergæ A. 1619. *in 8.*, ac A. 1629. *in 4.*, excusis. Asperiores de eadem Andr. Libavii & Herm. Conringii censuras supra jam recitavimus. Utroqve immitior est gener Conringii, Günth. Christoph. Schelhammerus, qvi, *in Additt.* ad soceri *Introd. in artem Medicam p. 136.*, *meras* nostrum *nugas, & mira deliria, proposuisse*, temere pronunciavit. Ex ipsis Chymicis Joh. Hartmannus, Med. Prof. Marpurgensis, Joh. Pratensi, Acad. Hafniensis Medico, & amico Severini intimo, *Ideam* hanc vindicare haud veritus, plagii nostrum insimulavit literarii, sed falso, uti ostensum jam est ab ejus progenero, Ambr. Rhodio, *in præfat. Disputationum in Ideam*, & Thoma Bartholino, *Diss. II. de legendis libris, p. 43.*, ita scribente: *Pet. Severini Idea Medicinæ Paracelsicæ Pratensi Collegæ assignatur. Ego, de Severini nostri innocentia securus, Hartmanni præceps de eo judicium admiror, qvi Pratensi, Acad. nostræ olim Professori Medico, cujus ad Severinum carmen votivum in fine legitur, operis laudem concedit. Absolvunt Virum de re Medica bene meritum manu ipsius scriptæ chartæ & maculatæ, ejusqve defensionem Ambr. Rhodius editis Commentariis suscepit, qvi Severini neptem uxorem duxit.* Conf. *Hypomnemata* nostra *ad Alb. Bartholini Lib. de scriptis Danorum p. 299.*, & Vinc. Placcii *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 566.* An plus veri subsit accusationi Joh. Rhodii, qvi, *in Biblioth. Medica, Severini Ideam magnam partem ex Isaaco Hollando exscriptam esse*, perhibet, in utroqve Autore versati dispiciant.

Epistola ad Paracelsum, in qva ratio ordinis & nominum, totiusqve Philosophiæ adeptæ methodus, ostenditur. Basileæ A. 1572. (*non 1552., qvem Vindingius, l. c. p. 122., substituit*) in 8.

Epistolæ duæ, una ad Jac. Bongarsium, qva operum suorum suppressionem excusat, altera ad Pistorium, contra Chymiæ & scriptorum suorum calumniatores; editæ a Thoma Bartholino, in Cista Medica Hafniensi (Hafniæ A. 1662. *in 8.* excusa), *Loculo XII.*, *p. 123-127.*

(A Mart. Lipenio, *in Biblioth. reali Philosophica*, memorari qvoqve video *Pet. Severini Genethliacon Frid. II., Ducis Meclenburgici*, Rostochii A. 1577. *in 4.* editum. Qvod, si nostrum Autorem agnoscit, scriptum haud dubie est in natalem Christiani IV., Danorum Regis, d. 12. Apr. A. 1577., patre Friderico II., itidem Rege, matre autem Sophia, Duce Meclenburgica, nati. Patrem in filii locum a Lipenio substitui, & Ducem Meclenburgicum vocari, qvi Princeps erat appellandus Danicus, haud miror, sphalmatis hujusmodi in scriptore isto tolerandis dudum assvetus.)

INEDITA ET AFFECTA.

Ista Thomas Bartholinus, *Loculo XII. Cistæ Med. Hafn.*, *p. 130. 131. 132.*, in tres divisa classes, hoc recenset ordine.

I. NONDUM PERFECTA AUT EDITA.

Libellus sine titulo, de præparatione & separatione Metallorum & mineralium.
Libellus de generationibus & transplantationibus Morborum.
Libellus de separatione virtutum ab invalido.
Liber Physicus de Principiis, elementis, causis, forma, materia.
De generatione & transmutatione Mineralium & metallorum.
Tractatus, cui initium est: *Nolle in causa est, non posse prætenditur.*

II. AB AUTORE PROMISSA, qvorum rudimenta MSta apud Fridericum filium vidit Ol. Wormius (1.).

Astrologica Commentaria, de Motuum & maturitatum proportionibus.
De Mixtione & rerum confluentia.
Comm. de Vita longa.
Lib. de Nominibus & rebus.
De generatione Morborum.
Comm. de Febribus.
Paraphrasis in librum Hippocratis de antiqva Medicina.

III. QVÆ MANU SEVERINI SCRIPTA APUD FILIUM SUPERFUERE, ET AB OL. WORMIO SUNT VISA (2.).

Confessio Pucciana, in 4.
Confessio Huberiana, in 4.
Liber Theologicus Paracelsi, in fol.
Secreta Paracelsi varia, in 4.
Liber de præparationibus Medicamentorum, ex Gebro, Arnoldo Villanovano, aliisqve Chymicis, excerptus, qvi nec genium aut stylum Severini redoluit, nec integer fuit, in 4.
Fragmenta libri de generationibus & transplantationibus Morborum, in 4.
Meditationes qvædam in Aristotelis libros VIII. Acroaseon, & in libros de Coelo, prorsus sine methodo & confuse exaratæ, in 4.
Commentaria satis vasta in libellum Synesii de Somniis, qvæ fere extremam manum senserunt, qvibusqve filius nihil habuit perfectius, in fol.
Liber, in qvo Severinus varia sua somnia & epistolas congessit, in 4.
Varia Fragmenta epistolica ad amicos, in 4.
Observationes qvædam Grammaticæ, in 4. (*Nullum horum omnium, sine lima ulteriori, prælo committi potuit.*)

BRODERUS SIBBERSEN, Husensis, Parochiæ, in Eiderstadia, Coldenbüttelanæ, ab A. 1681., Diaconus &, ab A. 1688., Pastor, A. 1716. defunctus. V. de vita illius Joh. Melch. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 252. 253. 254.*

Tracta-

(1.) Hæc, ex *Idea* Severini, in Joh. Georg. Schenckii *Bibliotheca Medica, p. 450. 451.*, itidem recensentur. (2.) Hæc maximam partem non sunt Severini, sed aliena.

Tractatus ineditus vom Fleische und Geiste bey den Widergebohrnen, a Krafftio *l. c. p. 254.* commendatus.

NICOLAUS SIBBERN, Rendesburgo Holsatus, urbis Glückstadiensis, ab. A. 1679., fuit Diaconus, &, ab A. 1693., Pastor, annumqve 1712., morbo extinctus pestilenti, habuit fatalem. A. 1705., cum Beatitudini fidelium in hac vita, inchoatæ qvidem tantum, sed actuali tamen (qvam vocant) ac reali, publice, in sermonibus examinibusqve sacris, sæpius esset patrocinatus, controversiæ cum Casp. Wildhagio, Collega, & D. Josva Schwartzio, supremo Ecclesiarum Cimbriæ regiarum Antistite, doctrinam hanc ἑτεροδοξίας insimulantibus, diuturnæ est implicitus. Qva brevi latius diffusa, aliisqve Septentrionis & Germaniæ Theologis eidem involutis, complures doctrinæ suæ non adversarios solum, sed & patronos, in Ecclesia Lutherana reperit. Impugnarunt illam:

1. Die drey Theologische Belehrungen der Theologischen Facultäten zu Wittenberg und Greifswalde, und D. Josvæ Schwartzen, von einer in Holstein sich erhobenen neuen Lehre, daß die Gläubigen das Ewige Leben, in diesem Leben, dem Anfange nach, wircklich und in der That haben und besitzen, editæ Hamburgi A. 1706. in 4., de qvibus Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theol. Nachrichten, *Sect. 8. A. 1706., p. 463. 464.*, possunt conferri.
2. D. Joh. Georg. Neümanni, Prof. Theologi Witebergensis, Disp. de Brabeo ante victoriam, seu de Coelesti Beatitudine hujus vitæ, Latine Witebergæ A. 1707. in 4., Germanice autem ab interprete, M. Gottlobio Lehmanno, Ecclesiaste Rendesburgensi, Glückstadii A. 1708. *in 4.*, publicata, cujus recensus *in Novis Lit. Germ., M. Aug. A. 1707., p. 261-264.*, est exhibitus.
3. D. Joh. Senstii, Archidiaconi Mariani Rostochiensis, Disp. in 2 Pet. I. 3., de Beatitudine nunc & tunc, an specie differant? qvæstionis hujus tuita affirmativam, & Rostochii A. 1708. in 4. excusa. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1708. p. 160. 161.*
4. Theod. Dassovii, Theologi tunc Kiloniensis, Disp. contra Initium actualis Beatitudinis gloriosæ in hac vita, Kilonii A. 1709. in 4.
5. D. Josvæ Schwartzii Erweiterte Widerlegung der nun, sonderlich in Holstein, einreißenden Pietistischen gefährlichen Lehre, das unter der Seligkeit des Gnadenlebens der Gläubigen, hie in der Zeit, und unter der Seligkeit des Ewigen Lebens, kein wesentlicher wirklicher Unterscheid, sondern eine Seligkeit sey; in drey Theilen abgefaßet: Nebst D. Hect. Gotfr. Masii und D. Barth. Botsacci Judiciis von dieser controvers, und der Theol. Facultät zu Rostock Schreiben an D. Franc. Jul. Lütkens, außgegeben, Hamb. A. 1709. in 4. De qvo opere posthumo, scripto (de qvo mox dicetur) pro doctrina Sibberiana Lütkeniano præsertim opposito, Löscherus, *l. c., Sect. 4. A. 1709., p. 216-219.*, consulendus.

Defenderunt contra eandem S. Codicis, librorum Symbolicorum, Lutheri ac Theologorum, testimoniis:

1. Anonymi Nothdringende Antede an D. Josvam Schwartzen, wegen der controvers mit D. Henr. Muhlio, Slesvigæ A. 1707. *in 4.* edita, *p. 132-136.*
2. D. Franc. Julii Lütkens, Ecclesiastæ in aula Danica regii, Antwort auf Nicol. Sibbern Brief an ihn, von der wircklichen Seligkeit der Gläubigen in dem Gnadenreiche hie auf Erden, und Rettung derselben wieder D. Josvæ Schwartzens selbiger entgegengesetztes Sendschreiben an Casp. Wildhagen, ed. Hafniæ A. 1708. in 4. De qvibus Löscherus, *l. c., Sect. V. A. 1708., p. 299. 300. 301.*, conferatur.
3. Joh. Hieronymi a Petkum, Th. Lic. & Past. ac Præpositi Itzehoensis, Judicium de hac controversia vernaculum, qvod Lütkenius *Apologiæ* modo laudatæ, *c. 5., p. 192-199.*, inseruit.
4. Collegii Theologici Lipsiensis Responsum de eadem controversia Germanicum, d. 6. Dec. A. 1707. exaratum, & Lütkenii *Apologiæ*, *p. 203-208.*, subjunctum.
5. D. Henr. Muhlii, Ecclesiarum Holsato-Gottorpiensium Superintendentis, Unverfälschter Sinn unsers lieben Vaters, D. Mart. Lutheri, in dem bestrittenen Lehrsatze von der wircklichen Seligkeit der Gläubigen allhier in diesem Leben, untersuchet, und auß allen seinen Schriften zusammengetragen; nebst einem Vorberichte. Kilonii A. 1708. in 4.
6. Irenæi ψευδωνύμε (*i. e. Sam. Christ. Teuberi, Th. D. & Past. Ulriciani Magdeburgensis*) de Pomo Eridos Cimbrorum, h. e. de actuali Salute & vita æterna Viatorum, Suffragium Eroticum, amice explicans: 1. qvid hinc inde rejiciatur? 2. qvid utrinqve concedatur? 3. qva in parte different Theologi? 4. qvanti res sit momenti? 5. utra sententia sit probabilior? Lipsiæ A. 1708. in 4. excusum. Is enim, licet mediatorem in hac agere constituerit controversia, sententiam tamen Sibberi *Qu. V.* approbat & tuetur.
7. Nicol. Petri Sibbern, Glückstadiensis, ipsius filii, Disp. de Beatitudine in regno gratiæ exhibita, seu de actuali Salute Viatorum, Præside D. Joh. Franc. Buddeo (cujus etiam Suffragium illi accessit epistolicum) proposita, & Jenæ A. 1709. in 4. publicata; qvæ parentem, ejusqve sententiam, adversus Josvæ Schwartzii imprimis Judicium vernaculum, Hamburgi A. 1706. editum, defendit.
8. D. Joh. Christoph. Pfaffii, Prof. Tubingensis Theologi, Disp. de inchoata Beatitudine Viatorum fidelium, Tubingæ A. 1709. in 4. excusa. V. *Nova Lit. Germ. A. 1709. p. 251.*

SCRIPTA EJUS GERMANICA.

Pium Regis moribundi Testamentum, oder Leichpredigt über Christianum V., König in Dännemarck, am 3. Nov. A. 1699., auß 1 Reg. II. 1-4., gehalten. Glückstadii 1699. in 4.

Zwey Visitations-Predigten. Glückst. 1705. in 4. (*Catal. nund.*)

Zwey Predigten von der wircklichen Seligkeit der Christen in der Zeitligkeit. Glückst. 1705. in 4. (*Catal. nund.*)

NICOLAUS PETRUS SIBBERN, Glückstadio Holsatus, Nicolai modo memorati filius, arcis regiæ Glückstadiensis, ab A. 1714., Pastor.

Schediasma de Libris Latinorum Ecclesiasticis. Witebergæ A. 1706. in 8. Ob eruditionem a Conr. Sam. Schurtzfleischio, in Epistola illi præfixa, & Joh. Christoph. Wolfio, *in Notis ad Casauboniana p. 206.*, est commendatum. Novam illius editionem, auctiorem & emendatiorem, Autor pollicetur, *in Biblioth. Hist. Dan., c. 9., p. 295.* Conf. de illo Henr. Basnagii Hist. Opp. erud. Gallicam, M. Jun. A. 1708., p. 282. 283.

Disp. de Beatitudine in regno gratiæ exhibita, seu de actuali Salute Viatorum, pro doctrina Parentis de hac Apologetica, Præside D. Joh. Franc. Buddeo proposita. Jenæ A. 1709. in 4. V. qvæ de illa *supra* diximus.

Bibliotheca Historica Dano-Norvegica, seu de scriptoribus rerum Dano-Norvegicarum Commentarius Historico-literarius. Hamburgi 1716. in 8. Recensus ejus encomiasticos invenies in Lipsiensium *Actis Eruditorum, M. Dec. A. 1716., p. 545-549.*, Parisiensium *Diario Eruditorum Gallico, M. Jul. A. 1717., num. 13.*, Halensium (qvi, methodum illius aliis, Bibliothecas hujusmodi scripturis Historicas, exempli, qvod imitentur, instar proponi posse, judicarunt) Neuer Bibliotheck, *Sect. 47., p. 545. 546. 547.*, Anonymi Neuem Büchersaale, *Sect. 56., p. 561-571.*, & *Memoriis* Jesuitarum *Trevoltinis Gallicis, M. Dec. A. 1719., num. 7.*

Der Schleunige Todt, als eine besondere Wolthat GOttes, vor hochverdiente und fromme Leute, bey Leichbegängniß Joachimi Wolters, Königl. Dänischen Justitz-und Cantzelley-Rahts, in einer Leichen-Rede vorgestellet. Glückstadii 1719. in fol.

Die Gelaßenheit im Glauben, als der köstliche Smuck erleuchteter Seelen, in einer Standrede vorgestellt. Glückst. 1722. in fol.

Promittuntur etiam ab illo

Scriptores aliqvot rerum Danicarum inediti, uno comprehensi volumine, notisqve brevioribus illustrati, *in Biblioth. Hist. Dano-Norvegicæ præfatione, sub finem.*

Codex Diplomaticus Saxoniæ inferioris, *capite 6. ejusdem p. 189.*

Bibliotheca Bibliothecariorum, sive syntagma de claris Bibliothecariis, *cap. 10. p. 313.* & *in Actis Erud. Lips., M. Jan. A. 1711. p. 50.* it. in literis ad me scriptis.

PETRUS SICKIUS, qvi, Rendesburgensem, ac proinde Holsatum, se fuisse, ipsemet, *in Programmatis & præfatione Regularum vitæ* Dav. Chytræi, testatur, Regenspurgensis (sive Ratisbonensis) a Jac. Frid. Reimanno (*Sittium* etiam perperam appellante) (1.), Uratislaviensis ab Autore Programmatis Lipsiensis in D. Burch. Harbarti, Theologi Lipsiensis, ipso olim Præceptore gavisi, obitum funebris, A. 1614. publicati (2.), Stralsundensis autem a Joh. Henr. Conrado (M. Aprili A. 1528. eum esse natum perhibente) (3.), Jac. Schickfusio (4.) & Gothofr. Ludovici (5.) extitisse falso est creditus. Rendesburgi eum in lucem esse editum, Ephr. Prætorius etiam (6.), non e scriptis solum ipsius, sed Epitaphii qvoqve Goldbergensis epigraphe, ac Joh. Pet. Titii, Professoris Gedanensis, pronepotis ejus, Genealogia familiæ suæ αὐτογράφῳ, confirmavit. E patria in Academiam missus Rostochiensem, cum progressus brevi, in studiis sacris pariter atqve profanis, Dav. Chytræi imprimis ductu, fecisset egregios, &, ab A. 1554., Theodorici Maltzanii, Eqvitis Megapolitani summæ apud Principes suos autoritatis, filium, in ædibus Jac. Bordingi, Professoris Medici, privatim simul instituisset cognominem (7.), A. 1555., uti *Acta Ordinis* tradunt Philosophici, gradum Magisterii reportavit. Inde Witebergam A. 1557. digressum Melanchthon & Collegæ idoneum censuerunt, cui publica Rhetoricæ & Locorum Theologicorum committeretur prælectio (8.). A. 1562. professione, in Academia Borussiæ Regiomontana, jam functus est Theologica, & A. 1567. *Repetitioni Corporis doctrinæ Prutenici*, a Joach. Morlino & Mart. Chemnitio, Theologis celeberrimis, concinnatæ, cum Collegis, subscripsit (9.). Superstes adhuc Regiomonti fuit A. 1575., qvo Dav. Chytræus (alibi etiam *Viri clarissimi & optimi* illum dignatus elogio (10.)) ipsi, jussu Principis, ad primariam S. Literarum in Academia Borussica se invitanti professionem, *nefas se ducere, Sickio istic docente, alium inqviri, & aliunde attrahi*, postridie Festi Johannis, respondit (11.), atqve isto judicio eruditioni ac meritis ejus omni exceptione majus perhibuit testimonium. Teste Prætorio, Epitaphii secuto narrationem, Witebergæ & dein, ultra 15. annos, Regiomonti, Artium ac Theologiæ fuit Professor, postea vero Gymnasii Elbingensis A. 1575. (M. Nov.), Scholæ Bregensis A. 1579. (d. 11. Dec.), ac tandem Goldbergensis A. 1583. (in locum Valent. Trocedorfii) (12.), Rector constitutus, hac instaurata, Goldbergæ die 26. Apr. A. C. 1588. ac ætatis 58., obiit. Eum Scholis Bregensi ac Goldbergensi præfuisse, non a Casp. Conrado solum (13.), ejusqve filio Joh. Henr. Conrado (ad Nicol. Polii MSSta provocante) (14.), ac M. Gothofredo Ludovici (15.), sed in *Actis* etiam *Ordinis Philosophici Rostochiensis MSStis* (solius licet Rectoratus Bregensis injicientibus mentionem (16.),) perhibetur. Casp. Conradi in eum, de muneribus his Silesiacis, addo distichon:

Pansophiam doctus docui qvoqve credita corda:
Chrysorea hoc mihi dat Bregaqve culta decus.

Diu me in ea fateor fuisse sententia, Gymnasiarcham hunc Silesiacum a Rendesburgensi nostro, Professore Regiomontano, forsan esse diversum, & ab aliis cum illo homonymiæ fraude confundi. Verum cum, præter *Acta Rostochiensia*, Joh. Henr. Conradum & Gothofredum Ludovici, Regiomonto eum in Silesiam transiisse, ac sexagenarium Goldbergæ, d. 26. Apr. A. 1588., obiisse, diserte testantes, ipsumqve Epitaphium conjecturæ meæ videam refragari, præfracte ei non inhæreo, &, qvæ tot urbium natalium nostro tributarum fuerit causa aut occasio, aliis inqvirendum transcribo.

Conferri de illo potest, præter jam allegatos, Ephr. Prætorius (*Philosophum, Oratorem & Theologum insignem* eum salutans) in *Athenarum Gedanensium appendice p. 231. 232.* & Sam. Grosserus Parte IV. der Lausitzischen Merckwürdigkeiten *c. 2. p. 115.*, ubi Rectoratus Bregensis loco Goldbergensem, facta cum Laur. Circlero, Rectore Goldbergensi, officiorum permutatione, adeptus esse traditur.

SCRIPTA EDITA.

Dav. Chytræi Regulæ vitæ, seu Virtutum descriptiones methodicæ, ex prælectionibus ejus in Decalogum a Sickio collectæ, ac, cum præfatione ad Theodoricum Maltzanium, discipulum suum, editæ. Witebergæ A. 1555. 1559. ac 1560., & Lipsiæ 1570., in 8.

Oratio de Vestigiis sapientiæ ac providentiæ Dei, qvæ artibus impressa sunt. Regiomonti A. 1562. in 4.

Oratio de obitu Alberti Senioris, Marchionis Brandeburgici, primi Ducis Borussiæ, & conjugis ejus, Annæ Mariæ Brunsvicensis, recitata die natali Alberti, 17. Maji A. 1568. Addita sunt & alia scripta, in exeqviis ejus proposita. Regiom. 1568. in 4.

Oratio de statu Ecclesiarum Prutenicarum, & confessione Alberti Senioris, Principis Brandeburgici, opposita calumniis & manifestis mendaciis Pauli Scalichii, cum d. 20. Martii A. 1572. qvarta vice sanctissimo Heroi parentalia celebrarentur. Regiom. 1572. in 4. Refellit hæc fabulam de Alberti ad Pontificios apostasia, a Paulo Scalichio, Th. D. ejusqve Consiliario, metu pœnæ profugo, & ad Pontificios transgresso, in scripto sparsam, A. 1571. edito. Reposuit qvidem ille Sickio libellum alium, Coloniæ A. 1573. excusum, sed responsione indignum, judice Christoph. Hartknochio. V. hujus (Orat. Sickianam commendantis) *Hist. Eccl. Prussiæ, Lib. II. c. 4., p. 440.*

Oratio de dicto Paulino Eph. VI. 4. in 4. (*Catal.*)

Oratio de moderandis animi Affectibus. in 8. (*Catal.*)

Programmata tria, qvibus prælectiones suas publicas, tum Rhetoricas (d. 5. Aug.), tum Theologicas (d. 31. Oct.), in Academia Witbergensi, A. 1557. est auspicatus, *Tomo III. Scriptorum publicorum Witebergensium, f. 117. 118. 132. 133. 134. 136. 137. 138.*, obvia.

Epistola

(1.) Parte III. der Einleitung zur Hist. Lit. der Teutschen, *Sect. II.*, *p. 580.* (2.) V. illud in Henn. Wittenii *Decade I. Memoriæ Theoll. renovatæ p. 81.* (3.) *in Silesia togata p. 292.* (4.) *Lib. IV. Chronici Silesiæ ecclesiastici, c. 10., p. 73.* (5.) *P. I. Historiæ Rectorum & Scholarum, p. 119.* (6.) *loc. citand.* (7.) V. ipsius *Epist. dedicatoriam, Dav. Chytræi Regulis Vitæ præfixam.* (8.) V. *Programmata*, de qvibus infra dicetur, Prælectionibus hisce præmissa. (9.) V. Christoph. Hartknochii *Hist. Eccl. Prussiæ, Lib. 2., c. 4., p. 426.* (10.) *in Epistola ad Angelum Vicenum, inter Chytræanas, Hanoviæ A. 1614. editas, p. 217.* obvia (11.) *In Epistola ad Sickium, inter easdem Chytræanas p. 252. 253. edita.* (12.) M. Gothfr. Ludovici *l. c.* annum 1582. substituit. (13.) *Millenario II. Prosopographiæ Melicæ p. 181.* (14.) *in Silesia togata p. 292.* (15.) *P. I. Historiæ Rectorum & Scholarum p. 119.* (16.) *ad A. 1555.*

Epistola ad Jac. Horstium, Med. D. & Prof. Helmstadiensem, ab eo (*Artium adhuc Professore*) 9. Kal. Maji A. 1559. scripta, & inter Horstii *Epistolas Philosophicas & Medicinales*, Lipsiæ A. 1596. *in 8.* editas, *p. 60. 61.*, publicata.

ACHATIUS SILBERHORN, Holsatus.

Selecta Historica rariorum casuum; das ist: Historischer Auszug mancher denckwürdigen Fälle und Begebenheiten, die sich von A. 1670. biß 1677. zugetragen. Altenburgi 1678. in 4.

BARTHOLDUS SIMON, Hamburgensis, M. Franc. Simonis senioris, suburbii Georgiani Pastoris, ex Elisab. Papia filius, Med. Doctor Lugduni Batavorum A. 1670. creatus, sed non multo post, cum ex Anglia in Galliam trajecisset, Parisiis, anno ætatis 28., extinctus. V. Rud. Capelli *Programma de Vita parentis ejus funebre.*

Disp. de curatione Hydropis Ascitis, potissimum autem παρακεντήσει, Præside D. Gvernero Rolfincio. Jenæ 1668. in 4.

Disp. Inaug. de Epilepsia. Lugd. Bat. 1670. in 4.

M. FRANCISCUS SIMONIS Junior, Senioris itidem filius, Hamburgi d. 4. Apr. A. 1638. natus, Ecclesiæ, ab A. 1670., Allermodianæ, in insula Albis Billiana, deinde vero, ab A. 1679. (d. 21. Dec.), Georgianæ in suburbio Hamburgensi, fuit Pastor, parentisqve defuncti successor. Munere se sacro, in M. Nicol. Mollerum translato, senex A. 1706. abdicavit, & d. 10. Oct. A. C. 1709., ætatisqve 71., vivis excessit. Vitam ejus fusius enarrant Herm. Gerh. Welandi *Justa funebria*, qvæ *Parte III. Memoriarum Hamburgensium, p. 387-396.*, recudi A. 1711. curavit Joh. Alb. Fabricius, *Parte* etiam *II.*, *p. 913.*, de illo conferendus.

Triumphus Christi infernalis, seu Disp. de glorioso descensu Christi ad inferos, Præside D. Joh. Ern. Gerhardo proposita. Jenæ 1663. in 4.

JOHANNES SIMONIS, Hamburgensis, Francisci Junioris, suburbii Georgiani Ecclesiastæ, filius, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. de Famosis Libellis. Franeqveræ 1708. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 33.*

JOHANNES HENRICUS SIMON (qvem *Joh. Franciscum Simonis* perperam Joh. Alb. Fabricius, *P. I. Memor. Hamb. p. 442.*, appellat), Hamburgensis, duorum præcedentium germanus, natus d. 24. Jan. A. 1641. J. U. Doctor Argentinæ A. 1667. est creatus, &, uxore ducta Maria Elisabetha, D. Broderi Pauli, Consulis Hamburgensis, filia, ex urbis patriæ Advocato ejusdem, d. 4. Jan. A. 1689., evasit Syndicus, in aulam A. 1690. & 1695. ablegatus Cæsaream. Obiit A. C. 1713., ac ætatis 73., die Aprilis tertio. Vitæ atqve itinerum ejus historiam fusius exposuit Joh. Mülleri, Med. Doct. & Gymn. Hamb. Professoris Programma de Exeqviis præmissum & in Joh. Alb. Fabricii *Mantissa Memoriarum Hamburgensium, Jubilæo primo Gymnasii Hamburgensis*, A. 1715. edito, subjuncta, *p. 331-341.* recusum.

Disp. Philosophico-Historica de Conscientia erronea, circa Deum ex lumine naturæ cognoscibilem, & imprimis de erroris hujus ortu, ac ad nostra usqve tempora progressu, Præside Severo Christoph. Olpio, Philos. Pract. Professore, exhibita. Jenæ 1663. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de Nutu (neutiqvam vero *de Natura*, qvi est error *Progr. fun.*) Argentinæ 1667. in 4.

Protokollmäßiger Bericht dessen, was zwischen E. E. Rahte der Stadt Hamburg, und dem Ehrw. Ministerio, occasione der Horbischen Sachen, bißhero vorgefallen. Samt einer weitern Beylage. Hamburgi 1693. in 4. Scriptum hoc ἀνώνυμον, Senatus Hamburgensis jussu ex Actis ab eo congestum publicis, in qvo D. Joh. Frid. Mayeri, ipsiusqve in presbyterio Hamburgensi asseclarum, technæ in Joh. Henr. Horbio, Collega, ἀσπόνδως oppugnando adhibitæ, turbæ in civitate ipsa excitatæ, arrogantiaqve & adversus magistratum contumacia, παῤῥησιαστικῶς deteguntur, Ecclesiastæ modo memorati confestim, non solum crebris e suggestu in Autorem invectivis, sed duobus etiam Schediasmatis impugnarunt seqventibus: I. des Ministerii zu Hamburg Vortrab der künftigen Verantwortung auf die harte Beschuldigung, so in dem Protokollmäßigen Berichte enthalten, A. 1693. (d. 7. Jul.) in 4. II. D. Joh. Frid. Mayeri Warhafter Gegenbericht auf dasjenige, was der Protokollmäßige Bericht ihm schuld gegeben. A. 1693. in 4. Sed egregie illud Senatus (a qvo etiam ulteriori refutationis ejus publicatione interdictum sibi esse ipsi Ecclesiastæ, in der ersten Abfertigung Wincleri und Hinckelmanni *p. 6.*, testantur) edicto, contra utrumqve, vindicavit peculiari, d. 10. Jul. A. 1693. promulgato, qvo illud Protocollo, qvod vocant, tum Collegii Senatorii, tum XV virorum ordinis, prorsus congruere, & coram his, ac LX. civibus delectis, ante editionem esse recitatum, atqve ab omnibus approbatum, perhibetur.

M. MARCUS SIMON, Hatherslebia Cimber, Scholæ Flensburgensis, ab A. 1588., per qvadriennium Conrector, & oppidi deinde Tunderensis, ab A. 1592., Diaconus, A. 1607. adhuc superstes.

Carmina gratulatoria in gradum Magisterii, Jac. Fabricio, Tunderensi, & Jac. Bacmeistero, Rostochiensi, collatum. Rostochii 1585. in 4.

Historia Passionis D. N. Jesu Christi, carmine Latino Heroico reddita. Accessit Carmen Græcum de Resurrectione Christi. Witebergæ 1588. in 4. (*M. C. K.*)

THEODORUS SIMON (qvi a Joh. Henr. Hottingero (1.) μεταθέσει erronea *Simon Theodorus* vocatur), Berchsteda Holsatus, Philologus insignis, & in literatura præsertim Græca versatissimus, XVII. se annis varias Germaniæ scholas & Academias, studiorum gratia, obiisse, ipse testatur (2.). In Gedanensi cum viveret Gymnasio, Præceptor Georg. Fhelavii, Ecclesiastæ Dantiscani, fuit domesticus (3.), post reditum vero ex Academiis Ludimagister aliqvamdiu Lüneburgensis. A Lutheranis deinde, qvorum doctrinam sacram cum lacte hauserat materno, (fallitur enim Melch. Leydeckerus, qvi (4.) Pontificiæ eum adhæsisse a vitæ credit initio), ob dissolutam vitæ impiæ, in Protestantium Ecclesiis, licentiam, aliasqve Leonh. Lessii, Jesuitæ, pro Romanæ veritate, rationes, ad Pontificios transgressus (5.), apostasiam suam Colloqvio Halberstadii publico A. 1629. defendere non dubitavit, de cujus exitu ita Casp. Sagittarius (penes qvem fides esto narrationis) (6.): *A. 1629., d. 16. Jan., neqvissimus Apostata, Theod. Simonis, Ludimagister qvondam Lüneburgensis, M. Paulum Müllerum, Cathedralis Ecclesiæ Pastorem, ad colloqvium religiosum provocavit, cumqve, pondere argumentorum victus, progredi amplius non posset, nisi Pontificia religio salvifica foret, diris se devovit. Ea vix prolocutus, tam gravi narium profluvio laborare cœpit, ut, cum summa ignominia, proripere se necessum haberet.* Non erat sane, cur Marcus Schönmannus, Jesuita Erfurtinus, cœtus Protestantium desertores *in Armamentario Catholico* enumerans vernaculo (7.) celebriores, de ejus gloriaretur apostasia, cum, sive animi levitate,

(1.) *in Bibliothecario Qvadripartito, L. 4., c. 1., p. 340.* (2.) apud Melch. Leydeckerum *in Historia Jansenismi, Lib. I., c. 16., p. 68.* (3.) V. Fhelavii *Ep. dedic. Notarum ad Christoph. Angeli Lib. de statu Ecclesiæ Græcæ.* (4.) *l. c.* (5.) V. ejus *Retractationem.* (6.) *in Historia Halberstadiensi p. 105.* (7.) *p. 53.*

tate, sive qvod scrupulis sacris, in hoc subinde emergentibus, facile succumberet, Proteo in religione fuerit mutabilior, & a Pontificiis ad Lutheranos postliminio redierit. Protestantes enim Germaniæ, in suis cum ipso disceptationibus, ea de Ecclesiæ Romanæ veritate homini moverant dubia, qvibus cum satisfacere per se non posset, Lovanium abiit, Theologos de iis consulturus Academicos, horumqve ope adversariis os obturaturus. Accessit hoc fine Corn. Jansenium, regium tunc S. Lit. Interpretem, postea vero Episcopum Yprensem, ac cœtus Jansenistarum conditorem inclytum, & cum illo sæpius, de Pontificis Romani *ἀναμαρτησία*, cum Liberii Arianismo haud conciliabili, *ἀρτολατρεία* Eucharistica, aliisqve controversiis, disputavit. Objectionibus ejus Jansenius pro virili respondit, &, Pontificem privatim qvidem, sed non publice, posse errare, arbitratus, in plerisqve controversiis ad Bellarmini scripta Polemica, qvæ ad manus assidue habebat, ipsum ablegavit, hujusqve responsiones sibi satisfacere negantem, se Cardinali doctiorem non esse, monuit. Imo pertinacius tandem symbolorum Eucharisticorum impugnanti adorationem, *satis se*, regessit, *perspicere, cum qvali res sibi sit Catholico, nec immerito suspicari, eum, in Hollandiam reversum, de victoria esse gloriaturum, itaqve nolle se viva posthac voce, sed scriptis, cum ipso disceptare.* Persvasus scil. erat, Theodorum emissarium esse Ministrorum Sylvæducensium Reformatorum, qvibuscum tunc controversia ipsi intercedebat publica, scriptis ejus ac Gisb. Voetii ventilata contrariis, nec suspicionem hanc a nostro, ostendente Senatus Hamburgensis de se literas, alia docentes, sibi patiebatur eximi, sed, post duas velitationes literarias frustraneas, Antagonistam noctu, in diversorio, per milites regios, ostium vi emolitos, custodiæ tradi curabat arctissimæ. Ex ista tamen, licet non deessent, qvi mitram Hispanicam, qvalem Inqvisitionis ministri damnatis imponunt, captivo minarentur, Ducisqve Arschotani Secretarius, satis Domino suo lignorum, in sylva, ad hæreticum comburendum superesse, jactaret, paulo post noster, non sine Jansenii, congressu ipsius jam abstinentis, ignominia, dimissus est, cum Suffraganeo Archiepiscopi Mechliniensis, in suam inqvirenti religionem, Catholicum se esse ac mansurum, voce pariter atqve scripto confirmasset, peccataqve Jesuitæ esset confessus. Jansenius, suspicionem, de illo a Sylvæducensibus subornato, sibi imposuisse, abunde jam edoctus, licet, cum asseclis, ejurasse eum hæreses erroresqve suos, in vulgus spargeret, postqvam sententia judicis causa ceciderat, hospiti illius impensas custodiæ, ciborumqve qvinis qvotidie porrectorum militibus, persolvit, imo Simoni ipsi abituro, qvod cum egestate colluctaretur, nummos aliqvot a judicibus curavit erogari. Lovanio digressus noster, Ordine licet Præmonstratensium, in qvo aliqvamdiu vixerat, ante voti solennis professionem, deserto, non statim ad Protestantes rediit, ne vindictæ id studio facere crederetur, sed, Augustini exemplo, in Scepticismo sacro per integrum perseveravit biennium (1.). Hoc elapso, cœtui Pontificio valedixit, causasqve reditus ad Protestantes, incertitudinem sc. doctrinæ, & idololatriam cultus Ecclesiæ Romanæ publici, in *Retractatione*, Presbyterio A. 1630. inscripta Hamburgensi, *Libro de statu & religione Papatus propria* Anti-Janseniano, & adjecta huic *Epistola* ad Libertum Fromondum, Theol. Lovaniensem (*in Crisi causæ Papatus desperatæ Gisb. Voetii,* se, tanqvam hominem *rabidum, furibundum, ac sincipitis insani,* criminatum), *Apologetica,* accurate exposuit. Verum, aliqvot post lustris, castra Protestantium denuo deseruit, &, novo PHILIPPI COSMII nomine, ob *librum de Papatu* (si Lubienicio & Sandio credendum), in pristini locum, adscito, ad Socinianos transfugit. Horum scholæ in Russia Lituanica Kisselinensis, e Racoviensis ruinis insigniter auctæ, Rector constitutus, illi, cum Eustachio Giselo, Ludov. Hollaisenio & Pet. Stegmanno, præfuit, donec Tribunalis Lublinensis sententia disjiceretur (2.).

Confer de illo, præter Leydeckerum, Bælium, aliosqve, jam allegatos, Liberti Fromondi (a Bælio citati) *Crisin desperatæ causæ Papatus, c. 45., p. 284.*, nostramqve *Isagogen ad Hist. Cimbr., P. II., c. 5., §. 5., p. 108.*, ac *Homonymoscopiam, Sect. III., c. 3., §. 5., p. 781.*

ELOGIA.

Gisb. Voetio (*Lib. II. Biblioth. Stud. Theol. p. 309.*) *Vir* audit *in literatura Græca apprime versatus.*

Georg. Fhelavio (*l. c.*) *Vir ἑλληνικώτατος.*

Stanisl. Lubienicio (*l. c.*) *Vir Græcis literis apprime excultus.*

SCRIPTA EDITA.

Retractatio, in qva causæ exponuntur, qvare, Pontificis Romani judicio neglecto, puram legis & Evangelii doctrinam, in Augustana Confessione expositam, iterum sit amplexus; Ordini Ecclesiastico Hamburgensi inscripta. Sine loci mentione A. 1630. in 4., & (sub titulo novo *Dissertationis de Principiis falsis & idololatria Religionis Pontificiæ, qva sui e Papatu discessus rationem reddit*) Lugd. Bat. A. 1631. in 8. Libellus eruditus, cujus versio, ni fallor, fuit Germanica *Vanitas Romanæ cathedræ*, oder der Gründliche Beweiß, daß die Bäbstliche Lehre auf falschem Grunde beste he, und derwegen ein irriger und verwerflicher Wahn sey, cujus Vesaliensem editionem *Catalogus nund. A. 1631. autumn. Lipsiensis, p. 33.*, promisit.

Epistola ad Corn. Jansenium, contra violentam se convertendi methodum, qva responsum ad Diss. præcedentem ab eo flagitavit, Emmerici d. 12. Febr. A. 1632. scripta, A. 1635. Gisb. Voetii *Causa Papatus desperatæ, p. 762. & seqq.*, inserta, A. 1638. sub initium libri seqventis *de statu Papatus* recusa, & a Liberto Fromondo, *in Crisi desperatæ causæ Papatus, c. 45., p. 284. & seqq.*, obiter vellicata, sed in *Epistola* contra hunc *Apologetica*, de qva mox dicetur, A. 1638. defensa. V. Leydeckerum, *l. c. p. 72.*, & P. Bælium *l. c. p. 1054.*

Tractatus de statu & religione Papatus propria, contra Corn. Jansenium, Episcopum Iprensem. Lugd. Bat. 1638. in 8. Huic, cum de Papismo in genere, tum de singulis illius erroribus, differenti, præmissæ sunt: 1. Epistola ad Corn. Jansenium, modo memorata; 2. Epist. dedicatoria ad Andr. Rivetum, Gisb. Voetium, Andr. Colvium & Mart. Lydium, Theologos Reformatos; 3. Epistola Apologetica ad Libertum Fromondum, Th. D. & Prof. Lovaniensem, *in Crisi causæ Papatus desperatæ Gisb. Voetii* se criminatum. Inserta est illi (*p. 526-537.*) Jac. Laurentii, Past. Amstelod., Epistola ad Autorem, qva Cæs. Baronii rationes & exceptiones contra Liberii Papæ Arianismum refutantur. Sub finem accedunt Appendix de vita S. Francisci, & Epilogus ad Papæos. Andr. Rivetus, in *Judicio* præfixo, eum verbis hisce commendavit: *Placet mihi partitio & methodus. Video etiam, te jugulum causæ petere. Nec dubito, qvin ejus lectione moveantur, qvi in hoc luto adhuc hærent, & confirmentur, qvi Christo nomen dederunt.* De argumento ejus Leydeckerus *l. c. p. 73.* conferatur.

Joh. Amosi Comenii Janua aurea lingvarum reserata, & auctior, & emaculatior, qvam unqvam antehac, edita, cum adjecta Versione Græca Theod. Simonis. Amstelod. 1642. & 1649. in 12., nec non, cum eadem Versione Græca, innumeris in locis emendata a Steph. Curcellæo, qvi Gallicam etiam novam adjunxit, Amstelod. A. 1644. 1649. & 1665. in 8. Occurrit etiam Græca hæc Simonis Versio in editionibus *Januæ* Comenianæ, τριγλώττῳ Græco-Latino-Germanica,

(1.) Hactenus de actis ejus fatisqve Lovaniensibus narrata fusius, ex ipsius *Epistola ad Lib. Fromondum Apologetica*, & Gisb. Voetii *Causa Papatus desperata p. 762.*, exposuere Melch. Leydeckerus, *l. c., Lib. I., c. 16., p. 68-75.*, & Pet. Bælius *in Dictionario Historico-Critico, T. II., P. I. p. 155., & P. II. p. 1054. Edit. prima, T. III. autem p. 2719. Edit. secunda.* (2.) V. Stanisl. Lubienicii *Historiam reformat. Polonicæ, Lib. 3., c. 16., p. 277.*, & Chr. Sandii *Biblioth. Anti-Trinitar. p. 143.*

anic, triplici Vocabulario aucta, Francofurti A. 1645. & 1656. in 8., τετραγλώττῳ Græco-Latino-Germanico-Polonica Dantisci A. 1643. in 8., & πενταγλώττῳ Latino-Græco-Germanico-Italico-Gallica, postremis duabus translationibus a Nathaneele Duezio locupletata, Francofurtiqve A. 1644. in 8. excusa. Commendatur a Gisb. Voetio *Lib. II. Biblioth. Stud. Theol. p. 309.*, & Mich. Watsono (*elegantem* eam vocante) *in Unione sapientiæ p. 110.*

[Falso attributa est nostro, cum ab aliis, a Bælio jam notatis, tum a Joh. Upmarckio, Acad. Upsal. Rhetore, in *Atheomastige*, Upsaliæ A. 1709. edito (*de qvo Nova Lit. Germ., M. Oct. A. 1709., p. 395., consulenda*), *c. 1.*, RELIGIO SIMONIS, Libellus Atheus, ἀνωνύμως Cracoviæ A. 1588. editus, cujus blasphemias Theoph. Spizelius, *in Scrutinio Atheismi p. 43. 44.*, recitat. Recte enim Pet. Bælius, *T. II. Dictionar. Hist. & Crit. p. 1054.*, conjecturam illorum, e nostri cognomine munereqve Polonico desumptam, cum anno, qvo liber prodiit, noster autem natus forte nondum fuit, 1588. haud posse conciliari, observavit.]

PETRUS SINNKNECHTIUS, Lubecensis, oppidi Hatherslebiensis, ab A. 1613., Pastor, a M. Joh. Schrödero, Præposito Hatherslebiensi, doctrinæ erroneæ, coram Christiano IV., Rege Daniæ, A. 1635. accusatus, & ab isto Synodo Præpositorum Rendesburgensi d. 17. Martii sistere se jussus, anteqvam illuc abiret, officio se in sermone abdicavit publico. Rendesburgi deinde coram Synodo comparuit, & a Schrödero est insimulatus, qvod 1. Gradus Academicos, & titulum imprimis Magistri, improbasset; 2. voce der Gelassenheit, Weigelianis usitata, in sacris freqventer usus esset concionibus; 3. Sabbathum animæ qvotidianum internum auditoribus assidue, non sine qvadam externi hebdomadalis extenuatione, commendasset; 4. in demegoriis meras pene sectatus esset allegorias; 5. in benedictione neonymphorum domestica formulas, a receptis diversas, usurpasset; 6. verba aliqvando in suggestu protulisset, negatæ resurrectionis carnis ejusdem suspecta; 7. lingvarum cognitionem V. D. ministris negasset esse necessariam; 8. librorum Ethnicorum in scholis prælectionem improbasset; ac 9. mandatis Regis, Magistratuumqve inferiorum, non obtemperasset. Ad hos ille articulos, cum denuo munere se sacro abdicasset, satis commode, phrases suas obscuriores clarius explicando, facta autem excusando vel aliter narrando, respondit, nisi qvod in honores Academicos scriptoresqve Paganos iniqvior, allegoricæ autem docendi rationis justo studiosior, fuisse forsan qveat videri, ulterius autem doctrinæ suæ examen subterfugit. Hatherslebiam hinc (qvæ Valent. Schmidium illi subrogaverat) reversus, *Apologiam* adversus eosdem articulos Germanicam, & *Synopticam præcipuorum Articulorum Theologicorum delineationem Latinam*, adornavit, &, anteqvam prælum subirent, M. Frid. Damii, Præpositi Flensburgensis, ac D. Christ. Sledani, Pastoris Slesvicensis, censuræ subjecit. *Apologia* utriqve, nec immerito, est probata, *Delineatio* vero soli Damio, seqvens de illa ferre haud verito judicium: *Hanc confessionem 5. Aug. A. 1635. perlegi, qvam satis orthodoxam, neqve, in ullo articulo, a S. Literis, vel Augustana confessione, discordare existimo. Qvare, si confessor in hac fide constans permanserit, Ecclesiæ salutare organon fore nullus dubito. Qvod etiam ex animo precor.* Sledano contra, amico licet Autoris veteri ac intimo, phrases illius, de plerisqve fidei capitibus, displicuerunt obscuræ, inusitatæ, Scripturæ, libris Symbolicis, Theologisqve Lutheranis, ignotæ, τῇ ὑποτυπώσει τῶν λόγων ὑγιαινόντων haud conformes, monstriqve aliqvid novitate sua parturientes. Qvarum ille XXVI. specimina, in trium ad nostrum Epistolarum, qvas asservo, ἀνεκδότων prima, admodum prolixa, recensuit, virgulaqve notavit censoria, ac in duabus reliqvis scripti hujus, denuo improbati, editionem serio dissvasit. Obtemperare monito huic Sinnknechtium, virum pium & doctum, sed in phraseologia sacra plus justo novaturientem, coegit morbus, qvi ipsum, eodem A. 1635., M. Septembri, oppressit, fatalis. Qvo anteqvam occumberet, ἐφοδίῳ instruendus Eucharistico, Dom. XV. post F. Trinit., coram Collega, aliisqve, se intempestivæ officii desertionis, & silentii Rendesburgensis, seria duci pœnitentia, doctrinam Lutheranam amplecti, errores contrarios damnare, adversariisqve omnibus ignoscere, est professus, imo scripto publico ὀρθοδοξίαν suam testaturum, si vita sibi divinitus prorogaretur, pollicitus. Supersunt penes me, una cum Actis controversiæ judicialibus, tria hæc ejus scripta ἀνέκδοτα:

1. Manuductio deiformis pietatis, vel gratiosæ ac penitioris animæ cum Deo unitatis, e sana Theologia proposita. (*1. pl.*)
2. Synoptica præcipuorum articulorum Theologicorum Delineatio, extemporaliter & populariter, prout infirmitas concessit, suis de causis, adornata. (*3½ pl.*)
3. Antwort auf die Klag-Artickel, so der gewesene Probst zu Hathersleben, M. Joh. Schröder, als vornehme Excessen, am 17. Mart. A. 1635., wieder ihn angegeben. (*2. pl.*)

Confer de illo *Partem II. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 7., §. 5., p. 189. 190.*

JOHANNES SIRICIUS, Lubecensis, Michaelis, Pastoris Mariani (*statim memorandi*), ex Agnete, Gerh. Reitteri, Senatoris, gnata, filius, primam Kal. Jul. A. 1630. lucem aspexit. Post rudimenta studiorum in patria civitate egregia, Argentinæ, per triennium integrum, Leidæqve deinceps ac Giessæ, studio vacavit Juridico. Lubecam hinc reversus, Michaeli Mauroceno, Venetorum ad pacem inter Poloniæ ac Sveciæ Reges instaurandam Legato, illac transeunti, ita se approbavit, ut & in legatione ista a secretis ipsum sibi esse voluerit, & postea Venetias abductum plurimis affecerit beneficiis. Commendatitiis hujus instructus, Italiam, Galliam, Angliam & Belgium, peragravit. A. 1655. Lubecam repetiit, & a Senatu A. 1657. Contubernii mercatorum in Norwagia Bergensis Hanseatici, A. 1668. autem (post legationem, fœderis sibi nomine commissam Hanseatici, dextre in Dania, Anglia & Scotia, expeditam) ipsius urbis Lubecensis, constitutus est Secretarius. A. seqv. 1669. (qvo Giessæ etiam Doctoris obtinuit titulum), d. 20. Mart., in Ordinem patriæ allegebatur Senatorium, sæpiusqve postea legationibus, in aula præsertim Danica, adhibebatur arduis, & successu qvidem plerumqve prospero, qvod, Ulr. Frid. Güldenlovii, Norwegiæ Proregis, patroniqve sui, commendatione, ipsius Regis, Christiani V., sibi conciliasset gratiam. Consul tandem patriæ d. 21. Febr. A. 1687. creatus, novennio elapso, respirandi ob pectus oppilatum difficultate, d. 4. Maji A. C. 1696., ac æt. 66., expiravit, & duas e conjugio, cum Anna Pröllia M. Sept. A. 1668. contracto, filias, Agnetem Catharinam & Annam Magdalenam, illam Henr. Engenhagio, Judicii Actuario, hanc Franc. Bernh. Roddio, mercatori, nuptam, reliqvit superstites. V. Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma* de vita ejus funebre encomiasticum, & Jacobi a Mellen *Seriem Senatus Lubec.* ἀνέκδοτον.

Disp. Inaug. qvatenus Dementes, furiosi, ebrii, &c., ex delictis & contractibus obligentur. Giessæ 1669. in 4.

M. MICHAEL SIRICIUS Senior, Lubecensis, A. 1588. patre cive cognomine, matre vero Magdalena Beckeria, natus, Ordinis Philosophici Witebergensis, circa A. 1614. (qvo Wolfg. Franzii *Scholæ Sacrificiorum Disput. primam*, & Hutterianam *de Pace ecclesiastica*, publice defendit,) fuit Assessor. Lubecam redux, ædis Marianæ Diaconus d. 7. Oct. A. 1614., ejusdem Pastor (in locum D. Nicol. Hunnii) d. 20. Jan. A. 1625., ac Ordinis tandem Ecclesiastici Senior, est constitutus, Menonemqve Hannekenium, Superintendentem, A. 1646. inauguravit. Cum prædecessore hujus, Georgio Stampelio, A. 1622. extincto, controversia ipsi momenti haud admodum magni intercessit, de

cantilena plebejorum natalitia: Joseph, lieber Joseph mein, &c., cujus, in Stampelii (qvi scriptum de illa peculiare fertur reliqvisse, nostro oppositum) elogio, aliqva forte fiet mentio. Sexagenarius d. 7. Dec. A. 1648. obiit, cum ex Agnete, Gerh. Reuteri, Senatoris, filia, eodem, qvo ipse, anno defuncta, præter liberos alios, Michaelem, Academiarum Giessenæ & Rostochiensis Theologum, Johannem, J. U. D. & Consulem Lubecensem, Christophorum, ejusdem urbis Secretarium, & Gerhardum, templi Ægidiani Ecclesiasten, sibi superstites, sustulisset. In ædis Marianæ, pone chorum ipsius ostentantis effigiem, Pastoratu Jac. Stolterfohtius, Collega eruditus, illi successit. V. de illo Seb. Meieri, Jac. Kockerti, Bernh. Krechtingii, aliorumqve, *Epicedia*, junctim excusa, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1648.*, Jac. a Mellen *Seriem MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, & J. H. a Seelen (Epitaphii recitantis epigraphen) *P. II. Athen. Lubec. p. 320. 321.*

Disp. de Pace & unione Lutheranorum & Calvinianorum, contra *Irenicon* Dav. Parei, Præside D. Leonh. Huttero defensa. Witeb. 1614. in 4. Recusa *Tomo III. Disputt. Theol. Witebergensium*, ibid. A. 1623. *in 8.* edito, *num. XI.*

Disp. de varia significatione Radicum פגע, סבל, נשא, ad Es. LIII. 9. Witeb. 1614. in 4.

Drey Christliche Luthersche Jubelpredigten, auß dem LXXVI. Psalme, darinn die Wolthaten, so GOtt, vor 100. Jahren, der Deutschen Kirche, durch Lutherum, erzeiget, gerühmet, und der wunderbahre Schutz GOttes, den er seiner Kirchen bißher geleistet hat, vor Augen gestellet wird. Nebst einem Briefe, welchen die Reussen, vor einen Paßport ins Himmelreich, reichen Leuten pflegen ins Grab zu geben. Hamburgi 1618. in 4.

Justitiæ & misericordiæ Dei temperamentum, oder zwey Predigten vom Kriege und Frieden, auß Es. XLV. 7., nach geschlossenem Frieden zwischen dem Keyser und Könige von Dennemarck, auf Begehren der Königlichen Abgesandten, gehalten. Lubecæ 1629. in 4.

Ehrengedächtniß und Leichpredigt über Fr. Jlsa Catharina von Alvensleben, auß Rom. XIV. 7. 8. 9. Lubecæ 1639. in 4.

Hirtenschule, oder Leichpredigt über D. Nicol. Hunnium, Superintendenten zu Lübeck, aus dem Evangelio des Sontags Miseric. Dom., Joh. X., von dreyerley Hirten, als Feld-Welt- und Seelenhirten, gehalten. Lub. 1643. in 4.

Predigt vom Greuel der Verwüstung am XXV. Sontage nach Trin., auß Matth. XXV. 24., gehalten, und auß hochdringenden Uhrsachen außgegeben. Lub. 1644. in 4.

Warnungspredigt, darinn alle Todtschläger, Duellanten und Balger, von ihren unmenschlichen Mordthaten abgeschrecket werden, auß Ezech. VII. 23-27. Lub. 1645. in 12.

Suspiria & gaudia Ecclesiæ Lubecensis; Das ist: Hertzliche Seufzer- und Freudenpredigt, am XXI. Sontage nach Trin., auß dem Evangelio Joh. IV., gehalten, als, nach Ableben D. Nicol. Hunnii, D. Meno Hannekenius wieder zum Superintendenten eingeführet wurde. Lub. 1646. in 4.

MICHAEL SIRICIUS Junior, Lubecæ, d. 2. Dec. A. 1628., patre cognomine, Antistite templi Mariani, modo laudato, matre autem Agnete, Gerh. Reuteri, Senatoris, filia, natus, stipendio Theologico Schabbeliano impetrato (1.), e schola patria, A. 1646. in Gymnasium Stettinense, & 1647. in Academiam Juliam, transiit. Hanc, enato certamine inter Theologos illius & Saxonicos infausto, A. 1648. (parenti utriqve fatali) reliqvit, ac, Lipsiæ Joh. Hülsemanni aliqvamdiu gavisus convictu, A. 1649. Witebergam, & A. 1651. Giessam, migravit. In Academia hac Hassiaca gradum Magisterii A. 1652., titulum Licentiati Theologiæ, & professionem ejusdem extraordinariam, A. 1657., ordinariam Historiæ Ecclesiasticæ, locumqve inter Ecclesiastas urbanos, A. 1658., honores Theologiæ supremos d. 17. Febr. A. 1659., professionem ejusdem ordinariam, a Davide Christiani, in civitatem Goarinam avocato, relictam (2.), eodem anno, d. 22. Aprilis, nec multo post Alumnorum Hassiacorum ephoriam, ac tandem A. 1668. Rectoratum Academiæ annuum, obtinuit. A. 1663. Hafniam Danorum, spe Pastoratu Ecclesiæ potiundi Germanicæ ductus, excurrit, &, licet hæc eum sit frustrata, benigne admodum a Friderico III., Rege, est habitus (3.). Stadensibus, ad munus in urbe sua invitantibus Ecclesiasticum, ipse obseqvi noluit. Avelli se tandem Giessa A. 1670. est passus per Gustavum Adolphum, Ducem Megapolitanum, qvi aulæ eum suæ Güstroviensis, in Herm. Schuckmanni locum, constituit Protecclesiasten, muneriqve huic A. 1676. professionem Academiæ Rostochiensis Theologicam, vicinæ dioeceseos ephoriam, ac locum in Consistorio Ducali, adjecit. Güstrovii tamen in aula a Principe est detentus, &, licet A. 1680. familiam Rostochium transtulisset, seqventi 1681. eodem revocatus, & ab illo tempore rarius in Academia comparuit, Güstroviiqve tandem, d. 24. Aug. A. C. 1685., ac ætatis 57., vivis excessit (4.). Conjugem Theologus hic variæ eruditionis laude celebris A. 1659. elegit Annam, Adami Forthii, mercatoris Francofurtani, filiam, tres ipsi mares (M. Ernestum Gerhardum, Johannem, Med. D. & Practicum Kiloniensem, ac Gustavum Adolphum), qvatuorqve puellas (e qvibus duæ Nicol. Dassovio, Professori Acad. Gryphicæ Theologo, & Georg. Frid. Niehenckio, Rostochiensi, Theol. Licentiato, nupserunt), enixam. Conjugium alterum, cum Anna, Friderici Plonnies, Senatoris Lubecensis, filia, & Sam. Schützii, J. U. Lic., vidua, A. 1679., biennio post Forthiæ mortem, initum, δευτερογαμίαν Episcopalem peculiari scripto defendendi occasionem ipsi præbuit, sed sterile fuit ac prolis expers.

Theologus Altorfinus perperam vocatur a Zach. Götzio *in Dissertt. de Nummis p. 302.*

Fusius aliis, jam allegatis, vitæ ejus exposuerunt historiam:

1. D. Christoph. Redekeri, Acad. Rostoch. JCti & tunc Rectoris, *Programma funebre*, Rostochii, cum justa ei, d. 8. Sept. A. 1685., Güstrovii persolverentur ultima, propositum.
2. Collegii Theologici Rostochiensis *Programma* (qvod nos potissimum sumus secuti), eodem publicatum tempore, & in Henr. Pippingii *Sacro Decadum Memoriæ Theologorum renovatæ Septenario, Dec. I., n. 7., p. 82-94.*, adjecto scriptorum indice, recusum.
3. M. Nicol. Heidemanni, Past. Güstrov., Sermo funebris in locum Es. LVII. 1. 2. Germanicus, ed. Güstrovii A. 1685. in 4.
4. Friderici Thomæ *Appendix Analectorum Güstroviensium p. 18. 19. 20.*
5. Erdm. Uhsei *Vitæ Doctorum Sec. XVI. & XVII. Ecclesiasticorum Germaniæ p. 941. 942.*
6. Joh. Henr. a Seelen *Pars II. Athen. Lubec. p. 320-325.*

Catalogus Bibliothecæ ejus, auctione publica distractæ, Hamburgi A. 1691. *in 8.* prodiit.

ELOGIA.

Auctorum orbis eruditi Lipsiensium Collectoribus (*M. Febr. A. 1687., p. 92.*) *Theologus* audit *de Ecclesia meritissimus.*

Theologis Lipsiensibus (*in Judicio*, ejus *Ostensioni abominationum Papatus* præfixo) *Theologus de vera Ecclesia immortaliter meritus.*

Theologis

(1.) V. Georg. Frid. Neumanni *Orat. de favore Lubecensium in exteros p. 11.* (2.) V. Joh. Justi Pistorii *Propylæum Athenæi Hassiaci p. 8.* (3.) V. ejus *Epist. dedic. Pravitatum Simonis Magi.* (4.) V. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1685.*

Theologis Rostochiensibus (*in Programm. funebri*) *Theologus expertissimus, & multijugæ lectionis Philologus.*

Theologis Wittebergensibus (in Censura de *Ostensione abominationum Papatus*) *Theologus de universa Christi Ecclesia meritissimus.*

D. Valent. Alberti, *in præfatione* ejusdem *Ostensionis*, *Theologum* eum vocavit *de tota Ecclesia scriptis suis meritissimum ac celebratissimum*, illiusqve imagini, operi præfixæ, hoc adjecit Epigramma:

Qui fuit Eusebiæ lumen, Siricius, umbram | *Cerne sed ingenii faciem per scripta nitentem,*
Hic dedit, effigiem corporis ipse sui. | *Umbraque qui visus, lux tibi totus erit.*

Joh. Henr. Majo (*in Examine Historiæ Criticæ N.T. Rich. Simonis, c. 8., p. 106.*) *Academiæ* audit *Giessenæ decus quondam eximium.*

Joh. Nicol. Qvistorpio (*in Programm. de Rectoribus Acad. Rostoch. Sec. XVII. p. 23.*) *Theologus famigeratissimus.*

Thomæ Crenio (*P. XIV. Animadv. p. 98.*) *Vir miræ probitatis*, & (*P. XVI., c. 2., p. 228.*) *Theologus, quo nec melior, nec eruditior, acerrimus veritatis patronus.*

Friderico Thomæ (*in Analectis Güstrowiensibus, Periodo III., p. 205.*) *Theologus incomparabilis.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Sacra Scriptura, Præside D. Joh. Scharfio. Witeb. 1649. in 4.

Disp. de Majestate & Jure majestatis, præcipue autem potestate ferendi & abrogandi leges, Præside Jacobo le Bleu, Prof. Giesseno, ad gradum Magisterii conseqvendum, proposita. Giessæ 1652. in 4.

Theses de Communicatione proprii. Giessæ 1653. in 8.

Disp. Theol. Inaug. de Deo, Præside D. Pet. Haberkornio proposita. Giessæ 1657. in 4. Recusa *Tomo IX. Disputt. Theol. Giessensium*, A. 1671. *in 8.* impresso, *num. VI.* (*Programma funebre* plures ipsi *de Deo Disputationes* tribuit, qvarum unam *de Attributis divinis* ipse *in Decade Dispp. Theol., p. 54.*, allegavit.

Acta Colloqvii Giessensis, inter D. Pet. Haberkornium, Theol. Prof. Giessenum, & Joh. Rosenthalium, Jesuitam, coram Ernesto, Hassiæ Landgravio, d. 7. Febr. A. 1653. habiti, bona fide, si non iisdem, tamen consimilibus verbis, a Studiosis qvibusdam excepta, & ab eo, cum Annotationibus, edita. Giessæ 1657. in 4.

Decas Exercitationum Academicarum de qvæstione gravissima, inter Lutheranos & Reformatos controversa: An intuitus Fidei finalis ordine præcedat, an vero ordine seqvatur Electionem æternam? Giessæ 1658. in 4.

Causa Dei & Scripturæ, contra Joh. Schefleri, Apostatæ, hæreticas impugnationes, Disputt. duabus vindicata. Giessæ 1660. in 4. De illis ita Joh. Christianus, Baro a Boineburg, jam Pontificius, *Ep. 38. ad Joh. Conr. Dietericum, p. 199. 200.*: *Res iis non est confecta, cum valde parcæ sint circa rem ipsam.*

Epitome Historiæ Arianæ, qva vita, mores & mors Arii brevissime (*ex Annalibus Baronianis*) traduntur, Resp. Phil. Lud. Hannekenio ad disputandum proposita. Giessæ 1660. in 8.

Fasciculus I. Disputationum, continens VII. Disputationes, contra varios Heterodoxos, e Luc. I. 35., institutas. Giessæ 1661. in 8.

Discursus de Religione Moscovitica, Resp. M. Ludero Cramero, Riga Livono. Giessæ A. 1661. in 4. Recusus est ibidem A. 1664. (*juxta S. W. Sluteri Propylæum Hist. Christ. p. 174.*) & 1670. (*juxta Lipenii P. II. Biblioth. Theol. p. 330.*) in 4. Versio Germanica Crameri Respondentis, sub titulo des Moscovitischen Irrglaubens, Giessæ A. 1662. *in 12.* prodiit. Commendatur a Joh. Henr. Ursino im Berichte vom Unterscheide der Religionen *p. 55.*, Casp. Sagittario *in Introd. in Hist. Eccl., c. 19., §. 33., p. 457.*, & Nicol. Bergio *P. I. Dissert. de statu Eccles. Moscov., c. 1., p. 7.*

Exerc. Historico-Theologica de Andrea Bodenstein Carolostadio, a puriore Ecclesia devio, ejusqve erroribus. Giessæ 1662. in 4. Subjecta deinceps est *Elogiis X. Theologorum Germanorum*, junctim a Georg. Henr. Götzio Lubecæ A. 1708. *in 8.* editis, *p. 155-206.*

Disputationum Theologicarum de Successione Ecclesiastica, Pontificiis, præsertim Fratribus Walenburchiis, oppositarum, Pars I. Giessæ 1663. in 4. Pars II. ibid. 1666. in 4. (Pars III., uti *in Programmate* refertur *funebri*, inedita ab Autore est relicta.) Commendantur a Joh. Conr. Dieterico *in Breviario Pontiff. Rom. p. 15.*, Sev. Walth. Slutero *in Diss. de præsidiis generalibus Heterodoxorum p. 18.*, & Joh. Chr. Meelführero *in Corona centum Patrum p. 93. 119.*

Disp. de Idololatria, ejus ortu, & in ultimis his temporibus progressu. Giessæ 1664. in 4.

Simonis Magi, Hæreticorum omnium patris, pravitates, antiqvæ & recentiores, ad Babylonis, & Sophistarum in ea, confusionem, Ecclesiarumqve Evangelicarum a viperarum morsu vindicationem, Disqvisitionibus duabus (*qvarum prima Hæresin Simonis antiqvam, secunda eandem in Pontificiorum cætu redivivam exhibet*) propositæ. Giessæ 1664. in 4. Commendantur a Jac. Thomasio *in Schediasm. Philos. p. 28.*, Joh. Andr. Schmidio *in Continuatione Introd. Sagittarianæ in Hist. Eccl. p. 1161. 1163.*, & G. H. Götzio (cui *succiplenæ* audiunt) *in Concionibus miscellaneis p. 208.*

Disp. de omnibus Peccati causis, directa cumprimis adversus eos, qvi Deum audent dicere causam peccati, vel Physicam, vel moralem, vel per accidens. Giessæ 1664. in 4. (*M. C. K.*)

Discursus Academicus Theoretico-Practicus de Lachrymis Jesu Christi, Salvatoris mundi. Giessæ 1666. & 1671. in 4. Tertia vice qvoqve ibidem A. 1678. *in 4.* prodiit, adjectis noviter Tractatu de Uxore una, & Responsione ad qvæstionem: An & qvatenus poenitenti, nec non absolutionem & admissionem ad S. cœnam desideranti, lachrymæ & jejunia sint necessaria? A Joh. Cypriano (*Diss. II. de Signis, §. 6.*) *Tractatus doctissimus*, & a G. H. Götzio (*in Diss. de cultu S. Annæ, §. 4., p. 20.*) *eruditus*, vocatur.

Ἀσκημα Historico-Theologicum de Ebione, & Ebionitis antiqvis & recentioribus. Giessæ A. 1668. & (*auctius, teste Casp. Sagittario in Introd. in H. E., c. 33., p. 944.*) 1678. in 4. *Dissertatio* est *erudita*, judice Joh. Henr. Majo, *in Examine Hist. Crit. N. T. Rich. Simonis, c. 8., p. 106.*, imo *eruditissima*, juxta J. F. Mayerum, *in Diss. de Socinismi historia p. 6.*

Disp. Inaug. de Absurdo dubitationis, illo Præside, a D. Phil. Lud. Hannekenio, Acad. Giessenæ Theologo, proposita. Giessæ A. 1668. in 4. Recusa est ibidem A. 1671., *Tomo IX. Disputt. Theol. Giessensium, num. 21.*

Uxor una, ex Jure naturæ & divino, moribus antiqvis, & constitutionibus Imperatorum ac Regum, eruta, & contra insultus impugnantium defensa. Giessæ A. 1669. & (cum Tr. de lachrymis Christi) 1678. in 4. Ob diligentiam & accurationem laudatur a Joh. Bened. Carpzovio Jun., *in Notis ad Wilh. Schickardi Jus regium Hebræorum p. 182.*

Tr. de beata Animæ humanæ post mortem immortalitate. Giessæ 1669. in 4. Recusus in *Fasciculo rariorum & curiosorum de statu Animæ post mortem Scriptorum Theologicorum*, Francof. A. 1692. *in 8.* impresso. Commendatur a D. Joh. Müllero, Theologo Hamb., *in Atheismo devicto p. 268.*

Decas Disputationum Theologicarum (*de S. Scriptura, Deo & tribus personis Deitatis*), Heterodoxis antiqvis & recentioribus oppositarum. Giessæ 1669. in 4.

Collegium Theologicum publicum, qvo orthodoxa fides, juxta seriem articulorum fidei consvetam, asseritur, & contra Heterodoxos antiqvos ac recentiores defenditur. Giessæ 1670. in 4. Idem forsan est cum præcedenti *Decade*, a Mart. Lipenio autem (*P. I. Biblioth. Theol. p. 336.*), & Henn. Wittenio (*T. I. Diar. Biogr., ad A. 1685.*), *in Collegium Theologicum Biblicum* perperam mutatur. Præter istud aliud *Collegium Theologicum publicum, omnes variorum adversariorum controversias breviter & perspicue comprehendens*, Giessæqve A. jam 1665. *in 4.* editum, in *Catalogo nundinarum anni istius autumnalium p. 3.*, Siricio tribuitur, & a Lipenio qvoqve (ibidem illud A. jam 1613. *in 4.* prodiisse fabulato), *l. c. p. 427.*, itidem memoratur.

Idolum Papale, ex ipsa Papatus praxi, & antiqvis monumentis, per aliqvot capita, solide demonstratum. Giessæ 1670. in 4.

Episcopus δευτερόγαμος, an & qvatenus hic, juxta Scripturam & orthodoxam antiqvitatem, in ordine Sacro vel Clericatus, admittatur. Güstrovii 1678. in 4. Scriptum ab eo, cum nuptias ipse meditaretur secundas, publicatum.

Præco poenitentiæ, liber unus, ad excutiendum Securitatis carnalis somnum lethalem, & lapsorum poenitentium solatium, exhibitus. Rostochii 1682. in 8. & (*juxta Catal. nund.*) ibidem 1713. in 8.

Victrix Veritas, in Censuris Theologico-Medicis (*Theologorum Medicorumqve Witebergensium ac Aug. Varenii, Theologi Rostoch.*), de *nova Spirituum Medicina*, autoritate Principali exhibita, & cum præloqvio edita. Güstrovii 1684. in 8. Recusa (*teste Catalogo nundinali*) Rostochii A. 1713. in 8. Opposita est Sebast. Wirdigii, Prof. Medici Rostochiensis, *Novæ Spirituum Medicinæ*, & sententiæ (qvam ipse postea damnasse fertur) de corporibus Angelorum igneis ac subtilissimis suspectæ, aliisqve opinionibus paradoxis, in ista propositis, de qvibus Georg. Paschii *Tr. de curiosis hujus seculi Inventis, c. 6., §. 16., p. 353-359.*, Nathaneelis Falckii *Dæmonologia recentiorum falsa, Disp. II., §. 25.*, & Zach. Grapii Jun. *Historia Rostochii Evangelici Germanica, c. 13., p. 517-521.*, consulantur. Wirdigius, injuriam sibi hisce Censuris, & illarum editione, esse factam, persvasus, Apologiam contra eas, teste Grapio, scripserat prolixam, sed moribundus flammis abolevit.

Ostensio fundamentalis abominationum Papatus, circa religiosum Creaturarum cultum, tribus libris distincta; cum præfatione & supplemento D. Valentini Alberti, Theologi Lipsiensis, Rostochii 1687. in 4. Concinnatum est ab Autore opus hoc posthumum, ad vindicandum *Discursum* suum *de abominationibus qvibusdam Papatus idololatricis extemporaneum*, occasione Colloqvii privati, jussuqve, Gustavi Adolphi, Ducis Megapolitani, conscriptum, ab hoc Ernesto, Baroni de Erlencamp, Electoris Moguntini Consiliario, ad Pontificios a Lutheranis transgresso, communicatum, illius autem auspiciis, a duobus Ecclesiæ Romanæ Doctoribus, totidem Antilogiis, in Aulam Güstroviensem transmissis, impugnatum. Antilogiam primam Nicol. Stenonio, Episcopo Titiopolitano, alteram vero Jesuitæ cuidam (qvem Casp. Sevensternium, Lojolitam Hildesiensem, in aulam A. 1673. delatum Güstroviensem, fuisse, e Frid. Thomæ narratione, paulo post alleganda, colligo), deberi, Siricius pariter atqve Albertus conjiciunt. Apologiam, priori oppositam Antilogiæ, Siricius ipse absolvit, alteri autem, qvam posteriori reponere Antilogiæ cœperat, est immortuus. Ne vero opus, jussu Ducali luce donandum publica, imperfectum esset, D. Val. Alberti, qvæ in Apologia posteriori desiderabantur, supplementi instar, attexuit, & præfationem simul adjecit. Totum opus in libros III. distingvitur, qvorum primus Siricii Discursum de abominationibus qvibusdam Papatus extemporaneum, duasqve Erlencampii epistolas breves, de conflictu hoc, ad illum & Secretarium Ducalem, Germanica, Coloniæ A. 1684. exaratas, Secundus Antilogiam & Apologiam primam, Tertius Antilogiam & Apologiam secundam, cum Supplemento Albertino, Epistolarum etiam Erlencampii respondente dicteriis, rerumqve & Autorum indicibus, exhibet. Præfixa sunt operi Judicia Theologorum Lipsiensium (qvibus illud *Scriptum* audit *solidissimum*) & Witebergensium (qvibus idem *omnium exuperare* videtur *encomia*). Confer de illo *Acta Eruditorum Lipsiensia* (in qvibus *fœtus* appellatur *parentis optimi posthumus, labor doctissimus, scriptumqve eruditissimum*), *M. Febr. A. 1687., p. 91. 92.*, & Frid. Thomæ *Analecta Güstroviensia, Periodo III., §. 25., p. 205. 206.*

Collegium Anti-Enthusiasticum, seu Compendium Theologiæ Anti-Enthusiasticæ, qvod a Jac. Richardo, Th. D., Lipsiæ A. 1691. in 4., in lucem esse prolatum, *Catalogi nund. A. 1691. Lips. Autumnalis p. 35., & Vernalis A. 1692. p. 48.*, fide forsan parum certa, testantur.

Fasciculus Disputationum contra Heerwardum, *in 8.* editus, qvem mihi plane ignotum, Lipenius (*P. I. Biblioth. Theol. p. 530.*), Wittenius (*T. I. Diar. Biogr. Sec. 17., ad A. 1685.*) & Pippingius (*in Septenario Decadum sacro p. 93.*), scriptis nostri annumerant.

II. GERMANICA.

Censura contra Joh. Melch. Stengeri, Ecclesiastæ Erfurtini, de Poenitentia doctrinam, nomine Collegii Theol. Giessensis A. 1670. scripta, & in Dan. Hartnaccii *Stengerismo condemnato, n. 2.*, edita.

Der alte Prophetische und Apostolische Glaube, auß dem Nicenischen und Constantinopolitanischem Symbolo, zu Güstrou, in XX. Predigten, erkläret und vorgetragen. Güstrovii 1673. in 4.

Conciones XX. in Symbolum Apostolicum, a solo Wittenio, *l. c.*, memoratæ, qvas cum a nemine alio laudatas viderim, an prodierint dubito.

INEDITA.

Commentarius in Novum Testamentum, in Theod. Dassovii *Veritate victrici p. 273.* allegatus.

Disputationum de Successione Ecclesiastica Pars tertia.

Tractatus de qværenda in omnibus gloria Dei.

Exercitationes in Genesin & Exodum, qvarum, sicut & duorum MSStorum præcedentium, in Collegii Theologici Rostochiensis *Programmate funebri* occurrit mentio.

Acta Colloqvii Giessensis, inter D. Pet. Haberkornium & Hieron. Mülmannum, Jesuitam, coram Ernesto, Hassiæ Landgravio, instituti, qvorum editionem A. 1657., in *præfatione Actorum* Colloqvii ejusdem Haberkornii cum Joh. Rosenthalio, promisit.

HENRICUS SIVERUS, Hamburgi A. 1626., *stirpe subobscura* (uti nonnemo canit), *sed sine sorde*, *satus*, qvicqvid deinde famæ obtinuit, suæ, juxta Deum, ceu Placcius vere judicat, debuit virtuti. E schola patriæ in Gymnasium ejusdem translatus, inter Joach. Jungii ac Joh. Adolphi Tassii, Philosophorum hujus percelebrium, discipulos interioris admissionis eminuit, inqve Mathesi præsertim, horum ductu, eos fecit progressus, ut ex Acad. Witebergensi (in qva A. 1653. vixit) reverso potestatem istam ac artem Logicam privatim docendi concedere non dubitaverint. Privatas has acroases, per lustra qvatuor, magno cum applausu (qvod insipidissima etiam studia, Jungii exemplo, leporum amœnitate

amœnitate condiret), instituit, &, Gymnasii deinde Hamburgensis instaurati Professor Mathematicus a Senatu, d. 11. Jan. A. 1675., constitutus, spartam hanc, post Orationem *de Scientiarum Mathematicarum utilitatibus* auspicalem d. 8. Apr. recitatam (1.), tribus lustris seqventibus, summa ornavit fide ac diligentia, terqve (A. 1679. 1685. & 1691.) ejusdem Gymnasii functus est Rectoratu. Bibliothecæ qvoqve templi (inter cujus Vicarios locum obtinuerat) Cathedralis simul, ab A. 1663., egit Præfectum, primusqve omnium a Canonicorum Collegio huic admotus est muneri. Vitam, qvam, non tranqvillitatis solum literariæ studio, sed & ob clauditatem ac herniam intestinalem, cœlibem semper egerat, cum morte, post paralysin lateris dextri menstruam, conditis ultimæ voluntatis tabulis, animo hilari, d. 10. Jul. A. C. 1691., ac ætatis 65., in Rectoratu Gymnasii tertio, commutavit. Vir erat, uti candoris infucati, prisćæqve virtutis ac fidei, ita, in conversatione familiari, ob jocos festivos & innoxios, mihi, aliisqve amicis, jucundissimus. Ab ambitione alienus literaria, & discipulorum assiduæ vacans institutioni, ingenii monumentis proprii inclarescere noluit, solaqve ferme in Præceptores, Joach. Jungium & Joh. Ad. Tassium, qvorum ἀνεκδότοις in lucem proferendis immoriebatur, pietate orbis eruditi applausum provocavit. Tassius sane haud exigua ei famæ debet incrementa, cum Siveri beneficio, omnia jam, præter *Motuum cœlestium theoriam*, scripta ejus publice legantur, suoqve æstimentur pretio, posthuma. Bibliothecam ejus, MSStis instructissimam Mathematicis, Rud. Capellus, Collega (2.), Museum autem operum naturæ ac artis rariorum (in qvo varia, ab ipso fabrefacta, &, hæc inter, Virunculum tempestatum, in vitro aqva pleno, indicem, ad nutum se illius moventem, vidisse recordor), præter eundem (3.), Joh. Dan. Major (4.) & Dan. Gvilh. Mollerus (5.), Europæis annumerarunt celebrioribus. Successorem in professione Mathematica habuit Casp. Büssingium, Virum doctissimum, Encomiasten autem posthumum Vinc. Placcium, Collegam, cujus *Programmati*, qvo ipsum & Joh. Vagetium, Philos. Professorem, mensis unius defunctos spatio, junctim celebravit, funebri (A. 1711. *Volumine III. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 528-538.*, recuso) de illo narrata magnam partem debentur.

Confer de ipso, præter jam ante allegatos, Joh. Alb. Fabricii *Vol. II. Memor. Hamburg. p. 1093. 1094.*, & Pauli Georg. Krüsickii, Scholæ Hamb. Præceptoris, Epicedium, cujus voces singulæ a litera S. incipiunt, operosum magis qvam ingeniosum.

ELOGIA.

Mich. Kirstenio (in *Programmate*, Orationi ejus auspicali A. 1675. præmisso) *Mathematicus* audit, *qvi, se dignum esse cathedra sua, Mathematicum in modum, i. e. reipsa, jam diu ostendit.*

Vinc. Placcio (*in Tr. de Arte excerpendi p. 122.*) *Discipulorum Tassii facile princeps.*

Leonh. Christoph. Sturmio (*in Tr. de nat. & constit. Matheseos, Sect. 2., c. 8., p. 241.*) *Vir eruditissimus.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Epistolæ ejus & Stanisl. Lubienicii, de Cometis A. 1664. & 1665. mutuæ, in Lubienicii *Theatro Cometico*, Amstelod. A. 1668. *in fol.* edito, *T. I., p. 913-930.*, obviæ.

Programma funebre de vita Broderi Pauli, J. U. D. & Consulis Hamburgensis, Hamburgi A. 1680. *in fol.* publicatum, & ibidem A. 1710., *Volumine I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 291-299.*, recusum.

II. ALIENA.

Joh. Adolphi Tassii, Math. Professoris Hamburgensis,

1. *Doctrina proportionum*, Hamburgi 1670. in 4.
2. Compendium Photicæ, qvæ vulgo Optica dicitur, cum Siveri Sciagraphia ejusdem & observationibus. Hamb. 1673. in 4.
3. Compendium Arithmeticæ empiricæ. Hamb. 1673. in 4.
4. Pars Geometriæ de magnitudinibus proportionum. Hamb. 1673. in 4.
5. Compendium Trigonometriæ Canonicæ, cum Siveri Sciagraphia ejusdem. Hamb. 1676. in 4.
6. Compendium Geodæsiæ, seu Geometriæ practicæ, cum Siveri Sciagraphia & animadversionibus qvibusdam. Hamb. 1677. in 4.
7. Stereometria. Hamb. 1677. in 4.
8. Compendium Astronomiæ sphæricæ, in globo, & Canonibus primi motus, propositæ, cum Siveri Sciagraphia & animadversionibus. Hamb. 1679. in 4.
9. Diagrammata Geometriæ. Hamb. 1679.
10. Compendium Geographiæ universalis, cum Siveri præfatione (qva, nihil casu fieri, sed providentiam divinam ubiqve conspici, ostenditur) & Sciagraphia. Hamb. 1679. in 4.
11. Compendium Chronologiæ. Hamb. 1680. in 4. (Hoc Siverus, judice L. C. Sturmio, *l. c. p. 241.*, *notis & exemplis egregie illustravit.*)
12. Compendium Staticæ. Hamb. 1681. in 4.
13. Diagrammata Geographica. Hamb. 1681. in 4.
14. Opuscula IV. Mathematica (*num. 7. 10. 11. & 12. modo enumerata*), a Balth. Menzero, Math. Professore Hamburgensi, junctim denuo recensita. Hamb. 1699. in 4.

Nicol. Pompeji, Math. infer. Prof. Witebergensis, Præcepta Chiromantica, A. 1653. in Collegio privato dictata, ab ipso, cum præfatione & Sciagraphia illorum, edita. Hamb. 1682. in 8.

Joach. Jungii, Gymnasii Hamb. Rectoris & Professoris, Geometria empirica, qvinta ab eo vice edita, cum Programmate ejusdem Jungii de laude Matheseos, A. 1655. publicato. Præmissæ sunt Siveri Animadversiones nonnullæ. Hamb. 1688. in 4. Diagrammata Siveri in eam, æri incisa, seorsim prodierunt.

Ejusd. Jungii Phoranomica, seu Doctrina de motu locali. Hamb. A. 1688. & (cum Joh. Ad. Tassii *IV. Opusculis Mathematicis*) 1699. in 4.

Bericht von Grönland, auß zwey alten Chronicken, einer Isländischen und einer Dänischen, gezogen, in Frantzösischer Sprache an den Herrn Mothe de la Vayer überschicket, und von ihm zu Pariß A. 1647. außgegeben, ietzo aber verdeutscht durch Henr. Sivers. Hamburgi A. 1674. in 4., & (*juxta Catal. qvendam*) Noribergæ 1681. in 4. Scripti hujus Gallici αὐτόπτης (*Relation du Gronland*), a Sivero, Joach. Jungii hortatu, Germanice translati, Autorem esse Isaacum Peyrerium, Gallum, plasten Præadamitarum famosum, in Dania aliqvamdiu commoratum, e Pet. Gassendi *Comm. de Philosophia*

(1.) V. Mich. Kirstenii, Collegæ, *Programma, Orationi ejus auspicali præmissum, & Monumenta Gymnasii Hamb. instaurati p. 5.* (2.) *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani.* (3.) *l. c.* (4.) im Bedencken von Kunst- und Naturalien-Kammern *p. 11.* (5.) *in Diss. de Physiotechnotameis, c. 7., p. 43.*

ſophia Epicuri, ad Lib. X. Diog. Laertii, p. 1139., Vinc. Placcius, *in Tr. de Script. Anon.*, *c. 14.*, *p. 104.*, *ac T. I. Theatri Anon. & Pſevdon.*, *c. 11.*, *p. 465. 466.*, detexit, Johannesqve Hallervordius, *in Biblioth. curioſa p. 217.*, post illum, monuit. Conf. de illo Joh. Hubneri *Cent. V. Biblioth. Hiſtor.*, *Art. 100.*, *p. 334. 335. 336.*

M. HENRICUS SIVERS, Hamburgenſis, ſuburbii Fridricobergenſis, in civitate Slesvicenſi, ab A. 169.., Eccleſiaſtes, A. circiter 1717. mortuus.

Diſp. an genus humanum aliter, qvam cruenta morte Chriſti, potuerit reparari, Præſide D. Joh. Frid. Mayero. Hamburgi 1688. in 4.

Diſp. de ſtudio Belli & pacis, Præſide D. Chriſt. Kortholto. Kilonii 1689. in 4.

Das herliche Leben der Gläubigen, wozu ſie, umb der Gemeinſchaft mit Chriſto willen, auß ihrem Tode gelangen, in einer Gaſtpredigt über Col. III. 3. 4., der Gemeine zu S. Catharinen in Hamburg, am 22. Nov. A. 1703., vorgeſtellt. Hamburgi 1703. in 4.

JACOBUS SIVERS, Holſatus, a Georg. Matth. Kőnigio (*in Bibliotheca vetere & nova*) ſcriptum de Jure gentium edidiſſe perhibetur. Non aliud autem illud eſt, qvam Diſputatio hujus argumenti, Præſide D. Sam. Rachelio, Kilonii A. 1673. ab eo defenſa. Cujus (potiori forte jure Præſidi vindicandæ) an Autor ille fuerit, valde dubito.

PETRUS AUGUSTUS SIVERS, Oldensworta Eiderſtadienſis, urbis in patria Tonningenſis, ab A. 1698., Diaconus, &, ab A. 1699. (d. 22. Apr.), Paſtor. V. ipſius *Appendicem* der Tönningſchen Kantzelpredigt *p. 63.* Obiit A. 1717.

Diſp. de ſtatu exinanitionis Chriſti, ex dicto claſſico Phil. II. 6. 7. 8., ab ipſo conſcripta, & Præſide D. Chriſt. Kortholto propoſita. Kilonii 1688. in 4.

Paſſions-Catechismus, oder die Hiſtorie des bittern Leidens und Sterbens JEſu Chriſti, in Frag und Antwort geſtellet, und mit allerhand nützlichen Anmerckungen erläutert. Slesvigæ 1698. in 8. Scriptum ἀνώνυμον, ſub titulo der Paſſionsſchule, Hamburgi A. 1709. (*teſte Catalogo nundinali*), recuſum. Laudes ejus V. in V. E. Löſcheri Unſch. Theol. Nachr. A. 1712., *p. 194. 195.*

JEſu ſonderbahrer Predigſtul, bey Einſegnung der neuen Tönningſchen Kantzel, A. 1703., am 23. Sontage nach Trin., auß dem Evangelio Matth. XXII. 15-22., in einer Predigt vorgeſtellt. Samt Verzeichniß der Tönningſchen Prediger, von A. 1562. biß A. 1706. Slesvigæ 1706. in 4. Recenſum V. *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Sept. A. 1707.*, *p. 281. 282. 283.*

Gründliche Erweiſung der Zuſammenfügung der H. Evangeliſten. Hamb. 1709. in 4. (*Cat. nund.*)

Die wolklingende Harfe Davids, oder der Pſalter Davids geſangweiſe, auß vielen vortreflichen Autoribus, zuſammengetragen. Hamb. 1711. in 12. obl. Scriptum ἀνώνυμον.

Catechismus-Fragen, bey der Jährlichen Confirmation in Tönningen gebräuchlich. Tonningæ 1708. in 8.

JOHANNES SLEGELIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, A. 1676. defunctus.

Apologia Epiſtolæ D. Joh. Mülleri, Prof. Mathematici Hamburgenſis, de qvadratura Circuli, contra Bertrandum de la Coſte conſcripta. Hamburgi 1663. in 4. (*V. quæ de illa ſupra p. 450. ſunt dicta.*)

Diſp. de Phtiſi, Præſide D. Giern. Rolfincio. Jenæ 1667. in 4.

Diſp. Med. Inaug. de Pica. Baſileæ 1668. in 4.

PAULUS MARQVARDUS SLEGELIUS (qvem Wolfg. Henr. Adelungius (1.), dum *Johannem* eum vocat, cum cive, modo memorato, confundere videtur), Hamburgi d. 23. Aug. A. 1605. in lucem editus, patrem habuit Martinum, mercatorem, gente natum patritia, matrem vero Cæciliam Brandiam. Ab hac, cum qvadriennis genitorem amiſiſſet, literarum dicatus eſt ſtudiis, iiſqve tum a ſcholæ publicæ doctoribus, tum a Præceptore domeſtico, Luca Holſtenio, Polyhiſtore deinceps aulæ Romanæ nemini coævorum ſecundo, imbutus. Poſt matris, qvem vix decennis luxit, exceſſum, tutoribus negligentius curam ejus gerentibus, vitæ liberiori & pene diſſolutæ aſſvevit, donec affinis eum, tutoribus ereptum, Joh. Starckii, Conrectoris, Didactici eximii, & rigidi diſciplinæ Scholaſticæ cuſtodis, inſtitutioni privatæ committeret. A qvo cum negligentia temporis, rei omnium pretioſiſſimæ, turpiter prodiga, ſerio ipſi eſſet exprobrata, tanto diſcendi ardore ſubito eſt incenſus, ut libris perdius atqve pernox, non ſine valetudinis detrimento, affixus hæſerit, donec Academiarum luce dignus & huic, & aliis, videretur. In delectu certi ſtudiorum generis tutoribus, qvi Juridico eum deſtinabant, conſtanter refragatus, Medicum huic prætulit, eventu, qvod naturæ obſeqveretur ductui, feliciſſimo. Iſti vacaturus Altorfium A. 1626. abiit, &, tyrociniorum moderatores auſpicato nactus Caſp. Hofmannum, hoſpitem ſuum, Georg. Nöslerum & Ludov. Jungermannum (fraterno ipſum amore proſecutum), per tria illic hæſit ſemeſtria. Inde, A. 1627. exeunte, Witebergam, ut Dan. Sennertum, Germaniæ Hippocratem, audiret, perrexit, ſed, nec illum, nec Greg. Nymmannum, Collegam (Academiæ tunc fungentem Rectoratu), ob molem occupationum, votis ſuis diſcendiqve ardori ſatisfacturos, obſervans, poſt repetitionem partium Philoſophiæ omnium in Collegio, cum aliqvot commilitonibus, inſtitutam diſputatorio, ſingulari ibidem felicitate in civem ſuum, Gvernerum Rolfincium, Med. Doctorem, ex Italia nuper reverſum, incidit. Ab hoc (cui partem ſe eruditionis ſuæ Medicæ præcipuam ferre acceptam mente ſemper grata eſt profeſſus) in intimam admiſſus familiaritatem, ductu ejus invidendos in arte ſua brevi fecit progreſſus, peritiamqve ſimul Aſtrologiæ Genethliacæ, eodem ſvaſore, Nicol. Pompeji, Acad. Mathematici, manuductione uſus, ſibi paravit. Eundem Rolfincium, Jenam ad profeſſionem Medicam vocatum, A. 1629. Lipſiam eſt comitatus, &, qvinqve illic hebdomadibus, in ædibus D. Joh. Ruperti Sultzbergeri, inter exercitia exactis Anatomica, in Academiam ſecutus Salanam, eademqve cum ipſo menſa, & eodem cubiculo, in Hier. Prætorii, Philoſ. natur. interpretis, civis ſui, uſus convictu. Subſtitit Jenæ ferme per biennium, & æſtatem, cum Rolfincio, ſtudiis potiſſimum Botanicis, & Pharmaceuticis, hyemen Anatomicis, impendit, in Chymicis autem Collegam illius, Zach. Brendelium, elegit hodegum. Qvantum in Botanicis profeciſſet, luculenter jam tunc oſtendit, cum, ineunte A. 1631., paulo ante diſceſſum, hortum Acad. Jenenſis Medicum, ſua Rolfincio debentem, & auſpicia, & incrementa, ſedulo coleret, ac aratro proſciſſum & ſtercoratum in areolas ac pulvillos diſtingveret, variiſqve herbis & ſeminibus inſtrueret (2.). Sed & reliqvas Medicinæ partes ita jam callebat, ut Doctoris titulum, niſi Rolfincius differendæ promotionis fuiſſet autor, haud difficulter exambire potuiſſet. A. 1631., d. 22. Martii (3.), Præceptori, ut noſtrum, diſcipulorum ſuorum primogenitum, Collegam olim ſalutare poſſet, votis Numen precato haud irritis, valedixit, Jenaqve relicta, iter, cum Joh. Ehringio, Numburgenſi (Profeſſore poſtea Medico Witebergenſi), ingreſſus literarium, Academiam initio Lugduno-Batavam adiit, ſed faciem ejus, qvoad ſtudia Medica, longe ſua expectatione reperit inferiorem. Adolphi tamen Vorſtii delectatus conſvetudine, hoc autore Botanicen diligentius excoluit, & aliqvem rerum naturalium rariorum atqve

(1.) in der Hiſtoriſchen Beſchreibung der Stadt Hamburg, ad A. 1653. p. 124. (2.) V. M. Adr. Beieri *Syllabum Rectorum & Profeſſorum Jenenſium, p. 926. 927.*, & *Architectum Jenenſem, c. 57.*, *p. 720.* (3.) V. Beieri *Archit. Jen.*, *l. c.*

atqve exoticarum apparatum Amstelodami sibi comparavit. Lustrato deinde Enchusæ celebri Bernh. Paludani Museo, Flissingæ, Angliam petiturus, navem conscendit, sed, a vento Caletum rejectus adverso, visis urbibus Belgii Hispanici præcipuis, salutatoqve Lovanii Erycio Puteano, summa in ipsum humanitate uso, iterata demum navigatione in Britanniam, cum Ehringio, appulit. In ista Londini initio, per 5. menses, ut lingvam gentis addisceret, est commoratus, & cum Theod. Mayernio Turqveto, Archiatrorum Regis primicerio, Gvilh. Harveo (cujus novam de circulari Sangvinis motu doctrinam multis postea in Gallia & Italia instillavit, libroqve insigni contra Joh. Riolanum Jun. defendit), Roberto de Fluctibus (cujus ipsi experimenta non satisfecerunt), & Corn. Drebbelio, occultatore secretorum suorum invido, freqventer conversatus. Inde Cantabrigiam, ac, M. Febr. A. 1632., in Acad. Oxoniensem, excurrit, Germanicis, ipso judice, splendore qvidem externo, non autem Virorum doctorum copia, superiorem. Ubi cum nulla in Medicina proficiendi spes a vivis affulceret doctoribus, mortuos consuluit, & e Biblioth. Bodlejanæ, in qvam trimestri se abdidit spatio, voluminibus tanta assiduitate Analecta sua locupletavit, ut parum somno relinqveretur temporis. Ex Anglia A. 1632. in Galliam trajecit, &, Parisiis integro versatus biennio, Medicam suam eruditionem insignibus perfecit augmentis. In Anatomicis Joh. Riolano Juniori (qvi, in ipsius solius gratiam, dissectionem aliqvando instituit publicam), in Botanicis Joh. Robino, Botanico regio, & Renato Morino, hortorum instructissimorum possessoribus, sibi amicissimis, Jacoboqve Cornuto, in Chymicis Gvilh. Davissonio, Scoto, Pet. Joh. Fabro, Valloto, & Joh. Genaudio, Argentinensi, Chirurgo ac Empirico celebri (cujus ædes nosocomium erant a Medicis derelictorum cæteris), plurimum debuit. Genaudii hujus, qvi superstes arcana sua potiora ipsi inviderat, peste extincti MSSta pleraqve & secretiora, remediaqve Chymica rariora ac pretiosiora qvamplurima, partim honorarii loco obtinuit, partim vero, ope Francisci de la Faye, Medici insignis, sumptu sibi comparavit modico, cum, ad indicem medicamentorum ejus, jussu regio, conficiendum, aliis laborem hunc metu contagii detrectantibus, pretio se certo conduci esset passus. Chirurgiæ ibidem plurimum temporis tribuit, &, Chirurgo usus hospite, hunc & collegas ita sibi conciliavit, ut ad omnes ferme illorum consultationes & ἐγχειρήσεις invitaretur, manumqve sæpe operationibus, iis haud invitis, admoveret. Vixit etiam aliqvamdiu in ædibus Honorii (*Honoré*), Chirurgi munere fungentis obstetricio, a qvo ad difficulter parturientes adductus multa rariora observavit. Sedulitatis hujus & dexteritatis in omnibus eximiæ beneficio brevi adeo Lutetiæ inclaruit, ut studiosi variarum gentium plurimi ejus institutionem expeterent, sumptibusqve haud exiguis cadavera, etiam maleficorum, complura, ab ipso dissecanda, coemerent. Imo invitatus est tandem, cum Medici & Chirurgi dissiderent, ad dissectiones, absente Riolano (præter qvem, atqve ipsum, nemo Doctorum Academicorum istis vacabat), publice in theatro instituendas Anatomico, ringentibus Chirurgis & Medicorum non paucis, juvenemqve Germanum Anatomen docere Gallos ægre ferentibus. Vulgi sane Chirurgorum (peritioribus suo eum nihilominus æstimantibus pretio), ne, Parisiis sedem figens, offam sibi præriperet, metuentis, tantam iis incurrit offensam, ut consultationibus illum suis & operationibus non amplius adhiberent. Invidiam hanc declinaturus, A. 1634., cum auditorum suorum non paucis, Anglis imprimis ac Belgis, Lutetia Lugdunum Gallorum abiit, Henricoqve illic Grasio, Medico (cujus ipsi Bibliotheca patebat), & Pauthotio ac Coullerio, Chymicis & Chirurgis peritissimis, usus est familiariter. E qvibus ille universam cum nostro peragrare Hispaniam, nisi bellum Gallico-Hispanicum prohibuisset, constituerat, hic autem, paterno eum amore prosecutus, omnium secretorum fecit participem. Cum Lugduni per tempus qvadrimestre hæsisset, facto per Arverniam, cum Pharmacopoeo Lugdunensi, & Monachis qvibusdam (in qvorum coenobio humaniter habebatur) mendicantibus, itinere, excursionibus in montem Pilati, aliaqve loca, Botanicis sæpius interrupto, per tractus Nemausensem & Arausionensem, sub finem A. 1634., Monspelium appulit. Intima illic gavisus amicitia Laur. Catalani, Pharmacopoei insigni materiæ Medicæ, rerumqve naturalium, qvas in Museum magno congesserat numero, rariorum, peritia conspicui, huic, didactro promisso, ut sibi ac amicis ad accuratiorem simplicium, non ubivis obviorum, cognitionem in privato facem præferret collegio, eademqve simul, e Museo, spectanda, contrectanda & examinanda exhiberet, persvasit. Id qvod tanta ab illo factum est dexteritate, ut Slegelius (cujus schedæ hujus argumenti in Bibliotheca Hamburgensi supersunt), ejusqve exemplo cæteri, differentis sermones atqve observationes calamo excipere non dubitarent. Ibidem, socio Sam. Remmingtoni, Angli, labore adjutus, thesaurum Curationum & remediorum empiricorum practicum, e libris ac MSS. variis, coepit congerere, & e qvotidiana ejus (qvem in Therapevtica Præceptorem, in Chirurgia autem, Anatome & Botanica, discipulum habebat) adeo profecit consvetudine, ut, neminem suorum, in Gallia & Italia, commilitónum plus illo studiis suis emolumenti attulisse, deinceps sit professus. Familiariter qvoqve Monspelii Franc. Ranchino, Laz. Riverio, Bellevallio, Richério, aliisqve Medicis Academiæ ἐξοχωτέροις, nec non Formio, Chirurgo nobili, est usus, &, qvod iter in Hispaniam, licet frustra, meditaretur, lingvæ illius addiscendæ aliqvid temporis impendit. Vernis anni 1635. mensibus Nemausum, antiqvitatum Romanarum rudera spectaturus, & plantarum simul collectioni vacaturus, excurrit, parataqve sibi illic Pistorii & Matth. Gnoccii, Medicorum (qvibus experimenta complura debuit) insignium, ac Sam. Petiti, Ecclesiastæ πολυμαθεστάτου, amicitia, M. Majo Monspelium rediit, ac plantas tractus vicini amoenissimi solicite itidem, cum Joh. Langverio, Raph. Ficheto, aliisqve comitibus, conqvisivit. M. Julio anni 1635. inde Massiliam, ac porro Aqvas Sextias, concessit, ibiqve cum Nic. Fabricio Peirescio, Mæcenate Gallico, qvi eum humanissime excepit, est conversatus, & de rebus naturalibus rarioribus svavissime sermocinatus. Sedani, in convictu Pet. Langverii, Botanici excellentis, literario jam ante conciliati commercio, trimestri hæsit tempore, ductuqve illius (sicut ipse, tum in Vitæ suæ historia, tum in *Programmate* Jenensi anni 1639. Botanico, publice est professus), in plantarum, aliorumqve simplicium, notitia exqvisitiori, incredibile qvantum profecit. Obtulit eidem suam, in edendis operibus ipsius Botanicis, operam, sed conatu, ob mortem, qva paulo post ille occubuit, intempestivam, irrito. Dinium hinc, ut Pet. Gassendum salutaret, perrexit, ac, navi deinde Niceæ conscensa, Genuam trajecit, lustratisqve Portu Liburno, Pisis (ob Pierii Dionysii Velliæ, horto publico præfecti, eximiam in ipsum humanitatem memorandis), Florentia, Bononia, Venetiis, ac aliis tractus Italiæ vicini urbibus, in Academia tandem Patavina substitit. Remmingtonum illic suum iterum amplexus, interiorem sibi Joh. Rhodii, Dani, amicitiam, & summum Viri illustris, Nicol. Contareni, studiis Botanicis addictissimi, qvo Rolfincius etiam gavisus erat patrono, favorem, mox conciliavit. E Professorum prælectionibus Anatomicas imprimis ac Chirurgicas Petri de Marchettis & Joh. Veslingii freqventavit. In cujus dissectionibus cum errores qvidam a nostri discipulis essent observati, & paulo liberius notarentur, ipse hanc illorum παῤῥησίαν coercuit, &, ad honorem debitum Viro tanti nominis exhibendum, eos est hortatus. Consiliarii spartam, a Natione Artistarum Germanica universa sibi decretam, modeste qvidem declinavit, nec tamen impedire potuit, qvin Consiliarius & Bibliothecarius ejusdem Bohemicus, vel invitus, eligeretur. Pleraqve, hactenus narrata, e Vitæ Slegelii Historia ἀνεκδότῳ, qvam ipsemet, aliorum, tam veterum, qvam recentiorum (de qvibus Joh. Jonsius (1.) consulendus), exemplo, scribere cœpit,

(1.) *Lib. 3. de Scriptoribus Hist. Philos., c. 2., p. 222.*

re cœpit, &, ab anno natali 1605. ad 1636. tantum perductam, Bibliothecæ Hamburgensi reliqvit, in compendium contraximus. Qvam, tria tantum priora vitæ complexam decennia, si ulterius, ad obitum usqve, pari diligentia continuasset, & Observationibus Medicis, Physicis literariisqve selectissimis, Pet. Gassendi, *in Vita Nic. Fabricii Peiresciï*, laudabilem haud infeliciter æmulatus industriam, exornare perrexisset, uberiorem haud dubie de se, suisqve in Medicinam ac literas meritis, dicendi suggessisset materiam, & nos ea, qvæ seqventur, e schedis suis palantibus, aliorumqve monumentis, conqvirendi labore levasset. Patavii A. 1636. supremos artis Medicæ honores (ab Adr. Beiero (1.) ad A. 1637. perperam relatos), Præside Collegii Medici Bened. Silvatico, Brabevtaqve Joh. Veslingio, d. 22. Mart. obtinuit (2.). Legi ipse diploma Silvatici de promotione hac membranaceum, Chirographis Nicol. Benzoni, Prorectoris, ac Professorum Medicorum, Joh. Veslingii, Joh. Domin. Salæ, Alpini Alpini, Joh. Bapt. Soncini, Petri de Marchettis, Julii Salæ, Gvidi Ant. Albanesii ac Joh. Franc. Bonardi, confirmatum, qvo amplissimum ei eruditionis eximiæ, in examinibus ostensæ, & expectationis omnium longissime superatæ, perhibetur testimonium. Imo Soncinus perpetuam ejus præsentiam Academiæ suæ, in literis ad illum, d. 2. Nov. A. 1636. exaratis, verbis optare non dubitavit seqventibus: *Utinam Patavinæ Academiæ contingeret aliqvando, ut te profitentem haberet!* Verum alia nostro mens erat, qvi, titulo Doctoris impetrato, Patavio discedens, reliqvam perlustravit Italiam, &, Romæ (ubi se Cassiani a Puteo, Eqvitis doctissimi, consvetudine maximo cum fructu esse usum, in *Programmate* anni 1639. professus est Botanico) Neapoliqve diutius commoratus, salutatis denuo in transitu amicis Patavinis, Germaniam, post septennium apud exteros transactum, A. 1638. repetiit. Vix hanc attigerat, cum Anatomes jam atqve Chirurgiæ in Academia Jenensi Professor, Hortiqve Medici Præfectus, d. 2. Julii eligeretur, & tergemino huic muneri, d. 19. Julii eodem A. 1638. (3.), habita Oratione auspicali de qvæstione: *Liceatne Medicis, tanta muliercularum ignorantia grassante, obstetricum opera defungi?* (4.) præficeretur. Lustro illi unico, singulari diligentia, fide & dexteritate, præfuit, &, sub ipsum ejus aditum, dissectionem corporis humani, in Acroaterio Philosophico, instituit publicam, tessera hac gavisam symbolica: *Subjecta res oculis certum dabit consilium* (5.). Hortum Academicum veterem, seu Rolfincianum, ante octennium laboriose a se adornatum, ulterius colere, illi jam præfectus, sedulo perrexit. Novum insuper, in suburbio situm Zwezeno, & a donatore, Wilhelmo III., Duce Saxo-Vinariensi, Wilhelmitani agnomen adeptum, cum arci (cui Bernhardus II., Wilhelmi filius, A. 1663. eundem restituit) Jenensi ante inservuisset, Academiæ A. 1640. (qvo ejus fungebatur Rectoratu (6.)) primus a Principe hoc exoravit, Medicoqve attributum Collegio herbis ac floribus, exoticis pariter atqve indigenis, instruxit (7.). Reliqva ejus in Musas Salanas merita Joh. Mich. Dilherrus, Philologus & Theologus Jenensis, A. 1643., in *Epistola*, Hier. Prætorii *Philosophiæ Practicæ*, a se recensitæ, & ipsi inscriptæ, præfixa, verbis celebravit seqventibus: *In fronte horum libellorum collocavi nomen tuum, tot notum regionibus. Viderunt enim & audiverunt Slegelium, naturæ arcana rimantem, & hominis artificiosissimam texturam retexentem, Belgium, Anglia, Gallia, Italia. Et, cum tandem Jena, unanimi procerum Academicorum suffragatione, & clementissimo Dnn. Nutritiorum consensu, te doctorem nancisceretur, qvot se tibi debere beneficia confessa est? Non docendo solum singulari ornamento & incremento, sed consulendo etiam, in gravibus periculis, laudabili adjumento, fuisti. Universitatis fundos, dynastiam Rhemdensem, & oppidum Apoldam, cum pagis eo pertinentibus, prudenter gubernasti, causam publicam, apud Duces utrorumqve castrorum, fideliter egisti, &, qvod primo loco ponendum erat, ita Sereniss. Saxoniæ Ducibus te, dotibus animi tui excellentissimis commendasti, ut, licet, non absqve dolore, ex Universitate illustrissima dimitteris, Archiatri tamen & Consiliarii honoribus clementissime ornatus discederes. Sed nolo plura, publice nota, hic recensere. Hoc unum sufficiat: Stante Jena, non cadet fama Slegelii.* Hæc ille suo, & Zach. Prüeschenckii, JCti, Gverneriqve Rolfincii, Medici, in eadem secum versatorum sententia, nomine. Anno sc. 1642. exeunte, Slegelius in civitatem patriam Hamburgensem, a Senatu, ad Poliatri primarii revocatus officium, Jenæ d. 11. Oct. valedixit, sed, ante discessum, a Wilhelmo III., Duce Saxo-Vinariensi, Archiatri & Consiliarii donatus est titulis. Hamburgi Medicus hic consummatissimus praxi artis suæ felicissima, per decennium, inclaruit, bonis omnibus longe gratissimus. Nuptias ibidem, Car. Avantii, Prof. Patavini, Joh. Mich. Dilherri, J. G. Volcammeri & Dan. Wülferi, amicorum Noribergensium, Medicorumqve, qvorum præerat Collegio, patriæ omnium, ornatas Epithalamiis (8.), d. 4. Apr. A. 1643. celebravit cum Elisabetha, Ahasveri, sive Svederi potius Hüpkenii, mercatoris, filia, e qva gnatos qvidem qvatuor, ac puellas duas, sustulit, sed in prima omnes pueritia, illis superstes, extulit. De morte, qva d. 20. Febr. A. C. 1653. (non 1652., qvem Joh. Dan. Major (9.), eumqve secutus G. M. Kõnigius (10.), substituunt), ætatisqve 48., occubuit, immatura, ejusqve causa, diversæ apud diversos occurrunt narrationes. Rumor vulgaris percrebuit, scriptis multorum confirmatus publicis (11.), mihiqve ipsi olim (12.) fide visus haud indignus, Slegelium, cum cadaver malefici, a magistratu impetratum, tertio a suspendio die, dissecare esset aggressus, &, sectionem continuaturus, postridie ad illud rediret, colapho a brachio furciferi, sponte atqve αὐτομάτως in caput suum prolapso, sibi inflicto, perterritum, eadem luce in morbum incidisse lethalem, hujusqve die 17mo expirasse. Non deerant, inter plebejos, homines superstitiosi, qvi revixisse maleficum credebant. Fuere & inter cordatiores, qvi reliqvias qvasdam vitæ in eodem, laqvei violentia non omnino extincto, per integrum delituisse qvatriduum, & motum hunc brachii produxisse, arbitrarentur, ipsiqve Thomæ Bartholino imponerent, in *Diss. de Vasis lymphaticis*, A. 1653. edita, sic scribenti (13.): *Ipsa hac hyeme Slegelius, Anatomicus Hamburgensis, graviter decubuit, qvod, admota novacula, furciferum, in mensa Anatomica, cum horrore viderit se moventem.* Dissenserunt ab his, qvi, cum Joh. Dan. Majore (14.) & Joh. Val. Willio (15.), cadaver vitæ omnis fuisse expers statuerunt, motum autem brachii, qvod, pridie dorso substratum, tota nocte tensionem musculi pectoralis perpetuam sustinuerat, ad anteriora resilientis, violentum, a causa naturali, subita scilicet musculi illius contractione, derivarunt. Licet autem, ex hactenus allegatis, causam motus istius alii aliam comminiscerentur, pleriqve tamen terrorem, qvem nostro is incussisse ferebatur, morbum ipsius fatalem mortemqve accelerasse, cum vulgo Hamburgensi (16.), existimabant. Verum, si Joh. Placcium, Poliatrum, cæterosqve Medicos Hamburgenses, qvi dissectioni interfuerunt, & Bartholinum, rumori credulum, de errore suo, per discipulos ipsius, Mich. Lyserum (17.) & Henr. a Moini-

(1.) *in Syllabo Proff. Jen. p. 887.* (2.) V. Carmina Gratulatoria Joh. Rhodii, Henrici Lutterloh & Joh. Georg. Wirsungi, Patavii A. 1636. in 4. excusa. (3.) V. M. Adr. Beieri *Architectum Jenensem, c. 57., p. 722. 723.* (4.) V. *Programma* ejus Jenense, illi A. 1638. præmissum. (5.) V. Adr. Beieri *Archit. Jen., c. 54., p. 661.* (6.) V. Beieri *Syllabum p. 255.* (7.) V. Beieri *Syllabum p. 885. 927. 928.*, & *Archit. Jen., c. 25. p. 311., ac c. 57., p. 718.* (8.) Prodiere illa, partim Hamburgi A. 1643., partim Noribergæ A. 1644., in 4. (9.) *in Historia primæ Anatomes Kiloniensis p. 11.* (10.) *in Biblioth. Vet. & nova p. 760.* (11.) V. Thomæ Bartholini *Tr. de Vasis lymphat., c. 4. Or. 36. p. 210., & Diss. de Peregrinat. Med. p. 13.*, J. D. Majorem & G. M. Königium *ll. cc.*, Joach. Viti Wigandi (sive Joh. Val. Willii) *Diss. II. de Philiatrorum Germanorum itineribus p. 156.*, J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1044.*, & W. H. Adelungii Histor. Beschreibung der Stadt Hamburg, *ad A. 1653., p. 124.* (12.) *P. II. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 3., p. 210.* (13.) *c. 4.* (14.) *l. c.* (15.) *l. c.* (16.) V. Henr. a Moinichen Epist. ad Th. Bartholinum, A. 1654. scriptam, *Cent. II. Epp. Med. Bartholini, n. 50., p. 570.* (17.) V. Lyseri Ep. ad Bartholinum d. 15. Jun. A. 1653. (in cujus locum typographi incuria 1652. substituit) exaratam, *Cent. II. Epp. Med. Barthol., n. 25., p. 483.*

a Moinichen (1.), A. 1653. ac 1654. amice monuerunt, audias, rumor iste, de alapa Slegelio inflicta, & orto hinc terrore lethali, falsissimus fuit, & ab invidis confictus, nullumqve vel minimi motus indicium, in cadavere, cum dissecaretur, a qvoqvam est observatum. Imo perhibetur ab iisdem Slegelius, jam ante Anatomen, de adversa conqvestus esse valetudine, & altero, post sectionem inchoatam, die in febrim incidisse exanthematicam, sive petechialem malignam, morbum Hamburgi tunc epidemium (2.), illaqve, cum per XVII. dies decubuisset, expirasse. Moribundus, in tabulis voluntatis ultimæ, qvod ἄπαις decederet, Bibliothecam instructissimam, MSSta sua, & omnem rerum naturalium atqve artificialium rariorum, Organorumqve Anatomicorum ac Chirurgicorum, apparatum, Bibliothecæ urbis Hamburgensis legavit publicæ, & turrim insuper sacram, nuper extructam, campanis Musico-Harmonicis, sumptu suo, jussit exornari.

Conferantur de Slegelio (de cujus Historia vitæ propriæ ἀνεκδότῳ supra est dictum), præter alios, jam allegatos, Epicedia, ei scripta, M. Adr. Beieri *Syllabus Professorum Jenensium p. 255. 770. 884. 885. 927. 928.*, & *Architectus Jenensis vernaculus, c. 25. p. 311., c. 54. p. 661., c. 55. p. 681., c. 57. p. 718-723.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1653.*, Joh. Ant. Lindani *Lib. I. de Scriptt. Med. p. 509.*, Georg. Abr. Merclini *Lindenius renovatus p. 569.*, Casp. Hofmanni *Præfatio Rejectaneorum Pathologicorum*, & Carmen ad illum de αὐταρκίᾳ, in *Centuria II. Poematum sacrorum*, Altorfii A. 1651. editorum, *num. 178.*, obvium, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1044.*, *Isagoge* mea *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 8., §. 3., p. 210., ac P. IV., c. 10., §. 28., p. 620.*, & Joh. Casp. Zeumeri *Vitæ Proff. Med. Jen. p. 41. 42.*

Inscripserunt ei Epistolis peculiaribus Casp. Hofmannus, Med. Prof. Altorfinus, *Pathologiam parvam*, Jenæ A. 1640. *in 8.*, Joh. Mich. Dilherrus *Philosophiam Practicam* Hier. Prætorii, a se recensitam, Noribergæ A. 1643. *in 12.*, & Christoph. Schelhammerus, civis ipsius, & in professione Medica Jenensi successor, *Disp. Inaug. de Ictero*, Basileæ A. 1643. *in 4.* editam. Præter ea, aliæ ad illum Epistolæ Casp. Hofmanni, Gothofr. Mœbii, Gvern. Rolfincii, Joh. Placcii, Joh. Marii (*Poliatri Ulmensis*), Theod. Konerdingii, Joh. Veslingii, Joh. Bapt. Soncini, Joh. Rhodii, pluriumqve Germaniæ & Italiæ Medicorum, ἀνέκδοτοι, inter MSSta ejus, in Bibliotheca asservantur Hamburgensi.

ELOGIA.

Joh. Mich. Dilherri judicium de illo honorificum in Vitæ jam exhibuimus historia, Joh. Riolani Jun. autem, e Præceptore adversarii, Censuras, in qvibus Senex morosus auditorem hunc suum vel invitus laudibus ornavit eximiis, melle simul atqve felle aspersas, infra, *in Commentationis de Sangvinis motu* recensu, itidem recitabimus.

Casp. Hofmanno (*in Carmine modo laudato*) *Amicorum* audit *decus veterrimum*, ac (*in Epistolis ad T. Reinesium p. 1.*) *Vir Cl. & filiali sibi amore proseqvendus.*

Herm. Conringio (*in præf. libri de Sangvinis generatione & motu, ac in Epistolis p. 105.*) *Vir ingenio & judicio insignis*, ac (*in Introd. ad artem Med., c. 4., p. 110.*) *longiore vita dignissimus.*

Petro a Castro, Med. Prof. Patavino (*in Bibliotheca Medici eruditi p. 38.*), *Vir doctissimus.*

Christ. Langio, Prof. Med. Lipsiensi (*in Diss. de lacte humano, §. 14.*), *Vir famigeratissimus.*

Thom. Bartholinus, *in Tr. de vasis lymphaticis in brutis, c. 4.*, *eum Virum ad Anatomes gloriam natum*, &, *in Defensione dubiorum Anatomicorum de lacteis thoracicis, c. 5.*, *Virum solidæ eruditionis, & naturæ non fictum fautorem, præpropera morte cœtibus eruditorum non ita pridem ereptum*, appellat; in *Consilio autem de Peregrinat. Medica p. 11.*, locum illi tribuit inter *prosectores clarissimos, nostro seculo in cultioribus regnis Europæis florentes, & exterorum studia ad se allicientes.*

Theod. Konerdingius, Archiater Brunsvico-Hannoveranus, in Epist. ad illum ἀνεκδότῳ, A. 1647. scripta, his eum verbis compellavit: *Insignis tua eruditio, & sollicita industria, in Galliis & Italia, unde paulo ante adventum meum discesseras, laudata mihi sæpius est ab amicis tuis (Dn. Veslingium, Rhodium, Corvinum, Pharmacopœum Romanum, & alios, puto); &, postea in Germaniam redux, apud venerandum senem Altorfinum, Casp. Hofmannum, expertus sum, qvam ille virtutes tuas æstimarit. Scio &, qvanti te faciat Herm. Conringius, Vir celeberrimus, & amicus tuus summus.*

Joh. Dan. Major (*in Historia primæ Anatomes Kiloniensis p. 11.*) *Medicum* eum vocat *clarissimum, Anatomicumqve insignem*, & (*in Defensione Chirurgiæ infusoriæ, Dub. 10., §. 17.*) *clarissimis Germaniæ superioris Anatomicis* annumerat.

Georg. Frid. Laurentio (*in præfat. Exercc. in Aphorismos Hippocratis, lit. d. 1. a.*) *Ornamentum* audit *artis Medicæ, Virqve tam in inveniendo ingeniosissimus, qvam operando felicissimus, & ad invidiam doctus.*

Joach. Vito Wigando, sive Joh. Val. Willio (*Diss. II. de Philiatr. German. itineribus p. 156.*), *Anatomicus doctissimus.*

Günth. Christoph. Schelhammero (*in Introd. ad Physiologiam p. 25.*) *Vir insignis.*

SCRIPTA EDITA.

Problema, an Spiritus nutriatur externo aere? Præside D. Casp. Hofmanno. Altorfii 1627. in 4.

Disp. de Hydrope, Præside D. Gvern. Rolfincio. Witeb. 1628. in 4.

Disp. de Suffocatione uterina, pro loco in Collegio Medico habita. Jenæ 1638. in 4.

Disp. de Dentibus. Jenæ 1639. in 4.

Disp. de natura Lactis, Resp. Joh. Theod. Schenckio (*postea Prof. Jen. Medico*). Jenæ 1640. in 4.

Disp. de Erysipelate. Jenæ 1640. in 4.

Disp. de Hydrophobia, seu rabie contagiosa. Jenæ 1640. in 4.

Ophthalmographia & Opsioscopia, Resp. Christoph. Schelhammero (postea Prof. Jen. Medico). Jenæ 1640. in 4.

Disp. de saluberrimo delectu Venarum in corpore humano secandarum. Jenæ 1641. in 4. (Commendatur a Joh. Dan. Horstio *in Manud. ad Medicinam.*)

Disp. de Epilepsia, Resp. Giliano Gartzio, Hamburgensi. Jenæ 1642. in 4.

Disp. de Lue Venerea. Jenæ 1642. in 4.

Disp. de Qvartana intermittente. Jenæ 1642. in 4.

Commentatio de Motu Sangvinis, in qva præcipue in Joh. Riolani Jun., V. C., sententiam inqviritur; ad D. Christoph. Schelhammerum, Prof. Med. Jenensem, & D. Gilianum Gartzium, Med. Hamb., Anatomicos exercitatissimos (*Autoris olim discipulos*). Hamburgi 1650. & 1652. in 4. Tractatui huic, in qvo Gvilh. Harvei de Sangvinis circulatione doctrinam, contra Joh. Riolani Jun., Præceptoris sui, *Anthropographiam denuo recognitam*, modeste defendit, præmissum est Carmen prolixum encomiasticum Mich. Kirstenii, Prof. Hamburgensis, qvem deinceps illum, veluti a se, Slegelii tunc domestico, suppeditatis ab hoc aliqvot tantum experimentis, elaboratum, sibi vindicasse Vinc. Placcius

(1.) *in Epist. num. 16. pag. præc. citata, p. 569. 570.* (2.) V. Joh. Dan. Majorem *loco num. 9. p. pr. citato.*

(*T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 560.*) perhibet, sed mihi non persvadet. Thom. Bartholinus, *in Defensione dubiorum Anatomicorum de lacteis thoracicis, c. 5.*, ita de illo: *Riolani circulum, circulatoribus qvam Anatomicis digniorem, singulari dexteritate delevit & expunxit P. M. Slegelius, Vir solidæ eruditionis & naturæ non fictus fautor, præpropera morte cœtibus eruditorum non ita pridem ereptus; nec ad tanti Viri argumenta qvidqvam, qvod stringeret, hactenus reposuit Riolanus, qvanqvam magistraliter, sed acerbius, more suo, contra discipulum disputarit.* Vopiscus Fortunatus Plempius, Prof. Lovan., in *Fundamentis Medicinæ auctis*, valde eundem effert, seqve, Riolani circulationem chimæricam scripto itidem impugnaturum, viso *solidissimo* hoc *opusculo*, cum nihil posset addi, labore isto supersedisse fatetur, testibus Bartholino *l. c.*, & Mart. Bogdano, in Epistola ad Bartholinum (*Centuriæ II. Epp. Med. Bartholini inserta*), *p. 526.* Joh. Dan. Major, *in Diss. de aurea Jovis Catena, c. 11., §. 14.*, seqventi eundem ornat elogio: *Universum negotium circulationis Sangvinis accurate, si qvisqvam alius, in compendium redegit P. M. Slegelius in pererudita, qvam scrupulosis Riolani disputationibus opposuit, de Sangvinis motu Commentatione.* Commendatur etiam ab Herm. Conringio (qvo judice Autor novam Riolani de Circ. sangv. sententiam *doctissime* refutavit) *in Introd. ad art. Med., c. 4., p. 108. 110.*, Pet. a Castro *in Biblioth. Medici eruditi p. 38.*, & Günth. Chr. Schelhammero (cui *opus* audit *præclarum*) *in Introd. ad Physiologiam p. 25.* Reposuit illi Riolanus *Defensionem adversus P. M. Slegelii de motu Sangvinis inqvisitionem*, in *Opusculis Anatomicis variis ac novis, de Sangvinis imprimis motu, ejusqve circulatione vera, ex doctrina Hippocratis, agentibus*, Lutetiæqve A. 1652. *in 12.* excusis, *p. 225-354.*, publicatam, de qva Bartholini paulo ante recitavimus judicium. Solita ille maledicentia in Slegelium, elogiis tamen passim ornatum insignibus, debacchatur; ac, *in præfatione*, cum *Medicum* eum vocasset *eruditissimum*, sed indolis litigiosæ simul accusasset, dictatoriam hanc de illo, scriptoqve ipsius, fert sententiam: *Slegelius, Vir doctus, & peritus Anatomicus, est subtilis Sophista, maximus vitiligator, qvi in festucis colligendis occupatur, dum micrologiam affectat, & in scirpo nodos qværit. Est verbosissimus & scribacissimus, cujus liber 16. folia integra continet, qvæ poterat 5. foliis exprimere. Diffusa oratione describit, qvæ poterat tribus vel qvatuor lineis explicare.* Qvibus aliisqve ἐγκλήμασι futilissimis facile a Slegelio potuisset respondere, nisi mors immatura seqventi anno 1653. terris illum eripuisset.

Adversaria Memorabilium Medicorum, Georg. Hier. Welschii *Consiliorum Medicinalium Centuriis IV.*, Ulmæ A. 1676. *in 4.* excusis, adjecta. V. G. A. Merclini *Lindenium renovatum p. 869.*, & H. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1653.*

Programma de selectioribus rei herbariæ Scriptoribus, Hortisqve Medicis potioribus, lectionibus Botanicis præmissum. Jenæ 1639. in 4.

Programmata qvædam alia Jenensia.

Programma administrationi Anatomicæ præmissum. Hamburgi 1653. in 4. Recusum istud est A. 1715. in Joh. Alb. Fabricii *Mantissa Memor. Hamburg. p. 410-416.*

Carmen, Joh. Veslingii *Observationibus de Plantis Ægyptiacis*, Patavii A. 1638. *in 4.* excusis, præfixum.

Disputationes Medicæ Inaugurales, illo Præside propositæ.

Frid. Balduini, Witebergensis, de Calculo renum & vesicæ. Jenæ 1638. in 4.

Christoph. Pauli Tham, Sondershusa Schwartzburgici, de Empyemate. Jenæ 1639. in 4.

Gotfr. Vogelii, Hayna Misnici, de Palpitatione cordis. Jenæ 1639. in 4.

Joh. Wilibaldi Höpneri, Palatini, de Hæmorrhagia in genere. Jenæ 1640. in 4.

Joh. Dammenhanii, Altenburgensis, de Hydrope Ascite. Jenæ 1640. in 4.

Ad. Haberkornii, Cizensis, de affectione Hypochondriaca. Jenæ 1641. in 4.

Joh. Aug. Windorferi, Moravi, de Ileo. Jenæ 1642. in 4.

SCRIPTA INEDITA.

I. QVÆ IN BIBLIOTHECA PUBLICA HAMBURGENSI SUPERSUNT.

1. Historia Vitæ propriæ imperfecta, de qva supra jam dictum.
2. Herbarium vivum, summa congestum industria, & in VI. Pemptadas librorum, totidemqve Volumina grandia, distributum, qvorum Primum libris V. Alphabetico plantas singulas, una cum genere & similitudine conjunctis, sistit ordine; Secundum 1. Violas, floresqve his cognatos, 2. Flores ex Bulbis, 3. Flores sylvestres, 4. Herbas odoratas & coronarias, 5. Plantas umbelliferas; Tertium 1. Radices, 2. Herbas purgantes, 3. Convolvulos, & plantas aliis innitentes stirpibus, 4. Herbas deleterias & perniciosas, 5. Filices, muscos & Fungos; Qvartum 1. Frumenta, 2. Legumina, 3. Vitia frugum, 4. Gramina & trifolia, 5. Plantas aqvatiles & palustres, Qvintum 1. Herbas edules, 2. Cucumerarias & fructus herbaceos, 3. Bulbos esculentos, 4. Oleracea, qvæ ad ciborum condituram adhibentur, 5. Carduos; & Sextum denique 1. Frutices spinosos, 2. Frutices non spinosos, 3. Arbores fructiferas, 4. arbores sylvestres, ac 5. perpetua fronde virentes, coniferas resiniferasqve, exhibet. Laudes ejus in C. H. E. D. *Relatione de itinere suo Anglicano & Batavo*, A. 1710. edita, *p. 22.*, invenies.
3. Prælectiones Botanicæ Jenenses, in fol.
4. Anthropographiæ liber tertius, in 4.
5. Gvern. Rolfincii Dissertationes Anatomicæ, notis a Slegelio auctæ, in 4.
6. Memoriale pro dissectionibus Anatomicis, in 8.
7. Dictionarium Anatomicum Latino-Germanicum.
8. Syntagma Exordiorum Anatomicorum, seu Dissertationum dissectionibus præmissarum, in 4.
9. Discursus Anatomicus de Oculorum structura & actione, in 4.
10. Tr. de Venis, arteriis & nervis.
11. Tr. de Musculis, in 4.
12. Observationes de Ovo, in 4.
13. Lib. I. & III. de Bile, in 4.
14. LLCC. Medicinæ Practicæ, ex variis collecti Autoribus, in 4.
15. Consultationum Medicinalium Liber I., cum præfatione de Consultationibus in genere, earumqve utilitate, nobilitate & necessitate, in 4.
16. Consultationum & Observationum Medicarum ingens fasciculus, in 4.
17. Idea Sanitatis & morborum, in 4.
18. Febrium curandarum methodus, in 4.
19. Collectaneorum Medicorum Volumina complura, in 4.
20. Variarum Historiarum & Observationum Medicarum, apud exteros observatarum, & ab amicis communicatarum, Volumina duo, in 8.

21. Obser-

21. Observationum Chirurgicarum, Anatomicarum & Practicarum, Fasciculi complures, in 4.
22. Observationum Chymicarum aliqvot Volumina.
23. Beschreibung allerhand Chymischer Medicamenten, in 4.
24. Explicationes vocum Medicinæ difficiliorum, in 4.
25. LLCC. reales Scriptorum de argumentis Medicis, in 4.
26. Catalogus Autorum rariorum, præsertim Medico-Physicorum, Alphabeticus, in 4.
27. Index Plagiariorum, præcipue Medicorum, in 4.
28. Orationes IV.: 1. Auspicalis de Vetustissimæ saluberrimæqve Artis obstetriciæ scientia & usu, Obstetricum erroribus, & qvæstione: Liceatne Medicis, tanta mulierculanum grassante ignorantia, obstetricio defungi munere? Jenæ A. 1638. habita (*qvam MStam Norobergæ etiam a D. Gotfr. Thomasio asservari Rud. Mart. Meelführerus, in Accessionibus ad Jansonii Biblioth. latentem & promissam, p. 138., testatur.*); 2. de Medicorum in bellis necessitate, in qvinqve Candidatorum promotione dicta; 3. de loco Siracidis: *Qui peccat in Creatorem, incidit in manus Medici*; in trium Candidatorum promotione recitata; 4. de Oeconomia Medicorum circa ægrotantes, sive officiis erga illos; in 4.
29. Fasciculus Præfationum, Disputationibus præmissarum, in 4.
30. Tractatio de variis Philosophorum Sectis, in 4.
31. Acta Rectoratus, qvo Jenæ A. 1640. est functus, Academici, in 4. (Monendum autem, esse, e MSStis hisce, mihi visis, qvædam juvenilia, minusqve elaborata, qvædam manca aut imperfecta, qvædam in privatos tantum usus congesta, nec editioni destinata. Sunt etiam, de qvibus dubito, an Slegelium revera agnoscant Autorem, an vero manu illius tantum sint exarata. In qvem censum inprimis refero, qvæ numeri 4. 11. 13. 17. 18. 30. exhibuere.)

II. AFFECTA ET PROMISSA (quæ an supersint ambigo).

1. Tr. de insigni Plantarum & Animalium venenatorum usu, in *Vitæ suæ* ab ipso memoratus *historia*, ubi Observationes se qvasdam, ei inservituras, Diniæ Gallorum collegisse testatur.
2. Tractatus de Consensu partium in Corpore humano, in qvo docetur vera medicamentorum externorum & internorum applicandorum ratio.
3. Colloqvia herbas investigantium.
4. Tr. de studio Medico docendo & discendo, in qvo simul de Academiarum restauratione, & abusu profitentium, agitur.
5. de Chirurgia apud Germanos excolenda.
6. Observationes de Obstetricum ignorantia.

[Qvinqve his scriptis posterioribus *se manum imposuisse* (incertum an ultimam), in *Catalogo MS. Autorum rariorum*, perhibet.]

M. NICOLAUS JOHANNES a SLICHTEN, Dithmarsus, Pastor in Palatinatu Electorali Eicholzheimensis.

Disp. de Sacramentis in genere, & in specie de Baptismo ac S. Cœna, Præside Qvirino Reütero, Th. D. ac Prof., proposita. Heidelbergæ 1610. in 4. (In hujus titulo *Nicolaus Johannis* tantum appellatur.)

Leichpredigt über Friderich Pleicard Landschaden von Steinach, auf Eicholzheim, auß Rom. VIII. 15. 16. 17. Heidelb. 1618. in 4.

JOHANNES GEORGIUS SLÖTEL, Hamburgensis, Med. D.

Disp. Inaug. de pravitate Sangvinis, Præside D. Bernh. Albino. Francofurti ad Viadrum 1689. in 4.

DAVID MATTHIAS SLUTERUS, Hamburgensis, JCtus.

Leben Matthæi Sluteri, J. U. D. und Hamburgischen Rahtsherren. Prodiit Hamburgi A. 1723., *Volumine V. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 427-439.*

JOHANNES SLUTERUS Junior, Hamburgensis, Matthæi, J. U. Doctoris & Senatoris, filius, ipse etiam J.U. Doctor (Giessæ d. 19. Oct. A. 1707., Academiæ Jubileo, creatus) ac in patria Practicus, &, ab anno 1719., Syndicus. V. *Nova Germaniæ literaria, M. Febr. A. 1708., p. 67.*, & *Nova literaria Lubecensia, M. Apr. A. 1700., p. 121. 122.*

Disp. de Fratris germani Qverela inofficiosi adversus qvoscunqve, Præside D. Joh. Nicol. Hertio proposita. Giessæ 1705. in 4.

Disp. Inaug. de Responsis Mercatorum. Giessæ 1706. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 20.*

MATTHÆUS SLUTERUS, Hamburgensis, Johannis, J. U. Doctoris ac urbis istius initio Advocati, deinde Tribunalis regii Wismariensis Assessoris, nec multo post aulæ Güstrovio Megapolitanæ, tandemqve Consiliarii ac Consulis Hamburgensis (*Tomo II. fusius celebrandi*), filius ex Elisabetha, Matthæi Traineri, Patritii Noribergensis & JCti Hamburgensis, gnata, natus d. 15. Aug. 1648., post studiorum in schola Wismariensi tyrocinia, cum fratre Severino Walthero (*de qvo statim dicetur*), A. 1668. in Acad. Jenensem, & A. 1669. in Altorfinam, abiit, domesticoqve Joh. Musæi & Joh. Conr. Durrii, Theologorum, gavisus convictu, JCtos utriusqve audivit celeberrimos. Germania deinde Belgioqve fœderato lustratis, Güstrovium ad parentes rediit, & illic, titulo Doctoris A. 1673. Rostochii reportato (1.), Praxi, in Cancellaria Megapolitana, vacavit forensi (2.). Eandem, ex itinere ad Gallos, aliosqve exteros, A. 1679. finito (3.), reversus, in urbe patria Hamburgensi, ducta illic A. 1681. uxore Agnete Mölmannia, Georg. Lessii & Barth. Phil. Meureri, JCtorum istius, vidua, continuavit, donec d. 10. Aug. A. 1703., conjugi, 4. liberos enixæ, fatali, in ordinem ejusdem eveheretur Senatorium. Syndicus civitatis hujus patriæ A. 1701. (qvo tamen dignitatis istius eum Candidatis adscriptum fuisse accepi) a Georg. Ern. Stahlio (4.), Consul autem A. 1704. a Jac. Bernhardo (5.), perperam est appellatus. Obiit d. 20. Nov. A. C. 1719., & ætatis 72., patriæqve Johannem filium, J. U. D. ac Syndicum illius, reliqvit.

De Vita ejus, scriptis ac laudibus, fusius sunt commentati David Matthias Sluterus, JC., in Biographia Germanica, qvæ A. 1723. Hamburgi, *Volumine V. Memoriarum Hamburgensium*, Joh. Alb. Fabricii *p. 427-439.*, prodiit, & M. Joh. Christoph. Krüsicke, Ecclesiastes Hamburg. Petrinus, in Carmine funebri elegiaco, Notis illustrato, qvod in eodem, p. 440-462., est recusum.

(1.) V. D. Christ. Woldenbergii, JCti Rostoch., *Programma, Disputationi ejus Inaugurali præmissum*, in qvo hactenus narrata fusius exponuntur. (2.) V. Henn. Wittenii *Centuriam memoriæ Theologorum renovata, Dec. VIII.*, *p. 1048.* (3.) V. Sev. Walth. Sluteri *Propylæum Historiæ Christianæ p. 70.* (4.) *Tomo III. Observationum literariarum Halensium selectarum, Obs. XX., p. 394.* (5.) *in Novellis reip. lit. Gallicis, M. Aug. A. 1704., p. 197.*

Confer de illo, ejusqve scriptis, Christ. Woldenbergii *Programma citatum*, *Nova Literaria Lubecensia, M. Apr. A. 1700., p. 122. 123.*, & *Nova literaria Germanica, M. Febr. A. 1703., p. 76-79.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Jure accrescendi, Præside D. Ern. Cregelio. Altorfii 1670. in 4.

Disp. de Actu judiciali extremo, seu Executione, tam criminali, qvam civili, Præside D. Henr. Rud. Redekero. Rostochii 1672. in 4.

Disp. Inaug. de Successione extraordinaria, Præside D. Christ. Woldenbergio. Rostochii 1673. in 4.

Justinianus defensus, in Athenæo Güstroviensi, Respondente Dav. Slutero, fratre, exhibitus. Güstrovii 1677. in 4.

Sciagraphia Bibliothecæ Patrum maximæ, Tomis XXVII. Lugduni Gallorum A. 1678. publicatæ, Sever. Walth. Sluteri, fratris, *Propylæo Historiæ Christianæ*, Francofurti A. 1680. *in 12.*, & Lüneburgi A. 1696. *in 4.*, excuso, subjuncta.

II. GERMANICA.

Tractätlein von einer zu Recht beständigen Gewohnheit. Hamburgi 1694. in 4.

Vorstellung der Uhrsachen des strengen Winters und täglichen Gewitters der Jahre 1694. und 1695., nach William Cocks, Englischen Mathematici, Grundregeln. Hamb. 1695. in 8.

Aspectenzeigere über die Jahre 1696. 1697. 1698. 1699. 1700. 1701. 1702. und 1703., in einem ieglichen derselben Jahre einzeln außgegeben; samt einer ihnen allen miteinander beygedruckten Vorrede, worauß ein ieder, der Sternkunst sonst unerfahrner und ungelehrter, gar leicht erkennen kan, wie man, nach William Kocks, eines Engelländischen Mathematici, wenigen, gar leicht zu behaltenden, Grundregeln, von dem Gewitter vorher urtheilen möge. Hamburgi 1696-1703. in 8. Scripta hæc, diversis annis edita, in qvibus tempestatum in singulis vicissitudines, e Planetarum mutuis aspectibus, juxta Wilh. Kockii, Angli, Axiomata meteorologica, plenius simul illustrata, sunt prædictæ, ob accurationem, & certitudinem exqvisitam, doctrinæ huic crebris experimentis, atqve observationibus ingeniosis, conciliatam, fuse commendat, judiciumqve suum aliqvot anni 1701. exemplis confirmat, Autor (*qvi Georg. Ern. Stahlius est, Med. D. & Prof. Halensis*) Observationis XX. *Tomi III. Observationum selectarum Halensium, ad rem literariam spectantium*, A. 1701. editi (*de Meteorologia Cokio-Sluteriana*), *p. 391-404.* Qvi etiam *p. 404.* promisit, se *Cokio-Sluteriana ista artis hujus fundamenta & experimenta concinnaturum, & sub ordinem aliqvem distributurum, ut tanto commodius, sub variis schematibus, curiosis qvibuslibet inservire, adeoqve ulteriori elucidationi experientiæ via sterni possit.* Qvod factum est in der Einleitung zu der neuen Meteoroscopia, oder Witterungsdeutung nach William Kocks Grundregeln und D. Matth. Slüters Anmerckungen, qvam 1715. in 8. prodiisse e Catalogo qvodam didici. Commendat eadem, & Sluterum einen vortreflichen Meteoristen, der dis Studium zu einem höhern Grad der Wissenschaft zu bringen sich angelegen seyn lässet, appellat, Dethl. Cluverus *in Nova Crisi temporum, Tomo I., sive A. 1700., n. 33., p. 263. 264.*

Summarischer Abriß des Tractates von denen Erben in Hamburg, nach seinen Theilen, und derselben Capitteln. Hamb. 1698. in fol.

Historisch-und Rechtsbegründeter Tractat von denen Erben in Hamburg, derer Achterfolgung, und Loßkündigung der darinn versicherten Gelder. Hamburgi 1698. & (solo primo qvaternione recuso, novoqve titulo eines Historischen und rechtsbegründeten Tractats von unbeweglichen Gütern, nach den Sächsischen, Hamburger und Keyserlichen Rechten, in prioris locum substituto) 1709. & 1715. in 4. Opus VII. constans partibus, qvarum secunda de re cerevisiaria, & tertia de foris ac plateis urbis Hamburgensis, lectionem præ cæteris merentur. Σκιαγραφίαν illius, tum in scripto præcedenti vernaculo, tum *in Actis Erud. Lipsiensibus, M. Febr. A. 1699., p. 77-81.*, invenies. Commendatur etiam a Christ. Gryphio (*multa* in eo occurrere *memorabila* judicante), *in Diss. Isagog. de scriptoribus seculi XVII. Historicis, c. 2., p. 88.*, & Sam. Reyhero *in Hist. Juris univers., c. 44., p. 355. 356.*

Tractat von dem Entsetzungs Processe, welcher gemeiniglig bey der Achterfolgung der Erben in Hamburg vorkommt: Mit Responsis der Kielischen Juristen-Facultät und D. Sam. Strykii. Hamb. 1699. in 4. V. de illo *Nova Lit. Germ., M. Febr. A. 1703., p. 79.*

Tractat von der Eheleute Erbrechte, so wol in gemeinen Keyserlichen, als Sächsischen Rechte, begründet; wobey erwiesen wird, daß selbiges Recht auch in den Hamburgischen Ländern, Billwarder, Ochsenwarder, &c., Statt habe: Samt einer Historischen Vorrede, worinn mit mehrerm gezeiget ist, wie die Sachsen einen großen Theil von Europa nach und nach erstritten, und dahero das Sachsen Recht an vielen Orten, auch außerhalb Sachsen, angenommen und noch im Brauche sey. Hamb. 1700. in 8. V. de illo *Nova Lit. Lubec., M. Oct. A. 1700., p. 316. 317.*, & *Nova Lit. Germ., M. Febr. A. 1703., p. 79.*

Tractat von Verlaßungs Rechte, nach den Sächsischen, Lübeckischen und Hamburger Rechten. Hamb. 1703. in 4. Capitum hujus de Resignationis jure libri argumenta, iisdem verbis, enarrant *Nova Literaria Lubecensia, M. Dec. A. 1702., p. 375. 376. 377.*, & *Nova literaria Germanica, M. Febr. A. 1703., p. 76. 77.*

A Dav. Matth. Slutero *l. c.* seqventia ejus memorantur ἀνέκδοτα:

1. Der Hamburgische Richter.
2. Anmerckungen über den in Hamburg üblichen Proceß.
3. Annotationes ad P. I. Statutorum Hamburgensium, vom gerichtlichen Processe.
4. Nachricht von den Hamburgischen die Arresta betreffenden Concordaten.

Promissus præterea ab illo est, *in Tractatu* von den Erben in Hamburg, *P. VI., Tit. 23., p. 1002.*, Tractatus Juridicus vernaculus von Tilgung alter Pöste.

SEVERINUS WALTHERUS SLUTERUS, Hamburgensis, d. 12. Jan. A. 1646. in lucem editus, eosdem, qvos duo Jurisconsulti præcedentes, natu ipso minores, parentes habuit, avoqve M. Severino Slutero, Antistiti ædis Jacobææ Hamburgensi, fuit ὁμώνυμος. Studio a parentibus, qvorum primogenitus erat, consecratus Theologico, illud, post literarum rudimenta in scholis Hamburgensi, Lubecensi ac Wismariensi, ipsi instillata, Rostochii, ab A. 1665., Jenæ, ab A. 1668., & Altorfii, ab A. 1669., Aug. Varenii, Joh. Musæi & Joh. Conr. Durrii, Theologorum in tribus his Academiis celebrium, convictor, eorundem atqve Collegarum ductu, diligenter excoluit. A. 1670., Matthæo fratre comite, Germaniam superiorem, Belgiumqve foederatum, itinere peragravit literario, Virisqve Academiarum & urbium præcipuarum eruditis, etiam ἀλλοφύλοις, ac, hos inter, Christoph. Sandio & Dan. Zwickero, Trinitatis hostium in Batavia promachis, familiariter innotuit. Itinere hoc finito, Güstrovium ad parentem reversus, Licentiati Theologiæ titulum A. 1672. in vicina Academia Rostochiensi exambiit, seqventi autem 1673. professione S. Lit. in eadem ordinaria, Gustavi Adolphi, Ducis Megapolitani (cui pater a consiliis erat intimis), potitus est beneficio, & hanc d. 11. Dec. solenni *de difficultate studii Theologici* oratione auspicatus. Spartam istam sacram ornaturus, prælectionibus publicis

publicis Paulinam ad Titum illustrare coepit Epistolam, privatis autem Historiam Ecclesiæ Christianæ proponere (1.), sed pensa, vix inchoata, discessu suo abrupit, cum A. seqv. 1674. a Sophia Æmilia, Friderici III., Danorum Monarchæ, vidua, ut a concionibus sibi esset aulicis, Rostochio Hafniam avocaretur. Munere isto, per lustra duo, & qvod excurrit, functus, horis succisivis Bibliothecas metropoleos Danicæ instructissimas, publicas pariter atqve privatas, diligenter excussit, illarumqve ope, in Autorum variorum & librorum notitia, uti ipsemet fatetur (2.), multum profecit. A. 1684. a Julio Francisco, Duce Saxo-Lauenburgico, Ecclesiarum Ducatus sui Antistes, oppidiqve Lauenburgensis Pastor, constitutus, familiam e Dania illuc transtulit, &, cum, per 13. annos, Ephoriæ, sibi commissæ (qvam cum Lüneburgica, nunqvam ei oblata, Joh. Fechtius, Lüneburgi eum salutans Antistitem, perperam confudit (3.)), invigilasset, ac Pietistas, qvi in Ducatum irrepserant, promacho illorum, Bartholom. Crassello, studioso, exilii perpetui poena A. 1694. multato, Magistratus ope, profligasset (4.), d. 31. Dec. A. C. 1697., ac ætatis 52., est extinctus (5.). Duas thori vitæqve habuit socias, Mariam sc., Matthæi Velhaferi, Templi Germanorum Helsingorensis Pastoris, filiam posthumam, A. 1676. ductam, maribusqve qvatuor, & puellis totidem, in lucem editis, A. 1693. defunctam, &, qvam huic Id. Aug. A. 1695. subrogavit, moriensqve gravidam reliqvit, Mariam Elisabetham, gnatam D. Aug. Pfeifferi, Superintendentis Lubecensis, (aliqvot post generum diebus humanis itidem rebus erepti), natu maximam (6.).

Slüterum, ejusqve Socerum, D. Augustum Pfeifferum, Superintendentem Lubecensem, & D. Gothofr. Weisium, Ecclesiarum urbis Lüneburgensis Antistitem, de se atqve Pietistis constanter impugnandis, viduisqve defunctorum a superstitibus ope consilioqve juvandis, pactum iniisse mutuum, sed, qvod omnes paulo post, eodem fere tempore, vivis eriperentur, irritum, Joh. Wilh. Petræus perhibet, tum *in Historia Vitæ propriæ Germanica p. 231. 232.*, tum in dem Geheimnisse der Gottseligkeit, Christus in uns, *p. 9.*

Vitæ ejus historiam fusius exposuit, e recensu ejusdem Germanico, M. Conr. Pet. Meisterus, Weissensea Thuringus, in Narratione Latina, Henr. Pippingii *Triadi Decadum memoriæ Theologorum renovatæ*, *p. 1380-1387.*, inserta. Cui jungi potest D. Mich. Cobabi, Theologi Rostochiensis, *Programma*, Disputationi ipsius inaugurali A. 1672. præmissum. Conferantur de illo, præter jam allegatos, D. Joh. Fabricii Jun., Theologi Altorfini & Helmstadiensis, Epistola, qva Parentis, sibi cognominis, *Prælectiones Theologicas*, Altorfii A. 1681. editas, ei dedicavit, Henn. Wittenii *Centuria memoriæ Theologorum renovatæ* (cujus *Decas XIII.* illi itidem A. 1685. est inscripta), *Dec. VIII. p. 1047. 1048.*, *& Dec. XIII. p. 1647. 1648.*, Pet. Resenii *Index III. Catalogi Biblioth. suæ, lit. S.*, Erdm. Uhsei *Vitæ Theologorum Sec. XVI. & XVII. Germanicæ, p. 945. 946.*, & Jac. Wilh. Imhofii *Præfatio Notitiæ Procerum Imperii Romano-Germanici*, Tubingæ A. 1684. editæ.

ELOGIA.

Thom. Bartholinus (*in Epistola ad illum, secundæ Propylæi editioni præfixa*) scripta ejus *ingenii & eruditionis summæ fœtus* appellavit.

Aug. Varenio (*in Carmine Exerc. Inaugurali adjecto*) *Vir* audit *doctrina vitaqve fulgidissimus.*

Ant. Reisero (*in Ep. dedic. Romæ non gloriosæ*) *Vir suis in publicam rem literariam meritis conspicuus.*

Christ. Thomasio (*in Hist. Sapient. & stultitiæ, T. II., M. Jun., p. 135.*) *Vir eruditissimus.*

Georg. Finwetterus (sive, qvi sub hac larva latuit, Godofr. Wegnerus, Theol. Regiomont.), *in Pio Desiderio p. 64.*, eum, ceu Virum in Patrum lectione versatissimum, ad *Societatem* novam *Patristicam* invitavit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Sacræ Ancoræ Ancoralia, seu Disp. de Principiis cognoscendi divinam S. Literarum firmitudinem, Præside D. Joh. Musæo proposita. Jenæ 1668. in 4.

Disp. de Eccles., Præside D. Joh. Weinmanno. Altorfii 1669. in 4.

Magister discipulus, seu Colloqvium Nicodemi cum Christo, de secundis natalibus (Joh. III.), variis observationibus illustratum. Rostochii 1672. in 4.

Exerc. Inaug. sistens generalia Præsidia, eaqve potiora, qvibus, vel pro sua, vel adversus nostram religionem, potiores hodie Adversarii (Pontificii, Calviniani, Sociniani, Arminiani & Judæi) utuntur, addita brevissima Animadversione, Præside D. Mich. Cobabo proposita. Rostochii 1672. in 4. & Francof. 1681. in 12. *Pererudita* vocatur a Seb. Edzardo, *in Vindiciis contra D. Joh. Fabricii Defensionem p. 98.*

Oratio de studii Theologici difficultate, habita, cum, d. 11. Dec. A. 1673., Theol. Professor ordinarius Rostochii constitueretur. Rost. 1673. in 4. Recusa est Lüneburgi A. 1696. (*in 4.*), sub finem editionis secundæ *Propylæi Historiæ Christianæ, p. 289-311.*

Disp. de Visione Dei passiva. Rost. 1674. in 4.

Propylæum Historiæ Christianæ, sistens Enarrationem methodicam Scriptorum, ad Historiam Ecclesiæ Christianæ facientium. Francofurti 1680. in 12. Qvoad titulorum ordinem Centuriarum Magdeburgensium premit vestigia. Accedunt sub finem Synopsis Patrum, in maxima Patrum Bibliotheca, Lugduni Gallorum A. 1677. edita, comparentium, qvam e Gallia Matthæus frater, & Christoph. Sandii Jun., Ariani, Catalogus Scriptorum Socinianorum, qvem is Amstelodamo A. 1671. Autori transmiserat. De hoc opusculo ita D. G. Morhofius, *Tomo III. Polyhist., Lib. V., p. 52.: Pauca sunt illa, & multis modis ampliari possunt; & forte faciet Autor, cum ad curas secundas descenderit.* Celeusmate isto Morhofiano, & honesta scripti sui mentione, ab Henr. Meibomio Jun. (*in Additt. ad Val. Henr. Vogleri Introduct. in notit. bonorum Scriptorum p. 176.*) facta, excitatus Autor, triplo illud vel qvadruplo auctius A. 1696. sub hoc publicavit titulo:

Propylæum Historiæ Christianæ, sistens enarrationem methodicam scriptorum veterum atqve recentiorum, cum generatim ad historiam Ecclesiæ Christianæ, tum speciatim ad ejusdem Topographiam, Prosopographiam, Pragmatographiam & Polemographiam, facientium: Editio priori rectior, atqve longe plurimis locis auctior, qvæ Casp. Sagittarii *Introductioni in Hist. Eccl.* posthumæ, in multis, supplementi loco esse potest. Subjunguntur: 1. Synopsis Patrum, in Biblioth. Patrum maxima, Lugd. Gall. A. 1677. edita, comparentium; 2. Chr. Sandii Jun. Catalogus scriptorum Socinianorum; 3. Slüteri ipsius Oratio de studii Theologici difficultate; 4. Ejusdem Oratiunculæ duæ, in schola Ratzeburgensi dictæ, de Causis contemptus literatorum, & de Causis exigui in solida literatura progressus; 5. Autorum ac rerum Indices. Lüneburgi 1696. in 4. Tractatus hic Thomæ Bartholino (in Epistola & Epigrammate

(1.) V. *Programma*, qvo ad utrasqve Studiosos invitavit, Academicum, sub initium *Propylæi Historiæ Christianæ, p. 1-8. edit. secundæ.* (2.) *in præfatione novæ editionis Propylæi.* (3.) *in Programmate de Theologis Rostochii promotis*, Disput. Inaugurali D. Mich. Gottl. Hanschii A. 1709. præmisso, *p. 6.* (4.) V. Sam. Schelgvigii *Itinerarium Anti-Pietisticum p. 50. 51.* (5.) V. M. Joh. Ehrenfridi Pfeifferi *Or. fun. in obitum parentis, D. Aug. Pfeifferi, lit. E. 3. b.* (6.) V. M. Joh. Ehrenfr. Pfeifferum *l. c.*, & Enochi Svantenii, Rect. Lubec., *Programma de vita Aug. Pfeifferi funebre.*

ad Autorem, ei præfixis) *opus* audit *illustre*, Christ. Thomasio autem (qvi titulum ejus & præfationem novam, antequam prodiret, *in Historia Sapientiæ & stultitiæ*, Halæ Saxonum A. 1693. *in 8.* edita, *Tomo II.*, *M. Jun.*, *p. 135-145.*, exhibuit) *labor multum ad studium Hist. Eccl. conducens*, & ab Henr. qvoqve Meibomio Jun., in *Addit. ad V. H. Vogleri Introd.* editione recentiori, A. 1700. publicata, *p. 185.*, commendatur.

II. GERMANICA.

Theologische Gedancken von der Polygynia, oder Vielweiberey, auf Veranlassung eines ohnlängst, in Lateinischer Sprache, unter dem Nahmen Theophili Alethæi, außgegangenen Discurses, eröfnet. Rostochii 1677. in 8. Scriptum hoc (cujus editionem novam auctiorem Auctor, *in Propylæo* minori *p. 180.*, promisit) a duobus impugnatum est patronis Polygamiæ ψευδωνύμοις, Athanasio sc. Vincentio (sive Joh. Lysero, Lipsiensi, qvi *Discursum* etiam, a nostro confutatum, sub Theophili Alethæi larva, ediderat), *in Polygamia triumphatrice*, Londini Scanorum (uti titulus fingit) A. 1682. *in 4.* excusa, & Daphnæo Arcuario (sive Laur. Begero, Electorum Palatini & Brandeburgici Consiliario ac Bibliothecario) in der Betrachtung des in dem Natürlichen und Göttlichen Rechte gegründeten H. Ehestandes, qvæ A. 1679. *in 4.* prodiit. Athanasium Sluterus (uti in editione *Propylæi* posteriori *p. 231.* significat) responso judicavit indignum, Daphnæo autem seqventem reposuit Dialogum.

Pyrrhonii und Ortophili Unterredung von der A. 1679., unter Daphnæi Arcuarii Nahmen, ans Licht gekommenen Betrachtung des im Göttlichen und Natürlichem Rechte gegründeten Ehestandes, so ferne dieselbe S. W. Sluteri Theologische Gedancken von der Polygynia betrifft. Hamburgi 1680. in 8.

Schlüssel zur bleibenden Himmelsstadt, welche vermittelst dessen, durch gründliche Erläuterung des Lutherischen Catechismi, auß Göttlicher Schrift, eröfnet wird. Ratzeburgi 1687. & Hamburgi 1691. in 12.

Beantwortung der Frage: Ob es zulässig sey, wenn uns, heutiges Tages, ein unmittelbahre Göttliche Offenbahrung vorgebender heiliger Mensch etwas denen, in der H. Schrift enthalteuen, Glaubens- und Lebens-Lehren zuwiederlaufendes, als eine Göttliche Offenbahrung, vorstellet, selbiges als eine Göttliche Offenbahrung anzunehmen? einer die Göttliche Wahrheit ernstlich suchenden Person zu gute entworfen. A. 1693. in 4.

Leichpredigt über Sibylla Hedwig, Hertzoginn von Sachsen-Lauenburg, auß Ps. LXXIII. 23-26. Lüneburgi 1695. in fol. (*Catal.*)

INEDITA ET AFFECTA.

Refutatio *Lutheri explorati*, ab Anonymo Apostata Glatzæ A. 1688. (*in 12.*) Germanice editi, jussu Julii Francisci, Ducis Saxo-Lauenburgici, eodem sermone conscripta, illiqve in Bohemiam transmissa, de qva editio *Propylæi* posterior *p. 228.* consulenda.

Opus contra Atheos, cujus, in editione *Propylæi* priore, *p. 168.*, promissi, spem in posteriore, *p. 201. 202.*, ademit.

Promptuarium Theologicum, argumenta omnia, ad Theologiam Academicam spectantia, ordine Alphabetico, accurate delineaturum, minuendisqve Collectaneorum Theologicorum difficultatibus inserviturum, qvod A. 1694., *in præfat. editionis Propylæi posterioris*, est pollicitus.

Historia Ecclesiæ Christianæ, ab originibus ejus primis, ad nostra usqve tempora, deducta; Opus ingens affectum, IV. partibus, illius Topographiam, Prosopographiam, Pragmatographiam & Polemographiam, exhibiturum, qvod A. 1674., in *Programmate*, prælectionibus istius argumenti Rostochiensibus præmisso, ac in fronte utriusqve *Propylæi* recuso, nec non A. 1680. in ipso *Propylæo*, illius Prodromo, fontes ac scriptores subsidiarios, eadem, qva elaborare istud decreverat, methodo, in Centuriis jam usurpata Magdeburgensibus, enumerante, promisit, partiumqve simul singularum argumenta specialia fusius delineavit. Verum, in *præfatione* nova editionis *Propylæi* posterioris, A. 1693. exarata, opus hoc, occupationum publicarum multitudinem, & rei librariæ in oppido Lauenburgensi inopiam, qvo minus illud perfici possit, obstare causatus, a se ulterius vetuit expectari; Sciagraphiam tamen ejus perspicuam, Propylæi methodo congruam, in *Appendice præfationi* A. 1694. adjecta, etiamnum pollicitus.

JOHANNES SMEITERUS, Parochus Sec. XVI. ruralis, in præfectura Flensburgensi, Breclumensis.

Schediasma MS., qvo errores Theobaldi Thammeri refutavit, in Bibliotheca olim M. Jac. Fabricii Sen., Superint. Holsatici, uti e qvadam hujus Scheda didici, asservatum.

THEODORUS (qvi *Diodorum* etiam interdum se vocavit) SMELEJUS, Hamburgensis.

Carmen, Eliæ Hutteri *Cubo Hebraico*, Hamburgi A. 1588. *in fol.* edito, præfixum.

Ampotis, seu æstuum per Albim ratio, carmine expressa. Hamb. 1589. in 4. (*O. Sp.*)

Carmina alia, sparsim edita.

NICOLAUS SMYLAU, Hamburgensis, Phil. & J. U. D., Lipsiæ studiis sedulam dedit operam, &, laurea suprema a Philosophis pariter atqve Jurisconsultis impetrata, ordini Professorio, Collegiiqve Principum Collegiatis, est adscriptus. A. 1451. Decanus ibidem Collegii fuit Philosophici, A. 1453. autem Academiæ Rector (1.). Romam deinde profectus, causarum illic forensium, per multos annos, patronum egit haud incelebrem, ac in Concilio qvoqve Basileensi, ob eruditionem & prudentiam, inclaruit. Mundi tandem vanitatum pertæsus cucullum induit monasticum, & in cœnobio Bergensi, urbi Magdeburgensi vicino, expiravit. V. Anonymi (cui *Vir* audit *in Philosophia utcunqve perdoctus*) *Centuriam Scriptorum insignium, qvi in Academiis Lipsiensi, Witebergensi & Francofordiana ad Oderam, floruerunt*, Seculo XVI. ineunte congestam, & a Joach. Joh. Madero Helmstadii A. 1660. editam, *num. IV.* A qvo seqventia etiam, qvibus *se memorandum posteritati reliqvisse* perhibetur, illi tribuuntur, *opuscula*, omnia, ni fallor, inedita:

Super editionem Donati Lib. I.

In proprietates terminorum Lib. I.

Exercitium pro adolescentibus, Lib. I.

Majusculus Codicillus.

Epistolæ, Orationes, aliaqve plurima.

CHRISTIANUS SOLINUS, urbis in Stormaria Crempensis, circa A. 1615., Pastor.

Chronologia; dat iß: Een korter Uttoch der vörnehmsten Historien, van Anfang der Welt, beth up dat Jahr Christi 1614., uth Göttlicher Schrift, ende loswerdigen Historienschrivern, tosamengedragen: Samt der Holsteinischen Chronica. Hamburgi 1615. in 8. Scriptum hoc Saxonicum (aliqva sui parte, uti præfatio testatur, jam ante editum) in IV. divisum est Sectiones parallelas, qvarum I. res in singulis Monarchiis, & Imperio præsertim Romano, gestas, II. Historiam Ecclesiæ, III. An-

(1.) V. Catalogos Rectorum ac Decanorum Acad. Lipsiensis, in Zach. Schneideri & Tob. Heidenreichii *Chronicis* obvios *Lipsiensibus* vernaculis.

III. Annales rerum Cimbrico-Holsaticarum, IV. autem origines & incrementa Imperii Turcici, seorsim, sub literis A. B. C. & D., ordine temporum, diligentiaqve mediocri, exhibet. Sectionem illius tertiam, de rebus Cimbrico-Holsaticis, Ad. Olearius e dialecto Saxonica in Misnicam transtulit, & *Compendio* suo *Chronici Holsatici* (dem kurtzen Begriffe der Holsteinischen Chronica), ab A. 1448. ad 1663. perducto, ceu supplementum illius in historia antiqviori, in editione secunda, Slesvigæ A. 1674. *in 4.* excusa, sub hoc præfixit titulo: Holsteinisches Chronicon, auß Chr. Solini Chronologia kürtzlich verfasset und zusammengetragen durch A. O. Qvæ &, cum eodem Olearii *Compendio*, ac Anonymi *Continuatione* illius ab A. 1662. ad 1702., recusa est in den Geschichten der Hertzogthümer Sleswig und Holstein, Francofurti A. 1703. *in 4.* editis. Asperius de Solino tulit Judicium Pet. Lambecius, eum, *Libro II. Rer. Hamburg. p. 192.*, minorum gentium annumerans transscriptoribus. Confer de illo *Partem I. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., Cap. VII., §. 5. & 9.*, *p. 121. 122. 128.*, & Joh. Christ. Nevii, hanc secuti, *Partem II. Accessionum ad Degorei Wheari Relectiones Historicas p. 328.*

BERNHARDUS SOLTOVIUS Junior, Slesvicensis, Bernhardi senioris, Adolphi, Ducis Holsatiæ, Consiliarii, filius, Juris utriusqve (cui Argentinæ, Tubingæ, Jenæ, Heidelbergæ ac Marpurgi (1.) vacaverat) Doctor Rostochii A. 1623. creatus, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, Collegiiqve Canonicorum Slesvicensium Syndicus, A. 1656. (sexennio post Ericum filium, Rostochii A. 1650. (2.) mortuum) defunctus.

(Symbolum ejus hoc *in Albo Morsiano MS., f. 719. b.*, occurrit: Alles nach GOttes Willen.)

Confer de illo Pet. Laurenbergii (eum, ob literarum elegantiorum Poeseosqve peritiam commendantis) Epistolam, qva ipsi, suo olim Rostochii domestico, *Pasicompsen*, seu *Delineationem pulchritudinis*, A. 1630. inscripsit, & M. Phil. Fabricii Elegiam ad illum, *in Sylloge Epicediorum, Joh. Nannio scriptorum, lit. F. 2. a. b.*, obviam.

Disp. de Hæreditatibus, qvæ ab intestato capiuntur, Præside Christoph. Luchovio. Rost. 1611. in 4.

Disp. Juridica Inauguralis. Rost. 1623. in 4.

Disp. de Politiis & rebuspublicis. in 4. (*Catal.*)

BERNHARDUS BALTHASAR SOLTOVIUS, Slesvicensis, J. U. D. & in patria Practicus, annuo, post nuptias cum Margareta Agnete, D. Balth. Gloxini, Consiliarii Holsatici, filia, d. 21. Sept. A. 1652. celebratas, tempore vix elapso, d. 10. Oct. A. 1653. mortuus, viduam hanc, per decem sibi lustra, ad A. usqve 1704., superstitem, cum filia posthuma reliqvit unica, matri cognomine, & Joh. Christ. Heclauero, Consiliario Holsatico, elocata.

Disp. Inaug. de Juribus Majestatis minoribus. Argentinæ 1650. in 4.

FRANCISCUS a SOM, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, d. 13. Nov. A. 1724. electus est Archivarius.

Disp. de Brachmanibus, Philosophis Indorum, Præside D. Joh. Alb. Fabricio defensa. Hamburgi 1708. in 4.

Disp. de Carrocio (*qvo Mediolanenses, & Itali alii, loco vexilli sunt usi*), ex Jure militari medii ævi, Præside D. Euchario Gottliebio Rinckio proposita. Altorfii 1711. in 4. V. de illa *Partem VIII.* der gelehrten *Famæ p. 532-533.*, & Joh. Alb. Fabricii (Sommio eam tribuentis) *Bibliographiam Antiqvariam, c. 12., p. 141.*

Theses Inaugurales ad Tit. Institut. de Usucapionibus & longi temporis Præscriptionibus. Aureliæ 1715. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 35.*

JOHANNES a SOM, Hamburgensis, J. U. D., Senator patriæ d. 25. Nov. A. 1697. electus, in Sveciam A. 1700. ablegatus, & dignitati Senatoriæ, qva, ob turbas civiles, d. 7. Febr. A. 1708. se abdicaverat, eodem mox anno, d. 14. Jun., restitutus, (3.), A. autem 1719, M. Sept., mortuus.

Disp. de Juris Justinianei receptione atqve autoritate in Germania, Præside D. Henr. Linckio. Altorfii 1679. in 4.

Disp. Inaug. de Notis Mercatorum (vom Marck oder Zeichen der Kaufleute). Altorfii 1680. in 4.

ALBERTUS SOMMERUS, in civitate commoratus Hamburgensi.

Der entseelte König Carol von Groß-Britannien, oder Kurtzer Bericht von der Ankunft, Geburt, Leben, Regierung und Beerdigung Caroli Stuarts, Königs von Groß-Britannien, auß dem Englischen verdeutscht. Hamburgi 1660. in 8.

Kurtze Anweisung zum Briefstellen, auß La Serre seinem Frantzösischem alamodischen Secretario verdeutschet. Hamb. 1660. in 12.

Hundert Conversations-Gespräche, in Freud- und Traurfällen nützlich zu gebrauchen. Hamburgi 1662. 1665. 1672. 1675. 1681. 1683. 1687., Francofurti 1693. & Lubecæ 1693., in 12.

JOHANNES SOMMERUS, Chori Musici, in aula Ducali Holsatica, circa A. 1623., Director.

Frölicher Sommerzeit Erster Theil, darinn begriffen unterschiedliche neue Contexte, theils zu singen, theils auf Instrumenten zu gebrauchen, mit 2. 3. 4. 5. und 6. Stimmen. Bremæ 1623. in 4. V. *Catal. nundin. autumn. A 1623. Lips. p. 17.*

JOHANNES MATTHIAS SOMMERUS, Itzehoa Stormarsus, J. U. D., Joh. Rhederi, JCti Wilstriensis, ab A. 1674., gener.

Disp. de Institoria actione, Præside D. Amadeo Eckolto. Lipsiæ 1664. in 4.

Disp. Inaug. de Contractu consensuali, Præside D. Henr. Dav. Cunone. Heidelbergæ 1665. in 4.

MATTHIAS JOACHIMUS SOMMERUS, Wilstria Holsatus, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. Juris communis, & Ordinationis provincialis Holsaticæ, differentias principes exhibens, Præside D. Lüdekingio proposita. Rintelii 1717. in 4. V. de illa *Partem LXVII.* der gelehrten *Famæ p. 785-788.*

ANTONIUS DANIEL SONNEMANN, Lubecensis, Leonhardi, Scribæ Cameræ urbani, filius, in Academiæ ad Viadrum Francofurtana J. U. Doctor A. 1674. renunciatus, & professioni ejusdem extraordinariæ, circa A. 1685., postea vero ordinariæ (qva A. 1693. jam fungebatur), admotus, tandemqve A. 1699. (qvo *Jus* ejus *Novellarum* lucem vidit publicam) extinctus. V. Anonymi *præfationem, Juri Novellarum præmissam*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 153-158.*

Disp. de potestate Principis in Ecclesia, Præside D. Sam. Strykio. Francof. ad Viadrum 1673. in 4. Adjecta deinceps est a Præside Joh. Brunnemanni, soceri sui, Operi *de Jure Ecclesiastico*, ibidem A. 1681. *in 4.* edito.

Disp. Inaug. Jus Lubecense, methodo Institutionum, cum differentiis Juris communis, proponens, Præside D. Sam. Strykio exhibita. Francof. ad Viadr. 1674. in 4. Recusa *Volumine II. Disputt. Jurid., sub Strykii habitarum præsidio*, ibidem A. 1683. *in 4.* Commendatur a D. G. Morhofio, *T. III. Polyhist., Lib. VI., Sect. 10., p. 112.*

Disp. Jurid. de Divite. Fr. ad V. 1685. in 4.

Disp. de Jure Infantum. Ibid. 1686. in 4.

(1.) V. Phil. Fabricium *loco mox citando.* (2.) teste Nicol. Ridemanni *Sermone funebri.* (3.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. I Memor. Hamb. p. 491.*

Disp. de Jure potiori. Ib. 1690. in 4.

Disp. de Brevitate temporis. Ib. 1693. in 4.

Prælectiones publicæ ad leges notabiliores Digestorum & Codicis, subjunctis earum rationibus, ampliationibus, declarationibus & limitationibus, partim ex ipsis textibus, partim ex aliorum Commentariis, decisionibus & disputationibus, ad unam vel alteram legem conscriptis, desumptis. Francof. ad V. 1695. in 8. De his ita Lipsienses, *in Actis Erud., M. Nov. A. 1695., p. 515. 516.: Labor Clarissimi Autoris, quo is levem & simplicem viam, ad intelligendas optimas leges, futuris causarum Patronis sternere voluit, omni laude evehendus venit; siqvidem insigniorum, quæ in Pandectis ac Codice occurrunt, sensum primo breviter ac perspicue evolvit, mox per solidas rationes confirmat, ampliationes, declarationes ac limitationes, partim ex ipsis textibus avthenticis, partim probatissimis Doctoribus, subnectit, & qvidem hæc omnia ea sedulitate, ut omnino illud, qvod Diogenes Laertius de Erilli Philosophi libris scribit, & de hoc plenissimo bonæ frugis opusculo dici jure possit:* Ἔστι γὰρ τὸ βιβλίον αὐτοῦ ὀλιγόστιχον μὲν, δυνάμεως δὲ μεστόν.

Jus Novellarum Constitutionum Justiniani Imperatoris, ex Jure Civili, Canonico, Feudali & Publico, ut & celebrioribus ævi nostri Doctoribus, textualiter explicatum, & additionibus Theoretico-Practicis ad usum accommodatum. Francof. ad V. 1699. in 4. Commendat illud, & ad praxin, præ aliis Novellarum commentatoribus, facere judicat, B. G. Struvius (A. 1692. id jam prodiisse falso tradens), *in Biblioth. Juris selecta, c. 3., §. 69., p. 187.*

PETRUS SPARCKIUS, Marci filius, Wilstria Stormarsus, Med. Doctor Patavii, d. 14. Maji A. 1637., a Joh. Dominico Sala creatus. V. *Carmina gratulatoria* Nicol. Benzoni, Rhandrusia Dani, Acad. Prorectoris, Joh. Rhodii & Joh. Georg. Wirsungi; qvorum primo *Asclepiadæ* audit *corona Phoebi, artis delicium, & patriæ decus perenne.*

Disp. Med. de Humoribus alimentariis, Præside D. Joh. Walæo. Lugd. Bat. 1635. in 4.

OTTO SPERLINGIUS Senior, Hamburgi d. 30. Dec. A. 1602. natus, patrem habuit Paulum Seniorem, scholæ publicæ Rectorem, Gymnasiiqve Rhetorem, infra celebrandum, matrem vero Annam, Ott. Cranebergii, ædis suburbii Georgiani Curatoris, filiam. Qvadriennis ludum jam freqventavit patrium, & tredecennis carmina scripsit elegantia. Studii Philosophico-Medici curriculum A. 1617. in Academia exorsus est Gryphiswaldensi, &, ab A. 1619., in Lugduno-Batava, qvam comite Luca Holstenio adiit, convictor D. Trelcatii, pharmacopolæ celebris, continuavit. A. 1621., cum Matthia Levio, Brabantiam, vicinasqve regiones, perlustravit, A. 1622. autem, vere primo, Hafniam profectus, itineri Norwegico, in comitatu Christiani IV., Regis Danici, menses aliqvot impendit. Autumno ingruente Rostochium, cum Wilh. Laurenbergio, se contulit, sed A. 1623. a D. Georg. Fuirenio, Medico insigni, Hafniam revocatus, cum illo, ut plantas Daniæ domesticas collecturum opera sublevaret socia, Seelandiam, Fioniam, Jutiam, Scaniam, Hallandiam, Blekingiam, Oelandiam, Gotlandiam, aliasqve remotiores maris Balthici insulas, peragravit (1.). Natus est Fuirenio, in itinere hoc Botanologico, regiis suscepto auspiciis, *Index plantarum Daniæ ac Norwagiæ indigenarum*, qvi, diu post ejus, A. 1628. defuncti, excessum, e schedis a Thoma filio suppeditatis, A. 1662., in Thomæ Bartholini *Cistæ Medicæ Hafniensis Loculo XXV.*, & seorsim etiam, ni fallor (2.), sub solo illius nomine, est editus, sed Sperlingium, uti alibi (3.) monuimus, aliqva saltem sui parte, itidem haud dubie agnoscit Autorem. A Fuirenio ægre dimissus, Italiam, & Academiam Patavinam, A. 1624. adiit, & ex ista A. 1625., tempore feriarum canicularium, Venetias, & in Istriam, herbas conqvisiturus rariores, nec multo post, itinere pedestri, Romam, pompam Jubilæi spectaturus, excurrit. Patavium hinc rediturus, regnum Neapolitanum peragravit, nec multo post Patavio Venetias A. 1626. discessit, ac Nicol. Contareni, Senatoris (cui Adr. Spigelius, Prof. Patav., eum commendaverat), domesticus factus atqve Botanicus, Hortum hujus elegantissimum plantis novis ac rarioribus qvamplurimis, in montibus Trevisanis & Istria, matre florum herbarumqve fœcundissima, collectis, exornavit. A. 1627. a parente domum revocatus, post titulum Doctoris Patavii d. 27. Aug., Præside Pomp. Caimo, ac Promotore Cæs. Cremonino, reportatum, Genevam iter arripuit, &, cum per Galliam metu pestis non auderet, per Germaniam, M. Febr. A. 1628., Hamburgum appulit. Qvia autem Contareno, se Venetias ad ipsum esse rediturum, promiserat, vere mox primo Amstelodamum abiit, & nave, Roterodami conscensa, in Angliam, ac inde in Italiam, trajicere voluit, sed, tempestate orta, portus petere coactus est Norwegicos, ac, cum, cœlo sereno, mari se iterum commisisset, a Pirata Dynkerkano eodem rejectus. In Norwagia sc. primam fortunarum sedem fata ipsi destinarant, qvam ne iterum desereret, a Jano Juelio, Prorege, Jano Bielkio, regni Cancellario, Episcopo Bergensi, aliisqve Magnatibus, haud vulgaria pollicitis, persvasus, in metropoli Bergensi, Medico regio provinciali, D. Paulo Andreæ, nuper orbata, donec successor hujus e Dania adveniret, medicinam facere decrevit. Ubi dum Episcopum crebrius accedit, amore Margaretæ Schwendiæ, Andreæ, Canonici Roschildensis, filiæ, & D. Pauli Andreæ viduæ, 23. annos natæ, qvæ ejusdem subinde ædes invisebat, captus, conjugium illius exambiit, &, itinere in Daniam patriamqve A. 1629. facto, locoqve inter ædis Cathedralis Hamburgensis vicarios d. 19. Sept. impetrato (4.), seqventi 1630., d. 30. Jun., Roeschildiæ Zeelandorum celebravit nuptias. Cum nocva hac marita (in 24. annorum conjugio tres ipsi filios, totidemqve filias, enixa, ac die tandem 9. Jan. A. 1654. Amstelodami extincta), eodem A. 1630., cum, in locum D. Mich. Christierni (qvi priori uxoris marito successerat, sed Coldingam rediturus dimissionem petierat) Medicus Norwagiæ provincialis a Christiano IV., Rege, esset constitutus, Bergam repetiit, & illic praxi artis suæ lauta aliqvamdiu est gavisus. A. 1632. Christianiam, Christoph. Urnii, Proregis, civiumqve, lautiora pollicitorum, desideriis obsecutus, discessit, sed, cum, nec in urbe, nec in vicinia, qvicqvam, tantis dignum promissis, reperisset, A. 1634. e Norwegia, in Zeelandiam, & prædium uxoris Jernlösiense, septem Hafnia dissitum milliaribus, se recepit. Illic triennio versatus continuo, praxi satis lucrosa inter nobiles vicinos ita inclaruit, ut A. 1637. a Christiano IV., Rege, Hafniam evocaretur, &, commendante Cornificio Ulefeldio, aulæ Magistro, Orphanotrophei designaretur Medicus, nec multo post A. 1638. Botanicus aulicus, Hortorumqve regiorum inspector. A. 1640. Hannibalem Seestadium, Legatum regium, hujus postulatu, Regisqve jussu, invitus licet, in aulam comitatus est Hispanicam, & ex ista, M. Apr. A. 1641., cum Joh. Ulr. Güldenlovio, filio Regis naturali, reversus, Poliatri Hafniensis dignitatem mox obtinuit ordinarii. Ipsius deinde Cornif. Ulefeldii, Ministri aulæ regiæ principis, a qvo maximi fiebat, A. 1642. in legatione Anglica, A. autem 1649. ac 1650. in Batavico-Gallica, comes fuit individuus, sed consvetudine illius plus justo familiari semetipsum maximis involvit calamitatibus. Cum enim Sejanus iste Arctous A. 1651. a Dina Winhoveria, meretricula, cujus illicitis indulserat amoribus, coram Friderico III., Rege, Christiani IV. filio & successore, qvod, una cum uxore, vitæ ejus veneno strueret insidias, insimularetur, noster, qvem eadem potus lethiferi, in patroni gratiam, præparati reum agebat, causam adversus illam, coram Senatu primum urbano, ac supremo deinde regni Dicasterio, dicere coactus, licet speciose se defenderet, ac Dina supplicium sibi capitis, sua in criminibus, utriqve

(1.) Iter hoc memorat, sed absqve ulla Sperlingii mentione, Thom. Bartholinus *Diss. II. de Medicina Danorum domestica p. 37. 38.* (2.) V. Alb. Bartholini *Tr. de Script. Dan. p. 47.* (3.) *P. I. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 2., p. 12.* (4.) V. J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 623.*

utriqve objectis, modo retractandis, modo confirmandis, inconstantia, accerseret, sententiam proscriptionis, cum Sim. Henningio, Ecclesiasta Germanico, Ulefeldii itidem cliente, evitare haud potuit (1.). Qvæ tamen a Rege mitissimo est abolita, potestasqve, abdicatis officiis, Hafnia discedendi hanc petenti A. 1652. ægre concessa. Dimissus, non patriam confestim (uti a Thoma Bartholino (2.) traditur) repetiit, sed primo potius vere anni 1652., cum uxore & liberis, Amstelodamum trajecit, civibusqve urbis adscriptus praxin in ea Medicam, per biennium, exercuit. A. 1653., cum Holmiam Svecorum excurrisset, Archiatri titulum, a duobus jam ante Daniæ collatum Regibus, a Christina etiam, Svecorum Semiramide, obtinuit, amissaqve Amstelodami, post reditum, sub A. 1654. initium, conjuge, viduus Hamburgum M. Majo se recepit, & Praxin illic seqventi, inter cives, continuavit decennio. A. 1658. Amstelodamo, qvo pauló ante excurrerat, ad suos remeans, M. Augusto Tychopoli, qvam ob naucleri ingressus erat negotia, a Comite Eberfteinio, Archistratego ac Gubernatore urbis Danico, qvod Svecis, Danorum hostibus, sua addixisset ministeria, ac in castris illorum vixisset, est detentus, & M. Martio demum A. 1659., Friderici III., Regis, jussu, Hamburgum dimissus. Captivitatem hanc septimestrem longe diuturnior ac perpetua, sexennio post, est secuta, cum, d. 16. Apr. A. 1664., ab Hagedornio, Cohortis Danicæ Protribuno, uxorem suam ope ipsius egere medica mentito, rhedæ impositus, manuqve violenta, ne vim sibi factam clamore proderet, pene suffocatus, extra patriæ muros, in vicinam ditionem Danicam abriperetur, & inde Hafniam deportaretur. Etsi enim ab Hagedornio (qvem prædiis ipsius Danicis inhiasse filius conjecit), Regis injussu, Hamburgo esset abductus, Hafniam tamen delato, cum inimici familiaritatem ejus cum Ulefeldio, & crimina cætera, olim objecta, Regi in memoriam revocarent, & vix ipse se defendere, vel ab aliis defendi, auderet, poena carceris subeunda fuit perpetui, nec mitigari deinde, licet indicia clementiæ Friderici III. & Christiani V., successoris, haud obscura captivum subinde erigerent, ob temporum conditionem, potuit. Toleravit illam, per annos XV. continuos, animo, uti filius perhibet, etiam in inimicos æqvissimo, donec mors tempestiva, d. 26. Dec. A. 1681., animam senis ferme octuagenarii, sed, si nonnullos audias, in istis etiam ærumnis longiorem vitæ usuram optare haud veriti (3.), & e vinculis his, & e corporis ergastulo, in libertatem assereret. Exuviæ, jussu regio, monumento majorum, in æde Hafniensi Mariana, a filia, funus curante, & amicis nonnullis, honorifice sunt illatæ. Medicus fuit (male enim Georg. Abr. Merclinus his a se, *in Lindenio renovato* (4.), recte annumeratum, expungi ex isto, tanqvam non Medicum, *in præfatione* jussit) & Botanicus imprimis eruditissimus, arcanorumqve naturæ, cujus thesaurorum selectiorum apparatum haud exiguum in Museo, Europæis celebrioribus a Joh. Dan. Majore (5.) & Dan. Gvilh. Mollero (6.) annumerato, liberis reliqvit, consultissimus. Infortunii sui, ob qvod *Literatis* Joh. Pierii Valeriani & Corn. Tollii adjungi meretur *infelicibus*, faber ipsemet haud dubie extitit. Licet enim veneficii in perniciem Friderici III., Regis Daniæ, execrabilis, qvod Paulus Ammannus, Prof. Med. Lipsiensis (7.), publice ipsi, sed non sine Parachronismo (dum ad annos 1678-1664. istud refert), exprobravit, plene non sit convictus, πολυπραγμοσύνη tamen ejus, & immodica erga patronum Ulefeldium, Regi suo refractarium, &, uti deinceps patuit, sæpius insidiatum, meritoqve proinde jam tunc suspectum, obseqvia, reprehensionem haud effugient, a Joach. Vito Wigando ψευδωνύμῳ, sive Joh. Val. Willio (8.), censura hac merito notata: *Ni Sperlingius, Hamburgensis, Medicus, falcem in alienam messem immittere didicisset, non in hunc ipsum diem, altæ proditionis reus, æterno carcere Hafniæ clauderetur.*

Biographiæ hujus, ex aliis subinde interpolatæ Autoribus, capita pleraqve Filio ipsius ὁμωνύμῳ, Ott. Sperlingio Juniori, JCto & aulæ Danicæ Consiliario, debentur, qvem parenti filiali pietate, in MSto, mihi transmisso, pro virili patrocinatum esse nemo mirabitur. Confer de illo, præter jam allegatos, Anonymi Discurs von D. Ott. Sperlingii Entführung auß Hamburg, sive Schediasma qvaternionis unici pro illo Apologeticum, Hamburgi A. 1664. *in 4.* excusum, Thomæ Bartholini *Cistam Medicam Hafniensem p. 11. 473.*, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 114.*, nostraqve ad illum *Hypomnemata p. 369.*, Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *p. 125, 126.*, Joh. Ant. Lindani *Lib. I. de Script. Med. p. 505.*, Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 863.*, & Joh. Jac. Baieri *Diss. Epistolicam de longævitate Medicorum p. 13.*

ELOGIA.

Thom. Bartholinus eum *Virum eruditissimum* (*Cent. VI. Hist. Anatom.*, *Hist. 46.*, *p. 272.*), *naturæ peritissimum* (*ib. Hist. 76.*, *p. 333.*), nec non *naturæ consultissimum* (*in Cista Med. Hafn.*, *Loc. XLV.*, *p. 473.*), appellat, simulqve (*loco ultimo*) a Nicol. Contareno, Senatore Veneto, *Plinium alterum*, se præsente, vocatum esse testatur.

Joh. Andr. Bosio (*Epist. 14. ad T. Reinesium p. 65. 67.*) *Vir* audit *doctissimus, & sagax antiqvitatis indagator, cujus cimelia plurima asservat, & cottidie plura comparat.*

SCRIPTA EDITA.

Hortus Christianeus, seu Catalogus plantarum, qvibus Christiani IV., Regis Daniæ, Viridarium Hafniense A. 1642. adornatum erat. Hafniæ 1642. in 12. Recusus, primo loco, inter *Viridariorum variorum* Indices, junctim a D. Simone Pauli, Archiatro Danico, ibidem A. 1653. *in 12.* publicatos. Commendatur a T. Bartholino *in Cista Med. Hafn.*, *Loc. 45.*, *p. 473.*

Catalogus Plantarum indigenarum, in S. Reg. Maj. Viridarium Hafniense A. 1645., se Horti præfecto, translatarum, in Thomæ Bartholini *Cista Medica Hafniensi*, Hafniæ A. 1662. *in 8.* edita, *Loculo XLV.*, *p. 461-473.*, occurrens.

Applausus Epistolicus ad D. Gvern. Rolfincium, *Methodum partium genitalium fabricam cognoscendi* evulgantem, huic, Jenæ A. 1664. *in 4.* impressæ, præfixus.

INEDITA, qvæ a se asservari Otto, filius Autoris πολυμαθέστατος, mihi significavit.

Notæ & emendationes in Plinii Historiam naturalem.

Animadversiones in Scribonium Largum, Valerianum, aliosqve Medicos ævi veteris Latinos.

M. PAULUS SPERLINGIUS Senior, Eckernfördæ Cimbrorum (non Hamburgi, uti Mich. Clenovius (9.), *scholæ patriæ* eum vocans *Directorem*, credidisse videtur), patre cognomine, oppidi Consule (10.), A. 1560. est natus, & studiis, raro tunc inter concives exemplo, dicatus literariis. In Argentinensi, qvam A. 1578. adiit, Academia, ductu Melch. Junii, Rhetoris, cui commendatus erat, publici, Joh. Sturmii, Joh. Lud. Havenreuteri & Joh. Bencii (qvos ipse celebrat (11.)), in eloqventia, & reliqva literatura humaniori ac Philosophica, stupendos brevi fecit progressus. Impetratis ibidem, post declamationes aliqvot publicas, d. 22. Sept. A. 1583., supremis Philosophiæ honoribus, Basileam qvoqve, Tubingam, Jenam & Witebergam, salutavit, & cum Viris ævi illius doctissimis est conversatus, donec A.

(1.) V. Anonymi (qvi Jac. Henr. Pauli fuisse creditur) *Machinationum Cornif. Ulefeldii narrationem p. 12-20.* (2.) *in Cista Med. Hafn. p. 11.* (3.) V. Misandri *Theatrum Tragicum p. 822.* (4.) *p. 863.* (5.) im Bedencken von Kunst- und Naturalien-Kammern *p. 33.* (6.) *in Diss. de Technophysiotameis, c. 7.*, *p. 43.* (7.) *in Irenico Numæ Pompilii cum Hippocrate, p. 229.* (8.) *Diss. I. de Philiatrorum Germanorum itineribus p. 30.* (9.) *in Tyrociniorum Poeticorum Myrmeciis, p. 69.*, ubi Anagrammate celebratur. (10.) V. D. G. Morhofii *Programma de vita filii ejus cognominis funebre.* (11.) *in Administr. scholæ Flensb. f. 27. b. 45. a.*

1586. Flenopolin, ad scholæ Rectoratum, regiis evocaretur auspiciis, Johanniqve Avenario, recitata d. 18. Julii Oratione auspicali, subrogaretur. Præfuit illi, summa cum laude, per qvinqvennium, intereaqve temporis, postulatu Inspectorum, libellum de ejus recte administrandæ ratione, lectiones, atqve exercitationes classicas, legesqve scholasticas, complectentem, ac methodo Præceptorum suorum Argentinensium, Joh. Sturmii & Melch. Junii, didacticæ, omnium præstantissimæ, conformem, elucubravit. Qvem, typographo jam transmissum, cum milites Gallici Mompelgardiæ combussissent, ut prælo iterum pararet, ac Witebergæ A. 1589. ederet, autores iidem & ergodioctæ fuerunt (1.). A. 1591., d. 9. Febr., ad gubernacula scholæ Johanneæ Hamburgensis, post Wern. Rolfincium, capessenda, a Senatu urbis invitatus, illuc, Flensburgensis cura successori, M. Joh. Possèlio juniori, transscripta, & oratione valedictoria d. 11. Jun. habita, commigravit, ac d. 28. Jun. officio est admotus (2.), loci inter Vicarios templi Cathedralis accessione d. 11. Jun. A. 1594. lautiori reddito (3.). Qvanta, per lustra propemodum sex continua, huic dexteritate, qvantoqve famæ applausu, præfuerit, Pet. Musæi verbis (4.) exprimere malo, qvam propriis: *Rectoratum scholæ Flensburgensis qvinqve, Hamburgensis triginta annis, maxima cum nominis sui laude, & juventutis egregio fructu, gessit, utpote ex cujus ludo, tanqvam ex eqvo Trojano, pene infiniti emerserunt Viri celeberrimi, non in Holsatia solum & Saxonia, sed Germania prope universa, plurimisqve regionibus exteris, Dania, Norwegia, Svecia.* Musæo, alibi etiam (5.) *Virum* eum salutanti *clarissimum, totaqve patria celebratissimum*, calculos adjiciunt D. G. Morhofius (6.) & Joh. Blomius, Bibliothecæ præfectus Hamburgensis (7.). E qvibus ille nostrum *Præceptorem* vocavit *optimum, cui similem Germania tunc vix habuit, cujusqve e ludo, velut ex eqvo Trojano, gregatim procedens, per omnem Germaniam, Daniam, Holsatiam, Sveciam, virorum doctorum populus diffundebatur;* hic autem verbis celebravit seqventibus: *Erat P. Sperlingius Hamburgensis scholæ non tantum Rector, sed & certissimus amplificator. Omnes enim, qvi illum vel notum habuerunt, vel de illo aliqva auditione acceperunt, hoc mihi prædicarunt.* Anno certe 1603. 1100. discipulorum, in schola universa, fuit gubernator, 130. vero auditorum, in classe prima, informator. Tantis ipsius in urbem suam juventamqve meritis permotus Senatus Hamburgensis, non solum muneri scholastico A. 1613. Professionem Gymnasii, recens a se fundati, adjecit Oratorio-Poeticam, sed & A. 1619. scholæ valedicentem, subrogato Zach. Schefstero, velut emeritum, rude donavit, soliqve deinceps Gymnasio inservire voluit. Laboribus tandem assiduis enervatus, aliqvot ante excessum annis, in lateris dextri ac lingvæ incidit paralysin, &, qvanqvam valetudini aliqvatenus restitutus, in obeundo munere pergeret, malo tamen subinde recrudescente, huic, & turbæ morborum reliqvæ, senectæqve, qvæ & ipsa morbus est (8.), d. 13. Jun. A. C. 1633., ac ætatis 73., succubuit (9.). Ex Anna, Ottonis Cranenbergii, templi in suburbio Hamburgensi Georgiani curatoris, filia, A. 1592. ducta (10.), Philologus hic atqve Orator celeberrimus duos sustulit, superstitesqve reliqvit, filios, non minorem eruditione eximia famam meritos, Ottonem sc. Medicum, de qvo *supra* est dictum, & Paulum Theologum, statim celebrandum.

Confer de illo, præter jam laudatos, *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. III., c. 3., §. 8., p. 278. 279. 280., & P. IV., c. 10., §. 24. ac 26., p. 609. 613.*, Indicemqve Rectorum scholæ Flensburgensis, *Novis* insertum *literariis Lubecensibus, M. Oct. A. 1702., p. 298.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1073. 1121.*, ac Schediasma nostrum de Scholæ Flensb. *historia Germanicum p. 9. 10.*

SCRIPTA EDITA.

Oratio de dicto Psalmi LXV. v. 12.: *Coronas annum bonitate tua;* in Acad. Argentinensi recitata. Slesvigæ 1587. in 4. Occurrit etiam in *Orationum Argentinensium, ductu Melch. Junii habitarum*, editionis primæ, Argentinæ A. 1603. *in 8.* excusæ, *Tomo I., p. 259-289.*, in secundæ, ibidem A. 1606. publicatæ, *T. II., p. 18-40.*, ac in tertiæ, A. 1620. Argentorati itidem impressæ, *T. I., p. 10-27.*

Or. de triplici Voto S. Augustini, qvo dicitur optasse, videre Christum in carne, Romam in flore, & Paulum in ore, qvæ in earundem *Oratt. Argentinensium* Edit. primæ A. 1603. *T. I., p. 371-388.*, in secundæ A. 1606. *T. II., p. 53-66.*, & in tertiæ A. 1620. *T. I., p. 38-47.*, prodiit.

Oratio, qva sustinuit personam Pauli, in Concilio Hierosolymitano, de Circumcisionis, & cultuum, in lege præscriptorum, abrogatione, dicentis, in earundem *Oratt.* edit. primæ A. 1603. *Tomo IV., p. 87-97.*, in secundæ A. 1606. *T. I., p. 641-649.*, & in tertiæ A. 1620. *T. II., p. 516-522.*, obvia.

Scholæ Flensburgensis Administratio, qva continentur: 1. Oratio de Scholis constituendis & conservandis, habita, cum Rectoris munus ipsi d. 18. Jul. A. 1586. commendaretur; 2. Lectionum & exercitationum classicarum designatio; 3. Leges de officiis discipulorum scholasticæ. Witebergæ 1589. in 8. Qvæ ad ejus spectant historiam, Autoris vita jam exhibuit.

Compendium Grammaticæ Latinæ, in Melanchtonianæ locum in schola olim substitutum Flensburgensi, uti leges hujus recentiores MSStæ testantur.

Herodes, seu Poema de Cæde puerorum Bethlehemiticorum, in schola Hamburgensi A. 1591. recitatum. Hamburgi 1592. in 4.

Aristotelis Stagiritæ de Virtutibus & vitiis liber, seorsim editus, & certis capitibus distinctus, pro schola Hamburgensi: Cum Versione ac præfatione M. P. Sperlingii. Adjecti sunt Pselli Jambi Græci in Virtutes & vitia. Hamb. 1603. in 8.

Epistola de Theodorici Morelli, Campani, *Enchiridio Oratorio*, ad M. Mich. Ziegenhornium, denuo illud evulgantem, scripta, & editioni Lipsiensi, A. 1618. *in 12.* excusæ, præfixa.

(Ineditus est Commentarius ejus in Dialecticam Phil. Melanchtonis, Hafniæ in Bibliotheca mihi visus Mohtiana.)

PAULUS SPERLINGIUS Junior, Hamburgensis, patre cognomine, modo celebrato, matre vero Anna, Ott. Cranenbergii, ædis in suburbio Georgianæ Curatoris, filia, d. 9. Nov. A. 1605., in lucem est editus. In schola patria, ingenii præcocis ac solertissimi, fideli parentis, Zach. Schefsteri & Joh. Starckii, χειραγωγίᾳ, adjuti, ope, brevi tantos in literis humanioribus fecit progressus, ut anno ætatis XI. locum inter primæ classis alumnos obtinuerit, XIV. autem Græce peroraverit. In civium deinde Gymnasii admissus numerum, ductu Pet. Laurembergii, Henr. Rumpii, FF. Werembergiorum, parentis ac Z. Schefsteri, in adyta Philosophiæ ac Philologiæ, sacræ pariter atqve profanæ, interiora penetravit, currenti calcar addente Henr. Langenbeckii, Cancellarii postea Lüneburgici, Barth. Molleri, Consulis deinceps Hamburgensis, aliorumqve commilitonum, industria. A. 1623. Rostochium missus, in Philosophia ac literis

(1.) V. *Epistolam illius dedicatoriam*, & *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. III., c. 3., §. 8., p. 278. 279.* (2.) teste Anonymi *Catalogo MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg.* (3.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 621.* (4.) *in Programmate Kiloniensi*, filii ejus cognominis *Disput. Inaug. Theologicæ* A. 1666. præmisso. (5.) *in Progr. fun. de vita D. Bernh. Mulleri, Medici Kiloniensis.* (6.) *in Progr. de vita filii cognom. fun.* (7.) *in Orat. de Vita Henr. Vagetii.* (8.) V. Pet. Musæum *l. c.* (9.) V. *Epicedia*, illi scripta, qvibus Vitæ qvoqve historiam magnam partem debeo (10.) V. Mart. Plecii, Corn. Selmeri, aliorumqve, Epithalamia, Hamburgi ac Helmstadii excusa, nec non P. Musæi & D. G. Morhofii *Programmata jam citata.*

teris elegantioribus Joh. Husvvedelium, Pet. Laurenbergium, Joach. Stocmannum & Joach. Jungium, in sacris autem Joh. Qvistorpium ac Paulum & Joh. Tarnovios, duces habuit. Qvorum ultimus, ut parenti ejus, Præceptori suo, gratum testaretur animum, non in convictum solum, sed & musei societatem, per tria illum admisit semestria, longeqve doctiorem, cum in Thomæ Lindemanni, Antecessoris, ædes, filiorum ejus studia moderaturus, transiret, dimisit. Familiariter ibidem Jac. Fabricio & Joh. Bacmeistero, Professoribus Medicis, innotuit, inter commilitones autem Joh. Gebhardo, Critico percelebri, & Academiæ postea Groninganæ Historico, primas detulit. Rostochio, post exactum illic triennium, lingvæ Græcæ, qvæ, post abitum Husvvedelii, sibi offerebatur, professione, Parentis svasu, recusata, Hamburgum A. 1626. reversus, Metaphysicam, Astronomiam & Philologiam, studiosos aliqvot ac Gymnasii alumnos privatim hybernis docuit mensibus. A. 1627., ut in lingvis Orientalibus, qvas ab Henr. Rumpio, Mart. Trostio & Joh. Tarnovio, jam addidicerat, majores faceret progressus, Belgicas salutavit Academias, &, Franc. Gomari, Sixt. Amamæ, Const. l' Empereur Jacobiqve Golii, ductu, recessus illarum perscrutatus est intimos. Leidæ diutius hæsit, &, cum Professoribus plerisqve familiariter innotuisset, suamqve approbasset eruditionem, potestatem Aristotelis Rhetorica publice, extra ordinem, interpretandi omnium obtinuit suffragiis, A. 1628. Henr. Memmio, Senatus Parisiensis Præsidi, juvenem, qvi Lucæ Holstenio in Bibliothecæ suæ præfectura succederet, & Græcorum Rhetorum monumenta secum recognosceret, expetenti, a Dan. Heinsio commendatus, Lutetiam in ejus transiit contubernium, diutius hoc fruiturus, nisi Parens, insidias, qvoad religionem, non minus ipsi, qvam concivi Holstenio, structum iri, metuens, Hamburgum revocasset. Illuc a Memmio, non sine honorario liberali, dimissus, ludum eloqventiæ Latinæ privatum A. 1628. aperuit, & publice VII. declamationes de VII. Christi crucifixi Apophthegmatis Latinas, totidem diebus continuis, memoriter A. 1629. recitavit. Qva facundia, ac in docendo dexteritate, tantum meruit applausum, ut, commendante illum Joach. Jungio, Gymnasii Rectore, de ipso Parenti emerito in professione Oratorio-Poetica subrogando, consilia a Senatu sint agitata, sed, partim ob motus vicinorum bellicos, partim vero qvod ipse munus hoc, sibi jam oblatum, studiose declinaret (1.), irrita. A. 1630. in Daniam excurrit, & Hafniæ Thom. Finchium, Casp. Bartholinum, Casp. Er. Brochmannum ac Ol. Wormium, Soræ autem Joh. Cluverum, Joh. Meursium & Joh. Laurenbergium, salutavit. Hinc in Belgium & Galliam denuo abiit, ut LL. Or. peritiam Jac. Golii, Gabr. Sionitæ, aliorumqve Philologorum, consvetudine augeret. Italia pestis eum arcuit. In Angliam igitur profectus, inde maritimo Hamburgum A. 1633., qvi Parenti fatalis erat, rediit itinere, ac paulo post, in aulam Gvelpherbytanam ab Augusto, Principe Brunsvicensi evocatus eruditissimo, literis manu exaratis propria, Aristotelisqve sui ipsum dignatis titulo, primogeniti illius, Rudolphi Augusti, per triennium studia gubernavit proximum. Qva institutione, perqvam felici, Alexandri hujus sui φιλομαθεστάτου tantum sibi favorem conciliavit, ut patriæ is deinceps admotus gubernaculis absentem præmiis sæpe beaverit amplissimis, ac literis freqventer compellarit, *Virum* eum *sibi usqve* salutantibus *charissimum, de se optime meritum, & ab antiqva educatione suum,* imo Gnoma hac εἰκοστιχῳ A. 1669. obsignatis: *Deo & bonIs præCeptorIbVs non potest reDDI æqVIVaLens.* Incerto hactenus lare vagatus, A. 1635. tandem in Gymnasio Holsatiæ Bordesholmensi monastico sedem fortunarum fixit stabilem, cum hujus, Sec. XVI. jam aperti, sed A. 1627. belli Cæsarei tempestate disjecti, Rectoratus ac Pastoratus, A. 1630. promissi, a Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, ejus instaurationem, Jac. Fabricii patris, ac filii cognominis, aulæ suæ Theologorum, hortatu, aggresso, ipsi d. 7. Aug., per Joh. Adolphum Beckerum, Commissarium Ecclesiasticum, post civem suum M. Dan. Westermannum (qvi in patria A. 1628. obierat), committerentur (2.). Adjecta est muneri utriqve Præpositi Ecclesiarum Holsatiæ Ducalium dignitas A. 1643., qvo Agnes etiam Catharina, M. Jac. Fabricii Junioris, supremi Ducalium Cimbricarum Antistitis, filia, conjux ipsi obtigit, puellam tantum unicam, Annam Catharinam, Christoph. Langio, Parocho Elmeshagensi, elocatam, enixa (3.). Athenæo Bordesholmensi, per 30. annos, summa fide ac sedulitate præfuit, juvenibusqve in eodem plurimis viam ad solidæ eruditionis arcem commonstrans regiam, præclare de Chersoneso Cimbrica, Didacticis eum annumerante præcipuis, est meritus, ad A. usqve 1665., qvo a Christiano Alberto, Duce Holsatico, Gymnasii illius aboliti reditus novæ attributi sunt Academiæ Kiloniensi, & ipse primus Antiqvitatum in hac sacrarum Professor Theologus, ephoria Ecclesiarum Holsaticarum muneri annexa Academico, est constitutus. Antiqvitates has, & Oratoriam Ecclesiasticam, post Doctoris titulum, d. 22. Jan. A. 1666., in primæ promotionis Academicæ panegyri, a Pet. Musæo, Collega, sibi collatum, eadem, qva literas antehac elegantiores, dexteritate, qvoad valetudine utebatur mediocri, docuit, & Rectoratum simul Academiæ (4.) A. 1669. præclare administravit. Ultimo vitæ qvadriennio, a morbis compluribus, assiduis marasmi senilis, *variis alternati symptomatis,* comitibus, *non de ponte, sed de officii sui partibus, animo* etiamnum *satis erecto,* ut phrasi utar Pechliniana (5.), *dejectus,* horam intrepide expectavit decretoriam, &, *superveniente* tandem *tertiana, rarissima alioqvin senilis corporis hospita, qvarto aut qvinto ejus impetu* prostratus, d. 27. Apr. A. C. 1679., ac æt. 73., placide expiravit. Ita Dominica, qvam *ominalem* Pechlinus vocat, *Qvasimodogenitorum* beatæ ad vitam sempiternam παλιγγενεσίας, eodem, qvo parens, ætatis anno, compos evasit Senex non animo minus, qvam capillis, candidissimus, & de juventute Cimbrica meritissimus. Qvem, licet eruditionem suam, variam pariter atqve solidissimam, scriptis ambitiose ostentare neglexerit, ob peritiam tamen LL. Or. eximiam, facundiamqve in Hebræa, Græca & Latina, tersissimam ac extemporalem, cognitionem Historiæ antiqvioris, sacræ pariter atqve profanæ, diffusam, & venam imprimis Poeticam, in sermone Attico & Romano, admirabilem veterumqve æmulam, luminibus Cimbriæ literatæ ἐξοχωτέροις accensere haud dubitamus.

Vitam ejus fusius enarrant: I. Dan. Georg. Morhofii *Programma funebre,* in Appendice *Orationum* Programmatica, *n. 48., p. 708-721.,* recusum; II. Pet. Musæi, Theologi Kilon., *Programma Disput.* ejus *Inaugurali* A. 1666. præmissum; III. Joh. Nicol. Pechlini, Prof. Kilon. Medici, *Inscriptio funebris,* cum Epicediis cæterorum Collegarum Kiloniensium Encomiasticis (e qvibus Joh. Dan. Majoris Oda Germanico-dithyrambica (*Madrigalone*), prolixa atqve elegans, legi præ aliis meretur) Kilonii A. 1679. *in 4.* excusa. Bibliothecæ instructissimæ, Kilonii publica auctione distractæ, Catalogus, negligenter admodum & mendose impressus, Hamburgi A. 1681. *in 8.* prodiit.

Conferri de illo, præter supra laudatos, possunt Epistolæ, qvibus Joh. Vorstius A. 1652. *Diatriben de Latinitate, qvæ suspecta esse possit,* & Otto Sperlingius Junior, JC. (ipsius e fratre nepos), A. 1675. *Diss. de Monumento Hamburgensi Benedictino,* illi inscripserunt, Henn. Wittenii *Tomus I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1679.,* Vinc. Fabricii *Pars II. Poematum (in edit. Operum Lipsiensi) p. 716. 717., Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. IV., c. 1., §. 4. ac 7., p. 366. 379. 380.,* & Alb. zum Felde *Oratio de Meritis Ordinis Theolog. Kilon. (in Analectis Disqvisitt. sacr.) p. 225. 226.*

(1.) teste Joh. Nic. Pechlino *in Inscriptione funebri.* (2.) V., præter *Programma* (in qvo muneris hujus initia ad A. 1636. perperam referuntur) *funebre,* C. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 192.,* Mart. Coronæi Jun. *Antiqq. Bordesholmenses MSS.,* & *P. IV. Isagoges meæ ad Hist. Cimbr., c. 1., §. 7., p. 379. 380.* (3.) V. Joh. Ristii Epithalamium in ejus nuptias, im Poetischen Schauplatze, p. 2 9-292. (4.) V. Carmen in hunc elegans D. G. Morhofii, antecessoris, *in Horis subsecivis Poeticis p. 16-19.* (5.) *in Inscript. funebri.*

ELOGIA.

Pet. Musæus (*in Programm. citato*) *Virum* eum vocavit, *cujus eruditio & longa experientia, cum in omni literarum genere, tum etiam in Theologiæ studiis, omni prædicatione est major*, & (sub finem) *notum esse* addidit, *qvantum tam Græcorum, qvam Latinorum Autorum, pelagus legendo & relegendo sit emensus, imo exhauserit ac imbiberit; qvam in utraqve Historia, tam sacra, qvam profana, sit versatus; qvantam, versandis Oratoribus & Poetis, cum Carminum pangendorum venam, tum dicendi peritiam, comparaverit; qvanta deniqve cum cura, qvam sedulo & assidue, Græcos Latinosqve veteris Ecclesiæ Patres, ut etiam accuratioribus Theologiæ studiis augeretur, evolverit, perlustrarit, excusserit.*

Joh. Georg. Grævio, in Epistola ad D. G. Morhofium A. 1678. exarata, & *Appendici adoptivæ Dissertt. Acad.* Morhofii, *p. 43. 44.*, inserta, audit *politissimus.*

Val. Henr. Voglero, in Epist. ad Frid. Fabricium, de Magisterii honoribus, A. 1656. Helmstadii collatis, gratulatoria, *Gravis & singularis formandæ juventutis magister, ex cujus disciplina progressi eximios plerumqve in literis fecerunt progressus, rara insuper carminis pangendi facultate pollentes.*

Nicolao Martini, Acad. Kil. JCto, ipsiusqve discipulo, *in Epigrammate Epitaphio, Maximus Cimber, princepsqve Aonidum vindex, nec non*

Depositum coeli, merito qvod Cimbria mater
Luget, & ereptum Pieris alma dolet,
Parrhasius dudum gaudet qvo mundus alumno,
Qvem sibi municipem deligit ipsa Charis,
Cui Pandionius fasces submittit Apollo,
Doctaqve secretas Cyrrha recludit opes.

D. G. Morhofio (*in Programm. funebri*) Βιβλιοθήκη ἔμψυχος, *Præceptor totius Holsatiæ laudatissimus, juventutis patriæ olim Rex qvidam & Imperator, artium & lingvarum commune oraculum, cujus in sinu primum enutritæ Musæ in Acad. Kiloniensem tandem immigrarunt; cuiqve solutæ & prosæ orationis tam prompta facultas fuit, ut, ad prisci puriqve sermonis, tam Attici, qvam Romani, genium, castigata ipsi verba qvasi sponte sua promanarent;* nec non (*Programm. 77., p. 918.*) *Senex optimus, communis Holsatiæ per tot annos Præceptor, Musarumqve nostrarum (Kiloniensium), qvæ, in sinu ejus enutritæ, huc tandem duxere coloniam, qvidam qvasi Parens.*

Joh. Dan. Majori (*in Memoria Horti Medici Kiloniensis initiati*) *Senex* audit *optimus, & de polymathia sacra & profana meritissimus;* item (*in Carmine in nuptias filiæ ejus ἀμέτρῳ rythmico, A. 1665. edito*) *Pansophus, Theologus facundus, Museum ambulans, qvem Latium cum Hellade fatetur Poetam maximum, qvi, si certare detur cum ullo veterum de serto gloriæ, facturus dubium sit indubie, Helluo doctrinæ variæ magnus.*

Ab eodem, in Oda funebri Germanico-dithyrambica, πολυμάθειαν ejus, πολυγλωσσίαν, πολυαναγνωσίαν, candorem, aliasqve virtutes, fuse extollente, venusta etiam hac ad cognomen Sperlingii, passerem designans, allusione commendatur:

Ihr wehrten Pierinnen,
Kein Sperling, nein kein Sperling, fleucht von hinnen;
Ein Phoenix, ein Erleuchter Phoebus-schwan,
Dem nie kein Lied ist mißgelungen,
Hat sich mit mehr denn Adlersflügln in die Höh gedrungen,
- - - - - - - - - - -
Und ist, im hohen Geist, ein Paradeisesvogel worden.

Joh. Ristio (in Epithalamio in nuptias ejus, supra allegato) audit der Phoebus unsrer Zeit, sehr weit und breit berühmt von Weißheit, Kunst und Tugend.

Georg. Ern. Heldbergio, Philosopho Kiloniensi (*in Tetrasticho funebri*), *Vir,*

Qvo neqve qvenqvam habuit majorem Holsatica pubes
Doctorem, neqve fors est habitura parem.

Seb. Kortholto (*in Diss. de Biblioth. Acad. Kilon. p. 5.*) *Vir ad literarum emolumenta promovenda natus.*

Nicol. Scribonius (*Lib. V. Lusuum Gottorp. p. 125.*) hoc nominis ejus exhibet Anagramma:

Paulus Sperlingius, Hammapolitanus. * *Pullus Musarum sapis palato ingenii.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Catalogi lectionum Gymnasii Bordesholmensis anniversarii. in 8.

Disp. Inaug. de antiqvissimo Exorcismi in Baptismo ritu neqvaqvam temere, multo minus tumultuarie, vel rejiciendo, vel abrogando, Præside D. Pet. Musæo proposita. Kilonii 1666. & 1671. in 4. Longe pleniorem & accuratiorem eum hanc, si per morbum licuisset, fuisse daturum, Musæi docet *Programma*, illi præfixum.

Programmata varia, in Rectoratu Academiæ Kiloniensis semestri, A. 1669. publicata.

Carmina & Epigrammata in laudem Augusti, Ducis Brunsvicensis, in Mart. Goskii, Archiatri Gvelphici, *Arbusto Augusto*, A. 1650. & 1693. *in fol.* excuso, *f. 2. 10. 11. 50.*, obvia.

Strena Heroica ad Rudolphum Augustum, Ducem Brunsv., alumnum suum, *ibid. f. 90. 91.*

Emblemata Anagrammatica, tumbæ Dorotheæ Anhaltinæ, Augusti, Ducis Brunsv., conjugis, inscripta, & Jambi in obitum ejusdem, *ibid. f. 296. 305. 306.*

Genethliaca duo in natalem Antonii Ulrici, Ducis Brunsvic., *ibid. f. 112. 113.*

Carmina alia variorum generum Græca & Latina qvamplurima, sparsim annis publicata diversis, aut aliorum scriptis adjecta; dignissima, qvæ, ob inventionum præstantiam, dictionisqve tersissimæ Veneres atqve argutias, in unum Volumen colligantur.

Summarischer Auszug, was die Christliche Jugend, in ihrem Christenthume, zu glauben, und vornehmlig zu wißen und lernen, von nöhten habe; in einem Handbüchlein verfaßet. Sine mentione loci A. 1671. in 8.

II. ALIENA.

Hug. Grotii Epistola consolatoria ad Benjam. Auberium Maurerium, Regis Galliæ ad Batavos Legatum, ab eo, cum præfatione sua ejusdem argumenti ad Joh. Henricum Kielmannum a Kielmannseck, & aliis qvibusdam, edita. Kilonii 1674. in 4.

Basilii Magni Homilia Græco-Latina, continens descriptionem Ebrietatis, atqve omnium malorum, qvæ ebrietatem & ebrios comitantur; cum ejusdem generis pluribus Ebrietatis descriptionibus & accusationibus, e Scriptoribus tam Græcis, qvam Latinis; ἀνωνύμως edita. Kil. 1675. in 4.

INEDITA.

Commentaria in Epistolas Pauli ad Philippenses, Colossenses & Thessalonicenses, qvorum mentio *in Catalogo Bibliothecæ* ejus (*inter MSS. in 8.*) occurrit.

Adr. Turnebi de Vino Libellus, qvem denuo a se, cum præfatione, editum iri, *in prooemio Homiliæ Basilii M. de Ebrietate*, promisit.

Joh.

Joh. Caselii, Göttingensis, Acad. Juliæ Professoris, Opera omnia, qvorum, a se, non sine magno labore, a multis jam annis, congestorum, & accuratiori, qvam hactenus, ordine digestorum, editionem, in eodem *prooemio*, est pollicitus, ac D. G. Morhofius, *T. I. Polyhist., Lib. I., c. 24., p. 298.*, Jacobusqve Burchardus, *in Epist. de Caselii in bonas literas meritis p. 63.*, mentione dignati sunt honorifica. Sed, qvæ fortuna est monumentorum Caselii iniqvior, nec illa in lucem prodiit, nec qvas, ante ipsum, Joh. a Fuchte & Conr. Hornejus, Theologi Helmstadienses, Christoph. Heidmannus, Academiæ ejusdem Rhetor, Henr. Ernstius, JCtus in Dania Soranus (*Conspectum illorum* sive *Indicem* prolixum, sed imperfectum tamen, in certas ea classes dispertientem, Hamburgiqve A. 1651. publicatum, eruditis jam impertitus), Joh. Kirchmannus, scholæ Lubec. Rector, ac Henr. Hudemannus junior, Ecclesiastes in Holsatia Wevelsfletanus, aut novissime Marqv. Gudius ὁ πάνυ, Henningius qvidam (*in Morhofii Prælect. Polyhist. MSS., c. 7., memoratus*), ac Justus Dransfeldius, civis Caselii, Gymnasiarchaqve Göttingensis (cui *Epistolarum* jam *libros XVI.*, A. 1687. editos, debemus), Ducum partim Brunsvicensium (teste Morhofio) auspiciis, frustra sunt moliti, & expectari a se jusserunt.

FRIDERICUS SPIESSIUS, Slesvicensis, Med. Doctor.

Disp. de Plevritide, ab ipso Præside proposita. Helmstadii 1609. in 4.

(Diversus ab hoc est Frid. Spiessius, Brunsvicensis, cujus extant Disp. de Phrenitide, Præside D. Johanne Michaelis, Lipsiæ A. 1648., & Exerc. Inaug. de Hæmorrhagia, Præside D. Gotfr. Moebio, Jenæ A. 1652., propositæ.)

M. JOHANNES SPIESMACHER, Hamburgensis, Parochus in tractu Ritzbüttelano Dösensis, A. 1698. defunctus.

Disp. Arithmetica de Praxi Italica, Præside M. Mart. Knorrio, Halensi. Lipsiæ 1685. in 4.

Ex Ungve homo, seu Disp. de Mensura totius Hominis, ex mensura Ungvis unici colligenda, Præside M. Christ. Hempelio, Uratislaviensi. Lips. 1685. in 4.

Disp. Metaphysica de modo Atheos speculativos convertendi, pro Loco in Ordine Philosophico habita. Lips. 1687. in 4.

Disp. de eo, qvod licitum sit, certis in casibus, Vitam morti, pro salute alterius, exponere. Lips. in 4. (*Catal.*)

HENRICUS SPLETHENIUS, Pastor circa A. 1607. in Dithmarsia Schlichtingensis.

Threnodiæ piis manibus Christiani Jungii, & uxoris ejus Ottiliæ, Parentum D. Nicol. Jungii, Cancellarii Holsatici, scriptæ; & cum Carmine in secundas hujus Nuptias, editæ A. 1607. in 4.

HARTWIGUS a SPRECKELSEN Hamburgensis, Hartwigi Senatoris filius J. U. Lic., patriæqve ab A. 1663. Senator, d. 25. Oct. A. 1680. mortuus.

Disp. Inaug. de Judicio Mulctarum, vom Frevel-Gerichte. Basileæ 1651. in 4.

HARTWIGUS a SPRECKELSEN, Hamburgensis, J. U. Lic., A. 1704. superstes.

Disp. Jurid. Inaug. de Apostolis, Præside D. Huldarico Eubenio proposita. Helmstadii 1672. in 4. Recusa in Eubenii *Scriptis Juridicis*, Argentinæ A. 1708. *in fol.* editis, *P. II., p. 451-458.*

Disp. Feudalis de Investitura, ab eo Præside exhibita. Helmstadii 1672. in 4.

HERMANNUS a SPRECKELSEN, Hamburgensis, Lucæ, Senatoris, filius, J. U. Licentiati titulum Argentinæ A. 1664. consecutus, a Leopoldo, Imperatore, in Baronum S. Rom. Imperii evectus ordinem, & cœlebs M. Junio A. 1683. (*uti ab Ott. Sperlingio Jun., JCto, accepi*) mortuus.

Dodecas Controversiarum miscellanearum. Altorfii 1662. in 4.

Disp. Inaug. de Sortitione. Argentinæ 1664. in 4. (Digna visa G. M. Königio, ob qvam Autoris, *in Biblioth. Vet. & nova*, mentionem injiceret.)

JOHANNES a SPRECKELSEN, Hamburgensis, Petri, Senatoris, filius, in Senatorium itidem ordinem, cum ædis aliqvamdiu Petrinæ fuisset Curator, A. 1660. evectus (1.), sed eodem A. 1666. ejectus, cum recuperare dignitatem istam conaretur, difficillimæ cum civibus liti, coram Imperatore, Judicibusqve ab hoc constitutis, Electoris Brandeburgici ac Ducis Brunsvicensis Consiliariis, voce & scriptis per annos agitatæ complures, se implicuit, nec qvicqvam tamen effecit. Obiit tandem d. 6. Jun. A. 1684. Causæ ejus patrocinantur:

I. Qvæ ipsius nomen præferunt:

Keyserliches Protectorium, oder Schutz- und Schirm-Brief, wie auch Bitte, daß selbiger öffentlich möge angeschlagen werden. A. 1666. in 4.

Allerunterthänigster Gegenbericht auf den ab adverso Keyserlicher Maiestät übergebenen Bericht, in Sachen Joh. von Spreckelsen, contra L. Jac. Morsen, & consortes. A. 1667. in 4.

Deductiones zwischen Ihm und der Stadt Hamburg. Hamb. 1667. in 4.

Supplica an Keyserliche Maiestät. in 4.

Demühtigster Bericht an die Churfürstliche Brandenburgische und Fürstliche Braunschweig-Wolfenbüttelsche Subdelegatos, wieder die Zwey- und Funfziger. A. 1670. in 4.

Bitte an die Subdelegirte. A. 1670. in 4.

II. Petri filii, J. U. Lic., pro parente Apologetica:

Supplica wieder L. Jac. Morsen. A. 1668. in 4.

Replica an Keyserl. Maiestät. A. 1668. in 4.

Conclusions-Schrifft. A. 1670. in 4.

Haud pauciora ab Adversariis ei sunt opposita, e qvibus mihi innotuerunt:

Des Rahts zu Hamburg Bericht an Keys. Maiest., wegen Joh. von Spreckelsen. A. 1667. in 4.

Demühtigster Gegenbericht an die Churf. Brandeburgische und Fürstl. Braunschweigische Subdelegirte, mit gründlicher Beantwortung der falschen, im Berichte enthaltenen, calumnien; pro den LII. Deputirten, D. Walthern und L. Morsen, contra Joh. von Spreckelsen, abgesetzten Gerichtsherrn und excludirten Rahtsherrn. Hamb. 1670. in 4.

D. Vinc. Garmers, Syndici, kräftiges Antidotum gegen Joh. von Spreckelsen. in 4.

JOHANNES a SPRECKELSEN, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus circa A. 1716.

Disp. Inaug. de Paralysi. Lugd. Bat. 1699. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum p. 26.*)

(1.) V. Ad. Trafigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. p. 54.*

JOHANNES a SPRECKELSEN, Hamburgensis, J. U. Doctor, Basilicæ patriæ, ab A. 1719., Canonicus.

Disp. Inaug. de Usu Forensi Articulorum Positionalium, eorumqve abusu præscindendo, Præside D. Georg. Engelbrechtio proposita. Helmstadii 1712. in 4. V. de illa *Partem XXIII.* der Gelehrten *Famæ p. 803. 804. 805.*

LUCAS a SPRECKELSEN, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Juris Naturalis & Civilis differentiis. Lugd. Bat. 1718. in 4. (V. Anonymi *Hamb. lit. A. 1719. p. 23.*)

NICOLAUS a SPRECKELSEN, Hamburgensis, J.U.Lic., A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. de Rei vindicatione contra bonæ fidei possessorem non competente, ad *Art. VII. Tit. II. Partis II. Statutorum Hamburgensium*, Præside D. Henr. Bodino proposita. Halæ Sax. A. 1703. in 4. V. *Nova Lit. Germ.*, *M. Sept. A. 1703., p. 345.*

PETRUS a SPRECKELSEN, Hamburgensis, Johannis, Senatoris (*de qvo supra dictum*), filius, J.U.Lic.

Disp. Inaug. de Jure Sepulturæ, Præside D. Joh. Frid. Böckelmanno. Heidelbergæ 1665. in 4.

Apologemata aliqvot pro Johanne parente Germanica, A. 1668. & seqq. edita, de qvibus *supra* narrata possunt relegi.

VINCENTIUS a SPRECKELSEN, Hamburgensis, Juris utriusqve (cui, cum fratre Bartholdo, Altorfii & Argentinæ vacaverat (1.)) Licentiati titulum Basileæ A. 1645. adeptus.

Disp. Inaug. de Institoribus mercatorum, seu Factoribus. Basileæ 1645. in 4.

WOLDERUS a SPRECKELSEN, Hamburgensis, Johannis, Senatoris (*de qvo supra dictum*), filius, J.U. Lic., A. 1696. in patria defunctus.

Disp. de Usu fructu, Præside D. Joh. Frid. Böckelmanno. Heidelbergæ 1661. in 4.

Disp. Jurid. Inaug. de differentiis Theoriæ & Praxeos, in genere, & in specie ad leges in Πρώτοις contentas, Præside D. Joh. Frid. Böckelmanno. Heidelb. 1662. in 4.

JOHANNES GVILHELMUS SPRINGIUS, Hamburgensis, J. U. Doctor, & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de Emptione & venditione, tam secundum Jus Civile Justinianeum, qvam secundum Jus Statutarium Hamburgense. Lugd. Bat. 1713. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 23.*

JOHANNES CHRISTIANUS SPRÖGELIUS, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria Practicus, in Academiam Naturæ Curiosorum Germanicam sub Nymphodori receptus agnomine.

Disp. Inaug. de Petroleo. Jenæ 1710. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 29.*

Unter GOttes Vorsorge zuverläßige Kinder-Pflege, bey der Allerdurchleuchtigsten Keyserinn Welterfreulichen Niederkunft übergeben. Hamburgi 1717. in 8.

Anatomia, oder der gantze Menschliche Körper, nach allen seinen Theilen, wie er den Studiosis Chirurgiæ in seinem Collegio Anatomico erkläret, und auch andern curiösen Zuschauern, auf dem Hamburgischen Theatro Anatomico, öffentlich von ihm demonstriret wird. Hamburgi 1718. in 8. V. de illa Joh. Gottl. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 44. A. 1718., p. 349. 350.* Recusa est, teste *Catalogo nundinali*, Hamburgi A. 1723. in 8.

Promittuntur ab illo *in Catalogo nundin. Lips. A. 1716. autumn. p. 57. 64.*:

Physica positiva, oder Zuverläßiger Unterricht zu einer vollkommenen und gründlichen Wissenschaft von natürlichen Dingen.

Materialien-Lexicon, oder Kurtzer doch gründlicher Nachricht von allen Materialien, welche in den drey Reichen der Natur, Animali, vegetabili & minerali, anzutreffen sind, Nahmen, Gestalt, Herkunft, Natur, Zubereitung und Nutzung in der Oeconomie und Medicin; samt der unbekandtesten Abbildung in Kupfern.

Mathesis enucleata, oder Außerlesene, und auf gewisse im Menschlichen Leben vorkommende Fälle applicirte, Mathematische Demonstrationes, auß allen Theilen der Mathematiqve außgesucht.

Acta Physica & Mathematica, ab Orbe condito ad nostra usqve tempora, collecta & in ordinem redacta.

David Beuthers, Chur-Sächsischen Müntz-Gvardeins zu Dreßden, Universal und Particularia, worinnen die Verwandelung geringer Metallen in Gold und Silber deutlich gelehret wird: Nebst einem Anhange curieuser Alchymischer Kupfer, und einer Vorrede von Beuthers Person und Schriften. V. *Catal. nund. Lips. A. 1718. autumn. p. 26.* Hunc Libellum Hamburgi A. 1718. jam prodiisse, sed editionem istam, æqve ac qvasvis alias, suis laborare nævis & defectibus, *Acta Medicorum Berolinensium, Volumine VII.*, monuerunt. V. *Acta Erudit. Lips.*, *M. Jul. A. 1721., p. 317.*

WILHELMUS STADTLÄNDER, Urbis Hamburgensis, Parochiæqve illius Nicolaitanæ, ab A. 1681., Qvindecimvir, M. Nov. A. 1686. defunctus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1131.*, & Wolfg. Henr. Adelungii Verzeichniß der Hamburgischen Oberalten *p. 10.*

F. Basilii Valentini, Benedictiner Mönchens, Chymische Schriften alle mit einander, letzt zum ersten mahle zusammen gedruckt, und auß vielen, so wol geschriebenen, als gedruckten, Exemplaren vermehret und verbessert: In zwey Theilen, mit einer Vorrede. Hamburgi A. 1677. 1694. & 1700. in 8. Hanc editionem, ejusqve præfationem, ipsi (licet nomen illius haud sit adjectum) vindicant Otto Sperlingius Jun. & Joh. Teclenburgius, JCti, in Scriptorum Hamburgensium Indicibus MSStis, qvos mihi communicarunt, tumultuariis.

M. DAVID STAHLIUS, Ecclesiastes arcis regiæ Hatherslebiensis aulicus, scholæqve simul oppidanæ Rector, d. 27. Sept. A. 1601. (teste Nic. Molleri *Chronologia urbis Hatherslebiensis vernacula*) vivis excessit. Ab Henr. Muhlio (im Vorberichte des unverfälschten Sinns Lutheri von der Seligkeit der Gläubigen in diesem Leben, *p. 58.*,) perperam *David Stochelius* vocatur.

Gülden Kleinod, oder Außlegung des Spruchs Joh. III. 16. Hamburgi 1599. in 8.

JOHANNES STAHLIUS, Hamburgensis, J. U. Doctor, A. 1719. superstes.

Disp. Inaug. ad L. 2. Cod. de Pact. inter emptorem & venditorem composit. Trajecti ad Rhenum 1702. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1704. literatum p. 27.*)

JOHANNES FRIDERICUS STAHLIUS, Scriba præfecturæ Slesvicensis, circa A. 1695.

Monumentum Metæ Kielmanniæ. Kilonii in fol.

Epigraphe honori Mariæ Elisabethæ Niederstädtiæ sacra. Slesvigæ 1682. in fol.

Inscriptiones aliæ Latinæ complures, satis ingeniosæ, seorsim diversis editæ temporibus.

PAULUS

(1.) V. M. Jac. Grossii *Ep. dedic. Tertiæ Defensionis Triados de stylo N. T.*, A. 1641. ei inscripta.

PAULUS STAHLIUS, Hamburgensis, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de dolore Capitis. Lugd. Bat. 1666. in 4.

CHRISTOPHORUS a STÄMMEN, Preza Holsatus, Ecclesiæ ruralis Wabsensis in Schwanzia Cimbrica Pastor, literarum elegantiorum, qvas & cum patrono suo ac συμφιλολογητῇ, Friderico Christiano, Barone a Kielmansegge, vicinæ arcis Cohövetanæ Dynasta, ipse diligenter excoluit, & juvenes haud paucos privatim docuit, fuit amantissimus. Obiit mense circiter Majo A. 1688., &, præter liberos alios, e Margareta Dorothea Mosingia (cujus cum illo nuptias D. G. Morhofius (1.) suo ornavit Epithalamio) susceptos, Johannem filium, scholarum Hatherslebiensis & Itzehoensis Rectorem, reliqvit superstitem. A Christoph. Grasio, Conrectore Altenburgensi, suo olim Lipsiæ commilitone, *in Politico Orientali* (2.), ob *vividum ingenium*, lingvarumqve Orientis peritiam, commendatur, ac *non degener Joh. Ad. Scherzeri* in his vocatur *discipulus*, sed JCtis ac Politicis, cum in ordine vixerit Ecclesiastico, perperam accensetur.

R. Josephi Albo, Hispani, acutissimi Hebræi, Capitula II. & III. Libri secundi עקרים, de Voluntate Dei nova, qvam vocant, & antiqva, exercitii gratia ab eo Latinitate donata, & Hebræo-Latine edita. Lipsiæ 1661. in 4. Præfixa est Epistola encomiastica Joh. Ad. Scherzeri, Theologi Lipsiensis, qvi ipse postea Versionem integri istius operis *Fundamentorum* Rabbinici Latinam, *in Catalogo nundin. Lips. A. 1687. autumn., p. ult.*, promisit, sed non edidit.

HENRICUS STAMMICHIUS, Hamburgensis, Consiliarius in Ducatu Mindensi, primum Svecicus, & deinde Brandeburgicus, A. C. 1686. ætatisqve 77. defunctus; maritus Annæ, Ott. Hedemanni, Cancellarii Luneburgico-Cellensis, filiæ, socerqve Gerh. Gerlingii, Med. D. & Practici Rostochiensis. V. Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochium A. 1699. literatum p. 279.*

Decas qvæstionum Juridicarum. Regiomonti 1639. in 4.

NICOLAUS STAMPEHL, Hamburgensis, J. U. Doctor, & urbis patriæ, ab A. 1710., Archivarius, A. 1721., d. 17. Apr., in Senatum evectus.

Diss. de Jure naturali Usuræ, Præside Vinc. Placcio proposita. Hamburgi 1695. in 4.

Disp. Inaug. de eo, qvod interest Imperii Romano-Germanici, circa Civitates Imperiales. Lugd. Bat. 1707. in 4. Recensum ejus exhibent *Nova Lit. Germanica, M. Apr. A. 1708., p. 132. 133. 134.*

ANDREAS STAPHORST, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Alienatione actionum in potentiores. Argentinæ 1674. in 4.

ANDREAS STAPHORST, Hamburgensis, Ecclesiastes aulicus, circa A. 1699., Hasso-Darmstattinus. V. Seb. Edzardi *Ep. dedic. Examini Logicæ Joh. Clerici* præfixam.

Traur-Rede über den Todt Herrn Weyprechts von Gemmingen. Darmstadii 1702. in fol. (*Catal.*)

Annotationes MSS. in diversa V. T. loca, & Joh. Ad. Scherzeri Systema Theologiæ, in Ad. Henr. Lacmanni *Miscell. liter., c. 1., p. 11.*, memoratæ. Conf. Acta Erud. Lips., M. Jul. A. 1721., p. 312.

M. HENRICUS STAPHORST, Hamburgensis, Nicolai II., Ecclesiastæ Petrini (de qvo statim dicetur), filius, ædis in patria Nicolaitanæ, ab A. 1646. (d. 12. Apr.) Diaconus, cœlebs d. 11. Febr. A. 1649. phthisi expiravit. Nic. Rittershusius, Acad. Altorfinæ Antecessor, Amphilochii *de recta studiorum & vitæ ratione ad Seleucum* illi inscripsit *Epistolam*, cum notis Conradi, parentis sui, tertia vice Altorfii A. 1644. *in 8.* editam. Confer de illo *Catalogum MS. ministrorum Ecclesiæ Hamburg.* αὐτόγραφον, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 873.*

Philologemata sacra & profana (*de pœna Parricidii, lectione nominis* יהוה, *inepta Claud. Verdierii in Autores censione, canibus Lazari, &c.*), Præside Joh. Mich. Dilherro proposita. Jenæ 1638. in 4. Recusa *Volum. I. Disputt. Philol.* Dilherri, Noribergæ A. 1652. *in 4.* impressarum, *num. XXI.*

Diss. Philol. de Areopago, in qvem abductus fuit S. Apostolus Paulus, cum novum religionis dogma Atheniensibus annunciare videretur, Præside J. M. Dilherro proposita, & Frid. Lindebrogio inscripta. Jenæ 1640. in 4. Recusa *Vol. II.* earundem *Dispp. Philol.* Dilherri, *num. X.*

Disp. de Potentia Dei absoluta, Præside Dan. Stahlio. Jenæ 1639. in 4.

M. NICOLAUS STAPHORST II., Hamburgensis, Nicolai I., Pastoris Petrini, ex Gertrude Olyemannia filius, M. Febr. A. 1577. in lucem est editus, Witebergæ A. 1602. Magister creatus, Dav. Wolderi, in Diaconatu patriæ Petrino, successor d. 9. Apr. A. 1605. electus, & d. 16. Apr. inauguratus, tandemqve, cum Archidiaconatum ejusdem obtinuisset, & sacro diutius, qvam omnes reliqvi Ecclesiastæ Hamburgenses, præfuisset officio, d. 17. Mart. A. C. 1642., ac ætatis 66., rebus humanis exemptus. Symbolum familiare e loco Johanneo Apoc. III. 12. est mutuatus. Uxores duas habuit, Ursulam, Joh. Schelhammeri, Antistitis Petrini, filiam, & M. Magni Penshornii, Dithmarsiæ australis Præpositi, viduam; tres sibi filios, &, hos inter M. Nicolaum, Pastorem Hamburgi, ab A. 1640. ad 1652., Johanneum, ac Henricum, Ecclesiasten Nicolaitanum, modo laudatum, totidemqve puellas (qvarum una D. Andr. Cassio Seniori, Medico Hamburgensi, nupsit), enixam, &, qvam huic subrogavit, Barbaram, Mart. Arndii, civis Hamburgensis, antea conjugem. Plura de vita ejus Collegarum docebunt Epicedia, e qvibus M. Nic. Hardkopfio, Pastori Nicolaitano, *gregis* audit *exemplar, sacriqve ordinis ornamentum*, Joh. Stemanno autem, Ecclesiastæ Nicolaitano,

Servus fidelis, integer vitæ, pius, | *Charus perinde qvam bonis mortalibus;*
Mansvetus, absqve felle, lædens neminem, | *Exemplar ipse splendidum sacri gregis,*
Suavis omnibus, gravis nulli, Deo | *Morumqve imago sanctiorum fulgida.*

Conf. de illo Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 866.*

Disp. de Providentia Dei, Præside M. Paulo Petræo, Prof. Theol., proposita. Rostochii 1601. in 4.

Christliche Leichenschrifft, Fr. Sophiæ Schmiedinn, D. Joh. Müllers, Hamburgischen Pastoris zu S. Petri, Eheliebsten, zum Ehrengedächtnisse ausgegeben, unter den ersten Nahmensbuchstaben M. N. S. Hamburgi 1628. in 4.

NICOLAUS STAPHORST III., Hamburgensis, Collegii Medicorum in Anglia Londinensis Chymicus, officinæqve Chymicæ, circa A. 1686., Præfectus, A. 1699. superstes.

Officina Chymica Londinensis, seu exacta Notitia Medicamentorum ejus spagyricorum, Alphabetico ordine digesta. Hamburgi 1686. in 12. Recusa sub finem *Pharmacopœæ Collegii Londinensis*, in editione hujus tertia, Jenæ A. 1701. *in 12.* publicata.

(1.) *in Veneribus novis, p. 85-88.* (2.) *Parte II. Dyote sacræ, pag. ult.*

M. NICOLAUS STAPHORST IV., Hamburgensis, Magistri titulum Rostochii d. 2. Sept. A. 1700. obtinuit (1.). Qvo cum nimis se efferre nonnemini videretur, carmine ab hoc Satyrico vernaculo haud inficeto, A. 1705. edito (2.), & in Menantis Poematum Germanicorum Sylloge A. 1706. (3.) Hamburgi recuso (cui titulus: Das gekrönte M., oder Magister Lobesan), fertur esse exagitatus. Eodem A. 1705. ædis Hamburgensis Johanneæ, in locum Joh. Teclenburgii, d. 22. Mart. electus est, & d. 25. Apr. inauguratus, Ecclesiastes (4.).

Disp. Theol. miscellanea, Præside D. Joh. Nicol. Qvistorpio proposita. Rostochii 1702. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Apr. A. 1702., p. 123.*

Joh. Schelhammeri, Pastoris Hamburgensis Petrini, abavi sui, Scripta sacra Germanica omnia, ab eo Tomis aliqvot inclusa, & præfatione, Vita Autoris atqve Indicibus, aucta, de qvibus Schelhammeri Vita suo loco consulatur. Tomus I. Hamburgi A. 1710. *in 4.* prodiit.

Verzeichniß einiger zur Hamburgischen Kirchen-Historie gehörenden Urkunden, welche theils aus Rever. Ministerii Actis, theils aus hiesiger Stadt-Bibliotheck, theils von guten Freunden gesamlet. Hamb. 1720. in 8. V. de ea Joh. Gottl. Krausii Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen, num. 43., A. 1721. p. 338. 339.

Historia Ecclesiæ Hamburgensis Diplomatica, das ist: Hamburgische Kirchen-Geschichte, aus glaubwürdigen und mehrentheils noch ungedruckten Urkunden, sowohl Kayserlichen, Königlichen, Fürstlichen, Gräflichen ꝛc. als auch Päbstlichen, Ertz-Bischöflichen, Bischöflichen und anderer beider geistlicher als weltlicher Personen respective Gnaden-Freyheits- und Bestätigungs-Briefen, Concessionen, Indulten, Stifftungen, Vermächtnissen, Verordnungen, Statuten, Verträgen, Contracten, Vergleichungen und andern dergleichen vielfältigen Schrifften, gesamlet, beschrieben und in Ordnung gebracht. Des Ersten Theils Erster Band, darinnen die Bekehrung unserer Vorfahren zum Christenthum, die Anrichtung des hiesigen Ertz-Stiftes, desselbigen Zuwachs durch die Vereinigung mit der Bremischen Kirche, bis zu dessen völliger Aufhebung und Abtretung, vorgestellet, mithin die Zeiten von A. 811. biß 1223. beleuchtet werden. Hamburgi 1723. in 4. Conf. de hoc opere A. H. Lacmanni *Miscell. lit. c. 1. p. 35.*

Ejusd. des Ersten Theils zweyter Band, darin die Geschichte aus dem 13. und 14ten Jahr-Hundert beygebracht und beleuchtet werden. Hamburgi 1725. in 4.

CASPARUS HENRICUS STARCKIUS, Lubecensis, Pastor, ab A. 1709., Ecclesiæ, in præfectura Holsatiæ Trittoviensi, ruralis Siebenböhmensis, natus d. 15. Maji A. 1681. De ejus Vita & Scriptis plura narrantur a Joh. Henr. a Seelen *Parte II. Athenarum Lubecensium p. 327-336.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Joh. Bothvidi, Theologi Svecici, Theses de qvæstione: Utrum Moscovitæ sint Christiani? ex editione anni 1620. Holmiensi, ab eo, cum præfatione sua de Autore, & scripto ipso, historica, denuo publicatæ. Lipsiæ 1705. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1705., p. 383.*

Diss. Epistolica de Salute Virginis Mariæ, Anonymo opposita, ad D. Georg. Henr. Götzium, Superint. Lubecensem. Lubecæ 1706. in 4. Recensum V. *in N. L. Lubec., M. Dec. A. 1706., p. 376. 377.*

Tractatus Historico-moralis de Doctorum Vita privata, qvam honoribus qvidam & officiis publicis prætulerunt. Lubecæ A. 1708. in 4. Recensum ejus invenies *in Novis Lit. Lubec., M. Sept. A. 1707., p. 284-288., Diario eruditorum Gallico anni 1709. Parisiensi, M. Jan., Ephem. 3., p. 73. 74. 75.,* dem Außführlichen Berichte von neuen Büchern, *Sect. III. (ed. A. 1708.), p. 317-322.,* & Joh. Fabricii *Parte III. Historiæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 533.*

Diss. de claris Gothofredis, ad Gothofredum a Wedderkop, Kilonii studiis operam dantem, qva VI. Martii diem, Gothofredo sacrum, ei est gratulatus. Lubecæ 1708. in 4. V. de illa *Nova Lit. Lubec., M. Apr. A. 1708., p. 85. 86.*

Vindiciæ pro marginali D. Mart. Lutheri in Prov. XXXI. 10. Glossa (Nichts liebers ist auf Erden, denn Frauen Lieb, wems kan werden), adversus Pontificiorum cavillos, nuptiis Joh. Dan. Burchardi, Ecclesiastæ Lubecensis Mariani, dicatæ. Lubec. 1708. in 4. Conf. de iis G. H. Götzii *Specimen Bibliothecæ Anti-Pontificiæ clarorum Lubecensium p. 16.*

Ἐπίμετρον ad Vinc. Placcii Theatrum Anonymorum, Observationum Hallensium Latinarum Auctores qvosdam detectos exhibens. Lubecæ 1716. in 4., & Rostochii eodem A. 1716. in 8. Conf. de illo Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theol. Nachrichten, *Sect. 4. A. 1716., p. 705. 706. 707.*

Aaronis in luctu domestico Silentium, in Exeqviis Catharinæ Margaretæ, conjugis D. Georg. Henr. Götzii, Superint. Lubecensis. Lubecæ 1717. in fol.

Dissertatio, qva Annum Jubilæum MDCCXVII. Ecclesiæ Evangelico-Lutheranæ neutiqvam esse fatalem, secularia sacra rite facturus, evicit, & vanum Vatem, Rud. Mart. Meelführerum, repressit atqve castigavit. Lubecæ 1717. in 4.

Schediasma de Vitiis Allegationis Auctorum, tum in genere aliorum, tum præcipue Historicorum, qvod *Tomo VII. Miscellaneorum Lipsiensium,* Lipsiæ A. 1718. *in 8.* edita, *num. 147., p. 62-86.,* prodiit.

Vindiciæ Conjugii Christianorum, adversus obtrectatores Judæos, nuptiis D. Georg. Henr. Götzii, Præsulis Lubecensis, dicatæ. Lubecæ 1719. in 4.

Nova Literaria Maris Balthici & septentrionis Lubecensia, ab anni 1705. mense Septembri, usqve ad finem, publicata, Seelenio teste eum Autorem agnoscunt.

II. GERMANICA.

Kurtzgefaßter Lebensbeschreibung der Lübeckischen Superintendenten, sint der Reformation Lutheri biß auf gegenwärtige Zeit, darinn selbiger Lebensgeschichte, auß theils gedruckten, theils ungedruckten (auß des Lübeckischen *Ministerii archivo* mitgetheilten), Uhrkunden, Documenten und Acten, mit denen dahin gehörigen Beylagen, werden außgefertiget, Erster Theil von M. Herm. Bonno. Lubecæ 1710. in 8. Excerpta hujus exhibent Anonymi Neuer Büchersaal, *Sect. VIII., p. 605-612.,* & Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theol. Nachrichten, *Sect. 9. A. 1710., p. 565. 566.*

Kurtze und erbauliche Fragen für junge einfältige Leute die zur Beicht und H. Abendmahl gehen wollen, meistens aus der gemeinen Beichte und den Worten der Einsetzung des H. Abendmahls gezogen. Lubecæ 1711. in 8.

Die GOtt Lob vergeblich bestürmte Luthersche Kirche, im Puncte vom H. Abendmahle, oder Ablehnung des Mathematischen Beweises Leonh. Christoph. Sturmii von selbigem. Lubecæ 1715. in 8.

Abgedrungene Ehren-Rettung wieder den unnützen Calvinischen Lästerer Leonh. Christoph. Sturmium. Lubecæ 1715. in 8.

Entdeckung, daß des Fürstl. Meklenburgischen Kammer-Rahts Herrn Leonh. Christoph. Sturmen, Meinung von dem H. Abendmahle, nicht, wie er vorgiebet, neu, sondern eine alte, faule, verdorbene Schwermerey sey: Samt einem Verzeichniß aller bisher, in dieser Controvers, ausgegebenen Schriften. A. 1719. in 8.

Lubeca

(1.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Oct. A. 1700., p. 289. 290.* (2.) *in 4.* (3.) V. Menantis Theatralische, galante und Geistliche Gedichte, *p. 219-230.* (4.) V. *Nova Lit. Germ., M. Jul. A. 1705., p. 180.,* & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 909.*

Lubeca Lutherano-Evangelica, das ist, der Kayserlichen Freyen und des Heil. Römischen Reichs Hanse-und Handel-Stadt Lübeck Kirchen-Historie, darin die vornehmsten Geschichte, welche sich seit der Reformation Herrn Lutheri seel. biß auf gegenwärtige Zeiten in der Kirchen daselbst begeben und zugetragen haben, von Jahren zu Jahren ordentlich beschrieben; Insbesondere die wichtigsten Religions-Handlungen E. Ehrw. Ministerii, sowohl für sich alleine, als auch in Gemeinschaft der Ministeriorum zu Hamburg und Lüneburg, ihre Controversien, conventus, colloqvia, und scripta publica umständlich erzehlet; desgleichen die Leben und Schriften der Herrn Superintendenten, Pastorum, und übriger Prediger richtig vorgestellet, auch über das zu allen zulängliche Beylagen an raren, meist ungedruckten Theologischen Briefschafften, Consiliis, Responsis und andern Documenten aus unverwerflichen Uhrkunden mitgetheilet werden. Erster Band. Lubecæ 1724. in 4. V. Jo. Henr. a Seelen Præf. Partis IV. Athenarum Lubecensium.

INEDITA.

Lubecæ Lutherano-Evangelicæ Volumen secundum.

Scriptorum clarorum Lubecensium Centuria. V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1704. p. 368.* & ipsius *Vitam Herm. Bonni p. 77.*

Commentatio de abavo suo, Casp. Starckio, Superintendente, circa A. 1580., in Misnia Eilenburgensi, ob conflictus cum Calvinianis haud ignoto. Vid. *N. L. Lub. l. c. p. 368.*

Diss. de Lutheranismo a Juris Consultis promoto, qvam in *Diss. de claris Gothofredis* pollicetur. Vid. *N. L. Lubec., M. Apr. A. 1708., p. 86.*

Tabulæ Genealogicæ præcipuorum Seculi XVI. & XVII. Theologorum, addita ubiqve, illustrationis gratia, uniuscujusqve Vitæ & scriptorum brevi delineatione.

Theatri Anonymorum & Psevdonymorum Vinc. Placcii Continuatio & Emendatio.

Παροράματα Doctorum, circa Auctorum, abs se allegatorum, prænomen, cognomen, patriam, parentes & familiam, religionem, functiones, scripta, mortem, &c., commissa, & plurimis qvoad singula momenta exemplis demonstrata.

Sylloge Errorum, in Georg. Matth. Königii Bibliotheca, Henn. Wittenii Diario Biographico, & Mart. Lipenii Bibliotheca Reali Theologica, &c., ocurrentium.

NICOLAUS STARCKIUS, Crempa Stormarsus, J. U. Lic. & urbis Glückstadiensis Præses, circa A. C. 1683., regius.

Disp. de Jure Cœcorum, Præside D. Sam. Strykio defensa. Francofurti ad Viadrum A. 1666. in 4. Recusa in Strykii Autoris *Tractatu de jure Sensuum*, ibidem A. 1671. in 4.

Disp. Inaug. de Jure Blanditiarum, Præside D. Sam. Strykio proposita. Francof. ad Viadr. 1672. in 4. Recusa *Volum. II. Disputt., Præside Strykio habitarum*, ibidem A. 1683. in 4.

CONRADUS STARKY, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., in Hamburgensi (in qva d. 8. Jun. A. 1679. natus erat) civitate, ac deinde, circa A. 1708., in Bremensi. *V. Bremam A. 1708. literatam p. 63.*

Disp. Inaug. de Morbis malignis. Trajecti ad Rhenum 1701. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1704. literatum p. 27.*)

STATIUS ὁ ἀνεπώνυμος, ex Monacho urbis Lubecensis Dominicano Burgensi ædis ejusdem cathedralis, incertum qvo seculo, Vicarius.

Chronicon Lubecense ἀνέκδοτον, qvod Henr. Rehbeenium, in *Chronico* suo ejusdem civitatis MSto, aliqvoties allegare, &, velut sibi lectum, seqvi, a V. C. Jacobo a Mellen per literas A. 1698. sum edoctus.

MARCUS STEFFENS, sive STEPHANI, Holsatus, urbis Oldenburgensis, in Comitatu Oldenburgico, ab A. 1683., per septennium, Diaconus, a Lutheranis ad Reformatos, circa A. 1690., est transgressus, &, cum Bremæ aliqvamdiu privatim vixisset, Friderico Werderæ & Dorotheopoleos Berolinensis Ecclesiastes a Friderico III., Rege Prussiæ, constitutus. Superstes illic etiamnum fuit A. 1704.

Geistliche Andachten: 1. auf die Anpreisung der allgemeinen öffentlichen und besonderen Catechismus-Lehre; 2. auf die Vortrefflichkeit der Christlichen Gesänge und Kirchen-Musick. Oldenburgi 1687. in 12. obl.

Hertzensgrund, vorgestellet zur Behauptung seines rechtmäßigen Abtrittes von den Irrthümern in der Lehre und den Kirchengebräuchen der Lutherschen, zu denen, selbigen entgegengesetzten, Wahrheiten der Reformirten Lehre, wie auch bescheidener, iedoch gründlicher, Beantwortung der nichtigen Warnungsschrift D. Nicol. Alardi. Coloniæ ad Svevum A. 1693. in 12. Oppositum est hoc scriptum D. Nicol. Alardi, Superint. Oldenburgici, Warnung vor der gefährlichen Nachfolge des Abfalls des zu den Calvinisten übergetrettenen Oldenburgischen Predigers, Marci Steffens, Oldenburgi A. 1691. *in 8.* editæ, impugnatum autem denuo ab Alardo in der fest stehenden Warnung vor der gefährlichen Nachfolge des Abfalls Marci Steffens, wieder seinen derselben entgegengesetzten Hertzensgrundt; samt einem kurtzen Beweise der gesamten Evangelischen Lehre, welche von den Reformirten in Zweifel gezogen wird, libello Hamburgi A. 1693. *in 12.* excuso.

Silentium post clamores, oder die unwiedersprechlich bewiesene Nichtigkeit der Alardischen Warnung, und fest stehenden Warnung. Coloniæ ad Svevum A. 1694. in 12. Huic etiam libello, qvem suo (der fest stehenden Warnung) Stephanius reposuerat, ab Alardo responsum est in dem Verfalle der Reformirten Kirche, Oldenburgi A. 1696. *in 8.* impresso.

Sendschreiben an D. Nicol. Alardum. in 12.

Anhang, oder Verteutschung einiger Lateinischen Stücke in beyden Apologien wieder D. Nicol. Alardum. Berolini 1694. in 12.

Fasciculus Anti-Alardianus, collectus ex scriptis pro veritate religionis Evangelicæ Reformatæ, & pro averruncandis imputationibus falsis & falsis editus. Berolini 1695. in 12.

Candidi Conscientiosi Epistola ad Liberium Philalethen, de promissa editione Apologiæ Steffensonianæ contra Alardinos insultus. Eleutheropoli in 12. Huic a Modesto Veridico, *in Epistola ad Candidum Conscientiosum, de mora & progressu Apologiæ Steffensonianæ*, est responsum.

BERNHARDUS STEIN, Lubecensis, Lucæ, Ecclesiastæ Jacobæi, filius, d. 24. Dec. A. 1651. natus, Archidiaconus, ab A. 1686. ad fatalem usqve 1695., Marianus Wismariensis. V. Joh. Wendekeri, Collegæ, Sermonem in exeqviis ejus, e Dan. XII. 3., habitum, istumqve allegantis Joh. Henr. a Seelen *Partem II. Athen. Lubec. p. 341. 342.* Ubi qvatuor ab illo editæ esse perhibentur Homiliæ Funebres Germanicæ:

α. in Ps. XXXVII. 4. Wismariæ 1686. in 4.
β. in Ps. LXXIII. 23. & sq. Wism. 1693. in 4.
γ. in Ps. LXXIII. 25. & sq. Sverini 1693. in fol.
δ. in Joh. XIV. 5. Wismariæ 1693. in 4.

JOHANNES PETRUS STEIN, Möllensis, d. 8. Oct. A. 1647. natus, Lucæ, Archidiaconi Lubec. Jacobæi, filius, templi Lubecensis Ægidiani Diaconus d. 21. Febr. A. 1678., Pastor ejusdem d. 7. Mart. A. 1689., totiusqve tandem Ordinis Ecclesiastici Senior A. 1706., constitutus (1.), & a Joh. Dan. Majore (2.), ob polymathiam rarioris exempli, pietatem, merita in Ecclesiam, & mores tranqvillos, commendatus, d. 30. Apr. A. 1710. vivis excessit. V. de illo En. Svantenii *Programma funebre*, & J. H. a *Seelen P. II. Athen. Lubec. p. 340. 341.*

Epistola ad D. Joh. Dan. Majorem, Prof. Med. Kilon., prolixa, de ipsius cum Franc. Wörgero Ecclesiaste Lubecensi, de Accentuum Græcorum novitate, voceqve χωραζιν (Matth. XI. 21.), controversiis, A. 1686. exarata, Majorisqve *Justis doloribus contra Wörgerum*, Kilonii A. 1686. *in 4.* excusis, *p. 29. 30. 31. 32. & seqq.*, adjecta.

Carmina qvædam Germanica.

LUCAS STEIN Junior, Lubecensis, Lucæ, Archidiaconi Jacobæi, itidem filius, d. 16. Febr. A. 1664. natus, Med. D. Trajecti ad Rhenum A. 1692. creatus, &, cum Britannia lustrata, praxin in patria inchoasset, sexta post nuptias hebdomade, d. 15. Jan. A. C. 1699., ætatisqve 35., extinctus. V. *Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1699., p. 62.*, Jac. a Mellen *Lubecam anni 1700. literatam p. 14.*, & Georg. Henr. Götzii *Or. de doctis Lucis p. 15.* Conf. etiam de illo J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 393. 394.*

Scrutinium Medicum Cosmodixeos Satanicæ Matth. IV. 8., Præside Autore, D. Joh. Dan. Majore, defensum. Kilonii 1686. in 4.

Disp. Inaug. de Dysenteria. Trajecti ad Rhenum 1692. in 4.

HANSIUS STEINBERGER.

Immerwährender Calender. in 8. Diarium perpetuum, Prognostica varia complectens jocosa & Satyrica, moribusqve Holsatiæ & urbis Hamburgensis præcipue accommodatum, qvod Joh. Balth. Schuppius, *in Calendario ad filium vernaculo* (3.) summa ejus recensens capita, commendavit, & A. circiter 1658. vel 1659. prodiisse tradidit.

PETRUS STEINBRECHER Cantor in Wagria circa A. 1646. Neostadiensis, A. 1659. superstes, parens Jacobi, Scholæ Lubec Præceptoris, & Petri, Cantoris Husensis.

Handbüchlein vor Kleine Schul-Kinder. Lub. 1646. in 12. (*Catal.*)

MARTINUS STEINHAUS, Wilstria Stormarsus, J. U. D.

Disp. Inaug. de Consvetudine, seu Jure non scripto, Præside D. Joach. Weccio proposita. Helmstadii 1638. in 4.

DETHLEVUS CAJUS STEINMANN, Holsatus, J. U. D.

Assertiones Inaugurales circa SCtum Vellejanum. Basileæ 1669. in 4.

JOHANNES STEINMANN, Itzehoensis, Jacobi, Consiliarii in Cimbria Danici, filius, Præfecturæ initio Steinburgensis Scriba, deinde vero, isto munere A. 1662. abdicato, Regis Daniæ Consiliarius, & Legatus in urbe Lubecensi, circa A. 1689., ordinarius.

Justa funebria, Christiani IV., Regis Daniæ, pientissimis & gloriosissimis manibus persoluta. Bremæ 1648. in fol.

Disp. de Jure Emphyteutico, Præside D. Joh. Ott. Tabore proposita. Argentinæ 1652. in 4.

JOHANNES STEINWICHIUS, Hamburgensis, Jacobi, ædis Jacobææ Curatoris, filius, J. U. Lic. & urbis patriæ, ab A. 1625., Secretarius, ab A. 1630. autem Senator, dignitate etiam A. 1634. functus prætoria, ac præbenda templi Cathedralis minore potitus tertia, d. 4. Febr. A. 1639. vivis excessit. V. Ad. Trafigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. p. 47.*, & Joh. Alb. Fabricii (mortem ejus ad d. 10. Febr. referentis) *P. II. Memor. Hamburg. p. 616.*

Disp. Inaug. de Juribus Civitatum. Argentinæ 1623. in 4.

Disp. de Juribus Fluminum, *in Catal. Pufendorfiano p. 76.* memorata, & illi forte tribuenda.

MARTINUS STELLING, Civis & Medicus (sicut ipse perhibet) Hamburgensis, ac Loemiater, circa A. 1625., Bremensis.

Virtutis comes invidia: Gunst und Abgunst, oder Bericht von der Pest, und den Artzneymitteln wider dieselbe. Bremæ 1625. 12.

M. JOHANNES STEMANNUS, Hamburgensis, Justi, mercatoris, ex Elisabetha Thebenia, Dithmarsa, filius, d. 28. Aug. A. 1602. in lucem editus, post finita studiorum, in scholis Buxtehudensi, patria, Hervordiensi & Osnabrugensi, tyrocinia, Theologiæ Rostochii, ab A. 1620., in convictu D. Joh. Tarnovii, per qvinqvennium vacavit, & juvenis simul nobilis studia est moderatus. A. 1625. Hafniam Danorum, ut Joh. Bramium, mercatorem sibi cognatum, templiqve Germanorum Petrini curatorem, salutaret, excurrit. Cujus, & aliorum, Ecclesiæ suæ, præter Pastorem, jam senem, alio opus esse ministro, judicantium, hortatu cum sacrum habuisset sermonem, isti Collega mox est adjunctus, & M. Septembri a D. Joh. Pauli Resenio, Seelandiæ Episcopo, inauguratus. Qvinqvennio post Hamburgam, Diaconus ædis ejus Nicolaitanæ d. 7. Mart. A. 1630. electus, repetiit, munusqve hoc sacrum, d. 28. Apr. sibi commissum, per 46. annos administravit continuos. Occasione Sermonis *de legitima Ministrorum verbi divini electione* vernaculi, A. 1646. editi, in qvo problematis: *An in ista indigenarum aliqva, præ exteris, habenda sit ratio?* affirmativam, Senatus etiam decreto paulo post confirmatam, defenderat, controversiæ minoris momenti, cum Joh. Slutero, J. U. D., Advocato tunc & postea Consule Hamburgensi, est implicitus. Is enim negativæ, in Vita parentis sui, M. Severini Sluteri, Pastoris Jacobæi, *Dissertationi de Ministrorum verbi divini ordine, vocatione, potestate & privilegiis*, Hamburgi A. 1650. publicatæ, subjuncta, patrocinari, & argumenta sermonis Stemanniani refutare, aggressus, nostro *Vindicias qvæstionis* illius, *objectionibus & exceptionibus quibusdam, nuper divulgatis, oppositas*, eodem A. 1650. extorsit. Qvibus cum a Slutero repositæ essent *Vindiciæ qvæstionis istius enervatæ*, anno eodem 1650. Hamburgi impressæ, Stemannus serram contentionis ulterius reciprocare noluit (4.) Ad. parochiæ tandem Nicolaitanæ Archidiaconatum (qvi in Archiepiscopatum ridicule ab Ant. Teiserio (5.) transmutatur) evectus, sensim, senectute gaudens cruda ac viridi, defecit, &, in concione ultima, pridie Paschatos, de sepultura Christi, habita, morbo correptus fatali, octiduo post, die nono Aprilis (non vero Augusti, qvem Joh. Alb. Fabricius (6.) perperam substituit), A. C. 1676., ætatis 74., munerumqve sacrorum 51., apoplexia & paralysi expiravit. E conjuge priori, Sophia Hedwige, M. Valent. Wudriani, Antistitis Petrini Hamburgensis, gnata, M. Jun. A. 1627. ducta, &, post biennium, Hafniæ amissa, duos qvidem sustulit filios, sed unicum tantum, Justum Valentinum, Theol. Licentiatum, Pastoremqve initio Helsingorensem, deinde vero supremum Ecclesiarum Holsatiæ regiæ Ephorum, reliqvit superstitem. E posterioris, Annæ Jügertiæ, qvam A. 1630. duxit, & viduam moriens reliqvit, qvinqve filiis, duabusqve filiabus, solus itidem Joachimus, urbis

(1.) teste Jacobo a Mellen *in Serie MS. Presbyterii Lubecensis.* (2.) *in Justis doloribus contra Wörgerum p. 23.* (3.) *V. Opera* ejus *Germanica p. 574-578.* (4.) Plura de controversia hac *Parte IV. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 10.*, *§. 16.*, *p. 580. 590.*, diximus, & in E[...] Sluteri, suo loco, afferemus. (5.) *Parte II. Catalogi Catalogorum p. 207.* (6.) *P. II. Memor. Hamb. p. 873.*

urbis Hamburgensis XVvir, & ædis Catharinææ curator, defuncto parenti superfuit. Epitaphii, ab utroqve illi filio, in æde Hamburgensi Nicolaitana, erecti, Epigraphen Jambicam, haud invenustam, satisqve prolixam, a natu majore, Justo Valentino, concinnatam, in Joh. Alb. Fabricii *Auctario Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium* (1.) invenies. Vitæ historiam fusius exposuit D. Mich. Kirstenii, Prof. Hamburg., *Programma funebre*, Hamburgi A. 1676. *in fol.* excusum, & A. 1711. in ejusdem Fabricii *Volumine Memoriarum Hamburgensium tertio, p. 319-327.*, recusum.

Conferri de ipso, præter jam allegatos, poterunt *Catalogus Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis MS. ἀδίσποτος*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1676.*, Christoph. Schraderi *Programmata Helmstadiensia publica, num. 56.*, Pet. Resenii *Inscriptiones Hafnienses p. 213.*, & Joh. Christ. Blumii *Theologorum emeritorum Jubilæus, c. 3., p. 171.*

SCRIPTA EDITA.

Exegesis dicti Act. IV. 12., Præside D. Joh. Tarnovio. Rostochii 1623. in 4.

Vindiciæ qvæstionis: Utrum, in electione Ministrorum verbi divini, popularium, præ exteris, aliqva habenda sit ratio? objectionibus qvibusdam & exceptionibus, nuper divulgatis, oppositæ. Hamburgi 1650. in 12. Historiam illarum e vita Autoris repete.

Stadtspiegel des Propheten Esaiæ, darinn zum Theil der Stadt GOttes, seiner Kirchen, Stärcke und Erweiterung, und was die Gläubigen darinn vor Friede, Vertrauen, Wege, Lust, Begierde und Hofnung haben, zum Theile Weltlicher Städte Macht, Wolfahrt und Friede, wie auch der Stoltzen Städte, und aller Gottlosen Straffe, nebst andern heilsamen Kirchen- und Stadt-Lehren, auß Es. XXVI. 1-12., in XV. Predigten verfaßet ist. Hamburgi 1631. in 4.

Meditationes Eucharisticæ; Heilsame Lehre, heilige Lust und Liebe, Christliche Vorbereitung, würdige Genießung, süßer Trost und gottselige Wirckung, auß den Worten der Einsetzung des H. Abendmahls, in andächtige Betrachtungen gefaßet, und, neben schönen Buß-Beicht- und Communion-Gebeten, außgegeben. Hamburgi A. 1637. 1645. 1660. 1685. & 1708. in 12.; nec non Belgice translatæ a Zach. Webbero, Amstelodami 1657. in 12.

Gewißer Trost der Seligkeit, wider allerhand Anfechtungen, auf GOttes Wort gegründet, und in etlichen Predigten vorgetragen. Hamb. 1638. in 12.

Predigt über Joh. XIV. 6. Hamb. 1641. in 12. (*Catall.*)

Kurtzer schriftmäßiger Bericht von nohtwendiger, göttlicher und ordentlicher Predigerwahl, nach Anleitung der Apostolischen Wahl Matthiæ, auß Act. I., der Gemeine zu S. Nicolai, in den Betstunden, vorgetragen. Hamb. 1646. in 12. De controversia, hujus scripti occasione, inter Autorem ac D. Joh. Sluterum enata, in vitæ nostri jam dictum est historia.

Geistlich Gewehr gegen die Türcken, oder Erklärung des Gebets des Propheten Habacucks wider die Chaldæer, cap. I. 12-17., in VII. Predigten verfaßt; mit beygefügten Gebeten. Hamb. 1664. in 12.

NICOLAUS DANIEL STEMANNUS, Hamburgensis, Johannis, modo laudati, ex Anna Jügertia filius, d. 6. Jul. A. 1642. natus, e patriæ Gymnasio A. 1661. in Academiam missus Juliam, & in eadem, cum summi Juris honores, post examina consveta, ac magnam Diatribæ Inauguralis partem jam excusam, ipsi essent conferendi, d. 13. Aug. A. C. 1666., ac ætatis 24., febri acuta extinctus. V. Christoph. Schraderi *Programma de vita ejus funebre, in Programmatis Helmstadiensibus publicis, num. 56.*, obvium, D. Balth. Cellarii *Sermonem* Germanicum, in exeqviis ejus, e Jac. IV. 12-15., habitum, & Helmstadii A. 1666. *in 4.* excusum, ac *Epitaphii Helmstadiensis Epigraphen* in Justi Christoph. Böhmeri *Inscriptt. Helmstadiensibus p. 14.* Chr. Schradero, *l. c.*, *Juvenis* audit *summi ingenii, singularis modestiæ, ac minime vulgaris doctrinæ.*

Disputationes XI. in Pandectas, totidem hebdomadibus continuis, Præside D. Enocho Glässero, propositæ. Helmstadii 1666. in 4. (*V. Schraderum l. c.*)

Disp. de Successione liberorum in feuda, ab ipso Præside (*Resp. Henr. Heldio, Hamburgensi*) exhibita. Helmst. 1666. in 4.

Disp. Inaug. de Jure Fisci. Helmst. 1666. in 4. Huic, morte prohibitus, manum supremam non imposuit.

Oratio de Hansici foederis origine, incrementis, privilegiis, & in totam Germaniam beneficiis, Helmstadii A. 1665. recitata, de qva Chr. Schraderi *Programma 105. Helmstadiense privatum*, illi præmissum, consulatur. An prodierit, ignoro.

JACOBUS STENDEROP, Hatherslebia Cimber.

Rudimenta Logicæ Tetractycæ, seu Disp. de vi *Τετρακτύος*, vel numeri qvaternarii, in Arithmetica. Hafniæ 1698. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1698., p. 115.*

CORNELIUS STENHUSEN, Dithmarsus, Urbis Flensburgensis Secretarius, post Hartw. Lohmannum, d. 6. Maji A. 1622. electus, & in ordinem postea, d. 12. Nov. A. 1639., evectus Senatorium, Apoplexia d. 25. Jul. A. 1647. expiravit subita, &, præter liberos alios, Margaretam filiam, Lamp. Alardo, Th. Lic. ac Pastori in Dithmarsia Brunopolitano, A. 1654. elocatam, reliqvit superstitem. D. Steph. Klotzii, Superint. regii, Sermo Germanicus, e Ps. CXVI., in ejus habitus exeqviis, *Decade III. Concionum* Klotzianarum *funebrium*, Lubecæ A. 1669. editarum, prodiit, sed nullam vitæ exhibet historiam. Joh. Kirchmanni, Scholæ Lubec. Rectoris, V. C., Epistolas ad illum complures *ἀνεκδότους* Marqv. Gudius noster olim asservabat.

Joh. Meieri, Flensburgensis, patriæ Secretarii, soceriqve sui, Methodum juris Danici ineditam, a se illustratam, luci destinavit publicæ. V. qvæ de illa supra, (*sub Meieri nomine*), attulimus.

JACOBUS STINDTIUS, Hamburgensis, Dav. Chytræi, in Acad. Rostochiensi, A. 1585. fuit auditor, Jenamqve postea delatus XI. Kal. Febr. A. 1593., & nuptias celebravit, & supremos Juris honores, applaudente Wolfg. Heidero (2.), obtinuit. Professorem eum Juris extraordinarium ibidem, circa A. 1596., fuisse constitutum, licet Adr. Beieri *Professorum Jenensium Syllabus* de illo taceat, e *Programmate*, qvo Legum studiosos velut Doctor compellavit *Orationi de Lothario Saxone* præfixo, colligas. Fuit præterea Judicii aulici Jenensis, circa A. 1600. Advocatus publicus, ac ædes D. Victorini Gruneri, Antecessoris Academici, ab eodem, ad obitum usqve, inhabitavit (3.). Rerum fere omnium inopem illum, A. 1615. ineunte, decessisse, verba Epistolæ Wolfg. Heideri, Acad. Jen. Philosophi, ad Frid. Hortlederum *ἀνεκδότου*, d. 16. Febr. eodem anno exaratæ, docent seqventia, a Casp. Sagittario (4.) recitata: *Non sum animi dubius, qvin olim noveris D. Jac. Stindtium, Virum qvidem bonum, sed infeliciorem, & qvarta luna, qvod dici solet, natum. Decessit ille, & uxorem viduam, liberos orbos, & rem familiarem prope nullam, reliqvit.* Nicol. Reusnerus (a Z. Celspirio, *Lib. 2. de Anagrammatismo p. 260.*, allegatus) hoc eum laudavit Anagrammate:

Jacobus Stincius * *Sat bonus hic civis.*

(1.) *num. 143., p. 45.* (2.) in Carmine peculiari, *Lib. III. Poem., p. 435. 436.* (3.) V. M. Adr. Beieri *Architectum Jenensem, c. 20., p. 192.*
(4.) *in Introd. in Hist. Eccl., c. 24., §. 37., p. 678.*

Ἐγκωμιαστικὸς, seu de laudibus Lotharii Saxonis, Imperatoris, Oratio, altera parte auctior, qvæ ante triennium Jenæ publice fuit habita. Hamburgi 1599. in 4. Præfixa sunt, præter ipsius ad Juris Studiosos Programma, carmina El. Reusneri & Wolfg. Heideri, Professorum Jenensium, encomiastica.

Disp. de Sponsalibus & nuptiis. in 4. (*Catal.*)

Carmen in obitum D. Dav. Chytræi, Theologi Rostochiensis, A. 1600. scriptum, & inter Epicedia, hujus memoriæ sacra, excusum.

Elegia (*haud inelegans*) in Dav. Chytræi junioris excessum, Parentis illius *libri de Morte & Vita æterna*, Witebergæ A. 1581. *in 8.* editi, *Partis I. Appendici* (*lit. C. 1. a. b.*) inserta.

GODSCHALCUS a STITEN, Patritius Lubecensis, Antonii, Consulis, filius, reipublicæ patriæ Senator, d. 28. Jan. A. 1567., qvamvis cœlebs, electus, in aulam Danicam, cum D. Calixto Scheinio, Syndico, A. 1578. ablegatus, ac tandem d. 11. Febr. A. 1588. defunctus. V. *Chronicon Lubecense Germanicum Kirchringio-Mollerianum p. 233. 241.*

A. 1582., una cum Joh. Ludinghusio, Consule, & D. Calixto Scheinio, Syndico, Senatus jussu, Jus Lubecensium municipale revidit, emendavit, ac congruo digestum ordine Lubecæ A. 1586., Latine pariter atqve Germanice, edidit. V. supra sub Ludinghusii dicta nomine, & *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 6.*, *§. 3.*, *p. 497. 498.*

CHRISTIANUS a STÖCKEN, Rendesburgo Holsatus, d. 15. Aug. A. 1633. in lucem editus, patrem habuit Henricum, Senatorem & exactorem vectigalium, matrem Abeliam, Nicol. Gudii, Senatoris, filiam, avum paternum Nicolaum, proavum Henricum, utrumqve Architectum regium, fratres autem Gerhardum, Academiæ Argentinensis Antecessorem, & Henricum, Christiani V., Daniæ Regis, Qvæstorem supremum ac Consiliarium intimum, familiis omnes Stackiorum (1.) & Gudiorum, jam olim, si Biographiam postremi audias vernaculam, eqvestribus, progenitos. Jactis, in scholis patria atqve Heidensi (qvibus Joh. Hamericus præerat), Gymnasioqve Lüneburgensi, studiorum fundamentis, Theologico in Academiis vacavit Lipsiensi & Rostochiensi, tituloqve Magistri in hac d. 12. Maji A. 1655. impetrato, Idæ Rumohriæ, viduæ nobilis, liberos, in prædio Angliæ Cimbricæ Röstensi, per aliqvot annos, instituit. A qva, Vici sui Cappelensis ei collatura Pastoratum, cum A. 1656. Trittoviam, Wagriæ oppidum, ut Frid. Alefeldio, Præfecto illius, Ducisqve Holsato-Gottorpiensis Vicario, se sisteret, ejusqve consensum obtineret, esset ablegatus, adeo huic dotes ipsius arriserunt, ut secum, invita Ruhmoria, detineret, & Trittoviæ, d. 7. Dec., seu Dom. II. Adv., Pastorem præficeret. Officio huic per duo lustra præfuit, ad A. usqve 1666., qvo Ecclesiastæ aulici officium, eodem ipsi tempore a Christiano Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, matreqve hujus vidua, Maria Elisabetha, Husi commorante, destinatum, ab Augusto Friderico, Episcopo Lubecensi, una cum Ecclesiarum Episcopatus omnium ephoria, Eutini illi conferebatur. A. 1674., d. 12. Maji, post habitam Disputationem *de Virga Aaronis*, qva ad cognomen allusit vernaculum, inauguralem, Doctoris Theologi titulum Kilonii, Brabeuta Christ. Kortholto, exambiit (2.). A. 1677. Joh. Jebsenio, in urbis patriæ Rendesburgensis Pastoratu & Præpositura, A. 1678. Joh. Hudemanno (cui anno præcedenti jam adjunctus erat coadjutor), in Superintendentis Ecclesiarum Ducatus utriusqve regiarum, Consiliariiqve Ecclesiastici, dignitatibus, ac Præpositura Segebergensi, A. 1680. autem M. Gregorio Michaelis in Præpositura Flensburgensi, a Christiano V., Daniæ Rege, prævia Henrici fratris commendatione, est subrogatus, nec multo post supremus etiam sacrorum Comitatus Pinnebergici constitutus Inspector. Sex ista officia, qvatuor vel qvinqve Theologis antehac committi solita, solus, Rendesburgi hærens, & inde in loca cætera nonnunqvam excurrens, ad obitum usqve, ut potuit, non ut debuit (nec enim omnibus sufficiebat), administravit, & die tandem 4. Sept. A. C. 1684., ac ætatis 51., morte illis inopina valedixit. Superstites ei, e conjugio priori cum Margareta Gravia, Johannis, civis Hamburgensis, filia, ac Bernh. Löfebeckii, sui in Pastoratu Trittoviensi antecessoris, vidua, d. 9. Febr. A. 1657. inito, duo fuerunt filii, Henricus Theologiæ, & Frid. Gerhardus, LL. cultor, cum totidem filiabus, qvarum natu maxima, Anna Catharina, Christiano Burchardo a Felden, Cameræ regiæ Consiliario, supremoqve Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorstani Commissario ac Qvæstori, est elocata. Hac conjuge d. 30. Maji A. 1682. orbatus (3.), secundas, seqventi 1683., d. 17. Apr., celebravit nuptias cum Ida Walteria, Hansii, Copiarum Danicarum pedestrium Strategi, Gubernatorisqve Rendesburgensis, gnata, unicum ipsi puerum in sedecimestri enixa conjugio. Pastoratum ac Præposituram Rendesburgensem defunctus Henrico filio, Segebergensem M. Georg. Henr. Burchardo, Flensburgensem Joh. Lysio, supremam autem ephoriam Ducatus Slesvicensis Ecclesiarum D. Josvæ Schwartzio, ac Holsaticarum M. Herm. Erdmanno, reliqvit. Inter sacros Cimbriæ Oratores, Poetasqve & Hymnographos vernaculos, famam aliqvam obtinuit, nomenqve sodalitio horum dedit Liligero, in qvod a Phil. Zesio, autore, agnomine *Devoti* (des Andächtigen), emblemate lilii coerulei, lemmate nach dem Himmel zu, tituloqve Secretarii (des Miterzschreinhalters), ei attributis, est receptus, & hoc ornatus elogio:

Billig wird der Herr von Stöcken der Andächtige genandt,
Und die Himmelblaue Lilie ihm zu führen zuerkandt,
Weil er seinen edlen Sinn gantz zur Andacht pflegt zu lencken,
Weil er wil auf nichts so sehr, als den Himmel, sehn und dencken.

Non defuere tamen ipsi Censores sui, qvi partim fastum, splendorem vitæ externum, opumqve studium, in eo notasse sibi sunt visi, partim vero, qvod in Hymnologio suo vernaculo, A. 1681. certo pretio Ecclesiis obtruso Cimbricis, cantiones Lutheri, aliorumqve Sec. XVI. Theologorum, numeris lege solutis, more ævi istius, conscriptas, ad nuperas leges metricas refingere & emendare haud dubitasset, audaciæ accusarunt temerariæ.

Consulatur de vita illius Caji Arndii, Dithmarsiæ australis Præpositi, Sermo funebris in Matth. VI. 10. Germanicus, cum Henr. Hamerici, Scholæ Rendesburgensis Rectoris, Parentatione vernacula, Epicediisqve tum Collegarum Societatis Rosigeræ Zesianæ, tum Hamerichii ejusdem (in cive hoc suo extollendo nimii), aliorumqve clientium, Glückstadii A. 1685. *in 4.* excusus.

Confer etiam Henn. Wittenii *Tomum I. Diarii Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1684.*, Ant. Heimreichii *Hist. Eccl. Slesvic.*, *L. 4.*, *c. 2.*, *p. 190. 191. 199.*, *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr.*, *P. III.*, *c. 3.*, *§. 29.*, *p. 336.*, Joh. Christoph. Olearii Entwurf einer Lieder-Bibliotheck *p. 70. 71.*, & Joh. Casp. Wezelii *Partem III. Hymnopoegraphiæ Germanicæ p. 269. 270.*

ELOGIA.

Paulus Sperlingius Jun., Theol. Kiloniensis (*in Elegia & Choliambis in promotionem illius Doctoralem*), eum, ob facundiam, carminum svavitatem, & *dotes mirandas*, D. G. Morhofius autem (*in Tr. Germ. de lingva & Poesi Germanica, P. III.*, *c. 15.*, *p. 713.*), ob diligentiam in hymnis sacris vernaculis elucubrandis, commendavit. Henr. Ha-

mericum

(1.) Familiam Stackianam Casp. Danckwerthius, *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c. 3.*, *p. 21.*, familiis Cimbriæ accenset eqvestribus, sed jam extinctis.

(2.) V. Carmina de illo gratulatoria P. Musæi, C. Kortholti, Pauli Sperlingii, D. G. Morhofii, & aliorum, Kilonii A. 1674. *in 4.* excusa.

(3.) V. D. Andr. Svefingeri, Præpositi Münsterdorf., Sermonem in Graviæ obitum, e Rom. XIV. 8., funebrem, A. 1683. excusum.

mericum taceo, qvi, *in Elegia funebri*, defuncto plus justo adulatus, *Florem* illum salutavit *patriæ*, *Aonidum columen*, *tutelam Minervæ*, *pietatis exemplar*, *facem honesti splendidam*, *æqui regulam*, *boni normam*, *caputqve arte refertum omnigena*,

Cui se relligio tantum debere fatetur,
Quantum sors hominum se meruisse stupet.

Erdm. Neumeisterus, *in Diss. de Poetis Germanicis p. 102.*, his qvidem eum accenset, sed carminum simul ejus *dictionem* esse *communem*, & *artificium mediocre*, judicat.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Animæ damnatæ lamenta & tormenta (der Verdammten Seelen Klag und Plag,) rythmis non inconcinnis ab Anonymo Autore, ante seculum, & qvod excurrit, expressa. Subjunguntur Rythmi de extremo Judicio & mysterio Trinitatis. Omnia a Stöckenio emendata, ad orthodoxiam reformata, eodem rythmi genere in lingvam translata Germanicam, & variis veterum ac recentiorum sententiis, ad marginem, illustrata. Latino-Germanice. Hamburgi 1669. in 4. Versionem ejus Germanicam *admodum concinnam*, monitaqve adjecta *doctissima*, vocat M. Greg. Michaelis *P. I. Notarum ad Jac. Gaffarelli Curiositates inauditas p. 121.*

Disp. Inaug. de Virga Aaronis florida, e Num. Cap. XVII., Præside D. Christ. Kortholto proposita. Kilonii 1674. in 4. Recusa Witebergæ 1690. in 4. *Eruditissima* a Greg. Michaelis, *l. c. p. 139.*, appellatur.

II. GERMANICA.

Neugestimmte Davids Harfe, oder die Psalmen Davids, guten theils auß Mart. Opitzens Uebersetzung, dergestalt eingerichtet, daß sie, nach denen in Lutherschen Kirchen üblichen Gesangweisen, können gesungen werden. Slesvigæ 1656. in 12.

Trittouischer Antritt, oder zwey, bey Antrettung des Pfarrdienstes zu Trittou, A. 1656. gehaltene Predigten: I. eine Vorstellungspredigt auß dem Evang. am XX. Sontage nach Trin., von eines Evangelischen Predigers Ehre, Beschwerde und Lehre; II. eine Anzugspredigt, auß den ersten Worten des Evangelii am andern Sontage des Advents, vom gestirneten Kirchenhimmel hierunten auf Erden, was an demselben vor herliche Sterne leuchten, und wie GOtt allerwege an demselben sonderliche Zeichen habe geschehen lassen. Hamburgi 1658. in 4.

Heilige Friedensarbeit, über den, durch GOttes Gnade, getroffenen Nordischen Frieden, darinn enthalten: 1. die gute Botschaft vonselbigem, in zwey Predigten; 2. Holsteinisches Memorial wegen desselben, nach Ordnung der VII. ersten Bücher des Alten Testaments, in VII. Danck- und Bet-Sermonen; 3. Schüldige Friedens-Feyer an dem Fürstl. Holsteinischen Friedensfeste, in zwey Danckpredigten; 4. Andächtige Friedenslieder. Glückstadii 1662. in 4.

Fürnehmer Herren Herligkeit und Sterbligkeit, oder Leichpredigt über Frid. von Alefeld, Fürstl. Holst. Statthalter und Amtmann zu Trittou, auß Es. XXII. 20-25. Ratzeburgi 1664. in fol.

Gottseliger Ehleute heiliges Eh- und Haußührlein, auß Joh. II. 4. Hamb. 1664. in 12.

Irdische Haußsonne, eine Hochzeitpredigt. Kilonii 1664. in 4. (Commendatur a Joh. Frid. Mayero *in Museo Ministr. Eccl.*, *P. IV.*, *p. 56.*)

Türckische Krieges- und Christliche Sieges-Posaune, auß Deut. VII. 5-8. Ratzeb. 1665. in 12.

Bischöfliche Ehrenseule, Herren August Friderichen, erwehlten Bischoffen zu Lübeck, auß Gen. XLIX. 22-27., aufgerichtet. Ratzeb. 1667. in fol. Sermo auspiciis Episcopatus ejus sacer, ac proinde ab Henn. Wittenio, *l. c.*, male inter funebres relatus.

Christi Ohnmacht der Christen Andacht, Poetisch und Gesangweise aufgesetzet, und mit Passions-Gesängen und Gebeten vermehret. Ratzeb. 1668. in 12.

Heilige Hertzensseufzer, in zwey Theilen; samt einem zwiefachen Anhange. Lubecæ 1669. in 12.

Dreyfaches Taufgedächtniß, bey der Taufe dreyer hochadelichen Kinder, Aug. Frid. von Baudissin, Henr. Diet. von Berkentin und Aug. Sperlings, in 3. Taufreden, vom ehrnen Handfasse unserm Tauf-Schatze, Exod. XXX. 18., von der Vögel Wunder- und unserer Wiedergeburt, auß Gen. I. 20., und vom eingetauchten und getauften Sperling, auß Lev. XIV. 4-7., aufgerichtet. Hamb. 1670. in 4.

Gläsern Meer der H. Taufe, oder Taufpredigt, auß Apoc. XV. 2. Ratzeb. 1670. in 4.

Die vernünftige lautere Milch des H. Catechismi (Libellus Catecheticus, in Ecclesiis Cimbriæ receptus regiis, ἀδέσποτος qvidem, sed Autorem suum literis vocum seqventium prodens initialibus *Christus Verleyhe Segen Dazu.*). Ratzeb. A. 1672. & 1681., Rendesburgi 1680., Glückstadii 1684. 1694. 1696. 1710. 1721., ac Flensburgi, sine mentione anni, in 12. Danica ejus versio Flensburgi A. 1705. in 12. prodiit, a P. Sassio, Diacono Hatherslebiensi, concinnata.

Ehrenpforte, ehmahls dreyen Hochfürstl. Personen, auf dero Reise, in der Bischöflichen Hof-Kirche, A. 1668. aufgerichtet, wieder übersehen, und Augusto Friderico, Bischoffen zu Lübeck, zur Bewillkommung nach der Nordischen Reise, übergeben. Ratzeb. 1672. in 8.

Heilige Passions-Gemählde, in welchen die gantze Traurgeschichte des Leidens und Sterbens Jesu Christi nachsinnlich vorgestellt, und in VII. Predigten anmuhtig erkläret wird; Mit Kupfern. Francofurti 1674. in 12.

Die offentliche Kinder- und Kirchen-Verhör auß dem Catechismo, mit vielen Zeugnissen bestättiget und verthädiget. Accedunt Anonymi Regulæ morales pro Ministro Ecclesiæ. Ratzeb. 1674. in 8.

Das Eiserne Teutschland, in der Löuwengrube des Krieges, zum Bußgebete Daniels eifrig und ernstlich angewiesen, oder Buß- und Bet-Predigt, auß Dan. IX. 4-9. Plönæ 1676. in 8.

Das Hochfürstliche Eh- und Liebes-Bette Aug. Friderici, Bischoffen zu Lübeck, und Christinæ, Hertzoginn zu Sachsen, eingesegnet, oder Hochzeits-Sermon auß Cant. I. 16. Plönæ 1676. in fol.

Was ists? oder Caßisches Ehrengedächtniß, zum Nachruhme Christ. Cassii, Bischöfl. Lübeckischen Geheimen Rahts, in einer Leichabdanckung, aufgerichtet. Prodiit cum Christoph. Rodatzii, Past. Eutinensis, Sermone de eodem Cassio funebri, in Ps. XXXIX. 13., Plönæ A. 1676. in fol., & seorsim Glückstadii A. 1679. in 12.

Heilige Nachtmahls-Musick, auß Thomæ von Kempen im vierdten Buche von der Nachfolge Christi befindlichen Andachten vom Sacramente, in dreymahl zwölf Lieder verfasset: Mit Melodeyen Christ. Floren, Lüneburgischen Musici. Plönæ 1676. in 8.

Klare Andeutung und wahre Anleitung zur Nachfolge Christi, bey Verschmähung der weltlichen Eitelkeiten, und Ueberstehung der niedrigen Begebenheiten, in Ansehung der Göttlichen Süßigkeiten, auß Thomæ von Kempen drey ersten Büchern solchergestalt außgeführet, und mit 38. Andachtsliedern, und eben so viel neuen Melodeyen, außgezieret. Plönæ 1678. in 8.

Der Stecken Aarons, wie er, durch die Hand Mosis, auß der Stiftshütten genommen, und in seiner Blühte der gantzen Gemeine Israel gezeiget worden, in einer, am letzten Pfingsttage, A. 1678., zu Eutin, gehaltenen Abschiedspredigt, auß Num. XVII. 8., betrachtet. Plönæ 1678. in fol. Adjecta sunt Carmina D. Joh. Wilh. Petræi, successoris, & aliorum, gratulatoria.

Opera sacra de Pace recuperata; Heilige Freud- und Friedenswercke über den, durch GOttes Gnade, erlangten Nordischen Frieden, an dem am I. Sont. des Advents angestellten Danckfeste, auß dem Evangelio Matth. XXI. 1. sqq., vorgestellet. Samt einer Vorrede von den Kunstwercken, die man Opera nennet. Plönæ 1680. in 4. Commendantur ab Henr. Elmenhorstio, Operum scenicorum hyperaspista, *in Dramatologia p. 101.*

Der Seelenperle köst- und künst-doch Christliche Einfassung ins Gold der Gedult; oder Leichpredigt über Margareta, Henrici von Elswich, Predigern zu Rendesburg, Ehfrau, auß Luc. XXI. 19. Plönæ 1680. in 4.

Der von GOtt gesegneten Kron und Helm, oder Leichpr. über Anna Sophia, D. Andr. Svesingers von Kronhelm, Probsten und Past. zu Krempe, Ehfrau, auß Ps. V. 13. Rendesburgi 1680. in 4.

Geistliche Wallfahrt zum rechten Heilbrunnen, bey dem, durch GOttes Gnade, nicht weit von Brahmstede, entsprungenen Gesundbrunnen, in einer im freyen Felde gehaltenen Predigt, vorgestellt. Rendesb. 1681. in 16.

Kleines Holsteinisches Gesangbuch, darinn außerlesene alte und neue Gesänge, von den alten zwar die gewöhnlichste, und von den neuen die nöhtigste, von beyden die nützlichste, durchgehends aber also verbessert, daß die alten gedoppelt, nach ihrer vorigen, und gleich gegenüber nach ietzt üblicher Poetischer Reimart, die neuen aber mit vielen, nie gedruckten (meistentheil des *Autoris* eigenen), vermehret, zu finden: In guter Ordnung, unter gewissen Haupt- und sonderbahren Titeln, nicht so sehr zusammen- als außgesucht. Rendesb. 1681. in 12. Hymnologium hoc minus, e majori inedito excerptum, privilegioq; Christiani V., Regis Daniæ (cujus permissu Autor *Holsaticum* illud appellavit), munitum, a Stöckenio superstite Ecclesiis Chersonesi Cimbricæ regiis, ad usum in templis publicum, obtrusum qvidem est, &, cum singulæ exempla libri complura emere cogerentur, bis eodem A. 1681. excusum, sed, mox post obitum ejus, minori habitum in pretio, ac tandem plane neglectum. Editio prior, *in 12.* impressa, Evchologium (die Heilige Betandacht) habet adjunctum, qvo posterior, *in 8. obl.* publicata, & proœmio Apologetico, Hymnisq; 143 (illa enim 642., hæc 785., exhibet), aucta, destituitur. Mart. Lipenius, *P. I. Biblioth. Theol. p. 229.*, Anonymi *Hymnologium Holsaticum* (Holsteinisches Gesangbuch) Francofurti A. 1676. in 8. jam prodiisse, tradens, more suo scriptum, vel chimæricum, vel saltem promissum, editis accenset. Emendatio Hymnorum Lutheri, cæterorumqve antiqviorum, ad leges Poeseos hodiernæ Germanicæ metricas, privato ausu temere ab illo instituta, non majori gavisa est successu, qvam Urbani VIII., Pont. Rom., Poetæ eximii, similis circa Hymnos veteris Ecclesiæ Latinos, in Canones itidem prosodicos sæpissime impingentes, conatus frustraneus. Licet enim noster, *in præfatione*, de labore hoc suo a D. Mart. Geiero, Præceptore, alilsqve Theologis, approbato, glorietur, displicere tamen sibi institutum istud complures non dissimularunt, &, hos inter, nomine illius suppresso, Ant. Reiserus (graviter in reformatores Cantionum Lutheri, ac coætaneorum, audaculos invectus), *in præfatione Hymnologii vernaculi*, A. 1683. a se editi, Christ. Scriverus *P. II.* des Siech- und Siegsbettes *p. 68.*, Joh. Andr. Schmidius *in Diss. de modo propogandi Religionem per Carmina*, §. 30., *p. 52.*, ac M. Trog. Arnkielius, in proœmio dem alten emendirten Sleswig-Holsteinischen Gesangbuche A. 1696. præfixo; expresso autem eodem M. Joh. Melch. Kraftius in der Geretteten Unschuld Zweyer Fürstl. Holsteinischen Superintendenten, *c. 4.*, *p. 215.*, & M. Erdm. Neumeisterus, *in Diss. de Poetis Germanicis, p. 101. 102.* ita scribens: *Hymnos B. Lutheri, aliorumque, Ecclesiasticos, instituto non admodum nimis utili ac probanda, interpolavit. Nam si vel maxime rythmum forte juvat, nervum certe spiritumqve non raro prorsus infringit, qvantum addiderat, tantundem qvoqve demens.* Exstat etiam Satyra adversus Hymnologium hoc Stöckenianum Germanica, ἀνωνύμως Romanopoli A. 1682. *in 12.* (sub titulo der Berahtschlagung Apollinis und der Musen im Parnasso, über das Holsteinische Gesangbuch) impressa, qvam nonnulli Nicol. Winterbergio, Parocho Hilgenstadiensi, alii vero M. Magno Gartnero, Sveco, Ecclesiastæ Cimbrico, vindicarunt. In ista (ἀκρασίαν Autoris sui passim prodente, nimioqve rigore Pontificiorum, Reformatorum, Socinianorum, aliorumqve ἀλλοφύλων, heterodoxias locis compluribus, sensum, etsi verba subinde sint duriuscula, admittentibus saniorem, affingente) homines omnium ordinum eruditi introducuntur, sua de Hymnologio hoc exponentes Judicia: Lutherus, ob hymnorum suorum correctionem, & censuram de illorum obscuritate temerariam, in Stöckenium, de propriorum perspicuitate ac svavitate gloriatum, invehitur: Nicol. Selneccerus, Phil. Nicolai, aliiqve Doctores Lutherani vetustiores, de simili illius, in Canticis suis refingendis, & sæpe, non solum qvoad sensum, sed & qvoad metri rationem, depravandis, conqveruntur audacia, Pontificiis interim & Reformatis, ob eandem, Ecclesiæ Lutheranæ insultantibus: Theod. Reinkingius abusum privilegii regii ad nummos corradendos, Dan. Sennertus autem scandala, ex hoc Autoris novaturientis instituto, orta, exaggerat: Erasmus Francisci phraseologiam ejus Germanicam virgula notat censoria: Joh. Ristius tandem, Hymnorum suorum immutationi itidem indignatus, ipsi φιλαυτίαν, crebras vocum trajectiones, elisiones duriusculas, particulas expletivas, aliaqve in leges Poetico-prosodicas peccata, exprobrat. Responsum qvidem schedæ huic ab Anonymo est alio, in Epistola vernacula (dem Schreiben eines Freundes an seinen Freund, über die Relation auß dem Parnasso, betreffend das Holsteinische Gesangbuch), qvam Henr. a Stöcken, nostri filius, cum præfatione sua, Glückstadii A. 1682. *in 4.* edidit, sed frigide admodum, ac ita, ut clientis sui causam parum juvet.

Erläuterter Adventsgesang: Nun komm der Heiden Heiland. Glückst. 1682. in 8.

Der älteste Weinachtsgesang: Ein Kindelein so löbelich; nach seinem eigentlichen Wortverstande, schriftmäßig erläutert. Glückst. 1683. in 8.

Erläuterter Passionsgesang: Ach wir armen Sünder. Glückstadii 1683. in 8.

Erklärung vier außerlesener Advents-, Weinacht-, Passions, und Ostergesänge: 1. Nun komm der Heyden Heiland; 2. Ein Kindelein so löbelich; 3. Ach wir arme Sünder; 4. Christ lag in Todes Banden. Glückst. 1699. in 8. Commendatur a Georg. Serpilio in den Zufälligen Liedergedancken, *p. 115. 116., & alibi.*

Bedencken zweyer vornehmen Theologen, über die den Sleswigischen Landständen, Bedienten, Unterthanen und eingesessenen, angemuhtete Eidesleistung. A. 1684. in 4. Prius e duobus his judiciis, qvod Christ. Alberti, Ducis Holsato-Gottorpiensis, subditos in Ducatu Slesvicensi Christiano V., Daniæ Regi, homagium, qvod is A. 1684., hoc occupato, exigebat, salva præstare posse conscientia, asserit, Stöckenio tribuitur ab Autore des Fürstlichen Bedenckens über zwey Hauptfragen *p. 45.*, ac in posteriori (cujus Autor D. Christ. Kortholtus, Theologus Kiloniensis, fuisse creditur) est refutatum.

Hortus conjugalis, e Ps. CXXVIII., qvem Stöckenio tribuit Wittenius, *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1684.*

INEDITA.

Großes volständiges Gesangbuch, in drey Büchern verfasset, qvod prælo paratum A. jam 1681. fuisse, *præfatio Hymnologii Holsatici minoris*, ex illo excerpti, testatur.

Catechismusspeise, qvam *in 4.* editum iri *Catalogus nund. Lips. A. 1663. autumn., p. 36., est pollicitus.*

HENRICUS

HENRICUS a STÖCKEN, Trittovia Holsatus, Christiani (*de qvo modo dictum*) e Margareta Gravia filius, d. 16. Nov. A. 1657. in lucem editus, parentis, ab A. 1684., in Pastoratu ac Præpositura Rendesburgensi, Successor, phthisi M. Julio A. C. 1690., ac ætatis 33., extinctus; in Societ. Rutigera Zesiana der Gelassene.

Schreiben eines Freundes an seinen Freund, über die also genandte Relation auß dem Parnasso, betreffend das Holsteinische Gesangbuch, von ihm, mit einer Vorrede, außgegeben. Glückstadii 1682. in 4. V. qvæ de Epistola hac, qvam alterius esse contendit, in vita Parentis ejus monuimus.

Heilige Todeswunder, oder Leichpredigt über Andr. Thomsen, Bürgermeistern zu Rendesburg, auß Joh. XI. 25. 26. Slesvigæ 1685. in 4.

Heilige Todtenkammer, oder Leichpredigt über Rötger Neven, Bürgermeistern und Postmeistern zu Rendesburg, auß Es. XXVI. 20. Plönæ 1686. in 4.

Die grosse Hertzensangst eines ietzt Sterbenden, wie man sich derselben, noch vor dem Sterben, entschütten, und desto frölicher und seliger sterben, kan. Plönæ 1686. in 4. (*M. C. K.*)

M. HENNINGUS (EGGERTII fil.) STOCKFLEHT, Hatherslebia Cimber, scholæ initio urbis in Norwagia Christianiensis, primus ab A. 1637. (qvo Magistri titulum Hafniæ, Brabevta Wolfg. Rhumanno (1.), obtinuit), Rector, simulqve Log. & Metaph. in Gymnasio Professor, deinde vero, ab A. 1646. (2.), ejusdem, post M. Olaum Boethium, Episcopus & Canonicus, A. 1664. (juxta Pet. Resenium (3.)) vel 1663. (juxta alios) defunctus, & M. Johannem Claudii Rosingium (Parochum antea Callundburgensem) nactus Successorem; Parens Christiani, Consiliarii Status regii, Præfecti Bergensis, supremiqve Norwegiæ tribunalis Justitiarii, A. 1704. mortui (4.). V. de illo Alb. Thuræ *Ideam Hist. Lit. Dan. p. 88.*

Disp. de Prædestinatione, ab ipso conscripta, & Præside D. Casp. Er. Brochmanno proposita. Hafniæ 1636. in 4.

Sermones Danici funebres, in exeqviis

Marg. Snelliæ, Castani Meklenburgii, Senatoris, viduæ. Christianiæ 1647. in 4.

Greg. Krabbii, e Sap. V. 16. 17. Soræ 1656. in 4.

Margaretæ Meklenburgiæ, ex Es. LVI. ult. Hafn. 1661. in 4.

M. ERASMUS STOCKMANNUS, Hamburgi d. 21. Maji A. 1544. natus, & e schola patria Rostochium A. 1562. missus, ductu Gerh. Nennii Sledani, hospitis, & Henr. Bruczi, Professorum artis Medicæ, & in hac, & in Mathesi, insignes fecit progressus, ac supremos Philosophiæ honores a Nath. Chytræo A. 1569. reportavit. Scholis deinde privatis, Geometricis & Astronomicis, ibidem inclaruit, donec A. 1579. Christoph. Gerdnero (5.), in professione Physica, a Senatu Rostochiensi subrogaretur. Per sex hanc lustra ornavit, mensæqve simul communis, per 23. annos, fuit Inspector, & Academiæ totius A. 1587. (6.) ac 159.. Rector. E conjuge Elisabetha, Gerh. Nennii, Præceptoris, filia, duos sustulit filios, &, hos inter, Joachimum, Med. D. & in Acad. Rostoch. Professorem, totidemqve gnatas, Elisabetham sc. M. Gerh. Tidemanno, Theologo, ac Margaretam M. Pet. Crügero, Pastori in Holsatia Kiloniensi, elocatam. Hac A. 1602. amissa, ad secundas A. 1605. transiit nuptias cum Anna, D. Lucæ Bacmeisteri, Theologi Rostochiensis, ex fratre Marco, cive Lüneburgensi, nepte, filiam sibi enixa unicam. Asthmate tandem d. 26. Febr. A. C. 1608., ac ætatis 64., extinctus, M. Joh. Slekerum in professione Physica successorem habuit. V. Thomæ Lindemanni, Acad. Rostoch. JCti, *Programma de vita ejus funebre*, & confer Joach. Vagetii Epicedion ei scriptum (*in Decade Asinatum philicorum*, Hamburgi A. 1613. edita, *num. 6.*), Lucæqve Bacmeisteri Jun. *Orat. parentalem Dav. Lobechio habitam p. 13.*

ELOGIA.

Dav. Chytræo (in Epist. ad Casp. Kochium A. 1592. scripta, & inter reliqvas ejus *p. 760.* obvia) *Vir* audit *optimus & doctissimus, & propagatione doctrinæ Physicæ & Mathematum optime de Academia Rostochiensi merens.*

Eilh. Lubino (in *Programmate*, Joh. Slekeri, successoris ejus, Orationi præmisso auspicali) *Mathematicus insignis, & Vir optimus.*

Laur. Bodockio (*in Academia Varniaca, Professores suos, ab A. 1641. ad 1659. mortuos, deplorante*) *Vir de Acad. Rostochiensi meritissimus, in qvo morum integritas cum rara eruditione certabat.*

Ant. Sotomajor, Inqvisitor generalis Hispanicus, *in Indice expurgatorio Hispanico*, Madriti A. 1667. edito, *p. 366.*, scriptoribus eum accenset prohibitis.

SCRIPTA.

Henr. Bruczi, Med. D. & Prof. Rostoch., Libri tres de Motu primo, ab eo recogniti, emendati, & cum præfatione nova editi. Rostochii 1604. in 8. Ipse Bruczus hos ibidem A. 1588. *in 8.* jam publicaverat, & moribundus Stockmanno, suo olim auditori, novæ editionis curam (uti hujus testatur *præfatio*) commiserat.

Comm. ineditus in Georg. Purbachii Theorias Planetarum, a Dan. Lipstorpio, JCto Lubecensi μαθηματικωτάτῳ, in sua olim asservatus Bibliotheca. V. *Catal. Biblioth. Lipstorp. p. 210.*

JOHANNES CHRISTIANUS FERDINANDUS STOLBERG, Hamburgensis, Med. D. & in patria Practicus, A. 1704. superstes.

Disp. Inaug. de morbo Herculeo, seu Epilepsia, Præside D. Georgio Christophoro Petri proposita. Erfurti 1691. in 4.

JOHANNES REINHARDUS STOLBERG, Hamburgensis, M. C., Judicii in patria inferioris Procurator, A. 1702. mortuus. V. Pet. Ambr. Lehmanni *Hamburgum anni 1704. literatum p. 36.*

Thomæ Brian, M. P., Englischer Wahrsager auß dem Urin, oder gewisse Wahrsagungen auß dem Wasserglase, auß dem Englischen durch ihn verteutscht, und wieder außgegeben, samt Theod. Maji, Pastoris zu Ebendorf im Magdeburgischen, A. 1610. publicirtem Urinbüchlein Anonymi, von Besehung desselben, und Apollinaris Tractate vom Urin und Pulse. Hamburgi 1693. in 8. Ibid. (*juxta Catal. nund.*) 1703. in 8. Omnia hæc opuscula Urocriticam impugnant. Recusa sunt Hamburgi A. 1723. in 8.

Eugenii Philalethis Lumen de lumine, oder Neues Magisches Liecht, auß dem Englischen verteutschet von J. R. S. Hamb. 1693. in 8.

THOMAS STOLLEY, Hamburgensis, d. 26. Jul. A. 1662. natus, supremosqve juris honores Basileæ d. 27. Oct. A. 1685. adeptus, urbis patriæ, ab A. 1689., Stadensis autem, & Dicasterii in ea regii, ab A. 1699., Advocatus, cujus vitam Joh. Henrici a Seelen *Stada anni 1711. literata, p. 107. 108.*, fusius exposuit.

(1.) V. Rhumanni Ἐξέτασιν *de Natura Logica*, in promotione propositam. (2.) V. *Carmina gratulatoria.* (3.) *in Biblioth. suæ Indice tertio.* (4.) V. de illo *Nova Lit. Lubec., M. Sept. A. 1704., p. 265. 270.* (5.) V. Dav. Chytræi *Ep. ad Frid. Stockium*, A. 1579. scriptam, inter reliqvas illius, *p. 306. 307.* (6.) teste Nicol. Grysio *in Append. Vitæ Joach. Sluteri Saxonica.*

Disp. de Usuraria prærogativa in Concursu creditorum, ex *L. Lucius 18. ff. qui potius in pignore*, Præside D. Henr. Linckio. Altorfii 1684. in 4.

Disp. Inaug. de Mora. Basileæ 1685. in 4.

JOHANNES HENRICUS STOLTENBERG, Lubecensis.

Dissertatio Epistolica de Nomine novo vincentibus dando, ad Apoc. II. 17., qva Adolpho Matthæo Roddio, JCto & Consuli Lubecensi, diem nominalem Matthæi celebranti, est gratulatus. Jenæ 1714. in 4.

Infamia Babelis ab Ecclesia Evangelico-Lutherana depulsa, Præside D. Ef. Frid. Weissenbornio. Jenæ 1715. in 4. De Disput. hac V. *Partem XLVI.* der Gelehrten *Famæ p. 730. 731. 732.*

Disp. de Benedictione Papæ, Præside D. Georg. Henr. Götzio defensa. Lubecæ 1715. in 4.

M. JACOBUS STOLTERFOHT, Lubecensis, d. 20. Julii anno seculari 1600. natus, patrem habuit Johannem, Pastorem Marianum, & Ordinis Ecclesiastici Seniorem, e familia, qvæ Livoniæ jam olim Nicolaum, ad Episcopalem evectum dignitatem, & Lubecæ Johannem, Senatorem, dederat, ortum antiqvissima. Mater ei fuit Margareta, Lucæ Bacmeisteri Senioris, Prof. Theologi & Superint. Rostochiensis, filia, neptisqve Jac. Bordingi senioris, Archiatri Danici, ac Franciscæ Nigronæ, Avenionensis, e nobilissimis Nigronorum Genuensium, & Rochelliorum Avenionensium, stemmatis oriundæ. In ipsa fere infantia literarum elementis, partim a parente, partim vero a fratribus, Luca, Pastore deinde Lüneburgensi Johanneo, & Arnoldo, Diacono Nicolaitano Stralsundensi, imbutus, ab anno ætatis sexto ad vigesimum scholam patriæ, Rectoribus Ott. Gvalperio & Joh. Kirchmanno (suo postea socero), freqventavit publicam. Ex ista A. 1620. Rostochium digressus, cum Philosophiæ studio Juridicum cœpit conjungere, sed hoc tamen paulo post, cum Patri minus placere intelligeret, Theologico posthabuit. Rostochio, ingruente autumno anni 1621., Witebergam discessit, sed, ob parentis obitum, vere seqventi in patriam revocatus, inde in Acad. Gryphicam, ac A. 1623. denuo in Rostochiensem, se contulit, Magistriqve illic titulum A. 1624. obtinuit. Pestis sævitia hinc discedere coactus, Witebergam autumno ejusdem anni repetiit, & Balth. Meisnerum (cujus *Præcognitorum Theologicorum Disput. octavam* publice est tuitus), Frid. Balduinum, Jacobumqve Martini, Professores Theologos, annuo audivit spatio, diutius auditurus, nisi, morbo 15. hebdomadum correptus gravissimo, Dan. Sennerto, Germaniæ Podalirio, reditum in patriam svadenti, obtemperandum putasset. Ad suos autumno anni 1625. reversus, febri tertiana, ad ver usqve seqventis adultum, laboravit, istaqve vix liberatus, cum novum in Germaniæ superioris Academias iter meditaretur, præter expectationem Diaconus Ecclesiæ Marianæ, triduo post festum Pentecostes A. 1626., est electus, ac d. 18. Jun. inauguratus. Muneri huic sacro imparem se initio, satis qvippe tenuiter ab eruditione Theologica, cum ne unicum qvidem annum huic studio recte impendisset, instructum, minusqve exercitatum, fuisse, ipsemet in Vitæ suæ ingenue fatetur historia. Assidua vero diligentia, nullum diem per otium sibi passus elabi, & partem etiam noctium studiis vindicans, rarissimeqve post tertiam matutinam somno indulgens, brevi & doctrinam necessariam, & eum in concionando habitum, sibi comparavit, ut publice dicendorum meditationi, necessitate ita exigente, vel bihorium sufficeret unicum. Suas certe dotes, non civibus solum, sed & Adolpho Friderico, Duci Megapolitano, cui, Lubecæ A. 1629. & 1630. exuli, consensu Senatus & Presbyterii, a concionibus & sacris, per biennium istud, cœtus urbani cura haud neglecta, fuit domesticis, approbavit. Ab hoc A. 1632. ad Ecclesiastæ aulici Sverinensis dignitatem, denuo A. 1634., una cum suprema Ecclesiarum tractus Sverinensis ephoria, oblatam, a Christiano IV., Rege Danico (cui Nobilium Holsaticorum commendatione innotuerat), eodem A. 1632., ad urbis Itzehoensis Pastoratum, & Præposituram Steinburgensem, a Slesvicensibus autem A. 1647. ad munus sacrum in æde Cathedrali primarium, nec raro ab aliis, Lubeca, sed frustra, est avocatus. Amore enim patriæ, & auditorum in se motus affectu, consiliisqve Joh. Kirchmanni, soceri, obtemperans (1.), Diaconatum Lubecensem, satis tenuem, in re licet angusta, ob numerum familiæ qvotannis accrescentem, vivens, & ære alieno obrutus, muneribus istis lautioribus prætulit, & hac αὐταρκείᾳ concives ad majorem (qvam socer prædixerat) provocavit liberalitatem. Ab iisdem unanimi postea consensu, post obitum M. Mich. Siricii, parentis sui successoris, ædis primariæ Marianæ Pastor d. 27. Sept. A. 1649. est electus, ipsoqve Michaelis Archangeli festo Ecclesiæ a Menonne Hannekenio, Superintendente, commendatus. Nec tamen sui Lubecæ ipsi defuere adversarii & obtrectatores, de qvorum, *coram oculis favorem præ se ferentium singularem*, multitudine, ingenio doloso, ac malis per eos sibi paratis, & in *Oratione*, qva Kirchmannum celebravit, *funebri* (2.), & in Vitæ suæ, conqvestus est, historia, sed &, in ipsos tandem Autores illa redundasse, simul testatus. Tres habuit uxores, e qvarum prima, Dorothea, Joh. Kirchmanni, scholæ Lubecensis Rectoris celeberrimi, filia natu majore, d. 2. Oct. A. 1626. ducta, & d. 18. Jun. A. 1637. febre petechiali extincta (3.), qvatuor filios, & tres gnatas, sustulit. Ex illis Johannes urbis Lubecensis in regiis Holmiensi ac Hafniensi fuit Procurator, Jacobus (Joh. Jacobi, Med. D., & e Professore Gryphiswaldensi Poliatri Lubecensis, parens) Pharmacopola Slesvicensis & Lubecensis, Lucas civis patriæ literatus, Matthæus vero J. U. D., & Academiæ Kiloniensis, sodalitiiqve mercatorum Bergensis Hanseatici, Secretarius. E filiabus Margareta M. Bernh. Krechtingio nupsit, parentis in æde Mariana Collegæ & successori, Emerentia Herm. Dakendorfio, Diacono Petrino, ac Anna Maria Gerhardo a Mellen, civi Lubecensi atqve Cappelliensi, Jacobi a Mellen, Antistitis nunc Mariani Lubecensis, ex se parenti. Secunda conjux, Anna Hackhusia, Sam. Wolteri, mercatoris, vidua, A. 1638. in thorum admissa, & A. 1664. mortua, tres ipsi filias, &, has inter, Elisabetham Dorotheam, Jac. Lippii, templi Cathedralis Ecclesiastæ, conjugem, tertia autem Gertrudis Steinmannia, Hier. Buckii, mercatoris, vidua, qvam A. 1665., d. 31. Jul., domum duxit, sed seqventi 1666., d. 11. Nov., amisit, nullam prolem est enixa. Senecta ingruente, non una animi corporisqve noster laboravit ægritudine, imprimis autem, media anni 1663. æstate, morbo, qvem veneficio immissum sibi fuisse ex haud obscuris collegit indiciis, gravissimo & perqvam miserabili. Qvi licet, maxima eum vehementia d. 29. Jul. adortus, perpetuis diurnis nocturnisqve vigiliis, ultra semestre, ita enervarit, ut vix lectum mutare, nedum pedem domo efferre, posset, pristinam tamen, ope divina, recuperavit valetudinem, & qvinqvennio ferme integro, ad annum usqve Seculi XVII. pariter atqve ætatis suæ sexagesimum octavum, qvo dies Martii qvartus finem ei vitæ attulit, fuit superstes. Defuncto, in Pastoratu Mariano, Alb. Balemannus, Collega, &, post hunc, Bernh. Krechtingius, gener, ac Jac. a Mellen, nepos, successerunt. Exuviæ in sacello ædis Marianæ, audiendis confessionibus sacris destinato, sunt tumulatæ, columnæqve vicinæ affixum Epitaphium, præter effigiem ejus, & vitæ σκιαγραφίαν perbrevem vernaculam, hosce exhibens elegos:

Vidit in hoc uno cunctas Lubeca recondi,
Sive Heliconis opes, sive Sionis opes.
Ore, animo, calamo, Zelo, haud illustrior alter,
Gratior hinc Musis, carior inde Deo.

Digna est, qvæ vitæ subjungatur, & ex *Isagoge* nostra *ad Historiam Cimbricam* (4.) repetatur, narratio certaminis de Visionibus & revelationibus modernis, inter Theologum hunc eruditum, sed paulo vehementiorem, ac Jac. Fabricium,

(1.) V. *Orat.* ipsius *in obitum Kirchmanni p. 66. 67. 68.* (2.) *p. 65.* (3.) V. de illa *Or. in obitum Kirchmanni p. 13. 3[illegible] 20.* (4.) *P. IV.*, c. 5., §. 14., p. 480-485.

cium, Cöslino Pomeranum, Th. D. & Pomeraniæ Svedicæ Superintendentem, enati, & scriptis compluribus agitati Eristicis. Historia hujus ab ipso etiam, in adversarium paulo iniqviore (1.), Joh. Micrælio, Gymnasiarcha Stettinensi, Fabriciique hyperaspiste, fusius cæteris omnibus, in *Demonstratione contra Sebast. Meierum*, Stettini A. 1648. (2.) edita, præmissaqve huic *Relatione in controversia de modernis Revelationibus extraordinariis actorum Historica*, illam persecuto, Gotfr. Arnoldo (3.) & Balth. Köpkio (4.), Fabricio itidem faventibus, Joach. Fellero (5.), Wilh. Ern. Tenzelio (nostram secuto narrationem) (6.), Sev. Walth. Slutero (7.), Alb. Chr. Rohtio (8.), Joh. Alb. Fabricio (9.), Christ. Gryphio (10.), & aliis, vel prolixe, vel breviter, sed a multis non absqve partium studio, est exposita. Nos, ab hoc alieni, summa rerum capita breviter proponemus. Ediderat noster, ut Hermanno ab Hude, Joh. Warnero, Georg. Reichardo, aliisqve Fanaticis, Lubecæ, & in vicinia, revelationes jactantibus extraordinarias, os obturaret, A. 1634. *Considerationem Visionum* vernaculam, &, has in S. Codice nostris temporibus haud esse promissas, modernas autem summa laborare incertitudine & absurditate, cum seditionis periculo conjuncta, nec proinde qvenqvam, si vel maxime θεόπεμπτοι essent, ad fidem iis habendam obstringi, asseruerat. Aliqvot post annis Fabricius, in Svecorum gratiam, Joh. Warnero, Misnico, novas de expeditionis illorum Germanicæ fatis auspicatissimis sibi obtigisse glorianti revelationes, ut juris eas faceret publici, permittebat. Qvod ipsius institutum cum cæteri Ecclesiastæ Stettinenses improbarent, conqviri coeperunt de controversia ista Judicia aliorum Theologorum, & hos inter Lubecensium (qvi sententiam suam in Stolterfohtii libro responderunt esse expositam), istorumqve svasu dissidium amice est compositum. Fabricius tamen, cum varie de Warneri, & aliorum, revelationibus, in partes pronioribus Svecicas, videret judicari, patrocinari iis, Germanice A. 1642. Noribergæ edita, Theologisqve inscripta Witebergensibus, *Visionum probatione*, non dubitavit. In ista docuit, lumen post Apostolorum tempora non cessasse propheticum, modernasqve proinde visiones nec indifferenter damnandas, nec promiscue approbandas, sed ad analogiam fidei, prædictionis eventum, aliosqve characteres, ductu locorum Mosaicorum Devt. XIII. 1. & XVIII. 15., examinandas, simulqve Stolterfohtii libellum, qvem suæ adversari putabat sententiæ, refellere, nomine illius suppresso, est aggressus. Vindicavit hunc noster A. 1645. *in Consideratione visionum Apologetica*, & *Visionum probationi invictæ*, isti A. 1646. a Fabricio oppositæ, A. 1647. *Vindicias Veritatis atqve famæ bipartitas*, (die Nothwendige Wahrheit- und Ehrenrettung) reposuit. Qvarum pars posterior, Lubecæ A. 1648. edita, Fabricianæ etiam *Injuriarum Depulsioni*, priorem A. 1647. adortæ (der gebührenden Ablehung der unverdienten Schmach), simul respondet. *Vindicias* Stolterfohtii A. 1649. impugnavit Fabriciana *Nugarum Stolterfohticarum Discussio*, hanc autem *Iterata controversiæ de Visionibus Repetitio*, a Stolterfohtio eodem anno publicata. Germanice scripta ista, (qvorum titulos suis postea locis recitabimus integros) prodierunt omnia, sicut & Meletemata (de qvibus ibidem dicetur) Sam. Plasteri & Joach. Bronckwedelii, pro Fabricii sententia, adversus Stolterfohtium, Apologetica. Ipsæ etiam Musæ, sacris istis litibus haud assvetæ, a Sebast. Meiero, Rectore Lubecensi, Stolterfohtii, & Joh. Micrælio, Gymnasiarcha Stettinensi, Fabricii Parastata, qvi aculeatis carminibus, ab illo A. 1645. nostri *Considerationi visionum Apologeticæ*, ab hoc A. 1646. Fabricii *Invictæ visionum probationi*, ab illo autem denuo A. 1647. *Vindiciarum* Stolterfohtianarum *Parti primæ*, præfixis, & in istos, & in se invicem, sunt debacchati, ingratiis huic se immiscere coactæ sunt certamini. Qvorum postremo cum Micrælius, in Epistola ad Fabricium, hujus *Depulsioni* A. 1647. præmissa, respondisset, Meierus similem ad Stolterfohtium *Parti II. Vindiciarum* ejus A. 1648. adjecit, a Micrælio, eodem A. 1648., *in Demonstratione, qva, Meierum a se, in responsione ad carmina ejus, non esse inclementer, immisericorditer & illiberaliter, habitum, ostendit*, seorsim Stettini, una cum *Historica in controversia de Revelationibus modernis actorum Relatione*, publicata, refutatam qvidem, sed non impune. Altera enim ad Stolterfohtium Epistola, qvam hujus *Repetitioni controversiæ* A. 1649. junxit comitem, Meierus & sua vindicare, & sibi in *Demonstratione* objecta diluere, non sine crebris λογομαχίαις & convitiis, est annixus. De qvibus utriusqve carminibus & epistolis eristicis, metrisqve Bogislai Fabricii & Christoph. Meieri, puerili parentibus suppetias ferre conatorum maledicentia, contrariis similibus, in Micrælii *Demonstratione* junctim recusis, cum supra in Meieri Vita sit dictum, plura jam piget addere. In bello hoc sacro, magna utrinqve animorum intemperie & styli acerbitate gesto, neutri parti sui defuere Parastatæ. Fabricio, præter Micrælium, Joh. Saubertus Sen., Corn. Marci & Zach. Hogelius, Theologi, qvi *Probationem visionum* elogiis ornarunt metricis, Noribergenses & Erfurtinus, cum Balth. Köpkio & Gotfr. Arnoldo, jam ante allegatis, applaudunt. Qvorum ultimus (11.) de Stolterfohtii scriptis hoc ferre non dubitavit judicium, daß er nichts, als solche Vorurtheile, und zwar in voller Schmäh- und Zancksucht, vorbringe, dergleichen vorlängst die elenden Juden und Heyden, wieder Christum, und alle Boten Gottes, vorgeschützet haben. Stolterfohtio contra favent Presbyteria Lubecense, Hamburgense, Lüneburgense, Brunsvicense, Wismariense, & Güstroviense, Matth. Hoeus, aulæ Elect. Saxonici Protecclesiastes, Barth. Battus, Theol. Gryphisw., Tob. Wagnerus, Prof. Tubing., Lucas Bacmeisterus Jun., Superint. Megapol., Georg. Zeæmannus, Antistes Stralsundensis, Joach. Jehringius, Episc. Reval., Paulus Einhornius, Superint. Curlandicus, Joh. Rotlöbius, Præpos. Hathersleb., Johannesqve Müllerus urbis Hamburgensis, Christoph. Schultetus Stettinensis, Lud. Duntius Revaliensis, ac Nicol. Baringius (scriptis etiam cum Fabricio congressus publicis) Hannoveranæ, Pastores; qvorum Censuræ & Epistolæ, cum sub initium *Considerationis Apologeticæ*, & sub finem *Partis I. Vindiciarum*, tum inprimis *in Repetitione*, A. 1649. publicata, longa serie exhibentur. Horum numerum postea auxerunt Ministri Hamburgenses recentiores (12.), Joh. Hülsemannus (13.), Sam. Pomarius (14.), & alii complures, a qvibus scripta nostri de Visionibus publice sunt approbata & commendata. In reipsa utramqve partem consentire, in solis autem phrasibus ac modis loqvendi (ob qvos tantos excitari fluctus haud oportebat) dissensum aliqvem deprehendi, Joh. Micrælius & Alb. Christ. Rohtius (*justo liberius utrumqve locutum esse* simul observans) (15.) non immerito arbitrantur. Si tamen primam controversiæ originem penitius inspicias, causa cecidisse Fabricium, qvi vaticinia Warneriana, Svecis pene universalem qvandam, in bello tricennali Germanico, pollicita monarchiam, sed ab eventu falsitatis convicta, defendebat, non potest negari.

In certaminis hujus cum Fabricio historia, scripta utriusqve ἀμοιβαῖα, & Joh. Micrælii *Relationem in illo actorum*, supra laudatam, præsertim sumus secuti. Qvoad vitam reliqvam, præcipuo nobis adjumento fuit ipsius Stolterfohtii Narratio hujus Latina, A. 1650. conscripta, & a Jacobo a Mellen, ejus nepote, cum sua ad annum fatalem 1668. continuatione, *in Notitia majorum suorum* (qvæ Lipsiæ A. 1707. *in 4.* prodiit), *p. 14-25.*, publicata, & *in Novis Literariis*

 Lubecen-

(1.) in der Kurtzen Wiederholung der Streitigkeit von den Gesichtern, A. 1649. editæ, *proœmio & Cap. I.* (2.) *in 4.* (3.) *Tomo III. Hist. Eccl., c. 10., p. 198. 199. 200.* (4.) in der Wahren Theologia mystica, Halæ A. 1700. edita, *P. I., c. 3., §. 13., p. 167-170.* (5.) *in Continuat. Hist. Eccl. Joh. Læti p. 542. 543.* (6.) *in Dial. menstruis German., M. Mart. A. 1694., p. 247. 248. 240.* (7.) *in Propylæo Hist. Christianæ, p. 177. edit. primæ, & p. 233. secundæ.* (8.) im Unterrichte von Prophetischen Weissagungen (ed. Lipsiæ A. 1694.), *§. 32., p. 54-07.* (9.) *in Centuria Fabriciorum p. 46.* (10.) *in Diss. Isag. de Scriptoribus Historicis Sec. XVII., c. 2., p. 137. 138.* (11.) *Tomo III. Hist. Eccl., c. 19., p. 200.* (12.) in præfat. des Quäckeraceuels. (13.) *in Prælect. ad Breviar. Theol., Vindiciis S. Script. adjectis, p. 1149.* (14.) *in Præfat. Partis I.* der Schutzschrift wieder den Gutmannischen Offenbahrungs-Patron, (15.) *loco num. 8. citato,*

Lubecensibus (M. Jun. A.1707., p.189. 190.), *Germanicisqve Hamburgensibus (M. Febr. A.1707., p.56.57.58.59.)*, in compendium contracta. Addantur huic Sylloge Epicediorum in obitum ejus, Lubecæ A. 1668. impressa, *Oratio* ipsius *parentalis*, Joh. Kirchmanno, socero, habita, Henn. Wittenii *Tomus I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1668.*, Jac. a Mellen *Catalogus MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, & J. H. a Seelen *Pars II. Athen. Lubec. p. 344-354.*

ELOGIA.

Joh. Balth. Schuppio (im Sendschreiben an den Calenderschreiber in Leipzig *p. 27.*, & *in Opp. Germ. p. 611.*) audit ein Hochgelahrter Theologus und Polyhistor Lubecensis.

Paulo Neucrantzio, Poliatro Lubecensi (*in Tr. de Purpura, c. 20.*), *Theologus, Philologus & Polyhistor eximius, ad renascentis Enthusiasmi deliramenta refellenda, singulari Ecclesiæ bono, natus*; nec non (*in Epicedio*)

- - - - Magnum & memorabile nomen
Theilogiæ, cujus generoso in pectore fanum
Virtus, & pietas, & rara scientia rerum,
Constituit, cui, qvicqvid Eber, Grajusqve Latinusqve
Innumerabilibus voluerunt tradere libris,
Notum erat, aut si qvid scivit longæva vetustas;
Autorum ut tantis operis pereuntibus ex se
Bibliothecam aliam potuisset condere mundo.

Casp. Sagittario (*in Introd. in Hist. Eccl.*, *c. 33.*, *Sect. 26.*, *p. 932.*) *Vir gravissimus, doctissimus atqve eloqventissimus, qvem adolescens aliqvoties perorantem, non sine admiratione, audiverit.*

Joh. Frid. Mayero (*in Bibliotheca Theologiæ moralis*, Æg. Strauchii *Theol. morali* adjecta, *p. 28.*) *Vir magnæ eruditionis & Zeli pro gloria divini nominis.*

Georg. Henr. Götzio (*in præfat.* des Schiffer-Catechismi) ein umb die Lübeckische Kirche wolverdienter Theologus.

Sebast. Meierus, Rector Lubec., in Carmine *Considerationi visionum Apologeticæ* præfixo, *Insignem* eum salutat *Theologum & Philologum*, in Epistola autem, *Parti II. Vindiciarum* ipsius præmissa, *ob vitæ integritatem, sanctimoniam morum, profundamqve in omni, tum sacrarum, tum profanarum literarum, genere eruditionem*, extollit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. Physica de Anima rationali, Præside M. Andr. Virginio. Gryphiswaldiæ 1622. in 4. (*V. Jac. a Mellen Notitiam majorum p. 21.*)

Disp. de Mundo, Præside D. Joach. Stockmanno. Rostochii 1623. in 4. (*V. Mellenium l. c. p. 21.*)

Oratio funebris, qva memoriam Joh. Kirchmanni, scholæ Lubecensis Rectoris, Præceptoris & soceri sui, celebravit. Præfixum est Programma invitatorium, subjunctaqve ipsius & aliorum Epicedia. Lubecæ 1643. in 4. Recusa in Henn. Wittenii *Decade IV. Memoriæ Philosophorum renovatæ*, Francofurti A. 1677. *in 8.* edita, *p. 516-553.* Stylo scripta est eleganti, & ob παῤῥησίαν etiam, in vitiis Urbis Magistratusqve Lubecensis notandis, lectu dignissima.

Historia Vitæ propriæ, A. 1650. conscripta, &, cum Jacobi a Mellen, nepotis, *Continuatione* ad annum fatalem 1668., in hujus *Notitia majorum*, Lipsiæ A. 1707. *in 4.* edita, *pag. 14-25.*, juris facta publici.

II. GERMANICA.

Pseudo-Petrus Romanus, oder der falschgenandte Stul-Erbe Petri zu Rom, in welchem, auß Math. XVI. 13-18., in zweyen Predigten, erwiesen wird, in welchen Stücken der Babst mit Petro übereinkomme, und in welchen er ihm zuwieder sey. Lubecæ 1630. in 4.

Mecklenburgische Aufzugspredigt, auß 2 Chron. XV. gehalten, als Adolf Friderich, Hertzog von Mecklenburg, auß Lübeck abzoge. Lub. 1631. in 4.

Consideratio Visionum, oder Schrifftmäßiges gründliches Bedencken, was heutiges Tages von Gesichtern und Offenbahrungen zu halten sey. Lubecæ 1634. & 1636. in 12. Argumenti illius (qvod breviter, cum cæteris, ad ejus spectantibus historiam, in Vita Autoris, jam exposuimus) recensum uberiorem Joh. Micrælius, *in Demonstratione contra Seb. Meierum*, *lit. A. 2. a. b. A. 3. a. D. 2. a.*, exhibuit. Impugnavit illam & refutavit, suppresso nostri nomine, D. Jac. Fabricius, Pomeraniæ Svedicæ Superintendens, *in Probatione Visionum*, oder dem Christlichen, in GOttes Worte und reiner Theologen Schrifften, wolgegründeten, Bedencken von Gesichtern, deren etliche können Göttliche Offenbahrungen, etliche aber teufliche Verführungen seyn, müssen derowegen nohtwendig geprüfet, und, nach Anleitung gewisser Kennzeichen, recht unterschieden werden. Cujus, Theologis Witebergensibus (Jacobo Martini, Paulo Röbero, Wilh. Lysero & Joh. Hülsemanno) inscriptæ, &, ad Joh. Warneri, ac aliorum, revelationes, Svecis faventes, defendendas, Norimbergæ A. 1642. *in 4.* editæ, neutiqvam autem Stettini A. 1646. *in 4.* (uti Henn. Wittenius, hanc cum *Probatione visionum invicta*, sive Apologia pro illa, sibi ignota, confundens, *Dec. VIII. Memor. Theol. renov. p. 1098.*, falso tradidit) recusæ, nos supra dedimus σκιαγραφίαν, recensum autem prolixiorem Joh. Micrælius (*l. c.*, *lit. A. 4. b. B. 1. a. D. 2. a. b.*) ac Gotfr. Arnoldus (*T. III. Hist. Eccl. c. 19.*, *p. 199. 200.*) instituerunt. Præter Fabricium *Considerationi* Stolterfohtianæ contradixit cliens hujus, Joach. Bronckwedelius, Ecclesiastes in Pomerania Abfthagensis, cujus *Consideratio Considerationis Stolterfohtianæ*, oder Gerechte, iedoch Brüderliche Hintertreibung der Scheingründe M. Jac. Stolterfohts, mit welchen er, in seiner Consideratione, sich unterfangen hat zu erstreiten, daß GOtt der HErr zu diesen Zeiten keine Gesichter geben wolle, und deswegen wenig von den Gesichtern zu halten sey, Stettini A. 1648. *in 4.* prodiit.

Consideratio Visionum Apologetica; das ist: Schrifftmäßiges Bedencken, was von Gesichtern heutiges Tages zu halten, zum andernmahl übersehen und vermehret: Nebst Christlicher Beantwortung dessen, was darwieder durch öffentliche Schrifften, hat eingewendet werden wollen. Lub. 1645. in 4. Scripto huic, pro *Consideratione Visionum*, contra D. Jac. Fabricii *Probationem* earundem, Apologetico (cujus argumentum a Joh. Micrælio, *in Demonstrat. cit.*, *lit. B. 1. & 2.*, fuse enarratur) Fabricius opposuit *Probationem Visionum invictam*, oder wolbefestigte Wiederlegung der nichtigen Scheingründe, mit welchen ein Streitsüchtiger Sophiste sein Büchlein von Gesichtern zwar bestürmet, aber nicht überwunden hat, Stettini A. 1646. *in 4.* editam (cujus σκιαγραφίαν apud Micrælium, *l. c.*, *lit. B. 3. & 4.*, invenies); Parastata autem ejus Sam. Plasterus, Pastor in Pomerania Wartenbergensis, Kurtze Entdeckung und Hintertreibung des Irrthums, welchen M. Jac. Stolterfoht, in seiner Consideratione Visionum apologetica, außgesprenget, Stettini itidem A. 1646. *in 4.* excusam, de qva Micrælius, *l. c.*, *lit. C. 3. b. C. 4. a.*, consulendus. Huic noster A. 1646., illi autem 1647., Antapologias seqventes reposuit.

Kurtze Antwort auf die Charteck Sam. Plasteri, darinn er ihn eines sonderbahren Irrthums überführen wollen. Lub. 1646. in 4. Mox refutata in Plasteri Gründlicher Gegenantwort auf die neulich außgegebene Antwort M. J. Stolterfohts, qvæ Stettini eodem A. 1646. *in 4.* prodiit. Brevem utriusqve recensum Micrælius, *l. c.*, *Lit. C. 4. a.*, exhibet.

Der Nohtwendigen höchstabgedrungenen Wahrheits- und Ehrenrettung, wieder D. Jac. Fabricii Invictam Visionum probationem, eine heftige Schrift, darinn er sein Schrifftmäßiges Bedencken von Gesichtern umbzustossen sich höchlich, wie wol

wol vergeblich, bemühet, Erster Theil. Lub. 1647. in 4. *Partem* hanc *Vindiciarum primam* (a Micrælio, *l. c.*, *lit. C. 2. a.*, qvoad summa adumbratam capita) Fabricius denuo impugnavit in der gebührenden Ablehnung der gantz unverdienten Schmach, welche M. Jac. Stolterfoht, in seiner greulichen Schmähkarte, unter dem Titul der Wahrheits-und Ehrenrettung, wieder die Invictam Visionum probationem, freventlich hat außgespeyet, Stettini eod. A. 1647. *in 4.* edita, & a Micrælio (*lit. C. 4. a. b.*) itidem delineata, sed a nostro, *Parte II. Vindiciarum*, simul cum ipsa *Invicta Visionum probatione*, mox confutata.

Der Nohtwendigen Wahrheits-und Ehrenrettung, wieder D. Jac. Fabricii Invictam Visionum probationem, Anderer Theil, darinn zugleich auf die fürnehmsten Puncte, so er, in seiner Gebührenden Ablehnung, wieder die Wahrheit vorgebracht, geantwortet wird. Lub. 1648. in 4. Huic itidem a Fabricio responsum est in *Discussione nugarum Stolterfohticarum*, oder der Schriftmäßigen Wiederlegung des unnützen Geschwätzes, welches M. J. Stolterfohr, in seinen beyden letzten Schriften, die heutige Visiones betreffend, unter dem fürgewandten Scheine der Wahrheitsrettung, wieder die klare Wahrheit, gantz sophistischer und tückischer weise, getrieben hat, Stettini A. 1649. *in 4.* publicata; cui noster *Repetitionem*, mox memorandam, reposuit, istaqve toti finem simul imposuit controversiæ.

Nochmahlige kurtze, iedoch gründliche, Wiederholung der Streitigkeit, so, nun etliche Jahre in der Christlichen Kirchen, von den Gesichtern und unmittelbahren Prophezeyungen und Offenbahrungen, geführet worden: Nebst öffentlicher Protestation für der gantzen Christl. Kirche, beygefügten Judiciis vornehmer Theologen, auch Außführlichem Berichte Pauli Einhorns, Superintendenten in Kuhrland, was sich daselbst mit Laur. Matthæo begeben, darauß ein Muster des Geistes der neuen Propheten kan genommen werden. Lubecæ 1649. in 4.

Historia von David Georgen, einem heillosen Manne, und gotteslästerlichen Ertzketzer, auß Thuano, Jobo Fincelio, Henr. Ad. Petri, Joh. Wigando und Luca Osiandro, zusammengezogen. Lub. 1635. in 4. Denuo edita est (omissis tamen nostri ad eam Observationibus) a Christ. Thomasio, in der Historie der Weißheit und Thorheit, Halæ A. 1693. in 8. publicata, *Trimestri primo*, *p. 64-137.* Commendant eam Joh. Henr. Ottius *in Annalibus Anabaptisticis p. 133.*, Casp. Sagittarius *in Introd. ad Hist. Eccl.*, *c. 33.*, *Sect. 26.*, *p. 932.*, & Chr. Thomasius *l. c p. 62.* A qvorum ultimo, hanc præcipue ob causam, laudatur, daß er, in Verfertigung dieser Historie, wenn man ihn mit vielen andern seines Gleichen conferiret, wenig Affecten blicken läst, ob er schon von der wiedrig gesinnten Partey des Dav. Georgen ist.

Zwey Evangelische Predigten: 1. von der gefährlichen Schiffahrt Pauli; 2. vom verfluchten und verdorreten Feigenbaume. Lub. 1635. in 4.

Die gefährliche Schiffahrt S. Pauli, auß Act. XXVII., in zehn Predigten erkläret, darinn, nebst der Lehre von der Schiffahrt, auch viele andere, zur Uebung des Christenthums, und dem gemeinen menschlichen Leben, nützliche, Erinnerungen begriffen: Mit einer vorhergehenden Predigt von der Schiffahrt insgemein, über Ps. CVII. 23-31., außgegeben. Lub. 1637. & 1638. in 8. Commendatur a G. H. Götzio *in præfat.* des Schiffer-Catechismi.

Der Gerechten Seelen seliger Zustand nach dem Tode, oder Leichpredigt über Anna von Rottermund, auß Sap. III. 1. 2. 3. 4. Lub. 1641. in 4.

L. Annæi Senecæ schönes Büchlein von der Göttlichen Providentz, verdeutschet, und mit Theologischen, Politischen, Historischen und andern Anmerckungen, vermehret: Samt einer weitläuftigen Vorrede, darinn abgehandelt wird, was vom Gebrauche und Anziehung Heidnischer Scribenten, in Christlichen Kirchen und Schulen, zu halten sey. Lub. 1642. in 8. Wittenius librum hunc ei, velut proprium, omisso Senecæ nomine, perperam (*T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad d. 4. Mart. A. 1668.*) tribuit. Justus Georg. Schottelius, *in Catalogo Autorum*, *operi de lingva Germ. præfixo*, ita de illo: *Jac. Stolterfohtii Seneca de providentia* ist ein recht wol vertirtes Tractätlein, mit beygefügten Erklärungen, so leswürdig und voller Erudition sind. Paulo Neucrantzio (*in Tr. de Purpura*, *c. 20.*) observationes Stolterfohtianæ *Commentarii* audiunt *eruditissimi*.

Heptas Sermonum de tempore; das ist: VII. Zeitpredigten, als III. Advents-Predigten über Ps. XXIV., und IV. Fastenpredigten (drey über Ps. CII. 10. 11., und die vierdte von der ehrnen Schlange). Lub. 1644. & 1660. in 8. Editio anni 1647. Lubecensis, qvam Lipenius, *P. I. Biblioth. Theol.*, addit, est chimærica.

Trifolium consolationis divinæ, dreyfaches Kleeblättlein Göttliches Trostes, oder Leichpredigt über Kay Seestäd, Erbherrn auf Peterstorf, und dessen Eheliebste Annam, auß 1 Thess. IV. 13-18., zu Kiel A. 1646. gehalten. Lub. 1646. in 4.

Vorbereitung zum Tode, oder Christl. Predigt, wie man sich recht und gebührlich zum seligen Tode schicken und bereiten solle, am Palmsontage A. 1653. gehalten. Lub 1653. in 4.

Conscientia in genere; das ist: Gründlicher Bericht vom Gewissen in gemein, daß es sey, was es sey, warumb es sey, und wie es recht zu prüfen und zu forschen sey: Mit einer weitläuftigen Vorrede und Anmerckungen. Lub. 1654. in 8. Commendatur a D. Joh. Müllero *in Atheismo devicto p. 382.*, & Joh. Frid. Mayero *in Bibliotheca Theologiæ moralis p. 28.*

JOHANNES JACOBUS STOLTERFOHT, Jacobi, Antistitis Lubecensis modo celebrati, nepos, & Jacobi Junioris, Pharmacopœi, ex Elisabetha Schröderia filius, Slesvigæ d. 19. Oct. A. 1665. natus, & Lubecam deinde a parente, Pharmacopola Senatus publico illic constituto, A. 1670. traductus, in Disputationibus se prioribus Academicis Slesvicensem, in scriptis autem aliis Lubecensem, appellavit. Witebergæ studio primum Theologico, Abr. Calovii, hospitis sui, & Joh. Frid. Mayeri (qvo Præside publice disputavit) ductu, deinde vero, mente mutata, Medico, incubuit (1.), & istud, post Magistri titulum ibidem M. Aprili A. 1686. reportatum (2.), in Academia Rostochiensi, aliisqve exteris, continuavit. Doctor Medicinæ in Gryphiswaldensi A. 1692. creatus, Professorem ejusdem in hac ipsa, filia D. Conr. Tyburtii Rangonis, Theol. Interpretis primarii, uxore ducta, aliqvamdiu egit publicum. Postea Lubecam, anno circiter 1697., reversus, praxi medica, labore, in colligendis, qvæ ab A. 1698. ad 1708. prodiere, *Novis Maris Balthici & Septentrionis literariis*, cum eruditis aliis sociato (3.), & apparatu rerum naturalium atqve artificialium rariorum insigni, sollicite congesto, inclaruit, Poliatriqve dignitatem A. 1708. obtinuit secundarii, A. autem 1712. primarii. Obiit Kal. Apr. A. C. 1718., ac ætatis 53.

Confer de illo Jacobi a Mellen *Notitiam majorum suorum p. 22.* Vitæ & itinerum ejus historiam uberiorem J. H. a Seelen exhibuit tum in *Programmate* A. 1718. exeqviis præmisso, tum *Parte III. Athen. Lubec.*, *p. 394-408.*

SCRIPTA LATINA.

Disp. de עפלים, e 1 Sam. VI. 5. Præside M. Joh. Nic. Hartschmidio proposita. Wit. 1685. in 4.

Disp. de Brutorum sensibus & cognitione. Præside M. Georg. Paschio. Wit. 1686. in 4.

Disp. de causa primaria Theologiæ, Præside D. Joh. Deutschmanno. Witeb. in 4.

Problema morale, qvid homini naturaliter pro vita liceat, Præside M. Sim. Frid. Wolfharto, Ordinis Philos. Adjuncto, propositum. Witeb. 1686. in 4.

(1.) V. Georg. Henr. Götzii *Diss. de Theologis Pseudo-Medicis p. 9. 10.* (2.) V. Conr. Sam. Schurtzfleischii Gratulationem *in Poem. p. 131.* (ubi 1678. male substituitur). (3.) V. qvæ de *Novis* hisce supra, sub Jacobi a Mellen dicta sunt nomine.

Σύλλεξις Positionum moralium, ad disput. proposita. Rostochii 1689. in 4.

Disp. Med. Inaug. de Idea errante, in Ecstasi, sive Enthusiasmo, conspicua, Præside D. Joh. Gerdesio. Gryphiswaldiæ 1692. in 4.

Disp. de Idea errante in Monstrorum generatione. Gryph. 1695. in 4.

Physiologia in nuce, e privato ejus discursu a Sigism. Aug. Pfeiffero, Respondente, exhibita, Gryph. 1697. in 4.

Programmata varia Gryphiswaldensia.

Diss. Epistolica de Sudore Christi sangvineo, ad M. Bernh. Krechtingium, Pastorem Lubecensem, Lubecæ 1698. in 4.

Vectigal connubiale margaritiferum, sive *Uniologia* Physico-Medica, in memoriam Jubilæi gamici, a M. Bernh. Krechtingio, Pastore Lubecensi Mariano, & Margareta Stolterfohtia, amita sua, post decem lustra matrimonii felicissimi transacta, fausto celebrati omine, tabulis affixa votivis. Lubecæ 1700. in 4. Capitum illius XII. recensum V. in *Novis literariis Lubecensibus, M. Majo A. 1700., p. 159. 160.*

Observationes Medicæ & Physicæ plurimæ, tum propriæ, tum alienæ, scholiis ab ipso illustratæ, qvæ, in *Novis Maris Balthici & Septentrionis literariis menstruis*, Lubecæ, ab A. 1698. ad 1708., *in 4.* editis, passim occurrunt.

Thema παράδοξον de Mortuorum vitalitate, seu Vita in morte, in qvo de plantarum etiam ex seminibus, aut cineribus, resuscitatione agetur, *in Diss. de Sudore Christi sangvineo p. 5.*, nec non *in Novis Lit. Lubec., M. Mart. A. 1701., p. 89.*, ac *M. Jul. A. 1702., p. 215.*, promissum.

Volumina magnæ molis MSSta, *incredibili diligentia, nec minori judicio congesta, & omnes Medicinæ partes explanantia, qvæ*, Seelenio judice, *lucem publicam omnino merentur.*

MATTHÆUS STOLTERFOHT, Lubecensis, Jacobi, Pastoris Mariani (*de qvo supra est dictum*), ex Dorothea, Joh. Kirchmanni, scholæ publicæ Rectoris, gnata, filius, d. 18. Sept. A. 1636. natus, studiis humanioribus in scholis patria ac Bordesholmensi, Juridicis autem Rostochii, Helmstadii & Altorfii, vacavit. E Gallia, aliisqve regionibus exteris, redux, Dicasterii initio provincialis Slesvigo-Holsatici fuit Advocatus, & deinde Academiæ novellæ Kiloniensis, ab A. 1666., nec multo post Collegii mercatorum in Norwegia Bergensis Hanseatici, Secretarius. Hoc fungens officio, Kilonii A. 1670. Annam Margaretam, D. Frid. Jessenii, Pastoris urbani, filiam, duxit conjugem, & A. 1673. supremos Juris honores obtinuit Academicos, Hafniæ autem d. 4. Febr. A. C. 1677., ac ætatis 41., vivis excessit. V. Jacobi a Mellen *Notitiam majorum suorum p. 22.*

Disp. de Contractibus in genere, Præside D. Georg. Wernero. Helmstadii 1659. in 4.

Disp. Inaug. de Infamia, Præside D. Magno Wedderkopfio proposita, & Kilonii A. 1673. *in 4.*, tum seorsim, tum *in Fasciculo Disputationum Inauguralium, sub Wedderkopfii habitarum præsidio*, excusa.

BERNHARDUS STOLTZE, Theol. Studiosus, Glückstadii circa A. 1670. commoratus, Psevdopropheta ineptiens, a Joh. Vulpio etiam, im Berichte von den vermeinten Jüngsten Tages-Propheten (*lit. C. 2. a.*), in impostorum talium relatus numerum.

Beweißthum, wenn der Jüngste Tag kommen werde, nemblich im Jahre Christi MDCXCI. Glückstadii A. 1671., & (*juxta Lipenium P. II. Biblioth. Theol. p. 335.*) jam ante A. 1666., in 4.

M. HENRICUS STORNING, Kiloniensis, ædis Spiritui sancto sacræ, in urbe patria, circa A. 1666. (qvo supremam Philosophiæ lauream, Brabevta D. G. Morhofio, d. 22. Jan., obtinuit), Ecclesiastes, Nicolaitanæ ibidem, ab A. 1669., Diaconus, ac Cœnobii tandem vicini Prezensis, ab A. 1671., Pastor, A. 1692. superstes, in G. M. Königii *Biblioth. Vet. & nova* (*lit. S.*) memoratur, sed solo ferme nomine.

Gratiarum actio, in promotionis suæ Philosophicæ Kiloniensis recitata panegyri, qvæ in D. G. Morhofii *Descriptione actorum primæ promotionis Academicæ Kiloniensis*, Alex. Julii Torqvati *Historiæ Inaugurationis Academiæ Kiloniensis Appendici*, A. 1666. *in fol.* editæ, inserta, & ejusdem Morhofii *Dissertationibus Academicis*, Hamburgi A. 1699. *in 4.* excusis, *p. 226-230.*, legitur.

Disp. de Causis in genere. Kilonii 1666. in 4.

D. Athanasii, Archiepiscopi Alexandrini, de æterno Dei Verbo, Dei hominisqve filio, doctrina, ex qvinqve ejus in Arianos Orationibus excerpta, & in aphorismos digesta. Kil. 1673. in 4.

Liebwehrtes Andencken Alexandri Spiessen, Studiosi, oder Leichpredigt über ihn, auß dem Evangelio von der Wittwe zu Nain Sohne, Luc. VII. 11-17. Kil. 1667. in 4.

Planctus Ecclesiæ, oder Klage wegen allerley in der Christlichen Kirchen eingerissenen Aberglaubens. Plonæ 1677. in 12.

Grundlehre von der ehlichen Keuscheit zwischen einem Manne und Weibe, auß dem Worte GOttes dargethan. Kil. 1677. in 4.

Kurtze Entdeckung der verkrochenen Papistischen Lehre; samt einer Protestation von solchen Streitsachen, gegen den Herren seinen GOtt. A. 1681. in 12. Scriptum ἀνώνυμον, qvod illi deberi a M. Christoph. Kraheo, Præposito Hatherslebiensi, sum edoctus.

Der schöne Glantz GOttes, auß dem Nordischen Evangelischen Zion, zur Verfinsterung des also genandten Römisch-Catholischen Nordsterns, zuförderst auf dessen Gebet- und Gesangbuch gerichtet. A. 1681. in 12. Scriptum itidem ἀνώνυμον, cujus dedicationi literas nominis initiales H. S. subjecit. Oppositum est illud libello Pontificio, Coloniæ A. 1673. *in 12.* sub hac inscriptione excuso: Nordstern, oder drey außerlesene Catholische Bücher, Gebetbuch, Gesangbuch und Lehrbuch; cujus Autorem fuisse Henr. Kircherum, Jesuitam Hafniensem, Joh. Diecmannus (responsum hoc Storningianum *breve, sed solidum*, vocans), *in Notis ad Encænia septentrionalia*, A. 1693. edita, *p. 99.*, ostendit.

Grosse annoch befundene Finsterniß in einem so genandten Liechte der Wahrheit, oder Catholischem Büchlein, welches 4. Lehrstücke, und 15. Fragen, von dem Römisch-Catholischen Glauben in sich begreiffet, und zur Verführung der wahren Evangelischen Christen herausgegeben ist, ietzo aber beantwortet von einem Liebhaber der Wahrheit. Hamburgi 1682. in 12. Ἀνωνύμως prodiit.

Die Unverlassene Einsame, oder Evangelische Lehre, Trost und Erinnerung, vor einsame Frauenspersonen, insonderheit Christliche Jungfern, in und ausserhalb der Klöster. Hamb. 1682. in 12. Oda a D. G. Morhofio commendata est peculiari, in *Poematis* ejus *Germanicis, p. 465. 466. 467.*, obvia.

Eigentlicher Verstandt der Worte Christi vom H. Abendmahle, der lieben Einfalt sonnenklar dargethan. Plönæ 1684. in 12.

Die Obersouverainität des Herren JEsu Christi, als das allein zulängliche Mittel, alle Ketzer zu bekehren, und alle Kirchen zu vereinigen. Hamb. 1686. in 12.

Rettung unserer Lehre und Lehrer, daß wir nemblich so wol reine Lehrer und Prediger, als auch die reine Lehre, haben, kürtzlich verfasset von einem Diener JEsu Christi in Holstein. Plönæ 1694. in 12. Opusculum ἀνώνυμον, Pontificio cuidam oppositum.

CAROLUS

CAROLUS MICHAEL **STRASBERG**, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Fontibus Juris Romani, eorumqve usu hodierno, Præside D. Christ. Wildvogelio proposita. Jenæ 1723. in 4. Præmissum est D. Joh. Phil. Sleevogtii Programma de vita Candidati.

JOHANNES ULRICUS **STRAUSSIUS**, Notarius publicus Hamburgensis.

Distichorum Latinorum Centuriæ I. & II., Dethl. Alefeldio inscriptæ, cum versione Germanico-Metrica Georg. Greflingeri. Hamburgi 1654. in 8.

M. ENGELBERTUS **STREITHORST**, Hamburgensis, Ecclesiæ initio Grödensis, in præfectura Ducatus Bremensis Ritzbüttelana, Minister, ac deinde templi in patria Michaelitani Ecclesiastes, A. 1627. d. 23. Sept. electus, ac d. 15. Nov. inauguratus, sed, bimestri vix elapso, d. 23. Jan. A. 1628. (in cujus locum seqvens 1629. in Wolfg. Henr. Adelungii *Indice Ecclesiastarum Hamburgensium* male est substitutus) mortuus. V. Anonymi *Catal. MS. ministrorum Ecclesiæ Hamburg.*, Georg. Haccii Michaelischen Eintritt *p. 49.*, Hier. Pasmanni Hamb. Denckmahl *p. 108.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor.* Hamburg. *p. 891.*

Oratio de auxilio Spiritus sancti in Martyribus. Witebergæ 1607. in 4.

Parentatio pro Mart. Luthero, in qva tota ejus Vita, & acta memorabiliora, juxta annorum seriem descripta, continentur. Witeb. 1608. in 4.

Florilegium sanctorum Patrum, in qvo jucunda & rotunda Patrum dicta, dictorumqve variæ explicationes veterum & recentiorum Theologorum, Ecclesiæqve clarissimorum luminum, reperiuntur, justo ordine facilique methodo conscriptum, & in certos Locos digestum. Hamburgi 1625. in 8. Libris prohibitis accensetur *in Indice Expurgatorio Hispanico*, ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore generali, Madriti A. 1667. edito, *p. 363.*

(Streithorstii Oratio de Bonis literis, *in 8.* edita, in qvodam memoratur *Catalogo*. Nostrumne illa, an alium, Autorem agnoscat, ignoro.)

JOACHIMUS **STREVICKE**, Hamburgensis, J. U. Lic., A. 1687. superstes.

Disp. Inaug. de Jurejurando. Argentinæ in 4. (*O. Sp.*)

JOHANNES **STRICERIUS**, Lubecensis, templi in patria Burgensis Ecclesiastes, A. 1584. electus, & d. 23. Jan. A. 1598. mortuus. V. Jac. a Mellen *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium.*

Geistliche Comœdie vom erbärmlichen Falle Adams und Evæ. Lubecæ 1570. in 8. (*Catal.*)

Düdsche Schlömer; dat is: Een Geistlick Spill, darinn de ruchlose Minschen afgemahlet, gewarnet, und tor Bote vermahnet werden. Francofurti ad Viadrum A. 1593. in 8. (*L. Saxon.*) Præfixum est carmen D. Christoph. Pelargi, Acad. Viadrinæ Theologi, Encomiasticum. Misnica etiam dialecto Magdeburgi A. 1588. *in 8.*, testibus Nicol. Bassæo & Georg. Draudio, prodiit.

D. Mart. Lutheri Catechismus bedeswise verfatet. Lubecæ 1594. in 8. (L. Saxon.)

MARTINUS **STRICERIUS**, patria, uti credo, Holsatus, a Lutheranis ad Pontificios, circa A. 1612., transgressus, sed ordinem (uti adversarius ejus, Jac. Reneccius, falso tradidit) haud ingressus Jesuiticum, in civitate A. 1613. (teste eodem Reneccio) hæsit Hamburgensi. A. 1626. Doctor fuit Theologus, cœnobii monialium D. Agnetis, in Neapoli Magdeburgica, Præpositus, Eqves sepulchri Hierosolymitani, Canonicusqve ædis S. Crucis Hildesiensis, & Ferdinandi II., Imperatoris, jussu, tanqvam illius Commissarius, effossioni reliqviarum D. Norberti Magdeburgensium, Pragam transferendarum (1.), A. 1629. autem Monasterii Ilfeldensis occupationi, a Canonicis factæ Præmonstratensibus (2.), interfuit. Georg. Calixto, qvem A. 1626. Helmstadii in suis compellavit ædibus, *Vir audit* (3.), *& humanus, & eruditus.*

Catholische Censur einer Uncatholischen Predigt Jac. Reneccii von der Rechtfertigung. Monasterii A. 1612. in 4. Opposita est Jac. Reneccii, Pastoris Catharinæi Hamburgensis, Triadi sermonum *de Justi persona ac fortuna*, e Ps. XXXIV. 19., Germanicorum, doctrinæ de Justificatione Lutheranæ contra Pontificios patrocinantium, Hamburgi A. 1611. *in 4.* excusæ. Reposuit ei Reneccius *Justum Christi Tribunal, contra fœdas ac fœtidas Photinianorum ac Pontificiorum, & inter hos, cujusdam Apostatæ, ipsiusqve Præceptoris Lojolitæ, sordes propugnatum.* Qvo in libro, Hamburgi A. 1613. *in 8.* impresso, *Censuram* non ab ipso Stricerio, sed Jesuita alio, credit esse conscriptam, scurrilibusqve jocis & contumeliis (qvibus nec ipse, par pari referens, subinde abstinet) scatere, ac totam ex Bellarmino esse compilatam, affirmat.

PAULUS **STRICKERUS**, Nienkerka (Episcopatus Lubecensis pago) Wagrus, scholæ Flensburgensis, ab A. 1682., Conrector, Parochus in agro Trittoviensi, ab A. 1690., Eckensis, templiqve tandem in urbe Slesvicensi cathedralis, ab A. 1694., Archidiaconus, &, ab A. 1703., Pastor, M. Febr. A. 1721. mortuus. Conf. de illo J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 355.*

Programma, Sermoni auspicali Joh. Herm. Brinckmanni, Rectoris Slesvicensis, præmissum. Slesvigæ 1703. in 4.

Der Gläubigen Vortheil bey GOttes Antheil, oder Leichpredigt über Margareta Agnes Gloxininn, D. Bernh. Balth. Soltouen, Advocati, Wittwe, aus Ps. LXXIII. 28. Slesvigæ 1705. in fol.

Carmina complura, imprimis Germanica, diversis edita temporibus.

M. DIONYSIUS **STROPIUS**, Lubecensis, Pastor ruralis Geisthachtensis, A. 1653. superstes.

Disp. de natura & constitutione Logices. Rostochii 1651. in 4.

Disp. de usu Philosophiæ in Facultatibus Juridica & Medica. in 4. (*Catal.*)

Disp. de constitutione Physices. Rostochii in 4.

Bacchus turbans, sive Dissertatio, in qva moderni seculi mores describuntur, & velut in somnio, sine somnio, repræsentantur. Rost. 1653. in 4.

FRIDERICUS **STROTTMANN**, Lubecensis, in lingvis Orientalibus, scriptisqve Rabbinicis, præclare versatus & A. 1698. superstes.

Disp. de Achabo appetente, & Nabotho vineæ vitam postponente, e 1 Reg. XXI., ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Frid. Mayero proposita. Witebergæ 1686. & 1701. in 4. Recusa etiam *Tomo I. Thesauri Theologico-Philologici Dissertationum in V. & N. T.*, Amstelodami A. 1701. *in fol.* editi, *p. 500. & seqq.*

Disp. de Lutherano vereqve Evangelico Anabaptismo, sive qvando rebaptizare liceat? Præside D. Joh. Frid. Mayero.

(1.) V. Car. Carafæ *Comm. de Germania sacra restaurata, p. 320.*, & D. Phil. Mülleri, Theologi Jenensis, *Vindicias Norbertinas*, Jenæ A. 1683. editas, *p. 52. 57.* (2.) V. Joh. Georg. Leuckfeldii *Antiqvitates Ilfeldenses, c. 12., p. 134. 135.* (3.) *in Digress. de arte nova Barth. Nihusii pag. 67.*

ro. Kilonii 1691. in 4. Recusa inter Mayeri *Dissertationes selectiores Kilonienses & Hamburgenses*, Francof. A. 1693. *in 8.* publicatas, *p. 535-544.*

M. REIMARUS STRUVE, Itzehoensis, Pastor initio ruralis, circa A. 1672., Hohenfeldensis, deinde autem urbanus, circa A. 1681., Glückstadiensis, M. Dec. A. 1693. defunctus. V. de illo Pet. Zitscheri, arcis Glückstad. Pastoris (ob raram eum mansvetudinem, assiduumqve concordiæ cum Collegis studium, celebrantis) Parentationem vernaculam, sub titulo des Einmühtigen Priesterthums, Glückstadii A. 1694. *in 4.* editam.

Verborgene Propheten-Traur, oder Leichpredigt über Margareta Dorothea, M. Nicol. Nohthelfers, Schloß-Pastoris zu Glückstatt, Ehefrau, auß Ezech. XXIV. 15-18. Glückst. 1681. in 4.

FRANCISCUS STUBBE, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Rei vindicatione. Hardervici 1712. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 22.*

JACOBUS STUBBE, Chirurgiæ Studiosus, Slesvigæ A. 1681. commoratus.

Parvus Mundus, die kleine Welt, samt derselben kurtzen Anatomischen Beschreibung, nach allen ihren Theilen, auß bewehrten Autoribus zusammengetragen. Slesvigæ 1681. in 8.

JOHANNES STUER, Hamburgensis, d. 22. Febr. A. 1657. natus, J. U. Doctor, in Senatum patriæ d. 17. Mart. A. 1697. allectus, sed seqventi 1698. (in cujus locum 1699. in Gerh. Schröderi *Fastis Hamburgensibus*, *p. 204.*, perperam substituitur), d. 24. Oct., mortuus. V. M. Christoph. Schlichtingii *Inscriptionem funebrem.*

Disp. Inaug. de Jure Medicorum. Aureliæ 1683. in 4. (*J. Tecl.*)

JOHANNES HENRICUS STUHR, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Sponsalibus. Lugd. Bat. 1716. in 4. (V. Anonymi Hamburgum anni 1719. literatum p. 22.)

M. PETRUS STUHR, Flensburgensis, diversa vitæ sectatus genera, cui, A. 1683. Witebergæ Magistri adepto titulum, Conr. Sam. Schurtzfleischius applausit. V. ejus *Poemata p. 124. 125.* Superstes fuit A. 1721.

Decas Positionum moralium, circa principia & affectiones rerum humanarum, Præside Christiano Röhrensee, Eth. Prof., proposita. Witeb. 1684. in 4.

Disp. de novo Scepticismo Practico, circa principia morum. Witeb. 1684. in 4.

JOHANNES SVANINGIUS Junior, Ripensis, d. 28. Maji A. 1600. in lucem editus, patrem habuit Janum Lagonis, Senatorem & vectigalium regiorum præfectum, M. Joh. Lagonii, Episcopi Ripensis, germanum, matrem vero Dorotheam, M. Joh. Svaningii Senioris, Christiani III. & Friderici II., Regum Daniæ, Historiographi, Decaniqve Ripensis, *Tomo II.* celebrandi (cujus cum nomine cognomen etiam adoptavit, paternoqve prætulit), filiam. A qvo avo materno ὁμωνύμῳ, nec non a consangvineo, Joh. Svaningio, Hottersnensi, Academiæ Hafniensis Theologo, & Seelandiæ, ad A. usqve fatalem 1668., Archiepiscopo (1.), eum accurate esse distingvendum, alibi jam monuimus (2.). Primis ætatis annis scholam Ripensem, adultior autem Soranam Seelandiæ (ab A. 1611. ad 1617.) & Lundensem Scaniæ (A. 1617. 1618. & 1619.), freqventavit. Academiæ Hafniensis civibus d. 8. Febr. A. 1620. est adscriptus, & ex illa, impetratis stipendiis Munchiano ac Lundensi, A. 1624. in Witebergensem, A. 1627. in Jenensem, ac A. 1629. in Altorfinam & Basileensem, digressus. Basileæ, qvo, Joh. Buxtorfium seniorem, literaturæ Hebrææ Phœnicem, auditurus, migraverat, hujus, peste defuncti, interfuit exeqviis, & a Dan. Tossano Juniore, Gymnasiarcha, in *Oratione*, qva d. 22. Oct. A. 1629. illi parentavit, *funebri*, publice, cum de studiosorum exterorum ad Buxtorfium confluxu dixisset, προσφωνήσει hac compellatus est honorifica: *Cujus rei testis esse potes, doctissime Johannes Schwaningi, propter insignes animi tui dotes commendatissime, cui ita Buxtorfii, publice privatimqve docentis, placuit conversatio, ut te, nec sumptuum, nec difficultatum, quæ in itinere maximæ fuerunt devorandæ, poeniteat* (3.). M. Januario A. 1630. Basilea Francofurtum discessit, &, cum Judæis, qvibus ob insignem lingvæ Hebrææ peritiam erat gratissimus, doctoribus per aliqvot conversatus hebdomades, in Belgium perrexit, maritimoqve itinere d. 21. Apr. illinc in patriam rediit. Reduci, eodem mox anno 1630., d. 8. Maji, Hafniæ a Christ. Longomontano, post *VII.* hujus *de Summo Hominis bono* ζητήματα ab ipso & competitoribus defensa, Magistri collatus est titulus, die autem 21. Julii scholæ regiæ Soranæ gubernatio a Chr. Frisio, Cancellario regio, & Justino Hoegio, illius pariter atqve Academiæ Præside, commissa. Lustro huic præfuit unico, ad A. usqve 1635., qvo (4.) ineunte M. Eliæ Eisenbergio, in Samsoensis insulæ (qvam *Samum* ipse *Danicam* appellare est solitus (5.)) Præpositura, Parochiarumqve Onsbergensis ac Besserensis Pastoratu, imo & in conjugio cum vidua Anna, Jani, Consulis Holbeccensis, filia (duos nostro mares, Eliam ac Johannem, enixa, & d. 16. Sept. A. 1671. defuncta), successit. Antistitem Insulæ hujus per octo egit lustra continua, & memor apophthegmatis, qvod Christ. Frisius, Cancellarius regius, Parochorum plerorumqve ruralium in studiis negligentiam merito detestatus, in eam abeunti inculcarat: *Jam a nobis recedis vir doctus, vide ne rusticus redeas*; qvicqvid a curis officii supererat temporis scrutinio literaturæ sacræ & profanæ assiduo diligenter impendit, utilissimisqve lucubrationibus d. 27. Aug. A. C. 1676., ac ætatis 77., est immortuus (6.). Chronologiam certe & Historiam, tum exoticam, tum Danicam imprimis atqve Arctoam, æmulus doctrinæ famæqve avi materni cognominis industrius, scriptis adeo illustravit accuratis, ut inter Autores utriusqve principes locum haud infimum peritorum judicum jampridem obtinuerit suffragiis.

Vitæ ejus historiam ipsiusmet de illa debeo narrationi, in Pet. Resenii *Descriptione Samsoæ*, *p. 41. 42.*, obviæ. Conferantur de illo, præter jam allegatos, Alb. Bartholini *Lib. de scriptis Danorum p. 90.*, meaqve *ad hunc Hypomnemata*, *p. 311. 312.*, Thomæ Bartholini *Lib. III. Carminum p. 86. 87.*, Pet. Winstrupii Jun. qvatuor ad eum Carmina, *libro III. Epigrammatum*, *p. 895-898. 980. 981.*, inserta, Casp. Sagittarii *Introd. in Hist. Eccl.*, *c. 12.*, §. *45.*, *p. 202. 203.*, nec non *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr.*, *P. I.*, *c. 4.*, §. *1. 6. 7. 8.*, *p. 31. 36. 37. 38. 39.*, *c. 5.*, §. *2.*, *p. 44. 45.*, ac *Homonymoscopia*, *Sect. II.*, *c. 7.*, §. *130.*, *p. 726.*

ELOGIA.

Dan. Tossani Jun. προσφώνησιν ad eum honorificam in Vita illius jam recitavimus.

Thomæ Bartholino Sen. (*in Epigraphe Carminis, Chronologiæ ejus Danicæ præfixi*) *summus* audit *Theologus & Philologus.*

Steph.

(1.) V. de hoc Matth. Fossii *Orat. funebrem* (in Henn. Wittenii *Dec. XII. Memor. Theol. renov.*, *p. 1601-1614*), Er. Vindingii *Acad. Hafn.*, *p. 312. 333. 334.*, H. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. 17.*, *ad A. 1668.*, & Alb. Bartholini *Lib. de Scr. Dan. p. 89. 90.* (2.) *in Homonymoscopia, Sect. II.*, *c. 7.*, §. *130.*, *p. 726.*, & *in Hypomnematis ad Alb. Barthol. de Scr. Dan. p. 311. 312.*, qvæ tamen Hottersnensi male tribuunt Dan. Tossani de nostro elogium, mox recitandum. (3.) V. Tossani *Orationem*, in Henn. Wittenii *Dec. III. Memor. Philos. renov. p. 316. 317.* (4.) V. *Prolegomena Chronologiæ* ejus *Danicæ p. 4.* (5.) V. Carmen, Steph. Joh. Stephanii editioni Saxonis Grammatici A. 1644. præfixum. (6.) V. Henn. Wittenii *Tomi I. Diar. Biogr. Sec. XVII. Appendicem, ad A. 1676.*

Steph. Joh. Stephanio *Historicus Daniæ, fama super æthera notus* (*in Proleg. notarum ad Saxonis Grammatici Hist. Dan., c. 5., p. 7.*), *Chronologus diligentissimus* (*in Notis ad Lib. XI. Saxonis p. 223.*), & *inclytus Danicorum Vindex, præclare de universa patria meritus* (*in Epist. ad ipsum, Chronol. Danicæ præfixa*).
Thomæ Bartholino Jun. (*in Diss. de Holgero Dano p. 13.*) *Chronologus diligentissimus*.
Joh. Andr. Bosius (*in Introd. ad notit. rerump., c. 4., p. 64.*) præcipuis eum rerum Danicarum accenset Historicis.

SCRIPTA EDITA LATINA.

Colossus Nebucadnezaris, vel Libri IV. de IV. Monarchiis, sive summis & sacris Imperiis. Hafniæ 1634. in 8.

Chronologia Danica, qva 1. Noachidarum series exhibetur, 2. Judicum Cimbriæ ac Gothiæ anni recensentur, 3. Regum Daniæ tempora, a prima regni origine, ad A. C. 1650., Dynastiis octo diriguntur, ac qvorundam eqvestris ac sacri ordinis, in regno Daniæ, illustrium Virorum ætates, nova & accurata methodo, describuntur, res Politicæ & Ecclesiasticæ breviter enumerantur, cum annis Orbis conditi, Christi nati & ante Christum natum, Imperatorum item, Regum Longobardiæ, Angliæ, Galliæ, Sveciæ & Norwegiæ, Electorum Saxonicorum & Brandeburgicorum, Pontificum Romanorum & Archiepiscoporum Bremensium, ita conferuntur, ut hujus inspectio historias Danorum legentis memoriam simul & judicium adjuvet. Accedunt VII. Prolegomena: 1. de occasione & scopo Chronologiæ hujus Danicæ, 2. de ejus materia & argumento, 3. de triplici Intervallo temporum, & octo Regum dynastiis, 4. de octo Familiis regiis, 5. de Epochis Danorum illustrioribus, 6. de Rerum Danicarum Scriptoribus, 7. de tribus monitis generalibus. Hafniæ 1650. in fol. Præfixa sunt carmina Encomiastica Ol. Wormii, Thomæ Bartholini Sen. (*Libro III. Carminum, p. 86. 87.*, recusum), Steph. Joh. Stephanii & Viti Beringii (inter *Poemata* Beringiana, *Tomo II. Delic. Poet. Dan.* Frid. Rostgaardi, *p. 28. 29.*, itidem obvium), una cum duabus Wormii & Stephanii ad Autorem, de libro ipsius, Epistolis. Hos inter Wormius (*in Epistola, opus* eam vocat *eruditum, laboriosum, dignum qvod omnium, qvi res patriæ amant, teratur manibus*, Stephanius autem (desiderium editionis, *in Proleg. Notarum ad Sax. Gramm., c. 5., p. 7.*, jam ante testatus), in literis suis, *opus præclarum, æreqve perennius, qvod non Jovis imber, nec edax potis est abolere vetustas.* In Carmine præfixo idem hisce illam metris extollit:

Aureus ecce liber pandit mysteria, nulli
Nota prius, nullus quæ dedit ante labor.
Hæc calcata via est nulli: laus sola Svaningi est,
Danica qvod nitidum tempora lumen habent.

Pet. Winstrupii Jun., Episcopi Lundensis, geminum in eandem Epigramma encomiasticum *Libro III. Epigrammatum* illius, *p. 897. 898. 980. 981.*, invenies. Ipse illam, *Parte I. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 6., p. 36. 37.* (præmissa scripti similis ἀνεκδότε, ab Andrea Severini Vellejo, Decano Ripensi, & Friderici II., Daniæ Regis, Historiographo, ante Svaningium concinnati, mentione), ob diligentiam & accurationem commendavi, filiqve in antiqvitatum Danicarum labyrintho Ariadnei elogio non indignam esse monui, sed unum hoc, *c. 4., §. 7. & 8., p. 38. 39.*, ac *c. 5., §. 2., p. 44. 45.*, simul in eadem merito reprehendi, qvod fabulas de gentis Danico-Cimbricæ originibus, conditoribus, Heroibus, Ducibus, Regibus, rebusqve ævi ἀδήλε gestis, antiqvas narrationibus veris, Saxonem, Annales Gotlandicos, Claudii Lyschandri *Opus Genealogicum*, aliaqve sublestæ fidei monumenta, seqvens, incaute, absqve selectu, præmittat atqve immisceat. Dan. Hartnaccio, *in Catalogo Historicorum, Historiæ* Joh. Micrælii *Politicæ*, a se continuatæ, A. 1702. subjuncto, *Chronologiam* hanc, sibi forte non visam, Joh. Svaningio Seniori, avo nostri materno, supra laudato, perperam tribuenti, utriusqve ὁμωνυμία imposuit. Confer de illa Joh. Hübneri *Cent. I. Biblioth. Histor., Art. 17., p. 57-60.*

Parva Biblia, ordine scripta Alphabetico. Accesserunt Admonitio de LLCC. Practicis e S. Scriptura eruendis, & Appendix gemina de Republica Hebræorum ac IV. Monarchiis. Hafniæ 1656. in 8. Libellum hunc, qvem ipse, in Vitæ propriæ historia, scriptis suis annumeravit, Henn. Wittenius, insigni ἀβλεψία, & illi (*T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., in Append., ad A. 1676.*), & ὁμωνύμω Acad. Hafn. Theologo, Præsuliqve Seelandico (*eodem T. I., ad A. 1668.*, ac *Dec. XII. Memoriæ Theol. renovatæ, p. 1614.*), adscribit.

Tr. de Religione Danica, qvem, nec mihi visum, nec ab aliis memoratum, solus Thomas Bartholinus Sen., in suo in illum tetrasticho (*Lib. III. Carminum p. 87.* obvio), ei tribuit, Hafniæqve A. 1665. prodiisse testatur.

Aureum Chronologorum Horologium, vigilantibus profuturum, in Samo Danica inventum. Hafniæ A. 1669. (*juxta Catal. Biblioth. Resen.*) & 1672. in 4. Commendatur a Thoma Bartholino Sen. (*methodum* ejus *compendiosam ad historiarum lucem & memoriam multum proficuam esse* judicante) *Vol. I. Act. Med. Hafn. p. 304.*, Leonh. Christoph. Sturmio *in Tr. de nat. & constit. Matheseos, Sect. 2., c. 8., p. 238.*, & Casp. Sagittario, *in Introd in Hist. Eccl., c. 12., §. 45., p. 203.*, ita scribente: *Duobus absolvitur qvaternionibus, sed tam eleganti methodo fabricatis, ut inter lectissima compendia Chronologica pridem retulerim.*

Senecæ Theologia naturalis contemplativa, in LLCC. digesta; cum præfatione Sever. Lintrupii, Prof. Hafniensis, de Christianismo Senecæ controverso, ac Vita Autoris. Hafniæ 1710. in 4. V. recensum *in Supplem. Act. Erud. Lips., T. VI. Sect. VII., p. 335. 336.*

Steph. Joh. Stephanii, Eloqv. Prof. Sorani, Historiæ Danicæ libri duo, qvibus res memoratu dignas, regnante Christiano III., ab A. 1550. ad 1559., in Dania gestas, complectitur; Opus posthumum, a Svaningio, cum Epistola sua ad Frid. III., Daniæ Regem, dedicatoria, editum. Soræ 1650. in 4.

INEDITA, in Historia vitæ suæ ab eo promissa.

I. LATINA.

Orthotomia sacra.
Syntaxis sacra.
Chronologia Oraculorum divinorum & diabolicorum, opus rarissimum.
Princeps Christianus, e solis Senecæ Philosophi operibus collectus.
Pandectæ lingvæ Hebrææ, typographi Hafniensis incuria distractæ.
Aureum Danorum Horologium speciale (*haud dubie Chronologicum*).
Chronologia Normannorum, apud Janum Rosenkrantzium, Præfectum Neoburgensem, deposita, cujus in Bibliotheca eam superfuisse Ott. Sperlingii Jun. etiam *Catalogus scriptorum de rebus Danicis Historicorum* testatur ἀνέκδοτος.

II. DANICA.

Memoriale Viduarum.
Sacra Suspiria & oracula.
Homiliæ sacræ variæ.
Geistlige Ridderspil.

PETRUS SVENDSON, sive SVENONIS, Ripensis.

Descriptio Historica rerum qvarundam, qvæ in Dania contigerunt; MStum lingva A. 1611. *in fol.* exaratum Danica, qvod in Bibliotheca asservari Pasbergiana Otto Sperlingius Junior, in *Catalogo* modo citato, perhibet.

M. MICHAEL SUMIUS, Scholæ Kiloniensis Conrector circa A. 1607.

Oratio funebris, memoriæ Christinæ Hassiacæ, Adolphi, Ducis Holsatiæ, conjugis, A. 1604. mortuæ, Kilonii scripta. Slesvigæ in 4.

HENRICUS SUPRIAN, Med. D. & Practicus Hamburgensis, A. 1704. defunctus. V. Pet. Ambr. Lehmanni *Hamburgum anni 1704. literatum, p. 38.*

Disp. Inaug. de Colica. Lugd. Bat. 1693. in 4.

LAURENTIUS SURIUS, Lubecæ, anno circiter 1523., patre aurifabro, sacris Romanæ addicto Ecclesiæ, natus, & deinceps educatus, studiis in Academia aliqvamdiu ad Viadrum Francofurtana, inter Lutheranos, incubuit, sed inde in Coloniensem Pontificiam postea est ablegatus. In qva cum Georgium a Schotborg, Archiepiscopum olim in Scania Londinensem, ob religionem tunc exulem, hospitem adeptus, hujus, Nicol. Eschii, Sacerdotis, Andr. Heerlii, Theologi, aliorumqve Virorum eruditorum, ductu & consvetudine assidua in sacro progressus insignes fecisset curriculo, Magisteriiqve honores A. 1539. reportasset, cum Petro Canisio, commilitone percelebri, voto de vita monastica amplectenda conspiravit mutuo, & eodem A. 1542., qvo ille Jesuiticæ nomen dedit societati, ordinem Carthusianum, coenobiumqve istius Coloniense, parente invito ac frustra adversante, est ingressus. In otio hoc sacro, nunqvam otiosus, Gerh. Hamontani, Abbatis sui, hortatu, lustra qvatuor priora scriptis Joh. Tauleri, Joh. Ruysbrochii, Florentii Batavi, Henr. Harphii, Henr. Susonis & Nicol. Eschii, Ascetico-Mysticis, Mich. autem Sidonii, Joh. Fabri, Joh. Gropperi, Frid. Staphyli & Mart. Eisengreinii, contra Lutheranos Polemicis, Belgice ac Germanice conscriptis, sermone Latino donandis, istoqve publicandis, impendit. Ætate provectior, qvatuor, qvibus, ab A. 1567., Conciliorum Acta, & sex, qvibus, ab A. 1570., Sanctorum Vitas, sollicite a se collectas, evulgavit, Voluminibus, peritiam Historiæ Ecclesiasticæ sacrarumqve antiqvitatum prudentibus eximiam, famam sibi longe majorem, summorumqve Principum, ac, hos inter Pii V., Pontificis (qvi, suis eum dignatus literis, galero etiam ornare voluisse fertur Cardinalitio), & Philippi II., Regis Hispanici (500. Florenis *Concilia*, sibi inscripta, remunerati), gratiam acqvisivit atqve favorem. Haud parem contra *Commentario* rerum Seculo XVI., ævoqve suo, gestarum *Historico* reportavit applausum, sed, cum in eo, sacris suis præjudiciis, nimioqve in Ecclesiam Romanam affectui, ac in Protestantes odio, plus justo indulgens, ἀκρισίαν, partiumqve studium, Historico indignum, ubiqve detexisset, Lutheranis & Reformatis, atrociter vicissim in illum invectis, vapulavit, ipsisqve Pontificiis moderatioribus, imo Ordinis sui, qvi, ne telam istam ulterius pertexeret, interdixisse creduntur, Patribus, displicuit. Exercitiis tandem familiæ, cui nomen dederat, monasticæ, cæteris rigidioris, perqvam austeris, & sacris, qvibus Sanctorum Vitas augere denuo cœperat, laboribus, d. 23. Maji A. C. 1578., ac ætatis 56., est immortuus. Uberiorem Vitæ ejus & scriptorum historiam, judiciis, & de istis, & de Autore, variis, honorificis pariter atqve seqvioribus, illustrandam, Tomo Operis hujus exhibebimus ultimo. Evolvantur interim de illo Vita ejus, ab Amico scripta Anonymo, & Operis *de Sanctorum Vitis* editioni tertiæ, Coloniæ A. 1618. *in fol.* publicatæ, præfixa, Corn. Loosei Callidii *Catalogus illustrium Germaniæ Scriptorum, lit. L. 1. 2. & 3.*; Theod. Petreji *Bibliotheca Carthusiana p. 226-232.*, Ant. Possevini *Apparatus sacer, T. II., p. 333. 334.*, Aub. Miræi *Bibliotheca Ecclesiastica, P. II., p. 110.*, Joh. Bollandi *Prolegomena, Actis Sanctorum M. Januarii*, Antwerpiæ A. 1643. editis, præmissa, §. 5., Hier. Ghilini *Theatrum hominum literatorum Italicum, P. II., p. 184. 185.*, Andr. du Saussay *Continuatio libri Bellarminiani de Scriptoribus Ecclesiasticis, num. 1., p. 1.*, Ant. Teiserii *Additamenta Elogiorum Thuaneorum Gallica, P. I., p. 480. 481. edit. secundæ*, Pauli Freheri *Theatrum Eruditorum p. 247.*, Casp. Sagittarii *Introductio in Hist. Eccl., c. 11., §. 1., p. 92., & §. 21., p. 127. 128.*, ac Joh. Franc. Buddei *Tomus IV. Lexici Historici Germanici p. 498.*

CONRADUS JULIUS SURLAND, Hamburgensis (Petri, J. U. D. & Bibliothecarii, filius), J. U. Doctor, & Cancellariæ Ducis Holsato-Gottorp., circa A. 1723., Assessor.

Disp. de Edicto perpetuo, Præside D. Hambergero defensa. Jenæ 1715. in 4.

Disp. Inaug. Controversias L. celebriores, e Jur. Naturæ, Feudali, Civili, Publico & Canonico, exhibens. Argentinæ 1717. in 4. V. *Partem LXVII.* der Gelehrten *Famæ p. 793. 794.*

JOHANNES SURLANDUS Senior, Hamburgensis, mercatore d. 25. Apr. A. 1616. natus cognomine, studiorum sacrorum curriculo Jenæ Rostochiiqve absoluto, aulæ initio Holsaticæ Rethwicensis, ab A. 1646., per biennium, fuit Ecclesiastes, ac deinde templi in patria Michaelitani d. 4. Apr. A. 1649. electus est Diaconus. Spartam hanc sacram, per annos 28., tanta diligentia, Zelo morumqve sanctimonia, ornavit, ut Vinc. Placcio, Encomiastæ, dignus sit visus, cujus vitam longiorem suæ detrimento atqve impendio ipse, aliiqve auditores, redimere, si per fata licuisset, exoptassent. Complures ex allophylis, Anabaptistas imprimis atqve Judæos, &, hos inter, Dav. Hieronymum, Rabbinum, d. 6. Jun. A. 1676., cum uxore & sex liberis, a se baptizatum, Lutheranæ Proselytos reddidit Ecclesiæ. Febri tandem maligna, d. 8. Jun. A. C. 1677., ac ætatis 61., extinctus, e septem filiis, qvos conjux Anna Margareta, Julii Joh. Bokelii, Med. D. & Practici Hamburgensis, filia, Joh. autem Bokelii, Poliatri ejusdem civitatis ex Professore Acad. Juliæ Medico ordinarii (pro parente illius a Placcio falso habiti), neptis, d. 11. Oct. A. 1649. ducta, sibi enixa erat, duos tantum, Petrum ac Julium (de qvibus mox dicetur), reliqvit superstites. V. Vinc. Placcii, Prof. Hamb., *Programma* de Vita ejus *funebre* honorificum, A. 1711. in Joh. Alb. Fabricii *Volum. III. Memor. Hamburg., p. 296-306.*, recusum, Epitaphii, in æde ipsi Michaelitana erecti, Inscriptionem, ab eodem Fabricio, *in Auctario Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium, n. 169., p. 51.*, exhibitam, Georg. Haccii Michaelischen Eintritt *p. 47. 49.*, M. Hier. Pasmanni Hamburg. Denckmahl *p. 106. 108.*, Dav. Hieronymi *Præfat.* des Gewissen Glaubensgrundes, Joh. Alb. Fabricii *Vol. II. Memor. Hamburg. p. 891. 892.*, & Amicorum *Epicedia.*

Danckpredigt, nach glücklicher Verfertigung des neuen Thurms an S. Michaelis Kirche, auß Prov. XVIII. 10., am 9. Mart. A. 1669. gehalten: Samt der Historie der Grundlegung selbiger Kirchen. Hamburgi 1669. in 4.

Bericht von einem bekehrten und getauften Juden. Hamb. 1676. in 4.

Glaubensbekäntniß zweyer bekehrten Juden. Hamb. 1677. in 8. (*Catal.*)

M. JOHANNES SURLANDUS Junior, Hamburgensis, senioris, modo laudati, filius, d. 14. Jan. A. 1654. natus, in Academiam A. 1673. profectus Witebergensem, & in ista d. 14. Oct. A. 1675. Magistri potitus titulo, seqventi vero 1676. (æt. 23.) Kal. Oct. denatus. V. D. Joh. Deutschmanni, Theologi Witeb., *Programma* de vita illius *funebre*,

nebre, D. Abr. Calovii *Sermonem in Sap. IV. 4. exeqvialem Germanicum*, Witebergæ excusum, Professorum reliqvorum *Epicedia*, & Nic. Lud. Esmarchii Carmen funebre, *in Sione vernaculo p. 114. 11.*

Disp. an & qvomodo Dei existentia, ex naturæ lumine, efficaciter ac invicte probari possit? Præside Christ. Donato, PP. Witeb. 1674. in 4.

Disp. de Morali actione, Præside Christiano Röhrensee, PP. Witeb. 1676. in 4.

Disp. de Mentalibus Jesuitarum reservationibus, ab ipso Præside proposita. Witeb. 1676. in 4.

JOHANNES JULIUS SURLAND, Hamburgensis, Julii Consulis filius, Petri, patrui absentis, in Bibliothecæ publicæ præfectura, ab A. 1713., aliqvamdiu Vicarius, deinde J. U. Lic. & in patria Practicus, ejusdemqve, ab A. 1719., Syndicus.

Disp. Inaug. de Literis maritimis, von Seebriefen. Groningæ 1715. in 4. V. de illa *Partem LI.* der Gelehrten *Famæ p. 218. 219.*

JULIUS SURLANDUS, Hamburgensis, Johannis senioris (*de qvo supra dictum*) itidem filius, d. 21. Dec. A. 1657. in lucem editus, & Philos. Magister Witebergæ d. 26. Apr. A. 1676. creatus, deserto, post obitum parentis, studio, cui hactenus vacaverat, Theologico, J. U. Licentiati titulum in Academia Galliæ A. 1678. exambiit Flexiensi. Hamburgum redux, dignitatem senatoriam, Henr. Meureri, Consulis, favore, d. 24. Jan. A. 1690., &, e legatione anni 1700. reversus Svecica, Consularem d. 14. Dec. A. 1702., obtinuit, sed seqventi mox 1703., die 28. Julii, annos 46. natus, febri acuta expiravit. V. Eberh. Anckelmanni *Programma funebre*, A. 1710. *Parte I. Memor. Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii, *p. 370-380.*, recusum, *Nova* (in qvibus nummorum etiam in Consulatum ac obitum ejus mnemonicorum ectypa occurrunt) *Literaria Germanica anni 1703., M. Jan. p. 40., M. Febr. p. 76., & M. Sept. p. 359. 360.*, ac Pet. Ambr. Lehmanni *Observationes Historicas A. 1703. Germanicas, p. 263. 264.*

Disp. an, qvia res præscita a Deo, ideo sit futura, num, qvia futura, ideo præscita a Deo? Præside Christ. Donato, Philos. Prof., proposita. Witeb. 1677. in 4.

Theses Juridicæ inaugurales. Flexiæ 1678. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum, p. 27. 40.*)

PETRUS SURLANDUS, Hamburgensis, tertius Johannis senioris, *supra* laudati, filius, J. U. D. & in patria Practicus, simulqve, ab A. 1693. (*d. 2. Nov.*), Bibliothecæ publicæ Johanneæ Præfectus. V. J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1119.*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 160.*

Theses Juridicæ inaugurales. Aureliæ 1682. in 4. (*V. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum p. 27.*)

M. RADULPHUS SUTOR, Clericus haud dubie Slesvicensis.

Cum M. Wilh. Mercatore *Diurnale secundum ordinarium ac consvetudinem & ritum insignis Ecclesiæ & Diœceseos Slesvicensis*, Parisiis A. 1513. *in 12.* excusum, revidit ac publicavit.

GARLEFUS SYLM, Hamburgensis, Hieronymi, Senatoris (*de qvo infra dicetur*), filius, J. U. Lic. & urbis patriæ, ab A. 1710., Syndicus, ab A. 1717. Consul. Conf. de illo Joh. Alb. Fabricii *Epist. dedic. Bibliothecæ Ecclesiasticæ*, A. 1718. ei inscriptæ.

Pflichtmäßige Antwort vor seinen Vatter, gegen Aug. Wigandi Vortrab wieder den Raht zu Hamburg; scheda A. 1696. edita, & contumelioso excepta responso in Wigandi Entsetztem Vortrabe, *lit. L. 2. b. L. 3. a.*

Disp. de Obseqvio Judicis inferioris, Præside D. Sam. Strykio. Halæ 1700. in 4.

Theses inaugurales, selectæ ex Jure Naturæ, publico & civili. Franeqveræ 1708. in 4.

M. GEORGIUS SYLM, Hamburgensis, oppidi in Eiderstadia Tonningensis Diaconus, nec multo post Pastor, eodem A. 1656. (qvo & Magdalenam, M. Andreæ Lonneri, Eiderstadiæ Præpositi, filiam, duxit conjugem), electus, ac in itinere, qvod cum socero ingressus erat, Batavico, Nordæ in Ostfrisia, d. 16. Jun. A. C. 1661., ac ætatis 35., extinctus. V. Pet. Aug. Siveri Appendicem der Tönningschen Kantzelpredigt *p. 61. 62.*

Der Geistliche Wandersmann durch das finstere Kreutz- und Todesthal, oder Leichpredigt über Naamanum Bensen, Königl. Schwed. Staats-Secretarium, aus Ps. XXIII. 4. Slesvigæ 1659. in 4.

HELVICUS SYLM, Hamburgensis, J. U. Lic., patriæ Secretarius d. 10. Apr. A. 1693., & Protonotarius A. 1702., electus, ordiniqve tandem Senatorio, d. 17. Febr. A. 1708., invitus a plebe, ejusqve demagogis, intrusus. Vinc. Placcio (qvi se illum, in *Theatro* suo *Scriptorum Anonymorum ac Pseudonymorum* locupletando, habuisse συνεργὸν, *in Invitatione ad illud augendum p. 33. 34.*, fatetur, ac moribundus A. 1699. eundem testamenti sui constituit Executorem), in *Epistola Accessionum Ethicarum*, qvas A. 1695. ei inscripsit, *dedicatoria*, *Vir* audit *antiqva pietate ac fide, doctrinaqve solida, publice ita notus, ut qværenti sibi vivum morum, qvos optimos in hoc scripto docere satagat, exemplar nullum aliud fuerit præferendum.* Obiit d. 5. Dec. A. 1714.

Disp. Inaug. de Privilegiis Senum. Aureliæ 1677. in 4.

HIERONYMUS SYLM, Hamburgensis, e Curatore templi Petrini d. 10. Maji A. 1690. patriæ factus Senator, a civibus, cum prætura fungeretur, d. 17. Sept. A. 1696. (Collegis tunc invitis, verum postea d. 18. Aug. A. 1699. consentientibus), ordine ejectus est Senatorio, sed a Legatis eidem d. 7. Mart. A. 1709. restitutus Cæsareis. De filii Garlefi scheda pro illo Apologetica supra est dictum. Obiit M. Nov. A. 1710.

Höchstveranlassete Vorstellung und respective Ablehnung einer bößlich ausgesprengeten unglimpflichen diffamation, die vermeinte Uhrheberey der Keyserlichen zu Hamburg angebrachten Commission betreffend. A. 1698. in 4. Recusa Hamburgi A. 1711. *in Protocollo & Actis* der peinlichen Sache gegen D. Christ. Krumholz, *p. 336-339.*

JOACHIMUS SYLM, Hamburgensis, J. U. Lic., Secretarius patriæ d. 2. Maji A. 1721. electus.

Theses Inaugurales ex Jure Civili & Statutario Hamburgensi. Groningæ 1718. in 4. V. *Hamb. lit. A. 1719. p. 35.*

JOHANNES SYLM, Hamburgensis, Jacobi Senatoris filius, J. U. Lic., A. 1704. superstes.

Disp. Inaug. de Nuptiis. Aureliæ 1678. in 4.

NICOLAUS SYLM, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, a Senatu illius A. 1686., ceu factionis Jastramio-Schnitgerianæ assecla, in vincula est conjectus, lataqve d. 26. Aug. A. 1687. sententia exilio decennali ac 1000. Imperialibus mulctatus, omniqve spe honorum privatus, sed, contra sententiam hanc, a Jacobo Henrico Pauli, Consiliario Danico, scripto peculiari, Glückstadii A. 1687. *in 4.* edito (*Declaration* wegen des vermeinten Verraths der Stadt Hamburg, dessen, nebst andern, Lic. Nicol. Sylm beschuldiget wird), defensus. Exul Glückstadium se recepit, & praxi, coram Protodicasterio regio, forensi clientibus inservit & superstes fuit A. 1708.

Disp. de simulatione, Præside D. Ant. Henr. Mollenbeccio. Giessæ 1671. in 4.

Disp. Inaug. de singulari Matrum jure. Giessæ 1674. in 4.

CHRISTOPHORUS SYLVIUS, vernaculo *Uthdembuschii* cognomine gavisus (1.), Hamburgensis, classis in schola patria tertiæ, circa A. 1588., Præceptor, Poeta Latinus argutissimus ac venustissimus, sed morte immatura, in flore ætatis, extinctus; parens, teste Joach. Morsio (2.), fuit Georgii, J. U. Lic. & Senatoris Hamburgensis, infra memorandi. A Decano ordinis Rostochiensis Philosophici (3.) *Vir* salutatur *bonus, Poetaque optimus*; ab Henr. Vagetio (4.) *Vir, cum in aliis disciplinis, tum in re Poetica, excellens, & in florente ætate vita functus*; a Joh. Alb. Fabricio (5.) *Poeta elegantissimus*, & *Poeta* tandem *suavissimus* a Sam. Rosenbohmio, in epigraphe seqventis in tumulum ejus Hexastichi (6.):

Qvis tumulus? Sylvi: qvæ stant hinc inde puellæ
Ad latus? hinc Charites, inde sed Aonides:
Qvis capiti assistit? Musarum ductor Apollo:
Qvis pedibus? Pallas: Cur sedet ore dolor?
Scilicet insignem manes adiisse Poetam,
Aonides, Charites, Pallas, Apollo, dolent.

Poema heroicum, exemplis aliqvot declarans, Mensem Octobrem plerumqve Regibus Daniæ esse fatalem, & hos ipsos Reges raro excedere annos ætatis Climactericos & Enneadicos, imprimis sexagesimum tertium; qvod, cum Elegia ejus ad Henr. Ranzovium, & aliis carminibus nonnullis, *in Appendice Descriptionis pompæ funebris exeqviarum Friderici II., Regis Daniæ*, ab Henr. Ranzovio Hamburgi A. 1588. *in 4.* editæ, prodiit.

Elegia ad El. Hutterum, *Cubo* ejus *Hebræo*, per Dav. Wolderum Latine verso, & Hamb. A. 1588. *in fol.* excuso, præfixa.

Elegia prolixa & elegans, qua Religio ad tumulum Henr. Lampadii, Pastoris Brunsvicensis, plorans describitur, inter Epicedia, Joh. Gasmeri *Orationi de Lampadio funebri*, Hamburgi A. 1590. *in 8.* impressæ, adjecta, occurrens.

Carmina & Epigrammata plurima, in laudem ac gratiam Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, Mæcenatis sui, scripta, & in Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzoviana*, Hamburgi A. 1591. *in 4.* excusa, passim obvia.

Carmina alia, sparsim diversis annis edita.

DETHLEVUS SYLVIUS, Holsatus, Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, cliens ac forte minister, a Pet. Lindebergio (*in Juvenilibus p. 152.*) brevi compellatus Epigrammate.

Carmina nonnulla in laudem Henr. Ranzovii, Pet. Lindebergii *Hypotyposi Ranzovianæ*, Hamburgi A. 1591. *in 4.* editæ, passim inserta.

Henr. Ranzovii Tractatus de Valetudine conservanda, in usus liberorum privatos conscriptus, ab eo A. 1573. (uti Epistola ad Franciscum & Breidonem, Henrici autoris filios, docet dedicatoria, Segebergæ exarata) editus, ac postea Lipsiæ A. 1576. 1580. ac 1582. in 8., Antwerpiæ 1580. & 1584. in 8., ac Francofurti 1591. 1596. 1604. & 1617. in 12, recusus, Germaniceqve a Joh. Wittichio ac Joh. Beato Humelio translatus, de qvo plura in Ranzovii ipsius dicta sunt Elogio.

FRANCISCUS de le BOE SYLVIUS, Hamburgensis, Med. Doctor & in patria Practicus, A. 1719. superstes.

Disp. Inaug. de Febre nuperrima epidemia. Lugd. Bat. 1692. in 4. (V. Anonymi *Hamb. lit. A. 1719 p. 26.*)

GEORGIUS SYLVIUS, (sive *Uthdembusch*), Hamburgensis, Christophori (*supra celebrati*) filius (7.), J. U. Licentiati titulum Argentinæ A. 1625. est adeptus, Senator patriæ A. 1635. electus, prætura A. 1638. functus, dieqve 16. Aprilis A. 1651., juxta Wolfg. Henr. Adelungium (a qvo perperam *Hieronymus* vocatur) (8.), A. 1641. autem, juxta Gerh. Schröderum (9.), defunctus. In Ad. Tratsigeri Jun. *Serie Senatus Hamburgensis Chronologica* mentio illius plane est omissa. Anagramma nominis ejus Nicol. Scribonii *Lusuum Anagrammaticorum Gottorpiensium Liber qvartus* (10.) exhibet.

Disp. Inaug. de Pace publica & profana. Argentinæ 1625. in 4.

M. GEORGIUS CHRISTOPHORUS SYLVIUS, Hamburgensis.

Pentas positionum Historicarum. Witebergæ 1660. in 4. (*M. C. K.*)

Disp. de Donatione Constantini M. Witeb. 1662. in 4. V. Joh. Vogtii Hist. lit. Const. M. p. 50.

JOHANNES SYLVIUS, Hatherslebiensis. V. de illo Claud. Lyschandri *Catal. MS. Scriptorum Danicorum, lit. I.*, & Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 90.*

Oratio de Rosis, ad Oligerum Rosenkrantzium. Hafniæ 1601. in 4.

Oratio de Angelis. Hafniæ 1602. in 4.

Disp. de privilegiis Studiosorum, Præside D. Nicol. Theophilo, JCto. Hafn. 1603. in 4.

Musæi Poema vetustissimum de Hero & Leandro, e Lingva Græca Danice translatum, nuptiisqve Sivardi Beckii consecratum. Hafn. 1602. (*V. Lyschandrum l. c.*)

Kayser-Chronica Hafn. A. 1617. (*juxta Catalogos qvosdam*) 1632. in 8.

Tr. Danicus de Amore Dei in homines (om Guds Kierlighed imod Menniſken). Hafn. 1620. in 8. (*Catal. Resen.*)

Alexander Magnus; det er: En Ny Chronica om Kong Alexander den store, oc hans Kriger (*i. e. Chronicon Alexandri Magni, bellorumqve illius, Danicum*). Hafniæ A. 1630. & 1664. in 8.

Kong Salomons Høysang, forfattet i 43. aandelige Brudesange (*sive Canticum Canticorum Salomoneum, 43. Hymnis sacris Danicis comprehensum*); Scriptum ἀνέκδοτον, qvod a Catharina Brahea, Virgine Danica nobili, asservabatur, (teste Pet. Resenio, *in Appendice Catalogi Biblioth. suæ p. 353.*)

THEOPHYLUS SYLVIUS, Holsatus, cujus etiam in Joh. Jac. Frisii *Bibliotheca universali, p. 332.*, occurrit mentio.

Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, Catalogum Virorum in Astrologia excellentium, sive Exempla Astrologica, Lipsiæ A. 1580. in 8., ibidem A. 1584. in 4., Coloniæqve A. 1585. in 4., impressa, & sæpius deinde recusa, primus publicavit, uti ex ejus ad lectorem patet Alloqvio, sub finem (*p. 308. edit. Colon.*) obvio, in qvo se etiam alia majora, e Bibliotheca Ranzoviana, esse prolaturum est pollicitus.

T.

BERNHARDUS TAMKE, Urbis initio in Stormaria Itzehoensis, ac deinde, circa A. 1659., Lüneburgensis, Ludimagister Arithmeticus.

Ein lauteres Evangelisches Gebet- und Gesangbüchlein, darinn, auf alle Sontags- und Fest-Evangelia, XC. lehrgeist- und trostreiche Gebete oder Liedlein, und eben so viel summarische Reimsprüchlein, verfasset sind. Hamburgi 1659. in 12. (Andreæ Gödekio hoc perperam tribuit Erdm. Neumeisterus *in Diss. de Poet. German. p. 39.*)

Erstes

(1.) teste Joach. Morsio *in Albo MS., f. 839.* (2.) *l. c.* (3.) *in Programm. de vita Joh. Huswedelii, Prof. Rostoch., discipuli ejus, A. 1651. publicato.* (4.) *in præfat. Comm. in* Νυχθήμερον *Joh. Caselii.* (5.) *P. I. Memor. Hamburg. p. 414.* (6.) *P. I. Poematum p. 55. 56.* (7.) V. *supra de Christoph. Sylvio dicta.* (8.) *in Successione Senatus Hamburg. p. 40.* (9.) *in Fastis Hamburgensibus.* (10.) *p. 102.*

Erstes Hundert der Arithmetischen Historischen Erqvickstunden. Glückstadii A. 1665. in 4. (*Catal.*)

Calendarium, sub Aqvilæ figura, artificiose in membrana delineatum, Senatuiqve Hamburgensi inscriptum, qvod a Joh. Ristio (*in Parnasso Teutonico p. 474-480.*) Epigrammate vernaculo, & Oda huic adjecta, celebratur.

JOHANNES TANGERMANN, Orphanotrophei Hamburgensis Arithmeticus.

Wegwyser to de Kunst der Seevaart, allen Seevaarenden sehr nüttelick und deenstlick, mit grotem Flite gestellet und calculeeret. Hamburgi 1655. in 4. (*L. Saxon.*)

Gründliche Erörterung der vornehmsten Posten, aus Joh. Erhorns, Rechenmeisters und Buchhalters zu Hamburg, A. 1664. ausgelassenem Memoriale; nebst einem andern kurtz abgefaßtem Memoriale, seinem Wiedersacher zu resolviren vorgestellet, wie auch etlichen wenigen ungemeinen, und bißher in keinem Autore gesehenen, Arithmetischen pyramidal-columnar-und pyrgoidalischen Aufgaben. Hamb. 1667. in 4.

Nohtwendige Ab-und Niederlegung der vermeinten übel genandten Wiederlegung; das ist: Ausführliche Beantwortung der gantz unfreundlichen und ungründlichen Beschüldigung, welche Joh. Erhorn, auf die A. 1667. ausgelassene Erörterung, unter dem Titel einer Abgenöhtigten Wiederlegung, A. 1668. zwar lange bedächtlich entworfen, aber vergeblich ausgeworfen, und nunmehr wieder ab-und umbgeworfen ist. Hamb. 1669. in 4.

Arithmetica mercatoria nova, oder Neues zur Kaufmannschaft gründlich anführendes Lehr-und Rechenbuch. Hamburgi 1670. 1680. 1693. & 1705. in 8. Hanc, exemplis a se denuo plurimis αὐτόχειρ illustratam, Autor in Bibliotheca Hamburgensi deposuit publica.

THOMAS TANTO, Lubecensis, Theol. Studiosus, domum ex Academiis & Batavia (in qva, teste Gotfr. Arnoldo, Frid. Breclingii convictu usus erat domestico) redux, excessu qvodam pietatis fanatico, cœtus in patria coegit ac moderatus est clandestinos, in qvibus Laici, ac in casu necessitatis etiam mulieres, symbola Eucharistica, eaqve pro lubitu immutata, sibi invicem qvotidie distribuebant, & de rebus divinis sermocinabantur. Qvos cum Presbyterium patriæ improbaret, ac Magistratus, ab hoc monitus, dissipasset, Tantovius scripto illis A. 1668. patrocinatus est vernaculo, per D. Menonem Hannekenium, Superintendentem, publico Collegarum nomine, A. 1669. refutato. Discessit deinde Hamburgum, & secretiora ejusmodi conventicula illic etiam, per annos aliqvot, instituit. Ibi cum in morbum A. 1673. incidisset lethalem, a M. Mich. Oppenbuschio, Ecclesiasta Michaelitano, d. 5. Maji ad decumbentem accersito, ad agnitionem erroris sui perductus, & e Joh. Melch. Stengeri, Past. Erfurtini, *Homiliis* se hunc primum hausisse fassus *Conscientiariis*, postqvam ejus emendationem, reditum ad Ecclesiam Lutheranam, & reconciliationem cum patriæ presbyterio, contumeliose a se traducto, per literas, si convalesceret, qværendam deprecatorias, promisisset, absolutionem ab isto sacerdotalem, cum ἐφοδίῳ mystico, obtinuit. Decem deinde diebus elapsis, 16. Maji, nocturno tempore, cum asseclas suos, moribundum circumstantes, ad reditum in Ecclesiæ Lutheranæ gremium esset hortatus, placide expiravit. V. M. Mich. Oppenbuschii relationem de obitu ejus vernaculam, a Joh. Frid. Mayero A. 1695., in *Notis* der Strafpredigt wieder die Kirchenhurer adjectis, *p. 18-22.*, ac in den Geistlichen Reden, *Serm. IV.*, *p. 364. 380 383.*, exhibitam, istamqve secutos Joh. Henr. Feustkingium *in Sched. de Palinodia sacra*, *§. 47.*, *p. 116-122.*, ac Dav. Schultetum *in Appendice Innocentiæ Theoll. Hamburg. p. 202. 203. 204.* Conferantur etiam Gotfr. Arnoldus *T. III. Hist. Eccl.*, *c. 15.*, *p. 143. 144.*, Frid. Breclingius, Veritatis eum contra Christianismum degenerem annumerans testibus, in horum *Catalogo* (*Tomo IV.* ejusdem operis Arnoldini, *Sect. III.*, *n. 18.*) *p. 763.*, ac *in Friderico resurgente p. 13.*, & *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr.*, *P. IV.*, *c. 5.*, *§. 15.*, *p. 487. 488.*

Oeffentlich Bekäntniß etlicher Personen in Lübeck, und aller derienigen, die, in Reinigkeit des Apostolischen Glaubens, wenn sie, nach Gelegenheit der Zeit, selbander, oder dritte, oder mehr, im Nahmen JEsu Christi, versamlet sind, das H. Abendmahl, auf die Vollmacht Christi, mit einander halten, und doch dabey die eusserliche Gemeinschaft des Wortes und der Sacramenten, in grössern Versamlungen, mit allen Gläubigen, ohne Gewissenszwang, zu halten geneigt sind; iedermänniglich, zu Benehmung des Argwohns, als ob damit eine selbsterwehlte Absonderung gesuchet würde; im Nahmen der andern Mitglieder, an den Tag gegeben. Lubecæ A. 1668. in 4. Huic, sub Ordinis Ecclesiastici Lubecensis nomine, a D. Menone Hannekenio, Superintendente, opposita est die Christliche Probe der neuen Schwärmerey, da etliche Manns-und Weibes-Personen eigene kleine Zusammenkünfte halten, darinn nicht allein unberuffene Männer, sondern auch Weiber, das H. Abendmahl anstheilen, welche Thomas Tanto, in einer gedruckten Charteke, zu vertheidigen sich unterstanden hat; Lubecæ A. 1669. in 8. excusa, & ibidem A. 1692., cum nova D. Aug. Pfeifferi contra Pietistas præfatione, recusa.

HERMANNUS TASTIUS, perperam *Testius* a Joh. Micrælio (1.) & Gotfr. Arnoldo (2.) appellatus, natus Husæ A. 1490. insignibus manus attrectantis gavisus est cognomini congruis vernaculo (3.), &, locum inter XXIV. ædis Husensis oppidi parochialis Vicarios adeptus Pontificios (4.), Lutheri partibus, mox sub initium reformationis, accessit, primusqve non inter Frisiæ solum Borealis, sed universæ etiam Cimbriæ, Ecclesiastas, uti a Christ. Kortholto (5.) recte est observatum, doctrinam illius publice proposuit. Husæ A. 1522. fecit initium, indignantibus licet & adversantibus Clericis cæteris, a qvibus cum templi occlusi prohiberetur aditu, in Cœmiterio, sub tilia virente, magno cum auditorum concursu atqve applausu, est concionatus (6.). A. 1524. Gardingæ etiam, in vicina Eiderstadia, primus sermonem sacrum habuit, qvo provinciæ istius reformationi via sternebatur (7.). A. 1527. Pastor Husensis electus est ordinarius (8.), & totius Chersonesi Cimbricæ reformationem, jussu Christiani III., a parente Friderico I., Rege Danico, illi præfecti, una cum Dethl. Reventlovio, Cancellario regio, Joh. Ranzovio, Archistratego, & Joh. Bugenhagio, Eberh. Weidenseo, Joh. Vandalo ac Gerh. Sleewarto, Theologis, consilio atqve opera sua promovit (9.). A. 1529. a Friderico I., Rege, Flensburgum evocatus, in cœnobio Franciscano, die Jovis primam post festum Paschale secutæ Dominicam, coram Christiano III., Regis filio, & Reventlovio, Ranzovio, aliisqve Magnatibus, Joh. Bugenhagio, ac Theologis

(1.) *P. III. Syntagm. H. E. p. 401.* (2.) *T. II. Hist. Eccl.*, *Lib. 16.*, *c. 7.*, *p. 73.* (3.) V. Mart. Holmeri, Past. Husensis, præfat. der Husumschen Feurpredigt *p. 7. 8.* (4.) V. Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic.*, *c. 1*, *p. 171.* (5.) *in Narrat. de Reformatione Cimbrica*, Viti Lud. Seckendorfii *Comm. de Lutheranismo*, *Lib. I.*, *Sect. 57*, *§. 149.*, inserta, *p. 209.* (6.) V. Kortholtum & Holmerum *ll. cc.*, ac Heimreichium *l. c. p. 164.* (7.) V. Casp. Danckwerthii *P. II. Chorogr. Cimbr.*, *c. 13.*, *p. 151.*, & Heimreichium *l. c. p. 104*, ac in *Chronico Frisiæ Borealis*, *c. 13.*, *p. 336.* (8.) V. Holmerum *l. c.*, & Heimreichii *L. IV. H. E. Slesv.*, *c. 3.*, *p. 200.* (9.) V. Dav. Chytræi *Chronicon Sax.*, *P. II.*, *p. 86.*, Herm. Hamelmanni *P. II. Hist. Eccl. Evangelii restituti* (*in Opp. Hist.*) *p. 981.*, Mich. Sachsii Keyser Chronica, *P. IV.*, *p. 284.*, Joh. Pomarii Sächsische Chronica *p. 611.*, Joh. Ol. Slangendorpii *Orat. de initiis & progressu Religionis in Dania*, *lit. P. 1. a.*, Erp. Lindebrogii *Continuationem Historiæ Regum Daniæ incerti Autoris*, *a se editæ*, *p. 60*, Abr. Sculteti *Dec. II. Annalium Evangelii renovati p. 91.*, Joh. Ad. Cypræi *Annales Episcc. Slesvic.*, *L. 3*, *c. 0.*, *p. 419.*, C. Danckwerthii *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c. 4.*, *p. 24.*, Rutg. Hermannidis *Descript. Daniæ p. 564.*, Ant. Heimreichii *Hist. Eccl. Slesv.*, *Lib. IV.*, *c. 1.*, *p. 171.*, V. L. Seckendorfii *Comm. de Lutheranismo*, *Lib. III.*, *Sect. 16.*, *§. 75.*, *p. 242.*, Chr. Kortholti *Hist. Eccl. p. 742. 743. 744.*, Gotfr. Arnoldi *T. II. Hist. Eccl.*, *Lib. 16.*, *c. 7.*, *p. 73.*, & *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr.*, *P. II.*, *c. 4.*, *§. 2.*, *p. 87.*

Theologis cæteris, auscultantibus, cum Melch. Hofmanno, Pastore Kiloniensi fanatico, solus fere de controversia disputavit Eucharistica, & corporis sangvinisqve Christi in S. Cœna præsentiam eo ardore defendit, ut Hofmannus, ad argumenta ipsius obmutescens, & disceptationem de aliis detrectans articulis, Cimbria, ob pertinaciam, ejiceretur, Parastatæ autem ejus, Joh. a Campen & Jac. Heggius, in Lutheranorum castra transirent. Toto proinde cœlo errant Ad. Rechenbergius (1.), &, qvi hunc seqvitur, M. Joh. Gottliebius Hofmannus (2.), qvi, Bugenhagium, Theologum Witebergensem, in Colloqvio Flensburgensi, oralem manducationem, adversus Melch. Hofmannum & Herm. Tastium, defendisse, fabulantur, Tastium patronum ejusdem manducationis, & Hofmanni adversarium, in disputatione hac, fuisse præcipuum, nescii. Extant Acta Colloqvii (de qvo in Hofmanni vita fusius a nobis dicetur) Germanica, a Joh. Bugenhagio Witebergæ A. 1529., contra Hofmanni de eodem *Dialogum*, edita, & a Christophoro Wilhelmo a Vallo (sive C. W. Walpurgero, Theologo Lipsiensi) (3.), Geræ A. 1611., denuo publicata, & aliorum (4.) ex his excerptæ, qvæ consuli de illo merentur, narrationes. Occasionem haud dubie Colloqvium istud nostri cum Hofmanno Flensburgense vulgari præbuit errori, qvo tot Scriptores, indigenæ pariter atqve exteri, David sc. Chytræus, Herm. Hamelmannus, Mich. Sachsius, Joh. Pomarius, Joh. Ol. Slangendorpius, Erp. Lindebrogius, Abr. Scultetus, Joh. Adolphus Cypræus, Rutg. Hermannides (5.), aliiqve plures (6.), civitatis eum Flensburgensis Pastorem fuisse, falso, uti ab Ant. Heimreichio (7.) etiam monitum jam esse video, crediderunt. Octennio post Colloqvium hoc elapso, A. 1537. scilicet, *Ordinationem regnorum Daniæ & Norwegiæ Ecclesiasticam*, Hafniæ, Christiani III., Regis, auspiciis, editam, sua, una cum aliis Pastoribus Cimbricis, subscriptione approbavit; A. 1542. autem, in comitiis Rendesburgensibus, ad conscribendam, ductu Joh. Bugenhagii, *Ordinationem Ecclesiasticam Ducatuum Slesvicensis ac Holsatici* peculiarem, cum Theologis nostratibus aliis, symbolam haud dubie suam contulit (8.). In ipsius certe gratiam ac honorem, uti recte a Casp. Dancwerthio (9.) est observatum, Vici Husensis (in urbium tunc numerum nondum evecti) Pastori, in illa, a Christiano III. concessa videtur esse potestas Superintendentem, una cum Canonicis Slesvicensibus, & civitatum Slesvicensis, Flensburgensis ac Hatherslebiensis, Antistitibus, eligendi. Obiit tandem noster Husæ A. C. 1551., & ætatis 61., d. 11. Maji, cum Ecclesiæ loci istius per lustra qvinqve præfuisset (10.), Nordstrandiæqve simul vicinæ, ab A. 1539. ad 1543., fuisset Inspector (11.). Uxorem habuit Gertrudem, suam ante coqvam, qvæ 1590., nonagenaria major vivis excessit. Ex liberis ejus mihi innotuerunt Hermannus, Nordstrandiæ, circa A. 1572., Vice-Præpositus, ac Parochus in ea Bupseensis, Johannesqve, urbis in Livonia Rigensis, ad A. usqve 1586. (qvo cives eum, ob collusionem cum Polonis ac Jesuitis perfidam, capite truncarunt), Secretarius. Conf. de Tastio Henr. Muhlii *Diss. I. Historico-Theol. de Reform. relig. Cimbr. p. 35. 36. 37.* &, qvi ejus vitam fusius aliis exposuit Joh. Melch. Krafftii zweyfaches 200. jähriges Jubel-Gedächtniß p. 27. 28. 29., istiqve subjuncta *Historia Ecclesiæ Scholæqve Husensis Germanica p. 102-123.*

Scriptum ei Mart. Holmerus (a qvo ein grundgelahrter und beherzter Mann appellatur) *l. c.* tribuit de Disciplina Ecclesiastica ἀνέκδοτον, de qvo, per Pet. Bockelmannum, Autoris successorem, sibi transmisso, Presbyterium Bremense Lutheranum, interprete Joh. Timanno, Pastore Martiniano, hoc d. 20. Mart. A. 1555. tulit judicium: *Forma seu ordinatio Christianæ & Ecclesiasticæ disciplinæ, constituta, & nobis ad examinandum & subscribendum transmissa, a Reverendis piis & eruditis Dnn. Pastoribus Ecclesiæ Husensis, pia est, utilis & necessaria, hoc potissimum furioso & Epicureo tempore, qvo, laxata omni disciplina, Cyclopico more vivitur.*

GEORGIUS MARTINUS TATTERUS, Slesvicensis, Med. D. & Practicus, circa A. 1689., Glückstadiensis, A. 1705. mortuus; ad qvem Nicol. Ludov. Esmarchii Epigrammata de Ansere Martiniano, in hujus *Helicone, p. 148. 149. 150.*, leguntur.

Disp. de Sangvine peridromo, Præside D. Joh. Dan. Majore. Kilonii 1673. in 4.

Disp. Inaug. de Epilepsia, & specificis contra eam, Præside D. Joh. Nicol. Pechlino. Kil. 1678. in 4.

FRANCISCUS TAUCHLER, Lubecensis, scholæ Glückstadiensis Rector A. 1669. superstes.

Disp. de Comitate, Præside M. Joh. Holtzkampio, Hamburgensi. Lipsiæ 1649. in 4.

Schedion de Superstitione, ad Senatum Lubecensem. Lubecæ 1662. in 4.

Compendii Theologico-Practici primæ lineæ, de Theologia ipsa, & S. Scriptura, ab eo conscriptæ, & Præside D. Seb. Niemanno ad disputandum propositæ. Jenæ 1664. in 4.

Reimen über Matth. XI. 28. Lubecæ 1661. in 8. (*Catal.*)

JOHANNES TECLENBURG, Hamburgensis, Henrici, civis primarii, filius, J. U. Lic. & Collegii XVvirorum urbis patriæ, ab A. 1688., Secretarius, tandemqve urbis ipsius, usqve ad A. 1712., haud dubie fatalem, Syndicus. (12.)

Disp. de Rebuspublicis mixtis, ad Lib. IV. Polit. Aristotelis. Helmstadii 1666. in 4.

Disp. Jurid. de Mora, Præside D. Georg. Wernero. Helmst. 1668. in 4.

Disp. Inaug. de Cancellatione, ejusqve in jure effectibus, Præside D. Wolfg. Ad. Lauterbachio proposita. Tubingæ 1669. in 4. Recusa ibidem *Volumine III. Disputationum Juridicarum, sub Lauterbachii habitarum præsidio.*

Promittebantur insuper ab eo A. 1688., in colloqvio familiari, & parte sui aliqva mihi ostendebantur:

1. Bibliotheca universalis, Autorum singulorum ætatem, officia, scripta, & aliorum de iis judicia, Tomis exhibitura compluribus.
2. Catalogus librorum & Bibliothecarum, in qvibus Jesu Christi salvatoris, Imperatorum, Pontificum, Regum, Tyrannorum, Reginarum, Electorum, Cardinalium, Archiepiscoporum, Principum, Ducum, Episcoporum, Marchionum, Comitum, Abbatum, Abbatissarum, Prælatorum, Baronum, Eqvitum, Nobilium, Heroum, Deorum Gentilium, Sapientum, Patriarcharum, Prophetarum, Evangelistarum, Apostolorum, Sanctorum, Martyrum, Patrum, Canonicorum, Sacerdotum, Theologorum, Rabbinorum, JCtorum, Medicorum, Chymicorum, Chirurgorum, Philosophorum, Sophistarum, Politicorum, Criticorum, Oratorum, Mathematicorum, Poetarum, Historicorum, Philologorum, Monachorum, Hæreticorum, Musicorum, Artificum, &c., imo omnis generis, & gentis cujusvis, doctorum illustriumqve Virorum ac fœminarum, vel ætates & patriæ annotantur, vel Vitæ, obitus & res gestæ, describun-

(1.) *in Summario Hist. Eccl., Periodo V., c. 1., p. 557.* (2.) *in Disp. de Secta Hofmannistarum, c. 3., §. 5., p. 25.* (3.) in der Historischen Consignation aller Acten des Sacraments-Streites, *P. I., Sect. II., ad A. 1529., p. 21-55.* (4.) V. Hamelmannum *l. c.*, Joh. Ad. Cypræum *l. c., Lib. III., c. 5., p. 419-422.*, ac *P. II. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 6., §. 2., p. 131-134.* (5.) *locis num. 9. pag. præc. allegatis.* (6.) Vide, inter alios, M. Ott. Beieri *Disp. de originibus & incrementis Flensburgi p. 37.* (7.) *in Chronico Frisiæ Borealis, Lib. III., c. 4., p. 234. edit. secundæ.* (8.) V. *Isagogen* meam *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 4., §. 4. & 5., p. 90-93.* (9.) *l. c., P. II., c. 12., p. 141.* (10.) V. Holmerum *l. c.*, & Heimreichium *L. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 3., p. 200.* (11.) V. Heimreichium *ibidem p. 206. 207.*, & *in Chronico Frisiæ Borealis, c. 13., p. 316.* (12.) V. Anonymi Jetztlebendes Hamburg A. 1723. *p. 10.*

ſcribuntur, vel Epitaphia, imagines, miracula, monumenta, genealogiæ & elogia, exhibentur, &, qvæ ſcripta poſteritati reliqverint, qvibusqve olim inclaruerint, indicatur, nonnunqvam etiam de iis judicium fertur; ordine Alphabetico, ſecundum cognomina Autorum, collectus & digeſtus: Opus longe vaſtioris, qvam Bibliotheca Bibliothecarum Labbeo-Teiſeriana, argumenti, præloqve (uti affirmabat) jam tunc maturum.

CHRISTOPHORUS TELEMANN, Kilonienſis, J. U. D.

Diſp. Inaug. de vera ſubſtantia Poſſeſſionis, ejusqve acqvirendæ, retinendæ & amittendæ, modis civilibus. Baſileæ 1613. in 4. Recuſa *Volum. II. Diſputt. Jurid. Baſileenſium*, a Joh. Jac. Genathio collectarum, ibidem A. 1616. *in 4.* impreſſo, *num. 14.*

GEORGIUS PHILIPPUS TELEMANN, Hamburgi Scholæ Johanneæ Cantor, Choriqve Muſici Director, A. 1721., d. 10. Jul., eſt electus, ac d. 16. Oct. inauguratus (1.), Novellisqve Holſaticis teſtibus eodem Præfecti Chororum ſuorum Muſicorum titulo, a Ducibus Saxo-Iſenacenſi & Saxo-Vinarienſi, Marchione Brandeburgico-Baruthino & Magiſtratu urbis Mœno-Francofurtanæ, donatus.

Schediaſmata varia Muſica, ſigillatim edita.

Neuer Muſicaliſcher Jahrgang auf die Sonntage und Feſte, qvem, qvatuor comprehenſum Voluminibus, Hamburgi a ſe editum iri, A. 1724. in Novellis pollicitus eſt Holſaticis.

ADRIANUS TEMMING, Hamburgenſis, J. U. D., Chriſtiani V., Regis Daniæ, Conſiliarius, Toparchaqve Kohövetanus & Schwensbyenſis, religioni addictus Reformatæ, a Petro Jurieu (im Verlauffe der Sachen Monſ. de la Conſeillere *p. 17. 18.*) vocatur ein Mann von unſträflichem Leben, und in der Stadt und Gemeine zu Hamburg hochgeachtet. Oppoſita eſt illi Dan. Sachſii, Th. D. & Paſtoris Reformati Altonavienſis, Præfatio Apologetica, ſermoni ſuo in Gen. XXIV. Germanico (von Abrahams Vorſorge wegen Verheyrahtung ſeines Sohns Iſaac), Altonæ A. 1667. *in 4.* excuſo (qvo ille notatum ſe eſſe ratus Autorem per Notarium objurgaverat publicum), præfixa.

Diſp. Jurid. Inaug. de Actione exercitoria. Baſileæ 1663. in 4.

Umſtändliche Erzehlung der Sachen zwiſchen Herrn Hans Henrich, Baronen von Kielmannseck, angemaßtem Retrahenten und Citanten, und Adr. von Temming, Königl. Däniſchem Rahte, Citaten, cum rationibus dubitandi & decidendi, in puncto angemaſſeten Beyſpruchs an das adeliche Guth Kohövet, im Hertzogthume Schleswig belegen; mit XVI. Beylagen. A. 1701. in fol. Scriptum, vel ab ipſo, vel ipſius nomine, Kielmanno oppoſitum, de qvo *Nova Literaria Lubecenſia, M. Mart. A. 1702., p. 83. 84.*, conferantur.

M. PETRUS (2.) TERPAGRIUS, Ripenſis Cimber, patre Nicolao, Senatore octogenario (A. 1698. defuncto) (3.), matre autem Maria Harbovia, d. 22. Maji A. 1654. natus, e ſchola, qvam A. 1662. freqventare cœpit, patria A. 1670. in Academiam tranſiit Hafnienſem, hoſpitemqve ac Præceptorem domeſticum nactus Olaum Borrichium, popularem inclytum, præclaros in literis, & ſacris, & elegantioribus, fecit progreſſus. Baccalaurei Magiſtriqve titulis, eodem Brabeuta, A. 1676. impetratis, in patriam redux, in ſchola hujus publica, Conrectoris officium anni ejusdem menſe Julio, Lectoris autem Theologi dignitatem, annexosqve huic Paſtoratum Weſterwedſtadienſem, ac ædis Cathedralis Canonicatum, A. 1687. (4.), regio obtinuit beneficio, ac d. 15. Nov. Orationem auſpicalem *de Lectoriis ſive Gymnaſiis* habuit *Theologicis*. Præter liberos octo, e Maria Friſia, cive ac conjuge ſua, ſuſceptos (5.), libros etiam, ingenii fœtus, teſtesqve laudabilis, in Hiſtoria præſertim Daniæ ac urbis patriæ illuſtranda, induſtriæ, poſteris relinqvit plurimos.

Vitæ hanc ſuæ ſeriem, uti & complures aliorum Virorum doctorum Ripenſium, civium ſuorum, biographias, noſtro paſſim inſertas operi, ipſemet per Epiſtolas nobis amicas ſuppeditavit. Conferantur de illo *Nova Literaria Lubecenſia, M. Jan. A. 1698., p. 14., M. Apr. A. 1702., p. 115., ac M. Mart. A. 1703., p. 60. 61.*, Frid. Roſtgaardi *Præfatio Deliciis Poetarum Danorum præmiſſa p. 17. 20.*, & Alb. Thura *Hiſt. Lit. Dan. Idea p. 66.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

α. PROPRIA.

Primitiva Græco-Latina. Hafn. 1677. in 8.

Tabulæ Synopticæ in præceptiones Rhetoricas Joh. Pauli Reſenii & Georg. Hilarii. Hafniæ A. 1678. in fol. ac 1702. in 8. Editio tertia, definitionibus, exemplis, & uſu troporum figurarumqve, aucta, curante Laur. Terpagrio, Autoris filio, ibidem A. 1703. *in 8.* prodiit.

Prodromus Bibliothecæ ſacræ, ſeu Deſignatio præcipuarum editionum S. Bibliorum, præmiſſa *Bibliothecæ Sacro-Criticæ*, in qva judicia, & optimorum Theologorum teſtimonia de unaqvaqve Verſione, & celebrioribus editionibus, adducentur. Accedit Appendix de Concordantiis variarum lingvarum Biblicis. Hafniæ 1680 in 8.

Decades Exordiorum Biblicorum; ſeu Dicta decem, e S. Scriptura deprompta, ſingulis totius anni Evangeliis convenientia, & qvæ in Exordiis apte explicentur. Francofurti 1682. in 8.

Seculum illuſtre, ſeu de Seculo noſtro, ejusqve illuſtrioribus doctrina ingeniis, Commentatio. Hafn. 1682. in 8.

Inſcriptiones Ripenſes, Latinæ, Danicæ, Germanicæ, cum præmiſſa brevi Urbis Ripenſis deſcriptione. Hafniæ. 1702. in 4. Inſcriptionibus Danicis ac Germanicis ſingulis Latina verſio adjungitur. Appendix illarum Hafniæ A. 1714. in 4. prodiit.

Epiſtola prolixa ad Chr. Falſterum gratulatoria, hujus *Supplemento L. Lat.*, Flensburgi A. 1717. *in 8.* publicato, præmiſſa.

Oratio Jubilæa Evangelica, de Ripis olim pontificiis, Jubilæo ſecundo magno A. 1717. habita. Hafniæ 1718. in 8. maj.

β. ALIENA.

Ripenſium Epiſcoporum Series & Vitæ, tetraſtichis comprehenſæ per D. Joh. Laurentium, Medicum & Canonicum Ripenſem; a Terpagrio cum præfatione ſua denuo editæ, & decem tetraſtichis ad hunc usqve diem continuatæ. Hafn. 1704. in 4.

Ritualis Daniæ ac Norwagiæ Eccleſiaſtici, juſſu Chriſtiani V., Regis, Danice adornati, Verſio Latina. Hafn. 1706. in 8. maj. Recenſum ejus V. *in Novis Literariis Lubecenſibus, M. Aug. A. 1707., p. 244. & ſeqq.*, ac in *Gallicis* Jac. Bernhardi, *M. Jan. A. 1709., p. 65-75.*

(1.) V. das Jetztlebende Hamburg des Jahres 1723. *p. 31.* (2.) *Johannes* perperam vocatur in Val. Ern. Löſcheri Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten A. 1709., *p. 694.* (3.) V. Inſcriptionem Epitaphii, illi erecti, in filii *Inſcriptionibus Ripenſibus p. 78. 79.* (4.) V. ejus *Inſcriptiones Ripenſes p. 20.* (5.) Nomina illorum Epigraphe lapidis ſepulchralis, in iisdem *Inſcriptt. Rip. p. 51, 52.* obvia, exhibet.

Anonymi Chronicon Ecclesiæ Ripensis, seu Annales XXXIV. illius Episcoporum *(a fundatione Episcopatus ad A. C. 1570. usque perducti)*, e MS. eruti, & cum præfatione editi. Hafn. 1708. in 8. Recensum V. in Jac. Bernhardi *Novellis reip. liter. Gallicis, M. Jan. A. 1709., p. 75-78.* In *præfatione* novam ejus editionem, a se auctam, ad nostra tempora continuatam, & notis, diplomatis, aliisque monumentis vetustis, illustratam, promittit.

II. DANICA.

Trost imod Døden (i. e. Solatium contra mortem); det er: Trost til Bennerne, over Mads Clementsson Ribers jammerlig og fast uhørlig Død, uddragen af Luc. VII. 13. ed. A. 1679. (V. Dan. Pauli *Mercurium librarium Danicum A. 1679. p. 7.*)

En Christens gudelige Levnet, og salig Endeligt, udi et Trostskrift over Laurids Fris paa Tyrestrup død (in Ef. XXXVIII. 10.). Hafn. 1700. in 4.

Wolf Sengverds Skrift om de Apuliske Edderkoppe fordanskeт. Hafn. 1702. in 8. Versio Danica Schediasmatis Wolferdi Sengverdii, Philosophi Batavi, de Tarantulis Apuliæ, cui præfationem ipse adjecit geminam, Danicam de linguæ Danicæ præstantia, & Latinam de stupenda Musices vi atque efficacia.

Sermo funebris in obitum M. Petri Giörding. Hafn. 1720. in 4.

INEDITA ET PROMISSA.

Bibliotheca Sacro-Critica, de qua titulus *Prodromi* illius, A. 1680. editi, paulo ante exhibitus, relegatur.

Ripæ Cimbricæ, sive plena Urbis patriæ Ripensis Historia, quam *in præfat. Inscriptionum Ripensium* promisit, &, in ipsis *Inscriptionibus Ripensibus p. 13.*, aliquot jam annis typis fuisse maturam indicavit.

Chronica aliquot Ecclesiæ Ripensis vetusta, quæ, a se illi communicata, cum diplomatis, eadem illustrantibus, publicatum ab eo iri, Christ. Wormius, Theologus Hafniensis, ac Seelandiæ Episcopus, A. 1695. mihi retulit.

Den Danske Boglade; det er: Fortegnelse paa de Skrifter, som de lærde Mænd i Dannemarck haver ladet udgaa; sive Bibliotheca Scriptorum Daniæ Danica, de qua Dan. Pauli *Mercurius librarius anni 1679. Danicus p. 8.*, meaque *Bibliothecæ Septentrionis eruditi Prolegomena, §. 43., p. 64.*, possunt consuli.

Lexicon Danicum, cui, superiorum jussu, A. 1698., cum aliis Viris doctis, insudavit, literasque illius A. (solam 50. sibi vindicantem plagulas) B. C. & D. elaboravit.

Specimen Lexici Cimbrici Alphabeticum, 336. vocabula XVI. plagulis exhibens.

Andr. Bordingi, Ripensis, Theol. in patria Lectoris, Poemata Danica, in partes duas *(teste Dan. Pauli l. c. p. 8.)* digesta, & M. Joh. Meieri, Rectoris Ripensis, Latina, ab eo collecta, & editioni destinata, quam a Frid. Rostgaardo, Consiliario regio, post syllogen utramque illi a se donatam, nunc jubet expectari.

LAURENTIUS TERPAGRIUS, Ripensis, Petri, modo laudati, filius, Pastor in Seelandia Danica Mehrnensis.

Disp. Chronologico-Critica de LXX. Hebdomadibus Danielis, Præside M. Pet. Brinchio. Hafniæ 1702. in 4.

Pet. Terpagrii, parentis, Tabularum Rhetoricarum editio tertia auctior *(de qua supra dictum)*, ab eo publicata. Hafn. 1703. in 8.

Disp. Historico-Ecclesiastica de Ambone veterum. Hafn. 1703. in 4.

Reliquiarum sanctuarium, seu Exerc. de Sepulchro altaris. Hafn. 1704. in 4.

Schediasma de sacris veterum Danorum Vigiliis. Hafn. 1705. in 4. V. de illo *Nova Literaria Lubecensia, M. Majo A. 1706., p. 158. 159.*

Prodromus Asylographiæ Danicæ, de Asylis per Daniam olim apertis. Hafn. 1706. in 4. V. de illo *N. L. Lubec., M. Majo A. 1707., p. 147.*

Diss. Historica de Typographiæ natalibus in Dania. Hafn. 1707. in 4. V. de illa Jac. Bernhardi *Novellas reip. lit. Gallicas, M. Jan. A. 1709., p. 79.*

Programmatis Hafniensis in obitum Matthiæ Wormii, Consiliarii Danici & Præsidis Ripensis, Versio Danica. Hafn. 1707. in 8.

CHRISTIANUS DETHLEVUS TESTMANN, Rendesburgensis, A. 1635. natus, Legati in Angliam & Belgium Danici, ab A. 1660., & deinde, post reditum, Cameræ regiæ Hafniensis, Secretarius, tandemque, ab A. 1665., Consiliarius, d. 24. Febr. A. C. 1667., ac ætatis 31., extinctus. V. Epitaphii Hafniensis, in æde illi Petrina erecti, inscriptionem, in Pet. Resenii *Inscriptionibus Hafniensibus p. 225.*

Disp. Jurid. de Novatione in specie dicta. Helmstadii 1658. in 4. (Præside D. Joh. Eichelio.)

JACOBUS TETENS, Eiderstadiensis, J. U. Doctor Basileæ A. 1588. creatus, non multo post professionem in Academia Altorfina obtinuit Ethico-Juridicam, & ad A. usque 1594., quo in Eiderstadiam suam reversus est, administravit (1.) Uxorem anno præcedente 1593., d. 4. Jan., Altorfii duxerat Paschinam Wesenbeciam, Matthæi & Petri Wesenbeciorum, JCtorum Germaniæ illustrium, sororem, & Antonii de Penshart, Consiliarii Hispanici, viduam. Nuptias applausibus prosecuti sunt metricis, Altorfii junctim excusis, Scipio Gentilis, Conr. Rittershusius, Nicol. Taurellus, Mich. Piccartus & Georg. Pulmannus, Collegæ Academici. A quorum ultimo ipse *Altorfinæ gloria magna scholæ*, & *celebres inter flosque decusque Viros*, appellatur.

Disp. Inaug. de in litem Jurando. Basileæ 1588. in 4. Recusa *Volumine II. Disputt. Juridicarum Basileensium*, a Joh. Jac. Genathio collectarum, ibidem A. 1616. edito, *num. X.*

Theses de Substitutionibus, *ad L. Precibus C. de Impub. & aliis Substit.* Noribergæ 1594. in 4.

Disputationes Altorfinæ de Transactionibus, & de Jurisdictione, ab Omeisio, *l. c. p. 52.*, memoratæ.

M. JAC. TETENS, Seculi XVII. scriptor; inter Autores, quorum scriptis editis in Historia sua Ecclesiastica Slesvicensi conscribenda, est adjutus refertur ab Ant. Heimreichio in Catalogo illorum, Libro huic præfixo.

JOHANNES TETENS, Eiderstadiensis, Med. D. & in patria Practicus, cujus filia Margareta A. 1627. M. Jac. Finckio, Professori Academiæ Hafniensis Physico, est elocata. V. Erasmi Vindingii *Academiam regiam Hafniensem pag. 294.*

Disp. de Purgantibus simplicibus cholagogis, Præside D. Jacobo Coco. Witebergæ 1601. in 4.

Theses inaugurales de Angina. Basileæ 1604. in 4.

NICOLAUS

(1.) V. Magni Dan. Omeisii *Gloriam Acad. Altorfinæ p. 51. 169.*, & Joh. Jac. Baieri (A. 1593. eum Professorem esse constitutum tradentis) Beschreibung der Altorfischen Universität, *c. 12., p. 72.*

NICOLAUS TETING (qvi perperam a Joh. Henr. Hottingero (1.) *Titingius*, & a Joh. Ad. Osiandro (2.) *Teppingius*, appellatur) præter cognomen hoc, scriptis præfixum omnibus, patronymico etiam KNUTSENII (non *Kundschonii*, qvod Aug. Pfeifferus (3.) substituit), in Antagonistarum libris passim obvio, est gavisus. Patriam habuit urbem Ducatus Slesvicensis Husensem, ac falso proinde Fanaticis patria Silesiis a Gottliebio Wernsdorfio, in sua de illis Diatriba (4.), annumeratur. Juvenis in Academiam profectus Lugduno-Batavam, cognitionem sibi lingvarum & artium, non perfectam qvidem & diffusam, mediocrem tamen, & qvæ homini inter eruditos censeri haud cupienti sufficeret, cujusqve vestigia in scriptis, stylo methodoqve tolerabili, nec sine judicio, concinnatis, observes, paravit. Majori contra studio, præter S. literas, Medicinæ vacavit ac Chymiæ, qvam innumeros sibi typos ac testimonia de Deo, Christi inhabitatione in fidelibus, regeneratione, aliisqve mysteriis, suppeditasse justo confidentius gloriatur (5.). Nimis certe scoptice eum (qvem Josva Schwartzius (6.) *Chymicum* salutat eruditum) Maur. Rachelius, adversarius, *in Anti Lohmanno-Canuto* ἀνεκδότῳ (7.), invectiva hac compellavit asperiori, nec veritati satis congrua: Ein Medicus wollet ihr seyn, aber ihr seyd dazu geschickt wie der Esel zur Leyer, und die Sau zur Sackpfeiffen. Ihr seyd weder ein Græcus, noch Latinus, könnet weder decliniren, noch conjugiren, unangesehn ihr zu Leiden alle Kunst wollet gefressen haben. Flenopolin e Batavia delatus, jusqve civitatis, ducta uxore & contracta cum familiis primariis affinitate, consecutus, morum integritati ac pietati studuit, ac concives ad eandem exhortari, Clericorumqve hypocrisin, & Laicorum vitam flagitiosam, Christianismi degeneris tædio, freqventer deplorare, Tauleri autem, Lutheri & Joh. Arndii, monumenta Ascetico-Practica serio commendare, cum Hartwigo Lohmanno, urbis Secretario, amico sibi ὁμοθύμῳ, non dubitavit. Labem tamen utriusqve pietati asperserunt opiniones, qvas Tetingius a Bataviæ erronibus forte imbiberat, & cum Lohmanno, iisdem a se imbuto, aliis subinde inculcabat, fanaticæ. Utrumqve enim Christo carnem cœlestem, nostræ dissimilem, affinxisse, Unioni ejusdem cum fidelibus essentiali, licentiæ absqve vocatione docendi promiscuæ, perfectæ in hac vita legis impletioni, regno Chiliastico & revelationibus internis, non sine aliqvo verbi externi contemptu, esse patrocinatum, de Patribus Ecclesiæ primævæ seqvius judicasse, Laicis Evcharistiæ distribuendæ jus vindicasse, bellaqve, vindictam publicam, lites forenses, usuras, Academias, juramenta, & ornatum vestium externum, rigore nimio improbasse, non soli clamitant adversarii, sed libelli utriusqve ostendunt proprii. An Roseæ Crucis per nonnullos recte annumerati sint fratribus, dubito, licet haud ignorem, Tetingium, & Rosæ sub cruce efflorescentis icone, sigilli loco, nonnunqvam esse usum, &, in Colloqvio Hoyerswortensi cum M. Nicol. Wedovio (d. 24. Maji A. 1623.), Emblema hoc Collegii istius defendisse, satisqve commode esse interpretatum. Heterodoxiam eorum subodoratus M. Habacuc Meierus, Parochiæ, qvam incolebant, Flensburgensis Marianæ Pastor, doctrinam de Carne Christi, & fidelium cum illo unione, Weigelianam, festo Epiphaniæ A. 1622., in concione refutavit publica, & in duos hos patronos istius novellos, privatim haud monitos, qvos phantastas, stultos & Enthusiastas, vocabat, iisqve, nomina licet supprimens, depingebat coloribus, ut ab omnibus indice designarentur digito, acerbe est debacchatus. De qva hominis iracundi & contentiosi vehementia cum ambo, literis d. 15. Jan. ad eum exaratis, essent conqvesti, ac his fidei suæ Confessionem, phrasibus Biblicis, sed nonnunqvam ambiguis, contextam, adjunxissent, ad Confessionem nihil Meierus regessit, epistolæ autem, calumniarum se insimulanti, aliam d. 25. Jan. opposuit, & in hac, injuriam forensi ultus retorsione, se de ipsis in concione haud esse locutum asseveravit. Apologia, isti a Tetingio & Lohmanno d. 29. Jan. reposita, adeo eundem irritavit, ut ambos, post sparsam in vulgus illorum Confessionem, in singulis ferme deinceps concionibus, velut hæreticos, supplicia meritos durissima, contumeliosis prosciderit invectivis. Lohmannus, qvi Confessionem M. Frid. Damio, Præposito, etiam exhibuerat, de novem illius erroribus Weigelianis ab hoc, schediasmate, sed incassum, monitus est, vernaculo (8.). Institutum tandem est, Caji Alefeldii, Præfecti regii, auspiciis, coram illo, duobusqve Consulibus, Marco Schrödero & Christ. Beiero, solenne inter duumviros hos, & Ecclesiastas urbanos, Colloqvium. In eo, post Meieri cum Damio altercationem, & juramentum, qvo, invectivas suas publicas Tetingium ac Lohmannum, de his conqverentes, non spectasse, denuo asseverabat, spontaneum (9.), a Damio præcipue & Tetingio, de efficacia baptismi & fide infantum, illum, uti Tetingius asserebat, antecedente, unione Christi & fidelium essentiali, Confessionis Augustanæ, cæterorumqve Symbolorum Ecclesiasticorum (qvæ, excepto Apostolico, duumviri hi, tanqvam scripta mere humana, rejiciebant), autoritate, & carnis tandem Christi cum nostra ὁμουσίᾳ (qvam Tetingius ex 1 Cor. XV. 47. impugnabat, Damius autem & Collegæ, e Matth. I. 20., Rom. IX. 5., Gal. IV. 4. & Hebr. II. 11. 14. 16., defendebant), per diem fere dimidium, non sine convitiis disceptatum est mutuis. Ob qvæ cum Tetingius & Lohmannus istud continuare detrectarent, Consules, affinitate ipsis juncti, post sermones cum Ecclesiastis seorsim habitos, eos, ne ex urbe discederent, monuerunt, Ecclesiæqve ministros, si sacris ipsi publicis interesse pergerent, & in concionibus plebem, de qvæstione circa Carnem Christi controversa, subinde, textuum ductu, paterentur informari, posthac ab invectivis atqve convitiis in ipsos sibi temperaturos, verbis illorum sunt polliciti. Cui petitioni cum duumviri non acqviescerent, sed, dudum sibi decretum fuisse ex urbe in pagum aliqvem digredi solitarium, significarent, deinde vero, inter concives, nonnulla in autoritatem Epistolæ ad Hebræos, e qva suus de Carne Christi cœlesti error in Colloqvio præcipue erat oppugnatus, Canonicam injuria spargerent, Damius istam scripto Latino vindicavit ἀνεκδότῳ (10.), & D. Lucæ Evangelistæ deberi ostendere est conatus. Non multo post ambo, invitis & Consulibus (a qvibus, ante abitum, testimonio, in qvo jus civitatis absentibus reservabatur, instructi sunt honorifico), & affinibus reliqvis, Flenopolin sponte reliqverunt, & in vicina ditionis Ducalis loca discesserunt. Lohmannus Svabstedæ seqventi vixit biennio; Tetingius autem A. 1622. Windertæ & Hattstediæ in tractu consedit Husensi, sed ab Augusta mox Danica, Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, vidua, illiusqve domina, per Ecclesiastas monita Husenses, dogmata illic Heterodoxa voce aut scriptis disseminare, prætore agresti interprete, est prohibitus. Winderta A. 1623. in arcem Eiderstadiæ Hoyerswortanam, ab Anna Ovena Hoyeria, Herm. Hoyeri, Præfecti Eiderstadiensis, vidua, Poetriaqve Cimbrica, ut filio ægrotanti medicinam faceret, evocatus, animum hujus, muliebri curiositate prurientem, in suas facile partes pertraxit, ac ita fascinavit, ut in convictum admisso domesticum potestatem clandestina instituendi conventicula, fraternamqve prolem baptizandi, concesserit, imo Prophetam esse θεόπεμπτον, & ipsa crediderit, & aliis persvadere sit conata. In arce Hoyerswortensi, d. 24. Maji A. 1623., cum M. Nicol. Wedovio, Præposito Eiderstadiensi, Hoyeriam invisente, collocutus, ad illius de religionis capitibus qvæstiones satis qvidem

(1.) *in Biblioth. Quadrip., L. 3., c. 5., p. 423.* (2.) *in Collegio in Augustanam Confessionem Theologico p. 215.* (3.) *in præfat. Anti-Enthusiasmi p. 16.* (4.) §. 11., p. 19. (5.) *in Prodromo Apologetico p. 26.* (6.) *in præfat.* des Berichts vom Sabbath, *lit. a. 4. b.* (7.) *Sect. II. c. 8.* (8.) Legitur illud in Damii *Relatione de Colloqvio Flensburgensi, lit. B. 7. b - C. 4. a.* (9.) Hoc a se præstitum esse Meierus postea scheda inficiatus est peculiari, eidem Damii *Relationi* (*lit. D. 6. & 7.*) inserta, sed in Tetingii *Prodromo Apologetico p. 13. 14.* confutata. (10.) Summa hujus capita ipse, *in Relatione de Colloqvio Flensburgensi, lit. D. 1. a. b.*, exhibet.

dem orthodoxe, judice isto (1.), respondit, sed multa tamen simul Chiliastica, de imminente anno 1625., & vaticiniorum Ezechielis, Danielis, Capitis XI. Epistolæ ad Romanos atqve Apocalypseos, impletione, istum nobilitatura, Paulo Nagelio, atqve *Astronomiæ* ejus *Centricæ*, credulus, sermoni inspersit. Ad novum vero ab eodem, accuratius in ipsius de religione sententiam, jussu Principis, inqvisituro, Oldenswortam d. 28. Julii evocatus colloqvium, non comparuit. A. 1624., ut matri decrepitæ gratificaretur, Husam, in sororis ædes, commigravit, &, cum ab urbis Ecclesiastis, imprimis autem Petro Danckwerthio, Pastore, in singulis pene concionibus, convitiis criminibusqve variis oneraretur, ac Magistratus civesqve, ut vel supplicio se afficerent, vel exilio multarent, ab iisdem monerentur, nec deessent ex plebe, qvi, his obtemperantes, scommatis ipsum, ac cognatos, in platea publica, minitabundi, nec verberibus abstinentes, insectarentur, scripto vernaculo Apologetico (dem Wahrhaftigem Berichte), Dethl. Luthio, Consuli, d. 7. Aug. transmisso, & eodem mox anno 1624. excuso, famam suam vindicare est aggressus. Qvod cum non heterodoxa solum defenderet dogmata, criminaqve falso objecta dilueret, sed & in Presbyteros Flensburgenses ac Husenses acrius inveheretur, ἐλευθεροστομίᾳ ista crabrones se irritasse paulo post est expertus. Flensburgenses enim scripto huic Retorsionem primum solennem, d. 30. Aug. Senatui Husensi, ut in Acta curiæ referretur, transmissam, & deinde A. seqv. 1625. *Relationem* (cui Retorsio etiam ista est inserta (2.)) M. Frid. Damii, Præpositi sui, *de Colloqvio Flensburgensi* Germanicam, Rostochii excusam, & in *Prodromo* Tetingii, jam exulis, *Apologetico* A. 1627. demum confutatam, reposuerunt. Husenses autem Presbyteri, de injuria atroci, sibi illata, libello ad Fridericum, Ducem Holsato-Gottorpiensem, d. 16. Aug. A. 1624., conqvesti supplice, mandato hujus ad Senatum urbis suæ, qvo is processu, qvem vocant, summario, & absqve fori strepitu, cognitionem causæ aggredi d. 18. Aug. jubebatur, impetrato, Tetingium, Lohmanno, parastata suo (silere a Magistratu jusso), comitatum, d. 27. Aug., in curia, qvod demagogos se seditiosos, Psevdo-Lutheranos & homines perditos (lose Leute), vocasset, vitamqve sacerdotibus ac Christianis indignam sibi exprobrasset, accusarunt, &, ut ad palinodiam adigeretur, mulctamqve & litis impensas persolvere cogeretur, postularunt. Tetingius vicissim, de concionibus Pastorum in se conqvestus maledicis, ut injuriarum simul atqve controversiarum sacrarum, arctissime connexarum, disceptatio, non voce viva, sed scriptis ἀμοιβαίοις, institueretur, petiit, ac, repulsam passus, cum potestas etiam ad judicium provocandi superius sibi denegaretur, eadem desideria sua, Epistola prolixa supplice, Friderico Principi exposuit, eumqve simul, ut cognitionem causæ, Senatui Husensi, ad judicium de sacris ferendum controversiis inepto, ereptam, sibimet ipsi vindicaret, est obtestatus. Cui cum responsum iri frustra speraret, subito eum atqve asseclas (qvos *Nicolaitas* M. Jac. Fabricius, Superint. Holsaticus, & M. Nicol. Wedovius, Præpositus Eiderstadiensis, in Epistolis appellant mutuis) perterrefecit, actioniqve injuriarum Husensi finem imposuit, Edictum Ducale, d. 27. Sept. A. 1624. promulgatum, qvo Tetingius atqve Lohmannus, intra duas hebdomadas, vel errorum omnium, suse in eodem enumeratorum, palinodiam canere, vel Ducatibus Slesvicensi & Holsatico excedere, sectatores autem illorum, mente serio mutata, ad Ecclesiæ Lutheranæ redire communionem, ni exilio itidem vellent multari, jubebantur. Gotfr. Arnoldus, qvi (3.) relegationem hanc illorum, qvod a Consulibus, ut in urbe sua manerent, rogati fuerint Flensburgensibus, in dubium vocavit, discessum ipsorum e civitate Flensburgensi spontaneum cum relegatione Husensi incaute confudit. Noster, cum Lohmanno (ante abitum, prolixas d. 12. Oct. Edicto Principis opponere responsorias, paulo post editas, ac in iis errores, sibi objectos, partim amoliri, partim vero S. Codicis defendere testimoniis, proqve asseclis, poenam timentibus similem, intercedere, haud verito), exulare, qvam mentem mutare, maluit. Husa igitur, exeunte anno 1624., postqvam ulteriorem controversiæ cum Presbyterio, per scripta ἀμοιβαῖα, disceptationem Senatui epistola peculiari, ad tribunal simul provocante divinum, d. 5. Oct. frustra obtulerat, parte bonorum, ad impensas litis persolvendas, ab eodem multatus, Hamburgum discessit, ac paulo post, *Epistola ad Christianos omnes parænetica* Germanice edita, processus adversus se Cimbrici iniqvitatem demonstrare est conatus. Hamburgi qvæstu praxeos Medicæ vitam per annos toleravit complures, tandem vero, cum sua adversus Ordinem Ecclesiasticum παῤῥησίᾳ, libelloqve vernaculo (Abgedrungene Verantwortung), contra scriptum D. Nicol. Hunnii, communi Presbyteriorum Lubecensis, Hamburgensis & Lüneburgensis, nomine, A. 1634. sibi pariter atqve Fanaticis aliis (sub titulo des ausführlichen Berichtes von den Neuen Propheten) oppositum, A. 1635. evulgato, D. Joh. Müllerum (a qvo Apologia pro scripto Tripolitano A. 1636. ei est reposita), cæterosqve mystas Hamburgenses, offendisset, audaciam hanc, post acres e suggestibus templorum omnium invectivas (4.), pœna luit exilii, illorum instinctu, teste Christ. Hoburgio (5.), a Senatu ipsi irrogata Hamburgensi. Hucusqve seriem vitæ ac fatorum Tetingii, ex Actis certaminum Flensburgensis atqve Husensis, qvæ possideo, plerisqve ἀνεκδότοις, scriptisqve ipsius ac Lohmanni (de qvo supra dicta conferantur), & adversariorum utriusqve, Polemicis ἀμοιβαίοις, editis pariter atqve ineditis, mox enumerandis, pertexere mihi licuit. Qvonam deinde exulatum abierit, qvove in loco, & qvo anno, decesserit, ignoro, unicum hoc, A. 1642., nec illum, nec Lohmannum, amplius fuisse superstites, e patronæ ejus, Annæ Ovenæ Hoyeriæ, *Epistola ad Ecclesiam Holsaticam* Germanico-rythmica, anno isto exarata, & utrumqve μακαρίτην salutante (6.), edoctus. Opposuerunt illi ac Lohmanno, amborumqve scriptis & erroribus:

1. M. Frid. Damius, Præpositus Flensburgensis, cum Schediasma (cujus supra facta est mentio) pro autoritate Epistolæ ad Hebræos Latinum ἀνέκδοτον, tum die Abgedrungene Relation des Colloqvii, und was sonsten mit denen von Flensburg entwichenen Enthusiasten, Nicolao Knutzen und Hartwig Lohmann, gehandelt, auch gründliche Refutation ihrer greulichen Schwermerey, auf Gutachten des Ministerii in Flensburg gestellet. Qvi libellus, cum Presbyterii Flensburgensis adversus utrumqve Retorsione, illi inserta, *Veræ* illorum *Narrationi* (dem Wahrhaften Berichte) præcipue oppositus, Rostochii A. 1625. ac Flensburgi A. 1705. *in 8.* prodiit, & in Tetingii *Prodromo Apologetico* A. 1627. est refutatus.
2. M. Maur. Rachelius, Pastor in Dithmarsia Londinensis (a qvo etiam, in *Schola Arndiana p. 109.*, sunt notati), Anti-Lohmanno-Canutum, oder gründliche Wiederlegung der sehr greulichen und abscheulichen Irrthümer, so wol auch unverschämten Lügen und Lästerungen, Hartwig Lohmanns und Claus Knutzens, vermeinter Rosenkreutzbrüder, wieder der Lutherschen Prediger zu Husum, Flenßburg, und anderswo im Lande, Lehre und Leben. Qvod scriptum ἀνέκδοτον, stylo justo vehementiori A. 1624. elucubratum, *Veram Narrationem* Tetingio-Lohmannianam itidem impugnat, & inter schedas meas delitescit.
3. Paulus Egardus, Pastor in Holsatia Norttorpiensis, Epistolam ad Pet. Dancwerthium, Pastorem Husensem, Germanicam, d. 4 Sept. A. 1624. exaratam, Confessionem Tetingio-Lohmannianam, M. Habacuco Meiero A. 1622. exhibitam, illiusqve errorem de Carne Christi cœlesti, refellentem, qvam A. 1723. edidit Joh. Melch. Kraftius im

zwey

(1.) *in Epistola de Colloqvio hoc MSta, ad M. Jac. Fabricium Sen. d. 30. Jul. A. 1623. exarata.* (2.) *lit. D. 2. b - D. 6. a.* (3.) *T. III. Hist. Eccl., c. 10., p. 105.* (4.) V. de his ipsius qverelam in der Abgedrungenen Verantwortung *p. 8.* (5.) *in Apologia Prætoriana p. 164. 381. 507.* (6.) V. *Poemata* Hoyeriæ *p. 234.*

zweyfachen Jubelgedächtnisse p. 488-492. Librum ejusdem contra se peculiarem (mihi hactenus ignotum) Tetingius ipse memoravit, seqve illi haud responsurum esse significavit, in der abgedrungenen Verantwortung auf den ausführl. Bericht, A. 1635. edita, p. 115. 116.

4. Anonymus den gründlichen Beweiß, wie Theophr. Paracelsus, Val. Weigel, Paul Felgenhauer, Nic. Teting, &c., mit grosser Heucheley, groben Lästerungen, und falschen Weissagungen, umbgehen, und wie sie viel Zeugnisse der H. Schrifft verkehren und verfälschen. Qvod scriptum, A. 1634. in 8. (teste Catalogo nund. vern. A. 1634. Lips. p. 47.) editum, Tetingius. l. c. p. 115. 116., nullo itidem responso dignum judicavit.

5. D. Nicol. Hunnius, Superint. Lubecensis, den ausführlichen Bericht von der Neuen Propheten Religion, Lehre und Glauben, sub publico Presbyteriorum Lubecensis, Hamburgensis ac Lüneburgensis, nomine, Enthusiastis oppositum, Lubecæqve A. 1634. in 4. excusum, in qvo Tetingii etiam ac Lohmanni *Vera narratio*, qvoad dogmatica, refutatur.

6. D. Joh. Müllerus, Pastor Petrinus Hamburgensis, die nohtwendige Vertheidigung des ausführlichen Berichts von der Neuen Propheten Religion, Lehre und Glauben, wieder Nicol. Teting, welcher, in seiner vermeinten wolbewehrten Verantwortung, solchen Bericht, in etlichen wenigen Puncten, angetastet, die längst beantwortete Dinge wiederholet, und allerley Schwenckfeldische, Wiedertäuffersche und Weigelianische Irrthümer darwieder ausgestreuet; scriptum pro Hunniano præcedenti, adversus libellum, qvem Tetingius isti A. 1635. opposuit, Apologeticum, Hamburgi A. 1636. in 4. impressum.

7. D. Aug. Varenius, Prof. Theol. Rostochiensis, *Disp. de Veritate & ὁμουσίᾳ Carnis Christi cum nostra*, Præside D. Joh. Qvistorpio seniore Rostochii A. 1644. propositam, & Tetingio atqve Lohmanno oppositam: in cujus Corollariis etiam se summam errorum Weigelianorum, qvales qvantiqve tunc apparebant, e scriptis eorundem, designasse, in Epistola ad Sam. Pomarium, ab hoc *præfationi Partis scripti Anti-Gutmanniani vernaculi secundæ* inserta, testatur.

Præter hos alii etiam eum passim, ob heterodoxiam, notarunt. E qvibus Joh. Henr. Hottingerus (*Lib. III. Biblioth. qvadrip., c. 5., p. 423.*), Gerh. Meierus (*in Biblioth. Theol. contr. p. 236.*), Joh. Ad. Osiander (*in Collegio in Aug. Conf. p. 215.*) & Sam. Pomarius (*in præfat. Partis I. scripti Anti-Gutmanniani*) Enthusiastis ac Weigelianis, Abr. Calovius (*in Catalogo Autorum, Anti-Böhmio suo adjecto*) Böhmistis, Aug. Pfeifferus (*in Antichiliasmo, c. 2., p. 70.*) Chiliastis, illum accensent, Josva Schwartzius autem (*in præfat.* des Berichtes vom Sabbath, *lit. a. 4. b.*) errorum Valentinianorum, Enthusiasticorum, Chiliasticorum ac Anabaptisticorum, accusat.

Sola ferme illi ac Lohmanno, contra adversarios Cimbricos, sed muliebri tantum dicacitate, patrocinata est Anna Ovena Hoyeria, Poetria Eiderstadiensis, ab eo, uti supra narravimus, seducta, in Poematis Germanicis, Amstelodami A. 1650. in 12. excusis; cum in dem Schreiben an die Titulträger von hohen Schulen, M. Frid. Johannis und M. Frid. Dame, auf ihr Büchlein wieder Nicol. Teting (*p. 67-74.*); tum in dem an die Gemeine im Lande zu Holstein, wieder ihre Priester A. 1642. abgelassenen Schreiben (*p. 231-246.*).

Conferantur de illo, præter hactenus allegatos, Ant. Heimreichii *Lib. IV. Hist. Eccl. Slesvic., c. 4., p. 249-253.*, & *Chronicon Frisiæ borealis, Lib. 3., c. 9., p. 314.*, Timoth. Dan. Colbergii Platonisch-Hermetisches Christenthum, *P. I., c. 5., §. 9., p. 244. 245. 246.*, Joh. Henr. Ottii *Annales Anabaptistici p. 262.*, Christ. Kortholti *Historia Ecclesiastica, Sec. XVII., c. 2., §. 12., p. 902. 903.*, Ad. Tribbechovii & Sam. Rachelii Epistolarum de illo ad Jac. Thomasium excerpta, in B. G. Struvii *Fascic. VII. Actorum Literariorum, p. 62-65.*, obvia, Gottfr. Arnoldi (ei patrocinantis) *Tomus III. Hist. Eccl., c. 10., p. 104. 105. 106.*, Joh. Henr. Feustkingii *Gynæceum Hæretico-Fanaticum p. 356. 357.*, Joh. Melch. Kraftii zweyfaches 200jähriges Jubel-Gedächtniß *p. 161-169. 176. 177. 463-492.*, *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 6., §. 3. 4. 5., p. 135-142.*, ac *P. IV., c. 5., §. 7., p. 470.*, & Frid. Arnkieli Rettung des Nord. Christenthums, *c. 11., p. 150-157.*

SCRIPTA GERMANICA EDITA.

Wahrhaffter Bericht, aus was Uhrsachen Hartwig Lohmann und Nicol. Teting (sonst Knutzen genandt), so wol auch andere mehr, von den Priestern zu Husum, Flenßburg, und an anderen Orten im Lande, auf den Predigstülen ausgeketzert, gelästert, verdammet, ihrer Güter beraubet, und endlich aus dem Lande vertrieben worden. Bis prodiit uno eodemqve anno 1624. in 4. Legitur etiam in Joh. Melch. Kraftii zweyfachem Jubel-Gedächtnisse, Hamburgi A. 1723. in 4. edito, p. 475-488. Historiam ejus, & litis ob illud Tetingio motæ, nec non scriptorum M. Frid. Damii, Maur. Rachelii & D. Nicol. Hunnii, eidem oppositorum, Vitæ nostri jam exposuit narratio.

Vermahnungsschreiben an alle verständige Menschen und wahre Christen, zu erkennen und bekennen, ob die Priester zu Husum, Flenßburg und Sleswig, Christlich und Priesterlich an ihm gehandelt haben, und ob sonst rechtmäßig mit ihm sey procediret worden. A. 1624. in 4.

Kurtzer Sermon vom Reiche GOttes (in uns hie in der Welt). A. 1625. in 4. Præfixæ sunt solæ literæ nominis initiales N. T. H.

Bekäntnis von dem Modo der Menschwerdung und Einwohnung Christi in allen Menschen, dann auch von dem Nutzen derselben Wissenschaft; zum Zeugnis wider die Widerwärtige und Verfolgere zu Husum, Flenßburg, Sleswig, und an andern Orten. A. 1625. in 4.

Prodromus Apologeticus auf des Ministerii zu Flenßburg (durch *M. Frid. Damen A. 1625.* ausgegebene) Abgedrungene Relation des mit denen von Flenßburg entwichenen Enthusiasten gehaltenen Colloqvii, und gründliche Refutation ihrer Schwermerey; an den Begehrenden und Liebhabern der Wahrheit immittelst zum Zeugnisse abgefertiget, bis nun bald, am Tage des Gerichtes, alles mit mehrerm wird erörtert werden. A. 1627. in 4.

Abgedrungene, kurtze, iedoch gründliche, und mit H. Schrift, Lutheri, Phil. Melanchthonis, Pomerani, Brentii, und anderer Avthentisirten Lutherschen Theologen, Schriften mehr, wolbewehrte, Verantwortung auf des Predigampts zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, ohnlängst in Druck ausgegangenen Ausführlichen Bericht von der Neuen Propheten (die sich Erleuchtete, GOttesgelahrte und Theosophos, nennen) Religion; allen und ieden zur Nachrichtung, und Erkantnis der Wahrheit, dann auch zu Rettung seiner Unschuld, und Ablegung der aufgebürdeten unerweißlichen, hochgefährlichen und beschwerlichen Auflagen, ausgegeben. A. 1635. in 12. Libellus hic, scripto Nicol. Hunnii, de qvo paulo ante dictum, oppositus, & Rintelii (*teste Catalogo nund. vern. A. 1636. Lipsiensi p. 22.*), absqve loci istius mentione, excusus, *Veram* tantum *Narrationem*, ejusqve heterodoxias, contra censuras Hunnianas, sigillatim qvidem, sed breviter, ulteriorem earundem defensionem promittens, tuetur. Sub finem, *p. 117.*, Autor conqveritur, ab alio eum antehac typographo, se ignaro, esse editum, & additamentis, a mente sua alienis, passim interpolatum. Cujus editionis exempla se monet suppressisse, nec, si a typographo spargantur, pro suis agniturum. Commendavit eum Christ. Hoburgius, *in Apologia Prætoriana p. 80.*, refutavit

refutavit autem D. Joh. Müllerus, Pastor Hamburg. Petrinus, in der Nohtwendigen Verthädigung des Ausfürlichen Berichts von der Neuen Propheten Religion, wieder Nic. Teting, Hamburgi A. 1636. *in 4.* impressa.

Glaubensbekäntniß, Hartw. Lohmanns und Nic. Tetings, am 14. Jan. A. 1622. M. Habacuc Meiern, Pastori zu S. Marien in Flensburg, übersandt (1.). Opposuerunt huic M. Frid. Damius Schediasma breve Germanicum, *in Relatione de Colloqvio Flensburgensi, lit. B. 7. b-C. 4. a.*, obvium, & Paulus Egardus Epistolam *supra jam laudatam.*

Bittschreiben an den Raht zu Husum, wegen schriftlicher Fortsetzung seines Processes mit den Priestern zu Husum, in seiner Abwesenheit, am 5. Oct. A. 1624. datiret. Legitur apud Kraftium *l. c. p. 472. 473. 474.*

INEDITA.

Gegenbericht auf M. Habacuc Meiers Antwortschreiben wegen der Confession, von H. Lohmann und Nic. Teting ihm am 29. Jan. A. 1622. zugeschickt.

Unterthänige Supplication an Hertzog Friderich zu Holstein, wegen seines gerichtlichen Processes mit den Priestern zu Husum.

Confession von der Menschwerdung Christi, Hertzog Friderichen zu Holstein übergeben; qvæ ab ipso, im Bekäntniße vom Modo der Menschwerdung Christi *p. 3.*, & *in Prodromo Apologetico p. 24.*, nec non ab H. Lohmanno, in der Antwort auf Hertzog Friderichs Verweisungs-Mandat, allegatur.

M. GEORGIUS THAM, Lütkenburgi in Wagria, patre Consule, d. 11. Nov. A. 1631. natus, Witebergæ A. 1655., Brabevta Aug. Buchnero, Magistri adeptus titulum, oppidi, cum e Batavia in Cimbriam rediisset, Eckernfördensis Pastor A. 1664. (qvo cum filia etiam M. Theod. Niemanni, Antistitis Slesvicensis, celebravit nuptias) constitutus, & d. 24. Jun. (F. Joh. Bapt.) A. C. 1698., ætatisqve 67., mortuus.

Disp. Physica de Qvalitatibus in genere & specie. Witebergæ 1655. in 4.

Qvæstionum Physicarum Decas. Witeb. 1657. in 4.

Positionum Physicarum singularium Decas. Wit. 1657. in 4.

Diss. Apologetica de Bonis Operibus, contra Georg. Calixtum & Syncretistas. Wit. 1658. in 4.

Disp. Politica de Jure Monetarum. Rostochii 1661. in 4.

Disputationes aliqvot Metaphysicæ. in 4.

Praxis Catechetica, Germanice edita. Slesvigæ 1687. in 8.

NICOLAUS THEOPHILUS, Flensburgensis, patre Nicolao Johannis, primo Ecclesiæ Marianæ Pastore Lutherano, matreqve Anna Laurentia, A. 1541. natus, e scholis patria ac Lubecensi (in qva Pet. Vincentium, Professorem deinde Witebergensem, per triennium Præceptorem habuit) A. 1558. in Rostochiensem profectus est Academiam, Arnoldiqve Burenii & Dav. Chytræi auditor qvinqvennio fuit proximo. Qvantum Chytræo debuerit, affinis ejus, Joh. Bernhardi, Præpositus Alsensis, hisce, in Epistola ad Chytræum, 10. Kal. Apr. A. 1567. exarata, verbis est testatus: *Multa extant officia, qvæ, pro tua humanitate miranda, singulariqve favore, in meum affinem, Nicol. Theophilum, Holsatum, affatim contulisti; in qvo qvicqvid est humanitatis, qvicqvid est doctrinæ, breviter qvicqvid præter hominis effigiem habet, id tibi, ut par est, libens ingenueqve acceptum refert.* Ductu illorum, operam initio, Philosophia & Medicina haud neglectis, studio impendit Theologico, inqve isto tantum profecit, ut affini modo laudato dignus sit visus, qvem, Parentis successore, M. Petro Brandio, A. 1565. defuncto, Parochiæ Flensburgensis Marianæ Consuli, tanqvam Pastoris idoneum officio, commendaret (2.). Sed nostro id factum est ignaro atqve invito, qvi, mox a parentis, A. 1560. denati, excessu, relicta Theologia, Rostochii ad Jurisprudentiam animum applicuerat, Jenæqve deinde, ab A. 1563., & Ingolstadii (ubi illam cum laude aliqvamdiu & admiratione docuit), majores in eadem fecit progressus, ac praxin etiam fori Germanici in urbe Spirensi sibi reddidit familiarem (3.). In aulam hinc digressus Cæsaream, Maximiliani II., Imperatoris, favorem carminibus, qvæ dextro Apolline, JCtus neutiqvam ἄμουσος, fundebat, eximiis promeruit, in arce Hungariæ Posoniensi A. 1567. ab eo, & laurea manibus ornatus propriis, & Nobilium simul adscriptus ordini. A Magno, Gustavi Regis filio, paulo post in Sveciam evocatus, abire illuc, ob turbas regni intestinas, noluit, sed, Polonia, Italia atqve Gallia, peragratis, Doctorisqve titulo d. 26. Sept. A. 1569. Rostochii reportato, Wilhelmo, Hassiæ Landgravio, suam addixit operam, ejusqve, in aula Cassellana, primum Notarius, deinde Secretarius, & tandem Consiliarius, crebris ad Reges Daniæ & Poloniæ, Germaniæqve Electores ac Principes, legationibus inclaruit. A. 1580., cum, jussu ejusdem, Comitiis Danicis Ottoniensibus, & actui, qvo, in istis, d. 3. Maji, Ducatus Slesvicensis feudum Principibus conferebatur Holsaticis, solenni, interesset (4.), a Friderico II., Daniæ Rege (inter cujus Consiliarios locum, A. jam 1576. Epistola Joh. Bernhardi, affinis, ad Christoph. Knopfium, Ecclesiasten aulicum, XI. Kal. Sextil. exarata, interprete, ambiverat), per Nicol. Kaasium, Cancellarium, ad professionem Acad. Hafniensis, in locum D. Alb. Knopperi, vocatus est Juridicam, &, missione a Landgravio ægre impetrata, d. 19. Dec. illi admotus. Spartam hanc qvinqve propemodum lustris ornavit, simulqve, ab A. 1593. ad 1595., templi B. Virginis fuit ædilis, & ter, A. scil. 1582. 1594. ac 1603. (qvo Jonas Charisius d. 30. Jun. ab eo J. U. Doctor creabatur), Academiæ functus est Rectoratu. Legationes etiam interea temporis obiit complures, a Friderico, ejusqve filio, Christiano IV., non solum A. 1590., ad coronationem Annæ, Sororis regiæ, Scoticam (5.), sed ad Imperatorem etiam, Elisabetham, Angliæ Reginam, & Electores, cum mandatis missus publicis. Post toleratos diu calculi & morbi articularis cruciatus, a capitis tandem, non sine tabe aliqva, suffocatus destillationibus, d. 2. Nov. (in cujus locum duodecimus a Conr. Aslaco (6.) male substituitur) A. C. 1604., magno ætatis suæ Climacterico, ἄπαις decessit. Sterile enim fuit, qvod Cassellis, A. 1571., cum Anna Zaania, Conr. Neidii, Stabuli Philippi, Hassiæ Landgravii, Præfecti inferioris, vidua, contraxerat, 28. annorum matrimonium. Fusius vitam ejus, a nobis ex Epistolis subinde auctam Bernhardinis, exposuerunt D. Joh. Pauli Resenius, Theologus Hafniensis, *in Programmate funebri*, istudqve secuti Erasmus Vindingius *in Academia Hafniensi p. 147. 148. 149.*, ac Paulus Freherus *in Theatro eruditorum p. 968. 969.*

Conferantur de illo Conr. Aslaci *Tabula Chronologica, Orationi Jubilææ adjecta, ad A. 1580. 1594. 1603. & 1604.*, Alb. Bartholini *Liber de Script. Dan. p. 110. 111.*, nostraqve ad hunc *Hypomnemata p. 352. 353.*, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1604.*, Georg. Matth. Königii *Bibliotheca vetus & nova p. 802.*, *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. III., c. 3., §. 29., p. 337.*, & J. H. a Seelen *Pars III. Athen. Lubec. p. 160-164.*

Epistolæ

(1) Hæc etiam Hamburgi A. 1723., in Joh. Melch. Kraftii Zweyfachem Jubel-Gedächtnisse, *p. 463-466.* prodiit. (2.) Testis est ipsius Joh. Bernhardi *Epistola, ad Theophilum Non. Dec. A. 1565. scripta.* (3.) teste eodem Joh. Bernhardo, *in Epistola, ad Christoph. Knopfium A. 1576. exarata.* (4.) V. Jac. Krögeri *Historiam investituræ hujus Germanicam*, in Legatorum recensu. (5.) V. Hadr. Dammanni a Biesterveld, Gandavensis, *Carmen de Coronatione Annæ Danicæ, Jacobo VI., Scotorum Regi, nuptæ, heroicum, cum aliis in nuptias ejus Schediasmatis, Edinburgi A. 1590. in 4. excusum, p. 6.* (6.) *in Tabula Chronologica, mox citanda, ad A. 1604.*

Epistolæ ad illum qvinqve Dav. Chytræi inter Chytræanas, Hanoviæ A. 1614. *in 8.* editas, *p. 313. 314. 561. 732 1160. 1161. 1170. 1171.*, decem vero Joh. Bernhardi, Præpositi Alsensis, in Volumine Epistolarum hujus MSto, supersunt.

ELOGIA.

Hadr. Dammannus, Gandavensis, *l. c.*, ita de illo:

Nicoleos ibi Theophilus, docto inclytus ore,
Natus in Astrææ gremio, dulcesqve sororum
Propter aqvas, cui sæpe Deus spectatus Apollo est.

Joh. Bernhardi, in Epistola ad Chr. Knopfium supra laudata, his eundem verbis celebravit: *Est, ut alias virtutes multas taceam, humanus, probus, doctus, sobrius, ad consilia prudens, multarum lingvarum peritia clarus, & ante obitum lux mundi.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Elegia, qverelam Musarum continens. Hafniæ 1563. in 4. (V. Alb. Thura *Ideam Hist. lit. Dan. p. 355.*)
Diss. de diversis Regulis Juris antiqvi. Hafniæ 1584. in 8.
Disp. de Testibus forensibus. Hafn. 1591. in 4.
Theses de Homicidio. in 4.
Theses de Homicidio legitimo. Hafn. 1599. in 4.
Disp. de Privilegiis Studiosorum, Resp. Joh. Sylvio. Hafn. 1603. in 4.
Theses de Tutela, Resp. pro Doctoratu Jona Erasmi Charisio. Hafn. 1603. in 4.
Epigrammata, ab Er. Vindingio, *l. c.*, & Ol. Borrichio (*in iis, nec artem, nec genium,* judicante, *desiderari*), *in Diss. ult. de Poetis p. 172.*, memorata.
Carmen Rud. Goclenii *Physicæ completæ*, Francof. A. 1604. *in 8.* editæ, præfixum.

INEDITA.

Constantinus, de qvo ita Dav. Chytræus, in Epistola ad illum A. 1584. scripta (*l. c. p. 561.*): *Tuum Constantinum, ut dignitatis JCtorum defensionem, summa cum voluptate legi. Itaqve pro communicatione gratiam amanter habeo. Deformare opus, præclare confectum, mea aliqva notatione, ineptum plane, ne qvid durius dicam, fuisset.*

Opus qvoddam Historicum, de rebus haud dubie Danicis, cujus idem Chytræus, in Epistola alia, A. 1589. exarata (*l. c. p. 732.*), hisce verbis mentionem injecit: *Magnifice & clarissime Domine Doctor, patrone colende. Cum tibi neminem istic domestica, & maxime operi tuo inservientia, subministrare voluisse significes, itaqve, tuo exemplo, omnem hujus negotii curam & cogitationem abjiciam, & mihi ac Musis deinceps canam.*

JOHANNES CAROLUS THIELE, J. U. Lic. & Practicus Lubecensis, A. 1645. natus, & A. C. 1678., ætatisqve 33., d. 6. Jul., amoris in sponsam, se fastidientem, impatientia mortem accelerante, denatus.

Homo oriens & florens, Disp. Inaugurali Juridica, Præside D. Engelberto Wippermanno, exhibitus. Rintelii 1678. in 4.

JACOBUS THOMÆUS, Tonninga Eiderstadiensis, Med. D. & Eiderstadiæ suæ, circa A. 1651., Physicus.

Disp. Inaug. de passione Colica. Cadomi 1622. in 4.

M. JOHANNES THOMÆUS, qvi in Epitaphio Ripis, a Claudio autem Lyschandro & Pet. Resenio in pago Hygomensi, urbi Ripensi vicino, natus fuisse, perhibetur, A. 1532. Kal. Mart. in lucem est editus, & M. Thomam Canuti, Presbyterum Hygomensem, eodem Lyschandro teste, parentem habuit. Theologiæ Baccalaurei titulum, Brabevta Nicol. Hemmingio, Hafniæ A. 1557. obtinuit (1.), &, cum scholæ patriæ Ripensis aliqvamdiu egisset Rectorem (2.), Hafniam A. 1561. ad ædis Marianæ revocatus est Pastoratum, ac in illo d. 22. Sept. A. C. 1573., ætatisqve 42., defunctus. Uxorem d. 16. Nov. A. 1560. Hafniæ duxit Magdalenam Matthiæ, præter liberos alios, Claudium Johannis Jägerum, Professorem initio Academiæ Hafniensis Pædagogicum, & insulæ deinde Amagriensis vicinæ Pastorem, sibi enixam (3.). V. de illo Claudii Lyschandri *Catalogum MS. Scriptorum Danicorum, lit. I.*, Conr. Aslaci *Chronologiam, Orationi Jubilææ adjectam, ad A. 1573.*, Laur. Asseroi *Antigrapha Inscriptionum Seelandicarum, lit. C. 6. a. b.*, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 90. 91.*, nostraqve ad eum *Hypomnemata p. 313.*, Pet. Resenii *Inscriptiones Hafnienses p. 103. 104.*, & *Catalogi Biblioth. suæ Indicem tertium, Nova Literaria Lubecensia, M. Aug. A. 1707., p. 241.*, & *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 12., §. 4., p. 182.*

Epitaphii ejus in æde Mariana Hafniensis hæc a Laur. Asseroo & Pet. Resenio (*ll. cc.*) recitatur Inscriptio:

Beati mortui, qvi in Domino vivunt. Vita enim mortalium spelunca est tenebrarum & lacrymarum charybdis. Hæc qvæsivi, didici & vidi, vobisqve, qvi adhuc in antro suspiratis, qvia extra invidiam sum, gratis communico. Sum enim, sed non hic, JOHANNES THOMÆ, Ripensis, qvi, annos XII., Ecclesiæ huic vitæ æternæ viam, qvam & ipse constanter secutus sum, demonstravi, morum & vitæ integritate exemplum pietatis, qvod potui, reliqvi, labore, consiliis, admonitionibus, si non fundamenta collocavi, latera tamen collabentia paulatim sustentavi, cupiensqve clarius contemplari, qvæ hic per ænigmata obscure aspexi, carnis desideria & vincula reliqvi, in Christo vitam, veritatem & scientiam, inveni. Parentes, sed turbato naturæ ordine, uxor, liberi, voto moesti satisfecere. Vixit annos XLI., M. VI., D. XXIV. Obiit A. MDLXXIII. d. XXII. Sept.

ELOGIA.

Erasmo Michaelio Læto (*Lib. XI. Rer. Danic. p. 505.*) *Vir* audit *acri ingenio solers:*

Claud. Lyschandro (*l. c.*) *Vir in Philosophicis disciplinis exercitatissimus, & in Theologicis scripturis valde peritus, ingenio & eloqvio clarus, in habendis ad populum concionibus gravis & elegans, Poeta & Musicus nulli sua ætate secundus.*

SCRIPTA EDITA.

Oratio de Christiano III., Rege Daniæ & Norwegiæ, cum Pet. Hegelundii, Ripensis, Epicedio. Basileæ A. 1560. in 8. Recusa *Tomo III. Orationum & Elegiarum in obitus Principum Germaniæ*, a Sim. Schardio, JCto, collectarum, Francofurti A. 1567. *in 8.* edito, *fol. 1-22.* Laudatur ab Herm. Hamelmanno *P. III. Chron. Oldenb. p. 349.*

Hymnologium Danicum, in usum Ecclesiarum regni Danici editum. Hafniæ 1569. & 1592. in 12. Tertia editio (*de qva Vindingius l. c. p. 182. consulendus*), a D. Joh. Pauli Resenio, Seelandiæ Episcopo, ad numeros, & Musicos, & Poeticos,

(1.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 77.*
(2.) teste M. Joh. Lagonio, Episcopo Ripensi, *in Epistola MS. ad Joh. Pistorium A. 1561. exarata.*
(3.) V. Vindingium *l. c. p. 208. 209.*

ticos, plurimis in locis emendata, prodiit ibidem A. 1634. in 8. Autores Hymnorum, in eo collectorum, enumerat Alb. Thura, in Idea Hist. lit. Dan. p. 347. 348.

Sermo funebris in obitum Magdalenæ Banneriæ Danicus. Hafn. 1573. in 8.

Consolatio illorum, qvi ex morte amicorum mœrore affliguntur, Danica. Hafn. A. 1577. (*V. Alb. Barthol. l. c. p. 91.*)

INEDITA.

Proverbiorum Danicorum aliqvot Centuriæ, a Cl. Lyschandro *l. c.*, & Pet. Syvio, *in præfat. suæ eorundem collectionis p. 18.*, laudatæ.

Calendarium recognitum & auctum. (*V. Lyschandrum l. c.*)

Epistola de D. Justo Jona Juniore, Hafniæ decollato, & alia ad Canutum fratrem; qvas in Bibliotheca Academica Hafniensi superesse *MSStorum* hujus testatur *Catalogus*.

(Diversus, ni fallor, ab illo est Joh. Thomæus, cujus Explicatio Historiæ de nuptiali Isaaci convivio Danica, sub titulo, Isaacs Gistermaal forklaret, Hafniæ A. 1622. *in 8.* edita, *in Catal. Biblioth. Resen. p. 125.* memoratur.)

M. LAURENTIUS THOMÆUS, Scholæ Tunderensis Rector.

Medulla Philosophiæ naturalis. Lipsiæ 1575. in 8. (*M. C. K.*)

(Diversus ab hoc, uti credo, fuit Laur. Thomæus, Pastor Mögeltunderensis, de cujus multiplici incestu ac adulteriis M. Andr. Scerbeccius, Pastor Scerbeccensis, ipsius, uti e literis patet, A. 1590. ac 1607. ad eum exaratis, amicus, hæc A. 1614. ad D. Joh. Scerbeccium fratrem, Medicum Lubecensem, perscripsit: *D. Laur. Thomæus, Pastor perfunctus Megaltunderæ, sub eparchia nobis proxima, nunc recens deprehensus inauditis sceleribus, plus qvam sodomiticis, incestum, per multos annos, impudenter exercens cum propria sua socru, propria sorore, propria filia primogenita, & cum XVIII. uxoribus aliis [excepta propria], viventibus harum maritis. Conjux ipsius mariti sui fratri prostituta sæpius, & aliqvot liberos ex ipso peperisse, dicitur.* De qva tamen narratione amicus parochiæ ipsius vicinus, W. F., a me interrogatus, cum sola eum filia, a matre, adultero se substratura, ut suum in thoro parentis locum occuparet, persvasa, ignarum retulit incestum commisisse, istumqve vicicomburio luisse, duos autem Pastores, ad rogum ipsum comitatos, qvorum uni scipionem suum, alteri malum, qvod manu versabat, citreum, moribundus donaverat, occulto qvodam scelerum infectos contagio, adulteriis se itidem, intra annum vertentem, polluisse, &, ob ista, sacris excidisse officiis.)

NICOLAUS THOMSEN, Flensburgensis, e Comitis Alefeldiæ Viduæ Ecclesiastica aulico Gravensteiniensi, Pastor & Propositus Sünderburgensis, d. 18. Oct. A. 1693. electus, ac M. Jan. A. 1694. inauguratus.

Der Reichthum des herlichen Erbes GOttes an seinen Heiligen; oder Leichpredigt über Anna Maria Sameland auß Psalm. XVI. 6. Slesv. 1696. in fol.

SAMUEL THOMSEN, Flensburgensis, Ecclesiæ initio ruralis Hürupensis Parochus, ac deinde Flensburgi Diaconus ab A. 1659., & Pastor ab A. 1676. Johannæus, tandemqve Pastor ab A. 1685. Nicolaitanus, d. 1. Oct. A. 1703. æt. 70. mortuus.

Ein in GOtt vergnügter Christ; oder Leichpredigt über Martin Jessen, Bürgermeistern zu Flensburg, auß Psalm. CXVI. 7. 8. 9. Altonæ 1697. in fol.

JOHANNES THORNHEGGEN, Lubecensis.

Oratio de Passione Christi, in Collegio Oratorio Joh. Simonii habita. Rostochii 1614. in 4. Recusa *in Volumine Exercitationum Oratoriarum, ductu Joh. Simonii habitarum*, ibidem A. 1619. *in 4.* impresso, *num. 7.*

HILMARUS THORSTRATEN, Flensburgensis.

Lobrede von billiger Liebe und Hochachtung unserer Teutschen Haupt- und Mutter-Sprache. Flensburgi 1722. in 4.

M. GERHARDUS TIDEMANN, Lubecensis, Pauli, civis honesti, & Annæ, M. Gerh. Schröderi, Pastoris Petrini, ordinisqve sacri Senioris, gnatæ, filius, Theologiæ initio sectatus studium, Giessæ A. 1609. Christoph. Scheibleri *Collegii secundi Psychologici* (sibi ac commilitonibus inscripti) *Disput. qvartam*, & A. 1611. Christoph. Helvici *Elenchum Judæorum qvartum de officio Messiæ sacerdotali*, publice defendit. Idem postea in Academiis Marpurgensi, Tubingensi & Rostochiensi, continuavit, &, Magistri titulo in hac impetrato, Upsaliam Svecorum A. 1624. delatus, Disputationis qvidem *de S. Scriptura* publicæ Præsidem illic agendi potestatem, neutiqvam vero (uti a M. Huberto Köhnio perperam est traditum (1.)) professionem Theologiæ Academiam, obtinuit. Inde Rostochium reversus Theologiam Juri posthabuit, & Advocatum Ducalisqve Consistorii Procuratorem egit, ad annum usqve fatalem 1640., cujus Februario exeunte apoplexia, inter dicendum, in curia est correptus, ac postridie domi mortuus. Uxorem habuit Elisabetham, M. Erasmi Stockmanni, Professoris Physici Rostochiensis filiam, generum vero Heinonem Rigium, Med. D. & in eadem urbe Practicum. V. D. Joh. Qvistorpii Sen., Theologi Rostoch., *Programma de vita illius funebre.*

Disputationes Ethicæ. Rostochii 1613. in 4.

Συζητήσεις Logicæ. Rost. 1613. in 4.

Disp. de Summo hominis Politici Bono. Rost. 1613. in 4.

Disp. de Demonstratione. Rost. 1613. in 4.

Illustrium qvæstionum Theologicarum de S. Scriptura Decas, ab ipso Præside, Resp. Henr. Wolfio, Lubecensi, in Acad. Upsaliensi, impetrato speciali consensu Joh. Skyttii, hujus Cancellarii, ad disputandum proposita. Upsaliæ 1624. in 4.

PETRUS TIDEMANN, Arithmeticus Lubecensis, in Societatem Hamburgensem Arithmeticam, sub agnomine Portantis (des Tragenden), A. 1690. receptus, & a duobus Scriptoribus Danicis ejusdem nominis antiqvioribus (de qvibus Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 123.*, nostraqve in hunc *Hypomnemata p. 389.*, possunt consuli) probe distingvendus.

Kunstrichtiger Wegweiser zur Schreibkunst. Lubecæ 1696. in fol.

Die versteckte und entdeckte Algebra, qvam Mich. Scharfius, *in præfat. Arithmeticæ Jocoseriæ*, ab eo jussit expectari.

MATTHIAS TIESEN, Meldorpio Dithmarsus, Vir (teste editore *Grammaticæ* ejus *Anglico-Germanicæ*) doctus, multisqve peregrinationibus lingvarum plurimarum assecutus peritiam, ac Lignicii tandem Silesiorum, anno circiter 1700., defunctus.

Vollkom-

(1.) *in Serm. funebri Germanico, memoriæ Henr. Wolfii, Lubecensis, Parochi Oldesloensis, Tidemannum in Sveciam comitati, consecrato.*

Vollkommene Teutsch-Englische Grammatica, in welcher alles, was zu leichter Erlernung der Englischen Sprache dienlich seyn kan, aufs deutlichste vorgetragen wird; nach des Autoris Tode revidiret und ans Licht gegeben von M. Gottfried Dewerdeck. Berolini A. 1705. in 8. Recusa (*si Catalogis credendum nundinalibus*) ibidem A. 1710. & Francofurti A. 1712. in 8.

Lexicon Anglico-Germanicum Alphabeticum inchoatum, cujus eum literas tantum qvatuor priores absolvisse, *Grammaticæ* editor, *in præfatione*, testatur.

THOMAS TILE, Aldenburgo Wagrius, Cœnobii Lubecensis Annæi, ab A. 1673., Præceptor, A. 1676. mortuus. V. *Nova literaria Lubecensia, M. Aug. A. 1704., p. 255. 256.*, & Joh. Hilmeri von GOtt gewürdigte Lob-Eck *p. 124.*

Mich. Hentschelii, Prædecessoris sui, Erneuerte Lutherische Catechismus-und Gebet-Schule, Lubecæ A. 1644. & 1649. ab Autore jam antea editam, ibidem A. 1674. *in 8.*, tertia vice, cum præfatione nova, a se adjecta, curavit excudi. V. *Nova Lit. Lubec. l. c.*

JOACHIMUS TIMMERMANN, Rendesburgo Holsatus, Med. Doctor (Regiomonti A. 1641. creatus) Poliaterqve in Fionia Danica Ottoniensis, d. 22. Jan. A. 1648. mortuus. V. Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 61.* Medicis etiam urbis Ripensis annumeratur a Pet. Terpagrio *in Appendice Inscript. Rip. p. 61.*

Disp. de Dolore Colico, Præside D. Joh. Masio, Regiomonti 1640. in 4.

Disp. de Dolore capitis, Præside eodem. Regiom. 1640. in 4.

Disp. Inaug. de Paralysi. Regiom. 1641. in 4.

Theses Medicæ de Pulmonum ulcere Phthisicorum. Regiom. 1641. in 4.

Theses de Morbis occultarum qvalitatum. Regiom. in 4.

M. ARNOLDUS TODE, Neomonasterii Holsatorum d. 30. Apr. A. 1693. natus, & eodem natali A. 1722. Kilonii supremis Philosophiæ potitus honoribus, postea Pastor in patria adjunctus constitutus.

Disp. Inaug. Philosophica de Suspicione, Animi morbo gravissimo, Præside Seb. Kortholto proposita. Accedit Ordinis Kiloniensis Philosophici Gratulatio, vitæ illius enarrans seriem. Kilonii 1722. in 4.

Oratio inedita de Principum Holsato-Gottorpiensium in remp. literariam meritis, in Acad. Kilon. d. 30. Apr. A. 1722. recitata.

Diss. de eo, qvod justum vel injustum est circa Dies summorum Principum natales. Kil. 1724. in 4.

CHRISTIANUS TODE, Hamburgensis, ex Orphanotrophei patriæ alumno Pædagogus, ab A. 1683., in parochia primum Catharinæa, & deinde Jacobæa, trivialis fuit privatus. In gratiam is Balth. Stielckii, opificis seditiosi, ejusqve complicum, renovationem vocationis D. Joh. Frid. Mayeri ad Pastoratum, qvo se abdicaverat, Jacobæum Senatui Presbyterioqve Hamburgensi extorqvere conatorum, A. 1702. & 1703., partim ἀνωνύμως, partim vero sub *Christiani Mobtis* larva, schedas complures, qvæ eandem futili dicacitate, & effrani impudentia, urgebant, ac recensu videntur indignæ, publicavit vernaculas. Qvarundam, in Joh. Wincleri, Dan. Sev. Schulteti, ac aliorum, qvi illas refutarunt, scriptorum Catalogis, obiter a nobis injicitur mentio; omnes vero ab ipso, in Elencho scriptorum Polemicorum Hamburgensium, controversiam renovandæ vocationis concernentium, sunt enumeratæ. Ob istas, non solum in dramate Satyrico, A. 1703. edito (dem Schauspiele vom verwirreten Hause Jacobs), aliisqve scriptis similibus ἀσεπτόλεις, facete est exagitatus, sed a Joh. Winclero etiam, Presbyterii Seniore, ἀλλοτριοεπισκοπίαν ipsi, πολυπραγμοσύνην, & contumaciam adversus Magistratum seditiosam atqve maledicam, vere exprobrante (im Bessern Beweise des Hamburgischen Ministerii wieder das Renovations-Gesuch *p. 10. 11. 12.*, ac in der Treuhertzigen Warnung wieder Balth. Stielken *p. 15. 16.*), merito publice objurgatus. Senatus easdem vendi, tanqvam chartas infames, vetuit, & A. 1707. cum nonnullis adversariorum, per carnificem jussit comburi. Ipse tandem Autor ab eodem, cum A. 1708., Stielckiana factione oppressa, ex urbe aufugisset, absens A. 1710. est proscriptus, pariqve notatus infamia.

NICOLAUS TOLLIUS, Pastor ruralis in Stormaria Bejenfletanus, A. 1684. superstes.

Evangeliorum totius anni Dominicalium & festivalium textualis Dispositio tripartita Latino-Germanica, adjectis rythmis Germano-Dactylicis, ad praxin qvam maxime inservientibus. Glückstadii 1681. & 1684. in fol.

Leichpredigt über Laur. Votisch, Diaconum zu Beienfleht, aus Ps. LXXXIV. 7. 8. Hamburgi 1669. in 4.

Das güldene Kleinod Pauli von der Liebe Christi Vortrefflichkeit, aus Phil. III. 19. der Gemeine zu Beienfleht vorgestellet. Glückstadii 1676. in 8. Sermo sacer, ἀνωνύμως editus, cujus Autorem illum esse conjicio.

ALBERTUS FRIDERICUS TOPPIUS, Aulæ Holsato-Norburgicæ, ab A. 1639., Ecclesiastes, & Parochiæ deinde Bergensis, in Ducatu Lüneburgico, ab A. 1653., Pastor.

Christliche Leichpredigt über Nicolaum Brand, Pastorem zu Erken auf Alsen, aus Ps. XLII. 1-7. Lubecæ 1649. in 4.

PHILIPPUS JULIUS TOPPIUS, Norburgo Alsensis Alberti Friderici, modo memorati, filius, Pastor in Dioecesi Lüneburgici Ducatus Lünensi Einenbüttelanus, d. 10. Sept. A. 1680. inauguratus. V. *Nova Lit. Germanica, M. Aug. A. 1703., p. 320., & M. Majo A. 1704. p. 197.*

Acht Kennzeichen der Seligkeit, aus Matth. V. 2-12. vorgestellt: Samt einem Anhange von Gewißheit der Seligkeit. Hamburgi 1697. in 12.

Schrifftmäßige Betrachtung der unerkandten Sünden der Welt. Hamb. 1699. in 8.

Hochnöhtige Christenthumsfragen von der Buße, nebst einem Sündenregister, und etlichen Gebeten vor dem Gebrauche des H. Abendmahls. Hamb. 1703. in 12.

Göttliche Erleuchtung, nebst einem Anhange von der Gütigkeit gegen den Nechsten. Hamb. 1704. in 12. Commendatur a Val. Ern. Löschero (phrases tamen illius aliqvas censura notante), in den Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. V. A. 1711., p. 616.*

Rechte Anwendung der ietzigen kurtzen Lebenszeit, und Christliche Vorbereitung zur seligen Ewigkeit, aus Sprüchen der H. Schrift. Hamb. 1708. in 12.

Heilige Sterbekunst. Hamb. 1709. in 12. (*Catal. nund.*)

Abbildung der Ewigkeit. Hamb. 1709. in 12.

M. GEORGIUS TRAJECTINUS, Hamburgensis, Johannis, Ecclesiastæ Petrini, filius, scholæ patriæ Conrector, in locum Henn. Conradini, d. 26. Oct. A. 1584. electus, ac peste A. 1605. mortuus; Poeta non inelegans. V. de illo Henn. Conradini in ejus cum Maria Prætoria nuptias Epithalamium, *in Poematis p. 56.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1124.*, & M. Dav. Sculteti (a qvo perperam *Gregorius* vocatur) Hamburgischen von der Schulen zur Kirchen beruffenen Prediger *p. 10.*

Idyllion in nuptias Georg. Buschii, civis Hamburgensis. Rostochii 1586. in 4.

Carmina alia, sparsim diversis publicata temporibus.

Ciceronis Partitiones Oratoriæ, in usum scholæ Hamburgensis ab eo editæ, & in capita distinctæ. Hamburgi 1591. in 8.

ADAMUS TRATSIGERUS Junior, Senioris ὁμώνυμος, Cancellarii Holsato-Gottorpiensis (*de qvo Tomo seqventi dicetur*), filius vel cognatus, J. U. Lic. & causarum forensium in Curia aulica Gottorpiensi, circa A. 1633., patronus, a Nicol. Scribonio (*Lib. II. Lusuum Anagramm. Gottorp. p. 50.*) hoc commendatus Anagrammate:

Adamus Tratsigerus. * *Sed tu gratus amaris.*

Discursus Historico-Politicus de lamentabili civitatis Magdeburgensis excidio, qvem ab illo, sub ficto AMANDI della CROCE nomine, publicatum esse Joach. Morsius (*in Albo MS. f. 765.*) testatur.

ADAMUS TRATSIGERUS III., J. U. Lic., in civitate A. 1664. (qvo *Seriem Senatus Hamburgensis* edebat *Chronologicam*) commoratus Stadensi, nepos fuit, uti conjicio, Ad. Tratsigeri Senioris, Cancellarii e Syndico Hamburgensi Holsatici. Aviam suam e familia Zeveniorum Hamburgensium consulari fuisse oriundam, multisqve se a Senatu Hamburgensi affectum esse beneficiis, ipsemet in *Seriei* modo dictæ fatetur proœmio.

Series, oder Kurtzer Begriff, von der Succession der Herren Bürgermeister und Senatoren zu Hamburg, und wie dieselbe, von dem Jahre Christi 1189. biß 1663., in den Rahtstul, und andere Aempter, sind erwehlet, an frembde Potentaten verschicket, andere Commissionen der Republic zum Besten glücklich verrichtet, und in welchen Jahren sie gestorben; auß uhralten Annalibus berühmter Stadt verfasset und zusammengezogen. Stadæ 1664. in 4. V. de illa *Partem IV. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 12., p. 547.*

JOHANNES TREIBBENACH, Hamburgensis.

Fortuna humana & Dei providentia, sive Prudentia vitæ humanæ & æternæ, Liber tripartitus. Liber I. ostendit, qvibus modis fortunam obseqventem asseqvamur; Lib. II. qvo pacto cum eadem versoria conversemur; Lib. III. Providentiam divinam, per qvinqve mundos distinctos Locorum Theologicorum, Logice & Theologice tractat: Hamburgi A. 1633. & 1634. in 4. Opus ἀμέθοδον, & scriptoris sui ubiqve prodens ἀκρισίαν, cui M. Joh. Neucrantzius, exempli, qvod ego pervolvi, possessor, αὐτόχειρ censuram hanc adscripserat: *scriptum illud esse sine stylo Latino sive Philologico, sine filo divino sive Theologico, ac proinde superiorum censura & dissensu maxime dignum fuisse; Autorem autem, tanqvam juvenem, maturo caruisse judicio, Chiliastamqve extitisse, uti e præfat. prolixa ad Senatum Hamburgensem, pag. XXXX. 1. a., pateat.*

ADAMUS TRIBBECHOVIUS, Lubecæ d. 11. Aug. A. 1641. natus, patrem habuit Justum, Scholæ publicæ Præceptorem (*de qvo postea dicetur*), matrem vero Annam, M. Adami Helmsii, Pastoris Petrini, Ordinisqve Ecclesiastici Senioris, filiam. Divina ope & in matris, cui gravidæ varia occurrebant prodigia, servatus est utero, & salvus, licet vix nato aliæ mali dæmonis imminerent insidiæ, lucem aspexit (1.). Studiorum humaniorum duces, præter parentem, in Athenæo patriæ, habuit M. Seb. Meierum Rectorem, Henr. Bangertum, Conrectorem, Jacobumqve Kockertum ac Joh. Poltzium, Subrectores, & Bangerti imprimis prælectiones magno cum fructu audivit Historicas. Ab his in Academiam A. 1659. dimissus Rostochiensem, curriculum Theologicum, J. G. Dorschei illic, Herm. Schuckmanni, Casp. Mauritii, Henr. Mülleri & Aug. Varenii, ductu inchoatum, A. 1660. in Julia, Balth. Cellarii (hospitis sui), Gerh. Titii, Joach. Hildebrandi & Frid. Ulr. Calixti, auditor assiduus, feliciter continuavit, & in reliqvis etiam Polymathiæ partibus, Herm. Conringium, Christoph. Schraderum & Andr. Frölingium, doctores adeptus, insigniter profecit. Præter Scriptores, qvos hactenus in deliciis habuerat, profanos, veteres ibidem Ecclesiasticos, qvorum magnus deinceps fuit helluo, cœpit evolvere, Calixti, in Collegio peculiari, illorum & historiam tradentis, & monumenta libraria, e Bibliotheca parentis locupletissima, auditoribus exhibentis, fidelem secutus χειραγωγίαν. Helmstadio A. 1661. a Dav. Gloxino, J. U. D. & Consule, ut filii superstitis unici, Antonii Henrici (J. U. postea Doctoris & Consiliarii Cæsarei), studia gubernaret, in urbem revocatus est patriam. Hunc, stipendio Schabbeliano ab ejusdem parente, affiniqve illius, Henr. Schabbelio, Consule Wismariensi, donatus Theologico, Rostochium deduxit, & supremos illic Philosophiæ honores d. 23. Apr. A. 1662. obtinuit (2.). Inde, scholæ patriæ Conrectoratu & Gymnasii Colbergensis Rectoratu, qvod eruditionem a se Theologicam accuratiorem Testamenti exigerent leges Schabbeliani, recusatis, Giessam, Men. Hannekenii, Superint. Lubecensis, svasu, perrexit, &, cum Theologos cæterosqve Professores Academicos, ac hos inter D. Mich. Siricium, civem & hospitem suum (cujus *Collegii Theologici primam de S. Scriptura Dissertationem* publice est tuitus), aliqvamdiu audivisset, ipsemet alios privatim docere auspicato est aggressus. Prælectionibus certe ac disputationibus crebris brevi ita inclaruit, ut Senatus ei Wormatiensis Gymnasii sui præfecturam, epistola D. Balth. Menzeri junioris, aulæ Hasso-Darmstattinæ Theologi, interprete, offerre non dubitaverit. Prætulit tamen huic, parentis obsecutus desideriis, munus, cujus eodem sibi tempore Joh. Ad. Kielmannus, Minister aulæ Holsato-Gottorpiensis primarius, spem fecerat, in novello Lyceo Cimbriæ Kiloniensi, Academicum. Neqve hæc eum expectatio fefellit. Kilonii enim, M. Oct. A. 1665. (in cujus locum præcedens 1664. ab Henr. Pippingio (3.) perperam substituitur), professionem Ethices extraordinariam, &, vix elapso trimestri, post mortem Mich. Watsoni, sub anni 1666. initium, Historiæ sacræ ac profanæ ordinariam, obtinuit, proximoqve præclare hac functus septennio, in duplici Ordinis Philosophici Decanatu, A. 1668. & 1671., decem Magisterii candidatos gradu hoc ornavit Academico (4.). A. 1672. ad dignitates, in aulis Germanicis, sacras vocatus diversas, Consiliarii munus Ecclesiastici, ab Ernesto Pio, Duce Saxo-Gothano, Wilh. Veerportii & Joh. Franckii, civium, qvi a consiliis huic erant, ac Christ. Kortholti, Theologi Kiloniensis, justas ob causas illud deprecati (5.), commendatione prævia, sibi oblatum, suscepit, ac, post reportatum, Brabevta Kortholto, d. 6. Oct. Doctoris Theologi titulum (6.), Gotham profectus, per qvinqvennium egregie administravit. A. 1677. tandem, post Joh. Christ. Gotteri excessum, a Friderico Principe, Ernesti Pii filio, ditionum suarum omnium Superintendens generalis, Protosynedrii Ecclesiastici Assessor, Gymnasiiqve (in qvo Theologiam docuit) Gothani Ephorus, est constitutus. A. 1680. ædem Augustinianam, Gothæ non tam renovatam, qvam noviter extructam, consecravit, nec multo post inter Legatos, qvi Academiam Jenensem visitarunt, Ducales locum habuit. Cum Nobili præterea Pontificio de sacris conferre jussus controversiis, tanta id fecit eruditione & comitate, ut ipse adversarius, utram magis admirari deceret, ambigere se fateretur (7.). Nuptias d. 10. Aug. A. 1675. (8.) celebravit cum

Sophia

(1.) V. Wilh. Ern. Tentzelii *Parentalia ad funus illius, p. m. 188. 189.* (2.) V. D. G. Morhofii de his Elegidion *in Miscellaneis Poeticis p. 32. 33.* (3.) *in Sacro Decadum Memor. Theoll. renov. Septenario p. 192.* (4.) V. Pet. Musæi *Programma de promotionibus Academicis Kiloniensibus.* (5.) V. *Programma Kiloniense de vita Kortholti funebre.* (6.) V. *Carmina gratulatoria & propemptica Casp. Marchii, Joh. Dan. Majoris ac D. G. Morhofii, Kilonii A. 1672. excusa.* (7.) V. Casp. Sagittarii *Historiam Gothanam pleniorem, c. 7., p. 192.* (8.) V. Sagittarium *l. c., p. 192.*

Sophia Elisabetha, Abr. Giesbachii, Diaconi Gothani aulici, filia, & Thomæ ab Aussen, Inspectoris Ecclesiastici provincialis, vidua. Hæc sex ipsi gnatas (qvarum tres ante parentem obierunt), tresqve masculos, est enixa, ac, hos inter, Johannem, Ordinis Philosophici in Academia Jenensi, circa A. 1700., Theologici autem in Halensi, ab A. 1705., Adjunctum, simulqve Professorem Philosophiæ extraordinarium (1.), ac cœtus tandem Lutherani in Anglia Londinensis Antistitem. Officiis arduis (in qvibus Henr. Fergium, Ecclesiasten antea aulicum, habuit successorem), summa cum laude, per lustra aliqvot, administratis, cum, ob nimiam haud dubie in studiis laboribusqve sacris assiduitatem, annuo ferme ante obitum immaturum, insultibusqve acceleratum apoplecticis, tempore, omnem memoriæ usum ac animi vigorem (uti a Morhofio tunc accepi) jam amisisset, d. 17. Aug. A. C. 1687., ac ætatis 46., demum est immortuus, & spem tam Ecclesiæ, qvam reip. Literariæ, de se ingentem, summo cum bonorum omnium luctu, destituit (2.). Theologus utiqve fuit ἐκ τῶν τυχόντων, sed, sive eruditionis sacræ copiam, ac insignem in antiqvitate Ecclesiastica, historiaqve & literatura omnigena, πολυμάθειαν, sive studium pacis inter doctores Lutheranos conservandæ & restaurandæ laudabile, sive pietatem deniqve infucatam, ac seriam de illius incrementis, degenerisqve Christianismi emendatione, sollicitudinem, intuearis, πολλῶν ἄλλων ἀντάξιος. Illam erudito orbi scriptis ac Diatribis argumenti selectioris approbavit qvamplurimis, istud autem Ecclesiæ consiliis de certaminis, D. Joh. Musæo, Theologo Jenensi eximio, per Abr. Calovium, Professorem Witebergensem φιλοπρωτεύοντα, temere moti, compositione, A. 1680. M. Aprili, Friderici, Ducis Saxo-Gothani, jussu, Orlamundæ, cum D. Joh. Christfrido Sagittario, Præsule Saxo-Altenburgico, duobusqve Musæi Collegis, Fridem. Bechmanno ac Joh. Gvilh. Baiero, per duas sociatis hebdomadas (3.), qvibus, ne in schisma illud Lutheranorum degeneraret, est impeditum (4.). Hujus deniqve testis est luculentissima Epistola ad D. Phil. Jac. Spenerum, Gothæ d. 14. Oct. A. 1675. exarata, e qva, a Spenero (5.) edita, seqventia, Zelum pietatis spirantia incomparabilem, lubet adjicere: *Pia tua desideria scias communia tecum nobis, & pio maxime Principi nostro, non ita pridem defuncto, fuisse, qvin & in consultationem deducta, & post aliqvando cœpta fuisse, etsi non ita feliciter perfecta omnia. - - Disciplina Ecclesiastica est, quam adeo exoptas, quæ constituta bene in provincia hactenus nostra viget, rara avis in terris nigroqve simillima cygno. Addo etiam Catecheticam informationem, quæ, sicubi Zelo ardent verbi Dei ministri, fructu non caruit; ita qvidem, ut opponere liceat pueros aliqvot nostros, qvi flivam tenent, alienigenis qvibusdam S. Ministerii candidatis. Cognita loqvor: neqve enim hic, ubi de gloria divini nominis cernitur, opus est humani operis ostentatione. Unum est qvod doleo, hypocritas non deesse, ubi disciplina acuitur Ecclesiastica. - - Tu, Vir maxime reverende, videris meliora sperare tempora. Utinam! Deus novit, qvantopere nostra deplorem, & aurea antiqva voveam. Nescio autem, qvi fiat, ut, in ferrum intuitus & glaciem hyemis nostræ, non absqve metu sim ingruentium majorum malorum, &, qvod Lutherus vaticinatus est, domesticæ aliqvando futuræ religionis. Non licet chartis credere comperta, atqve ex animo etiam exprimere majores metus; qvin &, si obvia in Academiis, in templis, in prensatione ministerii Ecclesiastici, in aulis, in curiis, in scholis, & adorari se passim sinens mundi idolum, vix a tribus spretum, depingere vellem, defuerit papyrus, atqve alibi etiam nuditatem patris Noachi (an autem pater hic?) revelare viderer.*

Effigies ejus Gothæ, in æde Augustiniana, juxta defuncti sepulchrum, spectatur.

Vitam ejus, justis laudibus additis, enarrarunt:

1. Henr. Fergius, successor, in Sermone in Ps. CXIX. 132. funebri, sub titulo theurer Kirchenlehrer Weh und Wol edito.
2. Wilh. Ern. Tenzelius, *in Parentalibus ad funus illius*, sive Oratione cum D. Augustino ipsum comparante, Sermoni Fergiano adjecta, & in Henr. Pippingii *Sacro Decadum memoriæ Theologorum renovatæ Septenario*, Lipsiæ A. 1705. *in 8.* edito, *Decade II., p. 187-199.*, recusa, ac tandem A. 1719. ab Heumanno novæ editioni *Libri de Doctoribus Ecclesiasticis* præfixa.
3. D. Christ. Kortholtus, Theologus Kiloniensis, *in Programmate*, Disput. inaugurali A. 1672. præmisso.
4. Casp. Sagittarius *in Historia Gothana pleniore*, Jenæ A. 1700. edita, *c. 7., p. 189-194.*
5. Joh. Franc. Buddeus *T. IV. Lexici Historici p. 576.*
6. Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 363-375.*

Phil. Jac. Speneri Epistola ad eum Theologica, suppresso nostri nomine, *in Consiliis Theologicis Latinis* Spenerianis, Francofurti A. 1709. editis, *P. I., Cap. II., Art. III., n. 8., p. 344-347.*, produt.

Conferantur de illo, præter supra jam allegatos, Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 143.*, Erdm. Uhsei *Vitæ Theologorum Sec. XVI. & XVII. Germanicæ p. 967. 968.*, Frid. Ulr. Calixti *Idea editionis Operum Hieronymi p. 5. 6.*, D. G. Morhofii Carmina ad eum gratulatoria, propempticum & funebre, *in Miscellaneis Poeticis p. 32. 33., Autoschediasmatis p. 15. 16. 17. 25. 26.*, & *Operibus Poeticis omnibus, Lib. III. Charitum p. 192. 193.*, ac *Lib. II. Manium p. 538. 539.*, obvia, Christoph. Cellarii Epistola, qva *Portam Syriæ* A. 1682. ei inscripsit, dedicatoria, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogi menstrui Germanici, M. Febr. A. 1692., p. 162. 163., Pars IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbricam, c. 1., §. 4., p. 370. 371.*, Joh. Casp. Wezelii *Pars III. Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 315. 316.* & D. Joh. Fabricii *Pars IV. Historiæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 438. 439.*

ELOGIA.

Lipsiensibus (*in Actis Erud., M. Aug. A. 1684., p. 344.*) *Theologus* audit *de operum Hieronymi editione, uti & de Ecclesia alias, insigniter meritus*; nec non (*M. Febr. A. 1705., p. 63.*) *Vir magnus, & Theologus qvondam celeberrimus.*

Phil. Jac. Spenero (in der Beantwortung des Unfuges der Pietisten, *c. 1., §. 30., p. 41. 42.*) ein wolverdienter Gothischer Theologus.

Frid. Ulr. Calixto (*l. c. p. 5.*) *Vir venerabilis, qvi pietate, an eruditione, præstantior haberi debeat, non satis liqvet.*

Abr. Calovius (*in Lessu Haberkorniano, A. 1676. edito, p. 21.*) Theologis eum orthodoxis *superstitibus annumeravit præcipuis.*

Joh. Gvilh. Baierus, Theol. Jen., *in Epicedio*, his eum metris compellavit:

O multum dilecte Deo, venerande Tribbechovi,
Sanctæ cohortis lumen atqve fulcrum,
Cui morum gravitas, nitor oris & eruditionis,
Famæ perennis gloriam dederunt.

(1.) V. *Nova Lit. Germ., M. Jan. A. 1706., p. 29.* Conf. de ejus vita & fatis Jo. Casp. Wezelii *P. III. Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 316-324.*
(2.) V. Casp. Sagittarii *Memorabilia Historiæ Gothanæ, c. 5., §. 6., p. 51., ac c. 9., p. 74.*, & *Introd. in Hist. Eccl., c. 14., §. 22., p. 316. 317.*
(3.) V. Christoph Henr. Löberi *Indiculum Hist. Eccl. Orlamundanæ p. 18. 19.*, & *Historiam Ecclesiasticam Ephoriæ Orlamundanæ, p. 138. 139. 140.*
(4) teste Autore *præfationis*, Joh. Wigandi *Tractatui Germanico de Neutralibus, seu mediis*, A. 1693. recuso, præfixæ.
(5) in der Beantwortung des Unfuges der Pietisten, *c. 1., §. 30., p. 41. 42. 43.*

D. G. Morhofius juveni de laurea Philoſophica Elegis (*in Miſcell. Poet. p. 32.*) gratulatus eſt ſeqventibus:

Sic tua, noſter amor, celeri petit æthera paſſu
Gloria, & ingenio ſurgit ovatqve ſuo!
Ipſa tibi primos mens altior anteit annos,
Et juvenis poteras anticipare ſenem. - -
Prima tibi nos ſigna damus tituloſqve: ſed ingens
Nominis & decoris tu faber ipſe tui.

Adultiorem, in alio, idem, Carmine (*in Autoſched. p. 15. 16. 17.*), ad ἀνεκδότων ſuorum editionem ita A. 1666. eſt hortatus:

At tu perge tuas, Tribchovi, promere gazas,
Qvasqve tenes clauſas Euclio doctus opes.
Sumimus hos obolos: qvæ reſtant ede talenta,
Qvas, ſi tu dederis, ſemper habebis opes.

Caſp. Sagittario (*in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 14., §. 20., p. 317.*) *Theologus* audit *cum magno bonorum omnium, ſed & ſuo ſingulari dolore, ante diem defunctus*; it. (*in Memorabilibus Hiſtoriæ Gothanæ, c. 5., §. 6., p. 51.*) *Vir longiori vita digniſſimus, &, ſupra religioſiſſimam, qva excellebat, pietatem, non ſolum in Hiſtoria Eccleſiaſtica, ſed & in aliis Theologiæ partibus, exqviſite eruditus*; ac tandem (*in Hiſtoria Gothana pleniore, c. 7., p. 192.*) *Vir, qui tam pie, provide ac diligenter, fecit officium, ut maximis, medioximis, minimis, ex aſſe ſatisfaceret, ac imprimis rara animi moderatione, atqve ex ipſo vultu, magis autem ex verborum infucatorum dulcedine, relucente humanitate, neminem non ſibi devinciret; cujus virtutes fuere raræ, & nonnullæ plane incomparabiles, qvique uti incredibile ſui deſiderium, ita immortalem nominis famam, ubiqve reliqvit.*

Wilh. Ern. Tenzelio, in *Oratione funebri* fuſius ei laudes admenſo uberrimas (*in Diſſ. de Symbolo Athanaſii p. 251.*), *Theologus celeberrimus*; it. (*in Exercc. ſelectis, Exerc. V., §. ult., p. 228.*) *Vir maximæ pietatis doctrinæqve*; nec non (*in Dial. menſtr. Germ., M. Jul. A. 1690., p. 650.*) Ein ſehr gelahrter Mann.

Joh. Frid. Mayero (*in Eclogis de fide Baronii & Bellarmini, ipſis Pontificiis ambigua, Ecl. I., c. 3., p. 82.*) *Vir magnorum in Eccleſiam Chriſti, & rem literariam, meritorum.*

Joh. Frid. Hekelio (*in Notis ad Phil. Cluverii Introd. Geogr. p. 226.*) *Theologus pius, modeſtus & ſumme eruditus.*

Alb. Feldenio (*in Analectis Diſqviſitt. ſacrarum, Or. V., p. 212.*) *Decus Acad. Kilonienſis inſigne.*

Georg. Henr. Götzio (*in Diſſ. de Ritibus Magiſterialibus p. 13.*) *Vir gloria meritorum clariſſimus*, & (*in Commentat. de Joh. Weſſelo p. 9.*) *Lubecenſium ornamentum prorſus ſingulare.*

D. Joh. Fabricio *Parte IV. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 439. Vir* audit *ſanctus & doctus, ſpecimen columenqve reip. Chriſtianæ, in qvo ſtudium fuit uberrimum, cognitio S. Scripturarum exactiſſima, judicium acre &115 terſum, ingenium ad miraculum acutum, qviqve neminem offendit, niſi præpropero obitu.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

α. LATINA.

Theſes variæ Philoſophicæ. Gieſſæ 166.. in 4.

Diſp. Philologico-Phyſica de Bombyce (*Reſp. Joh. Colero, Lubecenſi*). Gieſſæ 1665. in 4. Commendatur a D. G. Morhofio *T. II. Polyhiſt., Lib. II., P. II., c. 45., p. 472.*

Liber de Doctoribus Scholaſticis, & corrupta per eos rerum divinarum humanarumqve ſcientia. Gieſſæ 1665. in 4. Liber hic (e qvo Lipenius, *P. I. Biblioth. Theol. p. 538., Tractatum de Doctoribus Eccleſiaſticis* chimæricum Tribbechovio perperam, velut Kilonii *in 4.* editum, affingendi anſam arripuiſſe videtur), Wilh. Ern. Tenzelio, *in Orat. funebri*, judice, *inter Scripta* Autoris ſui, *velut Sol inter ſtellas, eminet, & non tantum apud eruditos teſtatum fecit, qvid ille poſſet in omni doctrinæ parte, Hiſtoriaqve præſertim ſacra & literaria*, ſed profeſſionem etiam ipſi Kilonienſem, a Principe, cujus nomini eum inſcripſerat, Holſato collatam, promeruit. Commendant eundem Jac. Thomaſius *in præfat. Diſſ. ſuæ de Doctoribus Scholaſticis Latinis*, D. G. Morhofius (*argumentum hoc cum cura tractatum* in eo *eſſe* judicans) *T. II. Polyhiſt., Lib. I., c. 13., p. 74.*, Caſp. Sagittarius (*cedro* vocans *digniſſimum*, &, ut a nimiis tricarum Scholaſticarum æſtimatoribus ſollicite legatur, optans) *in Hiſtoria Gothana pleniori, c. 7., p. 191.*, Joh. Fabricius Jun. (*eximium* appellans) *in Amoenitatibus Theologicis, Diſp. V. de Moderatione Theologica, p. 187.*, Joh. Franc. Buddeus *in Diſſ. de Cultura ingenii, c. 1., §. 17.*, & B. G. Struvius *in Biblioth. Philoſ., c. 3., §. 11., p. 53.* Commendavit etiam, ſed rigoris ſimul in Scholaſticos accuſavit nimii, Joh. Chriſtianus, Baro a Boineburg, *Epiſt. 40. ad Joh. Conr. Dietericum, p. 202.*, ita ſcribens: *Tribbechovii libellus pro vilipendio Scholaſticorum, nuper editus, oſtendit multam & ſupra vulgares modulos lectionem, pluſculum vero prætervidit. Pluris certe æſtimandi ſunt, qvam Zelotæ nonnulli prætendunt.* Liber hic, cum Chriſtoph. Aug. Heumanni, Gymnaſii Göttingenſis Inſpectoris, nova Præfatione de Theologia & Philoſophia Scholaſtica, Wilh. Ern. Tenzelii Oratione de Tribbechovio funebri, & Indice copioſo, Jenæ A. 1719. *in 8.* eſt recuſus. E qva editione ſecunda recenſus illius encomiaſticos Lipſienſes, *in Actis Eruditorum, M. Apr. A. 1719., p. 182. 183. 184.*, ac Val. Ern. Löſcherus, in den Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect. 5. A. 1719., p. 855 - 860.*, exhibuerunt. Chr. Aug. Heumannus, *in Præfatione*, Tractatum hunc qvidem, ob eruditionem, judicium rectiſſimum, methodum commodam, & dicendi genus elegans ſvaviſſimumqve, commendat, ſed ſupplementis qvibusdam omiſſorum indigere, & Autorem a ſententia Philoſophiam ſimpliciter damnantium, omniqve hujus ſtudio Theologiæ cultoribus propemodum interdicentium, erronea haud procul abfuiſſe, judicat.

Poemata duo, Choliambicum & Heroicum, in Academiæ Kilonienſis fundationem, *in Appendice Hiſtoriæ Inaugurationis illius*, ab Alex. Jul. Torqvato Sleſvigæ A. 1666. *in fol.* editæ, obvia.

Diſſ. de Philoſophia morum inter Barbaros, præcipue Orientales (*Sabios ſc., Chaldæos, Perſas, Indos, Sinenſes, Japonenſes, Peguanos & Siamenſes*). Kilonii 1666. in 4. Specimen hæc eſt juſti de Philoſophiæ moralis hiſtoria operis, in proœmio verbis promiſſi ſeqventibus: *Prima hac Diſſertatione Philoſophiæ moralis culturam in Oriente rudi penicillo adumbramus. In illis, qvæ ſeqventur, meridionalium & ſeptentrionalium ſcrinia, ſeu potius ſcriniorum fragmenta, excutiemus. Inde Græcorum ſpolia legemus, &, qvomodo Judæi de morum doctrina philoſophati, & qvid Chriſtiani in illa, aut aboleverint, aut exornarint, diſpiciemus.* Primum hoc operis iſtius (cui *Diſſ.* etiam *de Corruptelis Philoſ. moralis inter gentes, p. 32.* promiſſa, erat acceſſura) ſpecimen commendatur a D. G. Morhofio, in venuſta in laudem Sapientiæ barbaricæ Elegia, illi præfixa, ac *in Autoſchediaſmatis Poeticis, p. 15. 16. 17.*, recuſa, *Tomoqve III. Polyhiſtoris, Lib. I., p. 2.*, Wilh. Ern. Tenzelio (*exqviſitam* illud *ſapere eruditionem, Atheosqve ſummæ convincere impietatis*, judicante) *in Or. funebri p. m. 194.*, Joh. Gabr. Drechslero *in* Ἐυχληϛίᾳ ἐυχεδίῳ *contra Schurmanniam p. 142.*, & B. G. Struvio (cui *Diſſertatio* audit *elegans*) *in Biblioth. Philoſ., c. 8., §. 9., p. 196., & c. 3., §. 2., p. 43.*

Hiſtoria Chiliaſmi, ad gradum Magiſterii obtinendum a Joh. Huld. Heidero, Lindavienſi, defenſa. Kil. 1667. in 4. *Copioſe* in ea *Chiliaſtarum Hiſtoriam eſſe expoſitam* vere judicat Morhofius *T. III. Polyhiſt., Lib. V., p. 68.*

Diſp. de Defectu luminis naturæ, in aſſeqvendo auguſtiſſimo SS. Trinitatis myſterio, ex veterum Philoſophorum ſenten-

fententiis, & antiqvis monumentis, propofita, ac ab Ad. Laur. Nicolai, Lubecenfi, Magifterii Candidato, defenfa. Kil. 1667. in 4. *Luculenta* eft, judice W. E. Tenzelio, *in Orat. funebri p. m. 194.*

Difp. Metaphyfica de Angelis, Refp. Matth. Frifio, Magifterii Candidato. Kil. 1668. in 4.

Difp. de Concurfu Dei, Refp. Joh. Frid. Hafenmüllero, Mag. Cand. Kilonii 1668. in 4.

Difp. de Impofitione manuum, ex Hebræorum & Chriftianorum monumentis inftituta, &, ad gradum Magifterii obtinendum, a Joh. Baudewino, Stralfundenfi, defenfa. Kil. 1668. in 4.

Difp. de Ordine fuperiorum poteftatum Ecclefiafticarum veteris & florentis Ecclefiæ, Refp. Joh. Chr. Hafenmüllero, Mag. Cand. Kil. 1668. in 4.

Difp. Hiftorico-Philologica de Apparitionibus Spirituum, fub habitu certarum perfonarum, ad Act. XII. 15., a Nicol. Nohthelfero, Noribergenfi, Mag. Cand., defenfa. Kil. 1668. in 4.

Veritas Creationis mundi, prout a Mofe eft defcripta, in traditionibus gentium, & vetuftiffimis profanæ antiqvitatis monumentis, ad convincendos Atheos, oftenfa. Kil. 1668. in 4. Recufa in Thomæ Crenii *Fafciculo I. Differtationum Hiftorico-Critico-Philologicarum*, Roterodami A. 1691. *in 8.* edito. Diff. hanc eruditam, & a Joh. Andr. Schmidio etiam, *in Difq. de Ovo mundano, c. 1., §. 10., p. 21.*, commendatam, editionis pofterioris occafione, partim recenfu prolixiori, partim mentione honefta, dignati funt Lipfienfes *in Actis Erud., M. Jul. A. 1691., p. 335. 336.*, Coufinus *in Diario Erud. Parifienfi A. 1695. Gallico, Ephem. 30., p. 532. 533.*, W. E. Tenzelius *in Dial. menftr. Germ., M. Febr. A. 1692., p. 162. 163.*, & Chauvinus *in Novo Diario Erud. Roterodamenfi Gallico, M. Jan. A. 1694., p. 117-122.*

Exercitationes V. ad Cæfaris Baronii Annales Ecclefiafticos, ubi defiit If. Cafaubonus, in Acad. Kilon propofitæ. Kil. 1669. in 4. Adjectæ poftea etiam D. Chrift. Kortholti *Differtationibus VII. Anti-Baronianis*, Lipfiæ A. 1708. *in 4.* recufis. Examen illæ narrationum *Tomi I.* Baroniani in A. C. XXXIV. num. 222. (numerum 221., in qvo Cafaubonus fubftiterat, feqvente) inchoant, & ad num. 287. ejusdem anni tantum continuant. D. G. Morhofius hoc Autori applaufit Epigrammate, *in Autofchediafmatis* etiam *Poeticis, p. 21. 26.*, obvio:

Scilicet ifta tuis reftabat gloria coeptis!
Hæc erat ingenio digna palæftra tuo!
Te, Cafauboni qvi facra refumeret arma,
Exhibuit dignum Cimbrica Mufa ducem.
Caufa Dei eft; ifto pugnabitur aufpice: non hic
Subfidiis deerit Cimber Apollo fuis.
Ibis in Annales noftros Annalibus iftis,
Hosqve per Annales fama perennis erit.
Nam qvot continuas labor hic tibi crefcit in horas,
Annos tot pariet fertilis hora tibi.
Dum novus annus adeft, Annales excutis iftos,
Qvi generant famæ fecula longa tuæ,
Qvæ non fumma dies, qvæ nulla obliterat ætas,
Qvæ non Lethæis abripiuntur aqvis.

(Conf. ejusd. *T. III. Polyhift., Lib. IV., p. 35.*) Cafp. Sagittarius, *in Introd. in Hift. Eccl., c. 14., §. 20., p. 317.*, ita de illis: *Qvanta variæ rariorisqve doctrinæ feges in his Exercitationibus collecta fit, deprehendent omnes illi, qvibus volupe eft easdem cum cura legere: fic ut non immerito doleamus, Autorem, tum per occupationes alias, tum nova illa in Thuringia munera, ab tam utili labore fuiffe abftractum.* Commendant easdem Lipfienfes *in Actis Erud., M. Apr. A. 1692., p. 156.*, Joach. Fellerus (a qvo nofter Scriptor eft vocatus *aufu non impare grandia nectens orfa Cafaubonidæ*) *in Poemate de promotione Magiftrorum Academica Lipfienfi p. 73.*, Conr. Sam. Schurtzfleifchius (qvo judice is *non pigendam, in confutando Baronio, operam navavit*) *Epift. 440., p. 688.*, Joh. Frid. Mayerus *in Eclogis de fide Baronii & Bellarmini, Ecl. I., c. 3., p. 82.*, & G. H. Götzius *in Specim. Bibliothecæ Anti-Pontificiæ clarorum Lubecenfium p. 15.* Recenfum illarum, ex editione anni 1708. Lipfienfi, invenies *in Ephemeridibus eruditorum anni 1709. Gallicis, M. Dec., Ephem. 52., p. 491-497.*

Exerc. Hiftorico-Philologica de figno Crucis, Refp. Joh. Uppendorfio, Magifterii Candidato. Kil. 1670. in 4.

Difp. de caufis & ratione formali Virtutis in genere. Kil. 1670. in 4.

Mofis Mizraim, Ægyptiorum Ofiris, Diff. Hiftorica defcriptus, Refp. Andr. Lonnero, Magifterii Candidato. Kil. 1671. in 4. Commendatur a W. E. Tenzelio *in Dial. menftr. Germ., M. Jul. A. 1690., p. 650.*

Difp. de Commerciis. Kil. 1672. in 4. Commendatur a D. G. Morhofio *T. III. Polyhift., Lib. IV., p. 33.*

Difp. Theol. Inaug. de Jefu Chrifto, Domino ac Deo noftro, unica via, veritate, vita, ad dictum Joh. XIV. 6., Præfide D. Chrift. Kortholto propofita. Kil. 1672. & 1680. in 4. (Henn. Wittenius, *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 143.*, perperam ex unica hac duas fabricatur difputationes, alteram *de J. C. unica via, veritate & vita ex Joh. XIV. 6.*, alteram *de J. C. Domino ac Deo noftro.*)

Regnatricis prudentiæ Augufti exemplum, in novo Imperio qværendo, conftituendo & tuendo, Diff. peculiari propofitum, Refp. Cajo Alefeldio. Kilonii in 4.

Difp. de Intellectu. Kilonii in 4.

Memoria D. Menonis Hannekenii, Superintend. Lubecenfis, pofteritati confecrata. Lubcæ 1673. in 4.

Hiftoria Naturalismi, a prima fui origine, ad noftra usqve tempora, per fuas claffes deducta, &, poft obitum Autoris, a filio ejus, M. Joh. Tribbechovio, edita. Accedit D. Joh. Diecmanni Schediafma inaugurale de Naturalismo Joh. Bodini, ob argumenti affinitatem recufum. Jenæ 1700. in 4.

β. GERMANICA.

M. A. T. P. (*i. e. M. Ad. Tribbechovii, Profefforis*) Abbildung seliger Heimfahrt aus dem zeitlichen in das ewige Leben, wie selbige, nach dem Exempel Simeons, müsse beschaffen seyn, bey der Leichbegängniß Dav. Gloxins, J. U. D. und Bürgermeisters zu Lübeck, vorgestellet. Lubecæ 1671. in 4.

XIV. Andachten vom ewigen und himlischen Freudenleben, zusammengezogen aus D. Phil. Nicolai Freudenspiegel des Ewigen Lebens; Samt etlichen nützlichen Vorerinnerungen: Auf Fürstlichen Befehl abgefasset. Gothæ 1674. in 8. Libellus ἀδέσποτος, qvem a Tribbechovio, juffu Ernefti Pii, Ducis Saxo-Gothani, effe concinnatum, W. E. Tenzelius (*in Dial. menftr. Germ., M. Oct. A. 1693., p. 789.*), Cafp. Sagittarius (*in Hiftoria Gothana pleniore, c. 7., p. 193.*) & Vinc. Placcius (*T. I. Theatri Anon. & Pfeudon., c. 11., p. 437.*), docuerunt.

Die Gecreuzigte Liebe; das ist: Andächtige Betrachtung einer Gläubigen Seele, über die Historie des bittern Leidens und Sterbens Jesu Chrifti, wie solche von den IV. Evangeliften ist beschrieben; auf Fürstl. Befehl (*Erneſti*, Herzogen in Sachsen) ausgegeben. Gothæ 1676. in 8., Lipfiæ 1695. 1701. 1718. in 8. *Libellus meditationum egregius*, judice Georg. Henr. Götzio *in Principe Commentatore Biblico p. 8.*

Leichpredigt über Erneftum, Herzogen zu Sachsen-Gotha, aus Joh. XI. 25. Prodiit, cum aliorum parentationibus, in der Wolverdienten Ehrenseule Herz. Ernsten in Sachsen, Gothæ A. 1680. *in fol. Reg.*

Leichpredigt über Magdalena Sibylla, Friderici, Herzogen zu Sachsen-Gotha, Gemahlinn, aus Rom. VIII. 38. 39. Gothæ A. 1681.

Sermones alii in 2. Tim. IV, 7., pluraqve loca Biblica, funebres, ab Henn. Wittenio, *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *p. 143.*, memorati.

II. ALIENA.

S. Hieronymi Stridonensis Opera omnia, cum notis & scholiis variisqve lectionibus, Desid. Erasmi Roterodami, Mariani Victorii Reatini, Henr. Gravii, Frontonis Ducæi, Latini Latinii, aliorumqve, subnexis item IV. Indicibus, 1. Locorum scripturæ expositorum, 2. Capitum doctrinæ fidei, 3. Miscellaneorum moralium, Historicorum & Philologicorum, 4. Pericoparum Evangelicarum anniversariarum explicatarum: Autoritate & sumptibus Friderici, Ducis Saxoniæ, diligenti studio revisa, a mendis repurgata, atqve ex collatione probatissimorum exemplarium, præsertim Basileensis Erasmi, Romani Mariani Victorii, & Parisiensis novissimi, plene & curate Tomis XII. edita. Francofurti 1684. in fol. Editioni huic, se & hortatore Principis sui susceptæ auspiciis, & curatore præcipuo publicatæ, in Tomis IX. prioribus e Basileensi Desid. Er. Roterodami Frobeniana expressæ, & ejus textum ac ordinem ubivis, absqve mutatione ulla, servanti, solisqve locorum S. Codicis allegatorum (qvos nulla hactenus editio exhibuerat) capitum versuumqve numeris in margine auctæ, Tribbechovius Epistolam suam ad Fridericum, Ducem Saxo-Gothanum dedicatoriam, ac præfationem, cum Bernh. Zechii, Secretarii Ducalis, Evolutione Insignium Principis sui Heraldica, præfixit. Tomis IX. prioribus scripta Hieronymi omnia, eadem serie, qva in Basileensi Erasmiana, Tomis comprehensa totidem, cum Erasmi in Tomos IV., Brunonis autem & Basilii Amerbachiorum in qvinqve reliqvos, præfationibus ac scholiis, exhibentur. Decimus Mariani Victorii Vitam Hieronymi, & in omnia illius opera annotationes, Henr. autem Gravii, Front. Ducæi & Latini Latinii, in Epistolas scholia & observationes, ex editionibus Romana ac Parisiensi depromptas, Undecimus Francisci a Messana *Loca S. Hieronymi difficilia*, & Ferd. Vellosilli, Episc. Lucensis, *Advertentias Theologiæ Scholasticæ in opera Hieronymi*, ac Duodecimus deniqve IV. Indices, supra laudatos (qvos inter tres priores M. Joach. Christ. Ludovico debentur, qvartus autem Joh. Henr. Sprögelio, Diacono aulico Qvedlinburgensi), continent. Longe plura de splendidissimæ hujus editionis historia, ordine ac prærogativis, suggerent Frid. Ulr. Calixti, Theologi Helmstadiensis, *Idea illius*, prodromi instar, seorsim Helmstadii A. 1684. *in 4.* edita, & Recensus ejusdem, tam prolixior, *in actis Erud. Lipsiensibus, M. Aug. A. 1684., p. 343-348.*, qvam breviores, in Abbatis de la Roqve (Electoris eam Saxonici prodiisse sumptibus falso persvasi) *Diario Erud. A. 1685. Gallico, Ephem. IV.*, *p. 51.*, ac Pet. Bælii *Novellis reip. lit. Gallicis, M. Jun. A. 1686.*, *p. 695.*, obvii.

Bartholomæi Platinæ Inventarii Bibliothecæ Sixti IV., Pontificis (qvod MS. in Bibliotheca ejus latuit), Sciagraphia, Jenæ A. 1706., in B. G. Struvii *Fasciculo IV. Actorum literariorum ex MSS.*, *num. I.*, edita.

INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Fragmentum Commentariorum in universa Biblia. V. C. Sagittarii *Hist. Gothanam plen.*, *c. 7.*, *p. 194.*

Summaria & Porismata in Psalmos Davidicos, ad praxin vitæ manuducentia. V. Sagittar. *l. c.*

Fragmentum Systematis Theologiæ, ibidem a Sagittario memoratum.

Collatio Theologiæ Gentilis cum divina, qvam *non tam affectam, qvam confectam*, esse A. 1667. jam, *in Historia Chiliasmi, c. 1.*, *§. 1.*, est testatus.

Specimen Theologiæ Gentilis de statu Animarum post mortem, fine seculorum, & poenis præmiisqve æternis, *in Catalogo nundin. vern. A. 1665. Lips. p. 38.* promissum.

Historia Adami, cujus editionem Thom. Crenius, *in præfat. Fasciculi I. Disseri. Historico-Critico-Philologicarum*, A. 1691. editi, optavit, solum autem titulum & σκιαγραφίαν, Kilonii concinnatam, superesse, W. E. Tenzelius, *in Dial. menstr. Germ.*, *M. Febr. A. 1692.*, *p. 163.*, docuit.

Collatio Historiarum S. Codicis cum fabulis Gentilium, de qva hæc ipsemet Diatribæ *de Veritate Creationis mundi p. 18.* inseruit: *Qvod si & tenuis nostra hic allegari opella mereatur, affirmare certe ausim, ne unicam qvidem alicujus momenti historiam (sunt autem omnes permagni) in S. Scripturis occurrere, cujus transcriptum exemplum, in profanis gentium scriptis non deprehenderim.* Imo, Tenzelio, *l. c. p. 163.*, teste) affirmare est solitus, nullum in toto V. T. caput occurrere, cujus historiæ doctrinæqve vestigia aliqvot, in Gentilium ritibus ac scriptis, non inveniantur. Confer de illa *Hypomnemata* nostra *ad T. III. Polyhistoris Morhofiani p. 124. 125.*

Tractatus de Chiliasmo, qvem post obitum autoris superfuisse amicus mihi retulit.

Refutatio librorum Edv. Herberti de Veritate & religione Gentilium, qvam MS. superesse testatur, & *elegantem* vocat, B. G. Struvius *in Introd. ad notit. rei lit.*, *c. 9.*, *§. 20.*, *p. 458. 459.*

Exercitationum ad Cæs. Baronii Annales Ecclesiasticos Continuatio, frustra aliqvoties promissa.

Historia Ecclesiastica, a Lutheri reformatione ad nostra usqve tempora, adversariorum etiam in illa errores refutatura, cui, Germanice conscribendæ, Ernesti Pii, Ducis Saxo-Gothani (a qvo, teste Christoph. Arnoldi ad Jobum Ludolfum Epistola, Christ. Junckeri *Historiæ Ludolfi p. 194.* inserta, hoc fine Kilonio erat evocatus), jussu, manum admovit, sed in limine illius substitit. V. W. E. Tenzelii *Or. funebrem p. m. 197.*, & Casp. Sagittarii (Fragmentum hujus eum reliqvisse monentis) *Historiam Gothanam pleniorem, c. 7.*, *p. 194.*

Criticus Hieronymianus, una cum aliis ad Hieronymum Exercitationibus, in qvibus de Hieronymi vita, studiis, scriptis, genuinis pariter atqve spuriis, editionibus, commentatoribus, autoritate, & orthodoxia secundum omnes fidei articulos, disqviritur, & simul in Francisci a Messana *Difficultates*, ac Ferd. Vellosilli *Advertentias* in Hieronymum, stricturæ delineantur. Promissus est A. 1684., *in præfatione editionis Operum Hieronymi.*

Memorabilia Historiæ Seculi P. N. C. duodecimi, cum Annotationibus insigniorum qvorundam errorum, ab indoctis & heterodoxis rebus vere gestis admistorum; qvæ se editurum esse, & publicis explanaturum prælectionibus, *in Catalogo Lectt. Acad. Kiloniensi*, A. 1670. est pollicitus.

Historia Philosophiæ gentium potiorum moralis. V. qvæ de specimine ejus, sive *Diss. de Philosophia morum inter Barbaros orientales*, A. 1666. edita, diximus. Conf. *Hypomnemata* nostra *ad T. III. Polyhistoris Morhofiani p. 119.*

Editio nova omnium S. Aurelii Augustini, Episcopi Hipponensis, Operum, Notis, Commentariis, observationibus variisqve lectionibus, Des. Er. Roterodami, Joh. Lud. Vivis, Leonh. Coqvæi, Latini Latinii, aliorumqve, ipsius in lectionem librorum Augustini Introductione, inter alia doctorum Virorum de singulis expendente Judicia, Indicibusqve, tum veteribus aliis, tum qvinqve novis locorum Scripturæ, capitum doctrinæ fidei, virtutum & vitiorum, insigniter dictorum, scholiorumqve, instructa, diligenti studio revisa, a mendis repurgata, atqve ex collatione probatissimorum exemplarium, Basileensium, Antwerpiensis, novissimi Parisiensis, ac Supplementi Vigneriani, plenior atqve accuratior reddita; qvam, Friderici, Ducis Saxo-Gothani, auspiciis & sumptibus, ipsiusqve cura, prodituram, præter *Catal. nund. Lips. A. 1681. vernalem p. 3.*, Frid. Ulr. Calixti (aliorum etiam Patrum opera, Ducis ejusdem impensis, eademqve ratione, illustrata, jubentis expectari) *Idea editionis operum Hieronymi p. 4.*, est pollicita.

JUSTUS TRIBBECHOVIUS, Mollenæ, oppido Lubecæ vicino, A. 1608. natus, Scholæ initio patriæ Rector, & Lubecensis deinde (in qvam, commendante eum Joh. Kirchmanno, A. 1638. evocabatur), per lustra VII., Hypodidascalus, octo liberorum, &, hos inter, Adami, Theologi eximii (*modo celebrati*), ex Anna, M. Ad. Helmsii, Pastoris Petrini Lubecensis, filia, parens, d. 8. Jul. A. C. 1674., ætatisqve 66., vivis excessit. Symbolo delectatus est seqventi, ad prænomen alludente: *Justitia tutior metallo.* V. de illo Collegarum *Epicedia*, Casp. Sagittarii (cui *Vir pius doctusqve* audit, *ac Poeta nobilis*) *Historiam Gothanam pleniorem, c. 7., p. 190.*, Henr. Bangerti *Catalogum Præceptorum scholæ Lubecensis*, & J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec., c. 14., p. 366. 367.*

Carmen de Pentecoste. Lubecæ 1650. in 4. (*Catal.*)

Carmen Heroicum de Jona, ejusdemqve fato, cui brevibus subjicitur, qva ratione ille Christi sepulti, & in vitam revocati, typus fuerit; A. 1655. in schola Lubecensi recitatum. Lubecæ in 4.

Ἔπος συγχαριστικόν, cum olea, qvam, metro heroico decantatam, Gotschalco a Wickeden, Consuli, & IV. Senatoribus novis, d. 19. Dec. A. 1659. electis, consecravit. Accedunt Notæ Philologicæ. Lubecæ 1659. in 4.

Carmina alia, sparsim edita.

JOHANNES DANIEL TRIBBENIUS, Holsatus, Scholæ Itzehoensis, circa A. jam 1682., Rector, A. 1710 mortuus.

Disp. de Dei attributis, seu prædicatis qvalitativis. in 4. (*Catal.*)

Programmata aliqvot scholastica, discipulorum Orationibus annis præmissa diversis.

PETRUS TROGILLI, Husensis, Parochiæ Witzwortensis in Eiderstadia Pastor, A. 1713. mortuus.

Disp. de custodia Angelorum ab eo conscripta & Præside Joh. Ern. Gerhardo, Th. D. ac Prof. defensa. Jenæ 1665. in 4.

THOMAS TROSTIUS, Lubecensis, patre Davide, scholæ publicæ Præceptore, Kal. Nov. A. 1637. est na-
tus, & a Justo Tribbechovio modo laudato, hujus Collega, matrisqve Annæ Wolfiæ, ante nuptias secundas defun-
ctæ, sponso, educatus. Post studiorum in Lyceo patriæ tyrocinia, Theologiæ & lingvis, qvarum peritissimus fuit,
Orientalibus, Lubecæ initio, Menonis Hannekenii, Superintendentis, auspicus, ac deinde, ab A. 1658., Witebergæ,
ab A. 1663. Hamburgi (ducibus Esdra Edzardo, Davide Cohen de Lara, Rabbinisqve aliis), porroqve Hafniæ, Soræ,
Kilonii, & in Academiis Emporiisqve Batavicis, operam impendit haud infelicem. Lubecam inde reversus, cum iter
Gallicum, laboresqve magnos, & ingenio suo dignos, meditaretur, morte immatura tricenarius A. 1667. expiravit.
V. M. Ad. Laur. Nicolai, Ecclesiastæ Lubecensis, *Delineationem vitæ ac obitus ejus*, Lubecæ A. 1667. *in 4.* editam,
&, ex ista, J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 525-531.*

Panegyricum in laudem Academiæ Kiloniensis novellæ, d. 11. Dec. A. 1666., Kilonii recitavit Hebræum, in lucem,
ni fallor, haud editum. Prodiit tamen Matth. Wasmuhti, LL. Or. Professoris Kiloniensis, *Programma*, qvod illi præ-
misit, septem qvaternionum, Herm. Conringii de lingva Codiceqve V. T. Hebræo sententiis oppositum minus ho-
norificis, Kiloniiqve eodem A. 1666. *in 4.* impressum. In illo, *p. 14.*, noster, allusione ad cognomen cum Mart. Tro-
stio, Doctore Philologiæ Orientalis inter Germanos percelebri, ipsi commune, subobscura, *præclarus* salutatur ejus-
dem *Philologiæ Orientalis cultor, magno nomine & omine sanctioribus hisce studiis, a primis annis, innutritus.*

Conf. de illo *Par. em IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., Cap. I., §. 5., p. 374. 375.*

M. JOACHIMUS HARTWIGUS TURBANUS, Hamburgensis, A. 1704. superstes.

Disp. de Immutabilitate Dei, Præside Georg. Frid. Schröero. Witeb. 1701. in 4.

Disp. de Angelorum existentia, eam ex obsessorum effectibus non posse demonstrari. Witeb. 1701. in 4.

ALBERTUS TWESTRENG, Hamburgensis, Joachimi e Gesa Nigelia filius, A. 1550. in lucem editus,
Med. Doctor Basileæ A. 1581. creatus, febreqve hectica, d. 30. Aug. A. C. 1585., ac ætatis 35., in patria extinctus,
V. Epitaphii ejus in æde Nicolaitana Hamburgensis inscriptionem, in Theod. Anckelmanni *Inscripefi. Hamburgensi-
bus, n. 65., p. 24. 25.*, & Henn. Conradini Epigrammata in obitum illius, *in Poematis p. 190.* obvium.

Elegia prolixa in obitum Matthiæ Rhederi, Proconsulis Hamburgensis, in D. Mich. Rhederi *Memoria Rhederiana*,
Rostochii A. 1581. *in 4.* edita, occurrens, & A. 1710. Hamburgi, *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fa-
bricii, *p. 144-150.*, recusa.

Elegia inauguralis in honorem Vinc. Molleri, J. U. Licentiati titulum Basileæ consecuti. Basileæ 1583. in 4.

Carmina alia, venam haud plebejam prodentia.

ALBERTUS TWESTRENG Junior, Hamburgensis, Bartholdi, Consulis, e Margareta, Alberti ab Eitzen,
Consulari itidem dignitate functi, gnata, filius, d. 3. Jan. A. 1649. in lucem editus, J. U. Licentiati Basileæ A. 1674.
adeptus titulum, patriæ Senator d. 9. Nov. A. 1687., posteaqve Prætor etiam ac Scholarcha, electus, ac d. 4. Aug. A. C.
1707. defunctus. Plura de vita ejus V. in Joh. Alb. Fabricii *P. I. Memoriarum Hamburgensium p. 388. 490. 491.*

Disp. Inaug. de officio Magistratus. Basileæ 1674. in 4.

EBERHARDUS TWESTRENG Senior, Hamburgi A. 1543., patre Joachimo, matreqve Gesa Nigelia,
natus, Germaniam, Galliam & Italiam, itinere peragravit literario, & Patavii, cum A. 1575. illic viveret, Theod. Mol-
lero, civi suo ac consobrino, monumentum (cujus inscriptio supra est exhibita) erexit Epitaphium. Doctrina
insigni sibi comparata, ac titulo J. U. Licentiati Basileæ A. 1578. reportato, Spira (ubi Praxeos forensis causa aliqvam-
diu substiterat) Hamburgum redux, eodem A. 1578. Secretarii, deinde vero Protonotarii, hinc d. 21. Febr. A. 1601.
Senatoris, & tandem, post legationes plurimas, A. 1606. Consulis, dignitates obtinuit. A. 1608. (juxta Epitaphii in-
scriptionem), vel 1609. (juxta Ad. Traffigeri Jun., Gerh. Schröderi, Adelungii, & aliorum, fastos Hamburgenses Se-
natorios), d. 22. Junii, cum e curia domum rediisset, ac tempore pomeridiano rhedam, hortum petiturus suburba-
num, conscenderet, Apoplexia est correptus, & hac d. 22. Julii, annos 65. natus, expiravit. E conjuge Gertrude Mol-
leria, Johannis filia, post annorum 21. convictum, paulo ante obitum amissa, filios duos, &, hos inter, Senatorem (de
qvo mox dicetur) sibi cognominem, totidemqve gnatas, sustulit. V. de illo Inscriptiones Epitaphii duplicis, in æde
Nicolaitana, tum parentibus fratriqve, tum sibimet ipsi, ab eo erecti, Biographicas, in Theod. Anckelmanni *Inscriptio-
nibus Hamburgensibus, num. 65. & 70., p. 24. 25. 26.*; Ad. Traffigeri Jun. (Epitaphii ipsius itidem recitantis Epigra-
phen) *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam, ad A. 1601., p. 39.*, Henn. Conradini ad eum Epithalamion & Epi-
grammata, *in Poematis p. 115. 191. 307. & seqq.*, Theod. Glazeri *Epistolam ad eum dedicatoriam, iisdem Conradini
præfixam Poematis*, Joh. Alb. Fabricii (venæ etiam illius Poeticæ, post Conradinum ac Glazerum, celebrantis præstan-
tiam) *P. II. Memor. Hamburg. p. 1126. 1129.*, ac *P. IV. Isagoges* meæ *ad Hist. Cimbr., c. 8., §. 12., p. 547.*

Elegia ad Eberh. Mollerum de dignitate Senatoria Hamburgensi gratulatoria, A. 1565. seorsim edita, & A. 1568. *Tomo VI.* Scriptorum publicorum Witebergensium, f. Qq. 1. 2. 3. & 4., recusa.

Conclusiones XXXVII. inaugurales de Cessione bonorum. Basileæ 1578. in 4.

Catalogus Secretariorum Hamburgensium ἀνέκδοτος, a Pet. Lambecio, *Lib. II. Rer. Hamb. p. 242.*, laudatus.

Repetitio Jurium Feudalium, Basileæ A. 1578. scripta, Compendium Decretorum imperialium, memoriæ causa concinnatum, Tabulæ in Ordinationem Cameræ Spirensis, aliaqve Meletemata ac Collectanea MSSta Juridico-Practica, Latina & Germanica, Volumine (qvod Bibliotheca Johannea Hamburgensis asservat) peculiari, Dav. etiam Rorarii, J. U. D. & Advocati Spirensis, Ἐπιβατήριον ad eum, Spira in patriam remigrantem, Elegiacum exhibente, comprehensa.

Henningi Conradini, Conrectoris Hamburgensis, Poemata omnia, ejus auspiciis ac sumptibus, curante Theod. Glazero, Rostochii A. 1607. in 8. prodierunt. Qvam ejus liberalitatem, post Glazerum (*in Epist. dedic.*), Eilh. Lubinum, Joh. Possellum Jun. & Joh. Kirchmannum (*in Carminibus præfixis*), Joach. Henningius, *in Parodiarum Horatianarum præfatione*, deprædicavit.

EBERHARDUS TWESTRENG Junior, Hamburgensis, Senioris, modo laudati, filius, J. U. Lic. & patriæ, ab A. 1614., Senator, A. autem 1616. Prætor, curiam, ob podagram, qva laborabat, raro admodum adiit, eiqve, d. 31. Oct. A. 1622. defunctus, filium Bartholdum, J. U. deinde Licentiatum ac Consulem, e conjuge Magdalena Becmannia, A. 1609. ducta, susceptum, reliqvit. V. de illo Ad. Trafsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg., ad A. 1614., p. 42.*, ac Conr. Rittershusii, Thomæ Segethi & Joh. Huswedelii, ad eum *Epithalamia*.

Disp. de Restitutione in integrum, Præside D. Eberh. Bronchorstio proposita. Lugd. Bat. in 4. Adjectum est ei Dominici Baudii Carmen Heroicum Encomiasticumqve prolixum, *Poematis* deinde illius, Leidæ A. 1616. excusis, ac *Libro* qvidem *Heroicorum, p. 549-554.*, insertum, qvod ipsemet (*Cent. II. Epist. III. ad Joh. Wouwerium p. 251.*) *non pessimum* appellavit.

U.

JOACHIMUS VAGELBUSCH, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, A. 1704. superstes.

Disp. Inaug. de Jure Repressaliorum. Lugd. Bat. 1690. in 4.

M. BARTHOLDUS VAGETIUS, Hamburgensis, A. 1656. in lucem editus, scholæ oppidi ad Albim Bergerdorfiensis, circa A. 1680., fuit Cantor, & deinde (teste Collegarum, Societatibus adscriptorum Zesianis, Catalogo, Witebergæ A. 1685. Germanice edito) Ecclesiastes in urbe Michaelis Archangeli Russica Lutheranus. Poeta erat laureatus vernaculus, sed e κακοζήλων istorum grege, qui in sodalitia Philippi Zesii Poetica (e qvibus ipse Caryophylligeri, agnomine *Fidelis*, sive des Getreuen, impetrato, evasit Collega) confluxerunt, & lingvæ Poesiqve Germanorum heroæ labem suo novaturiendi pruritu aspserunt haud exiguam.

Δρᾶμα Ὀνομαστικὸν, oder Heliconisches Freudenfest, über die Aufnehmung einer vornehmen Castalinne in die Pierische Zunft, in Musicalische Noten gesetzet. Hamburgi 1678. in 8.

Ἐπιθαλάμιον Σαλομωναιομυστικὸν; oder Salomons, des allerweisesten Königes, wunderliebliches hohes Brautlied, über das heilbringende Verlöbniß, und hochzeitliche Freudenfest, des himlischen Bräutigams Messiæ, und seiner außerkohrenen Erdenbraut, auch deren freudenvolle Heim- und Himmeleinführung, nach der H. Grundsprache, schriftmäßig und verständlich, in 40. Liedern über das I. und II. Capittel, erklärungsweise nachgesungen. Hamb. 1680. in 4. Reliqva etiam VI. capita Cantici Canticorum Salomonei similibus se hymnis expressurum esse Germanicis est pollicitus.

M. BERNHARDUS VAGETIUS (qvi Vogelius a Wolfg. Henr. Adelungio (1.) perperam appellatur), Hamburgensis, ædis in patria Nicolaitanæ, in qva infans A. 1548., uti ipse testatur (2.), undis perfusus erat lustricis, postqvam, Scholæ in Cimbria Tunderensis ad A. usqve 1580. fuisset Rector (3.), d. 31. Mart. A. 1581., post M. Dav. Penshornium, Pastor est electus, fratremqve Davidem, ejusdem Diaconum, Collegam habuit. Senior Ordinis Ecclesiastici, post Georg. Stammichii, Antistitis Catharinæi, excessum, A. 1600. evasit, &, cum adulterii A. 1609. a M. Luca à Cöllen, Pastore Jacobæo, ob criminationem hanc sacro privato munere, insimulatus esset, sed haud convictus (4.), vivis die 18. Novembris (in cujus locum a Joh. Alb. Fabricio modo 23tius, modo 13tius ejusdem, substituitur) A. C. 1613., ac ætatis 65., excessit, munusqve sacrum Nicolao reliqvit Hardkopfio. A Philippo Nicolai, Collega (*in Epistola Commentarii de omnipræsente Christo dedicatoria*), *Vir* salutatur *spectatissimus, & angelus Ecclesiæ Nicolaitanæ fidelissimus*, a Joh. Blomio autem (*in Orat. de vita Heur. Vagetii*), ob *singularem gravitatem & splendorem, pietatemqve eruditam*, celebratur. Confer de illo *Catalogum Ecclesiastarum Hamburgensium MS.* ἀδέσποτον, Hier. Pasmanni Hamburgisches Denckmahl *p. 74-77. 80-84.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 621. 869.*, &, qvas is allegat, *Relationes curiosas anni 1707. Hamburgenses, p. 641. & seqq.*

Scriptum de Schola illustri cœnobii Bardesholmensis in Holsatia. Hamb. 1577. in 4. V. *Catalogum Bibliothecæ D. Joh. Frid. Mayeri p. 619.*

Wahrhafter Bericht van dem grüliken und erschreckliken Brande des Thorns to S. Nicolai in Hamborg (*Saxonice*). Hamburgi 1589. & 1656. in 4.

Christliche und richtige Erklärung des VII. IX. XI. und XII. Capittels des Propheten Daniels, in Predigten vorgetragen. Hamburgi 1595. in 4. Recusa deinde (Draudio, Lipenio, Catalogisqve nonnullis, testibus), sub titulo Eines summarischen Begriffes der vornehmsten Historien und Weissagungen Daniels, Magdeburgi A. 1608. in 4.

Eene herlike Predigt S. Bernhardi, geholden am Dage der Verkündigung Mariæ, darinn, under andern, een sehr schön Bild des Göttliken Gerichtes över den gefallenen Minschen vör Ogen gestellet ward; Uth dem Latinischen verdüdschet. Hamb. 1596. in 4. Versio Saxonica Sermonis de Justitiæ & misericordiæ Dei certamine Bernhardini, a Jac. Thomasio commendata, *in Appendice* des Historischen Spruchbuches Joh. Meelführeri, Lipsiæ A. 1682. editi, *ad locum Ps. LXXXV. 11.*

Der Ehrbaaren Fry-Riicks- und Seestäde, Lübeck, Bremen, Hamborg, Rostock, Stralsund und Lüneborg, Christlickes und ernstlickes Mandat wedder de Sacramentschänder, Wedderdöper und Godteslästerer, A. 1535. in Druck uthgegeven; nu wedder uthgeferdiget mit eenem gründlicken Berichte van den vörnemsten Hooftpuncten, in welcken wy mit den Calvinischen strydig sind, in de Leere vam Aventmaal und Person Christi. Hamb. A. 1603. (*juxta Starckium, mox allegandum*) & 1616. in 4. De Mandato hoc Saxonico, Appendice ab eo Anti-Calviniana aucto, V. Herm. Bonni *Chronicon Lubecense, Lib. 3., lit. M. 6. a.*, Zach. Grapii *Rostochium Evangelicum, c. 9., p. 227-242.*, Casp. Henr. Starckii *Vitam Herm. Bonni p. 61. 62.*, & *P. IV. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 5., §. 4., p. 463.*

Homi-

(1.) *in Catalogo Ministrorum Ecclesiæ Hamb.*, *Chronico Hamburg. adjecto.* (2.) *in præfat. Explicationis IV. Capitum Danielis.* (3.) V. Krafftii Append. der Husumschen Kirchen-Hist. *p. 380.* (4.) V. M. Dav. Sculteti Hamburgischen von der Schule beruffenen Prediger *p. 83.*

Homiliæ Latinæ in passionis Christi historiam, A. 1607. habitæ, qvæ in Bibliotheca Hamburgensi publica MSStæ asservantur.

Homiliæ in Esaiam & Epistolam ad Romanos ineditæ, qvarum ipse *in Explicationis IV. Capitum Danielis Epistola* mentionem injecit *dedicatoria.*

M. DAVID VAGETIUS, Hamburgensis, Parochiæ initio Altenwallensis, in præfectura Ducatus Bremensis Ritzbüttelana, Pastor, ædis in urbe patria Nicolaitanæ Diaconus, fratrisqve Bernhardi Collega, d. 3. Maji A. 1584. est electus, die autem 28. ejusdem mensis A. 1618. defunctus. Uxorem habuit Catharinam, M. Joach. Degeneri, Antistitis Petrini Hamburgensis, filiam, paterqve ex hac fuit Joachimi & Henrici, virorum, de qvibus mox dicetur, longe doctissimorum V. de illo *Catalogum Ecclesiastarum Hamburgensium MS.* ἀδέσποτον, Henrici filii *Præfationem Commentarii in* Νυχθήμερον *Joh. Caselii*, Joh. Blomii (*candorem* ejus *fine ambitione, ac pietatem eruditam*, commendantis) *Orat. de vita Henr. Vagetii funebrem*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 872.*

Homiliarum in Periochas Evangelicas & Epistolicas anniversarias, aliaqve loca Biblica, Latinarum VI. volumina, qvæ in Bibliotheca publica Hamburgensi MSSta asservantur.

HENRICUS VAGETIUS, Hamburgensis, Davidis modo laudati e Catharina Degeneria filius, A. 1587., die 25. Dec., Christi servatoris natali, lucem primam aspexit. Studio a parente destinatus Theologico, istud, cum curriculum in patria scholasticum, M. Pauli Sperlingii, Rectoris, Joachimi, fratris eruditissimi, aliorumqve, ductu, absolvisset, Rostochii A. 1607. est aggressus, ac Erasmum simul Stockmannum, Eilh. Lubinum & Joh. Kirchmannum, ad interiora Philosophiæ & Philologiæ adyta habuit hodegos. Philosophiæ ibidem A. 1610. creatus Magister, Witebergam abiit, &, Frid. Taubmanno viam commonstrante, ad Poesin animum serio applicuit, a Dan. Sennerto autem morbo liberatus est gravissimo. Lipsiam hinc salutavit & Helmstadium, atqve istic cum Setho Calvisio ac Joh. Rodenburgio, hic autem cum Joh. Caselio & Corn. Martino, qvorum in se humanitatem publice deprædicavit (1.), familiariter est conversatus. Ex Academiis, qvod sumptibus in illis diutius vivendi destitueretur, domum mature reversus, otium suum Locis communibus augendis sedulo impendit, ac classis postea in schola Hamburgensi tertiæ, per aliqvot annos, egit Præceptorem, simulqve parentis labores seniles Ecclesiasticos sermonibus sacris hebdomadatim sublevavit vicarius. A. 1624. Scholæ eum Michaelitanæ Lüneburgensis fuisse Rectorem, e carmine ipsius in nuptias M. Joh. Molleri, ædis Sp. S. Hamburgensis ministri, tunc scripto, didici. Munere hoc (de qvo Joh. Blomius, Vitæ ejus scriptor, aliiqve, silent) scholastico abdicato, Angliam (qvam in comitatu Joh. Brunonis, Secretarii Lubecensis, A. 1627. ingressus, Patricii Junii, Biblioth. regiæ præfecti, aliorumqve eruditorum, meruit amicitiam), aliasqve regiones exteras, obivit, & juvenibus deinceps aliqvot urbium patriæ vicinarum operam privatim illos docendi honestis locavit conditionibus. Imo a Johanne etiam, Duce Holsatico ac Episcopo Lubecensi, ut in studiis se adjuvaret humanioribus, Eutinum est evocatus, nec sine διδάκτρῳ luculento ex aula dimissus (2.). A. 1629. a Senatu Hamburgensi, suum instauraturo Gymnasium, literas in eo docere jussus humaniores, spartam hanc, ducta A. circiter 1636. uxore (3.), ad mortem usqve; qvæ senem ἄτεκνον d. 4. Jun. A. C. 1659., ætatisqve 72., terris, post morbum semestrem, eripuit, prælectionibus in plerosqve bonos Autores, per sex lustra, ornavit Philologicis. Qvas licet juvenes, uti ipse, cæteros δοκησισόφους, verba se, non res, inculcasse falso criminatos, refellens, haud diffitetur (4.), pauci freqventaverint, Vinc. tamen Fabricius, Consul Gedanensis eruditissimus, & Joh. Blomius, Bibliothecarius Hamburgensis, discipulorum ipsius principes, insigni cum fructu audiverunt, plurimumqve se Philologo huic eximio, in ligata non minus qvam soluta oratione felici, debere grata mente publice sæpius sunt professi. Qvorum judicium cum suis approbaverint calculis Joh. Wouwerius (qvem primum se ad literarum excitasse studia ipse (5.) perhibet), Hugo Grotius, Georg. Calixtus, Dan. Heinsius, Conr. Hornejus, Nicol. Rittershusius, Vinc. Mollerus (*Consul Hamburgensis*), aliiqve ordinis literarii proceres, sua, ob dotes easdem, mores commodos, vitæqve integritatem, ipsum dignati amicitia, voces juventutis imperitæ stolidas facile potuit contemnere.

Plura de vita ejus suggerent, præter ipsius *Præfationem Commentarii in* Νυχθήμερον *Caselianum*, A. 1659. editi, Joh. Blomii, Bibliothecarii Hamburgensis, *de Vita* illius *Oratio*, & de historia obitus *Epistolica* ad Vinc. Fabricium *Narratio*, eidem, Appendicis instar, adjectæ, seorsim vero in M. Reinh. Henr. Rollii *Decade II. Memoriæ Philosophorum renovatæ* (Rostochii A. 1710. *in 8.* edita), *p. 188-251.*, recusæ.

Hug. Grotii Epistolæ ad illum duæ de nuptiis gratulatoriæ, Parisiis d. 31. Oct. A. 1635. & d. 10. Oct. A. 1636. scriptæ, cum Epigrammate in easdem, leguntur in Syntagmate Grotianarum omnium Amstelodamensi, *num. 502. & 668.*, *p. 193. 272.*, Joh. autem Kirchmanni unica, A. 1634. exarata, *in Appendice Epistolarum* Marqv. Gudii, Trajecti A. 1697. editarum, *num. 217.*, *p. 283. 284.* Vinc. Fabricii Cento, qvo eum ad scriptorum suorum hortatus est editionem, Græco-Latinus, ex hemistichiis contextus Homericis, inter *Poëmata* Fabricii, Leidæ A. 1633. *in 12.* excusa, *p. 60.*, & Epistola ejusdem argumenti unica, *in Appendice* illorum, *p. 84-90.*, jam prodierunt; XX. vero Epistolæ aliæ, ab A. 1632. ad 1659. ad ipsum exaratæ, in *Operibus* demum Fabricianis *omnibus*, Lipsiæ A. 1685. *in 8.* publicatis.

Conferantur de illo Henn. Wittenius *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*, *ad A. 1659.*, Vinc. Fabricius *locis, præter jam citata, aliis, mox allegandis*, Nic. Scribonius *Libro IV. Lusuum Anagramm. Gottorp. p. 10.*, Joh. Alb. Fabricius *P. II. Memor. Hamburg. p. 1068. 1074.*, & *Pars IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 10.*, *§. 26.*, *p. 615. 616.*

ELOGIA.

Hugo Grotius (*l. c.*, *Epist. 502.*, *p. 193.*) *Virum* illum vocat *eruditissimum*, ejusqve *candorem animi*, *egregium magnæ eruditionis comitem*, deprædicat.

Vinc. Fabricius (in Epist. ad illum, *in Append. Poem. p. 84-90.* obvia) suum pariter atqve Dan. Heinsii judicium de illo honorificum hisce verbis exponit: *Factum est haud ita pridem, cum ego ad Cl. Heinsium inviserem, ut in sermonem de literis tuis, qvibus me Viro illi primus insinuaveras, & de ipso te, incideremus. Ibi Heinsius: Et qvid ille amicus noster, inqvit: nihilne in lucem protulit, & adsignavit famæ? non enim trivialem in eo esse doctrinam, tunc, cum præsentem aspexi, multis, nec dubiis signis, visus sum deprehendere. Tum ego, esse te, dicere, ut eruditionis absolutum, ita modestiæ &* ἀφιλοδοξίᾳ; *summum, & ex iis, qvi docti esse malunt, qvam videri, tutiusqve ducere, non degenerem animum, & multarum rerum scientiam, secessu tegere, qvam inficeto huic seculo, & iniqvo virtutum censori, imputare.* Idem in Epistola ad Joh. Blomium A. 1659. exarata (*in Opp. p. 379. 380.*), *Virum* cum vocavit *longissima vita dignissimum*, δῖον γέροντα, & προσφιλέστατον καὶ σεβασμιώτατον κάρα; sub initium autem *Differt. de Divitiis* (*ibid. p. 60.*), ita, fictitio Eubuli,

Mmm mmm mm 2

cognati

(1.) *in Or. de Vita Jac. Werenbergii, lit. B. 1. b., & in præfat. Epistolarum Joh. Caselii Rostochiensium.* (2.) *V. Ep. dedic. Commentarii in* Νυχθήμερον *Joh. Caselii, ad Christ. Alb., Ducem Holsatiæ.* (3.) V. Hug. Grotii ad illum *Epistolas*, paulo post allegandas. (4.) *in præfat. Commentarii in* Νυχθήμερον *Caselianum.* (5.) *in Carmine MS. in laudes illius Heroico.*

cognati sui, ornatum nomine, celebravit: *Est Vir ille ita a natura factus, ut nihil omnino, aut jactet, aut præ se ferat; cæterum tam exquisita doctrina excoluit animum, & tam eleganti, ut propemodum videatur nimio nitore peccare.*

Joh. Georg. Dorscheo (*in Programmate de vita Esdræ Edzardi inaugurali, Semestri Miscell Historico-Theol. inserto, p. 206.*) *Vir* audit *exquisitissimæ doctrinæ, & eminenter celebris*; nec non (*in Progr. alio, Disp. Inaug. Gerb. Mohrmanni præmisso*) *Philologus singularis.*

Herm. Conringio (in *Epistola*, Caselianis a Justo Dransfeldio editis, A. 1687. præfixa) *Præstans doctrina apud Hamburgenses doctor.*

Joh. Goesio (*in Sylloge Opusculorum de Westphalia p. 163.*) *Eruditissimus Gymnasii Hamburgensis quondam Professor.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Vita & mors Joach. Vagetii fratris, Oratione peculiari descripta. Lipsiæ 1614. in 4.

Oratio de Vita ac morte M. Jac. Werembergii, Theologi ac Philosophi eximii, Pastoris & Professoris Hamburgensis. Lüneburgi 1625. in 4. Recusa in Joh. Alb. Fabricii *Volumine III. Memoriarum Hamburgensium*, (Hamb. A. 1711. *in 8.* edito), *p. 165-202.*

Programmata Hamburgensia, sparsim publicata.

Carmina plurima, funebria, nuptialia, gratulatoria, &c., seorsim itidem edita, sed digna, qvæ junctim recudantur.

II. ALIENA, EDITA AC ILLUSTRATA.

Sophoclis Ajax lorarius, cum Jos. Scaligeri translatione editus. in 8. (*Catall.*)

Ausonii Eidyllion de ambiguitate Vitæ eligendæ, cum notis & commentationibus editum. Hamburgi 1637. in 8.

Joh. Caselii Epistolæ LXXXVIII. Rostochienses (*ab A. 1562. ad 1588. exaratæ*), bonæ frugis plenæ, qvarum paucæ antehac editæ fuerunt, pleræqve jam demum lucem aspiciunt; ab illo singulari studio conqvisitæ, & in unum qvasi corpus redactæ, serieqve annorum dispositæ. Hamb. 1641. in 8.

Joh. Caselii Epistolarum XXXIII. Rostochiensium Mantissa, qvam altero abhinc anno a se editis subjunxit. Hamb. 1643. in 8. Epistolarum harum Caselii Rostochiensium, suo ipsius sumptu, teste Jac. Burchardo (*in Epistola de Caselii erga bonas literas meritis p. 57.*), ab eo publicatarum, sicut & *Epistolarum* ejusdem *ad Viros Principes ac nobiles*, per Jon. a Fuchte, Theologum Helmstadiensem, Helmstadii A. 1619. & 1623. *in 8.*, gemino editarum volumine, Justus a Dransfeld, scholæ Göttingensis Rector, cui *Epistolarum* Caselii, a Fuchtio & Vagetio non editarum, *Libros XVI.*, ex Autoris erutos avtographo, & Francofurti A. 1687. *in 8.* excusos, jam debemus, in harum *præfatione*, novam, eamqve auctiorem, promisit editionem.

Joh. Caselii Νυχθήμερον, seu Carmen Heroicum (*4. saltem paginarum*) monitorium, de Ratione vitæ & studiorum, tam noctu, qvam interdiu, ab adolescentibus recte instituenda, cum Henr. Vagetii Commentario, & ejusdem argumenti præfatione prolixa, a Joh. Blomio, Hamburgensi, editum. Accesserunt sub finem Desid. Er. Roterodami, & aliorum Virorum doctorum, Carmina qvædam, Johannisqve Blomii Epistola de morte Henr. Vagetii, ad Vinc. Fabricium A. 1659. exarata, ac de Vita ejusdem Oratio. Hamb. 1659. in 8. Recusum est deinde, seu potius, primo tantum octernione mutato, junctum cum Joh. Blomii *Hexaemero*, Hamburgi A. 1673. *in 8.* edito. Commentarius Vagetii in carmen Caselii perbreve prolixus, lectionibus juventuti propositus publicis, a Jac. Burchardo (*l. c. p. 41.*) *luculentus* appellatur. Rud. Capellus *Dissertationem de Scriptione & editione librorum*, e locis illius diversis a se congestam, sub Vagetii nomine, *in Lectionibus Bibliothecariis*, Hamburgi A. 1682. *in 12.* impressis, *Sect. III.*, *n. 2.*, publicavit.

INEDITA.

Varium & elegans Locorum Communium opus, in quo (teste Joh. Blomii *Oratione*, cujus verbis utor, *funebri*) *omnis status, ætatis & ordinis, homines invenient, quo sitim leniant, præsertim cum illuc derivatum sit, qvicqvid est in universa eruditionis humanæ amplitudine magnificum & excellens.* Vinc. Fabricius, in Epistola ad Joh. Blomium, *in Operibus p. 379. 380.* obvia, *summa* illud *industria, nec minore judicio, collectum*, & in volumina complura digestum fuisse, testatur.

Variorum Poematum, maximam partem seorsim editorum, ingens Volumen.

Volumen mediocre Orationum & præfationum, publicis in Autores veteres prælectionibus præmissarum.

Comm. in aliqvot Ciceronis Orationes.

Comm. in Horatii librum de arte Poetica.

Joh. Caselii Epistolæ Helmstadienses, qvarum editionem, *in præfat. Rostochiensium*, A. 1641. qvidem est pollicitus, sed A. 1659., in Νυχθημέρῳ Caseliani prolegomenis, expectari a se, senectutis molestiis, & sumptuum magnitudine, ab ea deterrito, amplius vetuit. Joh. Blomius promisso de iisdem publicandis, *in Orat. de Vita Vagetii* facto, itidem haud satisfecit. Prodierunt tandem, uti supra jam est monitum, Francofurti A. 1687., curante Justo Dransfeldio.

Hactenus recensitis, qvæ a Joh. Blomio, possessore illorum, in *Oratione* enumerata sunt *funebri*, addantur seqventia:

Descriptio Itineris Anglicani, A. 1627. confecti, qvam in Bibliotheca Johannea Hamburgensi MStam offendi.

Comm. MS. in Horatii Carmen seculare, in Bibliotheca Vinc. Placcii, eidem Johanneæ Hamburgensi legata, teste illius Catalogo, obvius.

Carmina in Joh. Wouwerium, Thomam Rhædum, aliosqve Viros eruditos, encomiastica, qvæ in *Albo* Joach. Morsii *MSto*, *f. 468. 469. 609.*, & alibi, leguntur.

JOACHIMUS VAGETIUS, Hamburgensis, Juvenis fuit præcocis admodum ingenii, & peritia lingvarum, Latinæ, Græcæ ac Hebrææ, Historiarum item ac Theologiæ, plus qvam vulgari, insigniqve orationis, & solutæ, & ligatæ, facultate, famam, perbrevi ætatis spatio, adeptus est ingentem, longe majorem, si diutius vixisset, meriturus. Natalem habuit annum Seculi XVI. octuagesimum qvintum, parentesqve Davidem, ædis Nicolaitanæ Archidiaconum, ac Catharinam Degenceriam, cum Henrico fratre natu minore, modo celebrato, sibi communes. E schola patria, in qva Siracidæ Ecclesiasticum, & Passionis dominicæ historiam, Græcis non ineleganter expresserat hexametris (1.), Rostochium est profectus, & istic, triennio in civis sui, Erasmi Stockmanni, Professoris Physici, exacto convictu (2.), suprema Philosophiæ ornatus laurea. Academiam deinde Giessenam (in qva, Balth. Menzero, Theologo, Præside, disputavit), &, hac relicta, magnaqve Germaniæ parte peragrata, Witebergensem, studiorum sedem elegit. Ubi

(1.) teste Henrico fratre, *in præfat. sui in Joh. Caselii* Νυχθήμερον *Commentarii.* (2.) V. ipsius Carmen in obitum Stockmanni, *in Decade Æsmatum philicorum, num. 6.*

Ubi cum A. 1611. doctoribus familiariter innotuisset publicis, &, in Collegiis aliqvot privatis, lingvas Græcam ac Hebræam feliciter docuisset, scholæ Hamburgensis Johanneæ classi secundæ est præfectus, sed paulo post, fato immaturo, & isti, & reip. literariæ, multa atqve egregia a juvene, non πολυμαθεστάτῳ solum, sed & φιλοπόνῳ, frustra sibi pollicitæ, Id. Sept. A. C. 1613., ætatisqve 28., ereptus. Parentavit defuncto frater superstes, Henr. Vagetius, *Oratione de Vita ac morte illius*, Lipsiæ A. 1614. *in 4.* edita. Qvacum conferri possunt Ejusdem *Præfatio in* Νυχθήμερον *Caselianum*, Joh. Blomii *Or. de vita Henr. Vagetii*, isti adjecta, Henn. Wittenii *Appendix Tomi I. Diarii Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1613.*, & *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr.*, *P. IV.*, *c. 8.*, *§. 11.*, *p. 546.*

ELOGIA.

Joh. Caselius eum, in Epistola, A. 1607. exarata (qvæ αὐτόγραφος in Biblioth. Hamburgensi superest), ita compellavit: *Novi te probum, ingeniosum, disciplinarum liberalium præ popularibus studiosissimum, sed præprimis earum literarum (Græcarum), qvas doctissimi homines colunt.*

Sebast. a Bergen, Consul Hamburg., suam (qvæ ibidem asservatur) ad ipsum Epistolam verbis A. 1610. exorsus est seqventibus: *Probavi semper tuam, ab ineunte ætate, accuratam industriam, mores, ingenium, & præcipue pietatem, qvæ, & id genus dona alia, in te, Dei benignitate, lucent.*

Joh. Blomius (*in Orat. cit.*) ita de illo: *Joach. Vagetius, juvenis eruditione supra annos plane stupenda, qvi, ut, in ipso adolescentiæ flore,* ἀώρῳ *fato defunctus, ita dignus est, ut literis, de qvibus bene meruit, memoria ejus conservetur. Nam, ut ea scripta, qvibus editis remp. literariam sibi obligavit, hic omittam, qvot & qvanta ea sunt, qvæ, paucis annis, vehementi studio, multo labore, magna diligentia, summo ingenio, præclare qvidem observata, sed imperfecta, nobis reliqvit! Vere mihi hoc videor esse dicturus, tot ac tanta ea esse, ut, si fata ei vitam in terris tantisper indulsissent, donec omnia, qvæ orsus erat, detexuisset, atqve in commune contulisset, cum summis viris nunc merito esset comparandus.*

Joh. Frid. Mayero (im Evangelischen Hamburg *p. 167.*) audit ein hochgelehrter und vortrefflicher Mann.

SCRIPTA EDITA.

Oratio de Labore & diligentia. Rost. 1605. in 4. (*Catal.*)

Anatolius Horothetes, sive de Regni Turcici periodo Diascepsis, cum Prolegomenis de Religionum, imprimis Orientalium, varietate. Hamburgi 1611. in 8. In Christ. Gryphii *Diss. Isagogica de Scriptoribus Sec. XVII. Historicis*, *c. 14.*, *p. 573.*, perperam *Hagecii Anatolii Herothetes* vocatur.

Præcidanea de Orbe habitabili, seu Geographistoriæ, locorum, personarum, rerum, toto orbe memorabilium, theoriam compendio exhibentis, Apospasma primum. Francofurti 1613. in 8.

De Stylo Latino Disqvisitiones VII., Frid. Taubmanno & Joh. Kirchmanno inscriptæ, cum Erasmi Roterodami Apologetico ad Mart. Dorpium; qvibus liqvido demonstratur, non tantum qvid fugiendum, qvid faciendum, sed & doctrinam ac disciplinam qvamlibet, sine vernacula Latinitate, cæcam & illiberalem, sine Grammaticæ Exegeticæ & lingvarum studio mancam etiam & mutilam, esse. Accesserunt Ant. Mancinelli, Itali, Castigationes in Laur. Vallæ libros VI. de Latine dicendi norma, & Vagetii ipsius Decas Asmatum philicorum, Græcorum & Latinorum, Nicol. Langio, JCto Groningensi, dedicata. Hamburgi 1613. in 8. Editionem Hanoviensem, qvam *Catalogus anni istius nundinalis* ac Draudius A. 1621., & Francofurtanam, qvam Lipenius A. 1643., prodiisse *in 8.* perhibent, chimæricas esse conjicio. Admodum de scripto hoc honorifice judicat Anastasius Prost., homo, ni fallor, Græcus, cujus, ac Vagetii, Epistolæ mutuæ Græco-Latinæ *Disqvisitionibus de stylo* sunt subjunctæ.

INEDITA ET AFFECTA.

Geographistoria locorum, personarum, rerum, toto orbe memorabilium, cujus ἀπόσπασμα esse *Præcidanea*, paulo ante memorata, illorum ostendit titulus.

Metaphrasis Græco-metrica Ecclesiastici Jesu Siracidæ, ac Historiæ passionis dominicæ, versibus concinnata hexametris, de qva in Vitæ jam dictum est historia.

Gnomologia sacra Græcanica, de qva ita ipse, *in Ep. dedic. Decadis Asmatum philicorum ad Nicol. Langium: Accipies a Pylade tuo Decadem hanc, promulsidem Sacræ Gnomologiæ Græcanicæ. Nosti enim, opinor, qvid, in Hagiographorum qvorundam versione metrica, attentarim.*

Descriptio Urbis Hamburgensis, qvam Joach. Morsius edere voluit, uti Carmina gratulatoria Joh. Polyandri (Theologi Leidensis), Hadriani a Mynsicht, Dan. Drencani (*Annalium Hamburgensium posthumorum* scripto huic tribuentis titulum) & Joach. Pastorii, in *Albo* ejus *MSto*, *f. 281. 317. 320. 321.*, obvia, testantur. Ab hac diversum haud esse credo scriptum, qvo fabulæ vetustæ (a nobis, post Alb. Krantzium & Pet. Lambecium, *Parte II. Isagoges ad Hist. Cimbr.*, *c. 1.*, *§. 6.*, *p. 10. 11.*, explosæ) de Jove Hammone Hamburgi olim culto, urbeqve hac nomen ab illo suum adepta, patrocinaturum se esse, *in Præcidaneis p. 219.*, est pollicitus, a Joh. Frid. Mayero, ejusdem fautore, *in Hamburgo Evangelico p. 167. 168. 169.*, honorifice allegatum. Sed merito Lambecius, frustra indignante Mayero, hunc ejus conatum, *Libro II. Rerum Hamburg. p. 324.*, irrisit, & *stultitiam exibilatione dignam* vocavit. Confer *Præfat. novam Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr. p. 58. 60.*

Oratio de Hamburgensis Senatus gravitate, reipublicæ felicitate, cœli clementia, terræ habitu, atqve omnino felici isto & plane divino genio; qvam Joh. Blomius, *in Orat. de Vita Henr. Vagetii*, laudat, ac *elegantem* appellat.

Alia complura, de qvibus Blomii ejusdem verba, supra recitata, possunt relegi.

COSMAS VAKE, Flensburgensis, Harderi, Senatoris, filius, J. U. D. & Consiliarius (*uti Acta urbis testantur patriæ*), circa A. 1601., Bavaricus.

Disp. de Condictione indebiti, Præside D. Joh. Halbrittero. Tubingæ 1589. in 4.

M. JOHANNES VAKE, Hamburgensis, laurea Lipsiæ A. 1669. potitus Philosophica, ædis in patria Petrinæ Diaconatum d. 30. Apr. A. 1676., Archidiaconatum autem A. 1684., obtinuit, solisqve ferme sacris, qvæ cum Collegis ipsi, hoc pacto famæ inhianti, intercessere, certaminibus innotuit, ac die tandem 28. Apr. A. 1709. (1.) vivis excessit. Primum, cui se ingessit, certamen fuit Horbianum, Joh. Henr. Horbio, Antistiti Nicolaitano, ob versionem libelli de Juventutis educatione Gallici, a Pet. Poireto conscripti, Germanicam, A. 1693., sub *Prudentiæ Justorum* (der Klugheit der Gerechten) titulo, editam, ac auditoribus distributam, a Joh. Frid. Mayero, Pastore Jacobæo φιλοπρωτεύοντι, motum, &, plebis, ad tumultus concitatæ seditiosos, ope, sævitia inter Lutheranos hactenus inaudita, donec Horbius, Magistratu invito, loco motus, urbe ejiceretur, ac paulo post extingveretur, continuatum. In hoc ille, Mayeri, Promachi sui, *epidromus*, schedis plurimis libellum istum, in omnibus qvidem non probandum, sed nimio tamen rigore ab

(1.) teste Joh. Alb. Fabricio *Parte II. Memor. Hamburg. p. 867.*

ab adversariis impugnatum, dogmatum non unius hæreseos damnatorum, verbis in sensum sæpe ab Autoris mente detortis alienum, insimulavit, Horbiumqve editorem, ac Collegam ejus, Henr. Dornemannum, pro virili odiose traduxit. Qvas cum, præter Poiretum, Libelli proprii, in editionis ejus Latinæ, Amstelodami A. 1694. (1.) publicatæ, appendicibus, adversus censuras Mayerianas ac Vakianas, vindicem, Joh. Winclerus, Abr. Hinckelmannus & Henr. Dornemannus, Pastores Hamburgenses, Johannesqve Colerus, Ecclesiastes Lutheranus Amstelodamensis, Horbium defendere & excusare aggressi, refutarent, nova hinc ipsi serram contentionis cum istis etiam reciprocandi enata est occasio. Fine certamini huic infausto morte Horbii, & Magistratus autoritate, imposito, Mayerus ac Vakius, cum Collegas alios lacessendi deessent occasiones, concordia sua discordi dissoluta, duello vehementi congressi, mutuis vulneribus atqve injuriis justa manibus persolverunt Horbianis, alterqve alteri inscitiam, insolentiam ac φιλονεικίαν, chartis exprobrarunt eristicis. Vakii sententiam, in libello pro existentia Numinis ac Resurrectione mortuorum vernaculo, A. 1696. propositam, qva, talia ex lumine rationis proferri posse argumenta, qvæ homini, sibi relicto, resurrectionem, ut fide illam humana credat, partim persvadeant, partim evincant, asseruerat, Gerh. Meierus, Gymn. Hamb. Professor, A. 1697., *in Disputationum Philosophicarum sexta* (*de Resurrectionis possibilitate rationi non ignota*) atqve *octava* (*de Resurrectione carnis rationi ignota*), dissimulato illius impugnabat nomine. Qvibus cum Vakius *Repetitionem argumentorum* pro illa suorum opposuisset Latinam, Gerh. Meiero ad hanc silente, Joh. Frid. Mayerus, Præceptor ejus ὁμώνυμος, certamen, ab auditore pristino, suis forte auspiciis, inchoatum, edita ad Vakium *Epistola de qvæstione: An, seclusa revelatione, ex solo naturæ lumine, Resurrectio carnis innotescat, & probari possit?* continuavit. In hac qvæstionis istius tuitus negativam, Vakium, tanqvam apodictice Resurrectionem e naturæ demonstrare conatum lumine, traduxit, ac heterodoxiæ insimulavit. Qvod cum is factum a se esse negaret, &, demonstrationis vocem sensu se usurpasse latiori atqve laxiori, contenderet, λογομαχίᾳ inani, per aliqvot menses, Epistolis atqve invectivis ἀμοιβαίαις excusis, convitiisqve mutuis, est decertatum, donec istud de verbis ferme solis litigium, postqvam Vakius disputationem in Gymnasio publicam, ad qvam a Mayero Συμμίκτοις suis d. 6. Oct. provocabatur, detrectasset, a Pastoribus reliqvis, exeunte anno 1697., qvalitercunqve, transactione privata, componeretur (2.). Bona certe fide cum Mayero Vakius in gratiam haud rediit, uti, præter schedam, qva Hamburgo in Pomeraniam digressi Vocationis ad munus Hamburgense renovationem, ab ejus desideratam auditoribus, dissvasit, A. 1703. editam, simultates cum D. Christ. Krumholtzio, Mayeri assecla seditioso ac infelici, Petrinæqve, cui ipse etiam inserviebat, Ecclesiæ Parocho, ad obitum usqve continuatæ, testantur. Præter Collegas alios etiam subinde heterodoxiæ vel convictos, vel suspectos, scriptis impugnavit. E qvibus Joh. Wilh. Petræus, Chiliasmi patronus, A. 1694. (3.) den kurtzen und gründlichen Beweißthum des Chiliasmi sancti Apocalyptici, in einer ernstlichen Anrede an M. Joh. Vaken, auß H. Schrift dargestellet, Joh. Melch. Stengerus autem *Collyrium Stengeriana impetu cœco insectantibus Rostochico Georg. Frid. Niehenco, tum & Hamburgensi Cupenco, M. Joh. Vakio, &c., expeditum* (4.), illi reposuit.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Origine Animæ humanæ (*pro ejus militans traduce*), Præside Jac. Thomasio, Autore, defensa. Lipsiæ 1669. in 4.

Disp. de Origine Animæ humanæ, Amandi Veri (scriptoris *Animæ triumphantis* ψευδωνύμου) qvibusdam de hoc argumento motis difficultatibus opposita. Lips. 1669. in 4.

Exerc. de aspectu Judæorum in Messiam transfixum, ad Zach. XII. 10., Præside D. Joh. Ad. Scherzero, Autore, defensa. Lipsiæ 1670. 1682. & 1710. in 4.

Argumenta, ex lumine rationis Resurrectionem carnis probantia, olim Germanice conscripta, nunc syllogistice qvidem, modeste tamen, repetita. Hamburgi 1697. in 4.

Epistola responsoria ad D. Joh. Frid. Mayerum, exhibens qvæstiones præliminares, sententiam de Resurrectione mortuorum rationis lumine probabili concernentes. Hamb. 1697. in 4.

Epistola responsoria altera ad D. Joh. Frid. Mayerum, exhibens Vindicias argumentorum, ex lumine rationis Resurrectionem carnis probantium. Hamb. 1697. in 4. Ambæ Meyeri de controversa hac qvæstione ad se Epistolæ, eodem A. 1697. Hamburgi *in 4.* excusæ, de qva supra dictum, sunt oppositæ.

Responsio Categorica ad D. J. F. Mayeri chartulam, Σύμμικτα inscriptam, qva se ad disputationem in auditorio Gymnasii publicam, ad d. 6. Oct., peremptorie citavit. Hamb. 1697. in 4.

Vindiciæ. - - - | Animadversiones. | Fasciculus flosculorum. } Schedæ adversus Joh. Frid. Mayerum itidem eristicæ, qvas editas a se esse, *in Responsione* modo memorata, testatur, *Demonstrationem* simul *Anti-Apologeticam*, eidem opponendam, promittens. Historia controversiæ supra breviter jam est exposita.

II. GERMANICA.

Des Reichthums Herligkeit und Eitelkeit, A. 1680. in einer Predigt über Eccl. II. 8. vorgestellet, und hernach weitläuftiger außgeführet. Hamb. 1682. in 4.

Der Häuser, der Gärten, der Kleider, und Menschlichen Gnade, Herligkeit und Eitelkeit. Hamb. 1685. in 4.

Der frühe gejagten Hindinn Klag-Lob- und Bet-Geschrey, oder XIV. Predigten über den XXII. Psalm. Hamb. 1687. in 8.

Das Christliche Begräbniß erkläret und bewehret. Hamb. 1690. in 8. Invectiva in exeqvias clandestinas nocturnas, sed ἀμέθοδος ac inconcinna.

Drey Predigten über den Spruch Pauli Rom. V. 1. 2. Hamb. 1690.

Vom Ursprunge der Menschlichen Seelen unter vielen Meinungen die beste gezeiget. Hamb. 1692. in 8. Defensio est Traducis animæ.

Etliche, theils grobe, Irrthümer und Ketzereyen, in dem Büchlein, genandt Klugheit der Gerechten, gezeiget, wie sie wieder die Symbolische Bücher lauffen. Hamb. 1693. in 8. Primum hoc scriptum illius, Joh. Henr. Horbio, in controversia supra memorata, oppositum, Joh. etiam Coleri, Pastoris Luth. Amstelodamensis, Epistolam vellicat pro libello Poiretiano, per Horbium edito, Apologeticam, ἀνωνύμως (adjectis tamen, sub finem, vocibus hisce, nominis indicibus: *Jesu Christi* Diener In Aufrichtigkeit), Amstelodami A. 1693. *in 4.*, sub hoc editam titulo: Eines Evangelischen Lehrers Christbescheidenes Sendschreiben an seinen Freund N. N. in Hamburg, wegen der neulich von D. Joh. Frid. Mayern außgegebenen Warnung wieder das Büchlein, genandt Klugheit der Gerechten. Refutarunt istud: I. Anonymus in der sehnlichen Klage aller rechtgläubigen Kinder GOttes, über den zerrütteten Zustandt des Hamburgischen Ministerii; Samt

(1.) *in 8.* (2.) De controversia hac Vakii cum Mayero conferantur Joh. Fechtii *Lectiones ad Syllogen suam Controvv.*, *Disp. 48.*, *p. 555.* 560.
(3.) *in 4.* (4.) Allegatur istud in G. F. Niehenckii *Compendio errorum Pietisticorum p. 754.*

Samt einem Theologischen Bedencken über D. J. F. Mayers Uebereilte Warnung, und M. Joh. Vakens Grobe Irrthümer und Ketzereyen, welche er der Klugheit der Gerechten hat angeschmutzet, leidmühtig von einem der Evangelischen Lehre zugethanen Theologo entworfen, A. 1693. in 4. II. Joh. Colerus im Sendschreiben eines Gelehrten in Holland an einen Herren und Freund, betreffend eine Antwort auf D. Joh. Frid. Mayers Warnung vor der Klugheit der Gerechten. Cui Epistolæ secundæ, *ἀνωνύμως* itidem A. 1693. in 4. excusæ, Pet. Poireti accessit Declaratio, qva Deum testem invocavit, errores, libello suo a Mayero atqve Vakio affictos, a se rejici, loca autem ejusdem ambigua ex mente sua a Colero explicari confirmavit. Utriqve adversario duo scripta seqventia a Vakio sunt opposita.

Die Sophistereyen des Theologastri, die er, in seiner sehnlichen Klage, und Theologischem Bedencken, zur Beschönung des Büchleins Klugheit der Gerechten, verübet hat, entdecket. Hamb. 1693. in 8.

Antwort auf eines Lichtscheuenden Zweytes Sendschreiben auß Amsterdam, vor die Klugheit der Gerechten. Hamb. 1693. in 8. Huic Joh. Colerus, pro Epistola sua, nomen in titulo professus, reposuit den Unzeitigen und Lieblosen Eifer M. Joh. Vaken, außgebrochen in seiner Antwort auf eines, so genandten Lichtscheuenden, Zweytes Sendschreiben, mit Christlicher Bescheidenheit gezeiget, und als unrechtmäßig verworfen, A. 1693. in 4. & 8. Hunc seqvens Vakii impugnavit *Ἀντιλογία*.

Der falsche Außleger der beyden Horbianischen Bücher, Gedenckbüchlein und Klugheit der Gerechten genandt, samt seinen Unzeitigen und Lieblosen Eifer und Spiritu familiari, abgewiesen. A. 1693. in 8. Sed & isti a Colero, eodem A. 1693., in der Christlichen Außlegung der beyden Horbianischen Büchlein, est responsum.

Ablehnung einer falschen Beschuldigung) daß *D. J. F. Mayer M. Vaken* die stumpfe abgebrochene Pfeile, so er gegen *Horbium* und *Colerum* abgedruckt, an die Hand gegeben), mit welcher ein Horbianischer Lockmaüser (in den Nöhtigen Anmerckungen über *D. Mayers* Kurtze Fürstellung vom Altorfischen Bedencken über Horbii Sache) ihn hat wollen belegen. Hamb. 1693. in 4.

Nöhtige Beylage der kurtzen Fürstellung J. H. Horbii wider die Anzeige des Hamb. Ministerii von seiner Apologie. Hamb. 1693. in 4.

Schrift dem Horbio orthodoxo opponiret. Hamb. 1694. in 4.

Zeigung der Irrthümer im Horbianischen Gedenckbüchlein. Hamb. 1694. in 4.

Epidromus, oder Beylaüfer, entgegengesetzt dem Gründlichen Beweise Joh. Wincleri und Abr. Hinckelmanni, Pastorum in Hamburg, daß keine Religions-Gefahr in Hamburg verhanden sey. Hamb. 1694. in 4. Refutarunt hunc: I. Joh. Winclerus, Pastor Hamb. Michaelitanus, im Gründlichen Beweise, daß er die Hamburgische Kirche nicht irre gemachet habe, Hamb. 1694. in 4. II. Henr. Dornemannus, Diaconus Hamburg. Nicolaitanus, a Vakio in illo falsis oneratus calumniis, tum in dem Aufrichtigen Bekäntniße der Wahrheit, gegen die falsche Beschuldigung M. Joh. Vaken (ed. A. 1694. *in 4.*), tum in Literis ad Senatum supplicibus, qvas Vakius, additis observationibus elenchticis, sub seqventi recudi curavit titulo.

Henr. Dornemanns Unterdienstliches Gesuche an den Raht zu Hamburg, wieder M. Joh. Vaken, mit M. Joh. Vakens Anmerckungen illuminiret. Hamb. 1694. in 4.

Kurtzer doch gründlicher, Beweißthum auß dem Liechte der Natur, daß ein GOtt sey, der die Welt regieret, dem die Menschen zu dienen schuldig sind, und von welchem sie einem Auferweckung zu gewarten haben: Samt einem Vorberichte von der Præadamiterey. Hamb. 1696. in 8. Historiam brevem Controversiæ Vakio, ob libellum hunc (qvem, profanis nonneminis, se præsente, mortuorum resurrectionem inficiati, ac Præadamitis patrocinati, sermonibus offensus, edidit), doctrinamqve illius de Resurrectione mortuorum e rationis lumine probanda, per Gerh. Meierum ac Joh. Frid. Mayerum A. 1697. motæ, & schediasmatum utriusqve partis polemicorum, supra jam exhibuimus.

Die behauptete Freyheit auch in der Sacristey das H. Abenmahl zu empfangen. Hamb. A. 1699. in 4.

Der Kirchenbann, in der Hamburgischen Kirchenordnung beschrieben, mit D. Frid. Balduini, Wittenbergischen Theologi, Worten erkläret; den Verächtern des H. Abendmahles, die sich seiner Seelensorge haben anvertrauet, zur Warnung: Samt einem Anhange vom Knechte Ohrenblaser. Hamb. 1701. in 4. (*V. N. L. Lubec., M. Aug. A. 1701., p. 262.*)

Unpartheyisches Gutachten von der bißher so gestrittenen Beruffserneuerung D. Joh. Frid. Mayers, seinen Zuhörern zur gründlichen Unterweisung mitgetheilet. Hamb. 1703. in 4. Judicio huic, renovationem istam improbanti, opposuit nonnemo, sub larva des der Wahrheit verpflichteten, ein Freündliches Sendschreiben an M. Joh. Vaken, wegen seines Unpartheyischen Gutachtens von der Beruffserneuerung (A. 1703. *in 4.*), patrocinata autem est seqvens ipsius responsio:

Antwort auf das freundliche Sendschrieben, wegen seines Unpartheyischen Gutachtens von der Beruffserneüerung. Hamb. 1703. in 4. Hanc, una cum præcedenti Judicio, impugnant Collegæ ejus, D. Christ. Krumholtzii, Anmerckungen über vier Schriften wieder die Renovationem vocationis D. Joh. Frid. Mayeri, Hamburgi A. 1711. demum (im *Protocollo* der peinlichen Sache gegen *D. Krumholtz*) editæ, *Sect. III., p. 770-775.*

Nöhtige Ehren- und Unschuldsrettung, welche ihm falsche Zungen abgepreßet haben. Hamb. 1708. in 4. Scheda rumorem refellens de ipso sparsum, qvo Collegæ suo, D. Christ. Krumholtzio, ob seditiosas molitiones in carcerem abducto, e fenestra prospiciens, gestibus ac verbis *ἐπιχαιρεκάκως* insultasse perhibebatur.

PAULUS VALENTINUS, Flensburgensis, Dicasterii initio Gottorpiensis aulici, circa A. 1634., Nicol. Scribonio (1.) teste, Advocatus, deinde vero Urbis patriæ Flensburgensis Senator, d. 16. Dec. A. 1636. electus, & A. 1661. mortuus; qvi a Scribonio hoc nominis celebratur anagrammate:

Paulus Gvilielmus Valentinianus, Jurisconsultus.

*

Nullus vir in aula magis pius, insons, veluti tu luces.

Cui hoc idem subjecit distichon:

Vel tu Vir pius es, pius aut est nullus in aula:
Vel tu Vir insons, aut insons nullus in aula.

Disp. de Pignore, Præside D. Cyriaco Herdesiano proposita. Francof. ad Viadrum 1622. in 4. Georg. Draudius *in Biblioth. classica*, & Mart. Lipenius *in Biblioth. Juridica (sub voce Creditores)*, Georg. Henr. Bolfrasii, J. U. D., & Pauli Valentini, Holsati, *Tractatus duos* (qvorum alter haud dubie hæc est Dissertatio) *utilissimos de pignoribus & privilegiis creditorum* memorant, junctim Francofurti ad Oderam A. 1622. *in 4.* editos. Qvos etiam a B. G. Struvio, *in Biblioth. Juris selecta, c. 3., §. 57., p. 163.*, commendari video.

DAVID VASMERUS, Phil. ac Med. D. ac Practicus, sub finem Seculi XVI., Lubecensis, a Casp. Bauhino, *in præfat. Phytopinacis*, ob *προθυμίαν* in plantis seminibusqve sibi communicandis, laudatus, Moscoviæ deinceps,

(1.) *Lib. II. Lusuum Anagramm. Gottorp. p. 51.*

circa A. 1602. (*uti, ex Albo Christ. Holckii MSto, Vir Cl., Petrus Jani Lucoppidanus, me docuit*), Magni Russorum Ducis fuit Archiater.

Oda ad Legatos Lubecenses, e Comitiis Augustanis redeuntes, cum Epigrammate in Lubecam, Rostochii A. 1582. excusa, qvæ a Georg. Frid. Neumanno, *in Orat. de favore Lubecensium in exteros p. 2.*, allegatur.

FRANCISCUS VASMERUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus A. 1704. superstes, Dieterici-qve Cordesii, Senatoris, gener; ad qvem Conr. Sam. Schurtzfleischii Epistola, A. 1688. exarata, *Tomo I. Epistolarum arcanarum* (A. 1711. Halæ edito), *num. 371., p. 605. 606. 607.*, legitur.

Disp. de Servitute Maris, Præside Conr. Sam. Schurtzfleischio. Witebergæ A. 1671. & 1695. in 4. Recusa etiam in Schurtzfleischii *Volumine Disputationum Historicarum civilium*, Lipsiæ A. 1699. *in 4.* edito, *num. 42.*

Disp. Inaug. de Admiralitate. Argentinæ 1674. in 4. Recusa, *in Decuria Disputt. Inaug. Juridicarum Argentinensium tertia*, ibidem A. 1676. in 4.

NICOLAUS a VECHTE, Hamburgensis, Alberti, J. U. Licentiati, filius (1.), & Joh. Wouwerii, Consiliarii Holsato-Gottorpiensis intimi, ex sorore nepos, d. 20. Aug. A. 1582. in lucem est editus (2.). E schola patria A. 1601. in Academiam abiit Witebergensem (3.), A. 1604. autem, M. Julio, cum Wouwerii ad Domin. Baudium commendatitiis (4.), in Lugduno-Batavam. Illic, Baudii exceptus hospitio (5.), isti, Jos. Scaligero, Jano Dousæ, Pet. Scriverio, aliisqve, mirifice suam approbavit industriam, qvæ, soli se Jurisprudentiæ adstringi haud passa, in Philosophiæ etiam, Historiæ literarumqve elegantiorum, vireta, honesta Avunculi æmulatione, divagabatur, styliqve Latini & Veneres, & sublimitatem, eo sectabatur studio, ut nimium hic cultum & tumorem, qvi orationem hiantem reddebat & inæqvalem, veterumqve imitationem plus justo affectatam, aliqvot in illo reprehenderit epistolis (6.). Leida A. 1607. Heidelbergam digressus, Jano Grutero (cui Wouwerius duabus eum itidem commendavit epistolis (7.)), Marqv. Frehero & Dion. Gothofredo familiariter innotuit; qvorum ultimo brabeuta, post reditum ex itinere ad exteros literario, J. U. Licentiati A. 1612. ibidem reportavit titulum. Hamburgum redux, Praxi forensi, donec A. 1626. in Senatum allegeretur (8.), vacavit, primasqve d. 16. Sept. A. 1616. cum Margareta, Reinholdi Walravii, J. U. L. ac Senatoris, filia (A. 1636., post familiam puellis tribus, pueroqve, auctam, unico, defuncta), A. 1640. autem, d. 21. Junii, secundas cum Elisabetha, Wilhadi Wetkenii gnata (A. 1648. sibi itidem erepta), celebravit nuptias, ac vivis tandem d. 31. Mart. A. C. 1650., ætatisqve 68., exemptus (9.) tumulum in æde Petrina invenit. V. de illo, præter Joh. Ad. Fabricii & Henr. Vagetii *Epicedia*, Ad. Trafigerum Jun. (*l. c.*), & Nicol. Scribonii *Lib. IV. Lusuum Anagramm. Gottorp. p. 100.*, Joh. Wouwerii viginti (*Cent. I., n. 25. 32. 38. 39. 45. 51. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 68. 70. 72. 79., ac. Cent. II. n. 79. 80.*), & Dominici Baudii qvatuor (*Cent. III., n. 28. 29. 33. 80.*), familiares ad eum epistolas, ejusdemqve Baudii Carmen, *in Poematis*, Leidæ A. 1616. editis, *Lib. 2. Jamb., p. 126. 127.*, obvium.

Oratio Witebergæ A. 1602. habita, qvam Joh. Wouwerius (*Cent. I. Ep. 32., p. 59. 60.*) *non omnino publici esse saporis, sed resultare interdum pinguioribus membris, & imitatione nimis aperta pellucere*, judicavit.

Oratio de Aristocratia, forma reipublicæ optima, Leidæ A. 1605. recitata atqve edita, & a Baudio (*Cent. III. Ep. 80., p. 667. 668.*) Wouwerioqve (*Cent. I. Ep. 58. & 68., p. 115. 142.*) commendata. Qvorum ultimus, *l. c. p. 142.*, ita de illa: *Orationem tuam hisce diebus accuratius legi, qvæ mirum in modum mihi placuit, si modo tota tua, qvod ægre mihi persvades.*

Disp. Inaug. ex materia Regalium desumpta, Præside D. Dionys. Gothofredo. Heidelbergæ 1612. in 4.

Annotationes MSS. in Jus Hamburgense statutarium, a Matth. Slutero, in Tr. von den Erben in Hamburg, *P. IV., Tit. 3., p. 694.*, laudatæ.

Epistola ad Dan. Heinsium, de Joh. Wouwerii testamento, A. 1618. exarata, qvam in Appendice Voluminis Epistolarum ad Joh. Meursium ἀνεκδότων, a Zach. Lundio collecti, olim inveni.

WILHELMUS VEERPOORTEN, Lubecæ d. 18. Oct. A. 1631. in lucem editus, patrem habuit Jacobum, mercatorem honestum, avum Johannem, e Brabantia, religionis Lutheranæ studio, Hamburgam profugum, matrem vero Annam Catharinam, Joh. Andr. Weisbachii, Senatoris in Franconia Hamelburgensis, ob constantiam in eadem in vinculis mortui, filiam. Studio Theologico, voto parentis, ab ipsis destinatus incunabulis, illud, post discessum e schola patria, Menonisqve Hannekenii, Superintendentis, cujus filios per biennium instituerat, convictu, Giessæ, ab A. 1652., una cum Philosophico, Justi Feurbornii, hospitis sui, ac Collegarum ejus, ductu, per annos duos, excoluit. Totidem deinde privatæ filiorum D. Dav. Gloxini, Syndici, informationi in patria impensis, stipendioqve Schabbeliano hujus ope impetrato, in Acad. Jenensi eorundem, qvadriennio integro (ab A. 1656. ad 1660.), in Joh. Musæi, Theologi inclyti, convictu, egit Ephorum, Magistriqve illic titulum A. 1657., loco inter 32. competitores secundo potitus, obtinuit. Witebergæ hinc, Lipsiæ & Rostochii, ad A. usqve 1663., substitit, qvo a Friderico, Landgravio Hasso-Homburgensi, Hannekenii permoto commendatione, Wefelingam ad Ecclesiastæ munus evocatus aulici, seqventi huic, plurimas inter adversitates, præfuit qvinqvennio. A. 1668. in aulam Ernesti Pii, Ducis Saxonici, Gothanam transiit, &, Consiliariis adscriptus Ecclesiasticis (10.), non scholas solum & Ecclesias sedulo visitavit, sed legatione etiam sacra, jussu ejusdem, functus est duplici. In harum priore Principis sui meditamenta, de novo Theologorum Collegio, Regum Principumqve Lutheranorum auspiciis, ad negotia religionis publica moderanda, deliberationes de ejus propagatione ac conservatione instituendas, dissensiones doctorum intestinas tollendas ac præcavendas, praxinqve pietatis instaurandam, erigendo, Nic. Hunnii, Superint. Lubecensis, de eodem consiliis, scripto A. 1632. expositis Germanico, congrua, cum Monarchis his atqve Principibus A. 1670., Alberto, ipsius filio, in itinere per Saxoniam utramqve, Holsatiam, Daniam & Sveciam, annuo, comes adjunctus, in aulis communicavit singulis (11.). In altera, A. seqv. 1671. sibi commissa (12.), ad tollendum Theologorum Saxoniæ electoralis & Helmstadiensium dissidium, schismati proximum, judiciaqve virorum prudentia religiosa insignium de tanti momenti conqvirenda negotio, Jenam, Dresdam, Lipsiam, Witebergam, Cellam, Gvelpherbytum, Helmstadium, & in loca vicina, excurrit, hujusqve itineris, sicut & prioris, ἀξιομνημόνευτα in Commentarios, licet utrumqve, ob saxeam Saxonicorum duritiem, fuerit frustraneum, retulit. A. 1672. Visitationi Ecclesiarum ac scholarum Ducatus Saxo-Altenburgici generali interfuit, eodemqve fine A. 1673. in Coburgicum Franconiæ ab Ernesto ablegatus, & illius Ecclesias, Consiliarii ejusdem Ecclesiastici titulo sibi collato, moderari jussus, Coburgi deinceps substitit (13.), ac A. 1676. demum (non 1673., qvem Casp.

(1.) V. Ad. Trafigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. p. 46.* (2.) V. Joh. Adolphi Fabricii & Henr. Vagetii *Epicedia.* (3.) V. Gottfr. Svevi *Acad. Witeberg., Lit. Cc. 4. a.* (4.) Leguntur hæ in Wouwerii *Cent. I. Epp., n. 48., p. 96. 97.* (5.) V. Baudii ad illum *Epistolas*, mox laudandas. (6.) *Cent. I., n. 32. 38. & 45., p. 50. 63. 70. 91. 92. 93.* (7.) *Cent. I, n. 73. & 75., p. 154. 156.* (8.) V. Trafigerum *l. c.* (9.) V. *Epicedia, num. 2. allegata*, & Trafigerum *l. c.* (10.) V. Casp. Sagittarii *Memorabilia Historiæ Gothanæ, c. 9., p. 74.* & *Historiam Gothanam pleniorem, c. 16., p. 363. 364.* (11.) V. Eliæ Mart. Eyringii *Vitam Ernesti Pii, Ducis Saxoniæ, c. 19., p. 110-130.* (12.) Confer de hac eundem Eyringium, *l. c., c. 14., p. 66. 67. 68.* (13.) V. Casp. Sagittarium *locis num. 10. citatis.*

Casp. Sagittarius (1.) substituit) D. Joh. Christoph. Seldio, in Superintendentis generalis officio, Gymnasii ephoria ac professione Theologica, Urbis Pastoratu, dignitateqve in Consistorio senatoria, ibidem successit. Muneribus istis Theologus, ob pietatem non minus & pacis Ecclesiasticæ studium, qvam eruditionem commendandus eximiam, Doctoris titulo Giessæ A. 1678. reportato, per lustra duo, præclare est functus, morboqve tandem e vita contracto sedentaria, d. 12. Mart. A. C. 1686., ac ætatis 55., defunctus. E conjuge Lucia Eleonora, filia D. Menonis Hannekenii, Superint. Lubecensis, natu minima, Lubecæ d. 16. Maji A. 1664. ducta, præter gnatas duas, qvatuor sustulit filios. Qvos inter Albertus Meno (*rarissimæ indolis adolescens, Gymnasiiqve Coburgensis spes certissima, aliis in exemplum commendanda*, in *Programmate* de vita Parentis salutatus *funebri*), Ordinis deinde Witebergæ Philosophici Assessor, ac Pastor, circa A. 1708., in Franconia Sonnebergensis, nonnullis Hist. Eccl. recentiorem illustravit schediasmatis, Philippus Theodorus autem literarum elegantiorum, eodem A. 1708., in Gymnasio Coburgensi, egit Professorem, & Joh. Burchardus, J. U. D. & Advocatus Coburg., *Schediasmate de Investitura Allodiorum* A. 1715. inclaruit. Plura de Vita ejus *Programma* Gymnasii Coburgensis *funebre*, in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum, num. 64., p. 601-614.*, Lubecæ A. 1709. (adjectis Chr. Kortholti, Ad. Tribbechovii ac Joh. Reichii *Epicediis*) recusum, & M. Joh. Fischeri, Archidiaconi Coburgensis, *Sermo exeqvialis Germanicus*, suggerent. Præter qvos historiam etiam ejusdem exhibituros esse Georg. Paulum Hönnium, J. U. D. & Archivi ducalis Saxo-Coburgici Præfectum, *in Historia Coburgensi*, ac M. Christ. Schlegelium, Salfeldensem, *in Historia Superintendentium Coburgensium ἀνεκδότῳ*, Casp. Sagittarius (de ipso itidem consulendus), *in Historia Gothana pleniori, c. 16., p. 363 364.*, significavit.

Conferri qvoqve de illo poterunt Henn. Wittenii *Tomus I. Diarii Biographici Sec. XVII., ad A. 1686.*, Christ. Kortholti *Epistola contra Stephani Feqvete, Apostatæ, de Academia Kiloniensi calumnias Germanica*, A. 1682. ipsi inscripta, Ad. Tribbechovii *Memoria D. Menonis Hannekenii*, Joh. Frid. Hekelii *Notæ ad Phil. Cluverii Introd Geogr. p. 227.*, El. Mart. Eyringius *ll. cc.*, & Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 388-389.* Symbolo A. 1659., cum Magister adhuc esset, seqventi usus est ἀκροστιχῳ: *Meam Vitam Voveo Vitæ Portitori Lubens.*

ELOGIA.

Programmatis Coburgensis funebris Autori *Doctor* audit *justitiæ, intercessor salutis, Zelotes pietatis, exemplumqve veri Christianismi.*

Casp. Sagittario (*l. c. p. 364.*) *Vir optimus, integerrimus ac religiosissimus*; nec non (*in Epistola M. Hermanni ab Hardt Disputationi de fructu librorum Judaicorum subjuncta*) Θεοκογνώτατος *Ecclesiæ nostratis Theologus.*

Joh. Frid. Hekelio (*l. c.*) *Theologus omnino Christianus, orthodoxus, & excellenter benignus.*

El. Mart. Eyringio (*l. c. p. 116.*) *Theologus optimus.*

SCRIPTA EDITA.

Disp. Inaug. de Consensu fundamentali Lutheranorum & Pontificiorum, in fundamento salvationis primo & imo, qvod est Jesus Christus, qvem Autor se demonstrasse putat *Auroræ pacis religiosæ, divinæ veritati amicæ* (*Adolphus Godofr. Volusius*), Præside D. Phil. Ludov. Hanneckenio, affini, proposita. Giessæ 1678. in 4.

Pietas Ernestina, seu Oratio de pietate Ernesti III., Ducis Saxo-Gothani, in Gymnasio recitata Coburgensi; qvæ, inter scripta parentalia Latina & Germanica, Ernesti consecrata memoriæ, junctimqve (sub titulo der Wolverdienten Ehrenseule Ernesti, Hertzogen zu Sachsen) Gothæ A. 1680. *in fol. reg.* excusa, prodiit.

Treuer Lehrer Hertzenslust, Last und Trost oder Leichpredigt über Balth. Christ. Bechmann, Superint. zu Saltzungen, auß Pf. CXIX. 25-32., A. 1669. gehalten. Gothæ 1670. in 4.

Rahtspredigt von Pflichtschuldiger Bezeigung Christlicher Obrigkeit und Unterthanen gegen einander, bey Einführung des neuen Rahts zu Coburg, am 29 Oct. A. 1675., auß 1 Pet. II. 13. 14., gehalten. Coburgi 1678. in 4.

Der von seinem Leiden predigende Jesus, bey Einführung Joh. Blanckenauers, Superint. zu Neustadt an der Heyde, am 10. Febr. A. 1678., auß dem Evangelio des Sontages Qvinqvag. Luc. XVIII., vorgestellet: Samt einer Anrede an die Pastores, und Joh. Blanckenauers Gegenrede. Coburgi 1679. in 4.

Augustus filiorum Dei thesaurus; das ist: Herrlicher Schatz der Kinder GOttes, in einer Leichpredigt über Augustum Carpzon, Fürstl. Sachsen-Coburgischen Geheimen Raht und Kantzlern, am 2. Dec. A. 1683., auß Cant. III. 4., gezeiget, Coburgi 1684. in fol.

(Promisisse eum præterea Confutationem Apologiæ Germanicæ Ad. Burghaberi, Jesuitæ & Prof. Theologi Friburgensis, pro Thomæ Henrici, Theologi itidem Friburgensis, *Irenico Catholico*, contra D. Menonis Hanneckenii, soceri sui, *Irenicum Catholico-Evangelicum*, Friburgi A. 1673. editæ, a D. Christ. Kortholto, Theologo Kiloniensi, amico ipsius, sum edoctus.)

CAROLUS GUSTAVUS VEGESACK, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Periculi pretio, *ad L. 5. D. de naut. fœnore.* Giessæ 1678. in 4.

CONRADUS VEGESACK, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de Assecurationibus. Lugd. Bat. 1704 in 4. V. *Hamburgum A. 1716. literatum p. 33.*

NICOLAUS VEGESACK, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1716. superstes.

Theses ex utroqve Jure inaugurales. Aureliæ 1673. in 4. (*V. Pet. Ambr. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 29.*)

M. SEVERINUS ANDREÆ VELLEJUS (qvem Bertili Canuti ad illum carmina (2.), Joh. Svaningii Junioris *Chronologia Danica* (3.), horumqve exemplo *Homonymoscopia* nostra (4.), *Severinum Severini Vellejum* appellarunt), Ripensis Cimber, filius fuit M. Andreæ Severini Velleji, Canonicorum Ripensium Collegii Senioris ac Decani, Theologi & Historici, qvem *Tomo seqventi* fusius celebrabimus, eximii. Rectorem is initio egit scholæ in Seelandia Danica Soranæ, ab A. 1608., deinde autem ædis in urbe patria Ripensi cathedralis, ab A. 1616. (qvo M. Matthiæ Porsio d. 11. Oct. est subrogatus), per annos 37., Pastorem primarium atqve Canonicum, dieqve 22. Jan. A. C. 1653., & ætatis 66., vivis excessit. A Joh. Svaningio (5.) *Vir salutatur omnium eruditissimus & humanissimus*, & a Christ. Aagardo, genero, in Epitaphio, qvod Frid. Rostgaardi *Poetarum Danorum Deliciæ* (6.) exhibent, elegantí, metris celebratur seqventibus:

Non alio pietas jactantior extat alumno,
Et potuit totam demeruisse Deam.
Hoc voluit cœli favor inclarescere Mysta,
Grandiaqve ætherei noscier acta senis.
Hoc locuples petiit sapientia pectore condi,
Nec mage compositos noverat illa lares.

(1.) *ll. cc.* (2.) *in Juvenilium reliqviis p. 97., & Parodiis Horatianis p. 147. 148.* (3.) *in Prolegom. p. 29.* (4.) *Sect. I., c. 5., p. 159.* (5.) *l. c.* (6.) *T. I., p. 547. 548.*

Joh. Meieri, scholæ Ripensis Rectoris, Votum novi anni 1643. Poeticum & Parodiam, qvibus laudes ejus iridem decantavit, cum reliqvis Poematis Meierianis, idem Celeb. Rostgaardus in lucem proferet. Liberos e Susanna Petræa, 35. annorum conjuge (A.C. 1674., ac æt. 73., extincta), septem sustulit, Petrum scilicet, Pastorem Reisbyensem Præpositumqve Hviddingensem, tres alios, qvibus Andreæ nomen commune fuit, filios, ac gnatas totidem. Qvas inter Dorothea M. Andr. Romdorphio, Canonico & Archidiacono, Ludovicoqve Pouchio, Med. D. ac Poliatro Ripensi, Elisa M. Nicol. Seerupio, ædis Cathedralis post parentem Antistiti, Metta autem M. Christ. Aagardo, Lectori Theologiæ publico, est elocata. V. de illo, præter jam allegatos, Pet. Terpagrii (Epigraphen lapidis sepulchralis exhibentis biographicam Danico-Latinam) *Inscriptiones Ripenses p. 17. 53. 54.*

Poemata Latina, de qvibus ita Ol. Borrichius *in Diss. ult. de Poetis, p. 172.: Andrea Vellejo non inferior Severinus Vellejus, præsertim carmine Elegiaco.*

CORNELIUS VERDUNCK, Hamburgensis, patre d. 17. Sept. A. 1675. natus cognomine, Commissario Electoris Brandeburgici bellico, veredariorumqve præfecto, Berolini educatus, ac Rostochii A. 1699. J. U. Doctor renunciatus. V. *Nova Literaria Lubecensia, M. Jan. A. 1699., p. 3.*, & Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochium anni 1699. literatum p. 452.*

Disp. Inaug. de necessitate Consensus paterni in nuptiis liberorum, Præside D. Joh. Joach. Schöpfero. Rostochii 1698. in 4.

FRIDERICUS VERMEHREN, Lubecensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Protestatione secreta, Præside D. Matthæo Stenio proposita. Rostochii 1712. in 4. V. de illa *Partem XXIV.* der Gelehrten *Famæ p. 865. 866.*

MICHAEL VERMEHREN, Lubecensis, natus d. 10. Nov. A. 1659., patre Paulo mercatore, matre autem Elisabetha, M. Mich. Siricii, Antistitis Mariani, filia; ex testamenti Schabbeliani alumno, ædis in patria Ægidianæ Ecclesiastes d. 4. Apr. A. 1689., Pastor autem ejusdem d. 8. Apr. 1711. est electus, & tandem d. 25. Apr. A.C. 1718., ac ætatis 59., brevi post conjugem tempore, febri contagiosa extinctus, eodemqve funere cum Paulo filio, Theol. Studioso, elatus. Vitam fusius enarravit Joh. Henr. a Seelen, tum *in Programmate funebri*, tum *Parte II. Athenarum Lubecensium p. 375-388.* Ubi, præter Epitaphii inscriptionem, Epistola etiam D. Abr. Hinckelmanni, Præceptoris, ad illum, de ratione studii Theologici, Germanica adjungitur. Conf. de eo Jac. a Mellen *Lubecam anni 1698. literatam*, & Georg. Frid. Neumanni Or. de favore Lubecensium in exteros p. 23.

Disp. de Salutandis atqve salutantibus, ex D. Pauli Epistolis, Præside M. Jacobo a Mellen. Rostochii 1681. in 4.

Disp. de Sermone Domini in monte, Matth. V. VI. VII. & Luc. VI., Præside D. Sebast. Schmidio. Argentinæ 1684. in 4.

Resolutio Psalmorum Propheticorum de Christo, Præside D. Seb. Schmidio, Autore, XIV. Disputationibus ab ipso, ac Alberto Elers, Leoburgensi Saxone, publice discussa. Argentinæ 1688. in 4. Opus grandiusculum, de qvo *Acta Erud. Lipsiensia, M. Aug. A. 1688., p. 397-402.*, consulantur.

Scriptum Germanicum de Resurrectione mortuorum fiducia Christianorum, ad Tertulliani *lib. de Resurrect. carnis*, Dorotheæ Elisabethæ a Dorne consecratum exeqviis. Lubecæ 1704. in fol. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1704., pag. 192.*

Das triumphirende Lutherthum, oder Schriftmäßige Betrachtung der wahren Christlichen Kirchen Triumph- und glorreichen Sieges, welchen die Römische Kirche über die Lutheraner sol erhalten haben, auß der Feder Cornelii Hazarts, S. J., und außgeblasen hat Joh. Übelgünn, Lübeckischer Jesuite: Mit einer Vorrede des Lübeckischen Ministerii. Lubecæ 1708. in 4. Opus spissum, de qvo Val. Ern. Löscheri Unschuldige Theol. Nachrichten, *Sect. I. A. 1708., p. 70.*, possunt conferri.

PAULUS VERMEHREN, Lubecensis, Mercatoris sibi cognominis, ex Elisabetha, M. Mich. Siricii, Pastoris Lubecensis Mariani, gnata, filius, cum scholam patriam, Rectore Abr. Hinckelmanno, freqventasset, hujusqve ductu A. 1675. *de vera sub Legibus Libertate*, & A. 1677. *de Cæsare abdicante*, perorasset, studiis, in Academia Lipsiensi, aliisqve, sedulo vacavit, tam elegantioribus, qvam Juridico-Politicis. Juvenibus deinde præfectus illustribus, regiones adiit exteras, & redux Christiani V., Regis Daniæ, tum in aula Hafniensi, tum in Gallia & Panegyri Irenica Rysvicensi, egit Secretarium; posteaqve Ulrico Friderico Güldenlovio, Comiti ac Proregi Norwagico, in secessu Hamburgensi, fideliter inserviit. Ab hujus filio, Waldemaro, Barone a Lowendahl, Supremo Aulæ Electoralis Saxonicæ Mareschallo, Dresdam secum abductus, a Friderico Augusto, Rege Poloniæ & Electore Saxonico, Consiliariis suis, qvos vocant, Commissionum, & mox Aulicis, adscribebatur, tandemqve A. 1715. Cursorum etiam ac tabellariorum publicorum constituebatur Præfectus. Muneribus hisce fungens Politicis, horas subsecivas Poesi successu felici impendit Germanicæ, sacrisqve præsertim Carminibus, non argutis minus & elegantibus qvam piis, locum inter Vates vernaculos meruit haud infimum. V. Joh. Henr. a Seelen *Partem II. Athenarum Lubecensium p. 114-124.*

Poema Germanicum, qvo Christiano V., Regi Daniæ, d. 15. Apr. A. 1692., natalem suum, adjecta rerum ab eo gestarum narratione, est gratulatus, a Seelenio *l. c. p. 116.* commendatum.

JEsus und seine Kirche, auß denen Sonn- und Festtags-Evangelien, so auch auß denen Apostel-Geschichten, in hundert mit so vielen Kupfern gezierten Vergleichungs-Sonnetten, zu erbaulicher Ergetzung, bey sonst müßigen Sabbaths-Stunden, betrachtet: Nebst einem Vorberichte D. Val. Ern. Löscheri, Dreßdenschen Superintendenten, von den Geistlichen Schriften hoher und anderer vornehmen weltlichen Personen. Dresdæ & Lipsiæ 1713. in fol. Laudes Operis in Löscheri Præfatione, & Unschuldigen Theologischen Nachrichten, *Sect. 4. A. 1713., p. 665. 666. 667.*, ac apud Seelenium *l. c. p. 116-120.*, invenies.

Biblischer Bilder- und Lehren-Catechismus, nach den fünf Hauptstücken desselbigen, auß allerhand Exempeln, Vergleichungen und Sprüchen der H. Schrift, zusammengetragen, und in 222. Bildern, Sinn-Bildern und Sonnetten, mit denen dazu gehörigen Anmerckungen, zu erbaulicher Seelen-Ergetzung abgefasset: Nebst einer Vorrede D. Val. Ern. Löscheri von der vielfältigen Art mit Bildern zu lehren, und derselben Nutzen und Mißbrauche. Lipsiæ 1718. in 8. V. Relationes de illo encomiasticas Löscheri in Præfatione, & in den Unschuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1718., p. 1052. 1053.*, J. H. a Seelen *l. c. p. 120-124.*, & Joh. Gottl. Krausii in den Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 44. A. 1718., p. 352.*

Carmina Germanica varia, sigillatim edita.

JOHANNES VESTERUS, sive (uti in carmine se appellavit proprio) SYLVESTER, Flensburgensis, Nissenii Vesteri, Senatoris, e Metta, Joh. Vesteri, civis, gnata, filius, J. U. Doctor, in patria A. 1618. & seqq. praxi forensi inclaruit, deinde autem Joachimi Ernesti, Ducis Holsato-Plönensis, ad A. usqve circiter 1661., qvo Plönæ decessit, fuit

Consili-

Consiliarius, Scholæ patriæ Flensburgensis (qvam puer A. 1591., & seqventibus, freqventaverat) Præceptoribus mille, discipulis autem, publice peroraturis, 60. nummorum uncialium, urbi hoc fine A. 1656. ineunte mutuo datorum, usuras moribundus legavit annuas, ob beneficentiam hanc, A. jam 1656., a Joh. Lundio, *in Epistola Dissertationis de Enunciatione negativa*, Præside Joh. Vorstio, Rectore, propositæ, merito celebratus *dedicatoria*.

Carmen Heroicum (*eruditum & elegans*) in obitum Heliæ Putschii, Antwerpiani, Philologi clarissimi, ac commilitonis sui amicissimi, A. 1606. sub *Joh. Sylvestri* scriptum nomine, qvod inter Epicedia, Conr. Rittershusii, JCti Altorfini, *Vitæ Putschii*, Hamburgi A. 1608. *in 4.* editæ, subjuncta, *p. 112-115.*, occurrit.

BURCHARDUS JOHANNES UFFELMANN, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de Exceptionibus contra Instrumenta gvarentigiata, ad *P. I. Statutorum Hamburgensium Tit. XX. Art. V.* Trajecti ad Rhenum 1710. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 34.*

PAULUS VICCIUS, Hamburgensis.

Catechesis Mart. Lutheri, carmine Græco Heroico exposita, & interpretatione Latina ad verbum reddita. Rostochii 1603. in 8.

GEORGIUS VIETHE, Dithmarsus, Johannis, Dithmarsiæ Borealis Præfecti (*de qvo statim dicetur*), filius, Johannis autem Boethii, J. U. Doctoris, præfecturæ isti post parentem admoti, gener, & in eadem coadjutor atqve successor. V. Ant. Heimreichii *Chronicon Dithmarsiæ, Lib. III., c. 4., p. 250.*

Exercitationes Juris, a D. Justo Sinoldo Schützio, JCto Giessensi, Disputationibus XV. ad Institutiones conscriptæ, secundo per illum prælo examiniqve, in Academia Giessena, subjectæ. Giessæ 1656. in 4.

JOHANNES VIETHE, seu VITUS, Dithmarsus, Georgii, modo memorati, parens, post reditum ex Academiis & regionibus exteris, Dithmarsiæ Borealis, ab A. 1626. (qvo Joh. Rhodio successit), Præfectus, per lustra qvatuor, fuit Ducalis, &, Londini Dithmarsorum A. 1646. mortuus, officium D. Joh. Boethio, viduam autem D. Theod. Reinkingio, Cancellario Cimbriæ regio, secundo illius marito, reliqvit. Ob doctrinam insignem, & venam Poeticam, in lingvis etiam exoticis, felicem, a Sam. Rosenbohmio (1.) Anagrammate hoc celebratus est, Epigrammate illustrato:

Joannes Viet, Diethmarsus. * *His nova artium sedes in te.*

Qvæ sale Cecropio tinctæ, qvæ melle madentes
Arpinate, novem concinuere Deæ,
Hæc tu non Latio, velut ante, nec ore Pelasgo,
Scite alias lingvam doctus utramqve, sonas,
Sed Gallos Italosqve redux imitaris, & omnes
Sic, alienigeno famine, delicias,
Qvas peregrinanti tellus exotica passim
Nosse dedit, cupidis ingeris auriculis;
Ut te Ronsardi manes, manesqve Petrarchæ,
Excepisse sacro pectore qvisqve putet.
ARTIUM enim HIS SEDES IN TE NOVA contigit: inde
Exanimis cœpit posthuma vita dari.
Galle mihi vates, mihi vates Itale salve,
Par redivivorum nobile Semideum!
Et tu, Vite, viges qvi vita triplice, salve,
Hocqve mei pignus semper amoris habe.

Phil. Fabricio, *in Elegia ad Dithmarsiam* (2.),

- - - - *Novenarum* audit *cura una sororum,*
Ille gravis priscæ dexteritatis honos;

Ant. Heimreichio autem (3.) *Vir doctus & cordatus* (Ein gelahrter und verständiger Mann).

Confer de illo, præter modo laudatos; Phil. Fabricii ad ipsum Elegiam, *l. c., lit. D. 5. & 6.*, obviam, Casp. Danckwerthii *P. III. Chorographiæ Cimbricæ, c. 16., p. 300.*, & Vinc. Barsicii Anagramma *in Florilegio Holsatico p. 7.*

Disp. de Judiciis & foro competente, Præside D. Ant. Matthæo proposita. Marpurgi 1607. in 4.

Carmina ἀνέκδοτα, Latina, Gallica, Italica, a Rosenbohmio *l. c.* commendata.

ANDREAS ULCKEN, Hamburgensis, d. 18. Oct. A. 1645. natus, parentes habuit, e familiis Belgii haud obscuris, Henricum, mercatorem Hamburgensem, & Johannam de Dobbelaer, Dieterici filiam. Studiis Juridico-Politicis, ab A. 1659., Heidelbergæ (in Sam. Pufendorfii convictu) Altorfiiqve, per sexennium, incubuit, Belgium, Galliam, Italiam, & Germaniam, seqventi peragravit biennio, & J. U. Licentiati titulum Tubingæ A. 1669. exambiit. A. 1672. e patria in aulam Christiani Alberti, Ducis Holsatici, Gottorpiensem transiit, & ab isto A. 1673. aulicis, A. autem 1682. Cameræ, regiminis & admissionis interioris, adscriptus est, Consiliariis, ac ad Procancellarii simul evectus dignitatem. Ab eodem A. 1673. ad Comitia Circuli inferioris Saxonici Brunsvicensia & Lüneburgensia, A. 1674. in aulam Cæsaream, A. 1676. & 1678. ad Carolum II., Britanniæ Monarcham (a qvo dignitatem eqvestrem, torqve donatus, obtinuit), A. 1677. ad Panegyrin irenicam Neomagensem (4.), A. 1679. in aulam Gallicam, sæpiusqve deinceps ad Electores Saxonicum ac Brandeburgicum, Ducesqve Brunsvicenses, ablegabatur. A. tandem 1687. Conventui de dissidiorum Regis Daniæ Principisqve sui compositione Altonaviensi, minister hujus, qvem vocant, plenipotentiarius, interfuit, arduoqve isti negotio, catarrho febriqve continua finem vitæ accelerantibus, cum Bibliothecam privatam aulicæ legasset Gottorpiensi, d. 23. Jan. A. C. 1688., ætatisqve 43., est immortuus. Sponsam priorem, Mariam Elisabetham, Burch. Niederstädtii, Consiliarii Holsato-Gottorpiensis, filiam, d. 11. Jan. A. 1680. ante nuptias, amisit (5.), posteriorem autem domum qvidem duxit, sed viduam, post sexennii convictum, reliqvit ἄτεκνον. V. M. Laur. Postelii, Ecclesiastæ Hamburgensis, Schediasma parentale, cum exuviæ Hamburgi ædi Petrinæ inferrentur, ibidem (sub titulo des Traur- und Ehren-Gedächtnisses H. Andr. Ulckens) A. 1688. *in fol.* publicatum.

Disp. de Obligatione adversus Patriam, Præside Sam. Pufendorfio. Heidelbergæ 1663. in 4.

Disp. Inaug. de Curatore bonorum absentis. Tubingæ 1669. in 4.

Scripta nonnulla, qvibus Christiani Alberti, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Principis sui, causæ, adversus Christianum V., Regem Daniæ, ἀνωνύμως (uti *Tomo I. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum Placciani, c. 3., p. 215.*, jam significavi) patrocinatus est, Germanica.

JODOCUS HERMANNUS ULICH, Tractus Crempensis scriba circa Annum 1660. provincialis.

Nomen insigne Friderici III., Regis Daniæ *in fol.*

(Fertur etiam edidisse aliqvid de Ordine Eqvestri Danico.)

M. HEINO VOGLERUS, Hamburgensis, Parochiæ Billkirchensis in insula Billiana, patriæ vicina, Pastor, Mart. Ruaro (cujus complures ad eum supersunt epistolæ, *Cent. I.* Ruarianarum *num. 17.*, ac *Cent. II. n. 1. 2.*, alibiqve, obviæ),

(1.) *P. I. Poem., Lib. II., p. 157. 158.* (2.) *in Sylloge Epicediorum in obitum Joh. Nannii, A. 1617. edita, lit. B. 7. b.* (3.) *in Chronico Dithmarsico, Lib. 3., c. 4., p. 250.* (4.) Diploma, qvo hæc legatio, cum plena de controversiis transigendi potestate, ipsi & Magno Wedderkopfio d. 15. Oct. A. 1677. est commissa, exhibet Joh. Christ. Lunigii *Sylloge negotiorum publicorum*, A. 1694. edita, p. 338. seqq. (5.) V. Epicedia D. G. Morhofii (*in Poem. German. p. 435-447.*), aliorumqve, excusa.

obviæ), Joach. Morsio (cujus *Protestationi contra Senatus Hamburgensis citationem* A. 1629. Carmen adjecit), aliisqve viris doctissimis, ob eruditionem, familiaris & acceptissimus.

Leichpredigt über Georg. Neven, Past. zu Steinbeck, auß der Historie Eliæ. Hamburgi 1618. in 4.

PETRUS VOGT, Rendesburgensis, J. U. D. & Cancellariæ regiæ Slesvigo-Holsaticæ Glückstadiensis Consiliarius, gener Laur. Ubbingii, Senatoris Flensburgensis, d. 9. Mart. A. 1665. Glückstadii defunctus. V. *Epicedia*.

Disp. Inaug. de Foro ac Judice competente causarum feudalium. Argentinæ 1635. in 4.

GEORGIUS VOLCHARDUS, Hattstediæ, vico urbi Husensi vicino, d. 30. Aug. A. 1637. natus, habuit Volqvardum Paisenium, illius initio Diaconum, ac Mariæ deinde Elisabethæ, viduæ Ducalis Holsaticæ, Ecclesiasten in arce Husensi aulicum, virum antiqvæ virtutis & fidei, pietatisqve eximiæ. Qvi, cum A. 1659., noctu, in lectulo, calamitates, qvibus Chersonesus Cimbrica, bello, annonæ caritate, morbisqve contagiosis, afflicta, pene opprimebatur, deplorans, opem divinam imploraret, diem 10. Junii (qvo pax Dano-Svedica ab ipso, Parochisqve vicinis, e suggestibus templorum est annunciata) finem istis esse allaturum, cœlitus, voce sonora, fertur esse edoctus. Parenti huic, post absolutum Husæ ac Lüneburgi curriculum scholasticum, in Academiis autem Julia (A. 1656.) & Rostochiensi, Henriciqve Mülleri, Theologi religiosissimi, convictu (A. 1662. ac seqq.), Philosophico-Theologicum, in utroqve successit officio, in Hattstediensi qvidem A. 1665. (qvo uxorem etiam duxit M. Theod. Niemanni, Pastoris Slesvicensis, filiam), in aulico vero Husensi seqventi 1666. Vivis morte immatura A. C. 1671., ætatisqve 34., excessit, cum annuo ante spatio, de fato, sibi imminente, voce, uti credebat, cœlica esset commonefactus, istaqve permotus, ut ad obitum se pariter atqve auditores beatum præpararet, εὐθανασίας artem in singulis, ex eo tempore, inculcasset concionibus. Successit ipsi Affinis, M. Petrus Petræus, Parochus Haddebyensis, a Principe, ut defuncti viduæ & orphanis eo commodius prospiceretur, aliis prælatus. Conjugem ejus secundis sibi junxit nuptiis M. Trogillus Arnkielius, Præpositus Apenradensis, qvi, hanc vitæ illius mecum communicans narrationem, præclari eum Oratoris, Poetæ Historiciqve, ornavit elogio. Conf. de illo Joh. Melch. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 308. 309.*

Tractatus Historicus, succincta methodo exhibens: 1. Synopsin Historiæ universalis, ab O. C. ad nostra usqve tempora, cum annexo Autorum, e qvibus historiæ petendæ, probatissimorum syllabo; 2. Synopsin Chronologicam, nobiliores epochas, in historiis occurrentes, explicantem; 3. Synopsin Geographiæ, tam universalis, qvam particularis. Rostochii 1663. in 12. Nomen Autoris, qvod in titulo non comparet, Epistolæ subjectum est dedicatoriæ.

JOHANNES VOLCMARUS, Petri, Diaconi Utersensis filius, natus Hamburgi (in suburbio Georgiano) d. 23. Sept. A. 1660., Ecclesiastes initio fuit Henningi Meyerkronii, Legati ad Gallos Danici, ab A. 1688. (qvo Hafniæ Licentiati obtinuit titulum), in urbe Parisiensi, domesticus, Fridericiqve IV., regni Daniæ tunc hæredis, in peregrinatione, A. 1693., aulicus. A. 1694. urbis Itzehoënsis Pastor, Comitatusqve Pinnebergici, nec multo post præfecturæ etiam Steinburgensis, Præpositus a Christiano V., Monarcha, constitutus est, Danico. Hamburgum tandem, cum Ecclesiæ illic Catharinææ Pastor, in Abr. Hinckelmanni locum, d. 30. Aug. A. 1696., annitente, & aliorum ipsi suffragia conciliante, Joh. Theod. Schafshusio, Consule, esset electus, migravit, ac d. 3. Dec., post sermonem auspicalem in Ef. III. 10. 11. habitum, inauguratus, Doctoris Theologi titulo A. 1698. Witebergæ reportato (1.), Senior etiam sacri ordinis, post Joh. Wincleri obitum, d. 17. Apr. A. 1705. evasit. Obiit d. 27. Nov. A. C. 1715., ac ætatis 56. Vitæ ejus historiam fusius exposuit Joh. Christoph. Wolfii, Gymnasii tunc Hamburgensis Professoris, ipsi paulo post in Pastoratu subrogati Catharinæo, *Programma funebre*, A. 1715. *in fol.* editum, & A. 1717., cum Concionibus Epicediisqve in obitum illius, recusum. Conf. de illo *Partem XLVII.* der Gelehrten Famæ *p. 869. 870.*, die Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 51. A. 1715. p. 446. 447.* Löscheri Unschuld. Nachr. A. 1715. p. 1150. 1151., Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg.*, *p. 626. 879.* & Ej. *Epistolam*, qva Pauli Colomesii *Opera*, junctim a se edita, A. 1709. ei inscripsit *dedicatoriam*. Joh. Frid. Mayerus eum *Theologum sua laude majorem* vocavit *in Or. de Joh. Bugenhagii meritis*, *p. 8.*

Disp. de Potestate judiciaria circa ministerium Clavium, Præside D. Joh. Oleario. Lipsiæ 1684. in 4.

Disp. Inaug. de Meritis Adami in statu integro, Præside D. Joh. Baggero, Seelandiæ Episcopo, proposita. Hafniæ 1688. in 4.

Der Prophet Elias, in seinem Eifer, wie ihm getreulich hat nachgeeifert Antonius Reiser, Th. Lic. und Pastor zu S. Jacobi in Hamburg, in einer Predigt, auß 1 Reg. XIX. 10., vorgestellet. Hamburgi 1686. in 4.

JUSTUS THEODORUS VOLCMARUS, Glückstadiensis, J. U. D. & urbis patriæ Senator. V. D. G. Morhofii duo in supremos Juris honores, Kilonii A. 1681. ei collatos, carmina, *Lib. III. Charitum*, *p. 240. 241.*, obvia, & Henr. Hamerici, Rect. Rendesburgensis, in eosdem *Epigraphen*.

Disp. de Tempore ante tempus. Gryphiswaldiæ 167.. in 4. (*V. H. Hamericum l. c.*)

Disp. Inaug. de Jure Optionis, Præside D. Bernh. Schultzio. Kilonii 1681. in 4.

JOACHIMUS VOLSCHOVIUS, scholæ Hamburgensis, ab A. 1699., Subrector.

Diss. de Nativitate Christi, ad Luc. II. 10. 11. Hamburgi 1698. in 4. V. Jac. Frid. Wildeshusii *Bibliothecam Disputt. in V. & N. T. p. 65.*

JOHANNES VORSTIUS Junior, Wesselburiæ, Dithmarsiæ borealis vico, A. 1623. in lucem est editus, & perperam proinde, sicut alibi (2.) jam monuimus, ab Alb. Bartholino (3.) Danis annumeratur, a G. M. Königio autem (4.), & Adr. Baileto (5.), hunc secuto, Berolini, in Marchia, natus esse perhibetur, Brandeburgica. Patrem habuit Martinum, vici istius Pastorem, & Dithmarsiæ simul Borealis, ab A. 1619., Præpositum, Joh. Vorstii Senioris, Brabantini, Presbyteri Itzehoensis, ac supremi simul Ecclesiarum Holsatiæ regiæ Antistitis, *Tomo seqventi* celebrandi, filium. Primis literarum rudimentis in Dithmarsia, scholisqve Itzehoensi & Hamburgensi, Philosophiæ autem & Philologiæ scientia, in Gymnasio Hamburgensi, a Joach. Jungio, Bernh. Werembergio, Joh. Ad. Tassio & Henr. Vagetio, hujus Professoribus, accurate imbutus, Witebergam A. 1644. se contulit, & Jac. Martini, Paulum Röberum, Wilh. Lyserum ac Joh. Hülsemannum, Theologos, Aug. Buchnerum, Andr. Sennertum & Joh. Er. Ostermannum, Philologos, Johannemqve Sperlingium, Christoph. Nottnagelium, Joh. Scharfium ac Mich. Wendelerum, Philosophos, integro audivit biennio. Impetratis illic, Brabeuta Wendelero, supremis Philosophiæ honoribus, Georg. Mülleri, Senatoris Hamburgensis, præfectus filiis, A. 1646. Helmstadium, in ædes Georg. Werneri, JCti, transiit, Georgiiqve Calixti, Conr. Horneji,

(1.) V. Henr. Pippingii *Triadem memoriæ Theol. renov. p. 1460.* (2.) *in Hypomnematis ad Alb. Barthol. de Scr. Dan. p. 318.* (3.) *in Lib. de Scr. Dan. p. 92.* (4.) *in Biblioth. Veteri & nova p. 856.* (5.) *in Lib. des Satyres personelles, T. I., p. 388.*

neji, Herm. Conringii ac Christoph. Schraderi, Acad. Juliæ luminum, institutione & consvetudine, per duos itidem annos, gavisus, invidendos in polymathia sacra pariter atqve profana fecit progressus. Horum, postqvam Jenam A. 1648. cum discipulis abierat, præclara adeo dedit specimina, ut non solum in Majoris utriusqve, Musæi, Cundisii, Sleevogtii, Stahlii, Professorumqve aliorum, facile se insinuaret amicitiam, sed Friderico etiam, Duci Holsato-Gottorpiensi, dignus videretur, qvem suis in Academia Rostochiensi Alumnis Ephorum A. 1649. præficeret. Studia horum Rostochii qvadriennio moderatus continuo, editis Disputationibus argumenti Historici, Philologici & Philosophici, pereruditis qvamplurimis, brevi inclaruit, ac deinde A. 1653., missione a Principe impetrata, Belgium fœderatum itinere peragravit literario, & Christ. Matthiæ, Dav. Blondello, Adolpho Vorstio, Joh. Coccejo, Jac. Golio, aliisqve Viris summis, familiariter innotuit. Eodem A. 1653. a Senatu Flenopoleos meæ ad Scholæ publicæ vocatus Rectoratum, *functionem* hanc, Thoma Reinesio judice (1.), *satis honestam, & viam ad majora capessenda monstrare idoneam*, per septennium, ingenti cum famæ suæ, & Athenæi ipsius, incremento, præclare administravit, intereaqve temporis, M. Nov. A. 1655., Rostochii Theologiæ Licentiati titulum obtinuit, ac A. 1656. Saram, Jodoci Valepagii, tractus Stapelholmensis Scribæ publici, filiam, duxit uxorem. Professionem Academiæ Juliæ Theologicam, qvæ hic viventi, Henr. Langenbeckii, Cancellarii Gvelphici, & Herm. Conringii, offerebatur literis, qvo erat candore, ab omni in sacris simulatione & dissimulatione alieno, Gerh. etiam Titii, Antagonistæ, laudes merito, recusavit, qvod, a pluribus jam annis (uti Reinesianæ ad ipsum haud obscure passim docent epistolæ), non omnia Lutheranorum dogmata probaret, & Reformatorum imprimis de S. Coena amplecteretur sententiam, in Epistola Diatribes *de Gratia divina* inauguralis, ad Frid. III., Daniæ Regem, dedicatoria, illorum notante errores, A. 1655. præteritam, suæ autem ipsius menti doctrinæqve haud congrua aliis nollet inculcare (2.). Eandem ob causam A. 1660. officio Flensburgensi sponte se abdicavit, &, Gymnasii ad Svevum Coloniensis Rector, suæqve simul Bibliothecæ Ephorus, a Friderico Wilhelmo, Electore Brandeburgico, constitutus, palam ad Reformatos defecit, illorumqve de S. Coena doctrinam, *tribus Dissertationum sacrarum libris*, ac *Epistola ad Warnerum Freundium*, A. 1662. editis, contra Lutheranos tueri non dubitavit. In qvibus cum Joh. Gerhardi, aliorumqve Theologorum Lutheranorum, lapsus nonnullos παῤῥησίᾳ sibi familiari animose perstrinxisset, crabrones se irritasse, ab horum successoribus, Joh. Musæo, Christ. Chemnitio, Christ. Dreiero ac Gerh. Titio, ut Joach. Lud. Reimerum, Sam. Cocum, Wolfg. Ouwium (Pastorem ex auditore ipsius Flensburgensem, satis duriter in Apostasiam Præceptoris invectum (3.)), aliosqve minoris famæ adversarios, taceam, facto impugnatus agmine, didicit. Chemnitio, Dreiero, Titio & Reimero, schediasmata aliqvot apologetica, sed haud impune, reposuit, cæterorum invectivas nullo, svasu Thomæ Reinesii, in controversia hac Eucharistica ipsi ac Reformatis ὁμοψήφῳ, dignatus responso. Is enim, nunciata amici apostasia, in literis, ad illum Lipsiæ d. 22. Apr. A. 1662. exaratis (4.), inopinatum sibi ejus ex Holsatia (*in qva fortuna favebat, ductaqve uxor, nati liberi, & cætera, qvæ cara habere solemus mortales, obvenerant*) discessum accidisse, præfatus, consilium ipsius τὸ μὴ ἑτεροζυγεῖν probavit, seqve de *Dissertationum sacrarum* argumento prorsus cum eo sentire est professus, de adversariorum autem turba conqvesto hoc, in epistolis aliis, A. 1664. scriptis (5.), suggessit monitum: *Qverebaris de intemperie qvorundam, qvi, facto qvasi coetu, & totis castris, te invadant & oppugnent. Sane doleo molestias tibi creari, qvem sine invidia frui suis bonis, & tranqvillum vivere, malim. Hoc vero obtinebis, puto, si, qvos εὐθυῤῥημοσύνῃ & ἐλευθεροστομίᾳ irritasti, feras, &, dum æstus animorum detumescat, expectes: qvo processeris longius, eo plus te ipsum læseris.* Paruit huic noster, &, relicta aliis Theologia disputatrice, ad studia elegantiora reversus, vitam reliqvam lucubrationibus maximam partem impendit Philologicis, & utilissimis in scriptores antiqvos laboribus. Qvibus eruditionem suam, variam pariter atqve solidam, orbi ita approbavit literato, ut, communi hujus consensu, etiamnum, anno licet æræ Christianæ 1676., ac ætatis 53., die 4. Augusti, jam mortuus (6.), Viri in sacris literis, Patrumqve monumentis, versatissimi, Philosophi accurati, Philologi eximii ac πολυγλώττου, Antiqvarii insignis, Criticiqve ac Censoris dictionis Romanæ perqvam judiciosi, posthuma reportet elogia. Amicis suis, præter Thomam Reinesium (cujus *Inscriptionum* opus præclarum haud pauca illi debuit subsidia (7.)), Georg. Calixtum, aliosqve jam laudatos, annumeravit Joh. Tob. Majorem, Thom. Bangium, Joh. Reinbohtium, Theologos, Henr. Ernstium JCtum, Joh. Henr. Meibomium, Thom. Bartholinum, Joelem Langellottum, Medicos, Wilh. Langium, Joh. Frid. Gronovium, Lucam Langermannum, Joh. Henr. Hottingerum, Joh. Schefferum, Joh. Casp. Svicerum, Joh. Andr. Bosium, Joh. Jonsium, Joh. Frischmuhtium, Andr. Müllerum, Jac. Thomasium, Philologos celeberrimos, aliosqve ordinis literarii in Germania, Dania, Cimbria & Batavia, proceres. E qvibus Thomasius, eum sibi, *Thesaurum lingvæ Latinæ* Fabro-Buchnerianum A. 1672. locupletiorem edituro, suas ad hunc observationes prompte communicasse, grato testatus est animo (8.). Vitæ ipsius seriem, ad A. usqve 1655., Casp. Mauritii, Theologi Rostochiensis, *Programma, Disputationi* illius *Inaugurali* eodem præmissum, reliqva vero alii, jam allegati, suggesserunt. Præter qvos conferri etiam de ipso possunt Thomæ Reinesii ad illum *Epistolæ*, Joh. Christoph. Becmanni *Catalogus Biblioth. Francofurt. p. 467.*, Joh. Alb. Fabricii *Centuria Plagiariorum, num. 75., lit. N. 1. b.*, Thomæ Crenii *Animadversiones, P. I., c. 6., §. 4. & 5., p. 100-105., P. II. p. 23[illegible]. 240., P. III., c. 3., p. 9[illegible]-98., P. VI., c. 1., p. 24. 25. 37. 38.*, Val. Alberti *Interesse præcipuarum religionum p. 409.*, Sam. Schelgvigii *Diss. de incrementis Bibliothecæ Gedanensis p. 17.*, Joh. Fabricii *Pars IV. Hist. Biblioth. Fabric. p. 89. 90.* *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. II., c. 5., §. 4., p. 104., & P. III., c. 3., §. 8., p. 280.*, Index Rectorum Scholæ Flensburgensis, *in Novis Lit. Lubec., M. Oct. A. 1702., p. 299.*, obvius, & *Schediasma de Scholæ Flensburg. historia Germanicum p. 14. 15.*

Catalogus Bibliothecæ ejus, *in 4.* editus, in Jacobi le Long. *P. II. Biblioth. sacræ, p. 454.*, allegatur.

ELOGIA.

Herm. Conringio (*in præfat. ad Paradoxa de Nummis Hebræis p. 23.*) *Vir* audit *longe doctissimus*.

Joh. Frid. Gronovius (in Epistola ad eum, Valerio Maximo ipsius præfixa), *serio illum & cordate Musas tractare amoeniores*, judicat.

Joh. Schefferus (in *præfat. Justini*, A. 1678. editi) eum, ac J. G. Grævium, *Viros summos & optimos* appellat.

Joh. Ericus Ostermannus, in *Epistola, Parti II. Philologiæ* ipsius *sacræ* præfixa, ita ad eum: *Multum te colo, Vir Clarissime, ob amorem singularem, non in Græcas tantum foederis novi, verum etiam Orientis universi, literas, qvas ita mihi visus es in eruditissimis Dissertationibus tuis animo complexus esse, ut unus commodus judicandus sis, qvi litem illam de Hellenistica definiat ad extremum.*

(1.) *Epist. 18. ad Vorstium p. 44.* (2.) V. ipsius *Epistolam priorem ad Gerh. Titium*, & Titii *præfationem*, suo ad hanc *Responso* præmissam. (3.) *in Epist. dedic.* der Erinnerung vom Mißbrauche der Kleider, *p. 14. & seqq.* (4.) V. Reinesii *Epistolas ad Vorstium, num. 24., p. 53. 54.* (5.) *l. c., num. 27., p. 59., & num. 29. p. 61. 62.* (6.) V. Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1676.* (7.) V. *Acta Erud. Lips., M. Apr. A. 1682., p. 80.* (8.) *in præfat. editionis suæ Thesauri illius, Lipsiæ A. 1680. in fol. excusæ.*

Joh. Leusdenio (*Diss. XII. Philologi Hebræo-Græci, de N. T. Hebraismis, P. I., §. 4. & 6.*) *Vir* audit *doctissimus*; Mathiæ Wasmuhto (*P. II. Vindiciarum S. Hebrææ Scripturæ p. 258.*) *Vir clarissimus*; Henr. Meibomio Jun. (*in Epist. de Historia Medicorum scribenda p. 8.*) *Vir longe doctissimus*.

Joh. Georg. Grævio (*in præf. Justini*, A. 1701. editi) *Vir variis eruditis ingenii monumentis celebris*.

D. G. Morhofius (*Orat. VIII. p. 243.*) *illustribus* eum *orbis literati e Cimbria* annumerat *sideribus*.

Ant. Reisero (*in Apologia pro Epistola consolatoria p. 30. 31.*) *Scriptor* audit *nuperus & retentior, in religionis qvidem negotio inconstantiæ nota, verum in re Grammatica plurium, inter qvos Frischmuhtius & Saubertus eminent, elogio insignis.*

Laur. Bodockio (*in Programm. Rostochiensi de vita Hansii Mauritii, discipuli ejus, funebri*) *Vir singularis industriæ, maximæqve in curando officio fidelitatis.*

Ant. Bynæo (*Lib. I. de Calceis Hebræorum, c. 5., p. 69.*) *Vir pereruditus & diligentissimus.*

Joh. Henr. Hänero (*in Miscellaneis Philologico-Criticis, num. 17.*) *Amicus suus magnus.*

Sev. Walth. Slutero (*in Diss. de Colloqvio Nicodemi cum Christo, lit. B. 2. a.*) *Vir eruditissimus.*

Thomæ Crenio (*P. II. Animadvers. p. 235.*) *Vir variis eruditis ingenii monumentis celebris.*

Joh. Frid. Hekelio (*in Notis ad Mich. Barthii Vitam Virgilii p. 18.*) *Philologus consummatissimus.*

Pet. Rabo (im Boeczaal van *Europa*, *M. Sept. & Oct. A. 1694., p. 222.*) Een Mann van doorkorende Kennisse; it. (*M. Mart. & Apr. A. 1695., p. 294.*) de Hooggeleerde, en voortreffelike Hoofdmann der Hebreeuwsche Taalkenners.

Joh. Fabricio (*P. IV. Hist. Biblioth. Fabric. p. 89.*) *Philologus* πολυμαθέστατος, πολύγραφος, *deqve sacris & profanis scriptoribus egregie meritus.*

CENSURÆ.

Gerh. Titius, *in Repetitione doctrinæ Protestantium de S. Cœna*, illi opposita, *p. 80. 81.*, eruditionem ejus Patrologicam hisce verbis extenuat: *Imprudentissimus profecto foret, qvisqvis homini mei simili, h. e. vix mediocriter docto, tam temere & profuse de omnis ævi, nemine excepto, qvicunqve hanc rem attigerunt, Doctorum, non nisi de pane voculam HOC intelligentium, sententiis ampullari auso, fidem habere properaret: Cum ipse vastum illud lectionis omnis ævi Doctorum pelagus nunqvam sit emensus, nec per ætatem & obstacula hactenus emetiri potuerit, sed, qvod amici ejus inter nos norunt, & res ipsa loqvitur, cymbam saltem in littore sit periclitatus.*

Christ. Chemnitius, *in Defensione Joh. Gerhardi contra illum, Sect. 26.*, eum, ob apostasiam, *criminis læsæ majestatis, in Christum Salvatorem commissi*, insimulat; *Sect. 2.* autem, παῤῥησίαν ejus, in notandis Theologorum Lutheranorum præcipuorum, Jac. Andreæ, Chemnitii, Hunnii, Meisneri, Graueri, Glassii, Brochmanni, Waltheri & Gerhardi, lapsibus, ingentem detestatus, *præter Wendelinum*, scribit, *& Erbermannum, vix hactenus visum fuisse, qvi spiritus sibi sumpserit majores, & qvi pro majore delectamento habuerit, inter alienorum nominum cadavera vagari.* Cui censuræ Vorstius, *in Epist. ad Chemnitium priore, p. 47-51.*, respondit, &, præter alia, *p. 48.*, hæc regessit: *Soleo ego, in opusculis meis, qvi qvos errores errasse videantur, libere monere, atqve causas qvoqve, qvamobrem pro errore habendum hoc vel illud sit, adjicere. Atqve isto consilio, non Joh. Gerhardi tantum, sed & Bezæ, Castalionis, Salmasii, Calixti, Horneji, pluriumqve aliorum,* παροράματα, *ubicunqve occasio tulit, detexi & refelli.*

Ant. Reiserus (im wiederholten Beweise wieder Christ. Pauli, p. 194.) eum vocat einen bekandten Mammeluken.

Ol. Borrichius (*in Defensione Vossii & Stradæ contra Casp. Scioppium p. 307.*), illum, in scriptis de Latinitate, *Scioppio addictiorem* esse, judicat.

Thomas Crenius, *in Animadversionibus, P. XIV., p. 46.*, ignaviam defuncto hisce verbis immerito exprobravit: *Nimirum deficiebat homo* ἀπραγμάτευτος *a nobis, ut Rector scholæ Joachimicæ vallis, Coloniam translatæ, fieret, & seqvi deses otium posset. Novimus enim hominem, &, qvi nobiscum eum cognoverunt, nos non mentiri sciunt.* Alibi (*P. I. Animadv., c. 6., §. 5., p. 104.*) non pigritiæ solum, sed & plagiorum, eundem insimulavit, ita scribens: *Vorstius sane tantum non potuit a lectione Romanorum, qvantum videri volebat. Superveniebat aliorum laboribus, addebat, demebat, corrigebat, inventisqve aliorum fruebatur, non propriis, ipseqve, parum de suo proferens, omnia sibi fere vindicabat. Indices maximi Boecleri in Corn. Nepotem, & Cl. Freinshemii in Justinum, multo pleniores reddidit hic Rector scholæ Joachimicæ, qvæ Coloniæ Brandeburgicæ est; at novos in Sulpit. Severum & Val. Maximum, qvos cum notis suis edidit, adornare indices nimis laboriosum erat huic homini, in labore remisso nimis, parumqve patienti. Lege, qvæ de hoc multis tradiderunt B. Boeclerus, in præfat. ad lectorem, Vellejo præmissa, & J. G. Grævius, itidem in præf. ad lectorem, Justino præfixa. Non vituperamus ejus adjecta sed, qvod ille ipse, nullibi non utilitatem Indicum, tam ample, qvam vere, prædicans, nullos omnino suis abs se editis libris subjunxerit, eruditis vehementer dolet.* Similia his repetit *Parte XV., c. 1., p. 90. 91.*, ac *Parte VIII., c. 2., §. 4., p. 89-93.*, ubi aliqvot nostro plagia (e Casp. Scioppii *Lectionibus suspectis*, & J. F. Gronovii *Observationibus*), in *Notis* ejus *ad Justinum* a se deprehensa, exprobrat, simulqve negligentiam, in locis Veterum allegandis, hisce verbis objicit: *Capita & versus, nisi inveniat ab aliis adducta, non addit, qvod perspicuo est indicio, Vorstium ipsa Romanorum loca non evolvisse, nec examinasse. sed alienis oculis vidisse; qvare, si addit, prævios habuit istiusmodi Autores, loca ita citantes. Sane diversitas adlegandi scriptores, qvam in Vorstio observavi, fecit, ut tantus mihi non videretur, qvantus aliis forte.* Verum censorem hunc rigidum, nodos in scirpo hostili qværentem animo, & Vorstium tot plagiorum accusantem, in *Notis* suis ad Joach. Pastorii *Tr. de Institut. Juvent., p. 227.*, e Vorstii ipsius *Epistola libri de falso suspecta Latinitate dedicatoria*, prolixam de lingvæ Latinæ laudibus periocham, iisdem verbis, plagio insigni, descripsisse, ab Anonymo Epistolæ brevis, ad Theod. Jansonium d. 15. Jul. A. 1705. scriptæ, & seorsim *in 8.* editæ, Autore ὀφθαλμοφανερῶς est ostensum. Id qvod nec ipse, *P. XIV. Animadversionum p. 143. 144.*, negare potuit, Vorstii illic nomen, festinationis vel memoriæ vitio, esse omissum, causatus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

α. PROPRIA.

Disp. de nomine tetragrammato יהוה, Præside M. Joh. Reichio, Lubecensi. Witebergæ 1646. in 4.

Disp. de Imagine Dei in homine. Præside D. Jacobo Martini. Witeb. 1646. in 4. (*V. C. Mauritii Progr. cit.*)

Diatriba Chorographica de qvibusdam Regionibus, qvarum in Historia sacra fit mentio, ab ipso conscripta, & Præside Christoph. Notnagelio, Math. Prof., defensa. Witeb. 1646. in 4.

Exerc. de primatiis Sedibus Episcopalibus veteris Ecclesiæ, imprimis Romana, ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Tob. Majore proposita. Jenæ 1648. & (*si Catalogus nund. A. 1651. autumn. p. 36. fidem meretur*) Rostochii 1651. in 4. Recusa in Thomæ Crenii *Fasce Exercitationum Theologico-Historicarum*, Leidæ A. 1697. *in 8.* edito (cujus recensum Ludolphi Neocori *Bibliotheca libb. nov., M. Oct. A. 1697., p. 460-467., exhibet*). Nonnulla hujus argumenti Autori Thomæ Reinesii *Epistola ad eum tertia, p. 15-19.*, suggessit.

Exerci-

Exercitationes duæ, qvibus sacra ἱστορούμενα (de Sesach Jer. XXV. 26. & LI. 41., ac LXX. annorum captivitate) expenduntur. Jenæ 1649. in 4. Recusæ, *in Δεμαλίῳ Exercc. Academicarum*, Rostochii A. 1651. in 4. T. Reinesii, a Vorstio in nonnullis dissentientis, monita ad eas *Epistola ad illum XII., p. 32. 33. 34.*, exhibet.

Positiones miscellæ. Rostochii 1649. in 4. (*V. Catal. Biblioth. Lipstorp. p. 202.*)

Diss. de Temporibus, qvibus Medi ac Babylonii ab Assyriis defecerunt, deqve singularum istarum gentium, qvæ postea fuit, conditione. Rost. A. 1650. in 4. Recusa ibidem (*in Exercc. Acad. Δεμαλίῳ*) A. 1651. in 4.

Exerc. de Invito & sponte facto. Rost. 1650. in 4.

Diss. de Synedriis Hebræorum. Rost. 1651. in 4. Recusa, in Thomæ Crenii *Fasciculo IV. Opusculorum ad Historiam ac Philologiam sacram spectantium*, Roterodami A. 1694. in 8. V. *Acta Erud. Lips., M. Febr. A. 1695., p. 96.* Cousini *Diar. Erud. Gall. A. 1695., n. 34., p. 605-610.*, Chauvini *Diar. Erud. Roterod. Gallicum, M. Jul. & Aug. A. 1694., p. 482-489.*, & Pet. Rabi Boocksaal Europæ, *M. Sept. A. 1694., p. 222-226.*

Disp. de LXX. Hebdomadibus annorum, qvas Angelus Dan. IX. determinat. Rostochii (& seorsim, & in Δεμαλίῳ) A. 1651. in 4. Contra hanc, ex accentuatione, Matth. Wasmuhtus, *P. II. Vindic. Scr. Hebr., p. 255. & seqq.*, multa passim disputat.

Cogitata qvædam de stylo Novi Testamenti. Rost. 1651. in 4. Recusa, in T. Crenii *Fasce Exercc. Theologico-Histor.*, Leidæ A. 1697. in 8. V. Neocorum *l. c. p. 460-467.* Præludium fuere *Philologiæ sacræ de N. T. Hebraismis.*

Exerc. Physica de Appetitu sensitivo & Affectibus. Rost. 1651. in 4.

Exerc. de Virtute. Rost. 1651. in 4.

Exerc. de Justitia (*Resp. Sam. Rachelio, Dithmarso, JCto deinde Acad. Kiloniensis*). Rost. 1651. in 4.

Dispp. II. Politicæ de Summa potestate civitatem gubernandi, qvam unus obtinet (*Resp. Wolfg. Ouwio, Flensburgensi, patriæ deinde Pastore*). Rost. 1651. in 4.

Exerc. Log. de secunda Mentis operatione, hujusqve signo oratione externa (*Resp. eodem*). Rost. 1651. in 4.

Positiones miscellæ (Resp. Frid. Fabricio, Slesvicensi). Rost. 1651. in 4.

Exercitationum Academicarum Δεμαλίῳν, qvarum I. de temporibus, qvibus Medi & Babylonii ab Assyriis defecerunt, II. de 70. Annis captivitatis Hebræorum & vastitatis Hierosolymitanæ, III. de tempore, qvo templum Hierosol. instauratum fuit, IV. de voce *Sesach* Jer. XXV. 26. & LI. 41., deqve expugnatione Babylonis, a Cyro facta, & V. deniqve de 70. Hebdomadibus annorum, Dan. IX. prædictis, disserunt. Rost. 1651. in 4. Recusum, in T. Crenii *Fascic. III. opuscc. ad Hist. & Philol. S. spectantium*, Roterodami A. 1693. in 8. V. *Acta Erud. Lips., M. Dec. A. 1693., p. 544.*, Cousini *Ephem. 33. Erud. Gall. A. 1695., p. 589. 590.*, Chauvini *Diar. Erud. Roterod., M. Maj. & Jun. A. 1694., p. 379.*, & Pet. Rabi Boocksaal, *M. Sept. & Oct. A. 1693., p. 238-245.*

Tres Philologicæ & ex parte Philosophicæ Diatribæ in Lev. XVIII. 18., Eph. IV. 8., &c. Rost. 1652. in 4.

Disqvisitio brevis de qvibusdam veterum Autorum assertionibus. Rost. 1652. in 4.

Diss. de τοῖς Ἕλλησι, qvorum cap. VII. & XII. Johannis fit mentio. Rost. 1652. in 4.

Diss. de nominibus propriis rerum & personarum, qvæ ex nomine veri Dei proprio יהוה sunt composita. Rost. 1652. in 4. (Disputt. duæ de veri Dei Nomine proprio יהוה Rost. 1652. in 4. memorantur *in Catal. Biblioth. Mayerianæ pag. 117.*)

Diss. brevis de Causa per se & per accidens, itemqve de Physica & morali. Rost. 1652. in 4.

Diss. de Syllogismo infinito. Rost. 1652. in 4.

Syntagma Miscellaneorum Academicorum, in qvo varia, qvæ ad Philologiam & historiam spectant, VI. Disputationibus & capitibus XII. exponuntur; Augusto, Duci Brunsvicensi, inscriptum. Rost. 1652. in 4. Recusum, in T. Crenii *Fascic. V. Opuscc. ad Hist. & Philol. S. spectantium*, Roterodami A. 1695. in 8. V. Cousini *Ephem. 35. Erud. Gall. A. 1695., p. 620.*, Chauvini *Diar. erud. Roterod. A. 1694., M. Sept. & Oct., p. 624-630.*, & P. Rabi Boocksaal *A. 1695., M. Mart. & Apr., p. 293-303.* Capita ejus V. priora de nomine יהוה, VI. de qvibusdam nominibus propriis Biblicis, VII. de nævis aliqvot Versionis vulgatæ, VIII. & IX. de Enunciationibus Hebræorum negativis universalibus, X. de nominibus qvibusdam propriis e Gen. 10., XI. de Magis Persarum, & XII. de observationibus miscellis, disserunt. Commendatur a Joh. Diecmanno *in Gymnasmate de lingua primigenia Hebræa p. 18.*, impugnatur autem a M. Imman. Webero, Misnico, *in Exercitio Grammatico ad ῥῆσιν Hebr. XIII. 16.: Τοιαύταις θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεὸς, capiti VII., versionem ejus vulgatam defendenti, opposito*, editoqve Lipsiæ A. 1683. *in 4.*

De Latinitate, qvæ suspecta esse possit, deqve Latinæ ac Germanicæ lingvæ convenientia, brevis Diatribe. Rost. 1652. in 8. Primas exhibet lineas *libri* (de qvo mox dicetur) *de Latinitate falso suspecta*, triplo auctioris, prorsusqve immutati, qvi A. 1665. prodiit. T. Reinesius, *Ep. 14., p. 40.*, ita de illa ad Autorem scripsit: *Suspecta Latinitas tua nostris Philologis perplacet, excitastiqve æmulos elegantis studii, qvi plura tuis inædificabunt.*

Exercitationes VII. de qvibusdam ad Philologiam orientalem spectantibus (*Resp. Andr. Müllero, Præposito postea Berolinensi πολυγλώττῳ*). Rost. 1653. in 4. Recusæ, in T. Crenii *Fasce Exercitationum Philologico-Historicarum*, Leidæ A. 1697. in 8. V. L. Neocori *Biblioth. libr. nov., M. Oct. A. 1697., p. 460-467.*

Disp. de Sceptro & Judicibus posterorum Judæ, usqve ad Messiæ adventum e Gen. XLIX. 10. Rost. 1653. in 4.

Disp. de Paradiso. Rostochii 1653. in 4. Ibidem, una cum præcedente eodem anno 1653. *in Dissertationum Sacrarum syntagmate recusa.*

Dissertationum sacrarum, earumqve Historicarum & Philologicarum, breve Syntagma, in qvo agitur: I. de tenente sceptrum ac Magistratu, qvi ex Judæ posteris non deficere debuerunt, donec Messias venisset, e Gen. XLIX. 10.; II. de qvatuor vulgo sic dictis Monarchiis; III. de Paradiso. Rost. 1653. in 4. Recusæ, in T. Crenii *Fasciculo IV, Opuscc. ad Hist. & Philol. S. spectantium*, Roterodami A. 1694. *in 8.*, una cum *Diss. de Synedriis*, in cujus recensu Ephemeridum literariarum de utrisqve loca indicavimus. Primam illarum Matth. Wasmuhtus, *in Disp. de usu Philologiæ Hebrææ in Theologia Exegetico-Polemica, c. 2.*, impugnavit.

Diss. de studio Sermonis, tum veri, tum falsi. Rost. 1653. in 4.

Diatriba de Necessario. Rost. 1653. in 4.

Disp. de Supposito & persona (*Resp. Christ. Kortholto, Theologo postea Kiloniensi*). Rost. 1653. in 4.

Diss. de Qv.: An Logica, seu Dialectica, in Philosophiæ partibus sit numeranda? Rost. 1653. in 4.

Disp. de prima Mentis operatione, ejusqve differentiis. Rost. 1653. in 4.

Disp. de Enunciatione universali, tum affirmativa, tum negativa. Rost. 1653. in 4.

Diss. de Legibus. Rost. 1653. in 4.

Disp. Inaug. de divinæ Gratiæ, in hominibus tum primum convertendis, tum in fide conservandis, efficacia & ope-

randi modo, pro gradu Licentiæ, Præside D. Casp. Mauritio, d. 8. Nov. A. 1655. proposita. Rost. 1655. in 4. Præmissa est Epistola ad Frid. III., Regem Daniæ, dedicatoria de Reformatorum erroribus, nullam dogmatis mentionem injiciens Eucharistici; cum applausibus J. G. Dorschei & Herm. Schuckmanni, Theologorum Rostochiensium, metricis.

Disp. de Enunciatione negativa, præsertim externa, in schola Flensburgensi (*Resp. Joh. Lundio, Flensburgensi, Ecclesiasta postea Tunderensi doctissimo*) proposita. A. 1656. in 4.

Disp. de lingva omnium prima, deqve hujus, ut Scriptura vocat, confusione, in schola Flensburgensi (*Resp. Joh. Ewaldi*) proposita. A. 1657. in 4.

Philologia Sacra, seu Comm. de Hebraismis Novi Testamenti, qvo, qvicqvid Hebraismorum in toto N. T. reperitur, pene omne recensetur, in certas classes digeritur, atqve ipsarum lingvarum orientalium collatione illustratur, non pauca item alia, tum Theologica, tum Philologica, attinguntur & pertractantur: Opus in partes duas divisum, qvarum prima seorsim initio Lugd. Bat. A. 1658. in 4., utraqve autem, cum Indicibus locupletissimis, Amstelodami A. 1665. & Francofurti (*adjecta Diatriba de N. T. Adagiis*) A. 1705. in 4., prodiit. Ab Henn. Wittenio (*T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad d. 4. Aug. A. 1676.*) perperam sub *Philosophiæ sacræ* allegatur titulo. Πρόγευμα ejus Autor dedit *in Cogitatis de stylo N. T.*, Rostochii A. 1651. editis, *Spicilegium* autem A. 1670., *in Epist. dedic. Diatribes de Adagiis N. T.*, est pollicitus. Recensum Partis I. Joh. Galloesius, *in Diario Erud. A. 1667. Gallico, Ephem. 9., p. 681. 682. edit. Lat. Nitschianæ*, utriusqve vero, sed parum accuratum, Joh. a Gavern, im Boeckzaale der geleerden Wereld, *M. Jul. & Aug. A. 1706., p. 30-39.*, exhibuit. Commendarunt illud Thom. Reinesius (*Epist.* etiam *23., p. 52.*, Vorstio, *Hebraismos ejus apud intelligentes esse in pretio*, nuncians) Joh. Henr. Hottingerus (*non obscura* se in illo *eruditionis & πολυαναγνωσίας deprehendisse specimina* significans), Thom. Bartholinus (opus *cedro* vocans *dignissimum*), Joh. Schefferus, Bernh. Gosmannus, Joh. Er. Ostermannus (cujus verba inter Autoris recitavimus elogia), Joh. Frischmuhtius (*Diss.* qvoqve *III. de Fœdere novo, ad Jer. XXXI., c. 2., §. 17., opus* appellans *eruditum*), Joh. Casp. Svicerus & Joh. Mohtius, in Epistolarum ad Autorem excerptis, editioni Amstelodamensi præfixis, Joh. Galloesius *l. c.*, Joh. Saubertus Jun. *in Or. auspic. de studii L. Hebr. in Theologia necessitate p. 8.*, Joh. Henr. Heideggerus *in Enchiridio Biblico, Lib. III., c. 1., p. 687.*, Gerh. Meierus *Lib. II. Biblioth. Theol. contractæ p. 210.*, Christ. Kortholtus *in Introd. ad stud. Theol., c. 4., Theor. 3., §. 2.*, Joh. Olearius Jun. *in Diss. de stylo N. T. p. 80. 176., & alibi passim*, Aug. Pfeifferus *in Introd. in Orientem p. 45., & in Critica Sacra, c. 3., p. 82.*, D. G. Morhofius *T. I. Polyhist., L. 4., c. 6., p. 76.*, Christoph. Cellarius *in Diss. de solutæ orationis Scriptoribus, scholarum usui commmendandis, §. 17., p. 15.* Joh. Georg. Pritius (*miram* in colligendis Hebraismis Autori tribuens *industriam*) *in Introduct. ad lectionem N. T., c. 12., §. 2., p. 293.*, Ant. Bynæus *Lib. I. de Calceis Hebræorum, c. 5., p. 69.*, aliiqve complures. Joh. Leusdenius, *in Philologi Hebræo-Græci Dissert. XII. de N. T. Hebraismis*, prolixum istorum, ductu operis Vorstiani, exhibuit Catalogum, in Classes XXXI. digestum, & hunc §. 6. ita est exorsus: *Cum nemo Vorstio melius, solidius ac clarius, de N. T. Hebraismis egerit, ideo non possumus non Philologiam ejus sacram aliis commendare, & D. Autori summas pro labore, in his Hebraismis eruendis & colligendis adhibito, gratias agere.* Cui Jac. Rhenferdius, Prof. Franeqveranus, in *Syntagmatis Dissertationum de stylo N. T.*, Leovardiæ A. 1702. editi (cui Leusdenianam etiam hanc inseruit), *præfatione* (*p. ***. 2. a.*), verbis succinit seqventibus: *Joh. Vorstii Philologiam sacram auditoribus nostris usqve commendare solemus, qva, si Lightfohti, aliorumqve, novissimas observationes excipias, qvicqvid fere locutionum Hebræarum ab aliis, vel ab ipsomet, notatum erat, summo studio & indefesso labore collegit, in certasqve classes concinno ordine redegit. Verum enimvero liber eximius prolixior est paulo, & hoc inprimis tempore etiam rarior.* Nimiam contra Vorstio, in phrasibus mere Græcis in Hebraismorum referendis numerum, audaciam & περιεργίαν exprobrarunt dialecti Hellenisticæ adversarii, &, cum istis, Thom. Reinesius (de lingvarum cognatione præclare disserens), *Ep. 14. & 23. ad ipsum, p. 38. 39. 40. 52.*, Joh. Henr. Majus (sententiam ejus, de vocibus Græcis novas, in N. T. Græco, per Hebraismum, adeptis significationes, improbans) *in Examine Historiæ N. T. Criticæ Rich. Simonis, c. 27., p. 366. 367.*, & *Introduct. in stud. Philol., c. 3., p. 30.*, Thom. Crenius (*non pauca bonæ frugis continere hunc Commentarium* agnoscens, sed *satis vitiose Amstelod. A. 1665. esse impressum, copiosamqve simul reprehensionis segetem & materiam præbere*, judicans) *P. I. Animadv., c. 6., §. 4., p. 100. 101.*, Joh. Alb. Fabricius *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 5., p. 134.*, Alb. a Felde *Diss. I. de Simplicitate Theologica, §. 17., p. 23.*, &, qvi hunc allegat, M. Pet. Zornius *in Diss. de Verbo otioso Matth. XII. 36., p. 13. 14.*, fusiusqve cæteris Horatius Vitringa, Campegii filius, juvenis eruditus, in flore ætatis extinctus, *in Animadversionum ad J. Vorstii Tr. de Hebraismis N. T. specimine*, Lamb. Bossii *Observationibus miscellaneis*, Franeqveræ A. 1707. *in 8.* excusis, subjuncto. Qvem pluribus hoc exemplis docuisse Fabricius *l. c.* testatur.

Dissertationum sacrarum libri III., qvorum primo præcipue id agitur, ut verborum Domini (*Hoc est corpus meum, hic est sangvis meus*) vera ac genuina sententia appareat; Secundo ostenditur, Ecclesiam veterem ac primitivam non credidisse, ipsum proprie dictum corpus & sangvinem Domini ore hominum manducari & bibi; Tertio de autoritate Antiqvitatis Ecclesiasticæ, de usu rationis in Theologia, deqve aliqvam multis Scripturæ locis, disseritur. Clivis 1662. in 4. Recusi Daventriæ A. 1718. in 4. Libros hos, post apostasiam ad Reformatos ab Autore editos, scriptis de controversia Eucharistica præcipuis accensuit Joh. Henr. Hottingerus *in Biblioth. Qvadrip. p. 367. 456.*, & Thom. Reinesius, *Epist. 24. ad Vorstium p. 53.*, hisce verbis approbavit: *De argumento, qvod accuratius pertractare voluisti, prorsus tecum sentio. - - Utilissimam esse operam tuam, qvam pro antiqvitate in hoc negotio posuisti, judico.* Aliter de iis judicarunt, e Lutheranis, præter Ant. Reiserum (im Wiederholten Beweise wieder Christ. Pauli *p. 194.*), Christ. Chemnitius & Gerh. Titius, locis inter censuras de Autore jam recitatis. Addatur his ejusdem Titii *Præfatio Responsi ad priorem Vorstii ad se epistolam*, in qva *scripta* ejus *de Eucharistia verbosa* vocat, *sed enervia, nec ulla re magis, qvam arrogantia inepta, conspicua, spumeum* in iis *πολυλογίας & ματαιολογίας amnem* culpat, *Sacrasqve Dissertationes, qva parte Calvinianorum de S. Cœna errorem ex Patribus adstruunt, farraginem & compilationem* esse pronunciat. Ex professo easdem impugnarunt: I. Christ. Chemnitius, Th. D. & Prof. Jenensis, *in Defensione B. Joh. Gerhardi* (soceri sui), *Joh. Vorstio, eum, in Libris III. Dissertt. sacrarum, injuste & immodeste aggresso, opposita*, Jenæ A. 1663. *in 4.*, & hujus, contra Vorstii ad se *Epistolam* (de qva paulo post dicetur) *Continuatione*, ibidem A. 1664. *in 4.* edita; II. Joh. Musæus, Theologus itidem Jenensis, Syllogismo suo pro vera & reali præsentia, *in Tr. de Usu rationis contra Nicol. Vedelium* proposito, qvem Vorstius, tanqvam in forma peccantem, rejecerat, patrocinatus, *in Triade Disputationum de S. Cœna, sintne Corpus & sangvis Christi in ea realiter præsentia, qvibus partis affirmativæ probatio, ex verbis institutionis deducta, a Joh. Vorstii objectionibus & exceptionibus vindicatur*, Jenæ *in 4.* A. 1664. excusa; III. Christ. Dreierus, Th. D. & Prof. Regiomontanus, in Homiliis Duabus de S. Cœna, contra Vorstium, Germanicis, qvibus ille *Judicium* de iis, itidem vernaculum, Berolini A. 1664. *in 4.* publicatum, reposuit; IV. M. Joach. Ludov. Reimerus, Hamburgensis, scholæ Wilstriensis Rector, *in Epistola ad Vorstium*, duos D. Joh. Gerhardi contra illum vindicante Syllogismos, A. circiter 1663. edita, &, adversus Vorstii *Responsionem*, Berolini A. 1664. excusam, *in Animad-*

Animadversione in hanc (de qua suo loco dicetur), anno eodem defensa; V. M. Sam. Cocus, Elect. Sax. Alumnus, cujus Lipsiæ A. 1664. *in 4.* prodiit *Anti-Vorstius, tribus Dissertationum pulverulenti Scholarchæ, Joh. Vorstii, libris oppositus, quo id agitur, ut 1. Omnipræsentia Salvatoris stabiliatur, 2. Verba institutionis testamentariæ genuine & literaliter explicentur, 3. Bene de Ecclesia meriti & merentis Theologi, contra hujus Apostatæ vitiosum & virulentum calamum, condigne defendantur, 4. Patrum beatorum sensus recte excutiatur, & a nostratibus productus asseratur, 5. Fundamenta rationis bene examinentur, dictisque Theologicis subordinentur.* De quo ultimo adversario, Vorstii librorum ordinem κατὰ πόδα secuto, sed nimia in eum uso maledicentia, ita Thom. Reinesius, *Epist. 29. ad Vorstium p. 61. 62.: De Coco Dresdensi quid turbaris? Immanis fera ad latratum canis lenta respexit. Suspicor e feroculis, quos Academiæ hodie tradere aulis solent, & ministeriis aulicorum, unum esse, qui tuo nomine quærit inclarescere. Non est puto, si te læsit, quod cum eo paria facias: non agnitum evanescet.*

Epistola ad D. Christ. Chemnitium, super hujus quibusdam Disputationibus, quas *Defensionem B. Joh. Gerhardi contra Joh. Vorstium* inscripsit. Berolini 1663. in 12. Sub finem aliam contra idem Chemnitii scriptum minatus est Epistolam, quæ in illo restabant excussuram. Reposita est huic a Chemnitio *Continuatio Defensionis B. Joh. Gerhardi, seu Responsum ad Epistolam J. Vorstii, quam prioris Defensionis Disputationi primæ, & paucis thesibus secundæ, opposuit, IV. Disputt. inclusum,* Jenæque A. 1664. *in 4.* editum.

Responsio ad Epistolam Joach. Lud. Reimeri, qua is par quoddam syllogismorum D. Joh. Gerhardi defendere studuit. Berolini 1664. in 12. Refellit hanc Reimeri *Animadversio in Responsionem J. Vorstii ad Epistolam, nuper editam, qua magni Theologi, Joh. Gerhardi, Syllogismi quidam ab ulterioribus ejus cavillationibus vindicantur,* Glückstadii A. 1664. *in 12.* excusa.

Epistola ad Warnerum Freundium, super ipsius Homilia de Corpore & sangvine Domini, a Gerh. Titio (*in Programmate ad auditores Helmstadienses peculiari*) tantopere commendata. Berolini 1662. in 12. Recusa est Helmstadii, eodem A. 1662., *in 12.*, sub finem libelli, a Gerh. Titio, Theologo Helmstadiensi, vero Homiliæ istius Germanicæ (der Gründonnerstagspredigt von der wahren, wirklichen, wesentlichen Gegenwart des Leibes und Blutes Christi im Abendmahle), sub Warneri Freundii larva, Elbingæ (sive potius Helmstadii), A. itidem 1662., *in 12.* publicatæ, Autore, hoc ei oppositi titulo: *Repetitio doctrinæ Protestantium, quod Corpus & sangvis D. N. J. C., cum pane & vino, in S. Coena, ore communicantium accipiantur; cum confutatione nuperæ Epistolæ J. Vorstii, qua ille Warn. Freundii Homiliam de hoc ipso argumento Germanicam aliquot locis vellicare laboravit.*

Epistola prior ad Gerh. Titium, super ipsius libello, quem contra suam ad Warn. Freundium Epistolam vulgavit. Berolini 1663. in 12.

Epistola altera ad Gerh. Titium, super libello ejus contra suam ad Warn. Freündium Epistolam. Berol. 1663. in 12. Utrique a Titio, *Repetitionis* suæ vindice, responsum est; illi quidem *in Responso, J. Vorstii verbosæ Epistolæ priori, super suo libello, quem pro Homilia Warn. Freundii de vera ac reali præsentia Corporis & sangvinis Domini in S. Coena evulgaverat, conscripta, reddito,* Helmstadiique A. 1666. & 1684. *in 4.* excuso; huic autem *in Continuatione Responsi, J. Vorstii Epistolæ posteriori reddita, qua controversia de manducatione corporis, & bibitione sangvinis Christi, quæ ore fiat, an videlicet, hanc ita fieri, & faciendam esse, ad salutem sit necessarium? Vorstio præeunte, excutitur, tum argumenta potiora, e Patrum dictis contorta, refelluntur, &c.,* Helmstadii A. 1667. *in 4.* impressa.

De Latinitate falso suspecta, deque Latinæ lingvæ cum Germanica convenientia, Liber. Berolini A. 1665. 1678. & 1690. in 8., nec non (*una cum Libro de Latinitate merito suspecta*) Franequeræ A. 1698. & Lipsiæ A. 1703. 1723. in 8. Editiones annorum 1669. & 1675. Berolinenses, quas *Catalogi nundinales* memorant, chimæricæ videntur. De *Diatriba* brevi argumenti ejusdem, primas libri hujus, triplo auctioris, exhibente lineas, Rostochii A. 1652. *in 12.* edita, supra jam est dictum. In utroque, æmulatione Henr. Stephani (cujus *de Latinitate falso suspecta, & lingva Gallicæ cum Latina convenientia, liber* A. 1576. *in 8.* prodiit) felici conscripto, quam variis significationibus, usibus & phrasibus, voces Latinæ cum Germanicis congruant, diligenter annotavit, & perperam proinde formulas loqvendi Latinas, Germanicis conformes, promiscue ab imperitis rejici, eleganter ostendit. De Vinc. Placcii, Prof. Hamb., Additamentis ad librum hunc ἀνεκδότοις, quæ, in Scriptorum suorum Catalogo, A. 1674. *Tractatui de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis* adjecto, est pollicitus, & Vorstio (qui literis, Kal. Jan. A. 1676. exaratis, ea expetierat), ut novæ editioni accederent, paulo ante obitum, sed, ob hunc ipsum, frustra, transmisit, V. ipsius *Epistolam de Excerptis propriis, Libro de arte excerpendi subjunctam, p. 203. 204.* Joh. Galloesio, in recensu ejus, (*Ephem. 12. Erud. anni 1666., p. 251. 252. edit. Lat. Nitschianæ,* obvio), judice, *multa cum elegantia conscriptus est, & monstrat, Autorem ipsius, in lingva Latina pariter ac Germanica, esse versatissimum.* Commendarunt eundem *Acta Eruditorum Lipsiensia anni 1682. Latina p. 256.*, & *Germanica anni 1712.* (qvibus hic, & seqvens *de Latinitate merito suspecta,* audiunt Hauptbücher zur Erkäntniß der Lateinischen Sprache), *P. IV., p. 335.*, D. G. Morhofius *in Polyhistore, T. I., Lib. 3., p. 21., & Lib. 4., c. 9., p. 116., ac in Tr. de Patavinitate Liviana, c. 8., p. 117.*, Joh. Pet. Titius *in Manuduct. ad excerpendum, p. 216.*, Joh. Georg. Eccardus *in Historia studii L. German. Etymologici, c. 2., p. 35.*, Joh. Georg. Walchius *in Historia L. Lat. Critica, c. 5., p. 249.*, ac T. Crenius *P. VIII. Animadvers., c. 2., §. 4., p. 72-76.* Qvi tamen, *P. IX., c. 3., §. 8., p. 233.*, seqvius hoc de eodem tulit judicium: *Pauca legi in Vorstio, quæ non jam olim observavi in Ant. Schoro, Henr. Stephani, Ob. Gifanio, G. Scioppio, Joh. Pricæo & Jac. Kockerto.*

De Latinitate merito suspecta, deque vitiis sermonis Latini, quæ vulgo fere non animadvertuntur, Liber. Berolini A. 1669. 1674. ac 1682. in 8., nec non (*una cum præcedenti*) Franequeræ A. 1698. & Lipsiæ A. 1703. 1723. in 8. Promissus est in præcedente, *c. 2., p. 19.* & itidem a Vinc. Placcio (teste Joh. Alb. Fabricii *Vita* illius, *Theatro scriptorum Anonymorum & Pseudonymorum* præmissa posthumo) accessionibus locupletatus ineditis. Commendatur a D. G. Morhofio *T. I. Polyhist., Lib. 3., p. 21.*, J. G. Walchio (opus vocante *utilissimum*) *l. c.*, & T. Crenio *P. VIII. Animadvers., c. 2., §. 4., p. 72. & seqq.* Cujus quoque censuras in loca illius aliqvot, non injustas, *Pars. I.* earundem *Animadversionum, cap. 6., p. 101-104.*, ac *Pars III., c. 3., p. 95 98.*, exhibent. Ol. Borrichio (*in Defensione Vossii & Stradæ contra Scioppium p. 307.*) Autor, & in hoc Tractatu, & in præcedenti, *Scioppio* videtur esse *addictior.* Joh. Casp. Kühnii, Prof. Argent., Specimen Animadversionum in hunc librum Argentinæ A. 1715. *in 4.* prodiit.

Facilis & expedita ratio SS. Apostolorum, Pauli & Jacobi, super doctrina de justificatione, conciliandorum. Coloniæ Brandeburgicæ 1666. in 4. Argumentum ejus exposuit Joh. Fabricius *P. IV. Historiæ Biblioth. Fabric. p. 89.* Huic scripto (e quo in M. Joh. Car. Poetii *Bibliotheca portatili Exegetico-Biblica, p. 191., Commentarius in omnes Epistolas Apostolicas conciliatorius* perperam effingitur) opposita est Ant. Reiseri, Th. Lic. & Past. Hamburg. Jacobæi, *Harmonia Pauli & Jacobi, in articulo de Justificatione hominis coram Deo, & ejus demonstratione coram hominibus,* pro gradu Licentiæ, Præside D. Joh. Nicol. Mislero, proposita, & Giessæ A. 1678. *in 4.* edita.

Conjectura de generatione Animantium, sub ficto Jani Orchami nomine edita. Col. Brandeb. A. 1667. in 12. Gvilh. hæc Harvei, semen masculinum nihil ad animalium generationem contribuere, cum in utero, post conceptionem, non animadvertatur, statuentis, sententiam, ex S. Scriptura, Hippocrate, & antiqvorum consensu, impugnat, cumqve his, in particulas minimas atqve invisibiles vi caloris semen resolvi conjiciens, conciliare conatur. V. recensum illius in D. G. Morhofii (Vorstio eam vindicantis, & Harveo contra ipsum patrocinantis) *Polyhistoris Tomo II., Lib. II., p. 468. 469.*

Specimen Observationum in lingvam vernaculam (*i. e. Germanicam, non vero, uti in Lipenii Biblioth. Philos. reali falso traditur, Latinam*). Col. Brandeb. 1669. in 12. Opusculum, multarum vocum Germanicarum origines, hactenus paucis cognitas, e monumentis antiqvis, Bibliothecæ præsertim Electoralis Brandeburgicæ, Teutonicis, erudite detegens, qvod D. G. Morhofius, *in Tr. de lingva ac Poesi Germanica vernaculo, P. III., c. 9., p. 492. 493.*, & *T. I. Polyhistoris, Lib. 4., c. 4., p. 37.* (ubi *docte* Vorstium *de vocum Germanicarum commentari* judicavit *originibus*), Mich. Hertzius *P. I. Biblioth. German., lit. G. 2. a.*, & Joh. Georg. Eccardus *in Historia studii L. Germ. Etymologici, c. 28., p. 230.*, merito commendarunt.

Diatriba de Adagiis Novi Testamenti. Col. Brandeb. 1670. in 4. Recusa in T. Crenii *Fasciculo III. Opuscc. ad Hist. & Philol. S. spectantium*, Roterod. A. 1693. *in 8.* excuso, in Jac. Rhenferdii *Syntagmate Dissertationum de stylo N. T.*, Leovardiæ A. 1702. *in 4.* edito (*p. 471-536.*), & sub finem *Philologiæ sacræ* ipsius Vorstii, in editione Francofurti A. 1705. *in 4.* publicata. Adagia hæc N. T. non solum (qvod jam ante a Joh. Drusio, Andr. Schotto, Joach. Zehnero & Mart. Delrio, erat factum) collegit ac illustravit, sed & fontes illorum, e scriptis Thalmudicis & Rabbinicis, solerter detexit. Commendarunt eam Joh. Olearius Jun. *in Diss. de stylo N. T. p. 49. 65.*, T. Crenius *P. II. Animadvers. p. 235.*, aliiqve complures. Confer de illa, & editione præsertim Creniana, *Acta Erud. Lips., M. Dec. A. 1693., p. 544.* Cousini *Ephem. 33. Erud. Gall. A. 1695., p. 584-587.*, Chauvini *Diar. Erud. Roterod. A. 1694., M. Maj. & Jun., p. 374. 375. 376.*, & P. Rabi Boeckzaal, *M. Sept. & Oct. A. 1693., p. 238-245.*

Epistola ad Thom. Bartholinum, de τοῖς μετὰ τὸν Ὠκεανὸν κόσμοις, Clementi Alexandrino memoratis, Rostochii A. 1651. scripta, qvæ in Bartholini *Centuria II. Epist. Medic.*, Hafniæ A. 1660. *in 8.* edita, *num. 9., p. 433-436.*, legitur.

Epistola ad Bartholinum alia de morte Cl. Salmasii, ac T. Reinesii *Inscriptionibus*, Flensburgi A. 1654. exarata, & *ibidem, num. 31., p. 511-14.*, obvia.

Prodiit qvoqve tandem, sed posthumus & aliqva sui parte mutilus atqve imperfectus, Liber, de Latinitate selecta, & vulgo fere neglecta, per M. Andr. Jul. Dornmeierum, Gymnasii Berolinensis Conrectorem (*editioni immortuum*), Supplemento, Notis brevibus, & Dissertatione de vitioso Ciceronis Imitatore, auctus, ac, cum Christoph. Frid. Bodenburgii, Gymnasii ejusdem Rectoris, præfatione, Berolini A. 1718. *in 8.* excusus. Σκιαγραφίαν illius invenies in Lipsiensium *Actis Eruditorum Latinis, M. Aug. A. 1718., p. 378-381.*, & *Germanicis, Parte LX., num. 6.*, Halensium Vermischter Bibliotheck, *Sect. X., p. 938-953.*, & Joh. Gottl. Krausii *Novis literariis anni 1718. Latinis, num. 9., p. 104-107.* Liber hic ab ipso Vorstio *in Notis ad Justinum p. 245. 297.*, literis ad Joach. Henningium (ab hoc A. 1683., *in præf. Corn. Nepotis sui*, allegatis), *Catalogisqve nundinalibus, autumnali A. 1667., & vernali A. 1676., p. 18.*, promissus, ac jam editis in Lipenii *Bibliotheca Philosophica* & *Catalogo librorum Latinorum recentiorum universali*, Londini A. 1681. *in fol.* edito, *p. 185.*, perperam olim est annumeratus. Thomas Crenius contra, *P. VIII. Animadv., c. 2., §. 4., p. 76-93.*, Latinitatis hujusmodi exempla congerens, ægre ejus tulit jacturam.

β. ALIENA, EDITA AC ILLUSTRATA.

Thomæ Reinesii Defensio Variarum Lectionum, contra iniqvam censuram Poetæ Lipsiensis (*Andr. Rivini*). Rostochii 1653. in 4. Hanc, Vorstio curante prodiisse, Reinesii ad illum *Epistolæ 14. & 17., p. 37. 38. 43.*, evincunt.

Corn. Nepotis, non, ut aliqvando credebatur, Æmilii Probi, qvæ exstant, cum J. H. Boecleri notis, & tam verborum, qvam rerum, concinno Indice, a se locupletato, edita per J. Vorstium. Qvi & præfationem de conditione ac utilitate, cum hujus, tum id genus aliorum Indicum, addidit. Lipsiæ A. 1662. 1669. & (juxta Catal. nund. ac Beughemium) 1675. in 8. Editio hæc Vorstii, judice Ol. Borrichio (*in Conspectu præstantiorum L. Lat. scriptorum p. 8.*) *omnium aliarum, qvoad textus integritatem, est optima, Boecleriana autem, qvoad notas & indicem.* De Indice adjecto ita D. G. Morhofius *in Prælect. Polyhistoricis MSS., c. 6.*: *J. H. Boecleri Indicem in Corn. Nepotem Vorstius adhuc locupletiorem edidit, falsa expunxit, transposita suis locis reddidit, suisqve observationibus auxit, ut absolutissimus qvidem ille sit, qvem hactenus habemus.* Commendant eundem etiam Joh. Georgius Walchius *in Historia Lingvæ Latinæ Critica, c. 5., p. 257.*, & Georgius Finwetterus, sive potius Gothofr. Wegnerus, *in Pio Desiderio p. 18.*, aliorumqve Autorum Indices methodo in Vorstiano hoc observata optat concinnari. Valde contra, ob suum in Indice isto laborem, se inconsulto, audacter reformatum & interpolatum, Vorstio, suppresso ejus nomine, indignatus est Joh. Henr. Boeclerus, *in præfatione*, qvam editioni suæ Velleji Paterculi secundæ, Argentinæ A. 1663. publicatæ, præmisit. Cui, applausu T. Crenii, nostro infesti (*P. I. Animadv., c. 6., §. 5., p. 104. 105.*), exceptæ haud exiguo, Vorstius, gratias sibi potius, ob operam satis molestam, Indici Boecleriano emendatiori & perfectiori reddendo impensam, deberi persvasus, pauca, *in Lib. de Latinitate falso suspecta p. 227. 272.*, regessit. Confer de lite hac D. G. Morhofii *T. I. Polyhist., Lib. IV., c. 11., p. 147.*

Thomæ Reinesii, Polyhistoris, Epistolarum XXX., ad Joh. Vorstium (*ab A. 1646. ad 1666.*) scriptarum, Fasciculus, qvo varia ad literas pertinentia, itemqve ingenuum de qvibusdam hujus temporis controversiis Theologicis judicium exponitur; Cum præmissa ejusdem Epistola ad Jac. Clauderum de Beroso Anniano, suaqve præfatione, a Vorstio editus. Col. Brandeb. A. 1667. in 4. Suas ad Reinesium epistolas adjungere noster haud potuit, qvod earum nulla sibi servasset apographa.

Sulpitii Severi Opera, cum notis suis ab eo edita. Col. Brandeb. 1668. in 12. & Lipsiæ 1703. ac 1709. in 8. De qva postrema editione, Tomo altero, Epistolas VII., a Joh. Clerico recensitas, notisqve illustratas, continente, auctiori, Autor *Bibliothecæ novæ*, qvæ Halæ Saxonum Germanice editur, *Sect. II., p. 160-164.*, & Parisienses *in Diario Erud. Gallico, M. Jun. A. 1710., p. 657-660.*, possunt consuli. In Notis Vorstius, uti *in Epistola* significat *dedicatoria*, lectiones diversas, minime contemnendas, vulgatisqve meliores, e MStis plerorumqve Sulpitii operum, in Bibliotheca aulica Berolinensi repertis, produxit, ac complura præterea, ad stylum ejus, & historiam antiqvitatemqve, pertinentia, observavit. Commendatur hæc editio a Joh. Gotfr. Oleario *in Abaco Patrologico p. 429.*, & Paulo Colomesio (notas appellante *eruditas*; *dans la Bibliotheqve choisie p. 102.* Notæ nostri & J. Drusii in Sulpitii Historiam sacram adjectæ sunt editioni hujus, Tiguri A. 1708. *in 8.* a Joh. Casp. Hofmeistero publicatæ, teste *Catalogo Biblioth. Ittigianæ, P. II., p. 97.*

Justini in Historias Philippicas Trogi Pompeji Epitomarum Libri XLIV., ab eo recensiti, & Notis suis, Indiceqve Joh. Freinshemii, sed altero tanto locupletiore per se reddito, illustrati. Lipsiæ A. 1673. in 8., & (*si Catalogo nundinali cre-*

li credendum), adjectis Joh. Gerlaci Wilhelmi Axiomatis, Berolini A. 1689. in 8. Commendat editionem Vorstianam J. G. Walchius *in Historia L. Lat. critica, c. 8., p. 395.* Textum Justini, e Vorstiana hac editione, in suam, Hamburgi A. 1678. *in 12.* excusam, se transtulisse, Joh. Schefferus, in Notis etiam plerumqve Vorstianas approbans emendationes, hisce *præfationis* verbis fatetur: *Post nuperrimas Virorum etiam summorum, Grævii Vorstiiqve, curas in hunc Autorem, mirum fors videri qveat, qvod & ego sustinuerim eum publicare. Ac profecto plurima dedisse, qvibus Scriptor hic illustrior est factus, nemo, nisi vel harunce literarum imperitus, vel tam luculentis virorum optimorum meritis ingratus, diffitebitur. - - Textum dedimus, qvalem a Vorstio accepimus, qvod in eo videremus revocata, ex editionibus vetustioribus, haud pauca, qvæ Bongarsii intempestivum emendandi studium inconsulte, aliqvando & in pejus, mutaverat, retinueratqve Berneggerus, qui Bongarsiana vestigia religiose sibi proposuerat seqvenda.* Notas Vorstii integras, & Indicem Freinshemii, ab eo auctum, Joh. Georg. Grævius (haud paucas illum Justini emendationes, e notis suis, nomine plerumqve suppresso, suffuratum esse conqverens (1.)) editioni suæ, cum castigationibus propriis, notisqve Variorum integris, Lugd. Bat. A. 1683. & Uratislaviæ A. 1688. *in 8.* publicatæ, cæterarumqve omnium, si Joh. Alb. Fabricium (*P. I. Biblioth. Lat. p. 144.*) ac T. Crenium (*P. VI. Animadverʃ., c. 1., p. 24. 25.*) audias, optimæ, inseruit. Eædem etiam novissime translata sunt in Abrah. Gronovii editionem Scriptoris hujus Lugduno-Batavam, A. 1719. in 8. publicatam, & Commentariis variorum illustratam. Indicem D. G. Morhofius, *in Coll. MS. de legendis Autoribus, c. 3.*, commendat, T. Crenius autem, *P. I. Animadv., c. 6., p. 104.*, ob laboris Freinshemiani culpat interpolationem.

Valerii Maximi Dictorum ac factorum memorabilium Libri X., collati cum 2. Codd. MSS. Bibliothecæ Electoralis Berolinensis, &, post editiones Pighii, Coleri, Thysii, Minellii, 600. locis meliores redditi, notisqve perpetuis illustrati. Berolini 1672. & (*juxta Catal. nund.*) 1689. in 8. Commendatur hæc editio (qvam Marqv. Gudius qvoqve, MSStis aliqvot Vorstio communicatis, uti a Morhofio accepi, adjuvit) a Joh. Frid. Gronovio & Joh. Scheffero, in Epistolis ad editorem Encomiasticis, illi præfixis, Ol. Borrichio *in Conspectu præstantiorum L. Lat. Scriptorum, §. 18., p. 10.*, D. G. Morhofio (*multa in textu recentius esse emaculata, Indicemqve plenum adjectum*, judicante) *in Coll. MS. de legendis Autoribus, c. 3.*, Joh. Alb. Fabricio (notas Vorstii *eruditas* vocante) *Lib. II. Biblioth. Lat., c. 5., p. 335. ed. sec.*, & T. Crenio *P. VI. Animadv., c. 1., §. 7., p. 37. 38.*

Veterum Poetarum Græcorum Poemata, aut Poematum Apospasmatia selecta, eo consilio congesta, ut juventus in scholis non unum, sed plerosqve omnes Poetas Græcos veteres, cognoscere possit, atqve ita mature, ad legenda illorum cætera, alliciatur. Berolini A. 1674. & Francofurti ad Viadrum A. 1692. in 8. Editiones cæteræ, qvas *Catalogi nundinales* Berolini A. 1689. & 1691., ac Francofurti A. 1703., prodiisse perhibent, mihi non sunt visæ, & partim fortechimaricæ. Exhibentur in Syntagmate hoc (de qvo Joh. Alb. Fabricii *Lib. II. Biblioth. Græcæ, c. 11., p. 435. 436.*, conferri poterit) Græco-Latine Homeri Liber VI. Iliados, Hesiodi Opera & dies, Theognidis Sententiæ, Pythagoræ Verba aurea, Phocylidis Poema admonitorium, Euripidis Hecuba, variaqve e Pindaro, Sophocle, Æschylo, Aristophane, Theocrito, Moscho, Bione, Apollonio Rhodio, Arato, Callimacho, Dionysio Periegete, Oppiano, ac Anthologia Epigrammatum, *ἀποσπασμάτια*.

Veterum Poetarum Latinorum Poemata, aut Poematum Apospasmatia selecta, eo consilio congesta, ut juventus in scholis non unum, sed plerosqve omnes veteres Poetas Latinos, cognoscere possit, & ad legenda illorum scripta mature alliciatur. Berolini A. 1674. & Lipsiæ A. 1675. in 8. An cæteræ, qvas *Catalogi nundinales* Berolini A. 1689. 1691. 1694. ac 1700., & Francofurti ad Viadrum A. 1698., *in 8.* prodiisse tradunt, editiones revera lucem viderint, alii disqvirant.

C. Sallustii Crispi qvæ extant, ex ejus recensione. Francof. & Lips. 1677. in 12. (*V. Catal. Nund., Lipenii Biblioth. Philos., Beughemii Bibliogr. Hist. p. 218., & J. A. Fabricii Biblioth. Lat. p. 155. edit. sec.*) Commendatur hæc editio a J. G. Walchio in Historia L. Lat. Critica, *c. 8., p. 368.*

II. GERMANICUM.

Kurtzes Bedencken über D. Christ. Dreiers zwey Predigten vom H. Abendmahle. Berolini 1664. in 4.

INEDITA.

Spicilegium Hebraismorum N. T., qvod se duabus *Philologiæ* de iisdem *sacræ* partibus esse subjuncturum A. 1670., *in Epistola Diatribes de N. T. adagiis dedicatoria*, est pollicitus.

P. Virgilii Maronis Bucolica, Georgica & Æneis, cum Thomæ Farnabii, Culexqve & Ciris, cum ipsius notis, publicanda. *V. Catal. nundin. Lips. A. 1662. autumn. p. 36.*

JACOBUS VOSS, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de distinctione Bonorum, Præside D. Henr. Coccejo proposita. Francofurti ad Viadrum 1708. in 4. *V. Nova Lit. Germ., M. Aug. A. 1709., p. 327.*

M. MARTINUS VOSSIUS, oppidi in Dithmarsia Meldorpiensis circa A. jam 1683. Pastor & ab A. 1709. Præpositus Dithmarsiæ Australis Regius; cui R. David Cohen de Lara A. 1668. locum tribuit inter Philologiæ orientalis Doctores atqve Cultores, qvibus Lexicon suum Thalmudico-Rabbinicum inscripsit.

Parentatio germanica, satis facunda & arguta, in Caji Arndii, Dithmarsiæ Australis Præpositi, Exeqviis recitata, & cum M. Henr. Hahnii Sermone funebri, eidem habito, Glückstadii A. 1691. in 4. excusa.

ALBERTUS HENRICUS VOSSENHOL, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Neutralitate. Altorfii 1673. in 4.

M. JOHANNES UPPENDORFIUS, Vir præclare doctus, & in literaturæ imprimis Orientalis, Poeseosqve *ἀμέτρου*, sive Epigraphicæ, cultura felicissimus, Tunderæ Cimbrorum, M. Aprili A. 1645., lucem aspexit, &, post obitum parentis, benignitate D. Steph. Kenkelii, Præpositi Tunderensis, sublevatus, studia, in scholis patria ac Flensburgensi auspicato inchoata, in Academia Rostochiensi, ab A. 1664., & in Kiloniensi, ab A. 1665., Matthiæ Wasmuthi utrobiqve domesticus, continuavit. Kilonii, post exactum illic qvinqvennium, & Academias Juliam atqve Saxonicas brevi lustratas itinere, suprema Philosophiæ a Cæsone Grammio, Professore Physico, d. 3. Oct. A. 1670., ornatus laurea, seqventi 1671. privatum filiorum Kenckelii, Evergetæ sui, in patria, egit Pædagogum. A. 1672. ad Scholæ Germanorum, in metropoli Sveciæ Holmiensi, evocatus Rectoratum, hunc, lustro elapso, A. 1677., cum eodem, in Athenæo Livoniæ Rigensi regio, munere commutavit. Hoc, magno cum Juventutis Livonicæ & Curlandicæ, catervatim ad ipsum confluentis, commodo, per 20 annos, recusata scholæ urbis Senatoriæ præfectura, plus semel ibidem sibi oblata, est functus, conjugiumqve d. 7. Oct. A. 1680. cum Catharina Langia iniit, sed sterile atqve *ἄτεκνον*. A. 1698. tandem a Carolo XII., Svecorum Rege, Lingvarum Græcæ ac Orientalium Professor in Academia Livoniæ constitutus est Dorpatensi, sed, aliqvot post adventum in hanc elapsis hebdomadibus, anteqvam munus istud solenni (qvam *de di-*

(1.) Confer de hoc plagio Joh. Alb. Fabricii *Centuriam plagiariorum, n. 75., lit. N. 1. b.*

vino S. Literarum κειμηλίω *sancte habendo* conscripserat) Oratione posset auspicari, d. 4. Sept. ejusdem anni æræ Christianæ 1698., ac ætatis 53., morbo extinctus scorbutico, ac Laudatione a Mich. Davio, Academiæ Rhetore, d. 21. Jan. A. 1699., celebratus funebri. Gerh. a Vries (1.) *Professoribus* eum, qvos Joh. Leusdenius amicos habuit, accenset *meritis atqve fama celeberrimis*, Frid. Breclingius autem (a qvo Ecclesiastis fuisse invisus Rigensibus, sed a D. Joh. Fischero, Livoniæ Episcopo, adversus illos esse defensus, perhibetur) (2.) vernaculo eines theuren Mannes, und treuen *Præceptoris*, ornat elogio.

Vitæ ejus notitiam partim ipsius ad me literis, partim vero narrationi *Novorum anni 1698. Literariorum Lubecensium, M. Oct., p. 183. 184.*, obviæ, debeo. Conferantur de illo *Nova eadem anni 1698., M. Jan. p. 11., M. Majo p. 76., M. Jun. p. 94., ac anni 1699., M. Majo p. 147.*, Joh. Schefferi *Sveciæ literatæ Appendix p. 314.*, nostraqve ad eam *Hypomnemata p. 471.*, D. G. Morhofii in ejus peritiam lingvæ Hebrææ Epigramma, *in Autoschediasmatis Poeticis p. 28. 29.*, Jonæ Joh. Phragmenii *Riga literata p. 21.*, & Trog. Arnkielii *Lib. IV.* von den Cimbrischen Heydenbegräbnissen, *c. 10., p. 358.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Usu sacræ Philologiæ Hebrææ in Theologia Exegetico-Polemica, loca aliqvot Biblica illustrans, Præside D. Matth. Wasmuhto defensa. Kilonii 1668. in 4.

Exerc. Historico-Philologica de Signo Crucis, Præside Ad. Tribbechovio. Kil. 1670. in 4.

Disp. Physico-Philologica de Esu Sangvinis, in locum Lev. XVII. 4., ad gradum Magisterii obtinendum, Præside D. Catone Grammio, proposita. Kil. 1670. in 4.

Monumentum Dorotheæ Tarnoviæ, D. Matth. Wasmuhti conjugis, memoriæ sacrum. Kil. 1670. in 4.

Ἄτηκμα Philologicum contra abusum S. Philologiæ Hebrææ in Theologia Polemica. Kil. 1671. in 4. Commendatur a G. H. Götzio *in Principe Hebraice docto, §. 25., p. 34.*

Gratulatio, cum Carolus XI., Rex Svecorum, imperii gubernacula capesseret. Holmiæ 1672. in 4.

Historia Reformationis Ecclesiasticæ, per Lutherum factæ, Actu Comico-Oratorio expressa. Holmiæ 1673. (*V. Scheff. l. c.*)

Fata scholastica, dramate Latino expressa. Holmiæ 167..

Gratulatio ad D. Jac. Helwigium, Ecclesiæ German. Holmiensis Pastorem, Episcopatui admotum Revaliensi. Holmiæ 1677. in 4. (*V. Scheff. l. c.*)

Ὑποδεχ[illegible]κὰ votiva ad Jac. Joh. Hastferium, Gubernatorem Livoniæ, boni ominis ex illustri nomine prænuncia, sive Inscriptio, ei dicata. Rigæ 1686. in fol.

Schematismus Geographicus, universi Orbis, tam antiqvi, qvam recentioris, partes, earumqve terminos, regna, regiones, populos, Comitatus, urbes, insulas, fluvios & montes, diversis characteribus typographicis, sedes autem Imperatorum, Regum, Electorum & Ducum, Archiepiscopatus, Episcopatus, Academias, Abbatias, Parlamenta, Urbes Imperiales & Hanseaticas, Emporia, arces, &c., hodie florentes vel destructas, certis signis, e scriptoribus probatissimis, compendiose tradens; instruentibus, ad genuinum singulorum sensum, Parænesi in fine Schematismi, & Hypomnematibus, tabulis atqve Indici præmissis; in usum regii apud Rigenses Athenæi adornatus. Rigæ A. 1687. in fol., & auctior ibidem A. 1696. in fol. Commendatur a D. G. Morhofio *T. I. Polyhist., Lib. II., c. 6., p. 378.*

Inscriptio in obitum Ulricæ Eleonoræ, Reginæ Svedicæ. Rigæ 1693. in fol.

Inscriptio in auspicia gubernaculi Livonici Erici Dahlbergii. Rigæ 1696. in fol.

Mortalium ex immortali semine renatorum εὐκλήεια, sive Inscriptio in obitum Christinæ Elisabethæ Fischeriæ. Rigæ 1696. in 4.

Inscriptio in Caroli XII., Regis Sveciæ, inaugurationem. Rigæ 1698. in fol. pat.

Inscriptiones aliæ minores, præsertim funebres, plurimæ, sigillatim editæ.

Indices Lectionum Athenæi regii Rigensis anniversarii. Rigæ in fol.

Programma, qvo ad actum Oratorium de Memorabilibus Resurrectionis Christi invitavit. Holmiæ A. 1674.

Programmata Rigensia, actibus præmissa Oratoriis: 1. de Virtutibus juvenilibus A. 1691.; 2. de diversis Ecclesiæ Lutheranæ fatis, 1692.; 3. de Syrtibus studiosæ juventuti obviis, 1693.; 4. de obitu Ulricæ Eleonoræ, Reginæ Svedicæ, 1693.; 5. de Præsagiis tenellæ ætatis de firmata, 1694.; 6. de Interesse divino in tribus statibus hierarchicis, 1696.; 7. de Reip. literariæ Ancilibus in institutione scholastica, pietate, doctrina solida & disciplina, 1697.; 8. in memoriam Caroli XI., Regis Sveciæ, 1697.; 9. de Cura publici in tribus statibus vitæ humanæ, 1698. Singula Rigæ *in fol.* excusa.

II. GERMANICUM.

Androphilus, seu Drama de Redemptionis Christi beneficio, Holmiæ editum.

INEDITA ET AFFECTA.

Compendia Theologiæ Symbolicæ, Thetico-Polemicæ, Argumentativæ & Practicæ, methodo Joh. Frid. Königii adaptata, & auditoribus dictata.

Oratio auspicalis Dorpatensis de divino S. Literarum κειμηλίω sancte habendo.

Vindiciæ affectæ dicti Dan. IX. 27., de confirmatione foederis, &c., contra Chronologum qvendam, qvi, sub Nathaneelis Philadelphi nomine, *Chronotaxin Heptadietericon* evulgavit. V. *Nova Lit. Lubec., M. Oct. A. 1698., p. 184.*

Sciagraphia Chronologico-Historica Ecclesiæ V. & N. T., ac IV. Monarchiarum, ab O. C., ad hæc usqve tempora, secundum Matth. Wasmuhti calculum, ex Autoribus probatissimis excerpta, & *in fol.* edenda; cujus titulus prolixus *in Novis Lit. Lubec., M. Jan. A. 1698., p. 11.*, integer exhibetur.

Commentationes de Ritibus Judaicis affectæ. *V. N. L. Lubec., M. Oct. A. 1698., p. 184.*

HENRICUS **URSINUS**, Parochiæ in agro Wagriæ Plönensi Curoviensis, circa A. 1603., Pastor.

Horologium Theologicum; h. e. Piæ & S. Literis analogæ Cogitationes de dicto Salvatoris Joh. XI. 9. (*Nonne sunt XII. horæ diei, &c.*), lectu non injucundæ, & sua qvæqve hora diei & noctis consideratu non inutiles. Lubecæ A. 1603. in 4., nec non (*juxta J. C. Becmanni Catal. Biblioth. Francof. p. 468., aliosqve Indices*) ibidem A. 1605. in 8.

ISAACUS **URSIVINUS**, seu **BEERWIN**, Hamburgensis.

Summarische Erklärung der Epistel am Sontage Lætare, auß Gal. IV. A. 1615. in 4.

JOHAN.

(1.) *in Or. funebri in obitum Joh. Leusdenii, p. m. 58.* (2.) *in Catalogo Testium veritatis, num. 122.*, apud Gotfr. Arnoldum *T. IV. Hist. Eccl., Sect. III., n. 18., p. 771.*

JOHANNES USLERUS, Hamburgensis, J. U. Lic. & ædis in patria Catharinææ, ab A. 1656., Vicarius, d. 21. Mart. A. 1673. defunctus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 633.*

Disp. de Usu fructu, Præside D. Joh. Christenio. Hardervici 1650. in 4.

Disp. Inaug. de Compensationibus. Basileæ 1652. in 4.

W.

HERMANNUS WAHN, Arithmeticus Hamburgensis.

Holsteinische fünffache General-Calender auf die Jahre 1723. 1724. in 8.

Kurtz-gefaßte Grammatica der Teutschen Sprache. Hamburgi 1723. in 8.

JOHANNES GOTHARDUS WALRAF, Hamburgensis, in Svecia commoratus.

Pet. Laurenbergii Acerræ Philologicæ Historiarum Centuria prima, in lingvam translata Svecicam. Upsaliæ (*non Holmiæ, qvam Joh. Schefferus, in Svecia literata p. 287., substituit*) A. 1646. in 8.

BARTHOLDUS WALTHERUS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, Vinc. Placcio, Gymnasii Hamburgensis Professori, suoqve Præceptori, Collegam se A. 1689. in *Theatro, scriptorum Anonymorum & Pseudonymorum* (qvod A. 1708. prodiit) majori elaborando, adjunxit (1.), & ab illo moribundo Testamenti sui A. 1699. designatus est Executor. Ab eodem (2.) *Auditor suus* vocatur *exoptatissimus, planeqve nulli secundus, Vir virtutis & eruditionis eximie probatæ*; nec non alibi (3.) *Vir literaturæ humanioris, Philosophiæ accuratioris, Jurisprudentiæ solidioris, cognitione & praxi insignis, suus olim, per septennium integrum, auditor, & jam per septennium alterum, familiaris, ita probatissimus, ut successorem sibi, in officio publico, nullum magis exoptet.* Superstes fuit A. 1716.

Disp. de Gratitudine, Præside Vinc. Placcio proposita. Hamburgi 1686. in 4.

Disp. Inaug. de Usu fructu. Aureliis 1688. in 4. *V. P. A. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum p. 30.*)

CONRADUS WALTHERUS, Hamburgensis, Friderici, scholæ publicæ Præceptoris, filius, d. 15. Jul. A. 1609. in lucem est editus, artisqve Medicæ Doctor in Academia creatus Groningensi, hujus deinde praxi in patria inclaruit. Decani Vicariorum ædis cathedralis dignitate A. 1651., cum ipse & Wilh. Mollerus, ejus Candidati, pari suffragiorum gauderent numero, D. Joh. Ebelingio, Poliatro primario (uti literæ me docuerunt Winckelianæ), cessit, istiqve, hac se abdicanti, in eadem, d. 14. Mart. A. 1657. denuo electus, successit, sed, qvadrimestri vix elapso, d. 18. Julii, annos 48. natus, vivis excessit. Plura de illo suggeret Mich. Kirstenii in obitum ejus *Epicedium*, cum Joh. Alb. Fabricii *Parte II. Memor. Hamburg. p. 619.* conferendum.

Disp. de Calido innato, ex Veterum sententia, contra Neotericos & novatores, Præside D. Joh. Freitagio proposita. Groningæ 1632. in 8. (*V. Joh. Ant. a Linden Lib. I. de Scr. Med. p. 356.*)

Decades VII. Conclusionum Medicarum variarum, Præside D. Conr. Matthæo. Groningæ 1635. in 4.

Disp. Inaug. de Scorbuto. Groningæ in 4. (*Catal.*)

(Diversus ab hoc est D. Waltherus, Medicus olim Hamburgi percelebris, & Principis deinde Holsatici Archiater, A. 1679. Hamburgi adhuc superstes, qvem Sale suo volatili miranda in praxi præstitisse Joh. Andr. Stisserus, *in Actorum Laboratorii Chymici Specimine I., p. 37-39.*, testatur.)

JOHANNES WALTHERUS, Hamburgensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Successione Creditoris in locum prioris. Argentinæ 1653. in 4. (*J. T. L.*)

M. JOHANNES WALTHERUS, Hemmingstadio Dithmarsus, Pauli (*de qvo infra dicetur*) filius, ac M. Gerh. Ouwii, Soceri, in ædis Johanneæ Flensburgensis Pastoratu, ab A. 1653., Successor, Kal. Jan. A. 1660. mortuus; qvem Frid. Breclingius sibi in Consistorio qvidem Flensburgensi esse adversatum, sed palinodia deinde ac deprecatione spontanea, post tentationes gravissimas superatas, in lectulo emortuali, multis cum lachrymis, satisfecisse, perhibet. V. ejus *Catalogum Testium veritatis, num. 106.*, apud Gotfr. Arnoldum, *T. IV. Hist. Eccl., Sect. III., n. 13., p. 770.*

Fühlen und Hoffen frommer Christen unter der Creutzeslast, oder Leichpredigt über Catharina, Henr. Lillii, Pastoris zu Adelby, Ehefrau, auß Ps. LXVIII. 20. 21. Rostochii 1658. in 4.

JOHANNES WALTHERUS, Dithmarsus, Theol. Studiosus, de qvo, an cum præcedenti idem sit, dubito.

Ungeschliffene Zunge des so genandten Læsini Læsinii, Theologi, welche er, in den neulich ausgeflogenen Vier nützlichen Fragen, genommen auß D. Joh. Botsacci Leich-Sermon über Nicolaum Pahl, Bürgermeistern zu Dantzig, mercklich mit der poëtischen Feder spüren lassen, auf dem Drexelianischen Wetzstein geschliffen. A. 1650. in 4.

Bescheidentliche Replica der unbescheideneten Catholischen Dancksagung des nahmlosen Læsini Læsinii. A. 1650. in 4.

JOHANNES GEORGIUS WALTHERUS, Holsatus, J. U. D.

Disp. Inaug. de Anargyria, Præside D. Bernh. Schultzio. Kilonii 1681. in 4.

M. PAULUS WALTHERUS, Hamburgensis, Parochiæ initio ruralis in Dithmarsia Hemmingstadiensis, deinde vero templi Flensburgensis Mariani, ab A. 1627., Diaconus, seqventi biennio, ob belli calamitates Cæsarei, cum magna auditorum parte, Hafniæ ac Christianstadii Scanorum exulavit, pace autem Cimbriæ A. 1629. reddita Flenopolin reversus, illic, suscepto e Catharina Steinhausia, uxore, præter liberos alios, Johanne, Pastore Flensburgensi Johanneo, d. 31. Dec. A. C. 1640. (non autem 1641., qvem Henn. Wittenius perperam (4.) substituit), ætatis qve 43., decessit. Effigies ejus Flensburgi, in Æde Mariana, superest.

Vaticinium Esaiæ Cap. LIII. carmine redditum. Hamburgi 1617. in 4. (*O. Sp.*)

Synopsis Physicæ sacræ, ab eo conscripta, & Præside Laur. Ludenio, Math. Prof., ad disputandum proposita. Gryphiswaldiæ 1619. in 4.

Exul Christianus, oder Christlicher, in GOttes Worte gegründeter, Unterricht, wie sich ein ieder, in seinem Exilio, zu diesen hochbeschwerlichen Zeiten und Kriegesläufften, schicken und verhalten solle. Rostochii 1629. in 4. (*V. Catal. nund. vern. p. 56., Wittenium l. c., & Lipenii P. I. Biblioth. Theol. p. 677.*)

Regenpredigt von ungewöhnlichem Platzregen und nassem Wetter, auß 1 Sam. XII. 16-23. Hamb. 1632. in 4. Recusa A. 1637. *Triade III. Dodecadis Concionum Poenitentialium, num I.*

(1.) V. Vinc. Placcii *Invitationem ad opus suum de Scriptoribus Anonymis augendum p. 35.* (2.) *l. c.* (3.) *in Epist. dedic. Accessionum Juris naturalis*, A. 1695. ei inscriptarum. (4.) *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad. A. 1641.*

Larva bacchantium detracta, oder Predigt, darinn außfündig gemacht wird, warumb ein Christe der Mummerey sich enthalten, und keineswegs verlarven müsse, auß Devt. XXII. 5. Hamb. 1633. in 4. Recusa A. 1637. *in Appendice Dodecadis, num. 1.*

Sturmpredigt oder Christl. und Schriftmäßige Erörterung, auß Sir. XL. 33. 34., woher die grausame Sturmwinde kommen, welcher gestalt sie anzusehen, und wie man sich dabey zu verhalten, durch Gelegenheit des, am 11. Oct. A. 1634., mit einer grossen Wasserfluht, entstandenen Sturms, am folgenden 16. Oct. vorgetragen, und nun mit vielen Exempeln, und einer Relation des dadurch geschehenen Schadens, außgegeben. Hamb. 1634. in 4. Recusa A. 1637. *Triade III. Dodecadis, n. 3.* Confer de illa *Partem III. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 2., §. 7., p. 253. 254.*

Manuale Ecclesiasticum, edder Kerckenhandboeckschen. Hamb. 1635. in 8. Sermone prodiit Saxonico, & exhibet: 1. Cantica Ecclesiastica, 2. Periochas Evangelicas & Epistolicas anniversarias, 3. Historiam passionis Christi, 4. Catechismum Lutheri minorem, 5. Excerpta Constitutionis Ecclesiasticæ Slesvigo-Holsaticæ, 6. Formulas actuum plerorumqve Ecclesiasticorum varias. Enchiridion hoc usu publico in Ecclesiis receptum fuit Cimbricis, ad A. usqve 1665., qvo Ad. Olearii Manuale Ecclesiasticum prolixius (das Schleswig-Holsteinische Kirchenbuch, in 10. Theilen), Slesvigæ in 4. editum, illi successit. Commendatur ab Oleario *in Manualis sui Proœmio*, & Trog. Arnkielio *in præfat.* des alten emendirten Holsteinischen Gesangbuches. Conf. *P. II. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 4., §. 5., p. 93. 94.*

Blutpredigt, oder Christl. und Schriftmäßige Erörterung allerhand Blutzeichen, auß Joel III. 31. 32. 33., durch Gelegenheit unterschiedlicher neulich in Eiderstätt, den Aemptern Flensburg und Rendesburg, und den Städten Husum und Tönningen, geschehener Blutwandelungen des Brodes, Fleisches und Grütze, gehalten. Hamb. 1635. in 4. Recusa A. 1637. *Triade IV. Dodecadis, num. 1.* Obelo eam notavit Joh. Christoph. Becmannus, Prof. Acad. Viadrinæ Theologus, *in Diss. de Prodigiis sangvinis*, Francofurti ad Viadrum A. 1676. edita, *c. 2., §. 4. & 5., p. 16. 17. 18.* Ubi augendi prodigia studium Walthero exprobrans, ex unico, qvod Genuæ A. C. 933. contigit, duo eum effinxisse observat, & Cimbricorum, de qvibus ille declamavit, causas reddit naturales, satis probabiles.

Concionum Poenitentialium de tempore Dodecas, oder XII. Zeit-Bußpredigten, bey fürfallenden Gelegenheiten gehalten, mit Bußgebeten beschlossen, und, nebst vier Historischen Berichten, und einem Anhange dreyer sonderbahrer Predigten, außgegeben. Hamburgi (*seu potius Lubecæ, uti singularum Triadum docent tituli*) A. 1637. in 4. Distincta est in IV. Triadas & Appendicem. Triade I. exhibentur: 1. Predigt vom Kriege, auß Nah. III. 1-7.; 2. Pred. von Pestilentz und Sterben, auß 2 Reg. XX. 1-7. und Es. XXXVIII. 1-6.; 3. Pred. von Theurung und Hunger, auß Luc. XV. 11-25.; 4. Historischer Bericht von ungewöhnlich häufig ankommenden, theils auch mit einander streitenden, Thieren, Vögeln und Ungeziefern. Triade II.: 1. Pred. vom grausamen Erdbeben, auß Nah. I. 5. 6.; 2. Feur- und Brand-Predigt, auß Sir. VII. 19.; 3. Wetter- und Donner-Predigt, auß Es. XXX. 31.; 4. Hist. Bericht von Miß- oder Wunder-Geburten und Gestalten. Triade III.: 1. Regenpredigt, auß 1 Sam. XII. 16-23.; 2. Pred. von übermäßiger Dürre, auß 2 Chron. VII. 12-15.; 3. Sturmpredigt, auß Sir. XL. 33. 34.; 4. Bericht von ungewöhnlichem Feur- Schwefel- Wolle- Asche- Eisen- Fleisch- und Steinregen, wie auch Schnee, Hagel und Schlossen. Triade IV.: 1. Blutpredigt von wunderbahren Blutzeichen, auß Joel II. 30. 31. 32.; 2. Pred. von natürlichen und übernatürlichen Sonn- und Mond-Finsternissen, auß Joel II. 10.; 3. Pred. von wunderbahren Luft- und Himmels-Gesichtern, auß 2 Macc. V. 1. 2. 3. 4.; 4. Hist. Bericht von Cometen. In Appendice tandem: 1. Pred. vom Fastnachtlichen Verlarven und Mummerey, auß Devt. XXII. 5.; 2. Pred. von alamode Kleider-Tracht und Pracht, auß Sophon. I. 7. 8.; 3. Pred. von vermeinten Englischen, zur Busse vermahnenden, Erscheinungen und Gesichtern, auß Act. X. 1-9.; 4. Theologische Bedencken D. Frid. Balduini und M. Frid. Damii vom Balgen und Kugelwechseln, Andr. Osiandri vom Fest- oder Hart-machen, M. Nicol. Hardkopfs vom Saufen und Gesundheit-Trincken, Frid. Balduini vom Tantzen und Kartenspielen, auß ihren Schriften zusammengelesen.

Manus divinæ operculum fidelium animarum receptaculum, oder Leichpredigt über Claus Grimmenstein, Bürgern in Flensburg, auß Sap. III. 1. Hamb. 1639. in 4.

Gedenck daran; oder Nützliche und zu diesen Zeiten hochnöhtige Erinnerung der ohnlängst empfundenen Kriegesnoht, und darauß geschehenen gnädigen Errettung, in fünf Predigten über Nehem. I. 1-11., Ps. LXXXV. 9. 10., Nah. I. 15., Ps. CXXIV. und CXVI. 7. 8. 9., theils, zur Zeit des Käyserlichen Krieges, im Exilio zu Kopenhaven und Christianstadt in Schonen, A. 1628. und 1629., theils, nach wieder erlangtem Frieden, zu Flensburg, A. 1629. und 1630., vorgetragen. Lubecæ A. 1639. & Slesvigæ A. 1643. in 4.

Beicht- und Communion-Schule vor dieienige, so zum H. Abendmahle gehen wollen. Hamb. 1630. 1667. in 24.

Innerliche und hertzliche Beicht- und Buß-Seufzerlein, GOtt dem HErren seine Sünde, nach derselben Befindung, täglich zu beichten, und ümb Vergebung und Besserung des Lebens zu bitten; Opusculum, *in Catal. nundin. Lips. A. 1638. autumn. p. 38.* promissum, a præcedenti forte haud diversum.

BAGGÆUS WANDALINUS, Magstrupia, præfecturæ Hatherslebiensis pago, Cimber, Scholæ regiæ nauticæ Hafniensis Director, d. 22. Jan. A. 1622. natus, & A. C. 1683., ætatisqve 62., mortuus. V. de illo Pet. Resenii *Indicem III. Catalogi Biblioth. suæ*, Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 14.*, Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 130.*, & Pet. Terpagrii (*Oculum* ejus *vigilem, scriptaqve alia Astronomica, ab omnibus* affirmantis *laudari*) *Seculum illustre p. 61.*

SCRIPTA DANICA.

Oculus vigil, Vaagendes Øye, eller en Gradbog for søefarende Personer. Hafn. 1649. in 8.

Astrologiske Observation paa Cometen. A. 1661. in 4.

Nye Correct-Tafler. Hafn. 1674. in fol. (*Catal.*)

Memoriale nauticum, eller kort Underviisning om Seiladtz. Hafn. 1675. in 4.

Udførlighed om Solens Op- og Nedergangs-Timer, Dages og Nætters Længde, Solens Azimuth, Almucanther, amplitudo ortiva vel occidua, &c. Hafniæ A. 1682. (*V. Dan. Pauli Mercurium librarium anni 1682. Danicum.*)

Konstig Regenbog, met 32. Talstocke. Hafn. 1682. in 8. (*Catal.*)

Christelig Dagverck. Hafn. 1683. in 8. (*Catal.*)

Solens declination. in fol. (*Catal.*)

God-Havn. in 8. (*Catal.*)

Calendaria qvotannis, per lustra qvinqve, & qvod excedit, edita.

JOHANNES WANDALINUS Senior, Joh. Vandali, primi Episcopi Ripensis Lutherani, nepos, Ripis d. 20. Aug. A. 1579. est natus (1.), &, gradu Magisterii Hafniæ impetrato, Oligeri Rosenkrantzii, regni Danici Senatoris, ob summam

(1.) V. Pet. Resenii *Indicem III. Biblioth. suæ*, & Henn. Wittenii *T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 52.*

ſummam pietatem pariter atqve doctrinam inclyti, in juventute, convictu gaviſus domeſtico (1.). Adultior, cum Paſtorem aliqvamdiu ædis D. Albani egiſſet Ottonienſem (2.), A. 1616. Nicolao Laurentii Arctandro in Epiſcopatu Jutiæ Wiburgenſi, ædisqve Cathedralis Canonicatu, ſucceſſit (3.), geminamqve hanc dignitatem, Doctoris Theologi titulo, A. 1620., Hafniæ, a Joh. Pauli Reſenio ſibi collato (4.), auctam, d. 14. Dec. A. C. 1641., ac ætatis 63., mortuus (5.), M. Wichmanno Haſebardo (ſeqventi 1642. itidem extincto) reliqvit. Conjugem habuit Margaretam, Joh. Burchardi, Senatoris Ottonienſis, filiam, & meritis in Eccleſiam Danicam, non propriis ſolum, ſed & filii (6.) nepotisqve, ſibi ὁμωνύμων, Profeſſorum Academiæ Hafnienſis Theologorum, inclaruit. A Caſp. Eraſmi Brochmanno (*in præfatione Syſtematis Theologici*) *Epiſcopus ab exacta monumentorum divinorum, & vetuſtiſſimorum Patrum, ſcientia commendatiſſimus*, ab Eraſmo Bartholino autem (*in Programmate de filii vita funebri*) *Vir honeſtus ac gravis, atque ideo ſacri ordinis decus*, ſalutatur.

Sermones ejus extant complures Danici funebres, Virorum matronarumqve nobilium conſecrati memoriæ, e qvibus mihi innotuerunt ſeqventes, in exeqviis recitati:

Claudii Belovii. Hafniæ 1620. in 4.
Axilii Brahei (e Pſ. XXXI. 1-5.). Hafn. 1623. in 4.
Jani Juelii (e Joh. V. 24., ſub *Scalæ cœli* titulo) Hafn. 1634. in 4.
Heilwigis Lindenoviæ. Hafn. 1634. in 4.
Ulr. Sandbergii (e Pſ. LXXXIV. 2-9.) A. 1636. in 4.
Joh. Bildii. A. 1638. in 4.
Chriſtinæ Lungiæ (e Pſ. CXXX.) Aarhuſiæ A. 1638. in 4.

PETRUS (JOHANNIS fil.) WANDALINUS, Hatherslebiæ, uti a Chriſtoph. Kraheo, vel Ripis, uti a Matth. Roſtochio accepi, in lucem editus, e ſchola Ripenſi in Academiam abiit Witebergenſem, & haud vulgarem ſibi in iſta, cum Theologiæ, tum lingvæ Hebrææ, cæterarumqve Orientalium, acqviſivit peritiam. Hanc, in itinere poſtea per Germaniam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, aliasqve regiones Europæas, qvas Danis aliqvot nobilibus præfectus peragravit, literario, non inſigniter ſolum auxit, ſed & Occidentalium plerarumqve illi adjunxit notitiam. In Cimbriam redux, parochiarum in diœceſi Hatherslebienſi ruralium, Magſtrupenſis & Jegerupenſis, Paſtoratum obtinuit, &, cum in conjugio viveret ſterili, qvicqvid ab officii curis, ac Studioſorum, ad ſe confluentium, in lingvis Orientalibus inſtitutione, ſupererat temporis, memoriæ ſuæ, ſcriptorum ſacrorum, præſertim exegeticorum, qvotannis ferme editorum, ſuiqve Autoris demonſtrantium πολυγλωττίαν, ac ædificii ſplendidi ſtructuræ, ope, ad poſteros propagandæ impendit. Sed palatium iſtud, foſſa cinctum profunda, ponteqve munitum ſublicio, arciqve proinde ſimillimum, belli Sveo-Danici tempore, eodem, qvo ipſe exul, & bonis omnibus exutus, cum uxore obiit, anno 1659., militari everſum ac ſolo æqvatum licentia, ſpem conditoris ſui ſefellit. Libri autem, qvos ſumptibus propriis (ne ferendis his impar eſſet, ſymbolis parochiarum diœceſeos Hatherslebienſis ſingularum, qvotannis ipſi, ad obitum usqve, a Friderico III., Daniæ Rege, ſingulos perſolvere juſſarum Joachimicos, ſublevatus nummariis) edidit, expectationi Autoris, memoriam illi pollicentes poſthumam, qvodammodo reſpondent. Conſangvineus ejus fuit M. Trogillus Arnkielius, Præpoſitus Apenradenſis, cui hactenus de vita illius narrata debeo. Confer Alb. Bartholini (octo tantum ipſius monumenta enumerantis literaria) *Lib. de Scriptis Danorum p. 115.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINUM.

Catalogus 300. Vocabulorum Danicorum, cognationem cum lingva Hebræa habentium. Sleſvigæ 1651. in 4. Commendatur ab Ol. Borrichio *in Diſſ. de Cauſis diverſitatis lingvarum*, §. 6.

II. GERMANICA.

Viſitationspredigt, auß 1. Pet. II. 9. Sleſvigæ 1643. in 4.

Tauffpredigt. Sleſv. 1647. in 8. (*Catal. Reſen.*)

Drey Bettagspredigten, wie ein Chriſtgläubiges Hertze ſich, in ſeinem Chriſtenthume und gantzen Leben, in dieſer Welt verhalten ſolle, auß Pſ. XXVII. 4., LXXIII. 25. 26. und LXXXIV. 11. 12. 13. Sleſv. 1649. in 8.

Penu filiorum Dei, oder Speiſekammer der Kinder GOttes. Sleſv. 1650. in 8.

Drey Predigten: 1. Eine Tauffpredigt, auß Tit. III.; 2. eine Leichpredigt, auß 1. Theſſ. IV. 14.; 3. eine Brautpredigt, auß Gen. XXIV. Sleſv. 1652. in 4.

Paraphraſis Germanica in Epiſtolas Pauli ad Galatas, Philippenſes & Hebræos. Sleſv. 1658. in 4. (V. *Catal. nund. vern. A. 1658. Lipſ. p. 20., & Lipenii Bibl. Theol., P. I., p. 724., P. II. p. 17.*)

Paraphraſis Germanica in tres Johannis Epiſtolas. Sleſv. 1658. in 4. (*Lipen. & Catal. Reſen.*)

Paraphraſis Germanica in VII. Pſalmos poenitentiales. Sleſv. in 4. (*Catal. Reſen.*)

III. DANICA.

Guds aandelig Huusholdning (i. e. Oeconomia Dei myſtica). Sleſvigæ A. 1631. & (*teſte Catalogo qvodam*) Hafniæ A. 1687. in 12.

Explicatio nonnullarum Epiſtolæ D. Pauli ad Romanos ſententiarum. Sleſv. 1634. in 8.

Paraphraſis Danica in D. Pauli Epiſtolas ad Corinthios. Hafn. 1648. in 4.

Paraphraſis in Epiſt. ad Epheſios. Sleſv. 1650. in 8.

Paraphraſis in Epiſt. ad Titum. Sleſv. 1653. in 4.

Paraphraſis in Evangelium S. Matthæi. Sleſv. 1654. in 4. Præfixæ huic ſunt Epiſtolæ Theologorum aliqvot Danicorum Encomiaſticæ.

Paraphraſ. in Epiſt. ad Galatas. Sleſv. 1655. in 4.

Paraphraſis in tres D. Johannis Epiſtolas. Sleſv. 1655. in 4.

Paraphraſis in Epiſt. ad Romanos. Sleſv. 1656. in 4.

Paraphraſis in Epiſt. ad Hebræos. Hafn. 1656. in 4.

Paraphraſis in utramqve D. Petri Epiſtolam. Hafn. 1656. in 4.

Paraphraſes in Jonæ Prophetiam, Epiſtolas D. Pauli ad Coloſſenſes, Philippenſes, Theſſalonicenſes & Philemonem, Jacobi & Judæ Epiſtolas, ac Apocalypſin, ſigillatim, diverſis annis, Sleſvigæ *in 4.*, teſte *Bibliothecæ Reſenianæ Catalogo*, editæ.

(1.) V. Olai Vindii *Serm. de Olig. Roſenkrantzio funebrem p. 27.* (2.) V. Wittenium *l. c.* (3.) V. Har. Huitfeldii (a qvo perperam *Joh. Vædel* appellatur) *Chron. Epiſcc. Daniæ p. 106.* (4.) V. Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 183.* (5.) V. Reſenium & Wittenium *ll. cc.*, ac Vindingium *l. c. p. 393.* (6.) De filio V. Er. Bartholini *Programma* de illo *funebre*, in H. Wittenii *Dec. XV. Memor. Theol. renov.*, p. 1869-1881., recuſum, & Vindingium *l. c. p. 397-404.*

Homiliæ de passione Christi. Slesvigæ in 8.
Informatio cordis moesti & afflicti. in 8. (*Catal. Resen.*)
(Huic etiam vindicandus videtur Tractatus de perfecta & æterna Salvatoris nostri Justitia MStus Pet. Wandalini, qvi in Bibliotheca D. Joh. Wandalini Junioris, Theologi Hafniensis, teste *Catalogo* ejus, asservabatur.)

GOTHOFREDUS WANDLING, J. U. D., Georgii Hansenii, arcis regiæ Hatherslebiensis inspectoris, filius, A. 1636. in prædio natus Wandlingensi, Hatherslebiæ vicino, ac Vedelæ in Jutia A. C. 1667., ætatisqve 31., extinctus; cujus Epitaphium, a vidua Regina Schönbachia erectum, in templo urbano Hatherslebiensi superest. V. Valent. Schmidii, Past. Hatherleb., *Sermonem in memoriam ejus funebrem Germanicum*, Kilonii A. 1667. *in 4.* editum, & M. Jesseni Corvini, scholæ Hathersleb. Rectoris, Συγχαρμα *votivum ad eum, domum reducem*, Slesvigæ A. 1664. *in fol.* excusum.
Disp. de Republica Aristocratica, Præside D. Mich. Wendelero proposita. Witeb. 1657. in 4.
Disp. Inaug. Juridica. in 4.

CONRADUS WASMER, Itzehoensis, Henrici, Dithmarsiæ regiæ Præsidis, filius, J. U. Licentiatus, & Cancellariæ initio regiæ Glückstadiensis Consiliarius & Procancellarius, a Christiano deinde V., Rege Daniæ, status publici adscriptus est Senatoribus, & A. tandem 1689. Joh. Christoph. Schönbachio, in Cancellarii provincialis Slesvigo-Holsatici dignitate, datus successor. Conjugi priori, Margaretæ Bruhniæ, Dithmarsæ, A. 1676. defunctæ, D. Joh. Rhederi, JCti Wilstriensis, subrogavit filiam, & ex illa Jacobum Johannem filium sustulit, Consiliarium itidem Glückstadii regium, sibi, A. 1705. extincto, superstitem. V. de illo Nic. Ludov. Esmarchii Epicedium vernaculum Encomiasticum, *in Sione p. 158-163.*, Caji Arndii Sermonem in memoriam primæ ejus conjugis, ex Ezech. XXIV., funebrem, Glückstadii A. 1676. *in 4.* excusum, & Ant. Heimreichii (a qvo falso A. jam 1676. obiisse traditur) *Chronicon Dithmarsiæ Germanicum, Lib. III., c. 4., p. 239.*
Thematum Juridicorum Decades VII. Inaugurales, Præside D. Henr. Dav. Cunone propositæ. Heidelbergæ 1658. in 4.

MATTHIAS WASMUHTIUS Senior, Kiloniensis, d. 29. Junii A. 1625. in lucem editus, patrem habuit Georgium, civem Kiloniensem, matrem vero Annam, Matthiæ Zoegæ, Romani, in Lutheranorum castra e Pontificiis transgressi, filiam. E schola patria A. 1648. in Academiam migravit Witebergensem, &, cum in Theologia pariter atqve Philologia, præsertim Orientali, progressus, Doctorum publicorum ductu, fecisset eximios, post honores Philosophiæ supremos, Brabevta Andr. Sennerto, A. 1651. reportatos, ejusdem notitia alios in privatis imbuere coepit Collegiis. A. 1653. iter exorsus literarium, in Belgii foederati Academiis Joh. Cocceji, Jac. Golii & Georg. Gentii, Argentinæ Joh. Schmidii ac Joh. Conr. Danhaueri, & Basileæ Joh. Buxtorfii Junioris, familiari se oblectavit, & literarum simul sacrarum atqve Orientalium peritiam auxit, consvetudine, *Grammaticaqve Arabica* Amstelodami A. 1654. edita jam tunc coepit inclarescere. In patriam reversus, Friderico, Duci Holsato-Gottorpiensi, *Panegyricum*, in laudes ejus scriptum, A. 1655. obtulit, hujusqve commendatitiis instructus A. 1657. professionem Academiæ Rostochiensis Logicam, a genero illius, Gustavo Adolpho, Principe Megapolitano, obtinuit. Rostochio A. 1665. in novellam urbis patriæ Kiloniensis Academiam, a se conditam, per Christianum Albertum, Friderici filium, est evocatus, & primus omnium professioni, a Friderico jam olim promissæ, lingvarum admotus Orientalium, titulumqve Doctoris Theologi, in eadem, A. seqv. 1666., adeptus. Collegium, qvod ibidem A. 1670., cum Christ. Ravio, ad Judæorum, Muhammedanorum & Ethnicorum, conversionem promovendam, moliebatur, Orientale, scripto licet omnibus commendatum Germanico, successus destituit. Theologiæ professionem extraordinariam A. 1671., ordinariam autem A. 1675., obtinuit, &, abdicata triennio post Anatolico-Philologica, ad mortem usqve, qvæ senem laboriosum d. 18. Nov. A. C. 1688., ac ætatis 64., rebus eripuit humanis, administravit. In conjugio cum Dorothea, D. Joh. Tarnovii, Professoris Theologi Rostochiensis eximii, ac Gertrude, Sigism. Philonis Schelhammeri, Ecclesiastæ Hamburgensis Petrini, filia, vixit duplici, & e priori marita filios duos, Joh. Georgium, Oratoriæ Sacræ Professorem Kiloniensem, septimestri ante se extinctum tempore, ac Matthiam, Doctorem Medicum, sustulit. Lingvarum sacrarum ac Orientalium peritissimus, *Hebraismi* præsertim, qvem vocavit, *restituti* opere tripartito, & *Accentuationis Hebrææ*, qvam huic inseruit, sed Sam. Bohlii, Casp. Ledebuhrii, ac Aug. Varenii, laboribus maximam partem debuit, *Institutione*, suam eruditis approbavit industriam. Qvæ tamen scripta, cum ipsemet plus justo iis, jactantiæ, sibi familiaris, vitio, tribueret, aliorum lucubrationes ejusdem argumenti contemneret, Accentuumqve præcipue divinam originem pertinacius tueretur, ac in dissentientes Zelo sæviret immodico, præter Herm. Conringium (qvocum, a se lacessito, acrior ipsi intercessit controversia), plures alios, a qvibus publice impugnatus est, adversarios, & hos inter Is. Vossium, Andr. Sennertum Præceptorem, Joh. Frischmuhtium, Abr. Calovium, Aug. Pfeifferum, Joh. Eberh. Busmannum, Joh. Brunsmannum ac Georg. Ottonem, adversus eum irritarunt. Longe minorem applausum promeruere Operis, qvod absqve solidiori Matheseos, Astronomiæ & Historiæ profanæ, peritia aggressus, ἀναμάρτητον, imo ferme θεόπνευστον, esse temere jactabat, Astronomico-Chronologici, qvo Christinæ Augustæ, Svecorum Reginæ, 14000. Imperialium dono istud dignatæ, provocavit munificentiam, affecti potius, qvam confecti, Tabulæ, speciminaqve & fragmenta cætera, in lucem edita. In qvibus magnis eum ausis excidisse, hypothesinqve ingenii sui lubricam ac incertam secutum, crebros commisisse errores, Viri docti superstitem jam monuerunt, & nunc omnes consentiunt. Fusius Operis hujus, cæterorumqve Autoris scriptorum, conatuum & certaminum, historiam, una cum Vita, *Tomo* exponemus *Cimbriæ* hujus *literatæ* ultimo. Consuli interim de iis merentur D. G. Morhofii *Programma* de vita ejus *funebre*, Hamburgi A. 1698., *in Appendice Orationum Morhofianarum Programmatica, num. 69., p. 858-869.*, & Lipsiæ A. 1705., in Henr. Pippingii *Sacro Decadum Memoriæ Theologorum renovatæ Septenario, Dec. II., p. 255-267.*, recusum, D. Joh. Wilh. Petræi *Monumentum æternaturæ ejus memoriæ sacrum*, qvod Kilonii A. 1688. *in fol.* prodiit, M. Joach. Giesii, Pastoris Kiloniensis, Himlische Academie, sive Sermo vernaculus, in defuncti habitus exeqviis, D. Christ. Kortholti, Collegæ, *Programma Disputationi ejus inaugurali A. 1666. præmissum*, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogi menstrui Germanici, M. Dec. A. 1689., p. 1165-1205., & M. Dec. A 1690., p. 1133-1136.*, ejusdem *Bibliotheca anni 1705. curiosa vernacula, Sect. 1. & 12., p. 881-884.*, Joh. Franc. Buddei *Tomus IV. Lexici Historici p. 661.*, Georg. Paschii *Tr. de curiosis seculi hujus Inventis, c. 7., §. 14., p. 571-574.*, & Henn. Wittenii *Tomus II. Diar. Biogr. Sec. XVII., p. 158.*

MATTHIAS WASMUHTIUS Junior, Kiloniensis, Senioris, modo laudati, filius, Med. Doctor, in Patria A. 1693. extinctus. V. Henr. Muhlii *Epigramma Græcum in ejus obitum, in Sylloge carminum, Convivio erudito A. 1693. adjecta, p. 81-85.*
Disp. Inaug. de Febribus ardentibus. Lugd. Bat. 1691. in 4. maj.

M. ALEX-

M. ALEXANDER WEBERUS, Lubecensis, oppidi Eutinensis, ab A. 1645. ad 1657., Diaconus. V. Frid. Cogelii Uthinisches Stadtgedächtniß, c. 8., p. 49.

Disp. de Causa peccati, contra Calvinianos, & Wendelinum præsertim. Rostochii 1642. in 4.

M. GABRIEL WEDDERKOPF, Husensis, Henningum, mercatorem, & Annam, Thomæ Andersoni, civis Husensis, filiam, parentes habuit, dieqve nono Februarii A. 1644. lucem primam aspexit. E scholis patria, Lubecensi, ac Lüneburgensi, dimissus, ab A. 1662., Helmstadii, Tubingæ & Argentinæ, studiis vacavit Philosophico-Theologicis, ac Germaniam deinde, Helvetiam, Galliam & Bataviam, perlustravit. In Cimbriam redux, Husæ Principi Holsaticæ viduæ aliqvamdiu fuit a concionibus, ab A. 1668. autem Ecclesiæ ruralis Trojanæ, in Præfectura Svabstedensi, Parochus, & urbis tandem Kiloniensis, ab A. 1671. (qvo Magistri ibidem titulum, Brabeuta Ad. Tribbechovio, obtinuit), Diaconus, ab A. 1679., Archidiaconus, ac, ab A. 1694., Pastor, simulqve Ecclesiarum Holsatiæ Ducalium, ab A. 1695., Præpositus. Febri continua, cum abscessu conjuncta interno, d. 18. Sept. A. C. 1696., ac ætatis 53., extinctus, e liberis XI., in conjugio duplici, cum Ida, Michaelis Langemacii, Pastoris Neostadiensis, gnata, A. 1668., & Ursula, Matth. Burchardi, sui in officiis Kiloniensibus antecessoris, filia, A. 1672. inito, susceptis, præter alios, Michaelem Henningum, Consiliarium Holsato-Gottorpiensem, Joh. Casparum, Scribam Eiderstadiæ provincialem, ac Annam, D. Henr. Muhlii, successoris sui, simulqve Professoris Theologi Kiloniensis, conjugem, reliqvit superstites. Vitam ejus fusius exponit Appendix Biographica, Wolfg. Christoph. Franckii, Collegæ, Sermoni in memoriam ejus (e Ps. LXXIII. 25. 26.) funebri Germanico, Kilonii A. 1696. in 4. impresso, adjecta. A Sim. Henr. Musæo, JCto, in *Vindiciis Juris naturalis Paradisei, Diss. I., p. 37.*, ob *singularem judicii perspicaciam, variam eruditionem, lingvarum plurimarum peritiam, & collectam in peregrinationibus prudentiam*, est commendatus.

Dissertationes duæ, qvarum prior de Scepticismo profano & sacro, præcipue Remonstrantium, Præside D. Balth. Bebelio, A. 1664. in Acad. Argentinensi est ventilata, & seorsim edita, posterior de Atheismo, præcipue Socinianorum. Argentinæ 1665. in 4. Commendantur ab Ant. Reisero *in Diss. de Antitheismi origine & progressu p. 230.*, Ad. Tribbechovio *in Historia Naturalismi, c. 8., p. 40.*, & G. H. Götzio in den *Miscellan*-Predigten *p. 496.*

Statua honoris, oder Christliche Ehrenseule über Fr. Catharina, Christiani Ranzouen, Erbherrn auf Rastorf, Eheliebste, auß Rom. V. 3. sqq. Kilonii 1675. in 4.

Heiliges Verlangen der Diener GOttes, oder Leichpredigt über D. Frid. Jessenium, Kielischen Pastorem, auß 1. Reg. XIX. 4. Kil. 1677. in 4.

Das schöne Regentenbild, oder Leichpred. über Georg. Sultzbergern, Kielischen Bürgermeistern, auß Sap. III. 16. Kil. 1680. in 4.

Der Gläubigen siegreiche Ostern, oder Leichpredigt über Anna Margareta Hennings, auß 2. Tim. IV. 7. 8. Kil. 1685. in 4.

Das herlichste und heilsamste Christenwerck, bestehend in 70. geistlichen und Gottgefälligen Betrachtungen, zur Uebung der Gottseligkeit vorgestellet. Kil. 1689. in 8. Recusæ hæ Meditationes, teste *Catalogo nundinali*, sunt ibidem A. 1708. *in 8.*, sub titulo GOtt gewidmeter Nebenstunden.

Das auf hohen Schulen brennende und scheinende Lehrliecht, oder Leichpredigt über Christianum Kortholt, Th. D. und Prof. primarium auf der Kielischen Universität, auß Matth. XXV. 21. 23. Kil. 1694. in 4.

Treuer wolverdienter Lehrer herlicher Lohn und Himmelskron, oder Leichpredigt über M. Joach. Giesen, Kielischen Pastorem, auß Sap. V. 16. Kil. 1694. in 4.

Opus affectum de Origine sacrorum Ecclesiæ primitivæ rituum, qvod morte ejus interruptum esse W. C. Franckius, *l. c. p. 38.*, testatur.

MAGNUS WEDDERKOPF, Husæ itidem A. 1638. in lucem editus, & e familia, uti fertur, nobili Geldrica, ob religionem in Franconiam profuga, oriundus, parentes, cum fratre jam memorato sibi communes, habuit Henningum, mercatorem e Pentecontarcho Cæsareo Husensem, & Annam, Thomæ Andersoni, civis, filiam, neposqve fuit Magni Wedderkopfii & Annæ Funckiæ, fœminæ nobilis Franconicæ, Joachimi autem Wedderkopfii, legionis in Belgio Hispanicæ Producis, in Franconiam digressi, & Sophiæ a Kere, pronepos. Qvorum Majorum nobilitatis prærogativa a Leopoldo Imperatore A. 1683. in ejus gratiam est renovata, ipsiqve, cum liberis & posteris, denuo collata. Puer ludum freqventavit patrium, juvenis in schola Lubecensi Henr. Bangertum Præceptorem per integrum habuit qvinqvennium, ac deinde studiis Philosophico-Juridicis in Acad. Julia menses aliqvot; in Jenensi (ductu præsertim Joh. Strauchii, JCti eximii, & Erh. Weigelii, Mathematici illustris, hospitisqve sui) triennium, ac in Heidelbergensi, A. 1661. salutata, biennium, impendit. Parte hinc Galliæ atqve Italiæ peragrata Heidelbergam reversus, A. 1664. illic Doctoris titulum, seqventi autem 1665. Juris publici & feudalis professionem, a Reinholdo Blomio, ad Procancellarii dignitatem evecto, relictam, Caroli Ludovici, Electoris Palatini, obtinuit beneficio. Cujus Legatus cum patriam aulamqve Gottorpiensem A. 1668. reviseret, Christiano Alberto, Duci Holsatico, suas ita dotes approbavit, ut, seqventi 1669., in Cimbriam revocatus, Codicis, in Academia Kiloniensi, admoveretur professioni. Hanc d. 8. Julii *Oratione de Moralium corporum unione* solenni (1.) auspicatus, per septennium, & qvod excurrit, ornare studuit, simulqve, Canonicis adscriptus Lubecensibus, Collegii horum egit Syndicum, ac Augusti Friderici, Episcopi Lubecensis, ab A. 1676., Consiliarium. Ex Academia paulo post Kiloniensi in aulam eum suam Christianus Albertus, Dux Holsatiæ, evocavit, Gottorpiensis, & in Consiliariorum status publici, Cameræ, provincialium ac tandem etiam Intimorum, evectum ordinem, præfecturaqve Tremsbutto-Steinhorstensi donatum, gravissimis sæpe ad Reges Arctoos, Electores & Principes Germanicos, Circuliqve inferioris Saxonici comitia, adhibuit legationibus. Qvas inter Neomagensis anni 1677. (2.), & Altonaviensis anni 1688.; ad conventus de controversiis illustribus Danico-Holsaticis Irenicos, Andr. Ulckenio & ipsi, cum plena de istis transigendi potestate, commissæ, facile eminent. Non minori apud Fridericum, Christiani Alberti filium ac successorem, gratia & autoritate valuit, a qvo A. 1695. (qvo Status etiam publici Consiliarii a Carolo XI., Svecorum Rege, obtinuisse fertur titulum) Minister aulæ suæ constitutus est primarius, ac A. 1698. Pinnebergam, & A. 1700. Travendahliam, ad controversias, inter Reges Danicos ac se denuo enatas, Principum aliorum ope, componendas, ablegatus. Hoc etiam Principe A. 1702. morte immatura extincto, & patriæ imperio ad filium ejus impuberem, Carolum Fridericum, hujusqve tutorem ac patruum, Christianum Augustum, devoluto, in eodem dignitatum aulicarum, per seqvens septennium, eminuit fastigio, & Academiæ præterea Kiloniensis Ephorus A. 1706. perpetuus, cum D. Henr. Muhlio, supremo sacrorum Antistite, affiniqve suo, designatus, novam seqventi 1707. Constitutionem, de rebus ad istam, Doctoresqve ejus publicos ac studiosos, spectantibus, promulgavit Germanicam. In hoc

(1.) V. D. G. Morhofii *Programma*, illi præmissum, inter *Programmata*, *Orationibus* ejus subjuncta, *num. 76., p. 915. 916. 917.* (2.) Diploma, qvo hæc ipsi d. 10. Oct. A. 1677. est commissa, in Joh. Christ. Lünigii *Sylloge negotiorum publicorum*, A. 1694. edita, *p. 348. 349.*, invenies.

hoc felicitatis aulicæ constitutus culmine, animum ad conjugium cum Margareta Elisabetha Pinciera, Lubecensi, filium sibi unicum, Gothofredum, enixa, paulo serius appulit (1.), istisqve opes, qvas, una cum præfectura Steinhorstensi, a Principe æris indigo sibi oppignorata, prædiisqve eqvestribus Seegardensi, Moislingano, Tangstedensi & Magniwordano, per tot annos, haud difficulter sibi acqvisiverat, & parsimonia per totam ferme vitam (si sumptus, in aram templi cathedralis Lubecensis, magnifice extructam, A. 1696. factos (2.), excipias) immodica auxerat, ingentes destinavit. Sed non defuere tandem in aula ipsi Gottorpiana æmuli, felicitatem hanc invidentes. A qvibus cum opes tantas δωροφαγίᾳ, artibusqve illicitis, corrasisse perhiberetur, aliorumqve insimularetur criminum, Christiani Augusti, Ducatus Administratoris, gratia excidit, jussuqve illius dignitatibus exutus universis, & M. Dec. A. 1709. in arctiorem arcis Tonningensis abductus custodiam, in ista A. 1714. ineunte adhuc delituit. Mense vero ejusdem Februario, Tonninga a Danis occupata, libertatem Friderici IV., horum Regis, mox, una cum bonis suis, recuperavit beneficio, tandemqve Hamburgi 17. Jan. A. C. 1721., ac ætatis 83., obiit, & Lubecæ, in æde Cathedrali, est sepultus.

Vitæ ejus synopsin, ad A. usqve 1708. pertextam, Sam. Reyheri, JCti Kiloniensis, *Disputatio de Juribus Longobardico, Feudali & Ecclesiastico*, Kilonii A. 1709. edita, atqve *Historia Juris universalis*, *c. 31., p. 256-259.*, &, ex hac, Joh. Henr. a Seelen *Pars II. Athenarum Lubecensium*, *p. 124-131.*, Andr. Hoyeri *Nova literaria Hafniensia anni 1721., num. 8., Art. 5.*, ac *Nova Literaria Germanica*, *M. Sept. A. 1709., p. 365. 366.*, exhibuerunt. Commentationem de Senectute heroica veterum Christianorum, defuncti memoriæ consecratam, Hamburgi A. 1721. in 4. edidit Magnus Crusius, Slesvicensis, Cognatus ejus ac Bibliothecæ Ephorus; qvi etiam Commentationem peculiarem de ejus Vita in *Novellis Holsaticis* A. 1723. promisit.

Conferantur de illo Epistolæ Encomiasticæ, qvibus Joh. Frid. Mayerus A. 1700. *Trigam Dissertationum, utrum Fata religionum, regionum & urbium, ab astris pendeant*, Joh. Alb. Fabricius A. 1708. *Bibliothecæ Græcæ Librum qvartum*, Jac. Gronovius A. 1696. *Lexicon* Harpocrationis, a se editum, Joh. Wilh. Petræus A. 1709. die Macht der Kinder in der letzten Zeit, aliiqve homines docti qvamplurimi monumenta sua literaria, ei inscripserunt.

SCRIPTA EDITA.

Disp. Inaug. de Incertitudine Juris, & remediis contra eam, Præside D. Joh. Frid. Böckelmanno proposita. Heidelbergæ A. 1664. in 4. Recusa, *in Qvadriga Disputt. inauguralium, sub Böckelmanni habitarum præsidio*, ibidem, sine anni mentione, in 4. Commendatur a Sim. Henr. Musæo *in Vindiciis Juris naturalis Paradisei p. 201.*, & *sub initium Speciminis aggerum contra Juris incerti cataclysmum*, ac Georg. Paschio (eam, *mole licet exiguam, pretio tamen vasta juris volumina vel æqvare, vel superare, ac JCtorum coryphæis campum aperire ad meliora juris arti fata destinando*, jactante) *in Tr. de Curiosis seculi hujus Inventis, c. 5., p. 287. ed. secunda.*

Disp. de Collatione feudi. Heidelbergæ 1667. in 4.

De Feudis Tractatus Gvilh. Fornerii Aurelianensis, & Ant. Contii, Bituricensis Antecessoris, una cum Caroli Crassi, Imperatoris, Constitutione de feudis, Commentario Marqvardi Freheri exposita, & aliis ejusdem argumenti, ab eo editi. Francofurti A. 1668. in 12. Commendantur a D. G. Morhofio *Tomo III. Polyhist., Lib. VI., Sect. 7., p. 103.*

Disp. de Fructibus, & eorum acqvisitione. Kilonii 1670. in 4.

Disp. de Jurisdictione. Kil. 1671. in 4.

Disputationes aliqvot in Pandectas. Kil. 1672. in 4. (*Tertiam vidi.*)

Disputationes qvinqve Juridicæ Inaugurales, illo Præside propositæ: 1. Nicol. Henr. Küselii, Holsati, de Inrotulatione Actorum, A. 1671.; 2. Gotfr. Wilh. Sacri, Advocati Gvelpherbytani, de Libellis famosis, A. 1671.; 3. Matthæi Stolterfohtii, Lubecensis, de Infamia, A. 1673.; 4. Ivari Gerrits, Eiderstadiensis, de Collatione bonorum, A. 1673.; 5. Henr. Balemanni, Lubecensis, de Transmissione hæreditatis, A. 1673.; Junctim recusæ Kilonii A. 1673. in 4.

Decas Qvæstionum Imperatoria decisione dignarum. Kil. 1674. in 4. Commendatur a Nicol. Christoph. Lynckero *Lib. II. Instructorii forensis, Sect. II., P. I., c. 2., lit. e. 1. a.*, Vinc. Placcio *in JCto Romano-Germanico, Musis Juridicis inserto, p. 121. 122. 150.*, ac *in Epistola super qvæstionibus de tempore*, sub *Nicetæ Spilii* nomine publicata, *p. 45.*, & Johanne Grönyngio *in Diss. de nævis Corporis Juris Romani, Cap. I., §. 12., p. 16.* Plures Qvæstionum harum Decadas eum ἀνεκδότους asservasse, & luci destinasse publicæ, Seb. Kortholti, V. C., literæ me edocuerunt.

Disp. de Præscriptione moratoria. Kil. 1675. in 4.

Theses miscellaneæ ex Jure, tam publico, qvam privato (*Resp. Godsch. ab Alefeld*). Kil. 1676. in 4.

Observationes Theoretico-Practicæ ad Tit. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Libri I. Institutionum, Kilonii, sine mentione anni, in 4.

Programmata qvædam, A. 1673. in Academiæ Kiloniensis semestri publicata Rectoratu.

Responsio Amici ad Epistolam Ministri cujusdam Gallicam, super qvæstione: Num officia, qvæ S. R. M. Daniæ, in favorem Caroli, fratris sui, ratione Coadjutoratus Lubecensis, impendit, contraria sint paci Travendahlensi? A. 1704. editam; ἀνωνύμως, Latine pariter atqve Gallice, A. 1704. in 4. excusa, cujus se Autorem esse ipsemet, teste Kortholto, est fassus.

MICHAEL HENNINGUS WEDDERKOPF, Kiloniensis, Gabrielis (*de qvo supra est dictum*) filius, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, Consiliarius, circa A. 1698., aulicus.

Oratio de eo, qvod in Honestate optima sit prudentia. Kilonii 1687. in 4. V. de illa *Programma* D. G. Morhofii, ei præmissum, inter *Programmata*, *Orationibus* ejus subjuncta, *num. 95., p. 967. 968. 969.* Ubi etiam *num. 97., p. 973. 974.*, *Programma* aliud legitur, Orationi ejus alteri *de Venetorum victoria Peloponnesiaca*, d. 20. Sept. A. 1687. habitæ, sed, uti credo, haud editæ, dicatum.

Disp. de Resignatione judiciali, Præside D. Joh. Kleinio proposita. Rostochii 1691. in 4. Recusa *in Volumine Dissertationum* Kleinii *Juridicarum*, Güstrovii A. 1706. in 4.

GOTHARDUS WEDEMHOF, Lubecensis, J. U. C.

Disp. de Favore liberorum, ab eo conscripta, & Præside D. Gothofr. Stöffero proposita. Argentinæ A. 1673. (*& seorsim, & in Decuria II. Disputt. Inaug. Juridicarum Argentinensium*) in 4.

PAULUS WEDEMHOF, Lubecensis, J. U. D.

Disp. Inaug. de Edicto Adriani. Basileæ 1648. in 4. (*V. Lipenii Biblioth. Jurid.*)

M. HENRICUS WEGHORST Senior, Kiloniensis, suprema Philosophiæ Regiomonti, d. 9. Jul. A. 1643., a Mich. Eiflero ornatus laurea, scholæ patriæ Kiloniensis, ab A. circiter 1646., Rector, A. 1688. defunctus. Academiæ Kiloniensis Professor tandem esse constitutus perperam traditur in Alb. Thura *Idea Hist. Lit. Dan. p. 161.*

Disputa-

(1.) V. D. G. Morhofii Epithalamium, Academiæ Kiloniensis nomine scriptum, *in Opp. Poeticis*, ac *Veneribus* horum *novis*, *p. 430. 431.* (2.) V. de hoc altari Anonymi Angli *Relation d' un voyage fait en Danemare*, *T. II. Ep. 5., p. 593.*, & das beglückte und geschmückte Lübeck *p. 157.*

Disputatio Philosophica. Hamb. 1637. in 4. (*Catal.*)

Spongia, qva calumniæ & convitia, in Virum qvendam honoratissimum & doctissimum conjecta, expunguntur, & in ipsius impudentissimi Autoris os regeruntur. A. 1637. in 4.

Tractatus de Vero veri Dei cultu & adoratione, tam Sabæorum ante & post diluvium, qvam Apostatarum Judæorum & Regum Israelitarum in V. T., ut & Dæmonicolarum Gentilium in N. T., nec non hodiernorum magorum, lamiarum, & Samaritano-Psevdo-Christianorum ac Deistarum in ipso Christianismo, falsæ religioni, seu potius diabolicæ superstitioni ac cultui Dæmoniaco, oppositus. Kilonii 1671. in 8. Partem ejus maximam recensus qvaliscunqve Idolorum, in S. Codice memoratorum, sibi vindicavit alphabeticus.

HENRICUS WEGHORST Junior, Kiloniensis, patre cognomine, de qvo modo dictum, anno 1653. d. 23. Sept. natus, Hafniæ vero ab affine, D. Paulo Mohtio, Archiatro regio, educatus est. A. 1681. in Academia patria J. U. Doctor creabatur, ac, post iter duplex ad Germanos, Gallos & Italos, literarium, Philosophiæ moralis in Academia regia eqvestri, Hafniæ, ab A. 1692., fuit Professor, in antiqviore autem urbis ejusdem Collegii Juridici Adjunctus, & Metaphysices, posteaqve Ethices, Interpres, ab A. 1698. publicus, simulqve Cancellariæ Consiliarius. Tandem in Rectoratu academico, A. 1720. sibi collato, d. 2. Febr. A. C. 1722., ac ætatis 69. obiit. Vitam ejus, e Joh. Grammii, Ling. Græc. Prof. Hafn., Oratione funebri, fusius enarravit Alb. Thura *in Hist. Lit. Dan. p. 161. 162. 163.* simulqve scriptorum ejus XXII. ἀνεκδότων, Juridicorum plerorumqve aut moralium, Indicem prolixum exhibuit, illic legendum.

Conf. de eo Bernh. Raupachii *Commentationem de præsenti rei sacræ & literariæ in Dania statu, p. 103. 104.*, *Nova Literaria Lubecensia, M. Jan. A. 1699., p. 22., & M. Jun. p. 173.*, ac Cornelii a Beughem (Henr. *Wegenhorstium*, & Cancellarium regium, perperam eum appellantis) *Apparatus ad Hist. lit. noviss. Conspectum V., p. 146.*

SCRIPTA EDITA.

Theses XLVIII. Inaugurales, ex Jure Civili, Canonico ac Feudali, Præside D. Bernh. Schultzio propositæ. Kilonii 1681. in 4.

Disp. de Judiciis, titulorum, in Pandectis occurrentium, partem majorem tangens. Hafniæ 1693. in 4.

Comparatio juris Danici & civilis, in matrimonialibus. Hafn. 1693. in 4.

Disp. I. de differentiis Juris Danici & Romani. Accedit Diss. de Cautione Mutii Scævolæ (*antea seorsim edita*). Hafn. 1701. in 4. V. *Nova Literaria Lubecensia, M. Majo A. 1701., p. 147.*

Disp. II. de Regulis, in qvibus Jus Danicum cum Romano concordat, ex titulo Digestorum de Regulis Juris. Accessit Labyrinthus graduum cognationis. Hafn. 1702. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1702., p. 173.*

Disp. III. de differentiis Juris Danici & Romani, in Materia Delictorum, Hafn. 1704. in 4. V. *N. L. Lubec., M. Sept. A. 1704., p. 272. 273.*

Disp. de Imperii Romano-Germanici conventu generali. Hafn. 1702. in 4.

Labyrinthus moralis Juri naturæ pervius, Pars I. & II. Hafn. 1713. in 4. (Tertiam reliqvit ineditam).

Disp. de Transmissione Actionum, *ad §. 1. J. de perpet. & temp. Act.* Hafniæ 1716. in 4. V. de illa *Partem LVIII. der Gelehrten Fama p. 744. 745. 746.*

Schediasma ad capita Juris Canonici *Rainutius & Rainaldus, X. de Testam., de duplicis deductione Quartæ*; cui adjungitur alterum ex Jure Civili, de acqvirenda Hæreditate, pupillis, infantibus & furiosis, delata, Hafniæ 1716. in 4. V. eandem *p. 746.*

Phalaris Juris naturæ gnarus, cum Thesibus Juridicis miscellaneis. Hafn. 1719. in 4.

Disputatio de Jure Naturæ, }
Disp. de Jure Feudali, } V. Raupachium *l. c.*
Disp. de Austregis. }

Introductio in Jus Feudale. Hafniæ in 4. (*Catal.*)

Disp. de Jure Danico & communi. Hafniæ in 4. (*Catal.*)

Christiani V., Regis Daniæ, Jus Danicum, in VI. libros divisum, e sermone Danico (*qvo ab Erasmo Vindingio, Prof. & Consiliario regio, erat scriptum, Hafniæqve A. 1683. prodierat*) Latine ab eo redditum, sumptibusqve regiis editum Hafniæ A. 1698. in 4. Ibid. (*teste Catalogo nundinali* A. 1715. *in 4.* Præter hanc Codicis Danorum Christianci novissimi (de cujus historia Pet. Resenii *Prolegomena Versionis Nomocanonis Jutici Germanicæ Krabbianæ*, A. 1684. editæ, nostræqve narrationes, *P. I. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 15., §. 17., p. 274. 275. 276.*, *in Hypomnematis ad Alb. Bartholini Lib. de Script. Dan. p. 213. 214.*, ac *in Spicilegio ad eundem p. 14. 15.*, obviæ, nec non librorum capitumqve singulorum Index, *Novis Literariis Lubecensibus, M. Apr. A. 1698., p. 58-61.*, insertus, possunt consuli) translationem Latinam, duæ extant aliæ. Harum altera M. Pet. Hoyelsini, Scholæ in Falstria Nicopiensis Rectoris, stylo puriore concinnata, & in *Novis* jam *literariis anni 1704. Lubecensibus, M. Sept., p. 286.*, commendata, Hafniæ A. 1710. *in 4.* prodiit; altera vero Christ. Mülleri, Hafniensis, Præfecti in Islandia regii, notis, uti ab amico edoctus sum, illustrata uberrimis, duobusqve (*in fol. reg.*) comprehensa Voluminibus, ἀνέκδοτος adhuc delitescit. Germanicam Weghorstius itidem, sub titulo seqventi, solis literis nominis initialibus H. W. præfixis, A. 1699. edidit.

Königs Christian des Fünften Dänisches Gesetze, auß dem Dänischen ins Deutsche übersetzet: Wobey die Gleichstellen, und einige Oerter, die Verwandniß mit einander haben, so wol auß dem Gesetze selbst, als auß den jüngeren, von A. 1683. biß 1698. außgegebenen, Königlichen Verordnungen, am Rande mit angeführet seyn, durch H. W. Hafniæ A. 1699. in 8.

INEDITA, *in Catalogo nundinarum A. 1692. autumnalium Lipsiensi, p. 35.*, promissa.

Examen Institutionum Imperialium, qvo qvæstiones, ad textus ordinem, omnem cujusvis tituli paragraphorum materiam exhaurientes, proponuntur.

Paraphrasis Institutionum Imperialium, omissis terminis Philosophicis, ad ordinem titulorum & paragraphorum textus, composita.

Compendium Juris publici.

Nova Prudentiæ deliberativæ methodus, præceptis ordine collocatis delineata.

FRIDERICUS WEIDENKOPF, Slesvicensis, Eberhardi, Consiliarii Holsato-Gottorpiensis, ex Anna, Ottonis Brockesii, Consulis Lubecensis, gnata, filius, J. U. Doctor.

Positiones Inaugurales miscellaneæ, Præside D. Nicolao Martini propositæ. Kilonii 1674. in 4.

OTTO WEIDENKOPF, Slesvicensis, eorundem cum Friderico parentum filius, d. 10. Nov. A. 1642. in lucem editus, & e medio studii Juridici curriculo, morte immatura, variolis accelerata, d. 15. Apr. A. 1664., Altorfii avocatus.

avocatus. V. de illo D. Joh. Weinmanni, Theol. Prof. Altorfini, *Sermonem Germanicum, ex Apoc. II. 10., in ejus habitum exeqviis*, &, cum Joh. Pauli Felwingeri *Programmate funebri, Epicediisqve*, Slesvigæ A. 1664. *in 4.* excusum.

Disp. de Homagio, ab ipso conscripta, & Præside D. Henr. Rud. Redekero proposita. Rostochii 1662. in 4.

HENRICUS WELLMANN, J.U.D. & Practicus urbis patriæ Hamburgensis, A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. de Orphanotrophiis. Franeqveræ 1701. in 4. (*V. Pet. Ambr. Lehmanni Hamburgum anni 1704. literatum p. 30.*)

JOHANNES WEMHEIER, scholæ templi Cathedralis, in urbe Hamburgensi, Arithmeticus, Achatii Döringii, Arithmetici Hamburgensis, Arithmeticam, sermone A. 1549. editam Saxonico, cum præfatione sua, Hamburgi A. 1578. *in 8.* denuo publicavit. (*P. J. Lucopp.*)

CHRISTOPHORUS WENDT, Lubecæ d. 19. Dec. A. 1659. natus, Joachimum, ædis Cathedralis Antistitem, pietatis raræ fama inclytum, & Christinam, M. Ad. Helmsii, Pastoris Petrini, filiam, parentes habuit. Templi & ipse in patria Cathedralis A. 1685. d. 21. Maji Diaconus, &, d. 5. Nov. A. 1705., Pastor, electus, simulqve Ptochotrophei D. Annæ, per qvatuor lustra, fuit Ecclesiastes, ac, ab A. 1710., Ordinis sacri Senior. Catarrho, die 14. Apr. A. C. 1719., ac ætatis 61., extinctus suffocativo, viduam Annam Charitatem, D. Pauli Joach. Stocmanni, Medici, gnatam, & D. Aug. Varenii, Theologi Rostochiensis, neptem, cum filiis duobus (qvos inter Augustus Joachimus Diaconatum ædis mox obtinuit Cathedralis), totidemqve filiabus (qvarum una Christoph. Rohnio, Pastori Jacobæo, jam nupserat), reliqvit superstites. Fusius vitam ejus A. 1719. enarrarunt Herm. Frid. Blatzenius, Collega, in Biographia Germanica, Joh. Henr. a Seelen *in Programmate funebri*, & *Parte II. Athen. Lubec. p. 403. 404. 405.*, hosqve secutus Christ. Polyc. Leporinus in den Leben der Gelehrten, *Parte III., num. 20., p. 242., & seqq.* Conf. Jac. a Mellen *Lubecam anni 1698. literatam p. 12. 13.* & *Nova Literaria Lubecensia, M. Dec. A. 1705., p. 384.*

Disp. de Obsignatione fidelium interna, ex Eph. I. 14. 15., ab ipso conscripta, & Præside D. Sebast. Schmidio proposita. Argentinæ 1681. in 4.

JOHANNES WENDLERUS, Augustæ Danicæ, Johannis Adolphi, Ducis Holsato-Gottorpiensis, viduæ, Concionator in arce Husensi aulicus, & Pastor, post A. 1639., in Ditmarsia, Londinensis. V. de illo Joh. Melch. Kraftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 305. 306.*

Klag- und Lob-Sermon über Fr. Augustam, verwittbete Hertzoginn zu Sleswig-Holstein, am 3. Mart. A. 1639., auf Ps. XXXIX. 14., gehalten. Slesvigæ 1639. in 4.

Geistliche Tauben Seufzerlein und Thränenschatz.	MSSta in Bibliotheca aulica
Geistliche Himmelsleiter. - - - - -	Gottorpiensi, teste illius *Cata-*
Testamenta der XII. Patriarchen. - - -	*logo*, supersunt.

ADRIANUS WENGLER, Parochiæ ruralis Eggebeckensis, in præfectura Flensburgensi, circa A. 1656., Ecclesiastes, a Frid. Breclingio Veritatis contra Christianismum degenerem Testibus, in horum *Catalogo* (*Tomo IV. Hist. Eccl.* Gotfr. Arnoldi, *Sect. III., n. 18.*, obvio), *num. 107., p. 770.*, accensetur, ob Tractatum vernaculum ineditum, ab ipso, paulo ante mortem, sibi prælectum, vom Verfalle und Gottlosigkeit der Priester in Holstein, und der Academischen Studenten und Lehrer im Lutherthume.

DANIEL WENSIN, Eqves Holsatus, Godschalci, Toparchæ in tractu Wagriæ Segebergico Rolestorpiani, Consiliarii Ducalis, Præfectiqve Gottorpiensis, filius, in Academia A. 1614. (qvo Christoph. Besoldi *Collegii Politici secundam de Majestate disputationem* publice defendit) commoratus Tubingensi. V. de illo Casp. Dancwerthii *P. III. Chorographiæ Cimbricæ, c. 10., p. 237.*

Oratio contra Britanniam, qvæ in Friderici Achillis, Ducis Würtenbergici, sive Thomæ potius Lansii, JCti Tubingensis, *Consultatione de provinciarum Europæ principatu*, Tubingæ A. 1655. & 1678. *in 8.* edita, *p. 542-589.*, occurrit.

LAURENTIUS WENSIN, Eqves Holsatus, in Academia itidem A. 1614. versatus, & Christoph. Besoldi *Collegii Politici Disput. V. de Monarchia ac regno electivo* tuitus, Tubingensi.

Oratio pro Italia, qvæ *in Consultatione* Lansiana, modo laudata, *p. 681-754.*, legitur.

(Probe ab hoc sunt distingvendi Laur. Wensin, Toparcha Rolestorpianus, & Præfectus Sec. XVI. Hatherslebiensis, ejusqve filius ὁμώνυμος, Laur. Wensin, Godeschalci, Præfecti Gottorpiensis, frater, & Ernesti parens, qvi Duci primum Holsatico, deinde vero, cum a Lutheranis ad Pontificios defecisset, Ernesto Bavaro, Archiepiscopo Coloniensi, ac tandem Maximiliano, Electori Bavariæ, fuit a consiliis, ejusqve in Palatinatu superiore & tractu Ambergensi Vicarius. De utroqve Casp. Dancwerthius, *l. c. p. 237.*, & Andr. Angelus, *Libro I.* der Holsteinischen Adel-Chronica *p. 236.*, consulantur.)

M. BERNHARDUS WEREMBERGIUS, non Hamburgi, uti pleriqve alii perperam tradiderunt, sed Trojæ, vel Treyæ, præfecturæ in Ducato Slesvicensi Svabstedianæ pago, d. 24. Aug. A. 1577. in lucem editus, M. Jac. Werembergii senioris, Hamburgensis, pagi initio istius, ab A. 1573., Parochi, & templi deinde in patria Petrini, ab A. 1588. ad fatalem 1609., Ecclesiastæ, ex Anna Meieria fuit filius. Studia, Hamburgi inchoata, continuaturus, Academiam Juliam A. 1593., Witebergensem vero A. 1599., adiit, & Rectoratum deinde scholæ in Marchia Brandeburgica Spandoviensis A. 1605., Hatherslebiensis autem in Cimbria A. 1609., obtinuit. Ex ista A. 1614. Hamburgum revocatus, professionem Philosophiæ Practicæ, in Gymnasio recens aperto, d. 14. Febr. sibi decretam, d. 13. Martii suscepit, &, una cum Historica, huic deinceps adjecta, fide ac diligentia insigni, per sex ferme lustra, donec Kal. Junii A. C. 1643., ætatisqve 66., vivis excederet, administravit. Uxorem d. 24. Jan. A. 1615. (uti Pet. Laurenbergii, Collegæ, docet Epithalamium) duxit Margaretam, Bernh. Langermanni, mercatoris, filiam, liberos sibi aliqvot, &, hos inter, Jacobum, Philos. Magistrum, enixam. V. de illo Ecclesiastarum Hamburgensium *in obitum ejus Epicedia*, A. 1643. *in 4.* excusa, Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1643.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1072.*, & *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. IV., c. 10., §. 26., p. 614.* Pet. Musæo (*in Programmate, Disp. inauguralí Pauli Sperlingii Jun. præmisso*) *Philosophus* audit *elegantissimus & acutissimus.*

Progymnasmata XIII, Politica, Hamburgi A. 1613. 1614. & 1615. in 4.

Disputationes VIII. Ethicæ. Hamb. 1614. & 1615. in 4.

Sermo Eucharisticus de Luthero Stella, proximum ante seculum, Ecclesiæ boreali tenebrosæ, sub mundi vesperam, emicante, VIII. Id. Nov., anno Jubileo 1617., publice pronunciatus. Hamb. 1617. in 4. Recusus ibidem A. 1723. *Volumine V. Memor. Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii *p. 17-46.*

Collegii Ethici Disputationes XIII. Hamb. 1617. in 4.

Collegii

Collegii Politici Disputationes XVII. Hamb. 1618 - 1621. in 4.
Discursus XI. Historico-Politici. Hamb. 1621. in 4.

Disp. inauguralis novi anni. Elogium virtutum sagatarum. Disp. qvod nihil Muliere fortius. Disp. qvod nihil Veritate fortius. Disp. pro Monarchia. Disp. pro Aristocratia. Disp. pro Democratia. Disp. pro mixta Reipublicæ forma.	Singula seorsim Hamburgi A. 1623. vel 1624. *in 4.* prodierunt, teste *Lectionum Gymnasii Hamburgensis Indice*, A. 1624. edito.

Exerc. de regno Poloniæ. Hamb. 1626. in 4.
Disp. de natura Prudentiæ, germanisqve secundum eam prudentibus. Hamb. 1627. in 4.
Gymnasmata Physiologica, qvorum primum de Philosophiæ Theoreticæ in universum, & speciatim Physiologiæ, indole prodiit Hamburgi A. 1629. in 4.
Exercitationes XII. Politicæ, cum adjecta Dissertatione de Oratoriæ indole Germana. Hamb. 1630. 1631. & 1632. in 4.
Gymnasmata XXXVI. Historica. Hamburgi, ab A. 1632. ad 1639., in 4.
Exercitationes Rhetoricæ & Oratoriæ. Hamb. 1639. & 1640. in 4.

M. JACOBUS WEREMBERGIUS Junior, Troja itidem, sive Treya, Cimber, eosdem cum Bernhardo fratre, modo laudato, parentes, diemqve XI. Januarii A. 1582. natalem, habuit. Commilitonibus scholæ Hamburgensis brevi superatis, in Academiam, 17. natus annos, migravit Juliam, & Joh. Caselium, Duncanum Liddelium, Ad. Luchtenium ac Corn. Martinum, suos in Philosophia Peripatetica literisqve elegantioribus Præceptores, indolis sibi præstantia, ac sedulitate assidua, facile conciliavit. Triennio Helmstadii exacto, A. 1602. Witebergam adiit, studiorumqve sacrorum hodegis Æg. Hunnio, Dav. Rungio, Georg. Mylio, Salom. Gesnero (hospite suo ac deinceps socero), Leonh. Huttero ac Frid. Balduino (*cujus primam in Articulos Visitationis Saxonicæ de S. Cœna A. 1606. defendit disputationem*), per integrum illic gavisus septennium, his atqve Philosophicis summa incubuit diligentia, &, Melanchthonis exemplo, somnum, post cœnam inchoatum, ultra noctem haud produxit mediam. Cum Magistri titulum, primo inter competitores loco, ibidem A. 1604. obtinuisset, disciplinas omnes Philosophicas privatim, eo cum applausu, docuit, ut non solum A. 1606. Andr. Behaimii, Patricii Noribergensis, alumnis præficeretur Ephorus, sed, Ordinis etiam Adjunctis adscriptus Philosophici, hos inter eminere omnium consensu judicaretur. Frid. Taubmannus certe, *se neqvaqvam tam animo percursum suum habere Virgilium, ac suam Werembergius haberet Metaphysicam*, profiteri non dubitabat; Leonh. autem Hutterus, in disputationibus Academicis, *Magistri* eum *præstantissimi* ornabat titulo, qvo neminem ejusdem ordinis alium dignari consveverat. Witeberga A. 1609. Hamburgum, ut parenti ὁμωνύμῳ, rude donato, in ædis Petrinæ succederet Diaconatu, post electionem absentis, die 5. Oct. factam, est revocatus, muneriqve huic die 25. Nov. admotus Ecclesiastico. Qvod postqvam per qvadriennium administraverat, &, non vocis solum svavitate, sed facundia etiam erudita, populi se accommodante captui, inclaruerat, A. 1613., d. 19 Jan., templi D. Mariæ Magdalenæ sacri Pastor est electus, ac Dominica post festum Paschale secunda a Joh. Schelhammero, Antistite Petrino, inauguratus (1.), semestriqve nondum elapso Gymnasii etiam Hamburgensis, eodem anno recens fundati, primus Professor Logico-Metaphysicus d. 12. Aug. constitutus. Gemino hoc officio per decennium functus, tres interea masculos, ac puellas qvatuor, e Maria, D. Salom. Gesneri, Theologi Witebergensis, filia, A. 1610. ducta (2.), & secundis, post obitum ipsius, M. Henr. Janichio, Ecclesiastæ Catharinæo Hamburgensi, A. 1630. sociata nuptiis, sustulit. Morte tandem immatura, per aqvam accelerata intercutem, d. 29. Jan. (non 30. Junii, pro qvo Index Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis militat αὐτόπτης) A. C. 1623. (non 1624., qvem Henn. Wittenius (3.) substituit), ac ætatis 42., decessit. Qvi, si fama, eruditione sacra ac Philosophica accuratiori, ac dexteritate in certaminibus disputatoriis (in qvibus Hamburgi *homines agminum rudes, nec satis accurate calculum ponentes* (4.), *qvoties in arenam temere descendebant, omnibus*, teste Henr. Vagetio, *propinavit deridendos*) singulari, parta, diutius ei frui licuisset, ad altiora forsan fuisset emersurus. Tanti sane eum fecit Leonh. Hutterus, celebris Acad. Witeb. Theologus, ut, in literis ad ipsum, atqve amicos alios, datis, sæpe Collegam, sæpe successorem, sibi optaverit, tanti item reliqvi S. Lit. in eadem Doctores, ut A. 1617., post obitum Hutteri, desiderii illius memores, in numerum Candidatorum professionis, ab eo relictæ, cum Nicol. Hunnio & Jacobo Martini, retulerint, suisqve Electori Saxoniæ, in Hunnium proniori, commendarint suffragiis. Fusius eum celebrat Henr. Vagetii, Lit. Human. Prof. Hamburgensis, *Oratio de illius vita ac morte funebris*, cum Joh. Huswedelii, Bernh. Meieri & Bernhardi Werembergii, *Epicediis*, Lüneburgi A. 1625. *in 4.* edita, ac Hamburgi A. 1711., *Parte III. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 165 - 202.*, recusa.

Conferantur, præter jam allegatos, ejusdem Fabricii *Pars II. Memor. Hamb. p. 867. 906., 1066. 1067. 1072.*, & *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. IV., c. 10., §. 26., p. 613.*

ELOGIA.

Balth. Meisnerus, *in Qvæstionibus vexatis, Qv. 4., §. 19., p. 96.*, Theologis eum Lutheranis annumerat præcipuis, circa malitiam peccati originalis positivam sibi ὁμοψήφοις.

Henr. Vagetius, *in Orat. funebri, Theologum* illum salutat *Philosophumqve eximium, ac Virum eruditionis eximiæ & vitæ inculpatæ*, literasqve exhibet Theologorum Witebergensium, qvibus Witeberga digressurum A. 1609. instruxerunt, systatico-encomiasticas.

Frid. Taubmanno (*l. c.*) audit *Arte Sophis Theiologisqve Solon.*

Pet. Musæo (*in Programm. Disp. Inaug. Pauli Sperlingii Jun. præmisso*) *Philosophus elegantissimus & acutissimus.*

Jac. Thomasio (*in Præfationibus p. 159.*) *Vir nostri seculi eruditus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disputationes Meteorologicæ. Witebergæ 1606. in 4.
Theoremata de Loco & Vacuo. Witeb. 1606. in 4.
Disp. de Locis Topicis, e Lib. I. Topicorum Aristotelis (*Resp. Christ. Thomæo Seestädio, Nobili Dano, regni patrii postea Cancellario*). Witeb. 1607. in 4.

(1.) V. Anonymi *Catal. MS. Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis*, Georg. Haccii Appendicem der Hamburgischen Zuchthauß-Predigt, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 867. 1066. 1067. 1072.* (2.) V. Frid. Taubmanni Epigramma in ejus nuptias, *in Schediasmatis, Lib. III. Epigramm., p. 540.* (3 *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1624.* (4.) Mart. Willichium, Pastorem Catharinæum, & Zach. Schefterum, Rectorem, uti nonnemo ad *Orationis* Vagetianæ annotavit marginem.

Disp. de Justitia. Witeb. 1607. in 4.

Disputationes de Corporis humani fabrica. Witeb. 1608. in 4. (*Catal. Brochm.*)

Prodromus Disputationum Logicarum. Witeb. 1608. in 4. (*Id. Catal.*)

Exercitationes Logicæ XVI., ad examen veritatis & Scholarum Dialecticarum Pet. Rami institutæ. Witeb. 1608. 1609. & 1610. in 4., ac denuo ab Autore recognitæ, ibid. 1613. in 8. Contra has M. Sever. Sluterus, Pastor Hamburgensis Jacobæus, Rami assecla, in iis *p. 376. & seqq. 1216. & seqq.* castigatus, *Responsionem* scripsit & reliqvit ἀνέκδοτον, teste Joh. Slutero, JCto, *in Vita parentis*.

Exercitationes XX. Metaphysicæ, Witeb. 1608. in 4. Auctiores, sub titulo *Systematis*, ibidem A. 1616. *in 8.*, uti mox dicetur, recusæ. Haud diversa ab iis est, uti credo, *Metaphysicæ, in genuinam methodum redactæ, Explicatio brevis & perspicua, Disputt. X. comprehensa*, & Witeb. A. 1609. *in 4.* edita, qvam P. Bolduanus (*in Biblioth. Philos. p. 358.*) & Lipenius ei tribuunt.

Disputationes X. de Anima humana. Witeb. 1610. in 4.

Gymnasmata, sive Dissertationes Gymnasticæ XII., in Dialecticam Phil. Melanchthonis, qvæ, non solum in illam, sed & in universam Aristotelis Logicam, uberrimorum Commentariorum vice esse possunt, &, qvæcunqve in tota Philosophia traduntur, eorum synopsin exhibent; singulatim propositæ Hamburgi A. 1613. 1614. & 1615., junctim autem recusæ ibidem A. 1618., in 4. De illarum, in Philippi Dialectica cum Aristotele concilianda, instituto *præfatio* consulatur.

Secundarum operarum in Librum II. Erotematum Dialectices Phil. Melanchthonis Gymnasmata XV. Hamburgi A. 1615. 1616. & 1617. in 4.

Theses de Summo Bono. Hamb. 1614. in 4.

Disputt. Ethicæ. Hamb. 1614. in 4. (Tribuuntur illi ab Ott. Sperlingio Juniore, mihi autem, annon eædem sint cum Bernhardi fratris *Disputt. VIII. Ethicis*, eodem A. 1614. Hamburgi publicatis, dubio, merito sunt suspectæ.)

Systema Metaphysicæ methodicum, XX. Exercitationibus absolutum, ejusdemqve operis Enchiridion, nomenclaturam & gnomologiam Metaphysicam continens. Witeb. 1616. in 8. Ex hoc complura expungi jubet *Index Expurgatorius Hispanicus*, ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore generali, Madriti A. 1667. *in fol.* editus, *p. 544.*

Noctes sacræ, ad lucernam vigilatæ, prima seculari felicissimi omnium Sanctorum e Babylone exitus vigilia, seu Orationes duæ in memoriam Reformationis Lutheri seculares. Hamb. 1617. in 4. Recusæ ibid. A. 1723. *Vol. V. Memor. Hamburg.* J. A. Fabricii *p. 46-94.*

Analysis Logica primæ Controversiæ Rob. Bellarmini de Verbo Dei. Hamb. 1618. in 4.

Admonitiones seu Disputationes X. de Dialectica Ramæa. Hamb. A. 1619. & 1620. in 4.

Exercitationes VII. Apodicticæ, seu de Demonstratione. Hamb. A. 1621. & 1622. in 4.

Vindiciæ Ecclesiæ Lutheranæ, Dei gratia a mysterio Superstitionis Pontificiæ superiore seculo liberatæ, & a mysterio Apostasiæ hæreticæ ab eo tempore conservatæ, contra *Mysterium iniqvitatis Pseudo-Evangelicæ*, qvod revera est mysterium τῆς ἀνομίας cujusdam vespertilionis, inordinate ambulantis. Hamb. 1622. in 8. Oppositæ sunt M. B. F. B. (i. e. Melch. Breleri, Joh. Arndii Convictoris ac discipuli, Doctorisqve Medici, Hamburgi A. 1627. extincti, de qvo suo loco fusius dicetur) *Mysterio iniqvitatis Pseudo-Evangelicæ, seu Dissertationi Apologeticæ pro doctrina B. Joh. Arndii, contra Centauros qvosdam Pseudo-Evangelicos, & sophisticam illorum Theologiam*, Olig. Rosenkrantzio, regni Danici Senatori, inscriptæ, Goslariæqve A. 1621. *in 8.* excusæ. A qvo (sub iisdem literis nominis sui initialibus M. B. F. B.) repositæ iis sunt *Vindiciæ pro Mysterio iniqvitatis Pseudo-Evangelicæ, contra Pseudo-Evangelicum declamatorem & Postillatorem Hamburgensem*, Goslariæ A. 1622. in 8. impressæ. V. de scriptis his utriusqve contrariis Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum, c. 2., p. 137. 138.*, & M. Dav. Sculteti (scripto Werembergiano, contra Breleri Vindicias, patrocinantis) *Innocentiam Theologorum Hamburgensium*, *Sect. 6., p. 101-108.* Contra Werembergii Vindicias D. Christoph. Besoldus, Acad. Tubing. Antecessor (*Pædotribam* eum vocans *Hamburgensem*), *Axiomatum* suorum *Philosophico-Theologicorum* qvædam, in istis ἑτεροδοξίας accusata, vindicavit, in *Partis* eorundem *primæ editionis secundæ* (Argentinæ A. 1628. *in 12.* excusæ) præfatione, & *p. 34. 37. 58. 59. 92. 93. 98. 147. 204. 219.* Nostri *Vindicias* Henr. Varenius (*P. II.* der Rettung *Joh. Arndii p. 172. 173.*) & Joh. Dieemannus (*in præfat. librorum Arndii de vero Christianismo*), ob modestiam, commendarunt, Christ. Hoburgius vero, Autorem den blinden Hamburgischen Weremberg scoptice appellans (*in Apologia Prætoriana p. 444. 445.*), ob phrasin, qva *p. 196.* Christi imitatio *artificium Pontificiorum, qvo imperitam multitudinem inescare noverunt*, vocatur, duriorem, obelo notavit.

Programma Categoriarum Aristotelis prælectioni præmissum, & Hamburgi A. 1613. *in f. pat.* excusum, aliaqve forte hujus generis complura.

II. GERMANICA.

Coronæ anni Evangelicæ, oder der Evangelischen Jahrskrone, darinn sechs unterscheidene Predigten über iegliches Evangelium zu finden sind, Erster Theil, über die Evangelia der IV. Advents-Sontage Lüneburgi 1620. in 4.

Derselben Ander Theil, oder XVIII. Weinachtpredigten von der Gnadenreichen Geburt Christi, über die drey Evangelia deßelben Festes. Luneb. 1620. in 4. Reliqvæ partes non prodierunt.

Abendmahlspredigten, qvas solus Lipenius (*P. I. Biblioth. Theol. p. 373.*) memorat, & Lipsiæ *in 4.* prodiisse perhibet, sed nostro, uti credo, perperam affingit.

M. JACOBUS WEREMBERGIUS III., Hamburgensis, Bernhardi (*de qvo supra dictum*) filius, Witebergæ A. 1642. laurea potitus Philosophica.

Decas Aphorismorum Ethicorum. Witeb. 1643. in 4.

(In *Catalogo Biblioth. Rosenkrantzianæ* Jac. etiam Werembergii duæ *de Venetiis*, & *de Terræ motu*, Disputationes memorantur, *in 4.* editæ, qvæ an huic, vel præcedenti, debeantur, dubius hæreo.)

M. PAULUS WEREMBERGIUS, Hamburgensis, anno circiter 1620. in lucem editus, Lipsiæqve supremis Philosophiæ ornatus honoribus, urbis in Misnia Eilenbergensis, ab A. 1650., fuit Diaconus, & A. C. 1656., ætatisqve 36., vivis excessit. Filium reliqvit Henr. Jonathanem Werembergium, Th. Lic. & Superintendentem initio, in Saxonia superiore, Jutrebocensem, deinde vero, circa A. 1701., Luneburgensem. V. M. Jerem. Simonis, Past. Limenensis, *Chronicon Eilenbergense German.*, Lipsiæ A. 1696. editum, *P. I., p. 125., & P. II., c. 3., p. 409., &c. 6., p 4 2.*

Disp. de Enunciatione non una. Lipsiæ 1643. in 4.

Disp. de Intellectu agente & patiente, pro Loco in Ord. Philos. habita. Lips. 1644. in 4.

Disp. de Intellectu Theoretico & Practico. Lips. 1646. in 4.

M. JOHAN-

M. JOHANNES WERGERUS, Lubecensis, Henrici, mercatoris, e Margareta Wibekingia filius, annum 1633. natalem habuit, &, e schola patria A. 1652. in Academiam missus Witebergensem, A. 1655. Magistri illic titulum, locumqve inter XXIII. hujus Candidatos principem, obtinuit. A. 1657. in patriam qvidem, testimonio instructus Ordinis Theologici (e qvo hactenus narrata depromsimus) honorifico, typis excuso, discessit, sed seqventi 1658. Witebergam repetiit, & Ordinis ejus Adjunctis adscriptus est Philosophici. A. 1660. Servestæ Diaconus Principis Anhaltini evasit aulicus, &, uxore ducta Margareta Sibylla, Christoph. Notnagelii, Acad. Witebergensis Mathematici, filia (1.), munere isto, ad obitum usqve, est functus, ac d. 10. Sept. A. C. 1677., ætatis vero 44., defunctus, (2.). Plura de illo haud dubie suggeret N. Langenstätteri Sermo in memoriam ejus funebris Germanicus, mihi non visus, qvem Servestæ A. 1678. *in fol.* prodiisse *Catalogus* qvidam testatur.

Disp. de Formarum origine. Witebergæ 1654. in 4. } Sub aliorum propositæ præsidio.
Disp. de Αὐταν θρωπίας figmento. Witeb. 1654. in 4. }

Disputt. duæ de Generatione æqvivoca, qvarum priorem Præside Joh. Sperlingio, alteram ipse Præses, defendit. Witeb. 1657. in 4.

Disputt. duæ Pnevmaticæ de disciplinæ illius objecto & affectionibus. Witeb. 1657. in 4.

Disp. de Magia naturali. Witeb. 1657. in 4.

Disp. de Magia dæmoniaca. Witeb. 1657. in 4.

Orthodoxia de Protoplastis ad imaginem Dei creatis, adversariorum non paucorum heterodoxiæ opposita, Præside D. Joh. Meisnero. Witeb. 1657. & 1680. in 4. Ibid. 1711. in 4.

Disp. de Peccato in Spiritum Sanctum, Præside D. Const. Ziegra. Witeb. 1657. in 4.

Disp. de Anima separata. Witeb. 1658. in 4.

Disp. de generatione Mineralium. Witeb. 1658. in 4.

Disp. Metaphysica de Concursu Causæ primæ cum secundis. Witeb. 1659. in 4.

Disp. de Spiritu, ut sic. Wit. in 4. - - - - }
Disp. de monstrosis naturæ operibus. Witeb. in 4. } (*Catall.*)
Disp. de Somniis. Witeb. in 4. - - - - - }

JOHANNES a WERLE, Lubecensis, d. 12. Dec. A. 1599. natus, Mich. Piccarti, cui a Joh. Kirchmanno, affini, commendatus erat, in Acad. Altorfina, ab A. 1617., fuit domesticus (3.). J. U. Doctoris titulo Basileæ A. 1629. reportato, Lubecam seqventi 1630. reversus, Agnetem, Henr. Coleri, Consulis, filiam, d. 30. Oct. duxit uxorem, sed d. 14. Nov. A. 1638. amisit (4.), ipseqve, sexennio post, Kal. Maji A. C. 1644., ac ætatis 45., vivis, uti *Epicedia* testantur, itidem est exemptus.

Litigiosæ possessionis Sylloge, ex *Ordinationis Cameralis P. II. Tit. 21.* desumpta, & ad Doctoralem gradum conseqvendum proposita. Basileæ 1629. in 4.

JOHANNES WERLHOFIUS, Lubecensis, Vir uti ingenii in juventute præcocis, ita doctrinæ, postqvam ad maturiorem pervenit ætatem, in Jure, tam naturali, qvam publico ac privato, Politica, Historia novantiqva, & literis elegantioribus, consummatissimæ, judiciiqve exactissimi, primam d. 12. Mart. A. 1660. lucem aspexit (5.). Patre gavisus est cognomine, cive urbis erudito ac primario, A. 1667. defuncto, matre autem Dorothea Elisabetha, Joh. Henr. Meibomii, Poliatri Lubecensis & Polyhistoris eximii, filia; qvibus Henr. Meibomius, Avunculus, Medicusqve postea Acad. Juliæ inclytus, pueri in literis præstantiam, vates haud vanus, in suo, qvo Aureliæ nascenti applausit, prædixit Genethliaco. Scholam patriam A. jam 1675. qvindecennis reliqvit, & in Academiam Juliam, Avunculiqve convictum, cum Ephoro studiorum, Andr. Herm. Helbergero, Doctore postea Medico, suoqve affini (6.), a matre ablegatus, qvinqvennio illic seqventi (7.), eos in Historia doctrinaqve civili Herm. Conringii ac Meibomii sui, in Jurisprudentia vero Antecessorum publicorum ductu, fecit progressus, qvi Præceptoribus ipsis, maxima licet qvævis de illius sibi ingenio pollicitis, fuerunt admirationi. Specimine horum illustri, Præside Conringio, in Diatriba exhibito, *de Commerciis* a se conscripta *maritimis*, A. 1680. in Germaniam superiorem abiit, salutatisqve, in transitu, Academiarum Marpurgensis, Giessenæ, Heidelbergensis ac Tubingensis, Doctoribus, & Dicasterii Spirensis Assessoribus, Argentinæ, eo, qvo a Gallis occupabatur, tempore, Ulr. Obrechti, Viri summi, per annum convictor fuit integrum. Inde, urbibus Helveticis, & Academia imprimis Basileensi, lustratis, in Galliam profectus, Genevæ Phil. Reinh. Vitriarium, JCtum, Lugduni autem Jac. Sponium, Medicum πολυμαθέστατον, habuit hospitem, Sponiiqve instructus commendatitiis, Parisiis etiam, Aureliæ (qvæ J. U. Licentiati illum A. 1682. ornavit titulo), & in aliis regni hujus urbibus, eruditissimis qvibusqve familiariter innotuit. Lutetia in Angliam discessurum tristis de morbo matris lethali sufflaminavit nuncius, &, facto per Belgium itinere, salutatisqve hujus Academiis ac Viris eruditis, patriam A. 1684. repetere coegit. Ex ista Helmstadium A. 1686. revocatus, & Herm. Conringio in professione subrogatus Politica, Orationem d. 22. Jul. recitavit auspicalem, summaqve, in docendo pariter atqve scribendo, accuratione & dexteritate, haud degenerem se tanti Doctoris esse discipulum ac successorem, satis superqve demonstravit. Adjecta est Politicæ professioni decennio post Juridica, qvam d. 19. Nov. A. 1696. *Oratione* solenni *de arctissimo Jurisprudentiæ & civilium studiorum nexu* est auspicatus, locumqve tandem inter Academiæ, Rectore etiam ipso A. 1702. gavisæ, Antecessores primarium, & aulici simul dignitatem Consiliarii, A. 1708. ab Antonio Ulrico, Duce Brunsvico-Gvelpherbytano, sibi collatam, meritis adeptus insignibus. Muneribus hisce, qva par erat, fide administratis atqve industria, d. 25. Apr. A. C. 1711., & ætatis 51., immortuus, filios reliqvit, e Pauli Heigelii, Professoris Acad. Juliæ Theologi, gnata, conjuge sua (8.), susceptos, paterna strenue sectantes vestigia. De natu maximo, feliciqve parentis æmulo Joh. Henr. Werlhofio, J. U. Cand., qvi scripta paterna publicatum a se iri promittebat ἀνέκδοτα, morte immatura Helmstadii, M. Nov. A. C. 1717. ac ætatis 25. extincto, V. Christ. Grundmanni *Cineres & Ossa A. 1717. defunctorum, p. 111. 112.*, & Joh. Gottl. Krausii *Nova literaria anni 1718. Lipsiensia Germanica, n. 17. 18., p. 143.*

Vitæ ejus historiam partim D. Joh. Schmidii, Poliatri Helmstadiensis, *Epistolæ ad ipsum de Professione Politica gratulatoriæ*, Helmstadii A. 1686. *in 4.* editæ, partim vero Elogio, qvo Lipsienses (*in Actis Eruditorum, T. V Supplem. Sect. V., p. 235-238.*) defunctum sunt dignati, perqvam honorifico, deberi lubens profiteor. Exposuerunt illam etiam Autor Anonymus *Memoriæ* illius, Helmstadii A. 1711. *in 4.* editæ, &, qvi hanc allegat ac seqvitur Joh. Henr. a Seelen

 Parte

(1.) V. Vitam Notnagelii, in Henn. Wittenii *Dec. VIII. Memor. Philos. renov. p. 457.* (2.) V. Georg. Frid. Neumanni *Orat. de favore Lubecensium in exteros p. 27.* (3.) V. Piccarti *Epist. de illo ad Kirchmannum, in Appendice Gudianarum, n. 180., p. 258. 259.* (4.) V. Henr. Bangerti *Or. parent. Colero habitam, lit. G. 3. a.* (5.) V. ejus *Ep. dedic. Dissertationis de Commerciis maritimis, ad Senatum Lubecensem.* (6.) V. Abr. Hinckelmanni *Programma de vita Helbergeri funebre*, Lubecæ A. 1685. editum. (7.) V. *Ep. dedic.*, modo allegatam. (8.) V. Epigraphen Epitaphii, Heigelio socero ab eo erecti, in Justi Christoph. Böhmeri *Inscriptt. Helmstadiensibus p. 109. 110.*

Parte III. Athen. Lubec., *p. 164-177.* Conf. Joh. Aug. Faschii *Florens Orientale in Occidente Helmstadium p. 40. & sq.* ubi fusius eum sermone ligato celebrat.

ELOGIA.

Herm. Conringius, *in Epistola*, *Dissertationi de Commerciis maritimis* A. 1680. præmissa, *diligentiam ejus ætatis mores excedere, ipsumqve judicii ac ingenii nativis dotibus, ultra vulgi sortem, esse instructissimum*, judicavit; Diatriben autem istam *Libellum* vocavit *immatura qvidem ætate confectum; sed qvalem soli multum adulti, & longo rerum usu exercitati, nec nisi raro, exhibuerint; cujusmodi certe, qvantum eqvidem noverit, hactenus inter Academica nunqvam comparuerit exercitia.* Qvibus verbis seqventia subjunxit: *Et vero isthac tua opera, fateor, meam qvoqve expectationem, qvantumvis de te semper fuerit insignis, longe superasti. Ut proinde in palæstram disputatoriam te producturus sim, velut ideam propemodum diligentis & ultra annos sapientis adolescentis. Utinam valetudo & vita diuturna præcocitati tuæ porro faveat!*

Lipsiensibus (*l. c. p. 235. 238.*) *Vir* audit *Juris omnis, naturalis, gentium, publici privatiqve, elegantiorum item literarum, Historiæ civilis pariter ac Ecclesiasticæ, Philosophiæ verioris, imo rerum divinarum etiam, longe peritissimus, & gloria eruditionis, qvam annis, maturior.*

Henr. Meibomio Juniori (*in Programm. de decem Historiæ Germanicæ periodis*, A. 1697. edito, *p. 18.*) *Vir Clarissimus, Juris omnis & Historiæ peritissimus.*

Joh. Franc. Buddeus, *in Historia J. Nat.* (*inter Selecta J. N. & G.*), *§. 49.*, *p. 71. 72.*, Dissertationes ejus de variis J. N. & G. capitibus, sparsim editas, *exqvisitissima eruditione refertas esse*, judicat.

D. Joh. Schmidius, Poliater Helmstad., in *Epist.* modo citata, *stylum* ei *floridum & succiplenum, benignam in versibus pangendis venam, eloqventiam flexanimam, ingenium divinum & acre judicium*, tribuit.

Nicol. Hier. Gundlingio (*in Historia Philos. mor.*, P. I., *c. 6.*, *p. 56.*) *Vir* audit *sagacissimus*, & *JCtus in Acad. Julia politissimus.*

Herm. Diet. Meibomio (*in Orat. de genuinis Hist. Germ. fontibus p. 14.*) *Vir Clariss.*, *nec Juris magis, publici privatiqve, qvam doctrinæ elegantioris & Historiæ omnis, interiori peritia excellens.*

Justo Chr. Böhmero (*Progr. I. Disputt. Grotianis præmisso p. 10.*) *Singulare Acad. Juliæ decus*; & (*in Memoriis Profess. Med. Helmst.*, *Prolus. II.*, *p. 48.*) *JCtus elegantissime doctus orbisqve eruditi decus.*

Burch. Gotth. Struvio (*in Biblioth. Jur. selecta, c. 14.*, *p. 393. edit. tertiæ*) *Vir doctissimus.*

Novæ Bibliothecæ Halensis Germanicæ Autori (*Sect. 13.*, *p. 272.*) *Genuinus Conringii discipulus.*

Joh. Andr. Schmidio (*Tomo II. Introductionis Sagittarianæ in Historiam Eccl. p. 1121.*) *Vir in studiis Historiæ Ecclesiasticæ singulariter versatus, in qvo Academia Julia magnam passa est jacturam.*

Andr. Langio (*in Introd. ad notitiam legum nauticarum, c. 8.*, *p. 156.*) *Ingens qvondam Juris omnis, Historiæ Musarumqve decus.*

SCRIPTA EDITA.

Diss. de Maritimis commerciis, ab ipso conscripta, & Præside Herm. Conringio proposita. Helmstadii 1680. in 4. Insignia merito reportavit elogia Henr. Conringii (in *Epistola* præfixa, cujus verba modo recitavimus), Henr. Meibomii Jun. (*in Carmine Encomiastico*, ei adjecto), D. G. Morhofii (*pulcherrima* eum de his commerciis *lineamenta, in Diss. de iis erudita, duxisse judicantis*) *T. I. Polyhist.*, *Lib. III.*, *c. 13.*, *p. 152.*, & Gust. Raschii (*egregiam* illam vocantis) *in Opusculo de novis Urbibus condendis p. 114.*

Carmen in excessum Herm. Conringii, cum aliorum in eundem Epicediis editum. Helmst. 1682. in fol.

Positiones Juridicæ Inaugurales miscellaneæ. Aureliæ 1682. in 4.

Programma, publicis Lectionum Politicarum auspiciis præmissum. Helmst. 1686. in 4.

Oratio auspicalis de Civilium studiorum sobria, & ad genium seculi accommodata, cultura, XI. Kal. Aug. A. 1686. recitata. Helmst. 1686. in 4.

Disp. de Electione & successione in Regnis. Helmst. 1687. in 4.

Disp. de genuinis fontibus solide decidendi Controversias illustres & publicas. Helmst. 1688. in 4. Duas alias ejusdem argumenti in hac est pollicitus.

Disp. de usu Juris Romani, aliorumqve privatorum, in Controversiis illustribus gentium liberarum decidendis. Helmst. 1692. in 4.

Disp. de Pactis liberarum gentium. Helmst. 1691. in 4.

Disp. de Alienatione & concessione jurium, qvæ vocari solent Regalia. Helmst. 1693. in 4.

Notitiæ S. Romani Imperii enucleatæ, & in succinctas theses memoriales digestæ, Specimina I. & II. Helmst. 1695. in 4. Commendantur ab Henr. Meibomio Jun. *in Progr. de decem Hist. Germ. periodis p. 18.*, Herm. Diet. Meibomio *in Or. de genuinis Hist. German. fontibus p. 14.*, B. G. Struvio (*observationes* illorum laudante *haud proletarias*) *in Biblioth. Jur. selecta, c. 14.*, *p. 393. 486.*, & F. W. Bierlingio *in Lineamentis methodi stud.*, *c. 9.*, *p. 127.*

Epistola (*4. foliorum*) de ratione studiorum Jurisprudentiæ & Politices cultoribus ineunda, ad Herm. Diet. Meibomium, hujus *Disputationi de Principum in dispensando potestate*, Præside D. Georg. Engelbrechtio propositæ, & Helmst. A. 1695. editæ, subjuncta.

Disp. de potestate Legislatoris civilis circa ea, qvæ sunt Juris naturalis. Helmst. 169.., in 4. Allegatur *in Vindiciis* seqventibus *dogmatis Grotiani*, *§. 29.*

Vindiciæ Grotiani dogmatis (*Lib. 2. de J. B. & P. c. 4.*) de Præscriptione inter gentes liberas, contra illustris scriptoris Gallici, Pet. Puteani, *Diss.* Gallicam: *An Præscriptio inter summos Principes locum habeat?* operi *de Juribus Regis Christianissimi* insertam. Helmst. 1696. in 4. Recusæ ibidem A. 1720. in 4.

Oratio professionis Juridicæ auspicalis de arctissimo Jurisprudentiæ & Civilium studiorum nexu, d. 19. Nov. A. 1696. recitata. Helmst. 1696. in 4.

Programma præmissum Disputationibus Grotianis. Helmst. 1700. in 4.

Programma de vita D. Henr. Meibomii junioris, Prof. Medici Helmstadiensis, avunculi sui, sub Rectoris Acad. Juliæ nomine publicatum. Helmst. 1700. in 4. Grandiusculum & elegans.

Oratio de Libertate Academica, d. 20. Julii A. 1702., cum Prorectoris munus in Academia Julia susciperet, dicta. Helmst. 1702. in 4.

Programma de Ἀγγελολατρείαις veteris Ecclesiæ, qvo Canon 35. Synodi Laodicenæ illustratur, festo D. Mich. A. 1702. propositum. Helmst. 1702. in 4. Commendatur a J. A. Schmidio T. II. Introd. Sagittarianæ in H. E. p. 1120. 1121.

Programmata alia, eodem A. 1702., ab illo Prorectore publicata.

Juris,

Juris, maxime qvo Germani in foro utimur, enucleati, & in succinctas theses memoriales digesti, Specimen primum, de Jure Germanis patrio universe tali. Helmst. 1705. in 4. Ejusdem *Specimen II.* de Jure Germanis patrio, particulatim tali. Helmst. 1707. in 4.

Juris publici enucleati Caput I. de Juris publici prudentia, & II. de origine Imperii Germanici. Helmst. 1706. in 4. Laudata a B. G. Struvio *l. c. p. 486.*

Oratio de Vero solidæ Doctrinæ pretio, & inani ejus contemptu, d. 27. Sept. A. 1707., cum duos Juris Doctores crearet, habita. Helmst. 1707. in 4.

Epithalamium, Caroli III., Regis Hispaniarum, & Elisabethæ Christinæ, Principis Brunsvico-Lüneburgicæ, augusto connubio, in panegyri publica, dicatum. Helmst. 1708. in fol.

Diss. de Instrumento Assecurationis. Helmst. 1708. in 4.

Disputt. Juridicæ Inaugurales, Præside illo propositæ:

1. Joh. Schævii, Molnensis, ad Leg. finalem octavam Codicis de Novationibus ac delegationibus. Helmst. 1709. in 4. (*V. Nova Lit. Germ., M. Jun. A. 1709., p. 279. 280.*)
2. Joh. Christoph. Vogelii, Schönheidensis, Advoc. Cygnei, de jure & privilegio Collectarum in concursibus Creditorum. Helmst. 1709. in 4. (*V. N. L. Germ., M. Aug. A. 1709., p. 322. 323.*)
3. Christ. Silemanni Eisenharti, Helmstadiensis, de Condemnatione voluntaria. Helmst. 1709. in 4.
4. Joh. Frid. Krügeri, Lüneburgensis, de Judicio Admiralitatis Hamburgensis. Helmst. 1709. in 4.

INEDITA ET AFFECTA, a Lipsiensibus, in Elogio illius, *l. c.*, enumerata & commendata.

Historia Danica, ab origine gentis ad nostra usqve tempora, ab ipso 14. annos nato concinnata, nec publica luce prorsus indigna.

Commentatio de nobilioribus Seculi XVII. Pacificationibus, publica primum Oratione exhibita, & deinde notis, sed ultra Pragensem anni 1635. non productis, illustrata, qvæ edetur.

Schediasmata, varias Antiqvitatis & Juris Ecclesiastici partes illustrantia.

Comm. in Hug. Grotii Libros III. de Jure Belli & pacis, præmissa Grotii vita, loca Scriptorum eos illustrantia, Paraphrasin notasqve ad loca difficiliora, vel ab Interpretibus intacta, aut male intellecta, exemplaqve cultiorum gentium medii & recentis ævi, exhibiturus, qvem *omnia illius scripta superaturum fuisse* Lipsienses judicant.

Notitia Imperii Romani, Jus publicum, & Jus Germanicum, qvorum qvædam tantum prodiere specimina.

Commentatio ad Sanctionem Caroli V. Imp. Criminalem, ad naturalis æqvitatis rationes eam examinans, sed ultra Articulum XXVI. non progressa.

Responsa Juridica, tum publico Ordinis Acad. Juliæ Juridici, tum proprio nomine, in materiis etiam illustribus, *mira accuratione elaborata, qvorum qvædam, coram Judicio Imperiali aulico producta, non exiguam illi pepererunt gloriam.*

Responsa matrimonialia, numero concinnata haud exiguo, qvæ editioni destinabat.

Responsa aliorum Juridica meliora rariorisqve argumenti, qvæ seligere e variis Voluminibus, & junctim publicare, voluit.

Dissertationes, Orationes & Programmata varii argumenti, *qvæ tanta accuratione, qvantam alii magnis vix impendunt Voluminibus, conscripsit*, junctim edenda.

Carmina (*in qvibus pangendis incredibili pollebat felicitate*), a filio natu maximo collecta, &, cum prolixiori Vitæ Parentis descriptione, in lucem proferenda.

Addatur his Systema Politicæ universæ, qvod disputationibus se publicis esse exhibiturum A. 1689., in literis ad Ulr. Winckelium, Hamburgensem, J. U. L., est pollicitus.

Domini ab Asseln, Centurionis Bremensis, Excerptorum e Recessibus Fœderis Hansici Germanicorum, editionem, Specimine II. Juris enucleati, c. 2., p. 139-145. a se jussit expectari, teste Andr. Langio in Introd. ad notit. legi naut., c. 8., p. 56. 57.

M. JOACHIMUS WERMERUS (qvem *Schwermerum*, i. e. Fanaticum, Greg. Stammichius, Pastor Hamburg. Catharinæus, in Epistola de ipso ad Joh. Cocum, Ecclesiasten Brunsvicensem (1.), & Andr. Celichius, Concionator aulicus Megapolitanus, in literis ad Conr. Schlüsselburgium A. 1589. exaratis (2.), allusione ad cognomen ejus ironica, appellarunt), Hamburgensis, sarcinatoris filius, a M. Joach. Westphalo, Antistite Catharinæo, cum in Academiis viveret, est sustentatus, & Scholæ deinde in patria publicæ per novennium fuit Subrector (3.). Hoc elapso, munere scholastico abdicato, Academiam denuo Rostochiensem adiit, Davidisqve Chytræi fuit auditor, qvi in patriam reversurum Eberh. Mollero, hujus Consuli, in Epistola ad eum, verbis commendavit seqventibus (4.): *Vere testor, qvod multorum annorum familiari cum eo consvetudine perspexi, M. Joach. Wermerum Virum doctum, pium, modestum, & insignibus in docendo donis ornatum, esse; ac specimen industriæ, & facundiæ in docendo suæ, aliqvoties apud nos, pro concione & in schola, laudabile edidit. Vestræ etiam urbis Scholæ totum novennium antea fideliter eum serviisse intelligo. Qvare oro, ut memoriam ipsius cum benevolentia servare dignemini, & Collegis eum vestris commendetis.* Nec frustranea hæc fuit commendatio. Hamburgi enim Joach. Degenero in ædis primum Pastoratu Cathedralis, Lectorisqve Theologiæ secundarii officio, Kal Maji A. 1581., ac deinde in templi Petrini Antistitis dignitate d. 27. Jun. A. 1585., subrogatus (5.), ob dotes a Chytræo laudatas magni a non paucis fiebat, &, hos inter, ab Elia Huttero, Evergetis eum suis, *in præfatione Bibliorum*, qvæ Hamburgi A. 1587. edidit, *Hebræorum*, annumerante præcipuis. Postqvam per octennium Ecclesiæ inservierat urbis patriæ, turris Nicolaitana d. 17. Jul. A. 1589. igne cœlesti conflagravit, reliqvæ autem civitati ab incendio isto, ventis licet sævientibus, nihil damni est illatum. Divinum hoc beneficium ut grata mente cives agnoscerent, edita est a Presbyterio Hamburgensi, & in concionibus singulis aliqvamdiu recitata, Precatio vernacula evcharistica (Eine schöne Dancksagung, Beichte und Gebet, in diesen gefährlichen Zeiten hochnöthig mit Andacht zu sprechen), in qva Deus etiam, ut Pontificiorum, Calvinianorum & Anabaptistarum, doctrinam ab urbe arceret, implorabatur. Istam Wermerus, qvi Calvinianis clam favebat, auditoribus qvidem prælegit, sed in vocis *Calvinistarum* locum *Sacramentariorum* nomen substituit. Reprehensus idcirco a Collegis, *Declarationem Apologeticam*,

(1.) Legitur illa in M. Dav. Schulteti *Innocentia Theologorum Hamburgensium*, *Sect. 7., p. 125. 126. 127.* (2.) Prodiit hæc inter *Epistolas* Schlusselburgii *Theologicas posthumas, num. 101., p. 336.* (3.) teste M. Joachimo Dambkio, Ecclesiasta Hamburgensi, *in annotatione ad librum Bremensium, paulo post allegandum, MS.* (4.) V. *Epistolas* Dav. Chytræi *p. 1154. 1155.* (5.) V. *Catal. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg. MS.* ἀδέσποτον.

logeticam, Germanice exaratam, ex ambone recitavit, in qva, momentum controversiæ Lutheranorum cum Calvinianis Eucharisticæ extenuante, veram corporis sangvinisqve Christi in S. Cœna præsentiam ab utrisqve agnosci, & de modo tantum præsentiæ litigari, affirmabatur. Hujus aliarumqve locutionum palinodiam canere, ac Calvini dogmata anathemate notare, jussus, facere id recusavit, istamqve ob causam d. 30. Aug. A. 1589. facro (in qvo Joh. Schelhammerus ipsi successit) privatus est officio. Hamburgo Bremam abiit, & inde, cum palam in Reformatorum castra transiisset, Groningam A. 1590. vocatus, urbis hujus Belgicæ denuo egit Pastorem, donec vivis die 13. Maji, vel A. 1599., pro qvo Hier. Pasmannus (1.), vel 1614., pro qvo Joh. Alb. Fabricius (2.) militat, excederet. *Declaratio* ejus, cujus modo facta est mentio, trium paginarum *Apologetica* in Scripto prodiit Ministrorum Ecclesiæ Bremensis, seu potius D. Christoph. Pezelii, horum promachi, Germanico, causæ ejus patrocinante, & contra eandem, qvam ipse improbaverat, Hamburgensium precationem, Bremæ A. 1590. *in 4.*, sub hac edito epigraphe: Christliche Erinnerung der Prediger zu Bremen an die Prediger zu Hamburg, von wegen der vermeinten Form des Gebets, so sie in ihren Kirchen abzulesen gestellet, und in Druck gegeben, darinn sie, unter dem Nahmen der Calvinisten, rechtgläubige Evangelische Lehrer, und viele fromme Christen, den Papisten und Wiedertäufern gleich zu setzen, und wieder sie zu beten, sich unterstehen. Cui, in gratiam Hamburgensium, a Nicol. Selneccero, Theologo Lipsiensi, responsum est in der Kurtzen Entwerfung der Gegenantwort, so er auf Christoph. Pezelii Famös Libell thun könte, samt Ablehnung der Lügenhaften Relation Pezelii wieder die Prediger in Hamburg, Jenæ A. 1592. *in 4.* excusa.

Conferantur de Wermero, ejusqve cum Collegis Hamburgensibus certamine, præter duo ista scripta contraria, Epistolasqve Chytræi, Stammichii & Celichii, ac aliorum narrationes, jam allegatas, *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P.IV., c. 10., §. 14., p. 583. 584.*, ac Dav. Schultetus, tum *l. c.*, tum in dem Hamburgischen von der Schulen zur Kirchen beforderten Prediger *p. 12. 13. 21-30.*

Theses de Statu Animarum post hanc vitam, Præside D. Dav. Chytræo propositæ. Rost. 1578. in 8. V. de his Ott. Frid. Schützii (*Wernerum* eum vocantis) *Lib. II. de Vita Dav. Chytræi p. 575.*

M. GÜNTHERUS WERNHER, Cancellarius, uti Luthero audit, vel potius Secretarius Reip. Dithmarsicæ provincialis, A. 1524. Henrico Zutphaniensi, nomine Gubernatorum provinciæ publico, ne Lutheri doctrinam Meldorpiensibus annunciaret, interdixit, mandatoqve haud obtemperantem ipsemet, 500. comitatus rusticis, Heidam captivum abduxit, &, post examen perbreve, ad rogi feralis supplicium, se præsente toleratum, condemnavit (3.). Superstes adhuc fuit A. 1537., qvo novæ aliqvot Constitutiones Magistratus Politicæ ab ipso sunt promulgatæ (4.), sed A. 1542., qvo Herm. Schröderus eodem Secretarii fungebatur officio, vivis jam excesserat (5.).

Sylloge Privilegiorum Dithmarsiæ, qvibus ante libertatem amissam gaudebat, vetustorum Saxonico-Latina, abeo congesta, ἀνέκδοτος in Bibliotheca civitatis Hamburgensis publica asservatur, & a nobis jam olim, *Parte IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 6., p. 635.*, est laudata.

M. JOHANNES CHRISTOPHORUS WERNERUS, Scholæ Hamburgensis Johanneæ, ab A. 1723., Præceptor (6.).

Diss. de Expeditione Gogi, ad Ezech. cap. 38. & 39. Hamburgi A. 1723.

Vocabula Græca, e Sectionibus Evangelicis excerpta, &, qva formale suum, qvantum hactenus licuit, explicata. Hamburgi A. 1724. (*Catal.*)

Promittuntur ab eo, testibus Novellis Holsaticis:

1. Vocabula Græca Sectionum Epistolicarum, qvoad formale suum explicata;
2. Henr. Wilh. Ludolfi Grammatica Slavo-Russica, suis Observationibus aucta;
3. Evangelii Johannis Capitum IV. priorum Versio Persica, Vocalibus & interpunctionibus illustrata, cum Vocabulario Persico.

JOHANNES WESSELIUS, Lubecensis, oppidi in vicinia Travemundani Diaconus d. 23. Nov. A. 1719. electus. V. de illo J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 406. 407.*

Malachias enucleatus, in qvo Voces Lingvæ sanctæ, ad normam *Interpretis* Joh. Andr. Dantzii, cum studio resolvuntur, sensus verborum, juxta præcepta *Literatoris* ejusdem, perspicue eruitur, cohærentia vaticinii in tabula qvadam homiletica exhibetur: Cum præmissa brevi Introductione Historica, Epistolisqve ad Autorem D. Georg. Henr. Götzii & D. Franc. Alb. Æpini. Lubecæ 1719. in 4.

Disp. de Effectibus Fidei Magorum, e Matth. II. 1-12., Præside D. Georg. Henr. Götzio defensa. Lubecæ in 4.

Commentatio Historico-Theologica de Johanne Wesselo Gröningensi, Præside eodem proposita. Lub. 1719. in 4.

Disqvisitio epistolica de Ἐπισκόπῳ δευτερογάμῳ, seu de Nuptiis secundis Episcopo licitis, occasione loci 1 Tim. III. 2. Lubecæ 1719. in 4. V. Seelenium *l. c.*

JOHANNES thor WESTEN, Hamburgensis, J. U. Lic., ædis Cathedralis Hamburgensis, ab A. 1675., Vicarius, ab A. 1686. autem (post D. Laur. Bilderbeckium) Vicariorum Decanus & Canonicorum Collegii Secretarius, simulqve, ab A. 1691. (post Henr. Siverum) Bibliothecæ ejusdem templi Cathedralis Præfectus, A. 1708. (qvo Phil. Jac. Meurerus, J. U. L., in Vicariorum Decanatu ipsi successit) mortuus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 619.*

Disp. de Assecuratione, Præside D. Jac. Brandmüllero. Basileæ 1671. in 4.

Disp. Inaug. de Charta blanca. Basileæ 1672. in 4.

CASPARUS WESTERMANN, Hamburgensis, d. 17. Maji A. 1622. in lucem editus, e schola patriæ in Gymnasium ejusdem transiit, & in Philosophia accuratiori Joach. Jungium Ducem elegit. Qvi tanti hunc fecit discipulum, ut moribundus A. 1657. Testamenti eum sui executorem, cum 4. aliis Viris eruditis, designarit Philosophici. Juri in Academiis, & itinere ad exteros, vacavit, literario, ac Licentiati titulum Aureliæ A. 1647. obtinuit. Hamburgum A. 1648. redux praxi initio forensi inclaruit, & in Senatum deinde A. 1560. allectus, nec multo post Prætor, ac tandem etiam Protoscholarcha, constitutus, legationes ad Reges Daniæ, Angliæ & Sveciæ, Electores Saxonem & Brandeburgicum, Principes Brunsvico-Cellensem ac Holsato-Gottorpiensem, Belgiiqve fœderati Ordines, ad A. usqve 1680., obiit plurimas. Marasmo senili paulatim confectus, d. 29. Jun. A. C. 1688., ætatisqve 66., expiravit, cum e conjuge priori, Gertrude, Petri Röveri, Senatoris, gnata, A. 1651. ducta, Petrum, J. U. D. & ædis Cathedralis Decanum, ac Annam Margaretam, Petro a Lengerke, J. U. Licentiato, suoqve in dignitate Senatoria successori, & tandem Consuli, elocatam, e posteriori autem, Margareta, Joach. Stampehlii, mercatoris, filia, illi, A. 1654. extinctæ, A. 1657. subrogata, tres

(1.) im Hamburgischen Denckmahle *p. 72. 73. 74.* (2.) *P. II. Memor. Hamburg. p. 863. 905.* (3.) V. Lutheri *Historiam martyrii Henr. Zutphaniensis, T. VI. Opp. Germ. Witeb., p. 382-390., T. III. Jen., f. 27-35., & T. II. Epist. p. 258-268.*, ac Ant. Heimreichii *Chron. Dithmars. L. 2., c. 7., p. 149-158.* (4.) V. Heimr. *L. 2., c. 9., p. 179. 181.* (5.) V. Heimr. *L. 2., c. 9., p. 191.* (6.) V. das Jetztlebende Hamburg des Jahres 1723. *p. 31.*

tres masculos, duasqve puellas, sed brevis omnes ævi, sustulisset. Fusius vitam ejus, *in Programmate funebri* (A. 1710. *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 544-561.*, recuso), exposuit Georgius Eliezer Edzardus, Prof. Hamburgensis, cui *Vir ingenii* audit *capacissimi, memoriæ felicissimæ, judicii acrioris, prudentiæ raræ, doctrinæ excellentis, polymathiæ non vulgaris, sermonis promptissimi, facundiæ insignis*, φιλόπονος, ἄκμητος *&* χαλκέντερος, *optimeqve de republica & schola meritus*. Conferantur de illo Ad. Trasigeri Jun. *Series Senatus Hamburgensis p. 54.*, Joh. Ristii Epithalamium in nuptias priores Germanicum, *in Parnasso Teutonico*, *p. 347-402.*, obvium, & Rud. Capelli *Epistola Syntagmatis Lectionum Bibliothecariarum*, ei A. 1682. inscripti, *dedicatoria*.

Disp. de Psevdaxiomate Aristotelico, *Lib. I. Phys. tit. 50. & 56.* (*In omni genere uno una prima est contrarietas*), Præside D. Joach. Jungio proposita. Hamb. 1642. in 4.

Analysis Logica triterminæ cujusdam psevdapodixeos Physicæ, Præside eodem. Hamb. 1643. in 4.

Disp. Inaug. Juridica. Aureliæ 1647. in 4.

De Joach. Jungii *Harmonica, Isagoge Phytoscopica* & *Phoranomica*, illius hortatu atqve auspiciis, a Joh. Vagetio & Henr. Sivero editis, *Logica* autem *Hamburgensi* & *Geometria empirica*, eorundem studio, ipso ergodiocta, denuo recensitis, Edzardi *Programma*, ac nostrum Jungii Autoris Elogium, consulantur.

(Diversus ab eo est Casp. Westermannus alius, JCtus *eximiæ*, teste Bernh. Schultzii *Exerc. XXVII. ad Pandectas, Th. XI.*, *eruditionis*, cui debentur: 1. Disp. de Altero tanto, præcipue usurario, Præside D. Henr. Hahnio proposita, & Helmstadii A. 1653. & 1676. *in 4.* excusa, *succiplena*, Schultzio judice, *& nervosa*; 2. Disp. Inaug. de Melioratione feudi, Præside D. Joh. Lotichio exhibita, Helmst. A. 1649. *in 4.* Diversus etiam Westermannus, sine prænominis mentione in aliqvot allegatus *Catalogis*, cujus *Disp. de Defensione necessaria*, Præside D. Dav. Pestelio defensa, Rintelii A. 1653. *in 4.* prodiit.)

M. DANIEL WESTERMANN, Hamburgensis, Gymnasii Bordesholmensis, ab A. circiter 1623., Rector & Pastor, cum, belli Cæsarei tempestatem evitaturus, in patriam A. 1627. se recepisset, illic d. 26. Jun. A. 1628. exul obiit, & A. demum 1635. Paulum Sperlingium juniorem, civem suum, successorem obtinuit. V. *Epicedia*, & *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 1.*, *p. 379.*

Disp. de S. Scriptura, Præside M. Pet. Hinckelmanno, Prof. Theol., proposita. Rostochii 1620. in 4.

Operarum scholasticarum in illustri Gymnasio Holsatiæ Bordesholmensi Trimestria, sive Indices, singulis trimestribus, A. 1624. (qvo primus prodiit) & seqq., Slesvigæ *in 8.* publicati.

M. NICOLAUS WESTERMANN, Lubecensis, Ecclesiæ Germanicæ in Svecia Gothoburgensis Pastor, d. 30. Dec. A. 1670. defunctus. V. M. Joh. Vulteji, Holmiensis, ejusdem Ecclesiæ Pastoris, *Solatium Concionatorum ingenuorum, seu Sermonem de illo, ex Es. XLIX. 3. 4. 5.*, *Germanicum funebrem*, Gothoburgi A. 1670. *in 4.* editum, Joh. Schefferi (istum memorantis) *Sveciam Literatam p. 250. 308.*, & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1670.*

Disp. de natura & constitutione Logices, Præside M. Dionysio Stropio. Rostochii 1651. in 4.

Salutiferum munus Genethliacum, sive Sermo in Es. IX. 6. Germanicus. Gothoburgi 1666. in 4.

Concio Germanica, in ædis Germanorum Gothoburgensis inauguratione, ex Luc. XIX. 46., d. 11. Aug. A. 1672. habita. Gothoburgi in 4. Hanc, una cum præcedenti, Schefferus, *l. c.*, *p. 308.*, ei tribuit. Qvomodo autem illa A. 1672. ab ipso potuerit haberi, qvi A. jam 1670., Wittenio & Scheffero ipso testibus, obierat, me haud asseqvi fateor.

Concio funebris in exeqviis Annæ Harderiæ habita. Gothob. 1673. in 4. (*Catal. Biblioth. Resen.*)

PETRUS WESTERMANN, Hamburgensis, Caspari, J. U. Lic. & Senatoris (*de qvo supra dictum*), e Gertrude Röveria filius, J. U. Doctor Cadomi in Normannia A. 1676. creatus Gallica, Canonicorum templi Cathedralis Hamburgensis d. 18. Mart. A. 1672. adscriptus est Collegio, &, cum Syndicum ejusdem aliqvamdiu egisset ac Bibliothecæ Præfectum, in Decanatu tandem D. Joh. Dancwerthio d. 6. Oct. A. 1694. successit, ac A. 1716. fuit superstes. Uxorem duxit Elisabetham, Joach. Lemmermanni, Consulis, filiam, & Georgii a Lengerken, mercatoris, viduam. Conf. de illo Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 612.*, & Georg. Eliez. Edzardi *Programma de vita soceri ejus funebre*.

Disp. de jure Sigillorum, Præside D. Joh. Henr. Böttichero proposita. Helmst. 1675. in 4.

Disp. Inaug. de Jurejurando. Cadomi 1676. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 30.*)

HERMANNUS WESTHOVIUS, Lubecensis, Poliatri, sibi cognominis, e Magdalena Rohtbartia filius, d. 6. Nov. A. 1635. natus, post reditum ex Academiis Giessena & Lipsiensi, A. 1671., d. 29. Junii, Coenobii in [illegible] Johannei Ecclesiastes, & A. 1691., d. 8. Oct., Templi Jacobæi Pastor, electus, febriqve tandem continua, d. 15. Dec. A. C. 1696., ætatisqve 61., extinctus. Plura de vita ejus suggeret Enochi Svantenii, Rectoris Lubecensis, Programma funebre, in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum*, Lubecæ A. 1709. editis, [illegible] *p. 674-681.*, recusum, & J. H. a Seelen *Pars II. Athen. Lubec. p. 407. 408.*

Exerc. de Anima separata, Præside M. Casp. Ebelio, Log. & Metaph. Prof., proposita. Giessæ 1657. in 4.

Disp. de Papatu, ejusqve electione, vel desertione & fuga, Præside D. Davide Christiani. Giessæ 1657. in 4.

Disp. de Veritate Christiana, e V. T. probata, Præside D. Pet. Haberkornio. Giessæ in 4.

JOHANNES WESTHOVIUS, Med. D. & Practicus Hamburgensis, A. 1622. (qvo [illegible] Angeli Salæ carmen præfixit) superstes; cujus filiam, Angelam, Vinc. Fabricius, Syndicus & Consul [illegible] eruditissimus, A. 1641. duxit uxorem.

Oratio de laudibus Medicinæ, qvam editam ab eo esse Joach. Morsius, *in Albo suo MS. f.* [illegible] testatur.

WILLICHIUS WESTHOVIUS a WESTHOVEN (1.), Eqves, Comesqve Palatinus & Poeta laureatus Cæsareus, venæ mediocris nec omnino contemnendæ, sed justo scribacior, eoqve minus accuratus, Bosoviæ, pago Episcopatus Lubecensis in Wagria parochiali, primam A. 1577. lucem aspexit. Patre natus est Petro Westhovio, parochiæ illius Pastore, A. 1609. defuncto (2.), matre autem Anna, ex urbe Slesvicensi oriunda (3.). Literis humanioribus, in schola Lubecensi, per decennium imbutus integrum, Academias Rostochiensem ac Francofurtanam studiorum sublimiorum elegit magistras, &, Lipsiensi deinde, Jenensi, Altorfina, Ingolstadiensi, [illegible]ensi, aliisqve pluribus, in itinere salutatis Germanico, Italiam, Austriam, Bohemiam, Poloniam, Lituaniam, [illegible] Borussiamqve, itidem peragravit. Bergam hinc Norwagorum, cujus Ecclesiæ Germanicæ pater ejus [illegible] Senatu nuper præfectus erat [illegible] Lube[illegible] est

(1.) A Casp. Barlæo, prænomen in cognomen perperam mutante, *P. II. Poem.* [illegible] Willichius appellatur. [illegible] *P. I. Poem.*, *L. I.* [illegible] illo ipsius *P. I. Poem.*, [illegible], *& P. II. p.* [illegible].) V. ipsius [illegible] rum, *p. 175-178.*

(2.) [illegible] 1635. [illegible] obtinuit [illegible] titulum.

logeticam, Germanice exaratam, ex ambone recitavit, in qva, momentum controversiæ Lutheranorum cum Calvinianis Eucharisticæ extenuante, veram corporis sangvinisqve Christi in S. Cœna præsentiam ab utrisqve agnosci, & de modo tantum præsentiæ litigari, affirmabatur. Hujus aliarumqve locutionum palinodiam canere, ac Calvini dogmata anathemate notare, jussus, facere id recusavit, istamqve ob causam d. 30. Aug. A. 1589. sacro (in qvo Joh. Schelhammerus ipsi successit, privatus est officio. Hamburgo Bremam abiit, & inde, cum palam in Reformatorum castra transiisset, Groningam A. 1590. vocatus, urbis hujus Belgicæ denuo egit Pastorem, donec vivis die 13. Maji, vel A. 1599., pro qvo Hier. Pasmannus (1.), vel 1614., pro qvo Joh. Alb. Fabricius (2.) militat, excederet. *Declaratio* ejus, cujus modo facta est mentio, trium paginarum *Apologetica* in Scripto prodiit Ministrorum Ecclesiæ Bremensis, seu potius D. Christoph. Pezelii, horum promachi, Germanico, causæ ejus patrocinante, & contra eandem, qvam ipse improbaverat, Hamburgensium precationem, Bremæ A. 1590. *in 4.*, sub hac edito epigraphe: Christliche Erinnerung der Prediger zu Bremen an die Prediger zu Hamburg, von wegen der vermeinten Form des Gebets, so sie in ihren Kirchen abzulesen gestellet, und in Druck gegeben, darinn sie, unter dem Nahmen der Calvinisten, rechtgläubige Evangelische Lehrer, und viele fromme Christen, den Papisten und Wiedertäufern gleich zu setzen, und wieder sie zu beten, sich unterstehen. Cui, in gratiam Hamburgensium, a Nicol. Selneccero, Theologo Lipsiensi, responsum est in der Kurtzen Entwerfung der Gegenantwort, so er auf Christoph. Pezelii Famös Libell thun könte, samt Ablehnung der Lügenhaften Relation Pezelii wieder die Prediger in Hamburg, Jenæ A. 1592. *in 4.* excusa.

Conferantur de Wermero, ejusqve cum Collegis Hamburgensibus certamine, præter duo ista scripta contraria, Epistolasqve Chytræi, Stammichii & Celichii, ac aliorum narrationes, jam allegatas, *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. IV., c. 10., §. 14., p. 583. 584.*, ac Dav. Schultetus, tum *l. c.*, tum in dem Hamburgischen von der Schulen zur Kirchen beforderten Prediger *p. 12. 13. 21-30.*

Theses de Statu Animarum post hanc vitam, Præside D. Dav. Chytræo propositæ. Rost. 1578. in 8. V. de his Ott. Frid. Schützii (*Wernerum* eum vocantis) *Lib. II. de Vita Dav. Chytræi p. 575.*

M. GÜNTHERUS WERNHER, Cancellarius, uti Luthero audit, vel potius Secretarius Reip. Dithmarsicæ provincialis, A. 1524. Henrico Zutphaniensi, nomine Gubernatorum provinciæ publico, ne Lutheri doctrinam Meldorpiensibus annunciaret, interdixit, mandatoqve haud obtemperantem ipsemet, 500. comitatus rusticis, Heidam captivum abduxit, &, post examen perbreve, ad rogi feralis supplicium, se præsente toleratum, condemnavit (3.). Superstes adhuc fuit A. 1537., qvo novæ aliqvot Constitutiones Magistratus Politicæ ab ipso sunt promulgatæ (4.), sed A. 1542., qvo Herm. Schröderus eodem Secretarii fungebatur officio, vivis jam excesserat (5.).

Sylloge Privilegiorum Dithmarsiæ, qvibus ante libertatem amissam gaudebat, vetustorum Saxonico-Latina, ab eo congesta, ἀνέκδοτος in Bibliotheca civitatis Hamburgensis publica asservatur, & a nobis jam olim, *Parte IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 6., p. 635.*, est laudata.

M. JOHANNES CHRISTOPHORUS WERNERUS, Scholæ Hamburgensis Johanneæ, ab A. 1723., Præceptor (6.).

Diss. de Expeditione Gogi, ad Ezech. cap. 38. & 39. Hamburgi A. 1723.

Vocabula Græca, e Sectionibus Evangelicis excerpta, &, qva formale suum, qvantum hactenus licuit, explicata. Hamburgi A. 1724. (*Catal.*)

Promittuntur ab eo, testibus Novellis Holsaticis:

1. Vocabula Græca Sectionum Epistolicarum, qvoad formale suum explicata;
2. Henr. Wilh. Ludolfi Grammatica Slavo-Russica, suis Observationibus aucta;
3. Evangelii Johannis Capitum IV. priorum Versio Persica, Vocalibus & interpunctionibus illustrata, cum Vocabulario Persico.

JOHANNES WESSELIUS, Lubecensis, oppidi in vicinia Travemundani Diaconus d. 23. Nov. A. 1719. electus. V. de illo J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 406. 407.*

Malachias enucleatus, in qvo Voces Lingvæ sanctæ, ad normam *Interpretis* Joh. Andr. Dantzii, cum studio resolvuntur, sensus verborum, juxta præcepta *Literatoris* ejusdem, perspicue eruitur, cohærentia vaticinii in tabula qvadam homiletica exhibetur: Cum præmissa brevi Introductione Historica, Epistolisqve ad Autorem D. Georg. Henr. Götzii & D. Franc. Alb. Æpini. Lubecæ 1719. in 4.

Disp. de Effectibus Fidei Magorum, e Matth. II. 1-12., Præside D. Georg. Henr. Götzio defensa. Lubecæ in 4.

Commentatio Historico-Theologica de Johanne Wesselo Gröningensi, Præside eodem proposita. Lub. 1719. in 4.

Disqvisitio epistolica de Ἐπισκόπῳ δευτερογάμῳ, seu de Nuptiis secundis Episcopo licitis, occasione loci 1 Tim. III. 2. Lubecæ 1719. in 4. V. Seelenium *l. c.*

JOHANNES thor WESTEN, Hamburgensis, J. U. Lic., ædis Cathedralis Hamburgensis, ab A. 1675., Vicarius, ab A. 1686. autem (post D. Laur. Bilderbeckium) Vicariorum Decanus & Canonicorum Collegii Secretarius, simulqve, ab A. 1691. (post Henr. Siverum) Bibliothecæ ejusdem templi Cathedralis Præfectus, A. 1708. (qvo Phil. Jac. Meurerus, J. U. L., in Vicariorum Decanatu ipsi successit) mortuus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 619.*

Disp. de Assecuratione, Præside D. Jac. Brandmüllero. Basileæ 1671. in 4.

Disp. Inaug. de Charta blanca. Basileæ 1672. in 4.

CASPARUS WESTERMANN, Hamburgensis, d. 17. Maji A. 1622. in lucem editus, e schola patriæ in Gymnasium ejusdem transiit, & in Philosophia accuratiori Joach. Jungium Ducem elegit. Qvi tanti hunc fecit discipulum, ut moribundus A. 1657. Testamenti eum sui executorem, cum 4. aliis Viris eruditis, designarit Philosophici. Juri in Academiis, & itinere ad exteros, vacavit, literario, ac Licentiati titulum Aureliæ A. 1647. obtinuit. Hamburgum A. 1648. redux praxi initio forensi inclaruit, & in Senatum deinde A. 1560. allectus, nec multo post Prætor, ac tandem etiam Protoscholarcha, constitutus, legationes ad Reges Daniæ, Angliæ & Sveciæ, Electores Saxonem & Brandeburgicum, Principes Brunsvico-Cellensem ac Holsato-Gottorpiensem, Belgiiqve fœderati Ordines, ad A. usqve 1680., obiit plurimas. Marasmo senili paulatim confectus, d. 29. Jun. A. C. 1688., ætatisqve 66., expiravit, cum e conjuge priori, Gertrude, Petri Röveri, Senatoris, gnata, A. 1651. ducta, Petrum, J. U. D. & ædis Cathedralis Decanum, ac Annam Margaretam, Petro a Lengerke, J. U. Licentiato, suoqve in dignitate Senatoria successori, & tandem Consuli, elocatam, e posteriori autem, Margareta, Joach. Stampehlii, mercatoris, filia, illi, A. 1654. extinctæ, A. 1657. subrogata, tres

(1.) im Hamburgischen Denckmahle *p. 72. 73. 74.* (2.) *P. II. Memor. Hamburg. p. 863. 921.* (3.) V. Lutheri *Historiam martyrii Henr. Zutphaniensis, T. VI. Opp. Germ. Witeb., p. 392-380., T. III. Jen., f. 27-35., & T. II. Epist. p. 258-268.*, ac Ant. Heimreichii *Chron. Dithmarf., l. 2., c. 7., p. 140-158.* (4.) V. Heimr. *L. 2., c. 9., p. 179. 182.* (5.) V. Heimr. *L. 2., c. 9., p. 191.* (6.) V. das Jetzt lebende Hamburg des Jahres 1723. *p. 51.*

tres masculos, duasqve puellas, sed brevis omnes ævi, sustulisset. Fusius vitam ejus, *in Programmate funebri* (A. 1710. *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 544-561.*, recuso), exposuit Georgius Eliezer Edzardus, Prof. Hamburgensis, cui *Vir ingenii* audit *capacissimi, memoriæ felicissimæ, judicii acrioris, prudentiæ raræ, doctrinæ excellentis, polymathiæ non vulgaris, sermonis promptissimi, facundiæ insignis*, φιλόπονος, ἄκμητος & χαλκέντερος, *optimeqve de republica & schola meritus.* Conferantur de illo Ad. Tratsigeri Jun. *Series Senatus Hamburgensis p. 54.*, Joh. Ristii Epithalamium in nuptias priores Germanicum, *in Parnasso Teutonico, p. 347-402.*, obvium, & Rud. Capelli *Epistola Syntagmatis Lectionum Bibliothecariarum*, ei A. 1682. inscripti, *dedicatoria.*

Disp. de Psevdaxiomate Aristotelico, *Lib. I. Phys. tit. 50. & 56.* (*In omni genere uno una prima est contrarietas*), Præside D. Joach. Jungio proposita. Hamb. 1642. in 4.

Analysis Logica triterminæ cujusdam psevdapodixeos Physicæ, Præside eodem. Hamb. 1643. in 4.

Disp. Inaug. Juridica. Aureliæ 1647. in 4.

De Joach. Jungii *Harmonica, Isagoge Phytoscopica* & *Phoranomica*, illius hortatu atqve auspiciis, a Joh. Vagetio & Henr. Sivero editis, *Logica* autem *Hamburgensi* & *Geometria empirica*, eorundem studio, ipso ergodiocta, denuo recensitis, Edzardi *Programma*, ac nostrum Jungii Autoris Elogium, consulantur.

(Diversus ab eo est Casp. Westermannus alius, JCtus *eximiæ*, teste Bernh. Schultzii *Exerc. XXVII. ad Pandectas, Th. XI.*, *eruditionis*, cui debentur: 1. Disp. de Altero tanto, præcipue usurario, Præside D. Henr. Hahnio proposita, & Helmstadii A. 1653. & 1676. *in 4.* excusa, *succiplena*, Schultzio judice, *& nervosa*; 2. Disp. Inaug. de Melioratione feudi, Præside D. Joh. Lotichio exhibita, Helmst. A. 1649. *in 4.* Diversus etiam Westermannus, sine prænominis mentione in aliqvot allegatus *Catalogis*, cujus *Disp. de Defensione necessaria*, Præside D. Dav. Pestelio defensa, Rintelii A. 1653. *in 4.* prodiit.)

M. DANIEL WESTERMANN, Hamburgensis, Gymnasii Bordesholmensis, ab A. circiter 1623., Rector & Pastor, cum, belli Cæsarei tempestatem evitaturus, in patriam A. 1627. se recepisset, illic d. 26. Jun. A. 1628. exul obiit, & A. demum 1635. Paulum Sperlingium juniorem, civem suum, successorem obtinuit. V. *Epicedia*, & *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 1., p. 379.*

Disp. de S. Scriptura, Præside M. Pet. Hinckelmanno, Prof. Theol., proposita. Rostochii 1620. in 4.

Operarum scholasticarum in illustri Gymnasio Holsatiæ Bordesholmensi Trimestria, sive Indices, singulis trimestribus, A. 1624. (qvo primus prodiit) & seqq., Slesvigæ *in 8.* publicati.

M. NICOLAUS WESTERMANN, Lubecensis, Ecclesiæ Germanicæ in Svecia Gothoburgensis Pastor, d. 30. Dec. A. 1670. defunctus. V. M. Joh. Vulteji, Holmiensis, ejusdem Ecclesiæ Pastoris, *Solatium Concionatorum ingenuorum, seu Sermonem de illo, ex Es. XLIX. 3. 4. 5.*, *Germanicum funebrem*, Gothoburgi A. 1670. *in 4.* editum, Joh. Schefferi (istum memorantis) *Sveciam Literatam p. 250. 308.*, & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1670.*

Disp. de natura & constitutione Logices, Præside M. Dionysio Stropio. Rostochii 1651. in 4.

Salutiferum munus Genethliacum, sive Sermo in Es. IX. 6. Germanicus. Gothoburgi 1666. in 4.

Concio Germanica, in ædis Germanorum Gothoburgensis inauguratione, ex Luc. XIX. 46., d. 11. Aug. A. 1672. habita. Gothoburgi in 4. Hanc, una cum præcedenti, Scheffesus, *l. c.*, *p. 308.*, ei tribuit. Qvomodo autem illa A. 1672. ab ipso potuerit haberi, qvi A. jam 1670., Wittenio & Scheffero ipso testibus, obierat, me haud asseqvi fateor.

Concio funebris in exeqviis Annæ Harderiæ habita. Gothob. 1673. in 4. (*Catal. Biblioth. Resen.*)

PETRUS WESTERMANN, Hamburgensis, Caspari, J. U. Lic. & Senatoris (*de qvo supra dictum*), e Gertrude Röveria filius, J. U. Doctor Cadomi in Normannia A. 1676. creatus Gallica, Canonicorum templi Cathedralis Hamburgensis d. 18. Mart. A. 1672. adscriptus est Collegio, &, cum Syndicum ejusdem aliqvamdiu egisset ac Bibliothecæ Præfectum, in Decanatu tandem D. Joh. Dancwerthio d. 6. Oct. A. 1694. successit, ac A. 1716. fuit superstes. Uxorem duxit Elisabetham, Joach. Lemmermanni, Consulis, filiam, & Georgii a Lengerken, mercatoris, viduam. Conf. de illo Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 612.*, & Georg. Eliez. Edzardi *Programma de vita soceri ejus funebre.*

Disp. de jure Sigillorum, Præside D. Joh. Henr. Böttichero proposita. Helmst. 1675. in 4.

Disp. Inaug. de Jurejurando. Cadomi 1676. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 30.*)

HERMANNUS WESTHOVIUS, Lubecensis, Poliatri, sibi cognominis, e Magdalena Rohtbartia filius, d. 6. Nov. A. 1635. natus, post reditum ex Academiis Giessena & Lipsiensi, A. 1671., d. 29. Junii, Coenobii in patria Johannei Ecclesiastes, & A. 1691., d. 8. Oct., Templi Jacobæi Pastor, electus, febriqve tandem continua, d. 15. Dec. A. C. 1696., ætatisqve 61., extinctus. Plura de vita ejus suggeret Enochi Svantenii, Rectoris Lubecensis, Programma funebre, in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum*, Lubecæ A. 1709. editis, *num. 74.*, *p. 674-681.*, recusum, & J. H. a Seelen *Pars II. Athen. Lubec. p. 407. 408.*

Exerc. de Anima separata, Præside M. Casp. Ebelio, Log. & Metaph. Prof., proposita. Giessæ 1657. in 4.

Disp. de Papatu, ejusqve electione, vel desertione & fuga, Præside D. Davide Christiani. Giessæ 1657. in 4.

Disp. de Veritate Christiana, e V. T. probata, Præside D. Pet. Haberkornio. Giessæ in 4.

JOHANNES WESTHOVIUS, Med. D. & Practicus Hamburgensis, A. 1622. (qvo *Chrysologiæ* Angeli Salæ carmen præfixit) superstes; cujus filiam, Angelam, Vinc. Fabricius, Syndicus & Consul Gedanensis eruditissimus, A. 1641. duxit uxorem.

Oratio de laudibus Medicinæ, qvam editam ab eo esse Joach. Morsius, *in Albo suo MS. f. 833.*, testatur.

WILLICHIUS WESTHOVIUS a WESTHOVEN (1.), Eqves, Comesqve Palatinus & Poeta laureatus Cæsareus, venæ mediocris nec omnino contemnendæ, sed justo scribacior, eoqve minus accuratus, Bosoviæ, pago Episcopatus Lubecensis in Wagria parochiali, primam A. 1577. lucem aspexit. Patre natus est Petro Westhovio, parochiæ illius Pastore. A. 1609. defuncto (2.), matre autem Anna, ex urbe Slesvicensi oriunda (3.). Literis humanioribus, in schola Lubecensi, per decennium imbutus integrum, Academias Rostochiensem ac Francofurtanam studiorum sublimiorum elegit magistras, &, Lipsiensi deinde, Jenensi, Altorfina, Ingolstadiensi, Basileensi, aliisqve pluribus, in itinere salutatis Germanico, Italiam, Austriam, Bohemiam, Poloniam, Lituaniam, Curlandiam Borussiamqve, itidem peragravit. Bergam hinc Norwagorum, cujus Ecclesiæ Germanicæ pater ejus a Senatu nuper præfectus erat

Lube-

(1.) A Casp. Barlæo, prænomen in cognomen perperam mutante, *P. II. Poem.*, *L. 3. Eleg.*, *p. 181.*, J. Willichius appellatur. (2.) V. de illo ipsius *P. I. Poem.*, *Lib. 1. Eleg. p. 192.*, *& P. II. p. 66.* (3.) V. ipsius *Hendecasyllabos in matris obitum*, *P. I. Poem.*, *L. I. Phaleucorum*, *p. 175-178.*

Lubecensi, indeqve Hafniam Danorum, circa A. 1600., delatus, Thom. Finchium, artis Professorem Medicæ, aliqvamdiu in hac hodegum habuit (1.). E Dania in Germaniam reversus, Bartholom. Bilovii, Stendalia Marchici, Com. Pal. Cæsarei, Civisqve Romani, *Poetastrificis* (uti a Gothofr. Jungermanno (2.) salutatur) audacissimi, ac Versificatorum Germaniæ ineptorum, laurum ab isto adeptorum venalem, adversus Conr. Rittershusii, JCti Altorfini, *Spongiam*, & Frid. Taubmanni *Diss. de Lingva Latina, cum Epeisodio in veteramentarium Poetarum sutorem* Witebergæ A. 1602. editam, egit vindicem. Qva opera sibimet ipsi qvoqve patrocinari simul voluit, *impetrato in Italia Comitivæ palatinæ jure, passim locorum, per qvæ transibat, artem hanc Poetificam*, teste Rittershusio (3.), *factitare*, & *Vatibus* (*fatuis*) *novis, dignis, indignis, sive* Μυσαπαιδάγοις, *Germaniam implere, dummodo ipse tantum inde colligeret viatici, qvantum suo rumini implendo, & famulo & cani pedisseqvis alendis, sufficeret*, imo, uti Helias Putschius (4.) refert, *nobilitatem* qvoqve Poetastris illis, *ac villas Utopienses, liberaliter distribuere*, itidem haud verito. Hoc consilio, Lipsiæ vivens, anno circiter 1603., in lucem protrusit Epigrammatum, in Taubmannum & Rittershusium (qvem *Polyphemum spongiatum* nomine vocavit suppresso) perqvam injurioëum, &, Jungermanno (5.) judice, *inficetorum atqve invenustorum*, syllogen, plurimis, teste Putschio (6.), scatentem *solæcismis, barbarismis, & peccatis in lingvam Latinam manifestissimis*. Sed non impune tulit juvenilem istam in lacessendis Germaniæ luminibus audaciam. Helias enim Putschius, Antwerpiensis, Rittershusii amicus, juvenis eruditissimus, morte triennio post immatura extinctus, eodem A. 1603., sub *Amandi Rosacii* larva, *Epistolam* illi, *in qva Poetastro Biloviano respondetur, ad C. Rittershusium* III. Id. Maji exaratam, & qvaternione constantem unico, reposuit. In hac, festiva & satyrica dictionis cultissimæ acrimonia, & Rittershusii is famam vindicavit, & deridendum omnibus propinavit Westhovium, qvem *Honorivendum, larvidonum, chori novensilis perenne dedecus, Comitem Poetificem* (7.), *hominem novum, in qvo multum est loqventiæ, sapientiæ parum, novis ac vanis titulis, & villa etiam Utopiensi, auctum, adolescentem nullius eruditionis, falsæ persvasionis, & vix primis bonarum artium elementis leviter tinctum, versificatorem magnum, hominum insulsissimum, puerum adhuc jejunum & plane ἄμυστον, nugivendulum, nebulonem, & terræ filium*, dicacitate justo inclementiori, passim appellat. *Ne unum qvidem carmen sani coloris eum unqvam scripsisse, qvæcunqve autem ab eo prodierunt, tam arguta, tam lepida, tam Poetica esse, ut nihil magis sapiant, qvam Textoris Epitheta & Decimatoris Synonyma, tantorum virorum vestigiis ubiqve apparentibus*, pronunciat. Satyram etiam in ista aliam contra eundem, & Poetastros alios, est minatus, sed in lucem haud protulit, tempus multo rectius alibi collocari posse ab ipso monitus Rittershusio. Qvi (8.) (Westhovium *agyrtam, Poetificem laurivendulum, & hominem ineptissimum*, voçans), una cum Gothofr. Jungermanno (cui idem *Subpoetaster a Bilovii manu laureatus* audit) (9.), Melch. Adamo (10.) & Vinc. Placcio (11.), Epistolam *Amandi Rosacii* ψευδώνυμον, suis ornatam laudibus, Putschio vindicat, deqve certaminis istius historia, cum iisdem, meretur consuli. Westhovius, ob audaciam juvenilem adeo duriter ab adversario se doctiore castigatus, Daniam mox repetiit, & A. eodem 1603., vel seqventi 1604., scholæ in Seelandia Herlovianæ factus est moderator (12.). Elapsis deinde annis aliqvot, munere scholastico abdicato, & uxore A. 1611. ducta Anna Sparria, virgine nobili, ipsemet etiam nobilitatis Jura, cum insignibus, Pegasos duos, totidemqve stellas, serto cinctas, exhibentibus, tum Christiani IV., Daniæ Regis, tum Matthiæ Imperatoris (qvem in Comitiis A. 1613. salutavit Ratisbonensibus, & *Emblematis* nomini ejus inscriptis sibi conciliavit), consecutus est beneficio. Ratisbona in aulam reversus Danicam, studiis Christiani, Ducis Brunsvicensis, ab A. 1615., aliqvamdiu, Christiani IV., Regis, jussu, præfuit, &, Canonicatu tandem ædis in urbe Scaniæ Londinensi cathedralis, ab eodem, A. 1619. donatus, Sparriæ, primæ conjugi, d. 16. Jul. A. 1623. (uti Epitaphii Londinensis docet inscriptio) mortuæ, A. 1626. Mettam Biornoniam, stirpe itidem ortam nobili, huic autem, A. 1633. extinctæ, qvadriennio post, Annam Poppingiam, Patriciam Lubecensem, subrogavit. Ipse Londini Scanorum A. C. 1643., ac ætatis 66., vivis excessit, cum paulo ante obitum hoc sibi scripsisset Epitaphium, sub finem *Libri Epigrammatum sexti* obvium:

Munde immunde vale! hinc ad mundum transeo mundum.
Mundus ego: immundi nam capit æthra nihil.
Ipse suo lotum mundavit sangvine Christus:
Est mundandi alius non tibi, munde, modus.
Exul eram decies sex & sex insuper annos:
Nunc coelo reducem patria læta fovet.

Hemistichion, qvo symboli loco usus est: *Perfer & obdura*, metrica ipse itidem, *in Libro Emblematum, num. 100.*, illustravit exegesi.

Vitæ ejus historiam partim Cognati ipsius narrationi compendiariæ, per M. Trogillum Arnkielium, Præpositum Apenradensem, transmissæ, partim vero Scriptis ipsius aliorumqve jam allegatis, debemus. Præter qvæ conferri etiam de illo possunt Alb. Bartholini *Lib. de scriptis Danorum p. 148. 149.*, nostraqve ad eum *Hypomnemata p. 460.*, Ol. Borrichii *Diss. ultima de Poetis p. 173.*, Casp. Barlæi Elegidion ad illum, *P. II. Poem.*, *Lib. 3. Eleg.*, *p. 183.*, Pet. Winstrupii duo ad illum Carmina Encomiastica, *Lib. III. Epigramm.*, *p. 721. 1000. 1001.*, Bertilii Canuti Aqvilonii longe plura, *in Parodiis Horatianis p. 22. 31. 78.*, ac *in Juvenilium reliqviis, p. 55-60. 84. 85. 93. 98. 103. 109. 113. 126. 152. 162. 194. 201. 206. 213.*, & Anagrammata nominis ipsius Nicol. Scribonii *Lib. I. Lusuum Anagrammaticorum Gottorpiensium p. 17.*, atqve Georg. Nicol. Erasmi *Lib. II. Anagrammatum ἐμμέτρων, num. 79.*, obvia.

ELOGIA.

Joach. Tanckius, Med. D. & Prof. Lips., in Epigrammate, *Introductionibus* illius *Dialecticæ & Rhetoricæ* A. 1606. adjecto, ita ei applausit:

Artem dicendi tradis brevis atqve docendi,
Sed, cithara atqve lyra bonus, æqvas carmine Flaccum:
Westhovi, feries alto sic vertice coelum.

Casp. Barlæus, *l. c.*, suum ad eum Elegidion his metris inchoat:

Willichi, medios inter qvi carmina Cimbros
Scribis, & Arctoæ frigora sæva plagæ,
Insere te vatem populis, rigidoqve sub axe
Palladiæ pergas gentis honore frui.

Joh. Svaningius Jun. (*in Prolegomenis Chronologiæ Danicæ, num. 2., p. 5.*), eum, *inter Poetas Daniæ in Canonicorum collegiis ingeniosissimos, familiam facile duxisse*, judicat.

Pet. Resenio (*in Inscriptt. Hafniensibus p. 17.*) *magnus* audit *Poeta*.

Barthol. Bilovius hoc nominis ejus anagramma concinnavit (*Lib. V. Anagr. f. 37. b.*):

Willichius Vesthovius. * *Hui vivis! Hui ut Sol luces!*

Nicol.

(1.) V. *P. I. Poem. p. 191. 192.* (2.) *in Epist. ad Melch. Goldastum A. 1603. exarata, & inter Epistolas Virorum doctorum ad Goldastum p. 117. obvia.* (3.) *in Historia vitæ Heliæ Putschii p. 15. 16.* (4.) *in Epistola ad Rittershusium*, mox laudanda, *p. 4. 5.* (5.) *l. c.* (6.) *l. c.* (7.) V. Jambos Jani Scholtzhofii a Scholtzhoff τῷ ψευδωνύμῳ, *Epistolæ* præfixos. (8.) *l. c.* (9.) *l. c.* (10.) *in Vitis Philosophorum Germanorum p. 460. 461.* (11.) *Tomo II Theatri Anonymorum & Pseudonymorum p. 544.* (12.) V. *Homiliam Rectoratus hujus auspicalem*, A. 1604. editam, & Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 278.*

Nicol. autem Scribonius, *l. c.*, seqvens exhibuit:

Willichius Westhof, Cimber, Comes Palatinus atqve Eqves.

Hic vivus Eqves factus est, simulqve Apollineum cor habet.

CENSURÆ.

Duriorem justo, præter Conr. Rittershusium, Hel. Putschium & Gothofr. Jungermannum (qvorum in Vita ipsius recitavimus judicia), tulit Frid. Taubmannus, *in Diss. de Lingva Latina, p. 67.*, Poetastrorum eum ineptorum gregi accensens.

Mitior est Ol. Borrichius, *in Diss. de Poetis ultima, p. 173.*, ita scribens: *Willichii Westhovii, Comitis Palatini, Canonici Lundensis, opera metrica plura extant, Poemata, Epigrammata, Emblemata, Homiliæ Poeticæ, Melydria, alia, in qvibus tamen non raro freqventior scandendi montis ardui impetus scandentis assiduitate refrixit. Subinde tamen sic satis recaluit.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Libellus Epigrammatum adversus Conr. Rittershusium & Frid. Taubmannum, pro Poetis laureatis, A. 1603. editus, de qvo, uti & Hel. Putschii *Epistola*, illi opposita, in Vita Autoris fuse jam est dictum.

Ὁμιλία Poetica, cum Gymnasii Herloviani regimen susciperet, scripta. Hasniæ A. 1604. in 4. (Alb. Bartholinus & Ol. Borrichius, *ll. cc.*, plures illi *Homilias Poeticas* tribuunt.)

Ἀυἰοσχεδίασμα Poeticum in laudem regiæ Danorum Academiæ Hasniensis. Hasn. 1604. in 4.

Εἰσαγωγὴ seu Introductio ad Dialecticam Phil. Melanchthonis, in tres partes tributa, qvarum prima Definitionem, secunda divisionem, tertia argumentationem continet. Lips. 1606. in 8.

Εἰσαγωγὴ seu Introductio ad Rhetoricam Phil. Melanchthonis, in tres partes tributa, qvarum prima vim Oratoris, secunda qvæstionem, tertia orationem continet. Lipsiæ 1606. in 8.

Epigrammata miscellanea, excusa cum M. Jac. Staji Zullichii, Silesii, Carminum elegantiorum libello. Francofurti ad Viadrum 1606. in 8. *V. Catal. nundin. vern. A. 1606. Francofurt. p. 55.*

Poematum Pars prima, Eidyllia Bucolica XII., Odarum Lib. I., Phaleucorum Lib. I., & Elegiarum Lib. I., continens. Lipsiæ 1606. in 8.

Poematum Pars secunda, Odarum librum secundum, Phalæciorum librum secundum, Elegiarum lib. secundum, & Epicorum lib. primum atqve secundum, continens. Rostochii 1621. in 8.

Urbes & oppida Seelandiæ, insulæ regni Danici præstantissimæ, Epigrammatis delineata. Hasniæ A. 1607. (*non autem 1591., uti in Catalogo Reseniano perperam traditur*) in 4. Recusa, juxta alios, ibidem A. 1616. in 4. Leguntur etiam in Sylloge Scriptorum de regnis Daniæ & Norwegiæ variorum, a Steph. Joh. Stephanio Lugd. Bat. A. 1629. *in 16.* publicata, *p. 500-510.*

Isocratis Oratio parænetica de legitimo Regis officio, carmine Latino heroico reddita, & Christiano V., Principi Danorum regio, consecrata. Hasn. 1610. in 4.

Μελύδρια de Bello per Christianum IV., Danorum Regem, adversus Carolum IX., Sveciæ Regem, juste suscepto, & prospere continuato. Hasn. 1611. in 4.

Emblematum liber, Divo Matthiæ, Romanorum Imperatori Augustissimo, sacratus. Ratisbonæ 1613. in 4.

Illustres sententiarum flores, e Saxonis Grammatici libris XVI. Historiæ Danicæ lecti. Lips. 1617. in 8.

Arbuscula Parnassea, tres ramos explicans, & in his 1. Will. Westhovii Emblemata, 2. Militiam hominis Christiani, carmine heroico a Rich. B. accurate descriptam, 3. Sigism. Durfeldii Epigrammata & Elogium Germaniæ prosaicum. Rostochii 1619. in 12.

Epigramma ad Christianum V., Principem, Daniæ ac Norwagiæ Regem designatum. Hasn. 1629. in 4.

Poemation in festum connubiale Christiani V., Principis, Dan. & Norw. Regis designati, ac Magdalenæ Sibyllæ, Electoris Saxonici filiæ. Hasn. 1634. in 4.

Epigrammatum libri III. priores. Hasn. 1637. in 8.

Epigrammatum libri III. posteriores (qvartus, qvintus & sextus). Hasn. 1646. in 8.

Emblemata, Christiano IV., Regi Daniæ, dicata. Hasn. 1640. in 8. Diversa ab *Emblematis*, A. 1613. editis.

INEDITA ET AFFECTA.

Expositio Historicæ veritatis, in Scythicam Jani Minoris contra Petrum Parvum Retorsionem, sub fictitio *Jani Minimi* (uti Otto Sperlingius Jun., Consiliarius Danicus, Avtographi Autoris possessor, apud Placcium, *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 373.*, testatur) A. 1615. scripta nomine; cujus aliud qvoqve MStum in Bibliotheca Academiæ Hasniensis Reseniana asservari ex hujus *Catalogo p. 248.* didici. Reposita est, ad famam gentis Danicæ vindicandam, Joh. Messenii, JCti Upsaliensis, & Dicasterii Holmiensis Svedici Assessoris, *Retorsioni imposturarum, qvibus inclytam Svecorum Gothorumqve nationem Petrus Parvus, Rosæfontanus, Eqves Danus (in Refutatione calumniarum Joh. Magni, Gothi, Archiepiscopi Upsaliensis, qvibus, in Historia Svecorum Gothorumqve, ac famosa Oratione, gentem incessit Danicam*, Hasniæ A. 1560. *in 4.* excusa) *insectatur*, sub *Jani Minoris Svemensis* larva, Latine Holmiæ A. 1611., & Svedice (ex versione Henr. Chemii, Wiburgo Carelii) ibidem seqventi 1612., *in 8.* publicatæ, de qva Joh. Schefferi *Svecia Literata p. 84-87.*, nostraqve *in hanc Hypomnemata p. 366. 367. 380.*, possunt consuli. Westhovii scriptum Casp. Bartholinus senior (*Classe IV. Epigrammatum, lit. D. 7. b. D. 8. a.*) Decasticho hoc, in Joh. Magnum asperiore, commendavit:

Mentiri librum si est scribere, nemo vel ullum
Præ te librum scit scribere.
Mendaci es lingva magnus, rabieqve procaci,
Es magnus & calumniis,
Sed pietate minor: non magnus, sed neqve parvus
Es veritate, nullus es.
Danus re magnus, cognomine Parvus, at in te
Mendacia retorsit tua:
Qvem frustra allatrat genio Minor ille Svemensis,
Penna cadens Westhovii.

Historiæ Christiani III., Daniæ Regis, libri VI., carmine scripti Latino, qvos itidem MStos in Bibliotheca Academiæ Hasniensis Reseniana superesse *Catalogus illius, p. 327. 328.*, testatur.

Historia regni Danici, carmine Latino exposita, qvam, *in Epist. dedicatoria Partis I. Poematum*, A. 1606. est pollicitus.

M. PETRUS WESTHUSIUS, Hamburgensis, d. 12. Febr. A. 1613. in lucem editus, Rostochii A. 1635. Sam. Bohlii *Disputat. in cap. LIII. Esaiæ secundam* defendit, & Wirebergæ A. 1646., d. 13. Oct., Magistri obtinuit titulum.

titulum. Rector scholæ in Stormaria Itzehoensis sub initium anni 1649., Hamburgensis autem patriæ, in locum M. Dan. Arnoldi, d. 9. Sept. A. 1651., est electus, ductaqve seqventi 1652. uxore Dorothea, M. Nicol. Hardkopfii, Past. Hamb. Nicolaitani, filia, A. C. 1660., ac ætatis 47., d. 14. Nov., defunctus. V. *Epicedia*, Joh. Ristii carmen ad eum de Magistri titulo gratulatorium, *in Parnasso Teutonico p. 350. 351.* obvium, Christoph. Schraderi (cui *fidus* audit *adolescentiæ doctor*) *Programmata Helmstadiensia publica, num. 56.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1121. 1122.*, & *P. IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 24., p. 611.*

Plutarchi Liber de Educatione puerorum, Græce, cum duplici Versione Latina (*altera horridiori, verbum de verbo, simulqve textus Græci idiotismos, exprimente, altera concinniore Hier. Wolfii*), editus, & Analysi Logica, Grammatica, Ethica, Politica atqve Historica, dupliciqve vocabulorum & particularum Græcarum Indice, illustratus. Hamburgi A. 1665. 1694. & 1702., ac Jenæ 1680. in 8. Præfixa est fœtui huic posthumo, præter Westhusii proœmium, Sam. Lübegkii, Rectoris in Dithmarsia Meldorpiensis, a qvo editus est, præfatio, singulisqve capitibus, in paragraphos subdivisis, Annotationes Westhusii subjunctæ, tum propria, tum e Theod. Vietoris, L. Gr. Prof. Marpurgensis, in hunc librum depromptæ *Commentario*.

ARNOLDUS WESTPHALUS e gente qvidem apud Westphalos (qvibus ipsum hanc cognomen vindicat) nobilissima ac notissima, teste Henr. Rahnio (1.), fuit oriundus, verum patria non Westphalus (uti Justus Reifenbergius (2.) & Herm. Kirchnerus (3.) falso tradiderunt), sed Lubecensis, annumqve Christi 1399., uti computus annorum ætatis ostendit retrogradus, habuit natalem. Patre gavisus est Hermanno, Senatore Lubecensi, A. 1433. mortuo, matre Margareta, Henrici ab Alen filia (4.), fratre Johanne, Urbis Lubecensis, ad A. usqve fatalem 1474., Consule, Wilhelmiqve Westphali, qvarti a patruo Episcopi Lubecensis, parente (5.), ac sorore tandem Cœnobii ejusdem civitatis Johannei Abbatissa (6.). Cum ad studia animum applicuisset, ope ingenii capacissimi, & sedulitatis assiduæ, eam sibi literarum humaniorum, Philosophiæ & Juris, in Academiis, imprimis autem Lipsiensi, acqvisivit peritiam, ad qvam ævo illo infelici paucissimi perveniebant (7.). Lipsiæ non Magistri solum artium (8.), Decretorum Doctoris & Juris civilis Licentiati (9.), titulos, sed professionem etiam publicam, Ordinariiqve in Collegio Juridico dignitatem (10.), qvibus A. 1436., qvo Rectoratus his Academiæ semestris accessit (11.), jam fungebatur, obtinuit, ac per tria circiter lustra administravit. Rostochii etiam A. 1443. Juris eum fuisse Professorem, & Rectorem simul academicum, Georg. Frid. Neumannus, incertum qvo autore, perhibet (12.). Tantam autem sibi, muneribus fungens Academicis, paravit autoritatem, ut plurimæ maximiqve Principum totius Septentrionis controversiæ ipsi, vel per sententiam, tanqvam judici, vel per laudum, tanqvam arbitro, decidendæ, prospero eventu, teste Centuriatore Anonymo, sæpius jam laudato, sint commissæ. Fama ista doctrinæ ac probitatis ipsius permoti Canonici Lubecenses eum A. 1449. (13.) (in cujus locum 1459. a Conr. Hövelio (14.), ac 1460. a Frid. Cogelio (15.), male substituuntur), in Ecclesiæ patriæ Episcopatu (post Decanatum ejusdem jam ante, testibus Alb. Krummendikio, successore, & Chronographo Slavico (16.), administratum), Nicol. Sachovio, *Pontifici optimo, insequuturem*, uti Krantzius (17.) loqvi amat, sive successorem *nihilo minorem*, suis dederunt suffragiis. Electus, missis Romam duobus Canonicis, confirmationem a Nicolao V., Pontifice, Apostolicam, factis plus qvam mille aureorum impensis, obtinuit, & a duobus Episcopis, Nicolai Sverinensi, & Johanne Ratzeburgensi, Gerhardiqve, Archiepiscopi Bremensis, qvi suam excusabat absentiam, Vicario, Lubecæ, festo Pentecostes, est inauguratus (18.). Episcopatui, magna cum pietatis, prudentiæ, aliarumqve virtutum, laude, per annos, uti Chronographus Slavicus Krantziusqve (19.) testantur, XVI. præfuit, a Casp. Dancwerthio (20.) in XII. male immutatos, & interea temporis Ecclesiæ suæ ditionem villis & prædiis, ærarium reditibus annuis & vasis argenteis qvamplurimis, Bibliothecam autem libris insignibus, auxit, ædis Lubecensium cathedralis sacrarium tecto, sumptibus propriis, instruxit plumbeo, & in arce Utinensi, qvæ necessaria videbantur, exædificavit (21.). Ob prudentiam Christiano I., Regi Daniæ, & Adolpho, Duci Slesvicensi, Comitiqve Holsatico, consiliis ejus in negotiis magni momenti freqventer usis, longe fuit charissimus, & ab Adolpho diversis adhibitus est legationibus, patrisqve nomine, ut sui in eum affectus exprimeret magnitudinem, compellatus (22.). Ejusdem prudentiæ, & dexteritatis in negotiis publicis expediendis eximiæ, fama, intra patriæ se muros coerceri haud passa, aliis etiam exteris, ut operam ejus, in controversiis illustribus componendis, sæpe efflagitarent, calcar addidit. Has inter odiosa, qvam *Chronici Slavici prioris* Autor (23.) Krantziusqve (24.) memorant, Senatus & Cleri Lüneburgensis causa, a Rege Daniæ & ipso, arbitris partis utriusqve consensu electis, laudo tali A. 1461. est terminata, de qvo neutra sibi admodum gratulabatur. A. 1460., tanqvam mediator & arbiter, conventui Ordinum Holsaticorum interfuit Oldesloensi (25.), in qvo Otto, Comes Schaumburgicus, ejusqve filii, omni suo in Comitatum Holsatiæ jure Christiano I., Daniæ Regi, accepto ab hoc syngrapho de 41500 aureis Rhenanis sibi persolvendis, sponte cesserunt, factaqve cessione ista feudum Comitatus hujus imperiale, Friderici III., Imperatoris, cujus Legatum agebat, nomine, Regi contulit (26.). A. 1464., rogatu Senatus Lubecensis, cum duobus hujus Legatis, totidemqve Canonicis, in Borussiam, bellum inter Eqvites Ordinis Teutonici, & civitates Prussicas, harumqve patronum, Poloniæ Regem, diuturnum amica transactione compositurus, trajecit, & partibus belligerantibus Thorunii aliqvot istius articulos, a se adumbratos, proposuit, tunc qvidem, ipso præsente, rejectos, sed A. seqv. 1465., cum Lubecam jam rediisset (errat enim Dancwerthius (27.), bis eum in Prussiam, ut pacem hanc promoveret, iter fecisse, perhibens), non ab Urbibus solum, sed Eqvitibus etiam, etsi haud exiguo cum detrimento suo, receptos atqve approbatos (28.). Vivis tandem, in urbe patria, A. C. 1466., ætatisqve 67., prosesto Purificationis Mariæ virginis, sive Kalendis Februarii, sicut Autor *Chronici Slavici prioris* (29.) testatur, excessit, nec proinde

(1.) *in Programm. Rostochiensi, Disput. inaugurali Aug. Meieri A. 1657. præmisso.* (2.) *Orat. V. de Inauguratione Acad. Rinteliensis p. 105.* (3.) *Vol. II. Oratt. p. 82.* (4.) *V. Nova Lit. Lubec., M. Mart A. 1705., p. 73.* (5.) V. Alb. Krantzii *Append. Metropoleos p. m. 852.* (6.) *V. Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 99.* (7.) V. Anonymi *Centuriam Scriptorum in Acadd. Lipsiensi, Wittebergensi & Francofordiana, insignium*, a Joh. Joach. Madero Helmst. A. 1660. editam, *num. 20., p. 16. 17.*, & Alb. Krantzii *Metropolin, Lib. XI. c. 46., p. 801.* (8.) *V. Anonymum Centuriatorem, l. c.* (9.) V. Incerti *Chronicon Slavicum prius*, ab Erp. Lindebrogio, inter *Scriptores rerum Germ. & Septentrion.*, editum, *ad A. 1440., p. 218.*, Anonymum, Krantzium & H. Rahnium, *ll. cc.*, & Casp. Dancwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 8., p. 228.* (10.) V. Anon. *Centuriatorem l. c.* (11.) *V. Catalogus Rectorum Acad. Lips., Chronicis Lipsiensibus Zach. Schneideri & Tob. Heidenreichii* insertos. (12.) *in Or. de favore Lubecensium in exteros p. 28.* (13.) *V. Chronicon Slavicum prius ad hunc annum, & in subjecto illi Episcoporum Lubecensium Catalogo*, Alb. Krummendikii *Chronicon Episcoporum Lubecensium (Tomo II. Rer. German. Henr. Meibomii Jun. editum) p. 402. 403.*, *Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 101., & alios.* (14.) im Beglückten Lübeck *p. 150.* (15.) im Uthinischen Stadtgedächtnisse, *c. 8., p. 46.* (16.) *ll. cc.* (17.) *L. XI. Metrop. c. 46.* (18.) V. Krantzium *l. c.* (19.) *ll. cc.* (20.) *l. c.* (21.) V. Krummendikium, Krantzium & Dancwerthium, *ll. cc.* (22.) V. Krummendikium *l. c.* (23.) *ad A. 1462., p. 224.* (24.) *l. c., & Lib. XII. Vandaliæ, c. 27.* (25.) *V. Chronicon Slavicum prius, ad A. 1460.*, Joh. Adolphi Cypræi *Annales Episcoporum Slesvicensium, Lib. III., c. 1., p. 381.*, & Casp. Dancwerthium *l. c.* (26.) V. Haraldi Huitfeldii *T. V. Chronici Daniæ vernaculi p. 801. 892.*, & Joh. Petræi *P. I. Chronici Holsatiæ p. 140.* (27.) *l. c.* (28.) *V. Chronicon prius Slavicum, ad A. 1464., p. 226.*, & Krantzium *Lib. XII. Vandaliæ c. 31.*, ac *Lib. XI. Metrop. c. 46.* (29.) *ad A. 1449., & in Catalogo Præsulum Lubecensium.*

proinde vel A. C. 1465., qvem Conr. Hövelius (1.), vel 1472., qvem Frid. Cogelius (2.) perperam substituit, habuit fatalem.

Conferri de illo, præter Autores jam allegatos (e qvibus Alb. Krummendikius, Eqves Holsatus, ipsiusqve in Episcopatu Lubecensi successor, Centuriator Anonymus & Alb. Krantzius, plura, qvam cæteri, de vita ejus me docuere), possunt Herm. Bonni *Chronicon Lubecense, Lib. 2., p. 65.*, Joh. Petræi *Chronicon Holsaticum, ad A. 1449., p. 143.*, Melch. Neofanii *Elegia de Episcopis Lubecensibus p. 8.*, Jac. a Mellen *Notitia majorum suorum p. 131. 132.*, M. Joach. Mancelii *Memoria Westphalorum doctorum*, Gryphiswaldiæ A. 1705. edita, & *Nova Literaria Lubecensia, M. Mart. A. 1705., p. 73.*

ELOGIA.

Alb. Krummendikio, *l. c.*, *Vir* audit *bonæ & laudabilis vitæ & conversationis, qui sancte vitam instituit, & prudenter Ecclesiæ præfuit & consuluit.*

Anonymi *Chronici Slavici prioris* scriptori (*ad A. 1449.*) *Vir dioecesi Lubecensi perutilis & devotus*, qvi sæpe in officio amarissime flevit, nec non (*in Catalogo Episcoporum Lubecensium*) *Vir miræ devotionis.*

Alb. Krantzio (*Lib. XI. Metropoleos c. 46.*) *Pontifex antecessore optimo, Nicolao, nihilo minor, qvi, ab ineunte ætate, in studiis generalibus publicisqve Gymnasiis diversatus, legendo docendoqve magnum & celebre nomen sibi consciverat; Pontifex* item *bonus, qvi moriens, in testamento, reliqvit argenti facti plurimum, ad ornamentum Episcopalis mensæ, libros insignes, &, qvod omnia exuperat, magnum sui desiderium.*

Anonymo Autori *Centuriæ Scriptorum in Academiis Lipsiensi, Witebergensi & Francofordiana, insignium, num. 20.*, *Vir ingenio industrius, Orator disertus, artium & Philosophiæ undecunqve doctissimus, tam carmine, qvam prosa, concinnus, disputatorqve in Dialecticis & Philosophia acerrimus, qvi inditum natura & studio ingenium Juridica peritia adeo exacuit, ut, brevi super coætaneos coalescens, Ordinariatum Juridicæ scholæ Lipsiensis asseqveretur.*

Ab. Herm. Kirchnero *in Oratione de Ducibus, Comitibus ac Nobilibus, Magistris ac Doctoribus promotis* (*Vol. II Oratt., n. 3., p. 87. 88.*), hoc ornatur elogio: *Eam ætatem ornavit plurimum insigne Seculi lumen, decusqve Westphaliæ, Arnoldus de Westphal, Decretalium Doctor, & Civilis Juris Licentiatus, nobilissimæ omnibusqve notissimæ in his oris familiæ, qvem non modo in plurimis Academiis studuisse, verum etiam publice Leges civiles docuisse, accepimus, qvemqve eruditionis gloria ad Episcopalem Lubecensis Ecclesiæ dignitatem evexit.*

Henr. Rahnio (*in Programm., n. 1. citato*) *Seculi sui lumen, & Vir, qvem eruditionis gloria ad Episcopatum provexit.*

Casp. Dancwerthio (*l. c.*) Ein gelahrter und sehr begabter Herr, der ein gutes Lob, und groß Verlangen nach ihm, hinterlassen.

SCRIPTA LATINA.

I. EDITUM.

Oratio ejus, ante Missam dicenda, *in Cursu de Domina secundum Ecclesiam Hamburgensem*, Rostochii A. 1522. excuso, *p. 133. & seqq.*, legitur, & in Joh. Alb. Fabricii *Mantissa Memoriarum Hamburgensium*, A. 1715. *Jubilæo primo Gymnasii Hamburgensis* adjecta, *p. 132. 133. 134.*, est recusa.

II INEDITA.

Passio Christi explicata, cujus duo MSta, in Monasterio inventa Bordesholmensi, in Bibliotheca Academica Kiloniensi asservantur.

Lecturæ super Decretalibus.
Consiliorum diversorum Volumen ingens.
Orationes plurimæ.
Alia qvædam illustria, temporis injuria & hominum incuria collapsa.
} De his Anonymi *Centuria*, modo laudata, *num. 20.*, consulatur.

(Scriptoribus Seculi XV. Homileticis, incertum qvare, noster a Val. Ern. Löschero, *in Appendice miscellanea Exercitationis de Pajonismo p. 228.*, est annumeratus.)

JOACHIMUS WESTPHALUS, solo nomine, non autem patria (uti Joh. Andr. Qvenstedius, Lud. Morerius & Ant. Teiserius, perperam ex isto collegerunt), Westphalus, Hamburgi A. 1510. vel 1511. in lucem est editus, & Nicolai, fabri lignarii, fuit filius. Studiis ab hoc, civium vicinorum svasu ac sumptu, consecratus literariis, curriculum scholasticum in Lyceis Hamburgensi & Lüneburgensi, Philosophico-Theologicum autem in Academia Witebergensi, absolvit. Impetrato in hac Magistri titulo, Hamburgum qvidem est revocatus, & munere Subrectoris scholæ Johanneæ publicæ, sibi commisso, in annum usqve functus alterum, sed non multo post a Magistratu, M. Joh. Schröderi, Senatoris eruditi, hospitisqve ejus, commendatione permoto, ampliore donatus stipendio, & Witebergam, ad studia Theologica accuratius excolenda, denuo ablegatus. Qvibus cum, per annos aliqvot, non illic solum, in Lutheri ipsius convictu, sed & in cæteris plerisqve Academiis Protestantium Germanicis, vacasset, & privata simul juvenum aliorum institutione inclaruisset, A. 1541., eodem tempore, Witeberga, & Rostochium, ad professionem publicam, & Hamburgum, ad Parochiæ Pastoratum Catharineæ, est invitatus, illiqve hunc, svasu D. Joh. Æpini, Superintendentis, a qvo feriarum paschalium anni ejusdem tertia inaugurabatur, prætulit. Sacro hoc munere per lustra sex functus est continua, &, ab anno 1562., vices simul D. Pauli ab Eitzen, Superintendentis, a Senatu, ad ἐπισκοπὴν Ecclesiarum Holsaticarum temporariam, in Adolphi Principis gratiam, dimissi, per integrum, qvod ordinis Ecclesiastici esset Senior, obiit decennium. A. 1571. tandem, spe reditus Eitzenii decollante, ipsemet illi, d. 29. Augusti, in gemina supremi sacrorum Hamburgensium Antistitis, Lectorisqve Theologiæ in æde Cathedrali primarii, dignitate, abdicato Pastoratu Catharinæo, est subrogatus, duobusqve annis cum dimidio nondum elapsis, ac liberis nullis ex Agnete conjuge sterili susceptis, calculi tortoris, d. 16. Jan. A. C. 1574., ætatisqve 64., extinctus sævitia. Doctrinæ sacræ, a Luthero haustæ, assertor fuit rigidus, sed, qvod ad stylum attinet & disputandi methodum, justo sæpe vehementior atqve importunior, non contra Reformatos solum (Joh. Calvinum, Henr. Bullingerum, Theod. Bezam, Bernh. Ochinum, Joh. a Lasco, Mart. Micronium, aliosqve), Crypto-Calvinianos Witebergenses, Andr. Osiandrum, aliosqve Doctores Ecclesiæ Lutheranæ (qvos Interimistas, Adiaphoristas, Synergistas & Majoristas vocabant) suspectos, sed Phil. Melanchthonem etiam Præceptorem, Joh. Æpinum & Paulum ab Eitzen, Antistites Hamburgenses, cæterosqve urbis patriæ Ecclesiastas, se mitiores ac moderatiores. Crebra ipsius cum his certamina, & plurima, qvæ in potioribus utrinqve prodierunt, scripta Polemica, uberiorem sui, qvam instituti nostri in Tomo hoc admittit ratio, exigunt historiam, qvam Tomus operis nostri ultimus, una cum accuratiori vitæ ipsius, monumentorumqve ingenii, & variorum de his judiciorum, recensu, suo loco exhibebit. Consulantur interim, qvi cæteris fusius de illo sunt commentati, Joh. Frederus Junior, Theologus Rostochiensis, *in Poemate Heroico funebri*, & Jod. Methodius, Hamburgensis, *in Orat. de vita & obitu*

(1.) *l. c.* (2.) *l. c.*

Disp. de Justitia. Witeb. 1607. in 4.

Disputationes de Corporis humani fabrica. Witeb. 1608. in 4. (*Catal. Brochm.*)

Prodromus Disputationum Logicarum. Witeb. 1608. in 4. (*Id. Catal.*)

Exercitationes Logicæ XVI., ad examen veritatis & Scholarum Dialecticarum Pet. Rami institutæ. Witeb. 1608. 1609. & 1610. in 4., ac denuo ab Autore recognitæ, ibid. 1613. in 8. Contra has M. Sever. Sluterus, Pastor Hamburgensis Jacobæus, Rami assecla, in iis *p. 376. & seqq. 1216. & seqq.* castigatus, *Responsionem* scripsit & reliqvit ἀνέκδοτον, teste Joh. Slutero, JCto, *in Vita parentis.*

Exercitationes XX. Metaphysicæ, Witeb. 1608. in 4. Auctiores, sub titulo *Systematis*, ibidem A. 1616. *in 8.*, uti mox dicetur, recusæ. Haud diversa ab iis est, uti credo, *Metaphysicæ, in genuinam methodum redactæ, Explicatio brevis & perspicua, Disputt. X. comprehensa*, & Witeb. A. 1609. *in 4.* edita, qvam P. Bolduanus (*in Biblioth. Philos. p. 358.*) & Lipenius ei tribuunt.

Disputationes X. de Anima humana. Witeb. 1610. in 4.

Gymnasmata, sive Dissertationes Gymnasticæ XII., in Dialecticam Phil. Melanchthonis, qvæ, non solum in illam, sed & in universam Aristotelis Logicam, uberrimorum Commentariorum vice esse possunt, &, qvæcunqve in tota Philosophia traduntur, eorum synopsin exhibent; singulatim propositæ Hamburgi A. 1613. 1614. & 1615., junctim autem recusæ ibidem A. 1618., in 4. De illarum, in Philippi Dialectica cum Aristotele concilianda, instituto *præfatio* consulatur.

Secundarum operarum in Librum II. Erotematum Dialectices Phil. Melanchthonis Gymnasmata XV. Hamburgi A. 1615. 1616. & 1617. in 4.

Theses de Summo Bono. Hamb. 1614. in 4.

Disputt. Ethicæ. Hamb. 1614. in 4. (Tribuuntur illi ab Ott. Sperlingio Juniore, mihi autem, annon eædem sint cum Bernhardi fratris *Disputt. VIII. Ethicis*, eodem A. 1614. Hamburgi publicatis, dubio, merito sunt suspectæ.)

Systema Metaphysicæ methodicum, XX. Exercitationibus absolutum, ejusdemqve operis Enchiridion, nomenclaturam & gnomologiam Metaphysicam continens. Witeb. 1616. in 8. Ex hoc complura expungi jubet *Index Expurgatorius Hispanicus*, ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore generali, Madriti A. 1667. *in fol.* editus, *p. 544.*

Noctes sacræ, ad lucernam vigilatæ, prima seculari felicissimi omnium Sanctorum e Babylone exitus vigilia, seu Orationes duæ in memoriam Reformationis Lutheri seculares. Hamb. 1617. in 4. Recusæ ibid. A. 1723. *Vol. V. Memor. Hamburg.* J. A. Fabricii *p. 46-94.*

Analysis Logica primæ Controversiæ Rob. Bellarmini de Verbo Dei. Hamb. 1618. in 4.

Admonitiones seu Disputationes X. de Dialectica Ramæa. Hamb. A. 1619. & 1620. in 4.

Exercitationes VII. Apodicticæ, seu de Demonstratione. Hamb. A. 1621. & 1622. in 4.

Vindiciæ Ecclesiæ Lutheranæ, Dei gratia a mysterio Superstitionis Pontificiæ superiore seculo liberatæ, & a mysterio Apostasiæ hæreticæ ab eo tempore conservatæ, contra *Mysterium iniqvitatis Psevdo-Evangelicæ*, qvod revera est mysterium τῆς ἀνομίας cujusdam vespertilionis, inordinate ambulantis. Hamb. 1622. in 8. Oppositæ sunt M. B. F. B. (i. e. Melch. Breleri, Joh. Arndii Convictoris ac discipuli, Doctorisqve Medici, Hamburgi A. 1627. extincti, de qvo suo loco fusius dicetur) *Mysterio iniqvitatis Psevdo-Evangelicæ, seu Dissertationi Apologeticæ pro doctrina B. Joh. Arndii, contra Centauros qvosdam Psevdo-Evangelicos, & sophisticam illorum Theologiam*, Olig. Rosenkrantzio, regni Danici Senatori, inscriptæ, Goslariæqve A. 1621. *in 8.* excusæ. A qvo (sub iisdem literis nominis sui initialibus M. B. F. B.) repositæ iis sunt *Vindiciæ pro Mysterio iniqvitatis Psevdo-Evangelicæ, contra Psevdo-Evangelicum declamatorem & Postillatorem Hamburgensem*, Goslariæ A. 1622. in 8. impressæ. V. de scriptis his utrinsqve contrariis Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anonymorum & Psevdonymorum, c. 2., p. 137. 138.*, & M. Dav. Sculteti (scripto Werembergiano, contra Breleri Vindicias, patrocinantis) *Innocentiam Theologorum Hamburgensium, Sect. 6., p. 101-108.* Contra Werembergii Vindicias D. Christoph. Besoldus, Acad. Tubing. Antecessor (*Pædotribam* eum vocans *Hamburgensem*), *Axiomatum* suorum *Philosophico-Theologicorum* qvædam, in istis ἑτεροδοξίας accusata, vindicavit, in *Partis* eorundem *primæ editionis secundæ* (Argentinæ A. 1628. *in 12.* excusæ) præfatione, & *p. 34. 37. 58. 59. 92. 93. 98. 147. 204. 219.* Nostri *Vindicias* Henr. Varenius (*P. II.* der Rettung *Joh. Arndii p. 172. 173.*) & Joh. Diecmannus (*in præfat. librorum Arndii de vero Christianismo*), ob modestiam, commendarunt, Christ. Hoburgius vero, Autorem den blinden Hamburgischen Weremberg scoptice appellans (*in Apologia Prætoriana p. 444. 445.*), ob phrasin, qva *p. 196.* Christi imitatio *artificium Pontificiorum, qvo imperitam multitudinem inescare noverunt*, vocatur, duriorem, obelo notavit.

Programma Categoriarum Aristotelis prælectioni præmissum, & Hamburgi A. 1613. *in f. pat.* excusum, aliaqve forte hujus generis complura.

II. GERMANICA.

Coronæ anni Evangelicæ, oder der Evangelischen Jahrskrone, darinn sechs unterscheidene Predigten über iegliches Evangelium zu finden sind, Erster Theil, über die Evangelia der IV. Advents-Sontage Lüneburgi 1620. in 4.

Derselben Ander Theil, oder XVIII. Weinachtpredigten von der Gnadenreichen Geburt Christi, über die drey Evangelia deßelben Festes. Luneb. 1620. in 4. Reliqvæ partes non prodierunt.

Abendmahlspredigten, qvas solus Lipenius (*P. I. Biblioth. Theol. p. 373.*) memorat, & Lipsiæ *in 4.* prodiisse perhibet, sed nostro, uti credo, perperam affingit.

M. JACOBUS WEREMBERGIUS III., Hamburgensis, Bernhardi (*de qvo supra dictum*) filius, Witebergæ A. 1642. laurea potitus Philosophica.

Decas Aphorismorum Ethicorum. Witeb. 1643. in 4.

(In *Catalogo Biblioth. Rosenkrantzianæ* Jac. etiam Werembergii duæ *de Venetiis*, & *de Terræ motu*, Disputationes memorantur, *in 4.* editæ, qvæ an huic, vel præcedenti, debeantur, dubius hæreo.)

M. PAULUS WEREMBERGIUS, Hamburgensis, anno circiter 1620. in lucem editus, Lipsiæqve supremis Philosophiæ ornatus honoribus, urbis in Misnia Eilenbergensis, ab A. 1650., fuit Diaconus, & A. C. 1656., ætatisqve 36., vivis excessit. Filium reliqvit Henr. Jonathanem Werembergium, Th. Lic. & Superintendentem initio, in Saxonia superiore, Jutrebocensem, deinde vero, circa A. 1701., Luneburgensem. V. M. Jerem. Simonis, Past. Limenensis, *Chronicon Eilenbergense German.*, Lipsiæ A. 1696. editum, *P. I., p. 125., & P. II., c. 3., p. 409., ac c. 6., p 4 2.*

Disp. de Enunciatione non una. Lipsiæ 1643. in 4.

Disp. de Intellectu agente & patiente, pro Loco in Ord. Philos. habita. Lips. 1644. in 4.

Disp. de Intellectu Theoretico & Practico. Lips. 1646. in 4.

M. JOHAN-

M. JOHANNES WERGERUS, Lubecensis, Henrici, mercatoris, e Margareta Wibekingia filius, annum 1633. natalem habuit, &, e schola patria A. 1652. in Academiam missus Witebergensem, A. 1655. Magistri illic titulum, locumqve inter XXIII. hujus Candidatos principem, obtinuit. A. 1657. in patriam qvidem, testimonio instructus Ordinis Theologici (e qvo hactenus narrata depromsimus) honorifico, typis excuso, discessit, sed seqventi 1658. Witebergam repetiit, & Ordinis ejus Adjunctis adscriptus est Philosophici. A. 1660. Servestæ Diaconus Principis Anhaltini evasit aulicus, &, uxore ducta Margareta Sibylla, Christoph. Notnagelii, Acad. Witebergensis Mathematici, filia (1.), munere isto, ad obitum usqve, est functus, ac d. 10. Sept. A. C. 1677., ætatis vero 44., defunctus, (2.). Plura de illo haud dubie suggeret N. Langenstätteri Sermo in memoriam ejus funebris Germanicus, mihi non visus, qvem Servestæ A. 1678. *in fol.* prodiisse *Catalogus* qvidam testatur.

Disp. de Formarum origine. Witebergæ 1654. in 4. | Sub aliorum propositæ præsidio.
Disp. de Ἀυκανθρωπίας figmento. Witeb. 1654. in 4. |

Disputt. duæ de Generatione æqvivoca, qvarum priorem Præside Joh. Sperlingio, alteram ipse Præses, defendit. Witeb. 1657. in 4.

Disputt. duæ Pnevmaticæ de disciplinæ illius objecto & affectionibus. Witeb. 1657. in 4.

Disp. de Magia naturali. Witeb. 1657. in 4.

Disp. de Magia dæmoniaca. Witeb. 1657. in 4.

Orthodoxia de Protoplastis ad imaginem Dei creatis, adversariorum non paucorum heterodoxiæ opposita, Præside D. Joh. Meisnero. Witeb. 1657. & 1680 in 4. Ibid. 1711. in 4.

Disp. de Peccato in Spiritum Sanctum, Præside D. Const. Ziegra. Witeb. 1657. in 4.

Disp. de Anima separata. Witeb. 1658. in 4.

Disp. de generatione Mineralium. Witeb. 1658. in 4.

Disp. Metaphysica de Concursu Causæ primæ cum secundis. Witeb. 1659. in 4.

Disp. de Spiritu, ut fic. Wit. in 4. - - - - |
Disp. de monstrosis naturæ operibus. Witeb. in 4. | (*Catall.*)
Disp. de Somniis. Witeb. in 4. - - - - - |

JOHANNES a WERLE, Lubecensis, d. 12. Dec. A. 1599. natus, Mich. Piccarti, cui a Joh. Kirchmanno, affini, commendatus erat, in Acad. Altorfina, ab A. 1617., fuit domesticus (3.). J. U. Doctoris titulo Basileæ A. 1629. reportato, Lubecam seqventi 1630. reversus, Agnetem, Henr. Coleri, Consulis, filiam, d. 30. Oct. duxit uxorem, sed d. 14. Nov. A. 1638. amisit (4.), ipseqve, sexennio post, Kal. Maji A. C. 1644., ac ætatis 45., vivis, uti *Epicedia* testantur, itidem est exemptus.

Litigiosæ possessionis Sylloge, ex *Ordinationis Cameralis P. II. Tit. 21.* desumpta, & ad Doctoralem gradum conseqvendum proposita. Basileæ 1629. in 4.

JOHANNES WERLHOFIUS, Lubecensis, Vir uti ingenii in juventute præcocis, ita doctrinæ, postqvam ad maturiorem pervenit ætatem, in Jure, tam naturali, qvam publico ac privato, Politica, Historia novantiqva, & literis elegantioribus, consummatissimæ, judiciiqve exactissimi, primam d. 12. Mart. A. 1660. lucem aspexit (5.). Patre gavisus est cognomine, cive urbis erudito ac primario, A. 1667. defuncto, matre autem Dorothea Elisabetha, Joh. Henr. Meibomii, Poliatri Lubecensis & Polyhistoris eximii, filia; qvibus Henr. Meibomius, Avunculus, Medicusqve postea Acad. Juliæ inclytus, pueri in literis præstantiam, vates haud vanus, in suo, qvo Aureliæ nascenti applausit, prædixit Genethliaco. Scholam patriam A. jam 1675. qvindecennis reliqvit, & in Academiam Juliam, Avunculiqve convictum, cum Ephoro studiorum, Andr. Herm. Helbergero, Doctore postea Medico, suoqve affini (6.), a matre ablegatus, qvinqvennio illic seqventi (7.), eos in Historia doctrinaqve civili Herm. Conringii ac Meibomii sui, in Jurisprudentia vero Antecessorum publicorum ductu, fecit progressus, qvi Præceptoribus ipsis, maxima licet qvævis de illius sibi ingenio pollicitis, fuerunt admirationi. Specimine horum illustri, Præside Conringio, in Diatriba exhibito, *de Commerciis* a se conscripta *maritimis*, A. 1680. in Germaniam superiorem abiit, salutatisqve, in transitu, Academiarum Marpurgensis, Giessenæ, Heidelbergensis ac Tubingensis, Doctoribus, & Dicasterii Spirensis Assessoribus, Argentinæ, eo, qvo a Gallis occupabatur, tempore, Ulr. Obrechti, Viri summi, per annum convictor fuit integrum. Inde, urbibus Helveticis, & Academia imprimis Basileensi, lustratis, in Galliam profectus, Genevæ Phil. Reinh. Vitriarium, JCtum, Lugduni autem Jac. Sponium, Medicum πολυμαθέστατον, habuit hospitem, Sponiiqve instructus commendatitiis, Parisiis etiam, Aureliæ (qvæ J. U. Licentiati illum A. 1682. ornavit titulo), & in aliis regni hujus urbibus, eruditissimis qvibusqve familiariter innotuit. Lutetia in Angliam discessurum tristis de morbo matris lethali sufflaminavit nuncius, &, facto per Belgium itinere, salutatisqve hujus Academiis ac Viris eruditis, patriam A. 1684. repetere coegit. Ex ista Helmstadium A. 1686. revocatus, & Herm. Conringio in professione subrogatus Politica, Orationem d. 22. Jul. recitavit auspicalem, summaqve, in docendo pariter atqve scribendo, accuratione & dexteritate, haud degenerem se tanti Doctoris esse discipulum ac successorem, satis superqve demonstravit. Adjecta est Politicæ professioni decennio post Juridica, qvam d. 19. Nov. A. 1696. *Oratione* solenni *de arctissimo Jurisprudentiæ & civilium studiorum nexu* est auspicatus, locumqve tandem inter Academiæ, Rectore etiam ipso A. 1702. gavisæ, Antecessores primarium, & aulici simul dignitatem Consiliarii, A. 1708. ab Antonio Ulrico, Duce Brunsvico-Gvelpherbytano, sibi collatam, meritis adeptus insignibus. Muneribus hisce, qva par erat, fide administratis atqve industria, d. 25. Apr. A. C. 1711., & ætatis 51., immortuus, filios reliqvit, e Pauli Heigelii, Professoris Acad. Juliæ Theologi, gnata, conjuge sua (8.), susceptos, paterna strenue sectantes vestigia. De natu maximo, feliciqve parentis æmulo Joh. Henr. Werlhofio, J. U. Cand., qvi scripta paterna publicaturum a se iri promittebat ἀνέκδοτα, morte immatura Helmstadii, M. Nov. A. C. 1717. ac ætatis 25. extincto, V. Christ. Grundmanni *Cineres & Ossa A. 1717. defunctorum, p. 111. 112.*, & Joh. Gottl. Krausii *Nova literaria anni 1718. Lipsiensia Germanica, n. 17. 18., p. 143.*

Vitæ ejus historiam partim D. Joh. Schmidii, Poliatri Helmstadiensis, *Epistolæ ad ipsum de Professione Politica gratulatoriæ*, Helmstadii A. 1686. *in 4.* editæ, partim vero Elogio, qvo Lipsienses (*in Actis Eruditorum, T. V Supplem. Sect. V., p. 235-238.*) defunctum sunt dignati, perqvam honorifico, deberi lubens profiteor. Exposuerunt illam etiam Autor Anonymus *Memoriæ* illius, Helmstadii A. 1711. *in 4.* editæ, &, qvi hanc allegat ac seqvitur Joh. Henr. a Seelen

(1.) V. Vitam Notnagelii, in Henn. Wittenii *Dec. VIII. Memor. Philos. renov. p. 457.* (2.) V. Georg. Frid. Neumanni *Orat. de favore Lubecensium in exteros p. 27.* (3.) V. Piccarti *Epist. de illo ad Kirchmannum, in Appendice Gudianarum, n. 160., p. 258. 259.* (4.) V. Henr. Bangerti *Or. parent. Colero habitam, lit. G. 3. a.* (5.) V. ejus *Ep. dedic. Dissertationis de Commerciis maritimis, ad Senatum Lubecensem.* (6.) V. Abr. Hinckelmanni *Programma de vita Helbergeri funebre*, Lubecæ A. 1685. editum. (7.) V. *Ep. dedic.*, modo allegatam. (8.) V. Epigraphen Epitaphii, Heigelio socero ab eo erecti, in Justi Christoph. Böhmeri *Inscriptt. Helmstadiensibus p. 109. 110.*

Parte III. Athen. Lubec., p. 164-177. Conf. Joh. Aug. Faschii *Florens Orientale in Occidente Helmstadium p. 40. & sq.* ubi fusius eum sermone ligato celebrat.

ELOGIA.

Herm. Conringius, *in Epistola, Dissertationi de Commerciis maritimis* A. 1680. præmissa, *diligentiam ejus ætatis mores excedere, ipsumqve judicii ac ingenii nativis dotibus, ultra vulgi sortem, esse instructissimum*, judicavit; Diatriben autem istam *Libellum* vocavit *immatura qvidem ætate confectum, sed qvalem soli multum adulti, & longo rerum usu exercitati, nec nisi raro, exhibuerint; cujusmodi certe, qvantum eqvidem noverit, hactenus inter Academica nunqvam comparuerit exercitia.* Qvibus verbis seqventia subjunxit: *Et vero isthac tua opera, fateor, meam qvoqve expectationem, qvantumvis de te semper fuerit insignis, longe superasti. Ut proinde in palæstram disputatoriam te producturus sim, velut ideam propemodum diligentis & ultra annos sapientis adolescentis. Utinam valetudo & vita diuturna præcocitati tuæ porro faveat!*

Lipsiensibus (*l. c. p. 235. 238.*) *Vir* audit *Juris omnis, naturalis, gentium, publici privatiqve, elegantiorum item literarum, Historiæ civilis pariter ac Ecclesiasticæ, Philosophiæ verioris, imo rerum divinarum etiam, longe peritissimus, & gloria eruditionis, qvam annis, maturior.*

Henr. Meibomio Juniori (*in Programm. de decem Historiæ Germanicæ periodis*, A. 1697. edito, *p. 18.*) *Vir Clarissimus, Juris omnis & Historiæ peritissimus.*

Joh. Franc. Buddeus, *in Historia J. Nat.* (*inter Selecta J. N. & G.*), *§. 49., p. 71. 72.*, Dissertationes ejus de variis J. N. & G. capitibus, sparsim editas, *exqvisitissima eruditione refertas esse*, judicat.

D. Joh. Schmidius, Poliater Helmstad., in *Epist.* modo citata, *stylum* ei *floridum & succiplenum, benignam in versibus pangendis venam, eloqventiam flexanimam, ingenium divinum & acre judicium*, tribuit.

Nicol. Hier. Gundlingio (*in Historia Philos. mor., P. I., c. 6., p. 56.*) *Vir* audit *sagacissimus*, & *JCtus in Acad. Julia politissimus.*

Herm. Diet. Meibomio (*in Orat. de genuinis Hist. Germ. fontibus p. 14.*) *Vir Clariss., nec Juris magis, publici privatiqve, qvam doctrinæ elegantioris & Historiæ omnis, interiori peritia excellens.*

Justo Chr. Böhmero (*Progr. I. Disputt. Grotianis præmisso p. 10.*) *Singulare Acad. Juliæ decus*; & (*in Memoriis Profess. Med. Helmst., Prolus. II., p. 48.*) *JCtus elegantissime doctus orbisqve eruditi decus.*

Burch. Gotth. Struvio (*in Biblioth. Jur. selecta, c. 14., p. 393. edit. tertiæ*) *Vir doctissimus.*

Novæ Bibliothecæ Halensis Germanicæ Autori (*Sect. 13., p. 272.*) *Genuinus Conringii discipulus.*

Joh. Andr. Schmidio (*Tomo II. Introductionis Sagittarianæ in Historiam Eccl. p. 1121.*) *Vir in studiis Historiæ Ecclesiasticæ singulariter versatus, in qvo Academia Julia magnam passa est jacturam.*

Andr. Langio (*in Introd. ad notitiam legum nauticarum, c. 8., p. 156.*) *Ingens qvondam Juris omnis, Historiæ Musarumqve decus.*

SCRIPTA EDITA.

Diss. de Maritimis commerciis, ab ipso conscripta, & Præside Herm. Conringio proposita. Helmstadii 1680. in 4. Insignia merito reportavit elogia Henr. Conringii (in *Epistola* præfixa, cujus verba modo recitavimus), Henr. Meibomii Jun. (*in Carmine Encomiastico*, ei adjecto), D. G. Morhofii (*pulcherrima* eum de his commerciis *lineamenta, in Diss. de iis erudita, duxisse judicantis*) *T. I. Polyhist., Lib. III., c. 13., p. 152.*, & Gust. Raschii (*egregiam* illam vocantis) *in Opusculo de novis Urbibus condendis p. 114.*

Carmen in excessum Herm. Conringii, cum aliorum in eundem Epicediis editum. Helmst. 1682. in fol.

Positiones Juridicæ Inaugurales miscellaneæ. Aureliæ 1682. in 4.

Programma, publicis Lectionum Politicarum auspiciis præmissum. Helmst. 1686. in 4.

Oratio auspicalis de Civilium studiorum sobria, & ad genium seculi accommodata, cultura, XI. Kal. Aug. A. 1686. recitata. Helmst. 1686. in 4.

Disp. de Electione & successione in Regnis. Helmst. 1687. in 4.

Disp. de genuinis fontibus solide decidendi Controversias illustres & publicas. Helmst. 1688. in 4. Duas alias ejusdem argumenti in hac est pollicitus.

Disp. de usu Juris Romani, aliorumqve privatorum, in Controversiis illustribus gentium liberarum decidendis. Helmst. 1692. in 4.

Disp. de Pactis liberarum gentium. Helmst. 1691. in 4.

Disp. de Alienatione & concessione jurium, qvæ vocari solent Regalia. Helmst. 1693. in 4.

Notitiæ S. Romani Imperii enucleatæ, & in succinctas theses memoriales digestæ, Specimina I. & II. Helmst. 1695. in 4. Commendantur ab Henr. Meibomio Jun. *in Progr. de decem Hist. Germ. periodis p. 18.*, Herm. Diet. Meibomio *in Or. de genuinis Hist. German. fontibus p. 14.*, B. G. Struvio (*observationes* illorum laudante *haud proletarias*) *in Biblioth. Jur. selecta, c. 14., p. 393. 485.*, & F. W. Bierlingio *in Lineamentis methodi stud., c. 9., p. 127.*

Epistola (*4. foliorum*) de ratione studiorum Jurisprudentiæ & Politices cultoribus ineunda, ad Herm. Diet. Meibomium, hujus *Disputationi de Principum in dispensando potestate*, Præs. de D. Georg. Engelbrechtio propositæ, & Helmst. A. 1695. editæ, subjuncta.

Disp. de potestate Legislatoris civilis circa ea, qvæ sunt Juris naturalis. Helmst. 169.., in 4. Allegatur *in Vindiciis* seqventibus *dogmatis Grotiani, §. 29.*

Vindiciæ Grotiani dogmatis (*Lib. 2. de J. B. & P. c. 4.*) de Præscriptione inter gentes liberas, contra illustris scriptoris Gallici, Pet. Puteani, Diss. Gallicam: *An Præscriptio inter summos Principes locum habeat?* operi *de Juribus Regis Christianissimi* insertam. Helmst. 1696. in 4. Recusæ ibidem A. 1720. in 4.

Oratio professionis Juridicæ auspicalis de arctissimo Jurisprudentiæ & Civilium studiorum nexu, d. 19. Nov. A. 1696. recitata. Helmst. 1696. in 4.

Programma præmissum Disputationibus Grotianis. Helmst. 1700. in 4.

Programma de vita D. Henr. Meibomii junioris, Prof. Medici Helmstadiensis, avunculi sui, sub Rectoris Acad. Juliæ nomine publicatum. Helmst. 1700. in 4. Grandiusculum & elegans.

Oratio de Libertate Academica, d. 20. Julii A. 1702., cum Prorectoris munus in Academia Julia susciperet, dicta. Helmst. 1702. in 4.

Programma de Ἀγγιλολαῗκαις veteris Ecclesiæ, qvo Canon 35. Synodi Laodicenæ illustratur, festo D. Mich. A. 1702. propositum. Helmst. 1702. in 4. Commendatur a J. A. Schmidio T. II. Introd. Sagittarianæ in H. E. p. 1120. 1121.

Programmata alia, eodem A. 1702., ab illo Prorectore publicata.

Juris,

Juris, maxime qvo Germani in foro utimur, enucleati, & in succinctas theses memoriales digesti, Specimen primum, de Jure Germanis patrio universe tali. Helmst. 1705. in 4. Ejusdem *Specimen II.* de Jure Germanis patrio, particulatim tali. Helmst. 1707. in 4.

Juris publici enucleati Caput I. de Juris publici prudentia, & II. de origine Imperii Germanici. Helmst. 1706. in 4. Laudata a B. G. Struvio *l. c. p. 486.*

Oratio de Vero solidæ Doctrinæ pretio, & inani ejus contemptu, d. 27. Sept. A. 1707., cum duos Juris Doctores crearet, habita. Helmst. 1707. in 4.

Epithalamium, Caroli III., Regis Hispaniarum, & Elisabethæ Christinæ, Principis Brunsvico-Lüneburgicæ, augusto connubio, in panegyri publica, dicatum. Helmst. 1708. in fol.

Diss. de Instrumento Assecurationis. Helmst. 1708. in 4.

Disputt. Juridicæ Inaugurales, Præside illo propositæ:

1. Joh. Schævii, Molnensis, ad Leg. finalem octavam Codicis de Novationibus ac delegationibus. Helmst. 1709. in 4. (*V. Nova Lit. Germ., M. Jun. A. 1709., p. 279. 280.*)
2. Joh. Christoph. Vogelii, Schönheidensis, Advoc. Cygnei, de jure & privilegio Collectarum in concursibus Creditorum. Helmst. 1709. in 4. (*V. N. L. Germ., M. Aug. A. 1709., p. 322. 323.*)
3. Christ. Silemanni Eisenharti, Helmstadiensis, de Condemnatione voluntaria. Helmst. 1709. in 4.
4. Joh. Frid. Krügeri, Lüneburgensis, de Judicio Admiralitatis Hamburgensis. Helmst. 1709. in 4.

INEDITA ET AFFECTA, a Lipsiensibus, in Elogio illius, *l. c.*, enumerata & commendata.

Historia Danica, ab origine gentis ad nostra usqve tempora, ab ipso 14. annos nato concinnata, nec publica luce prorsus indigna.

Commentatio de nobilioribus Seculi XVII. Pacificationibus, publica primum Oratione exhibita, & deinde notis, sed ultra Pragensem anni 1635. non productis, illustrata, qvæ edetur.

Schediasmata, varias Antiqvitatis & Juris Ecclesiastici partes illustrantia.

Comm. in Hug. Grotii Libros III. de Jure Belli & pacis, præmissa Grotii vita, loca Scriptorum eos illustrantia, Paraphrasin notasqve ad loca difficiliora, vel ab Interpretibus intacta, aut male intellecta, exemplaqve cultiorum gentium medii & recentis ævi, exhibiturus, qvem *omnia illius scripta superaturum fuisse* Lipsienses judicant.

Notitia Imperii Romani, Jus publicum, & Jus Germanicum, qvorum qvædam tantum prodiere specimina.

Commentatio ad Sanctionem Caroli V. Imp. Criminalem, ad naturalis æqvitatis rationes eam examinans, sed ultra Articulum XXVI. non progressa.

Responsa Juridica, tum publico Ordinis Acad. Juliæ Juridici, tum proprio nomine, in materiis etiam illustribus, *mira accuratione elaborata, qvorum qvædam, coram Judicio Imperiali aulico producta, non exiguam illi pepererunt gloriam.*

Responsa matrimonialia, numero concinnata haud exiguo, qvæ editioni destinabat.

Responsa aliorum Juridica meliora rariorisqve argumenti, qvæ seligere e variis Voluminibus, & junctim publicare, voluit.

Dissertationes, Orationes & Programmata varii argumenti, *qvæ tanta accuratione, qvantam alii magnis vix impendunt Voluminibus, conscripsit,* junctim edenda.

Carmina (*in qvibus pangendis incredibili pollebat felicitate*), a filio natu maximo collecta, &, cum prolixiori Vitæ Parentis descriptione, in lucem proferenda.

Addatur his Systema Politicæ universæ, qvod disputationibus se publicis esse exhibiturum A. 1689., in literis ad Ulr. Winckelium, Hamburgensem, J. U. L., est pollicitus.

Domini ab Asseln, Centurionis Bremensis, Excerptorum e Recessibus Fœderis Hansici Germanicorum, editionem, Specimine II. Juris enucleati, c. 2., p. 139.-145. a se jussit expectari, teste Andr. Langio in Introd. ad notit. legi naut., c. 8., p. 56. 57.

M. JOACHIMUS WERMERUS (qvem *Schwermerum*, i. e. Fanaticum, Greg. Stammichius, Pastor Hamburg. Catharinæus, in Epistola de ipso ad Joh. Cocum, Ecclesiasten Brunsvicensem (1.), & Andr. Celichius, Concionator aulicus Megapolitanus, in literis ad Conr. Schlüsselburgium A. 1589. exaratis (2.), allusione ad cognomen ejus ironica, appellarunt), Hamburgensis, sarcinatoris filius, a M. Joach. Westphalo, Antistite Catharinæo, cum in Academiis viveret, est sustentatus, & Scholæ deinde in patria publicæ per novennium fuit Subrector (3.). Hoc elapso, munere scholastico abdicato, Academiam denuo Rostochiensem adiit, Davidisqve Chytræi fuit auditor, qvi in patriam reversurum Eberh. Mollero, hujus Consuli, in Epistola ad eum, verbis commendavit seqventibus (4.): *Vere testor, qvod multorum annorum familiari cum eo consvetudine perspexi, M. Joach. Wermerum Virum doctum, pium, modestum, & insignibus in docendo donis ornatum esse; ac specimen industriæ, & facundiæ in docendo suæ, aliqvoties apud nos, pro concione & in schola, laudabile edidit. Vestræ etiam urbis Scholæ totum novennium antea fideliter eum serviisse intelligo. Qvare oro, ut memoriam ipsius cum benevolentia servare dignemini, & Collegis eum vestris commendetis.* Nec frustranea hæc fuit commendatio. Hamburgi enim Joach. Degenero in ædis primum Pastoratu Cathedralis, Lectorisqve Theologiæ secundarii officio, Kal. Maji A. 1581., ac deinde in templi Petrini Antistitis dignitate d. 27. Jun. A. 1585., subrogatus (5.), ob dotes a Chytræo laudatas magni a non paucis fiebat, &, hos inter, ab Elia Huttero, Evergetis eum suis, *in præfatione Bibliorum*, qvæ Hamburgi A. 1587. edidit, *Hebræorum*, annumerante præcipuis. Postqvam per octennium Ecclesiæ inservierat urbis patriæ, turris Nicolaitana d. 17. Jul. A. 1589. igne cœlesti conflagravit, reliqvæ autem civitati ab incendio isto, ventis licet sævientibus, nihil damni est illatum. Divinum hoc beneficium ut grata mente cives agnoscerent, edita est a Presbyterio Hamburgensi, & in concionibus singulis aliqvamdiu recitata, Precatio vernacula evcharistica (Eine schöne Danksagung, Beichte und Gebet, in diesen gefährlichen Zeiten hochnöhtig mit Andacht zu sprechen), in qva Deus etiam, ut Pontificiorum, Calvinianorum & Anabaptistarum, doctrinam ab urbe arceret, implorabatur. Istam Wermerus, qvi Calvinianis clam favebat, auditoribus qvidem prælegit, sed in vocis *Calvinistarum* locum *Sacramentariorum* nomen substituit. Reprehensus idcirco a Collegis, *Declarationem Apologeticam*,

(1.) Legitur illa in M. Dav. Schulteti *Innocentia Theologorum Hamburgensium*, *Sect. 7.*, *p. 125. 126. 127.* (2.) Prodiit hæc inter *Epistolas* Schlusselburgii *Theologicas posthumas, num. 101., p. 336.* (3.) teste M. Joachimo Dambkio, Ecclesiasta Hamburgensi, *in annotatione ad librum Bremensium, paulo post allegandum, MS.* (4.) V. *Epistolas* Dav. Chytræi *p. 1154. 1155.* (5.) V. *Catal. Ministrorum Ecclesiæ Hamburg. MS.* ἀδέσποτον.

logeticam, Germanice exaratam, ex ambone recitavit, in qva, momentum controversiæ Lutheranorum cum Calvinianis Eucharisticæ extenuante, veram corporis sangvinisqve Christi in S. Cœna præsentiam ab utrisqve agnosci, & de modo tantum præsentiæ litigari, affirmabatur. Hujus aliarumqve locutionum palinodiam canere, ac Calvini dogmata anathemate notare, jussus, facere id recusavit, istamqve ob causam d. 30. Aug. A. 1589. sacro (in qvo Joh. Schelhammerus ipsi successit) privatus est officio. Hamburgo Bremam abiit, & inde, cum palam in Reformatorum castra transiisset, Groningam A. 1590. vocatus, urbis hujus Belgicæ denuo egit Pastorem, donec vivis die 13. Maji, vel A. 1599., pro qvo Hier. Pasmannus (1.), vel 1614., pro qvo Joh. Alb. Fabricius (2.) militat, excederet. *Declaratio* ejus, cujus modo facta est mentio, trium paginarum *Apologetica* in Scripto prodiit Ministrorum Ecclesiæ Bremensis, seu potius D. Christoph. Pezelii, horum promachi, Germanico, causæ ejus patrocinante, & contra eandem, qvam ipse improbaverat, Hamburgensium precationem, Bremæ A. 1590. *in 4.*, sub hac edito epigraphe: Christliche Erinnerung der Prediger zu Bremen an die Prediger zu Hamburg, von wegen der vermeinten Form des Gebets, so sie in ihren Kirchen abzulesen gestellet, und in Druck gegeben, darinn sie, unter dem Nahmen der Calvinisten, rechtgläubige Evangelische Lehrer, und viele fromme Christen, den Papisten und Wiedertäufern gleich zu setzen, und wieder sie zu beten, sich unterstehen. Cui, in gratiam Hamburgensium, a Nicol. Selneccero, Theologo Lipsiensi, responsum est in der Kurtzen Entwerfung der Gegenantwort, so er auf Christoph. Pezelii Famös Libell thun könte, samt Ablehnung der Lügenhaften Relation Pezelii wieder die Prediger in Hamburg, Jenæ A. 1592. *in 4.* excusa.

Conferantur de Wermero, ejusqve cum Collegis Hamburgensibus certamine, præter duo ista scripta contraria, Epistolasqve Chytræi, Stammichii & Celichii, ac aliorum narrationes, jam allegatas, *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. IV., c. 10., §. 14., p. 583. 584.*, ac Dav. Schultetus, tum *l. c.*, tum in dem Hamburgischen von der Schulen zur Kirchen beforderten Prediger *p. 12. 13. 21-30.*

Theses de Statu Animarum post hanc vitam, Præside D. Dav. Chytræo propositæ. Rost. 1578. in 8. V. de his Ott. Frid. Schützii (*Wernerum* eum vocantis) *Lib. II. de Vita Dav. Chytræi p. 575.*

M. GÜNTHERUS WERNHER, Cancellarius, uti Luthero audit, vel potius Secretarius Reip. Dithmarsicæ provincialis, A. 1524. Henrico Zutphaniensi, nomine Gubernatorum provinciæ publico, ne Lutheri doctrinam Meldorpiensibus annunciaret, interdixit, mandatoqve haud obtemperantem ipsemet, 500. comitatus rusticis, Heidam captivum abduxit, &, post examen perbreve, ad rogi feralis supplicium, se præsente toleratum, condemnavit (3.). Superstes adhuc fuit A. 1537., qvo novæ aliqvot Constitutiones Magistratus Politicæ ab ipso sunt promulgatæ (4.), sed A. 1542., qvo Herm. Schröderus eodem Secretarii fungebatur officio, vivis jam excesserat (5.).

Sylloge Privilegiorum Dithmarsiæ, qvibus ante libertatem amissam gaudebat, vetustorum Saxonico-Latina, ab eo congesta, ἀνέκδοτος in Bibliotheca civitatis Hamburgensis publica asservatur, & a nobis jam olim, *Parte IV. Isagoges ad Hist. Cimbr., c. 12., §. 6., p. 635.*, est laudata.

M. JOHANNES CHRISTOPHORUS WERNERUS, Scholæ Hamburgensis Johanneæ, ab A. 1723., Præceptor (6.).

Diss. de Expeditione Gogi, ad Ezech. cap. 38. & 39. Hamburgi A. 1723.

Vocabula Græca, e Sectionibus Evangelicis excerpta, &, qva formale suum, qvantum hactenus licuit, explicata. Hamburgi A. 1724. (*Catal.*)

Promittuntur ab eo, testibus Novellis Holsaticis:

1. Vocabula Græca Sectionum Epistolicarum, qvoad formale suum explicata;
2. Henr. Wilh. Ludolfi Grammatica Slavo-Russica, suis Observationibus aucta;
3. Evangelii Johannis Capitum IV. priorum Versio Persica, Vocalibus & interpunctionibus illustrata, cum Vocabulario Persico.

JOHANNES WESSELIUS, Lubecensis, oppidi in vicinia Travemundani Diaconus d. 23. Nov. A. 1719. electus. V. de illo J. H. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 406. 407.*

Malachias enucleatus, in qvo Voces Lingvæ sanctæ, ad normam *Interpretis* Joh. Andr. Dantzii, cum studio resolvuntur, sensus verborum, juxta præcepta *Literatoris* ejusdem, perspicue eruitur, cohærentia vaticinii in tabula qvadam homiletica exhibetur: Cum præmissa brevi Introductione Historica, Epistolisqve ad Autorem D. Georg. Henr. Götzii & D. Franc. Alb. Æpini. Lubecæ 1719. in 4.

Disp. de Effectibus Fidei Magorum, e Matth. II. 1-12., Præside D. Georg. Henr. Götzio defensa. Lubecæ in 4.

Commentatio Historico-Theologica de Johanne Wesselo Groningensi, Præside eodem proposita. Lub. 1719. in 4.

Disqvisitio epistolica de Ἐπισκόπῳ δευτερογάμῳ, seu de Nuptiis secundis Episcopo licitis, occasione loci 1 Tim. III. 2. Lubecæ 1719. in 4. V. Seelenium *l. c.*

JOHANNES thor WESTEN, Hamburgensis, J. U. Lic., ædis Cathedralis Hamburgensis, ab A. 1675., Vicarius, ab A. 1686. autem (post D. Laur. Bilderbeckium) Vicariorum Decanus & Canonicorum Collegii Secretarius, simulqve, ab A. 1691. (post Henr. Siverum) Bibliothecæ ejusdem templi Cathedralis Præfectus, A. 1708. (qvo Phil. Jac. Meurerus, J. U. L., in Vicariorum Decanatu ipsi successit) mortuus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 619.*

Disp. de Assecuratione, Præside D. Jac. Brandmüllero. Basileæ 1671. in 4.

Disp. Inaug. de Charta blanca. Basileæ 1672. in 4.

CASPARUS WESTERMANN, Hamburgensis, d. 17. Maji A. 1622. in lucem editus, e schola patriæ in Gymnasium ejusdem transiit, & in Philosophia accuratiori Joach. Jungium Ducem elegit. Qvi tanti hunc fecit discipulum, ut moribundus A. 1657. Testamenti eum sui executorem, cum 4. aliis Viris eruditis, designarit Philosophici. Juri in Academiis, & itinere ad exteros, vacavit, literario, ac Licentiati titulum Aureliæ A. 1647. obtinuit. Hamburgum A. 1648. redux praxi initio forensi inclaruit, & in Senatum deinde A. 1560. allectus, nec multo post Prætor, ac tandem etiam Protoscholarcha, constitutus, legationes ad Reges Daniæ, Angliæ & Sveciæ, Electores Saxonem & Brandeburgicum, Principes Brunsvico-Cellensem ac Holsato-Gottorpiensem, Belgiiqve fœderati Ordines, ad A. usqve 1680., obiit plurimas. Marasmo senili paulatim confectus, d. 29. Jun. A. C. 1688., ætatisqve 66., expiravit, cum e conjuge priori, Gertrude, Petri Röveri, Senatoris, gnata, A. 1651. ducta, Petrum, J. U. D. & ædis Cathedralis Decanum, ac Annam Margaretam, Petro a Lengerke, J. U. Licentiato, suoqve in dignitate Senatoria successori, & tandem Consuli, elocatam, e posteriori autem, Margareta, Joach. Stampehlii, mercatoris, filia, illi, A. 1654. extinctæ, A. 1657. subrogata, tres

(1.) im Hamburgischen Denckmahle *p. 72. 73. 74.* (2.) *P. II. Memor. Hamburg. p. 863. 903.* (3.) V. Lutheri *Historiam martyrii Henr. Zutphaniensis, T. VI. Opp. Germ. Witeb., p. 392-380., T. III. Jen., f. 27-35., & T. II. Epist. p. 258-268.*, ac Ant. Heimreichii *Chron. Dithmarf., l. 2., c. 7., p. 140-158.* (4.) V. Heimr. *L. 2., c. 9., p. 179. 182.* (5.) V. Heimr. *L. 2., c. 9., p. 191.* (6.) V. das Jetzt lebende Hamburg des Jahres 1723. *p. 31.*

tres masculos, duasqve puellas, sed brevis omnes ævi, sustulisset. Fusius vitam ejus, *in Programmate funebri* (A. 1710. *Parte I. Memoriarum Hamburgensium* Joh. Alb. Fabricii, *p. 544-561.*, recuso), exposuit Georgius Eliezer Edzardus, Prof. Hamburgensis, cui *Vir ingenii* audit *capacissimi, memoriæ felicissimæ, judicii acrioris, prudentiæ raræ, doctrinæ excellentis, polymathiæ non vulgaris, sermonis promptissimi, facundiæ insignis*, φιλόπονος, ἄκμητος *&* χαλκέντερος, *optimeqve de republica & schola meritus.* Conferantur de illo Ad. Trafsigeri Jun. *Series Senatus Hamburgensis p. 54.*, Joh. Ristii Epithalamium in nuptias priores Germanicum, *in Parnasso Teutonico, p. 347-402.*, obvium, & Rud. Capelli *Epistola Syntagmatis Lectionum Bibliothecariarum*, ei A. 1682. inscripti, *dedicatoria.*

Disp. de Psevdaxiomate Aristotelico, *Lib. I. Phys. tit. 50. & 56.* (*In omni genere uno una prima est contrarietas*), Præside D. Joach. Jungio proposita. Hamb. 1642. in 4.

Analysis Logica triterminæ cujusdam psevdapodixeos Physicæ, Præside eodem. Hamb. 1643. in 4.

Disp. Inaug. Juridica. Aureliæ 1647. in 4.

De Joach. Jungii *Harmonica, Isagoge Phytoscopica* & *Phoranomica*, illius hortatu atqve auspiciis, a Joh. Vagetio & Henr. Sivero editis, *Logica* autem *Hamburgensi* & *Geometria empirica*, eorundem studio, ipso ergodiocta, denuo recensitis, Edzardi *Programma*, ac nostrum Jungii Autoris Elogium, consulantur.

(Diversus ab eo est Casp. Westermannus alius, JCtus *eximiæ*, teste Bernh. Schultzii *Exerc. XXVII. ad Pandectas, Th. XI.*, *eruditionis*, cui debentur: 1. Disp. de Altero tanto, præcipue usurario, Præside D. Henr. Hahnio proposita, & Helmstadii A. 1653. & 1676. *in 4.* excusa, *succiplena*, Schultzio judice, *& nervosa*; 2. Disp. Inaug. de Melioratione feudi, Præside D. Joh. Lotichio exhibita, Helmst. A. 1649. *in 4.* Diversus etiam Westermannus, sine prænominis mentione in aliqvot allegatus *Catalogis*, cujus *Disp. de Defensione necessaria*, Præside D. Dav. Pestelio defensa, Rintelii A. 1653. *in 4.* prodiit.)

M. DANIEL WESTERMANN, Hamburgensis, Gymnasii Bordesholmensis, ab A. circiter 1623., Rector & Pastor, cum, belli Cæsarei tempestatem evitaturus, in patriam A. 1627. se recepisset, illic d. 26. Jun. A. 1628. exul obiit, & A. demum 1635. Paulum Sperlingium juniorem, civem suum, successorem obtinuit. V. *Epicedia*, & *Partem IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr.*, *c. 5.*, *p. 379.*

Disp. de S. Scriptura, Præside M. Pet. Hinckelmanno, Prof. Theol., proposita. Rostochii 1620. in 4.

Operarum scholasticarum in illustri Gymnasio Holsatiæ Bordesholmensi Trimestria, sive Indices, singulis trimestribus, A. 1624. (qvo primus prodiit) & seqq., Slesvigæ *in 8.* publicati.

M. NICOLAUS WESTERMANN, Lubecensis, Ecclesiæ Germanicæ in Svecia Gothoburgensis Pastor, d. 30. Dec. A. 1670. defunctus. V. M. Joh. Vulteji, Holmiensis, ejusdem Ecclesiæ Pastoris, *Solatium Concionatorum ingenuorum, seu Sermonem de illo, ex Es. XLIX. 3. 4. 5.*, *Germanicum funebrem*, Gothoburgi A. 1670. *in 4.* editum, Joh. Schefferi (istum memorantis) *Sveciam Literatam p. 250. 308.*, & Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, *ad A. 1670.*

Disp. de natura & constitutione Logices, Præside M. Dionysio Stropio. Rostochii 1651. in 4.

Salutiferum munus Genethliacum, sive Sermo in Es. IX. 6. Germanicus. Gothoburgi 1666. in 4.

Concio Germanica, in ædis Germanorum Gothoburgensis inauguratione, ex Luc. XIX. 46., d. 11. Aug. A. 1672. habita. Gothoburgi in 4. Hanc, una cum præcedenti, Schefferus, *l. c.*, *p. 308.*, ei tribuit. Qvomodo autem illa A. 1672. ab ipso potuerit haberi, qvi A. jam 1670., Wittenio & Scheffero ipso testibus, obierat, me haud asseqvi fateor.

Concio funebris in exeqviis Annæ Harderiæ habita. Gothob. 1673. in 4. (*Catal. Biblioth. Resen.*)

PETRUS WESTERMANN, Hamburgensis, Caspari, J. U. Lic. & Senatoris (*de qvo supra dictum*), e Gertrude Röveria filius, J. U. Doctor Cadomi in Normannia A. 1676. creatus Gallica, Canonicorum templi Cathedralis Hamburgensis d. 18. Mart. A. 1672. adscriptus est Collegio, &, cum Syndicum ejusdem aliqvamdiu egisset ac Bibliothecæ Præfectum, in Decanatu tandem D. Joh. Dancwerthio d. 6. Oct. A. 1694. successit, ac A. 1716. fuit superstes. Uxorem duxit Elisabetham, Joach. Lemmermanni, Consulis, filiam, & Georgii a Lengerken, mercatoris, viduam. Conf. de illo Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 612.*, & Georg. Eliez. Edzardi *Programma de vita soceri ejus funebre.*

Disp. de jure Sigillorum, Præside D. Joh. Henr. Böttichero proposita. Helmst. 1675. in 4.

Disp. Inaug. de Jurejurando. Cadomi 1676. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 30.*)

HERMANNUS WESTHOVIUS, Lubecensis, Poliatri, sibi cognominis, e Magdalena Rohtbartia filius, d. 6. Nov. A. 1635. natus, post reditum ex Academiis Giessena & Lipsiensi, A. 1671., d. 29. Junii, Coenobii in patria Johannei Ecclesiastes, & A. 1691., d. 8. Oct., Templi Jacobæi Pastor, electus, febriqve tandem continua, d. 15. Dec. A. C. 1696., ætatisqve 61., extinctus. Plura de vita ejus suggeret Enochi Svantenii, Rectoris Lubecensis, Programma funebre, in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum*, Lubecæ A. 1709. editis, *num. 74.*, *p. 674-681.*, recusum, & J. H. a Seelen *Pars II. Athen. Lubec. p. 407. 408.*

Exerc. de Anima separata, Præside M. Casp. Ebelio, Log. & Metaph. Prof., proposita. Giessæ 1657. in 4.

Disp. de Papatu, ejusqve electione, vel desertione & fuga, Præside D. Davide Christiani. Giessæ 1657. in 4.

Disp. de Veritate Christiana, e V. T. probata, Præside D. Pet. Haberkornio. Giessæ in 4.

JOHANNES WESTHOVIUS, Med. D. & Practicus Hamburgensis, A. 1622. (qvo *Chrysologiæ* Angeli Salæ carmen præfixit) superstes; cujus filiam, Angelam, Vinc. Fabricius, Syndicus & Consul Gedanensis eruditissimus, A. 1641. duxit uxorem.

Oratio de laudibus Medicinæ, qvam editam ab eo esse Joach. Morsius, *in Albo suo MS. f. 833.*, testatur.

WILLICHIUS WESTHOVIUS a WESTHOVEN (1.), Eqves, Comesqve Palatinus & Poeta laureatus Cæsareus, venæ mediocris nec omnino contemnendæ, sed justo fecundior, eoqve minus accuratus, Bosoviæ, pago Episcopatus Lubecensis in Wagria parochiali, primam A. 1577. lucem aspexit. Patre natus est Petro Westhovio, parochiæ illius Pastore, A. 1609. defuncto (2.), matre autem Anna, ex urbe Slesvicensi oriunda (3.). Literis humanioribus, in schola Lubecensi, per decennium imbutus integrum, Academias Rostochiensem ac Francofurtanam studiorum sublimiorum elegit magistras, &, Lipsiensi deinde, Jenensi, Altorfina, Ingolstadiensi, Basileensi, aliisqve pluribus, in itinere salutatis Germanico, Italiam, Austriam, Bohemiam, Poloniam, Lituaniam, Curlandiam Borussiamqve, itidem peragravit. Bergam hinc Norwagorum, cujus Ecclesiæ Germanicæ pater ejus a Senatu nuper præfectus erat

Lube-

(1.) A Casp. Barlæo, prænomen in cognomen perperam mutante, *P. II. Poem.*, *L. 3. Eleg.*, *p. 183.*, J. Willichius appellatur. (2.) V. de illo ipsius *P. I. Poem.*, *Lib. 1. Eleg. p. 192.*, *& P. II. p. 66.* (3.) V. ipsius *Hendecasyllabas in matris obitum*, *P. I. Poem.*, *L. I. Phalecuorum*, *p. 175-178.*

Lubecensi, indeqve Hafniam Danorum, circa A. 1600., delatus, Thom. Finchium, artis Professorem Medicæ, aliqvamdiu in hac hodegum habuit (1.). E Dania in Germaniam reversus, Bartholom. Bilovii, Stendalia Marchici, Com. Pal. Cæsarei, Civisqve Romani, *Poetastrificis* (uti a Gothofr. Jungermanno (2.) salutatur) audacissimi, ac Versificatorum Germaniæ ineptorum, laurum ab isto adeptorum venalem, adversus Conr. Rittershusii, JCti Altorfini, *Spongiam*, & Frid. Taubmanni *Diss. de Lingua Latina, cum Epeisodio in veteramentarium Poetarum sutorem* Witebergæ A. 1602. editam, egit vindicem. Qva opera sibimet ipsi qvoqve patrocinari simul voluit, *impetrato in Italia Comitivæ palatinæ jure, passim locorum, per qvæ transibat, artem hanc Poetificam*, teste Rittershusio (3.), *factitare*, & *Vatibus (fatuis) novis, dignis, indignis, sive* Ματαιοποιοῖς, *Germaniam implere, dummodo ipse tantum inde colligeret viatici, qvantum suo rumini implendo, & famulo & cani pedissequis alendis, sufficeret*, imo, uti Helias Putschius (4.) refert, *nobilitatem* qvoqve Poetastris illis, *ac villas Utopienses, liberaliter distribuere*, itidem haud verito. Hoc consilio, Lipsiæ vivens, anno circiter 1603., in lucem protrusit Epigrammatum, in Taubmannum & Rittershusium (qvem *Polyphemum spongiatum* nomine vocavit suppresso) perqvam injuriosum, &, Jungermanno (5.) judice, *inficetorum atqve invenustorum*, syllogen, plurimis, teste Putschio (6.), scatentem *solœcismis, barbarismis, & peccatis in lingvam Latinam manifestissimis*. Sed non impune tulit juvenilem istam in lacessendis Germaniæ luminibus audaciam. Helias enim Putschius, Antwerpiensis, Rittershusii amicus, juvenis eruditissimus, morte triennio post immatura extinctus, eodem A. 1603., sub *Amandi Rosacii* larva, *Epistolam illi, in qva Poetastro Biloviano respondetur, ad C. Rittershusium* III. Id. Maji exaratam, & qvaternione constantem unico, reposuit. In hac, festiva & satyrica dictionis cultissimæ acrimonia, & Rittershusii is famam vindicavit, & deridendum omnibus propinavit Westhovium, qvem *Honorivendum, larvidonum, chori novensilis perenne dedecus, Comitem Poetificem* (7.), *hominem novum, in qvo multum est loqventiæ, sapientiæ parum, novis ac vanis titulis, & villa etiam Utopiensi, auctum, adolescentem nullius eruditionis, falsæ persvasionis, & vix primis bonarum artium elementis leviter tinctum, versificatorem magnum, hominum insulsissimum, puerum adhuc jejunum & plane ἄμουσον, nugivendulum, nebulonem, & terræ filium*, dicacitate justo inclementiori, passim appellat. *Ne unum qvidem carmen sani coloris eum unqvam scripsisse, qvæcunqve autem ab eo prodierunt, tam arguta, tam lepida, tam Poetica esse, ut nihil magis sapiant, qvam Textoris Epitheta & Decimatoris Synonyma, tantorum virorum vestigiis ubiqve apparentibus*, pronunciat. Satyram etiam in ista aliam contra eundem, & Poetastros alios, est minatus, sed in lucem haud protulit, tempus multo rectius alibi collocari posse ab ipso monitus Rittershusio. Qvi (8.) (Westhovium *agyrtam, Poetificem laurivendulum, & hominem ineptissimum*, voçans), una cum Gothofr. Jungermanno (cui idem *Subpoetaster a Bilovii manu laureatus* audit) (9.), Melch. Adamo (10.) & Vinc. Placcio (11.), Epistolam *Amandi Rosacii* ψευδώνυμον, suis ornatam laudibus, Putschio vindicat, deqve certaminis istius historia, cum iisdem, meretur consuli. Westhovius, ob audaciam juvenilem adeo duriter ab adversario se doctiore castigatus, Daniam mox repetiit, & A. eodem 1603., vel seqventi 1604., scholæ in Seelandia Herlovianæ factus est moderator (12.). Elapsis deinde annis aliqvot, munere scholastico abdicato, & uxore A. 1611. ducta Anna Sparria, virgine nobili, ipsemet etiam nobilitatis Jura, cum insignibus, Pegasos duos, totidemqve stellas, serto cinctas, exhibentibus, tum Christiani IV., Daniæ Regis, tum Matthiæ Imperatoris (qvem in Comitiis A. 1613. salutavit Ratisbonensibus, & *Emblematis* nomini ejus inscriptis sibi conciliavit), consecutus est beneficio. Ratisbona in aulam reversus Danicam, studiis Christiani, Ducis Brunsvicensis, ab A. 1615., aliqvamdiu, Christiani IV., Regis, jussu, præfuit, &, Canonicatu tandem ædis in urbe Scaniæ Londinensi cathedralis, ab eodem, A. 1619. donatus, Sparriæ, primæ conjugi, d. 16. Jul. A. 1623. (uti Epitaphii Londinensis docet inscriptio) mortuæ, A. 1626. Mettam Biornoniam, stirpe itidem ortam nobili, huic autem, A. 1633. extinctæ, qvadriennio post, Annam Poppingiam, Patriciam Lubecensem, subrogavit. Ipse Londini Scanorum A. C. 1643., ac ætatis 66., vivis excessit, cum paulo ante obitum hoc sibi scripsisset Epitaphium, sub finem *Libri Epigrammatum sexti* obvium:

Munde immunde vale! hinc ad mundum transeo mundum.	*Est mundandi alius non tibi, munde, modus.*
Mundus ego: immundi nam capit æthra nihil.	*Exul eram decies sex & sex insuper annos:*
Ipse suo lotum mundavit sangvine Christus:	*Nunc coelo reducem patria læta fovet.*

Hemistichion, qvo symboli loco usus est: *Perfer & obdura*, metrica ipse itidem, *in Libro Emblematum, num. 100.*, illustravit exegesi.

Vitæ ejus historiam partim Cognati ipsius narrationi compendiariæ, per M. Trogillum Arnkielium, Præpositum Apenradensem, transmissæ, partim vero Scriptis ipsius aliorumqve jam allegatis, debemus. Præter qvæ conferri etiam de illo possunt Alb. Bartholini *Lib. de scriptis Danorum p. 148. 149.*, nostraqve ad eum *Hypomnemata p. 460.*, Ol. Borrichii *Diss. ultima de Poetis p. 173.*, Casp. Barlæi Elegidion ad illum, *P. II. Poem.*, *Lib. 3. Eleg.*, *p. 183.*, Pet. Winstrupii duo ad illum Carmina Encomiastica, *Lib. III. Epigramm.*, *p. 721. 1000. 1001.*, Bertilii Canuti Aqvilonii longe plura, *in Parodiis Horatianis p. 22. 31. 78.*, ac *in Juvenilium reliqviis, p. 55-60. 84. 85. 93. 98. 103. 109. 113. 126. 152. 162. 194. 201. 206. 213.*, & Anagrammata nominis ipsius Nicol. Scribonii *Lib. I. Lusuum Anagrammaticorum Gottorpiensium p. 17.*, atqve Georg. Nicol. Erasmi *Lib. II. Anagrammatum ἐμμέτρων, num. 79.*, obvia.

ELOGIA.

Joach. Tanckius, Med. D. & Prof. Lips., in Epigrammate, *Introductionibus* illius *Dialecticæ & Rhetoricæ* A. 1606. adjecto, ita ei applausit:

Artem dicendi tradis brevis atqve docendi,
Sed, cithara atqve lyra bonus, æqvas carmine Flaccum:
Westhovi, feries alto sic vertice coelum.

Casp. Barlæus, *l. c.*, suum ad eum Elegidion his metris inchoat:

Willichi, medios inter qvi carmina Cimbros	*Insere te vatem populis, rigidoqve sub axe*
Scribis, & Arctoæ frigora sæva plagæ,	*Palladiæ pergas gentis honore frui.*

Joh. Svaningius Jun. (*in Prolegomenis Chronologiæ Danicæ, num. 2., p. 5.*), eum, *inter Poetas Daniæ in Canonicorum collegiis ingeniosissimos, familiam facile duxisse*, judicat.

Pet. Resenio (*in Inscriptt. Hafniensibus p. 17.*) *magnus* audit *Poeta.*

Barthol. Bilovius hoc nominis ejus anagramma concinnavit (*Lib. V. Anagr. f. 37. b.*):

Willichius Vesthovius. * *Hui vivis! Hui ut Sol luces!*

Nicol.

(1.) V. *P. I. Poem. p. 191. 192.* (2.) *in Epist. ad Melch. Goldastum A. 1603. exarata, & inter Epistolas Virorum doctorum ad Goldastum p. 117. obvia.* (3.) *in Historia vitæ Heliæ Putschii p. 15. 16.* (4.) *in Epistola ad Rittershusium*, mox laudanda, *p. 4. 5.* (5.) *l. c.* (6.) *l. c.* (7.) V. Jambos Jani Scholtzhofii a Scholtzhoff τῷ ψευδωνύμῳ, *Epistolæ* præfixos. (8.) *l. c.* (9.) *l. c.* (10.) *in Vitis Philosophorum Germanorum p. 460. 461.* (11.) *Tomo II Theatri Anonymorum & Pseudonymorum p. 544.* (12.) V. *Homiliam Rectoratus hujus auspicalem*, A. 1604. editam, & Er. Vindingii *Acad. Hafn. p. 278.*

Nicol. autem Scribonius, *l. c.*, seqvens exhibuit:

Willichius Westhof, Cimber, Comes Palatinus atqve Eqves.

*

Hic vivus Eqves factus est, simulqve Apollineum cor habet.

CENSURÆ.

Duriorem justo, præter Conr. Rittershusium, Hel. Putschium & Gothofr. Jungermannum (qvorum in Vita ipsius recitavimus judicia), tulit Frid. Taubmannus, *in Diss. de Lingva Latina, p. 67.*, Poetastrorum eum ineptorum gregi accensens.

Mitior est Ol. Borrichius, *in Diss. de Poetis ultima, p. 173.*, ita scribens: *Willichii Westhovii, Comitis Palatini, Canonici Lundensis, opera metrica plura extant, Poemata, Epigrammata, Emblemata, Homiliæ Poeticæ, Melydria, alia, in qvibus tamen non raro freqventior scandendi montis ardui impetus scandentis assiduitate refrixit. Subinde tamen sic satis recaluit.*

SCRIPTA LATINA EDITA.

Libellus Epigrammatum adversus Conr. Rittershusium & Frid. Taubmannum, pro Poetis laureatis, A. 1603. editus, de qvo, uti & Hel. Putschii *Epistola*, illi opposita, in Vita Autoris fuse jam est dictum.

Ὁμιλία Poetica, cum Gymnasii Herloviani regimen susciperet, scripta. Hafniæ A. 1604. in 4. (Alb. Bartholinus & Ol. Borrichius, *ll. cc.*, plures illi *Homilias Poeticas* tribuunt.)

Ἀνθοχειδίασμα Poeticum in laudem regiæ Danorum Academiæ Hafniensis. Hafn. 1604. in 4.

Εἰσαγωγὴ seu Introductio ad Dialecticam Phil. Melanchthonis, in tres partes tributa, qvarum prima Definitionem, secunda divisionem, tertia argumentationem continet. Lips. 1606. in 8.

Εἰσαγωγὴ seu Introductio ad Rhetoricam Phil. Melanchthonis, in tres partes tributa, qvarum prima vim Oratoris, secunda qvæstionem, tertia orationem continet. Lipsiæ 1606. in 8.

Epigrammata miscellanea, excusa cum M. Jac. Staji Zullichii, Silesii, Carminum elegantiorum libello. Francofurti ad Viadrum 1606. in 8. *V. Catal. nundin. vern. A. 1606. Francofurt. p. 55.*

Poematum Pars prima, Eidyllia Bucolica XII., Odarum Lib. I., Phaleucorum Lib. I., & Elegiarum Lib. I., continens. Lipsiæ 1606. in 8.

Poematum Pars secunda, Odarum librum secundum, Phalæciorum librum secundum, Elegiarum lib. secundum, & Epicorum lib. primum atqve secundum, continens. Rostochii 1621. in 8.

Urbes & oppida Seelandiæ, insulæ regni Danici præstantissimæ, Epigrammatis delineata. Hafniæ A. 1607. (*non autem 1591., uti in Catalogo Reseniano perperam traditur*) in 4. Recusa, juxta alios, ibidem A. 1616. in 4. Leguntur etiam in Sylloge Scriptorum de regnis Daniæ & Norwegiæ variorum, a Steph. Joh. Stephanio Lugd. Bat. A. 1629. *in 16.* publicata, *p. 500-510.*

Isocratis Oratio parænetica de legitimo Regis officio, carmine Latino heroico reddita, & Christiano V., Principi Danorum regio, consecrata. Hafn. 1610. in 4.

Μελύδρια de Bello per Christianum IV., Danorum Regem, adversus Carolum IX., Sveciæ Regem, juste suscepto, & prospere continuato. Hafn. 1611. in 4.

Emblematum liber, Divo Matthiæ, Romanorum Imperatori Augustissimo, sacratus. Ratisbonæ 1613. in 4.

Illustres sententiarum flores, e Saxonis Grammatici libris XVI. Historiæ Danicæ lecti. Lips. 1617. in 8.

Arbuscula Parnassea, tres ramos explicans, & in his 1. Will. Westhovii Emblemata, 2. Militiam hominis Christiani, carmine heroico a Rich. B. accurate descriptam, 3. Sigism. Durfeldii Epigrammata & Elogium Germaniæ prosaicum. Rostochii 1619. in 12.

Epigramma ad Christianum V., Principem, Daniæ ac Norwagiæ Regem designatum. Hafn. 1629. in 4.

Poemation in festum connubiale Christiani V., Principis, Dan. & Norw. Regis designati, ac Magdalenæ Sibyllæ, Electoris Saxonici filiæ. Hafn. 1634. in 4.

Epigrammatum libri III. priores. Hafn. 1637. in 8.

Epigrammatum libri III. posteriores (qvartus, qvintus & sextus). Hafn. 1646. in 8.

Emblemata, Christiano IV., Regi Daniæ, dicata. Hafn. 1640. in 8. Diversa ab *Emblematis*, A. 1613. editis.

INEDITA ET AFFECTA.

Expositio Historicæ veritatis, in Scythicam Jani Minoris contra Petrum Parvum Retorsionem, sub fictitio *Jani Minimi* (uti Otto Sperlingius Jun., Consiliarius Danicus, Avtographi Autoris possessor, apud Placcium, *T. II. Theatri Anon. & Pseudon. p. 373.*, testatur) A. 1615. scripta nomine; cujus aliud qvoqve MStum in Bibliotheca Academiæ Hafniensis Reseniana asservari ex hujus *Catalogo p. 248.* didici. Reposita est, ad famam gentis Danicæ vindicandam, Joh. Messenii, JCti Upsaliensis, & Dicasterii Holmiensis Svedici Assessoris, *Retorsioni imposturarum, qvibus inclytam Svecorum Gothorumqve nationem Petrus Parvus, Rosæfontanus, Eqves Danus (in Refutatione calumniarum Joh. Magni, Gothi, Archiepiscopi Upsaliensis, qvibus, in Historia Svecorum Gothorumqve, ac famosa Oratione, gentem incessit Danicam*, Hafniæ A. 1560. *in 4.* excusa) *insectatur*, sub *Jani Minoris Svemensis* larva, Latine Holmiæ A. 1611., & Svedice (ex versione Henr. Chemii, Wiburgo Carelii) ibidem seqventi 1612., *in 8.* publicatæ, de qva Joh. Schefferi *Svecia Literata p. 84. 87.*, nostraqve *in hanc Hypomnemata p. 306. 367. 380.*, possunt consuli. Westhovii scriptum Casp. Bartholinus senior (*Classe IV. Epigrammatum, lit. D. 7. b. D. 8. a.*) Decasticho hoc, in Joh. Magnum asperiore, commendavit:

Mentiri librum si est scribere, nemo vel ullum
Præ te librum scit scribere.
Mendaci es lingva magnus, rabieqve procaci,
Es magnus & calumniis,
Sed pietate minor: non magnus, sed neqve parvus
Es veritate, nullus es.
Danus re magnus, cognomine Parvus, at in te
Mendacia retorsit tua:
Qvem frustra allatrat genio Minor ille Svemensis,
Penna cadens Westhovii.

Historiæ Christiani III., Daniæ Regis, libri VI., carmine scripti Latino, qvos itidem MStos in Bibliotheca Academiæ Hafniensis Reseniana superesse *Catalogus illius, p. 327. 328.*, testatur.

Historia regni Danici, carmine Latino exposita, qvam, *in Epist. dedicatoria Partis I. Poematum*, A. 1606. est pollicitus.

M. PETRUS WESTHUSIUS, Hamburgensis, d. 12. Febr. A. 1613. in lucem editus, Rostochii A. 1635. Sam. Bohlii *Disputat. in cap. LIII. Esaiæ secundam* defendit, & Witebergæ A. 1646., d. 13. Oct., Magistri obtinuit titulum.

titulum. Rector scholæ in Stormaria Itzehoensis sub initium anni 1649., Hamburgensis autem patriæ, in locum M. Dan. Arnoldi, d. 9. Sept. A. 1651., est electus, ductaqve seqventi 1652. uxore Dorothea, M. Nicol. Hardkopfii, Past. Hamb. Nicolaitani, filia, A. C. 1660., ac ætatis 47., d. 14. Nov., defunctus. V. *Epicedia*, Joh. Ristii carmen ad eum de Magistri titulo gratulatorium, *in Parnasso Teutonico p. 350. 351.* obvium, Christoph. Schraderi (cui *fidus* audit *adolescentiæ doctor*) *Programmata Helmstadiensia publica, num. 56.*, Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamb. p. 1121. 1122.*, & *P. IV. Isagoges* nostræ *ad Hist. Cimbr., c. 10., §. 24., p. 611.*

Plutarchi Liber de Educatione puerorum, Græce, cum duplici Versione Latina (*altera horridiori, verbum de verbo, simulqve textus Græci idiotismos, exprimente, altera concinniore Hier. Wolfii*), editus, & Analysi Logica, Grammatica, Ethica, Politica atqve Historica, dupliciqve vocabulorum & particularum Græcarum Indice, illustratus. Hamburgi A. 1665. 1694. & 1702., ac Jenæ 1680. in 8. Præfixa est fœtui huic posthumo, præter Westhusii procemium, Sam. Lübegkii, Rectoris in Dithmarsia Meldorpiensis, a qvo editus est, præfatio, singulisqve capitibus, in paragraphos subdivisis, Annotationes Westhusii subjunctæ, tum propria, tum e Theod. Vietoris, L. Gr. Prof. Marpurgensis, in hunc librum depromptæ *Commentario.*

ARNOLDUS WESTPHALUS e gente qvidem apud Westphalos (qvibus ipsum hanc cognomen vindicat) nobilissima ac notissima, teste Henr. Rahnio (1.), fuit oriundus, verum patria non Westphalus (uti Justus Reifenbergius (2.) & Herm. Kirchnerus (3.) falso tradiderunt), sed Lubecensis, annumqve Christi 1399., uti computus annorum ætatis ostendit retrogradus, habuit natalem. Patre gavisus est Hermanno, Senatore Lubecensi, A. 1433. mortuo, matre Margareta, Henrici ab Alen filia (4.), fratre Johanne, Urbis Lubecensis, ad A. usqve fatalem 1474., Consule, Wilhelmiqve Westphali, qvarti a patruo Episcopi Lubecensis, parente (5.), ac sorore tandem Cœnobii ejusdem civitatis Johannei Abbatissa (6.). Cum ad studia animum applicuisset, ope ingenii capacissimi, & sedulitatis assiduæ, eam sibi literarum humaniorum, Philosophiæ & Juris, in Academiis, imprimis autem Lipsiensi, acqvisivit peritiam, ad qvam ævo illo infelici paucissimi perveniebant (7.). Lipsiæ non Magistri solum artium (8.), Decretorum Doctoris & Juris civilis Licentiati (9.), titulos, sed professionem etiam publicam, Ordinariiqve in Collegio Juridico dignitatem (10.), qvibus A. 1436., qvo Rectoratus his Academiæ semestris accessit (11.), jam fungebatur, obtinuit, ac per tria circiter lustra administravit. Rostochii etiam A. 1443. Juris eum fuisse Professorem, & Rectorem simul academicum, Georg. Frid. Neumannus, incertum qvo autore, perhibet (12.). Tantam autem sibi, muneribus fungens Academicis, paravit autoritatem, ut plurimæ maximiqve Principum totius Septentrionis controversiæ ipsi, vel per sententiam, tanqvam judici, vel per laudum, tanqvam arbitro, decidendæ, prospero eventu, teste Centuriatore Anonymo, sæpius jam laudato, sint commissæ. Fama ista doctrinæ ac probitatis ipsius permoti Canonici Lubecenses eum A. 1449. (13.) (in cujus locum 1459. a Conr. Hövelio (14.), ac 1460. a Frid. Cogelio (15.), male substituuntur), in Ecclesiæ patriæ Episcopatu (post Decanatum ejusdem jam ante, testibus Alb. Krummendikio, successore, & Chronographo Slavico (16.), administratum), Nicol. Sachovio, *Pontifici optimo, insequuturem*, uti Krantzius (17.) loqvi amat, sive successorem *nihilo minorem*, suis dederunt suffragiis. Electus, missis Romam duobus Canonicis, confirmationem a Nicolao V., Pontifice, Apostolicam, factis plus qvam mille aureorum impensis, obtinuit, & a duobus Episcopis, Nicolai Sverinensi, & Johanne Ratzeburgensi, Gerhardiqve, Archiepiscopi Bremensis, qvi suam excusabat absentiam, Vicario, Lubecæ, festo Pentecostes, est inauguratus (18.). Episcopatui, magna cum pietatis, prudentiæ, aliarumqve virtutum, laude, per annos, uti Chronographus Slavicus Krantziusqve (19.) testantur, XVI. præfuit, a Casp. Dancwerthio (20.) in XII. male immutatos, & interea temporis Ecclesiæ suæ ditionem villis & prædiis, ærarium reditibus annuis & vasis argenteis qvamplurimis, Bibliothecam autem libris insignibus, auxit, ædis Lubecensium cathedralis sacrarium tecto, sumptibus propriis, instruxit plumbeo, & in arce Utinensi, qvæ necessaria videbantur, exædificavit (21.). Ob prudentiam Christiano I., Regi Daniæ, & Adolpho, Duci Slesvicensi, Comitiqve Holsatico, consiliis ejus in negotiis magni momenti freqventer usis, longe fuit charissimus, & ab Adolpho diversis adhibitus est legationibus, patrisqve nomine, ut sui in eum affectus exprimeret magnitudinem, compellatus (22.). Ejusdem prudentiæ, & dexteritatis in negotiis publicis expediendis eximiæ, fama, intra patriæ se muros coerceri haud passa, aliis etiam exteris, ut operam ejus, in controversiis illustribus componendis, sæpe efflagitarent, calcar addidit. Has inter odiosa, qvam *Chronici Slavici prioris* Autor (23.) Krantziusqve (24.) memorant, Senatus & Cleri Lüneburgensis causa, a Rege Daniæ & ipso, arbitris partis utriusqve consensu electis, laudo tali A. 1461. est terminata, de qvo neutra sibi admodum gratulabatur. A. 1460., tanqvam mediator & arbiter, conventui Ordinum Holsaticorum interfuit Oldesloensi (25.), in qvo Otto, Comes Schaumburgicus, ejusqve filii, omni suo in Comitatum Holsatiæ jure Christiano I., Daniæ Regi, accepto ab hoc syngrapho de 41500 aureis Rhenanis sibi persolvendis, sponte cesserunt, factaqve cessione ista feudum Comitatus hujus imperiale, Friderici III., Imperatoris, cujus Legatum agebat, nomine, Regi contulit (26.). A. 1464., rogatu Senatus Lubecensis, cum duobus hujus Legatis, totidemqve Canonicis, in Borussiam, bellum inter Eqvites Ordinis Teutonici, & civitates Prussicas, harumqve patronum, Poloniæ Regem, diuturnum amica transactione compositurus, trajecit, & partibus belligerantibus Thorunii aliqvot istius articulos, a se adumbratos, proposuit, tunc qvidem, ipso præsente, rejectos, sed A. seqv. 1465., cum Lubecam jam rediisset (errat enim Dancwerthius (27.), bis eum in Prussiam, ut pacem hanc promoveret, iter fecisse, perhibens), non ab Urbibus solum, sed Eqvitibus etiam, etsi haud exiguo cum detrimento suo, receptos atqve approbatos (28.). Vivis tandem, in urbe patria, A. C. 1466., ætatisqve 67., profesto Purificationis Mariæ virginis, sive Kalendis Februarii, sicut Autor *Chronici Slavici prioris* (29.) testatur, excessit, nec proinde

(1.) *in Programm. Rostochiensi, Disput. inaugurali Aug. Meieri A. 1657. præmisso.* (2.) *Orat. V. de Inauguratione Acad. Rinteliensis p. 105.* (3.) *Vol. II. Oratt. p. 82.* (4.) *V. Nova Lit. Lubec., M. Mart. A. 1705., p. 73.* (5.) V. Alb. Krantzii *Append. Metropoleos p. m. 852.* (6.) *V. Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 99.* (7.) V. Anonymi *Centuriam Scriptorum in Acadd. Lipsiensi, Witebergensi & Francofordiana, insignium*, a Joh. Joach. Madero Helmst. A. 1660. editam, *num. 20., p. 16. 17.*, & Alb. Krantzii *Metropolin, Lib. XI. c. 46., p. 801.* (8.) *V. Anonymum Centuriatorem, l. c.* (9.) V. Incerti *Chronicon Slavicum prius*, ab Erp. Lindebrogio, inter *Scriptores rerum Germ. & Septentrion.*, editum, *ad A. 1449., p. 218.*, Anonymum, Krantzium & H. Rahnium, *ll. cc.*, & Casp. Dancwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 9., p. 228.* (10.) V. Anon. *Centuriatorem l. c.* (11.) *V. Catalogus Rectorum Acad. Lips.*, *Chronicis Lipsiensibus Zach. Schneideri & Tob. Heidenreichii* insertos. (12.) *in Or. de favore Lubecensium in exteros p. 28.* (13.) *V. Chronicon Slavicum prius ad hunc annum, & in subjecto illi Episcoporum Lubecensium Catalogo*, Alb. Krummendikii *Chronicon Episcoporum Lubecensium* (*Tomo II. Rer. German. Henr. Meibomii Jun. editum*) *p. 402. 403.*, *Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 101.*, *& alios.* (14.) im Beglückten Lübeck *p. 150.* (15.) im Uthinischen Stadtgedächtnisse, *c. 8., p. 46.* (16.) *ll. cc.* (17.) *L. XI. Metrop. c. 46.* (18.) V. Krantzium *l. c.* (19.) *ll. cc.* (20.) *l. c.* (21.) V. Krummendikium, Krantzium & Dancwerthium, *ll. cc.* (22.) V. Krummendikium *l. c.* (23.) *ad A. 1462., p. 224.* (24.) *l. c.*, *& Lib. XII. Vandaliæ, c. 27.* (25.) *V. Chronicon Slavicum prius, ad A. 1460.*, Joh. Adolphi Cypræi *Annales Episcoporum Slesvicensium, Lib. III., c. 1., p. 381.*, & Casp. Dancwerthium *l. c.* (26.) V. Haraldi Huitfeldii *T. V. Chronici Daniæ vernaculi p. 891. 892.*, & Joh. Petræi *P. I. Chronici Holsatiæ p. 142.* (27.) *l. c.* (28.) *V. Chronicon prius Slavicum, ad A. 1464., p. 226.*, & Krantzium *Lib. XII. Vandaliæ c. 31.*, ac *Lib. XI. Metrop. c. 46.* (29.) *ad A. 1449.*, *& in Catalogo Præsulum Lubecensium.*

proinde vel A. C. 1465., qvem Conr. Hövelius (1.), vel 1472., qvem Frid. Cogelius (2.) perperam substituit, habuit fatalem.

Conferri de illo, præter Autores jam allegatos (e qvibus Alb. Krummendikius, Eqves Holsatus, ipsiusqve in Episcopatu Lubecensi successor, Centuriator Anonymus & Alb. Krantzius, plura, qvam cæteri, de vita ejus me docuere), possunt Herm. Bonni *Chronicon Lubecense*, *Lib. 2., p. 65.*, Joh. Petræi *Chronicon Holsaticum*, *ad A. 1449., p. 143.*, Melch. Neofanii *Elegia de Episcopis Lubecensibus p. 8.*, Jac. a Mellen *Notitia majorum suorum p. 131. 132.*, M. Joach. Mancelii *Memoria Westphalorum doctorum*, Gryphiswaldiæ A. 1705. edita, & *Nova Literaria Lubecensia*, *M. Mart. A. 1705., p. 73.*

ELOGIA.

Alb. Krummendikio, *l. c.*, *Vir audit bonæ & laudabilis vitæ & conversationis, qvi sancte vitam instituit, & prudenter Ecclesiæ præfuit & consuluit.*

Anonymi *Chronici Slavici prioris* scriptori (*ad A. 1449.*) *Vir dioecesi Lubecensi perutilis & devotus*, qvi sæpe in officio amarissime flevit, nec non (*in Catalogo Episcoporum Lubecensium*) *Vir miræ devotionis.*

Alb. Krantzio (*Lib. XI. Metropoleos c. 46.*) *Pontifex antecessore optimo, Nicolao, nihilo minor, qvi, ab ineunte ætate, in studiis generalibus publicisqve Gymnasiis diversatus, legendo docendoqve magnum & celebre nomen sibi consciverat; Pontifex* item *bonus, qvi moriens, in testamento, reliqvit argenti facti plurimum, ad ornamentum Episcopalis mensæ, libros insignes, &, qvod omnia exuperat, magnum sui desiderium.*

Anonymo Autori *Centuriæ Scriptorum in Academiis Lipsiensi, Witebergensi & Francofordiana, insignium, num. 20.*, *Vir ingenio industrius, Orator disertus, artium & Philosophiæ undecunqve doctissimus, tam carmine, qvam prosa, concinnus, disputatorqve in Dialecticis & Philosophia acerrimus, qvi inditum natura & studio ingenium Juridica peritia adeo exacuit, ut, brevi super coætaneos coalescens, Ordinariatum Juridicæ scholæ Lipsiensis assegveretur.*

Ab. Herm. Kirchnero *in Oratione de Ducibus, Comitibus ac Nobilibus, Magistris ac Doctoribus promotis* (*Vol. II Oratt., n. 3., p. 87. 88.*), hoc ornatur elogio: *Eam ætatem ornavit plurimum insigne Seculi lumen, decusqve Westphaliæ, Arnoldus de Westphal, Decretalium Doctor, & Civilis Juris Licentiatus, nobilissimæ omnibusqve notissimæ in his oris familiæ, qvem non modo in plurimis Academiis studuisse, verum etiam publice Leges civiles docuisse, accepimus, qvemqve eruditionis gloria ad Episcopalem Lubecensis Ecclesiæ dignitatem evexit.*

Henr. Rahnio (*in Programm., n. 1. citato*) *Seculi sui lumen, & Vir, qvem eruditionis gloria ad Episcopatum provexit.*

Casp. Danckwerthio (*l. c.*) Ein gelahrter und sehr begabter Herr, der ein gutes Lob, und groß Verlangen nach ihm, hinterlassen.

SCRIPTA LATINA.

I. EDITUM.

Oratio ejus, ante Missam dicenda, *in Cursu de Domina secundum Ecclesiam Hamburgensem*, Rostochii A. 1522. excuso, *p. 133. & seqq.*, legitur, & in Joh. Alb. Fabricii *Mantissa Memoriarum Hamburgensium*, A. 1715. *Jubilæo primo Gymnasii Hamburgensis* adjecta, *p. 132. 133. 134.*, est recusa.

II INEDITA.

Passio Christi explicata, cujus duo MSta, in Monasterio inventa Bordesholmensi, in Bibliotheca Academica Kiloniensi asservantur.

Lecturæ super Decretalibus. - - - - - - -	De his Anonymi *Centuria*, modo laudata, *num. 20.*, consulatur.
Consiliorum diversorum Volumen ingens.	
Orationes plurimæ.	
Alia qvædam illustria, temporis injuria & hominum incuria collapsa.	

(Scriptoribus Seculi XV. Homileticis, incertum qvare, noster a Val. Ern. Löschero, *in Appendice miscellanea Exercitationis de Pajonismo p. 228.*, est annumeratus.)

JOACHIMUS WESTPHALUS, solo nomine, non autem patria (uti Joh. Andr. Qvenstedius, Lud. Morerius & Ant. Teiserius, perperam ex isto collegerunt), Westphalus, Hamburgi A. 1510. vel 1511. in lucem est editus, & Nicolai, fabri lignarii, fuit filius. Studiis ab hoc, civium vicinorum svasu ac sumptu, consecratus literariis, curriculum scholasticum in Lyceis Hamburgensi & Lüneburgensi, Philosophico-Theologicum autem in Academia Witebergensi, absolvit. Impetrato in hac Magistri titulo, Hamburgum qvidem est revocatus, & munere Subrectoris scholæ Johanneæ publicæ, sibi commisso, in annum usqve functus alterum, sed non multo post a Magistratu, M. Joh. Schröderi, Senatoris eruditi, hospitisqve ejus, commendatione permoto, ampliore donatus stipendio, & Witebergam, ad studia Theologica accuratius excolenda, denuo ablegatus. Qvibus cum, per annos aliqvot, non illic solum, in Lutheri ipsius convictu, sed & in cæteris plerisqve Academiis Protestantium Germanicis, vacasset, & privata simul juvenum aliorum institutione inclaruisset, A. 1541., eodem tempore, Witeberga, & Rostochium, ad professionem publicam, & Hamburgum, ad Parochiæ Pastoratum Catharineæ, est invitatus, illiqve hunc, svasu D. Joh. Æpini, Superintendentis, a qvo feriarum paschalium anni ejusdem tertia inaugurabatur, prætulit. Sacro hoc munere per lustra sex functus est continua, &, ab anno 1562., vices simul D. Pauli ab Eitzen, Superintendentis, a Senatu, ad ἐπισκοπὴν Ecclesiarum Holsaticarum temporariam, in Adolphi Principis gratiam, dimissi, per integrum, qvod ordinis Ecclesiastici esset Senior, obiit decennium. A. 1571. tandem, spe reditus Eitzenii decollante, ipsemet illi, d. 29. Augusti, in gemina supremi sacrorum Hamburgensium Antistitis, Lectorisqve Theologiæ in æde Cathedrali primarii, dignitate, abdicato Pastoratu Catharinæo, est subrogatus, duobusqve annis cum dimidio nondum elapsis, ac liberis nullis ex Agnete conjuge sterili susceptis, calculi tortoris, d. 16. Jan. A. C. 1574., ætatisqve 64., extinctus sævitia. Doctrinæ sacræ, a Luthero haustæ, assertor fuit rigidus, sed, qvod ad stylum attinet & disputandi methodum, justo sæpe vehementior atqve importunior, non contra Reformatos solum (Joh. Calvinum, Henr. Bullingerum, Theod. Bezam, Bernh. Ochinum, Joh. a Lasco, Mart. Micronium, aliosqve), Crypto-Calvinianos Witebergenses, Andr. Osiandrum, aliosqve Doctores Ecclesiæ Lutheranæ (qvos Interimistas, Adiaphoristas, Synergistas & Majoristas vocabant) suspectos, sed Phil. Melanchthonem etiam Præceptorem, Joh. Æpinum & Paulum ab Eitzen, Antistites Hamburgenses, cæterosqve urbis patriæ Ecclesiastas, se mitiores ac moderatiores. Crebra ipsius cum his certamina, & plurima, qvæ in potioribus utrinqve prodierunt, scripta Polemica, uberiorem sui, qvam instituti nostri in Tomo hoc admittit ratio, exigunt historiam, qvam Tomus operis nostri ultimus, una cum accuratiori vitæ ipsius, monumentorumqve ingenii, & variorum de his judiciorum, recensu, suo loco exhibebit. Consulantur interim, qvi cæteris fusius de illo sunt commentati, Joh. Frederus Junior, Theologus Rostochiensis, *in Poemate Heroico funebri*, & Jod. Methodius, Hamburgensis, *in Orat. de vita & obitu*

(1.) *l. c.* (2.) *l. c.*

obitu ipsius (qvam Joh. Alb. Fabricii qvoqve *Pars Memoriarum Hamburgensium secunda, p. 931-973.*, sistit legendam) *parentali*, junctim, addita *Epicediorum* sylloge, Rostochii A. 1575. *in 4.* excusis, Pet. Bælius *Tomo III. Dictionarii Historici & Critici, p. 3016. 3017. 3018. edit. secundæ A. 1702.*, Ant. Teiserius *in Additt. Gallicis ad Elogia Thuanea*, *P. I., p. 421. 422. ed. sec.*, Joh. Franc. Buddeus *T. IV. Lexici Historici p. 678.*, Theod. Anckelmannus (Epitaphii exhibens epigraphen) *in Inscriptionibus Hamburgensibus, num. 81., p. 29.*, & *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. IV., c. 10., §. 10. 11. 12., p. 579-583.*

M. JOHANNES WESTPHALUS, Hamburgensis, Annæ initio Oldenburgicæ, Viduæ Ducalis Holsato-Sünderburgicæ, Ecclesiastes, in prædio Gammelgardensi, ad A. usqve 1669., illi emortualem, aulicus, deinde Parochus ruralis, ab A. 1670., in præfectura Holsatiæ Steinburgica, Krummenteichensis, & Diaconus tandem, circa A. 1691., ac Canonicus, in Ducatu Lüneburgico, Bardovicensis, A. 1704. etiamnum superstes. Confer de illo M. Joach. Mancelii Memoriam *Westphalorum doctorum*, Gryphiswaldiæ A. 1705. editam, & *Nova Lit. Germanica, M. Majo A. 1704., p. 192.*

Disp. de Temperantia, Præside M. Jac. Morsio proposita. Regiomonti 1656. in 4.

Todes- und Lebensgedancken über den Abschied Fr. Annæ, Hertzoginn zu Holstein-Sünderburg, aufgesetzt. Slesvigæ 1669. in 4.

Gläubiger Christen Freudenwechsel, oder der vor die Seinigen sorgende, und sie wol versorgende, Jesus, in einer Predigt auß Joh. VI. 1-15. anfangs vorgestellet, und nachmahls weitläuftiger außgeführet. Hamburgi 1669. in 8.

Selige Hofnung der wiedergebohrnen Kinder GOttes, oder Leichpredigt über M. Dav. Scharfen, Superint. zu Bardewick, auß 1. Joh. III. 2. 3. Lüneburgi 1692. in 4.

JOHANNES JACOBUS WESTPHALUS, Ecclesiastes Altenwördensis in Dithmarsia.

Erbaulicher Kirchen- und Hauß-Lehrer, welcher in zwey Theilen treulichst anweiset, wie Gottselige Christen und Zuhörer, so wol in der Kirchen, als in ihren Wohnhäusern, sich GOtt-gefällig zu verhalten haben. Hamburgi 1712. in 8. V. *Partem XXVI.* der gelehrten *Fama p. 97. 98.*

HERMANNUS WETKEN, Hamburgensis, J. U. Lic., Consul initio Brunsvicensis, deinde autem, circa A. 1689., tractus in Frisia Cimbrica Stapelholmensis Judex provincialis, D. Mart. Böckelii, Cancellarii Holsato-Gottorpiensis, gener.

Oratio, nullam Rempublicam sine justa severitate administrari recte posse ostendens. Helmstadii A. 1668. *(O. Sp.)*

Disp. de Usu & autoritate Juris Canonici in foro & terris Protestantium, Præside D. Georg. Wernero proposita. Helmst. 1669. in 4.

Disp. Inaug. de Venia ætatis. Franeqveræ 1671. in 4.

M. JOHANNES WETKEN, Hamburgensis, Notarius publicus, patriæ initio Secretarius A. 1508., deinde Senator die Gregorii A. 1528. (vel, juxta alios, A. 1527.), & tandem Consul seqventi 1529., festo D. Petri, est electus, sed, cum in delirium A. 1533. in morbo incidisset ancipiti, nec rationis usum postea omni ex parte recuperasset, dignitate se ista, eodem A. 1533., vel, qvem alii substituunt, 1535., abdicavit, & d. 26. Febr. A. 1538. vivis excessit. Uxorem habuit Johannis a Spreckelsen, Consulis, filiam. V. de illo Ad. Trafsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburgensis p. 25.*, Gerh. Schröderi *Fastos Hamburgenses*, & Wolfg. Henr. Adelungii *Catalogum Secretariorum Hamburgensium.*

Comm. Saxonicus in Jus Hamburgense Statutarium ἀνέκδοτος prolixior, in qvo brevioris, ab Herm. Langenbeckio, J. U. D. & Consule, conscripti, *notas plerumqve ita suas fecit, ut nec primam personam, in qva locutus est de se Langenbeckius, mutaverit, sed eadem sæpe verba, iisdem nominibus, numerisqve & personis, retinuerit.* V. Ott. Sperlingii Jun. *Comm.* hunc ἀδέσποτον ipsi vindicantis, Epistolam de illo ad Vinc. Placcium, possessorem, in Placcii *Idea JCti Hamburgensis perfecti, Musis* inserta *Juridicis, c. 3., p. 160.*, obviam.

(Diversus ab hoc est Joh. Wetken, Hamburgensis, Lutheri, Melanchthonis & Justi Jonæ, in Acad. Witebergensi, auditor, qvem, Witeberga in patriam, & inde ad exteros, abiturum, Joh. Stigelius, commilito, ac Professor deinde Jenensis, Elegia commendavit propemptica, Joh. Frederi Sen. *Poemati in laudem Hamburgi heroico*, Witeb. A. 1537. *in 8.* excuso, adjecta, & *Pyladem suum, juvenem amplexu Phoebi dignissimum, Pieridumqve comitem candidum & spem amplam*, appellavit.)

JOHANNES CASPARUS WETKEN, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. Inaug. de Testibus. Basileæ 1650. in 4.

REINHOLDUS WETKEN, Hermanni filius, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de jure προτιμήσεως, seu Retractus. Argentinæ 1659. in 4.

DAVID HENRICUS WETSTEIN, Lubecensis, oppidi in Femaria Burgensis, ab A. 1702. Archidiaconus, Pastor autem, cæterarumqve simul Insulæ istius Ecclesiarum, ab A. 1703., Inspector, ab utroqve officio, cum, liti cum Magistratu Burgensi diuturnæ implicitus, aulæ Gottorpiensis mandatis haud obtemperasset, & sponte jam in patriam discessisset, A. 1711. remotus. V. de illo & litibus cum Magistratu urbano Burgensi Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 409. 410.* Conf. *Nova Lit. Lubec., M. Majo A. 1704., p. 158. 159.*

Unterthänigste Vorstellung an Christ. Augustum, Administratorem des Hertzogthums Holstein, und Bischoffen zu Lübeck, einiger Documenten der mit seinen Zuhörern habenden Streitsache, den gantzen Actis præmittiret. A. 1710. in 4.

Andere Unterthänigste Vorstellung an Christianum Augustum, der Hertzogthümer Sleswig und Holstein Administratorem, &c. A. 1718. in fol.

Allerunterthänigste Vorstellung an Ihre Königliche Maiestät zu Dennemarck Norwegen, 2c. A. 1719. in fol.

PHILIPPUS WEYSER, Parochiæ ruralis Neükirchensis, in tractu Angliæ Cimbricæ Holsato-Glücksburgico, Pastor, A. 1703. ineunte mortuus.

Jesus aller Christen gewisser Hertzenstrost, oder Leichpredigt über Fr. Elisabeth von Kröchern, Frid. Augusti von Worgewitz, Fürstl. Holstein-Glücksburgischen Rahtes und Hofmeisters, Ehliebste, auß 1. Tim. I. 15. Plönæ 1683. in 4.

BARTHOLDUS WICHERS, Hamburgensis, Med. Doctor, & in patria Practicus.

Disp. Inaug. de multitudinis Remediorum abusu, Præside D. Georg. Ern. Stahlio. Halæ 1708. in 4.

Die nach der gesunden Vernunft und täglichen Erfahrung entdeckte Medicinische Wahrheit. Hamb. 1722. in 8.

M. ALBERTUS WICHGREVIUS, Hamburgensis, P. L. C., Henningi, Suburbii Georgiani Ecclesiastæ (1.), filius, Witebergæ A. 1597. Magistri reportavit titulum, & scholæ in Marchia Brandeburgica Prizwalcensis, circa A. 1602.

(1.) V. ipsius *Lessum in memoriam patris*, A. 1614. editum, & *Cent. I. Anagrammatum, p. 97.*

A. 1602., egit Rectorem, A. autem 1607. Parochiæ Allermodensis, in Billiana Albis insula, patriæ vicina, Pastorem, Conjugemqve habuit Elisabetham, Joh. Chemnitii, Senatoris ac Secretarii Prizwalcensis, filiam (1.). Staturæ corporis sui exiguæ, cum *Oratione pro Homullis* peculiari, tum hoc, patrocinatus est, disticho:

Etsi me brevibus contraxit syncopa membris,
Corpore in exiguo cor mihi grande latet.

Comicus fuit haud infelix, & a Casp. Conrado (2.) hoc reportavit elogium:

Cornelium pepuli: meritum dato, Phoebe, minerval!
Laurum mi Lycophron porgit Aferqve suam.

In *Indice* contra *Expurgatorio* Hispanico, per Ant. Sotomajorem, Inqvisitorem generalem, Madriti A. 1667. edito (3.), Autoribus accensetur damnatis ac prohibitis. Confer de illo Mich. Clenovii Jun. *Tyrociniorum Poeticorum myrmecias p. 83.* & Z. Celspirius (sive Georg. Serpilius) Libro II. de Anagrammatismo *p. 270. 271.*

Disp. ex Aristotelis *Lib. II. de generatione & Corruptione* ac *Lib. IV. Meteor.*, Præside M. Dan. Cramero proposita. Rostochii 1592. in 4.

Disp. de Nutritione corporis humani, Præside Ulr. Nagelio. Witeb. 1596. in 4.

Disp. de Sanctorum reliqviis & imaginibus, Præside Joh. Rodenburgio. Witeb. 1596. in 4.

Historia Passionis Christi, heroico carmine scripta, & Witebergæ recitata. Witeb. 1596. in 4. Frid. Taubmanni in eam Epigramma *in Melodæsiis, Lib. II. Epigr.*, *p. 424.*, legitur.

Poema de rebus gestis C. Julii Cæsaris, a Joh. Conovio, in Epigrammate, *Centuriæ I. Anagramm.* ejus præfixo, memoratum. Produit, testibus aliis, Rostochii A. 1598.

Oratio pro Homullis, seu Μικρανθρώποις. Rostochii A. 1599. in 8. Recusa Magdeburgi A. 1606. in 8. (*juxta Catal. Fuiren.*) & Francofurti A. 1627. in 4. (*juxta Catal. nund. & Lipenium.*)

Cornelius relegatus, seu Comoedia nova, festivissime depingens vitam Psevdo-studiosorum, nonnullosqve ritus Academicos, in Germania usitatos, continens; acta Rostochii, in foro Latino. Rostochii 1600. & 1601., ac Lipsiæ 1602., in 8. Germanice etiam, interprete Joh. Som nero, Magdeburgi A. 1605. *in 8.*, testibus Draudio & Lipenio, prodiit. Commendarunt eam Joh. Frederus Jun., Dav. Lobechius, Joh. Possellius Jun., Mart. Braschius, Joh. Simonius, Eilh. Lubinus ac Jac. Fabricius, Professores Rostochienses, in præfixis carminibus, & Casp. Conradus, in disticho paulo ante recitato.

Anagrammatismorum Centuria I. Rost. 1602. in 8. Centuria II. ibid. 1605. in 8. Ambæ, P. Bolduano (*in Biblioth. Philos. p. 584.*) & Lipenio testibus, junctim Hamburgi A. 1606. *in 8.* sunt recusæ. De iis Z. Celspirius i. e. G. Serpilius *c. l.* hoc tulit judicium: *Plurimis in contexendis Anagrammatibus palmam præriperet, nisi absurdis nonnunqvam interjectionibus, aliisqve particulis, ea conspurcaret.*

Lessi super funera & exeqvias Henningi Wichgrevii, patris, Matthiæ Chemnitii, affinis, & Henn. Wichgrevii, filii sui. Hamburgi 1614. in 4.

Poema Satyricum in Vetullam, Vetulas foedissimis depingens coloribus; cujus ipse, *Dec. X. Anagr.*, *n. 5.*, *p. 103.*, Joh. Conovius *l. c.*, & Christ. Acidalius, in Carmine, *Centuriæ* ejus *I. Anagramm.* subjuncto, mentionem injecerunt.

Encænia Allermodiana, edder Inwihungspredigt der Kerken to Allermöde im Billwarder, uth Ps. CXXXIX. Hamb. 1615. in 8. (*L. Saxon.*)

(Falso ei tribuuntur in Joh. Christoph. Becmanni *Catalogo Biblioth. Francofurtanæ p. 476.*, culpa non Autoris, sed typographi, a qvo nomen Wicelii, Wichgreviano subjungendum, est omissum, VII. scripta Georg. Wicelii, Theologi Misniæ Pontificii, contra Lutherum, & ejus asseclas, Polemica, Latina partim, partim Germanica, ab A. 1533. ad 1549., diu antequam noster, Lutheri addictus doctrinæ, nasceretur, edita; a Mart. Lipenio autem, Catalogum illum, more suo, incaute secuto, *P. II. Biblioth. Theol. realis p. 8.*, unum illorum, *Liber sc. de Moribus veterum Hæreticorum, & qvibuscum illi, hac ætate, affinitatem habeant*, A. 1537. *in 8.* excusus.)

M. GERHARDUS WICHMANNUS, Lubecensis, Collegii Academiæ Witebergensis Philosophici, circa A. 1664., Adjunctus, & ædis deinde Lubecensis Marianæ Ecclesiastes, d. 29. Jul. A. 1669. electus, Mariam, Alb. Balemanni, ejusdem Pastoris, filiam, seqventi 1670. elegit conjugem, & d. 23. Jul. A. 1683. vivis excessit. V. Jacobi a Mellen, successoris ejus, *Catalogum MS. Ecclesiastarum Lubecensium.*

Disp. de generatione Mineralium, Præside M. Joh. Wergero. Witebergæ 1658. in 4.

Disputt. II. de Ente rationis ratiocinante. Witeb. 166. in 4.

Disp. Gnostologica de Abstractione, Principio Cognoscibilis productivo. Wit. 1660. in 4.

Disp. de Ente rationis ratiocinatæ. Witeb. 1661. in 4.

Mathema Opticum de Radii Optici qvidditate, & visionis per eum formalitate. Witeb. 1661. in 4.

Disp. de Unitate. Witeb. 1661. in 4.

Disp. de Tyrannide & Tyranno. Witeb. 1661. in 4.

Disp. de Syllogismo in genere. Witeb. 1662 in 4.

Disp. Theol. de Sessione summi Pontificis, JEsu Christi θεανθρώπου, ad dexteram Dei patris, ex Hebr. VIII. 1. 2., Præside D. Abr. Calovio proposita. Witeb. 1662. in 4.

Disp. de unitate & identitate animæ, realiter, & secundum substantiam, in Homine unius ejusdemqve. Wit. 1663. in 4.

Disputationes Apologeticæ contra M. Joh. Christoph. Hundeshagium, Collegii Philos. Jenensis Adjunctum. Witeb. 1665. in 4. Agitata est inter eum ac Hundeshagium, disputationibus publicis, A. 1664. & 1665. controversia Physica: Sitne homo tribus inter se distinctis Animabus, an vero unica tantum, trium, aliis in subjectis separatarum, exercente functiones, præditus? Pro unitate pugnabat Wichmannus, pro pluralitate ternaria Hundeshagius, cujus *Tractatus de Pluralitate animarum in homine, realiter distinctarum*, qvarta vice auctior atqve emendatior, Jenæ A. 1675. *in 4.* prodiit. Confer de hac lite Jac. Thomasii *Præfationes p. 262. & seqq.*

Disputationes aliæ (*qvas Catalogi qvidam memorant*) Witebergenses, de Indivisibilitate Spiritus, de principio Individuationis, de Specie intelligibili impressa & expressa, de Privationis Physicæ figmento, de Vigiliis & de Terminis, diversis annis *in 4.* editæ.

Exegema Philologico-Theologicum de Asmodæo, spiritu maligno, ex Tob. III. 8. Lubecæ 1666. in 4. Hoc Lipenius, *P. I. Biblioth. Theol. p. 104.*, perperam *Georgio Wichmanno*, *P. II.* autem, *p. 868.*, recte *Gerh. Wichmanno*, tribuit, & hunc ab illo male, *in Indice*, distingvit.

(1.) V. *Cent. I. Anagramm. p. 21. 106. & seqq.* (2.) *Millenario II. Prosopographiæ Melicæ p. 204.* (3.) *p. 12.*

JOACHIMUS WICHMANNUS, Hamburgensis, Hermanni, mercatoris, filius, J. U. Licentiatus.

Disp. de Expensis, Præside D. Joh. Ott. Tabore. Argentinæ 1644. in 4.

Disp. Inaug. de Arbitris compromissariis. Basileæ 1646. in 4.

JOACHIMUS WICHMANNUS, Chalcoglyptes Hamburgensis.

IV. priora Geneseos capita, æri, Esdræ Edzardi, Th. Licentiati, sumptu, Hebraice incisa. Hamburgi in 4.

Casp. Waseri, Prof. Tigurini, Nummi Hebraici, aliique, diligenter, accurate & bona fide, ab ipso æri insculpti, & in charta deinde expressi, teste Rud. Capello *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani.*

Figurarum XI. ænearum Syntagma. Hamb. 1677. in fol. (*O. Sperl.*)

LAURENTIUS WICHMANNUS, Hamburgensis, A. 1645. patre Bartholdo, J. U. Licentiato, matreque Cæcilia, D. Laur. Langermanni, Canonicorum patriæ Decani, filia, natus, Licentiati Juris, cui Bremæ, Rostochii, Helmstadii & Tubingæ, nec non in Italia, Gallia & Belgio, vacaverat, titulum d. 25. Oct. A. 1671. Tubingæ absens obtinuit, & praxi deinde forensi in patria, in qua A. 1704. adhuc erat superstes, inclaruit. V. de vita ejus D. Joh. Andr. Frommanni, JCti Tubingensis, *Programma, actui promotionis A. 1671. præmissum.*

Disp. de Collatione Bonorum, Præside D. Georg. Wernero. Helmstadii 1667. in 4.

Conclusiones Inaugurales de Retorsione, Præside D. Burch. Bardilio propositæ. Tubingæ 1669. in 4.

PETRUS WICHMANNUS, Hamburgensis.

Grundlehren der wahren Christlichen Religion, oder kurtze Anweisung, wie die Jugend, in der Evangelischen Lutherischen Kirche, in den Grund-Artickeln des wahren seligmachenden Glaubens, aus GOttes Worte, unterrichtet, und zu einem heiligen Leben, als dem Beweise des Glaubens, angewiesen wird. Scriptum, quod, testibus Catalogis aliquot, A. 1723. Hamburgi vel est editum, vel prælo fuit paratum.

ZACHARIAS WIDING vel WITTE, Flensburgensis, Parochiæ ruralis Nübelanæ, in tractu Cimbriæ Sundevithano, A. jam 1560. Pastor, A. 1592. adhuc superstes, ad quem Epistolæ XV. Joh. Bernhardi, Pastoris Broackerani, & Præpositi Sundevithensis, in MSto Epistolarum hujus mihi lectæ sunt volumine.

Carmen Genethliacum, Christiano, Johannis Junioris, Ducis Holsato-Sünderburgici, primogenito, A. 1571. scriptum, quod Joh. Bernhardi in quadam laudavit Epistola.

Epithalamium in nuptias Joh. Blomii, Adolphi, Ducis Holsatiæ, Mareschalli, & Catharinæ Stuhriæ. A. 1573. in 4.

Iolas, Ecloga, Christiano IV., Friderici II., Regis Daniæ, filio recens nato, scripta. Hafniæ 1577. in 4. V. Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan. p. 150.*

Carmen Elegiacum in laudem urbis patriæ Flensburgensis, Slesvigæ A. 1592. editum, quod 208. constare distichis a M. Christoph. Kraheo sum edoctus. Conf. de illo *Partem III. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. 3., §. 2., p. 258.*

Sermo funebris Germanicus. in 4. (*Catal.*)

CONRADUS WIDOU, Hamburgensis, J. U. Licentiatus, Senator patriæ d. 4. Jun. A. 1718. electus; cui Joh. Alb. Fabricius A. 1719. *Volumen IX. Bibliothecæ Græcæ* Epistola inscripsit dedicatoria.

Satura rerum, quæ ad Jus spectant, singularium, Præside D. Joh. Nicol. Hertio proposita. Giessæ 1707. in 4. Recensum ejus exhibent *Nova Germaniæ literaria, M. Nov. A. 1708., p. 428. 429. 430.*

Disp. Inaug. Specimina Praxeos, optimas Juris Romani leges negligentis, exhibens. Argentinæ 1714. in 4. V. de illa *Partem XXXVII.* der Gelehrten *Famæ p. 76. 77. 78.*

M. HERMANNUS WIECHORST, Hamburgensis, Lipsiæ d. 30. Jan. A. 1690. suprema Philosophiæ potitus laurea. V. Joach. Felleri *Poema de Brabeis Philosophicis, lit. D. 3. a. b.*

Disp. de Iniqua Expulsione Ottonis IV., Imperatoris, e regno, ab illo Præside proposita. Lipsiæ 1690. in 4. Commendatur a Joh. Hübnero *Cent. II. Bibliothecæ Historicæ Hamburgensis vernaculæ, Art. 43., p. 181. 182.*

CHRISTOPHORUS WIEGERS, Hamburgensis, J. U. Lic.

Disp. de Usucapionibus & Præscriptionibus, Præside D. Henr. Rud. Redekero. Rostochii 1678. in 4.

Disp. Inaug. de Remediis spoliatorum, Præside eodem. Rost. 1679. in 4.

THOMAS WIEMEIER, Hamburgi A. 1705. commoratus.

Neueröfnetes Raritäten-Cabinet Ost- und Westindischer ausländischen raren Sachen und Gewohnheiten, aus den besten Reißbeschreibungen zusammengetragen. Hamburgi 1705. in 8. In præfatione ab Autore prommittuntur:

1. Cabinet Morgenländischer Raritäten.	3. Cabinet Ost- und Westindischer Curiositäten.
2. Cabinet Europäischer Raritäten.	4. Cabinet Europæischer Curiositäten.

ARNOLDUS WIERMANN, Med. D. & Practicus Hamburgensis, in patria A. 1716. superstes.

Disp. Inaug. de Suppressione mensium. Trajecti ad Rhenum 1693. in 4. (*V. Pet. Ambr. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 30.*)

ANDREAS WIESE, Hamburgensis, Doctor.

Ἐπιφώνημα Eucharisticum, Christiano IV., Regi Daniæ, scriptum. A. 1603. (*O. Sp.*)

Εἶδος Πινδαρικὸν εἰς τὰ συγγράμματα κάλλιστα τῦ λαμπροτάτου Θεολόγυ, Φιλίππυ τῦ Νικολάυ; Poemation 3. paginarum Græcum, *Tomo I. Opero Latinorum* D. Phil. Nicolai, Theologi Hamburgensis, per Georg. Dedekennum Hamburgi A. 1617. *in fol.* edito, præfixum.

Carmen Græcum in Christi natalem heroicum, cum Versione Latina; nec non Hymni aliquot Lutheri versibus Græcis redditi. Hamburgi in 12. (*Catal. Henning. p. 217.*)

BENJAMIN WIESE, Hamburgensis, J. U. D., A. 1689. defunctus.

Disp. Inaug. de Citatione. Basileæ 1651. in 4.

M. BERNHARDUS WIESE, Hamburgensis, A. 1585. natus, graduque Magisterii A. 1608. Rostochii potitus, Ecclesiæ in Ducatu Megapolitano Arensbergensis, ab eodem A. 1608., Hamburgensis autem Catharinææ, ab A. 1623. (M. Nov.), fuit minister, &, cum officio, quo eum Senatus fungi per annum prohibuerat integrum, esset restitutus, d. 29. Julii A. C. 1659., ac ætatis 74., decessit. V. *Epicedia, Catalogum MS. Ecclesiastarum Hamburgensium ἀδέσποτον*, & Joh. Alb. Fabricii (tumuli exhibentis epigraphen) *Auctarium Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium, n. 150., p. 47.*, ac *Partem II. Memor. Hamburg. p. 881.*

Schrift vom Ampte des H. Geistes. Rostochii A. 1615. (*O. Sp.*)

Triumphus Christi, oder Gastpredigt von JEsu Christi Himmelfahrt und Sitzen zur rechten Hand GOttes, aus Ps. LXVIII. 19. 20., am 12. Mart. A. 1621. in Hamburg gehalten. Rost. 1623. in 4.

Spiritua-

Spiritualis & felix Christiani ægroti cura; Eine geistliche und glückliche Cur eines Christlichen Krancken, genommen auß Sirachs XXXVIII. Capittel, und der Historie des krancken Königs Hiskiæ 2. Reg. XX.; darinn aller Kranckheiten eigentliche Uhrsachen werden entdecket, heilsame Mittel vorgeschrieben, und ein geistlich Trostbette zugerichtet, dadurch dem Gottseligen Krancken, am Leibe zur Gesundheit, und an der Seelen zu Troste und Seligkeit, gewiß und mächtig kan geholfen seyn: in drey Predigten verfasset. Mit Erörterung der Gewissens-Frage: Ob Christen, mit unverletztem Gewissen, die Jüdische oder Portugiesische Medicos gebrauchen können? Hamburgi 1624. in 8.

HENRICUS DIETERICUS WIESE, Hamburgensis, J. U. Licentiatus, Civium initio patriæ Secretarius, Senator deinde d. 31. Jul. A. 1716., & Consul d. 6. Aug. A. 1720., electus.

Theses Inaugurales, ex utroqve Jure selectæ. Aureliæ 1701. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p. 7.*

M. MATTHÆUS WIESE, Hamburgensis, A. 1654. superstes.

Disp. de Fidei Christianæ fundamento, ex 1 Joh. I. 1. 2., Præside D. Joh. Qvistorpio. Rostochii 1643. in 4.

Disp. de Prædicationis Evangelicæ momento, ex 1 Joh. I. 3. 4., Præside D. Joh. Cohtmanno. Rost. 1644. in 4.

(Dispiciant alii, an idem hic sit cum Matthæo Wisio, Pastore & Seniore in Ducatu Megapolitano Neobrandeburgensi, M. Matthæi Marci, Ecclesiastæ Güstroviensis, genero, & M. Matthiæ Erasmi Kohlreifii, Concionatoris aulici ac Superint. Strelizensis, cui filia ejus A. 1670. nupsit, socero, de qvo *Nova Literaria Lubecensia, M. Febr. A. 1706., p. 62.*, & Frid. Thomæ *Appendix Analectorum Güstroviensium p. 46.*, possunt consuli.)

PETRUS THEODORUS WIESE, Hamburgensis, J. U. L.

Disp. Inaug. de privatione dotis & successionis statutariæ ex capite adulterii, occasione art. 2. tit. 3. P. 3. Statut. Hamb. Præside Just. Henning. Böhmero. Halæ 1724. in 4.

JACOBUS WIGANDUS, Flensburgensis, Cantor ab A. 1600. Husensis (1.), Ecclesiastes initio Ennonis, Comitis Ostfrisici, in arce Auricensi, ab A. 1603. & circa A. 1615., aulicus, deinde vero Parochiæ ruralis Hagensis, in Sylva Ducatus Slesvicensis Danica, ad A. usqve fatalem 1644., Pastor.

Predigt von dem Außgange aller gläubigen Israeliten, auß dem betrübten Ægypten dieser Welt, in das Gelobte Land des Ewigen Lebens, bey der Leichbegängniß Fr. Annæ, gebohrner Hertzoginn zu Holstein, Graffinn von Ostfriesland, auß Hebr. X., zu Aurich, A. 1615. gehalten. Hamburgi in 4. (*M. C. K.*)

M. MARTINUS WILDE, Lubecensis, scholæ patriæ Subrector, M. Martio A. 1625. (2.), Ecclesiarum autem Insulæ Femariensis Ephorus, & oppidi in hac Burgensis Pastor, A. 1630., constitutus, M. Apr. A. 1639. (*uti a M. Matthia Lobetanzio, successore, accepi*), post novennii paralysin, vivis excessit. Confer de illo Henr. Bangerti *Catalogum Præceptorum scholæ Lubecensis, Orationi Rectoratus auspicali adjectum*, & *Programma de vita M. Sebast. Meieri, Rect. Lubec.*, A. 1664. editum; in qvo *Vir* appellatur *non illas modo artes, quæ ab humanitate habent nomen, probe doctus, & Hebraicæ imprimis linguæ perqvam gnarus, sed rerum etiam Theologicarum cognitione præclara instructus.* Duo in eum Anagrammata V. in B. Bilovii (cui Travemundensis in Indice audit) *L. 7. Anagr., f. 111. b. 114. a.*

Disp. de Baptismo, contra Photinianos, Præside D. Nicol. Hunnio proposita. Witeb. 1618. in 4.

Opus Biblicum πολύγλωττον, qvod eum, apparatu ingenti jam congesto, esse molitum, sed edere, ob mortem immaturam, non potuisse, a D. Christ. Kortholto, Femariensi, Theologo Kiloniensi, sum edoctus.

JOHANNES WILDENHEIN, Kiloniensis, d. 20. Mart. A. 1642. natus, post curriculum studiorum in scholis patria, Lubecensi & Dresdensi, Academiaqve Witebergensi, absolutum, templi in Slesvicensi suburbio Fridericobergensis Diaconatum A. 1674., & Pastoratum seqventi 1675., obtinuit. A Christiano V., Rege Daniæ, A. 1684., qvod homagium sibi præstare aliqvamdiu, Principis sui exulis, Christiani Alberti, amore, detrectasset, loco qvidem est motus, sed paulo post, cum mentem mutasset, sacro oppidi Apenradensis præfectus cœtui, A. vero 1689. a Principe Holsatico, ditionibus suis restituto, ad pristinum officium Fridericobergense revocatus, istiqve d. 14. Junii A. C. 1696., ac ætatis 54., immortuus. Plura de vita ac laudibus ejus Sermo funebris suggeret Germanicus, a Casp. Herm. Sandhagio, Superint. Holsato-Gottorpiensi, e Rom. VIII. 35-39., in illius habitus exeqviis, & Slesvigæ A. 1697. *in 4.* excusus. Ob fidem in officio sacro singularem D. Christ. Kortholtus etiam (im Weiblichen Tugendspiegel *p. 40.*) publice ipsum commendavit.

Lehr- und Trost-Schrift über den Abschied Fr. Mariæ Elisabethæ Niederstädtinn, an dero Eheliebsten Herren Burchard Niederstädt, J. U. D. und Fürstl. Holsteinischen Hof- und Kantzelley-Raht. Slesvigæ 1683. in fol.

MICHAEL WILDERUS, Lubecensis, J. U. Doctor.

Disp. Inaug. de Revisione particulari Juris communis, in causis ex privilegio Principum, & Statuum Imperii, inappellabilibus, *ex R. R. Imp. de A. 1600., §. 16., & 1654., §. 113.* Altorfii 1712. in 4. Recensum ejus exhibet *Pars XXV.* der Gelehrten *Famæ p. 29-33.*

ERICUS WILDESHUSEN, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, circa A. 1716. mortuus.

Disp. de Aere, Præside D. Sam. Reyhero (*illius Autore*, defensa. Kilonii 1669. in 4.

Theses Juridicæ Inaugurales. Aureliæ 1674. in 4. (*V. Lehmanni Hamburgum A. 1701. literatum p. 31.*)

M. JACOBUS FRIDERICUS WILDESHUSEN, Hamburgensis, Th. C., A. 1716. superstes, qvi a Barth. Feindio Juniore (*in Apologia vernacula p. 86.*) vocatur ein gelehrter und ehrlicher Hamburgischer Patriote, welcher sich umb die Geschichte seines Vaterlandes, und den Splendeur der vornehmsten Familien, sehr bemühet.

Bibliotheca Disputationum Theologico-Philologicarum in Vetus & Novum Testamentum, sive Notitia, elegantiores in loca V. & N. T. selectiora Disputationes Academicas, serie librorum capitumqve dispositas, repræsentans. Hamburgi A. 1702. in 4. Recusa ibidem longe auctior A. 1710. in 4. Cum enim prior editio (qvam Jesuitæ Trivultienses, *in Memoriis suis, M. Sept. A. 1702., p. 220.*, commendarunt) XV. tantum constet qvaternionibus, posterior hæc in XLIII. excrevit.

Vollkommene Beschreibung und außführliche Erklärung aller Ceremonien, so neulich, bey Krönung Jacobi II., Königs in Engelland, sind vorgegangen. Hamburgi 1685. in 4. Schediasma, sub ejus, tyronis tunc adhuc literarii, editum nomine, cujus verum Autorem esse Dan. Hartnaccium, privatum e schola patria nuper digressi Præceptorem, Otto Sperlingius Jun., JCtus, me docuit, & amici alii Hamburgenses confirmant.

Bibliotheca Disputationum Philosophico-Theologica realis, qvam in Pet. Ambr. Lehmanni *Observationibus Historicis anni 1703. Germanicis, n. 46., p. 368.*, & *Novis literariis anni 1704. Germanicis, p. 120.*, est pollicitus.

(1.) V. J. M. Krafftii Husumsche Kirchen-Historie *p. 378.*

(2.) Orationem Joh. Kirchmanni, Rectoris, qva eum inauguravit, exhibet J. H. a Seelen *Parte IV. Athen. Lubec., c. 14., p. 113-141.*

JOHANNES HENRICUS WILDHAGEN, Slesvicensis, Casp. Herm. Sandhagii in Theologia Exegetica discipulus, templi in urbe Hafniensi Christianhafniensis, ab A. 1694., Ecclesiastes, & oppidi deinde in Stormaria Crempensis, ab A. 1696., Pastor.

Expositio Exegetica Epistolæ S. Pauli ad Titum, in qva Idea veri Ecclesiæ Ministri repræsentatur, ab ipso conscripta, & Præside D. Joh. Fechtio proposita. Rostochii 1692. in 4.

M. ANDREAS WILHELMI, Lubecensis, mercatoris filius (1.), primus in urbe patria, cujus templo præerat Ægidiano, cum Joh. Walhofio & Mich. Fundio, A. 1528., doctrina Pontificiorum reprehensa, Lutheranam auditoribus proposuit, istamqve ob causam, cum duobus his Collegis, civitate, A. eodem 1528., est ejectus. Verum, cum, seqventi 1529., Demagogi LXIV., qvos plebs Senatui in republica administranda Collegas obtruserat, tributa, qvæ Senatus, ad levandam ærarii inopiam, postulabat, nisi illi suis restituerentur officiis, huic denegarent, ac restitutionem denuo, d. 24. Aug. & 11. Dec., vehementer, injecto seditionis metu, urgerent, Wilhelmius ac Walhofius A. 1530. in urbem sunt revocati, & d. 7. Jan., in curia, a IV. Consulibus ac Camerario, pristino docendi munere fungi iterum jussi, illeqve Petrinæ, hic autem Marianæ præfectus est Ecclesiæ. Restitutus, trimestri spatio, cum Monachis Parochisqve Pontificiis, acriter in ipsos, Senatumqve simul ac Demagogos, ex ambonibus, ob sacrorum mutationem, invectis, concionibus fuit decertandum contrariis, donec adversariis istis, cum disputationem de religione publicam, a civibus expetitam, detrectassent, plebis tumultuantis postulatu, a Senatu, invito licet, ac demagogis, concionandi initio potestate d. 2. Apr. A. 1530., nec multo post ipsa urbe, est interdictum, Petrusqve Brymershemius Jacobææ, Joh. Flaxbartus Cathedralis, & Wilh. Antonii Ægidianæ ædis, Pastores Lutherani, in ejectorum locum subrogati (2.). Relicta deinde noster æde Petrina Cathedralis, circa A. jam 1551. (3.), fuit Antistes, istoqve fungens munere A. 1553. Presbyterii Lubecensis Confessionem, sive Epistolam ad Matth. Flacium & Nic. Gallum, Georg. Majoris, Theologi Witeb., de Bonorum operum ad salutem necessitate doctrinæ d. 7. Apr. oppositam, & in Conr. Schlüsselburgii *Libro Catalogi Hæreticorum sexto* (4.) obviam, primo inter Collegas loco, subscriptione sua approbavit, tandemqve d. 18. Maji A. 1557. (5.) est extinctus. Perperam ergo duo hujus nominis Pastores Lubecenses, alter primus doctrinæ Lutheranæ præco, alter, Val. Curtio Superintendente, post A. 1550., sacro admotus muneri, in Conr. ab Höveln Catalogo Ministrorum Ecclesiæ Lubecensis rhapsodico (6.), lectoribus sunt obtrusi. Confer de Wilhelmio, præter jam allegatos, Pet. Lindebergii *Lib. IV. Chronici Rostochiensis, c. 1., p. 113.*, & Gotfr. Arnoldi *Tomum II. Hist. Eccl., Lib. 16., c. 7., p. 69.*

Theses pro doctrina Lutherana, contra Pontificios, Lubecæ, sub Reformationis Ecclesiasticæ initium, publice ab illo affixæ, de qvibus Nicol. Gryfius *l. c., lit. C. 2. a.*, consulatur.

JOHANNES CASPARUS WILHELMI, Urbis in Wagria Oldenburgensis, circa A. 1675., Ecclesiastes, qvi A. 1687. adhuc erat in vivis, sed A. 1693. jam obierat; a Joh. Dan. Majore (im Bevölckerten *Cimbrien, c. 63., p. 106.*) elogio eines sehr fleißigen und frommen Exemplarischen Mannes ornatus.

Hortus passionalis floridus; Blumenreicher Passionsgarten, darinn XLVIII. Glaubens- und Lebenslehren, auß der Passions-Historie, unter dem Bildniße der Gartengewächse, vorgestellet werden. Mit vorhergehender Betrachtung aller Gärten der H. Schrift, und einem Anhange, so wol einer Sinnbilderischen Vorstellung des Grabes Christi, als drey neuer Passionslieder. Plönæ A. 1687. in 12.

Jesu Christi Wanderschaft, in XXX. Sonnetten vorgestellt. Plönæ 1687. in 4. (*M. T. A.*)

Leichpredigt über J. N. Wildhaginn. Plönæ 1687. in fol.

Res Ecclesiasticæ, MStum Historicum, qvod a Joh. Dan. Majore *l. c.* laudatur.

M. NICOLAUS WILHELMI, Ripensis, scholæ patriæ, ab A. 1580. ad 1585. Rector, & Parochiæ deinde ruralis vicinæ Balloensis Pastor, A. 1588. superstes. V. Claud. Lyschandri *Catalogum Scriptorum Danicorum ineditum, lit. N.*, & Pet. Terpagrii *Inscriptiones Ripenses p. 148.*

Carmina varia ad Nicol. Kragium, & alios, a Cl. Lyschandro *l. c.* memorata.

ARNOLDUS WILCKENS, Hamburgensis J. U. Lic. & in patria Practicus.

Disp. inaug. de usufructu. Aureliæ 1715. in 4. *V. Hamb. Lit. A. 1719. p. 35.*

JOHANNES HERMANNUS WILKENS, Pastor in Comitatu Pinnebergico Wedelensis.

Weißagung im Munde des sterbenden Davids, oder Leichpredigt über Christian den Fünften, König in Dennemarck, auß 1. Reg. II. 1. 2. 3. 4. Altonæ 1700. in fol.

NICOLAUS WILKENS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, a Joh. Alb. Fabricio, in *Epistola Isagoges ad Historiam Gallicam*, A. 1708. ei inscriptæ, *dedicatoria*, & *præfatione Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium*, commendatus; urbis deinde natalis, ab A. 1721., Archivarius. Obiit 2. Oct. A. 1724.

Diss. Inaug. de fine & scopo Imperii Romano-Germanici. Basileæ 1702. in 4. Samueli Werenfelsio, Theologo Academiæ Basileensis eximio, Diatriba hæc, *omnigena eruditione*, illo judice, *referta*, ansam dedit Wilkenio Autori suam *de Jure in Conscientias, homine non usurpando*, inscribendi *Epistolam*, seorsim Basileæ A. 1702. *in 4.* editam, & in *Sylloge* ejus *Dissertt. Theologicarum*, ibidem A. 1709. *in 8.* publicata, *num. 2., p. 71-112.*, recusam.

SCRIPTA ἀνωνύμως EDITA.

Das Leben D. Alb. Krantzii, dem beygefüget sind deßen Defensorium Ecclesiæ und Heiligen Calender. Hamb. 1722. in 8.

Das Leben des berühmten Joh. Frid. Gronovii, nebst einigen seinen Briefen, die guten theils bißher ungedruckt, Hamburgi A. 1723. in 8.

Leben des Gelehrten Lucæ Holstenii. Hamburgi 1723. in 8.

Leben der berühmten Lindebrogiorum: Nebst einer Nachricht vom Leben Geverh. Elemenhorstii, Joach. Morsii, Hel. Putschii und Corn. Dalii. Hamburgi 1723. in 8.

Leben D. Ad. Tratsigeri, nebst verschiedenen dazu gehörigen Beylagen. Hamb. 1722. in 8.

Leben des Gelehrten Pet. Lambecii. Hamb. 1724. in 8.

BARTHOLDUS WILLERS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, simulqve Consiliarius, circa A. 1701., Slesvigo-Holsaticus. V. Pet. Ambr. Lehmanni *Hamburgum anni 1701. literatum. p. 31.*

Disp. Inaug. de Cautelis Judicis. Altorfii 1690. in 4.

JACOBUS

(1.) V. Nic. Gryfii *Historiam vitæ Joach. Sluteri, Past. Rostoch.*, *Saxonicam, lit. C. 2. a.* (2.) V. de initiis hisce Reformationis Lubecensis turbulentis *Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 144-152.*, Dav. Chytræi *P. II. Chron. Saxoniæ p. 152-157.*, Abr. Sculteti *Dec. II. Annalium Evang. renovati, p. 316-322.*, Nic. Gryfium *l. c.*, *ad A. 1528. 1529. 1530.*, & *Isagogen* nostram *ad Hist. Cimbr., P. IV., c. 5., §. 1., p. 456. 457.* (3.) teste Jac. a Mellen, *Acta Ord. Ecclesiastici* secuto, *in Catalogo MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, suisque *ad me literis.* (4.) *p. 628-636.* (5.) teste Jac. a Mellen *ll. cc.* (6.) im Beglückten Lübeck *p. 84. 85.*

JACOBUS WILLERS, Sünderburgo Alsensis, Med. Doctor & Practicus, ab A. 1715., Ripensis, Flensburgi d. 24. Jan. A. C. 1721., ac ætatis 29., mortuus.

Disp. Inaug. de Anorexia. Lugd. Bat. 1714. in 4.

JOACHIMUS WILLERUS, Hamburgensis, JCtus insignis, & praxeos imprimis forensis peritissimus, Witebergæ A. 1566. studiis incubuit, A. 1575. Electoris Palatini fuit Consiliarius (1.), & d. 23. Jun. A. 1580. Spiræ, a Camera Imperiali, ad Assessoris ejus officium, a Circulo S. Rom. Imperii Saxonico sibi collatum, licet Reformatam profiteretur religionem, nullis tunc adhuc in Germania donatam privilegiis, est admissus (2.). Assessoris munere postea ipsemet se abdicavit, &, inter Advocatos supremi hujus Tribunalis locum adeptus Germanici (3.), Spiræ A. 1592. adhuc superfuit. Nicol. Cisnerus (4.) *JCtum* eum vocavit *in hac ætate egregium, Hamburgensiumque civem, magna sibi necessitudine conjunctum.* Conferatur Henn. Conradini, Conrect. Hamburg., Sylva Phalæciorum ad illum, in *Poematis,* Rostochii A. 1607. editis, *p. 193.* (5.), obvia.

SCRIPTA EDITA.

Elegia scripta in Festo nativitatis Domini nostri JEsu Christi. Adjuncta est Elegia gratulatoria ad Joh. Hugium & Eberh. Mollerum, Senatores Hamburgenses. Witebergæ 1566. in 8.

Consilium super petita Restitutione in integrum, Spiræ A. 1591. scriptum, & *Volumine IV. Consiliorum Illustrium JCtorum*, Francofurti, in Typographia Steiniana, A. 1607. *in 4.* edito, *num. 15.*, publicatum.

Nucleus Responsionum cujusdam in Imperiali Camera qvondam Advocati, arduarum sui temporis causarum consultissimi, exhibens Praxeos Candidatis modum respondendi consulentibus de meritis Causarum, juxta fundamenta Juris, Constitutiones Imperii, præjudicia & judicata similia, &c. Accessit Modus instruendi processum Austregarum, sive formulæ actori, reo & judici, deservientes. Spiræ 1678. in 4. Scriptum Camerale posthumum ἀδέσποτον, cujus Willerum esse Autorem indicarunt, ac fusius simul de eodem disseruerunt, Joh. Deckherus (haud admodum præclare de illo judicans) *in Concordia supremorum S. Rom. Imperii tribunalium*, *c. 23.*, *p. 196.*, & *in Conjecturis de Scriptis adespotis p. 118.*, ac Vinc. Placcius *T. I. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum, c. 3., p. 228.*

INEDITA.

Missivale, a Deckhero, *in Conject. de Scr. adesp. p. 118.*, allegatum.

Consilium pro Revocatione Bonorum domanialium, Ordinum Pomeranicorum postulatu A. 1592. scriptum, & per hos Bogislao Duci, in Comitiis, exhibitum, qvod ab Autore *Gryphis in integrum restituti,* scripti publici Sveco-Pomeranici, A. 1693. Germanice editi, *lit. D. 2. b.*, allegatur.

Consilia alia Juridica MSta, in Catalogo Bibliothecæ cujusdam Lubecensis memorata.

CHRISTIANUS MARTINUS WILLICHIUS, Martini, Gymnasiarchæ initio & deinde Archidiaconi Coloniensis ad Svevum, tandem vero Pastoris Catharinæi Hamburgensis, ex Elisabetha, Christoph. Butelii, Th. D. & Antistitis Stettinensis, sorore, filius, A. 1613. in lucem editus, Hamburgensem semetipsum in Dissertationibus appellavit Academicis, ab Henn. Wittenio autem Colonia Marchicus fuisse perhibetur. E schola Hamburgensi dimissus, Medicinæ initio, ab A. 1631., Leidæ, Oxonii, Cantabrigiæ & Franeqveræ, deinde autem, mente mutata, Theologiæ, ab A. 1637., Regiomonti, Rostochii & Jenæ, dedit operam, Magistriqve titulum in Academia Regiomontana, d. 8. Apr. A. 1638., Licentiati vero Theologiæ gradum in Jenensi (cum Daniele Henrici, S. Lit. in Lipsiensi Interprete), A. 1641., obtinuit. A. 1644. Pastor ac Superintendens Burchtorfiensis a Friderico, Duce Brunsvico-Lüneburgico, constitutus, Annam Knakiam seqventi 1645. elegit conjugem, munereqve isto per lustra duo administrato, d. 2. Aug. A. C. 1655., ac ætatis 44., vivis excessit. V. de illo Joh. Nohrii, Diaconi Burchtorfiensis, *Sermonem ex Es. XII. funebrem* Germanicum, in ejus habitum exeqviis, & Hamburgi A. 1655. *in 4.* editum, D. Joh. Himmelii, Theologi Jenensis, *Programma Disputationi ejus A. 1641. præmissum Inaugurali,* & Henn. Wittenii *Tomum II. Diarii Biographici Sec. XVII. p. 73.*

Disp. de Plevritide, Præside D. Adolpho Vorstio, Lugd. Bat. 1633. in 4.

Disp. de S. Cœna. Regiomonti 1638. in 4.

Disp. Critica de Punctis & apicibus nominis τετραγραμμάτου יהוה, qvod non sint genuini & proprii, sed adscititii & peregrini, ostendens, ab ipso Præside proposita. Rostochii 1639. in 4.

Disp. de Lege Dei, Præside D. Joh. Qvistorpio. Rost. 1640. in 4.

Disp. Inaug. de Pacificatione, vel Syncretismo, inter Lutheranos & Calvinianos, in spiritualibus & rebus religionis, Præside D. Joh. Himmelio exhibita. Jenæ 1641. in 4.

Disp. de Ecclesia, ab ipso Præside proposita. Jenæ 1642. in 4.

Frommer Christen Trost im Leben und Sterben, oder Leichpredigt über Juncker Arend Friderich von Lüneburg, auß Ps. CXVI. 7. 8. 9. Hamburgi 1654. in 4.

CHRISTOPHORUS FRIDERICUS WILLICHIUS, Hamburgensis, præcedentis frater, d. 5. Oct. A. 1610. in lucem editus, artis Medicæ, cujus eum Doctorem Melch. Sebizius Senior Argentinæ A. 1636. creavit, Hamburgi Practicus, d. 11. Jan. A. C. 1646., ætatisqve 36., defunctus.

Disp. Metaph. de Ente, ejusqve natura & conceptibus, Præside M. Mart. Ludemanno, Log. & Metaph. Professore, exhibita. Hamburgi 1629. in 4.

Disp. Metaph. de Bonitate, Præside eodem. Hamb. 1630. in 4.

Disp. Metaph. de Necessitate & contingentia, Præside eodem. Hamb. 1630. in 4.

Qvæstionum Metaphysicarum Decas, Præside eodem. Hamb. 1630. in 4.

Disp. de Calculo Vesicæ, Præside D. Adolpho Vorstio. Lugd. Bat. 1632. in 4.

GOTHOFREDUS WILLICHIUS, Hamburgensis.

Oratio Hebræa de Sectis Judæorum, cum versione Latina, & D. Ægid. Gutbierii Programmate, ei præmisso. Hamburgi 1652. in 4.

Disp. de Indivisione, per qvam ens est unum, Præside M. Joh. Ad. Scherzero. Lips. 165.. in 4. (*Catal.*)

Disp. Theol. de Prædestinatione, Præside D. Joh. Meisnero. Witebergæ 1656. in 4.

(1.) teste Nicol. Cisnero *in Ep. dedic. Saxoniæ Alb. Krantzii*, ad *Senatum Hamburgensem*, A. 1575 scripta. (2.) V. Joh. Deckheri *Notas ad Ordinationem Cameræ, Vindiciis juris eique Cameralis præfixas*, *p. 140.* (3.) V. Joh. Deckheri *Conjecturas de Scriptis adespotis p. 118.* (4.) *l. c.* (5.) teste Joh. Alb. Fabricii *Parte II. Memor. Hamburg. p. 1120.*

MARTINUS WILLICHIUS, Hamburgensis, Med. D. & Friderici Wilhelmi, Electoris Brandeburgici, circa A. 1685., Archiater ac Consiliarius.

Disp. de Lue Venerea, Præside D. Gvernero Rolfincio proposita. Jenæ 1666. in 4.

JACOBUS WILMS, Hamburgensis, J. U. D. & in patria Practicus, A. 1701. superstes.

Disp. Inaug. de Curatoribus extraordinariis. Aureliæ 1686. in 4.

NICOLAUS WILSTERMANN, Crempa Stormarsus, Med. Doctor.

Disp. Inaug. de Diabete (von der Harnuhr), Præside D. Georgio Christophoro Petri proposita. Erfurti 1691. in 4.

LUCAS WINCKEL, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1713. mortuus.

Disp. Inaug. de positionibus miscellaneis Juridicis. Aureliæ 1677. in 4.

THEODORUS WINCKEL, Hamburgensis, Ulrici Senioris *(de quo statim dicetur)* filius, A. circiter 1620. in lucem editus, J. U. Lic. & in patria Practicus, Margaretam initio, Lucæ Beckmanni, Senatoris, filiam, A. 1649., & deinde, hac defuncta, A. 1653. Joh. Kellinghusii, mercatoris, gnatam, duxit uxores, ac e posteriore Ulr. Winckelium juniorem, J. U. Licentiatum *(quem infra laudabimus)*, sustulit.

Hic, nisi omnino fallor, Winckelius ille est, cui Vinc. Placcius *(T. I. Theatri Anonymorum & Pseudonymorum, c. 11., p. 431.)*, nulla prænominis ejus facta mentione, librum περὶ τῆς εὐθανασίας, testimonio Autoris ipsius, vindicat vernaculum *pagg. 240., ἀνωνύμως in 4.* sub hoc editum titulo: Geistliches Sterbebette, darauf ein Krancker sanfte ruhen, und selig sterben, kan.

ULRICUS WINCKEL Senior, Hamburgi, d. 30. Oct. A. 1575., patre cognomine, Templi Petrini curatore, matreqve Anna Luchtemacheria, natus, prima studiorum in scholis patria ac Bremensi posuit tyrocinia. Jurisprudentiæ Marpurgi, ab A. 1596., Coloniæ ab A. 1599., Altorfii (in convictu Conr. Rittershusii) ab A. 1602., &, cum illic aliqvamdiu privatim alios Antecessorum docuisset permissu, Argentinæ A. 1605., vacavit, gradumqve Licentiati Basileæ eodem anno 1605. obtinuit. Gallia deinde ac Belgio peragratis, in patriam A. 1606. reversus, uxorem d. 11. Apr. A. 1608. duxit Ursulam, Theodori ab Holten, Consulis, filiam, duos sibi mares, Theodorum, J. U. Lic. *(de quo modo est dictum)*, & Ulricum, sed paulo serius, & undecim conjugii annis jam elapsis, enixam, dieqve 15. Dec. A. 1646. defunctam. Hamburgi praxi primum forensi inclaruit, ac postea Francisci simul, Ducis Saxo-Lauenburgici, egit Consiliarium, Syndicumqve Ordinis eqvestris Holsatici, cujus nomine solenne ab illo A. 1616. Friderico, Duci Holsato-Gottorpiensi, in panegyri splendida, præstitum est homagium. Biennio post, A. sc. 1618., d. 21. Febr., urbs patria Hamburgensis Senatorio adscriptum ordini totum sibi vindicavit, ac prætura dextre functum in Consulatu tandem Sebastiano a Bergen, d. 22. Febr. A. 1624., subrogavit. Per qvinqve hoc lustra gavisus, non consiliis solum, operaqve fideli, domi civibus inserviit, sed legationes etiam obiit complures, e qvibus Belgica ad Belgii Hispanici Gubernatricem A. 1623., & tres Danicæ ad Christianum IV., Regem, A. 1622. 1635. & 1643., vectigalis novi Glückstadiensis deprecandi causa, susceptæ, mentionem imprimis merentur. Morte tandem subita, catarrho accelerata vehementi, A. C. 1649., ac ætatis 74., rebus humanis eodem die 15. Februarii est ereptus, qvo, anno præcedenti 1648., templi, qvod vivus freqventaverat, cujusqve patronus fuerat, Catharinæi turris, ruina ingenti, fati Consuli huic suo imminentis, judice M. Jac. Grossio, illius Antistite (1.), juxta alios autem (2.) mortis Christiani IV., Monarchæ Danici, prænuncia, urbis incolas perterrefecerat. Fusius Consul hic eximius (Symboli loco seqventi usus hemistichio: *Simplex duntaxat & unum*) celebratus est a nepote cognomine, Ulr. Winckelio Juniore, J. U. Licentiato, in Diatriba *de Vita & obitu ejus* peculiari, Joh. Alb. Fabricii *Memoriarum Hamburgensium Parti I.* (Hamburgi A. 1710. editæ), *p. 209-233.*, inserta, ac in Epicediis M. Jac. Grossii, M. Joh. Adolphi Fabricii & Henr. Vagetii, Latinis. E qvibus duo priora sub finem Diatribes modo laudatæ sunt recusa. Epitaphii, in æde illi Petrina Hamburgensi erecti, Epigraphen Joh. Alb. Fabricii *Auctarium Inscriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgensium, num. 131., p. 41.*, exhibet. Conferri etiam de illo possunt Joh. Ristii *Parnassus Teutonicus p. 302. 319.*, Ad. Trasigeri Jun. *Series Senatus Hamburg. p. 43.*, Nic. Scribonii *Liber IV. Lusuum Anagramm. Gottorp. p. 95. 96.*, & *Pars IV. Isagoges nostræ ad Hist. Cimbr., c. XI., §. 2., p. 623.*

ELOGIA.

D. Brandano Detrio, Theologo Gvelpherbytano *(in Jambis, nepotis ὁμωνύμου Disputationi de Divortiis A. 1682. adjectis)*,

> - - - - - *Lumen* audit *urbis maximum,*
> *Qvæ flavum ad Albim dives attollit caput;*
> *Ille, ille iniqvi Censor & moris mali,*
> *Carus Jehovæ, carus omnibus bonis,*
> *Patriæ parens & Consul optatus suæ.*

Joh. Ristio *(l. c. p. 302.)* Ein hochbegabter Mann, und kluger Bürgermeister.

Ant. Damannus, Belga, hoc eum distticho *(qvod in Albo Joach. Morsii MSto fol. 474. offendi)* commendavit, ad cognominis etymon alludente Germanicum:

> *Este procul mores enormes Consule norma!*
> *Qvicqvid ad hanc struitur qvam bene surget opus?*

SCRIPTA EDITA.

Oratio de Carolo Magno, primo Germanorum Imperatore, in Gymnasii Bremensis auditorio recitata. Bremæ 1594. in 4.

Qvæstiones aliqvot controversæ, ex materia Tutelarum & curationum desumptæ, ac Præside D. Joh. Göddeo propositæ. Marpurgi 1599. in 4.

Conclusiones de Verborum obligationibus, Præside D. Winoldo Kivero. Coloniæ 1602. in 4.

Disp. Jurid. de Fructibus, Præside D. Conr. Rittershusio. Altorfii 1602. in 4.

Decades VI. Conclusionum controversarum, ex Jure Civili, Canonico & Feudali, sparsim desumptæ, & pro Licentiæ gradu propositæ, Basileæ 1605. in 4.

INEDITA, qvæ a se asservari Ulr. Winckelius Jun., J. U. Lic., ejus nepos, mihi indicavit.

Oratio de aurei Institutionum Imperialium libelli dignitate & utilitate, Altorfii, M. Sept. A. 1602., privatæ ejus explicationi præmissa.

Decas

(1.) *in Epicedio.* (2.) V. Ad. Olearii *Compendium Chronici Holsatici, Lib. XI., c. 11., p. 289.*

Decas Repetitionum Justinianearum, Collegii Juridici consensu, Altorfii sub ejus propositarum præsidio.
Comm. in Libros IV. Institutionum Juris (*in fol.*)
Comm. in Pandectas, Voluminibus duobus comprehensus (*in fol.*)
Informatio in Jus universum Romanum.
Scholia & animadversiones in Jus statutarium Hamburgense (*in fol.*)
Diaria IV. legationum, ad Gubernatricem Belgii A. 1623., & ad Christianum IV., Daniæ Regem, A. 1622. 1635. ac 1643., susceptarum.
Fasciculus Epistolarum mutuarum illius, D. Brand. Detrii, Joach. Hagemeieri, Joh. Vorstii, aliorumqve hominum eruditorum.
Unvorgreifliches Project einer Registratur-Ordnung, samt D. Joachimi Petersen, Syndici zu Hamburg, Bedencken über dasselbe.
Revidirte Hamburgische Gerichts-Ordnung de A. 1645., mit Marginal-Summarien.

ULRICUS WINCKEL Junior, Hamburgensis, Theodori, J. U. Licentiati (*de qvo supra dictum*), e Kellinghusia, posteriori conjuge, filius, & Ulrici Senioris, patriæ Consulis, modo celebrati, nepos haud degener, literis elegantioribus in Gymnasio Hamburgensi, Jurisprudentiæ autem, ab A. 1678., Helmstadii, Leidæ, Trajecti ad Rhenum, & in Academia Galliæ Aurelianensi, operam impendit, non felicem minus, qvam sedulam. Gradu Licentiæ in hac, post munus Bibliothecarii nationis Germanicæ aliqvamdiu administratum, A. 1684. potitus, finito itinere literario, patriam repetiit, ductaqve d. 2. Sept. A. 1689. uxore Margareta Gertrude, D. Joh. Danckwerthii, Decani Hamburgensis, filia, praxeos tædia forensis studiis amœnioribus variis, ac diligenti imprimis Historiæ literariæ patriæqve Hamburgensis scrutinio, leniit. Cujus fructus in *Cimbriam* qvoqve hanc nostram *Literatam*, non paucis ab illo hominum eruditorum locupletatam biographiis, aliisqve subsidiis literariis, per annos complures sponte submissis, redundasse, post Joh. Alb. Fabricium, a qvo similis ejusdem in studiis suis juvandis προθυμία, in *Partis Memoriarum Hamburgensium primæ*, ac editionis *Inscriptionum* Theod. Anckelmanni *Hamburgensium* auctioris, celebrata est *præfationibus*, grata, uti par est, mente lubentes profitemur.
Laudatio funebris, & Inscriptio sepulchralis, memoriæ Hartvici Bunckii, civis sui, consecratæ. Lugd. Bat. 1681. in fol.
Disp. de Divortiis, Præside D. Cypr. Regnero ab Oosterga proposita. Trajecti ad Rhenum 1682. in 4. Præfixa sunt Elogia D. Brand. Detrii, Joh. Georg Grævii, & aliorum, metrica.
Disp. Inaug. de Pactis. Aureliæ 1684. in 4.
Diss. de Vita & obitu Ulr. Winckelii Senioris, J. U. L. & Consulis Hamburgensis, avi sui paterni, Helmstadii A. 1680. scripta, & in Joh. Alb. Fabricii *Memoriarum Hamburgensium Parte prima* (Hamburgi A. 1710. *in 8.* excusa), *p. 209-233.*, juris facta publici.

ANTONIUS WINCLERUS, Toparcha Lauerhoffensis, Lubecæ, d. 27. Nov. A. 1637., patre Benedicto, J. U. D. & reipublicæ Syndico, matre autem Catharina Brandisia, Antonii filia, natus, patrem undecennis, cum scholam freqventaret publicam, amisit. Juri Lipsiæ, ab A. 1655., & deinde, juvenibus aliqvot generosis A. 1658. præfectus, Heidelbergæ, Tubingæ & Argentinæ, incubuit, Galliaqve postea, Italia ac Germania, peragratis, Kilonii A. 1669. supremos Juris honores, Brabevta Erico Mauritio, obtinuit. Istis ornatus, ephoriam Caji Ranzovii, Dynastæ Neuenhusani, Regis postea Daniæ Consiliarii provincialis ac intimi, in itinere A. 1670. suscepit Gallico, illoqve finito, & expeditis in aula Cæsarea qvibusdam reip. patriæ negotiis, Lubecam reversus, dignitatem d. 24. Maji A. 1671. reportavit Senatoriam. Hanc, post legationes plurimas, Consularis, excepit, Kal. Maji A. 1694. ei collata, cui, Ordinis sui Senior, & ferme Septuagenarius, d. 15. Febr. A. 1707. est immortuus. Duas habuit conjuges, Annam, Pet. Isernhagii, Senatoris, filiam, A. 1670. ductam, filiumqve sibi unicum, Benedictum Petrum, J. U. D., qvinqvennio ante parentem extinctum, enixam, &, qvam, hac A. 1700. orbatus, secundis A. 1705. sibi junxit nuptiis, Catharinam, Bernh. Frisii, Consulis Lubecensis, gnatam, ac Sebast. Niemanni, Th. Doctoris supremiqve Ecclesiarum Cimbriæ Ducalium Præsulis, viduam. Plura de vita ejus suggerent Enochi Svantenii, Rectoris Lubecensis, *Programma funebre* Latinum, Herm. Frid. Blatzenii, templi Cathedr. Diaconi, *Biographia Germanica*, *Nova literaria Lubecensia, M. Mart. A. 1707., p. 95. 96.*, & Joh. Henr. a Seelen (Epitaphii etiam, in æde Mariana erecti, recitantis epigraphen) *Pars I. Athen. Lub. p. 221-226.*
Disp. Inaug. de jure Interventionis, Præside D. Er. Mauritio proposita. Kilonii 1669. in 4. Recusa, in Mauritii *Volumine Dissertt. Juridicarum*, Francof. A. 1692. *in 4.* impresso, *p. 425-495.*

BENEDICTUS PETRUS WINCLERUS, Lubecensis, Antonii, modo memorati, filius ex Anna Isernhagia unicus, d. 17. Jul. A. 1671. natus, J. U. Doctor d. 22. Jul. A. 1697. in Academia creatus Rostochiensi, ductaqve A. 1698. uxore, & suscepto ex hac filiolo, in patria, Kal. Aug. A. C. 1702., ætatisqve 31., extinctus. Seriem vitæ ejus integram V. *in En. Svantenii Programm. funebri*, *Novis Literariis Lubecensibus, M. Sept. A. 1702., p. 277. 278.*, Pet. Ambr. Lehmanni *Observationibus Historicis anni 1702. vernaculis, num. 34., p. 270.*, & J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 177. 178. 179.*
Disp. Inaug. de Inhibitione judiciali in causis Appellationum, Præside D. Joh. Kleinio proposita. Rostochii 1696. in 4. Recusa in Kleinii Præsidis *Volumine Dispatt. Juridicarum*, Güstrovii A. 1706. *in 4.* edito.

JOHANNES CHRISTOPHORUS WINCLERUS, Hamburgensis, Johannis, Presbyterii urbis illius Senioris, Theologiqve eximii, filius, d. 25. Jun. A. 1686. natus, ac Helmstadii, cum Juri illic in Academia operam daret Julia, septiduo ante parentem, d. 29. Martii A. C. 1705., ætatisqve 19., febri acuta extinctus, & primus omnium in Porta coeli, sive novo Academiæ templo, sepultus. Epitaphii, in hoc ipsi erecti, duas Inscriptiones Justi Christoph. Böhmeri *Inscriptiones Helmstadienses, p. 135. 136.*, exhibent. Plura de illo suggerent *Programma* Acad. Juliæ *funebre*, *Nova Literaria anni 1705. Germanica, M. Majo, p. 199., & M. Nov. p. 437.*, ac Joh. Schultzii *Oratio in obitum parentis ejus funebris, sub finem.*
Tabula Biographica, notitiam præstantissimorum qvorumvis Virorum, armis literisqve inclytorum, repræsentans. Hamburgi 1703. in 4. Schediasma 5. tantum qvaternionum juvenile, Biographos illorum, sed nec plene, nec accurate, enumerans. V. de illo *Nova Lit. Germ.*, *M. Nov. A. 1703., p. 440.* Recusa est Rostochii A. 1714. in 4., in Car. Arndii *Systemate literario*, sub finem *sectionis II. Biographicæ, p. 90-118.*

HENRICUS WINDHAUSEN Glückstadiensis, Protodicasterii in urbe patria Cimbrici Advocatus, fisciqve regii patronus, A. 1650. superstes.
Disp. Jurid. de Nuptiis, ab eo conscripta, & Præside D. Joach. Schnobelio proposita. Rostochii 1645. in 4. (M. C. K.)

M. HENRICUS WINSENIUS, Hamburgensis, urbis in Stormaria Wilstriensis Pastor, d. 9. Apr. A.C. 1639., ac ætatis 56., mortuus. V. de illo M. Viti Barbarossæ, Antistitis Itzehoensis, *Sermonem in obitum ejus, e I. Tim. I. 15.16., funebrem Germanicum*, Glückstadii A. 1640. *in 4.* excusum, Mich. Clenovii Jun. *Tyrociniorum Poeticorum myrmecias p. 31. 114.*, & Gotfr. Svevi *Acad. Witeb. lit. Ll. 4. a.*

Hypotyposis pii & impii; Eigentliche Beschreibung eines Frommen und Gottlosen Menschen, auß Sap. V., oder Leichpredigt über Pet. Desebruck, Amptmann zu Bremervörde. Hamburgi 1635. in 4.

Miles Christianus, oder Leichpred. über Titum Thomæ, Bürgermeistern zu Wilster, auß 2. Tim. IV. 7. 8. Hamb. 1636. in 4.

CHRISTOPHORUS WINSTMANN, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1683., Practicus, A. 1704. superstes.

Theses Juridicæ Inaugurales miscellaneæ. Aureliæ .in 4. (*V. Lehmanni Hamburgum anni 1701. literatum p. 31.*)

HENNINGUS WINSTMANN, Hamburgensis, Musicus circa A. 1570. celebris, qvi Componistis, qvos vocant, sive Melopoeis Sec. XVIti potioribus a Wolfg. Casp. Prinzio, Musico Soraviensi, in der Historischen Beschreibung der Singekunst, Dresdæ A. 1690. edita, *Cap. 11., p. 127.*, accensetur.

M. GERHARDUS WINTERUS, Lubecensis, Petri, naviculatoris, filius, d. 10. Nov. A. 1589. in lucem editus, e schola patria A. 1610. in Acad. Rostochiensem, posteaqve in Witebergensem ac Tubingensem (cui Magistri debuit titulum), commigravit. Domum redux A. 1616. scholæ Kiloniensis Rector, A. 1619. ædis Lubecensis Marianæ Diaconus, A. 1626. (d. 9. Maji) Pastor ibidem Jacobæus, est constitutus, tandemqve Ordinis Ecclesiastici A. 1653. evasit Senior. Concionandi Vir natura ad dicendum expeditus adeo diligenter functus est officio, ut nunqvam, nisi morbo decumbens gravissimo, partes suas alteri delegaverit, imo sacro huic labori tandem sit immortuus. Cum enim A. 1661., tertia Qvadragesimæ dominica, sive d. 17. Martii, ædis Jacobææ sacellum ingressus, publice dicenda præmeditaretur, subito oppressus langvore, anteqvam ambonem conscenderet, anno ætatis 72. expiravit. E conjuge, Elisabetha Thölia, A. 1619. ducta, tredecim qvidem sustulit liberos, sed qvinqve tantum, & hos inter Petrum (*de quo statim dicetur*), ac Johannem, Julii Henrici, Ducis Saxo-Lauenburgici, Protonotarium, superstites reliqvit. V. M. Sebast. Meieri, Rectoris Lubec., *Programma de illo funebre*, in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum*, Lubecæ A. 1709. editis, *p. 274-284.*, recusum, Syllogen Epicediorum, Henn. Wittenii *Diarium Sec. XVII. Biographicum, T. I., lit. Ppp. 4. a., & T. II. p. 83.*, Conradi ab Höveln (effigiem ejus Lubecæ, in æde Jacobæa, prope aram, spectari testantis) Beglücktes und geschmücktes Lübeck *p. 125. 126.*, & Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 410. 411.*

Predigt über das Evangelium am XIV. Sontage nach Trin., auß Luc. XVII., wie man auß diesen beschwerlichen Zeiten zu bessern gelangen möge. Lubecæ 1627. in 8. (*Catal.*)

Sermo de tempore, oder kurtze Erklärung der Worte Ps. XLVI. 9. 10., zum Gedächtniß des Nordischen Friedens. Lubecæ 1629. in 8.

Juramentum Jehovæ, oder zwey Predigten über Ezech. XXXIII. 11. Lub. 1636. in 4.

Christliche Erinnerungspredigt vom Christlichen Harren und Hoffen, bey der Leichbegängniß Herrn Hans Albrechts von Qvitzou, auß Sir. II. 7., gehalten. Lub. 1639. in 4.

Christl. Trostpredigt auß Es. XLIX. 11-14., über den Todt Dorotheæ, Herren Hans Albrechts von Qvitzou Wittwen. Lub. 1640. in 4.

Christlicher Unterricht von rechter Vorbereitung zum Tode, oder Leichpredigt über Christoph. von Neuenkirchen, Fürstl. Pommerschen Raht, auß Gen. XXXII. 1-24. Lub. 1641. in 4.

Christl. Unterweisungspredigt von der geistlichen Ritterschaft rechtschaffener Christen, auß 2. Tim. IV. 7. 8., über den Todt Fr. Annæ von der Wisch. Lub. 1650. in 4.

Predigt über Gal. VI. 8. (*V. Wittenium l. c., T. II. p. 83.*)

M. PETRUS WINTERUS, Gerhardi, de qvo modo dictum, ex Elisab. Thölia filius, Lubecæ A. 1622. natus, & Witebergæ Magistri potitus titulo, Pastor, in Ducatu Megapolitano, fuit, ab A. 1650. Parchimensis, ab A. 1651. Gadebuschensis, & tandem, ab A. 1671., Schönebergensis, simulqve Ordinis Ecclesiastici in Episcopatu Ratzeburgensi Senior, ac d. 24. Mart. A. C. 1677., ætatis vero 55., decessit. V. *Epicedia.*

Schriftmäßige Sternpredigt, wie wir die helleuchtende Himmelsliechter, die Sterne, ansehen sollen, und was wir uns bey denselben, zu unsers Christenthums Erbauung, zu erinnern haben, wie auch von neuen Sternen und Cometen, &c., auß Gen. XV. 5. Lubecæ 1665. in 4. V. G. H. Götzii *Elogia 80. Theoll. Germ. p. 280.*

NICOLAUS WINTERBERG Senior, Holsatus, Pastor ruralis in Præfectura Steinburgensi Hilgenstadiensis. V. de illo Mich. Clenovii Jun. *Tyrociniorum Poeticorum Myrmecias p. 79.*

Brevis Relatio de Christiani IV., Regis Daniæ, navi magna. Hamb. 1615. in 4. (*Catal.*)

Disp. de figura, positu, magnitudine & qviete Terræ, Præside M. Joh. Sturmio, Lüneburgensi, proposita. Rostochii 1596. in 4.

Leichpredigt über Hieron. Plessen, Kön. Dänischen General Majoren, auß Job. XIX., A. 1639. zu Itzehoe gehalten. Glückstadii 1640. in 4.

NICOLAUS WINTERBERG Junior, Holsatus, Pastor itidem Hilgenstadiensis, Comesqve Palatinus Cæsareus, A. 1694. superstes.

Autor fuisse a compluribus creditur Satyræ vernaculæ, contra D. Christiani a Stöcken, Superint. regii Slesvigo-Holsatici, *Hymnologium Holsaticum*, *ἀνωνύμως*, Romanopoli A. 1681. *in 12.*, sub hoc editæ titulo: Berahtschlagung Apollinis und der Musen im Parnasso über das Holsteinische Gesangbuch. V. qvæ de illa supra, sub Stöckenii dicta sunt nomine.

GEORGIUS WIPPERMANN, urbis in Wagria Segebergensis A. 1591. Pastor.

Elegia Consolatoria ad Henr. Ranzovium, Proregem Cimbricum, de Caji filii obitu, inserta *Epistolis ad Ranzovium consolatoriis*, a Georg. Ludov. Frobenio collectis, *pag. 236-240.* editionis anni 1593. Francofurtanæ, & *p. 391-395.* alterius ibidem sine mentione anni excusæ.

Elegidia & Epigrammata qvinqve in nonnulla Cimbrorum Holsatorumqve veterum facta egregia, castrumqve Ranzovianum, in Henr. Ranzovii *Libello de origine, nomine & rebus gestis Cimbrorum*, A. 1594. *in 8.* excuso, *lit. A. 7. & 8. B. 5. C. 4. 5. & 8. ac D. 8.*, obvia.

Epigram-

Epigrammata alia in laudes ac prædia Henr. Ranzovii, qvæ *in Hypotyposi Ranzoviana* Pet. Lindebergii passim leguntur.

HENRICUS WITSCHIUS, Lubecensis, Pastor, in Ducatu Megapolitano, primum Plaviensis, & Ptochotrophei deinde Sp. S. Güstroviensis, ab A. 1683., Ecclesiastes, simulqve templi Cathedralis Concionator extraordinarius. V. de illo *Nova Lit. Lubec.*, *M. Mart. A. 1704.*, *p. 67.*, & Frid. Thomæ *Appendicem Analectorum Güstroviensium p. 59. 60.*

Die gekränckete und wieder geheilete Freudigkeit zu GOtt im Gebete: Nebst einer Schriftmäßigen Selbstprüfung. Rostochii 1706. & 1715. in 8. Recensum ejus *Nova Literaria Lubecensia*, *M. Nov. A. 1706.*, *p. 323. 324.*, exhibent.

JOACHIMUS WITTE, Johannis, Ecclesiæ ruralis Hagensis, in Sylva Ducatus Slesvicensis Danica, Parochi, filius, & A. 1684. defuncti in officio successor, Parentis hujus sui *Trifolium sacrum*, sive Sermones tres de novo altari, campana atqve ambone templi Hagensis, inaugurales Germanicos, Plonæ eodem A. 1684. *in 4.* edidit.

JOHANNES WITTE, Lubecensis, JCtus atqve Politicus plane eximius, literaturæqve elegantioris universæ peritissimus, cum itinere juvenis Europam cultiorem peragraret literario, Florentiæ in Italia, & Lutetiæ in Gallia (circa A. 1602.), diutius substitit (1.), ac Viris ubiqve summis familiariter innotuit. Domum A. 1603. redux, Lubecæ vitam per aliqvot annos egit privatam, &, circa A. demum 1607., operam suam, qvam aulæ antehac frustra obtulerat Holsaticæ (2.), vicinæ Sverinensi addixit (3.), Adolphoqve deinceps Friderico, Duci Megapolitano, ad mensem usqve Februarium anni 1645., sibi fatalem (4.), a consiliis fuit intimis. Eruditionem suam qvamvis librorum editione ambitiose ostentare noluerit, sed, qvæ, in doctrina imprimis civili, accurate elucubraverat, studiose presserit, & cum solo fere Joh. Wouwerio, Hamburgensi, *sodali* (uti Casaubonus (5.) etiam testatur) *vetere* atqve intimo, flagitatore horum assiduo atqve importuno (6.), & hærede qvoqve, licet frustra (cum noster ei, per 33. annos, fuerit superstes), designato (7.), communicaverit, latere tamen omnino haud potuit. Wouwerius enim, non schedas solum in Ciceronem, a Jano Gulielmio relictas, ejus adeptus opera (8.), sed subsidiis etiam necessariis, cum Panegyricum in laudes Christiani IV., Daniæ Regis, scriptaqve alia, meditaretur, ab illo instructus (9.), eaqve, ante editionem, censuræ ejusdem subjicere haud veritus (10.), in suis ad illum Epistolis, prudentiam ipsius Politicam solidiorem, doctrinam multiplicem, judicii acrimoniam, styli, in lingvis etiam Gallica & Italica, nitorem (11.), aliasqve animi dotes eximias, insignibus passim ornavit elogiis. Modo enim, ut alia taceam, *Amicorum* cum salutavit *optimum & præstantissimum, omnibusqve fortunæ muneribus dignum*, & *seculo fatuo, magnum hoc ingenium legitimo haud æstimanti pretio*, est indignatus (12.), modo, scripta ejusdem *optima, & paucorum, imo nullorum hominum, esse*, affirmavit (13.). Nec siluere de illo, qvos amicis suis itidem annumeravit (14.), Jos. Scaliger, If. Casaubonus, Scipio Amiratus, Joh. Caselius, Hugo Grotius, Dan. Heinsius, Joh. Kirchmannus, Geverh. Elmenhorstius, aliiqve homines ævi istius eruditissimi. E qvibus Elmenhorstius (15.) *Virum* cum vocavit *præstantissimum*, Jac. Stolterfohtius autem, Theologus Lubecensis, in *Epicedio*, & Epistola *Orationis in obitum Joh. Kirchmanni funebris* (ipsi A. 1643. inscriptæ) *dedicatoria, JCtum, Politicum, Philologum, Polyhistorem & Antiqvarium incomparabilem, in qvem natura benignior tantum profundissimæ sapientiæ & dexteritatis cumulum, qvanti homo unqvam particeps fieri potest, effudit, cujusqve nomen apud exqvisite doctos undiqve est celebratissimum.*

Ex Eruditorum ad eum Epistolis lucem viderunt publicam: I. Una If. Casauboni, A. 1613. exarata, in editione Casaubonianarum Hagiensi anni 1638. Gronoviana, *num. 398.*, & in Brunsvicensi Græviana, *num. 722.*, *p. 950.*, nec non in Geverh. Elmenhorstii *Emendationibus ad Apulejum*, *p. 93. 94. 95.*; II. Qvinqve & viginti Joh. Wouwerii, Hamburgensis, ab A. 1602. ad 1610. scriptæ, in *Epistolarum* ejus, Hamburgi A. 1618. editarum, *Centuria I.*, *num. 28. 29. 100.*, & *Cent. II.*, *num. 44. 45. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 60. 61. 74. 75. 76. 81. 82. 84. 86. 87.*; III. Qvinqve Hug. Grotii Politicæ, A. 1635. 1637. & 1638. exaratæ, in Volumine Grotianarum omnium Amstelodamensi, A. 1687. *in fol.* excuso, *num. 388. 727. 785. 850. 857.*, *p. 142. 309. 338. 373. 391. 392.*; IV. Una Ignatii Hannielis, JCti Rostochiensis, *de studio Politico*, A. 1607. scripta, qvam Herm. Conringius Gabr. Naudæi *Bibliographiæ Politicæ*, a se denuo Francofurti A. 1673. *in 12.* editæ, *p. 139-150.*, adjecit.

SCRIPTA INEDITA.

Meditationes Politicæ, a Joh. Wouwerio, qvi communicari eas sibi sæpissime petiit, in *Epistolis* prolixe passim laudatæ. V. *Cent. I.*, *n. 100.*, *p. 201. 202.*, & *Cent. II.*, *n. 49.*, *p. 304. 305.*, *n. 50. p. 309.*, *n. 53. p. 313.*, *n. 55. p. 316.*, *n. 56. p. 319. 320.*, *n. 60. p. 327.*, *n. 61. p. 332.*, *n. 86. p. 375.*

Scriptum de Arcanis Imperii, qvod Wouwerius ab eo, *Cent. II. Ep. 44.*, *p. 296.*, *& Ep. 52. p. 312.*, efflagitavit.

Progressio, scriptum argumenti Politici, de qvo V. Wouwerium *Cent. II. Ep. 55. p. 317.*, *& Ep. 61. p. 333.*

Observata Politica de Republ. Romana, qvæ Wouwerius, *Cent. II. Ep. 48.*, *p. 302.*, illi extorqvere est conatus.

Diatriba de Artibus regiis, in gratiam Joh. Wouwerii, Panegyricum Christiano IV., Regi Danico, scripturi, A. 1603. concinnata, illiqve transmissa. V. Wouwerii *Cent. II. Ep. 49.*, *p. 304. 305.*, *& Ep. 60. p. 326. 327.*

(Postulavit etiam ab illo A. 1603. Wouwerius, ut, in gratiam suam, Præcepta aliqvot conscriberet Politica, ad Jacobum I., Britanniæ Regem novellum, veram illi viam ostensura, qva, tot licet insidiis cinctus & conspirationibus, tamqve infirmo & lubrico statu insistens, emergeret, & imperii muniret retinacula. V. *Cent. II. Ep. 49.*, *p. 305. 306.*, *& Ep. 50. p. 307. 308. 309.* An huic desiderio ipsius a Wittenio sit satisfactum, ignoro.)

JOHANNES WITTE, Glückstadio Holsatus, Theol. Studiosus, *in Novis Literariis Lubecensibus, M. Febr. A. 1705.*, *p. 57. 58.*, opuscula seqventia, partim confecta, partim affecta, pollicitus:

1. Annotata Critico-Philologica in Codicem V. T. Hebræum.
2. Poemata varia Latina.
3. Christeidem, carmine heroico, libris XII., ad imitationem Virgilii, absolvendam.
4. Prieres & Cantiqves du matin & du soir, traduits en François de l'Allemand.
5. Recueil des pieces spirituelles choisies traduites & composees.

(1.) V. Joh. Wouwerii Epistolas duas, Lutetiam ad illum A. 1602. scriptas, *Cent. I.*, *n. 28. & 29.*, *p. 52-56.* (2.) V. Wouwerii *Epist. 56. Centuria II.*, *p. 318.* (3.) V. Ejusd. Epist. ad illum A. 1608. exaratam, *Cent. II.*, *n. 84.*, *p. 372.* (4.) V. Jac. Stolterfohtii & Jac. Kockerti in obitum ejus *Epicedia.* (5.) *in Epistola ad Wittenium mox allegands.* (6.) V. Wouwerii *Epistolas*, *Cent. I.*, *num. 100.*, *& Cent. II.*, *n. 44. 45. 48. 49. 50. 52. 53. 55. 56. 60. 61. 86.* (7.) V. Wouwerii *Ep. 45. Centuriæ II.*, *p. 298.* (8.) *V. Cent. I. Epp.*, *n. 28.*, & *Cent. II. n. 44. 48.*, *&c.* (9.) *V. Cent. II. Epp.*, *n. 49.*, *p. 304.*, *n. 60.*, *p. 327.*, *&c.* (10.) *V. Cent. I. Epp.*, *n. 100.*, *p. 205.*, & *Cent. II.*, *n. 48.*, *p. 302.* (11.) V. de illo Wouwerii *Ep. 51. & 60. Centuriæ II.*, *p. 310. 326.* (12.) *Cent. I. Ep. 100.*, *p. 201.*, & *Cent. II. Ep. 84.*, *p. 372.* (13.) *Cent. II. Ep. 57.*, *p. 321.* (14.) *V. Epicedia, num. 4. allegata.* (15.) *in Emendatt. ad Apulejum p. 93.*

6. Meditations spirituelles de Monf. Jean Gerhard, nouvellement traduites du Latin.
7. Qvæstiones Theologicas præcipuas.

MICHAEL WITTE, Hamburgensis, J. U. Doctor.

Disp. de Induciis ad Literas Cambiales solvendas, earundem termino addi solitis, vulgo den Discretions-Tagen, *ad Statut. Hamburg. Lib. 2. Tit. 7. Art. 4. & 12.*, Præside D. Joh. Christoph. Franckio proposita. Halæ 1715. in 4.

Disp. Inaug. de rite formando Statu controversiæ: An Legum Juris Justinianei sit freqvens, aut exiguus usus practicus, in foris Germaniæ? Præside D. Christ. Thomasio proposita, Halæ 1715. in 4. V. de illa *Partem XLVIII.* der Gelehrten *Famæ p. 898-901.*

B. F. WOLDENBERG, Holsatus.

Chronodisticha, tam de solenni Augustanæ Confessionis exhibitione, qvam nonnullis Principibus (*Holsaticis*) eidem addictis. Glückstadii 1652. in 4.

CHRISTIANUS WOLDENBERGIUS, Crempæ in Stormaria d. 14. Oct. A. 1621. natus, patrem habuit Nicolaum, urbis illius Pastorem, matrem autem Margaretam, Nicol. Tollii, Parochi Süderoviensis, filiam, & M. Joh. Vorstii, Pastoris Itzehoensis, regiarumqve in Holsatia Ecclesiarum Antistitis, neptem, sibi superstitem. Patre in prima orbatus pueritia, scholas Crempensem & Kiloniensem freqventavit, & studio deinde Juridico, in Academiis Lipsiensi (Magistri ipsi largita titulum), Coloniensi, Lovaniensi, Lugduno-Batava, Hafniensi, Gryphica & Rostochiensi, serio incubuit. A. 1649. ab Helena, Comitis Brandensteinii vidua, filii præfectus est studiis, sed Rostochium non multo post repetiit, tyronesqve Juris privatim tanto cum applausu instituit, ut, post gradum Doctoralem Gryphiswaldiæ, Brabevta Joach. Volschovio, d. 16. Jan. A. 1651. (1.), impetratum, professionem ejus extraordinarium a Senatu Rostochiensi A. 1653. reportaverit (2.). Ob qvam cum molestiæ ei a nonnullis crearentur, cum Græca illam, post M. Bernh. Taddelii obitum, d. 17. Martii A. 1657. (qvo Sermonem *de Lingvæ Græcæ usu* recitavit inauguralem), ejusdem Senatus auspiciis, Græcam autem deinde cum Decretalium, sive Juris Canonici, ordinaria, loco inter Consistorii Ducalis Assessores aucta, d. 13. Dec. A. 1659. (qvo *de origine, progressu & usu Corporis* peroravit *Canonici*), Gustavi Adolphi, Principis Megapolitani, jussu, commutavit. Officiis his, trium lustrorum spatio, diligenter ac religiose functus, & ab A. 1666. simul Comitis Palatini Cæsarei dignitate, per Dethlevum, Comitem a Ranzou, Imperatoris nomine, diplomate sibi, Kalendis Maji, collata honorifico, gavisus, calculi & Colicæ insultibus, sæpius antehac feliciter superatis, d. 3. Febr. A. C. 1674., ac ætatis 53., succubuit, nullosqve, e conjugio cum Christina Mülleria, Vincentii, Consulis Hamburgensis, filia, A. 1655. inito, liberos reliqvit superstites. V. Georg. Radovii, JCti Rostochiensis, *Programma de Vita ejus funebre*, A. 1676. in Henn. Wittenii *Decade IV. Memoriæ JCtorum renovatæ, p. 526-533.*, recusum, Pauliqve Freheri, hoc secuti, *Theatrum Eruditorum p. 1203.*, ac confer Henn. Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1674.*, nec non Corn. a Beughem *Bibliographiam Juridicam p. 253. 254.*, & *Bibliograph. Historicam p. 275.*

ELOGIA.

Andr. Tscherningius, Poes. Prof. Rostochiensis, hoc imagini ejus Epigramma adjecit:

Woldenbergiades sic ora oculosqve gerebat,
Qvi stabili Musis junxit amore Themin,
Itala flexanima doctus depromere lingva,
Atticaqve argutis fundere mella sonis:
Cætera, qvæ meritus, memorabit postera proles:
Nam cineri demum gloria vera venit.

Georg. Radovio (*in Programmate funebri*) *Vir* audit, *qvi id unice in vita egit, ut, docendi, qvod sustinuit, munere egregie exornato, flaccescens Rosetum pristino flori qvoddammodo restitueret; ingens reipublicæ Academicæ decus atqve columen, Justitiæqve Sacerdos egregius.*

Joh. Frid. Hekelio (*in Discursu de Osculis*, A. 1689. iterum edito, *p. 53.*) *Optimæ notæ Politicus.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Compendium ex integro Tractatu Matthiæ Coleri de Processibus executivis, qvod Rostochii A. 1646. in 4. (*juxta Wittenium, Lipenium & Catal. Elzevirianum*), ac ibidem A. 1666. in 8. (*teste solo Lipenio*), prodiit, mihiqve non est visum. Corn. a Beughem, *in Bibliogr. Jurid. p. 254.*, opus Coleri integrum ab eo Rostochii *in 4.*, & Francofurti A. 1662. *in fol.*, editum esse, perhibet. Utri parti credendum, αὐτόπται dispiciant.

Micarum Juris Manipulus primus, continens Proverbia, ex medio Jure, Alphabetico ordine, collecta. Hamburgi 1646. in 4.

Earundem Manipulus secundus, Metaphoras Juris continens. Rostochii 1650. in 4.

Earundem Manipulus tertius, continens Sententias sacras, Ethicas, Politicas, Oeconomicas, ex medio Jure Alphabetice congestas, uti & Versus in glossis utriusqve Juris occurrentes. Rostochii 1652. in 4. Omnes hi tres Manipuli, parte dimidia auctiores, adjectis Chronologia brevi, Legi II. Digest. de origine Juris lucem afferente, Legibus digestorum & Codicis difficilioribus & Candidatoriis, materiarumqve Juris difficiliorum sedibus, junctim recusi sunt, Rostochii A. 1665. in 4.

Disp. I. Politica de Societatibus & naturalibus vivendi generibus, ex integro Aristotelis Libro I. de Republica. Hafniæ 1646. in 4.

Disp. II. Politica, ex integro Libro II. Aristotelis de Republica, qvi merito Censor rerumpublicarum inscribi debet. Rost. 1652. in 4.

Carmen votivum de dignitate apud Hamburgenses Consulari, ad Nicol. Jarrium, J. U. Licentiatum, cum Notis. Hamb. 1650. in 4.

Theses ex libris Institutionum. Rost. 1650. in 4.

Disp. Inaug. de Contractu & distractu Sponsaliorum, Præside D. Joach. Volschovio proposita, Gryphisw. 1651. in 4.

Disp. de Vectigalibus, Publicanis & commissis. Rost. 1651. in 4.

Discursus Politicus, in qvo tota Politica Henn. Arnisæi per synopsin exhibetur. Rost. 1652. in 4.

Oratio de laude Φιλαυτίας, seu Amore sui, in Acad. Rostochiensi M. Oct. A. 1650. memoriter pronunciata. Hafniæ 1653. in fol.

Disp. de Summo Bono & beatitudine Politica. Rost. 1654. in 4.

Disp. de Fidejussoribus. Rost. 1655. in 4.

Disp.

(1.) V. Carmina Professorum Gryphiswaldensium gratulatoria. In *Progr. funebri* Radoviano perperam annus 1652. substituitur. (2.) teste ipsius *Oratione de Lingva Græca usu inaugurali.*

Disp. de acqvirendo Rerum dominio naturali & civili. Rost. 1655. in 4.
Disp. de Infamia, & infamibus, & his qvi notantur infamia. Rost. 1656. in 4.
Disp. de Injuriis & famosis libellis. Rost. 1656. in 4.
Oratio inauguralis de Usu Lingvæ Græcæ in omnibus facultatibus, artibus & scientiis, d. 17. Martii recitata. Rost. 1657. in 4.
Collegium Theticum super Institutiones Juris. Rost. 1657. in 4. (*V. Witt. & Beügh. ll. cc.*)
Disp. Philologico-Juridica de Novo anno, seu oblatione Votorum, *ex L. Un. C., Lib. 12., tit. 49.* Rost. 1658. in 4.
Subsidium Juris, seu Index Interpretum & Commentatorum, antiqvorum & recentium, maxime celebratorum, super IV. libros Institutionum, in & extra Germaniam existentium, ad nostra usqve tempora productus. Rost. 1659. in 4.
Oratio inauguralis de Origine, progressu & usu Corporis Canonici, d. 13. Dec. A. 1659. memoriter pronunciata. Accessit Index Decreti & Decretalium. Rostochii, sine mentione anni, in 4. Recusa sub finem *Principiorum Juris Romani*, ibidem A. 1668. in 4.
Disp. de Ætate legali, ejusqve privilegiis. Rost. 1659. in 4.
Disputt. duæ de Ætate Canonica, & qvalitate ac ordine præficiendorum. Rost. 1660. & 1661. in 4.
Disp. de Conditionibus Civilibus & Canonicis. Rost. 1661. in 4.
Oratio Academica de privilegiis Studiosorum, & poenis vagorum Scholarium. Rost. 1662. in 4.
Qvæstio juris controversa: An Consensus Parentum, in nuptiis liberorum, de jure divino, gentium, naturali, Canonico & civili, de necessitate ac honestate, reqvirendus? disputatione publica proposita. Rost. 1662. in 4.
Tractatus Juridico-Philologicus de Numeris utriusqve Juris, Civilis & Canonici. Accesserunt Pet. Lindebergii Numeri sacri & profani, magnam partem aucti, & Eustathii, Antecessoris Constantinopolitani, Tractatus Græco-Latinus de varia Temporis in jure civili observatione. Rostochii A. 1663. (*juxta Wittenium & Catalogos qvosdam*), & Francofurti ac Lipsiæ A. 1671. in 4.
Idea seu delineatio Juris publici in Imperio Romano-Germanico. Rost. 1664. in 4. (*Catal.*)
Indices tres Autorum & Tractatuum Juris universi, auspiciis Gregorii XIII., Pontificis Romani, Venetiis A. 1584. (sub tit. *Tractatus Tractatuum*) in unum congestorum, XVIII. materias, XXV. volumina, comprehendentium, in usum jura discentium editi. Rostochii A. 1665. & Jenæ A. 1670. ac 1679. in 12.
Disp. Philologico-Juridica de Majuma, *ad L. Un. C., Lib. XI., tit. 45.* Rost. 1665. in 4.
Panegyris Poetica, qvam, autoritate & imperio Leopoldi I., Imp. Rom., interprete Dethlevo, Comite a Ranzou, sub felici S. Cæs. Maj. regiminis auspicio, in Academia Rostochiensi (*partim carmine, partim prosa*), exhibuit Chr. Woldenbergius. Rost. 1667. in fol.
Disp. de Calumniatoribus, & Juramento calumniæ. Rost. 1669. in 4.
Oratio de Vita ac honestate Clericorum, Rostochii A. 1668. habita. Rost. 1670. in 4. *Elegantissima* vocatur a Joh. Frid. Hekelio *in Tr. de Corona Poetarum p. 154.*
Disp. de Abactu, seu Abigeatu. Rost. 1671. in 4.
Axiomata Juris universi, tam Civilis, qvam Canonici, in usum studiosæ legum juventutis, ut iis, tanqvam Vademecum ubiqve uti possit, plenius & integrius edita. Rostochii 1673. in 12. Recusa (*juxta Catal. nundin.*) Regiomonti A. 1693. in 12.
Disp. de origine Consistoriorum, imprimis Megapolitani, potestateqve, jurisdictione & officio Consistorialium. Rostochii in 4.
Disp. de Potestate regia. Rost. in 4. (*Catall.*)
Disp. de Legatis & legationibus. Rost. in 4. (*Catall.*)
Tyrocinium Juris Feudalis, *in 12.* editum, qvod ei tribui in unico tantum lubricæ fidei Catalogo observavi.

II. ALIENA.

Theodori Studitæ Testamentum, Græce ab eo, cum Versione sua Lat., ac Tr. de Veterum Testamentis, editum. Rost. 1651. in 4. (*Catal.*)
Tyrtæi, Poetæ Atheniensis claudi, de Virtute bellica Poemata, Græco-Latine & emaculate edita, dupliciqve Versione metrica, Analysi Grammatica, Elogiis Tyrtæi ex variis Autoribus conqvisitis, & nonnulis Observationibus Philologicis, illustrata. Rost. 1658. in 4.
Joach. Camerarii & Joh. Caselii Pietatis capita, Græcis versibus reddita, adjecta versione Latina ab eo recensita. Rost. 1657. in 4. V. de iis Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pseudon. p. 88.*
Principia Juris Romani; i. e. Leges Draconis & Solonis, Leges Romuli, & Leges XII. tabularum, secundum ordinem a Pardulpho Pratejo & Justo Lipsio observatum; item Collatio legum Atticarum & Romanarum Phil. Melanchthonis. Accessit Introductio in totum Jus Canonicum, tam Decretum, qvam Decretales, una cum Oratione de Origine, progressu & usu ejusdem, jam iterum publicata. Rost. 1668. in 4.

Disputationes Inaugurales, Præside illo propositæ.

D. Dan. Fischeri, Lubecensis, Consulis Rostoch., de Favore ejus, qvod publice interest. Rost. 1665. in 4.
D. Matthæi Sluteri, Hamburgensis, patriæ Senatoris, de Successione extraordinaria. Rost. 1673. in 4.

INEDITA.

Commentaria IV. celeberrimorum Germaniæ Jurisconsultorum, Melch. Klingii, Joach. Mynsingeri, Matthiæ Coleri & Joh. Zangeri, in secundum librum Decretalium; cum Compendio Juris Cameralis novissimi, & Introductione ad Jus Canonicum; qvæ *in Catalogo nundin. Lips. A. 1665. vern., p. 32.*, est pollicitus.
Disputationes Juris selectæ, ibidem promissæ.

PAULUS WOLDENBERGIUS I, Holsatus, J. U. C.

Acclamationes votivæ, qvibus Fridericum III., Daniæ Regem, pro felicissimo futuro ingressu in Ducatus Slesvici & Holsatiæ, ad homagii fidelitatis & obseqvii acceptionem, ut & pro faustissima S. R. Maj. coronatione peragenda, est prosecutus. Tychopoli 1648. in 4. (*M. C. K.*)
(Programmata ad Gerhardum & Dethlevum Ranzovios, Hamburgi A. 1617. *in 4.* (teste *Parte I. Biblioth. Kielmannsegg. p. 446.*) excusa, an huic, vel alteri ὁμωνύμῳ, debeantur, ambigo.)

M. DAVID WOLDERUS I, Hamburgensis, cum in Academia studiis sacris vacaret Rostochiensi, filiorum D. Lucæ Bacmeisteri senioris, Professoris Theologi ac Superintendentis, Pædagogus simul, teste Joach. Cüstero (1.), fuit domesticus. In patriam deinde, ad ædis Petrinæ Diaconatum (falso enim Pastor Petrinus a Joh. Frid. Mayero (2.) appellatur

(1.) *in Or. parentali de Vita D. Lucæ Bacmeisteri junioris.* (2.) *in Historia Versionis Bibliorum Lutheri Germanicæ, c. 5., §. 11., p. 62.*

appellatur), M. Februario A. 1577. revocatus, spartam hanc, d. 29. Oct. sibi commissam, per annos 27., pro virili ornavit, dieqve tandem 14. (vel, juxta alios, 11.) Decembris A. 1604. peste est extinctus (1.). *Lingvarum*, teste Philippo Nicolai (2.), *donis excellentibus præpolluit*, & sacrarum imprimis, Hebrææ atqve Græcæ, fuit peritissimus. Ad qvarum amorem ut alios etiam Ecclesiarum, Cimbricarum præsertim, ministros excitaret, Typographeum Græcum & Hebræum primus Hamburgi sumptibus instruxit haud exiguis, & ex illo, in usum coetuum Cimbriæ sacrorum, Biblia, qvibus *Cimbricorum* agnomen in præfatione exoptavit (3.), qvadrilingvia, post laborem triennii continuum, & superatam febrem, qvæ huic insudantem invaserat, pestilentem, A. 1596., VI. Voluminibus, luci stitit publicæ, ac Christiano IV., Regi Daniæ, Johanniqve Adolpho, Duci Holsatico, inscripsit. In edendis istis occupatum, tum Evergetæ alii, tum Joh. Adolphus imprimis, Holsatiæ Princeps, ac Joh. & Cornelius de Meiere, Belgæ, fratres ac mercatores Hamburgenses (qvorum *rem familiarem sibi, sumptibus exhausto, toto editionis tempore, patuisse*, in *præfatione*, testatur), sua sublevarunt beneficentia. Singulæ præterea Ducatuum Slesvicensis & Holsatici Ecclesiæ operis editi unum sibi exemplum, XIV. Imperialium ac solidorum XII. pretio, Regis Ducisqve mandato (qvod noster A. 1598., in *Hymnologii* vernaculi, iisdem dedicati, prooemio, grato deprædicavit animo), compararunt (4.). Damnum tamen nihilominus rei familiaris, qvod sumptus editionis facultates transcenderent, & exempla pleraqve tarde distraherentur, tantum inde est passus (5.), ut, æri alieno ante obitum dissolvendo impar, uxorem, novemqve liberos, summa pressos inopia, alienæ moriens commendare coactus sit benignitati. Factum hoc ab ipso esse traditur, uti literæ me Sperlingianæ edocuerunt, inscriptis mensæ Musei, novem liberorum depictas exhibenti imagines, verbis seqventibus: *Serva nos Domine, perimus: Qui intelligit intelligat, & sit cordatus.*

Dav. Chytræi Epistola ad illum, qva de rebus qvibusdam Hamburgensibus edoceri ab eo desideravit, inter Chytræanas, Hanoviæ A. 1614. *in 8.* editas, *p. 632.*, legitur. Elias Hutterus, *in præfat. Bibliorum Hebræorum*, Hamburgi A. 1587. editorum, Evergetis illum suis annumeravit præcipuis.

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Donatus Hebraicus, IV. Libris continens rudimenta Lingvæ Hebrææ, Grammatices ac Logices legibus conformata ac illustrata. Hamburgi 1591. in 8. Expungi ex hoc scripto (a qvo *Institutiones lingvæ Hebrææ pro incipientibus*, & *Praxin Donati Hebræi*, in aliqvot Woldero tributas Catalogis, haud esse diversas conjicio) nonnulla jussit *Index expurgatorius Hispanicus*, ab Ant. Sotomajore, Inqvisitore generali, Madriti A. 1667. *in fol.* publicatus, *p. 256.*

Elegia in obitum Joach. Westphali, Superintendentis Hamburgensis, Joh. Frederi junioris Epicedio Heroico, eidem scripto, & Rostochii A. 1575. *in 4.* impresso, subjecta.

Elegia in obitum Henr. Lampadii, Ordinis Ecclesiastici in urbe Brunsvicensi Senioris, qvæ inter Epicedia, M. Joh. Gasmeri *Orationi de Lampadii vita funebri*, A. 1590. *in 8.* excusæ, addita, *lit. a. 7. & 8.*, legitur, ac, una cum præcedenti, venæ Poeticæ haud plebejæ laudem Autori suo vindicat.

Historie der grooten Pestilentz der Kinder Israel, uth 2. Sam. XXIV. und 1. Chron. XXII.; mit eenem Anhange etliker Troeststriften Lutheri, Urb. Regii und Joh. Pfeffingeri, alß ock Gebeden van der Pest. Hamburgi 1596. in 4. (*L. Saxon.*)

Neues Catechismus-Gesangbüchlein, darinn Mart. Lutheri, und anderer Christen, geistliche Gesänge, durch Dav. Wolderum, nach Ordnung der Hauptstücke des Catechismi, seyn abgetheilet, und mit ihren Melodeyen und Summarien gedruckt. Hamb. 1598. in 8.

Seelenparadiß edder Lustgaarden, vull leefliker und heilsamer Planten, und wolrükenden Blömken des Christliken Gebedes, in allerley Noht und Tostandt, uth H. Schrift, und der Oldväder Spröken, togerichtet. Hamb. 1602. in 4. Ibid. 1603. in 8. (*L. Saxon.*)

II. ALIENA.

Biblia sacra qvadrilingvia Hebræo-Græco-Latino-Germanica, Voluminibus VI. comprehensa, in VII. partes (*qvarum sex V. T., unam N. T. sibi vindicat*) distincta, & in usum præcipue Ecclesiarum, qvæ sunt in ditionibus Illustrissimorum Ducum Holsatiæ, a M. Dav. Woldero edita. Hamburgi, typis Jac. Lucii Junioris, A. 1596. in fol. Volumen primum Biblia exhibet V. T. Hebræa, eleganti & majuscula characterum forma, qva, primo statim intuitu, literæ radicales & serviles, deficientes & qviescentes, e situ & colore discerni possunt, seorsim Hamburgi, A. jam 1587. *in fol.*, ab Elia Huttero edita, in cujus Vita, *Tomo II.* exhibenda, plura de iis afferentur. Volumina qvinqve reliqva trilingvia, A. demum 1596. juris facta publici, in columnis parallelis lectori sistunt diversis: 1. V. T. Versionem LXX. interpretum Græcam, ex editione Plantiniana, & N. T. textum Græcum archetypum; 2. Utriusqve Versionem Latinam duplicem, Vulgatam sc. (ex editione Plantiniana Antwerpiensi), & recentiorem Santis Pagnini, in locis, qvibus Hebræa verbotenus non transtulit, aut ab eorum sensu recessit, notis marginalibus, studiose interdum, ut archetypi mentem eo accuratius exprimant, βαρβαριζούσαις, sæpius emendatam; 3. Germanicam Lutheri Versionem, ex editione, illo superstite, Witebergæ A. 1545. publicata, descriptam. Loca parallela ubivis interiori inscripta sunt margini, summulæ autem summis paginis, ac sæpe capitum initiis, adjectæ. A. 1591. hoc opus Hamburgi jam esse editum, in Gvilh. Crowæi *Elencho Interpretum S. Scripturæ p. 4.*, A. 1616. autem ibidem recusum, *in Catalogo Basileensi Königiano p. 5.*, perperam traditur. Eliæ Huttero soli (cui Tomum tantum primum deberi jam monuimus) editionem illius Joh. Henr. Hottingerus, *in Biblioth. qvadripart.*, P. II., c. 2., p. 141., & W. E. Tenzelius, *in Diss. de Bibliis Polyglottis*, §. 15., illi autem simul ac Woldero G. Crowæus, *l. c. p. 4. 5.*, J. F. Mayerus *in Historia Versionis Bibliorum Lutheri Germanicæ, c. 5.*, §. 11., *p. 63.*, ac J. Alb. Fabricius *P. II. Memor. Hamb. p. 865. 866.*, minus accurate tribuunt, & circa editionis etiam annum pleriqve impingunt. Præter Georg. Mylium, Dav. Lobechium, Joh. Schelhammerum, Collegam, aliosqve Theologos (a Dav. Schulteto, *in Innoc. Theoll. Hamb. p. 129.*, memoratos), Ministri etiam Ecclesiarum Dithmarsiæ nostræ, cum ipsis Biblia hæc A. 1597. essent exhibita, Wolderum reprehenderunt, qvod Theod. Bezæ Versionem N. T. Latinam, Reformatorum passim faventem doctrinæ, absqve ulla cautela, iis inseruisset. His ille A. 1598. peculiari respondit schediasmate, typis excuso, Biblicoqve operi adjuncto, &, se ab editione Versionis Bezæ Francofurtana, A. 1591. publicata, Santiqve eam Pagnino affingente, esse deceptum, ingenue fassus, loca, ἑτερόδοξον qvid continentia, in notis suis marginalibus emendata esse monuit, teste Ant. Heimreichio, *Lib. III. Chronici Dithmarsiæ, c. 5.*, *p. 266.* Cætera, ad historiam Bibliorum horum qvadrilingvium (de qvibus Gvilh. Crowæus etiam, *l. c.*, & Jac. le Long *P. I. Biblioth. sacræ, c. 1., p. 26.*, conferri poterunt) spectantia, Vitæ Wolderi jam exhibuit narratio.

Cubus Alphabeticus sanctæ lingvæ Hebrææ, vel Lexici Hebræi novum Compendium τετράγωνον, in tabulas Alphabeticas

(1.) V. *Catalogum Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis MS.* ἀδέσποτον, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 865.* (2.) *in Ep. dedic. Commentarii de omnipræsente Christo, T. I. Opp. Lat. p. 185.* (3.) V. J. Dan. Majoris *Diss. de nummis Græce inscriptis p. 14.* (4.) V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, c. 13., p. 325.*, & *Chron. Dithmarf., L. 3., c. 5., p. 260.* (5.) V. Rud. Capelli *Lectiones Bibliothecarias, lit. N. 9. b.*

beticas ita digestum, ut singulæ radices nativam & congenerem derivatarum vocum significationem, in suis Locorum communium areolis, primo statim intuitu, lectori offerant; inventus primum, & Germanice editus, ab Elia Huttero, Lusato, nunc vero recognitus & Latine versus a Dav. Woldero. Cujus etiam accedit Commonefactio de Cubici hujus operis usu, exemplis, e loco classico Gen. III. 15. petitis, eundem illustrans. Hamburgi A. 1588. & Noribergæ A. 1601. in fol. De hujus Cubi historia & artificio plura *Tomo II.*, in El. Hutteri scriptorum Catalogo, a nobis afferentur.

Versio Bibliorum D. Mart. Lutheri Germanicorum Saxonica, ab eo recognita & emendata. Hamburgi 1596. in fol. Emendata sunt ab eo, in hac editione, loca Versionis Saxonicæ, tam ea, qvibus a Misnica Lutheri recedebat, qvam alia, Saxonicæ lingvæ genio haud conformia, & Misnicum aut peregrinum qvid redolentia. V. Christ. Kortholti *Tr. de variis Editionibus S. Scripturæ, c. 25., §. 35.*, Joh. Frid. Mayeri *Historiam Vers. Bibl. Luth. Germ., c. 6., §. 1., p. 65.*, & Jacobi le Long *P. II. Biblioth. sacræ, c. 9., p. 247. 248. 249.* E qvibus Mayerus, N. T. Saxonicum, ex hac Wolderi recognitione, seorsim A. 1626. *in 8.* prodiisse, testatur.

Joh. Matthesii Huußholdinge, edder heilsame und nödige Lehre vam Christliken Huußregiment, in Saßische Riimen överfettet. Hamb. 1596. in 4.

Joh. Matthesii Predigt van der Pestilentz, över dat Evangelium Luc. XVII. van den 10. Uthsättigen, int Saßiske översettet. Hamb. 1597. in 4.

Mich. Sachsen, Gräflicken Hoffpredigers to Tonna und Ohrdrup, Erster Deel des Christliken Tiidtverdrivers, edder geistliken Affragelsebooks, darinn de allerlustigste Fragen, mit eeren darup gegevenen Antwoorden, verfatet sind, als van Gade, der Schöpping, den Engeln, Düveln, Minschen, und van allen Creaturen und Früchten der Erden; int Nedderdüdske översettet, und mit eener Vörrede vermehret. Hamb. 1597. in 8.

D. Joh. Geileri Keysersbergers Trostspegel, gebetert und up Saßisch översettet. Hamb. 1597. in 8. Cui editioni Saxonicæ mox successit Misnica, Hamburgi A. 1598. *in 8.* sub hoc publicata titulo: Trostspiegel D. Keysersbergers, aufs neue politet und gebessert, mit einer Vorrede Dav. Wolderi. In præfatione Wolderus, se errores Pontificios, aliasqve phrases suspectas, ex hoc expunxisse, fatetur, opusculo.

M. DETHLEVUS WOLDERUS, Crempa Stormarsus, urbis patriæ Diaconatu, ad A. usqve 1625., est functus, qvo illi Lamp. Alardus in hoc officio, sicut & seqventi 1626. in conjugio cum Anna, defuncti vidua, succedebat. Mortem Viri doctissimi, & lingvæ præsertim Græcæ peritissimi, accelerasse, uti ab Alardi filio accepi, creditur moeror, qvo, ob jacturam Versionis Operum Basilii Magni (sive potius Seleuciensis, uti conjicio) Latinæ, magnam jam partem a se absolutæ, sed a militibus discerptæ atqve combustæ, animum excruciavit.

Disp. de Corporis naturalis essentia & principiis, Præside M. Thoma Rhædo, Scoto, proposita. Rostochii 1610. in 4.

Basilii, Seleuciæ Archiepiscopi, Oratio super verba Gen. I. 1. (*In principio creavit Deus cœlum & terram*), Græce antehac a Commelino edita, nunc autem, versione nova Latina adjecta, denuo ab illo recensita. Hamburgi 1618. in 8.

Basilii Seleuciensis Oratio de Elisæo & Sunamitide, Græce antea a Commelino A. 1596. edita, nunc autem primum Latine versa, & utroqve sermone publicata, Hamb. 1618. in 8. Conf. de illa Joh. Gotfr. *Olearii Abacum Patrologicum p. 73.*

Basilii Seleuciensis Orationum omnium Versio Latina, qvam se Senatui esse inscripturum Hamburgensi, in *Epistola* ad Hier. Voglerum, Consulem Hamburgensem, *dedicatoria, Orationi* ejusdem *in Gen. I. 1.* præfixa, A. 1618. est pollicitus, a militibus, uti jam narratum, igne, Musis inimico, abolita. Observandum autem, omnes XLIII. Basilii homilias a Claud. Dausqvejo, qvi Græce illas A. 1596. Heidelbergæ, e Commelini officina, ediderat, Latine etiam esse translatas, & ibidem A. 1604. publicatas. Qvod ignorasse Wolderus videtur.

GEORGIUS WOLDERUS, civis & Bibliopola Hamburgensis.

Müntzbuch, darinn zu besehen die beste und schönste, so wol alte als neue, Geldmüntzen, davon etliche zu des Herren Christi Zeiten geschlagen, wie auch die Müntzen, so heutiges Tages im Römischen und andern Reichen gebräuchlich sind: Mit einem weitläuftigen Register, und angehengter Probe etlicher Gelder, auch dem Wehrte am Rande. Hamburgi 1631. in 4.

ANDREAS WÖLDIKE, Sommersteda Cimber.

Axiomata miscellanea. Hafniæ 1708. in 4.

GEORG. WÖLDIKE, Sommersteda Cimber.

Tractatus Talmudici Chagiga Caput, e Gemara Hierosolymitana Latine versum, Notisqve illustratum. Hafniæ 1722. in 4. V. Alb. Thura *Ideam Hist. lit. Dan. p. 338.*

MARCUS WÖLDIKE, Sommersteda Cimber.

R. Mosis Maimonidis מאכלות אסורות, seu Tractatus de Cibis vetitis, Pars I., Latine versa & Notis illustrata. Hafn. 1722. in 4. V. Alb. Thura *l. c.*

JOHANNES WOLERUS, Hamburgensis.

Gratulatio ad Mart. Böckelium, cum a Rege Svecorum ad novam Legati, qvi Hamburgi resideret, dignitatem evectus esset. A. 1666. in fol.

CHRISTIANUS WOLFIUS, Glückstadiensis, J. U. D. & in Dicasteriis initio Cimbriæ Practicus, deinde vero Cancellariæ regiæ Glückstadiensis, ab A. 1700., Consiliarius, M. Nov. A. 1721. mortuus.

Disp. Jurid. Inaug. de Scientia, Præside D. Joh. Strauchio proposita. Jenæ 1674. in 4.

HENRICUS CHRISTIANUS WOLFIUS, Lubecensis, J. U. C., A. 1702. superstes.

Disp. Moralis de necessitate jus in res alienas concedente, Præside D. Casp. Matth. Müllero. Rostochii 1695. in 4.

Disp. Jurid. de rationabilitate Canonis juris Lubecensis: Hand mutt Hand wahren; Præside D. Joh. Amselio proposita. Regiomonti 1698. in 4. V. *Nova Lit. Lubec., M. Sept. A. 1698., p. 155.*

M. HERMANNUS WOLFIUS, Lubecensis, ædis in patria Marianæ Diaconus M. Mart. A. 1598., Jacobææ autem Pastor d. 28. Jan. A. 1613., est electus, &, cum per triennium Ordinis Ecclesiastici fuisset Senior, ac coecitate per biennium laborasset, d. 17. Apr. A. 1625. defunctus. Uxorem habuit Annam, Henr. Mennii, Pastoris Ægidiani, Presbyteriiqve itidem Senioris, filiam, Henricum, Parochum Oldesloensem, & Johannem, præsidii militaris Glückstadiensis Pastorem, sibi enixam. V. M. Huberti Köhnii, Ecclesiastæ Lubecensis, *Sermonem in memoriam Henrici, ejus filii, funebrem Germanicum*, Jac. a Mellen *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, ac Georg. Henr. Götzii *Theologum semisecularem p. 41.*, & *Specimen qvæstionum e Theol. casuali, Qv. 2., p. 7.*

Disp. de Turca, ex Ezech. 38. & 39., Præside D. Salom. Gesnero proposita. Witeb. 1596. in 4.

Disp. de Sacramentis in genere, Præside eodem. Witeb. 1596. in 4. Recusa *in Volumine Disputt. Theol.* Gesneri, Lüneburgi A. 1621. *in 4.* edito.

M. JOHANNES WOLFIUS, Lubecensis, Hermanni, modo memorati, filius, Præsidii militaris Glückstadiensis brevi tempore Pastor, ante A. 1640 mortuus. V. *M. Hub. Köhnium l. c.*

Or. in Barbariem lingvarum. Rostochii 1622. in 4.

Or. de Christo in horto agonizante, in urbe patiente, in monte moriente. Rost. 1623. in 4.

JOHANNES WOLMER, Phil. ac Med. D., Physicusqve sive Poliater, circa A. 1540., Hamburgensis, die S. Martini A. 1545. mortuus. V. Joh. Ritzenbergii Epitaphium illi scriptum, *in Epitaphiis Virorum clarorum Hamburgensium, lit. F. 3.*, & Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1043.*

Drom up de twee nafolgende Jahre 1543. unn 1544. Magdeburgi 1542. in 4. (*L. Saxon.*). V. Herm. ab Hardt *T. I. Monum. Avtograph. Rud. Aug., Ducis Brunsvic., p. 427.*

Vorkleringe der Herkomst van aller Avrigheid, unde wat man schüldig iß van den Undersatten to doende: item van dem Adel, dessen Oorsprung, Helm unn Wapen, unn wat de Farven van desülven bedüden; Gedrückt dörch Joh. Ballhorn A. 1544. in 8. (*L. Saxon.*)

JOHANNES WOLTERUS, Lubecensis, d. 21. Aug. A. 1665. natus, J. U. D. & in patria Practicus, ejusdem Senator d. 30. Apr. A. 1708. electus, & 17. Aug. 1721. mortuus. Plura de vita ejus V. in J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 264. 265.*, & *Progr. funebri.*

Disp. Inaug. de potestate personæ publicæ in se ipsam, Præside D. Joh. Henr. Bergero proposita. Witebergæ 1692. in 4.

PETRUS WOLTERUS, Lubecensis, Johannis Mercatoris filius, Pastor ruralis in Holsatia Warderanus, Paterqve Joach. Wolteri, Consiliarii Cancellariæ Glückstadiensis Danici.

Die heilige und gerechte, doch uns Menschen unbegreifliche, Regierung GOttes, oder Leichpredigt über Fr. Catharina Reventlouinn, gebohrne Brocktorfinn, auß Es. XXXVIII. 10. 11. 12. Lubecæ 1674. in 4. (*M. C. K.*)

Manuscripta Historica, a Cajo Brocktorfio, *in Disp. de Naturalis scientiæ constitutione p. 20.*, allegata.

STEPHANUS WOLTERS, Hamburgi d. 26. Jul. A. 1645. natus, Bremæ, Hamburgi, Leidæ, & in aliis Belgii fœderati Angliæqve Academiis, sacris vacavit studiis, & eadem, Theologiæ jam Doctor Cantabrigiæ A. 1670. creatus, in Salmuriensi, Genevensi, Basileensi ac Heidelbergensi, continuavit. Hamburgum redux, Holmiam Svecorum excurrit, Dantiscique tandem, ab Incolis urbis hujus Reformatis Templi sui Petro-Paulini Ecclesiastes extraordinarius A. 1674., atqve ordinarius postea A. 1681., electus, consedit. Conjuges (qvarum prima Corn. Schrevelii, Philologi Leidensis, erat filia) tres habuit, & die 15. Apr. A. C. 1719., ætatis autem 74., obiit. V. Joh. Gottl. Krausii Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 21. A. 1722., p. 221. 222.*

Edidit, teste Krausio:

Krone der Gnade GOttes. A. 1684. in 8.

Teutsche Uebersetzung des Frantzösischen Tractätleins Petri Jurieu von der Andacht; samt einigen von seinen eigenen Predigten. A. 1687. in 8.

Hoffahrts-Greuel und Gerichte. A. 1693. in 8.

Kirchen- und Epistel-Postill, in fünf Bänden. A. 1697. in 4.

Einige Leichpredigten.

CHRISTOPHORUS WOLTERECK, Glückstadiensis, Christophori, Consulis urbani, Monetariiqve regii, filius, Theol. Candidatus, in omni etiam polymathia elegantiori versatissimus, ac *Viri* merito *doctissimi* elogio a Lipsiensibus (*in Actis Erud., M. Aug. A. 1709., p. 370.*) ornatus; postea vero studia Juridica Theologicorum loco justas ob causas amplexus, civitatis Goslariensis, parenti suo natalis, anno circiter 1716., uti ab Amico accepi, fuit Advocatus.

Exerc. Critica, qva, Crucem, qvam in cœlo se vidisse juravit Constantinus Magnus, Imperator, fuisse naturalem in halone solari, disputatur, Præside D. Joh. Alb. Fabricio, Autore illius, defensa. Hamburgi 1706. in 4.

Observationes Philologicæ & Theologicæ in locum Matth. XV. 24., de Apostolatu Christi ad Judæos, Præside D. Gotfr. Oleario propositæ. Lipsiæ 1709. in 4.

Electa rei Nummariæ, sive XXXV. Selectæ Dissertationes de rarioribus Nummis antiqvis, tam Græcis, qvam Latinis, ad historiarum veterum monumenta illustranda, & Antiqvitates Græcorum pariter atqve Romanorum dilucidandas, insigniter facientes, ex Gallico maximam partem Latine translatæ, & junctim editæ. Hamburgi 1709. in 4. De Syntagmate hoc (cujus Dissertationes singulas Index præfixus enumerat, continuationem vero plures istius generis, qvos præfatio pollicetur, exhibebunt Fasciculi) recensus illius consulantur, *in Actis Eruditorum Lipsiensibus, M. Aug. A. 1709., p. 370. 371. 372., Ephemeridibus eruditorum anni 1709. Gallicis Parisiensibus, in Supplemento M. Maji, p. 411. 412. 413., Novis Literariis Germanicis, M. Febr. A. 1709., p. 103. 104.*, Halensium *Bibliotheca nova vernacula, Sect. 86. p. 522. 523. 524.* Joh. Fabricii *P. V. Hist. Bibl. Fabricianæ p. 248. 249.*, & ipsius Collectoris Woltereckii Außführlichem Berichte von neuen Büchern, *Sect. VIII., p. 801-815.*, obvii. Electa hæc Hamburgi A. 1719. (*in 4.*) non recusa sunt, sed Anshelmi Bandurii Bibliothecæ nummariæ, a Joh. Alb. Fabricio cum Notulis & Indicibus denuo editæ, Appendicis instar, per Christ. Liebezeitium, Bibliopolam, titulo ac præfatione resectis, ipsoqve nomine Woltereckii Interpretis omisso, studio lucri haud probando, subjuncta. Versionis autem Latinæ Woltereckii elegantiam commendavit Joh. Car. Schottus *dans l' Explication d' une Medaille Enigmatiqve d' Auguste, Tomo V. de l' Histoire Critiqve de la Republ. des lettres* inserta, *p. 26. 27.* Scriptoribus cum rei nummariæ celebrioribus, ob ista, Dan. Ringmacherus, Prof. Ulmensis, *in Diss. de Nummis*, A. 1710. edita. *p. 38.*, accensuit.

Index Scriptorum, a Pausania, *in Descriptione Græciæ*, allegatorum, *Parti I. Libri IV. Bibliothecæ Græcæ* Joh. Alb. Fabricii (Hamburgi A. 1708. excusæ), *c. 15.*, *p. 471-482.*, insertus.

Index Autorum, a Clemente Alexandrino, in scriptis suis, allegatorum, in *Bibliothecæ* ejusdem Fabricii *Græcæ Libro V.*, Hamburgi A. 1712. edito, *P. I., c. 1., p. 115-133.*, publicatus. Recusus *Volumine II. Operum* Clementis *Græco-Latinorum*, a Joh. Pottero, Episcopo Oxoniensi, Oxoniæ A. 1715. *in fol.* publicatorum.

Außführlicher Bericht von allerhand neuen Büchern, und andern Dingen, so zur heutigen Historie der Gelehrsamkeit gehörig, stückweise außgegeben. Lipsiæ 1708. & sqq. in 8. Relationes complectitur de libris recentioribus, aliusqve rebus literariis, XIII. Germanicas, lectu, ob variam eruditionem, dignissimas, A. 1708. 1709. 1710. & 1711., per certa temporum intervalla, ἀνωνύμως editas, qvas a se & Joh. Gottliebio Krausio, Silesio, Juvene itidem doctissimo, suoqve in pensis his συνέργῳ, concinnatas esse, noster, auditor olim meus in Lyceo Flensburgensii πολλῶν ἄλλων ἀντάξιος, per literas

ras me amicas edocuit. Confer de iis Burch. Gotth. Struvii (ob *multam* illas *industriam*, *notasqve eruditas ac lectu jucundas*, commendantis) *Supplem. Introductionis ad notitiam rei literariæ p. 71.76.*

Teutsche Oden, Cantaten, Sonnette, Madrigalen und Sinngedichte, in zwey Theilen verfasset. Editio secunda auctior. Glückstadii A. 1711. in 8. prodiit.

Holsteinische Musen, worinn enthalten Ehren-Gedichte, Briefe, Cantaten, Oden, Sonnette, Madrigalien, Sinn-Gedichte und Grabschriften. Glückstadii 1712. in 8.

Geistliche und weltliche Sing-Gedichte, nemblich Cantaten, Oden und Arien: Samt einem Anhange einiger anderer Vers-Arten. Hamburgi 1713. in 8.

Goßlarische Ehren- und Schertz-Gedancken, grösten Theils in kurtzen Sinn-Gedichten verfasset. Goslariæ 1715. in 8. Has, una cum *Musis Holsaticis*, ob judicium Autoris accuratius, deprædicarunt Halenses *Sect. 63.* der Neuen Bibliotheck *p. 545. 546. 556.*

Scriptis hisce editis addo inedita, in Cl. Autoris ad me promissa literis.

Opus de Notis Veterum brachygraphicis, qvod Joh. Alb. Fabricius, *Libro IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 15., p. 471., Expositionem locupletissimam Siglarum, in nummis, & aliis veteribus monumentis, occurrentium, Ursati, & aliorum qvorumqve, collectionibus longe pleniorem*, appellavit, & *in Biblioth. Latina, Lib. IV. c. 6., p. 776. edit. sec.*, verbis commendavit seqventibus: *Sed omnium, ut spero, diligentiam, in hoc genere, vincet Christoph. Woltereck, Glückstadiensis, qvi Sertorii Ursati Opus de Notis Romanorum* (Patavii A. 1672. editum) *in alterum tantum auxit, & Græcas qvoqve Siglas longe, qvam dedit Joh. Valeus ad Calcem Numismatum Græcorum, locupletiores simul est daturus.* Denuo illud commendavit *in Notis ad Ansh. Bandurii Bibliothecam Nummariam p. 80. 130.*

Specimen Historiæ nummariæ Hamburgensis, capitibus X. comprehensum.

Hadriani Ἐισαγωγὴ εἰς τὰς θείας γραφάς, cum Versione Latina, & notis atqve emendationibus, ab eo, post Dav. Höschelium, denuo edenda, de qva ipsemet, *Sect. IX.* des Außführlichen Berichts *p. 860.*, conferatur. Versionem hanc & Notas, prælo paratas, edi optavit J. A. Fabricius *Vol. IX. Biblioth. Græc., seu Lib. V., P. V., c. 38. p. 351.*

LAURENTIUS WOLTERSDORF, Lubecensis, natus 1651., J. U. D. & in patria Practicus, Collegii Canonicorum Syndicus A. 1701., reipublicæ autem urbanæ Senator d. 20. Febr. A. 1708., electus. Obiit A. 1712. æt. 61. Vitæ historia plenius exposita est ab Enocho Svantenio *in Programmate funebri*, brevius autem a Joh. Henr. a Seelen, *Parte I. Athen. Lubec., p. 265. 266.* Conf. Jac. a Mellen *Lubecam anni 1702. literatam p. 13. 14.*, & *Nova Literaria Lubecensia, M. Mart. A. 1708., p. 64.*

Disp. de Aqvæ pluviæ arcendæ Actione, Præside D. Wilh. Lysero. Witebergæ 1676. in 4.

Disp. Inaug. de Amicabili Compositione, Præside D. Bernh. Schultzio. Kilonii 1681. in 4.

ANTONIUS WOLTERICH, Meldorpii Dithmarsorum, d. 12. Dec. A. 1593., patre Castano, mercatore, matre autem Magdalena Steinhausia, Antonii, Dithmarsiæ regiæ Protographi, filia, natus, cum scholas patriam, Hamburgensem & Hannoveranam, reliqvisset, XXIII. Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Daniæ, Belgii & Helvetiæ, Academias studiorum partim Juridico-Politicorum magistras elegit, partim vero in itinere salutavit. Spiræ deinde per annum commoratus, Doctoris titulum, qvem Heidelbergæ A. 1618., habita Disputatione inaugurali, jam promeruerat, sed, ob dissipatam paulo post calamitatibus bellicis Academiam, obtinere neqviverat, Rostochii A. 1623., post Disputationem aliam *de Mulierum intercessionibus* solennem, primo inter VIII. Candidatos loco, reportavit. Factus est deinde, in Ducatu Megapolitano, Urbis primum Rostochiensis Consiliarius, post tractus Sverinensis Syndicus, supremiqve simul Dicasterii Sternbergensis Advocatus, tandemqve Syndicus A. 1628. Wismariensis, ac A. 1632. Rostochiensis. Uxorem d. 17. Aug. A. 1619. duxit Justinam, Pauli Merulæ, Professoris Academiæ Lugduno-Batavæ celeberrimi, filiam, ab avunculo illius, D. Joh. Alb. Gryphio, suo in Syndicatu Rostochiensi antecessore, sibi elocatam, eamqve, adoptato, ob sterilitatem illius, Christiano, fratris filio, cum, post qvartanam, scorbutum hydropemqve superatos, febri hecticæ, d. 25. Dec. A. C. 1645., ac ætatis 52., succumberet, reliqvit superstitem. Symboli loco Hemistichium usurpavit decantatissimum: *Vivit post funera virtus.* Vitæ ejus historiam *Programma* D. Joh. Qvistorpii Senioris, Theologi Rostochiensis, nobis suggessit *funebre.* Duo nominis ipsius Anagrammata, carminibus totidem Encomiasticis haud invenustis illustrata, in Joh. Mautneri *Curia Rostochiensi Anagrammatica*, A. 1636. edita, *lit. B. 1. & 2.*, invenies.

Disp. Inaug. Juridica. Heidelbergæ 1618. in 4.

Disp. de Intercessionibus Mulierum, ab ipso Præside (*Resp. Joh. Helmio, Dithmarso, Cancellario deinde in Holsatia regio*) proposita. Rostochii 1623. in 4.

ERICUS WORDENHOFF I., Hamburgensis, Nicolai, civis primarii, ex Anna Moltkia filius, d. 10. Jun. A. 1586. in lucem editus, cum parentem in prima ætate amisisset, sub tutela patrini sui, Erici a Vechte, Consulis, adolevit, Johanneqve Wouwerio, Viro summo, sibi cognato, studiorum directore est gavisus. E schola dimissus patria, Academias Rostochiensem, Gryphicam, Altorfinam, Tubingensem, Heidelbergensem, Argentinensem & Basileensem, adiit, tituloqve Licentiati utriusqve Juris A. 1608. in ultima impetrato, Europam cultiorem itinere peragravit literario. Hamburgum redux, ducta A. 1611. uxore Anna, Frid. Telemanni, XIIviri & ædis Petrinæ Curatoris, filia, ex ista, in 40. annorum conjugio (morte conjugis A. 1651. dissoluto), tres masculos & qvinqve foemellas sustulit. E qvibus Ericus, J. U. Lic., Senatoriam in patria obtinuit dignitatem, Catharina autem d. 12. Aug. A. 1678. Sam. Strykio, Antecessori Academiarum Viadrinæ, Witebergensis & Halensis, primario, Electorisqve Brandeburgici Consiliario intimo, ac sororum hujus una A. 1672. Wernero Johanni Uffelmanno, J. U. D. & Senatori Hamburgensi, sunt elocatæ. Cum praxi in patria forensi, per lustra aliqvot, inclaruisset, dignus A. 1622. Senatui est visus, qvem, tanqvam consiliorum rectorem & præsidem, XIIviris, Judicium inferius, vagum hactenus ac desultorium, instauraturis, adjungeret, posteaqve A. 1630. in Senatum ipsum allectus, & ad præturam, tractus (cui ab A. 1644. ad 1650. præfuit) Ritzbüttelani præfecturam, Scholarchæqve dignitatem, evectus. Ordinis tandem Senatorii Senior, cum nec oculos hebetes, nec memoriam vacillantem, esset expertus, &, in referendo ad Senatum, extrema etiam ætate, nulli concessisset, morbo, qvo vix biduum decubuerat, fatali, d. 20. Aug. A. C. 1667., ætatisqve 82., est extinctus. V. Mich. Kirstenii *Programma* de vita ejus *funebre*, A. 1710. *Parte I. Memor. Hamburg.* Joh. Alb. Fabricii, *p. 513-519.*, recusum, & Germanice qvoqve Hamburgi *in fol.* editum, ac Ad. Tratzigeri Jun. *Seriem Senatus Hamburg. Chronologicam p. 47.*

Disp. Inaug. Juridica. Basileæ 1608. in 4.

Enchiridion, in qvo summa & præcipua doctrinæ Christianæ capita, ad S. Scripturæ normam, & veræ pietatis usum, conformata, breviter & dilucide explicantur. Hamburgi A. 1657. 1664. & 1675. in 12. Ultimæ anni 1675. editioni, sub solis literis nominis (qvod priores integrum exhibuerant, initialibus E. W. L. publicatæ, novus hic præfixus est titu-

lus: *Manuductio ad Veram pietatem,in qva præcipua,homini Christiano ad salutem scitu necessaria,dilucide explicantur, genuinusqve doctrinæ capitum usus monstratur.* Confer de illo Vinc.Placcii *T.I.Theatri Anon.& Pseudon., c.2., p.151.152.*
Annotationes MSS. in Jus Statutarium Hamburgense, in D. Matth. Slutteri Tr. von den Erben in Hamburg, *P.IV., Tit.3., p.682., & Tit.10.p.761.*, laudatæ.

ERICUS WORDENHOF II., Hamburgensis, primi, modo laudati, filius, J. U. Licentiati titulum, post annos complures in Germaniæ, Belgii & Galliæ, transactos Academiis, Basileæ, Brabevta Joh. Jac. Feschio, A. 1648. obtinuit. Patriæ restitutus, praxi initio vacavit forensi, & in fraternitatis Kalendarum, sive Vicariorum ædis Cathedralis (qvibus A. 1628. adscriptus erat), Collegii Decanatu Joh. Dresemanno d. 16. Jun. A. 1671. successit, tandemqve, abdicato isto munere, d. 2. Oct. A. 1676. in ordinem evectus Senatorium, triennio post, d. 4. Nov. A. 1679., decessit. V. de illo Joh. Alb. Fabricii *P.II. Memor. Hamburg. p.619. 623.*, & Joh. Jac. Feschii *Programma* de promotione ejus Academica Basileensi, perqvam honorificum.
Gratulatio metrica Senatoriæ dignitatis, d. 21. Febr. A. 1641. Hier. Fresio, J. U. L., Petro Lütkens, J. U. L., Joh. Wetkenio & Dithmaro Kohlio, collatæ. Hamburgi 1641. in 4.
Disp. de genere Logicæ, Præside D. Joach. Jungio. Hamb. 1641. in 4.
Disp. de Repressaliis, Præside D. Joh. Jac. Wissenbachio. Franeqveræ 1646. in 4.
Disp. de qverela inofficiosi Testamenti. Franeqv. 1646. in 4. (Præside eodem).
Disp. de divortio Juris Civilis & Canonici, Præside eodem. Franeqv. 1647. in 4.
Disp. Inaug. de jure Dotium. Basileæ 1648. in 4.

ERICUS WORDENHOF III., Hamburgensis, J. U. Licentiati titulum A. 1677. Aureliæ (cum nationis illic Germanicæ esset Procurator) consecutus.
Disp. Jurid. de Polypædia, Præside D. Pet. Schultzio. Francofurti ad Viadr. 1675. in 4.
Disp. Jurid. Inaug. de Occasione. Aureliæ 1677. in 4.

ERICUS WORDENHOF IV., Hamburgensis, J. U. Doctor, & Canonicorum patriæ, ab A. 1708., Secretarius, Bibliothecarius, nec non Canonicus minor.
Disp. Inaug. de Libertate in testando Statutis Hamburgensibus restricta. Lugd. Bat. 1706. in 4. V. *Hamburgum anni 1716. literatum p.21.*

HENRICUS WORDENHOF, Hamburgensis, J. U. D., ædis in patria Cathedralis, ab A. 1630., Canonicus, & Canonicorum omnium, cum d. 12. Sept. A. 1661. expiraret, Senior. V. J. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p.607.*
Qvæstiones illustres Politicæ, Præside M. Ant. Mylio propositæ. Jenæ in 4. (*Catal. Placc.*)
Disp. Inaug. de Diffamationibus. Basileæ 1625. in 4.

LAURENTIUS WORDENHOF, Hamburgensis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1704. superstes.
Disp. Inaug. de Qvitantiis. Aureliæ 1683. in 4.

M. BERNHARDUS WÖRGERUS, Lubecensis, Ecclesiastes in patria Petrinus d. 19. Nov. A. 1635. electus, & d. 23. Febr. A. 1647. defunctus; Francisci (*de qvo statim dicetur*) parens. V. Jac. a Mellen *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium.*
Decas qvæstionum de Prædestinatione, Præside D. Joh. Tarnovio proposita. Rostochii 1617. in 4.

FRANCISCUS WÖRGERUS, Lubecensis, Bernhardi, modo memorati, filius, homo eruditus, sed φιλόνεικος, post reditum ex Academia (in qva A. 1664. vixit) Jenensi, aliisqve Germanicis ac Danicis, cœnobii in suburbio Lubecensi Laurentiani d. 26. Jun. A. 1673. electus est Ecclesiastes. Sacro hoc munere per lustra functus est qvatuor, sed bis interea temporis, si vera a Joh. Dan. Majore, ejus adversario (*in Justis doloribus*, ei oppositis, *p. 6.*), traduntur, ob *continuas altercationum tricas atqve plicas, qvibus Viros honestos, & Sam. imprimis Pomarium, Superintendentem, ad mortem usqve, defatigabat*, illius exercitio aliqvamdiu prohibitus, tandemqve, ob Elenchi abusum Ecclesiastici, & contumaciam adversus Magistratum, d. 21. Oct. A. 1692. plane remotus. A. seqv. 1693. templi Germanorum Petrini Hafniensis Pastoratum frustra ambiit, & vitam deinde in urbe patria egit privatam. Obiit M. Nov. Anni 1708. Vitæ ejus synopsin perbrevem, cum scriptorum ejus Indice, tribusqve Thomæ Crenii, in qvibus ista laudantur, Epistolis ad Autorem, A. 1703. 1704. & 1706. exaratis, exhibet Joh. Henr. a Seelen *Parte II. Athenarum Lubecensium, p. 411-425.* Conf. Indicem scriptorum ejus, editorum & ineditorum, *in Novis Literariis Lubecensibus, M. Mart. A. 1698., p. 45. 46. 47.*, exhibitum, Jac. a Mellen *Lubecam A. 1698. literatam p. 13.*, & *Catal. MS. Ecclesiastarum Lubecensium*, Joh. Dan. Majorem *l. c.*, Vinc. Placcii (a qvo perperam Doctor est salutatus) *T. I. Theatri Anon. & Pseudon., c. 11., p. 451.*, & Rud. Mart. Meelführeri *Accessiones ad Theod. Jansonii Biblioth. promissam. p. 155. 156.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Disp. de Odoratu, Præside M. Herm. Grubio proposita. Jenæ 1664. in 4.
Detectio fraudis, qva pleræqve omnes, qvibus hodie Lojolitæ ad suas partes sollicitant orthodoxos, revelantur atqve confunduntur artes; ad Hier. Mülmannum, Jesuitam, super istius libro, cui titulum fecerat *Mysterium fraudis*, Hafniæ, sine mentione anni (*qvi fuit 1666. vel 1667.*), in 12.
Observationum Liber singularis, in qvo ex Patribus varia delibantur, ad devotionis incrementum. Lubecæ 1672. in 8. (*Catall.*)
Oedipus sacer super Evangelia Dominicalia & festivalia; h. e. Variorum locorum, qvæ qvidem Interpretum industria hactenus magis obscuravit, planissime expositorum, Decas singularis. Accedit brevis Enodatio loci Gal. III. 20. Lubecæ 1675. in 8.
Primitiæ Dissertationum sacrarum: I. An David Rex, horribili cæde mactans Ammonitas, enormiter peccarit? II. Qvinam cap. 3. Jobi maledictores diei atqve Leviathan? Lub. 1678. in 4. Priorem, pro Davide apologeticam, D. Joh. Diecmannus (*in Notis ad Concionem de Victoria Svecorum Narvensi p. 62.*) commendavit.
Triga Dissertationum: I. de Signo filii hominis in cœlo Matth. XXIV. 30.; II. de Hœdis ab ovibus in judicio separandis; III. de Mense nascentis Domini, contra Sam. Bochartum. Kilonii 1679. in 4.
Hakeldama, seu Harmonia S. Matthæi cum Jeremia facilis & expedita, super Agro sangvinis; sine loci & anni (*qvi 1683. fuit*) mentione *in 4.* excusa, & *Tomo Thesauri Theologico-Philologici Dissertationum in loca V. & N. T. selectiora elegantiorum Secundo* (*in N. T.*), Amstelodami A. 1702. *in fol.* edito, *p. 222. & seqq.*, recusa. Diatriben hanc, solum Jeremiam, excluso Zacharia, a Matthæo esse citatum, hujusqve verba omnia (c. XXVII. v. 9, 10.) apud Jeremiam, etsi
non

non κατά τὸ ῥητὸν, tamen qvoad rem ipsam, occurrere, contendentem, Thom. Crenius, *P. III. Animadverf., c. 5., p. 186.*, *Tractatum* vocavit *eruditum*.

Conciliatio S. Evangelistæ Marci cum Johanne, super horam, qva cruci affixus est Dominus. Hamburgi, sine anni (*qvi 1683. fuit*) mentione, in 4. Recusa Amstelod. A. 1702., *Tomo II. Thesauri Theologico-Philologici*, *modo allegato*, *p. 277. & seqq.* Sententiam ejus, Johannem non de certa diei ac crucifixionis hora, sed de illa, qva Judæi agnum mactare solebant paschalem, esse locutum, & sic mystice voluisse innuere, Christum, ejus antitypum, eadem in ara crucis fuisse mactandum, statuentis, violentiæ accusat & rejicit Thom. Ittigius, *in Selectis Hist. Eccl. Sec. II. Capitibus, c. 3., Sect. 2., §. 24., p. 132.*

Historia Hamelensis contra Mart. Schookii *Fabulam Hamelensem* defensa. Præmittuntur, adversus ejusdem cavillationes super historica veritate Johannæ Papissæ, breves aliqvot stricturæ. Hamburgi, sine mentione anni (*qvi 1683, fuit*), in 12.

Diss. de Avibus Salomonis, secretorum delatoribus. Ratzeburgi 1685. in 12.

Disqvisitio de Fontibus, Salomonis hortos irrigantibus. Ratzeb. 1685. in 12.

Vastatio Babylonis Assyriæ, seu primæ, secundum Sodomæ & Gomorrhæ vastationem omnium horribilissima, multis Prophetarum, imprimis Esaiæ & Jeremiæ, locis explicandis accommodata, & a tot Scriptorum veterum, Græcorum, Latinorum & Christianorum, intolerandis erroribus vindicata. Ratzeb. 1685. in 12.

Diss. de Benedictione sacerdotali. Helmstadii 1686. in 4.

Psychologia Salomonis, post tot interpretum sinistras detorsiones, ab Aug. Varenio dextre explicata, &, contra Bened. Spinosæ, aliorumqve Atheorum, inanes cavillationes, uberius defensa. Hamburgi 1686. in 12.

Dissertatio super loci Matth. XI. 21. Versionem insolitam, nupero anno 1685. recoctam: *Væ tibi* (χώρα Ζὶν) *regio Zin*, V. C. Joh. Dan. Majoris, Prof. Med. Kilon., *Epistolæ de Nummis Græce inscriptis* opposita. A. 1686. in 8. Repositi huic sunt (Kilonii A. 1686. *in 4.*) a Majore *Justi dolores, ad pleniorem informationem orbis eruditi, & judicum competentium, expressi, ob injurias graves, a Franc. Wörgero sibi illatas, in causa, an Matth. XI. 21. Luc. X. 13. Chorazin, vel Chora Zin, sit legendum.* Qvibus a Wörgero, minas adversarii de actione forensi ipsi intentanda haud morato, seqventi responsum est schediasmate:

Ultimæ Exeqviæ regionis Sin, & fictæ novitatis Accentuum Græcorum, qvas ipse Joh. Dan. Major *in Justis doloribus* ivit. A. 1687. in 8. Teste Seelenio Controversia hæc philologica in litem degeneravit forensem, hujusqve occasione prodierunt Zweyer Juristischen Facultäten auf den Academien zu Leipzig und Wittenberg wolgegründete Bedencken, wegen der im Jahre 1686. verwechselten Streitschriften D. Joh. Dan. Majors und Fr. Wörgers, Wörgero magis, qvam Majori, faventia.

Symbolæ Theologicæ & Historicæ ad Exercitationes Academicas V. C. Jac. Gronovii de Juda proditore. Lubecæ 1688. in 12.

Vastatio Sepulchri Dominici desperata & irreparabilis, non solum multipartitis monachorum superstitionibus atqve imposturis detegendis, sed & aliis perqvam necessariis dilucidandis, adaptata. Lub. 1688. in 12.

Diss. de Submergendo capite scandalizantis, in locum Matth. XVIII. 6. Lub. 1688. in 12.

Exerc. Biblica de Samsone, instructis ad incendium Vulpibus agros Philistæorum comburente; cum Appendice de Maxilla asini, qva ab eodem percussi sunt mille Philistæi: Ad M. Bernh. Krechtingium, Presbyterii Lubecensis Seniorem. Lubecæ 1699. in 8. V. *Nova Lit. Lubec., M. Majo A. 1699., p. 159.*

Exerc. de Præsule Ephesio, charitatem primam relinqvente, ad Apoc. II. 4. Lubecæ 1707. in 4. V. *N. L. Lub., M. Apr. A. 1707., p. 127.*

Exerc. de Aspide obturante aures coram Incantatore. Lub. 1707. in 4. *V. N. L. Lub., M. Jul. A. 1707., p. 224.*

Diss. de Rachele clanculum Labano Teraphim surripiente. Lub. 1707. in 4. *V. N. L. L., M. Nov. 1707., p. 352.*

Scholia varia, Novis Literariis Lubecensibus passim inserta:

1. Ad Jac. a Mellen Seriem Regum Hungariæ, *M. Aug. 1699., p. 248-251.*
2. de Observationibus aliqvot Historico-Criticis, *M. Jun. A. 1700., p. 189-192.*
3. Chronologicum de Epistola Eliæ ad Joramum missa, *M. Sept. A. 1700., p. 286-288.*
4. de priscis Septentrionalium in Americam navigationibus, *M. Jan. A. 1702., p. 27. 28. 29.*
5. de Infernali Serpente Protoplastorum seductore, sub Serpentis illum specie apparuisse negans, *M. Febr. A. 1702., p. 56. 57.*
6. de gallicinio noctis Christo natalitiæ fabuloso, *M. Mart. A. 1702., p. 88. 89. 90.*
7. de falso credita Spiritus sancti, in baptismo Christi, sub specie Columbæ, apparitione, *M. Apr. A. 1702., p. 120. 121. 122.*
8. de Papa Domino & Deo, *M. Jul. A. 1702., p. 216. 217. 218.*
9. in loca 1. Pet. III. 19. & IV. 5. 6., *M. Sept. A. 1702., p. 279-282.*
10. de Societate Ignatiana Christo JEsu inimica, *M. Oct. A. 1702., p. 310-314.*

II. GERMANICA.

א. PROPRIA.

Babylonisches Vorwerck der geschminckten Greuel, unter dem Titel von Unfehlbahrkeit des Papstes, Historischer weise, auß der Papisten eigenen Büchern, kürtzlich aufgedecket. Flensburgi, apud Gotfr. Herbertum, A. 1672. in 12. Lipenius (*P. I. Biblioth. Theol. p. 125.*) scriptum hoc, errore triplici, & die Babylonische Verwirrungen appellat, & Flensburgi A. jam 1670. *in 4.* prodiisse perhibet.

Der Todten Weckuhr, auf einem Grabsteine, zu Hamburg, in S. Jacobi Kirche, weiland aufgestellet, und anietzo der letzten üppigen Welt, in sechs symbolischen Betrachtungen, vorgestellt: Samt einem Beschlusse, welcher mit sechs Abtheilungen darthut, daß eben solche Weckuhr schon längst, wieder die Gewaltigen, durch den H. Geist selbst, Ef. XL., also sey eingerichtet. Lubecæ 1672. in 12.

Des Teufels Weyhqvast und Schminckkessel. Hafniæ 1673. in 12. Invectiva est in fucum faciei, ornatumqve vestium muliebrium nimium.

Fasciculus Concionum, oder außerlesene Zeitpredigten. Hafniæ 1675. in 4. (*V. Catal. nundin. Lipf. A. 1675. autumn., & Lipenium P. I. Biblioth. Theol. p. 383.*)

Leichpredigt über Fr. Cæcilia von Höveln, Herrn Gottschalcks von Wickeden Eheliebste, auß Sap. III. 1. 2. Lub. 1676. in 4.

Des Geistlichen Blumenthals allerhand annehmlicher und nachdencklicher, doch meistentheils sehr kurtzer, Sprüche des H.

Göttlichen Schrift, so in sonderbahren Predigten sind erkläret, Erster Theil. Francof. 1678. in 4. Anderer Theil, Francof. 1678. in 4. Utraqve pars, folio tantum primo mutato, sub novo hoc Hafniæ A. 1687. denuo venum exposita est titulo: Auserlesene Biblische Kern-und Trostsprüche, in XXI. Predigten erkläret. Partis tertiæ, qvartæ & qvintæ Σκιαγραφίαι, sive Indices capitum & contentorum peculiares, lucem viderunt 1694. & 1695.

Der Lebendigen Ermunterung aus der Todten Vermoderung. Lubecæ 1685. in 12. Sub literis nominis initialibus F. W. D. L. P. ab eo est edita. V. Vinc. Placcii (A. 1658. illam prodiisse falso tradentis) *T. I. Theatri Anon. & Pseudon.*, *c. 11.*, *p. 451.*

Der Gerechten Eingang in ihre Ruhe (aus Sap. IV. 7 - 11.) welchen Joh. Casp. Rodde, J. U. Lic. vollbracht, ed. Ratzeburgi A. 1691. in 4.

Der Christen Leben im Sterben aus Phil. I. 21.

Erklärung des Festtextes am Tage S. Laurentii Joh. XII. 24. Lub. 1704. in 4.

2. ALIENA.

Jac. Göttenii, Predigern zu S. Joh. in Lübeck, Ander Theil der Spaarstunden Gottseliger Betrachtungen, wie man sich in der täglichen Uebung des thätigen Christenthums zu verhalten habe; nach des Autoris Tode von Fr. Wörgern vollführet und ausgegeben. Lubecæ A. 1671. & Lipsiæ 1691. in 12. (Pars I. anno jam 1663. ab ipso Göttenio erat edita.)

Heil- und Geleits-Thurm im Wege der Ottern und Drachen, oder Joh. Eusebii Nierenbergii Zwey Bücher, wie man seine Feinde lieben solle, verdeutscht. Lub. 1673. in 12.

INEDITA.

I. LATINA.

Relaxationum Historico-Politicarum Libri duo, Ἰσῶς ἀνεκδότοις *in Novis Literariis Lubecensibus, M. Mart. A. 1698.*, *p. 46.*, recte annumerati, qvos Lubecæ A. 1673. *in 12.* Lipenius (*Catalogo nundinarum anni istius vernalium*, eos *p. 38.* tantum pollicito, temere credulus) *in Biblioth. Philosophica*, Flensburgi autem A. 1675. *in 4.*, præter eundem, Corn. a Beughem *in Bibliogr. Juridico-Politica p. 253.*, ac *in Bibliogr. Histor. p. 275.*, *Catalogusqve Jansonianus Amstelodamensis*, falso tradunt prodiisse, cum earum tantum Σκιαγραφία, sive Contentorum & Capitum index A. 1693. sit excusus.

Dissertationes Biblicæ: 1. de Adventu Messiæ in regno suo; 2. de Vitulo Aaronis; 3. de Uxore Lothi in statuam salis versa; 4. de Bethsemitis apud arcam Domini prostratis; 5. de pueris Bethelensibus coram Elisa dilaniatis; 6. de signo Jonæ Prophetæ; 7. de Pisce, in qvo Jonas est sepultus; 8. de Sanctis cum Christo resurgente resuscitatis; 9. Num Papa Romanus sit hostis crucis? 10. de Enocho, Elia atqve Paulo, in cœlum raptis; 11. de gloria Salvatoris transfigurati in monte; 12. de Corvis carnes & panes Eliæ afferentibus, & de potu ejus e torrente Crithi; 13. de Jacobo luctante cum filio Dei; 14. de Statere invento in ore piscis, qvo didrachmam Petrus persolvit; 15. de S. Johanne strenue illibatum honorem B. Virginis Mariæ, a Domino sibi commissæ, tutante; 16. de Messia non rapinam arbitrante esse æqvalem Deo; 17. de Responso Christi: *Si eum volo manere, &c.*, Joh. XXI. 22.; 18. de Pentatevcho, adversus frivolos Bened. Spinosæ cavillos eum vindicans; 19. Concio Symbolica *Dominus providebit*, Gen. XXII. 8. V. *Nova Lit. Lubecensia, M. Mart. A. 1698.*, *p. 46. 47.*

Oedipi Sacri Pars altera.

Appendix ad Diss. de Signo Filii Hominis in Cœlo (in *Triga Dissertatt.* A. 1679. editam): Cur Filius Dei, Marci XIII. 32., se ignorare dixerit tempus atqve horam Judicii extremi?

Appendix ad Diss. de Benedictione sacerdotali, de Benedictionibus Posterorum Jacobi Gen. XLIX., eas esse mere spirituales.

Diss. de Connubio Hoseæ cum meretrice.

Messias patiens, e vaticinio Jacobi Gen. XLIX. 11. 12., post tot sinistras Interpretum aberrationes, Christianis pariter ac Judæis propositus.

Diss. de Indurato ad tot miracula Pharaone, & qvam præpostero ausu, ex illius casu, hodieqve malevolentiam qvandam supremo Numini adscribant nonnulli.

Diss. de Salvatore nostro Jesu Christo, Gallinæ se comparante, qvæ fovet sub alis pullos suos: contra Atheos, Ecclesiam in diaboli atqve mortis regione protegi ac servari inficiantes.

II. GERMANICA.

Des Geistlichen Blumenthals Fortsetzung, in allerhand Predigten. (*IV. Volumm.*)

Tractat von Auferstehung der Todten, gegen die Atheisten; cujus Σκιαγραφία lucem vidit.

Tractat von der verkehrten Welt, und dem selbiger in kurtzem bevorstehenden Gerichte.

Tractat von S. Pauli Kampfe mit dem Tode, aus Phil. III. 7 - 16., 2 Tim. I. 12. und IV. 6. 7. 8.

Tractat von rechter Vorbereitung zum Tode.

Tractat von Aufmunterung der Krancken muhtig und Christlich zu sterben. (Sex hæc scripta ἀνέκδοτα Lubecenses, *loco modo citato p. 46. 47.*, ab eo jubent expectari.)

Die befreyete Heimath der selig Sterbenden aus 2 Cor. V. 1-10. samt einigen dahin zielenden andern Predigten.

Historische Frühlingswiesen allerhand anmuhtiger und nützlicher Erzehlungen, qvæ *in Catalogo nundin. vern. A. 1678. Lips. p. 38.*, *vernali A. 1682. p. 42.*, ipsius *Vastatione Sepulchri dominici p. 137.*, & *Novis Lit. Lubec.*, *M. Jan. A. 1702.*, *p. 27.*, promittuntur. Opus hoc novem constans Alphabetis, Noribergæ jam cœptum erat imprimi, novemqve illius plagulæ excusæ, cum editio ulterior morte Joh. Hofmanni Bibliopolæ, sumptus suppeditantis, sufflaminaretur.

Comœdia Satyrico-Scoptica in adversarios suos Lubecenses, aliosqve concives, publicis fungentes officiis, Saxonica scripta dialecto, cujus ab amico mihi factum est indicium.

JOHANNES WORGERUS, Lubecensis, Med. Doctor.

Disp. Medica Inaug. de Mola. Trajecti ad Rhenum 1687. in 4. (*A. D. L.*)

FRIDERICUS AUGUSTUS a WORGEWIZ, Holsatus, Christiani, Ducis Holsato-Glücksburgici, aulæ Præfectus ac Consiliarius, d. 4. Mart. A. 1689., cum anno præcedente Principis sui excidisset gratia, est mortuus. In Societate Carpophororum Germanica A. 1659., teste Georg. Neümarckio (1.), locum obtinuit, & a Præside hujus, Wilhelmo, Duce Saxo-Vinariensi, *Detegentis* (des Offenbahrenden) donatus est agnomine.

Disp. de boni Consiliarii in Republica munere, Præside Herm. Conringio proposita, Helmstadii 1652. in 4.

Leichenrede über Sibyllam Ursulam, Hertzoginn zu Holstein-Glücksburg, gehalten, und in der Gedächtnißseule derselben (qvæ Hamburgi A. 1672. *in fol.* prodiit), *p. 8 - 12.*, gedruckt.

CASTANUS

(1.) im Neusprossenden Teutschen Palmbaum *p. 406.*

CASTANUS WORMIUS, Ripensis, Matthiæ, Præsidis illius civitatis regii, filius, & in officio ab A. 1700. (qvo parens isto se abdicabat,) successor (1.), Cancellariæqve simul regiæ Hafniensis Danicæ Consiliarius, A. 1720. Scholæ Ripensi Scriptores omnes Lingvæ Latinæ donavit veteres, sedulo a se collectos, primaqve liberalitate hac fundamenta Bibliothecæ jecit scholasticæ, ab aliis mox locupletatæ. Celebratus est ob istam a V. C. Christ. Falstero, Conrectore Lycæi illius, *in Sermone de Bibliothecis variarum gentium Scholasticis*, eodem A. 1720. & Ripis d. 20. Junii publice habito & Flensburgi (*in 8.*) edito.

Diss. de Faba Pythagorica. Hafn. 1696. in 4.

Disp. de capitis diminutione. Hafn. 1697. in 4.

Metaphrasis Danico-metrica Satyræ Nicolai Boileau Gallicæ qvintæ de Nobilitate elegans, *ἀνωνύμως* A. 1718. in 4. prodiit.

Versio Danica XIII. Satyrarum Nic. Boileau Gallicarum, Hafn. 1713. in 4. V. *Nova literaria Danica anni 1723., num. 34., p. 265. 266. 267.*

Poema Danicum ἀνέκδοτον de Friderici IV., Regis Daniæ, rebus præcipuis per totum regimen gestis, Numismatis ejusdem rarioribus illustratum, ipsiqve Regi A. 1720. oblatum; de qvo & continuatione ad A. 1722. V. Alb. Thuræ *Ideam Hist. Lit. Danorum p. 353.*

JOHANNES WOWERIUS, in urbe (cujus, ob ingratitudinem in se, mentionem ab Encomiastis injici posthumis in testamento prohibuit) Hamburgensi d. 10. Martii A. 1574. in lucem editus, cum Joh. Wouwerio, Antwerpiensi, patriæ Senatore, Philippi IV., Regis Hispaniæ, Consiliario bellico, ærariiqve Assessore Belgici, scriptore sibi agnato, coævo atqve ὁμωνύμῳ, a plurimis, uti *in Hymonymoscopia (Sect. II., c. 7., §. 142., p. 733-736.)* jam monuimus, perperam confunditur. E familia Belgica (qvæ Barones, Eqvites auratos, Ministrosqve eximiæ dignitatis regios, per complura patriæ jam dederat secula) perillustri ortus & antiqvissima, patrem habuit Nicolaum, Antwerpiensem, Virum eruditum, religionis (ob qvam a parentibus exhæredatus est) Lutheranæ studio Hamburgum e patria digressum, & istic mortuum, matrem vero Sophiam, e gente Wintemiorum prognatam vetusta ac nobili. Puer lingvas literasqve elegantiores in schola Hamburgensi, Rectore Wernero Rolfincio, ingenii præcocis beneficio, celeriter arripuit, ac, commilitonibus brevi superatis, ut Juris his adjungeret scientiam, in Academiam A. 1590. Marpurgensem abiit. Ex ista A. 1592. in Lugduno-Batavam delatus, per integrum illic qvinqvennium, Themidos pariter atqve Musarum elegantiorum sacris ardore ac successu vacavit incredibili, biennioqve hujus ultimo studia simul juvenis generosi, Domini de Scagen, moderatus, Jos. Scaligeri (cui Petronium inscripsit, A. 1595. a se editum), cæterorumqve Leidæ ac Bataviæ luminum, indolis ac doctrinæ præstantia sibi conciliavit amicitiam. Lustro (intra qvod in Angliam etiam excurrit) continuo istic commoratus, Galliam, ab A. 1596. ad 1600., Italiam vero, vicinamqve Siciliam, triennio seqventi, literario & politico peragravit itinere. In qvo non ea solum, qvæ ad studia polymathiæ elegantioris illustranda facere videbantur, diligenter undiqve conqvisivit, sed aularum etiam & rerumpublicarum arcana solerter exploravit, singulariqve felicitate, cum Viris locorum singulorum eruditissimis, tum Principibus ipsis (e qvibus Hetruscus munus ei in aula sua offerebat splendidum), horumqve Ministris, ac magnatibus aliis, imo Clementi etiam VIII., Pontifici (stipendio liberali promisso Romæ ipsum detinere conato), ac Cardinalibus haud paucis, perqvam familiariter innotuit. Crebra certe ipsius cum his conversatio rumori falso, de religione Lutherana ab eo Romæ abjurata, operaqve mercenaria Pontifici & Inqvisitionis tribunali præstita, occasionem præbuit, in Batavia tunc & Germania ab æmulis divulgato malevolis. Italia relicta, æstivo A. 1602. tempore, aulam Rudolphi II., Imperatoris, Pragensem, in summorum hujus procerum, qvi ingentibus illuc eum evocarant promissis, gratiam, adiit, &, bimestri a Joh. Matthæo Wackero, Senatore intimæ admissionis, exceptus hospitio, cum locum inter Consiliarios sibi oblatum Cæsareos recusasset, Hammopolin patriam repetiit. In hac, post iter anni 1603. in Septentrionem trimestre, scriptumqve eodem Christiano IV., Daniæ Regi, occasione homagii huic ab Hamburgensibus præstiti, insignem *Panegyricum*, spe asseqvendorum inter cives honorum ductus frustranea, biennium, in arce autem Steinburgensi, ac Bened. Alefeldii, Mareschalli Danici, convictu, Joh. Friderici, Ducis Holsatici, Præsulisqve Bremensis, aula, ac prædio Wandesbeckano, patriæ vicino, triennium, privatus exegit. A. 1607., M. Majo, Ennoni III., Comiti Ostfrisiæ, cœpit esse a consiliis, seqventi autem 1608., legatione ad conventum de pace cum Embdensibus instauranda Hagiensi auspicato finita, ex illius aula in Gottorpiensem Johannis Adolphi, Ducis Holsatici, Ennoni affinitate juncti (cui anno præcedenti, cum filios Comitis ad eum deduceret, ita doctrinam, prudentiam moresqve suos, probaverat, ut transitum hunc, anteqvam dimitteretur, jurejurando coactus fuerit polliceri), commigravit. In hac Consiliarii intimi ac Cameralis, Senatusqve Ecclesiastici Præsidis, nec multo post Præfecti etiam Gottorpiensis, dignitates consecutus splendidas, & loco inter Ministros aulicos propemodum principe potitus, gratia Ducis, nihil alicujus momenti ipso inconsulto aggressi, *ad invidiam usqve summa*, cuiqve *accedere nihil posse* ipsemet, in Epistolis ad amicos, jactabat, per qvadriennium, ad obitum usqve, floruit, & nonnunqvam, insolenter qvædam ac injuste agendo, est abusus. Vitæ isti negotiosæ, multorumqve odiis, ac molestiis aliis, obnoxiæ, qvam nihil ferme temporis studiis, monumentisqve ingenii, in omni ferme literarum genere, affectis qvamplurimis perficiendis, relinqvere, sæpe doluit, post toleratos triennio ultimo morbi lenti, multiplicis ac sævissimi, insultus ac cruciatus propemodum assiduos, cum de abdicandis dignitatibus plerisqve aulicis, & secessu in præfecturam Apenradensem exiguam, sed amoenissimam, cogitaret, Slesvigæ, d. 30. Martii A. C. 1612., ætatisqve 38., obitu immaturo, est immortuus. In Testamento, ante hunc condito, Bibliothecam aulicæ Principis sui Gottorpiensi, literarum studiosis & consangvineis pauperibus stipendia perpetua, Amicis eruditis donaria, singulisqve, Panegyricos sibi in posterum scripturis, LX. nummos unciales, de famæ suæ perpetuitate sollicitus, legavit, lapidi autem, monumento ædis cathedralis Slesvicensis sepulchrali imposito, verba tantum jussit insculpi seqventia: *Hic sita sunt ossa & cineres Joannis Woweri. Obiit. d. XXX. Mart. A. MDCXII.* Jurisconsultus fuit, Politicus, Antiqvarius, Historicus, Criticus, Philologus ac Polyhistor plane eximius, & eruditorum istius, qvo vixit, ævi principibus merito accensendus, menteqve generosa ac singulari morum elegantia plerisqve popularibus superior, sed ambitiosus simul, *περιαυτόλογος* atqve immodicus dotium suarum ostentator, jactantiæqve istius vitio in eruditos alios, etiam amicissimos, haud raro injurius, & plagii vicissim ab istis non unius insimulatus est literarii. Uberiorem vitæ Viri virtutibus pariter atqve vitiis magni, scriptorumqve ejus editorum ac ineditorum, meritorum in literas, & variorum de his atqve ipsomet judiciorum, narrationem historicam Tomus operis hujus nostri exhibebit ultimus. Consulantur interim, præter *duas Epistolarum* ipsius amicorumqve *Centurias*, a Geverh. Elmenhorstio Hamburgi A. 1618. editas, ejusdem Elmenhorstii Vitæ ejus *σκιαγραφία*, *Syntagmati* illius *de Græca ac Latina Bibliorum interpretatione posthumo*, additis eruditorum qvorundam Epicediis & elogiis, A. 1618. præfixa, & A. 1665., sub initium editi-

 onis

(1.) V. Pet. Terpagrii *Inscriptiones Ripenses p. 150.*

onis *Tractatus de Polymathia* Lipsiensis Thomasianæ, A. 1677. autem in Henn. Wittenii *Memoriæ Philosophorum renovatæ Decade I., p. 79-82.*, recusa, Jac. Thomasii Prolegomena editionis *Libri de Polymathia* Lipsiensis, modo laudatæ, Panegyrici, qvos in laudem illius, spe præmii, paulo ante memorati, Ad. Olearius (Kilonii A. 1667. *in fol.*) & Nicol. Joh. Crusius (Slesvigæ A. 1657. *in fol.*) ediderunt, Pet. Bælii *Tomus III. Dictionarii Historico-Critici, p. 3027. 3028. edit. secundæ anni 1702. Roterodamensis*, Burch. Gotth. Struvii *Bibliotheca antiqva, M. Nov. A. 1705., p. 537-544.*, Frid. Lindebrogii duæ de ipso Epistolæ, ad Janum Gruterum A. 1613., & ad Pet. Puteanum A. 1618., hostili scriptæ animo, qvarum prior (similem Vitæ ejus pollicita historiam) *in Gudianarum Appendice, num. 221., p. 286. 287.*, posterior vero (ex apographo meo) *Tomo I. Polyhistoris Morhofiani, Lib. I., c. 25., p. 314. 315.*, prodiit, Nicol. Heldvaderi *Relatio de se ab officio sacro per illum deturbato Germanica*, sine anni mentione *in 4.* excusa, & supra, *p. 243. 244.*, in Epitomen contracta, Domin. Baudii *Epistolarum tres Centuriæ, locis passim plurimis*, Jac. Thomasii *Tr. de Plagio literario, §. 578. 593. 594.*, *hujusqve Accessiones §. 676.*, D. G. Morhofii *Polyhistoris Tomus I., Lib. I., c. 1., p. 6. 7., c. 24., p. 303. 304., & c. 25., p. 314. 315.*, Thomæ Crenii *Pars VII. Animadv., c. 2., §. 5. 6., p. 106-112.*, Joh. Franc. Buddei *T. IV. Lexici Historici p. 705.*, *Isagoge* nostra *ad Hist. Cimbr., P. I., c. 7., §. 6., p. 122. 123., c. 12., §. 6., p. 186. 187. 188., P. II., c. 8., §. 3., p. 209. 210., P. III., c. 4., §. 2., p. 351.*, & *Homonymoscopia, Sect. II., c. 7., §. 142., p. 733-736. 970.*, aliiqve plures, qvos enumerare jam non vacat.

HENRICUS WRANGEL, J. U. Lic. & Judiciorum Hamburgensium, circa A. jam 1698., Procurator, A. 1710. superstes.

Disp. Inaug. de Procuratoribus. Franeqveræ 1701. in 4. (*V. P. A. Lehmanni Hamburgum anni 1704. literatum p. 32.*)

CASPARUS WRINGERUS Senior, Hamburgensis, Johannis forte, templi Sp. S., ad A. usqve fatalem 1619., Ecclesiastæ, filius, Parochus ruralis, in vicinia patriæ, Curslacensis.

Leichpredigt über Elisabeth, M. Joh. Neucrantzen, Pastoris im Kirchwerder, Ehefrau, auß 2 Tim. IV. 7. 8. Hamburgi 1630. in 4.

CASPARUS WRINGERUS Junior, oppidi ad Albim Bergerdorfiensis Pastor.

Leichpredigt über M. Jac. Müllern, Past. im Kirchwerder, aus Cant. III. 4. Lubecæ 1676. in 4.

JOHANNES WUNDSCHIUS, Nordmarsiæ, insulæ Ducatus Slesvicensis, Strandiæ vicinæ, Pastor.

Litania Israelitico-Nordmarsiaca, oder Israelitische Allgemeine Litaney, auß dem XX. Psalme, auf der Insul Nordmarsch, A. 1658., zur Zeit des Schwedischen Krieges, in 3. Predigten erkläret. Slesvigæ 1660. in 4.

Hieroglyphicum poenitentiale Davidico-Wundschianum; Hellpolirter Buß-Gebets-Glaubens-und Lebensspiegel, oder Erklärung des LI. Psalms, in vier Predigten. Hamburgi 1661. in 12.

Buccina Slesvigo-Holsatica, oder Sleswig-Holsteinische Bußposaune, von dem auf der Nordstrandischen Insul Nordmarsch d. 4. Jun. A. 1668. gefallenen Blutregen. Slesvigæ 1668. in 8.

HENRICUS WURTZERUS, Hamburgensis, Prochei urbis patriæ Pastor d. 24. Martii A. 1705. constitutus. V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 914.*, & Anonymi *Hamburgum anni 1716. literatum p. 12.*

Harmonia Evangelico-Biblica, oder Evangelische Uebereinstimmung der Heiligen Schrift, nach Anleitung der gewöhnlichen Sonn-und Festtags-Evangelien, aus den Canonisch-Biblischen Büchern, nach ihrer Ordnung, gezeiget. Hamburgi 1716. in 4. (*Catal. nundin.*)

Medaille auf das andere Lutherische Jubel-Fest, samt derselben Erklärung. Hamburgi A. 1717. in 4.

Lutherus Reformator, oder Predigten von der Reformation Lutheri, worinn, nebst der Lebens-Beschreibung Lutheri, viele Päbstliche Lehrsätze wiederleget gefunden werden. Hamburgi A. 1718. in 8.

Martinalia, oder Gedächtniß D. Mart. Lutheri, auf sein Nahmens-Fest Martini, nach der Hussischen Weissagung von der Gans und dem Schwane. Hamburgi 1719. in 8.

Postilla Prophetico-Apostolica, oder Prophetische und Apostolische Hauß-Postill, worinnen die Sonn-und Fest-Tags-Evangelia, aus allen Prophetischen und Apostolischen Schriften der gantzen Bibel, nach ihrer Ordnung, erkläret werden. Hamb. 1724. in 4. (*f. Catal. nund.*) Eadem esse videtur cum *Harmonia Evangelico-Biblica.*

Z.

PETRUS ZACHOU, Musicus & Cornicen Senatorius Lubecensis.

Sieben Branlen, mit dazu gehörigen Gayen, Gavetten, &c., und drey Couranten bey ieglicher Branle. Lubecæ 1683. in 4.

Erster Theil verstimmter Viol di gamb Lustspielen Solo, bestehend in Præludien, Alamanden, Couranten, Ballo, Sarabanden und Chiqven, benebenst einer vorhergesetzten Sonate; in 48. Kupferne Platen gestochen. Lub. 1683. in fol. (*Catal. nundin.*)

JOHANNES DOMINICUS ZAPPONIUS, Hamburgi d. 21. Mart. A. 1666. natus, & Med. Doctor Duisburgi d. 3. Sept. A. 1693. renunciatus, Practicus artis suæ, circa A. 1708., Bremensis. V. Anonymi *Bremam anni 1708. literatam p. 70.*

Disp. Inaug. de Apepsia. Duisburgi 1693. in 4.

M. HENRICUS ZEIDLERUS, Lubecensis, Johannis, Pastoris Ægidiani, filius, Theol. Candidatus, vitæ in patria privatæ otio, ad obitum usqve, se oblectavit literario, & Bibliothecam studiose congessit ingentem, Disputationibus imprimis & Programmatis Academicis, Biographiis eruditorum, aliisqve schedis variorum generum minutioribus, nec ubivis obviis (qvas Joh. Cinellus, in suis talium Indicibus, *volantes* apposite vocavit), instructissimam. Publica hæc auctione, postqvam ipsum, A. 1688. exanimem in lecto inventum, mors subita, nimia in victu parsimonia, uti nonnulli crediderunt, accelerata, oppresserat, Lubecæ A. 1690. & 1691. est distracta, *Catalogusqve* illius 68. octernionum amplissimus, in IV. divisus Sectiones, ibidem excusus. Προθυμίαν τῆς μακαρίτης, in Vitis hominum eruditorum ex ista communicandis, post Henn. Wittenium (1.), ego etiam, eandem expertus, *Parte IV. Isagoges ad Historiam Cimbricam* (2.), celebravi, & jam iterum grata mente deprædico.

Disp. de Stellis, Præside Christoph. Notnagelio, Math. Prof., proposita. Witeb. 1655. in 4.

Honor novissimus exeqvialis, Joh. Zeidlero, Pastori Lubecensi Ægidiano, a filiis moestissimis, Johanne & Henrico, exhibitus, vitam illius, cum Dissertatiuncula de Animæ immortalitate, ac post separationem a corpore statu, huic præmissa;

(1.) *in præfat. Centuriæ memoriæ Theologorum renovatæ*, A. 1685. editæ, & *in Indice V. Tomi II. Diar. Biogr. Sec. XVII.*, perperam eum *Johannem* appellante. (2.) *c. 4., §. 8., p. 444. 445.*

missa, complectens. Lubecæ 1661. in 4. Recusus in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germanorum*, Lubecæ A. 1709. *in 8.* editis, *num. 36.*, *p. 341-358.* (Frater nostri, M. Joh. Zeidlerus junior, Lubecensis, cui hoc Schediasma cum ipso est commune, Pastor fuit, circa A. 1668., oppidi in Ducato Megapolitano Gnoiensis, filiumqve reliqvit cognominem, M. Joh. Zeidlerum III., Pastorem urbis Rostochiensis, ab A. 1702., Petrinum. V. Andr. Dan. Habichthorstii *Rostochium anni 1699. literatum p. 351. 352.*)

Trostschrift bey Leichbestättigung Fr. Agnetæ Kalatzinn. Lub. 1671. in 4.

Templorum Urbis Lubecensis descriptio, & Epitaphiorum, aliarumqve Inscriptionum, in singulis obviarum, sylloge, qvam se luci destinare publicæ ipsemet mihi A. 1688., paulo ante obitum, uti *in Isagoge ad Hist. Cimbr.*, *l. c.*, jam retuli, significavit.

M. BALTHASAR ZIMMERMANN, Rendesburgensis, Matthiæ, Scribæ tractus Rendesburgensis regii, filius, A. 1617. in lucem editus, laurea Hafniæ A. 1643. potitus Philosophica, &, cum, arti, cui Rostochii & in Academiis Danicis incubuerat, Medicæ in Gallia etiam vacaturus, itineri in hanc se accingeret, Hafniæ Kal. Maji A. C. 1646., ætatisqve 29., extinctus. V. Claudii Plumii, Acad. Hafn. JCti, *Programma de vita illius funebre*.

Disp. de Dysenteria, Præside D. Georg. Krugkio proposita. Soræ 1645. in 4.

M. NICOLAUS ZIMMERMANN, Crempa Stormarsus, d. 26. Dec. A. 1601. natus, scholæ Lüneburgensis Michaelitanæ, ab A. 1634., Subrector, & mox Conrector, ab A. autem 1640. Rector, munus hoc scholasticum cum simili Athenæi ejusdem civitatis Johannei præfectura A. 1646. commutavit, ac d. 28. Dec. A. 1661. sexagenarius obiit. Fusius celebratur à Greg. Blechio, Scholæ Lüneb. Michaelitanæ Conrectore *in Idea boni ac fidelis Præceptoris*, sive *Oratione in memoriam illius funebri*, A. 1662. habita atqve edita, &, qvi hanc seqvitur, Joh. Henr. a Seelen *Parte III. Athen. Lubec.*, *p. 536. 537. 538.* M. Gotfr. Ludovici *P. I. Historiæ Rectorum & scholarum p. 44.*, ac Casp. Sagittarii *Memorabilia Historiæ Lüneburgicæ*, *§. 114.*, *p. 42.*, *& §. 154.*, *p. 54.*

Gregorii Nazianzeni Poemata qvædam selectiora, Græce, cum doctorum virorum interpretatione, maximam partem metrica, ab ipso edita. Lüneburgi 1647. in 8.

Aur. Prudentii Clementis Opera, ex postrema Virorum doctorum recensione, in usum scholarum, edita. Lüneburgi 1648. in 12.

FRIDERICUS ZOBELIUS, Holsatus (1.), Chymicus uti perqvam industrius, ita dexterrimus atqve felicissimus, Friderici, Ducis Holsato-Gottorpiensis, circa A. jam 1636. (2.), fuit Archiater, Laboratoriiqve Chymici Gottorpiensis Præfectus, Principi suo, qvi iisdem delectabatur studiis, longe charissimus. Muneribus hisce fungens vivis excessit anno circiter 1647., qvo in iisdem ipsi subrogabatur Joel Langellottus, Chymiater nulli coævorum secundus, qvem consvetudini ejus, qva A. 1643. utebatur, familiari, & MSStis posthumis, haud pauca debuisse arcana nonnulli opinantur. Phil. Jac. Sachsio (3.) *Chymicus* audit *aulæ Gottorpianæ insignis*, Joh. Christoph. Wenzelio autem (4.) *Insignis seculi præsentis scriptor*. Confer de illo Georg. Abr. Merclini *Lindenium renovatum p. 310.*

Tartarologia Spagyrica, seu Medicamentorum ex Tartaro, in Laboratorio Gottorpiensi paratorum, fidelis descriptio, duabus sectionibus comprehensa, & a Georg. Wolfg. Wedelio, Med. D. ac Prof. Jenensi primario, edita. Jenæ A. 1676. & 1708. in 12. Publicata est e MSto D. Joh. Ant. Clotzii, Poliatri Butzbacensis, &, antеqvam prodiret, teste Wedelii editoris *præfatione*, a Gvern. Rolfincio, *in Diss. de Tartaro*, & Phil. Jac. Sachsio, *in Ampelographia*, publice jam laudata.

Chymische Medicinische Perle, darinn herliche köstliche Medicamenta zu finden, nebst Berichte von Uhrsachen der Kranckheiten, und Curation derselben nach spagyrischer Art und Weise; ausgegeben durch Matthiam Pauli. Dresdæ A. 1686. in 12., & (secunda parte von Schußwunden auctior) ibidem A. 1701. in 8. A Zobelio ipso A. jam 1636. Ulrico, Frisiæ Orientalis Comiti, est inscripta.

Thesaurus Tartaro-spagyricus; das ist: Spagyrischer Schatz aus dem Tartaro, darinn 50. auserlesene Artzneyen enthalten, so beydes in Medicina und Chirurgia hochnützlich können gebrauchet werden, an Hertzog Friderich zu Holstein; MStus inter Codices Bibliothecæ publicæ Hamburgensis Slegelianos asservatur, sed a *Tartarologia Spagyrica* edita (versione forte illius Latina), uti suspicor, haud est diversus.

M. CHRISTIANUS ZOEGA, Hatherslebiensis, Matthiæ Wasmuhti cognatus, lingvas, qvas ab hoc Kilonii A. 1681. ac 1682. hauserat, Hebræam & Orientales, in Academiis Lipsiensi (cujus Ordinis Philosophici fuit Assessor), ab A. 1686. ad 1695., & deinde etiam Kiloniensi, privatim alios docuit, & hypothesium Doctoris sui de punctis atqve accentibus Hebræis strenuum pro virili egit hyperaspisten. Harum occasione controversiæ cum Leonh. Christoph. Sturmio, Mathematico deinde Gvelpherbytano & Francofurto-Viadrino percelebri, est implicitus. Qvi, *in Justa calumniarum ejus explosione*, A. 1695. edita, se ipsius qvidem *in literatura Orientali eruditionem* (a Georg. Henr Götzio (5.) etiam commendatam) *magni æstimare* est professus, sed *juratum* simul *autoritatis Wasmuhtianæ mancipium*, *lingvæ Hebraicæ monopolio ad desperationem usqve inhians*, *&*, *qvantus sit*, *nil nisi Grammaticum esse*, monuit, Lipsiæqve ad *palinodiam convitiorum publicorum propudiosam* a Magistratu fuisse adactum tradidit (6.). Pastor deinde ruralis in Comitatu esse factus perhibetur Oldenburgico, Anno 1717. superstes.

Disp. de Cognitione Dei naturali, Præside M. Joh. Georg. Wasmuhto. Kilonii 1681. in 4.

Disp. de Motu Corporis locali, Præside eodem. Kil. 1682. in 4.

Disp. de Moloch & Chiun Israelitarum, ad Amosi c. V. v. 26. Lipsiæ 1686. in 4.

Disp. Metaphysica de Persona, ad locum in Collegio Philos. obtinendum proposita. Lips. 1687. in 4.

Disp. de Unctione Sacerdotis summi, ex Exod. XXIX. 7. Lips. 1689. in 4.

Disp. I. de Sententiis Thalmudico-Rabbinicis circa Buccinam sacram Hebræorum. Lipsiæ 1692. in 4.

Disputationes tres aliæ (qvas Catalogus qvidam memorat) Lipsienses: 1. de Corporeitate; 2. de Hebræorum vocabulis; 3. de Usu lectionis Scriptorum profanorum in Theologia dogmatica.

Epistola ad amicum, in Argentoratensium Academia degentem, Tubinga transmissa, ἀνωνύμως, A. circiter 1694., edita, in qva sententiam de Accentuum Hebræorum usu hermenevtico & distinctivo Wasmuhtianam, contra Leonh. Christoph. Sturmii *Sciagraphiam templi Hierosolymitani*, eam impugnantem, & usum Accentibus tantum tribuentem Musicum, tueri est conatus. Reposita huic est a Sturmio, & Altorfii A. 1695. edita, *Justa Explosio calumniarum*, qvibus

(1.) teste Dethl. Cluveri, V. C., ad me epistola. (2.) V. *Ep. dedic.* der Chymischen Medicinischen Perle. (3.) *Lib. II. Gammarologiæ*, *Sect. 2.*, *c. 2.*, *§. 17.* (4.) *in Disp. Inaug. de aqva pericardii*, Jenæ A. 1694. edita, *Sect. IV.*, *§. 2.*, *p. 38.* (5.) *in Concionibus miscellaneis p. 136.* (6.) V. *Explosionem* Sturmianam *p. 3. 5. 6. 8. 9. 15.*

bus Anonymus scriptor, sub larva Epistolæ ad amicum, in Argentoratensium Academia degentem, Tubinga transmissæ, in Sciagraphiam suam templi Hierosolymitani debacchatur.

M. PETRUS ZORNIUS, Hamburgensis, Wittebergæ d. 16. Oct. A. 1703. lauru ornatus est Philosophica (1.), Rostochii autem, A. 1705. exeunte, Theologica, sive Baccalaurei Theologiæ titulo. Zelum, qvo heterodoxos, & Lutheranos etiam in hos mitiores, scriptis per aliqvot annos oppugnaverat variis, fervidum, & justo subinde vehementiorem, A. 1707., Rostochii vivens, occasione conflictus cujusdam disputatorii, subito ipsemet cœpit detestari, imo, in publico Professorum consessu, ad causam suam dicendam vocatus, juramentum retractare haud dubitavit, qvo libris se illic Ecclesiæ Lutheranæ, ante biennium, obstrinxerat symbolicis. In Batavia deinde ac Giessensi Academia A. 1708., in Kiloniensi autem A. 1709., & sexennio seqventi, est commoratus, schediasmatisqve variis, Latinis ac vernaculis, insignem Philologiæ, imprimis Græcæ, Hermenevticæ sacræ, & Antiqvitatis Ecclesiasticæ, peritiam, simulqve ἰδιογνωμοσύνην in exegesi sacra novaturientem, & animum in Zelotas iniqviorem, prodentibus, inclaruit, donec A. 1715. Plönam ad officium Rectoris avocaretur scholastici, qvod ipsi, liti cum Consiliario Ducali implicito, A. 1720. fuit relinqvendum.

Professorem Kiloniensem Autor Anonymus des Curieusen Nachrichts von Journal-Schriften, p. 6. eum perperam appellavit.

ELOGIA.

Joh. Alb. Fabricio (*Lib. II. Biblioth. Græcæ, c. 4., p. 306.*) *Juvenis* audit *egregius, & cui longe ampliora olim debebit res literaria.*

Joh. Burch. Majo (*in Epistola, Dissertationi ejus de Hymnorum Ecclesiæ Latinæ collectionibus subjecta*) judice *in cognitione Græcarum literarum paucos pares habet.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Diss. Historico-Theologica de Catacumbis, seu Cryptis sepulcralibus SS. Martyrum, in qva Burneti, Missonii, & aliorum (*tales eas esse negantium*), sententia, contra Mabillonium, Ciampinum, Bosium, & alios Romanenses, defenditur; permissu D. Thomæ Ittigii, Fac. Theol. Decani, edita. Lipsiæ 1703. in 4.

Disqvisitio Theologico-Philologica de Baptismo Proselytorum, an Judaicum V. T. fuerit sacramentum, contra Lightfootum, Seldenum & Caveum, Præside D. Joh. Cypriano proposita. Lips. 1703. in 4. V. de illa *Nova literaria Germanica, M. Jan. A. 1704., p. 26.*

Epistola ad D. Joh. Fabricium, Theologum Helmstadiensem, in qva placide ostenditur ingens dissensus ejusdem ab ipsius parente, Joh. Fabricio, Antistite Noribergensi, circa controversias inter nostram & Pontificiam Ecclesiam. Hamburgi 1705. in 4. Responsum huic breviter est in Fabricii *Defensione ad objectiones contra ipsius Considerationem controversiarum*, Helmstadii A. 1707. *in 4.* edita, *p. 37. 38.*

Index Autorum, ab Eustathio, in Commentario in Homerum allegatorum, D. Joh. Alb. Fabricii ductu, ab ipso, & Joh. Christoph. Wolfio, Wernigerodano (Professore deinceps Hamburgensi), concinnatus, & a Fabricio, *Libro II. Bibliothecæ Græcæ*, Hamburgi A. 1705. *in 4.* edito, *cap. 4., p. 306-329.*, publicatus.

Diss. Historico-Theologica de Ἐπικλήσει veterum ad Spiritum sanctum in S. Cœna, τῇ παρερμηνείᾳ Claud. Salmasii, Joh. Wächteri, & aliorum, opposita, ac, pro gradu Baccalaurei, Præside D. Joh. Fechtio, M. Decembri, proposita. Rostochii 1705. in 4. Recensum ejus *in Novis literariis Lubecensibus, M. Apr. A. 1706., p. 97-103.*, invenies.

Programma Historicum de Missa ex nummis falso probata & illustrata, contra Nicol. Claudium Fabricium de Peiresc, Claud. de Moulinet & Phil. Bonnanum. Rost. 1706. in 4. V. recensum illius *in Novis lit. Lubec., M. Majo A. 1706., p. 134. 135. 136.*

Diasceptis Theologica novæ Collectionis plus qvam LX. Symbolorum Hæreticorum in veteri Ecclesia, a primis seculis usqve ad duodecimum, moderatore D. Joh. Nicol. Qvistorpio, ab ipso Præside proposita. Rost. 1706. in 4. Hujus σκιαγραφίαν Lubecenses, *l. c., M. Jul. A. 1706., p. 196-199.*, exhibuerunt.

Μελέτημα seu Programma Historicum de varia fortuna Thomæ Aqvinatis in scholis Pontificiorum, inprimis in Gallia. Rost. 1706. in 4. V. de illo *N. L. Lubec., M. Dec. A. 1706., p. 360. 361.*

Diss. Philologico-Theologica de commoda methodo Phraseologiam dogmaticam etiam ex analogia rituum exponendi, Liberio a S. Amore opposita. Rost. 1706. in 4. Recensum V. *in N. L. Lubec., M. Dec. A. 1706., p. 361. 362. 363.*

Diss. Historico-Theologica de Philtris Enthusiasticis Anglico-Batavicis (von dem Englischen und Holländischen Qväckerpulver). Rost. 1707. in 4. Recensum V. *in N. L. Lubec., M. Mart. A. 1707., p. 65-68.*

De Philosophismis Græcis Novi Testamenti Ἄσκημα, una cum Parænesi ad φιλέλληνας in Academia Rostochiensi, de Prælectionibus suis in N. T. Critico-Philologicis. Rost. 1707. in 4. V. de illo *N. L. Lubec., M. Oct. A. 1707., p. 292. 293.*

Tractatus de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, antiqvæ & hodiernæ, in qvo agitur, tum de capitibus Libertatum Ecclesiæ illius, tum de scriptoribus Gallis antiqvis & recentissimis, qvi eas vel defenderunt vel oppugnarunt, e Prælectionibus Academicis, in qvibus Galliam schismaticam exhibuit, excerptus. Accedit Appendix, in qva Autor se, contra Joh. Fabricii, Theologi Acad. Juliæ primarii, objectiones (*in Defensione Considerationis controversiarum*) nuperrimas, defendit. Rost. 1707. in 4. V. de illo *N. L. Lub., M. Oct. A. 1707., p. 293. 294. 295.* Commendatur a J. Andr. Schmidio *T. II. Introd. Sagittarianæ in Hist. Eccl. p. 286.*

Diss. de Evnuchismo Origenis Adamantii, dubium illum reddens, Præside D. Joh. Henr. Majo proposita. Giessæ 1708. in 4. Recensum V. *in Novis Lit. Germ., M. Jan. A. 1709., p. 33. 34. 35.*

Censura Eclogarum D. Joh. Frid. Mayeri de fide Baronii & Bellarmini ipsis Pontificiis ambigua, selectis ex Historia literaria observationibus referta, auctaqve plus qvam LX. Scriptorum Pontificiorum (*utriusqve Censorum & adversariorum, a Mayero omissorum*) farragine, e Museo Nicetæ Critopuli, J. U. D. & Curiæ Juliacensis Advocati ordinarii. Düsseldorpii, apud Agathonem Gelasium, A. 1709. in 8. Schediasmatis hujus, complures Mayeri confutantis errores, recensum exhibuere Parisienses *in Diario Eruditorum Gallico, M. Sept. A. 1710., p. 278-283.*; Autorem autem verum, istis ignotum, Zornium fuisse D. Joh. Fabricius, *Parte III. Historiæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 163.*, docuit.

Vindiciæ pro perpetua Ecclesiæ traditione de Christo Pane ἐπιουσίῳ, contra D. Gottliebium Wernsdorfium, Theologum Witebergensem, sub larva Justi Pezronii editæ, teste itidem D. Joh. Fabricio *l. c. p. 167.*

F. Lotharii Mariæ a Cruce, Ord. FF. Min., Catalecta in Thomæ Ittigii Dissertationem de Hæresiarchis ævi Apostolici, & Apostolico proximi, Ingolstadii (uti titulus fingit), typis Ansh. Qventelii, excusa. Hæc etiam Zornio deberi, e genere

(1.) V. *Nova Lit. Germanica, M. Jan. A. 1704., p. 26.*

e genere scribendi, illi, qvo Wernsdorfium impetiit, simili, M. Joh. Christoph. Colerus, *in Prolegomenis Historiæ Gotfr. Arnoldi p. 23. 24.*, conjecit. Reposita est iis a Thoma Ittigio, Theologo Lipsiensi, sub larva Thomæ de Lypsia, Ordinis FF. Prædicatorum, *Dissertationis Ittigianæ de Hæresiarchis ævi Apostolici, adversus Catalecta F. Lotharii Mariæ a Cruce, Defensio*, Lipsiæ A. 1709. *in 4.* impressa.

Vindiciæ SS. Patrum, per omnes fidei Christianæ articulos, Joh. Dallæi Libris de usu & abusu Patrum oppositæ. Accedunt Selectæ Observationes contra recentiores Patrum censores, Anglos, Belgas & Gallos. Francofurti 1709. in 8. Prodierunt sub larva *Pezronii* paronomastica, sed Zornio (*in Diss. de Evnuchismo Origenis*, §. 2., *p. 4.*, eas pollicito) vindicatæ sunt a Joh. Henr. Majo (qvi nondum editas etiam, in Epistola eidem *de Evnuch. Orig.* Diatribæ præfixa, commendaverat) *Tomo II. Exercitt. Select.* (*in Diss. de Hæresi Practica*) *p. 177.*, istumqve secuto Val. Ern. Löschero in den Unschuld. Theol. Nachrichten, *Sect. VI. A. 1711.*, *p. 825.*, imo *in Catalogo* qvoqve *nundin. A. 1709. autumn. Lipsiensi p. 48.*, ac Autoris ipsius *Diss. de Hymnorum Ecclesiæ Latinæ collectionibus*, modo memoranda.

Diss. de Hymnorum Latinæ Ecclesiæ collectionibus, qva simul in Hymno Ambrosii: *Veni redemptor gentium*, vitiosa lectio (*Carnis trophæo accingere*), ex MSto Frid. Lindebrogii (pro *trophæo* vocem *strophio* substituente), nunc primum emendatur. Kilonii 1709. in 4.

Diss. Critico-Philologica de Verbo otioso, ad Matth. XII. 36. Kil. 1710. in 8.

Diss. de Atheniensium Sarcasmo in S. Paulum σπερμολόγον, ad Act. XVII. Kil. 1710. in 4.

Disp. de varia fortuna vocis Ὁμοούσιος. Kil. 1712. in 4. V. *Partem XIX.* der Gelehrten Famæ *p. 532.* Adjectæ illi sunt Vindiciæ vocis hujus contra Petavium, Curcellæum, Cudworthum & Clericum, qvi Patres Nicænos Tritheismi accusarunt.

Commentatio de Usu æreorum Tripodum & Cymbalorum in sacris Græcorum, ad singularem verborum Pauli 1. Cor. XIII. 1. explicationem; Specimen majoris Operis, qvo qvamplurima in Novo Foedere loca illustrantur, & ab Interpretum inscientia vindicantur. Kilonii 1715. in 4. Recensum illius in V. E. Löscheri (eam, velut doctissimam, commendantis) Unschuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1715. p. 1034. 1035.*, invenies.

Diss. de Scholis publicis, qvas antiqvi Judæi, prope a lacuum, amnium, & fluviorum, crepidinibus, ripis & littoribus, extruxisse perhibentur, ad Act. XVI. 13. Plönæ 1716. in 4.

Diss. de Throno Satanæ apud Pergamenos, sive de celeberrimo Pergamenorum Museo, qvod a primis Christianis capitali odio dissedisse dicitur Apoc. II. 13. Plönæ 1716. in 4. V. *Partem LVIII.* der gelehrten Famæ *p. 720.*

Diss. de Novi Anni auspiciis, qvæ Judæi, gentium ritu, in honorem Gad & Meni, h. e. Solis & Lunæ, celebrarunt, ad illustrationem loci Es. LXV. 11. Hamb. 1722. in 8.

Schediasma de Senatu Vigilum, A. 1722., in Bremensium *Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica*, *Classis V. Fasciculo III.*, editum.

Opusculorum sacrorum Tomus I. Francofurti & Lipsiæ A. 1723. in 8.

Bibliotheca Antiqvaria & exegetica in universam S. Scripturam Veteris & Novi Testamenti, omnium adhuc locupletissima, nec in lucem hac ratione edita nec visa unqvam; in qva doctissimi rarissimiqve ex Hispanis, Italis, Anglis, Belgis, Germanis, &c., Antiqvarii, qvatenus Theologorum usui & S. Codicis lectioni inserviunt, optima fide recensentur, emendantur & variis Auctoris observationibus adaugentur. Cujus Tomi I. Partes I. II. & III. Berolini A. 1724. in 8. prodierunt.

II. GERMANICA.

Lutherus Catholicus, oder Gründlicher Beweiß, daß Lutherus kein Arianer gewesen. Lipsiæ 1704. in 4. Lutherum nec Arianum fuisse, nec Photinianum, contra Pontificios, Reformatos & Socinianos qvosdam, ostendit, & relationem præterea exhibet de Angliæ Antitrinitariis, pluribusqve inter Theologos Anglos controversiis, e scriptoribus congestam Anglicis atqve Gallicis. V. *Nova lit. Germ.*, *M. Dec. A. 1704.*, *p. 479. 480.*

Die schon längst verlangte Historie der zwischen den Lutherschen und Reformirten Theologis gehaltenen Colloqviorum; in welcher theils die Luthersche Kirche von den falschen Beschuldigungen der heutigen Reformirten befreyet, theils die vergebliche Hofnung, durch Colloqvia eine Union zu verschaffen, gründlich gezeiget wird, nach Anleitung Hunnii, Calovii und Hülsemanni: Samt Erinnerung, wie der Reformirten Lehre mit dem Papismo, Fanaticismo und Socinismo, in sehr vielen Stücken übereinkömmt. Lauenburgi 1705. in 8. Recensum ejus encomiasticum invenies in Val. Ern. Löscheri Theologischen Annalibus des ersten Decennii des XVIII. Seculi *p. 242-247.*

Gründliche Außführung, daß die Luthersche Wahrheit einige Reformirte so weit überwunden, daß sie auch wieder ihren Willen, doch nach dem Gefühle ihres Gewissens, derselben gute Zeugnisse beylegen müssen, und daß sie demnach verbunden sind zur Lutherschen Religion zu treten: Nebst zwey kurtzen Bedencken: 1. von Georg Polii Tractate vom Exorcismo; 2. von Sam. Strimesii nichtigen Anmerckungen über die vornehmsten Colloqvia mit den Reformirten. Hamburgi 1705. in 8. Scriptum hoc Sam. Strimesius paulo post publice refutare est aggressus, sed suppresso Zornii Autoris nomine, qvi *Antididagmate* qvodam se illud esse vindicaturum promisit. De hoc etiam Libello V. E. Löscheri, eum laudantis, relatio, *l. c.*, *p. 248-251.*, conferatur. Add. *Nova literaria Lubecensia, M. Apr. A. 1706.*, *p. 102. 103.*

Erstes Christenthum, so wol in reiner Lehre, als heiligem Leben, auß den Feinden Christliches Nahmens, den Heyden, zur Bekräftigung des Christlichen Glaubens, und Ueberzeugung der spöttischen Atheisten, in einem Grundrisse eines völligen und außführlichen Werckes entworfen. Kilonii 1711. in 4. Sciagraphia est brevis operis majoris, Christianorum veterum doctrinæ pariter atqve vitæ, Libris duobus, testimoniis Scriptorum XXXI. Ethnicorum, patrocinaturi.

Theophili Amelii, eines Niedersächsischen Theologi (*sub cujus larva Zornius delitescere voluit*), Erörterung der dunckelsten und schweresten Schriftstellen im Neuen Testamente, in welcher, 1. nach Untersuchung der H. Grundsprache, 2. genaue Aufmercksamkeit auf die Verknüpfung der H. Schrift, 3. bescheidentliche Verbesserung der Uebersetzung Lutheri, 4. fleissiges Nachlesen in den klügsten Gottesgelehrten, viele bißher unbekandte Göttliche Wahrheiten, mit unpartheyischer Feder, zum Besten aller Christen, entworfen und geöfnet werden; in XII. Monate abgetheilet. Cöllen, bey Pet. Marteau, A. 1711. in 8. Trium priorum Mensium recensum, & paradoxorum, qvæ in iis occurrunt, exegeticorum indicem & censuram, in Val. Ern. Löscheri (scriptum ipsum *doctissimum* vocantis) Unschuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. IV.*, *A. 1711.*, *p. 532-540.*, invenies, novem vero posteriorum *Sect. I. A. 1713.*, *p. 117-121.*

Theophili Amelii Bescheidene und gründliche Ablehnung einiger Schwürigkeiten, welche wieder seine Erörterung der dunckelsten und schweresten Schriftstellen im neuen Testamente sind angeführt worden: samt einem vierfachen Register über die Erörterung. Coloniæ 1713. in 8. V. de illa V. E. Löscherum *l. c.*, *Sect. I. A. 1713.*, *p. 117-121.*

Theophili Amelii anderer Theil der Erörterung der dunckelsten und schweresten Schriftstellen im neuen Testamente, in XII. Monate abgetheilet. Coloniæ 1714. in 8.

INEDITA ET PROMISSA.

Annotationes in Novum Testamentum Critico-Philologicæ, Rostochii A. 1707. auditoribus dictatæ, qvarum paradoxa complura Exegetico-Theologica M. Michael Lilienthal, Lipstadio Prussus, *in Epimetro Dissertationis contra novam de peccato in Sp. S. hypothesin*, Rostochii A. 1709., præside D. Joh. Nicol. Qvistorpio, propositæ, recensuit & obelo notavit. V. *Nov. Lit. Germ.*, *M. Majo A. 1709.*, *p. 224.*

Opus de Christianismo primævo, ex Ethnicis eum Scriptoribus XXXI. adumbrans & defendens, librisqve de doctrina & vita Veterum Christianorum duobus comprehensum. V. Sciagraphiam illius Germanicam, A. 1711. editam, & paulo ante memoratam.

Supplementa Introductionis Casp. Sagittarii in Historiam Ecclesiasticam, qvæ prælo parata esse ipse, *in Diss. de Evnuchismo Origenis p. 21.*, & Joh. Henr. Majus, *in Epistola*, huic adjecta, testantur.

Antididagma contra Sam. Strimesium, cujus supra jam facta est mentio.

Centuria Theologorum, qvi, in ipsa juventute, aut scriptis pro veritate, aut officiis citius admoti, optime de Ecclesia Christi promeriti sunt, Censori Juliano (*D. Joh. Fabricio, Theologo Helmstadiensi*) opposita, qvam *in Novis literariis Lubecensibus, M. Apr. A. 1706.*, *p. 103.*, est pollicitus.

M. BENEDICTUS JOACHIMUS ZWERGIUS, Cappelia Anglo-Cimber, Joachimi, vici istius Pastoris, filius, A. 1711. superstes.

Oratio de Incunabulis divini Oratoris, i. e. de præsepiis Servatoris nostri JEsu Christi. Jenæ 1688. in 4.

Selecti qvidam Casus. e Sacramentorum doctrina petiti, Præside D. Valent. Velthemio ad disputandum propositi. Jenæ 1688. in 4.

Kurtze Lebensbeschreibung gelehrter Männer in allen Facultäten, welche sich, von A. 1530. biß 1700. durch ihre Gelehrsamkeit bekandt gemacht, qvam Lubecæ *in 8.* esse prodituram *Catalogus nundin A. 1711. Lips. vernalis, p. 57.*, est pollicitus.

CHRISTIANUS OSWALDUS ZWERGIUS, Slesvicensis, Michaelis, primi suburbii Fridrichsbergensis Pastoris, filius, parochiæ ruralis Petersdorfiensis, in insula Femariensi, ab A. 1690. Diaconus, & ab A. 1702. Pastor. V. *Nova literaria Lubecensia, M. Majo A. 1704.*, *p. 158.*

Die gestärckte Bekäntniß der Evangelischen Wahrheit, nach Inhalt der Augspurgischen Confession, vermittelst vier unterschiedlicher Betrachtungen über ieglichen Articul. Plönæ A. 1700. & Lubecæ A. 1710. in 8. V. de illa *N. L. Lubec.*, *M. Nov. A. 1698.*, *p. 218. 219.*, *& M. Majo A. 1700.*, *p. 13.*

GOTHARDUS JOHANNES ZWERGIUS, Slesvicensis, Michaelis itidem filius, Joh. Lundii, soceri sui, Viri doctissimi, in Diaconatu urbis Tunderensis, ab A. 1686., successor.

Monumentum honoris, oder Ehrengedächtniß Herrn Hans von Tienen, Fürstl. Holsteinischem Landrahte und Amptmann zu Tundern, A. 1691., in einer Leichpredigt über 1 Sam. XXV. 1. aufgerichtet. Kilonii 1692. in 4.

Predigampts-Gedancken, oder Leichpredigt über Bernh. Kenkel, Probsten zu Tundern, auß Es. XLIX. 4. 5. Slesvigæ 1694. in 4.

Das verborgene Manna, als ein Bild des ewigen Lebens, oder Leichenrede über Frid. Jürgensen, Amptschreibern zu Tundern, auß Apoc. II. 17.; beygedruckt Pet. Zitscheri, Tunderschen Probsten, Leichpredigt über denselben. Slesv. 1698. in 4.

Das Urim und Thumim des Evangelischen Priesterthums, oder Leichpredigt über Joh. Conr. Kiesern, Probsten zu Tundern, aus 2. Cor. IV. 5. 6. 7. Slesv. 1704. in fol.

Heilige Sterbelust des heiligen Hiobs, oder Leichpredigt über Jungf. Christina Lassæinn, aus Job. XIV. 14. Slesvigæ 1704. in fol.

